B 50
0

Digitized by Google

NOVAE COGITATIONES

IN LIBROS ANNALIVM.

C. CORNELII TACITI

QVI EXTANT.

Ad Chriſtianiſſ. Regem Francorum & Nauarrorum

LVDOVICVM XIII.

Auctore LVDOVICO DORLEANS Pariſienſi.

QVIBVS ADDITA SVNT RELIQVA

EIVSDEM TACITI OPERA.

CVM INDICIBVS COPIOSISSIMIS.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Sumptibus ac impenſis THOMÆ BLASII, via Iacobea, ad inſigne D. THOMÆ.

M. DC. XXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.


HVC FERIMVR
LVDOVICO XIII. RE. CHR.
NOVÆ COGITATIO
IN LIBR. ANNALIVM
C. CORNELII TACITI
QVI EXTANT
Ad Chriſtianiſſimum Regem
Francorum & Nauarrorum
LVDOVICVM XIIJ
AVCTORE
LVDOVICO D'ORLEANS
PARISIENSI
Quibus addita ſunt reliqua
eiusdem Taciti opera
Cum Indicibus copioſiſsimis.
TACITO IMP. AVG. PIO. FOELICI GALLIA DDD.
PARISIIS
Sumptibus ac impenſis
Thomæ Blaſij via Iacobæa
ad inſigne D. Thomæ.
1622
I. Le Grain Pollo inu.
CVM PRIVILEGIO REGIS
Cl. Mellan ſculp.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE


SOLIDO
STAT
LVDOVICVS DORLEANS
Anno Ætatis 79.
J. le Grain Polo. pinx.
1622.
Cl. Mellan ſculp.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

LVDOVICO XIII.

FRANCORVM ET NAVARRORVM

CHRISTIANISSIMO ET DEſideratiſſimo Regi.

FVIT in Taciti fatis, LVDOVICE Rex Chriſtianiſſime & deſideratiſſime [a] (his enim titulis magnis certe atque glorioſis, lubet Maieſtatem tuam affari) vt hic author, authorum flos, & hiſtoricorum princeps, ac principis gentium Romæ, Auguſtorumque principum auguſtiſſimus ſcriptor, ab auguſtioribus principibus non modo amaretur, ſed veluti quoddam numen in terris, magna & incredibili reuerentia coleretur. Non in vita tantum, quod probes, ſed poſt vitam, & ad hunc diem quod mireris, & quo fatorum beneficentiam, imo magnificentiam magis laudes. Sic a VESPASIANO Belgicam procurationem, ſic a TITO Quæſturam, ſic a DOMITIANO Præturam, & a NERVA Conſulatum tulit. Credidit enim illa Imperatorum Maieſtas, in ornando eo ſuum ornamentum eſſe, nec melius Cæſareæ munificentiæ meritum quam in authorem tam clarum poſſe conferri. Sed magna fuit eius diei ſpecies, & in Muſarum Palatio plane celebris, qua TACITO, Cæſare ita volente, ita imperante, edictum eſt, vt omnibus bibliothecis reponeretur. Et quis terrarum imperio dignum non putet qui tanto dignum faſtigio hunc authorem iudicauerit? Magnum certe fuit, imo ſplendidiſſimum de Tacito imperatore Romani Senatus iudicium, quod in eligendo eo ſanxerit, NEMINEM AVT IVSTIVS QVAM GRAVEM VIRVM, AVT PRVDENTIVS QVAM DOCTVM IMPERARE POSSE. Sed quam melius ſi Senatuſconſulto ſanxiſſent patres, NEMINEM IVSTIVS QVAM GRAVEM AVTHOREM, AVT PRVDENTIVS QVAM DOCTVM OMNIBVS BIBLIOTHECIS ESSE REPONENDVM. Sunt enim hæc noſtri Taciti vera ornamenta,

[a] *Deſideratiſſimus Frãcis quod illo nato nata pax orbi Francorum.*

Vopiſcus in Tacito.

Noſtra tempeſtate cum Tacitus a ſe, quod ſeipſum præ metu circumciderit; magnas a vorante æuo quod eum pæne ſorbuerit, contumelias pertuliſſet, etiam LEONIS X. PONT. MAX. cura velut rediuiuus apparuit. Cumque illi poſt Beatum Rhenanum LIPSIVS pro doctrinæ ſolertia medicas manus adhibuiſſet, MAXIMILIANI CÆSARIS Auguſtiſſimo patrocinio donatus & tutatus eſt. Non ſilebo quod PAVLVM III. PONTIFICEM MAXIMVM ſui ſæculi ſapientiſſimum ſenem, quod COSMVM MEDICÆVM MEDICÆÆ familiæ antiquum decus & de litterarũ Senatu adeo bene meritum, aſſiduos olim tractatores & ſuæ ſcriptionis miratores vidit. Quid memorem COSMVM MEDICÆVM hodiernum Etruriæ DVCEM MAGNVM? Quid IVLIANOS MEDICÆOS eius ſanguinem, quos inter ornatores ſuos eſt adeptus? In ſumma quidquid ſanctitatis, quidquid Maieſtatis, quidquid Nobilitatis tellus habuit, pro patronis habuit. Fuit olim Ciceroni [a] declamanti magna laus, quod Dolabellam & Panſam grandes prætextatos pro auſcultatoribus ſuis habuerit: & nostro æuo, gloria ingens Iaſoni Mayno [b] nobili ſane Iuriſconſulto, quod exemplo Xenophontis qui Ageſilaum Regem [c], & Plutarchi qui Traianũ Imperatorem [d] inſtituerint, LVDOVICVM XII. Francorum Regem de hoſtibus ſuis nobiliſſime triumphantem, in auditorio ſuo ſedentem viderit, & in aurea veſte, qua rex eum donauerat, iura Romana docentem audierit: Vnde ſingularem laudem in Italia eſt adeptus. At non minor erit præſentis diei celebritas qua tu (Rex inclyte & Galliarum imperator Auguſtiſſime) eundem Tacitum de hoſtibus ſuis, id eſt de innumeris mendis victorem & triumphatorem, mortalium oculis ſuſpiciendum & colendum proponis. Vnde enim prodeat ſi quis roget, venit e procinctu recens, quaſi ex Allienſi pugna [e], & adhuc rubens ab hoſte, eque victrice arena & nobili campo puluerulentus, in quo magna virtute pugnandum, magna fuit fœlicitate vincendum. Deleuerat nuper ducibus B. Rhenano & Lipſio vaſtas errorum cateruas, infenſiſſimos hoſtes ſuo ſolo graſſantes magnis animis profligauerat, & vt Cæſarum gaudeat titulis, VENERAT, VIDERAT, VICERAT, nec deerat multum ad cumulum fœlicitatis & gloriæ. Sed vix quieſcit, cum nouum bellum, noui hoſtes emergunt, qui ex profligatorum reliquiis conglobati, & ingenij ſui latifundia perpopulantes (vtar enim eius verbis) magnas prædas agebant, præclariora & vberiora fœdabant. Non tulit ille, vt eſt animoſus & pugnax, & vere cordatus author, ſed tua Maieſtate auſpice, fultuſque auxiliaribus Francis (inter quos ego leuioris armaturæ miles) hoſtes inuaſit, fugauit, mactauit, reliquias breui conquiſiturus, eademque fœlicitate omnes mactaturus. Nunc prodit ille tuis

auſpiciis

a Cicero famil. lib. 9. epiſt. Delectauerunt.

b Paulus Iouius in vita Iaſonis Iuriſconſulti.

c Plut. in Ageſil.

d Plut. ad Traianum.

e Quia Gallus; at Galli Romanos in illa pugna vicere.

auſpiciis fœlix, eque Francorum regia victor, quaſi triumphali porta, non vrbem tantum, ſed orbem totum luſtraturus, quaque patet Muſarum imperium ingenti gloria de hoſtibus ſuis triumphaturus. Non quidem in palmata veſte & purpura auro intertexta, hoc enim Romanum eſt, ſed in Gallico ſagulo virgulato, & manuleato, auroque rigente, qualem Gallicum triumphatorem prodire oportuit. Vehitur ille in curru ſublimis, quadrigiſque albis, & quoſdam ex liberis (libros intelligo qui authorum fœtus) ſaniores habet in equis, debiliores & mutilos in curru, omnes paternam virtutem ore & oculis præferentes. Et niſi fata aſpera, æternumque magnis ingeniis inuidentia quoſdam rapuiſſent, non modo illa ſexdecim Annalium pignora in hoc pompæ curriculo ſana & ſalua, ſed etiam alia multa Quiritibus litteratis valde grata, ſpectari potuiſſent. Trahit (quod gaudeas) captiuos innumeros, coniecturarum noſtrarum vinculis adſtrictos, ſoluendoſque aut mactandos vti Senatus populuſque rei litterariæ e Republica eſſe cenſuerint. Tu ſi eos videre cupias, & ingentia corpora ad litterarum ſtragem nata mirari, damnaque ſpectare quæ Cornelianis aruis inflixerint, noſtri Taciti margines tibi pro nomenclatore erunt. Et quia noſter hic triumphator ſibi multos inuidos fore præuidit (iſta enim lues, quod mirere etiam, doctos peruaſit) contra venenatos inuidiæ ictus, & mala calumniantium verba tuum nomen præfando, de faſcino ſibi prouidit quem curru vehat. Non enim illi deeſt virtus maſcula, qua obliquos inuidiæ ictus aut auertat aut eludat, aut ſi recta & impetu ferantur, frangat & retundat validiſſime. Ego vero, non eques ſed pedes, & cum ſtrophiolo tenuique corona currum ſequens, de triumphatoris virtute, & viribus aliquid ſermocinabor. Et vt [a] Cæſaris miles, & ſe & triũphantem Cæſarem de perpeſſa apud Dyrrachium inedia, deque lapſanarum [b] prandiis ioculariter ludebat; ita ego de perpeſſis angoribus & algoribus in Belgio, dum Tacitum ſequor, aliquid inter crocos & florum ſparſiones ioculabor. Tu peracto triumpho, Rex Avgvstissime, habe opima ſpolia, & Luparanæ domus Auguſtiſſimis foribus quaſi Gallici Martis templo ſuſpende. Auguſtalia tua hæc erunt. Sic Tacitus poſtulat, ſic Muſæ iubent, quæ ſe Francas profitentur. Sic tua in Francorum imperium merita, ſic mea in te obſequia exigunt. Quid? quod iure Regiæ Maieſtatis id totum tibi vendicas, vtque tui fundi fructus iſtas Cogitationes nouas, tuas facis? Magnum certe fuit, quod ciuilium bellorum æſtu, profugum me finibus Francis, patriæ ciuibuſque meis magna benignitate pater tuus Auguſtiſſimus reſtituit. Sed longe maius, quod de vita naufragantem, vitæ ſecuritati reddidit: Cæſarem

a Suet. in Iulio cap. 68. & 73.

b Lapſana olus ſylueſtre & herba hirſuta napis nõ abſimilis.

Iulium alter Cæſar imitatus;qui C.Memmium poſt aſperrimas orationes, Caluum poſt famoſa epigrammata, Valerium Catullum poſt verſiculos in Mamurram perpetuum ſtigma inurentes, in amicitiam pronus recepit. Hæc ſunt duo magna a te profecta merita. At vero maximum, maximeque honorificum, quod coram Regina coramque Francis principibus & Francæ Nobilitatis primoribus, in ſuis Lateranorum hortis Me pivm probvmqve vixiſſe ſemper, Regio plane, aureoque ore pronunciauit, & vt pergerem etiam incitauit. Audio te Rex maxime licet exemptum terris ſpondeoque lubens, non ſecreto murmure (quod aiunt) ſed palam conceptis nuncupatiſque verbis, & ſuſpenſa tabula. Teque o Lvdovice Rex Chriſtianiſſime, cœlumque & ſolum Francum obteſtor, & quidquid vſquam eſt in orbe terrarum Catholicæ fidei, ita Deo fauente me victurum, ita moriturum. Quod ſi quis eſt qui inuideat, ſatis eſt quod tantum principem habeam imperantem; nam aut animus mihi defuerit, & bona mens, aut habebit æternum obſequentem.

Vale Lvdovice Rex Christianissime et desideratissime, detque tibi Deus ſoboliq. tuæ & Francorum liliorum vernantibus floſculis imperium incolume, domum ſoſpitem, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum: Et vt Taciti, tui nunc clientis, verbis vtar, mentem diuini humanique iuris ſcientiſſimam, maioribus veſtris digniſſimam, tantæque molis capaciſſimam.

Deuotus Nomini Maieſtatiq. tuæ addictiſſimus
Lvdovicvs Dorleans.

D. LVDOVICO HENRICI IIII.

FILIO ET FRANCORVM DELPHINO

Nobiliſſimo LVDOVICVS DORLEANS S. P.D.

POST oblatas glorioſiſſimo Parenti tuo ex Taciti fundo fructuum primitias, LVDOVICE Princeps, & Francorum Delphine nobiliſſime, habe has in authorem illum reliquas meſſes & fruere lubẽs. Priores partes tulit pater tuus, quamquam omnia iure ipſo ſibi potuerit adſcribere; tu poſteriores merito tibi addixeris. Nam Liber iſte quaſi opimum heredium inter patrem & filium totus erciſcitur. Habuit ille noſtras in Tacitum emendationes & politicas adnotationes: tu pro tua parte habe noſtras cõmentationes, & poſt tot celeberrimos viros, nouas cogitationes, fortaſſe non inamœnas. Videbis authorem magnum, & paucorum verborum ſcriptorem, ſed ingentium rerum tractatorem; in quo nil niſi purum & ſublime, & ex primo cœlo. Si ἔγκοι tuum his fontibus aſperſeris, ſuaues & vberrimos fructus æſtate tua retuleris. Magna enim tibi natura dedit, maiora datura, ſi quod acceperis, quadam velut arte & induſtria ornaueris. Et ſunt quæ ad iſtos conatus plurima te alliciant. Primum, quod Princeps natus ſis, ideoq. non inter humilia abiectus, ſed inter celſiora ſublimis & arduus, totuſq. a vulgi calle remotus. Deinde, quod liliorum flos primarius, et Francorum principum alpha; quo titulo nil terra tulit floridius, nil Sol ſplendidius, nil cœlum aſpexit inter homines auguſtius & illuſtrius. Addo, quod DIVI LVDOVICI ſoboles, quo principe, quid religioſius, quid iuſtius, quid ſapientius, & cordatum magis? Fatetur Chriſtianus orbis: nec abnuit Paganus, licet hoſtis, & fide diuerſus. Accedit quod HENRICI IV. filius, quem magnarum virtutum conſcia Fortuna amauit, quem victa adorauit, quem ſibi ad fœlicitatem non vulgarem maritauit. Non ſilebo, eſſe te LXIII. Chriſtianiſſimorum Regum regale ſemen, qui inter maiores tuos cenſiti, clariſſimis imaginibus atria tua exornent, & in virtutum Palatio, titulis illuſtres, in auro, ære & marmore Pario conſpiciantur. Deinde quod LVDOVICI nomine inſignitus, quod qui tulere olim XII. Franciæ Reges, inter CAROLOS, & PHILIPPOS, ſingulari quadam præſtantia ſanctitatis, magnanimita-

tis, æquitatiſq. ſplendoribus emicuerunt. Et certe magna eſt omnium tam exterorum quam domeſticorum de te expectatio. Nec fruſtra, cum ætatis tuæ primitiæ, in copioſos florum globulos erumpentes, largas meſſes & prouentum vberem magnamq; exagogam ſpondeant. Quam vt promoueas, cape Tacitum adoleſcentiæ tuæ rectorem & pædagogum: Sapit enim ille, ſi quiſquam alius inter paganos, & humanæ prudentiæ artibus multum poteſt: hodieq. ab omnibus principibus tam Chriſtianis quam Paganis teritur. Sed attende & expende. Nam Cornelianum aurum ſcoria non vacat. Habet author iſte plurima de fermento infidelitatis: Veluti de Dei prouidentia opicas ſententias, in CHRISTVM odia, inq. Chriſtianos criminationes, & calumnias non paucas. Probat voluntarias mortes, & αὐτοθανάτων, dira hoſtibus imprecatur, augurijs credit, in oſtentis vim facit, multiſq; idololatriæ ſpurcitiis plenus eſt. Quæ omnia, aliaq; multa, ſi ad regulam Chriſtianam reflexeris, Chriſtiani principis rectitudinem tenueris, & ad ampliſsimam gloriam tibi viam pares. Sic Thraſeas olim imago Paganæ ſapientiæ, omnia praua, inquit noſter, ad bonum & ſapientiam vertebat. Sic Dauid Solymorum rex, homo factus ad guſtum & ſaliuam Dei, ex conflatis Moloch ſpoliis, ſibi coronam aptabat. Fac, MAGNANIME PRINCEPS, quod erat Iſraelitis præceptum in lege Moſis. Nam ſpecioſiſsima fœmina bello capta, ſi victor eius deſiderio arderet, licebat ei vxorem ducere, ſed mutato patrio habitu vnguibuſq; reciſis, & exſecto crine. Sic tu in militia CHRISTI non modo miles, quod honorificum valde; ſed dux & princeps, quod auguſtiſsimum, ſi in Tacito, aliiſq; Paganis authoribus, quaſi in hoſtili ſolo, captiuam ceperis elegantiſsimam ſententian, eiuſq; pulchritudine & deſiderio tenearis, exue illam infidelitatis veſtibus, & capillos exſcinde; quoſq. habuerit de Idolomaniæ ſpurcitie centones, & pannicularia, diſrumpe & abiice. Indutamq. flammeo Chriſtianæ pietatis, & ſtola pudoris, mundoq. caſtitatis, & pudicitiæ, cape illam quaſi vxorem ingenij tui & iunge tibi. Alia enim eſſe debet infidelis, alia Chriſtiani principis ratio. Vt enim Chriſtiana fide nil diuinius, nil altius, et purius; ſic Chriſtiano Principe, nil morum grauitate, nil cogitationum puritate, nil dictorum ſanctitate, nil factorum honeſtate debet eſſe perfectius, & elegantius. Hoc Auguſta Catholica Eccleſia te docuerit, in qua natus, in qua altus & edoctus. Addo, in qua ablutus & tinctus, in qua oleo ſanctiore perunctus, quamque es profeſſus ſponſore tuo apud Chriſtum Paulo V. ſummo Pontifice Eccleſiæ Chriſtianæ in terris moderatore, vt olim Ludouicus VII. tuus anteceſſor. Huius enim religionis præceptis quaſi cœleſtibus machinamentis, & ſolum poſsidetur, & cœlum non amittitur. Quod alioqui eſt difficile. Nam ſimul aſcendere & deſcendere, ſupera & infera ſpectare, raræ fœlicitatis eſt. Nullum ad ſublimia impedimentum maius quam terrenorum nimia ſarcina. Et crede, nam ex Franca libertate hoc tibi dixerim lubens, principum lubricos

eſſe

eſſe greſſus, vbi tot ſuppetant quibus corruant, & labantur. Magna enim licentia magnum ad vitia præcipitium eſt. Cogita ergo te ea conditione natum vt actiones tuæ etiam leuiſſimæ ad Reip. ſalutem pertineant. Cogita te ea domo ortum, ex qua nil prodeat niſi glorioſum & honorabile. Cogita te in ea ſcena poſitum, in qua totius orbis populi oculos in te coniiciant. Qui ſi Chriſtianiſſimi Regis perſonam, quam tibi CHRISTVS Χορηγὸς μέγας *impoſuit, probe geſſeris; vt rem tuo genere, tuoque genitore & tua Regia Maieſtate dignam feceris, ita ingentem laudem, ad quam principes ſua conſilia dirigunt, non modo tibi quæſieris, ſed etiam omnium nationum, & Francorum præcipue in quos naturale dominium habes, amorem & beneuolentiam tibi conciliaueris.*

Vale CHRISTIANISSIME PRINCEPS, *amor orbis, & Francorum delicium; capitique tuo venerando, & amando, quaſi arduo ac celſiſſimo monti, impluat* DEVS *ampliter & fortiter, gratiarum ſuarum amœniſſimos fontes: quodque XII.* LVDOVICVS *Francorum Regibus ſingulatim dedit, id omne infundat vbertim, & affatim, vt imperij Franci habenis modo impoſitus, & hodie Chriſtianiſſimus Rex, Chriſtianos tibi ſubditos regas ſapientiſſime, tuteris potentiſſime, foueas amantiſſime, & ad gloriam* CHRISTI, *qui tibi ſcopus vnicus & certiſſimus. Vale iterum* MAXIME PRINCEPS.

Tuus tuiſque imperijs obſequentiſſimus,

LVDOVICVS DORLEANS.

AD LECTOREM
MONITORIVM.

CVM iſtas Cogitationes nouas author ipſe abſoluiſſet, erat ei animus in duas partes ſcindere, vt prima HENRICO IIII. Francorum Regi, patri magnanimo; ſecunda D. LVDOVICO Francorum Delphino nobiliſſimo, eius filio dicaretur. Quod factum. Nam pater habuerat textus Emendationes & adnotationes quaſdam politicas. Filius vero commentationes, & poſt magnos viros cogitationes nouas, forte non pœnitendas. Sed luctuoſiſſimo funere patre ſublato terris, cum tota ſcriptionis hereditas ad *filium* rediiſſet, placuit diſiuncta coniungere iterum, & heredi filio id totum offerre quod hereditario iure ad eum ex aſſe pertinebat, ne ſuppilatæ hereditatis crimine mecum ageretur. Et quia poſterior epiſtola inter res hereditarias reperta eſt, placuit eam heic reponere, ne quid a me aut prætermiſſum, aut dolo malo commiſſum putaretur. Vale. Sangermani ſuburbij Muſæolo. Anno 1623.

PRAEFATIO IN NOVAS COGITATIONES.

CAIVS Plinius, doctus & elegans rerum Naturæ ſcriptor, & inter mundi miracula miraculum prorſus inſigne, (Lector humaniſſime) ſcribit, vidiſſe ſe filium Corn. Taciti, equitis Romani & authoris noſtri, in tria cubita triennio excreuiſſe, mox triennio tranſacto, membrorum contractione correptum, ante pubertatis annos ſubitaria morte corruiſſe. Mira res certe, ſed miranda magis, quod hic repentinus membrorum excurſus, & mox inopina contractio, a liberis ad libros, a mortali ſobole ad æternas ingenij fœturas tranſierint. Ediderat Tacitus ſuos libellos, rerumque naturæ crediderat quaſi generoſos & nobiles ſuarum Muſarum partus; eduxerat illos forma præſtantes, viribus claros, acumine valentes, laudatoſque a coætaneis authoribus, qui tam fœlicibus puerperijs adſtiterant, quique eorum crepundia & cunas, magna erant celebritate venerati. Dederat Natura fœtibus iſtis quod ſolet fœlicioribus, eque Pandoræ muneribus nihil denegauerat. Et certe Romana Virtus, maiorem in ijs, quam in Liuiis, & Salluſtiis, ſui nominis claritatem reponebat. Et ſi fas in rebus amatis aliquid ſibi fingere, ego qui Taciti ſcriptis ardeo, defuiſſe non puto, qui in iſto Iunonio & vere aureo partu, natalem diem agerent, quique læto cultu, inter lectiſternia, & compitales epulas exclamarent,

Magnæ ſpes altera Romæ.

Poſt editos terris & forma famaque creſcentes perque ora virum ſe ferentes incredibiliter, vt ait poëta, ecce (vt ſunt cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus fueris, tanto magis in lubrico) ſubita contractione ingens illa celebritas concutitur, & ſplendidiſſimi ingenij fœtus, non quidem exciſi, & exanimati prorſus, ſed inualidi, fracti & debilitati, & ſolœciſmis obruti malaque Latinitate deturpati ad hunc vſque diem, magno doctorum virorum angore ingentique dolore decubuerunt. Dira clades, hercle, & in Muſarum caſtris vere Cannenſis pugna. Nunquam enim literarum fortuna, triſtiori fato perculſa eſt. Sed qua manu, cuiuſque iniuria id acciderit, non diſquiro; Et tute ipſe ſi facias, nihil proficias, quin nebula caput inuoluas, nec te fidenter explices, verumque iſta tempeſtate reperias. Nam ſeu paterna formido, & malorum principum metus huius infortunij cauſa eſt, metus enim & repentinus quandoque magnos morbos generat, & parentum caſus fœtus afficit; ſeu temporis edacitas, & in hæc æternitatis monumenta perpetuus liuor, quippe Πάντα ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φθίζει, ſeu rapidus ille Gothorum & Vandalorum in omnes terras impetus, qui fluminum reſtagnantium inſtar, Muſarum arua profluuijs ſuis inundarunt: Adeſt quidem certiſſimus dolor qui nos feriat, ſed remedium abeſt quod leniat, vulnuſque lachrimabile videmus & palpamus, ſed vulneris authorem non videmus: ſolaque ſuperſunt vota literatis, quibus illa obſcura illuſtrentur, decoraque Taciti facies, priſtinæ claritudini & integritati reſtituatur. Si quis tamen inter iſtas nebulas meam roget ſententiam, reſpondebo me Quintiliano magis aſſentiri, qui *circũcidiſſe quæ dixerat eique nocuiſſe*, clare teſtatus eſt. Nec inconſulte Plinius Nepos ſcribit in Epiſtolis: *Notauiſſe ſe, quæ in Taciti libris aut commutanda, aut eximenda eſſent*, quæ quin ad Annalium & Hiſtoriarum vulnera pertineant, non dubito. Credo Quintiliano coætaneo ſcriptori, credo viro probo, & authoris noſtri amico, nec temere ſcribenti: credo magno authori, & apud ſuos ſapientis nomen adepto; credo rationi ipſi, quæ Quintiliano potior; credo rationi, & Quintiliano, &

Plin. Nat. Hiſt. 7. cap. 16.

Homo creſcit in longitudinem ad annos vſque ter ſeptenos, deinde ad plenitudinem, ait Plinius.

Vt a Quintiliano & Plinio Iuniore, & poſterioribus temporibus ab omnibus doctis.

Virg. 6. Æn. de Marcello.

Euripid. & Velleius 2.

Vetuſtas non pauca deprauat.

Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas.

Quintil. 10. Inſtit. præf.

Epiſt quæ incipit librũ 7. epiſt.

Nam Quintilianus pro quolibet ſapiente.

Iuuenalis in Satyram ſextam.

Scilicet expectas, vt Quintilianus ametur.

Quintilianus, ait, pro quolibet Sapiente.

c

Plinio Secundo, quorum perpetua eſt apud me authoritas. Qui licet Tacitum non
nominent, (nam ad certa pericula, & Domitiani tunc viuentis & immodice ſæuientis
crudeles iras, quis amicum nominauerit?) tamen ex Iuriſconſultorum ſententia,
L. Nominatim. D. de man. teſt. demonſtratio pro nomine eſt. Et illa deſcriptio Quintiliani tam bene ad Tacitum
quadrat, vt nec ouum ouo, nec gutta guttæ ſit magis ſimilis. Et qui alteri tribuunt,
equo detrahunt ephippia, quæ boui applicent. Fecit Quintilianus quod Apelles, qui
Ægyptio regi, pro reticentia nominis incogniti viri, dedit vultum carbone de-
pictum in pariete tam eleganter, vt ab omnibus noſceretur. Et quis eſt obſecro inter
iſtius tempeſtatis ſcriptores, cui Quintiliani elogia magis conueniant? Primum enim
Plin. lib. 35. cap. de Hiſtorico loquitur, quod verum & natiuum Taciti elogium eſt. Imo & Tacitum
nominat; quod facit ſatis, nam quis vltra Tacitum quærat? Fuerit olim, nondum
Tacito terris dato, Criſpus in Hiſtoria primus; certe nunc Tacitus in Hiſtoriis ſcriben-
dis Dictator ſummus, & δεινὸς, cuius ſtylus quo contractior, & moroſior, eo fortior &
neruoſior eſt, quique integrum lectorem non modo ad ſe rapiat, ſed etiam inuitum
trahat. Et hercle eadem eſt vis ſcriptionum, quæ pugionum. Pugio, quo breuior, eo
validior, & aptior ad pungendum & feriendum. Etſi potenti dextra torqueatur, quot
ictus, tot mortes. Idem eſt de breui oratione. Nam valide pectus quatit, cor ferit vehe-
menter, & magna vi pungit, & vulnerat, plagamque animis infert quæ manet. Scripſit
Plinius epiſtol. aliquando Iunior Plinius ad Tacitum, de breui aut longiore orationis ſtylo; & quid
cenſeret eſt percunctatus. Quid reſponderit, quia ætas inuidit, non videmus; quid
ſenſerit, intelligimus, quia eius ſcriptiones habemus; breues quidem, ſed aculeatas,
ac fortes. Generoſior ille ſpiritus, fluentes in luxuriam clauſulas non amauit. Nam,
Arbiter in Satyrico. vt ait Arbiter, *Fugiendum eſt ei qui ſcribit, ab omni verborum vilitate, & ſumendæ voces
a plebe ſummotæ, vt fiat, Odi prophanum vulgus. Oportet*, ait Paterculus de Cæſare, *le-
genti vt manum iniiciat, & quamlibet etiam feſtinantem apud ſe morari cogat.* Et ſane, *laci-*
Tertul. *nioſus ſermo*, vt ait Tertullianus, *& oneroſus, & vanus eſt. Naturaliter compendium ſermonis
gratum & neceſſarium eſt.* Nec tantum breuiter ſcripſit noſter author, ſed breuiter dixit
Plinius in epiſt. Frequēs. & grauiter, & plane σεμνῶς, vt ait Plinius. Nihil enim Tacito grauius, nil breuius; nil
eloquentius, nil acutius. Sed anonymi huius Hiſtorici, quem Quintilianus indicat,
Quintil. lib. 10. Taciti σύντονος. Iubet elogia diſpicere, vt Tacitum eſſe comprobemus. *Supereſt adhuc* (inquit) *& exornat
ætatis ſuæ gloriam, vir ſæculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet
amatores, nec immerito, quamquam circuncidiſſe quæ dixerat ei nocuerit. Sed elatum abunde ſpiritum,
& audaces ſententias deprehendas in his quæ manent.* Et quis eſt ex literatorum turba, fuitve
olim, qui iſtius ſæculi memoriam magis ornauerit? Sæculum enim iſtud, paucos excipio
Muſarum alumnos, perſonis fœdum, moribus turpe, & imperio horrendum, fœlici
ſua præſentia & ſcriptione fœliciore beauit. Quis enim non horreat illa tempora
Tertul. in Apolog. Domitianos ferentia, id eſt Caluos Nerones, aut Neronis portiones, vt ait Tertullia-
Plinius maior. nus, meraque venena orbis, niſi Taciti natalibus eſſent expiata? Quis ſæculorum
memoria magis dignus, quam qui tot ſæculis doctorum hominum generi mirandus,
etiam nunc & poſt fata viuit mirabilis & deſiderabilis, & ad poſterorum memoriam
ſibi viam parat, nulla temporum iniuria, nulla mortalitatis inuidia præcludendam?
Quis Tacito plures amatores habuit, quis maiores, quis doctiores, qui quaſi Veneris
cingulo cinctus, omnium animos ſibi conciliat, factuſque velut cymbalum mundi, aut
publicæ famæ præco, omnium auribus gratanter auditur, omniumque ore glorioſa
commemoratione celebratur? Quacumque literarum claritas fulget, omnes, quod
mirere, etiam noſtro æuo faſtidioſo, & delicato, Tacitum depereunt. Nemo eſt,
licet paucornm ſit hominum, qui legendum non deligat, delectum non diligat, non
luſtret, non illuſtret, non ſectetur, non ſuauietur. Placet omnibus, qui ſibi vni præ
metu diſplicuit, atque ita placet, vt præ Tacito cætera taceant, & diſpliceant. Et ſane,
Taciti lectio lotos eſt, quæ guſtata ſemel, alia guſtari non patiatur. Eius ſtudium, cæ-
terorum faſtidium eſt. Nec immerito, cum in eo nil ſit humile, nil otioſum, nil lan-
guens. Dictio ipſa maſcula, ſententiæ crebræ, interrogationes acutæ, narrationes per-
ſpicuæ, ſenſus alti, mores graphice picti, imperiorum arcana tacta, detecta, edocta; ſtylus
qui ferit, qui pungit, qui rapit, vt latenter, ſic potenter. Nam nec eſt, nec fuit, nec futu-
rus eſt quiſquam, vt opinor, Tacito par, nedum ſuperior in Hiſtoria. Vnum Solem
in cœlis, vnum Tacitum in terris, natura dedit, numquam Tacitos datura, numquam
paritura. Vt enim eſt in vilioribus ferax & liberalis adprime, ita in nobilioribus tenax &
auara,

auara, nec e penu ſua, clariora niſi inuita depromit, depromptaque cito retrahit, ne noſtra mortalitas diuinorum amœnitate diutius perfruatur. Et quia non eſt diuitiarum ſuarum oſtentatrix, quippe quæ auri & argenti & lapillorum pretioſiores ſarcinas imis telluris viſceribus recondat, ſi quando virum magnum orbi dederit, dat pro mille viris, pro mille annis, pro mille ſæculis, & interdum pro omni æuo; ſemelque, nec vltra. Adeo diſpenſatrix illa parca, & pumice aridior, noſtrum demenſum præbet auariter, nec patitur humanitatis noſtræ genio aliquid indulgeri. Sic vnum Archimedem in Mathematicis, vnum Platonem in Philoſophicis, vnum Homerum in Poëticis, vnum Demoſthenem in Rhetoricis, vnum Hippocratem in Medicis, vnum Tacitum in Hiſtoricis nobis tribuit. Sed Tacitum eſſe de quo Quintilianus ſentiat, res ipſa comprobat, cum illæ ſciſſuræ quas memorat, extent in Tacito, & in nullo iſtius ætatis authore præter Tacitum. Vulneraque corpori Annalium inflicta, magnoque diductu hiantia, & puro Muſarum cruore fluentia, nec ſine lachrymis oculis noſtris obuerſantia authorem eſſe Tacitum profiteantur. Sed, inquit vir magnus, ſub Domitiano ſua non vulgauit. Non obluctor, & quis negabit? Nec vulgaſſe ſatis innuit Quintilianus, cum ſcribit, *olim nominabitur, nunc intelligitur.* Verum potuit amicis prudentioribus, & doctioribus, vt Quintiliano, Ariano, Plinio Nepoti, Cluuio, Ruſtico Aruleno, Senecioni, aliiſque celeberrimis viris communicaſſe, non vulgaſſe. Nam in arcanum noſtrum perrumpunt amici, in quod non vulgus. Muſarum ſacra, quantumuis penetralibus abdita, Muſarum ſacerdotibus non occluduntur. Vident per amicam communicationem, quod per publicam euulgationem, imo & euagulationem cæteri non vident. Sic Seneca Lucilio ſua Philoſophica, ſic Syneſius Pæonio ſua Aſtrologica, ſic Catullus Cornelio ſua Poëtica, & amœniores nugas ante publicationem communicauerunt. Sic iſtas meas Cogitationes Dominis chariſſimis Richardoto Aſſonuilleo, Salinati, Malineo, Vanderdelfio, & aliis detexi quæ nullis ante vel paucis: Et ante omnes P. Scribanio qui mihi alter Varro. Et quis ſub Domitiano ſua vulgaſſet, Hiſtorica præſertim, & illius temporis, niſi falſa pro veris, adulatoria pro ſinceris, vana pro ſolidis obtruſiſſet, & vitam prius in ſumma deſperatione habuiſſet? An fuit bonorum quiſquam qui illam imperij beſtiam non pertimuerit? qui non horruerit, non damnauerit? (ſic enim Suetonius Caium nominat Domitiani exemplar) cum Sulpitia iſtius ſæculi elegantiſſima fœmina, & forſan decima Muſarum, de Domitiano ita ſcripſerit,

Non trabe ſed tergo prolapſus, & ingluuie albus,
Et ſtudia, & ſapiens hominum nomenque, genuſque,
Omnia abire foras, atque vrbe excedere iuſſit? Sueton. in Domitiano.

Nam philoſophos omnes vno die, vno edicto innoxios, & inauditos damnauit, & vrbe atque Italia proturbauit. Adeo naſos iſtos Atticos oderat, quod ad ſæuitiæ ſuæ aditus ſcrutandos, & turpiſſimæ vitæ penetralia detegenda, nimium acutos exiſtimaret. Idem priſcæ nobilitatis viros omnes exſcidit: ideo recte Satyricus Iuuenalis dixit de Domitiani æuo: *Prodigio par eſt cum Nobilitate ſenectus.* Tanta ſane fuit, & tam deteſtanda natricis huius intẽperies, vt adempto per furtiuas inquiſitiones, loquendi, audiendique, addo & ſcribẽdi cõmercio, memoriam quoque rerũ hominibus ademiſſet, ſi tam fuiſſet ſuæ poteſtatis, quam fuit iniquæ, & deprauatæ volũtatis. Et quem litteratorũ ille crudelitatis mucro non perculerit, qui Metiũ Pompoſianũ occiderit, quod geneſim imperatoriam haberet, quodque in mẽbranis deſcriptũ & depictum orbem, & quod Liuij concionibus, vir litterarũ amans, magna amœnitate delectaretur? Quem non ſubruerit ille ſæuitiarũ turbo, qui Hermogenem Tharſenſem propter quaſdam in hiſtoria figuras (id Sueton. eſt morſus, ſcilicet clancularios & ſub figuris latentes) trucidauerit, eiuſque librarios immerentes crucibus addixerit? Quem non dilaniaſſet ſua vitia memorantem, qui iocos, quantumuis innoxios, nutus, nictus, & minutulas oculorum contorſiones, ad crimen trahebat maieſtatis, fultuſque ſuſpicionibus ineptis, truculentiſſimus omnium virtutum Procuſtes, hominum capitibus inſultabat, deque bonorum ciuium amputatis ceruicibus, quaſi de ſegetibus hoſtium lapidatis, inter inuidiæ ſuæ & crudelitatis ſegeſtria lætabatur? Quis iſto portento regnante etiam aliorum principum vitia tangere eſſet auſus, cum deſcribi putaret quod in ſe eſſe ſentiret, quodque in alijs libera & laudanda ſcriptione carperetur? Inde Tacito ſe circumcidendi animus, & in ſua viſcera ſæuiendi ingens ferocia, non niſi libero Bruto, non niſi heroe Catone digna, vt loquebantur Pagani. Sic periere omnia quæ de Domitiani rebus ſcripſerat, non minus vere,

vt cætera, quam eleganter. Sic intercidere quæ de Veſpaſiano & Tito poſterioribus hiſtoriarum libris memorauerat, quod his duobus principibus, licet vitæ & imperij authoribus, miſer ille, & totus plorabilis princeps inuideret. Fuere enim Domitiani virtutes patrem odiſſe, & fratri inuidiſſe. Sic interiere, quæ de Caio, in ſeptimo, octauo, nono, & decimo Annalium libris ſcripſerat, quod Caius in Domitiano, licet nundum edito, iam viueret, & Domitianus, Caium iam ſepultum, nec amplius iſta luce fruentem, excitaſſet. Eadem enim ambobus in Senatum odia, eadem in nefandiſſimos quoſque ſtudia, eadem vitæ ludibria, eadem matrimonia, mox repudia; eadem denique via per omne vitiorum genus & crudelitatis ſunt progreſſi. Nam Caij & Domitiani tempora, vt paria libidinum fœditate, ita dominationis aſperitate, & annorum æqualitate. Inde etiam abſciſa Claudiani principatus initia. Nam quæ ſub ſtolido & ebrio Claudio Meſſallina libidinibus ardens auſa erat, Domitianus, nec vir, nec fœmina, & vtroque quid peius, vt immanis bellua, in Senatum, & chariora Reip. pignora perpetrauit. Quarum rerum commemoratio erat facinorum eius exprobratio. Ideoque ſcripſiſſe periculoſiſſimum, ſcripta reliquiſſe infenſiſſimum. Sic Neronis etiam finem abſcidit, quia nouiſſima Neronis & Domitiani conuenirent. Nam diuturnitate imperij coalita audacia, nihil erat tam impium, nihil tam infandum, quod animo non conciperent, & conceptum non exequerentur. Et ea eſt ratio cur Quintilianus *ſe circunciſiſſe* Tacitum dixerit: Plinius, *exemiſſe quæ a Taciti libris commutanda eſſent.* Vnus enim Tiberius, a tam miſeranda iactura ſaluus remanſit, quinti Annalium libri vnico vulnere cruentatus. Nam Domitianus moribus Tiberij valde delectabatur, & præter acta eius & commentarios nihil fere lectitabat, ait Suetonius. Dignus ſane magiſtro diſcipulus, & in ſcelerum diſciplina duo inſignes hiſtrici & Cappadoces. Ideo Neruæ & Traiani fœlicia tempora dixit noſter, quod in ijs, *ſentire quæ velles, & quæ ſentires, ſcribere licuerit.* Tunc enim ſe circumcidiſſe, illum pœnituit: vbi autem de Domitiani æuo loquitur, *ſæua*, inquit, *& infeſta virtutibus ſæcula.* Infeſta vere, quibus Roma vt quondam quid vltimum in libertate, ita tunc, quid poſtremum eſſet in ſeruitute experta eſt. Et expreſſit Iuuenalis iſtius temporis teſtis, & expertus, & oculatus. Nam vbi de Criſpo Paſſieno qui viguit ſub Domitiano, ſic ſcribit,

--- Maria ac terras populoſque regenti
Quis comes vtilior? ſi clade ac peſte ſub illa,
Sæuitiam damnare & honeſtum afferre liceret
Conſilium: ſed quid violentius aure tyranni?

Ita Domitianum peſtem, cladem, & tyrannum appellat: & certe fuit lues & excidium omnium ſtudioſorum, vt patriæ etiam omnis virtutis euerriculum. Nam per quindecim annos quibus imperium tenuit, multi ſane fortuitis caſibus, ſed ſapientiſſimus quiſque & doctiſſimus, ſæuitia principis & deteſtanda immanitate intercidere. Et quamdiu præfuit rebus, bellum nefarium virtuti, virtutumque ſectatoribus indictum eſt. *Aruleno* enim *Ruſtico*, inquit Tacitus, *quod Pætus Thraſea, quod Herennio Senecioni Priſcus Heluidius laudati eſſent, capitale fuit. Neque in ipſos modo authores, ſed & in libros eorum ſæuitum, delegato Triumuiris miniſterio, vt monumenta clariſſimorum ingeniorum, in comitio & foro vrerentur. Scilicet illo igne*, inquit Tacitus, *vocem P. R. & libertatem Senatus, & conſcientiam generis humani aboleri arbitrabantur.* At vbi de ſe memorat & quomodo tot periculis fuerit ſuperſtes: *Pauci*, inquit, *non modo altorum, ſed etiam noſtri ſuperſtites ſumus; exemptis e media vita tot annis, quibus iuuenes ad ſenectutem, ſenes prope ad ipſos exactæ ætatis terminos, per ſilentium venimus.* Ex hoc loco poteſt colligi Tacitum niſi in ſenecta ad honores non tranſiiſſe, quod falſum tamen. Nam tum bene latuiſſe, bene vixiſſe fuit: ſolaque ignoratione, Tacitus a miluinis vnguibus euaſit, & tutatus eſt. Inertia enim pro ſapientia erat, vt Neronis temporibus, magnaque fama, crebra erat periculis. *Et fuit miſeriarum pars*, inquit idem, *videre & aſpici, cum ſuſpiria noſtra ſubſcriberentur, cum denotandis tot hominum palloribus, ſufficeret ſæuus ille vultus.* Lege ergo apud Sueton. in Domit. 18. *vultu immodeſto ruboriſque pleno*, quæ vera lectio. Nam Tacitus memorat quæ ſciuit quæque vidit & quæ expertus eſt; & oculato teſti integra fides: nec eius ſcriptio adulteranda, *& rubor, a quo ſe contra pudorem muniebat.* Inde ergo Annalium lugendæ partes, quas deglubit ætas, & metus abſcidit: ſatiſque fuit Tacito, poſt peractum prætorium munus, de quo is libro vndecimo Annalium, ſe quieti tradere, & apud ſapientes fama cognitus, vulgo ignoratus, more virorum prudentum, ruri ſe abdere, & Vatiæ villam incolere, vt

Tacitus in Agricola.

dicebat

dicebat Seneca, ſpectareque in otio, quorſum Domitianus euaderet. Sed quo me æſtus abripit? Dum vrceolum paro, vaſta exit amphora. Reprimo me, vbi addidero, magno viro aſſentiri me non poſſe, qui Cornelianæ cladis reos faciat priſcos Chriſtianos, immerentes hercle, & innoxios. Nam a monachis ad nos peruenit rota Taciti quæ nunc extat hereditas, & a monachorum bibliothecis reliquiæ tot diuinorum operum. Quin a Vaticana bibliotheca prodiit quidquid hodie habemus ex Taciti reliquijs in Italia. Seneca ad Lucil. epiſt.

Tu mihi ſol teſtis, teſtis quoque terra loquenti.

Quod ſi Chriſtiani tanti ſceleris rei, quid, & quorſum reliquiſſe quæ de CHRISTO & Chriſtianis manent, & quos exitialis ſupeſtitionis reos facit, & Neronianæ coniurationis conuictos? Eratne in partibus abſciſis quod ad Chriſtianorum gentem pertineret?

Non ego credulus illis.

Venio nunc ad alias ſoboli Taciti inflictas plagas. Quo enim excelſior & nobilior ſanguis fuit, eo fortunæ ictibus fuit obnoxior; & quia ſibi cum virtute conueniebat tam bene, cum magis oportuit cum fortuitis caſibus crebris & periculoſiſſimis prælis confligari. Ergo poſt crudelem illam, ſeu a Tacito parente, ſeu ab nequitia temporum illatam contractionem, cum librariorum turba vndique morbo occurreret, functique amicorum officio, incauta ſedulitate omnia remedia pararent, neſcio quo modo, more, & amore ſimiarum improuido, fere omnes iſtos fœtus peremerunt. Siue enim in Manuſcriptis parum verſati, quod dubium non eſt, ſiue ad litterarum notas & compendia rudes, ſeu ad authoris noſtri mentem minime facti, ſeu eius lectione nondum detriti, ſeu incuria decepti, ſomnoque intercepti, tot errores, tot mendas, iſtis libellis pepererunt, vt hodie, magis in ſymptomare curando, quam in capite morbi ſanando laboretur. Nec tamen illa candida pectora, & cœlo iam receptæ mentes, verbis aſperioribus ita ſunt exagitandæ, vt de ſua quiete deturbentur. Sunt enim exteri quidam, quorum καινοτομία, omni ἀπιστία peior eſt, qui quia monachos putant, (nam libros legere, & exſcribere, & corrigere olim monachorum munus, & Muſarum ſaluatio a Monachis) tanta acerbitate exſcriptores iſtos inuadant, vt inter καθάρματα reponant, ſacros & inteſtabiles faciant, & ſi poſſint, citent ante capitales Triumuiros, reoſque peragant, & de ſaxo cupiant præcipites deturbari. ὦ ἀχάριστον ἀπόρημα. Epiphanius cõtra Hæreſ. ὅτι χεῖρον ἡ καινοτομία [illegible] ἀπιστίας. S[illegible] in lib. [illegible] Mart. [illegible] loquens de Monaſterio [illegible] ibi exceptis, [illegible] ptionibus [illegible] cap. 7.

Tantæne animis cæleſtibus iræ?

Hæc tamen eſt præſentis, & præſtantis huius ſæculi nobilis inſania. Nam quid tam acerbum, illa priſcæ puræque Chriſtianitatis capita commeruere, quibus non modo Pietatis Fideique ſacraria, ſed etiam totius literaturæ monumenta debemus? Θεραπευτὰς vocat Philo, & cultores Dei, & contemplatores, quos monachos fuiſſe ſcribit noſter Dionyſius Areopagita. Qui quidem ab hominibus ſecedunt, & in ἀσκητηρίοις ſe abdunt, quia (vt dicebat priſcus Chriſtianus) qui ab hominibus frequentantur, non poſſunt ab angelis frequentari. Syneſius ὑπάτας γυιὰ appellat, & eximios fœtus, & ad eos philoſophiam veterem, a porticibus Stoïcorum, & ſpatiis Academicorum, migraſſe credidit tota Chriſtianorum veneranda antiquitas. Petrus Damianus de Dei omnipotentia, cap. 7. *Gens ſola, & in toto orbe præter cæteros mira, ſine vlla fœmina, omni venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum.* Nam quod Plinius de Eſſenis, iure de Monachis Chriſtianis dicas, quos Gregorius Nazianzenus vocat Nazareos Orat. 19. quia ſe totos Deo voueant, &, vt ait Dionyſius Areopagita, a rebus diuiſibilibus ad beatam vnitatem ſe totos transferant. Quid memorem DD. Athanaſios, quid Hieronymos, quid Chryſoſtomos? Scribit ille, *Eos agere in terris quod angeli in cælis, eorumque conuentus eſſe veterum Chriſtianorum conuentus.* Quod ideo ſcribo, vt ſciant in iſta ἀγγελολογία, tam Iudæorum, quam Græcorum, & Latinorum Senatuſconſultis, eſſe confixos. Sed paganiſant Hæretici cum Eunapio qui Iuliano ſcribit, καλουμένους Μοναχούς, ἀνθρώπους μὲν κατὰ τὸ εἶδος, ὁ δὲ βίος αὐτοῖς συώδης, ſpecie homines, porci moribus Monachi. Sed qui amat Chriſtum (ait Paulinus ad Iouium) amat monachos. Et Oroſius lib. 7. cap. 33. loquens de Valente Hæretico, legem dedit vt monachi (hoc eſt Chriſtiani) ad militiam tam armatam quam ciuilem cogerentur. Vide L. Quidam. de Decurionibus, lib. 10. Cod. Non negauerim tamen, ita me exſcriptorum incuriis aliquando perculſum, vt illud poëtæ exclamarem, cui tamẽ operi minor pars deputabatur, maiores orationi vacabant. D. Chryſoſt. Homil. 59. ad popul. Et 1. ad Tim. Philo, lib. de Vita contemplat. D. Dionyſ. Eccleſ. Hier. cap. 6. Sulpit. in D. Mart. mirac. Dial. 1. Syneſius, epiſt. 136. D. Athan. in vita D. Anth. D. Hieron. Catalog. ſcript. Eccleſ. *Apparet talem primũ in Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe nituntur, & cupiunt.*

O exſcriptores, quam mihi ſæpe
Bilem, ſæpe iocum veſtri mouere tumultus? Horat. in Epiſt.

Sed ita excanduimus, vt accuſando eos excuſaremus, & excuſando etiam laudare-

mus. Plane enim laudandi, quod eorum plerique, non claris orti temporibus, & per nebulam ſpectata tantum Muſarum pulchritudine, iſtas exſcriptiones, vt ſui in literas amoris illuſtriſque otij teſtes, literatæ poſteritati reliquerunt. Quod ſi ſanos authores non præſtant, quod luctuoſum eſſe non inficior, nec ſigla, notæque Librariorum omnibus patuerunt, magnum eſt tamen, quod viuos, & loquentes, & meliori ſui parte valentes, & a temporum βουλιμίᾳ vindicatos nobis exhibuerunt. Horum exemplum ſequuta eſt Typographorum quorũdam incuria, quæ non noua ſed vetus. Hi enim argyritæ magis quam ſtephanitæ (non enim laurum, ſed aurum quæritant) dum grallatorio pede ad nundinas currunt, meſſeſque aureas ex celeritate parant, huic authori, vt alijs multis, exitio fuere. Et ſane, Goueanus Iuriſconſultus vir ingenio elegans, & doctrina rarus, & in Trebatij ſchola apprime nobilis, acutiſſime illos renibus comparabat. Vt enim renes adipe circumuoluti, ſicci ſemper, & aridi permanent: ſic iſti, dum ſtipantur vndique ſapientum voluminibus, quibus eorum officinæ reſtagnant, numquam tamen, ac ne minimo præcepto, ad cauendam auaritiam ſordidoſque quæſtus muniuntur. Nec certe aliunde Muſarum excidium, quam ab eorum ſordibus venturum eſt, ſi mihi vaticinanti, & infœlici Pergamorum Caſſandræ creditur. Addas licet, Criticorum quorundam manus nimis acres, & ſi fas dicere, magis vulnerarias, quam cenſorias, quæ inſuaui noſtro æuo, & ſuperiori viguerunt. Vnum Lipſius notauit, qui rectiſſimos Taciti locos contra authoris mentem inuerteret. Fuit ſane vetus, & familiare malum in litteris, illa immoderata cenſura, a qua ne Taciti quidem mortalis diuinitas fuit immunis. Vt enim apud Homerum Diomedes extitit, qui pulchricomæ Veneri cruentum vulnus infligeret; ſic extitere multi, qui hanc noſtram Cornelianam Venerem, & Amorum parentem, ad intima vſque vulnerarent. Nec ſatis fuit authores male tractaſſe, niſi cum diſcipulis & ſectatoribus, nobiliori Taciti ſanguine cruentarentur. Et certe, ſi in illa ægritudine qua nunc decubat, rogaretur, vnde illi tam male, reſponderet quod Martialis Symmacho Ludimagiſtro cum centum diſcipulis eum inuiſente, pulſumque crebris attrectationibus explorante & febrem augente:

Mart. *Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.*

Nam cum paucis mendis antea ſcateret, poſt illas magiſtellorum & diſcipulorum calidas nimis tactiones, infinitis erroribus ebulliit. En Cornelianæ ſobolis fata. Sed æternum laudandus DEVS, quod ad iſta ſananda, peritiſſimos, & experientiſſimos medicos adhibuerit. Nulla enim Europæ parte orbis defuit qua litteratura in pretio eſt. Gallia enim, Italia, Hiſpania, Germania, & Anglia, magnos, & inſignes viros imperriendis remedijs contulerunt. Noſtraque ætas præcipue, quæ vt eſt omnium vitiorum ferax, ita magnarum virtutum altrix, & rerum reconditarum, nec vnquam erutarum ſcrutatrix, & repertrix ingens. Liceat loqui ingenue, nec pudeat quemquam, ſuum certe Aſclepiadem in Lipſio Tacitus habuit. Et ſi quiſquam eſt, qui conclamatum, & iam efferendum ſuſcitauerit, ipſus eſt. Quod non ad gratiam dico: Nam ἡ χάρις χάριν τίκτει, & ille iam ad mortuos ſe recepit, imo ad veritatem meram. Mea enim maſcula thura, non ita ſibi gratias conciliant. Nec præfica ſum, quæ mortuos laudem mendoſe & indecenter. Ibat ergo Tacitus, æternum tacendus, ſuis vulneribus cruentus, ſuis mendis inuolutus, ad illas domos vnde redit nemo, & ad quas Tullus deuenit & Ancus, vt ait Poeta, iamque obliuionis flamma vertebat in cineres, cum Lipſius vitæ reddidit, & ornamentis. Non tamen omnibus, quod ipſe fatetur: nec certe vnius Herculis labor eſt. Et forte, nobilis meſſor noluit de tota horna gloriari. Satis habuit Tacitum vitæ reddidiſſe incolumem, innumeriſque curaſſe vulneribus, ſatis quæ medicamine non attigerat, notauiſſe, & notata alijs curanda reliquiſſe. At nos, velut adſcriptitij milites, qui inermes bene armatis ſuccedunt, non infœlici genio, hanc prouinciam, inter noſtra longa nimis nec inhonora oria, ſuſcepimus. Nam ab exteris & amati & honorati fuimus, quos ante ne viſu quidem & alloquio noueramus: & ſemper veneranda mihi erit meiſque Antuerpia optimorum virorum alumna & nidus. Forſan autem hæc præſtitimus, quæ Tacitum, & Remp. litterariam, quæ nos etiam non pœniteant. Nam quæ ſtellulis ſignarat, correximus, quæ pro deſperatis habebat, ad ſpem reduximus, quæ reliquerat collegimus, quæ hiantia notarat, ſuppleuimus, lacunaſque quaſdam, non omnes, nam omnes explere diuinitatis eſt non humanitatis, ex verbis authoris obduximus, magnoſque & innumeros errores nondum agnitos deteximus, & emendauimus. Et vt πόνος πόνῳ πόνον φέρει, ait Euripides, ſic fretum iſtud Cornelianum ingreſſi,

ex

ex vno labore, varios labores, quaſi renaſcentia Hydræ capita ſuperauimus: Quodque mirere forſan, forſan etiam culpes, ſolo ingenio freti, tritaque Taciti lectione inſtructi, & a Deo, ſi fas dicere, & impulſi, & edocti. Manuſcriptos enim, præter vulgatos legiſſe nobis non licuit, nec noſtra calamitas tulit eſſe tam beatos. Tum quod Manuſcripti omnes, qui in orbe, iamdudum a doctioribus viris lecti, perlecti, notati, & exhauſti ſunt. Et nuper, quæ in vetuſtioribus Florentino & Mirandulano reperta, (nam Mirandulanum ſuppoſitum eſſe partum vix credo) etiam fuere edita. Sed illa, nullum, aut rarum authoris noſtri vlcus, præſertim ex lethalibus, ſanantia, ac ne detegentia quidem, adeo ictus ad necem fere omnes, omni ceſſante remedio, adacti ſunt. Nam B. Rhenanus virde litteris & de Tacito in primis bene meritus, ſcribit legiſſe ſe Manuſcriptum Matthæi Coruini Regis Hungariæ, & nihil reperiſſe quod Taciti vulneribus poſſet adhiberi. Beroaldus etiam cum ex Vaticana bibliotheca Tacitum Leonis Pontificis Magni tractaſſet, nihil retulit, quod ad eius morbum ſanandum conduceret. Quin Curtius Pichena Magni Etruriæ Ducis Secretarius, cum ex Florentina bibliotheca Tacitum publicaſſet, nihil repertum eſt quod eum ad ſtatum meliorem reduceret. In ſumma, tota vetuſtas ſuæ nouitatis cladem vidit, ſed nihil ei profuit. Fecimus ergo in hac parte, quod ægrotis amici ſolent, qui clarioribus medicis deſpondentibus, vbi remedia ceſſant, tum ſua promouent officia, & interdum, quod arte, & magna experientia magni viri non potuere, compoſitis ex ingenio medicamentis, ſuaque diligentia, & ſedulitate præſtant. Quod ſi poſt cineres noſtros euenerit, vt orbis, qui ſingulis momentis aliquid parturit nouitatis, nouos Manuſcriptos, & correctiores, & fideliores dederit, quod certe totis animis & auemus, & precamur, tum demum parebit quid in hac parte præſtiterimus. Et forſan, apud rigidiores erunt pro oraculis, quæ nunc pro dubijs, & ambiguis, inter coniecturas noſtras reponuntur.

Cæterum, vt expoſtulantibus reſpondeamus, non exiſtimaui cuiquam, nedum Lipſio, iam vitæ vſibus abſtracto mihique venerando, vt fuit ſemper, in hac parte iniuriam aut moleſtiam me facturum, ſed tantum publicis profuturum commodis, dum publicum & publici iuris authorem maculis animaduerſis eluo, & in aruo publico id demum ago quod Horatius in priuato, dum ad Villicum ſcribit; Horat. epiſt.

Certemus ſpinas animone ego fortius, an tu,
Euellas agro.

Et ſane nec Muretus gallinæ albæ filius, & pectore candidior, dum Tacitum terit, ſibi inuidiam peperit. Nec, qui poſt Muretum huic authori lucem fecerunt, aut medicas manus adhibuerunt, cuiquam ſe moleſtos exhibuerunt. Cæterum, nolo mihi ſcribenti quiſquam credat niſi ex animi ſui ſententia. Liberalia ſunt hæc, quibus libere legenda, & cenſenda ſunt omnia. Apollinis oracula non edo, nec vrgeo quemquam vt in mea verba iuret. Si probat, probet; ſi improbat, improbet. Non vdus, aut ſudus Iupiter, omnibus placet. (Theognidis Megarenſis prouerbium.) Nec eſt mihi tanti, placeam, an diſpliceam, dum ſciat, & ſentiat quiſque, hæc vulgaſſe me, publicæ vtilitatis cauſa, non priuatæ laudis. Et forſan, ſaturis, faſtidioſiſque, & faſtuoſis Naſidienis, viles hi & frigidi cibi placebunt. (Horat. Satyr.) Nam Muſa medicus etiam frigidis Auguſtum regnatorem orbis curauit. (Dio.)

Habe igitur, ſuauiſſime Lector, meas in Annales Taciti Nouas cogitationes, & in iſtis cogitationibus nouis, animaduerſiones, emendationes, & coniecturas. Addo & illuſtrationes, cum hæc quatuor iſto opere contineantur. Nouæ ſunt animaduerſiones, emendationes veræ, coniecturæ ambiguæ. Cogitationes dixi, quas noſter meditamenta, Plinius curas, alij alijs nominibus nuncupant. Non diſplicuit Ciceronis verbum, (Cicero Philipp. 12.) quod Iuris noſtri conditoribus eſſet vſurpatum: imo & Tacito, ſi Tacitus eſt qui de oratoribus dialogum ſcripſerit. Voco animaduerſiones nouas, quod noua, & plurima ſint vulnera animaduerſa, nouaque remedia vulneribus adhibita. (Theodoſius tit. 13. Nouell. Et Iuriſconſultus.) Dixi emendationes veras, & vere dixi. Sunt enim eius notæ quamplurimæ, quas Tacitus, ſi viueret, ſuas eſſe non negaret. Nil mihi arrogo, quamuis ſua ſcruta vt vendat, ſcrutarius laudet, ait Lucillius: res ipſa docebit, orbis iudicabit. (Sapientiores ſecundæ cogitationes.) Et ſi quid eſt laudis, habet authorem Deum; ſi quid ignominiæ, me exceptorem. Luemus in corio, nos qui de corio noſtro ludimus tam audenter. (Et Iuſtinianus Nou 11.) Sed nec inconſulte ludimus. De coniecturis non loquor tanta fiducia: Iunonis enim ſacra heic porto. Nam cum natura incertæ ſint, & circa obſcura verſentur, in ijs deſignandis, velut ambiguum, & in ſuſpenſo iudicium fuit. Nihil affirmaui confidentius, imo hæſi, Conſo deo litaui, alijs promendi iudicij locum feci. Erit eadem

libertas penes legentẽ, quæ fuit penes ſcribentem. Vnum dicam, nec pigebit, noſtras cõiecturas, ſi ſcopũ non attigerint, non longe abfuiſſe. Et tu, vbi legeris, & perpẽderis, facile tibi perſuaſeris. Ideo Tacitũ in Annalibus nouiter impreſſum tibi propoſuimus noſtris animaduerſionibus, emendationibus, & coniecturis, per Annalium libros, vna marginum parte notatum. Quarum rationem ſi requiris, quæ ſeorſim, & poſt Tacitum ſcripſimus in commentario, iſta te docebunt. In altera autem parte, quædam adnotata Politica ex Taciti verbis elicita inſeruimus, quibus Politicorum ingeniorum ὀρέξιν quodammodo leuaremus, daremuſque in os quod paparent, dum quæſitiora obſonia, & ex vtroque mari cibos accerſitos meditantur. Et ne putes in Tacito ſanando, aut Politice explicando, tantum laboraſſe, etiam in illuſtrando operam nauauimus. Vt enim eſt obſcurior paulo, ſeu verborum quorumdam minus frequenti vſurpatione, ſeu exſcriptorum vſitata ſcribendi profeſſione, ſeu rerum abditarum quas tractat commemoratione, verba verbis, ſenſus abditos, ex eius ſenſu depromſimus, & ex eius lumine, ſoeum ipſum ſe interdum obſcurantem, elucidauimus. Nec ſatis. Nam cum varia, ex variis authoribus mihi per hæc ſpatia currenti ſe offerrent, licuit, lubuitque, iſtis Nouis Cogitationibus attexere. Non vt magna rerum & verborum congerie, inflatos vtres, & bullatas nugas tibi conficerem, & ampullata volumina, quod a meo ingenio alienum eſt. Vt enim dicebat Martialis:

A noſtris procul eſt omnis veſica libellis.

Sed vt authorem noſtrum, ex aliorum ſiderum concurſu redderem tibi clariorem & illuſtriorem. Quippe in iſto authore, multi ſunt authores, & in hac Hiſtoria, multæ Hiſtoriæ, variæque res antiquæ, & clariores ſententiæ, ex clarioribus rei Romanæ authoribus, Græcorumque, vt docti dicunt, imo & Hebræorum promptuariis depromendæ. Non ſilebo, multas antiquitatis reliquias, quæ forſitan lectorem afficiant, etiam inſeruiſſe; authorumque locos obſcuriores explicaſſe; interdum nomina virorum, locorumque & vrbium, etiam & populorum repoſuiſſe, quæ aut corrupta aut nondum animaduerſa erant. Et quia fata in Muſarum ſegetes graſſantia, voluerunt paucos eſſe ſine mendis authores, quidquid citatis authorum locis non integrum eſſe apparuit, aut ſanauimus ex veris, aut coniecturis tentauimus, aut nobis conclamatum, aliis ſanandum ſubiecimus. Fecimus etiam quid audacius. Nam quamuis fuerimus alienis abſtinentiſſimi, & in foro literario, Lauerniones, vt Veſpas apum fauos glutientes oderimus (Furinæ enim Deæ ſacra auerſamur, nec poculorum anſas mutamus) tamen in hac parte, manum non continuimus, ſed quæ in Taciti elucidationibus inemendata alij attulerant, ad nos ſine fraude legis Attiniæ tranſtulimus, non vt noſtra augeremus, & clanculario, nec honeſto lattocinio eorum vigilias ſuppilaremus: quippe alienis maxillis non edimus, nec manticulamur, ſed vt deprauata corrigeremus, aut ad cenſoriam virgulam ferienda remitteremus. Solemus enim in his commentariis de qualibet margine, vel ara authorum vulnera patefacere, & veluti præcone ſua mancipia vendente de lapide, & cataſta, morboſa verba, & male ſanas clauſulas denotare. Sed ita modeſte, vt neminem ſcalpello noſtro vel aperte, vel oblique lædamus, omnes reuereamur, nec quemquam licet fœdius errantem nominemus aut deſignemus. Nemo enim in hanc arenam ita deſcenderit, vt per illas leues incogitantias quæ ſunt humanæ mentis ſociæ, viris magnis conuitium faciat, & ex alieno lapſu veluti ſpolio virtute quæſito, ſibi gloriam, alteri ignominiam paret. Et ſane, in fuſis, contuſis, & debellatis ſyllabis, quantum decus? Nos hæc Palæmonibus mundi cymbalis, & auguſtioribus Grammaticis relinquimus, quibus ſuam ambitionem expleant. Habeant illi Scholaſtici Cæſares iſtas lauros, velut ex Cæſarum lauretis decerptas, quibus cincti, & curru ſublimes, lateque per orbem terrarum vecti, & Ioui pares, maioribus titulis gaudeant, quam Pompeius, & a diſcipulorum turba, triumphatores, magno hiatu, magnaque admiratione proclamentur. Apud nos, dicebat D. Cyprianus de Chriſtianis, nullum de honore certamen. exaltatio noſtra in cruce Chriſti Domini eſt. hinc didicimus vnde placeamus. At vero inter authores quos emendauimus, multos habes, tam ſæcularis quam diuinioris litteraturæ. Quod ideo feci, vt illis, præſtiti amoris & beneuolentiæ vices rependerem. Nam in mei exilij glorioſis angoribus concoquendis, qui fuere certe acerbiſſimi, ſed forti pectore tolerati, & comites fidi, & conſolatores ſuauiſſimi ſemper extiterunt. Cumque mea bibliotheca carerem, quæ inſtructiſſima quondam, & florentiſſima, nunc abſentis domini deſiderio marceſſit; imo tota ſuppilata eſt: ij pro bibliotheca ſe tractandos, &

vtendos,

vtendos,& forte abutẽdos præbuerũt. Nec fruſtra. Nam Tertullianus, qui inter reliquos Tertul.
vnus abeunti adfuit, Chriſtianum militem ſubſtrictum,& expeditũ ſemper ſub papilio-
nibus eſſe debere me docuit: & agere & pati fortia, magis Chriſtianũ eſſe quam Roma- Seneca pater.
num. Et Senecæ ambo, dum Attalos facũdiſſimos, Rutilios innocentiſſimos, Marcellos
Reip. amantiſſimos, & bonos ciues exules memorant, & velut glorioſas propagines Seneca filius.
ſuo ſolo auulſas; quid virtus, quid innocentia pati poſſit periculoſiſſimis temporibus,
ſatis ipſi oſtenderunt. Putauimus, nec infœlicibus vnquam deſperandum, nec fœlici- Senec.
bus vnquam non timendum. Marius ſexto Conſulatu mendicabat, ſeptimo imperabat. Plutarch. Valer.
Scipio Aſina, ex conſule captiuus, ex captiuo conſul factus eſt. His ergo magiſtris &
conſolatoribus, licuit inter ſæuientes procellas eſſe tranquillum: & dum ſæculi ſordi-
bus per exilij voluntarij flammas repurgamur, etiam Tacitum repurgatum exhibuimus.
Fruere ergo, Lector optime, exilij mei fructu, & de meis ruptis cæſis, hunc panniculum
habe. Paruus eſt, fateor; vilis eſt, non inficior, ſed non omnino inſuauis. Si exilitatem
accuſas, meum prius exilium damna. Vix ſolent arbores natiuo reuulſæ ſolo fructum
ferre. Malus Aſſyria, alibi fructum non fert, Nardi & amomi deliciæ peregrinari non
ferunt. Perſicæ Rhodi non fructificant, ceraſa in Suedia non dulceſcunt. Vites no-
ſtræ, Scythicas pruinas execrantur. Cœlo roſcido, & ſolo frigido, quale eſt exilij mei
Pontus, etiam fœliciores arbores ſterileſcunt. Nihil ſub Aquilonis frigore dari tibi po-
tuit a me decoctius. Et fruſtra quis hieme rigente, folia, floreſque, & fructus ab arbo-
ribus expectet. Iſtæ ſunt hibernæ, non æſtiuæ roſæ: ætatis meæ veſperna, non ienta-
culum, vappa ſenectutis, non iuuentutis meæ muſtea, & feruida, & melitæa generoſi-
tas. Si te doctrinarum ſitis vrget, pete non me aridulum fontem, & tot calamitatum
decurſionibus turbatum, (quippe tota mea ætas ira Chriſto volente & ad vtilitatem
meam procurante, inter malleum & incudem tranſacta eſt,) ſed Nilos quære, & Danu-
bios, & omnium ſcientiarum vaſtiſſima, & pacatiſſima fluenta. Magnis Dijs cœnas
non apparo, & nihil heic de magiſtellorum huius temporis iure ſuffumat. Racematio
eſt, non vindemia; ſpicilegium eſt, non meſſis. Sunt quos Vitellij patinariæ ſtruices,
& tractæ, & matiæ, & Solis menſa delectat; qui præter pauonem, rhombumque, &
Ionicum attagenem cuncta faſtidiunt: Heic, pauperis Ibyci pauper olus eſt, mica parua,
arida patina, inuncta culina. Ideo mea cœna non expectat Apicios, ſed Curios; non Æ-
ſopos, ſed Fabricios. Doctus Perſius iſta non legat, ait Cicero, ſed Lælius Decimus, aut Lucilius in
alius quiſpiam cui minus turdorum ſaliua ſapit. Et Tarentinus, aut Conſentinus, aut Si- Satyr. & Cicero.
culus legat. Nihil iſtic niſi cum ſale panis; idcirco guloſo Lectore mea pagina non eget. De Oratore,
Nos enim Samio poteriolo, & Campana ſupellectile, de veſpere noſtro viuimus. Sed lib 2. & Plin.
ne te exulis ſcripta quaſi nocentiſſimi hominis deterreant, cogita Oſan Hebræum, qui Hiſt.Nat. lib. 2. epiſt. ad
de religione tutanda ſolicitus & ruinas expauens; cum labanti arcæ manum impoſuiſ- Veſpaſianum.
ſet, cecidit in terram & mortuus eſt, non indecoro certe puluere ſordidus. Nam de Ec-
cleſia Catholica in Gallia, & Lutetiæ præſertim, quaſi in regali ſuo palatio tutanda
& conſeruanda meum votum fuit, & aliud nullum, & vt ait Cicero, *turpitudine vitæ, nec*
magnitudine ſcelerum, nec propter reliqua ætatis infamiam pœnas perſoluimus. Vnum crimen
religio fuit Catholica. Quod vt Henricus IV. animaduertit, vltro in patriam me re-
uocauit, & hæreticis in mea fata coniurantibus me vitæ & libertati & omnibus bonis re-
ſtituit, & bonæ famæ quæ omnia ſuperat. Hæc ſunt mea Fortunalia, hæ mei exilij cau-
ſæ, & aliæ nullæ. Plura non dico, quia plura fari non eſt animus. Angeronia Dea, os
non habet, aut ſi habet, clauſum habet, nec cum Volupia aram communem habet.

O Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum cogis?

Tritum eſt illud & vulgare, Væ victis. Vale, Lector, & ſi humanus es, & bonæ mentis,
lege ac pellege. Sin minus, nec te Verricordia mouet, & Thraſonicus es, ſine me, &
abi in rem tuam. Nam tali ſpectatore theatrum meum non eget.

D. HIERONYMI TESTIMONIVM, DE NVMERO *Librorum C. Cornelij Taciti, ex quinto Commentariorum in Zachariam Prophetam, cap. 14. Hactenus editum nec ante animaduerſum.*

HÆC *omnia* (loquitur de excidio Hieroſolymorum) *pleniſſime Ioſephus, qui Iudaicam ſcripſit Hiſtoriam; & multo maiora quam legimus in Prophetis, eos ſuſtinuiſſe commemorat. Cornelius quoque Tacitus* (locus hic Taciti extat Hiſtor. quinto inter ea quæ manent) *qui poſt Auguſtum, vſque ad mortem Domitiani, vitas Cæſarum* 30 *voluminibus exarauit.*

AD LECTOREM.

PLACVIT, Lector optime, in his Cornelianæ ſcriptionis nebulis, D. Hieronymum, velut teſtem citare. Grauem certe & magnum virum, quem in Hebræis, Græcis, & Latinis literis, nihil ignoraſſe, imo excelluiſſe fatentur omnes qui ſciunt, nec falluntur. Et ſane Seuerus Sulpitius 1. Dial. de Miraculis D. Martini de eo ita ſcribit: *Vir, præter fidei meritum, dotemque virtutum, non ſolum Latinis, atque Græcis, ſed Hebraïs etiam literis ita inſtitutus, vt ſe illi in omni ſcientia, nemo audeat comparare.* Quod Proſper in Chron. firmat his verſibus:

Hebræo ſimul & Graio Latioque venuſtus
Eloquio, morum exemplum, mundique magiſter.

loquens de D. Hieronymo. Sulpitius autem ille, de quo hic agitur, erat illi contemporaneus, laudatque hominis quam norat, & victus, viſuſque, & auditus frequentia, virtutem, & doctrinam. Qui ſi viueret quantus in clypeum aſſurgeret, quo fulmine haſtam torqueret in ſuos hoſtes & transfugas Eccleſiæ Catholicæ Caluiniſtas? Multa enim legerat & didicerat, quæ noſtra neſciuit ætas: mortuo tamen leoni lepores inſultant & barbam vellunt. Cæterum ſcribit triginta voluminibus, id eſt 30. libris, aut librorum ſectionibus Tacitum vitas Cæſarum ſcripſiſſe, poſt Auguſtum vel Domitiani mortem: id eſt ſcripſiſſe, ab exceſſu D. Auguſti, vt noſter loquitur, ad vltimum diem Domitiani. Et libro vndecimo firmat noſter cum ait, *Libris quibus res Domitiani compoſui.* Iſtis autem voluminibus, tam Annales, quam Hiſtoriæ cōtinebantur. Nam in proœmio libri Danielis volumina libros vocat D. Hieron. Annales ergo ſcripſit a fine Auguſti, ad Neronis mortem; Hiſtorias a Galba ad mortem Domitiani. Nam Neruæ, Traianique principatum attigiſſe vix credas, ſi teſti credas tam locupleti ac docto. Deſtinarat quidem, vt fatetur ille, ſed non perfecerat. Et deſtinarat, ſi vita ſuppeditaret, & ſenectutis quies. Neutrum forte contigit. Nam rumpit interdum, & moratur propoſita hominum Fortuna. Hiſtorias autem & Annales eodem ſtilo non ſcripſit, nec eodem filo & textura. Nam Annalibus Hiſtoriæ priores, & Hiſtoriarum ſtilus vberior, & grauior in quo fuſius diſcutit rerum cauſas: Annalium contractior. In Annalibus, annorum & conſulum rebus ſe ſuumque ſtilum addicit. In Hiſtoriis, nulla ratione habita annorum nec Conſulum, rem perſequitur a capite ad calcem, & narrationem non ſcindentibus annis, ſuam per campos patentes diffundit ſcriptionem. Cæterum, D. Hieronymus non ſcribit, vidiſſe ſe aut legiſſe integra iſta 30. volumina. Nam nec illa ætate extabant, niſi mutila, quæ Plinius Secundus ex Taciti conſilio reſciderat. Sed potuit didiciſſe a coætaneis Taciti authoribus aut aliis. Sic hodie ſcimus ex Plinio Nepote Plinium auunculum 20. libris res Germanicas ſcripſiſſe, quos tamen non habemus. Libuit autem tanti viri teſtimonium citare, elegans certe & ſingulare, ne quis in illa librorum diſquiſitione magis deſudet, & in numero librorum torqueatur. Atque vtinam vt numerum, ita rem ipſam teneremus. Vale.

C. V. IVSTO

C. V. IVSTO LIPSIO L. DORLEANS S. P. D.

QVAM horridus olim fuerit ager Taciti mendorum vepriculis & ſentibus, tute ipſe ſcis, Iuſte Lipſi, & ſciunt omnes qui rem litterariam profitentur: ſed quam ſedulos habuerit runcatores, nemo te melius. Mirati ſumus tot lappas, tot tribulos tam fœlici manu detraxiſſe. Et certe ſuccreuerant vſque adeo vt agricola ne quidem ſua culta agnoſceret. Nunc tua diligentia magna ex parte purus eſt ager qui impurus fuit. Feciſti hoc donum generi mortalium, quod tibi & authori non parum attulit celebritatis. Atque de tuis laboribus cum Moretus & ego nuper colloqueremur, neſcio quo modo mihi excidit fateri, ſedula manu aliquando Tacitum tractaſſe, in eoque multa adnotaſſe. Quod vt audiuit, etiam atque etiam rogauit, vt quorum reminiſcerer tibi copiam facerem. Quippe dicebat te in eius recognitione nunc operam nauare. Suppudui, fateor. Quid enim? Mene Veneri litterariæ ſuem? Tamen cum vrgeret aſſenſi. Parui ergo, & quæ occurrere potuerunt tibi trado. Tu ſi quid eſt quod e re tua eſſe iudices, vtere rogo, imo abutere. Colui ego Turnebum & Auratum, vt præceptores meos. Colam ego ſemper Iuſtum Lipſium, vt iuſtum amicum & litteratæ pietatis fideique Catholicæ amantiſſimum. Vale. Antuerpiæ. 1599. IV. Nonas Martij.

IVSTVS LIPSIVS L. DORLEANS S. D.

GRATIAS tibi debeo & nunc ago, V. C. quod Tacitum etiam noſtrum illuſtrare tuis notis & labore voluiſti. Quas celeri oculo libaui quidem, ſed conferre cum ipſo textu non licuit, nec de ijs firmiter iudicare. Meus quidem Tacitus reformatus iam apud cenſorem eſt, & breui ad Moretum ibit. Sed gaudeam, & vtile ſit, aliena etiam iudicia addi, ſiue notas ſeorſim. Quod fecit iam nunc Lutetiæ Ioſias Mercerus erudite. Vnius hominis, nec videre omnia eſt, nec memoria aut ſtylo complecti. De Gallia tua vellem audiremus ſerio quod optamus. Sed nulla ſpes eſt niſi inopinatum aliquid fiat. Quod Deo auſpice nôn deſperandum. Alioquin occulta etiam alimenta noſtris malis belliſque illuc timemus ſubminiſtranda. An iam ſubminiſtrata? Aliquid audio: nondum credo. Et conſilia hodierna, ita occulta, obliqua, fallacia ſunt, vt vix dijudicentur niſi ab extremo aliquo euentu. Vale V. C. & in exilio iſto robur a CHRISTO *ſume. Louanij.* VI. *Idus Mart.* ∞ D. XCIX.

Reliquas Epiſtolas non exhibeo, Lector Beneuole, quod rerum acerbarum memoria potius abolenda quam renouanda eſt. Cumque ſuas epiſtolas Lipſius publicaret, ita conuenit inter nos, vt quæ de publicis rebus ſcripſeramus ea pro non ſcriptis eſſent nec cum Epiſtolis vulgarentur.

PLANCTVS AVTHORIS NOVARVM COGITATIONVM IN OBITV IVSTI LIPSII.

D. O. M.

HEICCINE iaces, amande Lipſi, & te obruit, quæ ſubruit cuncta, feralis ingluuies? O ſpolium opimum & nobile! Nuſquam de toga tulit clariores manobias. In hoc letho, Muſæ ſenſere lethum, licet Immortales, & ingemuere altius. Proh dolor! licetne fatis in nos volgares viros tam aſperiter? Sed eundum quo Dei voluntas, & fati neceſſitas, & æternorum amœnitas, & nunquam caduca vocabat hereditas. Per Caſus, Occaſuſque noſtros ad non Occiduos ortus, & per inferæ vitæ rudera, corporumque parietinas, ad Superam vitam iter eſt. Scriptum te heredem petebat expetebatque diuinorũ poſſeſſio. ah! cupita paucis, deſpecta multis, repudiata plurimis; bonis cernenda, improbis adimenda: tibi data, dicta, addictaque & ampliter, & fœliciter. Viue nunc Cœlo, qui vixti ſolo tam charus; Cœlo locandus, beanduſque, & a pura putaque ſuauitate ſuauiandus; ſolo lugendus, ſed legendus, laudanduſque & mirandus dum ſtabit ſolum. O Belgium fœlix, quod ex Pontico axe, vortiſti in laureta Pindi, Athenaſque Atticas, & amœniores. Et quis Scythicis pruinis ſuum Anacharſim neget? Non Hyblæa mella tuis dulciora ſcriptionibus. Tecum natæ, tecum mortuæ litteræ: Nec vlla pars orbis tui fama vacauit. Vbi litterarum numen, ibi tuum nomen, & nominis lumen, quod extinguat nemo. Sed in doctrina, minor tui pars, licet mirabilis; Maior quod inſtructus cunctis virtutum monilibus: Maxima, quod pius, probuſque & clarus conſcientia: Ingens, quod Chriſtianus & Catholicus, non deſertor, non deſultor, non erro, non fugitiuus. Lipſi, multi multa ſciunt, & nimia forſan. Sed vnum ſciendum potenter, tenendum acriter, meditandum incunctanter. Hoc qui neſcit, licet multa & magna ſcit, & ſe, & ſua, & omnia neſcit inconſultiſſimus. Sciuiſti tu, & rectam viam iuiſti, quod fœlix fauſtumque Manibus tuis. Vale memor noſtri.

LVDOVICVS DORLEANS ciuis Pariſienſis his litterarum floſculis, magnam magni viri ornabat memoriam poſt fata. Vtinam viuus, qui ſuas in Tacitum Cogitationes cenſeret. Quod optauit; ſed Mors fruſtrauit.

C. COR-

DE AVTHORIBVS QVI IN TACITO HABVERE QVID REPREHENDERENT.

PRIMVS quod ſciam fuit Tertullianus qui in Apologetico cap. 16. ſic ſcribit: *Nam, vt quidam, ſomniaſtis caput aſininum eſſe Deum noſtrum. Hanc Cornelius Tacitus ſuſpicionem eiuſmodi inſeruit. Is enim in quinto hiſtoriarum ſuarum bellum Iudaicum exorſus ab origine gentis, etiam de ipſa tam origine quam de nomine & religione gentis quæ voluit argumentatus, Iudæos refert Ægypto expeditos, ſiue vt putant extorres in vaſtis Arabiæ locis aquarum egentiſſimis cum ſui* (lego) *ſiti macerarentur, onagris qui forte de paſtu potum petituri æſtimabantur, indicibus fontibus vſos, ob eam gratiam conſimilis beſtiæ ſuperficiem conſecraſſe. Atque ita inde opinor præſumptum nos quoque vt Iudaicæ religionis propinquos eidem ſimulachro initiari.*

Addit poſtea.

At enim idem Cornelius Tacitus ſane ille mendaciorum loquaciſſimus in eadem hiſtoria refert Cneum Pompeium cum Hieruſalem cepiſſet, propterea que templum adiiſſet, ſpeculandis Iudaicæ religionis arcanis nullum illic reperiſſe ſimulachrum.

Et Vopiſcus in Aureliano cuius hæc ſunt verba.

Aſſerente Tiberiano (is erat Præfectus vrbi & vir illuſtris, Iunius nomine) *quod Pollio* (Trebellius ſcilicet, non Aſinius: Nam hic ſub Tiberio, ille ſub Aureliano vixit) *multa incurioſe, multa breuiter prodidiſſet, me contra dicente neminem ſcriptorum quantum ad Hiſtoriam pertinet non aliquid eſſe mentitum. Prodente quinetiam in quo Liuius, in quo Salluſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifeſtis teſtibus conuincerentur: Pedibus in ſententiam tranſitum faciens, ac manum porrigens iucundam: Præterea ſcribe, inquit, vt libet, & ſecurus quod velis dicas, habiturus mendaciorum comites quos hiſtoricæ eloquentiæ miramur authores.*

Sunt hæc duorum authorum verba quæ Tacitum de alto exiſtimationis ponte quaſi præcipitem eijciunt. Authorum, inquam, verba, non recentiorum, ſed veterum, quo plus ponderis & authoritatis habere putes. Deinde authorum non vulgaris nec vilioris & gregariæ litteraturæ, ſed nobilioris & excelſioris. Vt vim facias non in tēpore tantum & perſonis, ſed in dotibus ingenij. Præcipue in Tertulliano qui vir fuit acris & vehementis ingenij, ſed acrioris longe iudicij. *D. Hieron. in Catalog. ſcrip. Eccleſ.* Africanum enim iſtud acumen quo non peruaſit? Sed geminatis ictibus validis, certe manibus adactis, ne Taciti fides corruat, ita ſuauiter reſpondendum puto. Tacitum aut res Paganicas & Romanas, aut Iudaicas aut Chriſtianas tractaſſe. In Romanis, & Paganicis non mentitum, cum referat omnia ſua aut ad authorum ſcripta aut ad ea quæ a ſenioribus accepta, aut quæ commentariis principum aut Senatus relicta. Ita omnia ex aliis & ex ſe nihil; niſi quæ vera & ita credita nec ambigua. Iſta eſt enim Taciti fides. De authoribus ita in 14. Annal. vbi de inceſtu Neronis: *Fabius Ruſticus*, inquit, *non Agrippinæ ſed Neroni cupitum memorat: ſed quæ Cluuius, eadem cæteri authores meminere.* De ſenioribus ita in fine lib. 2. Ann. *Reperio*, inquit, *apud ſcriptores ſenioreſque*, ita enim legendum, non *Senatores*. Et libro 4. Annalium citat commentaria Agrippinæ matris. Ideoque in hac parte verax nec culpandus. De rebus Iudaicis & Chriſtianis ſi quid ignorauerit, nemo tamen iuſte damnauerit. Quippe in exteris non ita vt in domeſticis videmus. Vltimi Britanni nō vident quid Phaſis vehat, quibuſque procellis Caſpium mare turbetur & agitetur: quia inter hos locos magnæ diuidiæ, magna ſunt interualla. Tacitus Paganorum rituum callentiſſimus in Iudaicis & Chriſtianis ita cæcutiuit. Addatur quod in Iudæorum & Chriſtianorum religione lapſus ſit, cuius arcana minime vulgabantur. At Iudæi toto cælo diſiuncti a Paganis vt & Chriſtiani: & vtriuſque ſacra, penetralibus abdita, nec Paganis viſa & vulgo peruia. Ideo Paganos Iudæi peccatores vocabant. *Quare cum peccatoribus & publicanis manducat?* Et vere peccatores: quia idololatræ ideo matrimoniis & mercimoniis & eduliis & oratione & templo diſtincti. *Deuteron. Iuuenalis.* Quibus ne quidem libitum demonſtrare iter ad fontem. Idem puta de Chriſtianis, & Tertullianus in hac accuſatione nobis teſtis. *Non potes dementiam*, inquit, *dicere, qui reuinceris ignorare.* Inde ergo Taciti mēdacia, inde fabulæ. Et ſane fabulæ ſunt quæ ille de Iudæis & Chriſtianis. *Tertull. in Apolog.* Iudæos Ida monte ortos, Moſem magum habuiſſe ducem, onagros in deſertis, aquarum monſtraſſe vias, in abditis templi aſinum coli, in ſeptimo die placuiſſe otium, & blandiente inertia, ſeptimum annum ignauiæ datum, & alia multa. Fabulæ de Chriſtianis, per flagitia inuiſos, exitiabilis ſuperſtitionis reos eſſe, & vt alij authores, maleficos, luminum euerſores, & rabidos canes, & aſinarios, & ſarmentarios, & buſtuarios, & infanticidas, & quidquid de Thyeſtæis epulis Græca & Romana theatra luſerunt. Sed non ideo arguendus mendacij Tacitus, imo excuſandus, quod in rebus & exteris & abditis inter exteras publicam fidem ſit ſequutus. In ſyluis, ait Varro, non mediocres ſunt tenebræ. Aliud eſt ambulare meridie, aliud ſuprema nocte & defectu lunæ. *Varro de ling. Latin.* Qui de die graditur, ſecurus figit veſtigia, oculum ducem habet, ne vſpiam moretur aut lædatur. Qui in tenebris, pede pertentat, manu palpat, oculis caligat: nulla itineris fides,

nulla ſecuritas. Quid ergo mirum ſi Tacitus in occultis lapſus eſt? Vnum eſt, quod rogo. Aut habeamus Tacitum iſtis rationibus ſe excuſantem, aut habeamus cum toto Pagano orbe mentientem. Quantum ad Vopiſcum, ſi hunc haberemus certi in re certa mendacij accuſatorem, æquo animo toleraremus. Sed quis ferat generaliter non Tacitum modo, ſed omnes Hiſtoriographos damnantem, & tamen de mendacio nihil probantem? Mentes oculatas habeamus; quod vident credunt, quod non vident non credunt, ait Plaut. in Aſin. Vale; & criminatorem non probantem ad inſulas veridicinas ablega. Nam *ſi accuſaſſe ſufficiat*, vt dicebat Iulianus Parabates, *quis innocens erit?* Nec ille innocens qui veritatem meram non excuſabat, ſed accuſabat; nec turabatur, ſed calumniabatur, Porphyrij & Maximi diſcipulus, in Paganos liberalis, in Chriſtianos iniquus.

RATIO TENENDA IN LEGENDIS NOVIS COGITATIONIBVS
Annalium C. Cornelij Taciti.

QVID in Annalium iſtorum lectione, quaſi in periculoſi & impetuoſi maris traiectione, mihi vſu venerit (Lector Amantiſſime) æquum eſſe duxi, & te intelligere, & me in iſta Præfatione latius & lætius proloqui. Vt enim in difficili & longa nauigatione Naucleri ſolent, antequam ſe, & ſua, vectoreſque ſuos, fluctibus exponant, a iam adpulſis namque gubernatoribus totum iter diligentius ſcrutari, plagarum rimari naturas, & orientium ventorum ſideriumque motus & nauigaturi maris commoda vel incommoda curioſius exquirere. Sic ego iſta Taciti nauigatione defunctus & veluti appulſus terris, cum te idem iter videam meditari, cupio antequam e portu ſoluas & te vaſtiſſimi huius Oceani fluctus excipiat, de omnibus quæ proſpero vel improſpero curſu mihi contigerint reddere certiorem. Nam ſi breuiſſimam iſtam tabellam, tanquam totius itineris explanatricem, manibus triueris; ſi oculis frequentius luſtraueris, & animo reuolueris; quæ periculoſa ſunt, vitabis facilius; quæ ſecuriora, captabis auidius; auraque, & vado fauente, aut ſi defuerint, arte & prudentia adiutoribus, nullo negotio fiet, vt deſideratum littus adſequare. Moroſa ſunt enim valde hominum huiuſce tempeſtatis ingenia, & ita ſuorum amantia vt plerumque nimio amore ſui, a recto tutoque itinere quaſi Aquilonio impetu, ad infamia ſaxa deuoluantur. Et quemadmodum quidam ſunt, qui non niſi mollioribus & dulcioribus cibis veſci ſoleant, quibus, ſi quid tantiſper acidum adponatur, faſtuoſa vultus manuſque ſignificatione reſpuunt; nec ob oculos ſtare patiuntur: Sic in authorum lectione, quidam ſunt, qui plana omnia, & facilia quærirent, aſperiora vitent, nec, niſi in pacato æquore, puraque malacia, cupiant velificari. Quod ſi notæ, aut menda quædam, vt Sporades per iſtud pelagus ſparſæ, aut aliquid difficilioris commentationis occurrat, quod eorum ingenia remoretur, ſtatim ſe retrahunt, vela contrahunt, terram inclamant, & quaſi fracto ſcopulis latentibus nauigio, deſpondent animos, nec vltra progredi velle profitentur. Ego vero, cum in hoc pelago verſarer, vt amœna multa, & cognitu iucundiſſima ſe obtulerunt, nec enim hiſtoria Romana habet quid elegantius & cultius, ita tot noctes ſine ſydere, tot dies ſine ſole, tot terras ſine portu, tot breuia, tot Scyllas, tot Charybdes reperi, vt a Strophadibus ad Ceraunia, a Ceraunijs ad Læſtrygonas, a Læſtrygonibus ad Cyclopas, a Cyclopibus ad Cyrenaicas Syrtes, me nauigare plane putarem. Vix credas quam immanes belluas, quot monſtra natantia, quot humana forma Tritones, quot Nereidas, muliebri vultu præſtantes, ſed aluo in horridos piſces deſinentes, quot imbres, quot turbines, habeat ille ſinus. Nec aliter mihi euenit quam Alexandro Magno, qui ingruentium & ebullientium thynnorum ſquammatis aciebus, ſuas acies oppoſuerit, aduerſaque fronte ierit, quos tandem non ſine vi & virtute magna profligauerit. Sed quid te moror longius? Lege quæ narro, & mihi cognita & deſignata, & acutius ſpectata, aliis vero forſan incognita, & inaudita, & non animaduerſa pellege. Certe, ſi tibi eſt rectum cor, & mens non læua & liuida, nec turpium affectuum acoribus inclementer turgida, (ſunt enim huius tempeſtatis fœturæ quotidianæ) non modo hæc noſtra laudaueris, ſed & detecta ſtupueris, & cum humanioribus Muſis, inter Parnaſſi laureta, & virentes herbas, interque florum ſemper vernantium amœniſſimos ortus, de Taciti contra ſpem omnium reſtitura lectione & authori ſuo reddita, ſi quæ potuit, claritudine plane exultaueris.

Primum ergo ſciendum eſt, quod me docuit Cicero ad Q. fratrem, *Libros Latinos mendoſe ſcribi & venire.* Quod ſcribo, vt notes, non nouitium & recens vlcus, ſed propter antiquitatem putre & fœtidum, & ſingulis etiam momentis creſcens magis. Deinde animaduertendum quod D. Hieronymus inter Latinos Chriſtianos & ſcientiſſimus & eloquentiſſimus presbyter ſcribit in libros Paralipom. *Exſcriptores de emendatis inemendata facere, & ſæpe tria nomina ſubtractis e medio ſyllabis in vnum vocabulum cogere, vel vnum nomen, propter latitudinem in duo, vel tria vocabula diuidere.* Sed addo cum Varrone Romanorum doctiſſimo, *Omnia quæ vſquam ſunt in Muſarum monumentis lecta obſcuriſſima, & in libris difficillima, fere naſci, aut ex litterarum ademptione, aut additione, aut arctatione, aut commutatione, aut productione, aut commixtione, aut ſuppletione: quæ ſunt exſcriptorum commenta.* Cuius rei exempla ſunt apud Tacitum tam crebra, vt non crebriores in Ionio mari fluctus, nec in Scythico freto frequentiores venti.

Nam

Nam quod de emendatis inemendata faciant, omnes libri teſtantur, & in eo pene verſantur litterati omnes, vt exſcriptorum & typographorum ſanent vlcera, quæ magnus, ſi exundauerit, Oceanus, nunquam abluerit. De contractis in vnum, pauca dabo, in hoc authore, ne te numerus ingens offendat, & quaſi nauigaturo nauſea irrepat, quæ nares feriat, & pariat faſtidium. Scribunt ergo *contentum* pro *contentus ium*: & *quem* pro *quæ eum*, & aliquando *quem* pro *querentem*: *præcipuum indicium*, pro *præbuit præcipuum indicium*: *exulem ageret*, pro *exul anum ageret*, *pleraque* pro *perculeratque*, *diſiectu* pro *diſiectus ijs*, *abſentium æquos*, pro *abſenti tum æquos*, *eluctantium verborum* pro *elector anxius ſuorum verborum*, *enimuero* pro *in eam vero*. Et alia innumera, quibus ſi euerriculum tuum & ſagenam impleueris, citius rupetis, quam traxeris ad littus; adeo magna captura eſt. De diuiſis ſcribunt, *inter ſe* pro *interciſa*, *gloriæ ac libertatis* pro *glorioſæ libertatis*, *acciſæ iam reliquiæ* pro *hæc cæſorum reliquiæ*, *aduerſiſque odijs* pro *aduerſis quoque Diu*, *aliaque* pro *relinquens*, *ex eo vincula* pro *exitio vincula*. *Nomen viri Q. Vibius Serenus* pro *nomen vtrique Vibius Serenus*. Et alia multa quæ in commentario ſeorſim adnotauero: Nam hic locus erit, ne te morer. Et hæ ſunt huius pelagi remoræ, quibus ingenia totis velis currentia latentibus, nec bene compertis arcaniſque & inſidioſis ſcopulorum latitantium mucronibus ſcrupuloſe retardentur. Et quia exſcriptorum D. Hieronymus mentionem fecit, ſcias ab iis cœpiſſe librorum omnium ſtragem, & propter non detectas nec vulgatas ſuas abbreuiaturas, omnia Muſarum monumenta corruiſſe. Nam in veteri Repub. multa fluxere tempora, quibus nec erant exſcriptores nec librarij, & nullæ notæ, nulla ſigla, niſi quæ monumentis publicis videbantur. Ammianus Marcellinus id explicat, loquens de Ægyptiorum obeliſcis, his verbis: *Non vt nunc literarum numerus præſtitutus & facilis exprimit quidquid humana mens concipere poteſt: ita priſci quoque ſcriptitarunt Ægyptij, ſed ſingulæ litteræ ſingulis nominibus ſeruiebant, & verbis nonnumquam ſignificabant integros ſenſus.* Sed poſtquam ad imitationem Ægyptiorum & Græcorum, deuictis Aſiæ regibus bibliothecæ Romæ extructæ ſunt, tunc liberti & ſerui, imperantibus dominis, ad librorum exſcriptiones ſunt addicti, qui ad compendium, interdum ſiglis, interdum notis vterentur, quas fingebant pro ingenio, nec vulgabant cuiquam, ne eorum artes innoteſcerent. Quod ad interitum Muſarum verſum eſt. Quippe poſteritas neſcia huius induſtriæ, vbi nec notas, nec ſigla, nec eorum ſignificationes aſſequitur, de ſuo corrupit authores quos interpolauit, texturamque natiuam, & veram manum inuertit. Inter iſtos notarum repertores, Tiro fuit Ciceronis, dignus ſane patrono libertus, cuique extantia M. Tullij monumenta debemus. Gellius vocat illum Tironem, libertum M. Tullij & librorum patroni ſui ſtudioſiſſimum, lib. 5. cap. 6. Quod verum: ſed hoc belle patrono contigit, quod quæ notis & ſiglis exceperat & exſcripſerat libertus, idem ſine notis publicauerit, & verbis integris fuerit vſus. Quod indicant libri Ciceronis typis excuſi fœliciter & fideliter, ſi cum cæteris libris conferantur. Poſtea fuere, qui ſuo marte notas alias fingerent, vt Mæcenas Cilnius, & poſt Mæcenatem Seneca, cuius notas legi quondam in Rhemenſi bibliotheca Reuerendiſſ. Cardinalis a Lotharingia (magni certe & digniſſimi Principis, omnibuſque litteratis optatiſſimi, & mihi in primis) membranis deſcriptas, ſed quas ſibi feciſſet Seneca peculiares. Nam Valerius Probus cum his non conſentit, nec Paulus Diaconus, & quiſquis has diligentius animaduerterit & conſuluerit in mendoſis præſtantiſſimi huius authoris locis, facile ſanum ex morboſo reddiderit. Cæterum dixi ſiglis & notis vſos, quod verum eſt: ſed non omittam duo eſſe & diuerſa, quibus priſci in accelerandis ſuis ſcriptionibus vtebantur. Quod notauit Iacobus Cuiacius Iuris Romani hoc ſæculo lampas, & doctor meus, & poſtea D. Præſes Briſſonius vir ſingularis. Sed qui ex Euſebij Chronico Olympiadis 52. anno 4. ad ſe tranſtulerunt, & ex Dione Hiſtor. Romanarum lib. 55. patet. Sigla ſunt voces, quæ vna littera comprehenduntur. Notæ vero quæ geminis, vel pluribus. Littera vna verbum facit in ſiglis, duæ plureſque litteræ in notis; quanquam & notarum nomine etiam ſigla veniant. Feſtus in verbo *Notæ*. Qui vero his notis libros exſcribebant, Notarij dicebantur. Auſonius vocat *pueros notarum præpetum*. Et ſic de illis Prudentius in Hymno D. Caſſiani:

Verba notis breuibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque dictu præpetibus ſequi.

Et idem eodem:

Fictis notare verba ſignis imbuens.

Huius generis habuit Senatus Pariſienſis duos inſignes ſcribas & ſcriptionibus præpetes Cornutum & Senaldum, apud quos dictum ſcriptum, nec erat Cauſidicorum tam velox & impetu ruens oratio, cuius ſyllaba excideret: tanta erat manus currentis celeritas. De Cornuto Duarenus mentionem fecit in epiſtola ad Senatum lib. de iure accreſcendi; de Senaldo teſtes ſumus. Tranſiere autem hæ notæ ad Iuriſconſultos; & huius tranſitionis teſtes ſunt Pandectæ Florentinæ, quæ habent frequentia iſtarum notarum compendia, maiuſculis litteris notata, quibus etiam noſter author plenus eſt. Nam in Annalium libris & ſigla & notas reperi crebras, a quibus & authoris obſcuritas, & lectionis interdum interpolata veritas. De notis *Atm* pro *autem*, *tn* pro *tamen*, *q;* pro *quoque*, *Romanus* pro *Romanorum nullus*, *cum fide* pro *conſpicuum fide*, *non ſubueniebat* pro *nemo noſtrum ſubueniebat*, *P. Celerius* pro *P. Celer*, *inſi.* id eſt *inſignis*, *eques Romanus*: *equeſter* pro *equeſtris ordinis*, vbi legebant *equites*. *Aduerſante Narciſſo* pro *aduerſo Anto Narciſſo*, *de* pro *deinde*. De ſiglis. *Inter ruinam ignes* pro *inter ruinas magnos ignes*, nam (*m*) ſiglum eſt (*n*) *militia* pro *noſtra militia*, *Ad*, pro *Adriaticum mare*, *diu* pro *dictu*, *pro muris ſemet affictando* pro *pro muris ſua caſtra metatus ad conflictandum*: vbi in dictione *ſemet* ſunt tria ſigla, *S*, pro *ſua*, *C*, quod male verterunt in *G*, pro *caſtra*, *ſemet* pro *ſe metatus*, *L. Arruſius* pro *Labeo & Arruncius*, *En* pro *Euphratis*, *cognoſcendæ antiquitatis* pro *cauſa noſcendæ antiquitatis*. Sed quid tamdiu luctor cum ventis? Multa ſunt alia ſigla quaſi breuia in mari, aut velut ſcopuli in aquis latentes, in quæ ingeniorum acumina ſi impellantur, ſtatim frangantur & corruant. Non prætereo in iſto freto multas clauſulas, multa verba occurrere Taciti indigna, quæ nihil, aut parum, Latinitatis habeant, non diſſimilia nebulis, quæ nauigantibus

ſpectata a longe ſpeciem terrarum habere videantur, cum nihil ſint quam nebulæ aquis & grandinibus grauidæ & oculis noſtris illudentes, falſaſque ſpecies obijcientes, vt ſunt iſtæ. *Quidam ſinguli propius incedentes feriret hortabantur*, pro *quidam ſignis propius incedentes*. Et, *iuxta periculoſo vera ſeu falſa promeret*, pro *iuxta periculo, ſeu vera, ſeu falſa promeret*. Item, *ſepoſuit Auguſtus ciuitatem Maßilienſium*, pro *ſepoſuit ciuitate in Maßilienſium*. *Ni reſiſtatur, fore plures*, pro *ni reſiſtat vi, fore plures*: *Meſſanus repertus apud fretum Siciliæ*, pro *Meſſaniæ is repertus apud fretum Siciliæ*. *Dum dominationis apiſceretur*, pro *dum dominationis ius apiſceretur*. Sunt alia poſterioribus libris minus Latina, quæ heic taceo, ne in alieno lapſu laureolam quæram. Multa etiam verba deſiderantur, quæ repoſuiſſe oportuit ad rectum Taciti ſenſum & perfectam orationem. Nam quemadmodum in mari multæ Inſulæ quondam fuerunt, & florentes, & opimæ, quas poſtea maris æſtus abſorbuit, & non Inſulæ tantum, ſed integræ vrbes, vt Pyrrha & Antiſſa circa Mæotim prope Pontum: Sic etiam vocabula multa erant, aut ſimilitudine vicinorum verborum abſumpta, aut omnino deperdita & naufraga, quæ ad inſtar Deli & Rhodi emergere fecimus, quæque Dei Opt. Max. opera, vere magni Neptuni Agæi, non noſtris viribus excirauimus, & ſuo ordine reſtituimus. Qualia ſunt hæc: *Aderatque finis & ſpes nouæ*; vbi repoſuimus, *dominationis*, quod verbum erat aut omiſſum, aut hauſtum, quodque eſſet Taciti familia. Item verba hæc, *& vrbanis cohortibus quingenos*, quæ omiſſa in teſtamento Auguſti & ex Suetonio ſuppleta ſunt. Ita etiam verbum, *anxius*, in his verbis: *Sed anxius quod largiendis pecunijs & miſſione feſtinata, fauorem militum quæſiuiſſet*. Item, *operæpretium*, vbi ſolum *pretium* erat, vt multis alijs in locis: Et verbum *viros* in hac parte, *Treuiros viros externæ fidei*: & verbum *a liberto* poſt illa verba, *exquirit a liberto qualem Piſo diem ſupremum exegiſſet*. Multaque & innumera alia defectum ſuum plane demonſtrantia ſuppleuimus, & velut immerſa freto, terris reſtituimus, vt quondam Antiſſa, Leſbos, & Zephyrus, & Halicarnaſſus fuere ſuo ſolo reſtitutæ. Quinetiam innumeros locos retraximus, quos æſtus pelagi ſorbuerat, & quorum reſtabat nihil prætetquam ſumma capita fluctibus ſe exerentia & cataclyſmum teſtantia. Quod accidit olim in Corinthiaco ſinu Elici & Buræ inſulis, & temporibus noſtris in Belgio multis oppidis exhauſtis, quorum campanilia circumcurſantibus aquis, hodie etiam in medio mari conſpiciuntur. Vt ſunt hæc verba, *Igitur aliaque quæ ibi varietate fortunæ*: vbi repoſui conclamato ab omnibus loco, *igitur relinquens quæ ibi varietate fortunæ*. Et iſtud: *Vos vero & liberos Germanici*, pro *vos, vxorem, & liberos Germanici*. Et pro *ædificationibus* repoſui *ludis & factionibus*, pro *accolis Hibero Albanoque*, *Colchis, Hybero, Albanoque*. Et pro *modicum Hiberiæ regnum*, *Moſchicum Hiberiæ regnum*: *Syriæ executio Cincio mandata eſt*, pro *Syria ex S. C. L. Cincio mandata eſt*. *Qualem diem Tiberius induiſſet*, pro *qualem chlamydem induiſſet*. Et, *annuit tacens*, pro *manu annuit tacere*, *Caſtriſque legionum premenda*, pro *Caſtriſque & legionum vi premenda*, *Iochus* pro *Antiochus*. *Adieciſſe Deos dignum Arſacidarum*, pro *adiecit eſſe ſe & eos de genere regum Arſacidarum*. Sed quid ranunculo & paruula rate, tam magnum æquor vertimus? etiam addendum eſt gloſſas innumeras falſa ſpecie in contextum irrepſiſſe, non aliter quam in Oceano cete ingentia ſexcentorum aliquando pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis, quæ in ſuperficie aquarum ſtertentia & longiſſimum dorſum protendentia falſas inſulas oculis obiiciunt, quibus nautæ & nauigantes, quantumuis peritiſſimi decipiantur, vt in his verbis: *Iiſdem quippe illis diebus*, pro *ijſdem quippe diebus*. Nam (*illis*) gloſſema eſt, & *inter filios eius*, pro *inter filios & ius Senatus diſceptaret*: *euolutum eum*, pro *euolutum ſe ſede paterna*. *Haud quaquam Nero pœnitentia flagitij*. vbi (*Nero*) gloſſema eſt. *Ad littora maris Rubri deduxit*, vbi *Rubri*, etiam gloſſema eſt. Multaque alia quæ adnotaui in Commentario.

Quid quod plurima falſo ſcripta viſuntur, & interuerſa authoris mente & vero ſenſu? vt illa. *Senatus ius expectabatur*, pro *ſententia coniugis expectabatur*: *ſeruitia impigra bello mutauerant*, pro *ſeruitia impigra bello inuitauerant*: *atrocitatem temporum*, pro *latrocinia templorum*. *Druidibus*, pro *Deorum cuſtodibus*. *Animantia mari Oceano, ab vſque petiuerat*, pro *ab Indiſque petiuerat*: *cæteris criminibus*, pro *ciebatur is criminibus*. Poſſem his multa aggerere, ſed non ſinus eſſet, ſed Oceanus: & illa, quando occurrunt, ſunt veluti fulmina animos ferientia & totam nauigationem interuertentia.

Non puto prætereundum, aduertiſſe me multa quæ ad rationem noſcendæ exſcriptionis noſtri Taciti, plurimum faciant. Exempli gratia, quod ſi præcedens dictio aut clauſula finiatur iiſdem verbis quibus ſequens inchoatur, nunquam ſcriptura geminatur, ſed ſemel poſitum duobus dictionibus inſeruit. Exemplum ſit in verbo *conduceret*. Tacitus ita in oratione Segeſtis lib. 1. *Quia Romanis Germaniſque idem conduceret, & pacem quam bellum probabam*. Scriptum erat, *conduceret* non *conducere*, & verbum (*&*) inſeruiebat non modo fini verbi *conduceret*, ſed ſupplebat etiam coniunctionem ſequentem (*&*) atque ita legendum, *conduceret, & pacem quam bellum magis probabam*. Verbum enim *magis* erat addendum. Quod omiſit exſcriptor ad compendium quia ſatis intelligeretur. Alia ſunt exempla quæ ſuis prodibunt locis. Quod autem in aliis verbis hoc locum habeat, vt verba ſimilia non geminentur. *Tractus*, inquit, *Deum æquitate erga bona malaque*, pro *de Deum æquitate*. Et in his verbis, *dat At prædatorias manus*, & lib. 4. *multis mendicijs*. *Is alacri vultu ad Cæſarem turbata mente reſpondit* pro *turbatam mente*. Loquitur de Plautio Siluano Prætore, qui coniugem in præceps dederat. Ergo (*m*) inſeruit dictioni *turbatam*, & dictioni *mente*. Sed notabile exemplum lib. 1. in oratione Germanici ad circunfuſos milites: *Primanæ & viceſima legiones, illa ſignis a Tiberio acceptis, tu tot prœliorum ſocia, tot præmijs aucta?* Vbi legendum: *Illa tot ſignis a Tiberio acceptis, iſta tot prœliorum ſocia*. Nam (*is*) geminabatur & in dictione *acceptis*, & in dictione *iſta*. Ergo ſemel ponitur pro duobus. *Illi* tamen repoſuere (*tu*) quaſi legionem illam alloqueretur Germanicus, quamuis etiam ſcriptum eſſet (*ta*) non (*tu*) quæ erat vltima ſyllaba verbi (*iſta.*) Quod ſi in ſimilibus vellem immorari, hæc præfatio, quaſi Oceanus, me per ambitum vaſti totius orbis duceret, maiorque eſſet ſimilium exemplorum numerus, quam cochlearum in littoribus, quam arenarum. Non ſilebo has litteras *m, n, u, i*, & alias quæ ſunt pictura ſimiles, habere varias in ſe conuerſiones, vt *m*, aliquando pro, *vt*, quia pedum ſimilitudinem & numerum habeat: aliquando pro, *in*, eadem ratione: quod magnas in iſto mari tempeſtates & ingeniorum procellas excitauit. Exempla ſunt ſparſa per totum æquor Taciti. Lib. 1. *Motum Orientem* repoſuerunt

fuerunt, *Motum Orientem*, male; nam ſcriptum erat, *motum in Oriente*. Quippe *m.* pro *in*: *Paulatim militares animos*, pro *in militares animos*. *Adpoſitum menſa lumen*, pro *adpoſitum in menſa lumen*. Et aliquando pro, *vt*, veluti, *In aliud cubiculum abſcederet*, pro *In aliud cubiculum vt abſcederet*. Nam (*m*) verbi *cubiculum*, pro *vt*: *conſulatum acciperet* pro *conſulatum vt acciperet*. Quod valde torſit legentium ingenia, qui defectum putauere, & addiderunt verbum (*ſimul*) ſatis improuide.

Etiam aduertimus non modo ſigla & notas eſſe in voculis minutioribus, ſed & in maiuſculis: exemplum erit in verbo *Latiarem*. Nam ita ſcriptum erat LATIAREM pro *Latiarem reum*: Quippe ſi grandioribus litteris REM ſcripſeris, *reum* inueneris: (V) enim interclusum eſt in medio litteræ, *m*. Et ita interpretandum quod ſcribitur lib. 4. Annal. *vt M. Lepido*, id eſt, *cum M. Lepido*. Nam littera quæ terminat dictionem præcedentem, *vt*, eſt, *t*, quæ pro, *c*, eſt apud Notarios: habent enim magnam hæ litteræ *c*, &, *t*, ſimilitudinem. Si ergo, *t*, ſit pro *c*, vt re vera eſt, & addatur, *m*, efficies (*cum*) quia in littera (*m*) eſt, *v*, & *m*: & ita lege *Scauro cum Mamerco* eodem libro in quo ſcriptum eſt *Scauro Mamerco ſimul*. Nam verbum *ſimul*, adſcititium eſt, quod ſuppoſuerunt hi qui hanc ſcribendi formam ignorabant, & defectum eſſe exiſtimabant.

Lubet addere, ſæpius omitti verbum (*eſt*) in oratione Taciti, quod ſuppleri debeat in his verbis, *Cumas vſque progreſſus* pro *progreſſus eſt*: & *præſens repertus* pro *repertus eſt*, *ſtatim exanimatus* pro *exanimatus eſt*, *extinctus* pro *extinctus eſt*. Quod in Plauto & Comicis eſt peruium.

Et verbum, *Ad*, ſæpe omiſſum etiam compendij gratia, vt *falſa exterritum*, pro *ad falſa*. *Sufficere res ſuas*, pro *ad res ſuas*.

Etiam actiua pro paſſiuis, vt *præteriret*, pro *præteriretur*, & e contra, *ederent*, pro *ederentur*. *ne nomen Cæſarum in ludibria verteret*, pro *verteretur*. *Ignominiam mollirent*, pro *amolirentur*: *interdiceret*, pro *interdiceretur*.

Vnum addo, mox portum ineo. Quoties deliquium aliquod in hoc authore videris, ſiue in oratione ſiue in ſenſu, toties memineris, aliquid eſſe in latebra quod a notis, aut a ſiglis, aut ab litterarum commixtione & ſimilitudine ſit profectum. Quod ego ſum expertus, & ita mihi iter pataui certum in iſta nauigatione. Cæterum omnium te admonere non poſſum, quæ mihi occurrerunt: nam quis finis? ſufficit in commentario notaſſe me, & vbi in rem præſentem veneris, tute per te iudicaueris. Habe ergo itinerarium meum, & ex meo labore & periculo cape ſecuritatem tuam. Non omnia vidi, fateor, nec ſum Argus, qui innumeros oculos habeam. erunt etiam poſt me qui omnia cum viderint nil viderint. Sed meis experimẽtis edoctus nauiga ſecure, non modo per Taciti freta concita ventis, ſed per omnes Muſarum ſinus. Alcyonios dies me duce in hoc pelago repeteris; iſtiſque Virgilianis verſibus & te & omnes qui ingreſſur ſunt iter, ita hortabor.

Vigilate viri, conſidite tranſtris,
Soluite vincla citi, date vela, impellite remos.

Nam in vaſto hiſtoriarum æquore nulla ſuauior nauigatio, nulla Taciti vtilior transfretatio. Vale.

DE ALIIS TACITI LIBRIS.

Fulgentius in libello de Priſco ſermone ad Chalcidium Grammaticum Timæi Platonis Ecphraſten: *Elogium eſt hereditas in malo. Cornelius Tacitus lib. facetiarum: Cæſi itaque morum elogio in filiis relicto.*

DE VERO TACITI NOMINE CONTRA SYNESIVM.

C. Cornelius Tacitus ab omnibus nominatur. Nec id refutandum puto quod ab omnibus & Chriſtianis & Paganis probatur.

AVTHORES QVI TACITVM CITARVNT, NON RECENSITI.

Paulus Oroſius, lib. 7. cap. 34. loquens de Theodoſio Magno: *Maximas*, inquit, *Scythicas gentes formidataſque cunctis maioribus, Alexandro quoque illi Magno, ſicut Pompeius* (Trogus videlicet) *Corneliuſque teſtati ſunt*. Cornelius Tacitus videlicet, non Cornelius Nepos. Nam ſæpiſſime Tacitum citat, vt vbi de Domitiano loquitur, & de Dacorum cladibus: *Niſi*, inquit, *Cornelius Tacitus qui hanc hiſtoriam diligentiſſime contexuit.*

Idem lib. 7. Hiſtoriarum contra Paganos. *Deinde, vt verbis Cornelij Taciti loquar, ſene Auguſto Ianus patefactus.*

Hieronymus Cardanus Medicus Mediolanenſis lib. 17. de Subtilitate. *Fabuloſam non eſſe Memnonis hiſtoriam de qua meminit grauis author Cornelius Tacitus*, lib. 2. Annalium videlicet.

IN CORNEL. TACITVM CLARISS. I.C. LVD. DORLEANS COMMENTARIIS ILLVSTRAtum, FED. MORELLI Profeſſoris Reg.

EPIGRAMMA.

QVI TACITVS *tacitos olim ſtupidoſque legentes*
(Quamuis attentos) reddere ſuetus erat:
Nunc clara & placida pulchrè libatur acerra,
Quam præbent Charites AVRELIANE *tuæ.*

Eiuſdem de EODEM Senarij.

LODOICVS AVRELIVS *Patronorum decus,*
Interpretum Cornelij (cornicum vti
Flauius) ocellos fixit; vtque Cynthius
Radios opaca per loca TACITI *inſerens,*
Eſſe arguit talpas tenebricolas viros.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Σπελικὸς ΤΑΚΙΤΟΣ μέγ᾽ ἄχος ποτὲ μουσοφίλοις ἦν,
Αὐτὰρ ὁ ΑΥΡΕΛΙΟΣ δῶ ΛΟΔΟΙΚΟΣ ἄκος.

IN NOVAS COGITATIONES LVDOVICI AVRELIANI IN TACITVM.

PErcurrens Tacitum, Marcello haud diſpar ouanti
LIPSIVS *inſurgit, parta ſine ſanguine myrto,*
Albano ſub monte pedes, quem tibia circum,
Et cithara: Sed luminibus ſic officis vnus
AVRELLI *Batauis, vt nunc videare triumphans*
Arma inter, lituoſque, tubas, Capitolia ad alta
Vectus equis niueis, redimitus tempora lauro
Phœbea: vt quondam cineri Carthagine merſa,
Scipiadum decus, & columen, ſpes altera Romæ.
Quidni Scipiadum ſimili potiare triumpho,
Phoſphore Caſtalidum AVRELLI? *qui victor, ouanſque,*
Tot tribulos, ſenteſque, ruboſque, examina fontis
Pieridum exoluis, inuiſa repagula menti?
Inter mille animas, inter tot & hoſpita Muſis
Agmina, queis Sphinges, & inextricabilis error
Spinoſi Authoris pateant, tu ſolus Apollo
Qui Tacitum noris, pars haud temnenda Senatus,
Vſu ſeu longo rerum, ſeu ſtemmate parto
A teneris, cura vigili, labentibus annis
In ſenium, cuius mens neſcia, viuida floret,
Cana fides, floretque animus ſe Cœlite maior.

C. BILLARDVS CORGENETIVS Pater.

IN COMMENTARIA LVDOVICI AVRELIANI IN TACITVM.

VT nouus exoritur rediuiua lampade cœlo
Phœbus, & humentes toto fugat aëre nimbos:
Sic Tacitus quondam Romanæ gloria gentis,
Quique diu latuit tenebris, ſub nocte ſilenti,
Surgit, & ignotos depromit pectore ſenſus.
Nam quis inexhauſtos noctesque dieſque labores
Soluerit, arcanæ niſi cui mens conſcia mentis?
Macte ſenex, iam tum Celtarum emerſe procellis
AVRELIANE, nouum ſydus, decus addite Gallis,
Auſus & ipſe manu veteres tentare latebras,
Implicitaſque vias, quaque eſt via nulla ſecutus.
Phœbigena innocuum iuuenem deducere adortus
Sic reſerat toto penitus ſubmerſa profundo
Tartara, vt amiſſa poſſit cum luce reuerti.
Diſparibus fatis: nam Delius igne triſulco
Afflatus perijt, Lacheſin dum ſtamina poſcit.
At tu Parcarum vindex, fœlicibus auſis
Æternas lauros, nec non peritura paraſti
Nomina, ne Tacitum poſſit delere vetuſtas.

BILLARDVS CORGENETIVS F.

QVI Tacitum ſed non tacito Mauortius ore
AVRELIANVS adit, victriciaque agmina circum
Orbem agitat, ſæuas miſcens in ſanguine gentes;
Indomitus bellis, & fretus acinace mentis
Intextos paſſim nodos, & vincula ſoluit
Gordia, non Perſis, victoque Oriente ſuperbus;
Sed fama illuſtris, qua brachia porrigit ingens
Oceanus, Tacitumque vagis immurmurat vndis.
Macte auſis; decus Aonidum, quem gloria tollit,
Quem pietas fouet, & totis amplectitur vlnis.
Tu ſydus patrium, & quondam pars maxima cœtus
Purpurei, meritis ſi Numina iuſta rependunt,
Cæleſtem fragili poſtquam de ſede repoſcent
Fata animam, te conſpicuum ſublimis Olympo
Accipiet Themis, & niueo diademate cinctum
Ornabit radijs, vbi nunc diſcrimine paruo
Libra nitet, gaudens noctes æquare diebus.
Interea libeat celebres euoluere faſtos.
Sic Taciti te fama beat, ſic Numine ouantem
Adiuuat, & nomen medijs interſerit Aſtris.

A. BILLARDVS CORGENETIVS F.

Extraict du Priuilege du Roy.

PAR lettres patentes du Roy données à Fontaine-Belle-eau le vingt-deuxieſme d'Auril 1621. Signées Par le Roy en ſon Conſeil RENOVARD, & ſcellées du grand Sceau: Tres-expreſſes defences ſont faites à tous Libraires & Imprimeurs de ce Royaume, ne autres de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, d'imprimer ne faire imprimer, ny meſme en faire apporter de ceux qui auroient eſté imprimez hors ce Royaume, ſoit par extraict ou autrement, pour quelque cauſe ou pretexte que ce ſoit, le preſent liure intitulé *Nouæ Cogitationes in lib. Annalium C. Cornelij Taciti qui extant. Ad Chriſtianiſs. Regem Francor. & Nauarr.* LVDOVICVM XIII. *Auctore* LVDOVICO DORLEANS *Pariſienſi, Quibus addita ſunt reliqua eiuſdem Taciti opera. Cum Indicibus copioſiſſimis.* Et ce à peine de dix mil liures d'amende qui ſeront payées ſans deport, confiſcation de tous les exemplaires qui ſe trouueront ainſi contrefaits, & de plus grande peine s'il y eſchet. Ainſi qu'il eſt plus au long contenu par les lettres du priuilege obtenu par Thomas Blaiſe Libraire Iuré de noſtre Vniuerſité de Paris, expediées les an & iour que deſſus, à commencer du iour que ledit liure aura eſté acheué d'imprimer, iuſques à douze ans apres enſuiuant.

Acheué d'imprimer le vingt-quatrieſme iour de Septembre 1621.

ADNOTATA POLITICA.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
[1] ANNALIVM LIBER PRIMVS.

VRBEM [2] Romam a principio [3] reges habuere. [4] Libertatem, & [5] Conſulatum L. [6] Brutus inſtituit. [7] Dictaturæ ad tempus ſumebantur : [8] neque Decemuiralis poteſtas vltra biennium, [9] neque tribunorum militum conſulare ius diu valuit. [10] Non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio. Et [11] Pompeij, Craſſique potentia cito in [12] Cæſarem, [13] Lepidi, atque [14] Antonij arma [15] in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordijs ciuilibus feſſa, [16] nomine principis, * [17] ſub imperium accepit. [18] Sed veteris pop. Rom. proſpera vel aduerſa [19] claris ſcriptoribus memorata ſunt : temporibuſque Auguſti dicendis non defuere decora ingenia, donec [20] gliſcente adulatione [21] deterrerentur. Tiberij, Caijque & Claudij, ac Neronis res, florentibus ipſis, ob metum falſæ; poſtquam occiderant, [22] recentibus odijs compoſitæ ſunt. Inde conſilium mihi pauca de Auguſto, & extrema tradere : mox Tiberij principatum, & cætera ſine ira, & ſtudio, quorum cauſas procul habeo.

Imperia in varietate poſita omnia.

Crudele non durabile.

* ſub imperij vim.

Qui ſcribit adulando, deterret à legendo.

NOVAE COGITATIONES IN LIBROS ANNALIVM C. CORNELII TACITI *qui extant.*

ANNALES.

Modi ſcribendi res geſtas apud Roma.

RES geſtæ apud Romanos, aut Annalibus, aut hiſtoriis, aut memoriis, & cōmentariis diariiſq. ſeu diurnis, vt vocat Tacitus, memoriæ mandabantur. De actis Senatus & populi, quorum ſeposita eſt ratio, non loquimur. Habuit vnaquæque ſcriptio ſuos authores. De Annalium ſcriptoribus dicemus, quia in Taciti Annales commētamur, & hic titulus, vt auctori li. 3. & 4. non diſplicuit, ita mihi placuit. Strabo l. 7. memorat ὑπομνημοθῦματα Ægyptiorū, Babyloniorum, & Indorū. Sed ad Annal. referre non audeo, quia latius patent. Quāquam illa vox aliquando etiā reſtringatur, vt Hypomnematographiquos cōmentarienſes vocamus, quorum manu acta ſubnotantur, vt l. 45. §. quotiens. de iure fiſci. Hypomnemata autē acta ſunt l. 14. D. de excuſa. id eſt, recenſiones, cōmemorationes, & memorialia. Lego autē Annales Perſarū. Heſter. c. 2. & 6. lego & Græcorum. Tertul. in Apolog. c. 19. & lib. de Anima, in quo Græca Annalium verba perierunt. *Apud Græcos,* ait Cicero 2. de Orat. *Annales ſcripſere Pherecydes, Hellanicus, Acuſilaus; apud Romanos sūmi Pontifices.* Nam hi Annales digerebāt, & tamquam album populo proponebant. Quod vſque ad C. Mutii tempora inualuit. vnde *Annales Maximi* a Pontificibus Maximis editi. Et hoc deductum ab Hebræis, apud quos ſacerdotes & prophetæ *regum hiſtorias* ſcribebant. Quin ſummorum Pontificum etiam res geſtæ ita memoriæ mandabātur. Nam 1. Machab. vlt. *Hæc ſcripta ſunt* (inquit) *in libro dierum ſacerdotij eius.* Nam ſacerdotum ſummorum, vt Regum hiſtoriæ ſcribebantur: & regale ſacerdotium eſt. *Verba* autem *illa dierum,* non erant diaria per dierum ordinem notata, quæ ἐφημερίδας vocant, ſed regum & Pontificum geſta, quæque eorum diebus contigerant. Sic ſcripſere Samuel, Natham, & Gad ſummi Dei tres hiſtoriographi & ſacerdotes. Sic Addo, ſic Semeias 1. Paralip. c. vlt. & 2. c. 12. *Nam ab Hebræorum fontibus pagani ſua hauſerunt*, inquit Tert. in Apolog. Cicero eodē loco inter Latinos Annalium ſcriptores nominat Catonē, Pictorem, & Piſonem, nullis prænominibus. Sed Cato, Marcus eſt Cenſorius. epit. Liuii li. 49. & Plin. in indice l. 1. & 2. nat. hiſt. Pictor, Fabius eſt, de quo Liuius li. 10. & quem antiquiſſimum vocat ſcriptorem lib. 1. hiſt. D. Hieronymus de obitu Nep. *nobilem* vocat *hiſtoriographum & pictorem.* Et Piſo Lucius eſt, qui *Piſo frugi* citatur a Cic. 9. famil. epiſt. *Amo verecundiam.* vocatque *authorem Annalium*, vt Plinius l. 28. c. 2. quem *grauem authorem* dicit nat. hiſt. l. 2. c. 53. eſt enim alter Piſo Caius, qui *Cenſorius* dicitur, quique citatur ab

Annales Ægyptiorum.
Annales Babyloniorum.
Annales Indorum.

Annales Perſarum.
Annales Græcorum.

Annales Romanorum.

Summi Pontifices apud Rom.

Annales conficiebant.
Vt apud Iudæos à quibus hæc.

Authores Ann. Romani.

Cato Cenſorius.
Fabius Pictor.

Lucius Piſo Frugi.

Caius Piſo cenſorius cogn.

mentariorum author.

eodem l.13. c. 13. vt commentariorum ſcriptor. At fuere apud Romanos multi alii Annalium ſcriptores, quorum nomina in bonorum authorum aruis ſparſa colligas, vt Caſſius Hemina, qui *vetuſtiſſimus author Annalium* vocatur a Plinio l. 13. c. 13. & l. 24. c. 1. Lucius Cælius Antipater, de quo Pomponius l. 2. de orig. iur. & Cicero 1. de Orat. & Nonius in verbo *Metari*. Lucius Siſenna, de quo Velleius l. 2. & cuius habemus rudera & reliquias. Rutilius etiam, quem idem memorat. Claud. Quadrigarius, de quo Seneca 3. de benef. Valerius Antias, de quo Velleius l. 2. & C. Gellius, de quo Macrob. l. 3. c. 17. & quem Q. Claudium nominat Agellius li. 15. c. 1. L. Cincius, de quo idem Gellius l. 16. c. 3. & ſæpe Feſtus. C. Fannius, de quo Priſcianus l. 13. & Cicero in Bruto. Sempronius Aſella ſeu Aſellia, de quo idem Gellius l. 5. c. 18. Pomponius Atticus de quo Aſconius Pedianus in orat. Ciceronis contra L. Piſonem, & Cicero in epiſt. ad eundem, & quem *ſenſibus celebrem facit, verbu rudem, & tamen nouitate operis ab ſe inuenti commendabilem*. Cornel. Nepos ad quem Catullus ſcribit, epigr. 1. & quem Plinius nominat in indiec. Sempronius Tuditanus, de quo idem Plinius 23. Nat. hiſtor. 1. & is eſt quem C. Tuditanum vocat. Augur Meſſala apud Gellium l. 13. c. 14 quem tamen citat vt ſcriptorem commentariorum. Annius Fœcialis, quem Plinius memorat in indice l. 34. c. 6. Tanaſius Geminus inſipidus ſcriptor, de quo idem Seneca epiſt. 97. Hortenſius, de quo Velleius 2. Aſinius Pollio, ad quem Horat. 2. carm. & Suet. in Iulio 30. Licinius Macer, & ille Voluſius Muſis Catulli ridiculus, aliique multi, vt Cremutius Cordus de quo noſter l. 4. Ann. illi autem Latine omnes ſcripſere. At fuere multi alii & conſulares, qui Græcis litteris res Romanas memoriæ mandarunt, inquit Iuſtinus li. 1. vt filius Scipionis Africani, qui in aduerſa valetudine ſcripſit, & Iulius Senator ex Liuij epit. 54. & A. Albinus ex Cic. in Bruto, & A. Gellio noct. Attic. l. 11. c. 8. & Polybius. Eſt & Caninius, qui Græce Dacicum bellum ſcripſit, Plin. epiſt. quæ incipit, *Optima* Illi autem omnes ſoluta oratione & prorſa, vt ait Apuleius, cum ſint alij qui verſibus, vt Ennius. Quod ab exteris etiam factitatum. Nam Tacitus *Germanos* ait *habere carmina, quaſi memoriarũ quoddam genus*. hoc etiam de ſuis Gothis tradit Ioannes Magnus, & de Bardis Lucanus, & de Druidibus Cæſar, & de Francis Eguinarthus in vita Caroli Magni. Non omitto ſolis ingenuis licitum Annales olim & hiſtorias Romæ ſcribere. ſic Suet. de claris Grammat. vbi de Octacilio liberto Pompeij Magni. *Primus*, inquit, *omnium libertinorum hiſtoriam ſcribere orſus, quod non niſi honeſtiſſimis licitum erat*, vt neque pingere. Nam Plinius l. 35. c. 10. vbi de pictura. *Semper ei honos fuit vt ingenui eam exercerent, mox vt honeſti, interdicto ne ſeruitia docerentur*. Neque ius ciuile profiteri. l. 2. de orig. iur. Nec prætereo Annales aliquando hiſtorias, & hiſtorias Annales nominari: quamuis diuerſum & diſparatum ſcribendi genus ex Gellio l. 5. c. 18. Noct. & Tacito Ann. 3. Nam Liuius *ſuas hiſtorias Annales* dicit, l. 44. Licet Plinius in præfatione hiſtoriæ nat. *hiſtorias Liuij* memoret. Sic Seneca epiſt. 97. *Annales Tanuſii* vocat, quos Suet. in Iulio c. 9. *vocat hiſtorias*, vt de Annalibus Pollionis apud Priſcianum, quos Seneca *hiſtorias* appellat 17. libris comprehenſas, vt ait Suidas. Plin. etiam *Annalium conditorem* Polybium dicit l. 5. c. 1. cum *hiſtorias* condiderit. Sic Tertul. Feneſtellam, *Annalium commentatorem* fuiſſe ait, contra Valentin. & Cicero *Annales Q. Tuberonis*, vocat etiam *hiſtorias* ad Q. fratrem, vt noſter, qui *acta ſenatus, commentarios* nuncupat, Annal. 15. quemadmodum Tertul. contra Pſychicos Euangelium D. Lucæ *commentarios*, & *commentarios* Vitellij l. de anima. Quos neſcio, an pro annalibus ſcripſerit, ſed ſcio mendum latere eo loci, vt pro *norant*, legendum ſit *notauit*, pro *Vitellijs commentarijs*, legendum *Vitellianis commentarijs*. Sed ſiſto me,

Caſſius Hemina. L. Cælius Antipater. L. Siſenna. Rutilius. Claud. Quadrigarius. Valerius Antias. Probus l. 5. C. Gellius. L. Cincius. C. Fannius. Sempronius Aſella. Pomponius Atticus. Cornelius Nepos. Sempronius Tuditanus. Meſſala Aug. Annius Fæcialis. Tanaſius Geminus. Hortenſius. Aſinius Polio. Licinius Macer. Voluſius. Qui Græce. Filius Africani Scipionis. Iulius Senator. Aul. Albinus. Polybius. Caninius. Ennius. Soluta oratione. Quod exteri factitarunt. Hiſtoria cum Annalibus confuſa nomine & e contra.

Ne te forte meæ grauis vrat ſarcina chartæ.

2. VRBEM ROMAM.] Qua nihil ſol vidit illuſtrius, ſub Auguſto, vt ait Horatius in carmine ſæculari, & cuius nomen alterum enunciare nefas, vt ait Plin. nat. hiſt l. 3. c. 5. Nomen autem Romæ (vt ait Meſſala) a Troiana muliere Roma vocata, quæ Æneam ſequuta nupſit in Italia Regi Aboriginum, a quo Romulum Remumque habuit: & Roma *Fortitudinem* ſonat, ſeu *Valentiam*. Ideo Poeta ſcripſit.

Roma pagana quam celebris. Eius alterum nomen enunciare nefas.

Imperium terris, animos æquabit Olympo.

Fuit & Roma mulier concubina fratris Abrahæ, 22. Geneſis. At Roma vrbs habuit ſuum natalem 11. Calend. Maij, idem l 18. c. 27. & dicta eſt *vrbs* per excellentiam. etiam dicta *domina*, Mart. l. 10. epigram. 103. & Prudent. contra Symmach. & *regum ciuitas*, D. Hieron. l. 5. c. 24. in Eſaiam. *Fons Imperij orbis terrarum, mater gentium, Romanorum contubernium, pacis æternæ conſecratio*. Et putat Politianus Amaryllidem vocari ex Virgilij prima Bucolica. Imo *Regina mundi*, a Rutilio in Itinerario, & ab Ammiano Marcellino *virtutum omnium domicilium* lib. 14. & li. 16. *imperij virtutumque omnium lar*. Et de illa Ouidius 6. Faſtorum.

Dies eius natalis. Elogia.

Hæc eſt cui fuerat promiſſa potentia mundi.
Iuppiter hanc terris impoſiturus erat.

Dicta etiam *terrarum dea*, a Martiale 12. epig. 8. & ab oraculo Delphico ex Appiano Alexand.

Clara atque ingens colitur quæ nomine Diuæ.

Quippe dea eſt habita & tẽpla ei dicata in Aſia, vt apud Smyrnẽſes, ait noſter l. 4. Marco Portio Catone & Lucio Valerio Coſs. id eſt, anno v. c. DLVIII. & apud Alabandẽſes. Et Pergami & Nicopoli. Deinde ſub Auguſto. nam extat nũmus ita inſcriptus. *Romæ & Auguſto*. & firmat Suet. 52. *Templa*, inquit, *quamuis ſciret etiam proconſulibus decerni ſolere, in nulla tamen prouincia niſi communi ſuo Romæque nomine recepit*. Poſtea omnes Aſiæ communitates Romę & Auguſto ſimul templa ſacrauerunt, cum hac ſubſcriptione, *Com. Aſiæ*, id eſt, *Communitas Aſiæ*. Inde in alijs nummis. ΡΩΜΗ ΘΕΑ. Et puto ſub Anton. Pio. deinde ſub alijs: ROMÆ ET AVGVSTORVM. Et delubrum habuit vna cum Venere extra Romam, in quo ſanguine illi ſacrificabatur. Quod Prudentius ſcribit aduerſus Symm. his verſibus.

Dea habita. Templis culta. Roma Chriſtiana.

Et ludos ſtupuit, celſa & Capitolia vidit,
Laurigeroſque deum Templis aſtare miniſtros,
Ac ſacram reſonare viam mugitibus, ante
Delubrum Romæ.

Quia frequentes boum victimæ, & inter victimas Hecatombæ. At vero, hæc a Romulo paſtore condita, paſtori Chriſto, per Petri Chriſtianæ eccleſiæ paſtoris ſanguinem conſecrata,

Roma a Romulo paſtore condita.

Nunc paſtoris Chriſtianorum Sedes.

ſecrata, etiam hodie paſtoris eccleſiæ ſedes eſt. Quod ideo ſcribo vt floſculis Chriſtianitatis decoretur paganitas. nam quid vetat? Laudanda Roma magis eſt Chriſtiana, quam pagana, præſertim a Chriſtianis. Auſonius Chriſtianus vocat *diuûm domum*, & *auream Romam*: non quod imperatores eam incolerent, vt putat vir magnus Vinetus: nam Conſtantinus & cæteri imperatores ea ſpreta longe ante Conſtantinopolim migrarant, & nouam Romam Cōſtantinus patriam ſuam appellarat ante Auſonium. Sozomenus 2.c.27. ibique ſe pultus erat. Euſebius in eius vita. Sed propter SS. Apoſtolorū Chriſtianitatis principum ſepulchra & tot DD. Martyrum mortuaria fœliceſque reliquias quibus principes Chriſtiani adgeniculabantur, vt ait D. Aug. epiſt. 42. *Videbitis*, inquit, *imperij nobiliſſimum culmen* (id eſt imperatorem) *ad ſepulchrum piſcatoris Petri ſubmiſſo diademate ſupplicare*. Et Tertul. in Apologet. *Fœlix eccleſia in qua Petrus Dominicæ paſſioni adæquatur, in qua Paulus gladio coronatur, in qua Ioannes in oleum demergitur.* Et pulchre Prudentius & prudenter.

Aurea dicta ob reliquias SS. Apoſtolorum.

Et diuum domum.

Quas Cæſares ſubmiſſo diademate venerabantur.

O fœlix Roma quæ tantorum martyrum
Es purpurata precioſo ſanguine,
Non laude tua, ſed ipſorum meritis
Excellis omnem mundi pulchritudinem.

[illegible]men quidam conteſtantur DD. Petrum & [illegible]m numquam fuiſſe Romæ?
[illegible] *quid amas, Cato, Catullum.*
[illegible], *Schola dicta Apoſtolorum & fideliū* [illegible]zomenus 3.c.7. Et a D. Hierony-[illegible]zech. vocatur *lumen terrarum.* [illegible]ſtrauit eccleſias. vtque ex pl[illegible]m habuit conſtatum imperiū, i[illegible] ex om[illegible]s eccleſijs ſuam eccleſiam: *Cui Africanæ eccleſiæ cōteſſerarunt*, Tert. in præſcript. centū quatuordecim annis poſt Chriſtum. & Aſianæ, Ignatius ad Roma. & Tertul. aduerſus Iudæos. Imo totus orbis. D. Irenæus 3.c.3. contra hæreſes, 196. anno poſt Chriſtum & Apoſtolis vicinus. nam 204. vixit ſub Seuero. Et ipſe Tertul. in præſcript. Quippe, vt tradit D. Hieronymus ad Euagrium, *non alia Romæ vrbis eccleſia quam totius orbis.* Et ſane extra qui ſapit, deſipit. Quod autem Tacitus rem omnem Romanam pauciſſimis verbis delineat, facit Catonis & Salluſtij exemplo, qui *Romani generis diſertiſſimi multa paucis abſoluerunt*: vel etiam Cornelij Nepotis de quo Catullus ita.

Tacitus multa paucis tractat.

Auſus es vnus Italorum,
Omne æuum tribus explicare chartis.

Aut Hellanici exemplo, *qui in ſcribenda Græca hiſtoria ſine ornatu breuis fuit*, vt ait Cicero 2. de orat. Etiam aliorum magnorum authorum imitatione. Nam Martialis 2. epig. 77.

— *Marſi doctique Pedonis*
Sæpe duplex vnum pagina tractat opus.

Et ſane Neoptolemus noſter paucis philoſophatur. Ad imitationem eius ita Florus: *Faciam quod ſolent qui terrarum ſitus pingunt: in breui tabula totā eius imaginem amplectar.* Tacit. enim. ſeptem fere lineis, 760. annos, & amplius heic complectitur, quibus ab vrbe condita ad exceſſum Auguſti, magnis acta fluctibus per virtutem ſtetit. Vrbs certe miranda: cuius, infantia ſub Regibus, ſub Conſulibus adoleſcentia, ſub Imperatoribus, & ab Auguſto ad Conſtantinum, virilis ætas, ſub reliquis ſenectus contigit. niſi quod ſub quibuſdam magnis principibus, vt Carolo Magno, & præter ſpem omnium ſenectus imperij quaſi rediuiua apparuit. Pertulit illa Tiberios, Caios, Claudios, & Nerones, quorum dedecora noſter, *ſine ira, aut ſtudio exequitur.* Sed hoc Paulini Nolani epiſcopi natione Galli notū eſt ad noſtrorum Francorum ſummum decus, & gloriam æternæ vrbis, & in Pontifices ſummos beneuolentiam qui Gallorum poſteri extiterunt.

Varia imperij Romani fortuna.

Ætas vrbis Romæ.

Roma caput mundi, quidquid non poſſidet armis,
Relligione tenet. Et recte Prudentius.
Sic ſe Roma inclita iactat.

Roma caput mundi.

3 Reges habvere.] Ex hortis Salluſtianis iſte flos vt principium. nam in Catilinaria ſic incipit. *Vrbem Romam habuere Troiani.* Imo ex Trogi Pompeij ſcriptis, qui ita ſcribit. *Principio rerum, gentium nationumque imperium penes reges erat.* Quin etiam Prudentius prima ad Symmachum ita ſcribit.

Regius exortam iam tunc habuit ſtatus vrbem.

Et ſane Strabo li. 6. ait mixtam remp. habuiſſe ex regio & optimatum imperio. Nomen autem regis apud Romanos honoris primum, mox horroris fuit. Nam Iulius Cæſar Rex ſalutatus, *Non rex ego* (ait) *ſed Cæſar.* Et ab Antonio iterum Rex nominatus, *Solus*, inquit, *Iupiter Rex eſt.* Dio 44. Sapienter. ſed verbis reſpuit quod reipſa arripuit. Inde Cæſaris clades. Inde illa inſcriptio, Brvte dormis? Male enim regibus Roma ſe conciliauit, nec ſine ſanguine. At facta ad ſeruitutem aliter vixit. nā ſub Tiberio diſſimulauit tantiſper, ſub Nerone non erubuit, ſub Domitiano & reliquis rapuit. Spartianus in Auidio Caſſio vere, *Oderat*, ait, *Principatum, nec ferre poterat imperatorium nomen.* Quod gentile Caſſijs & Catonibus, nimiū certe Romanis. Claudian. de laudib. Stil.

Verbum Regis apud Rom. honorabile, mox horribile.

— *Mauortia plebes*
Te dominum Bruto non dedignante fatetur.
Et quod adhuc nullo potuit terrore coacta,
Libertas Romana pati, Stiliconis amori
Detulit. Sed detulerat priùs & pertulerat. Silius enim lib. 16. de Scipione, quem Regem gentes ſalutabant.

Concordes regem appellant, regemque ſalutant,
Scilicet hunc ſummum norunt virtutis honorem.
Sed poſtquam miti reiecit munera vultu,
Auſonio non digna viro, patrioſque viciſſim
Edocuit ritus, & Romam nomina Regum
Monſtrauit neſcire pati.

Sic Cicero 9. epiſt. *duabus. Quos ego reges appellatos, ſed omnino natos neſciebā. Nam Regis nomē ne nominandū quidem viro Romano.* Ideo Velleius ſcribit Domitiū, cum eſſet in caſtris Antonij, Cleopatram nunquam niſi nomine ſalutaſſe, nec *Reginam* appellaſſe. quod Romanum erat. at Plancus contra: vnde adulator dictus. Martialis in odium Neronis, eum *regem* vocat. Vt Plinius Meſſalinam reginam l. 29. cap. 1. Licet vigente Repu. edictū fuiſſet poſtquā Pruſias Romā venit, & poſt Pruſiā Eumenes, ne cuiquā regi Romā venire liceret. Flor. l. 46. Nā vt ait Sall. bello Iugurth. *Impune quælibet facere, id*

eſt Regem eſſe. Et hoc de Romanis. ſic ergo Poeta 1. epigr. 2.

Inuidioſa feri radiabant atria regis.

Et idem lib. 2. epigr. 7.

Regis ſuperbi ſportulæ receſſerunt.

Quin Traianus optimus princeps etiam Rex appellatus eſt. nam ita ſcriptum in epitaphio: *Turba medicorũ Rex periit.* Virgil. tamen regum oſori populo, indidit nomen Regis. 1. Æneid.

Hunc populum late Regem regnoque ſuperbum,
Venturum excidio Libyæ.

Quod an decenter, viderit & riſerit forſan Hyginus quiſpiam, aut vnus ex Grammaticis, quibus hæc arena peculiaris. Sibi equidem, ſuiſque ciuibus, Populus Rom. ciuis fuit: at exteris Rex amarus, & auarus & crudelis, vt dicebant nationes ſubactæ.

Libertatis annus apud Romanos.
Libertas Dea quando cœpta coli.

4 LIBERTATEM.] Vnde Liberatoris nomen, & Libertatis annus, quo Brutus reges exegit, & tum Libertas apud Romanos pro Dea coli cœpta. Extatque tẽplum Libertatis 13. regione vrbis, & propter forum. Cicero 4. ad Attic. epiſtola, quæ incipit, *O expectatas*. Idem contra Rullum, Romam vocat ciuitatem, quæ iure libertatis omnibus antecellat. vt Philipp. 10. *Cum*, inquit, *nationes ſeruitutem ferre poſſint, noſtra ciuitas non poteſt.* Vnde Virgilius 8. Æneid.

Roma ſeruitutis neſcia.

Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.

Sic Florus, *Nullius acrior cuſtos, quam libertatis fuit*, loquens de Pop. Rom. vere, nam Romanis cum libertate viuendum, cum libertate moriendum: & liberis populis nihil libertate dulcius, nihil amœnius.

Conſulatus ſummi imperij nomen.
Partitum in duos.
Prouocationi obnoxium.

5 CONSVLATVM.] Summi imperij nomen, ne imperium detrectare Romani viderentur. Et in duos conſules partitum, vt vnus, alterius metu, & ambo intra leges ſe continerent. Et annuum, ne diuturnitate inſoleſcerent. Et prouocationi obnoxium, ne pro iure iniuria redderetur, cui etiam cedebat patria poteſtas. Val. 2. c. 2. Cicero vocat conſulatum *finem honorum Reip.* Recte. nam vltra nullus honos ordinarius, nulla dignitas: cuius inſignia, toga prætexta, lictores. Cic. in Piſonem. Claudian. 3 in laud. Stilic.

Proxime Dis conſul, tantæ qui proſpicis vrbi,
Qua nihil in terris complectitur altius æther.

Munia Conſulum.

At munia Conſulum ab Ouidio traduntur 4. & 5. eleg. 4. de Ponto. Duo tamen addo ex Papinio in epithal. Stellæ, ſacra in æde Cybeles facienda, & libros Sibyllæ diſcendos. ſic enim ille.

Adire templum Cybeles.

Hunc & biſſenos (ſic indulgentia pergat
Principis Auſonij) cernes attollere faſces:
Ante diem; certe iam nunc Cybeleia nouit
Limina, & Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ.
*Iamque * parẽs Latius, cuius prænoſcere mentem*
Fas mihi, purpureos habitus, iuuenique curule
Indulgebit ebur.

Legere libros Sibyllæ.
** Id eſt imperator.*

Conſulatum perdidere Cæſares.
25. Conſules vna die.

Viluit illa poteſtas ſub imperatoribus, quibus animus ſe, ſuamque dignitatem attollere, cæteris depreſſis: nam aliquando die vna 25. Conſules ſuffecti, & Diales nullo prius obito magiſtratu. Nec Ianuario menſe, vt florente Rep. ſed Martio & Iulio aliiſque menſibus. Xiphilinus ex Dione 72. etiam longe a Roma. Ammian. 25. in fine, & Auſon. in grat. act. Vi[illegible]

Pueri Conſules.

luit etiã, quod pueri, & ſerui, & ſpadones, & τεράσματα orbis, vt Vatinius, Conſules fierent.

Per Conſulatum peierat Vatinius

ait Catullus, vt ſcias etiam in veteri rep. Rempublicam ſe demẽtaſſe. & de Nonio Catullus.

Sella in curuli Struma Nonius ſedet.

De pueris D. Hieron. ad Demetr. vbi de Olibrio. *Conſul quidem in pueritia, ſed morum bonitate Senator illuſtrior.* Et Claud. in Paneg.

— inter cunabula Conſul
Proueheris, ſignans poſito modo nomine faſtos.

Serui.

Idem de ſeruis eodem.

— Seruili placuit fœdare curules
Crimine, procedit laxata compede Conſul.

Eunuchi.

Et de Eunuchis.

Omnia ceſſerunt Eunucho Conſule monſtra.

Quid quod Caligula portentum orbis, ſuum equum Conſulem deſignauerat? Sic illudit generi humano nimia poteſtas: ideo deformatas ſecures Claud. vocat l. 2. in Eutr. Decreſcente tamen dignitate creſcebat ornatus: nam non amplius in purpura, ſed in aurea toga, & cum ſcipione in manu. ſic enim Vopiſcus in Aureliano: *ſcripturus ad Senatum vt tibi deputet Scipionem, deputet etiam faſces.* De aurea toga Prudent. contra Symmachum.

Conſules non populo, ſed ſibi conſulentes.

Ipſe magiſtratum tibi conſulit, ipſe Tribunal
Contulit, auratumque togæ donauit amictum.

Inſignis ſane magiſtratus æternumque victurus, ſi non ſibi, ſed ciuibus Conſules ipſi conſuluiſſent. nam Conſulum, ait Cicero in Piſon. magnum nomen, magna ſpecies, magna dignitas, magna maieſtas. Ergo, inquit Accius, *Qui recte conſulit, Conſul cluat.*

Brutus liberator.
Brutus vltor.

6 BRVTVS.] Qui ideo liberator dictus. nam Quintil. nona declamat. 268. *Tulit ciuitas P. R. liberatores Brutos.* Quippe, vt ait Florus, *imperium cum regibus abrogauit.* Et *vltor* dicitur a Poeta l. 6. Æneid.

Bonus ciuis Reip. pater.

Vis & Tarquinios Reges, animumque ſuperbum
Vltoris Bruti, faſceſque videre receptos?

Bonus quidem ciuis, ſed durus pater, qui Reip. amore caruit liberis, vt publicus parens eſſet, nam P. R. adoptauit. Sic enim Florus & Claud. 3 de laud. Stilic. non abs te.

Dictatura ſemeſtris.

7 DICTATVRÆ AD TEMPVS.] Semeſtre videlicet, quanquam periclitante Rep. prorogarentur: & fuere qui ante tempus negotio peracto, cuius gratia creati erant, ſe abdicarent. Ante tempus probitas ſe abdicat: poſt tempus ne improbitas quidem. nam Q. Seruilius Priſcus octauo die, & Cn. Quintilius, & C. Memmius, aliique multi ante tempus ſe abdicarunt. Seneca de breuit. vitæ. *Quintius dictaturam properat euadere.* Lego, *Quintilius*, ex Liuio l. 8. Nam vbi clauum fixit, magiſtratu ceſſit, nec ambitioſus legum tempus exceſſit. Contra Mamercus Dictator, ait Liuius lib. 4 *Cenſuram quinquennalem prius, annuam fecit, & a Cenſoribus tribu motus eſt, quod magiſtratum P. R. minuiſſet.* Quod autem ſcribit *ad tempus*, notat Sullam & Iulium Cæſarem, qui per ambitum perpetui dictatores, & perpetui legum & Reip. corruptores & diſtractores, non Dictatores, extitere.

Ante tempus depoſita.
Seneca correctus De breuit. vitæ.
Differentia boni ciuis cum ambitioſo.

Legitimi Decemuiri biennales.

8 NEQVE DECEMVIRALIS POTESTAS.] De legitima poteſtate loquitur, quæ legis prohibitione non vltra biennium, ſed ambi-

Ambitioſi plus quã triennales.

ambitione vltra Metonis annos. nam ambitionis terminus nullus, nulli fines. Hæc autem poteſtas dabatur a P. R. comitijs rite habitis, & per ſuffragia, & mandabatur a certo tempore ad certum tempus. Et hoc natura docente. Nam Grus Grui tradit imperium poſt dies triginta. D. Hier. Noſter author lib. 3. ſeipſum illuſtrans. *Pulſo*, inquit, *Tarquinio, aduerſus patrum factiones multa populus patrauit, tuendæ libertatis & firmandæ concordiæ cauſa, creatique Decemuiri, & acciti quæ vſquam erant egregia, compoſitæ 12. tabulæ, finis æqui iuris.* Quæ omnia ex Salluſtio. Et Iſidorus 5. Etym. cap. 1. *Cum populus ſeditioſos magiſtratus ferre non poſſet, Decemuiros legibus ſcribendis creauit, qui leges ex libris Solonis in Latinum ſermonem tranſlatis 12. tabulas expoſuerunt.* Pomponius l. 2. de orig. iuris Solonem non nominat, quod facit Plinius de vir. illuſtr. ſed ait a Græcia ſumptas. Verũ in ea lege multa a magnis viris arguuntur, quæ a magnis etiam viris defenduntur, vt quod in ebore ſculptas dixit contra Liuium & Dionyſium. Sed hæc extra lineam.

Decemuiri creati ob factiones patrum.

9 NEQVE TRIBVNORVM MILITVM IVS DIV VALVIT.] Quia nimis violentum & crudele. violenta autem numquam diuturna. Tamen valuit, quouſque patribus plebe conciliata, Camillus dictator ædem Concordiæ vouerit. Concordia enim diſcordiæ medicamentum eſt. Et fortaſſe ea ædes eſt de qua Iuuen. Sat. 1.

Ædes concordiæ a Camillo vota.

Bonus magiſtratus concordiam amat ciuium.

Quæque ſalutato crepitat Concordia nido.

Nam in ea magna ciconiarum turba nidificabat, ait vetus interpretes Iuuen. Dixi, fortaſſe, nam aliæ Concordiæ ædes in vrbe. Quæ concordia valuit, diſcordia viluit, & ſubruta eſt.

Multæ ædes Concordiæ Romæ.

10 NON CINNÆ, NON SVLLÆ LONGA DOMINATIO.] Non longa, ſed atrox: licet Cicero longam dicat, his verbis. *Cur omnium crudeliſſimus Cinna tandiu regnauit?* ſed tyrannidis momentum pro anno eſt inter liberos homines, imo pro mille annis. Cinna autem fuit tyrannus. Salluſt. in fragmentis. *Tyrannumque & Cinnam appellantes.* Et Cicero nominat *dominationem Cinnæ*, pro crudeli, lib. 8. ad Attic. epiſt. 3. his verbis. *Idem*, inquit, *fecero quod in Cinnæ dominatione Philippus.* ſic etiam *dominationem Sullæ*, dixit Salluſt. *Sullæ*, inquit, *dominationẽ audebat.* Nec male noſter iungit Cinnam & Sullam, veluti duo crudelitatis paria. Nam de Sulla qui Sulla fuit & humani ſanguinis perpetuus gurges, Cicero in Verrem: *Nemo eo inuito bona, patriam, vitam retinuit.* Et ſane Seneca ſcribit, *vnum hominem in terris*, ſcilicet Rutilium, *virum innocentiſſimum auſum illi denegare quod peteret*, lib. Quare viri boni. Quod mirum, nam non cedebat cui ceſſerat Pop. Romanus, atque lictores ſtricto enſe ei apparuiſſe. Silius de Sullæ tyrannide.

Cinnæ dominatio non longa, ſed atrox.

Cinna & Sulla duo crudelitatis paria.

Innocentia quantum confidens.

Rutilius auſus ſolus Sullæ negare quod petebat.

Imperium hic primus capiet, ſed gloria culpæ,
Quod reddet ſolus, non tãto in nomine quiſquam
Exiſtet, Sullæ qui ſe velit eſſe ſecundum.

Remiſit ſolus imperium.

Et Mart. 11. epig. 6. — *tibi Sulla cruentus,*
Imperium tradet cum poſiturus erit.

Sed ponet, quod non Iulius Cæſar, non Auguſtus. Ille enim retinebit, & ob retentũ Bruti manibus trucidatus peribit. Hic de reddendo cogitabit, aut potius redditurum ſimulabit. Nam imperia cum lætitia induuntur, cum moleſtia exuuntur. Vtrumque Velleius pingit graphice lib. 2. Nam de Sulla, *vir qui neque ad finem victoriæ ſatis laudari, neq; poſt victoriam abũde vituperari poteſt.* Et vbi de Cinna, *vir dignior*, inquit, *qui arbitrio victorum moreretur, quam militum. De quo vere dici poteſt, auſum eum quod nemo auderet, perfeciſſe, quæ a nullo niſi fortiſſimo perfici poſſent*: atque, *in conſultando fuiſſe temerarium, in exequendo, virum.* Vnde Salluſtius: *Prius quam incipias, conſulto; vbi conſulueris, mature facto opus eſt. Ita vtrumque per ſe indigens, alterum alterius auxilio viget.* Scripſit commentarios quos Lucullo dedicauit. Plutarch. forſan ſuos, forſan alienos: ſed ſuos veriſimilius. Non piget ex authorum libris, quaſi ex pictroum officinis, has elegantiſſimas tabulas depromere. nam authorem illuſtrant & lectorem oblectant.

Cinnæ elogium a Velleio.

11 POMPEII CRASSIQVE POTENTIA.] Petronius Arbiter vtrumque iungit hoc verſu, vt fere omnes authores.

Pompeius & Craſſus iuncti apud authores.

Craſſũ Parthus habet, Libyco iacet æquore Magnus.

Qod etiam facit Tert. in Apolog. & hic noſter. *Quis Pompeio*, inquit, *ſublimior? quis Craſſo ditior?* vt notes diuitijs affinem ſublimitatem. Iuuenal. Sat. 10.

Pompeij laudes a ſcriptoribus.

Quid Craſſos, quid Pompeios euertit? & illum
Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites?

Id eſt Cæſarem Iulium. vocatur Pompeius a Cicerone 3. famil. *omnium ſæculorum & gentium princeps*: a Iulio Baſſo, *terrarũ mariſque dominus*, Suaſoria 2. Senecæ patris, & ille Seneca pater qui vixit ſub Auguſto, dum Põpeium ob Cæſares laudare non audet, ac ne quidem nominare, nomen mutat, & a viliore rerũ geſtarum parte deſcribit. Nam ita ſcribit. *Dum tentaret Romæ ſcholam ſummo illi qui Iudæos ſubegerat. Magnum* Põpeium dicere non audet, *ſummum* dicit, nec Pompeium dicit, ſed Iudæos ſubegiſſe, ne diceret orbem totũ. Habuit enim Pompeius tres triumphos de tribus orbis partibus, plures habiturus, ſi plures partes tunc tellus habuiſſet. nam quarta pars noſtro æuo detecta. Trinas aras vocat Tertullianus in Pallio, nam aræ pro triumphis; quia nullus triumphus abſque ara. Dio 41. & Velleius. Plinius aſtute magis. nã l. 7. c. 25. cùm de Pompeio ita ſcripſiſſet. *Summa ſummarum in illo gloria fuit.* ſtatim ſubiungit in gratiam Cæſarum. *Si quis ſimili modo percenſere velit Cæſaris res, qui maior illo apparuit,* (& nota *apparuit*,) *totum profecto terrarum orbem enumeret.* Vnus Salluſtius ſcribit de Pompeio, *oris improbi animoque inuerecundo fuiſſe.* Quod vltus eſt Pompeius Leneus, ait Suetonius de clar. Gramm. idque iure. Nam Põpeij libertus fuit. De Craſſo Seneca 5. Nat. qu. c. 17. *Craſſum auaritia Parthis dedit.* & certe perijt apud Carras eius clade nobiles. Plin. l. 5. c. 24. & addit, *nõ fuit ſatis niſi totũ Parthorum aurũ eſuriret, atque vt nomen quidem optimi occupauerit.* Lege *nomen opimi.* nam diues dictus eſt. Inde auarus quidam diues *Opimius*, ab Horatio appellatus. Inde *opimitas* Plauto in Aſin. Seneca l. 2. contr. 1. de Craſſo. *Tu Craſſe poſt eueſtigata illa fugitiuorum arma vrbis Romanæ ditiſſimus, qui nũc apud Parthos eges ſepulchro.* Nam viuenti Craſſo nihil defuit, mortuo defuit ſepulchrum. En noſtræ mortalitatis vappę & fumi & ludibria.

Magno principi magnæ debitæ laudes.

Sub Auguſto nemo laudare Pompeium auſus.

Senecæ de laude Pompeij diſſimulatio.

Plinij laus de Pompeio, ſed callida Cæſarum metu.

Craſſus Carris perijt.

Nomen Opimij meruit, quia diues.

Plinius emendatus.

Cæſar Iulius & Alexander, par nobile regnantium.

11 Cæsarem.] Iulium ſcilicet, quem Suet. 55. in Iulio ait *eloquentia militarique arte* (ſic enim ex veris lego) *aut æquaſſe præſtantiſſimorum gloriam, aut ſuperaſſe.* Appianus 2. Bel. Ciuil. & Velleius lib. 2. Alexandro Magno parem faciunt, *vir certe per omnia fortunatus & magnificus meritoque cum Alexandro (ſi ſobrius foret) comparandus.* quamuis Caro ebrietatis Cæſarem arguerit. Salluſt. in Catil. *Ambo ambitioſiſſimi & bellicoſiſſimi, in conſilijs exequendis celerrimi, in periculis ingrediendis audaciſſimi, minime corpori ſuo parcentes, nec magis imperatorijs artibus freti, quam fortuna, & audacia.* Et hercle vir ingens, ſi patriam magis quam ſe dilexiſſet. Sed cum *terrarum orbem ciuili ſanguine impleuiſſet, vt imperium inuaderet, tandem ſanguine ſuo curiam impleuit*, inquit Florus. & verum. ſed hic ſanguis, Cutiæ libertatem abſorbuit.

Cæſar ſe potius quam Remp. dilexit.

13 Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere.] Id eſt triumuirorum arma. Prudent. in Sym.

Vltima ſanguineus turbauit ſecla triumuir.

Lepidus homo vanus.

De Lepido Plinius lib. 7. cap. 57. *M. Lepidus nobiliſſimæ ſtirpis*, quod generis nobilitatem ſignat, non hominis virtutem quam neſciuit: nam de eo ita Velleius libro 2. *Vir omnium vaniſſimus, neque vlla virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus.* Vanus certe qui in turbata Rep. diuitias quærebat, ait Florus. Vanus qui volucrum cantu ſomnos ſibi adimi querebatur, air Plinius l. 35. c. 11. Vanus qui Africam luxu perdidit. Nec illi æquior Rutilius dum ſcribit in Itinerario peiorem ſuperioribus Lepidis fuiſſe. Nam fratrem Paulum proſcripſit, & cum Paulo exiſtimationem ſuam nunquam reuerſuram amandauit.

Curita.

Fratris Pauli proſcriptor.

14 Antonii arma.] Ciceronis trucidatoris. Dio 47. & Meſſalæ proſcriptoris, quem euaſit. Dio 48. id eſt totius eloquentiæ Romanæ. Etiam (vt aiunt) Marci Varronis Romanorum omnium doctiſſimi iugulatoris poſt Caſſinatem agrum raptum, & diſruptum: vt ad ſtragem & luem bonorum natum putes. Tamen ei ſcriptioni non aſſentior, Valerio Maximo refragante, qui in lectulo Varronem ait obijſſe centum annis exactis vitæ, lib. 8. cap. 7. & is Varro eſt qui Romanorum doctiſſimus quadringentos & nonaginta libros ſcripſit. Sed ſi tot potuerit ſcribere, quomodo potuit legere? D. Hieronymus ſcribit etiam Origenem ſex millia librorum compoſuiſſe, ſcribens contra Ruffinum. Sed ad Antonium rediens, cum *facẽ & turbinem ſui ſæculi*, vocat Florus, & quem apud Senec. Portius Latro ita pungit & pingit elegãter Suaſoria 6. *Videbis ardentes crudelitate ſimul ac ſuperbia oculos. videbis illum non hominis, ſed belli ciuilis vultum. videbis illas fauces, per quas Cn. Pompeij bona tranſierunt: illam laterum, illam gladiatoriam totius corporis firmitatem. Videbis illum pro tribunali, loco quem Magiſter equitum, cui ructare turpe erat, vomitu fœdauerat.* Quid illo emblemate elegantius? ſed quid verius? ſi quæras quid Antonius agat? non modo fugit & bibit, vt dicebat ille: ſed virtutem iugulat & exſcindit eloquentiam.

15 In Augustum cessere.] Quem Tert. in Apolog. vocat *imperij formatorem*, & libro de Anima, *reformatorem, ciuiliumque turbinum ſepultorem.* Horatius de Auguſto ita;

— O tutela præſens
Italiæ dominæque Romæ.

Cicero Philipp. 14. Deorum beneficio Reip. procreatum ſcribit. Nam victoribus quid non damus? Auguſtus fuit primus imperatorum quem milites elegerint, vt fuit Heraclius vltimus, idque anno a Chriſto nato 671. Habuit autem Auguſtus hoc nomen ex Munacij Planci ſententia, quod loca religioſa, in quibus quid augurato conſecratur, Auguſta dicerentur. Suet. in Octauio cap 7 & quod mortale faſtigium excederet. Euſeb. de morte Conſtantini cap. 67. & 68. Poſt mortem beatus ille imperator regnauit; & milites filios Conſtantini non Cæſares ſolum, ſed Auguſtos nominarunt. quæ vox maximæ dignitatis plena, celſiſſimi imperij propria nota eſt. Græci σεβαστὸν vocabant quaſi venerãdum. Et hæc ex Dione lib. 53. Ouid. 1. Faſt. de Auguſto ſic ſcribit.

Hic ſocium ſummo cum Ioue nomen habet.
Sancta vocant Auguſta patres: Auguſta vocantur
Templa, ſacerdotum rite dicata manu.

Prud. de Auguſti poteſtate in Symmachum.

--Tandem deprendere rectum
Doctus iter, caput Auguſtum diademate cinxit,
Appellant patrem patriæ, populi atque Senatus
Rectorem, qui militiæ ſit ductor, & idem
Dictator, cenſorque bonus, morumque Magiſter,
Tutor opum, vindex ſcelerum, largitor honorum.

Eleganter certe. nam ſunt hæ Auguſtorum dotes, aut eſſe debent, & omnium principum. Seneca libro de breu. vitæ ſcribit, *Deos illi pluſquam vlli præſtitiſſe ex hominibus: gentibuſque cum fortunam dediſſe.* Val. lib. 1. cap. de ſomnijs, *deſtinatum immortalitati caput* nominat. Et vtinam, aut Timageni domo ſua nunquam interdixiſſet, aut Timagenes de Auguſto ſcriptam hiſtoriam nunquam combuſſiſſet, quo eius vultum plenius intueremur. Nil tibi derogo, Tranquille, forte multum arrogo. Licet optare iſta, quando frui non licet.

Fortuna cum gentibus dedit.

Immortalitati deſtinatum caput.

16. Nomine Principis.] Et hoc ad modeſtiam, ne quid nouatum putaretur. Nam omnis nouitas paratam habet controuerſiam. Veteri Rep. erant principes ſenatus, quales fuere Fabius Rullianus, Scaurus, Æmilius, Lepidus, & alij multi, quorum nomina in ſenatu & inter ſenatores primum legebantur. Et ipſe Pompeius, Ciceroni *princeps* dictus, pro domo ſua, & *princeps ciuitatis.* Ergo accepto imperio ſub nomine principis, deinceps Auguſtus, & cæteri Cæſares, principes ſunt appellati. Ouid. 2. Triſt.

Principes Senatus.

Princeps ciuitatis Pompeius.

Quando Cæſares imperatores dicti.

Spes mihi magna ſubit, cum te, mitiſſime princeps:
Spes mihi, reſpicio cum mea facta, cadit.

Et Martialis de Domitiano l. 1. epigr.

Quos decet eſſe homini tali ſub Principe mores,
Qui iubet ingenium mitius eſſe feris?

Aſtipulatur Suet. in Tib. 42. c. dum opponit tyrocinij & principatus tempora. *Poſtea,* inquit,

inquit, *princeps*. id eſt imperator P. R. & omnium gentium factus. nam Cæſar tum caput orbis & vertex. Et noſter Hiſt. 1. ita ſcribit, *inſtitutum a regibus ad principes continuum.* Sed noto, principatum a Regia adminiſtratione habitu diſtingui: nam ita Suet. *Nec multum abſuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemque principatus in regni formam conuerteret.* Itaque iſte principatus mitis. Regia vero adminiſtratio crudelis apud Rom. Ille veteri Reip. non odioſus, illa exoſa & abominabilis. Nec tantum principes orbis imperatores dicti, ſed etiam principes Senatus. Suet. in Calig. *Neque principem Senatus fore.* Nam ſinus omnium dignitatum imperatoria dignitas.

Omnia Cæſar erat. ait Lucanus.

17 Svb imperivm accepit.] Lege, *ſub imperij vim accepit.* Aliud eſt imperium, aliud imperij vis. imperium nil niſi inane nomen: at vis imperij ſunt imperij vires & robur. Imperij autem vis declaratur a Vegetio lib. 3. cap. 10. & dicitur eſſe *poſſeſſorium fortunæ, tutela vrbium, ſalus militum, Reipublicæ gloria.* Noſter diſtinguit vim a re ipſa. Nam lib. 3. Ann. ait, *ſpeciem in amicitia principis magis quam vim tenuit*, & vbi de principatu lib. 3. *Regum qui ante vim Romanam valuerant decreta.* At hoc verbo [*vi*] vtitur ſæpe noſter, vt in poteſtate, *vis præfecturæ* lib. 2. Annal. & *vi legionum, armorum vi, militum vi.* Et in principatu diſerte li. 3. *Tiberius vim principatus ſibi firmans.* Ergo lege, *ſub imperij vim.*

18 Sed veteris Reip.] Lego, *ſed veteris Populi Romani.* quippe ſunt Tacito verba ſolemnia & frequentiſſima, vt libro 3. *ſua Populique Romani contumelia*: & alibi, *aucta poteſtate quam P. R. Cn. Pompeio bellum Piraticum geſturo dederat.* lib. 11. de Aſiatico, *extimuiſſe concitationem P. Romani.* Sic lego aliiſque locis. Sed neque quiſquam ſcripſit de veteris Reip. malis vel aduerſis, verum ſcriptores vſi ſunt verbo *Pop. Romani.* Præcipue Liuius, quem intuetur Tacitus heic, & cuius imitator ingens. Is autem ita incipit. *Facturus ne operæ pretium ſi a primordio vrbis res P. Romani perſcripſerim.* Item L. Florus in epito. *P. Romanus a Rege Romulo in Cæſarem Auguſtum ſeptingentos per annos tantum operum pace belloque geſſit.* Etiam Val. Max. *Populi Rom. exterarumque gentium facta, ac dicta*, &c. Sic enim aggreditur ſuum opus. Quin Salluſtius ipſe frag. hiſt. lib. 1. quem etiam imitatur noſter. *Res*, inquit, *P. R. a Lepido & Catulo Coſſ. ac deinde militiæ & domi geſtas compoſui.* Etiam Lucanus ita verſibus incipit.

Iuſque datum ſceleri canimus populumque potentem.

Sed quid auras diuerbero? adigo certum ictum ad veritatem. Nam hiſtoriarum primo, noſter author, dum eadem memorat, fere iiſdem verbis vtitur, & ſic incipit. *Poſt conditam vrbem* D. CC. *&* XX. *prioris æui annos multi authores retulerunt dum res P. R. memorabantur.* viden Tacitum mihi ſuffragantem? non ambigo, ſed corrigo.

Certa correctio ex Taciti verbis.

20 Gliscente advlatione.] Adulatio, metus, odium, tria hiſtoricorum vitia. D. Hieron. ad Saluinam, *fidele eſt teſtimonium, quod cauſas non habet mentiendi.* Id eſt, quod neque metu, neque adulatione, nec odio corrumpitur. D. Gregorius Magnus. *Quatuor modis humanum iudicium*, inquit, *peruertitur. Timore, dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui pertimeſcimus. Cupiditate, dum præmio alterius animum corrumpimus. Odio, dum contra quemlibet aduerſarium molimur. Amore, dum amico vel propinquo contendimus præſtare auxilium.* Et Tacitus loquens de adulatione, quæ fuit his temporibus ingens. *Vitia*, inquit, *pro virtutibus habebantur.* Ideo Spart. in Nigro: *Viuentes laudare, maxime imperatores, irriſio eſt, a quibus ſperatur, qui timentur, qui præſtare publice poſſunt, qui necare, qui proſcribere.* Adulator nigrum in candida vertit, & veritatem ſubuertit, quam hiſtoricus pro ſcopo habere debet. Nam ſatis eſt hiſtoricum non eſſe mendacem. Cicero in oratore etiam beneuolentiam quærit. At beneuolentiæ acres ſunt aculei ad iudicia corrumpenda, ait Syneſius epiſt. ad Nicandrum. αἱ γὰρ εὖνοιαι δειναὶ δικάσαι τὰς ψήφους. Tacit. hiſt. 1. *Adulatio blanditiæ peſſimum veri affectus venenum.* Et idem Syneſius epiſtola 147. δεινὸν ἡ εὔνοια κλέψαι τὴν ἀλήθειαν, *beneuolentia res vehemens ad ſubtrahendam veritatem*, quam extinguit illa cicuta. De metu Cicero ex antiquo Poeta 3. de orat.

Tria hiſtoricorum vitia.

Adulatio.

Metus.

Pauor ſapientiam mihi omnem exanimato expectorat.

& noſter 3. Annal. *Metus exercitam quoque eloquentiam debilitat.* De odio Cicero 2. de orat. *Prima hiſtoriæ lex, ne quid falſi dicere audeat: ſecunda, ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis.* Sic Valerius lib. 8. Quæ magnif. contig. *Quæ in Cn. Pompeium noua & ampla congeſta ſunt, hinc aſſenſione fauoris, illinc fremitu inuidiæ, literarum monumentis obſtrepuntur.* Addit vnum Euſebius in vita Magni Conſtantini, *qui doctrinæ oſtentandæ cauſa ad ſcribendum ſe applicant*: cap. 6. Qui hæc vitauerit, in vado magnæ exiſtimationis exit: nam hiſtoriarum næui, odium & amor, adulatio & metus & famæ fames: Inde illa vox Catulli.

Odium.

Annales Voluſi cacata charta,
Infælicibus vſtulanda lignis.

21 Deterrerentvr.] Lego, *deterrerentur.* Rhenanus ita legit ex manuſcriptis, & in ſua cauſa teſtis Tacitus ipſe. Nam ſic 1. hiſt. vbi eandem rem perſequitur. *Dum res Pop. Romani memorabantur pari eloquentia ac libertate: poſtquam bellatum apud Actium, atque omnium poteſtatem ad vnum conferri pacis interfuit, magna illa ingenia ceſſere.* id eſt, *deterrita fuere*, non *detrita.* Sed apertius & expreſſius lib. 12. *Quadratus Fælicem inter iudices oſtentauit receptum in tribunali quo ſtudia accuſantium deterrerentur.* Spartianus in Auidio Caſſio, *Plura de his ſcire non poſſunt* (loquitur de tyrannis) *quorum vitam illuſtrare nullus audet eorum cauſa a quibus oppreſſi ſunt*, ideoq. deterriti. Sic Cicero de commentarijs Cæſaris dixit in Bruto. *Sanos homines a ſcribendo deterruit.* Tacit. l. 15. in fine. *Hoſtem, & parricidam vocans, donec conſenſu patrum deterritus eſt.* & idem lib. 12. *Studia ac-*

Deterrere non deterere *ſcripſit Tacitus.*

cuſantium deterrerentur. Sic Oroſius l.7. *Ne par-uam Romani exercitus manum aſsidue bellando deterreret*. Plautus in Amphitruone.

Quin loquar hæc vti facta ſunt heic,
Numquam vllo modo potes me deterrere.

Quia poteſtas terret, ideo a ſcribendo deterret. Nam adulatio exaſperat principes contra vera ſcribentes. Tamen D. Hieronymus ad Demetriadem: *ingenium in huiuſcemodi materijs ſæpe detritum*. Non ſum ſititor nouitatis: maneat heic (*deterrerentur*) verus fœtus Cornelianæ venuſtatis.

22 RECENTIBVS ODIIS.] Et cur recentibus? nam viuentibús & florentibus Neronibus & Caijs odia occulta, mortuis in apertum prodiere, quaſi recentia germina nequitiæ.

Poſtquam [1] Bruto, & Caſſio cæſis, nulla iam publica arma, [2] Pompeius apud [3] Siciliam oppreſſus, [4] exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus, niſi Cæſar dux reliquus, poſito Triumuiri nomine, Conſulem ſe ferens, & ad tuendam plebem [5] tribunitio iure * contentum: [6] vbi militem donis, [7] populum annona, [8] cunctos dulcedine otij pellexit, inſurgere paulatim, [9] munia Senatus, magiſtratuum, legum in ſe trahere, nullo aduerſante: [10] cum ferociſſimi per acies, aut proſcriptione cecidiſſent: cæteri nobilium, [11] quanto quis ſeruitio promptior, opibus & honoribus extollerentur: ac nouis ex rebus aucti, tuta & præſentia, quam vetera, & periculoſa mallent. Neque Prouinciæ illum rerum ſtatum abnuebant, [12] ſuſpecto Senatus, populique imperio, ob certamina potentium, & auaritiam magiſtratuum, [13] * inualido legum auxilio; quæ vi, ambitu, poſtremo pecunia turbabantur.

* contentus tum.

Modi turpes euertendi imperij.

* vt inualido.

1 BRVTO ET CASSIO.] Quos fortuna cito iuuit, cito deſtituit, lubrica & inconſtans. Velleius l. 2. ambos venuſte comparat his verbis. *Fuit dux Caſsius melior, quanto vir Brutus: e quibus, Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Caſsium: in altero maior vis, in altero maior virtus. Qui ſi viciſſent, quantum Reip. interfuit Cæſarem potius habere quam Antonium principem, tantum retuliſſet habere Brutum quam Caſsium*. Et hæc tam vere ſcripta, quam ſapienter. Sed infœlices partium duces dum libertatem reſtitutam volunt, parricidio tollunt. Cæſarem eximunt terris, addunt cœlo, ait Florus. Sed hæc non Romæ tantum, verum alibi, experta tellus.

Imago Bruti & Caſsij.

Partium duces infœlices.

2 POMPEIVS APVD SICILIAM OPPRESSVS.] Imo in Phrygia, in qua occiditur Antonió mandante, mox pœnitente. Dio 49. Sed oppreſſus bello in Sicilia, morte oppreſſus in Aſia, & hoc ſibi vult Tacitus. Sic Florus vbi dixiſſet, *tanta mole belli penitus in Siculo freto iuuenis oppreſſus eſt*, (loquens de Sexto) addit, *Perditis rebus profugit, Aſiamque velis petit, venturus ibi in manus hoſtium & catenas, & quod miſerrimum eſt fortibus viris, ad hoſtium arbitrium ſub percuſſore moriturus*. Quod firmat Martialis l. 5. epigr. 75.

Vbi Sextus Pompeius occiſus.

Pompeios iuuenes Aſia, atque Europa, ſed ipſum:
Terra tegit Libyes, ſi tamen illa tegit.

Nam patrem Pompeium Africa tegit, ſi tegit eum qui pæne inſepultus fuit. Aſia & Europa tegit filios & hunc Pompeium, de quo heic noſter. Qui ſi Mænam audijſſet, a Sexto primus euaſiſſet: nota eſt hiſtoria apud Plutarchum.

3 SICILIAM.] Ouidius de Sicilia 13. Met.

Tribus hæc excurrit in æquora linguis.

Inde nummus cum capite inter tria crura. Et vocatur etiam Trinacria a tribus promontorijs. & τριγλώχιν, a tribus angulis ſeu tribus iugis, Pachyno, Lilybæo & Peloro.

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor.

terra, inquam, quæ horreum fuit Italiæ, vt Dyrrachium, taberna.

Sicilia horreum Italiæ.

Dyrrachium taberna.

4 EXVTOQVE LEPIDO.] Qui fortunæ ludibrium fuit, & in tantum exutus, vt ſupplex, vltro & veſte pulla, ad Auguſtum venerit, dignitate & auctoritate, & Africa tertia orbis parte omnino ademptis, & vita precario ei conceſſa in Italia, nec priuatus iacuerit ſine cuſtodia. En turgidæ vanitatis fabula, ex Dione l. 49. Quamquam diſcordes in ea re auctores nemo pacauerit. Viuentem tamen ſummo Pontificatu Cæſar non exuit, quem Antonius populorum eligenti rapuerat, Lepidoque dederat: ſed poſt mortem eius induit. Plane per ambitionem, quod ante nón auſus per legum prohibitionem. Quippe ſemel Põtifex non ante vittam quam vitam ponit. Plin. nepos epiſtola, Salutaris, 4. epiſt. De die autem initi Pontificatus ab Auguſto ita Ouidius.

Lepidi diſpoliatio ignominioſa.

Cæſares Pagani Paganorum. Pontifices.

Cæſaris innumeris, quos maluit ipſe mereri,
Acceſsit titulis Pontificalis apex.

Sic Cæſares Pontifices ſummi, & vere ſummi Pontifices, ſed paganorum, non Chriſtianorũ. nam Cæſares nunquam Pontifices Chriſtianorum. Ita intelligendus eſt locus Euſebij li. 4. c. 24. de vita Conſtantini, in quo & alloquens

Cæſares Chriſtiani nunquã Chriſtianorum Pontifices.

Aliud Paganitas ſequitur, aliud Chriſtianitas.

quens Epiſcopos, eos inquit *eſſe Epiſcopos intra eccleſiã, ſe vero extra*, id eſt, Epiſcopos eſſe Epiſcopos Chriſtianorũ, ſe vero paganorum. Nã in ſuis nummis, *Conſtantinus Sũmus. Põtifex. Tribun. poteſt.* Quod etiam Gratianus ſibi adſciuit. ſed poſtea deſtitit, vetuitque ſe Pontificem Maximum appellari. Zozimus. Et inter titulos Cæſarum paganorum hic titulus, qui tandiu durauit quandiu paganitas. ſed illa mortua iacuit. Et certe non laicorum tale munus ſed ſacerdotum. Nam ex lib. Paralipom. Amazias Pontifex rebus cæli, Zabadias præficitur rebus ſoli. & recte D. Hieron. in epiſtolis: *Aliæ ſunt leges Chriſti, aliæ Cæſaris: aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit.* Et iam ſub Cæſaribus fuere in eccleſia 232. ſummi Pontifices, nemine audente Pontificatum ſummum inuadere. Tentauit olim Anaſtaſius, ſed Gelaſij tum ſummi Pontificis ſcriptis territus deſtitit. Quod non ſcripſiſſem niſi recrudeſcente hæreſium omnium inſania paſſim iſtud vulnus refricaretur.

Nouorum hominum inſaniâ omnia veterum hæreticorum vulnera olim eccleſiæ adacta & iam obducta hodie recrudeſcunt.

Tacitus correctus.

5 TRIBVNITIO IVRE CONTENTVM.] Solœciſmus & vitioſa oratio, nec ferenda Grammaticis: *Conſulem ſe ferens, & tribunitio iure contentum.* Tamen ſilent omnia oracula. Lego, *contentus tum.* nam quia dixit *ſe ferens*, oportuit ſcribere, *contentus*, ſed addo [*tum*] quia ita Latinitas poſtulat & Taciti mos: ex quo *contentum* finxerunt ſolita ſcribentibus abbreuiatura. ſic infra, *abſentium æquos*, pro *abſenti tum æquos. Solitum & vt matri*, pro *ſoli, tum, & vt matri. nihil lætum opperientem*, pro *nihil læti tum opperientem.* Author autem noſter ſæpe vtitur illa dictione *tum*, vt lib. 11. *Quindecimuirali ſacerdotio præditus, ac tum, Prætor.* Et lib. 12. *Diſcordes olim, & tum contemptu regentium, minus coercitis odijs.* Sic Plin. vbi de apibus lib. 11. c. 18. *maxima earum operatio, tum cum ſobolem faciunt.* Et illa dictio (*tum*) ſemper hiſtoriam habet, reſpicitque præteritum tempus, vt indicet futurum aut præſens. præcipue heic. nam poſtea, quid non inuaſit Cæſar? Hoc Tacitus docet ſequentibus verbis. *Paulatim*, inquit, *inſurgere, munia Senatus, magiſtratuum, legum, in ſe trahere.* ſæpe autem hæc dictio omiſſa aut confuſa cum ſimilibus litteris magnum vitium in oratione facit. Dixit Tacitus, *contentus tum*, quia tanta fort unæ bona, cum modeſtia habenda erant & recipienda. Deinde quod modeſte habita ad imperium viam patabant. Nec enim tunc omnis Senatus Cæſaris fautor, & multi veteris Reip. cultores. Et non ſine magna diſſimulatione ad culmen Romani imperij veniendum erat. Quod autem Tacitus addit *ad tuendam plebem*, hæc in fronte, aliud in tergo: quippe vltima cura populus. Et non tantum illa mens Cæſari tueri plebem, quod erat Tribunorum verum munus, ſed per tutelæ iſtius ſpeciem, pedamenta ſuo imperio & dominationi ſtruere. Quod noſter aperit l. 3. *Mittit*, inquit, *litteras ad Senatum, quels Tribunitiam poteſtatem Druſo petebat. Id ſummi faſtigij vocabulum Auguſtus inuenerat, ne regis aut Dictatoris nomen aſſumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret.* Viden Cæſarum artes? his vrbem orbemque ſibi addixerunt, & ſuper omnes emicuerunt. Ideo artes Auguſti a Tacito memorantur li. 5. in principio, vbi de Liuia: *Mater impotens, vxor facilis, cum artibus mariti*, (id eſt Auguſti) *ſimulatione filij bene compoſita.*

Cæſares ſpecie tuendi populum ſtruunt ſibi dominationem.

Donnis corruptus miles.

6 VBI MILITEM DONIS.] Ergo Diuus Claudius non primus ex Cæſaribus fidem militum donis oppignerauit, vt ait Suet. in Claudio. certe Iuuenal. Sat. 10. ſcripſit ſcite & eleganter.

Summus nempe locus, nulla non arte petitus.

Nam quid non turbat ambitio? At dona, inter modos euertendæ Reipub. & ſummi illius loci apiſcendi. Sic Silius de Hannibale.

Imperium nulla non arte quæritur.

Vtq. dati rerum fræni, nunc arte paterna
Conciliare viros, armis conſulta Senatus,
Vertere, nunc donis.

Et idem lib. 16.

-donis vulgum laudumque cupidine flammat.

Quod Cicero eleganter, ex moribus Iulij Cęſaris Reip. euerſoris in Auguſtum tranſituris exprimit, Philip. 2. *Magno labore*, inquit, *magnis periculis, quod cogitauerat effecerat: muneribus, monumentis, congiarijs, epulis, multitudinis imperitiam delenierat; ſuos pecunijs, aduerſarios ſpecie clementiæ deuinxerat. Quid multa? attulerat iam liberæ ciuitati, partim metu, partim potentia, conſuetudinem ſeruiendi.* En modi inducendæ ſeruitutis, qui, ſi in patriam, non imitandi; ſi pro patria, forſan obſeruandi. Nam patriæ amor multos & magnos habet aculeos.

Iulij Cæſaris artes in euertenda Rep.

Populus annona corruptus.

7 POPVLVM ANNONA.] Illex principum, & Senatus, ad Populum Rom. capiendum. Populus enim, vti feræ omnes, eſcatium & cupedinarium affectat, & ita capitur. *Multa*, inquit Liuius lib. 2. *blandimenta plebi per id tempus a Senatu data, annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparandum miſſi, alij Volſcos, alij Æquos.* & noſter lib. 2. *Germanicus apertis horreis pretia frugum, multaque in vulgus grata vſurpauit.* Et Dio de Auguſto, cum dictatura ei offerretur, ſcribit ſcidiſſe veſtem, & ſolam annonæ procurationem recepiſſe. Caute & prudenter, volenti continuare imperium, quo nihil iucundius habet noſtra mortalitas, ſi ambitionis melle condiatur. Sed vulgaria ſunt hæc principum Rom. aucupia quæ virtutis profeſſoribus deſpecta.

Nil imperio iucundius.

Populus otio factus mollis.

8 CVNCTOS DVLCEDINE OTII.] Quæ magnos habet aculeos. Nam vita ſine honeſto otio non vita ſed pugna eſt, vt ait Iob crebris penuriarum procellis rex exercitatiſſimus. Tertul. in Pallio, vtrumque iunxit his verbis. *hæc annona, & otia, ab imperio, & cælo.* Quippe ingluuies & torpedo, plebeculæ ſunt virtutes, quæ cancrorum more, capite nullo, aut exiguo, ventrem trahit ingentem, & pigros pedes. Dicemus nos ad Pallium Tertulliani. nam ἄλογα hæc ſunt in præſens. Et a Tacito diſcemus, *Plebem ſordidam Circi ac Theatri otijs delectari.* Hiſt. 1. & ſi in ſole rodat vngues, pro regno putare; imo pro imperio terrarum.

Populi virtutes torpedo & ingluuies.
Populus capite nullo, ventre ingenti & pigris pedibus, vt Cancer.

9 MVNIA,

Pedetentim ſtruenda dominatio.

9 MVNIA SENATVS.] Ait autem *pedetentim.* i. lenta via: quod confirmat Annal. 15. *Paulatim in ſe vertere munia Senatus*: *Pedetentim* autem verbum eſt vſitatum Lucillio in Satyris. Quidquid enim conſpicui habuit Reſpub. latenti alluuione princeps ad ſe traxit. Cui iſtud Varronis iuſte cõueniat in Seſquiulyſſe. *Hic omnia erat: Sacerdos, Prætor, Parochus, idem Senatus, idem populi caput.* Et Senatus *publicum orbis terræ concilium* dictum Ciceroni ad Appiũ epiſto. ET SI *Senatuſque frequens erat ſi ducentorũ ſenatorum eſſet.* 2. ad Quintũ fratrẽ. Munia autẽ Senatus erant, quod vt ait noſter li. 4. *publica negotia & priuatorum maxima apud patres tractabantur.* Nam potentium principum periculoſa poteſtas, vt vicinitas magnorum fluminum. Conſulatum ad ſe traxit Auguſtus, quo legibus & Senatui præeſſet; proconſulatum, quo prouincijs, & rebus exteris; Pontificatũ, quo ſacris diuiniſque & humanis; Tribuniriam poteſtatem, quo populo; vtque ſacer & inuiolabilis eſſet, ſola Dictatura & Cenſura relictis. Hanc, quod ſub principis nomine ſatis exercerent: licet Claudius poſtea arripuerit, iam facto ad ſeruitutem populo Romano. Illam, quod Sulla, & Cæſar Iulius, odioſam reddidiſſent, ideoque ſuppreſſa fuiſſet, vt tradit epit. Liuij. Omen fuit cenſuræ breui ſubuertendæ, quod Paulus Æmilius Lepidus, filius Triumuiri, & L. Munacius Plancus vltimi Cenſores, cum prima die Cenſorium tribunal aſcendiſſent, corruit. Dio 54. Velleius de his Cenſoribus ita. *Alteri vis Cenſoris* [id eſt Lepido] *alteri vita defuit. Paulus vix poterat implere Cenſorem, Plancus timere debuit ne quidquam illi obijcere poſſent adoleſcentes, quod agnoſceret ſenex.* Nam prima Cenſura eſt ſui ipſius cenſura. Claud. de bello Gildonico de illa tranſlatione & morum lapſu ſic ait.

Cæſares omnes Reip. partes ad ſe trahunt latenter.

Omina ruituræ Cenſuræ.

Cenſor primum ſuos cenſeat mores.

Poſtquam iura ferox in ſe communia Cæſar
Tranſtulit, elapſi mores, deſuetaque priſcis
Artibus, in gremium pacis ſeruile receſſi.

Roma eſt quæ loquitur, quæque ſua funera ſero nimis aduertit, miſera & imprudens. Nam fœlicitas eam obruit & ſubruit; improſperitas erexit ad imperium orbis.

Ante imperiorum mutationes ferociores moriuntur.

10 CVM FEROCISSIMI.] Sic fit vbi regnorum forma mutatur, & vrgente exitio trahuntur imperia ad res nouas. Sæpe enim in biblijs, id eſt in Dei oraculis, *Vbi ſunt fortes tui Iſrael?* & apud Hieremiam Prophetam. *Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei, vocauit aduerſum me tempus, vt contereret electos meos.* Et in Iſaia c. 3. *Dominus Dominator exercituum, auferet ab Hieruſalem fortem & bellatorem.* Aduerte hæc quiſquis es. nam a ſacris litteris vera & ſincera regendorum imperiorum diſciplina, non a prophanis & vertiginoſis ingenijs. quos laudent & ſequantur prophani diſcipuli, & inde prophanitas totius Chriſtiani orbis. Plato idem notat & a biblijs didicit: *Cum* (inquit) *Deus ciuitati beneficium præſtare vult, bonos viros ei producit: cum vero ciuitati calamitatem immiſſurus eſt, auferi ab ea viros bonos. Qui domum parat euertere, prius omnia ſubſtentacula euertit.* Dico hæc ex Latina verſione, quia dilapidata Bibliotheca mea nihil mihi reſtat præterquam luctus.

11 QVANTO QVIS SERVITIO PROMPTIOR.] Nam Deus imperiorũ author, & idem dator & amator, principum mentes peruertit cum lubet, & vt lubet. *Terribilis qui aufert ſpiritum principum*, ait Rex ſapiens. Velleius ita, *Qui fortunam mutaturus eſt, eorum quoque conſilia corrumpit.* Sic Hieremias Propheta 49. *Erit cor fortium Moab, ſicut cor mulieris parturientis.* Et idem in Threnis. *Principes eius facti ſunt ſicut arietes non inuenientes paſcua*, id eſt, flaccidi, veſani, & elumbes. & excordes, id eſt, ſine vi, ſine corde, quales deficiente pabulo fiunt arietes. Erit cor eorũ quaſi cor meretricum. Et addit. *Abierunt ante faciem ſubſequentis*, id eſt, quaſi pecus abactum, quod abactores trudunt ante ſe: ſic ad ſeruitium impellentur. quod verum & probatum in vltimis regibus Iſraël & Iudæ. Ita Tibullus de illa impulſione.

Principes languidiores manent.

Ille licet Cilicum victas agat ante cateruas,
Ponat & in capto Martia caſtra ſolo.

A quibus adulatio.

Certe integra Rep. nihil homine Romano fortius, corrupta, nihil abiectius & mollius & deſpectius.

12 SVSPECTO.] Imo deſpecto: nec enim ſuſpectioni videtur, ſed deſpectioni locus. Deſpectio ob diſcordias & certamina potentium, & ob auaritiam magiſtratuum, quæ ſunt duæ notæ ſpectabiles breui ruituri imperij. De auaritia Romanorum D. Hieronymus in Eſaiam c. 2. *Nil Romanorum gente auarius; Quod hiſtoriæ tam Græcæ narrant, quam Latinæ. vnde repetundarum lex conſtituta.* Noſter l. 4. Annal. *Pacem exuerint, tua magis auaritia, quam obſequij impatientia.* Sic Piſo in ſua prouincia, *Vulturius* dictus. Cicero in Piſon. Sic Scaurus pater, *Marianis ſodalitijs, rapinarum prouincialium ſinus.* Plinius l. 36. c. 15. Sic Verres nominatus *a verrendo*, Cicero in Verrem, & euerriculum Siciliæ dictus. Et vere dixit Germanus nobilis, Arminius ille, & pugnax l. 2. Annal. *Meminiſſent modo Romanorum auaritiæ, crudelitatis, & ſuperbiæ.* Vna ergo cauſa deſpectionis, auaritia. nam per deſpectum homines auaros, ſordidos dicimus, & auaritiam ſordes, vt I C. l. 15. de Iudic. l. 2. & 9. de recep. arb. D. auaro enim nihil turpius: nil ſpurcum & obſcum magis: nihil magis fœdum & fœtidum. nil magis putidum in terris. Sed Romanorum auaritiam nemo Tacito melius exprimat in Agricola. *Romani quorum ſuperbiam fruſtra per obſequium effugeris, & modeſtiam. Raptores orbis ſunt. Poſtquam cuncta vaſtantibus defuere terræ, & mare ſcrutantur. Si locuples hoſtis eſt, auari; ſi pauper, ambitioſi, quos non Oriens, non Occidens ſatiauerit.* O vere & belle dictum! Altera deſpectionis cauſa, diſcordia, quæ contemptum & deſpectum parit, mox exitium. Noſter author hiſt. lib. 2. *ſubitis offenſis, vel intempeſtiuis mutabilem, contemnant.* Et Liuius, *In diſcordia, contemnere & contemni*, l. 4. & etiam li. 3. in oratione Quintij Conſulis, vbi de diſcordia communi. *Nos ignauiſſimi hoſtium contempſere.*

Auaritia deſpectum parit.

Diſcordia deſpectum gignit.

Item mutabilitas & inconſtantia.

Cur

Firmata lectio Taciti. Cur igitur non legimus *deſpecto*, non *ſuſpecto*? quia *ſuſpectum*, pro *deſpecto* notaui, non modo apud noſtrum, ſed apud alios authores. Noſter l. 3. Annal. *Domi, ſuſpecta ſeueritate aduerſus luxum, qui in immenſum excreuerat.* id eſt, *deſpecta.* Et ſequentia firmant, cum ait, *ſperni ſumptuariam legem*, & quæ ſequuntur. Et infra de Agrippa iuuene: *ſuſpecti & inuiſi iuuenis cædem*, id eſt, *deſpecti.* Seneca lib. non cad. iniuriam: vbi de Chærea tribuno militum. *Seneca filius interpretatus.* *Sermo non pro manu erat*, (legunt *præ manu.* ſed vtrumque recte) *& ni facta noſces, ſuſpectior.* id eſt, *deſpectior.* Et Iuuenal. Sat. 12.

Nec ſuſpecta tibi ſint hæc Coruine.

Viri magni non animaduerterunt hæc in Velleio, in quo ita ſcriptum. *Authoreſque carminum Varronem & Lucretium, neque vllo in ſuſpecti operis ſui carmine minorem Catullum.* Nam Catullianos verſus grauiores Romani deſpiciebant, laſciuientes autem iuuenes commendabant. Atq. ita *ſuſpectus* pro *deſpecto.* Itaque maneat hic immotus lapis, & lapis ſacer. Hæc dixi & ſcripſi altiora cogitans & meæ Galliæ metuens: nam grauida eſt, & metuo ne parturiat nefas, vt Theognis dicebat Cyrno.

Lex inualida 13 INVALIDO LEGVM AVXILIO, QVÆ VI.] Quod quando accidit, Reſp. occidit. Confirmat hæc Tacitus, & ſibi ipſi lucem præfert 3. Annal. *Sequutæ*, inquit, *leges, & ſi aliquãdo in maleficos ex delicto, ſæpius tamen diſceſſione ordinũ, & apiſcendi inlicitos honores, aut pellẽdi claros viros, aliaq. ob praua, per vim latæ ſunt.* *Rep. labante.* Cicero Philipp. 8. *Sylla cum Sulpicio de iure legum quas per vim latas Sylla dicebat, contendit.* Et Flor. *Auſus tamen abrogare de legibus Conſul Philippus. Sed apprehenſũ faucibus viator non ante dimiſit quã ſanguis in ora & in oculos redundaret.* Sic per vim datæ iuſſæq. leges Quod Sall. in Iugurthino, magis aperte his verbis. *Sed plebes*, inquit, *incredibile memoratu eſt, quãtum intenta fuerit, quantaq. vi rogationẽ iuſſerit, decreuerit, voluerit, magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura Reip. Tanta libido in partibus erat.* Quibus ſubſcribit D. Auguſtinus pſalmo 100. his verbis. *Ex humanis perturbationibus multæ leges latæ ſunt.* Multæ profecto, quod ſuo malo ſæpe experta tellus eſt: ſed Roma ſignanter, quæ ſuis legibus laborauit & occidit. Et pulchre Metellus Numidicus, qui exulare maluit, quam in has leges iurare. quod egregium, imo plane regium fuit, iſta tempeſtate, & Pagano homini. Quid Chriſtiano?

Cæterum Auguſtus ſubſidia dominationi [1] Claudium Marcellum ſororis filium admodum adoleſcentem Pontificatu & curuli ædilitate, M. [2] Agrippam [3] ignobilem loco, bonum militia, & victoriæ ſocium, geminatis conſulatibus extulit: [4] mox, defuncto Marcello, generum ſumpſit: [5] Tiberium Neronem, [6] & Claudium Druſum priuignos [7] imperatorijs nominibus auxit, integra etiamdum domo ſua. nam [8] genitos Agrippa, Caium ac Lucium [9] in familiam Cæſarum induxerat: [10] necdum poſita puerili prætexta principes iuuentutis appellari, deſtinare conſules, ſpecie recuſantis, flagrantiſſime [11] cupiuerat. *Subſidia nouæ dominationi quærenda.*

Marcellus Auguſto ſucceſſor deſtinatus. 1 CLAVDIVM MARCELLVM.] Cui Neſtor Academicus præceptor fuit. Strabo l. 14. & ita de eo Seneca in Conſol. ad Marciam, *adoleſcentem animo alacrem, ingenio potentem, frugalitatis continentiæque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirandæ, patientem laboris, a voluptatibus alienum.* *Plin. explicatus.* Et Velleius lib. 2. *M. Marcellus, quem homines noſtri, ſi quid accidiſſet Cæſari, ſucceſſorem potentiæ eius arbitrabantur futurum.* At nec tantum arbitrabantur, ſed optabant flagranter. nam Tacitus Annal. 2. *flagrantibus plebis ſtudijs intra iuuentutem ereptum.* id eſt, qui adoleſcens obiit, cum plebs illum flagranti ſtudio & beneuolentia proſequeretur. Et ſic Plinium interpretor l. 7. c. 45. *ſuſpecta Marcelli vota.* De votis enim populi in Marcellum intelligit, non quod Marcellus in Auguſti caput quidquam ſceleris conciperet, quod nemo authorum tradit. *Princeps aequus nihil in Auguſtum molitur.* Et puto apud Plinium ſcriptum fuiſſe, *ſuſpecta in Marcellum vota*, quia (*m*) habet (*in*) quod ſimilitudine litterarum abſorptum eſt, vt ſæpe vſuuenit in manuſcriptis. Non prætereo, hunc Marcellum Octauiæ ſororis Auguſti filium fuiſſe. de quo locus eſt Suetonij in Iulio mire corruptus c. 27. *Idem Plinius correctus.* *Ad retinendam*, inquit, *Pompeij neceſſitudinem ac voluntatem, Octauiam ſororis ſuæ neptem, quæ Caio Marcello nupta erat, conditione ei detulit, ſibique filiam eius in matrimonium petiit.* *Sueton. correctus in Iulio.* Lego, *conditione ea detulit, ſi ſibi quoque filiam eius in matrimonium petiſſet.* Quod notarum abbreuiatura patrauit, & locum iacentem reliquit. Eadem formula notata in Auguſt. 63. *eodem tempore quo ſibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petiſſet.* Nam petiſſe oportuit ex more nuptiarum. Comicus in Andria:

Hac fama impulſus Chremes,
Vltro ad me venit, vnicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio vxorem vt daret.
Placuit: deſpondi: hic nuptijs dictus eſt dies.

In matrimonio vxorem petere oportuit. Fœmina virgo cupitur, vxor petitur, mater amatur.

2 AGRIPPAM.] Virum magnum, nec fruſtra Auguſto formidabilem: quem ideo affinitate ſibi conciliarat & adlegerat heredem imperij. Dio 50. Et ad id reſpexit Virgilius, *Agrippa vir magnus.*

5. Æneid. forſitan.

Eſt tibi Dardanius diuinæ ſtirpis Aceſtes:
Hunc cape conſilijs ſocium & coniunge volentem.

Nam magna imperia magnis adiutoribus egent. Et ex Plautino ſale:

Magnum eſt adhibere hominem amicum, vbi quid geras.

Scipiones ita ſibi Lælios adſciuere. ita Numæ Egerias: vt in Dijs etiam factitatũ notes. Et ſane regendis imperijs, ſi Deus comes, ſancta eſt, & ſalubris ſocietas. At Agrippa fortis dictus eſt & hoſtium victor, & a Plinio *maximus ciuium* li. 35. cap. 4. (tamen cum hac moderatione, laudanda magis quam vituperanda,) *quod eſſet ruſticitati propior quam delicijs*, id eſt, vt ego interpretor, in illa ſæculi corrupti colluuie Catones, Fabricios, & Curios excitantem, & virtuti quam vitio propiorem. Sic Martialis lib. 10. epigr. 63. *ruſticam veritatem* vocat.

Siccis ruſtica veritas capillis.

Sic Celſus & Porphyrius & Iulianus *ruſticam Chriſtianorum ſimplicitatem ridebant*, ait D. Hieron. Procemio illuſtr. vir. & ἀγροικίαν Κιλικ., Iulianus in Miſop. quam opponit delicijs. de qua Ouid. 1. de arte.

— æuo rariſſima noſtro Simplicitas.

Et idem Ouid. Phædra Hippolyt.

Iſta vetus pietas æuo moritura futuro,
Ruſtica Saturno regna tenente fuit.

Qui veterum morum tenax.

Nam virtus ruſtica eſt delicatis & vitio fractis, & mollibus viris venereque corruptis & imbellibus. Et ſane quæ Plinius adiecit, firmant, cum ita ſcribit. *Extat eius oratio magnifica, de tabulis omnibus, ſigniſque publicandis:* Quas partes fuiſſe Romani luxus nemo dubitauerit, ait Salluſt. in Catilinaria: idem Plin. l. 7. cap. 8. Nominis Agrippæ rationem reddit eiuſque infortunium perſequitur. Sed elogium verum, & memorabile habet in Velleio lib. 2. *Præfectus eſt*, inquit, *M. Agrippa virtutis nobiliſſimæ, labore, vigilia, periculo inuictus, parendique, ſed vni ſcientiſſimus, alijs ſane imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes poſitus, conſultiſque facta coniungens.* Explico obiter de eo quod ſcriptum eſt apud Senecam patrem, & ante me a Lipſio notatum, nec explicatum & enodatum. li. 2. Contr. 4. *Fuit qui diceret, Concurrite, Agrippa, malum habebis, reſponde dijs.* Nam puto verſum eſſe ex antiqua quadam comœdia, in qua obſtetrix, muliere quadam pariente, vocat ancillas, & ait, *Concurrite.* & ſane in puerperijs frequens mulicrcularum concurſus. Sic enim Terent. in Hecyra.

Vitiorum oſor.

Multis imperare, vni parere Agrippæ laus.

Explicatus Seneca pater.

Agrippa, id eſt, æger partus.

Trepidari ſentio, curſari ſurſum, prorſum.

Et hoc in partu. Mox adijcit.

Neſcio quid heic iamdudum audio tumultuari.

Ait ergo obſtetrix, *Concurrite, Agrippa*, id eſt, Agrippa eſt, & æger partus, nam ægri partus Agrippæ dicti. Plin. lib. 7. cap. 8. *dicunturque agrippæ infantes, qui pedibus procedunt, non capite in alueum demiſſo*, vt Nero qui in pedes natus, quod periculoſiſſimum eſt parientibus. Ritu enim naturæ homo capite gignitur, pedibus effertur. Mox ergo obſtetrix verſa ad parientem, inquit, *Male habebis, te ſponde dijs.* Non enim lego, *reſponde dijs*, ſed *te ſponde*, id eſt, voue te dijs, & ſponſio pro voto. Dij autem illi forte quorum tria ſigna in Capitolio poſita, ante cellam Mineruæ, quique parientium nixibus præſidebant, ex Verr. Flacco. ſed ceſſo.

Nero natus in pedes.

Naturæ ritu homo capite gignitur, pedibus effertur.

Author a Lipſio nihil mutuatur.

— Et ne iuſti ſcrinia Lipſi
Compilaſſe putes, verbum non amplius addam.

3 Ignobilem loco.] Ergo non ex illa veteri familia Agripparum, de qua Silius libro 13.

Agripparum origo nobilis.

De nobili Agripparum familia non erat M. Agrippa.

At contra Agrippa, haud paruum decus (inclita namque
Semina, ab Oenei ductoris ſtirpe trahebat)
O ſolidas inter, fuit haud ignobile nomen.

Meſſala Coruinus ſcribit Tiberino ſuperfuiſſe Agrippam, ex quo Romulus Syluius. Tamen Caligula, cui ignobilitas mirum aliquid fuit & monſtrificabile, vt ait Lucillius, *adeo exoſum nomen habebat Agrippæ, propter ignobilitatem, vt ſe, nec dici, nec nominari vellet Agrippæ nepotem.* Suet. in Calig. cap. 2. nam antiquitatis aureæ Caligula ignorantiſſimus, & ideo infenſiſſimus: Et in virtute nobilitatem veram eſſe non putauit. Eſt enim apud pleroſque noſtri ſæculi virtus nomen inane & palea, nec putant quod optimum, id eſſe nobiliſſimum. At Seneca longe aliter, qui virtutis ſpeculator, & ſectator, etiam æſtimator verus. ſic de Agrippa ſcribit l. 3. de benef. *Vtrum maius beneficium dedit M. Agrippæ, pater (ne poſt Agrippam quidem notus) an patri dedit Agrippa, nauali corona inſignis, vnicum adeptus inter dona militaria decus, qui totam vrbe maxima opera excitauit, quæ & priorem magnificentiam vincerent, & a nulla poſtea vincerentur?* Velleius de Agrippa vno verbo nobilem fatetur dum ait: *Nouitatem ſuam multis rebus nobilitauerat.* Et certe fuit ille ſuæ nobilitatis artifex cui dedit initium; Caligula vero finem. ſic Cicero. *Ego meis maioribus mea virtute præluxi, vt ſi ipſi noti non fuerint, a me initium accipiant memoriæ ſuæ.* Nam hic nouus Arpinas, omnem Romuli nobilitatem ſuperauit. Viuit enim adhuc, & tota ſtirps Romulidum ſepulta eſt.

Sed virtute maxime nobilis.

Caligula virtutis oſor.

Nobilitati ſuæ finem, Agrippa initium dedit.

4 Mox defuncto.] Pedo Albinouanus ad Liuiam hoc firmat ſequenti verſu:

Vidimus erepta mærentem ſtirpe ſororis,
Luctus vt in Druſo publicus ille fuit.
Condidit Agrippam quo te, Marcelle, ſepulchro,
Et cepit generos iam locus ille duos.

Marcelli laus ex Velleio.

Regum eſt ſubditos principes etiam mortuos amare & honorare.

Velleius lib. 2. ita de Marcello, *magnificentiſſimo munere Ædilitatis edito, deceſſit*, inquit, *admodum iuuenis, ſane ingenuarum, vt aiunt, virtutum, lætuſque animi, & ingenij fortunæque in quam alebatur capax.* Et nota adoleſcentum principum funera, ſi probi ſint, eſſe magna Reip. vulnera: Nam bonorum principum rarior prouentus quam malorum: & ſub cœlo quæ mala ſunt frequentiora ſunt quam quæ bona: rara etenim quæ pulchra. Ideo durum Auguſto Marcelli funus, quem defunctum publice laudauit, publico funere decorauit, ſuo ſepulchro locauit. Quia meliorem adoptauerat

ptauerat quam poſſet generare, vt ait Salluſt. in Iugurth. bello. Tu, ſi potes, Setuium & Senecam compone, longe diſcordes ſententijs, cum hic compoſita in laudem defuncti carmina Octauiam reiecïſſe ſcribat, libro de Cõſolat. ad Mart. ille, magnis præmijs Virgilium honoraſſe, quod ſexto Æneid. de Marcello ſcripſiſſet, -- *Tu Marcellus eris.*
Sed forte Virgilij carmina longe poſt funus, nec iſta crudo vulnere, ſed iam obducto. Tu lector ſis iudex, ego index tantum.

Conciliatio Seruij & Senecæ.

5 Tiberivm Neronem.] Qui, vt ait Oroſius l. 7. *ab Auguſto quartus regnum adeptus eſt.* Quem Biberium Caldiũ Meronem vocabant Romani, eo quod eſſet meribibulus & ardẽs potator, quodque iuuenis & ſenex calidius merum potaret. Non enim natus erat vt viueret, ſed vt biberet, vti dicebat Spartianus de Bonoſo. Sic dictus quidam *Rapſaces* in Biblijs, id eſt, *multus poculo*, vt vertit D. Hieron. in Ezech. li. 9. c. 29. Nam per iſtos bibulones & coquos, vt fuit Nabuzardan, ciuitas dei multas ſtrages habuit. Ideo exclamat ſapiens: *Noli o noli regibus dare vinum, Lamuel: quia nullum ſecretum vbi regnat ebrietas. Ne forte bibant & obliuiſcantur iudiciorũ, & mutent cauſam filiorum pauperis.* Tiberius autem ille, vere alter Sulla, ſub quo Roma in ſanguine ciuium merſa eſt. Nã vino & ſanguine maduit totus. Exſcribo autẽ quod Paterculus de eo memorat, vt videas quid poſſit nõ modo Romana laudatio, ſed adulatio in authore, & quod lectio defectum patiatur. *Hoc tractu temporum*, inquit, *Tiberius Claudius Nero, quo primo* (lege *quo priuigno.* nam addit poſtea, *mandatis vitrici*) *vt prædiximus, Liuia Claudij Druſiani filia deſpondente Nerone, cui ante nupta fuerat, Cæſari nupſerat. Innutritus cœleſtium præceptorum diſciplinis iuuenis genere, forma, celſitudine corporis, optimis ſtudijs maximoque ingenio inſtructiſſimus, qui protinus, quantus eſt ſperari potuerat viſuſque prætulerit principem, quæſtor vndeuiceſimum annum agens capeſſere cœpit Remp.* Ita eſt ſanc. *cœpit*, ſed ab eius initijs, finis libertatis, & Reip. excidium incepit. Vis paucis verbis authoris noſtri de Tiberio verum & elegans teſtimonium? vide finem lib. 6. *Egregius*, inquit, *vita famaque quoad priuatus, vel ſub Auguſto fuit. Dum Germanicus, ac Druſus ſuperfuere; occultus, ac ſubdolus, fingendis virtutibus. Incolumi matre, mixtus inter bona malaque. Dum Seianum dilexit, inteſtabilis ſæuitia, ſed obtectis libidinibus. Remoto pudore & metu, ſuo vſus ingenio, in ſcelera & dedecora præceps.* Quæ notatu digna. Non ſileo quod ſcribit Velleius de aduentu Tiberij ad imperium, his verbis: *Cuius vrbis ruinam timueramus, eam, ne commotam quidẽ ſenſimus; tantaq. vnius viri maieſtas fuit, vt nec bonu neque contra malu* (ita lego) *armis opus foret.* Nam vtrique in Tiberij vota conceſſere; boni & mali: atque præſentia certa, quam incerta, & futura, maluerunt.

Inuerſio nominum Tiberij in eius contumeliam.

Adulatorium Velleij in Tiberium.

Velleius emendatus.

Dotes principis magni.

6 Clavdivm Drvsvm.] Fratrem Tiberij, *adoleſcentem*, ait idem author, & vere, *tot, tantarumque virtutum, quot, & quantas natura mortalis recipit, vel induſtria percipit, cuius ingenium vtrum bellicis magis operibus, an ciuilibus ſuffecerit artibus, in incerto eſt. Morum certe dulcedo ac ſuauitas, & aduerſus amicos æqua, ac par ſui æſtimatio, inimitabilis fuiſſe dicitur.* Audiat Velleium princeps & Druſum imitetur. *Nam pulchritudo corporis* (vt adijcit) *proxima fraternæ fuit, ſed illum magna ex parte domitorem Germaniæ, plurimo eius gentis varijs in locis profuſo ſanguine, fatorum iniquitas, conſulem agentem annum trigeſimum rapuit.* Valerius c. 4. l. 3. vocat Druſum, *eximiam Claudiæ familiæ gloriam, & patriæ rarum ornamentum.* Eſt & altera Druſi virtus non ſilenda, ſed magno & bono principi ſemper imitanda. Nam Valerius eodem lib. *Conſtitit*, inquit, *vſum veneris intra coniugis charitatem clauſum tenuiſſe.* Quod rarum & clari principis elogium. Et cui pulchre reſpondit Antonia minor coniux. nam forma & ætate florens, poſt eius exceſſum, cubiculum ſocrus pro coniugio habuit, & amorem mariti egregia fide penſauit. Nobile par caſtitatis. Idem Valerius lib. 5. de beneuol. frat. *Is eſt*, inquit, de Druſo, *qui fraternæ maieſtati ceſſit, & vita exceſſit.* Ouid. 1. Faſt. ita de eodem.

Druſi fratris Tiberij elogiũ.

Speculum principum.

Et mortem & nomen Druſo Germania fecit.
Me miſerum virtus quam breuis illa fuit.

Druſus Germanicus dictus.

Breuis certe Druſo, breuis matri, breuis Populo Romano, ſed breuiora quæ odoratiora, nec terris longi ſunt iſti ſoles.

7 Imperatoriis nominibvs avxit.] Iuuenum enim virtus ſtimulanda honorum aculeis: & his auribus trahitur. Dicit autem (imperatoria nomina) qualia erant ſtante Rep. Nam duo erant imperatoria nomina, ait Dio 43. vetus & nouũ. Vetus, cum re bene geſta ducem milites imperatorem proclamabant & ſalutabant. Nouum, cum Cæſaribus ſummum darent imperium. Quod Iulio Cæſari primum contigit, deinde Auguſto, mox reliquis. De veteri ſic noſter: *Blæſo tribuit; vt imperator a legionibus ſalutaretur, priſco erga duces honore, qui bene geſta Rep. gaudio, & impetu victoris exercitus conclamabantur.* Quod ſemel tantum in eodem bello aſſumere licebat. Dio li. 60. Quamuis poſtea Claudius ſæpe contra veterem morem. Cicero 5. ad Attic. epiſt. 20. *Magnum hoſtium numerum cecidimus, caſtella munitiſſima nocturno Pontini aduentu, noſtro matutino, incendimus, imperatores appellati ſumus.* Et ita ipſe ſe explicat. Cicero epiſt. ad M. Catonem libro 15. famil. *Pontino illam partem Amani tenente, ex antelucano tempore, vſque ad horam diei decimam magna multitudine hoſtium occiſa, cepimus, caſtellaque ſex capta, complura incendimus.* Poſtea Iulio Cæſari primum, mox Auguſto datum imperatoris nomen, tali faſtigio quale apud Cæſares manſit. Et ita vſurpatur a Plinio lib. 35. cap. 15. *Nec fuit*, inquit, *rex Curio, aut gentium imperator.* recte. Nam Cæſar, orbis & regionum & gentium imperator, cæteri in veteri Rep. imperatores legionum, vel vt vocat Cicero Catilinaria 3. *imperatores caſtrorum.*

Imperatoris nomen aut vetus aut nouũ apud Romanos.

Vetus habuit plus virtutis, Nouum plus authoritatis.

8 Genitos Agrippa Caivm et Lvcivm.] Ex Iulia filia Auguſti, vidua M. Marcelli, quam Velleius vocat *fœminam neque ſibi, neque Reip. fœlicis vteri.* De his fratribus ita Florus. *Ambo fato breues,*

Filiorũ Agrippa quis maior natu, quis minor.

ſed alter inglorius. Maſſiliæ quippe Lucius ſoluitur, in Lycia Caius ex vulnere. Nil enim creſcentium principũ gloriam æque obruit, quam matrum impudicitia quę exoſa Deo, exoſa hominibus. Et *ſpuria vitulamina non edunt radices altas*, ait ſacra ſcriptura. ideo ne mirere ſubito raptos iuuenes: nã talis erat illa Iuliæ ſoboles: quippe mater Iulia, ſpurciſſima fuit inter ſpurcas. Teſte coronato Marſia: nam tot coronæ, quot concubitus. quos poſtea Meſſalina ex eadem ſtirpe ad viginti duo produxit, luxuria indefeſſa, & deteſtabili. Plin. li. 10. c. 63. Nec male iungas Iuliæ filiæ dedecus quæ matrẽ flagitijs æquauit aut ſuperauit. etiã alterius Iuliæ quæ fuit Seueri. nam Seuerus vxorem etiã Iuliam famoſam adulteriis habuit. Nec mirum, quia Venere prognatæ omnes: Iulius enim ſanguis a Venere. Suet. in Iulio. Seneca autem pater Luciũ præponit Caio, l. 2. Contr. 3. ſed præpoſtero ordine naturæ, cum minor natu fuerit. Quod Plinius notat, li. 6. c. 27. his verbis. *Hoc in loco, genitum eſſe Dionyſium terrarum orbis ſitus recentiſſimum authorem, conſtat, quem ad commentanda omnia in Orientem præmiſit D. Auguſtus ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicaſque res maiore filio* (id eſt Caio.) noſter enim ſic ſcribit. *Caium remeãtem Armenia.* Et iſta Auguſtus ſuo teſtamento firmauit. *Quoniam ſiniſtra*, inquit, *fortuna, Caium & Lucium filios mihi eripuit.* Sic enim Suet. 23. in Aug. & Caium priori loco ponit, quod maxime ſpectatur in teſtamentis. Adde quod in vndecima vrbis Romæ regione P. Victor ponit Baſilicam Caij & Lucij Cæſarũ, Caio præpoſito vt maiore natu. Et fuiſſe fratres bene concordes narrat Seneca de Conſolat. ad Polybium. (Nam diſcordes fratres principes, arena eſt ſine calce, ventis ſpargenda nec ſtructuris imperiorum locanda.) At locus Senecæ corruptus eſt: nam vbi de morte fratris Lucij, quæ Caium perculerat, & de eius vulnere ſcribit: *vtrumque*, inquit, *pijſſime idem & fortiſſime tulit.* Vbi legendum *patientiſſime*, non *pijſſime*. nam abbreuiatura eſt. Et in patientia animi fortitudo. Et error ex compendio litterarum fluxit. Tiberius autem de Lucij morte carmen edidit, de Caij morte non edidit, cui minus æquus erat, vt ex Velleio diſces. Erat autem carminis titulus *Conqueſtio*. Nos dicimus Gallice *Cõplainẽte*. Suet. in Tiberio 70. Sic Seneca dixit *delendas præteritorum dolorum conqueſtiones.* Et poſt Senecam Gellius hoc verbo vſus. nos dicemus l. 3. hic locus eſto.

Principes concordes.

Seneca correctus.

9 In familiam Cæsarvm.] Per adoptionem ſcilicet. nam aut ſucceſſione aut adoptione renouantur imperia & repullulant familiæ. Illa autem adoptio poſtea multos in imperio habuit imitatores, vt ait Tacit. hiſt. 1. Nam Galba Piſonem, Nerua Traianum, Traianus Adrianum adoptauerũt, vt alij multi, & tunc deſtinati imperio Cæſares nominabantur. Dio in Nerua. *In Capitolium*, inquit, *aſcendit: atque, quod fœlix fauſtumque S.P.Q.R. & mihi ſit, præfatus, M. Vlpium Traianum adoptauit, moxque in curia Cæſarem deſignauit.* Inde Cæſares dicti deſignati imperio, l. 2. de pœnis, Cod. & *Nobiliſſimi* nuncupati, quod nobilitate ſupra cæteros extollerentur. Inde Tarracone illa inſcriptio vetus: Victoriosiss. Principi ivventvtis M. Avrel. Carino nobiliss. Cæsari. At vero illa adoptio publice fiebat, vt adoptio Piſonis a Galba, Adriani a Traiano. Aliquando priuatim, vt adoptio Caij & Lucij Cæſarum ab Auguſto, & ijs mortuis adoptio Tiberij ab Auguſto & Germanici ab Tiberio. Et aliquando dato annulo. Nam ita Spart. *adamante gemma quam Traianus a Nerua acceperat a Traiano, donatus ad ſpem ſucceſſionis elatus eſt.* Et certe in veteri Rep. cui annulus dabatur, is heres familiæ exiſtimabatur. Vide autem quã Spartianus alienus ſit a Vero, qui in Vero imperatore ait, nec vere, Verum ab Adriano adoptatum primum Cæſarem dictum, cum filij Agrippæ ante Cæſares dicti per adoptionem factam ab Auguſto deficiente prole. Et certe adoptio fortunæ remedium eſt & ſterilitatis ſolatium, naturam imitãs, & per quam fit tranſitus ad alienas familias. *Sic Fabriciorum imagines* (ait Sen. Contr. 1. l. 1.) *Metellus patuerunt, & Æmiliorum & Scipionum familias adoptio miſcuit. etiã abolita ſæculis nomina per ſucceſſores nouos fulgent. ſic illa patriciorum nobilitas a fundamentis vrbis, vſque in hæc tempora conſtitit.* Auſonius de adoptione Traiani a D. Nerua.

Cæſarum domus per adoptionem continuata.

Cæſares dicti qui imperio deſtinabantur.

Et Nobiliſſimi.

Quod palam aliquando fiebat & cum ſolemnibus.

Aliquando abſque ſolemnibus.

Nulla viro ſoboles, imitatur adoptio prolem,
Quam legiſſe iuuet, quam genuiſſe velit.

De ea re nobilis extat oratio Galbæ l. 1. hiſtoriarum, cuius hoc fragmentum eſt: *Generari & naſci a principibus fortuitum, nec vltra æſtimatur; adoptandi iudicium integrum.* Sed apud Senecam patrem de iſta adoptione locus eſt mire deprauatus, quem reſtituo tam ex manuſcripto P. Andreæ Schoti Societatis Ieſu, presbytero mihi venerando, & cui Seneca multum debet, quam ex meo ingenio. Locus eſt 2. Contr. 4. *In hac controuerſia*, inquit, *Latro contrariam rem controuerſiæ dixit, ſed ſibi:* (lego, *& ſibi*,) quia orator magnus: nam præter conſuetudinem, & contra artem magnum vitium fecit. *Declamabat*, ait, *illam Cæſare Auguſto audiente, & Agrippa, cuius filios, nepotes ſuos, Cæſar Luciũ & Caium adoptaturus diebus illis videbatur: Erat Agrippa inter eos, qui non nati ſunt nobiles, ſed facti. Cum diceret partem adoleſcentis Latro, & tractaret adoptionis locum, dixit, nam iſti adoptione nobilitati fuerunt* (lege cum manuſcripto, *ex imperio adoptione nobilitati fuerunt.*) *Hæc & alia in hanc ſententiam. Mæcenas innuit patri fuſcina recuſare.* Ita manuſcripti, & nullo ſenſu. ſed lego, *Mæcenas innuit patri fuſcina recuſſa*, & P. Schotum monui, & ne me nominaret ſum conteſtatus. Explico autem. nam Agrippa pedibus æger. Plin. lib. 7. c. 8. & aceto poſtea ſibi pedes ſtupefecit, vt inquit idem. Is ergo fuſcina vtebatur ad ſuſtẽtaculum, quam Mæcenas concuſſit, vt moneret Latronis verba ad eum tẽdere. vtebatur autem fuſcina, quod nummus demonſtrat quem habeo: forte quia in Sicilia & in Ambracio ſinu victor euaſerat, roſtratamque ideo ab Auguſto coronam acceperat, videbaturque alter Neptunus maris potens. Nam fuſcina Neptuni ſceptrum eſt. Et Poſthumus Agrippa eius filius ideo ſe Neptunum voluit appellari. Dio 55. Neptuni autem ſceptrum tridens, quia triplex aquarum

Seneca pater correctus.

Libertas Portij Latronis in dicendo.

Patientia Auguſti in audiendo.

Seneca pater explicatus.

Cur fuſcina vſus Agrippa.

rum

rum natura, maris, fluuiorum, & ſtagnorum. Sic Clytus Alexandri quod prope Amorgum tres carinas demerſiſſet, ſe Neptunum dici voluit. Plutarc. lib. 2. de Alexandri fortuna. & tridentem geſtauit vt Agrippa noſter. Adijcit, *Finiri iam quidam declamationem putabant hanc malignam vcm Mecœnas eſſe* (lego, *Mæcenatis eſſe*: ſic Mſcr.) *effeciſſe eum nobilem* (lego, *effeciſſe eum notabilem*) *non vt audiret quæ dicta erant a Cæſare*, (lego, *de Cæſare*) *ſed vt notaret*. Ideoque notabilem: At iſto authore nil melius ſcriptum, ſed magnum Cenſorem poſcit.

10 Nec dvm posita pverili prætexta.] Ita eſt, nondum iuuenes & iam principes iuuentutis. Vt in iure, impubes & iam pater familias, virgo iam mater familias. Tertul. de virg. vel. *Mater familias vocatur licet virgo, pater familias licet inueſtis.* Et ſic Claudius Silano nondum puberi triumphalia ornamenta dedit. Suet. 24. in Claudio. Fuiſſe autem principes iuuentutis Seneca ſcribit & teſtantur marmora. Nam Romæ in antiquo Lapide. Ossa. C. Cæsaris Avgvsti F. Principis ivventvtis. Et ibidem. L. Cæsari Avg. F. Divi ivl. n. Principi ivventvtis. Et nummis cum hac inſcriptione. C. L. Cæsares: Avgvsti FF. Coss. Desig. Princip. ivvent. Sed marmor quod Menteſæ in Bætica. Mvnicipivm albense Varcabnense. D. D. L. Cæsari Avg. F. D. I. N. Principi ivventvtis. avgvri. Cons. designat. C. dedicavit. Seneca de Conſ. ad Polybium: *Lucium fratrem chariſſimum ſibi, principem iuuentutis, principem eiuſdem ciuitatis amiſit*. Ne mirere, nam ante annos, ſibi, ſuiſque dignitates Auguſtus poſtulauit. Deinde, vt ait Martialis,

Principibus virtus ante diē.

Principibus virtus contigit ante diem.

Pedo ad Liuiam etiam in fœmina principe id confirmat.

Quid numeras annos? vixi maturior annis.
Acta ſenem faciunt, hæc numeranda tibi.

Et Papin. Achilleid. 1.

Etiam principibus fœminis.

Neſcio quid magnum, nec me patria omina fallunt,
Vis feſtina parat, teneroſque ſuperuenit annos.

Nec in Regijs hominibus tantum, ſed in plantis. nam regia Babylonis ſpina quo die inſeritur, eodem germinat. Plin. l. 13. c. 24. Quod ſcribo ad principum bonorum gloriam quibus militat æther.

11 Cvpiverat.] *Cupiditas ex homine*, ait Lucillius: quia cupiditas pars quædam eſt temperatior, quæ defluit ex cupidine. Concupierat ergo Auguſtus flagranter, ſed diſſimulabat ſapienter: & concupierant iuuenes impotenter. Nam iuuenum comes impotentia animi: plus dico, iuuenes concupiuiſſe non modo impotenter, ſed & inſipienter. nam Dio l. 55. ait, Lucium, natu minorem, aliquando in theatro magno plauſu exceptum fratri Caio nondum egreſſo ex ephebis, cōſulatum petijſſe. Viden teneros principes iam ſublimitatis auidos, & ſponte, vt aquilatū fœtus, in cœlum ſe ferentes? Sed ait Auguſtum dixiſſe, optaſſe ſe ne ſuis tēporibus id contingeret, vt conſulatus daretur vigeſimum annum nōdum ingreſſis. Addiditque illud ex Cæſarum & regum optimorum ſapientia, ſed diſſimulanter: *Hunc magiſtratum gerendum ab eo qui peccare neſciret, & qui populi cupiditatibus reſiſteret*. Quod eſt veriſſimum, licet cum Tacito pugnet. Sed os & pectus ſæpe diuerſa loquuntur. Et forte per iuuenis Lucij audaciam, tentauit populi mentem ſenex Auguſtus. nam hoc ex arcanis imperij, in quæ mihi profano penetraſſe nefas. Abi ergo. Sed vnum addo; Auguſtum qui cupierit iſtos iuuenes conſules fieri, ſui deſiderij compotem fuiſſe, quod Caius iam fuerit conſul deſignatus ex ſuperiori Albenſis marmoris inſcriptione.

Populi deſideria intempeſtiua.

Vt Agrippa vita conceſſit, L. Cæſarem euntem ad Hiſpanienſes exercitus,[1] Caium remeantem Armenia, &[2] vulnere inualidum[3] mors fato propera, vel[4] nouercæ Liuiæ dolus abſtulit. [5] Druſoque pridem extincto, Nero ſolus e priuignis erat. illuc cuncta vergere: filius, collega imperij,[6] conſors tribunitiæ poteſtatis adſumitur, omneiſque per exercitus oſtentatur, non obſcuris, vt antea, matris artibus, ſed palam hortatu. Nam ſenem Auguſtum deuinxerat adeo, vti nepotem vnicum[7] Agrippam Poſthumum in inſulam[8] Planaſiam proijceret, rudem ſane bonarum artium, & robore corporis[9] ſtolide ferocem, [10] nullius tamen flagitij compertum.[11] At hercule Germanicum Druſo ortum octo apud Rhenum legionibus impoſuit, adſcirique per adoptionem a Tiberio iuſſit; quanquam eſſet in domo Tiberij[12] filius iuuenis, ſed quo pluribus munimentis inſiſteret.

Mulierum conſilia ſenibus ægris vitanda. 1

Mulieres dominationis auidæ.

Non ſibi tantum ſed ſuis.

* Aſtu muliercula.

1 Caivm remeantem Armenia.] De iſto Caij itinere dicemus alio loco, quia ſequentia nos vrgent. Sed eam ſpectauit tantum. Plin. l. 7. c. 2. Poſtea Euphratē appulſus, cum Phraate colloquutus eſt, *& conuenere*, inquit Velleius, *illa eminētiſſima imperiorum capita*. Inde profectus eſt in Armeniam, qua rediens in Lydia obijt. Sed quoniam Velleij locus ſuos manes patitur: nos ita eum repurgando leuabimus. C. inquit, *Cæſar*, (is eſt de quo noſter) *ante alijs prouincijs adſidendum obitis* (lego ſidenter, *ad ſe videndum obitis*. nam videre & videri eſt iuuenum principum voluptas) *in Syriam miſſus, conuento prius Tiberio Nerone*, Rhodi ſcilicet. Nam

Velleius correctus.

Et interpretatus.

ibi tũ degebat voluntario exilio & inter philoſophos verſabatur ob vxoris faſtum & impudicitiã, breui futurus imperij vertex. Addit: *Cui omnem honorem vt ſuperiori habuit.* lege, *qui ei omnem honorẽ vt ſuperiori habuit.*) Æquum enim erat Tiberiũ reuereri, Caium qui natura nepos, & adoptione factus filius Auguſti, imperio deſtinatus erat. mox addit, *Tam varie ſe geſſit, vt nec laudaturũ magna, nec vituperaturum mediocris materia deficiat.* legendum, *mediocria materia deficiat*: nam magna & medioeria opponit. Heic fige punctum, & incipe clauſulam. *Cum Rege*, ait, *Parthorum iuuene excelſiſſimæ inſulæ, quam amnis Euphrates ambiebat, æquato vtriuſque partis numero coijt.* At quæro, an rex ille Parthorum iuuenis? non ſane, imo ſenex Phraates & imperio vetus. Deinde quid ſibi vult, *cum rege Parthorum iuuene excelſiſſima inſula?* λόγοι. Lege ergo ex veris, *cum Rege Parthorum in limine excelſiſſimæ inſulæ, quam amnis Euphrates ambiebat, coijt.* Nam ſæpe Tacitus vbi de ſimili colloquio, *Ripam*, inquit, *ad Euphratis.* vt li. 2. de Germanico, & l. 13. vbi de Tiridate & Corbulone. Multa ſane in Velleiano agro ſaxa sũt, quæ eruiſſe expediat ad frugem bonam.

Duorum magnorum principum alloquutio.

2 Vulnere invalidum.] Quod Adduo quidam illi inflixit circa Artageram. nam inter barbaros exteri principes non ſunt ſecuri. Ioſippus Gorionis filius ait Iudæum vulneraſſe Caium, cum ſcribat, *Virum de populo noſtrô.* Addit Velleius *eoque vulnere, & animo, & corpore, minus vtilem factum ad Rempubl. capeſſendam.* Vere, nam Reipublicæ negotia poſcunt corpus validum & ingenium viuidum. Sed vereor ne hæc in gratiam Tiberij & Liuiæ. Tamen Seneca de Conſol. ad Polybium, *Grauiore*, inquit, *vulnere animi quam poſtea corporis ictus eſt.* Quod Velleium firmat, alioquin adulationis ſuſpectum. Sed aliter Florus narrat & loco corrupto. *Domnes*, inquit, *quem rex Artaxates præfecerat, ſingulata proditione adorſus virum* (id eſt Caium) *intentum libello quem vt theſaurorum rationem continentem ipſe porrexerat, ſtricto ferro cruentus ex vulnere tempus* (lege, *cruentat ex vulnere tempus*, id eſt, tempora ſauciat.) *Cæterum barbarus vndique infeſto exercitu oppreſſus, gladio & pyra, in quam ſe percuſſus immiſit, ſuperſtiti etiam Cæſari ſatisfecit.* Inde vulnus animi, quod memorat Velleius. Nam tempora, proximæ cerebri partes, quæ læſa cerebrum (præcipuam principum magnorum arcem) afficiunt, mentique officiunt non parum. Seuerus enim dicebat: *Sentietis caput imperare, non pedes.*

Caius vulneratus.

Ex vulnere animo & corpore imbecillior.

Barbaris rarus ad principem aditus eſſe debet.

Velleij ſcriptio adulationis ſuſpecta.

3 Mors fato propera.] Id eſt citior per fata. Et noſter opponit ſæpe Fatum Morti. nam mors eſt quæ cuique per naturam ex neceſſitate imminet. Fatum eſt mors præcipitata. Virg. 4. Æn.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Cicero 1. Philipp. *Multa impendere videntur præter naturam ipſam præterque fatum.* Nam aut fato aut caſu, aut genitura homines mori dicebantur olim. Tertull. de fato. *Poteſtates enimuero præſunt. Secundum nos quidem Dominus Deus & Diabolus æmulus. Secundum communem autem opinionem, & Prouidentia, & Fatum, & neceſſitas, & fortuna, & arbitrij volũtas. nam hæc & Philoſophi diſtinguunt.* Vide Tert. de anima. *Fatum autem*, ait Chryſippus, *eſt ſempiterna quædam & indeclinabilis rerum ſeries*: illudque Εἱμαρμένην nuncupabant. Gell. l. 6. c. 2. & Apul. l. 2. de Mundo. Apud Chriſtianos nulla fata quæ fatuos Paganos infatuarunt. Vnum fatum quod Deus immenſa prænotione effatus eſt. Sic vetus Chriſtianus qui de vera Circumciſione ſcripſit. *Nil*, inquit, *ſine ratione fit per Deum, nil caſibus, vt gentes loquuntur, fortuitis. Nil denique in illo Fortunæ temeritati licet. Ipſi enim cæci ſunt qui illam putant habere aliquid poteſtatis.* Et recte noſter in hiſtorijs, *Galba contemptor fortuitorum.*

Fata & mors opponuntur.

Quid fatum.

Apud Chriſtianos nulla fata.

Vnum fatum dei effatum.

4 Novercæ Liviæ dolus abstulit.] Noſter de Liuia: *Grauis domui Cæſarum nouerca, grauis in Remp. mater.* Sed cur illa mater Reip. quia Auguſtus pater. Nam in titulis Auguſti *Pater patriæ.* Ideoque Liuia mater quæ Auguſti coniux. Sic opponunt Græci nouercã matri.

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Quandoque dies mater eſt & aliquando nouerca.

At Liuia euerriculum fuit Auguſtæ domus, ſublataque viri ſobole, etiam virum ſuſtulit, quo imperium caperet, vel raperet potius, & Tiberio filio daret, Agrippa Poſthũmo vi extincto. Dio l. 56. Et ad id reſpexit Iuuenalis.

Si vis aliam decerpere ficum,
Atq; alias tractare roſas, medicamen habẽdum eſt.

Nam ficu venenata, tradunt ab ea Auguſtum ſublatum. Dio 56. vt ſcias in dulcioribus cibis amariſſima principum fata latere.

Iuuenalis explicatus.

In dulci cibo mors amara principum.

5 Drusoque pridem extincto.] De cuius obitu ſic cecinit Pedo ad Liuiã, quẽ emendo.

Vidimus attonitum fraterna morte Neronem
Pallida promiſſa flere per ora comis,
Diſſimilemque ſui vultu profitente dolorem.
Hei mihi quam toto luctus in orbe fuit!

Deleo vitioſa verba, *profitente dolorem*, & repono *perhibente colorem.* ſic habes pura pro impuris. Nam vultus non diſſimilis dolor, ſed diſſimilis color eſt. Nec prætereo Liuiam matrem, Druſi interitu tantum concepiſſe doloris vt mori voluerit. Pedo enim ſic.

Tu tamen auſa potes tanto indulgere dolori,
Longius vt nolis, heu! male fortis, ali.
Vix etiam fueras paucas vitalis ad horas,
Obulit inuitæ cum tibi Cæſar opem,
Admouitque preces, & ius immiſcuit illis,
Aridaque effuſa guttura tinxit aqua.

Sic Druſus matri chariſſimus: vt Tiberius frater inimiciſſimus. nam ita Poeta ignotus:

Diſpeream ſi te mater amare poteſt.

Eius vitam ſcripſit Auguſtus oratione ſoluta, & tumulum inſcripſit verſu. Quam ſi haberemus, boni principis effigiem haberemus.

6 Consors Tribvnitiæ potestatis.] Velleius facit recuſantem Tiberium, his verbis. *Non diu cunctatus Cæſar Auguſtus, neque enim quærendus erat. quem legeret, ſed legendus qui eminebat. Itaque quod poſt Lucij mortem adhuc Caio viuo facere voluerat, atque vehementer repugnante Nerone erat inhibitus, poſt vtriuſque adoleſcentium obitum, facere perſeuerauit, vt & Tribunitiæ poteſtatis conſortionem Neroni conſtitueret: multum quidem eo tum domi, tum in Senatu recuſante.* Sed plus in illa oratione dignitatis quam veritatis fuit. verum in magnorum laudibus

Recuſant principis imperia quibus ardent.

Velleius emendatus.

mentiri

mentiri multi multaſn virtutem ponant & eloquentiam. Nec inuideo.

Filio Agrippæ P.R. indidit nomen Poſthumus.

7 AGRIPPAM POSTHVMVM.] Deſiderio patris ita nominatum a plebe. Dio l. 54. Plebs enim patrum amorem deriuat & deducit ad filios. Nam poſt eius obitum natus erat. Velleius l. 2. *Eadem die*, inquit, *M. Agrippa adoptatus, quem* (pro *qua eum*) *poſt mortem Agrippæ Iulia enixa erat.* Sic Iuriſconſulti Poſthumos vocant, natos poſt obitum parentis. Vlpi. l. 3. §. 2. de iniuſt. rupt. *Poſthumos*, ait, *eos dicimus qui poſt mortem parentis naſcuntur.* Plaut. in Aulul.

Quid Poſthumus.

Si eam ſenex anum prægnantem fecerit,
Quid dubitas quin ſit paratum nomen Poſthumus?

Sic Virgil. l. 6.

Sylnius Albanum nomen, tua Poſthuma proles.

Lex Poſthumia.

Poſthumare.

Poſteriora Labeonis.

Quod tranſijt etiam ad ingenij fœturas. Vnde lex Poſthumia. Apul. apolog. 1. *Recipias doctrinã, ſeram plane, & poſthumam.* Et Tertul. lib. de anima, *Poſthumam Fabiam* dixit, & *poſthumare. Cæteri*, inquit, *Prophetæ, etſi Moyſi poſthumant.* Sic dicta *poſteriora Labeonis*, quod eſſent vulgata poſt mortem eius. Gellius l. 13. c. 10. Nam mors poſtrema eſt linea rerum.

Planaſia & Planaria inſulæ.

8 PLANASIAM.] Eſt Planaſia, eſt etiam Planaria inſula: vt Thera, & Theraſia Oroſio l. 7. Planaſia in mari Tyrrheno: Planaria in oceano Atlantico. Strabo de Planaſia, *Corcyræ propinquam* ſcribit & Stœchadibus. lib. 2. Caue ergo ne confundas. Nam *Planaria*, pro *Planaſia*, dici poteſt, vt lex *Valeria*, pro *Valeſia*, lex *Furia*, pro *Fuſia*. quod apud antiquos peruiũ; qui (*r*) pro (*ſ*) ſcribebant. Iuſtinianus in immunitate Cœnobij Caſſiuenſis locat eas in ſolo Caietano & vocat inſulas, *Pontiam*, *Pantatoriam*, *Palmariam*. Diſcriminat eas Plinius. Nam, vt dixi, Planaſiam in mari Liguſtico, Planariã in Oceano Atlantico locat: & facit Planariã, vnam ex fortunatis inſulis, c. 32. li. 6. Porte ab inſula Planaſia dictum mancipium Planaſium apud Plautum. Vetus ſcholiaſtes Iuuenalis. Antiquitus ſeruis nomina ex gentibus ſuis ponebantur. Quod cõfirmat Strabo l. 1. Sic Daui a Dacia: ſic Myſi a Myſia: ſic Syri a Syria. Eſt autem vocata Planaſia *a ſpecie, quod æqualis freto, ideoque nauigijs fallax*; ait Plin. Nã incauti nautæ ibi impingunt: vtque mare infidum, ſic terra fallax nauigantibus. Sic olim Dyrrachium dictum quaſi dirum litus: nam ῥάχία litus eſt apud Græcos. Dio lib. 41.

Cur Planaſia inſula ita dicta.

9 STOLIDE FEROCEM.] Tacitus: *Inordinatum robur* vocat in Neronis reſponſo ad Senecam, id eſt, ferocitatem non excultam, non ciuilitate domitam. *Trucem Agrippam*, vt ait poſtea.

10 NVLLIVS FLAGITII COMPERTVM.] Dicunt authores *compertum flagitij* & *compertum de flagitio*. Liuius: *Oppiãa atque Floronia ſtupri compertæ.* Et apud Iuriſconſultos, *compertum de voluntate*. l. 2. Cod. de fideicom. Sed hoc verbum ex Salluſtij fundo, qui ſic ſcribit, *compertum ego habeo milites*, in Catilinaria: cuius Tacitus amator & imitator: & flos flori gratus. Sed noto abiens Apuleium l. 1. *vera, comperta* dicere pro veriſſima. Nam certum quod verum. ſed certum compertum & experientia comprobatum eſt certiſſimum. Vtitur Tacitus 4. lib. iiſdem verbis vbi de morte Druſi agit.

Certum compertum pro veriſſimo.

Tacitus correctus.

11 AT HERCVLE.] Abrupta dictio, nec ſic Tacitus, vt opinor. quid enim aſſertione tantã in iſta ſimplici narratione opus fuit? Et vt ait Pedo,

Quorſum heic iurandus Apollo?

Scio iſtud *Hercule* verbum frequens Tacito: *at Hercule verbera.* infra eodem lib. *Decernite Hercule impunitatem:* Ann. 14. & l. 12. *At Hercule olim ex Italiæ regionibus.* multiſque alijs locis. Sed heic, hæc dictio mihi pro peregrina: licet multis bonis authoribus vſitatior. Nam Plin. l. 7. c. 50. Nat. hiſt. *At hercule reliquis omnibus per ſingulas membrorum partes, qualiter nullis alijs animalibus, certis peſtifer calor remeat horis.* Lego itaque, *aſtu muliercule.* Nam heic Liuiæ dolos Tacitus memorat. *Vt*, inquit, *pluribus munimentis inſiſteret.* Et dixit ſupra: *Liuiæ dolus abſtulit.* Nam non eſt quod ad Auguſtum hæc verba referas, qui, vt ait noſter, *ſexto conſulatu iam potentia ſecurus.* Ergo Liuiam ſpectant cui imperator maritus, Auguſtus videlicet, Tiberius filius in ſpem imperij, adoptione tractus; & Germanicus nepos exercitui Germanico impoſitus magno & formidoloſo. Nam *in ſua manu poſitam rem Romanã iactabat.* His ergo munimentis Liuia ſuã fulcire dominationẽ cupiebat. Et ſane voti rea extitit. Quod aſtu perfecit, dum ita Auguſtum demulſit, vt Auguſto mortuo orbis imperium in domo ſua ſub Tiberio remanſerit. Sed hæc ex verbis Taciti firmantur. nam l. 4. *Dubitauerat Auguſtus Germanicum ſororis nepotem & cunctis laudatum Rei Romanæ imponere, ſed precibus vxoris euictus Tiberio Germanicum, ſibi Tiberium adſciuit.* Et eodem li. addit: *Dominationem dolo matris acceperat Tiberius.* Et paulo poſt: *Dabat & famæ vt vocatus electuſq. potius a Rep. videretur quam per vxorium ambitum.* id eſt, *ambitionem Liuiæ matris.* Quis ego ambigat legendum, *aſtu muliercule*? Sed audio obluctantes quoſdam. *Itane*, inquiunt, *vocari mulierculam, Liuiam Auguſti inter Romanos fœminam primariam?* Sed Plin. li. c. vocat Paulinam Caij coniugem *vnam imperij mulierculam*: matronamque nuncupat, id eſt vxorem. Nam *matrona eſt quæ in matrimonium cum viro conuenit*, ait Gell. l. 15. c. 6. Addo quod Sulpitius, vbi Ciceronẽ de Tulliæ filiæ obitu ſolatur, quæ vni ex primarijs Romæ adoleſcentibus nupſerat, vocat etiã *mulierculam. In vnius*, inquit, *mulierculæ animula ſi iactura facta ſit, tantopere commoueris.* Sed Tacitus 4. Ann. multo deſpectius de Liuia loquitur. *Anum*, inquit, *ſuapte natura potentiæ anxiam inſociabilem nurui efficiebat.* Si anum vocet, cur non & mulierculam? Et idem de Agrippina matre Neronis: *Miniſtros temtare arduum mulieri aduerſus inſidias vſu ſcelerum intentæ.* Et de Poppæa vxore Neronis: *Huic mulieri nihil deerat præter honeſtum ingenium.* Quin lib. 1. Ann. de vxore Arminij Germanorum Ducis: *fortem exercitum qui vnam mulierculam auexerit.* Idem mendum in ſimili aſſertione 8. Metam. Apuleij. *Senex*, inquit, *de ſummo colle proſpectat quem circum capellæ paſcentes opilionẽ eſſe profeſſo clamabãt.* Vbi lego, *profeſſione clamabant.* Nam quorſum aſſertio in re non dubia? Sed ſatis.

Ratio correctionis in Tacito.

Liuia dolus.

Reſponſiones ad obiecta.

Liuia dicta Tacito muliercula.

Et anus.

Vt Lollia Caj.

Et mater Neronis.

Et Poppæa.

Apuleius correctus.

12 Filivs ivvenis.] Druſus ſcilicet Vipſaniæ fœtus, & paternæ crudelitatis riuulus, & nil niſi ſanguis, de quo latius infra. Nam ex amara radice quis ſuauitatem expectet? Si Tiberio patri Druſus ſucceſſiſſet, longe Caligula deteriorem Roma principem habuiſſet. Gladij Druſiani teſtes qui venere in prouerbium. Nam Princeps, ſi iuuenis ſanguinem guſtauerit, cum voluptate ſenex vorabit, & cum incredibili auiditate.

Bellum ea tempeſtate nullum, niſi aduerſus [1] Germanos * ſupererat, abolendæ magis infamiæ, ob amiſſum cum [2] Quintilio Varo exercitum, quam cupidine proferendi imperij, aut [3] dignum ob præmium. Domi res tranquillæ, [4] eadem magiſtratuum vocabula. [5] Iuniores poſt Actiacam victoriam, etiam ſenes plerique inter bella ciuium nati, quotus quiſque reliquus, qui remp. vidiſſet? Igitur verſo ciuitatis ſtatu, nihil vſquam priſci, & integri moris: * [6] omnis exuta æqualitate, [7] iuſſa principis aſpectare, nulla in præſens formidine, dum Auguſtus ætate validus, ſeque, & domum, & pacem ſuſtentauit.

* *ſuperiores erat.*

* *omneis.*

1 Germanos svpererat.] Quid ſi legatur, *apud Germanos ſuperiores erat?* Nam talis contractio ſueta & familiaris eſt noſtro exſcriptori, qui duas dictiones iungit & vnam facit ſæpe, ſæpe ſcindit & diſiungit, vt infra, *Deorumiras reſurgere*, pro *Deorum irâ res vergere. quem*, pro *quæ eum.* Sic apud Authores. *Prima*, inquit Flaccus, *memoratur apud veter Annia*, pro, *apud veteres Annia.* Et videtur ad id quadrare, quod ſcribitur a Coſmographis, Germaniam in inferiorem & ſuperiorem diuidi: quos ſequitur Tacitus. Nam de inferiori hiſt. 1. *Vexillis inferioris Germaniæ præuentus erat.* & l. vlt. de Cenſib. mentio Germaniæ inferioris. De ſuperiore idem noſter & eodem libro. *Triginta millia Cæcinna è ſuperiore Germania ducebat.* Et Spartianus in Adriano. *Ad gratulationem exercitus miſſus in Germaniam ſuperiorem tranſlatus eſt.* Sed noto apud Romanos tantummodo ita diſtingui Germaniam, quæ eſt cis Rhenum, non vero Tranſrhenanam, quæ non alio nomine vocatur a noſtro quam Tranſrhenana, non adiecto, an ſuperior, an inferior ſit. Sic enim Tacit. l. 5. hiſt. *Propioraque fluminis Tranſrhenani tenuere.* Et quamuis adijceret, *ſuperior*, Germania eſſet illa quæ verſus Rheni fontes; *inferior*, quæ verſus Septentrionem & ad Oceanum Britannicum. Quod heic non conueniret. Dio enim l. 53. ait Celtas effeciſſe & ſtatuiſſe hanc diſtinctionem, quæ ab authoribus & a Tacito obſeruatur, præterquam ab Iſidoro li. 14. cap. 4. qui ita ſcribit. *Duæ ſunt Germaniæ, ſuperior iuxta Septemtrionalem Oceanum, inferior circa Rhenum.* Ammianus contra lib. 15. vocat ſuperiorem quæ Vormatiam ſpectat & Rheni fontes, quod authores tenuerunt ante Iſidorum. Hoc autem bellum reſtabat cum Arminio, & inter Viſurgim & Albim fluuios magis inferioris, quam ſuperioris Germaniæ. Ergo hic locus nullam ſtatus quæſtionem patiatur. Nam Tacitum non Ptolomæum ſequimur. Apud quem vltra Rhenum eſt altera Germania, ſuperior & inferior.

Germania ſuperior & inferior.

Quæ ſuperior.

Quæ inferior.

2 Qvintilio Varo.] De cuius moribus ita Velleius lib. 2. *Varus Quintilius, illuſtri magis quam nobili familia. Vir ingenio mitis, moribus quietus, vt corpore, ſic animo immobilior, otio magis caſtrorum, quam bellicæ aſſuetus militiæ: pecuniæ vero quam non contemptor? Syria, cui præfuerat, declarauit, quam pauper diuitem ingreſſus, diues pauperem reliquit.* Quod familiare regentibus prouincias qui nummorum inuncatores & ineſcatores ſunt, & eorum euerricula. Sed viderint principes ad quorum dedecus aut gloriam ſpectat, probos an improbos elegerint regendis prouinciis. De eo Florus non minus illiberaliter. *Vari Quintilij libidinem ac ſuperbiam, haud ſecus quam ſæuitiam odiſſe cœperunt.* Mirum Floro videri *ſuperbum*, Velleio *mitem & quietum.* Ita varij varie de Varo, & de hominibus infœlicibus homines ſentiunt. Sed quid ſentiant non quærendum, ſed bene ſemper agendum. Vnum eſt in Varo, quod iure reprehendas, plus animi habuiſſe ad moriendum quam ad pugnandum. Sed paterni auitique flagitij ſucceſſor fuit: qui ſe ipſos interemere, & ſua manu non hoſtium ceciderunt, αὐτόχειρες duo. Habuit autem filium Quintilium Varum, generum Germanici, quod Seneca pater memorat 1. Contr. contr. 3. Cui Ceſtius cum declamaret, fortunam patris objecit. *Iſta negligentia*, ait, *pater tuus exercitum perdidit.* Quod *omnes improbauimus*, inquit Seneca, *filium obiurgabat, patri maledicebat.* Et ſane factum improbe; quippe ſæuire in mortuos, crudelitas; viuentes laceſſere & lacerare, improbitas. Vari autem dicti qui obtortis cruribus vel pedibus. Lucillius:

Inſignis varis eſt cruribus atque petilis.

id eſt exiguis. dicimus (*petit*) quod petile & exile. Perſius:

— fallit pede regula varo.

Cæterum has in Germania Cannas, clare deſcribit Florus, vt etiam Velleius l. 2. & Dio 56. Nec prætereo longe aliter de Vari moribus

Varus a Velleio culpatus.

Apud exteros nimium quietus.

Et parum ſuſpicax.

Auarus tamen.

Vari filius.

Varum laudat Horatius.

moribus ſentire Horatium in arte Poetica & ode 24. lib. 1. ad Virgilium Vato amiciſſimum, ob candidos mores & acre iudicium in amicorum ſcriptis.

Ergo Quintilium perpetuus ſopor
Vrget, & pudor, & Iuſtitiæ ſoror
Incorrupta fides, nudaque veritas,
Quando vllum inuenient parem?
Multis ille bonus flebilis occidit,
Nulli flebilior quam tibi, Virgili.

Sic Virgilio amatus, qui Velleio deſpectus. At quis docebit nos an Poetæ Laureato, an vero militi Sagato, licet hiſtoriatum ſcriptori, magis ſit credendum? ſub iudice lis eſt: nec ego Palæmon. vide Horatium de Arte, qui Quintilium vitum bonum vocat. Elogium paucis datum.

Mos ſcribendi Tacito, quaſdã dictiones poſtponere, quas alij præponunt.

3 DIGNVM OB PRÆMIVM.] Sic noſter ſæpe, vt Annal. 3. *aliaque ob praua per vim læta ſunt.* & iſtas particulas, quæ ab alijs authoribus præponuntur, iſte poſtponit. vt Annal. 14. *Commendandum ad ſcelus.* & Annal. 13. *Certe an prudens?* & Annal. 5. *Eo de homine.* & Annal. 12. *Deducere iuuenem ripam ad Euphratis.* & proxime. *Ægro & corpore fatigabatur.* quod ſemel noto, non vt friuolariam Plauti me agere putes, ſed vt Taciti ingenium in ſcribendo apetiam. Et ita loquutus eſt etiam Plinius vbi de Cauchis: *dubium terræ ſit, an parte in maris.* lib. 16. c. 1. pro *an in parte maris.* Tamen apud authores rarum eſt & oſtento ſimile. Sed proferam vnum qui modo in mentem venit, in Feſto, *Europam tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum eſt appellari. Sed alij de amore Iouis in Taurum verſi narrant. Alij eam a prædonibus raptam & nauem quæ Iouis tutelam effigiem tauri habuerit.* Lego *effigie In tauri habuerit.* Sic enim eſt legendum. & Lucillius.

— dic quam cogitat vis ire minutim
Per commiſſuras rimarum nocti nigrore.

Lege fidenter, *rimarum in nocti.* nam illud (in) in littera (m.)

4 EADEM MAGISTRATVVM VOCABVLA.] Eadem prorſus, ſed non eadem poteſtas. Nam imperium latenter omnem ad ſe vrbis & imperij potentiam traxerat. Nomen inerat, vis magiſtratuum aberat, & pro vtilitate Cæſarum rerum omnium facies mutabatur. Contra Iulius in Cenſura, *non ſe Cenſorem, ſed morum præfectum* nominauit. Nomen detraxit, vim retinuit. Suet. in Iulio. Vide ergo quam falſus Velleius, qui ita ſcribit. *Acceſſit magiſtratibus authoritas, ſenatui maieſtas, iudicijs grauitas.* Si talis Tiberius extitiſſet, nunquam Tiberium in Tyberim trahendum populus exclamaſſet.

Cæſares magiſtratibus nomina relinquunt, ſed vim tollunt.

5 IVNIORES.] Similis fere ſententia eſt apud D. Hieron. epiſt. 11. & forſan a Tacito mutuo accepta. *Præter paucos ſenes,* inquit, *omnes in captiuitate & obſidione generati, non deſiderabant quam non nouerant libertatem.* & certe *non deſideratur quod ignoratur.* D. Cyprianus de bono pud. In iunioribus autem ambigua Reip. ſpes, quia iuuentus paſſer eſt in arbore: quo auolet neſcit quiſquam. Et recte Lactantius li. 7. *Vbi venerit partes quaſe via findit in ambas, hæret nutabunda, nec ſcit quã inclinet.* Sũt tamen quibus ob orientem virtutem veteres Rom. menſem Iunium ſacrauerunt. Et apud Prophetam: *Ecce vir Oriens nomine,* Ezech. 6. quod ab eo ſalus Reip. orirerur: ſed ſunt qui orientes occidunt ad vitium & in vitijs moriuntur.

Quæ libertas ignoratur non cupitur.

6 OMNIS EXVTA.] Lege *omneis* pro *omnes.* Ita antiqui, & Lucillius de Marſis.

Taciti lacuna obducta.

Iam diſrumpetur medius, iam vt Marſu' colubras
Diſrumpit cantu, venas cum extenderit omneis.

Sic ladunt in vetuſtioribus verbis vetuſtatis amantes, vt & Virgilius noſter.

7 PRINCIPIS ASPECTARE.] Quid ſi *principis Auguſti ſpectare.* Sic auguror. nec me fallit mens.

Poſtquam prouecta iam ſenectus ægro & corpore fatigabatur, [1] aderatque * finis, & ſpes nouæ, pauci bona libertatis [2] incaſſum diſſerere, plures bellum paueſcere, alij cupere: pars multo maxima imminenteis dominos varijs rumoribus differebant: trucem Agrippam, & ignominia accenſum, non ætate, neque rerum experientia tantæ moli parem. Tiberium Neronem maturum annis, ſpectatum bello: ſed vetere, atque [3] inſita Claudiæ familiæ ſuperbia: multaque indicia ſæuitiæ, quanquam premantur, erumpere. Hunc & prima ab infantia eductum in domo regnatrice, congeſtos iuueni conſulatus, triumphos; ne ijs quidem annis, quibus [4] Rhodi, ſpecie ſeceſſus, * exulem egerit, [5] * aliquid, quam iram, & ſimulationem, & ſecretas libidines meditatum. accedere matrem muliebri impotentia; [6] ſeruiendum fœminæ, [7] duobuſque inſuper adoleſcentibus, qui rempublicam interim premant, quandoque [8] diſtrahant.

* finis dominationis.

Qui bona non norunt, mala facile admitunt.

* exul æquum egerit.
* aliud quid.

Qui iniquum eligit, ſub iniquo perit.

1 ADERATQVE FINIS ET SPES NOVÆ.] Cuius rei finis? hiat locus, putoque addi debere, *finis dominationis & ſpes nouæ.* loquitur enim de imperio Auguſti ad occaſum vergente. Sic li. 15. Ann. *finem adeſſe imperij.* verbum autem *dominationis* fugitiuum ex familia Taci-

Taciti lacuna obducta ex ſuis ruderibus.

ti. nam ſupra, *Non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio*, & Annal. 2. *Contra augendæ dominationi certaretur.* Et eodem libro: *intra dominationis arcana*. quod a Salluſtio mutuatum. Nam 1. hiſt. *Patrum aut plebis nomine dominationes affectabant.* & in Catilinæ coniuratione, *dominationis ſpes hortabatur.* Huic ergo fugitiuo manum impono, & repono, vt ſcripturæ quaſi dominæ ſubſit & ſeruiat.

Dominatio miluus eſt.

2 Incassvm.] Quia perdita libertas potius deſideranda, quam recuperanda. Auis eſt fugitiua quæ ad manum non redit. Quippe Rom. dominatio ſemel quæ rapuit nunquam reſtituit. Miluus eſt, & alter Nembrot fortis venator, qui ſua non modo bene cuſtodit, ſed aliena violenter inuadit.

Superbia Claudiorum.

3 Insita Clavdiæ familiæ svperbia.] Succeſſionis iure id habuit Tiberius, & per auos & proauos atauoſque & abauos. Tacit. de Tiberio. *Sermone, & vultu, arrogantibus & obſcuris.* Et infra. *Permiſit Cæſar adroganti moderatione.* Superbia in Appio Claudio Cæco, qui Cenſuram per quinquennium retinuit, nec Tribunitiæ poteſtati ceſſit. Superbia in Claudio Druſo, qui ſtatuam ſibi cum diademate in Appij foro poſuit. Superbia in Claudio Pulchro, qui in augurando non paſcentes pullos in mare proiecit, vt biberent quando eſſe nollent. Sæuitia in Claudio Appio Regillano, qui ingenuam virginem per vim in ſeruitutem vindicabat, quando ſuam libidinem non expleuerat. Sæuitia in Appio Cæco, qui tibicines Roma exegit. Aliaque paſſim quæ de iſta familia in hiſtorijs deprehendas. Sed nominatim lib. 2. apud Liuium: *Ipſe in accuſationem Appij familiæque ſuperbiſſimæ ac crudeliſſimæ in plebem exorſus.* & li. 9. *Appius iam inde antiquitus inſitam familiæ pertinaciam gerendo.* Roma tamen vetus, quid non debuit Neronibus & Claudiorum ſuperbiæ? Horatius ita 4. Od. 4.

Sæuitia.

--Quid debeas, o Roma, Neronibus,
Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris.

Et in epiſto. 13.

Clari virtute Neronis,
Armenius cecidit.

Tacitus correctus.

4 Rhodi exvlem egerit.] Poteſt ferri hæc lectio. verum, vt ingenue fatear, non eſt phraſis noſtri Cornelij: ſed, *Rhodi exul æuum egerit.* Et nota Tiberium ab exule mox imperatorem factum, vt laſciuientis & iocantis fortunæ ludos agnoſcas. vtque vere dictum putes: *--regnabit ſanguine multo,*
Ad regnum quiſquis venit ab exilio.

Ita autem ſcripſiſſe Tacitum minime dubium. Sic ille & authores. nam 1. hiſt. *prioris æui annos multi authores retulerunt*: & Annal. 13. in eodem verbo mendum, & ita legendum: *A Tiberij æuo, ad id vſque, domo in principum eductus.* Virgil. 4. Georg.

Magnum agitauit legibus æuum.

Ouid. 15. Metam. de exule.

Talia Dij pellant, multoque ego iuſtius æuum
Exul agam, quam me videant Capitolia regem.

Et Ennius:

Romulus in cælo cum dijs genialibus æuum
Degit. Sic Horatius in epiſt.
Traducere leniter æuum.

De Rhodio autem ſeceſſu Tiberij, extat epigramma Græcum ſub titulo de auibus, in quo Rhodum Neronis (id eſt Tiberij) habitaculum vocat, vt Horatius in epiſtolis qui ita de Tiberio.

Dignum mente legentis honeſta Neronis.

Et ad Pedonem:

Muſa rogata refer comiti ſcribæque Neronis.

Et is eſt Claudius Tiberius Nero de quo idem:

— Quibus terrarum militet oris,
Claudius Auguſti priuignus, ſcire laboro.

Seceſſit autem Rhodum Tiberius declinans adulteria Iuliæ vxoris, poſtquam in vrbe multa diſſimulauiſſet aut tolerauiſſet. Noſter lib. 6. in fine: *impudicitiam vxoris tolerans aut declinans.* Et Velleius ſcribit, *otium Tiberij in illa inſula magnificentius fuiſſe eius imperio & honoratius.* Quod verum. Addoque, *& innocentius.* Nam nullius imperium tanto & tam nobili ſanguine maduit. Dicebatur autem antea Rhodus habitaculum Solis, prædicitque Tiberium Iouem futurum & imperatorem; quod poſtea accidit. Neſcio an ex Traſulli ingenio & diuinatione, an vero (quod ait epigramma) ex præſagio aquilæ numquam prius apud Rhodum viſæ, quæ tunc Rhodi nidum fecerit: vt poſtea omen fuit Albino imperatori Aquila prius non viſa. nam Rhodi aquilæ nunquam. Nec torqueo hoc epigramma ad Neronem Agrippinæ filium, ſed ad Neronem Liuiæ, qui duo fuere imperio pares, crudelitate conſortes.

Rhodi aquila nunquam.

Imperij futuri præſagium Aquila.

Tacitus emendatus.

5 Aliqvid qvam iram.] Quod magno indignum principe. Lege, *aliud quid quam iram* Tacitus l. 15. Annal. *Neque Senatui quid manere.* Gellius l. 5. c. 1. *Aliud ve quid diſciplinarum diſſerit.* Et idem Tacitus. *Aliud ve quod belli commercium.* l. 14. Tertul. de reſurrect. *Aliud quid, pro ea ſubiecit.* Et idem de corona militis: *modicum quid.* Pomponius Mela l. 3. cap. 6. vbi de Britannis: *incertum ob decorem, an ob quid aliud.* Parua hæc, ſed non contemnenda. habent myricæ ſuas dignationes: præcipue in iſto authore.

6 Serviendvm foeminæ.] Oroſius 1. hiſt. *Proh dolor, pudet erroris humani! Mulieres* (id eſt Amazones) *patria profugæ Europam atque Aſiam, id eſt, plurimas fortiſſimaſque mundi partes intrauerunt, peruagatæ ſunt, deleuerunt, centum pene annis tenuerunt.* Solitum ait Tacit. in Agricola, Britannis fœminarum ductu bellare. Claudianus ita de illa ſeruitute muliebri:

Imperat hic ſexus, reginarumque ſub armis
Barbariæ pars magna iacet.

Pleriſque maſculorum inſtar.

Barbariæ Latino & Græciæ, & Iudææ, & Aſiæ, multiſque terrarum locis. Deboræ enim regno quid iuſtius? quæ apis mellifica Hebræis iura dedit, Caris Artemiſia, Lacedæmonijs Lampedo, Æthiopibus Candace, vti Phæacibus illa Arete Homerica; vere Arete & virtus. *ſola Indorum natio regnata fœminis,* ait Plin. 6. cap. 20. Et in *Aſſyria regnauit Semiramis,*

ramis, dicebat Cæſar, *& magnam Aſiæ partem Amazones tenuere.* Suet. 24. in Iulio. ſed Claudianus egregie in Eutropium & ex Romanorum guſtu:

Aurora eſt certe quæ talia ferre
Gaudet, & aſſuetas ſceptris muliebribus vrbes
Poſſideant. quid belliferam communibus vrunt
Italiam maculis, nocituraque probra ſeueris
Admiſcent populis? peregrina piacula forti
Pellantur longe Latio, ne tranſeat Alpes
Dedecus: in ſolis quibus extitit hæreat aruis.

Ita populus Rom. ratiocinabatur. Sed o beata maſculis legibus Gallia, virilique imperio: his enim præſidijs ſexaginta trium Chriſtianiſſimorum regum & amplius ſeriem pertulit, & quantam patitur tellus diuurnitatem ſibi peperit. Experta tamen eſt ſæpius fœminarum in regendo prudentiam, vt aliquando ſequiores mores.

7 DVOBVSQVE INSVPER ADOLESCENTIBVS.] Regendis imperijs ætas non habilis, cum ipſa regatur: & ſane ſub adoleſcentibus, magni imperiorum turbines & interdum ſciſſuræ & voragines. Sed nec adoleſcentia contemnenda, ait D. Paulus, & D. Ignatius epiſtola ad Magneſianos. & ex 4. cap. Eccleſiaſtæ, *Melior eſt puer pauper & ſapiēs rege ſtulto & ſene qui neſcit præuidere in poſterum. Væ tibi ciuitas cuius iuuenis rex eſt.* Eccleſiaſtæ c. 10. Nā Rex doctrinæ expers populum ſuum perdit. Am. Marcellinus l. 4. de Gallo Cæſare: *ætatis adultæ primitijs ad principale culmen inſperato cultu prouectus, vltra terminos poteſtatis delatæ procurrens aſperitate nimia cuncta fœdabat.* Sic Roboam. Sed ſi contigerit regnare adoleſcentes, honorandi, colendi, multiſque ſapientiæ præceptis tamquam pedamentis ſunt fulciendi, & improborum cœtibus arcendi, quibus aulæ ebulliunt, præcipue Neronianæ & Tiberianæ. Nam his nullæ nequiores, nullæ impudiciores, nec impudentiores.

8 DISTRAHANT.] Vere, nam dominatio omnis eſt impatiens conſortis. Sic diſtrahitur, non diuiditur imperium. Non communicatur, ſed rumpitur. *Et ſatius eſt*, ait Tacit. 1. hiſt. *tradere imperium quam obtinere.* Satius cedere quam diuidere. nam pax publica rupta ſcelus eſt. Huius diſtractionis exemplum in Suetia clarum apud Ioannem magnum. Guſtanus pater nouus homo regnat: mox moritur. Duos relinquit fratres, Enricum & Ioannem. Enricus maior Ioannem incarcerat: Ioannes viciſſim fratrem. Rupta concordia ruptum imperium eſt. Cæterum Tacitus ait, *diſtrahant*, & eo verbo vſus eſt Lucillius:

Diuidant, differant, diſſipent, diſtrahant.

Spart. in Quieto, ita conqueritur in re ſimili. *Adoleſcens grauiſſimus*, inquit, *Romano imperio fuit, vt vere Macriani filius & eius Macrianus frater, qui duo afflictis rebus potuerunt Remp. gerere.* Viden duos fratres adoleſcentes, qui aliquando remp. preſſerunt, aliquando diſtraxerunt?

Hæc atque talia agitantibus, graueſcere valitudo Auguſti. & quidam[1] ſcelus vxoris ſuſpectabant. Quippe rumor inceſſerat, paucos ante menſes Auguſtum, electis conſcijs, & comite vno Fabio Maximo, Planaſiam vectum, ad viſendum Agrippam. * multas illinc vtrinque lachrymas, & ſigna charitatis; ſpemque ex eo fore, vt iuuenis penatibus aui redderetur. [2] * Quod Maximum vxori Martiæ aperuiſſe, illam Liuiæ, [3] C. Nauum id Cæſari. Neque multo poſt, extincto Maximo (dubium an quæſita morte) [4] auditos in funere eius Martiæ gemitus ſemet incuſantis, quod cauſa exitij marito fuiſſet. Vtcunque ſe ea res habuit, vixdum ingreſſus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitur. Neque ſatis compertum eſt, [5] ſpirantem adhuc Auguſtum [6] apud vrbem Nolam, an exanimem repererit. acribus namque [7] cuſtodijs domum, & vias ſepſerat Liuia; lætique interdum nuntij vulgabantur; donec prouiſis quæ tempus monebat, ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit.

* Multas.

Mulier loquax mariti funus.

* Quod Maximus tum vxori Martiæ aperuiſſet: illa autem Liuiæ. Gnarum id Cæſari.

Ambitio omnibus affectibus præualet.

1 SCELVS VXORIS.] Quod veneno Liuia Auguſtum ſuſtuliſſet, & quidam aiunt ficu illita veneno, vt Iuuenalis.

2 QVOD MAXIMVM VXORI MARTIÆ APERVISSE.] Claudicantem clauſulam nemo non videt. At ego, ex animi mei ſententia iurarem ita ſcriptum fuiſſe a Tacito. *Quod Maximus tum, vxori Martiæ aperuiſſet, illa autem Liuiæ.* Quod autem ſcriptum fuerit, *Maximus tum*, ex quo finxere *Maximum*, pro indice eſt alius locus Taciti lib. 1. quo *contentum* legebatur, pro *contentus tum.* & li. 16. *Quindecimuirali ſacerdotio præditum*, pro *præditus tum.* & multi alij loci, vt in Catonis originibus. *Id nequitum exaugurari*, pro *nequit tum exaugurari.* Repoſui etiam *aperuiſſet*, nam (*i*) quod ſequitur pro (*t*) apud abbreuiatores & notarios locum habet. Repoſui (*illa autem*) nam ita ſcriptum, *illam*, quod eſt, *illa autem*, ex quo fecere *illam.* Vno verbo notarum & ſiglorum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

inſcitia in manuſcriptis totum Tacitum labefecit. Sed nolo quēquam mihi credere; credat rationi quæ ita ſuadet. Interea lubet Plinij locum emendare iſtam hiſtoriā tangentis, quia omnes incuratum aut intactum vlcus prætererierunt. *Inde*, inquit, loquens de Auguſto, li. 7. c. 45. *ſuſpicio in Fabium arcanorumq. proditionem, hinc vxoris & Tiberij cogitationes ſuprema eius cura.* Quæ Latinitas vitium ſuum prodit, & palam. Lege ergo, *inde ſuſpitio in Fabium, arcanorumque proditio. Num hinc vxoris & Tiberij cogitationes, ſuprema eius cura?* id eſt, num ob vilitatum Agrippam, quod Fabius factum fuiſſe retulerat vxori, & vxor Liuiæ, fluxere cogitationes vxoris, & Tiberij, ſuprema Auguſti cura? nam de tollendo per venenum Auguſto tunc cogitarunt; quod exequuti ſunt. Atque ideo ſuprema fuit Auguſti cura ſcelus ſuſpicantis. Verebantur enim Liuia & Tiberius ne odio inuidiæque ſucceſſoris Agrippæ obijcerentur. Quod cunctis dominationem affectantibus peruium eſt: & fuit cura Auguſti nouiſſima. Sic Tibullus curam appellauit nouiſſimos luctus.

Illa fuit lacrymis vltima cura meis.

Sed nunquid de iſto Fabio ſentit Horatius Sat. 1. l. 1. vbi ait:

Cætera de genere hoc, adeo ſunt multa, loquacem
Delaſſare valent Fabium.

Fabius loquax. Funeſtum aulico. Certe ita puto, & verū eſt, quod animaduertit nemo Grāmaticorum nam garrulum eum vocauit Auguſtus, & fuit garrulitas exitium eius. Aulici, Midæ aures, Philomelæ linguam, Oedipi oculos, Areopagitarum manus habere debent. Quippe aulici, Midæ aures, Philomelæ linguam, Oedipi oculos, Areopagitarum manus habere debent. Alium locum edo de iſto Fabio turpiter maculatum, quem etiam emendo, vt pruriginem meam notes. Emendatus Seneca pater. Eſt in Seneca patre l. 2. Contr. 4. *Fabianus Maximus*, inquit. Lege, *Fabius Maximus*, & ille eſt de quo Tacitus. *Nobiliſſimus vir fuit qui primus Romano foro vomicum morbum, quo nunc laborat, intulit*, id eſt, vt interpretor, maledicendi rabiem. Ratio emendationis. Nam vt vomica, abſceſſus eſt qui perpetua ſanie fluit, ſic os detrahentis & maledicentis. Eo verbo vſus eſt Suetonius in C. Albutio Sillo, *ob vitium vomicæ Nouariam redijt.* Mox addit Seneca. *De quo Seuerus Caſſius antequam ab illo reus ageretur, dixerat, Quaſi diſertus es, quaſi formoſus es, quaſi diues es, vnum tantum es non quaſi alapam.* & ita manuſcriptus habet, quem legi. ſed Deus bone quod portentum orationis! Lege: *vnum tantum es, non quaſi lappa.* Nam de maledicentia illum arguebat Caſſius, cuius ſymbolum lappa, quæ harpax & hamata, & inuncata, & dentata herba eſt, quæque prætereuntium & incogitantium veſtimenta mordet, & carpit, vt ſolent maledici quaſi canes. Vocatur a Græcis Philanthropos. Plin. 24. cap. 19. a Gallis ſeu Francis, *Bardaſne*, quia paſcentes aſinos quaſi equos phaleratos reddat, quos prætereuntes carpit. Sic Plautus dixit in Bacchid. de verbis. *Aculeata ſunt, animum fodicant, bona diſſimulant, facta & famam ſauciāt.* Et noto, omnes pæne dictiones minus vſitatas in authoribus, a librarijs & exſcriptoribus, quibus erant incognitæ, inuerecunde corruptas. Vt in illo Senecæ loco *Muſa*, pro *Puſa*, quod repoſui; *folio*, pro *lolio*; *flumine*, pro *flamine*; *libris*, pro *labris*; multæque aliæ de quibus P. Andræam Schotum virum magnum & mihi venerandum in eo authore monui. Prudent. in hymno poſt ieiunium, lapparum meminit. Lappæ mentio in authoribus.

Reddit & pratis viridique campo,
Vibrat implexis vbi nulla lappis
Spina, nec germen ſudibus perarmat
Carduus horrens.

Et in Prophetia Oſeæ c. 9. *Lappa*, inquit, *in domibus eorum*, id eſt, malum eis perpetuo adhærens. Explicatus Oſeæ locus. Sic enim interpretor. Ita Plautus luſit in Caſſina de ſentibus, quæ lappis cognatæ, ob mordacitatem.

OLYMP. *Vide fur, vt ſentes ſub ſigno ducas.*
COC. *Qui vero ſentes?*
OLYMP. *Quia quod tetigere, illico rapiunt: ſi eas ereptum, illico ſcindunt.*
Ita quoquo adueniunt, vbi vbi ſunt, duplici damno dominos multant.

Idem in Truculent.

Meretricem eſſe ſimilem ſentis condecet:
Quæ quem hominem attigerit, profecto
Aut malum, aut damnum dari.

Suet. in Nerone, 48. *Diuulſa ſentibus pænula traiectos ſurculos raſit.* Iuuenal. Satyr. 7. Iuuenalis emendatus.

— *Poſcimus vt ſit*
Non minor antiquo Rubrenus lappa cothurno?

Legerem libenter, *Rabienus Lappa*, & niſi me animus fallit, intelligit de quodam Rabieno, mordaci & amarulento ingenio, qui Rabienus ideo dictus eſt. Idem explicatus. vocatque illum *Lappam* ob mordacitatem: illi enim, vt dicebat idem Poeta,

— *vlcus in ore*
Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.

Seneca in præf. lib. 10. loquens de Labieno. Labienus mordax. *Libertas tanta, vt libertatis nomen excederet, vt quia paſſim homines ordineſque laniabat, Rabienus vocaretur.* Horatius,

Primores populi arripuit populumque tributim.

Quod de iſto Labieno ſcriptum eſt, vt conijcio. Idem author de Perſio:

Siſennas, Barros vt equus præcurreret albis.

id eſt, omnes maledicos. Ergo Iuuenalis, vt illum locum interpreter, vult ſcriptorem non eſurire, vt grande aliquid ſonet: & per interrogatiunculam ſic ait. Labieni mores. Poſcimuſne & optamus vt Rabienus Lappa, id eſt Labienus dentatus & mordax, cuius fœnerator Atreus, id eſt crudelis creditor, pignorat & alueolos, & lænam, quæ ſola in eius ſupellectile, non ſit minor antiquo cothurno, æquetque verſibus antiquas tragœdias? Nam ille Labienus, ait idem Seneca, *ſumma egeſtas erat, ſumma infamia, ſummum odium.* Ideo Iuuenalis de eo ſcribit.

— *Cum fregit ſubſellia verſu,*
Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agauen.

Eloquentia. Carmina Tragica. Et ex hoc loco colligas diſertum ingenium etiam tragœdias compoſuiſſe, ſed non ita fœliciter vt declamauit. Nam *magnus fuit orator*, ait idem Seneca, *qui per multa impedimenta eluctatus, ad famam ingenij, confitentibus magis hominibus,*

minibus, quam volentibus, peruenerat. Ne tamen iſtum Rabienum confundas cum Rubrio, de quo idem Poeta Sat. 4. licet in eodem vitio. Nam hic, ſub Nerone & Veſpaſiano & Domitiano vixit, Rabienus ſub Auguſto. Et ſcripſit Rubrius Satyras. Quod Poeta innuit his verſibus.

Rabienus & Rubrius apud Iuuenalem diuerſi ſunt.

Nec melior vultu, quamuis ignobilis eſſet
Rubrius, offenſæ veteris reus, atque tacendæ,
Et tamen improbior ſatyram ſcribente Cinædo.

Nec te moueat Scholiaſtes Iuuenalis, qui Rubrium fuiſſe ſub Tiberio narrat. Nam ſi ita eſſet, non potuit Rhombi capturæ adfuiſſe, quæ facta ſub Domitiano, & de qua in illa Satyra. Puto autem lubens Rubrium Gallum intelligere, quem vocat Rubrium, quod forte rubido vultu, quemadmodum Sylla crudelis, *lutum ſanguine maceratum* dicebatur, quia niger barba & crinibus, vultum tamen haberet rubentem: vel quod ruborem & pudorem illi Rubrij ſua mordacitate omnibus infunderent. Nam puto ita Plancum mimum fuiſſe appellatum *Rubrium*, quod eius ſalibus vnuſquiſqueruberet. Plin. l. 7. c. 12. niſi forte a *Rubrio medico* id tractum, qui ingens vulnerarius fuit, vt ait idem author l. 29. c. 7. Sed ad iſtas lappagines nimium.

Cur Rubrius vocet Poeta amarulentos ſcriptores.

Plancus mimus.

Rubrius medicus.

3 C. NAVVM ID CÆSARI.] Recte ●poſitum, *Gnarum id Cæſari.* Libri enim veteres *nauum* habent, & C pro G. facit *gnauũ.* Nam in Verrē ita Cicero: *magni & gnaui aratores* (id eſt ſtrenui) *agros latos & fertiles deſererent.* Et ex hoc verbo nomen viri C. Nauum heic finxerunt, quamquam ſcriptum eſſet *Gnarum.* Sic noſter lib. 6. *Gnarum hoc principi.* Et libro 3. in principio: *Gnarum hoc Tiberio fuit.* Et Salluſtius 3. hiſt. *Alij fiducia gnaritatis fugam ſparſi.* lege, *in fugam ſparſi.* Fuere tamen *Naui* apud Romanos ita appellati ob induſtriā. Sic Verrius Flaccus. *Nauus a nauis velociſſimo curſu dictus & a celeritate.* Et Valerius de Auſp. cap. 1. *Attium Nauum Augurem* nominat, vt Liuius, & alij multi. Gnauus igitur ille gnaruſque, qui *Nauũ* iſtum ſuſtulit. Sed addo: principibus nota, quæ multis incognita: Ideo caue de principe turpiter quid dicas. Nam iſtud Sapientis verum eſt. *In cogitatione tua regi ne detrahas: & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt vocem, & qui habet pennas annunciabit ſententiam.* Eccleſ. 10.

Gnauus & nauus idem.
Cicero correctus.
Nauus nomen proprium apud Rom.

Attius Nauus augur.

4 AVDITOS IN FVNERE EIVS, MARTIÆ GEMITVS.] Ergo mulieres in funere virorum? ſic eſt, non modo apud Hebræos, ſed & Græcos, & Romanos, non paganos tantum, ſed Chriſtianos. Nam de Hebræis locus eſt in Euangelio D. Lucæ cap. 7. de matre vidua, quæ funus filij ſequebatur. De Græcis Terentius in Andria, Græcorum morem aſſimilans.

Mulieres in funere.

Apud Hebræos.

Apud Græcos.

-- funus interim
Procedit, ſequimur, ad ſepulcrum venimus,
In ignem poſita eſt, fletur. interea hæc ſoror
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius.

Apuleius lib. 8. Met. *Officijs inferialibus ſtatim factis, puella protinus feſtinat ad maritum ſuum demeare, cunctaſque prorſus pertentat vias.* De Romanis. Plin. 3. epiſt. Adnotaſſe. *Illa,* inquit, *filio ita funus parauit, ita duxit exequias, vt ignoraret maritus.* Dio lib. 56. vbi de funere Auguſti, ait, *adfuiſſe ducendo funeri Senatum, & equites cum coniugibus,* &c. Et Silius l. 10. de funere Pauli poſt Cannas.

Apud Romanos.

Non coniux, natiue aderant, non iuncta propinquo
Sanguine, turba virum, aut celſis de more feretris
Præcedens, priſca exequias decorabat imago.

Petr. Arbiter. *Hæc ergo cum virum extuliſſet, non contenta vulgati moris, funus paſſis proſequi crinibus, aut nudatum pectus in conſpectu frequentiæ plangere* (forte, *plorans tangere* legendũ) *in conditorium etiam proſequuta eſt defunctum.* id eſt viua in conditorio mariti ſibi conditorium fecit. Vnde illud vetus monumentum. D. Hieronymus ad Marcellam de Chriſtianis mulierib. epiſt. 24. *Et tu quidem, non quod futuri incerta eſſes, dolebas, ſed quod triſte funeri obſequium non dediſſes,* Et idem ad Euſtoch. de virg. ſeru. *frater eſt mortuus: ſorori eſt corpuſculum deducendum.* Idem etiam ad Paulum 25. epiſt. *Cum te e medio funeris exanimem referrent.* Multa alia teſtimonia apud authores reperias. Sed vnum noto: mox finio, nunquam pronubas ad funus proceſſiſſe. Syneſius epiſt. 3. Sic Machab. 2. *Omnis maritus ſumpſit lamentum, & quæ ſedebant in thoro maritali lugebant,* id eſt nouæ nuptæ, quod erat pro miraculo. Sed quæro, quomodo Martia potuerit ſequi funus mariti, cum ante extinctam ſcribat Plutarchus libro de loquacitate. Sed in re Romana, magis Romanis credimus, quam Græcis. Græcia enim mendax: Roma magis verax. Græcia fabuloſa eſt & tota de fabulis: Roma magis fida & tota de veritate. Sed in Martia nota iſtud Senecæ patris verum verbum. *Non tam magnum conſilium, virilibus quoque animis graue, commiſi muliebri garrulitati, quæ id ſolum poteſt tacere quod neſcit.* lib. 2. Contr. 5. *O Portia Bruti quantis paſſibus Martiam Fabij anteis? Seruaſti Brutum: hæc Fabium maritum pesſumdedit. ſed tu Catonis vera filia, quod non Fabia.*

Apud Chriſtianos.

Pronubæ nunquam in funeribus.

5 SPIRANTEM ADHVC.] Velleius ſpirantem narrat, & in amplexus Tiberij ruentem, ſed quam vere, non in promptu eſt.

Velleius ſuſpectior de veritate.

Multa celant pauidi ſcriptores, aut nimium blandi.

ait Poeta. Et vt Tacitus dicebat ſupra: *Florentibus ipſis res ob metum falſæ; poſtquam occiderant, in odium compoſitæ ſunt.* Si nullum mendacio pretium, ſcriptis fides adhiberi poteſt: ſed rerum ignorantia ſæpe turbat in hiſtoriis.

6 APVD NOLAM.] Quæ vrbs Campaniæ. nam Prudent. hymno D. Hippolyti:

Nola vrbs Campaniæ.

Concurrit Samnitis atrox, habitator & altæ
Campanus Capuæ, iamque Nolanus adeſt.

Silius lib. 12.

Et Latiæ ſeſe Nolana ad mœnia turmæ
Portantes ſpolia inſigni clamore ferebant.

Et Virg. *--Pœno non peruia Nola.*

Ob negatam Virgilio aquam famam perdidit.

Quia Hannibalem licet victorem non recepit. Exceſſu Auguſti ciuitas nota, Virgilij verſibus ignota. Nam quia Poetæ ſitienti aquam negarat, vrbi inclementi Poeta famã negauit. Idem factitaſſe Homerum de Cumis hi ver-

Idem Homerus de Cumis.

ſus teſtantur ex Homero tranſlati.

Sed iam per ſacræ veſtigia ponere Cumæ
Compita non ſuadet mihi mens, potiuſque remota,
Inque peregrina ſedem mihi quærere terra.

Quæ vox eſt cordati hominis & magnanimi Poetæ.

Celati imperatores mortui vſque dum nouus appareat.

7 Cvstodiis domvm.] Sic Liuius lib. 1. vbi de morte Tarquinij, quam Tanaquil celauerat. *Celata morte per ſpeciem alienæ fungendæ vicis, ſuas opes firmauit.* Hæc in rege facit, quod Liuia in imperatore. Nec diſpar ſucceſſus, vbi par ſexus, vbi par facinus. Et noſter de Agrippina: *poſt Claudij mortem cunctos aditus cuſtodijs clauſerat.* Idem factum narrat Plinius ab Laódice vxore Antiochi. Idem ab Agrippina Neronis: Arte enim opus eſt ad occupanda imperia, & hæc documenta ab imperiorum primordijs, quorum ſymbola ſunt, Cape, Rape. Nam ita D. Cyprianus in epiſtolis: *Quando regnum cum fide incœpit, aut ſine cæde eſſe deſiit?*

Arte opus inuadendis imperijs.

Primum facinus noui principatus fuit Poſthumi Agrippæ cædes: quem ignarum inermumque, quamuis firmatus animo, centurio ægre confecit. Nihil de ea re Tiberius apud ſenatum diſſeruit. Patris iuſſa ſimulabat, quibus præſcripſiſſet [1] tribuno cuſtodiæ adpoſito, ne cunctaretur Agrippam morte adficere, quandoque ipſe ſupremum diem expleuiſſet. Multa ſine dubio, ſæuaque Auguſtus [2] de moribus adoleſcentis [3] * queſtus, vt exilium eius ſenatus conſulto ſanciretur, perfecerat. cæterum [4] * in nullius vnquam ſuorum necem durauit. neque mortem nepoti pro ſecuritate priuigni inlatam [5] credibile erat. [6] propius vero, Tiberium ac Liuiam, [7] illum metu, hanc nouercalibus odijs, ſuſpecti & inuiſi iuuenis cædem feſtinauiſſe. [8] Nuntianti centurioni [9] (vt mos militiæ) factum eſſe quod imperaſſet, [10] neque * imperaſſe ſeſe, & rationem facti reddendam apud ſenatum [11] reſpondit. Quod poſtquam Salluſtius Criſpus particeps ſecretorum (is ad tribunum miſerat codicillos) comperit, metuens ne reus ſubderetur, [12] * iuxta periculoſo, ficta ſeu vera promeret, monuit Liuiam, ne arcana domus, ne conſilia amicorum, [13] miniſteria militum vulgarentur; neue Tiberius [14] vim principatus reſolueret, cuncta ad ſenatum vocando: [15] eam conditionem eſſe imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur.

Qui ſanguine propior propior affectu eſt iure naturæ.

Cædes metu fiunt vel odio.

Vis principatus in ſolo principe ſet.

* queſtus eſt & vt exilium.
* in nullius vnquam ſuorum necem diu durauit.
* imperaſſe ſe, ſed rationem.
* iuxta periculo, ſeu ficta ſeu vera promeret.

1 Tribvno.] Cædes aliquando a Præfectis prætorio, a Tribunis, a Centurionibus, a militibus, a Lictoribus & carnificibus peragebantur. Imperator iubebat, hi exequebantur. iubebat autem viua voce, vt heic, aut codicillis ſubſcriptis, vt in Seneca de Clem. l. 2. his verbis. *Animaduerſurus in latrones duos, Burrus præfectus tuus, vir egregius, & tibi principi natus, exigebat a te ſcribente in quos, & in qua cauſa animaduerti velles. Hoc ſæpe dilatum, vt aliquando fieret, inſtabat. inuitus, inuito cum chartam protuliſſet, traderetque, exclamaſti. Vellem neſcire literas.* id eſt, Vellem non noſſe ſcribendi artem. ſic interpretor. De Præfecto prætorio exempla rara. Noſter Annal. 11. *Claudius nil vltra cunctatus, citus cum militibus, tanquam opprimendo bello, Criſpinum Prætorij præfectum miſit. a quo repertus eſt apud Baias, vincliſque inditis, in vrbem raptus.* Sed non niſi in clarioribus. Tacit. Annal. 13. *Nero trepidus, & interficiendæ matris auidus, non prius differri potuit, quam Burrus* (is erat præf. prætorio) *necem eius promitteret.* ſed licet ijs mandatæ cædes, tamen plerumque per ſpiculatorem peragebantur. Seneca de ira. *Centurio ſupplicio præpoſitus, condere gladium ſpeculatorem iubet.* De ſpiculatoribus l. 6. §. ita, de bon. damnat. *Ita,* inquit, *ſpeculatores neque vltro ſibi vindicent, neque optiones ea ſibi deſiderent.* Speculatores autem milites erant qui ſilentio hoſtilia perſpiciebant, ait Feſtus. Firmicus 8. lib. cap. 26. ita de ijs. *Spiculatores faciet qui nudato gladio hominum amputant ceruices. Herodes ſpiculatorem miſit qui decollaret caput D. Ioannis Baptiſtæ.* Marci 7. c. Suet. in Claud. *Conuiuia inire non auſus eſt niſi vt ſpiculatores cum lanceis circumſtarent.* Lego, *niſi ſpiculatores.* & vbique *ſpiculatores* Suet. vocat, non *ſpeculatores.* Tamen apud alios authores *ſpeculatores* non *ſpiculatores.* Et *ſpicula* ſunt lanceæ militum a Vegetio deſcriptæ. Sane in Tacito ſemper ſpeculatores, vt hiſtor. 1. & totis Annalium libris. Et puto iſtos ſpeculatores eſſe eos quos Gallico verbo vocamus *Eſpions*: nam tacite ſpeculantur quid in caſtris hoſtilibus fiat. De Tribunis noſter Annal. 3. vbi de Piſone. *A Tribuno prætoriæ cohortis deductus eſt vario rumore, cuſtos ſalutis, an mortis exactor.* Annal. 3. *Meſſalina, etiam ictu Tribuni transfigitur.* Annal. 12. *ad Lolliam mittitur Tribunus, a quo ad mortem adigeretur.* Ann.

15. Man-

15. *Mandatum Tribuno, is cædem centurioni imperauit.* Suet. in Caligula cap. 23. *fratrem Tiberium inopinantem immiſſo Tribuno militum interemit.* Et in morte Senecæ: *Denunciat Tribuno, & Centurionibus, exequi cædem. Ita imperatorem iubere.* De Centurionibus Annal. 6. noſter: *oſtenderet nepotem* (loquitur de Druſo filio Germ.) *ſub verbere Centurionis, inter ſeruorum ictus, alimenta triſtia orantem.* Et lib. 1. *In mortem Centurioni ferrum diſtringenti.* & Annal. 16. *miſſus Centurio, qui cædem eius maturaret.* Et Suetonius in Caio de Cæſonia cap. 59. *Cæſonia gladio a Centurione confoſſa.* De militibus noſter 1. hiſt. de interitu Galbæ: *Crebrior fama tradit Camurium xv. legionis militem impreſſo gladio iugulum eius hauſiſſe.* Et in Annalibus, infra, vbi loquitur de Sempronio Graccho Iuliæ adultero: *Tunc milites ad cædem miſſi.* Suet. in Caio: *Miles decolandi artifex quibuſcunque e cuſtodia capita amputabat.* Nam militum erat munus. Tertull. in apolog. *in crimine læſæ maieſtatis, omnis homo miles eſt.* id eſt, exequendæ cædis capax. ſic interpretor. Et ſic interpretari oportet eumdem authorem lib. de Corona. *Pretio operabitur filius pacis, cui nec litigare conuenit?* (nam Chriſtiani omnes lites execrabantur) *& vincula, & carcerem, & tormenta & ſupplicia adminiſtrabit, nec ſuarum vltor iniuriarum?* Erant enim hæc omnia militum munia. noſter infra. *Eundem ergo Senatum conſulendum, quoties ſupplicia aut prælia indicuntur?* Vides *ſupplicia*, & *prælia* ſimul iuncta, quæ ſunt militaris manus operæ? De manipulo etiam noſter li. 14. Ann. in morte Plautij. *Centurioni & manipulo quaſi ſatellitibus miniſtrum regium præpoſuerat.* De lictoribus. *I lictor, manum endo iacito: caput obnubito: infelici arbori ſuſpendito.* De carnifice etiam Tacitus, vbi de filia Seiani: *A carnifice*, inquit, *iuxta laqueum compreſſa.* Quintilianus noua declamat. 371. nam hæ declamationes nuuper repertæ, quæ non ſunt veteris Quintiliani. *Carnifex manus abſtulit.* Et Seneca epiſt. 13. *Aliquis carnifici ſuo ſuperſtes fuit.* Hi autem neque ciues erant, neque inter ciues morabantur, ſed extra vrbem, & in Eſquilijs, erantque Senatus & magiſtratuū executores. Tamen ſub Claudio carnifex in vrbe. Nam Suet. in Claudio. c. 34. *accitum carnificem ab vrbe veſperam vſque opperiri perſeuerauit.* ſed vrbs pro ſuburbio heic. Idem in Tiberio cap. 54. *Putant Neronem ad voluntariam mortem coactum, cum ei carnifex ex Senatus authoritate miſſus, laqueos & vncos oſtentaret.* Horatius de carnifice.

Deijcere e ſaxo ciues, aut tradere Cadmo.

Quod nomē puto fuiſſe carnificis, & per deridiculum ita dictum, vt quemadmodum Cadmus litterarum inuentor, ita etiam magnum Π & Θ faciat litteras nouas. *κ tibi ſit obſcœno.* inquit ille. Et Iuuenalis eodem ſenſu dixit:

Et potis eſt nigrum vero præfigere Theta?

Sic Auſonius *Theta ſectilem* dixit epigr. 119. Et Plautus in Aulul. *facere litteram longam.* ingenioſe hercle, & ex Plautina mente plena delitiarum & facetiarum.

Militibus.

Tertullianus explicatus.

Prælia & ſupplicia militum operæ.

Manipulis mādata cædes.

Carnifex Senatus & magiſtratuum executor.

Quid Cadmus carnifex apud Horatium.

2 De moribus adolescentis.] Qui ſtolide ferox, vt ait noſter, & robur ſine prudentia, & inconditæ vires. Quæ eſt definitio iuuentutis. Ita de Agrippa ſentit Scholiaſtes Iuuenalis. nam Agrippa hic in Auguſtum nimis fuit iniurioſus, quem proſcindebat quaſi paternorum bonorum prædonem. Dio lib. 54. ex Xiphil. Et ſane multa Agrippæ bona ad Auguſtum redierunt poſt eius mortem. Quod erat diſſimulandum aut tolerandum, non verbis exacerbandum in dedecus Auguſti. Sed nihil æque Agrippæ nocuit, quam Liuiæ odium. Nam improuidus iuuenis eam inſectabatur verbis amarulentis, quæ vlta eſt. Dio eodem loco. Et ſenſit verum iſtud Euripidis: Θυμὸς μέγιστον αἴτιος κακῶν βροτοῖς. *Maximorum cauſam hæc fuiſſe malorū hominibus.* Tamen vetus interpres Iuuenalis ait inceſtum commiſiſſe cum ſorore Iulia, *& pro ea* (lege, *& propterea*) *ab Auguſto*, inquit, *relegatus eſt.* Interpretare etiam Sueton. cap. 55. Aug. qui ſcribit Auguſtum vetuiſſe ali infantem ex nepte Iulia poſt dominationem editum. Nam inceſtuoſi partus iure ciuili nec agnoſcuntur, nec aluntur. Et hic infans erat ex Agrippa fratre, qui primo Surrentum, mox in inſulam Planaſiam relegatus eſt. Suet. eodem. vide ergo an iure ſcripſerit ſupra Tacitus, *nullius flagitij compertum.* Credis authoribus? Non compertum flagitij, ſed conuictum habes. Sed quod vocat flagitium noſter, crimen eſt maieſtatis, a quo Agrippa vacuus. & ita interpretor, ne obliuionis damnetur noſter author.

3 Qvestvs vt exilivm.] Lego, *queſtus eſt & vi exilium.* Nam ita ſuppleri debet, & exſcribentium ars eſt. Noſter lib. 3. *Domitius Corbulo de Sulla queſtus eſt.* Apud Plautum & Comicos. vt in Amphitr. *Præfectus ſi legionibus*, pro *præfectus eſt.* Et in Curcul. *Haud quiſquam ſi*, pro *haud quiſquam eſt.* Quod autem dicit, *in nullius necem diu durauit*, hoc ex moribus boni principis & patris optimi. De patribus Quint. Decl. 322. *Nunquā hi affectus* (loquitur de paternis) *in tantū vincuntur odio vt non ad naturā ſuā reuertantur.* Et de principibus Hom. Odyſſ. 2. Πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν. *Mitis erat patris inſtar.* Ideo principes patris nomen capiunt, ſemper amandum, ſemper venerandum.

4 In nvllivs vnqvam svorvm necem dvravit.] Lege, *Cæterum in nullius vnquam ſuorum necem diu durauit.* & in verbo *durauit*, *diu* ſuppletur. & ſcriptura hoc deſiderat.

5 Credibile erat.] Recte ſcriptum, *credibile.* nam *naturæ iura non niſi magnis ſceleribus intereunt*, ait Seneca pater. *Sunt*, inquit Quintilianus, *quædā crimina, quæ ipſa magnitudine fidem non impetrant. parricidium aliquando legem non habuit. Quis enim ſe facile vinclis naturæ exoluat? Itaq. ad tantū nefas, magno oportet ſcelere parricida veniat, & per hominum deorumque contemptum, ad vltimum nefas.* Sic Calpurn. Flac. 4. decl. *Etiam cum creditur parricidium non liquet.* Dio varios de hac cæde rumores ſparſos narrat. ſed hi rumores non tangunt ambitioſorum mores, quibus iſta contemnere pretium eſt. Rumor ambitioſo vanus & inanis timor.

6 Propivs vero.] Id eſt, veriſimile magis eſt. Verum officium ſcriptoris hiſtoriarum eſt cauſas geſtarum rerum ſcrutari. Sēpron. Aſellio aut Aſella, in frag. *Inter eos qui*

Mores poſthumi Agrippæ.

Liuia poſthumum Agrippā odit.

Inceſtuoſus Agrippa poſthumus.

Suetonius explicatus.

Iura naturæ vix pereunt.

Parricidium vix creditur.

In principe bono.

Differentia Annalium & hiſtoriarum.

Annales relinquere voluiſſent, & eos qui res geſtas a Romanis præſcribere conati eſſent, omnium rerum hoc interfuit. Annales tantummodo quod factum, quoque anno geſtum ſit id demonſtrabant. Id eorum eſt quaſi qui diarium ſcribunt, quod ἐφημερίδα *vocant. Nobis non modo ſatis eſſe video quod factum eſſet id pronuntiare, ſed etiam quo conſilio, quaque ratione geſta eſſent demonſtrare.* Quod Tacitus exequitur, nec Tacito quiſquam melius inter veteres: quod Annales & hiſtoriæ demonſtrant.

7 Illvm metv, hanc novercalibvs odiis.] Metu, ne Auguſtus factus Agrippa, Tiberium opprimeret: odijs, quorum impotentes fœminæ, ſed nouercæ inter fœminas. Nam nouerca dicitur quaſi *nouum diſſidium familiæ.* Inde prouerbium, ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα, *vipera non elementior.* Quintilianus noua decl. 327. *En inauditum antea crimen: nouerca nimirum dicitur amare priuignos.* Iuuenal. Sat. 6.

Amor nouercarum in priuignos miraculum eſt.

-- nemo repugnet,
Nemo vetet, iam iam priuignum occidere fas eſt.

Odium in priuignos veluti lex nouercis.

Fas eſt. nam corrupta Rep. *conſenſere iura peccatis.* Et *inter Romanos prima nouerca Annia dicta*, inquit Santra 2. de verborum antiquitate, & Verrius Flaccus in verbo *Nouerca.*

8 Nvntianti Centvrioni.] Simile eſt illud apud Sueton. cap. 29. in Claudio, vbi de morte viri Conſularis: *Renuncianti*, inquit, *Centurioni, factum eſſe quod imperaſſet, & negaret quidquam ſe imperaſſe, nihilominus rem comprobaret; affirmantibus libertis milites officio functos, quod ad vltionem imperatoris vltro procurriſſent.* Et ſane non requirit mandatum quod de honeſtate præſtandum eſt vel ex officio.

Princeps indigna qui imperat.

9 Vt mos.] In Euangelio D. Lucæ ait ſeruus domino: καὶ εἶπεν ὁ δοῦλος, κύριε, γέγονεν ὡς ἐπέταξας. *factum eſt vt imperaſti.* c. 14. Et in re militari alter ille Centurio: λέγω τούτῳ, πορεύθητι, καὶ πορεύεται. *Dico huic, vade, & vadit.* Et ſane diſciplina militaris, *ſolo imperio & obſequio continetur.* Nam pereunte obſequio, diſciplina intercidit. *Non eget Reſpub. ciue, qui neſciat obſequi*, vt dicebat Curio apud Liuium. Scite hercle, & ex veteri Rep. quæ vere Reſpub. fuit, imperio & obſequio potens.

Imperio & obſequio militia continetur.

10 Neqve imperasse sese.] Quid ſi legatur, *imperaſſe ſe?* Quadrigarius tamen vtitur verbo *ſeſe* apud Gel. lib. 17. cap. 2. ſic enim ſcribit: *Seſe ne id quoque tum ſuaderet, facturum eſſe.* De ſyllaba agitur, non de orbe terrarum. Moneo tantum, ita legendum ex veris: *Neque imperaſſe ſe, ſed rationem facti reddendam apud Senatum.* Et illud (*ſed*) corruptum in verbis (*ſe &*) ſic enim habet Sueton. cap. 22. in Tiberio, totamque hanc clauſulam ijſdem verbis exequitur quibus Tacitus. Diſpar in eo, quod Tribunum nominat, quem noſter Centurionem. Eſt idem error in Plinio Nat. hiſt. 7. cap. 53. *Fœlice Ruſſato auriga elato vnum ex fauentibus in rogum eius iecisse ſeſe. friuolum dictu.* Vbi lego: *iecisse ſe, ſed friuolum dictu*, &c. Quod autem ait, *neque imperaſſe ſe*, Capitol. in Seuero eadem narrat, his verbis. *Poſt eorum mortem negabat ſe fieri iuſsiſſe quod factum eſt.* id eſt, non iuſſiſſe Senatores iugulari. Eſt & aliquid ſimile l. 1. hiſt. apud noſtrum. *Obuius in palatio Iulius Atticus ſpeculator cruentum gladium oſtentans, occiſum a ſe Othonem clamauit. Et Galba: Commilito, quis iuſsit?* Nam imperatoris erat iubere, militis exequi. Dio lib. 57. ait Tiberium minatum ei qui occidiſſet Agrippam, non tamen vltum. Sed hoc ex arcanis dominationis Romanæ, quæ aliud in fronte, aliud in receſſu.

Tacitus in ſyllaba correctus.

11 Sallvstivs Crispvs.] Non is eſt quem Horatius inſanijſſe in libertas dixit, quippe erat eius auunculus: ſcriptor certe elegans, ſed qui aliter vixit; quam ſcripſit. nominatur autem hic noſter a Plinio *Auguſti amicus*, lib. 34. cap. 2. Et ad eum eſt Horatij oda 2. lib. 2. Cuius ingenium diſce a Tacito ipſo li. 3. *Criſpum*, inquit, *equeſtri loco, Caius Salluſtius rerum Romanorum florentiſsimus author, ſororis nepotem in nomen aſciuit. Atque ille, quanquam promptus ad capeſſendos honores aditu, Mæcenatem æmulatus, ſine dignitate ſenatoria, multos triumphalium Conſulariumque potentia anteijt, diuerſus a veterum inſtituto, per cultum & munditias, copiaque & affluentia luxu propior. Suberat tamen vigor animi ingentibus negotijs par, eo acrior, quo ſomnium & inertiam magis oſtendebat. Igitur incolumi Mæcenate proximus, mox præcipuus, cui ſecreta imperatorum inniterentur, & interficiendi Poſthumi Agrippæ conſcius, ætate prouecta, ſpeciem magis in amicitia principis, quam vim tenuit. Idque & Mæcenati acciderat*, cuius fuit ſimia. Nam olim in amicitia Auguſti, e cohorte prima, extitit, virque fuit interioris admiſſionis, magnus palpator, magnus ſimulator. Sed de eo alias. Habet enim ſectatores multos & magnos his temporibus qui in ſimulatione ſummum bonum ponunt.

Salluſtius ſcriptor aliter vixit, aliter ſcripſit. Salluſtius nepos Auguſti amicus. Ab eo ai Salluſtianum. Eius mores ex Tacito.

Sub inertia celata ſedulitas.

Quod vtile curialibus.

12 Ivxta periculoso.] At non hic Taciti lepos, nec Latina oratio eſt. Lege meo periculo: *Iuxta periculo, ſeu ficta, ſeu vera promeret*: id eſt, (vt ego interpretor) ſiue imperatam a Tiberio cædem diceret, quod erat verum; ſeu præſcriptam ab Auguſto, quod erat falſum, periculum iuxta erat. Nam ſi a Tiberio, paratum erat Tiberij odium, ſua arcana detegi non ferentis. Si ab Auguſto, periculum; quod ab Auguſto nullos haberet de cæde mandata codicillos, quod parricidium in Auguſto non crederetur, quod de cæde principis ageretur, & iuuenis, & immerentis, & ex Auguſti ſobole reſtantis, & Agrippam patrem ſua præſentia referentis. Itaque nota in principum rebus gerendis lubricum iter. Cæterum Liuiana eſt hæc formula loquendi, ſic ſcribit: *propius periculo fuerunt qui vicere.* Et Salluſtius, *Propius virtuti.* In Catil. Et addit, *ſeu ficta ſeu vera.* Nam noſter ſæpe his disiunctiuis vtitur, vt Annal. 4. *Renidens vultu, ſeu loqueretur, ſeu taceret.* & Ann. 6. *Compoſuerat quædam in Cæſarem, ſeu ficto habita fides.* & Annal. 15. *vt raptus licentius exerceret, ſeu iuſſu.* Merito ergo hunc tenebrionem ſoli reddimus & luci. Ludimus ſcrupis, inquies, nos qui minutias iſtas ſectamur. Sed nec abſurde ludimus, vt Taciti mens legenti pateat.

Tacitus correctus.

Explicatus.

Principum odium in arcanorum detectores.

Parricidium in Auguſto non credibile.

13 Minis-

13 MINISTERIA MILITVM.] Quia miles miniſter imperatoriæ poteſtatis. Tertull. *Omnis homo miles eſt*, id eſt, miniſter & obſequens, in Apologet. Sic iubet fas obſequij & mos diſciplinæ. Marmor vetus Interamne. DIOCLES. TI. CÆSARIS. MINISTER. GERMANICIANVS. NATIONE. GALLOGRÆC.

4 VIM PRINCIPATVS RESOLVERET, CVNCTA AD SENATVM VOCANDO.] Quod omnes metuunt principes. Citius enim de corio, quam de imperio detrahi quidquam patiantur. Non immerito, cum imminutio patrimonij publici, ſit ſcelus, vt & priuati. Nam Horatius ita de moribus Romanorum, vbi de priuato patrimonio:

Præclarum ingrata ſtrinxit malus ingluuie rem.

Et alibi:

Si neque maiorem feci ratione mala rem,
Nec ſum facturus vitio, culpave minorem.

At Salluſtius hic aulæ mancipium Tiberianæ, norat qua arte princeps eſſet perſuadendus. quod præuidit & ideo prouidit. Nam principes de imperio, vt de corio ſunt ſolliciti. Sic ille in Claudio Albino, vbi de cura imperij. *Qui aſſerit a Senatu oportere totam Remp. regi, is per Senatum ſibi petit imperium.* Et ſunt verba imperium ſibi ſeruari cupientis. Principis cura erat detrahere omnia Senatui, & prouidere ne Senatus illi detraheret. ita factum conſilio Salluſtij. Cæterum, omnes multi, Senatus Rom. hoſtes fuere. Nam *curia*, vt ait Valerius, *fidum & altum Reip. pectus eſt*; qua ſublata, magno impetu vitia feruntur in bonos mores. Infra, vox ſeditioſi eſt militis: *nouum id plane, quod imperator ſola militis commoda ad Senatum reijciat.* Et alterius perditi: *veniſſe patrum iuſſu, qui irrita facerent quæ per ſeditionem expreſſerant.* apud Lucanum ita narratur:

Bonus princeps bono Senatui amicus.

Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere iuſta
Incipit.

Vatinij impuri impurius dictū.

Nec ſileo Vatinij impuri impurius dictum ad Neronem: *Odi te, Cæſar, quod Senator es.* At melius Tiberius, regnandi nondum vetus, id eſt, nondum verſipellis. *Cætera ſenatui ſeruanda, quem neque gratiæ, neque ſeueritatis expertem haberi par eſſet.* Et ſapientius Capito noſter Iuriſconſultus, niſi adulatio tecta ſuam fœdaſſet ſententiam; *Non debere patribus eripi iura de reo cognoſcendi & ſtatuendi.* Certe non debent, ſi in iudicando bonā mentem habēt. Non abeo præterito Taciti de Senatu loco elegantiſſimo 1. hiſt. *Nationes quaſdam occupauit Vitellius. imaginem quandam exercitus habet. Senatus nobiſcum eſt. ſic fit vt hinc Reſp. inde hoſtes Reip. conſtiterint. Quid? vos pulcherrimam hanc vrbem domibus & tectis & congeſtu lapidum ſtare creditis? Muta iſta & inania intercidere & reparari promiſcue poſſunt, æternitas rerum & pax gentium & mea cum veſtra ſalus, incolumitate Senatus firmatur. Sicut a maioribus accepimus, ſic poſteris tradamus.* Oratio pro Senatu plena dignitatis, plena veritatis, quâ abutebatur Vitellius.

15 EAM CONDITIONEM ESSE IMPERANDI.] Firmat hæc Florus his verbis. *Gratulandum*, inquit, *in tanta perturbatione eſt, quod potiſſimum ad Octauium Cæſarem Auguſtum ſumma rerum rediit, qui ſapientia ſua atque ſolertia perculſum vndique & perturbatum ordinauit imperij corpus: quod nunquam coire, aut conſentire potuiſſet, niſi vnius præſidis nutu, quaſi anima ac mente, regeretur.* Nam, vt ait Homerus Iliad. 2.

Vnius dominatio.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.
Non bona eſt multorum dominatio; vnus dominus eſto.

D. Hieronym. ad Ruſtic. monachum hoc firmat. *Grues vnam ſequuntur ordine literato. imperator vnus, iudex vnus, vnius prouinciæ. Roma vt condita eſt, duos fratres ſimul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebeccæ vtero, Eſau & Iacob bella geſſerunt. Singuli Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archiepiſcopi, ſinguli Archidiaconi, & omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur. In naui vnus gubernator, in domo vnus dominus, in quamuis grandi exercitu vnius ſignum expectatur.* Et ante Diuum Hieronymum D. Cyprianus ad Demetrianū, niſi fallor. *Quos vnius vteri ſuſcepit hoſpitiū, vnius regni non capit conſortium.* Aſinius Gallus infra. *Non idcirco interrogatum*, ait, *vt diuiderentur quæ ſeparari nequirent, ſed vt ſua confeſſione argueretur, vnum eſſe Reipublicæ corpus, atque vnius animo regendum.* Sic inter Laconica veterum Francorum extant iſta in ædibus publicis vrbis Pariſienſis. VNVS DEVS, VNA FIDES, VNVS REX, VNA LEX. Et his ſtetit imperium Francorum, incolume per annos mille & quadringentos, ſtabitque tandiu, quandiu hæc erunt. Quod vero ait non aliter conſtare rationem; idem D. Cyprian. epiſt. ad Pomponianum firmat hanc formam ſcribendi. *Non*, inquit, *putat ſibi vitæ & necis conſtare rationem.* Et idem epiſtola, quæ incipit *Dominus. de quibus*, ait, *ratio conſtiterit, quid poſt commiſſum egerint.* Seneca 1. epiſtolarum: *Ratio mihi conſtat.* Ergo hæc ſcriptio proba & authoribus vſitata & a Iuriſconſultis firmata, l. 17. § ſi iuſſu. de iniur. D. lib. 15. de re milit. l. 1. D. de obſeq. parent. præſt. æquum eſt vt maneat inoffenſa & illæſa.

Inter homines etiam. *Apud Romanos.* *Apud Iudæos.* *Apud Chriſtianos.*

Duorum imperium. diſſidium eſt.

Laconica Francorum.

Conſtat ratio, apud authores.

Falſus populus falſum ſibi dat principem.

At Romæ [1] ruere in ſeruitium Conſules, Patres, Eques: quanto quis inluſtrior, tanto magis falſi ac feſtinantes, vultuque compoſito, ne læti exceſſu principis, neu triſtiores primordio, [2] lachrymas, gaudium, queſtus * adulatione miſcebant. [3] Sextus Pompeius, [4] Sext. Apuleius Coſſ. Primi [5] in verba Tiberij Cæſaris iurauere, apudq. eos [6] Seius Strabo, & [7] C. Turranius, [8] ille prætoriarum cohortium [9] præfectus, hic annonæ. mox ſenatus, mileſque, & populus. Nam Tiberius cuncta

* adulationem

Nouus princeps nouo ſacramēto ſuos ſibi firmet.

Nouator vela veſtutatis ſumat.

per conſules incipiebat, tanquam vetere Repub. [11] * & ambiguus imperandi. [12] ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, [13] niſi tribunitiæ poteſtatis præſcriptione poſuit, ſub Auguſto acceptæ.

** Et ambiguus*

Mos ſcribendi Tacito.

1 RVERE IN SERVITIVM CONSVLES, PATRES, EQVES.] Id eſt tota Roma. Nam Auſon. ita:

Martia Roma triplex, equitatu, plebe, ſenatu.

Tert. *Nihil hoſticum de Senatu, de equite, de caſtris, de palatijs iſtis ſpirant.* Cæterum hoc verborum præcipiti decurſu Tacitus exactiſſimus ſcriptor, feſtinationem oſtendit ad ſeruitium, quemadmodum ad libertatem difficilis eſt & piger regreſſus. Et nota authorem vſum verbo (*ruere*) quod præcipiti pede iretur a libertate ad adulationem, ab adulatione ad ſeruitium, a ſeruitio ad exitium Reip. quod contigit ſtatim. Vnde illa vox Tiberij: *O homines ad ſeruitutem natos!* Vſus eſt etiam verbo, *vergere.* nam ſic noſter ſupra loquitur: *Illuc cuncta vergere, filius, collega imperij, conſors tribunitiæ poteſtatis.* vt quod dictum pictum putes. Sic Virgilius libro 10. Æn. vtitur verbo *ruere*:

Facilis ad ſeruitium deſcenſus.

Ad libertatem difficilis regreſſus.

Quo moriture ruis, maioraque viribus audes?

Et alibi: *— ruit alto a culmine Troia.*

— ruit imbriferum Ver.

Nam ſubitos imbres multo cadentes impetu, mox ſubſiſtentes arbitrere. Non pudet iſtos curculiunculos minutulos fabulari, vt ait Plautus, quia faciant ad Taciti noſcendum ingenium, quod qui nouit, non pauca nouit.

Excuſa Taciti lectio firmata.

2 LACRYMAS, GAVDIVM, QVESTVS, ADVLATIONE MISCEBANT.] Vera ſcriptio Taciti, *adulationem miſcebant.* nam (*m*) inſeruit duabus dictionibus: quod in manuſcriptis frequens eſt. Annal. 11. eadem pæne, & ijſdem quaſi verbis, vbi loquitur de Claudio, in morte Meſſalinæ. *Ne ſequutis quidem diebus, odij, gaudij, iræ, triſtitiæ, vllius denique humani affectus ſigna dedit.* Et infra: *inuidiam, miſericordiam, metum, & iras permouerent.* Deinde: *in queſtus, lacrymas, vota effundi.* Idem li. 2. *dolor, ira, & erumpebant queſtus.* quæ ſunt noſtræ mortalitatis alternationes & euripi. Igitur ne muta, ſed veram lectionem puta, & dic de lacrymis:

Populorum inſtabilitas.

-- Molliſſima corda
Humano generi dare ſe natura fatetur
Quæ lacrymas dedit: hæc noſtri pars optima ſenſus,
Quem nos cæleſti demiſſum traximus arce.

3 SEXTVS POMPEIVS CONSVL.] Qui Auguſto iunctus, ait Dio lib. 56. ſed conſanguinitate an affinitate non dicit, quamuis primum nominat, vt noſter heic, quia *primus Conſul renuntiatus.* Quod magnum decus. Quippe Auſonius in gratiarum actione. *Conſulatus*, inquit, *meus orat atque obſecratur, vt obnoxiam tibi vni ſinas fieri eius dignitatem, quem omnibus prætuliſti: quod quidem & ipſe ſibi inuenit gradus,* (lege, *quoſque idem ipſe*, id eſt ipſe Conſulatus, *ſibi inuenit gradus*, vt comitiuam, quæſturam, præfecturam, per quas itur ad Conſulatum) *clariſſimo viro collega meo honore coniunctus, nuncupatione prælatus.* Sic Cato apud Feſtum dixit, *Tribunum primarium*, quod primus eſſet centurio legionis. Veget. l. 2. c. 8. Sic *Ædilis primus* dictus, ſic *Quæſtor*, ſic *Primicerius*, id eſt, primus principis notarius, ſic *ſecundarius.* Scribit de Sex. Pompeio Ouidius l. 4. de Ponto eleg. 4. his verbis:

Sextus Pompeius iunctus Auguſto.

Conſule Pompeio, quo non tibi charior alter,
Candidus & fælix proximus annus erit.

Et noto ex hoc loco quod labēte imperio, imperij principes primi labuntur in adulationē, vt hic Pompeius Conſul. Fuitque eo Conſule ſingulare omen morituri Conſulatus ſub Cæſaribus (vt Dio narrat lib. 3.) quod Auguſto mortuo, cum Sextus Pompeius Conſul de quo heic agitur, corpori iret obuiam, adeo crure vulneratus eſt vt in vrbem, vna cum Auguſto mortuo, lecticæ impoſitus deduceretur. Fuit eloquens, ait Tacitus. Nam li. 3. Piſo accuſatus eum patronum petiuit, ſed habuit excuſantem ſe, non defendentem.

Omen morituri Conſulatus ſub Cæſaribus.

Eloquens Sextus Pompeius.

4 SEXTVS APVLEIVS.] Filius, vt conijcio, Sexti Apuleij, qui cum Auguſto Conſul fuit Auguſtique cognatus, quinto eius Conſulatu, ad quem eſt Horatij l. 1. oda 4. male Sextius vocatus. Et notandum, patre Conſule, in acta Auguſti iuratum fuiſſe. Dio lib. 51. filio Conſule, in verba Tiberij, vt heic. Puto autem iuſiurandum iſtud, de quo heic noſter, fuiſſe habitum primo die, quo Tiberius ingreſſus eſt Curiam, & de quo ita Sueton. cap. 70. in Tiberio. *Qua prima die, poſt exceſſum Auguſti, curiam intrauit, quaſi pietati ſimul ac religioni ſatisfacturus, Minois exemplo thure quidem, ac vino, verum ſine tubicine ſupplicauit, vt ille olim in morte filij.* Et cur *ſine tubicine*? ne paternum dolorem lenire velle, tubicine interpoſito, videretur, per ſe firmus ſatis contra mœſtitiam. Vel quod verius, vt Tiberius oſtenderet ſe adeo precationi intentum futurum vt nihil audire poſſet precando quod animum ſuum moueret. Olim enim Tibicen in ſacris, nequid funeſti & mali ominis inter ſacra exaudiretur, aut irrumperet. Sic funeribus, vt ſacrificijs, tibicines adhibiti. Varro de vita P. R. lib. 4. Nam in tibia mœſtum carmen, quod teſtantur authores & Ouidius libro ſexto. Faſt.

Vt ſub patre, ita ſub Apuleio filio iuratum in verba Cæſarum.

Sueto. explicatur.

Decet principem obſirmatum pectus.

Tibicines funeribus adhibiti. Et cur.

Cantabat mœſtis tibia funeribus.

Horatius in Arte:

— conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Quanquam inter tubam & tibiam differentiam ponat Seruius ad lib. 5. Æn. & ſcribat maioris ætatis funera ad tubam proferri, minoris ad tibias. Sed nunc nihil nobis cum iſtis tibijs.

5 IN VERBA TIBERII.] Ne ita interpreteris quaſi iurauerint eius imperijs ſe obſecuturos. Nam nec ipſe Tiberius, qui in ſpeciem recuſabat imperium, ſibi cōſtitiſſet. ſed cape iuraſſe in acta Auguſti Tiberio præeunte. Nam Dio ait l. 57. *Tiberium in acta Auguſti iuraſſe & ſacramento reliquos adegiſſe.* Sic enim ſolebant: & in

Tacitus elucidatus.

Ritus iurandi in leges ſub Cæſaribus.

castris

caſtris dux primus iurabat, mox in eius verba milites. Noſter author hiſt. 4. de Ciuili: *Ceterum neque quemquam Batauum in verba Gallicarum adegit*. Et Annal. lib. 4. *Apidium Merulam, quod in acta D. Auguſti non iurauerat, albo Senatorio eraſit*. Vel dic iuraſſe in leges, tenentes aram, & Tiberio præeunte. Vnde Symmachus de trad. Baſilicis: *Vbi in leges veſtras, & verba iurabimus*: Quippe illa ara Victoriæ erat, quæ a Chriſtianis imperatoribus poſtea diruta. At Papinius de 16. Conſ. Domit. ſic de iureiurando Senatus.

Omnia iuſſiſti componere bella, nouique
In leges iurare fori.

Præeunte Cæſare.
In vet. Rep. milites iurabant in verba imperat.

Et ita iurari ſolitum priſcis Romanis, vt docet Liuius in fine lib. 31. Verum heic Tiberio verbis præeunte, & iuriſiurandi formulam pronunciante. Sic de milite idem Liuius lib. 28. *nominatim & viritim iurati milites in verba P. Scipionis*. Et noſter infra: *Germanos, Sequanos proximos, & Belgarum ciuitates in verba eius adegit*. Nam primum militis vinculum, ſacramentum eſt. Ita Cæſar de bello Ciuili 2. *Princeps Petreius in hæc verba iurat. Ad idem iuſiurandum adigit Afranium, ſubſequuntur Tribuni militum*. Plaut. in Rud. de iureiurando priuatorum, vbi etiam præitio.

Præibant verbis etiam priuati.

GR. *Accede dü huc, Venus hæc volo arroget te.*
LAB. *Quod tibi libet, id mihi impera.* GR. *Tange aram hanc Veneris.* LAB. *Tango.*
GRIP. *Per Venerem hanc iurandum eſt tibi.* LAB. *Quid iurem?* GRI. *Quod iubebo.*
LAB. *Præi verbis quiduis, id quod domi eſt, numquam vlli ſupplicabo.*
GRIP. *Tene aram hanc.* LAB. *Teneo.*

Et Pontifices.

Sic idem Liuius lib. 8. de Pontificibus cum præitione: *Agedum Pontifex publicus P. R. præi verba, quibus me pro legionibus deuoueam*. hæc Decius Conſul. Sic Pontifices ſummi apud Romanos, ſolemnia ſacrificiorum verba pronunciabant, aliquo præeunte, ne errarent, dabaturque cuſtos qui id curaret magna ſedulitate. Suet. in Claudio 22. *vtque ob dira aut in vrbe aut in Capitolio viſa, obſecratio haberetur, eamque ipſe iure Max. Pont. commonito pro roſtris populo, præiret*. Sed Plinio Magno nemo melius lib. 28. cap. 2. *Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus. Et ne quid verborum prætereatur aut præpoſterum dicatur, de ſcripto præire aliquem, rurſuſque alium cuſtodem dari qui attendat, alium vero præponi qui faueri linguis iubeat*. Nam vetus hic precationis publicæ mos. qui viguit apud Chriſtianos & viget adhuc. nam D. Simplicianus fuit monitor D. Ambroſij. D. Auguſt. Confeſſ. lib. 8. cap. 2. & vbi ſummus Pontifex ſacra facit, vt etiam alij Pontifices monitores habent. Et hoc eſt quod ait Tertull. in Apolog. *Chriſtianos precari ſine monitore*. Quod accipio de priuata oratione, non de publica operatione, in qua monitor adſtabat. Monitorum vero meminit Iuſtinianus, Nouella 3. quos ὑποβολεῖς vocat. Plin. nepos epiſt. ad Traianum, ait *ſe præeunte quoſdam ex Chriſtianis, dijs ſacrificaſſe*. Cape igitur quod iurarint in acta Auguſti. Dio ait Auguſto 5. Conſule, cum vrbem e Græcia rediens intraſſet, contendiſſe omnes ab eo, vt quas vellet leges ferret, & emendaret; iureiurando profitentes ſe obſeruaturos, & exequuturos omnia quæ vellet: ſed remiſiſſe ſcribit iuſiurandum, quod quæ animo promiſiſſent, animo eſſent exequuturi. At vbi iurarunt in acta Auguſti, etiam imperium Tiberio addixerunt, quod imperium eſſet inter acta.

Apud Chriſtianos nemo præibat.
Sed in priuata, non publica oratione.

6 SEIVS STRABO.] Qui Ælij Seiani pater, fortunæ varietate notabilis, & qui *filium collegam habuit, mox ſucceſſorem, poſtquam in Ægyptum miſſus eſt*, ait Velleius, id eſt, vt interpretor, factus eſt præfectus Ægypti. Nam erat eques Romanus, & ex modicis equitibus, quibus illa præfectura aſſignata. Dio l. 57. Noſter infra: *Simul prætorij præfectus Ælius Seianus, collega patri ſuo Straboni datus, magna apud Tiberium authoritate*. Magna certe, & forſan nimia, vt multis, ſic in primis ſibi: qui ſi occupandæ Reipub. animum habuit, iure cæſus, vt ait Velleius de Graccho. *Seiani* autem a ſerendo dicti, vt Segeſta a ſegetibus appellata eſt priſcis Romanis. Plin. 18. Nat. hiſt. c. 2. Sed nihil hic Seianus ſeminauit boni, niſi ſibi excidium, imperatori Tiberio dedecus, Reipub. vero periculum ſummum.

7 C. TVRRANIVS.] Quem ſub Claudio fuiſſe præfectum prætorio, tueri poſſis, Tacito ita ſcribente l. 5. Annal. *Præfectum Turranium poſt Lucium Getam Prætorianis impoſitũ*. Cicero mentionẽ facit cuiuſdam *Turranij*, 1. ad Attic. epiſt. *Non cõmittam*. Qui vero a Seneca nominatur, *Turanius* dicitur, non *Turranius*. Martialis etiã ſcripſit ad *Turanium* epig. 97. l. 5. Erant & *Toranij*. Nam de *Toranio* Dio lib. 57. Et de *Toranio Mangone*, Cicero in Philip. & Plinius l. 7. c. 2. Qui Toranius Flaccus dicebatur. Macrob. l. 2. Sat. c. 4. Sed Turraniorum & Toraniorum contrarij mores & diſciplina.

C. Turranius præf. prat.
Turanij.
Toranij.

8 ILLE PRÆTORIARVM COHORTIVM PRÆFECTVS.] Quæ dignitas erat equeſtris gradus ſumma. At prætoriæ cohortes dictæ, vigente Rep. quod Prætori addictæ, & a Prætore non diſcederent. Feſtus, & Dio lib. 51. Prætor vero ſeu Conſul aut quiuis alius magiſtratus iturus in prouinciam, ducebat cohortes in præſidium, & ſui munimentum. quæ ſtante Rep. Prætoria cohors dicebatur, & Prætoriani qui erãt ex cohorte. Cicero pro Cœlio: *Nemini vnquam aduenienti, Prætoriani maiores honores habuerunt*. Et l. 10. famil. in epiſtola Galbæ ad M. Ciceronem: *Cohortes prætorias eduxit duas, vnam ſuam, alteram Syllani*. Nec mutatum nomen ſub Auguſto: quod eſſet e veteri Rep. & ad inuidiam tollendam. Sane illa cuſtodia magiſtratuum eſt peruetus, quæ poſt Remp. regum fuit & imperatorum. nam l. 3. Regum c. 4. *Azarias filius Natham ſuper eos qui aſſiſtebant regi*, id eſt, ſuper cuſtodias regis. Sic li. Eſther 2. *duo Eunuchi regis ianitores in primo palatij limine præſidebant*. id eſt, fungebantur vice præfectorum prætorio. Apul. loquens de regibus Perſarum, lib. de mundo: *Ante fores ſtipatores quoque regalium laterum, tutela peruigili cuſtodiam per vices fortium ſuſtinebant*. Et Liuius l. 44. de rege Perſeo: *Cohors regia; quos Nicatoras appellant*. Claud. de bello Gildon.

Prætoria cohors in veteri Rep. Cur ita dicta.
Sub Auguſto manſit nomen.
Ad declinandũ inuidiam.
Vetus regis cuſtodia.
Apud Iudæos.
Apud Perſas.
Apud Aſianos reges.

His fretus ſocijs, ipſo iam principe maior
Incedit, peditum præcurrunt agmina longe,
Circundant equitum turmæ, regeſque clientes,
Quos noſtris ditat ſpolijs.

Munia Prætorianorum.

Munia Prætorianorum obiter tangit Papin. l. 1. Theb.

Non impacatis regum aduigilantia ſomnis
Pila, nec alterna ferri ſtatione gementes
Excubiæ.

Excubare pro foribus Cæſarum. Inſigne poteſtatis pugio. Iulio Cæſari oblata illa cuſtodia. Et Auguſto ex equitum & ſenatorum ordine. Labeo Iuriſconſultus refragatur. Numerus prætorianorum. Ex quibus conflatus. Stipendia. Stationes.

Nam vna cohors ſemper foribus imperatoris excubabat. Tacitus 14. Annal. *Nero egreditur ad cohortem, quæ more militiæ excubijs adeſt.* Et pugio inſigne poteſtatis huius, vt Aurelius refert in Traiano, & Dio l. 44. Datum eſt autem primum Cæſari Iulio, vt ſenatoribus & equitibus ſtiparetur. Quod poſtea oblatum etiam Auguſto. Sub Tiberio, fuit in Senatu qui idem cenſeret, ſed in exilium actus eſt. Tacitus infra. Cæterum 600. milites primum Auguſto dati pro excubijs, qui poſtea creuere ad decem millia conflata partim ex ciuibus Romanis, partim ex Germanis & Thracibus, & exteris. Suet. c. 55. in Caio. Eorum autem ſtipendia dupla & miſſio maturior cæteris militibus. Stationes vero Prætorianorum ſeu caſtra primum in vrbe, mox extra vrbem, prope portam Velinam, authore Seiano, & per vices, quibus præerant duo præfecti prætorio interdum, interdum vnus. Auguſtus primum duos creauit, ait Dio l. 55. Sub poſterioribus autem imperatoribus vocati ſunt cuſtodes principum. Auſonius in Cæſaribus de Macrino.

Numerus præfectorum.

Principis hic cuſtos, ſumptum pro Cæſare ferrum
Vertit in authorem cæde Macrinus iners.

Et Martialis de Fuſco, qui præfectus prætorio fuit ſub Domitiano:

Ille ſacri lateris cuſtos Martiſque togati,
Reddita cui ſummi caſtra fuere ducis.

Olim ut vocati apud authores.

Etiam dicti poſtea, comitatenſes, & ſcholares, & Agathiæ σωματοφύλακες, protectores & domeſtici, tit. de domeſt. & protect. Cod. Et in Notitia imperij Romani, qui olim præfectus prætorio, comes domeſticorum nominatus eſt. Liuia dicebat Auguſto apud Dionem l. 55. *Sunt nobis multi milites, quorum alij hoſtibus opponuntur, alij ſtipant, ac nos cuſtodiunt, & domi & foris ſecuritatem præſtant.* Apud nos dicuntur, *Gardes du Roy*, & eorum duces, *Capitaines des Gardes.* quibus vigilantibus in ſecuro dormit imperij Maieſtas. At dormiat illa æternum ſecura & tranquilla. Tamen ex Claudiano diſcant principes hos verſus:

Non ſic excubiæ, nec circumſtantia pila,
Vt tutatur amor.

Annona ambitioſum munus.

9 PRÆFECTVS ANNONÆ.] Quæ inter vrbis præcipuas curas, multumque ambitioſa. Nam qui mulcere populum volet, curet annonam fœliciter. Sic Pompeius, ſic Iulius Cæſar, ſic Auguſtus. Papin. ad Plotium in Saturnalitio riſu.

A Cæſaribus ambitum.

Te Germanicus arbitrum ſequenti
Annonæ dedit, omniumque late
Præfecit ſtationibus viarum.

Vlpianus noſter Iuriſconſultus præfectus annonæ fuit ſub Alexandro Seuero. Cura autem erat Senatus in vet. rep. mox Ædilium

Ad quos ea cura vet. rep.

Cerealium, ſub Cæſare Iulio. Etiam incipiente Auguſto, duo Ædiles creati, & duo Patricij, qui annonam curarent. Poſtea Auguſtus annonæ procurator fuit, decreuitque, vt ſingulis annis, duo prætorij, qui ante quinquennium præturam geſſiſſent, frumento diuidendo conſtituerentur. Sed correxit poſtea, & ad triennium redegit. Deinde a prætorijs ad conſulares tranſlata cura, & lictoribus additis. Dio lib. 55. mox imperatores exercuerunt. Tandem viluit: nam Boetius de conſolatione ita: *Si quis quondam populi curaſſet annonam, magnus habebatur. Nunc ea præfectura quid abiectius?* Sed non aliter incedunt tempora, niſi vt parua ſubleuent, magna deprimant.

Ad quos ſub Cæſaribus. Viluit poſtea.

10 PER CONSVLES INCIPIEBAT TANQVAM VETERE REP.] Nam Tiberius, vt de Claudio Cæſare dicebat Suet. in Claudio, *mirus erat ciuilitatis iactator*, quamuis eſſet verus crudelitatis ſectator. Ideo quaſi in vetere Rep. per cõſules incipiebat. Conſulum enim in Rep. magna ſpecies fuit, quibus animus ingens in corpore inualido & per annos fracto. Sic Salluſtius in Catil. *delecti quibus corpus infirmum, ingenium ſapientia validum erat, reip. conſultabant.* Et veterum Conſulum pictura, veteriſque Reip. & Senatus, his Dionis in Traiano & Silij verbis lib. 1. exprimitur, nec tamen ſine mendo. Nam Dio: *Per quietem vidit ſeniorem quendam in tunica & prætexta purpurea cum corona; qua ſpecie pingi Senatores ſolent.* Silius vero his verbis.

Veteris Senatus icon.

Concilium vocat auguſtum, caſtaque beatos — *Silius correctus.*
Paupertate patres, ac nomina parta triumphis
Conſul, & æquantem ſuperos virtute Senatum.
Facta animoſa viros, & recti ſacra cupido
Attollunt, hirtæque comæ, neglectaque menſa,* — * f. menta.
Dexteraque a curuis capulo non ſegnis aratri,
Exiguo faciles, & opum non indiga corda,
Ad paruos curru remeabant ſæpe penates.

Lege autem, *neglectaque menta*, propter promiſſam barbam. Nam quo pilus promiſſior, cura corporis eſt neglectior, & mẽs ſublimior.

11 ET AMBIGVVS IMPERANDI.] Heic figo punctum, & incipio clauſulam, atque ita lego. *Et ambiguus imperandi ne edictum quidem,* &c. Quippe ambiguitate ſublata & imperio firmus, aliter egit. Nam imperium mutat mores, bonis in melius, malis in deterius. Noto autem initia imperiorum ſemper ciuilia, fines interdum crudeles. Quia ex Horatiano carmine:

Vim temperatam Dij quoque prouehunt
In maius, ijdem odere vires
Omne nefas animo mouentes.

Sit vnus Nero nobis exemplo pro omnibus.

12 NE EDICTVM QVIDEM.] Vetere Rep. & cum eſſet adhuc in cunis, per edicta Senatus non cogebatur, ſed per buccinam. Nam Propert. eleg. 1. l. 4.

Senatus edicto vet. rep. non coactus.

Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites:
Centum illi in prato ſæpe Senatus erat.

Poſtea Senatores habuere ſtationem in loco qui Senatulum dicebatur, eratque γερουσία, ait Varro, & inde citati curiam intrabant. Valer. de magiſt. & Schol. Iuuenalis. Poſtea

Senatulum in quo Senatores ante curiæ ingreſſum.

moris

Digitized by Google

Poſtea per edictum. *Quod viua voce.* *Aut per præconem.*

moris fuit per edictum cogere, & illud edictum interdum *viua voce*, interdum *per præconem* vulgabatur, aliquando etiam *tabella ſcripta & ſuſpenſa*, aliquando *fixa*. De primo, ita Suet. 36. in Claud. *Senatum per præcones propere conuocauit.* Et nota plures fuiſſe præcones, quia vtitur plurali. Et Apuleius, *Illico iuſſus præco pronunciat patres in curiam conuenirent.* Metam. l. 10. Et idem lib. 4. *Mercurius omnes Deos ad concionem conuocare protinus: ſi quis cœtu cœleſtium defuiſſet, ei pœnam decem millium nummum conuentum iri pronunciare.* Nam pignoribus captis qui defuiſſet multabatur. Cicero Philipp. 3. Suet. vlt. cap. Titi: *Prius quam Senatus edicto conuocaretur ad curiam.* ita Iuuenalis Satyr. 4.

Multa Senatoris Senatum deſerentis.

Ergo in concilium proceres, quos oderat ille,
In quorum facie miſeræ magnæque ſedebat
Pallor amicitiæ, primus, clamante Liburno,
Currite, iam ſedit, rapta properabat abolla
Pegaſus, attonitæ poſitus modo villicus vrbi.

Aut per tabellam. *Tabellam ſuſpenſam.* *Pilis & porticibus.*

De tabella, hic locus eſt apertus, quam poſitam, id eſt, ſuſpenſam fuiſſe narrat. Et Auſonius in Grat. actione: *Has*, inquit, *litteras tuas pendere mandauero in omnibus pilis, atque porticibus, vnde de plano legi poßint, inſtar edicti.* Sic Propertius l. 3. eleg. 21.

I puer, & citus hæc aliqua propone columna,
Et dominum Eſquilijs ſcribe habitare tuum.

Et apud Perſas idem mos. nam Eſther. 9. *Præcepitque rex vt ita fieret, ſtatimque in Suzan pependit edictum.* De fixo edicto noſter author lib. 12. *fixum eſt publice Senatus conſultum.* Defixas leges vocat Cato in oratione pro Attalo rege. *Lex fixa in atrio libertatis cum multis alijs legibus incendio conſumpta eſt.* Et in Eccleſia Catholica ianuis figebant edicta Epiſcoporũ. Nam Syneſ. epiſt. 58. ait ianuæ affixiſſe ſua edicta. vt de ſuſpenſis ſcribit eodem idem author. *Ad Chriſti opprobrium conuitians ille libellus a ſacra ianua pependit.* Et Vigilius Papa epiſtola ad populum Eccleſiæ vniuerſæ: *Poſtquam edicta ſua pijßimus princeps iußit appendi.*

Edicta Epiſcoporum in Eccleſia Catholica: Quæ ianuis affixa.

Pendebant etiam aliquando fixa parietibus. Vulcat. in Caſſio: *Statim ad ſigna educi iußit & programma in parietibus fixit.* Tertul. de reſurrect. carn. *Apud omnes edictum Dei pendere, Reſurrectionem mortuorum.* Cæterum his edictis, quibus Senatus cogebatur, aut res de qua conſulendum erat præſcribebatur, aut non. Quod non præſcriberetur, noſter infra: *De honoribus parentis conſulturum.* Quod non præſcriberetur, idem noſter: *Conſulturum ſuper re magna & atroci.* lib. 2. vbi de Libone. Suet. in Iulio c. 28. *Claudius Marcellus edicto præfatus de ſu[illegible]ma ſe Reip. actarum.* Et Dio lib. 44. *Antonio Senatum conuocante, aperuit conuocationis cauſas in Senatu.* Hæ autem tabellæ proponebantur ſi indictus eſſet Senatus. Nam ſi dictus, non proponebantur: ſed ex officio quiſque aderat, aut multabatur, niſi eſſet iuſta excuſationis cauſa. Senatorem enim promum condum eſſe oportere, dicit lex, nec pigritantem, ſed feſtinantem, & ex officio properantem.

Apud paganos etiam in parietibus. *At in edictis res agitanda aliquando proponebatur.* *Aliquando minime.* *Senatus aliquando indictus, & dictus aliquando.*

13 Nisi Tribunitiæ potestatis.] Quæ poteſtas ius habuit vocandi & dirimendi Senatum, inquit Aul. Gel. lib. 14. cap. 67. Et Val. lib. 2. cap. 1. *Iure Tribunitiæ poteſtatis coacto Senatu*, ait Suet. Tiberij cap. 23. Olim autem Tribunis plebis ingreſſus in curiam non patebat, quia non erant Senatores, ſed pro foribus expectabant, & ſubſellijs ſedentes decreta patrum attentiſſima cura examinabant, vt ſi qua ex ijs improba eſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus Senatuſconſultis T. littera ſubſcribi ſolebat, eaque nota ſignificabatur, ita Tribunos quoque cenſuiſſe. Hæc Val. lib. 2. cap. 3. Poſtea patuit illis Senatus, cum Iulius Cæſar ex Suetonio & Dione Tribunos plebis Senatu exegerit; qui certe Senatus perpetui hoſtes, & Reip. Aquilones aliquando crudeliſſimi. Tamen priſca vigente Rep. fiebant Senatores Tribuni plebis etiam non geſto prius magiſtratu, nec Cenſorum opera adhibita: & in Senatu ſedebant non in curuli ſella, ſed in minoribus ſubſellijs. Tiberius ergo, vt Tribunitiæ poteſtatis, vocandi Senatum & etiam Pontifices ius habuit. Nam ita cenſet Cicero pro domo ſua. Quod autem fuerit Tiberius Tribunus plebis, Tacitus innuit ſupra his verbis: *Nero conſors Tribunitiæ poteſtatis.* Ideoque non vt imperator, non vt Auguſtus, non vt Cæſar, Senatum coegit, ſed vt Tribunus plebis; ne quid nouare videretur. At in edictis propoſitis mentio fiebat eorum qui Senatum vocaſſent. Et talis erat inſcriptio. Clavdivs Nero Tribvnvs plebis, &c. Et hoc eſt quod *præſcriptionem* heic vocat, id eſt, inſcriptionem & epigraphen. Non omitto Cæſares Auguſtos inter præcipuos poteſtatis titulos ſemper poſuiſſe, Tribunos ſe eſſe plebis. Nam ſic omnes nummi. Tiberivs. Cæsar. Avgvstvs. Pontifex. Maximvs. Tribvnit. potestatis. Nec certe exigua poteſtas fuit, quia in populum multa, multa in Senatum per ſuas rogationes poterant. Quæ heic tractaſſe non conueniat.

Tiberius Tribunus plebis.

Verba edicti fuere pauca, & ſenſu permodeſto: de honoribus parentis conſulturum.[1] neque abſcedere a corpore, idque vnum [2] ex publicis muneribus vſurpare. ſed defuncto Auguſto[3] ſignum prætorijs cohortibus, vt imperator dederat. excubiæ, arma,[4] cætera aulæ:[5] miles in forum, miles in curiam comitabatur. literas ad exercitus, tanquam adepto principatu, miſit, nuſquam cunctabundus, niſi cum in ſenatu loqueretur. Cauſa præcipua ex formidine, ne Germanicus, in cuius manu tot legiones, immenſa ſociorum

Sub exigua modeſtia ingentia ſcelera.

Omnes ambitioſi malunt ſapere quam expectare.

auxilia, mirus apud populum fauor, habere imperium, quam expectare mallet. dabat & famæ, vt vocatus, electuſque potius a Repub. videretur; quam per vxorium ambitum, & ſenili adoptione inrepſiſſe. Poſtea cognitum eſt, ad introſpiciendas etiam procerum voluntates inductam dubitationem. nam [7] verba, * vultus in crimen detorquens recondebat.

* vt vultus.

1 Neqve abscedere a corpore.] Quod indicium eſt & fuit amoris & beneuolentiæ in defunctum, vt quem viuum amaſſent, etiam mortuum colerent, nec ab eius corpore abſcederent: ſic Petronius facit vxorem defuncti viri corpus ſeruantem. Itaque mortuos oſculabantur, & ſuper mortuorum corpora ſe extendebant, quod alibi dicam. plerique etiam cum cremarentur corpora, ſe in flammam mittebāt imprudentius, quidam ferro ſe tranſigebāt, quidā etiam in hypogeis morabantur & moriebantur. Dixi, *vt mortuum colerent.* nam erat votū morientium, poſt mortem coli. Tacit. 5. Annal. *Vos obteſtor ne memoriam noſtri per mœrorem quam læti retineatis, adijciendo me quoque ijs qui ſine egregio publica mala effugerunt.* Et Germanicus moriens ita dicebat infra Annal. 2. *Non eſt ſatis proſequi defunctum ignauo queſtu, ſed quæ mandauerit exequi, quæ voluerit meminiſſe.* De proſequutione funeris, noſter ita eodem 2. Annalium. *Fuere qui publicam pompam requirerent, computarentque quæ in Druſum Germanici patrem honora & magnifica Auguſtus feciſſet: ipſum quippe aſperrimo hiemis Ticinum vſque progreſſum, neque abſcedentem a corpore ſimul vrbem intraſſe.* Quod fiebat ob amorem in defunctum & reuerentiam. De Tiberio ſcribit Suet. c. 32. *Quorumdam illuſtrium exequias ad rogum vſque frequentaſſe.* D. autem Hieronymus apud Chriſtianos velo aureo tecta illa principum mortuorum corpora fuiſſe ſuis temporibus me docuit, vt & clericorum, ad Paulam epiſt. 25. & in vita Pauli eremitæ. At apud paganos, *non viliori panno,* inquit Val. li. 5. cap. 5. *ſed pretioſa veſte opertum rogo impoſuit.* Tanti fuit apud vtroſque ſepultura, quæ omnibus chara mortalibus, etiam poſt fata.

Honor viuentium, cadauera defunctorum comitari.

Principum defunctorum cadauera velo aureo tecta.

2 Ex pvblicis mvneribvs.] Fruſtra hæc ſcripta non exiſtimo. Et forſan publica munera dicta a Tacito, quod a publico, publici viri obuiam mitterentur. Cicero in Piſonem de ſuo reditu. *Tuum, ſi placet, reditum cum meo conferamus. At meus quidem is fuit, vt a Brunduſio vſque Romam, agmen perpetuum totius Italiæ viderem. Neque enim regio fuit vlla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non publice ad me venirent gratulatum.* Quod autem viuis, id mortuis factitatum fuit. ideo Suet. *honorem* vocat, quod ab honoratis viris exhiberetur mortuis. Nam ita in Claudio cap. 6. vbi de funere Auguſti: *Hunc honorem in Auguſti corpore, ambitum ab equitibus Romanis, Claudio rogante habuit.* Et in Iulio: *Iulij lectum pro roſtris in forum magiſtratus & honoribus functi detulerunt.* Et ſane publici viri ad hæc munera deputabantur, quia honorifica & honoratis honorandiſque viris deſtinata.

Ex publico miſſi obuiam cadaueribus principum.

Quod viuis, hoc mortuis præſtabant.

Honorem vocabant.

3 Signvm prætoriis cohortibvs.] Graphice Tiberij mentem vafram & vulpinam Tacitus pingit, qui in minimis Reipublicæ rebus formam ſeruabat ac ſi eſſet priuatus: ſed in magnis palam imperatorem induebat; vt in ſigno dando, quod imperatorium eſt. Sic Seneca epiſt. 14. *Signum a diſcincto petebatur.* Et idem lib. Non cad. iniur. *Signum petenti, modo Veneris, modo Priapi dabat.* Tertul. in Corona. *Signum poſtulabit a principe, (nota, a principe) qui iam a Deo accepit?* Suet. in Claudio cap. 42. *Signum de more Tribuno petenti, dedit, Optimæ matri.* De iſtis ſignis plura non dico, ne dem Oceano aquas, & Siculis meſſes. Niſi quod de illis non vulgare teſtimonium pono Ruffini ad Laurentium Epiſcopum. *In bellis,* inquit, *ciuilibus, hoc obſeruari ferunt, quoniam & armorum habitus par, & ſonus vocis idem, & mos vnus eſt, atque eadem inſtituta bellantium, ne qua doli ſurreptio fiat, ſymbola diſtincta vnuſquiſque dux ſuis militibus tradit, quæ Latine ſigna, vel indicia nuncupantur. vt ſi forte occurrerit quis de quo dubitetur, interrogatus ſymbolum, prodat ſi ſit hoſtis vel ſocius.* Et hoc ſignum etiam in pace datum prætorijs cohortibus.

Signum a principe petitum prætorijs cohortibus.

4 Cætera avlæ.] Veluti Auguſto viuente, & rebus præſidente: & in aula Tiberius palam induerat imperium, in Senatu ſimulabat, ſe quaſi vigente Rep. velle dominari. Quærit autem Lipſius an illi præferretur ignis. Certe Auguſto & Tiberio non alius imperatorum cultus, quam aliorum ciuium. Vere Lipſius ſcribit tunc ignem non prælatum imperatoribus Rom. niſi ſub Antoninis. Vide Herodianum. Tamen hic mos præferendi ignis apud alias gentes longe ante, & perantiquus eſt. Nam Iudith. cap. 3. *Tantus metus incubuit prouincijs illis, vt vniuerſarum vrbium habitatores Principes, & Honorati ſimul cum populis exirent obuiam venienti, excipientes eum cum coronis & lampadibus, & ducentes choros in tympanis & tibijs.* Et Machab. 2. c. 4. *Magnifice ab Iaſone & ciuitate ſuſceptus, cum facularum luminibus & laudibus ingreſſus eſt.* Quod hodie fit apud nos. Ouid. epiſt. Paridis ad Helenam:

Quaque feres greſſus, adolebunt cinnama flammæ.

Apud Chriſtianos Epiſcopis, quaſi animarum regibus, prælatus ignis, vt Suidas & Nicephorus teſtantur. Sed animarum regimen tanto præſtantius, quanto cœlum terra clarius & excelſius. Et hic etiam hodie Epiſcopis honos ex antiquo, quibus ardentes cerei præferuntur. Digna dignis. Nec Epiſcopis tantum, ſed & regibus Chriſtianis; quibus ignis præfertur vrbes ingredientibus. Quod in meis Parlamenti Gallicis Auſpicationibus dixi abunde ſatis.

5. Mitts

Tib. Cæſar in iure reddendo vere Cæſar.

5 Miles in forvm.] Frequens in foro, frequens in Curia Tiberius. Ideoque frequens miles, non modo cum ambiguus imperandi, ſed de imperio ſecurus. Nam dominationi nemo ſapiens fidit, & quo firmior, plerumque fluxior. De foro Suet. cap. 33. in Tib. *Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus, plerumque ſe offerebat conſiliarium, aſsidebatque mixtim, vel ex aduerſo, in parte primori: & ſi quem reorum elabi gratia rumor erat, ſubitus aderat, iudiceſque, aut e plano, aut e Quæſtoris Tribunali, legum, & religionis, & noxæ de qua cognoſcerent, admonebat.* De Curia idem c. 30. *Neque tam paruum quidquam, neque tam magnum publici priuatiue negotij fuit, de quo non ad P. C. referretur.* Sed hæc initijs Tiberij nimium ciuilibus, non in extremis nimium crudelibus. Sane hi milites ſemper cum gladijs. Nã Dio notat ius habuiſſe gladij in vrbe, vbi de legionibus rebellantibus verba facit. *Nec vnquam deponebant niſi imperatore iubente.* Suet. *vocatos ad concionem inermes, atque etiam gladijs depoſitis,* (ita lego) *equitatu armato circumſedit.* 48. in Calig.

Quomodo in Senatu, quomodo apud magiſtratus ſe geſſerit.

6 Postea cognitvm.] Dio lib. 57. vnam addit rationem, dignam Tiberij ingenio: vt ſuſpenſos eorum animos teneret, qui rebus nouis ſtudebant; vtque dum putant ceſſurum imperio, nouandi ſtudia deſererent, & ipſe interea principatum occuparet, & ſibi amiciſſimos ab odioſis diſcerneret. Tamen Velleius aliter, cum ita ſcribat. *Vna veluti luctatio ciuitatis fuit, pugnantis cum Cæſare, Senatus populique Romani, vt ſtationi paternæ ſuccederet,* (id eſt, vt ſtaret in imperio quo modo ſtabat Auguſtus eius adoptiuus pater) *illius,* (id eſt Tiberij) *vt potius æqualem ciuem, quam eminentem liceret agere principem. Tandem magis ratione, quam honore victus eſt, cum quidquid tuendum non ſuſcepiſſet, periturum videret.* Sed hæc an ex aulici Genio, an ex hiſtorici ingenio? Dicite Cenſores.

Ars Tiberij in retinendo imperio.

7 Verba, vvltvs.] *Verba vt vultus in crimen retorquebat,* ait Tacitus, id eſt, ex verbis & vultu conijciebat quo eſſent in eum animo: et ſi alieniores comperiſſet, delictum eſſe putabat. recondebatque aliquando vlturus. nam hic Tiberij mos, vt Neronis poſtea, *qui minax voce, vultu, oculis ardeſcebat.* noſter l. 16. Oroſius de Tiberio l. 7. *Ex manſuetiſsimo principe ſæuiſsima beſtia exarſit. Frons,* inquit Plinius lib. 11. cap. 27. *homini tantum triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, & ſeueritatis animi index.* Et, vt Iſidor. ſcribit in Origin. *Vultus dicitur quod per eum voluntas animi oſtenditur.* Minutius Felix: *Dolor neſcio quid vultu fatebatur.* D. Auguſtinus Confeſſ. 8. c. 8. *Plus alloquebatur animam meam frons, genæ, oculi, color, modus vocis, quam verba.* id eſt, ex fronte, genis, oculis, colore, & modo vocis plus ſciebam quid in pectore haberet. quam ex verbis. Sic & Poeta:

Sæpe tacens vocem verbaque vultus habet.

Lego autem, *vt vultus,* quia *vt* inſertum eſt primis literis (*vultus.*) Sic infra Tacitus, *in vulgus formidoloſum,* pro, *vt vlcus formidoloſum.* Et eſt in Suet. cap. 11. Domit. locus, in quo hæc dictio ſui furtum fecit: *Aſsidere in toro iuxta coegit,* vbi lego, *aſsidere vt locuturo iuxta coegit.* Liber Reuerendi Leuini habet *toro.* alij libri habent *loco.* iunge *loco* & *toro,* habes *locuturo.* Sic illuſere nobis exſcriptores. De iſta autem forma ſedendi eſt locus in Sticho.

Pin. *Aſside heic, mi pater.*
Ant. *Non ſedeo, iſtic vos ſedete, ego ſedero in ſubſellio.*
Pin. *Mane puluinum.* An. *Bene procuras mihi, ſatis ſic fultum eſt mihi.*

Sed his ſedibus non moror vltra.

Nihil primo ſenatus die agi * paſſus, niſi de ſupremis Auguſti, cuius teſtamentum inlatum [1] per virgines Veſtæ, Tiberium, & Liuiam heredes habuit. [2] Liuia [3] in familiam Iuliam, nomenque Auguſtæ adſumebatur. [4] In ſpem ſecundam nepotes, pronepoteſque: tertio gradu primores ciuitatis ſcripſerat, pleroſque inuiſos ſibi; ſed iactantia, gloriaque ad poſteros. Legata non vltra [5] ciuilem modum, niſi quod populo & plebi cccc xxxv, prætoriarum cohortium militibus ſingula nummum millia, *[6] legionarijs autem cohortibus ciuium Romanorum trecenos nummos viritim dedit. Tum conſultatum de honoribus. Ex quis maxime inſignes viſi: vt [7] porta triumphali duceretur funus, [8] Gallus Aſinius: vt legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur, [9] L. Arruntius cenſuere. addebat [10] Meſſala Valerius, renouandum per annos ſacramentum [11] in nomen Tiberij. * interrogatuſque a Tiberio, num ſe mandante eam ſententiam promſiſſet, ſponte dixiſſe reſpondit: neque in ijs quæ ad Remp. pertinerent, conſilio niſi ſuo vſurum, vel cum periculo offenſionis. [12] Ea ſola ſpecies adulandi ſupererat. Conclamant patres, corpus ad rogum [13] humeris ſenatorum ferendum. [14] * Remiſit Cæſar [15] adroganti moderatione; populumque edi-

* paſſus eſt,

* vrbanis cohortibus quingenos, legionarijs autem

Roma Auguſtum ſepelit, Tiberius Romã & Remp.

* interrogatus

In tuenda Rep. animo opus eſt.

* Permiſit

Amor improuidus culpa eſt.

ᴄto monuit, ne vt quondam, nimijs ſtudijs funus diui Iulij [16] turbaſſent, ita Auguſtum [17] in foro potius, quam in campo Martis, ſede deſtinata, cremari vellent.

Virgines Veſtæ commendatæ. Sanctitate. Caſtitate. Fide. Gratia.

1 Per virgines vestæ.] Quæ ſanctitate, caſtitate, & fide valde celebres fuere Romæ, & apud Paganos. imo & gratia. Sanctitate, quod in vrbe ſiſtere fugitiuos crederentur. Plin. lib. 28. cap. 2. Fide, quod apud eas pecuniæ deponerentur. Caſtitate, quam profitebantur, & cuius violatæ pœna ingens. Tertullianus ad vx. quem explico. *Gentiles*, inquit, *Sathanæ ſuo, & virginitatis, & viduitatis ſacerdotia perferunt. Romæ quidem, quæ illius ignis inextinguibilis imaginem tractant*, (id eſt Veſtales] *auſpicia pœnæ ſuæ cum ipſo dracone curantes, de virginitate cenſentur.* id eſt, Romæ, Veſtales pro virginibus habentur, quæ inextinguibilem ignem ſeruant, ignisque ille, auſpicium eſt æterni ignis, quem cum Diabolo, peſſimo dracone, aliquando ſunt ſubituræ. vocabatur autem ille Veſtalium *ignis Palladius.* nam ita Propertius:

Tertullianus explicatus.

Virginitas & viduitas in honore Romæ.

Palladius Veſtarum ignis. Cur ita dictus.

Palladis extinctos ſi quis mirabitur ignes.

Palladium enim Romam tranſlatum fuit, & in æde Veſtæ poſitum, cum Penatibus Troia aduectis, fatale imperij pignus. Ouid. 6. Faſt.

Cura videre fuit, vidi templumque locumque:
Hoc ſupereſt, illic Palladà Roma tenet.

Vocatur autem *peruigil ignis.* Sic enim Virgilius:

— Vigilemque ſacrauerat ignem.

Nam Veſta nihil aliud quam *diuinus ignis* reconditus in penetralibus ſacrorum, cui ligna fœlicia ſuggerebantur in alimẽtum. Vt Veſtæ nomen Latinis, ſic τῆς Ἑστίας Græcis eſt, quorum vna eſt origo & forma eadem. Ab *Eſchia* compoſitum putant, voce Hebræa. quod ſonat ignem Dei. Horat. *æternam Veſtam* ſcribit 3. Car. od. 5. quia ignis veſtæ æternus. Et ille vigil ignis, non modo apud Romanos, ſed & in Græcorum prytaneis, & in Iouis Hammonis templo fuit, æmulante Sathana perpetuum in templo Iudæorum ignem. Si quando autem ille ignis extingueretur, quod erat prodigium grande, a purioribus Solis radijs flammam ciebant. Plut. in quæſt. Romanis. vti Iudæi *Naphtha.* libro 2. Machab. cap. 2. Dixi *celebres fide*, quia apud eas pacta, teſtamenta & fœdera ſua Romani deponebant: imo & pecunias. Ideo in æde Saturni erat trutina qua appendebatur pecunia. nam tunc non numerabatur. Varro de Lin. Lat. li. 4. Quattuor autem loca erant ad deponendam pecuniam; templa, quæ omnibus patebant; ſigna, quæ militibus; & arculæ in foro Traiano, quæ Senatoribus. Scholiaſtes Iuuenalis Satyr. 10. in verſu,

Extinctus ignis Veſtæ quomodo accendebatur. Quomodo ignis extinctus in templo Iudæorum. Vbi pecunias Romani deponebant.

Apud templa. Apud ſigna. Apud arculas in foro.

Noſtra ſit arca foro.

Et Satyr. 14.

Ex quo Mars vltor.

Et apud menſarios.

Quibus addo Menſarios pro quarto. Nam fœnoris aut cuſtodiæ cauſa apud Menſarios deponebantur nummi. l. 57. D. Mandati. quod omnibus peruium ciuibus. Templa autem a militibus excubantibus, & a ſeruis aliquando ob depoſitas pecunias cuſtodiebantur, vt l. 17. de alim. leg. l. 34. de lib. cauſ. D. Iuuenalis Sat. 1.

Templa Cuſtodita militibus.

— Etſi funeſta pecunia templo
Nondum habitas.

Nam in æde Saturni, & Dianæ, & Fidei, & Opis, & apud Capitolinum Iouem pecuniæ depoſitæ, vt ſcribunt vet. interpres Perſij & Plautus in Aulul. & Plinius lib. 33. cap. 1. & Liuius lib. 7. & Cicero Philipp. 1. Quod profluxit a Iudæis. Nam omnium, vt dixi, quæ pure in Iudaica religione Deus inſtituerat, & æmulator, & ſuppilator fuit Sathanas. A Iudæis venit ad Chriſtianos: de Gazophylacio Iudæorum vide Eſdram, lib. 2. cap. 13. & lib. 2. Mach. cap. 3. In eo autem erant depoſita & *victualia viduarum.* Sic enim vocat ille liber Machab. quæ tetigiſſe nefas omnibus pijs. De Chriſtianis, locus eſt apud D. Cyprianum epiſt. *Ne quid.* vbi de Nouato hæretico. ſic enim loquitur. *Non ſolum patronæ ſuæ carnali, cuius rationes geſſit, fraudes & rapinas feciſſe, verum etiam, quod eſt illi ad perpetuam pœnã reſeruatum, Eccleſiæ depoſita non modica abſtuliſſe.* Eſt etiam teſtimonium in Iuliano, epiſt. ad Ecebolium, quo ſcribit pecunias Arrianorum (quia Arriani τῇ σκαιᾷ πυρφορώσῃ & opibus erant luxuriantes) ab Edeſſenorum Eccleſia tolli iuſſit & militibus diſtribui. Chriſtiani autem vocant cimeliarchiam, vt Iuſtinianus l. vlt. C. de bon. aut. Iud. poſſ. Alij *Diaconium.* Nam erat diaconium diaconorum reconditorium, in quo opes Eccleſiæ condebant. Alij *theſaurum Eccleſiæ*, alij *donarium* nominant. & ita Apuleius paganus nominat 9. Metam. vbi de paganicis templis. *Cantharo*, inquit, *& ipſo ſimulachro quod gerebam, apud fani donarium redditis, & conſignatis.* Illi autem theſauri, ſeu donaria in templi lateribus ſtructa, vt ſunt hodie. Cicero 2. de Diuin. vbi de paganorum templis. *Sed quod vocant Delphis in æde foramen, ad latus eſt quiddam, vt theſauri ſpecie, quod Græci ὀμφαλὸν vocant.* De gratia Veſtalium, ſingulare eſt, quod tradit Tacitus, vbi de Meſſalina. *Veſtales Claudio, vt ei vitam concederet, fuiſſe obuias.* Nam apud principes magna erat earum authoritas. & hiſt. lib. 3. *Obuiæ fuere virgines Veſtales cum epiſtolis Vitellij ad Antonium ſcriptis, quo plus haberent authoritatis.* ſed fruſtra. Capitolinus in Iuliano: *Senatum rogauit, vt virgines Veſtales & cæteri ſacerdotes cum Senatu obuiam exercitui Seueri prodirent.* De numero autem earum ambigunt. Et ſane authores pro temporibus varijs varia tradidere. Dionyſius enim quattuor tantum, lib. 2. Sextus Pompeius ſex. D. Ambroſius ſeptem, epiſtola ad Valẽt. & poſtea viginti, etiam plures. At non ego tanti duelli arbiter, ſed ſcio, Macrobium 2. Sat. c. 9. in cœna pontificali, quam ex vetuſtiſſimo

Templa Romana in quibus depoſita pecunia.

Depoſita in templo apud Iudæos.

Gazophylaciũ.

Et apud Chriſtianos.

Nouatus hæreticus templorum lauernio.

Eccleſiæ theſaurus.

Veſtalium numerus.

Quatuor. Sex. Septem. Viginti.

Indice

Indice Metelli ſummi pontificis exceptam ait, quattuor tantum memoraſſe, Popiliam, Perpenniam, Liciniam, Arruntiam, quæ D. Ambroſij temporibus augeri potuere. Non autem exiſtimo Veſtales in exhibendo Auguſti teſtamento curiam intraſſe. Nulli enim tum fœminæ datum erat, quantumuis ſanctiſſimæ: quæque id feciſſet, habebat inferis deuotum caput. Quod etiam longe poſt obtinuit, vt ſcribit Spart. in Heliogabalo. Id autem concupiuit Agrippina mater Neronis, ſed vt ait noſtér, *itum eſt obuiam dedecori*. Ergo lictore præeunte, & adſtante magna matronatum turba, opinor teſtamentum Augusti Curiam illatum per virgines, ſed in valuis curiæ poſita lectica ſubſtitiſſe. Sic Suet. in Tib. 27. *Illatum Auguſti teſtamentum non admiſſis ſignatoribus niſi Senatorij ordinis, cæteris extra curiam ſigna agnoſcentibus.* Nam digna dignis. Sane D. Ambroſij temporibus inceſſiſſe illas ἐνάδες lectica magno miniſtrorum comitatu ſcribit contra Symmachum. & credo, vt pudicitia ſuas haberet dignationes. Atque vtinam Antiſtij Labeonis noſtri I. C. libellum haberemus de Veſtalibus: non enim iam per nebulam, ſed in claritudine mera, lucentem Solem ſpecularemur.

Ingreſſus curiæ Veſtalibus interdictus.

Lectica Veſtalium ſtipata miniſtris.

Liber de Veſtalibus Antiſtij Labeonis Iuriſconſulti. Gell. li. 1. c. 12.

2 Livia.] De qua Pedo ſcripſit:

Nata quod es alte, quod fœtibus aucta duobus,

Tiberio & Druſo ſcilicet.

Quodque etiam magno conſociata Ioui.

id eſt, Auguſto. Illa eſt Liuia, quæ cum interrogaretur, quomodo Auguſtum maritum ſibi deuinxiſſet, *Pudicitia*, inquit, *& obſequio, nulla eius arcana ſcrutando, & libidines diſſimulando.* quod interdum caſtæ vxores faciunt, ne bene concors matrimonium ſoluatur, vt aiunt Iuriſconſulti Dio lib. 58. de illa: *Nudos homines pudicæ mulieri pro ſtatuis eſſe dixit.* & cum viri quidam ſe nudos ei caſu exhibuiſſent, remiſit, merito puniendos tamen: quod Romuli lege eſſet prohibitum, deinde quod ex ſymbolo Pythagorico *contra Solem Lunamque nudari nefas.* Heſiod. ἐν ἔργοις. At Liuia Luna erat, vt Sol Auguſtus. Sed fuit aliquando cum Auguſto male. Verum ea reconciliata, ſtruxit Tiberius ædem Concordiæ nouam. Druſillam appellat Antonius a Druſo patre, vel Druſo priore marito. Nam ſic ſcribit ad Auguſtum. *Tu deinde ſolam Druſillam inis?* id eſt Liuiam. Velleius ita de ea lib. 2. *Liuia nobiliſſimi & fortiſſimi viri Druſi Claudiani filia, genere, probitate, forma, Romanarum eminentiſſima, quam poſtea vxorem Auguſti vidimus.* Et certe prima Romanarum Auguſta dicta eſt, iſtudque cognomen accepit ſtatim poſt mortem Auguſti. Nam Dio lib. 57. *Tum*, inquit, *immortalitatem Auguſto tribuerunt, flamineſque & ſacerdotem Liuiam, quæ tunc Iuliæ Auguſtæque cognomenta accepit.* Quid ergo Suetonius in Claudio cap. 11. illud repudiaſſe ſcribit? nam ita ſcribit: *Cognomen Auguſtæ ab auia recuſatum.* ſed lego, *ab ea ante recuſatum*, ſcilicet Antonia matre. Quippe error natus ex ſimilitudine litterarum. Quanquam de illo Antoniæ repudio ne veſtigium quidem vllum apud authores, niſi in hoc Suetonij loco. Et loquitur non de Liuia auia, verum de Antonia matre Claudij, quæ Auguſtæ nomen repudiauit, cum ei Caligula, *vno Senatuſconſulto congeſſiſſet*, vt ait idem Suet. cap. 15. in Calig. *quidquid vnquam Liuia Auguſta honorum cepiſſet.* At cepit nomen Auguſtæ poſt obitum Auguſti, & nomen Iuliæ, vt dixit Dio: & firmat lib. 59. cum ait: *In auiam Antoniam multa pietate vſus eſt: nam hanc Auguſtam ſtatim & ſacerdotem Auguſti fecit.* Ergo viuebat adhuc: ſed vt oſtendam ita Suetonium ſenſiſſe, iam dixerat de Liuia his verbis. *Auiæ Liuiæ diuinos honores, & Circenſi pompa currum elephantorum.* Mox venit ad parentes, Druſum patrem & Antoniam matrem. *Parentibus*, inquit, *inferias publicas, patri Circenſes, matri carpentum.* & ſubiungit loquens de matre, cui dedit *cognomen Auguſtæ* Caius, ab ea ante recuſatum. Male autem ſcriptum fuiſſe *auiæ*, patet, quod aut de auia paterna intelligi debet, aut materna: ſi de paterna, Liuia eſt, de qua iam dixit, & quæ nomen Auguſtæ non recuſauit; ſi materna, Octauia eſt maior. Atqui de Octauia maiore non lectum nec auditum, quod illi Auguſtæ titulum tribuiſſet quiſquam, quem recuſaſſet. Sed cur recuſauit Antonia Auguſtę nomen? an per modeſtiam? an per contemptum? quod Antonios præferret Auguſtis, & Antonia diceretur? an per odium Cæſarum, qui Antoniorum oſores? Nam Claudius ne Marcum quidem Antonium inhonoratum ac ſine grata mentione tranſmiſit. Hæc eſt ergo illa Antonia, Druſi coniux, quæ nomen Auguſtæ repudiauit; quæque murænulæ amatrix, *inaures aureas indidit beſtiæ natanti*, ait Plin. lib. 9. cap. 51. & lib. 7. cap. 19. Mulier fœlix, ſi per filium Germanicum, Caligulam monſtrum orbi non dediſſet.

Quomodo maritum ſibi deuinxerit.

De nudis hominibus eius dictum elegans.

Laus Liuiæ a Velleio.

Suetton. correctus.

Cur Antonia Auguſta dici noluit.

Antonia dat murænulæ inaures aureas.

3 In familiam Ivliam.] Ergo Liuia Auguſti mariti heres teſtamento & aſſumpta in Iuliam familiam, ita vt nomen ferret Iuliæ quod fecit. quæque clariſſima erat. nam ſic D. Hieron. in epith. *Paula iuncta eſt viro Doxotio, qui Æneæ, & Iuliorum altiſſimum ſanguinem trahit: vnde etiam filia eius, Chriſti virgo Euſtochium, Iulia nuncupatur: & ipſe*

Iulius, a magno demiſſum nomen Iulo.

Horat. — *Micat inter omnes*
Iulium ſidus, velut inter ignes
Luna minores.

Quin Cæſar ipſe Iulius, ita de ſuo ſanguine apud Suet. cap. 6. *Amitæ meæ Iuliæ, maternum genus a regibus ortum, paternum cum dijs immortalibus coniunctum eſt. Nam ab Anco Martio ſunt Martij reges, quo nomine fuit mater: a Venere Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra.* Ideo Horat. lib. 4. Car.

Almæ progeniem Veneris canamus.

Plin. lib. 10. cap. 55. Liuiam vocat *Iuliam Auguſtam*, & recte. Illi autem male, qui reponunt *Liuiam*. Quippe in Cæſarum familiam iam transierat ex teſtamento: & ita vindicandus Ioſephus, non emendandus lib. 18. cap. 6. quod Liuiam nominet. quippe ſuum no-

Iuliorum familia clara Romæ.

Suſtinetur male correctus Plinius.

men mutauerat. Tum quod Iuliorum familia multo nobilior, quam Liuiorum. Adde, quod ſcripſerint Plin. & Ioſephus poſt teſtamentum Auguſti. Nec omitto quod qui adoptantur, in alienam familiam tranſeuntes, aut proprium nomen omnino mutabant, aut poſtponebant adoptionis nomini. Dio lib. 46. Sic Octauianus, dictus *C. Iulius Cæſar Octauianus.* ſic *Aurelius Cotta Meſſalinus.* Et inter Principes NERVA TRAIANVS, quia a Nerua Traianus adoptatus eſt. Aliquando etiam, vt Galba, prænomen mutabant. Nam cum Sergius diceretur, dictus eſt Lucius. Suet. cap. 4. in Galba. Et Velleius de adoptione Caij & Lucij filiorum Agrippæ: *D. Auguſtus prærpoſitis Caij & Lucij nominibus adoptauerat*, id eſt, ea conditione adoptio facta vt vnus Lucius, alter Caius nominaretur. lib. 2. Sed hoc in adoptione facta a viris. At ambiguum fuit in mulierum adoptione. Nam ſic Cicero ad Attic. epiſt. 7. *Dolabellam video, Liuiæ teſtamento cum duobus coheredibus eſſe in triente, ſed iuberi mutare nomen. Eſt hoc* πολιτικὸν σκέμμα, *Rectumne ſit adoleſcenti mutare nomen mulieris teſtamento.* Recte Cicero. nam hæc conſideratio digna Romano homine, & rep. Romana: deciſa tamen a Iuriſconſultis l. 63. §. Si vero. ad S. C. Treb. Et quis dubitat parum virile eſſe viro nomen muliebre aſſumere?

Mutatio nominis in adoptione.

Vel poſtpoſitio nomini adoptiuo.

An fœminea adoptione ſit honeſtum mutare nomen.

Viro quod conuenit, eſto virile, aiunt Grammatici.

4 IN SPEM SECVNDAM.] Sic Horatius Sat. 5. lib. 2.

Leniter in ſpem
Arripe officioſus, vt & ſcribare ſecundus
Heres: &, ſi quis caſus puerum egerit Orco,
In vacuum venias: perraro hæc alea fallit.

Subſtitutio ſpes ſecunda.

Salluſt. de bello Iugurth. *Micipſa teſtamento ſecundum heredem ſcripſerat. Ceram primam & ſecundam* dicunt authores pro primis & ſecundis tabulis. Sic Iuuenalis Sat. 4.

Cera dicta.

Præcipuam in tabulis ceram ſenis abſtulit orbi.

Id eſt, primam. Et Suet. in Iulio cap. 83. *reliquos*, inquit, *in ima cera.* vbi de teſtamento Iulij Cæſaris. Iuriſconſulti *ſubſtitutiones* vocant, cuius gradus extendi poſſunt in infinitum. l. poteſt. de vulg. & pup. ſubſt. Quod verum eſt falciendarum familiarum remedium.

Gradus ſubſtitutionum in infinitum.

5 CIVILEM MODVM.] Hoc verbum, per omnia Taciti ſata ſparſum eſt, varia tamen ſignificatione. Sed heic pro more ciuium accipitur, vt nihil fuerit in Auguſti teſtamento, quod eſſet elatum, quodque a ciuium teſtandi conſuetudine abhorreret. Et fruſtra D. Briſſonius Præſes torqueat ad Falcidiam. Nam, nec Tiberius queri potuit exhauſtam legatis hereditatem Auguſti, cum millies & quingenties ei relinquere ſe teſtamento profiteretur. Suet. vlt. cap. Aug. nec etiam potuit Auguſtus timere ne ſua hereditas iaceret. Et ſane via erat ad imperium, gerere ſe Auguſti heredem. Quod Tiberius non ignorauit, nec Auguſtus ipſe, qui priuatus, ſe Iulij Cæſaris heredem declarauit, & in hereditate imperium reperit. Cæterum, opponuntur inter ſe, *ciuile* & *elatum.* Suet. in Tito cap. 6. *Egit aliquando inciuilius*, id eſt, arrogantius & aſperius. Sic Seneca pater Contr. 1. *Is Dorion dixit, rem paulo elatiorem, quam preſſa & ciuilis oratio recipit.* Et noſter infra, opponit ciuile ingenium arroganti, dum ait: *Iuueni ciuile ingenium, mira comitas, & diuerſa a Tiberij ſermone & vultu, arrogantibus, & obſcuris.* Sic Dio lib. 60. *filias ſuas*, (loquitur de Claudio) *nuptui tradens, nihil a vulgari conſuetudine eximium fecit.* In alia etiam ſignificatione vſurpauit hoc verbum noſter. *Faciebat*, inquit, *fidem ciuilis ingenij*, id eſt humani, moderati, comis. vnde illi verſus:

Verbum Ciuile quomodo intelligatur.

Falcidia in teſtamento Auguſti fruſtra quæſita.

In hereditate imperia.

Ciuile & elatum contraria.

Ciuile ingeniū id eſt humanū.

Ciue Romano per orbem nemo viuit rectius,
Quippe malim vnum Catonem quam trecentos Socrates.

Sic Plin. lib. 33. cap. 11. *Inuenimus legatos Carthaginenſium dixiſſe, nullos hominum inter ſe benignius viuere, quam Romanos.* Quod de tota Italia dixit Cato paucis verbis: *Italicæ diſciplinæ vita laudabilis.* Et alia ſignificatione, *Ciuile rebatur miſceri voluptatibus vulgi*, id eſt factum comiter. Et Annal. 2. noſter author: *Diſplicuere regnantibus ciuilia filiorum ingenia.* Et idem Annal. 3. *pluſquam ciuilia agitaret*, id eſt, maiora, quam ciuem deceat. Et Annal. 14. *Ciuilis diſſidij ſpecie monetur.* Sic etiam, *ciuiliter*, vt Annal. 4. de Vipſania his verbis: *Quæ in præſens ciuiliter habuit.* Et eodem libro: *Ciuiliter accepta.* Cæteris item authoribus ita vſurpatur, vt Horatio oda 8. lib. 3.

Diuerſa ſignificata verbi Ciuilis.

Apud Tacitum.

Apud authores.

Mitte ciuiles ſuper orbe curas.

Et Seneca pater proœmio 4. lib. Contr. *Cum queſtus eſſet D. Auguſtus, vt erat mos illi clementiſſimo viro, non ciuiliter tantum, ſed familiariter.* &c. conqueri videlicet, Et Suet. in Tiberio c. 28. *Extat etiam ſermo eius in Senatu perciuilis.* Et ſane Iuriſconſulti ſæpe & Imperatores in D. & Cod. ita reſcribunt, *Inciuile eſt quod petis.* id eſt, non æquum, nec bonum, nec iuſtum & æquitati contrarium, vt re vera, quod iniquum eſt, inciuile eſt.

6 LEGIONARIIS COHORTIBVS CIVIVM ROMANORVM.] Non conuenit Tacitus cum Suetonio, qui tribus militum ordinibus relictum legatum narrat. Tacitus vero, duobus tantum, diſtinguitque Suetonius legata addita quantitate. Nam geometrica proportione libuit Auguſto legatum diuidere, quemadmodum diuidebatur in congiarijs, & donatiuis. De Tiberio Suet. cap. 46. *Tribus claſſibus factis pro dignitate cuiuſque, primæ ſexcenta ſeſtertia, ſecundæ quadringenta diſtribuit, ducenta tertiæ, quam non amicorum ſed gratorum appellabat.* Sic Prætorianis mille nummi, cohortibus vrbanis quingenti, legionarijs ciuibus trecenti relicti ſunt. Quid ergo? tam exactiſſimum ſcriptorem Tacitum obliuionis arguemus? non ita. non enim cadit in tantum virum iſtud vitium. ſed exſcriptores damnabimus, obliuioſos ſane & torpentes, & hæc per torpedinem omittentes. Atque ita legemus. *Prætorianarum cohortium militibus, ſingula nummum millia, cohortibus vrbanis* (quas Ann. 4. vocat *proprium vrbis militem*) *quingentos, legionarijs autem cohortibus ciuium Romanorum trecentos nummos viritim dedit. Cæterum*, inquit

Correctus Tacitus.

Suetonius,

Verbũ Repræſentari apud Iuriſconſultos quid ſignificet.

Suetonius, *iuſsit repræſentari.* Quod eſt verbum Iuriſconſultorum, & optimorum ſcriptorum. illo enim adiecto ſi quid in diem debetur, ſtatim ſoluitur. Sic iſtorum militum legata ſtatim exolui voluit Auguſtus; alijs vero legatis, annuum diem fixit, quo ſoluerentur. Ita verbum *repræſentari* accipitur L. 10. §. Si eum diem. D. quæ in fraudem credit. Seneca epiſt. 95. *Petis a me, vt quod in diem ſuum dixeram debere differri, repræſentem.* Et Tertull. libro de Patientia: *Non illi ſolum ciuitati, quæ eum noluerat, iratus eſt, eum etiam diſcipuli, tam contumelioſo oppido, cæleſtes ignes repræſentari voluiſſent.* Suet. in Claudio cap. 18. *Repræſentaturus pro opera dignam cuique mercedem.* Voluit ergo ſummas repræſentari Auguſtus prætorianis militibus, quibus primo loco legauerat; dein cohortibus vrbanis, quibus ſecundo, mox legionarijs, quibus tertio.

Vrbanæ cohortes quæ.

Cape autem iſtas cohortes vrbanas pro ijs, quæ tutelæ vrbis erant adpoſitæ; vt prætoriani milites tutelæ principis. Vrbanis autem legionibus imperabat præfectus vrbi. Tacit. 3. hiſt. vocatque *excubias vrbanas*, infra. quemadmodum Vlpianus L. 8. §. Sed ignominia. D. de excuſa. tut. vti etiam Spartianus in Caracalla vocat *vrbanas cohortes.* & ab eodem Vlpiano L. qui mittuntur, ex quibus cauſis maiores, dicuntur *vrbaniciani.* & militem vrbanum dixit Tacit. hiſt. 1. Erant autem ſex millia. Dio lib. 55. De his ſic Papinius in Soterijs Hetruſci:

Excubiæ vrbanæ.

Vrbaniciani. Numerus.

Ergo alacres quæ ſigna colunt vrbana cohortes.

Quibus etiam adnumero nocturnos vigiles. Nam in teſtamento Tiberij, qui Auguſti imitator, nocturni vrbanis militibus additi. Dio libro 59. Legionarias autem cohortes ciuium Romanorum accipe pro vniuerſis legionibus, quæ ſparſæ per orbem terrarum ad ſecuritatem imperij, & hoſtium terrorem. Quæ quia ſociorum auxiliaribus coniunctæ, diſparauit Auguſtus in legato ſcribendo. Nec enim de ſocijs meminit, qui ciuibus non ſocijs tantum legauerit. Sic Tiberius legauit legionibus, quæ extra Italiam. Idem Dio. At illæ legiones imperij robur & imperatorum tutela.

Legionariæ cohortes quæ.

Romani imperatores poſt fata ducti ad rogum quaſi triũphantes.

7 PORTA TRIVMPHALI.] Et ſane fuit hoc funus triumphus Auguſti licet mortui, vt qui viuus tam ſæpe, etiam mortuus & poſt fata triumpharet. Sic Adrianus in Spartiano. *Imaginem* (inquit) *Traiani curru triumphali vexit vt optimus imperator ne poſt mortem quidem triumphi amitteret dignitatem.* Et Dio notat Auguſti imaginem curru ductam, ſigno Victoriæ præeunte cum titulis, libro 50. & porta triumphali. Nam Romæ porta triumphalis qua triumphantes iter habebant per ſacram viam in forum vetus, quo magiſtratus Romani deponebant imperium, & triumphanti relinquebant. Et illa ſacra via ita dicta Verrio Flacco: quod in ea ictum fuiſſet fœdus inter Romulum & Tatium: vel quod ea via vterentur Sacerdotes ſacrorum eduliorum conficiendorum cauſa: vel quod erat via regia, qua ibatur in domum ſacrificuli. Cicero de porta triumphali in Piſonem. *Quaſi vero id ego ſcire debuerim, qua tu porta introieris, modo ne triumphali, quæ porta Macedonicis Proconſulibus ſemper ante te patuit.* Et ad eam portam Papinius alludit tertio Thebaid. & in funere.

Triumphalis porta.

Cur triumphalis dicta.

Talis erat vulgi ſtatus, & ſic vrbe relicta
Primæuique ſenes & longo examine matres
Inuidiam planxere deis, miſeroque tumultu
Bina per ingentes ſtipabant funera portas.

Arcus triumphales poſt fata.

Tribus portis conſpicui.

Erant tamen arcus triumphales erecti in plateis, per quos funebris pompa tranſibat; qui arcus aliquando patentiſſima porta ſtruebantur: aliquando tribus, vt porta ingens quæ in medio vtroque latere duabus alijs portis cingeretur. quod in veteribus nummis cernitur: ſed nunquam illa porta dicta eſt triumphalis in arcubus. Suetonius 11. in Claud. *Senatus arcum marmoreum via Appia Tiberio decreuit quem peregit.* Ergo porta fuit qua triumphantes intrabant, & illi arcus funerei ad inſtar arcus triumphantium erecti; niſi quod, vt coniicio, in funere atratis columnis & capitellis fulcirentur. Nam in Dionyſio lectica atrata fuit, qua Lucretia elata eſt. Et in ſolemnibus funerum omnia funebria, atrata & lugubria apud Romanos. Quippe in illa Rep. bene inſtituta, quæque meruit omnium gentium dici caput, luctus erat ingens ſi quando viri fortes & probi & de publico bene meriti vita eriperentur. Ideo tota vrbs in luctu & planctu, quæ Dijs faciebat inuidiam quod tam crudeles terris eripuiſſent qui æternum viuere debuerant. Et de inuidia iſta pæne omnes authores. Quod poſtea & alio loco memorauero. Vtque de Dijs querebantur, ita omnem inibant rationem ſepultos & vita abſtractos honorandi poſt cineres. Inde illa arcuum marmoreorum inuentio, inde ſtructio & erectio ad ſeruandam mortuorum memoriam. Inde columnæ, inde pyramides, & quidquid durabile contra temporum edacitatem potuit excogitari. Statuebantur autem columnæ defunctis, quod viuentes patriæ columnæ extitiſſent, & inter mortales excelluiſſent. Inde illud Victoris in Lucio Vero. *Decreuere templa, columnas, ſacerdotes* ijs, qui relati in numerum. Deorum Nam Plin. l. 34. c. 6. *Columnarum*, inquit, *ratio erat, attolli ſuper cæteros mortales, quod & arcus ſignificant nouitio inuento.* Quod oſtendit columnarum inuentum vetus fuiſſe: at arcuum nouitium & poſt columnas. Iſidorus libro 15. Orig. cap. 11. *Apud maiores potentes aut ſub montibus, aut in montibus ſepeliebantur. Inde tractum eſt vt ſuper cadauera, aut pyramides fierent, aut ingentes columnæ collocarentur.* Sic populus Rom. ſolidam columnam 20. pedum ex marmore Numidico Iulio Cæſari ſtatuit: Sueton. c. 85. Et Verrius Flaccus ita ſcribit. *Senatus decreto corpora intra vrbem relata in Volcanali, quod eſt ſupra comitium, obruta ſunt,*

Vel vna patente porta.

Magno viro defuncto tota Roma in luctu.

Inuidia Dijs facta.

Vnde columnæ mortuis.

ſuperque ea columna cum ipſius effigie poſita eſt. in verbo *ſtatua.* Et Dio in Adriano: *Traiani oſſa in illius columna condidit*, quæ etiam hodie extat Romæ. Et egregie Diuus Ignatius de Nicolaitis hæreticis. Οἱ τοιοῦτοι πάντες στῆλαί εἰσι, καὶ τάφοι νεκρῶν. *Sepulchrales columnas & mortuorum monumenta* vocans. Et Xiphilinus in Adrian. *Boryſtheni equo, quo libenter vtebatur in venatione, mortuo columnam erexit cum epigrammate.* Notabilis ſepulturæ veſtigium etiam extat apud Varronem, Porſennæ Hetruriæ regis, & 1. Machab. cap. 13. *Ædificauit Simon ſuper ſepulchrum patris ſui, & fratrum ſuorum, ædificium altum viſu, lapide polito, retro, & ante, & ſtatuit ſeptem pyramidas, vnam contra vnam, patri & matri, & quatuor fratribus, & his circumpoſuit columnas, arma ad memoriam æternam, & iuxta arma, naues ſculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare.* Fuit ergo hæc ſepultura non modo ad pietatem, ſed ad diuturnitatem & gloriam.

Machabæorum ſepultura notabilis.

Eſſerninus Marcellus auitæ eloquentiæ ſucceſſor.

Gallus Aſinius magnus orator.

8 GALLVS ASINIVS.] Pollionis filius cum Marcello Eſſernino, de quo Seneca pater libro 4. Contr. in præf. *Marcellus (* Eſſerninus ſcilicet *) quamuis puer, iam tantæ indolis erat, vt Pollio ad illum pertinere ſucceſſionem eloquentiæ ſuæ crederet; cum filium Aſinium Gallum relinqueret magnum oratorem: niſi illum, quod ſemper euenit, magnitudo patris non produceret, ſed obrueret.* Fuit odij in Ciceronem paterni heres. Quippe Pollio pater & Ciceronem & Salluſtium, omnemque eloquentiam Romanam pro quiſquilijs habuit. Oratione certe Gallus mirandus, verſibus amandus, ſed morte miſerandus. Nam mortem optauit ſerius, tardius obtinuit. Eius filius Gallus Aſinius vixit ſub Claudio, in quem coniurauit, ſed ſolo exilio multatus, ait Sueton. in Claudij vita. Dignus duplici pœna, vt qui in Ciceronem ſcripſiſſet, & qui in Cæſarem coniuraſſet.

Aſinij Pollionis mors miſeranda.

Aruntius.

Arruntius.

9 L. ARRVNTIVS.] Aruntium citat Dio cum ſimplici (*r*) libro 54. & Lucium vocat, vt Tacitus libro 6. Annal. Tamen in nummis cum duplici, *rr.* L. ARRVNTIVS. L. F. L. N. Noſter libro eodem: *Sanctiſſimis*, inquit, *Arruntij artibus dignitate vltionis æquabatur.* Et Velleius in Actiaca pugna læuum cornu duxiſſe Iulianarum nauium memorat. Victorinus autem in orthographia ſcribit eius nomen per duplex (*rr*,) *Arruntium* vocans. Et quia ſanctiſſimum nominat Tacitus, ne putes, eum eſſe qui inter captatores teſtamentorum cum Haterio a Seneca cenſetur, libro 6. de benef. Quippe non inter deſignatores & libitinarios hic vir, licet tempore conueniant. habet ſane inſigne elogium apud Senecam patrem libro 7. Contr. *L. Arruntius ætate, moribus, & doctrina clarus.* Licet ille de adulterio Albucillæ fuerit paulo ſuſpectior, vt ſcribit noſter libro 6. Annal. *Sed virtus*, ait Diuus Hieronymus, *per bonam & malam famam iter habet rectum. & quis bonorum non impetitur calumnijs?* Præfecerat autem illum Tiberius Hiſpaniæ, ſed ire vetuit, & in vrbe detinuit. Seneca filius citat Arruntium quemdam ſcriptorem belli Punici, quem *raræ frugalitatis* virum appellat epiſt. 114. Vt hunc noſtrum eſſe iure ſuſpiceris. Fuit etiam Arruntius inſignis medicus, de quo idem Plinius libro 29. cap. 1. Et ad eum nota captationis hereditatum forſan referri poſſit. Etiam Arruntium Stellam nominat noſter libro 13. Sed magnum fuit de noſtro Arruntio Auguſti iudicium, quem *imperio non indignum* pronunciauit, *& ſi caſus daret, vi auſurum.* At illa laus Auguſti exacti iudicij principis, omni imperio maior eſt.

Arruntij laus ex Tacito.

Arruntius captator.

Eius virtus non ſine calumnia.

Arruntius ſcriptor hiſtoriarū.

Arruntius medicus.

Arruntius Stella.

10 MESSALA VALERIVS.] Qui filius Meſſalæ oratoris. Nam ſic Tibullus li. 2. eleg. 5.

Tunc Meſſala meus pia det ſpectacula turbæ,
Et plaudat curru prætereunte pater.

Ouidius ſcribit ad eum 1. de Ponto eleg. 8. & tunc Meſſalinum vocat, quod erat verum nomen. Nam viuente patre, Meſſalinus dictus eſt, licet aliquando etiam Meſſala Valerius dictus, patre mortuo abſolute Meſſala; vocatque fratrem eius Cottam Meſſalinum; vere, quod infra demonſtrabo, & de duobus fratribus intelligo quod ſcribit Horatius Sat. 10. lib. 1.

Te Meſſala tuo cum fratre.

Meſſala Valerius Meſſalinus viuente patre. dictus.

Cotta frater eius.

Noſter libro 3. *Valerius Meſſalinus, cui parens Meſſala.* quod indicat tum in viuis adhuc Meſſalam patrem fuiſſe. Ad eius gloriam Velleius hoc adijcit. *Qui vir, animo etiam quam mente nobilior*, (lego *gente*) *digniſſimus qui & patrem Coruinum habuiſſet, & cognomen ſuum* (Meſſalinum ſcilicet) *fratri relinqueret.* Mirum eſt quod in illa progenie per atauos, proauoſque, & vltra, facundia non defuerit. De noſtro ſic Tacitus: *Inerat imago paternæ facundiæ.* Quod Ouidius confirmat, his verbis.

Facundus vterque.

Nunc tibi & eloquij nitor ille domeſticus adſit,
Quo poteras trepidis vtilis eſſe reis.
Viuit & in vobis facundi lingua parentis,
Et res heredem repperit illa ſuum.

Silius libro 5. de Coruinorum facundia.

Facundi Coruini.

Atque hic egregius lingua, nomenque ſuperbum
Coruinus, Phœbea ſedet cui caſside fulua
Oſtentans ales proauitæ inſignia pugnæ.

Sed quis putaſſet ad Theodoſium magnum & vltra duraſſe hanc eloquentiam & gentem? Quippe Rutilius in Itinerario verba facit de quodam Valerio Meſſala, qui eloquentia clarus, præfectus fuit Prætorio. Sed quo imperatore non dicit. Dico ego ſub Arcadio & Honorio videlicet: Quippe ad eum eſt L. animalia. de curſu publico, libro 12. Cod. quæ his imperatoribus adſcripta eſt. Et quia Rutilij verſus ſunt non inconditi, hos exſcribo. vt illum Meſſalam noſtra ætas agnoſcat.

Ad vſque ætatem Rutilij Sexti.

Meſſala præfectus prætorio ſub Arcadio & Honorio.

Hæc quoque Pierijs ſpiracula comparat antris
Carmine Meſſalæ nobilitatus ager:
Intrantemque capit, diſcedentemque moratur
Poſtibus affixum dulce poema ſacris.
Hic eſt, qui primo ſeriem de Conſule duxit,

Vſque ad Publicolas ſi redeamus auos.
Hic, & præfecti nutu, prætoria rexit.
Sed mente & lingua gloria maior auis.
Hic docuit qualem poſcat facundia ſedem:
Vt bonus eſſe velit, quiſque diſertus erit.

Valerius Meſſala de Aquitanis triumphauit. Cæterum noſter hic Meſſala de Aquitanis triumphauit: quod *callidum genus hominum* vocat Florus lib. 3. nec abeſt a vero. & de eo ita Tibullus lib. 1. eleg. 7.

Hunc fore Aquitanas poſſet qui tundere gentes,
Quem tremeret forti milite victus Atax.
Euenere, nouos pubes Romana triumphos
Vidit, & euinctos brachia capta duces.
At te victrices lauros Meſſala gerentem
Portabat nitidis currus eburnus equis.

Inde nomen Meſſale. *Mors Valerij hirudo.* Fuit mors huius Podagra. cui ſanandæ cum hirudines admouiſſet, Conſularis patricius inſanabili vulnere obijt, hirudine ſuum caput in vulnere relinquente. Plin. 32. cap. 10. dignus de morbo triumphare, qui de tot populis triumphaſſet. Nobilibus hercle & nunc Gallici imperij florentiſque regni partibus non poſtremis.

Claudius in nomen ſuum iurari patitur. 11 IN NOMEN TIBERII.] Noluit Tiberius in nomen ſuum iurari, ad ſimulandam modeſtiam, & nouo principatu: ſed alij Cæſares non ita. Quia tali iuramento vincula inſunt retinendæ poteſtatis. *Tiberius minime.* Et nota hanc ſummam & ſimulatam Tiberij modeſtiam ad immodeſtiam ſummam erupiſſe poſtea firmato imperio. Dixi, Cæſares alios non ita. Nam Claudius apud Suet. c. 10. *Armatos pro concione iurare in nomen ſuum paſſus eſt.* Et longe poſt Claudium Honorius apud Claud. in 4. Conſulatu.

Honorij in nomen iuratur.
Iuratus Honorius abſens,
Imploratque ſuum ſupplex Alemania nomen.

Caligula vult iurari in nomen Druſillæ. Et idem Claudius, voluit a mulieribus iurari in nomen Liuiæ. Dio libro 60. Vt ante Claudium, etiam Caius iurari in nomen Druſillæ. Idem author cap. 15. in Caio. Apuleius hoc verbo vſus eſt, *iurare in nomen.* li. 10. Met. vbi de Socrate. *Cum,* inquit, *nunc etiam egregij philoſophi ſectam eius ſanctiſſimam præoptent, & ſummo beatitudinis ſtudio, iurent in ipſius nomen.* *Philoſophi iurant in nomen Socratis.* Quod etiam veneratur a philoſophis, & æternum venerabitur propter virtutem.

Magna adulatio ſimulare libertatem. 12 EA SOLA SPECIES ADULANDI.] Id eſt obſoletis alijs adulandi artibus, vna tantum reſtabat, vt tum maxime adularentur, cum minime adulari viderentur. Nam ſolent adulatores facere quod coci, miſcent dulcioribus acria, quo fames magis irritetur. Cicero in Lælio. *Qui aduerſando ſæpe aſſentetur, & litigare ſe ſimulans blandiatur, atque ad extremum det manus.* *Adulatores patent oculis principum.* Tacitus de Capitone noſtro iuriſconſulto, ait *ſpecie libertatis Ateium Tiberio blandientem dixiſſe, non debere patribus eripi vim ſtatuendi.* & addit: *Intellexit hæc Tiberius, vt erant, magis quam vt dicerentur.* Sane illa ætas fœdis adulationibus patuit. Quod Iuuenalis de Domitiani temporibus etiam poſtea notauit his verſibus.

Cedamus patria: viuant Artorius iſtic
Et Catulus; maneant qui nigrum in candida vertunt.

Et Martialis de Marullo huius temporis adulatore, lib. 6 epig. 8. ſic ſcribit:

Narratur belle quidam dixiſſe, Marulle,
Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

Et vt ſcias eam eſſe quam dixi, veram noſtri authoris interpretationem, idem Tacitus 1. hiſt. ſcribit, *Adulationi fœdum crimen ſeruitutis, malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt.*

13 HVMERIS SENATORVM.] Vt Sulla ille fœlix, qui humeris *Senatorum* & *Veſtalium* elatus eſt. Aliquando etiam *equitum*, vt Germanicus. Pedo ad Liuiam. *Cadauer elatum a ſenatoribus. Veſtalibus. Equitibus.*

Certat onus lecti generoſa ſubire iuuentus,
Et ſtudet officio ſedula colla dare.

Loquitur de equitibus. Aliquando *filiorum*, vt Q. Metellus. Plin. lib. 7. cap. 44. Et *fratrum*: vnde Iuuenalis Sat. 10. *Filijs defuncti.*

Incolumi Troia Priamus veniſſet ad vmbras,
Aſſaraci magni ſolemnibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus; inter
Iliadum lacrymas, vt primos edere planctus
Caſſandra inciperet, ſciſſaque Polyxena palla.

Aliquando *regum exterorum legatorum*, vt Paulus Æmilius. Plutarchus in Æmilio. aliquando *proximorum*, quod Seruius notat, aliquando *ſeruorum*, aliquando *Tribunorum & Centurionum*, vt Caius & Lucius filij Augusti. Dio lib. 15. Aliquando *libertorum*, quod in libris Iuriſconſultorum peruium eſt: Etiam *heredum*, nudis humeris ad maioris luctus indicium, vt ait Horat. Satyr. 4. lib. 2. *Legatis regum. Legatis prouinciarum. Seruis. Tribunis. Centurionibus. Libertis. Nudis humeris geſtatum. Ad maiorem luctum.*

— Cadauer
Vnctum oleo largo, nudis humeris tulit heres.

Papinius 6. Thebaid.

— Longo poſt tempore ſurgit
Colla ſuper iuuenum (numero dux legerat omni)
Ipſe ferox clamore thorus: cinxere Lycurgum
Lernæi proceres.

Sic humeris ſuis Diuus Antonius Monachus Chriſtianorum lux & Orientis ſplendor, Paulum eremitam tulit mortuum ad ſepulturam. *Sancti corporis oneri, ſeniles curuauit humeros*, ait Diuus Hieronym. in eius vita. Prudentius in hymno Diui Laurentij:

Vexere corpus ſubditis
Ceruicibus quidam patres.

Quod olim viguit apud Francos. nam portantur humeris mortalium mortui, qui in vita, virtutum humeris portabantur.

14 REMISIT.] Author noſter nunquam, & nuſquam dixit *remiſit*, pro *permiſit*. Is enim lib. 3. *ius ſibi in principem occultæ vocis permiſit.* & libro 2. *Dum Cæſar, cui Syriam permitteret, conſulitur.* Et paulo poſt: *Ideo Piſoni permiſſam prouinciam.* Tamen Nonius Marcellus: *Remiſſum*, inquit, *ſignificat conceſſum*, quod verum. Nam Virgilius lib. 10. Æneid. *Tacitus verbo, rem ſit, pro permiſit, nunquam vſus.*

Manibus & cineri, ſi qua eſt ea cura, remitto.

Et Suet. in Iulio 38. *Annuam etiam habitationem Romæ vſque ad bina millia nummum in Italia non vltra quingenos ſeſtertios remiſit.* pro *permiſit.* Et idē in Auguſto 16. *Remiſit tamen hoſti iudicato neceßitudines amicoſque omnes.* In l. imperatores. D. de pactis, *a Curatore permitti pecunias debitori Reip. non poſſe.* pro *remitti.* & l. 4. de decret. ab ord. fac. Sed in authoribus quibuſdam valeat vt valere poteſt. & ſit *remiſit,* pro *permiſit.* Sed in noſtro authore minime, quod ſit ei inſolens. Itaque iure locum hunc tango, & ſcribo *permiſit*, non *remiſit.* Notæ fallaces errorem inducere, in quibus *Rmiſit* pro *permiſit.* Sic *perlatum,* Rlatum ſcribunt. nam in littera R. eſt P. & R. Non tamen obluctor pertinaciter: ſed aperio mentem dulciter. diſcernet lector & decernet.

15 Adroganti moderatione.] Scribit *adroganti.* Sic Plin. epiſt. 8. *Spreuit, & adrogantius fecit, quam ſi accepiſſet.* Illa autem arrogantia in regibus ſæpe, vt heic in principe.

Secundas fortunas decent ſuperbiæ,

ait Plaut. & Lucillius:

— Grannius autem

Non contemnere ſe & reges odiſſe ſuperbos.

Seneca, non cad. iniur. in ſapient. *Rurſus*, inquit, *non tangetur, ſi illum rex Medorum, Attaluſve Aſiæ, ſalutantem ſilentio ac vultu arroganti tranſierit.* Varro in Eumenidibus firmat his verbis: *Omnes tragici prodeunt capite gibero.* id eſt, tumenti, arroganti, faſtuoſo, & faſtidioſo. Iulianus [illegible] ait in Cæſaribus Tiberium fuiſſe *truculentum aſpectu, & vultu grauem.* σεμνὸς τὰ πρόσωπα καὶ βλοσυρός, vt ille ait. Et Plin. lib. 7. *triſtißimum* notat *hominem*, qui more Iouis φιλίου dicti, vultus toruitate & truculentia vel hilaritate aut annuebat, aut abnuebat reſponſa petentibus. Quod vitioſum maxime principibus, quibus comitas grauitati mixta decus eſt. Nam facilitas authoritatem, ſecuritas amorem minuit. Ita Titus Veſpaſianus, qui *neque negauit quidquam petentibus, & vt quæ vellent peterent vltro adhortatus eſt.* Suet. c. 8. Quippe grata eſt principum affabilitas. At parit metum talis arrogantia, vt amorem comitas; Metus facit reuerentiam, amor ſecuritatem. Sic Tacitus de Domitiano in Agric. *Paratus ſimulatione, & in arrogantiam compoſitus.* Quod illi exitium peperit, nam humanitas eſt principum ſecuritas.

Regum vultus arrogans.

16 Tvrbassent.] De illa turbatione ſic ſcribit Cicero ad Attic. epiſt. 14. *At ille* (loquitur de Cæſare Iulio) *in foro combuſtus, laudatuſque miſerabiliter* (notat miſeram Antonij orationem) *ſeruique & egentes, in tecta noſtra cum facibus immiſi.* Nam L. Bellieni domus, in funere C. Cæſaris conflagrauit. Cicero Philipp. 2. Nec ſine turbis vulgi turba. Et illa eſt turbatio de qua heic, quæ cauenda, non iterum committenda.

In funere L. Cæſaris domus Bellieni incenſa.

17 In foro potivs qvam in campo Martio cremari.] In domo curabantur mortui, foribus ſiſtebantur, in foro laudabantur, extra vrbem & in campo Martio frequentius cremabantur. Inde Strabo ſcribit quod cum religioſiſſimum eſſe hunc campum putarent, clariſſimorum virorum & mulierum monumenta in eo ſtruxerint. Loquor de clarioribus viris, non de pauperioribus & ignotis, qui in agris ſuis ſepeliebantur, vel in ſulinis & vſtrinis publicis cremabantur. Qui autem iſtum morem cremandis corporibus videre volet, legat Papinium Thebaid. lib. 6. nam ſcribit & deſcribit hæc eleganter: vt Dio latiſſime libro 56. Cæterum ex 12. Tabulis lex erat: *Mortuum in vrbe ne ſepelito, ne've vrito.* Tamen Veſtalibus pro honore virginitatis datum, vt in vrbe ſepelirentur. Quibus enim vita honeſta, ijs honeſtum & non vulgare funus. Datum eſt honori Cæſaris Iulij, datum & virtuti magnorum virorum, vt Valerio Publicolæ, & P. Poſthumo Tuberoni, in vrbe ſepeliri. Cicero 2. de Leg. datum etiam Claudiæ familiæ, vt a Capitolio non longe humarentur, & Sulpitijs in Eſquilijs. Silius lib. 13. de duobus Scipionibus ſepultis in campo Martio.

Roma ſepulturis vacua.
Tamen Veſtales ſepultæ in vrbe.
Vt magni viri plerique.

--Tumulus vobis cenſente Senatu

Mauortis geminus ſurgit per gramina campi.

Noſter Annal. 16. *Datur hoc illuſtrium virorum poſteritati vt exequijs a promiſcua ſepultura ſeparentur.* In veteribus monumentis: C. Poblicio. L. F. Bibvlo. Ædili. Pleb. Honoris. Virtvtisq. Cavsa. SC. Popvliq. Ivssv. Locvs. Monvmento. Qvo. Ipse. Posteriq. Eivs. Inferrentvr. Datvs. Est. Campus autem Martius ita dictus eſt, *quod exacto Tarquinio, Brutus totum Tarquinij agrum Marti conſecrauerit.* Vetus interpres Iuuenalis Sat. 6. Et nota, in foro non niſi de Rep. benemeritos eſſe cremandos. Nam Quintilianus non ex fictitijs Rhetorum argumentis, ſed ex vero vſu, declamat. 274. in foro non ſepeliendum tyrannum diſſerit, his verbis, *forum, quod cuique templum quoddam pacis videtur, in quo iura exercentur, propter quod leges valent, buſtis occupabimus? infauſtis cineribus polluemus?* Dio ſcribit latam legem anno V. C. ne mortui infra duo millia paſſuum in vrbe cremarentur. Quod fuit priuilegium olim Gallicarum ciuitatum. Nam in Concilio Bracar. can 4. *Si firmißimum hoc priuilegium retinent Galliæ ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorum ciuitatum cuiuſlibet defuncti corpus ſit humatum: quanto magis venerabilium martyrum debet reuerentia obtineri?* Burchardus libro 3. de Eccleſ. decret. can. Item. Et hoc ad ciuium ſanitatem, vrbis ſalubritatem, & ad vitandam incendij deformitatem.

Quidam in Campo Martio.
Vnde dictus Campus Martius.
Qui in foro cremati.

Die funeris milites velut præſidio ſtetere: multum irridentibus, qui ipſi viderant, quique a parentibus acceperāt[1] diem illum crudi adhuc

huc ſeruitij, & libertatis improſpere repetitæ; cum occiſus dictator Cæſar, alijs peſſimum, alijs pulcherrimum facinus videretur: nunc ſenem principem longa potentia, [2] prouiſis etiam * heredum in Remp. opibus, auxilio, ſcilicet, militari tuendum, [3] vt ſepultura eius quieta foret. [4] Multus hinc ipſo de Auguſto ſermo; pleriſque vana mirantibus, quod idem dies accepti quondam imperij princeps, & vitæ ſupremus: quod Nolæ in domo & [5] cubiculo, in quo pater eius Octauius, vitam finiuiſſet. numerus etiam conſulatuum celebrabatur, quo Valerium Coruinum, & [7] C. Marium ſimul æquauerat: continuata per ſeptem & triginta annos tribunitia poteſtas; nomen imperatoris ſemel atque vicies partum, [8] aliaque honorum multiplicata, aut noua.

Mors principis fabula vulgi.

* heredi, num in Rempublicam opibus?

1 Diem illvm crvdi servitii.] Appianus 2. bellor. ciuil. ait Dolabellam conſulem cenſuiſſe, vt is dies, quo Iulius Cæſar eſſet trucidatus, *deinceps vrbis natalis haberetur: quod illa mors vita fuiſſet P. R. & recuperatæ libertatis.* Et certe *optimus eſt poſt malum principem dies primus*, ait noſter hiſtor. 4. fuitque ſemper & eſt & erit æternum mortalibus iucunda libertas. Contra Claudius, *qui imperio ſtabilito nihil habuit antiquius quam id biduum quo de mutando Reip. ſtatu in libertatem hæſitatum erat, memoriæ eximere.* Suet. in Claud. 11. *Crudi* autem *ſeruitij diem* vocat Tacitus eleganter, pro die quo inciperet Auguſtorum dominatio & ſeruitus P. R. nam vt vuæ naſcentes crudæ ſunt & aſperæ, ſic ſeruitium erumpens crudum. ἀπεψίας eſt cruditas & ποιεία. Sic *cruda vinea* pro nondum matura & nondum muſtea. l. 27. §. ſi oliua. ad legem Aquil. ſic *crudus vir* in Plauto, pro feroci, nec moribus humanioribus polito. Papinianus 2. Achilleid.

—Cruda exordia magnæ
Indolis.

Fictile crudum. Et Petronius Arbiter, *Cum ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum impellunt.* Et *fictile crudum* dixit Plin. lib. 29. cap. 2. pro olla, in qua nihil coctum fuit. Sic *virginem crudam* *Cruda virgo.* vocat Martialis, quam *acerbam* Tertull. l. de Virg. veland. quæ Homero 6. Odyſſ. παρθένος ἀδμής, virgo indomita & præcoqua: quia *Virgo indomita.* nondum calore naturali inflammata. Et Martial.

Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine, Martiaque mergi.

li. 6. epig. 41. Opponitur autem cruda virgo *maturæ virgini & tumidæ*, & muſteæ, & *Matura.* ſucciplenæ, a Papiniano in Achill. illo verſu:

Virginitas matura toris.

Tempeſtiua. Quam *tempeſtiuam* vocat Feſtus lib. 19. & Varro in Agathone: *virginis acerbæ aures Venereis vocabulis imbui noluerunt.* Apul. 1. Met. *Quid igitur? furor infœlix acerbi animi, & miſera inſania crudæ ſenectutis?* Tertull. dixit *crudas ſalutationes*, quod candidati, ſummo mane, puſillo *Cruda ſenectus. Cruda ſalutatio.* ſomno, & nondum heſternorum ciborum decoctione facta, properarent ad ſalutãdum, *& ad occurſum vniuſcuiuſque decreſcerent*, id eſt, humili ſalutatione ſe ſubmitterent. Nam ita libro de Pœnitentia, hæc interpretor, & excoquo cruda nimis & acerba verba. Eſt ergo *Tertullianus explicatus.* in ſeruitute aſpera cruditas, vt in libertate dulcis & mellita ſuauitas.

2 Provisis etiam heredvm in Remp. opibvs.] Corruptus locus, & magnus error *Tacitus correctus.* non magnæ rei. Nam quid ſibi vult, *prouiſis etiam heredum opibus in Remp.* & qui illi heredes? Tramæ putridæ. Lego: *prouiſis etiam heredi, num in Remp. opibus?* Id eſt, opibus relictis Tiberio, num vt Remp. premeret & opprimeret? nam opes aut firmant, aut euertunt Remp. firmant, ſi bonis eueniant: euertunt, ſi *Explicatus.* malis. Noſter l. 11. *Caueret vim atque opes.* D. Auguſtinus in Eccleſiaſt. 31. *Pone aurum inter hominem bonum & malum. Tollat malus: inopes opprimuntur, iudices corrumpuntur, leges peruertuntur, res humanæ perturbantur. Quare? quia aurum tulit malus. En abuſus donorum Dei. Tollat bonus: pauperes paſcuntur, nudi veſtiuntur, oppreſſi liberantur, captiui redimuntur. En vſus donorum Dei.* At Auguſti verus heres Tiberius, non modo in imperio, ſed in *Tiberius ſucceſſor Auguſti in bonis & imperio.* facultatibus, adoptione quippe filius. Et quæ reliquerat Liuiæ, recaſura erant in Tiberium. Deinde veniam petierat a Senatu, vt liceret ſibi liuiam teſtamẽto heredem ſcribere pro ea parte, quam ei reliquit, ſcilicet ex triente, & Tiberium ex beſſe. Dio l. 56. Quia non licebat per leges, nec vera heres erat, agnatis & cognatis ſuperſtitibus. Et ſane Tacitus Tiberium ſucceſſorem vocat Auguſti. *ne Tiberium*, inquit, *charitate, aut Reip. cura ſucceſſorem aſcitum.* Cæterum hæc verba, *num in Rempub. opibus?* ſunt ex Taciti familia & *Modus ſcribendi Taciti.* vſu. Sic enim ſæpe in media planitie ſcindit, & exurgit, ad imitationem Liuij. nam Annal. 2. vbi de Archelao: *Finem vitæ, ſponte an fato? impleuit.* Et infra: *Qui Atedij & Vedij Pollionis luxus?* Et alibi: *Quotuſquiſque remp. vidiſſet? An prætorias cohortes plus periculorum ſuſcipere?* Ita etiam Liuius: *Hetruſcisne, a quibus bellum Gallicum in ſe auertiſſet, ludibrio eſſe clades ſuas?* Sic acutos interdum ſonos habet harmonia ſcriptionis Cornelianæ, quos miſceat grauibus.

Cæſar? An te virum bonum putas? vtinam tam ſectator boni, quam ſcriptor. Sed, vt ait Seneca de benefic. lib. 5. *Ipſe Pompeij hoſtis & victor a Gallia Germaniaque bellum in vrbem circumegit: & ille plebicola, ille popularis, caſtra in Circo Flaminio poſuit, propius quam Porſennæ fuiſſent.* Fœlix autem Cato Vticenſis, *quam amor patriæ, non rapina, non ambitio, bellis ciuilibus ſociauit.* Nec Otho quid præſtantius habuit, *quam quod ciuilia bella exhorruerit.* Vt Vipſanius Meſſala, qui *inter Romanos ſolus ad ciuile bellum artes bonas attulerit.* Tacit. in hiſt. Quod ratum.

3 Mvlta Antonio, vt interfectores patris vlciſceretvr, concessisse.] Manuſcriptus habet, vt aiunt, contractiora verba, ſed excuſis pæne ſimilia. *Multa vlciſcenti Antonio interfectores patris, multa Lepido conceſſiſſe.* Recte, vt notes temporum neceſſitates quibus principes omnes inſeruiunt. Nam magna dominatio magna eſt ſeruitus. Scribit autem, *vlciſcenti Antonio*, quia vltio mel eſt paganis, vt fel Chriſtianis, Barbaris ſuauitas, generoſis animis fatuitas, quos comitatur patientia & ſapientia.

4 Pavca admodvm vi tracta.] Recte, & ex vſu regnādi. Nam qui mitius imperat, melius imperat: & melius comitate ſeruatur imperiū quam ſeueritate. *Inexpugnabile eſt munimētum munimento non egere,* ait Plinius in Panegyr. & de excubijs principis intelligit. At Am. Marcel. de Gallo ita ſcribit: *Qui ex ſqualore nimio miſeriarum ætatis adultæ primitijs ad principale culmen inſperato cultu prouectus vltra terminos poteſtatis delatæ procurrens, aſperitate nimia cuncta fœdabat.* Seneca pater lib. 4. Contr. Auguſtum vocat *clementiſſimum.* Seneca filius 1. de Clement. *mitiſſimum.* Sed in ſenectute, nam *iuuenis fuit paulo commotior*, vt ait idem: & eius clementia ſenilis, per omnes huius temporis authores fere celebrata eſt. Plin. li. 26. cap. 4. eam notat: ſed corrigo in illa parte fœdatum authorem. *Hinc*, ait, *ciuicæ coronæ, militum virtutis inſigne clariſſimum, iampridem vero, & clementiæ imperatorum*, (intelligit de Iulio & Auguſto Cæſaribus) *poſtquam ciuilium bellorum prophano* (lege *profluuio*, id eſt, bellorum ciuilium æſtu) *meritum cœpit videri ciuem non occidiſſe.* Sic *profluuium vitale*, ſic *muliebre* dixit idem Plinius lib. 2. cap. 13. & lib. 21. cap. 25. Sic *profluuium cerebri* dixit Velleius. Dixit *meritum, ciuem non occidere.* nam, vt ait Seneca filius, *Domitios, Meſſalas, Aſinios, Cicerones, & quicquid floris bonorum ciuium in ciuitate erat, clementiæ ſuæ debebat.* At iſta clementia habuit Liuiam magiſtram, quod mireris, docuitque fœmina virum ſe præſtare virum. Dio li. 55. Sic noſter de Heluidio Priſco: *Moderatione plura, quam vi peregerat.* Quia laudabilius multo eſt atque glorioſius multos ciues ſeruaſſe, quam occidiſſe. Liuia apud Dionem. Cuius rei iam documentum aliquod dederat Auguſtus. Et ſane, qui imperat ſine clementia, imperat ſine prudentia.

Auguſtus clementiſſ. Sed ſenex. Iuuenis tumidus.

Plinius correctus.

Explicatus.

Liuia marito clementiæ doctrix.

Artibus ſumma dignitas paratur.

Dicebatur contra, pietatem erga parentem, & tempora Reipublicæ obtentui ſumpta: cæterum cupidine dominandi [1] concitos per largitionem veteranos; paratum ab adoleſcente * priuato exercitum; corruptas conſulis legiones, ſimulatam Pompeianarum gratiam partium: mox vbi decreto patrum, faſces, & ius prætoris inuaſerit, [2] cæſis Hircio & Panſa (ſiue hoſtis illos, ſeu Panſam venenum vulneri adfuſum, ſiue milites Hircium, & machinator doli Cæſar abſtulerat) vtriuſque copias occupauiſſe: extortum inuito ſenatu conſulatum; armaque quæ in Antonium acceperit, contra Remp. verſa; proſcriptionem ciuium, diuiſiones agrorum, ne ipſis quidem qui fecere, laudatas. ſane Caſſij & Brutorum exitus paternis inimicitijs datos, [3] (quamquam fas ſit priuata odia publicis vtilitatibus remittere) ſed Pompeium imagine pacis, ſed Lepidum ſpecie amicitiæ deceptos. poſt Antonium [4] Tarentino [5] Brunduſinoque fœdere, & [6] nuptijs ſororis inlectum ſubdolæ adfinitatis pœnas morte exoluiſſe. pacem ſine dubio poſt hæc, verum cruentam, [7] Lollianas, [8] Varianaſque clades, interfectos Romæ [9] Varrones, Egnatios, Iulos.

*tum priuato

Subdola affinitas magnū Reip. virus.

Veterani Reipublicæ defenſores.

1 Concitos per largitionem veteranos.] Largitio ergo militum calcar ad tuenda bona, vel mala. Ita eſt, ferro aurum imperat, impellitque ſæpe in iugulum virtutis. Sic largitione Nero eſt tutatus, ſic Galba truncatus, ſic Alexander Mammeæ trucidatus. De his veteranis Cicero loquitur ad Brutum, epiſtola quæ incipit, *Cum.* lib. 11. & his verbis. *Primum milites veteranos commilitones tuos, deinde legionem Martiam, quæ ſuum conſulem* (Antonium ſcilicet) *hoſtem iudicauit.* Sed de largitione in veteranos idem Philip. 5. *De exercitu Cæſaris ita cenſeo decernendum, Senatui placere, militibus veteranis, qui Cæ-*

ſaris

ſaris Pontificis, authoritatē huius ordinis defenderint atque defendant, his, liberiſque eorum militiæ vacationem eſſe. Magnum quidem, ſed meritum veteranis præmium. Iſta enim largitio animorum conciliatrix, & militem donis conciliandum ſciebat Auguſtus ex Iulio Cæſare. Quod ſequuti ſunt Caligula & Claudius & Nero, Iulij diſcipuli & nepotes.

2 CÆSIS HIRCIO ET PANSA.] Quod Cicero explicat ad Brutum epiſt. 3. *Conſules duos, bonos quidem, ſed dumtaxat bonos, amiſimus. Hircius quidem in ipſa victoria occidit, cum paucis diebus, magno prælio ante viciſſet. Nam Panſa fugerat, vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit.* Et ille dies fuit Conſulibus vltimus, ſed Reip. poſtremus. Quod Pollio epiſtola quadam ad Ciceronem clare deſcribit, in famil. Et notandum quod quibus erat eadem dignitas, eadem quoque fuit fati atrocitas.

Hirtiū & Panſa caſus.

His amor vnus erat, pariterque in bella ruebant,

ait Poeta.

3 QVANQVAM FAS SIT PRIVATA ODIA PVBLICIS VTILITATIBVS REMITTERE.] Quod viguit apud bonos, & vigebit, etiam ſi Deus volet. Sed Seneca aliter ſentit, Suaſor. 2. de Cremutio Cordo. *Priuatas ſimulationes deponendas interdum putabat, publicas nunquam.* Et Cicero de prouinc. Conſularib. *Quid ſi ipſas inimicitias depono reip. cauſa, quis me tandem reprehendat?* Idem ad Attic. epiſt. 14. quæ incipit, *Occupationibus. Honeſtius*, inquit, *& libentius deponimus inimicitias Reip. nomine ſuſceptas, quam contumaciæ.* Tacitus lib. 14. Annal. *Bonum publicum priuatis ſimultatibus impediebat.* Quod turpiſſimum, quia Reip. exitioſiſſimum. Nam *periniquum eſt*, inquit Appianus, *propter priuatas ſimultates Remp. in diſcrimen adducere. nec abutendum occaſione ad explenda odia, ſed potius Reip. ſunt donandæ priuatæ iniuriæ.* Nam ſalus Reip. votum votorum eſt homini bono ciui, & probo.

Priuatæ inimicitiæ pro Rep. deponendæ.

Etiam publicæ.

4 TARENTINO FOEDERE.] Quæ vrbs, laudata a Seneca De tranq. animi. *Tarentum*, inquit, *petatur, laudatuſque portus, vt hiberna cæli mitioris, & tecta, vel antiquæ ſatis opulenta turbæ.* Quod Horatius confirmat, nam vbi de Tarento, pro *hiberna cæli mitioris*, ita ſcribit:

Tarenti laus.

Ver vbi longum, tepidaſque præbet
Iuppiter brumas.

Virgilius Tarentum *ſaturum* vocat, propter vel pabuli copiam in animalibus, vel cibi luxuriam in hominibus, 2. Georgi.

Saturum dictum.

Et cur ita.

—ſaturi petito longinqua Tarenti.

Sic Perſius & Martialis *rus ſaturum* dixere lib. 10. epig. 96. Et ſane, Cicero opponit Samarobrinam *ſiccam & aridam*, Tarento, 7. famil. ad Trebat. Epiſt. *Mirabar.* Putoque Samarobrinam eſſe regionem ſylueſtrem conſitam vlmis. Nam ſemen vlmeum *ſamara* vocatur. Plin. 19. cap. 17. *Attineæ non ferunt ſamara.* Et Samarobrina eadem eſt nomine quæ apud Indum fluuium dicitur Samarabria. Plin. 6. cap. 20. Horatius Tarentum *molle* vocat, *& imbelle* epiſt. 7. lib. 1. verc. Nam, Sabinorum lingua, *Tarentum molle*, ſonat. Et Iuuenalis *madidum* hoc verſu:

Atque coronatum, & petulans, madidumque
Tarentum.

vel propter vicinum mare, vel, vt verius loquar, propter affluentes delicias. Nam dixit Claudianus *luxurioſum* in Paneg. Manlij.

Luxurioſum.

—Oebalij luxum preſſere Tarenti.

Cuius cuſtodes Deos facit Iouem, & Neptunum, id eſt, totius luxuriæ & feritatis fontes. Idem Horatius *ſacrum* vocat lib. 1. Od. 28. Et Florus ſic ſcribit: *Tarentum Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam & Apuliæ totiuſque Lucaniæ caput.* Sed Tarentinus ego, qui Tarenti ſic immorer.

5 BRVNDVSINO.] De quo Silius lib. 8.

Necnon Brunduſium, quo deſinit Itala tellus.

Eſt autem cerui cornu. Nam portus habet imaginem ceruini capitis cornibus conſpicui. Strabo. Cicero pro Planco, *ſibi amiciſſimum* vocat *Brunduſium.* Et *Brenda* dicebatur olim. Feſtus enim ſic ſcribit, *Brunduſium quidam Poetæ, breuitatis cauſa, Brendam dixere.* Etiam *Brenteſium.* Nam l. 122. §. 1. de verbor. ſignic. D. *Mercibus a Beruto comparatis* (pro Berito vrbe Phœniciæ) *& Brenteſium perferundis.* id eſt, Brunduſium. Hodie *Brindes* etiam ab Italis vocatur. Ennius de eius portu:

Brunduſium Italiæ finis.

Brunduſium pulchro præcinctum præpete portu.

id eſt expanſo & explicato portu. Tranſlatio ab auibus quæ alas expandunt volando. Et Horatius in epiſtolis:

Brunduſium longæ finis chartæque viæque.

Finis viæ, terreſtris ſcilicet, quia tunc incipit mare. finis chartæ, quia heic Horatius epiſtolam ſuam abſoluit. De Brunduſio & Tarento vetus Poeta:

Brunduſii ſargus bonus eſtur. Magnus erit ſi,
Sume. apriclum piſcem ſcito primum eſſe Tarenti.

Nam hi duo loci gularum deliciæ & glutonum volupras.

6 NVPTIIS SORORIS.] De iſtis nuptijs, locus eſt ingeniorum naufragijs famoſus, apud Senecam Suaſor. 1. Quem deſpondentibus cunctis, liceat mihi corrigere, non infœliciter, vel iudice Phœbo, imo & tueri. Firmus rectum defendit, & inſtat. *Cum vellet*, inquit, *Antonius, ſe Liberum patrem dici, & hoc nomen ſtatuis inſcribi iuberet, habitu quoque & comitatu Liberum imitaretur, occurrunt venienti ei Athenienſes, &* [illegible] *ſalutauerunt. Bene illis ceſſerat, ſi naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet. Dixerunt, deſpondere ipſos in matrimonium, Mineruam Muſam ſuam, & rogauerunt vt duceret.* At quæ ſit illa Minerua Muſa, quærunt omnes, & nuſquam reperta, delendū verbū in hoc authore cenſuerunt. Intercedo, nec *Muſam* tamen lego, quod eſt exſcriptoris pueruli cōmentum, vt verbum *alapam*, verbum *folio* pro *lolio*, & multa quæ animaduerti in hoc authore. Sed lego *puſam*, id eſt, iuuenculam, & nubilem virginem. Nam virgines maturæ *puſæ* dictæ & *puſulæ*, vel *tumidæ*, vti argentum puſulatum. Quippe maturis virginibus mammæ tument, & puſulant, ſiue puſtulant. Claud. in epithal. Palladij:

Seneca pater correctus.

Antonius triumuir ſe Bacchum putat.

Mineruæ Muſa deſponſatur.

Minerua puſa.

Quid puſa.

— Matura tumeſcit

Cæſar? An te virum bonum putas? vtinam tam ſectator boni, quam ſcriptor. Sed, vt ait Seneca de benefic. lib. 5. *Ipſe Pompeij hoſtis & victor a Gallia Germaniaque bellum in vrbem circumegit: & ille plebicola, ille popularis, caſtra in Circo Flaminio poſuit, propius quam Porſennæ fuiſſent.* Fœlix autem Cato Vticenſis, *quam amor patriæ, non rapina, non ambitio, bellis ciuilibus ſociauit.* Nec Otho quid præſtantius habuit, *quam quod ciuilia bella exhorruerit.* Vt Vipſanius Meſſala, qui *inter Romanos ſolus ad ciuile bellum artes bonas attulerit.* Tacit. in hiſt. Quod rarum.

3 MVLTA ANTONIO, VT INTERFECTORES PATRIS VLCISCERETVR, CONCESSISSE.] Manuſcriptus habet, vt aiunt, contractiora verba, ſed excuſis pæne ſimilia. *Multa vlciſcenti Antonio interfectores patris, multa Lepido conceſſiſſe.* Recte, vt notes temporum neceſſitates quibus principes omnes inſeruiunt. Nam magna dominatio magna eſt ſeruitus. Scribit autem, *vlciſcenti Antonio*, quia vltio mel eſt paganis, vt fel Chriſtianis, Barbaris ſuauitas, generoſis animis fatuitas, quos comitatur patientia & ſapientia.

4 PAVCA ADMODVM VI TRACTA.] Recte, & ex vſu regnãdi. Nam qui mitius imperat, melius imperat: & melius comitate ſeruatur imperiũ quam ſeueritate. *Inexpugnabile eſt munimẽtum munimento non egere,* ait Plinius in Panegyr. & de excubijs principis intelligit. At Am. Marcel. de Gallo ita ſcribit: *Qui ex ſqualore nimio miſeriarum ætatis adultæ primitijs ad principale culmen inſperato cultu prouectus vltra terminos poteſtatis delatæ procurrens, aſperitate nimia cuncta fœdabat.* Seneca pater lib. 4. Contr. Auguſtum vocat *clementiſſimum.* Seneca filius 1. de Clement. *mitiſſimum.* Sed in ſenectute, nam *iuuenis fuit paulo commotior*, vt ait idem: & eius clementia ſenilis, per omnes huius temporis authores fere celebrata eſt. Plin. li. 26. cap. 4. eam notat: ſed corrigo in illa parte fœdatum authorem. *Hinc*, ait, *ciuicæ coronæ, militum virtutis inſigne clariſſimum, iampridem vero, & clementiæ imperatorum,* (intelligit de Iulio & Auguſto Cæſaribus) *poſtquam ciuilium bellorum prophano* (lege *profluuio*, id eſt, bellorum ciuilium æſtu) *meritum cœpit videri ciuem non occidiſſe.* Sic *profluuium vitale*, ſic *muliebre* dixit idem Plinius lib. 2. cap. 13. & lib. 21. cap. 25. Sic *profluuium cerebri* dixit Velleius. Dixit *meritum*, *ciuem non occidere.* nam, vt ait Seneca filius, *Domitios, Meſſalas, Aſinios, Cicerones, & quicquid floris bonorum ciuium in ciuitate erat, clementiæ ſuæ debebat.* At iſta clementia habuit Liuiam magiſtram, quod mireris, docuitque fœmina virum ſe præſtare virum. Dio li. 55. Sic noſter de Heluidio Priſco: *Moderatione plura, quam vi peregerat.* Quia laudabilius multo eſt atque glorioſius multos ciues ſeruaſſe, quam occidiſſe. Liuia apud Dionem. Cuius rei iam documentum aliquod dederat Auguſtus. Et ſane, qui imperat ſine clementia, imperat ſine prudentia.

Auguſtus clementiſſ.
Sed ſenex.
Iuuenis commotius.
Plinius correctus.
Explicatus.
Liuia marito clementiæ doctrix.

Artibus ſumma dignitas paratur.

Dicebatur contra, pietatem erga parentem, & tempora Reipublicæ obtentui ſumpta: cæterum cupidine dominandi [1] concitos per largitionem veteranos; paratum ab adoleſcente * priuato exercitum; corruptas conſulis legiones, ſimulatam Pompeianarum gratiam partium: mox vbi decreto patrum, faſces, & ius prætoris inuaſerit, [2] cæſis Hircio & Panſa (ſiue hoſtis illos, ſeu Panſam venenum vulneri adfuſum, ſiue milites Hircium, & machinator doli Cæſar abſtulerat) vtriuſque copias occupauiſſe: extortum inuito ſenatu conſulatum; armaque quæ in Antonium acceperit, contra Remp. verſa; proſcriptionem ciuium, diuiſiones agrorum, ne ipſis quidem qui fecere, laudatas. ſane Caſſij & Brutorum exitus paternis inimicitijs datos, [3] (quamquam fas ſit priuata odia publicis vtilitaribus remittere) ſed Pompeium imagine pacis, ſed Lepidum ſpecie amicitiæ deceptos. poſt Antonium [4] Tarentino [5] Brunduſinoque fœdere, & [6] nuptijs ſororis inlectum ſubdolæ adfinitatis pœnas morte exoluiſſe. pacem ſine dubio poſt hæc, verum cruentam, [7] Lollianas, [8] Varianaſque clades, interfectos Romæ [9] Varrones, Egnatios, Iulos.

* *rum priuato

Subdola affinitas magnũ Reip. virus.

Veterani Reipublica deſenſoret.

1 CONCITOS PER LARGITIONEM VETERANOS.] Largitio ergo militum calcar ad tuenda bona, vel mala. Ita eſt, ferro aurum imperat, impellitque ſæpe in iugulum virtutis. Sic largitione Nero eſt tutatus, ſic Galba truncatus, ſic Alexander Mammeæ trucidatus. De his veteranis Cicero loquitur ad Brutum, epiſtola quæ incipit, *Cum.* lib. 11. & his verbis. *Primum milites veteranos commilitones tuos, deinde legionem Martiam, quæ ſuum conſulem* (Antonium ſcilicet) *hoſtem iudicauit.* Sed de largitione in veteranos idem Philip. 5. *De exercitu Cæſaris ita cenſeo decernendum, Senatui placere, militibus veteranis, qui Cæ-*

ſaris

ſaris Pontificis, authoritatẽ huius ordinis defenderint atque defendant, his, liberiſque eorum militiæ vacationem eſſe. Magnum quidem, ſed meritum veteranis præmium. Iſta enim largitio animorum conciliatrix, & militem donis conciliandum ſciebat Auguſtus ex Iulio Cæſare. Quod ſequuti ſunt Caligula & Claudius & Nero, Iulij diſcipuli & nepotes.

Hirtiũ & Panſa caſus. 2 CÆSIS HIRCIO ET PANSA.] Quod Cicero explicat ad Brutum epiſt. 3. *Conſules duos, bonos quidem, ſed dumtaxat bonos, amiſimus. Hircius quidem in ipſa victoria occidit, cum paucis diebus, magno prælio ante viciſſet. Nam Panſa fugerat, vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit.* Et ille dies fuit Conſulibus vltimus, ſed Reip. poſtremus. Quod Pollio epiſtola quadam ad Ciceronem clare deſcribit, in famil. Et notandum quod quibus erat eadem dignitas, eadem quoque fuit fati atrocitas.

His amor vnus erat, pariterque in bella ruebant,

ait Poeta.

Priuatæ inimicitiæ pro Rep. deponendæ. 3 QVANQVAM FAS SIT PRIVATA ODIA PVBLICIS VTILITATIBVS REMITTERE.] Quod viguit apud bonos, & vigebit, etiam ſi Deus volet. Sed Seneca aliter ſentit, Suaſor. 2. de Cremutio Cordo. *Priuatas ſimulationes deponendas interdum putabat, publicas nunquam.* Et Cicero de prouinc. Conſularib. *Quid ſi ipſas inimicitias depono reip. cauſa, quis me tandem reprehendat?* *Etiam publicæ.* Idem ad Attic. epiſt. 14. quæ incipit, *Occupationibus. Honeſtius*, inquit, *& libentius deponimus inimicitias Reip. nomine ſuſceptas, quam contumaciæ.* Tacitus lib. 14. Annal. *Bonum publicum priuatis ſimultatibus impedicbat.* Quod turpiſſimum, quia Reip. exitioſiſſimum. Nam *periniquum eſt*, inquit Appianus, *propter priuatas ſimultates Remp. in diſcrimen adducere. nec abutendum occaſione ad explenda odia, ſed potius Reip. ſunt donandæ priuatæ iniuriæ.* Nam ſalus Reip. votum votorum eſt homini bono ciui, & probo.

Tarenti laus. 4 TARENTINO FOEDERE.] Quæ vrbs, laudata a Seneca De tranq. animi. *Tarentum*, inquit, *petatur, laudatuſque portus, & hiberna cœli mitioris, & tecta, vel antiquæ ſatis opulenta turbæ.* Quod Horatius confirmat, nam vbi de Tarento, pro *hiberna cœli mitioris*, ita ſcribit:

Ver vbi longum, tepidaſque præbet
Iuppiter brumas.

Saturum dictum. Virgilius Tarentum *ſaturum* vocat, propter vel pabuli copiam in animalibus, vel cibi luxuriam in hominibus, 2. Georgi.

Et cur ita. *— ſaturi petito longinqua Tarenti.*

Sic Perſius & Martialis *rus ſaturum* dixere lib. 10. epig. 96. Et ſane, Cicero opponit Samarobrinam *ſiccam & aridam*, Tarento, 7. famil. ad Trebat. Epiſt. *Mirabar.* Putoque Samarobrinam eſſe regionem ſylueſtrem conſitam vlmis. Nam ſemen vlmeum *ſamara* vocatur. Plin. 19. cap. 17. *Attineæ non ferunt ſamara.* Et Samarobrina eadem eſt nomine quæ apud Indum fluuium dicitur Samarabria. Plin. 6. cap. 20. Horatius Tarentum *molle* vocat, *& imbelle* epiſt. 7. lib. 1. vere. Nam, Sabinorum lingua, *Tarentum molle*, ſonat. Et Iuuenalis *madidum* hoc verſu:

Atque coronatum, & petulans, madidumque Tarentum.

vel propter vicinum mare, vel, vt verius loquar, propter affluentes delicias. Nam dixit Claudianus *luxurioſum* in Paneg. Manlij. *Luxurioſum.*

— Oebalij luxum preſſere Tarenti.

Cuius cuſtodes Deos facit Iouem, & Neptunum, id eſt, totius luxuriæ & feritatis fontes. Idem Horatius *ſacrum* vocat lib. 1. Od. 28. Et Florus ſic ſcribit: *Tarentum Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam & Apuliæ totiuſque Lucaniæ caput.* Sed Tarentinus ego, qui Tarenti ſic immorer.

5 BRVNDVSINO.] De quo Silius lib. 8.

Necnon Brunduſium, quo deſinit Itala tellus.

Eſt autem ceruì cornu. Nam portus habet imaginem ceruini capitis cornibus conſpicui. Strabo. Cicero pro Planco, *ſibi amiciſſimum* vocat *Brunduſium*. Et *Brenda* dicebatur olim. Feſtus enim ſic ſcribit, *Brunduſium quidam Poetæ, breuitatis cauſa, Brendam dixere.* Etiam *Breneſium*. Nam l. 122. §. 1. de verbor. ſignic. D. *Mercibus a Beruto comparatis* (pro Berito vrbe Phœniciæ) *& Breneſium perferundis.* id eſt, Brunduſium. Hodie *Brindes* etiam ab Italis vocatur. Ennius de eius portu: *Brunduſium Italiæ finis.*

Brunduſium pulchro præcinctum præpete portu.

id eſt expanſo & explicato portu. Tranſlatio ab auibus quæ alas expandunt volando. Et Horatius in epiſtolis:

Brunduſium longæ finis chartæque viaque.

Finis viæ, terreſtris ſcilicet, quia tunc incipit mare. finis chartæ, quia heic Horatius epiſtolam ſuam abſoluit. De Brunduſio & Tarento vetus Poeta:

Brunduſii ſargus bonus eſtur. Magnus erit ſi,
Sume. apriclum piſcem ſcito primum eſſe Tarenti.

Nam hi duo loci gularum deliciæ & glutonum voluptas.

6 NVPTIIS SORORIS.] De iſtis nuptijs, locus eſt ingeniorum naufragijs famoſus, apud Senecam Suaſor. 1. Quem deſpondentibus cunctis, liceat mihi corrigere, non infœliciter, vel iudice Phœbo, imo & tueri. *Seneca pater correctus.* Firmus rectum defendit, & inſtat. *Cum vellet*, inquit, *Antonius, ſe Liberum patrem dici, & hoc nomen ſtatuis inſcribi iuberet, habitu quoque & comitatu Liberum imitaretur, occurrunt venienti ei Athenienſes, & Διόνυσον ſalutauerunt. Bene illis ceſſerat, ſi naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet. Dixerunt, deſpondere ipſos in matrimonium, Mineruam Muſam ſuam, & rogauerunt vt duceret.* *Antonius triumuir ſe Bacchum putat.* At quæ ſit illa Minerua Muſa, quærunt omnes, & nuſquam reperta, delendũ verbũ in hoc authore cenſuerunt. *Minerua Muſa deſponſatur.* Intercedo, nec *Muſam* tamen lego, quod eſt exſcriptoris pueruli cõmentum, vt verbum *alapam*, verbum *folio* pro *lolio*, & multa quæ animaduerti in hoc authore. Sed lego *puſam*, id eſt, iuuenculam, & nubilem virginem. *Minerua puſa.* Nam virgines maturæ *puſæ* dictæ *& puſulæ*, vel *tumidæ*, vti argentum puſulatum. *Quid puſa.* Quippe maturis virginibus mammæ tument, & puſulant, ſiue puſtulant. Claud. in epithal. Palladij:

— Matura tumeſcit

Virginitas, ſuperatque niues ac lilia candor.

Et Ezech. 16. *Et multiplicata es* (alloquitur Hieruſalem ſpecie virginis) *& grandis effecta, & ingreſſa es & perueniſti ad mundum muliebrem: vbera tua intumuerunt & pilus tuus germinauit. Et tranſiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium.* Martialis l.7.epigr. 81.de argento puſtulato.

Argenti tibi libra puſtulati.

Argentum enim igne puſtulat, vt virgo, cum vis & ignis generationis incipit in ea moueri. Quod naturale eſt. vnde iſtud :

Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt,

ait Virg.2.Georg. Et ad inſtar terrarum virgines.Et *puſtula,* (ait Iſidorus) *eſt in ſuperficie corporis turgida, veluti collectio.* quod accidit virginum adultiorum mammis. Sic *puſus* & *puſa,* ſic *puſio.* Plin. Nat. hiſt.7.cap. 16. *Puſio,* & Secundilla. Et ſane, fuit olim *puſio* , nomen Romanum. *C. Flauius Puſio* apud Cicer. in Cluentiana. *Puſio* etiam quaſi *purio* , a puritate : vt pueri puri Lucretio lib. 4.qui puelli dicuntur. Lucillius in Satyr.

Inde venit Romam tener ipſe etiam atque puellus.

Iuuenalis Sat. 6.

Puſio qui noctu non litigat.

Et Arnobius 7. *Numquid vt paruuli puſiones ab ineptis vagitibus & crepitaculis absterrentur?* Et Apul. lib. 9. *belliſſimus puſio ille.* De puſa, Prudent. in hymno D. Eulaliæ.

Ipſa crepundia repulerat
Ludere neſcia puſiola.

Et Varro de ling. Lat.

Ridiculum eſt, cum te caſcum tua dicit amica
Caſca Philotoni, ipſa ſenex, puerum.
Dic tu illam puſam, ſic fiet, Mutua muli:
Nam vere puſus tu, tua amica ſenex.

Caſca Philotonij, id eſt, vetula vxor Philotonij te caſcum & ſenem, puerum vocat. tu puſam illam dicito, licet ſit vetula & decrepitula. *Puſam* etiam olim *pupam* dixere. Horat. Sat. 3. lib. 2.

Pupam aut pupillam appellet, fortique marito
Deſtinet vxorem.

Et cognomen eſt mulieris. ATILIO MACRINO PATRI, ET SVRÆ PVPÆ MATRI. Auſon.

—Latias vincis alumna pupas.

Et Martialis epig. quodam.

Dicit ſe vetulam, cum ſit Cerelia pupa.
Pupam ſe dicit Clælia, cum ſit anus.

Opponuntur enim inter ſe *anus*, & *puſa*, ſeu *pupa*. Ergo legendum *Puſa*, non *Muſa*. Simile mendum eſt apud Salluſt. hiſt. 4. *Cum filius Muſa, quem regem appellauerat* (pro, *cum filius Nuſa, quem reginam appellauerat,*) *genitus haud dubie eſſet.* Sic enim legunt. Poterat tamen illa *Minerua Muſa* fulciri quodammodo Apuleij authoritate, qui 4. Florid. vocat Carthaginem *Africæ Muſam cæleſtem.* Et Poetæ Muſas deitates & numina ſua, vocant & inuocant. Sed hæc figmenta, & pigmenta, nihil ad verum. Non omitto tamen ſimilem pæne hiſtoriam ſcribi a Xiphilino, quam de Antonio narrat Seneca. Nam ait Auitum (vere portentum imperatoriæ licentiæ & improbitatis) Vraniam Carthaginenſium accepiſſe in vxorem (id eſt *Muſam, Carthaginienſium: Vrania enim prima Muſarum*) & vxorum more deductam in palatium, donaque nuptialia exegiſſe ab omnibus prouincijs imperio ſubiectis, duoſque leones pro dote accepiſſe.

Auitus imperator nubit Vraniæ Carthaginenſi.

Sed non heic ſubſiſto. imo pergo ad reliqua Senecæ corrupta. Addit ergo. *At Antonius ait ducturum ſe Mineruam illam (puſam ſcilicet) ſed dotis nomine imperare ſe mille talenta. Tum ex Græculis quidam ait, Κύεια, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχε. Huic quidem impune fuit. Sed Athenienſium ſponſalia mille talentis æſtimata ſunt. Quæ cum exigerentur, complures contumelioſi libelli proponebantur, quidam etiam ipſi Antonio tradebantur, ſicut ille, qui ſcriptus ſtatuæ eius fuit, cum & eodem tempore Octauiam vxorem haberet. Octauia, res tuas habe* (ſic enim emendarunt, & vere) *Belliſſimam tamen rem Deillius dixit* (hic eſt, quem Delium dicit Horatius lib. 2. odar. oda 3.) *Quem Meſſala Coruinus deſultorem bellorum ciuilium vocat, quia ab Dolabella ad Caſſium tranſiturus, ſalutem ſibi pactus eſt, ſi Dolabellam occidiſſet. Et a Caſſio deinde tranſiuit ad Antonium, nouiſſime ab Antonio confugit ad Cæſarem. hic eſt inquam Deillius, cuius epiſtolæ laſciuæ* (manuſcriptus habet, *laſciuiæ*) *ad Cleopatram feruntur. Cum Athenienſes peterent tempus ad pecuniam conferendam, Deillius ait, Et tamen ſcito, illos tibi annuam, bimam, trimam diem debere.* ſic excuſi nouiter. Sed manuſcriptus habet, *annua, biennij, triennij, diem debere.* Frobennianus codex ita, *Et tamen dicito illos anni biennij diem debere.* propius ad veritatem. Nam ſic legendum eſt. *Antonio dicite, annua, bima, trima die deberi.* Reſpexit enim ad legata, & cæteras præſtationes, quæ annua, bima, trima die, id eſt, tribus penſionibus præſtabantur. l. 3. de ann. leg. Certum eſt tamen, quod nulla adiecta die, dos præſenti die debetur, ſed de dote pacta hoc intelligendum eſt. Heic non pacta, ſed rapta, & exacta per vim, nec promiſſa, ſed imperata, & extorta, ideoque nec præſenti die debebatur, cum omnino non deberetur. Admonui de his Andream Schotum antequam ſua vulgaret, virum de litteris deque religione Chriſtiana bene meritum & mihi venerandum, &

Seneca pater adhuc correctus.

Quid annua, bima, trima die. Nulla adiecta die dos præſenti debetur.

-- quo candidius nil
Belgica terra tulit.

7 LOLLIANAS.] A M. Lollio, qui conſul fuit cum L. Lepido Auguſti temporibus. Dio lib. 54. & ad quem Horatij epiſtola :

Quando M. Lollius conſul.

Troiani belli ſcriptorem , maxime Lolli,
Dum tu declamas Romæ, Præneſte relegi.

Fuit enim egregius declamator , magis quam bellator. Horatius idem 2. epiſt. ad Lollium, ſub Auguſto ſuam militiam ſcribit didiciſſe, his verbis.

Declamator egregius, non bellator.

-- Denique ſæuam
Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti
Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit.

Id eſt ſub Auguſto. Dio lib. 54. a Germanis fuſum narrat : inde illa Lolliana clades. Sed Velleius eius vitia detegit, dum ita ſcribit. *Accepta in Germania clade ſub M. Lollio, homine in omnia, pecuniæ quam recte faciendi cupidiore,*

Eius a Velleio mores.

& inter

Principis Caij monitor & cuſtos.

& inter ſummam vitiorum diſſimulationem, vitioſiſſimo. Amiſſaque legionis quintæ aquila, vocauit ab vrbe in Gallias Cæſarem. Fuit autem præpoſitus adoleſcentiæ Caij, Auguſti filij, euntis in Armeniam. Nam hominum næuos homines non norunt plerumque. Sed cum multa per ſordes ageret, & auaritiam, detectus a Phtaare rege qui flagitia hæc Caio, & Caius Auguſto indicauit, paulo poſt moritur. Plinius lib. 9. cap. 33. aliter narrat. *Hic eſt*, inquit, *rapinarum exitus, hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum muneribus in toto Oriente, interdicta amicitia a C. Cæſare Auguſti filio, venenum biberet; vt neptis eius quadringenties H S. operta ſpectaretur ad lucernas.* Quorſum igitur Horatij verſus de Lollij virtutibus, & neglecta pecunia, ſi tam rapax & harpax fuit?

Quem apud reges exteros per auaritiam tradunt.

Vindex, inquit, *auaræ fraudis & abſtinens*
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ.

Sed in arcanis hominum multa clauſa quæ ſoli Deo patent. Fuit autem iſte Lollius, qui dixit *ingenium Galbæ male habitare.* Macrob. lib. 2. cap. 7. Nam Galba in paruo & gibboſo corpore, rectum & altum gerebat ingenium.

Seneca filius correctus.

8 Varianasqve clades.] Optime repoſitum a Lipſio in Seneca de benef. *Varianæ clades*, pro *Marinna.* Sed quia ſpicilegus ego, deciduam in hac meſſe ſpicam leuabo, & pro *cuſtodem caſulæ*, legam eodem loco, *cuſtodem capſulæ.* Nam caſula, vt dolium Diogenis, (quod ei pro prætorio & Palatio fuit, vt ait D. Hieron.) cuſtode non eget, nec eſt plerunque quod furetur, nedum quod cuſtodiatur. Capſa autem furibus obnoxia eſt, & cuſtodes habet. Iuuenal. Sat. 10.

Cuſtos capſarum.

Cuſtos anguſtæ vernula capſæ.

Nam in capſa, lauantium veſtimenta repoſita, quæ balnearij fures interdum rapiebant. Tertull. de fuga in perſequut. *Neſcio an dolendum an erubeſcendum ſit, cum in matricibus beneficiariorum & curioſorum inter tabernarios & lanios & fures balnearum.* Et Catullus furem ita inſectatur.

Capſarij fures.

Furum maxime balneariorum.

Et ſic accipienda eſt lex 3. §. vlt. de offic. præf. vigil. D. Quod autem in caſula non ſit quod furetur, eſt epigramma Græcum in mutem primo Antholog, vbi de animalibus. Certe in pumice rarum oleum eſt, quod tollatur. Ita emendatus olim Nonius in verbo *Cibarius in caſa panis*, pro *Cibarius in capſa.* Quod me iuuat non parum. Et in verbo *caſa* noto etiam mendum in Claudiano 2. de laudib. Stilic. *Agnoſcit cauſas.* pro *Agnoſcitque cauſas.*

9 Varrones, Egnatios.] Hos omnes fere numerat Seneca de Clement. cum inducit Liuiam ita Auguſto dicentem, ſapienter hercle & vltra fœminæ ingenium. *Seueritate nihil adhuc profeciſti, Saluidienum Lepidus ſequutus eſt, Lepidum Muræna, Murænam Cæpio, Cæpionem Egnatius, vt alios taceam, quos tantum auſos pudet. nunc tenta quomodo tibi cedet, clementia.* Idem docet Amm. Marc. *Contemne*, inquit, *partem luctificam & cruentam, vt cætera regas ſecurus.* lib. 17. Egnatius autem a Velleio ita deſcribitur. *Gladiatori per omnem vitam propior quam Senatori.* Et de Muræna: *Abſque hoc facinore, vir bonus: Cæpio, ante hoc etiam peſſimus.* Et ti Auguſti hoſtes, quorum peruicacia victa eſt Auguſti clementiâ.

Seueritas parũ, clementia multum profecit.

Egnatij a Velleio pictura.

Murenæ. Cæpionis.

10 Ivlos.] Iulus eſt M. Antonij & Fuluiæ filius, L. Craſſitij diſcipulus, heres maternæ nequitiæ & paternæ impuritatis. Nam mater famæ non nimium bonæ fuit. Quod teſtatur epigramma Auguſti apud Martialem. Et Peruſino bello gladio cincta, mox fugata, mortui Ciceronis linguam crinali acu fixit & refixit. Dio lib. 48. & D. Hieron. contra Ruff. De qua ita Florus corrupte, *Bello Peruſino. Semper L. Antonij peſſimum ingenium, Fuluia gladio cincta, virilis militiæ vxor agitabat.* Repoſuere *piiſſimum*, vere, non *peſſimum.* Nam L. Antonius *Pius* dictus ob ſequuta fraterna arma. Dio. Sed quid hoc eſt, *virilis militiæ vxor*? Prodit ſe vitium. Lego, *triumuiri illius Marci Antonij vxor.* vnde iſta portenta verborum finxerunt *virilis militiæ vxor.* Et ita erat ſcriptum, *iiivir illius M. Antonij vxor.* Is ergo Iulus Fuluiæ germen, qui dominationis cupidus, Iuliam Auguſti filiam adulterio polluit, & vt venenis patrem tolleret, induxit. Vir qui bonæ menti ſacrificarat nunquam. Ideo Plinius lib. 7. cap. 45. loquens de Auguſto: *Adulteria*, inquit, *filiæ, & conſilia parricidæ, palam facta.* id eſt, Iuli Antonij qui de tollendo principe conſilium ceperat cum Iulia Auguſti filia. Et Tacitus 3. Annal. *Iuli Antonij qui domum eius violaſſet*: adulterio Iuliæ videlicet. Et ſane ille Iulus fuit ingratum caput, qui tentarit vitam eripere Auguſto, qui donaſſet, quique datam ornaſſet. Ad eum eſt oda Horatij lib. 4. Vir Horatiana laude indignus, vt vita, quam iuſte perdidit. nam ſeipſum prodidit.

Iulus Antonius Fuluiæ filius,

Iuliæ corruptor. Ad parricidium monitor.

Peſſimum caput.

Nec domeſticis abſtinebatur: [1] Abducta Neroni vxor; & [2] conſulti per ludibrium pontifices, an concepto, necdum edito partu rite nuberet: [3] * qui Atedij & Vedij Pollio is luxus: poſtremo Liuia grauis in Remp. mater, grauis domui Cæſarum nouerca: nihil deorum honoribus relictum, cum ſe [4] te plis & effigie numinum [5] per flamines, & ſacerdotes coli vellet. ne Tiberium quidem charitate, aut Reip. cura ſucceſſorem adſcitum, ſed quoniam adrogantiam ſæuitiamque eius introſpexerit, [6] comparatione deterrima ſibi gloriam quæſiuiſſe. Etenim Auguſtus paucis ante annis, cum Tiberio

* qui Atedij & Vedij Pollionis luxus? Poſtremo

Per comparationem, gloria quæſita.

Pagani Principes mortui dij ſiunt a Paganis.

tribunitiam poteſtatem a Patribus rurſum poſtularet (quanquam honora oratione) quædam de habitu cultuque, & inſtitutis eius iecerat, quæ velut excuſando exprobraret.

1 ABDVCTA NERONI VXOR.] Velleius ſcribit Tiberium Neronem Auguſto deſpondiſſe Liuiam ſuam coniugem auſpicatis omnibus. Et Dio narrat li. 48. puerulum quemdam dicaculum, & garrulitate amabilem ita Liuiam interrogaſſe in conuiuio ſeorſim a Nerone cum Auguſto diſcumbentem. *Quid heic agis, o Domina, cum maritus tuus alibi diſcumbat?* Iſtam autem abductionem imitatus eſt poſtea Caligula. Nam Druſillam Longino marito eripuit, deinde Lolliam Paulinam Caio Memmio, & Liuiam Oreſtillam Caio Piſoni pactam, nec tactam. Quod videre eſt apud Suet. Sic vitia imitantur, vt virtutes obliuiſcuntur. Prudentius aduerſus Symmach. hanc abductionem inſectatur, his verbis.

Nondum maternam partu vacuauerat aluum,
Conceptamque viri ſobolem paritura gerebat
Pronuba: iam grauidæ fulcram geniale paratur,
Iam ſponſus ſaliente vtero nubentis, amicos
Aduocat, haud ſterilem certus fore, iam ſibi pactam.
Vitri us anteuenit tardum præferuidus ortum
Priuigni nondum geniti, mox editur inter
Feſcennina, nouo proles aliena marito:
Idque Deum ſortes, & Apollinis antra dederunt
Conſilium; nunquam melius nam cedere tædas
Reſponſum eſt, quam cum prægnans noua nupta iugatur.

Prudentij icens de Liuiæ nuptijs & Auguſti.

Prægnātia tamen animalia coitum reſpuunt, ſed ſunt plurimæ fœminæ quæ ſuperfœtant, vt lepores, malo more.

Religio tegmen cupiditatis.

2 CONSVLTI PER LVDIBRIVM PONTIFICES.] Veriſſimum eſt quod Leo Magnus, & huius nominis primus & Pontifex ſummus Chriſtianorum ſcribit epiſt. 23. *Priuatæ cauſæ pietatis aguntur obtentu, & cupiditatum quiſque ſuarum religionem velut pediſſequam habet.* Sic *viſco ad religionis ſpeciem Druidæ vtebantur*, inquit Plinius li. 34. cap. 4. Viſcum enim ad fallendum. Nam *viſcum*, vel *viſcus* dixere olim. Plaut. in Bacchid.

Paganis, apud Pontifices humana & diuina iura repoſita.

Viſcus merus veſtra eſt blanditia.

Sic Auguſtus matrimonium non vacans culpa, Pontificum reſponſo velauit. *Malitia enim virtutis perſonam plerumque induit*, ait Syneſius epiſtola 67. & *Philoſophi tertiam eſſe impietatis ſpeciem volunt.* Noto autem inconſultis Pontificibus, nihil a Romanis, olim neque publice, neque priuatim actum. Nam ita Cicero 3. de Orat. *Hæc fuit P. Craſſi illius veteris, hæc T. Coruncani, hæc proaui mei Scipionis prudentiſſimi hominis ſapientia, qui omnes Pontifices maximi fuerunt, vt ad eos de omnibus diuinis & humanis rebus referretur.* Et ſane apud Chriſtianos, non modo ſtante adhuc in cunis Eccleſia Catholica, ſed adulta, ingens fuit Epiſcoporum Chriſtianorum authoritas. Et tanta, vt illis inconſultis, ab vrbe, a Diœceſi, nemo plane diſcederet. Canon. 41. Synodi Laodicenæ. D. Ignatius epiſt. 2. & 7. & Clemens Romanus l. 2. c. 28. 29. & 30. & omnia antiquæ Eccleſiæ lumina, ſiue in Occidente, ſiue in Oriente. *Sane non aliunde hæreſes in Eccleſia, quam a contempta Epiſcoporum authoritate*, ait D. Cyprian. de vnit. Eccleſiæ. Et ab ipſo contemptu Pontificum & ſacerdotum ſuas turbas Nouatores ſunt ſemper auſpicati. Vide ergo quam Chriſtiano orbi expediat. Epiſcopos habere viros pios & probos, doctos & graues, & a ſpecula non abſcedentes.

Apud Chriſtianos in ſummo honore ſemper.

Hæreſi initium a contemptu Epiſcoporum.

3 QVI ATEDII ET VEDII POLLIONIS LVXVS.] Lego per interrogatiunculam, quæ frequentes in hoc authore, ad imitationem Liuij. Nominant quidam Vedium & Vetraſium Pollionem. Dio lib. 54. & 58. vt Tertull. in Pallio, & Seneca. At Romani dicunt *Attidium*, non *Attedium*. Sic *Attidium Geminum prætorem Achaiæ*, Tacit. lib. 4. Et Cicero 5. in Verrem: *Attidius Verris miniſter in Decumis.* Et in inſcriptione veteri: L. ATTIDIVS. CORNELIANVS. Vediorum autem nobile nomen fuit inter equites Romanos. Nam noſter lib. 12. *Matios poſthac, & Vedios, & cætera equitum Rom. prævalida nomina.* Sed quis ille Atidius aut Tidius? Certe Tidiorum genus mihi incognitum. De Tedijs habes apud Suet. *Tedium Afrum*, & in Actionibus in Verrem habes *P. & Q. Tadios*: ſed nihil ad noſtrum Attedium. Magna autem erat fœlicitas huic nobili lurconi, ſi cognita eius ingluuie, nomen ignotum fuiſſet. Et pæne fuit. Sed niſi fallor eruo, & ex decoctrice menſa ſurgere iubeo, & prodire in publicum. Nam *Alledius* eſt, qui corrupto nomine heic dicitur Atedius, & de quo Iuuenalis.

Romani dicunt Atidius, non Attedius.

Vedij apud Romanos equites illuſtres.

Tacitus correctus.

Tibi habe frumentum, Alledius inquit,
O Libye.

Fuit enim Alledius temporibus Auguſti inter heroes gulæ, qui ſibi diues, amicis pauper, magnus erat lurco. De Alledio Tacitus lib. 12. forſan filio huius lurconis: *Nemo repertus niſi vnus talis matrimonij cupitor Alledius.* Satyricus Poeta dum ſtruices eius patinarias, & gulæ voluptates inſectatur, poſcit ab eo vnum per deridiculum, quod præſtare nunquam potuit, vt ſcilicet cœnaret ciuiliter, id eſt, more aliorum ciuium, non luxurioſe, ſed ſobrie. Et vetus interpres Iuuenalis *guloſum* eum appellat. Nomen autem Pollionum videtur ad luxuriem natum. Nam quatuor Polliones fuere inter luxuriæ portenta, Vedius, Carbilius, Gallus, & Celer. De *Vedio*, heic noſter, & Tertull. lib. de Pallio, qui poſt nouellas ſarritiones innumeris lappis abundat. Lubet vnam heic euellere, non infœliciter, niſi me meum ludit ingenium. Ait igitur: *Immergo æque ſcalpellum acerbitati ei, qua Vedius Pollio ſeruos murænis inuadendos*

Alledius inſignis gurges.

Sub Auguſto.

Iuuenalis explicatus.

Quatuor Polliones luxus portenta.

dendos obiectabat: *noua ſcilicet ſæuitia delectatus terrenæ beſtiæ, exedentulæ, & excornis & exunguis*. Sed rogo an muræna terrena beſtia eſt? Prorſus vt Elephas Neptuni ciuis. Quid ergo? Lege mea fideiuſſione, *Tyrrhenæ beſtiæ*. Quia murænæ, quibus ſua viuaria hi piſcinarij condebant (ita enim Cicero Hortenſium vocabat) Tyrrheno mari aduehebantur, quod docet Macrobius Saturnal. 3. Nam in illo freto prægrandes murænæ, quod notat Martialis his verſibus.

Tertullianus correctus.

Ratio correctionis.

Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo,
Non valet exuſtam mergere ſole cutem.

Sic Papinius *Tyrrhenam murænam* dixit in Protrept. Et Iuuenalis Sat. 5. lib. 1.

Varroni muræna datur, quæ maxima venit
Gurgite de Siculo.

Ne putes ergo legendum, *miseræ beſtiæ*, vt quidam cenſet, ne de aquila muſcam, & de ſturione facias gobionem. Non prætereo murænas illas, de quibus Tertullianus, non eſſe proprie murænas, ſed miros. Quippe muræna dentes non habet; mirus habet, & miros. nam & intus, & foris. Muræna fœmina eſt, mirus mas. Illa infirmior, hic robuſtior. Quod ex Ariſtotele 4. hiſt. petendum eſt, & Tertullianus in eo eſt hallucinatus, qui *exedentulas* vocat: quaſi vero ſine dentibus homines vorare potuiſſent: Niſi ſub maſculino & fœmininum comprehendit. Sed redeo ad Polliones. Alter Pollio, *Carbilius* eſt, qui teſtudinum putamina ſecare in laminas, lectoſque & repoſitoria his veſtire inſtituit. *Vir prodigi, & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenij*, ait Plinius l. 9. cap. 11. Et idem eſt, qui triclinia argento primus operuit. Author idem lib. 33. cap. 11. Tertius, *Gallus Pollio*, de quo idem adhuc Plinius lib. 13. cap. 15. his verbis: *Memorantur & Galli Aſinij H S. XI. cedrinæ menſæ*. Qui, ſi cum Tertulliano in pretio non conueniat, error eſt exſeribentium, qui omnibus pæne libris, in his notis exſcribendis magnos errores commiſerunt. De *Aſinio Celere*, Pollionis vere nepote, idem Plinius lib. 9. cap. 17. *Aſinius Celer e conſularibus, in mugili piſce prodigus* (ſic legendum) *Caio principe vnum mercatus eſt ſex millibus nummum*. id eſt, 80. noſtrorum aureorũ. Et iſta Pollionum proſapia ſtatim poſt luxum in paupertatem decidit. Nam Iuuenalis ſub Domitiano ita ſcribit: *Digito mendicat Pollio nudo.* Quia annulos pignorauerat fœneratoria quo nummos ſumpſerat fœneraticios. Sic Hortenſij ſoboles, & Meſſalini Cottæ, aliorumque gurgitum breui fluxit ad inopiam. Nam iſtud inter mortales certum eſt documentum, helluonum opes non longas, & qui feſto die prodigit, profeſto eſurit.

In notis numerorum exſcriptores ſæpe falluntur.

Prodigorum ſoboles ſtatim inops.

4 Templis et effigie nvminvm.] Deorum paganorum catervas paganitas ipſa ridet (quod Chriſtianis facit delicias) nam Iuuenalis Sat. 13. *— non turba Deorum*

Paganitas numerum ridet Deorum.

Talis vt eſt hodie, contentaque ſidera paucis
Numinibus, miſerum vrgebant Atlanta minori
Pondere.

Alludit autem ad Claudij conſecrationem, quam Seneca in vltionem ſui liberius inſectatus eſt. Certe triginta millia Deorum cenſeri ab Heſiodo ſcribit Euſebius de præparat. Euang. cap. 7. li. 5. & id ex Theogonia deſumptũ. Numerat Orpheus in poemate ſuo, vt Varro, trecentos Ioues. Et vt dicebat Minutius Fœlix, *tot ſunt monſtra deorum quot nomina*. Plinius eadem, imo maiora, & turpiora cenſet. nam ait ille libro 2. cap. 7. Hiſtor. natural. *maior cælitum populus etiam quam hominum*. Iſque Dij omnes a Senatu facti & probati. Nam niſi a Senatu probatos, venerari non oportuit. Ergo a Senatu hæc impietas. Quod teſtatur Tertullianus in Apologetico, & ait: *Status cuiuſque Dei de Senatus æſtimatione pendebat, Deus non erat quem homo conſultus noluiſſet, & nolendo damnaſſet. M. Æmilius in ſuo Deo Alburno expertus eſt*, ait ibidem Tertullian. Mitto ſcarabeos, boues, & feles, & cepas, Ægyptiorum religioſa numina. Mitto morbos pro Dijs habitos, vt Febris: colores: vt Pallor: paſſiones, vt Timor: ætates, vt Senectus: calamitates, vt Paupertas: nummos, vt Talentum domus Seruiliæ: locos, vt Fornax, vnde feriæ Fornacales, & cætera immundorum ſpirituum turpia deliramenta. Sed quis non rideat mortales immortalitatem dare? ac ne viuentibus quidem & forſan diu victuris, ſed iam mortuis & ſepultis, & iam ebullienre verme fœtidis, nec præ fœtore patiendis? *Deos reliquos accepimus* (inquit Valerius præfat. ad Tiberium) *Cæſares dedimus*. Proh fidem: quæ contumelia in Deos, ſi tales Dij ſunt? Manilius idem cenſet his verſibus.

Turpicula etiam pro Dijs.

Mortales apud paganos dant immortalitatem.

Iam facit ipſe Deos, mittitque ad ſydera numen
Maius, & Auguſto creſcit ſub principe cœlum.

Sed vere, & egregie Aurelius Victor in Aureliano: *Aliquanti in cæleſtium numerum referuntur, ægre exequijs digni*. Eleganter autem Tertull. in Apolog. qui hos paganorum Deos *fabulas* vocat, *& ſacra de fabulis*. Sic Auguſtus hic noſter adhuc in vita pro Deo cultus eſt, & poſt vitam, cœlo locatus: vt Iulius Cæſar eius auunculus. Nec ſtatim, & vno impetu, ſed per momenta & tempora: Quippe Idolomania ſuos habet gradus, & per ſcalas itur ad inſigne nefas. Nam ſacris Deũ, Roma primum illum initiauit, mox edixit, vt redeunti in vrbem Veſtales irent obuiam; tum vt omnibus iudicijs, quaſi Minerua, ſuffragiũ ferret; deinde, vt Dijs immortalibus proximus adſcriberetur: & quod notat Florus ſingulare in Iulio, vt circa templa eius imagines ponerentur. Ideo Virgil. 1. Georg.

Idolomania ſuos habet gradus.

Auguſtus gradatim Deus factus.

Ingredere, & votis iam nunc aſſueſce vocari.

Et idem: *Deus nobis hæc otia fecit.* loquens de Auguſto. Tandem Auguſtus dictus eſt, quaſi mortale faſtigiũ ſupergreſſus, nouiſſime, Deus etiam renunciatus eſt. De quo ſic Florus. *Tractatum eſt in Senatu an, quia condidiſſet imperium, Romulus vocaretur: Sed ſanctius & reuerentius viſum eſt nomen Auguſti, vt ſcilicet iam tũ dũ colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur.* Ou. Met. 15. de Iulio. *Cæſar in vrbe ſua Deus eſt.* Et addit de Auguſto.

Ne foret hic igitur mortali ſemine cretus,
Ille Deus faciendus erat.

Auguſtus Deus irriſus ab authoribus.

Sic *Deus* dicitur Auguſtus paſſim apud Authores paganos: nominatim a Plinio l.71.c.3. Sed ridendo magis, quam probando. naſutus enim erat. nam vbi de adulterio filiæ, quod Senatui ſignificauit per litteras: *Litteræ,* inquit, *illius Dei gemunt.* Ridet Plinius gementem Deum, & hominum pumilionum more lachrymas fundentem. Et tacite arguit Deum non eſſe. Nec ſatis. nam ne cenſeretur inter viliores Deos & diobolares, quos vocant Deos minorum gentium, *Romanus Iupiter* dictus eſt a Philippo libro 1. Antholog. & a Pedone Conſolat. ad Liuiam. Nec Idololatria huc quieuit. Quippe poſt *Dei nomen,* illi *cultus Deorum eſt additus* & addictus. Et in illo cultu magna inſania. Nam, vt ait Mart.

Cultus facit idolomaniam.

Qui fingit ſacros auro, vel marmore vultus
Non facit ille Deos; qui rogat, ille facit.

Quis fuerit cultus Deorum apud paganos. Tertullianus correctus. Templa. Aræ. Habitus.

Quis autem ille cultus fuerit, tangit Sueton. 76. in Auguſt. *ampliora humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt, ſedem auream in curia & pro tribunali, thenſam & ferculum Circenſi pompa, templa, aras, ſimulachra iuxta Deos, puluinar, flaminem, Lupercos, appellationem menſis ſuo nomine.* Et Tertull. idem ſcribit vbi de alijs Dijs. *Quid omnino* (inquit in Apologetico) *ad honorandos Deos facitis, quod non etiam mortuis veſtris confertis? Ædes proinde, id eſt templa, aræ proinde, idem habitus, & inſignia in ſtatuis, vt ætas, vt ars, vt negotium fuit mortui.* Sed illæ ædes quas Tertull. memorat erant aut templa, aut delubra, aut ſacella, aut ædiculæ, ſic enim ille lib. de Idolol. *Nec enim differt an extruas vel exornes, ſi templum, ſi aram, ſi ædiculam eius inſtruxeris, (ſi bracteam expreſſeris) aut inſignia, aut etiam domum fabricaueris.* Primum igitur templa Dijs erecta apud Paganos, ſed non omnibus. Quidam enim ſub dio manſere intecti, & nullo lare, & ad iniurias Iouis frigidioris. Dij ſoli maiorum gentium templa habuere. Sic Iupiter Deorum ſummus ædes ſibi parauit. reliqui, vtcunque & quibuſdam locis. Nam nec totus orbis ad multitudinem tot templorum ſuffeciſſet. Sane ante templa lucis vſi ſunt, ibique cum fetis habitarunt. Ita enim Plinius de arboribus. *Hæc fuere,* inquit, *numinum templa, priſcoque ritu, ſimplicia rura. Etiam nunc præcellentem arborem dicant.* Has ſacras Paganis arbores Chriſtianos iubet exſcindere D. Auguſtinus, Sermon. 241. de tempore. *Quicunque,* inquit, *in agro ſuo, aut villa, aut iuxta villam, aliquas arbores, aut aras, aut qualibet fana habuerit, vbi miſeri homines ſolent antiqua vota reddere, ſi non eas deſtruxerit, vel ſucciderit, is illis ſacrilegijs, quæ ibi facta ſunt, ſine dubio particeps erit.* Ideo & arbores colere dæmonibus conſecratas, vetat Concilium Nanetenſe. Et vt intelligas quæ fuerit Paganorum erga iſtas arbores ſuperſtitio, ſolebant effigiem Deorum ſuorum ædiculæ imponere, & illam ædiculam annoſæ arbori adfigere vel ſuſpendere: quâ coleretur. Apuleius *ædiculam Eponæ* deæ quæ equis præſidebat, in ſtabulo poſitam narrat: & milites aquilam ſignorum Deam ſacello impoſitam & haſtili ſummitati fixam, vt ait Dio. Prudentius contra Symmachum.

Non templa habuere.

Dij paganorum in arboribus nidificantes. A Chriſtianis illæ arbores ſucciſa, & luci.

Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Suſtinuit, cadit vltrici ſucciſa bipenni.

Auguſti templa vbi.

Sic ergo Auguſtus templo cultus eſt, & quod mirere, adhuc viuens: primumque in Aſia, & Epheſi, & Niceæ, ſed vna cum Diua Roma, vt ambitioſa cupiditas velaretur. Dio li. 51. Eo mortuo, vbique. Nec tantum apud volentes, ſed etiam inuitos: ita vt recte dictum: *O vtinam nunquam natus, aut nunquam mortuus ille Deus,* ob nimios templorum ſumptus. De Athenienſibus, Corinthijs, & Sidonijs nummi exſtant, qui Auguſtum Deum coluerunt. Et Nolæ, domus in qua obijt, in templum verſa eſt. Et palatium ei pro templo. Quod ideo a Tiberio picturis fuiſſe decoratum, Plinius tradit lib. 31. cap. 8. Habuit enim cum templo ſacerdotes ſuos & flamines. Quod Ægyptiorũ inuentum fuit. Nam Euſebius de Præpar. Euang. ſcribit, *erexiſſe Oſirim Ioui ac cæteris parentibus, cæteriſque Dijs aurea templa, quorum ſingulis certas cerimonias ſtatuit, & ſacerdotes qui earum curam haberent conſecrauit.* Liber Sapientiæ, vbi Idolatriæ imaginem & originem exprimit, ita ſcribit: *Superuacuitas hominum hæc aduexit in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis eſt inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater, cito ſibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc quaſi homo mortuus eſt, nunc tanquam Deum colere cœpit & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia.* Sap. c. 14. Inde origo idololatriæ. At inter ſacerdotes Auguſti fuit, Liuia eius vxor, cui faciebat quotidianum ſacrificium, vt inquit Seneca de tranq. vitæ. Quod Prudentius oſtendit contra Symmach. Et in his ſacrificijs Trimalcio Petronianus ſeptemuir fuit epulonum, & inter cocos huius diuinitatis, quaſi culinæ præpoſitus. Verſus Prudentij extant, quos exſcribo de ea re, quia Chriſtiani & elegantes.

Sacerdotes.

Sacrificia.

Petronius Arbiter in Satyrico.

Poſteritas, menſe, atque adytis, & flamine & aris,
Auguſtum coluit, vitulo placauit & agno.
Strata ad puluinar iacuit, reſponſa popoſcit,
Teſtantur tituli, produnt conſulta Senatus,
Cæſareum Iouis ad ſpeciem ſtatuentia templum.
Adiecere ſacrum, fieret quo Liuia, Iuno.
Non minus infamis thalami ſortita cubile,
Quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.

Viuenti decreti diuini honores.

Horatius teſtatur etiam viuenti diuinos datos honores l. 4. ode. 5.

Te menſis adhibet Deum,
Te multa prece, te proſequitur mero
Diffuſo pateris, & Laribus tuum
Miſcet nomen, vti Græcia, Caſtoris,
Et magni memor Herculis.

Aræ viuenti Auguſto.

Habuit certe viuens ſuas aras. Nam idem Horatius epiſt. 2. lib. 1.

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum alias, nihil ortum tale fatentes.

Aræ primum inter paganos, mox templa.

Tertullianus reprehenſus.

Sed quia tam longe nos tulit oratio, lubet adijciales cœnas parare & adipales, & de paganorum deitatibus, & earum cultu reliqua perſequi, & paululum in iſtis otiari. Primum ergo, paganitas aris, poſtea templis ſuos Deos coluit. Tertull. in Apologet. 15. *Sub Numa,* inquit, *vbi tum nulla templa erant, altaria fiebant de ceſpite.* Quod verum eſt.

Sed

Sed hoc falſum, quod ante Numam, nulla templa fuiſſe ſcripſerit contra Plutarchum in Numa. Ergo aræ Auguſto, ante templa. Ouid. 1. Faſt.

Cæſaru arma canant alij, nos Cæſaris aras.

Et Dio lib. 54. narrat aliquid de ara Auguſto apud Lugdunum poſita. Item de Narbonenſi, in qua thure & vino Calend. Octob. ſupplicabatur. Quo die, inquiunt, *Fœlicitas orbi terrarum rectorem dedit*. Sed de templo a Lugdunenſibus, imo a tota Gallia Auguſto Deo dicato, extructoque palam eſt apud Strabonem l. 4. locatque illud, qua Rhodanus & Araris coeunt. Præter templa, & aras, effigie etiam Dij colebantur. Quod Tacitus innuit his verbis: *Effigie numinum*. Illæ autem ex marmore, ebore, & ære, & ferro, Atque prius ex ligno, cera, & fictili, vt ait Plinius lib. 34. cap. 7. Quod firmatur Daniel. cap. 5. his verbis: *Bibebant vinum, & laudabant Deos ſuos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos.* Varro de vita populi Romani: *Quid inter hos Ioues interſit & eos qui in marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo aduertere.* Propertius eleg. 1. lib. 4.

Materia Deorũ Paganorũ.

Fictilibus creuere Deis hæc aurea templa.

De ligno Hieremias, & de lapide cap. 3. *Mœchata es in lapide & ligno.* Poſterioribuſque temporibus etiam in auro & argento. Qua de re vide eundem Plinium lib. 36. cap. 2. Quod intelligo de Romanis Dijs tantum, non autem de Babylonijs. Nam longe ante, Ezechiel cap. 16. *Tuliſti vaſa decoris tui, de auro meo atque argento meo, quæ dedi tibi, & feciſti imagines maſculinas, & fornicata es in eis.* Puto ex auro puro, primum Domitiani temporibus inſcriptas eorum ſtatuas Romæ. nam Martialis lib. 11. epigr. 5.

Sacra lareſque Phrygum, quos Troiæ maluit heres,

Quam rapere arſuras Laomedontis opes.

Scriptus es æterno nunc primum Iuppiter auro,

Et ſoror & ſummi filia tota patris:

Id eſt Iuno & Minerua cum Ioue. Noto autem quæ Varro me docuit, & ex Varrone Diuus Auguſtinus lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 31. *Antiqui Romani pluſquam annos centum & ſeptuaginta, Deos ſine ſimulachro coluerunt. Quod ſi adhuc manſiſſet, caſtius Dij obſeruarentur. Huius meæ ſententiæ teſtis eſt etiam inter cætera, gens Iudæa. Quare, qui primi ſimulachra Deorum populo poſuerunt, ij ciuitatibus ſuis, & metum dempſerunt, & errorem addiderunt.* Sed venio ad ornamenta Deorum. Ac primum fuit, vt *coronis aureis* iſti Dij decorarentur. Quod Baruch Propheta tangit, vbi Idola Babyloniorum deſcribit cap. 6. *Coronas*, inquit, *habebant in capite Dij eorum.* Quod in Domitiano ſcribit Suet. cap. 4. *Virginum certamini præſedit crepidatus, purpureaque amictus toga, Græcanicam capite geſtans coronam auream cum effigie Iouis.* Et ſane lib. Paralipom. 1. cap. 20. hoc firmatur. nam ita ſcribit. *Tulit Dauid coronam Moloch de capite eius, & inuenit in illa auri pondo talentum, & pretioſiſſimas gemmas.* Plinius notat priſcis ſeculis, non homines, ſed Deos ſolos coronari conſueuiſſe. lib. 16. cap. 4. Sic Minutius Fœlix in Octauio idola vocat *lapides effigiatos & vnctos & coronatos.* Sic Liuius narrat lib. 4. *Mamercum Æmilium coronam auream Ioui Capitolino dediſſe, mille pondo auri.* & lib. 3. *Legatos Latinorum & Hernicorum, ſimiliter coronas eidem Ioui obtuliſſe.* A Dijs ad hoſtias, ab hoſtijs ad illa coronamenta fluxere. Quippe victimæ floribus & coronis redimitæ erant, vti victimarij & popæ. Plinius lib. 16. cap. 4. Et ſacerdotes etiam, ex Apuleij lib. 2. *Poſtea Deorum*, inquit Plinius, *honori ſacrificantes coronas ſumpſere, victimis ſimul coronatis.* At Cæſaribus conſecratis radiata corona dabatur, quod viſitur etiam nunc in ſtatuis, & nummis. Sic Sueton. in Auguſto. *Narrat patrem eius ſomniaſſe, vidiſſe ſe illum cum corona radiata.* Et in nummis Iulij, & Augusti Cæſarum, poſteriorumque imperatorum, omnes viſuntur cum illa corona. Poſtea tamen hemiſphærio quodam cœperunt coronari, niſi iſtud hemiſphærium pro radiata corona capiatur. Nam Amm. Marcellinus, *Maximini effigiem* ſcribit, tali decore inſignitam; traditque edixiſſe Conſtantinum, vt ſignum Crucis iſti hemiſphærio imponeretur. quaſi diuinitatis aliquod inſigne. Non prætereo Apuleij locum de radiata corona. Nam vbi Solis effigiem deſcribit, ita loquitur. *Eo ad inſtar Solis exornato, gerebat enim manu faciem, & radiatam ex candida palma coronam, & in vicem ſimulachri conſtituto, repente velis reductis, in aſpectum populi errabam.* Cæterum Deorum miniata erat facies, quæ ante bituminata aut gypſata. Nam Plinius l. 35. cap. 12. vbi de Ioue, *fictilem eum priſcis temporibus memorat, & ideo miniari ſolitum.* Sic in libro Sapient. cap. 13. vbi de Idolis. *Perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco, colorem illius, & omnem maculam quæ in illo eſt perliniens.* Ita accipio Iouem Minianum, lib. 9. famil. ad Pætum, epiſt. quæ incipit, *Dubitauerunt.* Miniabantur autem a Miniculárijs, & minium in Epheſiorum ſolo inuentum a Græcis ait Iſidorus. Mox dedit Hiſpania copioſe, habetque fluuius nomen a Minio inditum. Sed addo, quod feſtis diebus tantum, Capitolinus Iupiter erat Romæ miniatus. Apud Ægyptios vero, omnes Dij. Plinius l. 33. cap. 7. etiam triumphantes, quaſi humani Ioues miniabantur. Quod tradit idem Plinius. forte quia is color lætus illis, & Dijs acceptus. Arnobius lib. 7. *Eſt Dijs quidam ſpecialis color tributus a paganis.* Quippe Dijs marinis, datur a Poetis cæruleus, glaucus, & vitreus. Dijque marini finguntur omnes cani & ſenes, vt Tellus ipſa nigra, & mamillata, nigrique Dij inferi, quibus ideo atræ nigræque hoſtiæ ſacrabantur. Et Mors, quæ pro dea culta eſt, etiam alba erat, Oſiris ſubniger, Typhon flauus. Sed nec prætereo, quod Deos pagani etiam deaurabant. Nam ſcribit Euſebius de præpar. Euang. li. 2. c. 1. *Oſiridem mortuum a Cadmo deauratum, & quaſi Deum, ingenti cultu & ſacrificijs decoratum fuiſſe.* Nam Oſiris erat Dionyſius a Semele natus. Et ſingulariter Deorũ oculos aureos faciebãt. Ita enim

Dij auro coronati.

Coronæ aureæ Ioui datæ.

Coronatæ victimæ & miniſtri ſacrorum.

Deorum Cæſarum radiata corona.

Hemiſphærium pro corona.

Signum Crucis hemiſphærio coronatum.

Iupiter miniatus apud Romanos.

Apud Ægyptios miniati Dij.

Dij Paganorum amant colores.

Saliſberienſis hunc morem notat his verbis in Polycratico. *Quis non irruat in eum, qui aureos Iouis oculos eruit?* ſacrilegium quippe eſt. Et ſane poſt bitumen & minium, aurum ſucceſſit, quo Dij pagani pingerentur. Nam ſic Plinius lib. 34. cap. 4. *Antiqui pingebant Deos bitumine, quod magis mirum eſt, placuiſſe eos integere auro.* Nam nec ſolos oculos aureos habebánt, ſed etiam barbam. Sic enim Perſius Sat. 2.

Barba aurea.

Sitque illis aurea barba.

Et quod mirere, Dij pagani aurabantur quotidie; vt in Deos non Deos, paganorum ſedulitatem notes. Sic enim Tertull. in lib. de Idol. *Soccus & baxa quotidie deaurantur; Mercurius, & Serapis non quotidie.* Et prope Memphim erat Templum Veneris aureæ. Diodor. Antiq. 2. Pauſanias in Corinthiacis ſcribit Corinthios duo ſigna in foro poſuiſſe inaurata, præter ora quæ minio illita. Et ita accipio verbum *aurare*, pleriſque authorum locis pro laudare, pro beneficio adficere, pro illuſtriorem reddere & clariorem. dicam infra. Ita interpretandus Virgilius:

Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

Et vt Dij aurati, ita templa. Diodor. Sic. 1. *Duo templa aurea ſtatuit.* Et paulo poſt: *fecit alijs Dijs aurea templa.* loquitur de Oſiride. Erat ergo inſigne Deorum aurari, vti confirmat in Caligula Suetonius cap. 52. his verbis.

Poſtea omnis cultus in auro.

Plerumque aurea barba fulmen tenens, aut fuſcinam, aut caduceum, Deorum inſignia. Sic Latharenus quidem Praxo ſcribit, deuicto Carolo duce Burgundiæ & cadauere ad ſepulturam compoſito, Renatum Lotharingiæ ducem cum aurea barba, quam induerat, ſupremis eius adſtitiſſe. D. Hieronymus libro 2. in Hieremiam cap. 10. *Argento, inquit, & auro idola decorata.* Erant autem in foro Romano XII. Dij præcipui, quorum imagines erant auratæ. Sic felis aurea Rhadatis culta. Plin. l. 6. c. 29. Notoque Deorum effigies palmam primum non exceſſiſſe. Hieremiæ 10. *In ſimilitudinem palmæ*, inquit, *idola fabricata ſunt: portata tolluntur, quia incedere non valent.* Et ſane, vt facilius portarentur, exiguæ erant imagunculæ. Nam Rachel patris ſui Labani Deos portatiles furata eſt: & abſcondit ſuper ſtramenta cameli, & ſedit ſuper. in Geneſi.

Inaures Deorum.

Habebant etiam illi Dei inaures aureas, quas auribus pendentes geſtabant. Quod ex libris ſacris eruitur. Et Geneſis c. 35. his verbis. *Dederunt ei omnes Deos alienos quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum.* Id eſt, non modo inaures iſtorum Deorum, ſed & Iudæorum. Nam Iudæi inauribus ornati.

Haſtæ.

Cæterum Dij in manibus haſtas geſtabant, vti ſimulachrum Iunonis, quæ Curitis ideo dicebatur, quia *Curis* haſta eſt apud Sabinos. Inde Curiatæ leges quæ a regibus latæ, quia reges haſtas portabant. Pomponius L. 2. de Orig. iur.

Sceptra.

Interdum etiam ſceptra. Ideoque Papinius *ſceptriferam* vocat Iunonem lib. 10.

Gladij.

Sceptriferæ Iunonis opem.

Quod viſitur in nummis. Sic Baruch. *Habent ſceptra in manibus, quidam gladios, & ſecures.*

Tertullianus explicatus.

Et hoc eſt quod Tert. in Apolog. ſcribit. *Inſignia in ſtatuis Deorum, vt ætas, vt ars, vt negotium mortui.* Nam ſi rex, ſceptrum gerebat; ſi miles, gladium aut haſtam. Et forte etiam lancea Deabus, vt Mineruæ ad oſtendendam potentiam, data eſt.

Annuli.

Gerebant etiã in digitis annulos, proximo ſcilicet digito pollicis, & minimo. Plin. l. 33 c. 2.

Veſtes.

Ita efficti, veſtiebantur. Nam ſic Propheta Baruch. *Operiuntur*, inquit, *veſte purpurea.* Et Ezech. c. 16. *Sumpſiſti veſtimenta tua multicoloria, & operuiſti illas* (imagines Deorum ſcilicet.) Cicero de Nat. Deorum. *Et formæ nobis Deorum, & ætates, & veſtitus, ornatuſq. noti ſunt.* Et Hieremiæ c. 10. *Hyacinthus & purpura indumentum eorum.* Quod firmat Suet. in Calig. c. 22. *In templo*, inquit, *ſimulachrum erat aureum Iouis. Amiciebatur quotidie veſte quali ipſe vteretur.*

Veſtiti more hominum.

Et Dio ſcribit l. 59 Caligulam, eum ſub ſpecie & habitu Iouis, in excelſo tribunali ſederet, & ius redderet, interrogaſſe Gallum hominem ridentem, quid ſe videre putaret; *Magnum deliramentum*, inquit. Dignum certe homine Gallo reſponſum.

Gallus homo ridet Caligulã veſtitu Deum imitantem.

Lactantius l. 2. Inſtitut. de Dionyſio Siculo: *Cum Ioui amictum aureum detraxiſſet, ſibi iuſſit imponi.* Plin. Iunior l. 8. epiſt. 8. *Stat Clitumnus ipſe, (fluuius eſt) amictus, ornatuſque prætexta; præſens numen, atque etiam fatidicum.* Papinius Thebaid. l. 10.

Hoc tunc Argolicæ ſanctum velamine matres
Induerant ebur, & lachrymis queſtuq. rogabant.

Sic Apuleius l. 11. Met. *Deam ſerico contectam amiculo, mihi gerendam imponunt.* D. Hieron. *Hyacintho ac purpura Idola operiuntur, vt ſuperficie ſui oculos decipiant, dum coloni ſibi colorem & regna cœleſtia pollicentur.* Et apud Ezech. 16. *Feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis. Sumpſiſti veſtimenta tua multicoloria, & operuiſti illas, & oleum meum & thymiama meum poſuiſti coram eis.* Et Plin. l. 8[illegible]49. *Tanaquil*, inquit, *Fortunæ togam regiam fecit vndulatam.* Idem lib. 34. c. 7. *Hercules ab Euandro ſacratus, vt ferunt, in foro boario, qui triumphalis vocatur, atque per triumphos veſtitur habitu triumphali.*

Litterata veſtes Deorum.

Illæ autem veſtes, aureis litteris per oras erant intextæ, & inſcriptæ. Nam idem Apuleius 6. Met. ita inquit. *Vt videt dona ſpecioſa, & lacinias auro litteratas, ramis arborum, poſtibuſque ſuffixas, qua* (lego *quæ*) *cum gratia facti*, (id eſt, beneficij gratia a Deo accepti) *nomen Deæ, cui fuerant dicatæ, teſtabantur.*

Cur ita.

Franci, Græci, Parthi litterata veſtimentis.

Ex hoc ritu, litterata Græci, & Parthi, vt ait Plin. l. 13. c. 11. geſſerunt veſtimenta. Vti noſtri Franci æuo ſuperiore. Quod multis videtur monumentis.

Monilia Deorum.

Monilia etiam habuerunt. Nam Suet. in Galba: *Monile, margaritis gemmiſq. conſertum ad ornandam Fortunam ſuam, Capitolinæ Veneri dedicauit.* Quod prius Auguſtus fecerat, qui Cleopatræ vnicum vnionem ſecuit in duas partes, quo Veneris ſuæ auriculas ornaret.

Ornatrices Deorum.

Porro illi Dij ſuas ornatrices habebant, de quibus Apuleius 11. Met. ait. *Quæ pectines eburneos ferentes, geſtu brachiorum, flexuque digitorum, ornatum, atque pexum crinium regalium fingerent.* Et de his, ſic ſcribit Seneca. *Sunt quæ Iunoni & Mineruæ capillos diſponunt, longe a templo, non tantum a ſimulachro ſtantes, digitos mouent ornantium modo.*

Ornatricum geſtus.

Tertullianus correctus.

Et Tert. contra Pſychicos. *Vnde*, inquit, *in idolis comẽdis, & in hac re ornãdis* (lego, *& accurate ornandis*, niſi leges *acu rite ornãdis*) *& ad ſingulas horas ſalutandis adulantur, curationẽ facere dicuntur.*

Dij vnguentati.

Perfundebantur autẽ illę deitates vnguentis: vnde Prud. contr. Sym.

Vnguentoque

Vnguentoque Lares humeſcere nigro.

Arnobius ex Minutio lib. 8. vocat Deorum effigies, *lapides effigiatos, vnctos & coronatos.* Et Cicero 4. in Verrem: *Omnes matronas conueniſſe, cum Diana exportaretur, vnxiſſe vnguentis, coronis compleſſe, & floribus.* Plinius lib. 15. cap. 11. vbi de malis cotoneis, ait *Simulachris noctium conſcijs impoſita cotonea,* ad odorem videlicet. Etiam lucernas illis accendebant. Baruch. *Accendunt illis lucernas, & quidem multas, quarum nullam videre poſſunt.* Tertull. de Idololatria, alludit ad hunc morem. *Cum,* inquit, *illis* (id eſt Idolis) *ingenium tuum immolas, illis ſudorem tuum libas, illis prudentiam tuam accendis.* Et ſane firmat Apuleius lib. 11. cum ſcribit: *Magnus vtrimque ſexus, laternis, tedis, cereis, & alio genere facium, lumina ſyderum cœleſtium ſtirpant propitiantes.* Id eſt, augent & accreſcunt accenſis luminibus, & veluti ex ſtirpe ſurculi nati amplificant. Cicero 3. de offic. *Ea res, ſi quæris, ei magno honori fuit. Omnibus vicis ſtatuæ, & ad eas thus & cerei.* Et Propert. lib. 2. Eleg. 30.

Cum videt accenſis deuotam currere tedis
In nemus, & Triuiæ lumina ferre Deæ.

Sic Ammianus Marcellinus, vbi agit de luco Daphnes igne conſumpto, *Aſclepiadem* ait, *Philoſophum, viſendi gratia, cum in illud ſuburbanum veniſſet, Deæ cœleſtis argenteum breue tegumentum cereis incendiſſe inaduertenter, vnde incendium prodierit.* Sane Euſebius in vita Conſtantini libro 2. cap. 5. vbi de Licinio ſacrificante verba facit, ait, *multo lumine, multiſque cereis ſacrificaſſe.* Et hic luminum vſus a Iudæis. Quippe in templo ignis perpetuus ſeruabatur, crebræque lampades. Sic Seneca epiſt. 95. loquens de Iudæorum ritu. *Accendere aliquam lucernam Sabbathis prohibemus, quoniam nec lumine Dij egent, & ne homines quidem delectantur fuligine.* Canon Apoſtolorum id docet 70. prohibetque Chriſtianos *in Synagogis udæorum & eorum feſtis lucernas accendere.* Tamen accenſio lucernarum, ex præcepto Dei. *Facies,* inquit Exod. 25. *lucernas ſeptem; & pones eas ſuper candelabrum.* Et cap. 27. *Ardeat ſemper lucerna in tabernaculo Sanctuarij.* Sed hæc ſcripſit Seneca, quod Romæ tum multi Iudæi, quos oderat, & qui annuatim tributo dato multa pace degebant. Chriſtiani etiam luminibus crebris in templis vſi ſunt, & balſamo. Nam Canon Apoſtolorum perantiquus, oleum ad lumina memorat, canon. 4. & acolythorum ordo erat in Eccleſia ad cereos ferendos: vnde *ceroferarij.* Prudentius in hymno Diui Laurentij, de cereis candelabris aureis impoſitis in peruigilijs, (quas hodie Vigilias vocamus) conlucentibus.

Auroque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.

Et vbi de lampadibus, quod alterum erat lumen in Eccleſia, hodieque etiam vſitatum:

Pendent mobilibus lumina funibus.

Vide D. Hieronymum aduerſ. Vigilant. hæreticum turpem, & Ionam Aurelianenſem contra Epiſcopum Taurinenſem his verbis. *Ingredere Baſilicas martyrum, aliquando purgabere. Inuenies ibi multos tuos ſocios, & nequaquam cereis martyrum, qui tibi diſplicent, ſed flammis inuiſibilibus comburere.* Cæterum non omitto principibus, quaſi Deorum imaginibus, prælatos ignes. Quod attigi iam. Sed addo quod de Zotico principe Xiphilinus dixit. *Lucernis quam plurimis relucentibus ingreſſus eſt in palatium.* Et Herodianus lib. 1. ait *Commodum imperatorem edixiſſe, vtante Lucillam Veri imperatoris viduam, licet equiti nuptam, ignis præferretur.* Non omitto velatos fuiſſe Deos paganorum, forte, ne fœditate offenderentur. Nam Dio lib. 60. ait Claudium ſtatuam Augusti iuſſiſſe amoueri, alioque transferri, ne ſemper aſpiceret cædes, aut ſemper velata eſſet. Forte etiam ne ab omnibus viderentur, & præcipue, ne a prophanis. Forte etiam ne puluere fœdarentur. Nam Baruch ita de Idolis. *Oculi eorum pleni ſunt puluere a pedibus introeuntium.* Forte etiam quod velabantur Dij pagani propter iuſticium. Nam ita Pedo:

Dique latēt templis, neq. iniqua ad funera vultus
Præbent, nec poſcunt thura ferenda rogo.
Obſcuros delubra tenent. pudet ora colentum
Adſpicere, inuidiæ quam meruere metu.

Ideo frictores & deterſores habebant. Nam idem Propheta. *Extergunt,* inquit, *faciem eorum propter puluerem.* Et alluſit ad hunc morem Plautus ex Gellio.

Exi tu Daue, age (lego *aquam*) *ſparge, mundum eſſe hocce veſtibulum volo.*
Venus ventura eſt noſtra, nolo hoc pulueret.

Vela autem Deorum ex hyacintho & purpura. Nam D. Hieron. 2. in Hierem. c. 10. *Idola ex hyacintho & purpura operiuntur, vt ſuperficie ſui oculos decipiant, dum cælorum ſibi colorem & regna cœleſtia pollicentur.* Et forte ad id reſpexit Seneca, cum ait epiſtola 95. *Lintea & ſtrigiles oblatas Ioui.* forte etiam, quod meridiano tempore velarentur: nam ita ſolebant. *Meridie,* inquit Apuleius, *omnia tendebantur vela, nec homini fas, meridie templum ingredi,* ne diuinitas Idolorum pleno die ſpectaretur. Porro nomina Deum templis inſcribebantur. Nam Sym. de tradit. Baſil. loquens de Conſtantino: *Vidit placido ore,* inquit, *delubra, legit inſcripta faſtigijs Deum nomina.* nec tantum templorum faſtigijs, ſed ſtatuarum. Sic in Act. Apoſt. *Inſcriptio,* IGNOTO DEO. Suet. de imagine Augusti, *Inſcripta,* inquit, *ferreis litteris.* Etiam argenteis aliquando. Cicero in Verrem: *Signum Apollinis pulcherrimum, cuius in femore litterulis minutulis argenteis nomen erat inſcriptum.* Martialis lib. 9. epigram. 45.

Inſcripta eſt baſis, indicatque nomen.
Αὐσίππου lego, Phidiæ putaui.

L. Titia. §. Seia. de aur. & arg. leg. *Signum de di ſubſcriptione nominis mei.* Plin. de ſtatuis, *hominum honores legendi æuo* (id eſt, ab æuo & ſæculo futuro) *baſibus* (& pedamentis) *inſcribi.* l. 34. c. 4. & L. 38. §. vlt. de aur. & arg. leg. D. *Iubeo ſignum Dei ex libris centum in illa ſacra æde & in patria ſtatui ſub inſcriptione nominis mei.* Et illæ ſtatuæ retinentur vncis & plumbaturis, ne corruant. Arnobius libro 6. *Quid inſelicius, quam ſi eos in baſibus ita vnci retinent, & plumbeæ vinctiones?* id eſt, plumbi vincula.

Marginalia (left column): Inſertati. — Lucernati. — Cerei apud Paganos. — Lucus Daphnes inaduertenter incenſus. — Ignis apud Iudæos. — Quem arcet Seneca a ſacrificijs. — In odium Iudæorum. — Chriſtianorum lumina in templis. — Oleum. — Cerei. — Lampades in Chriſtianorum Eccleſijs. — Funibus ſuſpenſæ.

Marginalia (right column): Principibus quaſi Dijs ignis prælatus. — Dij paganorum velati. — Ne re turpi offenderentur. — Ne ab omnibus viderentur. — Ne puluere fœdarentur. — In iuſtitio velati. — Frictores & deterſores Deorū. — Meridie Dij abſconditi. — Inſcriptiones ſtatuis Deorū. — Litteræ ferreæ in ſtatuis. — Litteræ argenteæ.

Cæterum quidquid has ſtatuas Deorum contingebat, ſacrum eſſe putabatur. Ideo magna veneratione his ſtatuis manus admouebant. Dio lib. 59. vbi de ſtatua Iouis Olympij, quam Caligula volebat Romam exportari. Sic apud Poetam funes equi Duratei gaudebant Troiani contingere, quia ſacri eſſent. 2. Æneid.

-- funemque manu contingere gaudent.

Aduecti, honorabantur columnis.

Si foris aduectæ eſſent Deorum ſtatuæ, ſtatuebant ingentes columnas, & in capite earum ſignum. Arnobius libro 7. *Ex gentibus tranſmarinis acciti Dij quidam, delubraque ijs facta, & in altioribus columnis ſigna quædam, & ſimulachra conſtituta.* His autem imaginibus Deorum venientibus & intrantibus, vndique occurrebant, aut ſi quando exportarentur. Tertull. ad Martyres: *Non vides alienos Deos* (quia ſcilicet martyres tum in carcere retenti) *non imaginibus eorum incurru.* Et viſæ adorabantur. Apuleius 4. Metam. *Admouentes,* inquit, *oribus ſuis dextram, primore digito in erectum pollicem reſidente, & ipſam prorſus Deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur.* Sic in lib. Iob. *Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo, quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum.* Ita Minutius Fœlix de Cæcilio: *Simulacro Serapidis denotato* (*vti vulgus ſuperſtitioſus ſolet*) *manum ori admouens oſculum labijs preſſit.* Circumagebant autem corpus dextrouorſum. Plaut. in Curcul.

Obuiabant ſtatuis Deorum magna reuerentia.

Gaudebant eas contingere.

Adorabant.

Mos adorandi.

Deos ſalutas dextrouorſum, cenſeo.

Sic de Gallis Plinius, & de Romanis Lucretius libro 5.

Nec pietas vlla eſt velatum ſæpe videri
Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras.

Sic Annal. 15. *Tiridates ea adoratione, & quaſi numen, Neronis effictam effigiem & throno ſedentem adorauit.* Liuius lib. 5. *Conuertentem ſe inter hanc venerationem traditur memoriæ prolapſum cecidiſſe.* Ergo circumuertebant ſe, mox procumbebant. Sed & terram baſiabant. Martialis lib. 10. epigr. 72.

Attritus miſerabilis labellis.

Sed apertius Apuleius lib. 2. *Exoſculatis veſtigijs Deæ, quæ gradibus hærebant, argento formata, ad ſuos diſcedunt.* De Chriſtianis D. Auguſt. Matth. 5. *Corpus proſternis, collum curuas, confiteris peccata, Deum adoras.* Idem Apuleius locum habet de iſto cultu, totum corruptum, quem eluo. *Sacra,* inquit, *Deæ deferuntur,* (lego *deſeruntur*) *templa deformantur* (lego *difformantur*) *puluinaria proferuntur* (lego *proteruntur*) *ceremoniæ negliguntur, incoronata ſimulachra, & aræ viduæ, frigido cinere fœdantur.* Noto etiam ſummo diluculo iſtorum ſimulachrorum ædes frequentatas. Arnobius 7. *Quid ſibi volunt excitationes illæ quas canitis matutini collatis ad tibiam vocibus?* Sic Seneca epiſt. 96. *Vitemus ſalutationibus fungi matutinis, & foribus aſſidere templorum.* Quod Apuleius confirmat 4. Metam. granoque thuris eis ſupplicabant. Vnde Alexander ad Leonidem: *Large Deos adora, & grano thuris maſculi.* maſculum autem dictum a rotunditate guttæ; aliqui, a ſpecie teſtium. Plinius lib. 12. cap. 14. Tertull. in Apolog. *Non grana thuris vnius aſſis, Arabicæ arboris lachrumas, ſed orationem de carne pudica offerimus.* De ſacrificijs autem Idolorum alias. Ergo cum his ſimulachris procedebant in publicum. Nam ſic Propheta Baruch. *Viſa,* inquit, *eſt turba, retro, & ante.* Quod in procedendo obſeruatur. Et Apuleius in Iſidis proceſſione ſatis explicat Metam. lib. 11. Non omitto, quod illorum ſimulachrorum vultus in facies ſibi hominum chariorum efformabant: & *Iconica* vocabant. Athenæus lib. 1. Nam Apuleius idem. *Imaginem defuncti, quam ad habitum Dei Liberi formauerat, affixo ſeruitio, diuinis pereolens honoribus.* Plinius lib. 35. cap. 10. vbi de Arelio pictore: *Deas pingens, ſed dilectarum imagine.* Martial. lib. 9. epigr. 67.

Apuleius correctus.

Ædes Deorum diluculo frequentata.

Aſſidebant foribus Deorum.

Thure ſupplicabant.

Proceſſio Idolorum.

Effigies Deorum ad formam chariſſimorum hominum.

Alcide Latio nunc agnoſcende tonanti,
Poſtquam pulchra Dei Cæſaris ora geris.

Et idem, eiuſdem libri epig. 63.

Herculis in magni vultus deſcendere Cæſar
Dignatus, Latiæ dat noua templa viæ.

Quod & reprehendit D. Greg. Nazian. opuſculo de virtute, & Clemens Alex. in adhortat. ad gentes, de Praxitele loquens, qui Gnidiam Venerem formauit ad Cratinæ effigiem, quam amabat. Suet. in Caio cap. 7. *Duo infantes adhuc rapti, vnus iam puerascens inſigni feſtiuitate, cuius effigiem, habitu Cupidinis in æde Capitolinæ Veneris, Liuia dedicauit.* Noto etiam his ſtatuis, alias imagines, & ſigna, aut ſigillaria dicari. Plinius Nepos li. 3. epiſt. *Ex hereditate. Nullum æs Corinthium domi habeo, verum vt in patria celebri loco ponerem, & potiſſimum Iouis templo videtur dignum* (loquitur de ſigno æneo) *Deo donum.* Iulius Obſequens, *ſigna cupreſſina duo Iunoni reginæ poſita,* ſcribit.

Statuis Deorum imagunculæ dicatæ.

Obtulit & luteas Veneri virguncula puppas.

ait ille ex iſto more. Idque firmatur ab eodem Plinio lib. 8. epiſt. 8. *Sparſa ſunt,* inquit, *circa complura ſacella, totidemque Dei ſimulachra.* Et a Dione lib. 59. qui ſcribit a Caligula fuiſſe edictum, *vt ſtatuis ſacris, Druſillæ ſtatua veneraretur.* Et fuiſſe Deos quoſdam atriarios, quoſdam cubiculares, alios bibliothecarios, quoſdam diales, quoſdam nocturnos. Quæ omnia alibi ſum explicaturus. Porro priores Cæſares tantum poſt fata deitatem & apotheoſin conſequebantur. Quod paſſim viſitur in nummis cum hoc verbo: CONSECRATIO. Sed Caius adhuc viuens affectauit, & quia templum deerat, templum Iudæorum inuaſit. Non impune tamen, nam in conatu habuit Iudæos reluctantes & turpiter occubuit. Sed iſta cupiditas perculit etiam Nerones, & Domitianos, ipſaque venena orbis pro Dijs coli voluere. Tacitus lib. 15. *D. Neroni,* inquit, *quam maturrime pecunia publica templum poneretur.* Sic Martialis, *Deum* appellat Domitianum adhuc viuentem.

Primi Cæſares poſt fata, reliqui ante fata pro Dijs habiti.

Caligula templi Dei inuaſor.

Non impune.

Domitianus Martiali Deus.

Edictum Domini, Deique noſtri.

Et ſane cæteſt principũ obliuio frequens, vt ſe Deos putent, cũ nec ſint tamen: vt Antiochus ille Θεὸς olim dictus, & dementatus ille Caligula.

gula. Sic princeps Tyri apud Ezechielem c. 28. *Dixiſti*, inquit, *Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi, in corde maris, cum ſis homo, & non Deus, & dediſti cor tuum, quaſi cor Dei, ſed morte incircunciſorum morieris.* Multo pulchrius Tiberius apud authorem noſtrum: *Ego me P. C. mortalem eſſe ſcio, & hominum officio fungi.* Et ille apud Homerum Οδ. π.

Rex Tyri Deus a ſeipſo habitus.

Οὔ τίς τοι θεός εἰμι· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

Non ſum de ſuperis: quid me immortalibus æquas?

Leganr hæc reges, & intelligant, quia Deus Deorum zelotes eſt, & potens ad iniurias ſuas vlciſcendas. Et ex Plautino ſale ſit hæc admonitio mortalibus.

Sum Deus (inquit Phædromus.) PA. *Imo homo haud magni pretij.*

Effigies Deorum eſſormata hominum.

Certe totus homo nihil. En cultus paganorum in Deos fictiles. Sunt alia quæ alibi nos tractabimus. Heic de longiore oratione veniam precamur, quamquam

Auia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita pede.

5 Per flamines et sacerdotes.] Non modo in vrbe, ſed & in prouincijs cultus fuit Auguſtus. In prouincijs, vt apud Vocuntios marmor: SEXTO. VENTIO. IVVENTIANO. FLAMINI. D. AVGVSTI. Et in vrbe, Trimalcio Petronianus inter epulones. Nam epulones inter ſacerdotes. Cicero de Aruſp. reſp. Et inter ſacerdotes fœminæ, vt Liuia. Itaque Deo maſculo ſacerdos fœmina: quod norat D. Clemens Conſtit. Apoſt. libro 3. cap. 9. Præcipue maritis, ſi inter Deos relati. & ita intelligendus Plinius lib. 12. cap. 19. qui ſcribit Liuiam Auguſti ſacerdotem elegantiſſimam cinamoni radicem obtuliſſe in aurea patera Auguſti templo quod ædificatat in Palatio. Sic Liuia eadem inter Deos a Caligula relata eſt. Et Cæſonia Caligulæ vxor facta eſt eius ſacerdos.

Statuis Deorum imaginculis locatæ.

Fit Calybe Iunonis anus templique ſacerdos.

Virgilius hæc ſcribit, vt habeas iſtarum ſacerdotum exempla. Et extat inſcriptio vetus in Cartinia vrbe Hiſpaniæ: IVLIA. RVSTICA. D. A. SACERDOS. PERPETVA. ET. PRIMA. IN. MVNICIPIO. CARTANITANORVM. Sed & alia inſcriptio: ÆMILIÆ. C. F. SACERDOTI. D. PLOTINÆ. Et hoc perantiquum quod 3. Reg. cap. 15. *Aſa Rex ſeruus Dei amouit Maacham matrem ſuam, ne eſſet princeps ſacerdos in ſacris Priapi.* cuius ſimulachrum Phallum vocabant. Euſebius 2. de præparat. Euang. Ideo Ezechielis 16. *Feciſti tibi imagines maſculinas* (quod exprobrat Deus Hieruſalem) *& fornicata es in eis.* Et Iudæi Priapum *Belphegor* Deum appellabant ſeu *ſimulachrum ignominiæ*. Hic autem Deus in maxima veneratione erat apud Ægyptios & Lampſacenos & Orneatas, ita illudente Sathana generi humano. Tertull. aduerſ. Valentinianum: *Tota in adytu diuinitas. Tot ſiparia portarum: totum ſignaculum linguæ ſimulacrum membri virilis reuelatur.* Nec omitto quod & in Orgijs Bacchi moris erat inter pompæ turpiſſima fercula a viris muliebri tegumento veſtitis geſtari phallos inſolitæ magnitudinis, quos templorum

Primi Cæſares post fata, relati ante ſe ... Caligula ... Deo imaginem.

... impunè.

... ignominiæ ... ſcena.

columnis nudos omniumque in aſpectu proponebant: quod Lucianus docet in Syria dea: Et de iſto Deo Columella lib. 10.

— Truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli,
Terribilis membri. medio qui ſemper in horto
Inguinibus puero prædoni falce minatur.

Vocat *membrum terribile*, quod ingens eſſet. & ita interpretor locum Ezechielis 16. *Ægyptij magnarum carnium.* nam iſta parte prævalebant. Et de pueris bene m[illegible]oniatis eſt locus apud authores. Cæterum qui ferebant hæc portenta ſacerdotes, dicti ſunt Phallophori. Plut. de Iſide & Oſiride. Nec prætereo pueris contra faſcinum collo ſuſpenſas fuiſſe has turpiculas imagines, vt paganitatis notes commenta. Sed vt reuertar ad iſtorum Deorum ſacerdotes, Strabo li. 8. & Homerus 6. Iliad. aiunt de pulchra Theano quæ Antenoris bellicoſi vxor fuit, Mineruæ ſacerdotem extitiſſe, ἱέρειαν Ἀθηναίης. Sic fuit Lyſimache ſexaginta annos nata. Sic Calpurnia de gente Piſonum mater Titi tyranni. Sic aliæ multæ & in priuatis domibus tales Deos coluerunt. Sic Micha lib. Iudicum cap. 1. *Ædiculam Deo ſuo ſeparauit* (loquitur de Idolo) *& fecit Ephod & Theraphim* (id eſt veſtem ſacerdotalem, & Idola) *impleuitque vnius filiorum ſuorum manum, & factus eſt ei ſacerdos.* Quod autem ait, *impleſſe manum*, id eſt dedit ei in manu thuribulum quo incenſum faceret huic Deo. Quod Cato reprehendit apud Romanos, cenſetque id fieri contra religionem. Pono verba quia notanda. *Miror* (inquit in oratione, Vt præda in publicum referatur) *audere, atque religionem non tenere ſtatuas Deorum exempla earum facierum, ſigna domi pro ſupellectile ſtatuere.* Quod etiam Varro reprehendit, vt ſcias habuiſſe eum guſtum Catonis. Cæterum illa ſacerdotia olim in honorem data & aliquando vendita: quæ quadrifariam diuidebantur, perque quatuor collegia, Pontificum ſcilicet, Augurum, Septemuirum & Quindecimuirum. De datis in honorem Cicero pro Rabirio Poſthumo. Nam Senatoribus ſacerdotia deferebantur. *Delectat*, ait Cicero, *ampliſſimus ciuitatis gradus* (id eſt Senatorius) *ſella curulis, faſces, imperia, prouinciæ, ſacerdotia, triumphi, denique imago ipſa ad poſteritatis memoriam prodita.* De vendito ſacerdotio eſt L. 1. de Ambitu. D. & apud Iudæos notum eſt in Iaſone & Menelao apud Machabæos, & L. 11. de pollicitationibus. D. De dato in honorem Suet. in Claudio 4. *Nullo præter Auguralis ſacerdotij honore impertitum.* & idem cap. 6. *Senatus quoque vt ad numerum ſodalium Auguſtalium ſorte ductorum extra ordinem adijceretur.* Horum autem ſacerdotum veſtis erat δίβαφος. Cicero epiſtola *Subito.* 2. ad Att. *Etiam Vatinij ſtrumam ſacerdotij διβάφῳ veſtiam.* quia ſtrumoſus Vatinius & nequam. Catullus.

Sella in curuli Struma Nonius ſedet,
Per Conſulatum peierat Vatinius.

Sed ſerra exit a linea.

6 Comparatione deterrima.] Hoc Dio confirmat, & noſter idem tradit de Bur-

ro. *Poſt fata*, inquit, *ciuitati grande eius deſiderium fuit, per memoriam virtutis & ſucceſſorum. Alterius ſegnem innocentiam, alterius flagrantiſſima flagitia & adulteria cogitantes.* Sic Liuius lib. 2. *Natura Quintius erat lenior, & ſæuitia infælix collegæ, quo is magis gauderet ingenio ſuo, effecerat.* Aurelius Victor de Commodo: *Deteſtabilior habebatur præcipue, per maiorum memoriam.* Sueton. in Calig. 6. *Auxit gloriam deſideriumque defuncti atrocitas inſequentium temporum.* vt notes etiam tempora inuidiam augere. Sic Curtius lib. 10. *Et ex comparatione regis noui deſiderium excitabatur amiſſi.* id eſt Alexandri magni. Martialis lib. 2. epigram. 71. conqueritur de tali comparatione, quam vt nequitiam ſummam notat, contrarijs & irridentibus verbis.

Candidius nihil eſt te, Cæciliane, notaui,
Si quando ex noſtris diſticha pauca legis.
Protinus aut Marci recitas, aut ſcripta Catulli.
Hæc mihi das, tanquam deteriora legas?
Vt collata magis placeant mea? Credimus iſtud.
Malo tamen recites, Cæciliane, tua.

Suetonius in Auguſt. cap. 21. *Etiam ambitione tractum, vt tali ſucceſſore deſiderabilior fieret.* Nam principes omnia trahunt ad gloriam. In comparatione autem aut laus, aut vituperium ingens.

Pagani principes mortui dij fiunt a Paganis.

Cæterum ſepultura more perfecta, templum & cœleſtes religiones decernuntur. Verſæ inde ad Tyberium preces. & ille varie diſſerebat, de magnitudine imperij, [1] * ſua modeſtia: [2] ſolam diui Auguſti mentem tantæ molis capacem, ſe in partem curarum ab illo vocatum experiendo didiciſſe, quam arduum, quam ſubiectum fortunæ regendi cuncta onus: proinde in ciuitate tot illuſtribus viris ſubnixa, non ad vnum omnia deferrent: plures facilius munia Reip. ſociatis laboribus executuros. Plus in oratione tali dignitatis, quam fidei erat. Tiberioque, etiam in rebus quas non occuleret, ſeu natura, ſiue adſuetudine, [3] ſuſpenſa ſemper & obſcura verba. tunc vero nitenti, vt ſenſus ſuos penitus abderet, in incertum & ambiguum magis implicabantur. At patres quibus vnus metus, ſi intelligere viderentur, in queſtus, lacrymas, vota effundi, ad deos, [4] ad effigiem Auguſti, [5] ad genua ipſius manus tendere, cum proferri [6] libellum, recitarique iuſſit. Opes publicæ continebantur, quantum ciuium, ſociorumque in armis; quot claſſes, regna, prouinciæ, tributa, aut vectigalia, & [7] neceſſitates, ac largitiones. Quæ cuncta ſua manu perſcripſerat Auguſtus, addideratque conſilium, [8] coercendi intra terminos imperij, incertum metu, an per inuidiam.

* ſueta modeſtia:

Tiberius loquens metuit ne intelligatur.

Sub principe malo intelligentes fingūt ſe non intelligere.

Sedulus princeps omnia ſua habet in numerato.

1 Svа modestia.] Lego *ſueta modeſtia*, per ironiam. Nam Tiberius arrogantiſſimus hominum, & Claudianæ ſtirpis ſurculus, nihil habuit in ſe modeſtiæ, niſi quam fingeret. Oroſius lib. 7. *Tiberius magna imperij ſui parte graui & magna cum modeſtia præfuit Reip. ſed poſtea in ſæuiſſimam beſtiam exarſit.* Cæterum, idem error eſt, & in eodem verbo apud Florum cap. 17. lib. 1. *Suo more detonuit.* pro *ſummo timore detonuit.* Idem etiam error apud Tacitum lib. 3. infra, *ſuo luxu*, pro *ſummo luxu.* In exſcriptionibus authorum, paſſim in hoc verbo peccatur, vt in emendationibus, & frequentior plaga, quam remedium eſt.

2 Solam Divi Avgvsti.] Quod dicit ille, vt laus ad eum redeat, quem Auguſtus ad principatum acciuerit. Et nota verum quod ait D. Hieron. ad Cælantiam. *Grande & ſubtile artificium laudare alterum in commendationem ſui, & decipiendo, animum ſibi obligare decepti: quodque in hac re maximo vitio agi ſolet, fictas laudes certo pretio vendere.* At iſtæ laudes inter aucupia, imo inter blandientia & tecta venena. clam enim necant. Et ſunt *in Africa familiæ effaſcinantium, quarum laudatione intereant probata, (πρόβατα, id eſt oues) areſcant arbores, emoriantur infantes*, ait Plin. Nat. hiſt. 7. c. 2. ſed ſunt etiam extra Africam. Et ex tripode Taciti verum oraculum: *peſſimum inimicorum genus, laudantes.* in Agric.

3 Svspensa et obscvra verba.] Seneca filius, vbi carpit orationem Mæcenatis, ait, *timuiſſe illum ne intelligeretur.* Et Seneca pater, ſcribit Othonem *obſcurum dicendi genus affectaſſe.* vocatque (vt re vera eſt) *inſidioſum.* At non ita Auguſtus: de quo Suet. cap. 86. *Genus loquendi ſequutus eſt elegans, & temperatum, vitatis ſententiarum ineptijs, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum, vt ipſe dicit, fœtoribus: præcipuamque curam duxit, ſenſum animi quam apertiſſime exprimere.* Gellius lib. 15. hanc Auguſti laudat orationem his verbis. *Cum librum epiſtolarum Diui Auguſti legeremus, quas ad C. Nepotem ſuum ſcripſit, duceremurque elegantia orationis, neque moroſa,*

Quidam tecta oratione vtuntur.

Inſidioſa prorſus.

Eloquentia Auguſti clara.

Laudata multum.

neque

neque anxia, ſed facili. Hæc in paganirare. Sed de Chriſtianis ita ſcribit D. Hieronymus ad Pammachium. *Non pudet Chriſtianos, & ſacerdotes Dei, quaſi de rebus ludicris agatur, verbis dubijs hærere, & ambiguas librare ſententias, quibus, loquens magis, quam audiens, decipitur?* Sane vt bella, ſed moroſa fœmina, nihil iniucundius: ſic anxia eloquentia nihil inamœnius.

Senatus aut in foro aut in Palatio, aut in templo habitus.

4 Ad effigiem Augusti.] Puto Senatum tunc habitum in Palatio. Sed ſiue in foro, ſiue in Capitolio, ſiue in Palatio, ſiue in templo, plurimæ illic effigies. Nam in Palatio frequentem Senatum habuiſſe ſub ſenio, narrat Suet. cap. 29. in Auguſto. Martialis de Palatio:

In Palatio multa imagines.

Inde ſacro veneranda petes Palatia cliuo,
Plurima quo ſummi fulget imago ducis.

Inter eas autem erat Auguſti effigies. Nam noſter libro 2. *Cum in Palatio Senatus haberetur, modo Hortenſij inter oratores ſitam imaginem, modo Auguſti intuens.* Etiam forum coloſſo Auguſti nobilitatum fuit, vt notum eſt. Tertullianus autem ita de ſpectaculis. *Plateæ,* inquit, *& forum, & balnea, & ſtabula, & ipſæ domus noſtræ ſine idolis non ſunt.* id eſt, ſine imaginibus Deorum, quas inter, Auguſti effigies. Idem de Anima. *Nemo dubitauerit domus quoque dæmonijs patere, nec tantum in adytis, ſed & in cubiculis homines imaginibus circumuenire.* Sed in foro præcipue. Nam forum Romanum erat æſtuarium Idolomaniæ. In templis, plena omnia ſtatuis & imaginibus Deorum, quibus vnumquodque templum dicatum eſſet. Etiam aliorum Deorum effigies, vt Auguſti. Nam in Pantheo ait Dionyſius, Agrippam, Iulium & Auguſtum collocaſſe. Et Domitianus in templo Iouis Cuſtodis, quod erat in Capitolio, Iouis ſimulachrum poſuit, in cuius gremio ille eſſet. Sic vbique effigies Auguſti.

Etiam in foro.

Genuum adoratio.

5 Ad genva ipsivs manvs tendere.] Genua enim Miſericordiæ & Pietati conſecrata ſunt: vt aures Memoriæ (nam teſtibus aures tangebantur) frons Genio, digiti Mineruæ dicabantur, pudori frons, riſui lien, vt iræ nares. Petronius Arbiter in Satyrico: *Comprehendi Eumolpi genua, &, Miſerere, inquam, morientium.* Plinius lib. 11. cap. 48. *Hominum genibus quædam religio eſt, obſeruatione gentium; hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc vt aras adorant, fortaſſis, quia ineſt illis vitalitas.* id eſt, vitæ ſtabilitas. Sueton. in Iulio cap. 20. *Tantum calumniarum iniecit, vt ad genua eius accideret.* Et Seneca lib. 1. Contro. 3. *Mirandum eſt, ſi oppreſſa eſt virgo ſine gratia. Cuius enim genibus ſubmiſit manus? quem deprecata eſt? quæ tarde rogauit etiam Deos.* Idem 9. Controu. contr. 9. *Compone te in periclitantium habitum, profunde lachrymas, manus ad genua demitte.* Seneca etiam filius de tranquillit. vitæ. *Horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua.* Apuleius lib. 9. *Simulans ad mouendam commiſerationem, genua eius velle contingere, ſubmiſſus atque incuruatus, arreptis pedibus eius vtriſque, ſublimem elatum.* Et idem lib. 8. Metam. *viſiſque nobis cum fletu maximo ſingulorum iuuenum genua contingens ſic adorat: Per fortunas veſtroſque Genios,* &c Et Sueton. in Tiberio, vbi de Tiberij illuſionibus in adulantem Senatum. *Precantem Senatum, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis reſponſis, & callida reſponſione ſuſpendens.* Noſter infra. *Conſtat Haterium, cum deprecandi cauſa palatium introiſſet, ambulantiſque Tiberij ad genua deuolueretur.* Quod etiam notat Claudianus, cum ait in Rapt. Proſerp.

In genibus religio.

Manus ad genua.

—Genibuſque ſuas cum ſupplice fletu
Admouere manus.

Et Virgil. 3. Æn.

—Et genua amplexus, genibuſque volutans.

Illos autem amplexus vocabat confricationes Plaut. in Aſin.

Pol hodie non feres ni genua confricentur.

Et idem eodem.

Numquam pol facerem ni tam nequiter fricares genua.

Tangunt etiam iſtum moré Græci. Hom. vlt. Iliad. in quo ſupplex Priamus genibus Achillis aduoluitur, & Hectoris cadauer petit. De Hebræis autem, non genua, ſed pedes oſculabantur, & proni adorabant in terram. Nam Reg. 2. vbi de Abigail: *procidit coram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit eum.* cap. 25. & lib. 13. Reg. cap. 1. *Berſabea in terram vultu adorauit regem.* Sed hæc alias, nunc pergo. Nam regibus procumbere ab omni æuo ſolitum.

Apud Hebræos pedes, non genua oſculabantur.

6 Libellvm recitari.] De quo Plinius lib. 2. cap. 5. his verbis. *Authorem nos D. Auguſtum ſequuturos præfari oportet, deſcriptionemque ab eo factam Italiæ totius in regiones 12.* Nota Auguſti ſtudium & diligentiam in Rep. noſcenda; & vbi agnouerit, in ea conſeruanda. Nam illa deſcriptio erat in eo libello, tum recitato. Sed per quem? Dio explicat, per Druſum filium, lib. 57. Et hoc, exemplo Auguſti, qui per Germanicum recitari ſuam orationem voluit in Senatu, cum voce deſtitueretur. Idem Dio lib. 55. ſcribit a Caligula recitatos per libertum libellos quos ſe pridem combuſſiſſe dixerat. Ita Senatum habebat exoſum, & deſpectum. Cæterum, recitatio iſta, ſæpe ſub Imperatoribus ſequutis, aut a Quæſtoribus Cæſaris, qui poſtea dicti Candidati Cæſaris, principalibus libris Cæſaris in Senatu legendis addicti. L. 1. de offic. Quæſtor. D. aut a Quæſtore Reip. habebant enim ſuos Quæſtores Cæſares, vt Reſpublica: quemadmodum ſeparata erant patrimonium Cæſaris, & patrimonium Reip. Quamquam Auguſtus ſæpe, vt ſuis, ita & Reipub. pecunijs vteretur. Idem Dio libro 53. De Quæſtore principis locus eſt apud Sueton. in Vitellio, qui narrat *Q. Vitellium Auguſti Quæſtorem extitiſſe.* vt & Plinius Nepos, & Tacitus lib. 16. Annal. *Oratio principis, per Quæſtores eius audita eſt.* Aliquando etiam per Lectores, ſub Claudio: *in principatu ſcripſit plurima, & aſſidue recitauit per Lectorem.* Sueton. in Claud. 41. Aliquando a liberto, vt teſtamentum Auguſti a Polybio. Dio 56. De Quæſtoribus Reip. aut Conſulis. Sic Suetonius in Nerone. *Orationes ad Senatum miſſas, præterito Quæ-*

Deſcriptio Italiæ facta ab Auguſto.

Libellus Auguſti recitatus in Senatu.

A Quæſtore Reip. interdum.

A Quæſtore ſuo interdum.

ſtoris officio per Conſules plerumque recitabat. Et in Tito cap. 6. *Orationes in Senatu recitaret Quæſtoris vice.* Apud nos per actuarios in Senatu, & in principis Conſiſtorio, per vnum ex quattuor imperij λεγχάρης, aut per actuarium. At Iuriſconſultus hunc legendi morem per Quæſtores non omittit, L. vn. de off. Quæſtor. *Hi*, inquit, *ſoli libris principalibus in Senatu legendis vacabant.* Sic duo munia erant Quæſtorum, pecuniæ publicæ diſpenſatio, & libellorum principis recitatio. Sed aduertendum magnam eſſe differentiam inter Quæſtorem Reip. & Quæſtorem principis. Nam veteri Repub. Quæſtor vnus qui Reip. patrimonium omne regeret. ſed Cæſaribus aſſumptis alter Quæſtor creatus, qui Quæſtor Principis diceretur. Hic autem quidquid ad fiſcum pertinebat, recipiebat, quia fiſcus eſſet Principis. Et proprie is Principis Quæſtor dicitur: & talium Quæſtorum magna fuit olim authoritas, qui ſacri palatij Quæſtores dicebantur. L. 34. de Appell. Cod. Et recte Lucillius de diſpenſatione pecuniarum:

Huic homini Quæſtore aliquo eſſe opus atque chorago,
Publicitus qui mi atque Epiſeo præbeat aurum.

7 NECESSITATES.] Symmachus de trad. Baſil. vtitur hoc verbo, cum ſcribit: *Per publicarum neceſſitatum moleſtias declinandas.* Florus de bello Numantino: *Eo neceſſitatum compulſi, vt deſtinata morte in prælium ruerent.* Illa eſt neceſſitas, quam D. Auguſtinus Pſalmo 83. vocat omnium actionum matrem, & quæ fortunæ comes eſt aſſidua, ſeu feriat, ſeu blandiatur. Nam Horatius vbi de fortuna Antiana:

-- Sæua neceſſitas
Clauos trabales & cuneos manu
Geſtans ahena: nec ſeuerus
Vncus abeſt liquidumque plumbum.

Cuius imperijs parent etiam mortales Dij, & tota mortalium maieſtas. Quippe iungit & diuidit: iungit trabalibus clauis ingentibus hercle & portentoſis: diuidit cuneis quos ahena manu, id eſt, inſuperabili coniungit; trahitque vnco interdum, & interdum plumbo liquido copulat. ita vt res neceſſitate iunctæ diuidi non poſſint. Quod imperiorum vertices non debent ignorare.

8 COERCENDI INTRA TERMINOS IMPERII.] Non ea mens Iulio Cæſari, qui de ruendo & ampliando imperio ſemper anxius. Sueton. c. 44. in Iulio. Non ea mens Alexandro Magno, de quo ita Satyricus.

Iuuenes reges imperiorum fines augent, ſenes tuentur.

Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.

Dictus Pellæus a Pella vrbe Macedoniæ. Dixi, *iuueni*. Aliud enim viſum *ſeni* Auguſto, recocto, & veteri regendis imperijs. Aliud Antonio Philoſopho, vt ait Xiphilinus. Nam Strabo lib. 7. ait, Auguſtum noluiſſe flumen Albim tranſire, & illic quietas gentes turbare, ne laceſſitæ obſequium exuerent, & vicinas nationes traherent ad res nouas. Et ſane qui rebus ſuis attendit, aliena non inuadit. Quod firmat in Auguſt. Aurelius Victor. *Niſi*, inquit, *iuſtis de cauſis, nunquam genti vlli bellum intulit.* Additque rationem longe ſapientem: *Iactantis eſſe ingenij & leuiſſimi, ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id eſt, folia infructuoſa, in diſcrimen per incertos euentus certaminum, ſecuritatem ciuium præcipitare.* Nec ſane errat. Erat quippe Auguſtus non ignarus artis imperatoriæ, ſed ſciens & prudens. Plerumque enim dum nimia ambimus, totum perdimus. Traianus in Dione: *Ægre poſſe eas gentes quas deuiciſſet, in fide & officio continere, aut a vi & iniuria defendere.* Quod ſtatim euenit Traiano defuncto, vt Spartianus in Adriano docet. Aliam reddit rationem Dio lib. 56. Quod difficile, tantum imperium ſeruari poſſet, & ne plura appetendo, omnia amitterentur. Nam vt ait Seneca Suaſor. 1. *Deſcituras gentes, ſi Alexandrum rerum naturæ terminos ſupergreſſum, innotuiſſet.* Ita legendum. Et hoc eſt quod ſubijcit Tacitus. *Incertum metu* (deſciſionis ſcilicet) *an per inuidiam?* lege per interrogans, id eſt, num etiam inuidens poſteris, ne Auguſto magis amplificaſſe imperium dicerentur? Nam magni imperiorum vertices laudis ſunt cupidiſſimi, & cum omnibus abundent, ſola ſe gloria egere putant. quod vere dictum, & ex veritatis oraculis. Sed in Republica quiſquis eſt ambitioſus, idem eſt exitioſus.

Cur Auguſtus non auget, ſed tuetur imperiū.

Seneca pater correctus.

Principes laudum cupidi.

Inter quæ Senatu ad infimas obteſtationes procumbente, dixit forte Tiberius, ſe, vt non toti Reipub. parem, ita quæcunque pars ſibi mandaretur, eius tutelam ſuſcepturum. Tum Aſinius Gallus, [1] Interrogo, inquit, Cæſar, quam partem Reip. mandari tibi velis? Perculſus improuiſa interrogatione paulum reticuit, dein collecto animo reſpondit: Nequaquam decorum pudori ſuo, legere aliquid, aut euitare, ex eo, cui in vniuerſum excuſari mallet. Rurſum Gallus (etenim[2] vultu offenſionem coniectauerat) non idcirco interrogatum ait, vt diuideret, quæ ſeparari nequirent: ſed vt ſua confeſſione argueretur, vnum eſſe Reip. corpus, atque vnius animo regendum. Addidit laudem de Auguſto, Tiberiumque ipſum victoriarum ſuarum, quæque in toga per tot annos egregie feciſſet, admonuit. Nec

Magna ambitio magna adulatio.

Vnius corporis vnum caput: vnius imperij vnus rector.

ideo

ideo iram eius leniuit pridem inuiſus, tanquam [3] ducta in matrimonium Vipſania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberij vxor fuerat, [4] pluſquam ciuilia agitaret, [5] Pollioniſque, Aſinij patris ferociam retineret.

Vno Verbulo etiam minimo princeps læditur.

Verba libera pro Rep. venena ſunt.

1 INTERROGO.] Illa interrogatio rupit iugulum Aſinij Galli: & fuit eius mors. Quanquam nec ei mori licuerit. Vide tu, quiſquis es, & aduerte, quam ſano homini noceat libere de Principe deque Rep. proloqui. Libera enim verba venena ſunt impuro ſæculo, & loquentium cicutæ. Præxaſpes Cambyſæ amiciſſimus monuit regem de ebrietate; non cauit de crudelitate. Dixit, & cor filij ſagitta rex confixit. Seneca de Ira. O exoſa tyrannis veritas!

2 VVLTV.] Vetus Scholiaſtes Iuuenalis ait Sat. 9. *Vt corporis vitia ex faciei colore deprehenduntur, ſic & animi.* Nam Diuus Hieron. epiſt. 10. *Speculum mentis eſt facies, & taciti oculi, cordis confitentur arcana.* Certe vultus externum hominem notat, & internum aperit. Et egregie Tertullian. de reſurrect. Carn. *Si volutet aliquid anima, vultus operatur indicium.* Ideo vere Am. Marcellin. lib. 15. *per corporis ſigna pandit animorum interna.* Et de Iuliano: *diu vultum contuentes quis futurus eſſet colligebant.* Quod fuit verum augurium D. Gregorij Nazianzeni de illo, non tam Iuliano quam Idoliano, vt loquitur ipſe Orat. 3.

Non ſoli Atridæ ſponſas amant.

3 DVCTA IN MATRIMONIVM VIPSANIA.] Quod valde Tiberium pupugit, vt alios magnos viros. Nam *dolor hic, non ſolos tangit Atridas.* Cato ſibi pactam abduci tulit ægerrime, ait Plut. in Catone Cenſorio. Et Cæſar Iulius, *nulla vi a Cinnæ filia diſtrahi potuit, licet imminentibus Sullæ gladijs.* Suet. cap. 1. in Iulio. At Tiberius, magno angore a Vipſania auulſus eſt, vt Iuliam duceret. *Quam in occurſu vbi ſemel vidit, ſtatim perijt,*

(ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ait Theocritus,
Vt vidi, vt perij.)

Primus amoris aculeus habet æternum vlcus.

Et ita tumentibus oculis, & contento vultu proſequutus eſt, vt cuſtoditum fuerit, ne in conſpectum eius poſthac veniret. Cum ea enim bene conueniebat, & erat ex eo prægnans. Sueton. in Tib. cap. 6. Sic primis affectibus & amoribus nihil fortius, nihil hederatius. Nam nulla vi ſoluuntur. Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Am.

Hanc probat & primis dilectam ſemper ab annis,
Eſt inter comites Martia cenſa ſuas.

Et acute Seneca epiſtola 69. *Nihil facilius, vt amor, recrudeſcit.*

Mos Græcorum & Roman. cedere vxoribus.

4 PLVSQVAM CIVILIA.] Non quod non fuerit moris apud ciues Romanos, ita diſſoluere matrimonia. Nam ex legibus Numæ, Plutarchus ait *ſancitum, vt marito, qui ſatis liberorum haberet, ius eſſet vxorem ſuam alteri viro, liberorum quærendorum cauſa, concedere, atque in matrimonium elocare.* Sic Auguſtus relicta Scribonia Liuiam duxit, quod nullos haberet liberos. Sic Octauiam ſuæ ſororis neptem Pompeio dedit Iulius Cæſar. Sueton. cap. 27. in Iulio, & Tertullianus in Apolog. Catonem ridet apud Romanos, & Socratem apud Græcos, quod ſuis vxoribus ceſſerint.

Cur oderat Aſinium Tiberius.

Sed Tiberij ira fuit, quod fuiſſet Vipſania principis vxor, qua ducta excederet Gallus ordinem ciuium & Cæſaribus ſe æquaret.

Quia Vipſaniã duxerat Tiberij coniugem.

Nam Azantidem puellam cum Apolline ſuetam & Elationidi ſubmiſſam *æqualem dijs Elationidem* vocat Homerus in hymno Apollinis, & [illegible] nominat. A maritis enim radios habent fœminæ. Et hoc pungebat Tiberium, quod Gallus coniuge ſua potiretur. *Noli vxorem meam premere*, dicebat Caligula apud Sueton. cap. 25. Similis hiſtoria in veteri Scholiaſte Iuuenalis, qui emendãdus, Sat. 5. in verſu, *Quæ Piſo bonus. Piſo*, inquit, *Calpurnius ex antiqua familia, ſcenico habitu tragœdias actitauit, in latrunculorum iuſſu* (lege *luſu*) *tam perfectus, & callidus, vt ad eum latentem* (lege *ludentem*) *curreretur. Ob hæc inſinuatus C. Cæſari, repetente* (lege *repente*) *relegatus eſt, quod conſuetudinem priſtinæ vxoris abductæ ſibi ab ipſo, deinde remiſſæ, repetijſſe exiſtimabatur.* Suetou. 25. in Caligula. *Lolliam Paulinam ſubito ex prouincia euocauit, ac perductam a marito coniunxit ſibi, breuique miſſam fecit, interdicto cuiuſquam in perpetuum coitu.*

Piſo.

Exempla in libris.

Sed noſter author hæc firmat l. 15. vbi de Nerone. nam ait: *Acceſſerat recens cauſa, quod Veſtinus Statiliam Meſſalinam matrimonio ſibi iunxerat, haud neſcius inter adulteros eius, & Cæſarem eſſe.* Et idem eodem. *Pellitur & Rufius Criſpinus, Neroni inuiſus, quod Poppæam quondam matrimonio tenuerat.* Et hiſt. 2. *Vitellius metu & odio, quod Petronius vxorem eius, mox Dolabella eam matrimonio accepiſſet, interfici iuſſit.* Simile eſt illud lib. 2. Reg. de Adonia, qui petit in vxorem Abiſag Sunamitidem, quæ puella pulchra nimis dormierat cum rege Dauid admodum ſene, eaque intacta. Cum ergo Adonias petijſſet eam in vxorem: *Pete*, inquit, *& regnum* (dixit Salomon) *iuſſitque interfici Adoniam fratrem ſuum.* Idem ſcribitur 2. Reg. c. 3. *Quare ingreſſus es ad concubinam patris mei?* Quod graues inimicitias fecit inter Iſboſeth regem Iſrael, & Abner. Et Dauid ſtatim vt regnum adeptus eſt, vxorem ſibi abductam repetiit. *Redde vxorem meam Michol, & tulit eam a viro ſuo Phaltiel filio Lais.* Nam amor

Veſtinus. *Rufius Criſpinus.* *Petronius.* *Dolabella.* *Adonias.* *Abner.* *Phaltiel.*

— ſæpe ſuperbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes.

Sed ſapit, qui cum regibus in fœmineo fundo nihil commune capit.

Pollio pater ferox.

5 POLLIONISQVE PATRIS FEROCIAM CONTINERET.] Quem ex *Corneliorum gente* fuiſſe ſcribit D. Hieron. ad Pammachium. At Plinius lib. 36. cap. 5. *Pollio Aſinius, vt fuit acris vehementiæ, ſic quoque ſpectari monumenta ſua voluit.* Fuit is eloquens & doctus & fortis, qui Piratico bello corona nauali donatus eſt a Pompeio. Plin. 7. cap. 30. *M. Varronis*

bibliotheca quæ prima in orbe ab Aſinio Pollione ex manubijs publicata Romæ eſt, haud minore (vt equidem reor) gloria: principe oratore & ciue ex illa ingeniorum, quæ tunc fuit, multitudine, vni hanc coronam dante, quam cum eidem Magnus Pompeius Piratico ex bello nau alem dedit. Habuitque in monumentis egregias a Praxitele figuras ſculptas. Idem 37. cap. 5. Ferocia autem eius emicuit maxime in Ciceronis inſectatione. Senec. Suaſo. 6. Et in Catonis accuſatione. 7. Contr. 4. in Paſſieni contemptione: tribus viris magnis. l. 10. Contr. 5. In talenti recuſatione. lib. eodem. In filij amiſſione præf. libro 4. Contr. Addo & crudelis verbi pronunciatione. Nam *Hoc voluerunt* dixit, cum in acie Pharſalica ſuos ciues cæſos & iacentes conſpexit. Plut. in Cæſare, licet Cæſari Sueton. adſignet. Sed eius epiſtolæ quædam, quæ leguntur l. 9. familiarium Ciceronis, ſatis ferociam eius indicant. Valerius vocat illum, *non minimam partem Attici ſtyli Romani*; nec iniuria. Fuit autem μακρόβιος & viuax. nam centum annos vixit, ait Plin. lib. 22. cap. 24. Filius autem per veſtigia patris abiens, paternam in dicendo libertatem, plus quam par eſſet, & ſibi expediret, aſſumpſit. Inde Aſinij cum Tiberio diſſidium, inde excidium.

Pollio filius eius. Libertas Aſinij Pollionis.

Digni imperio ab indigno tolluntur.

Poſt quæ L. Arruntius haud multum diſcrepans a Galli oratione perinde offendit, quanquam Tiberio nulla vetus in Arruntium ira; ſed diuitem, promptum artibus egregijs, & pari fama publice ſuſpectabat. Quippe Auguſtus ſupremis ſermonibus cum tractaret, quinam adipiſci principem locum, ſuffecturi abnuerent, aut impares vellent, vel idem poſſent cuperentque, [1] M. Lepidum dixerat capacem, ſed aſpernantem, Gallum Aſinium auidum & minorem, L. Arruntium non indignum, [2] & ſi caſus * daretur, auſurum. De prioribus conſentitur. Pro Arruntio quidam [3] Cn. Piſonem tradidere. omneſque, præter Lepidum, varijs mox criminibus, ſtruente Tiberio, circumuenti ſunt. Etiam [4] Q. Haterius & [5] Mamercus Scaurus ſuſpicacem animum perſtrinxere. Haterius cum dixiſſet, Quouſque patieris Cæſar non adeſſe caput Reipub? Scaurus quia dixerat, ſpem eſſe ex eo, non inritas fore Senatus preces, quod relationi conſulum, iure tribunitiæ poteſtatis, non interceſſiſſet. In Haterium ſtatim inuectus eſt. Scaurum, cui implacabilius iraſcebatur, ſilentio tramiſit. Feſſuſque clamore omnium, expoſtulatione ſingulorum, flexit paulatim, non vt fateretur ſuſcipi a ſe imperium, ſed vt negare & rogari deſineret. Conſtat Haterium, cum deprecandi cauſa palatium introiſſet, ambulantiſque Tiberij genua aduolueretur, prope a militibus interfectum, quia [6] Tiberius caſu, an manibus eius * impeditus, prociderat. Neque tamen periculo [7] * talis viri mitigatus eſt, donec Haterius Auguſtam oraret, eiuſque [8] accuratiſſimis precibus protegeretur.

Malis dat vis quod ius negat.

Imperium ſine capite cadauer eſt.

* daret, vt auſurum.

* Impeditus?

* tam illuſtris viri

1 Marcvm Lepidvm.] Qui Dalmatico bello triumphalia meruit, conſentiente iudicio principum, & Senatus voluntate. Cape eius imaginem ab ipſo Tacito. *Hunc ego Lepidum temporibus illis grauem & ſapientem virum fuiſſe comperio: nam pleraque ab ſæuis adulationibus aliorum in melius deflexit, neque tamen temperamenti egebat, cum æquali authoritate & gratia apud Tiberium viguerit.* vere ἐπίσκεφος ἀνθρώπων. Ita dexteritate ſumma inter homines verſabatur. Velleius ita illum pingit, ſed plagoſo loco: *Omnibus copijs a Cæſare M. Lepidus præfectus eſt. vir nominis ac fortunæ eorum* (lege *Cæſarum*) *proximus, quem in quantum quiſque aut cognoſcere, aut intelligere potuit, in tantum miratur ac diligit, tantorumque nominum, quibus ornatus eſt, ornamentum indicat.* Quod explicat Tacitum. Ait enim fama & nomine Cæſaribus proximum. id eſt, *capacem imperij, vt dixerat Auguſtus.* Quia Romæ poſt Cæſares celebris. magna enim fuit Lepidorum familia Romæ, & claris maioribus conſpicua, & inter conſpicuos hic Lepidus. Et quod Lepidus olim Triumuir pari authoritate cum Cæſare Octauio temp. rexiſſet, ſubiungit: *Et quem Tiberius amat, & miratur, quantum quiſque ex eo cognoſcere poteſt, exiſtimatque & indicat ornamentum familiæ Lepidorum, a qua ortus eſt.* Quod explicui, quia verba ſatis obſcura, & vt mendum tollerem. Et ſi quid odoror, fuit ille Lepidus Tiberij Neronis in adoleſcentia magiſter, de quo dixi ſupra, & cuius familiam, nobiliſſi-

Lepidus a Tacito depictus.

A Velleio etiam.

Correctus Velleius.

Explicatus a Velleio Tacitus.

nobiliſſimam vocat Suetonius alicubi. Eſt alter M. Lepidus, de quo Annal. 3. quem Sextus Pompeius, *vt ſocordem, inopem, & maioribus ſuis indecorum, eoque etiam Aſiæ ſorte depellendum* dixit: Senatu aduerſante, qui *mitem magis, quam ignauum* aſſeruit. Clara hæc familia M. Lepido bis Conſule, Pontifice Maximo, & Cenſore, auo fortaſſe huius noſtri, de quo Cic. de prouinc. Conſul. Sed & amentia & inconſtantia Lepidi triumuiri, hoſtis Reip. iudicari, plus familiæ nocuit, quam virtus maiorum profuerit.

Lepidorum familia clara.

2 SI CASVS DARETVR.] Lege, & corrige, & ſi lubet, ride Mineruam meam: *Si caſus daret, vi auſurum.* Si arbitra veritas, ſimile mendum lib. 4. *Et ni reſiſtatur, fore plures.* pro, *Et ni reſiſtat vi, fore plures.* id eſt per vim, & viribus admixtis. Et L. 4. de rer. diuiſ. D. *Nemo ad littus maris accedere prohibetur, dum villis & ædificijs & monumentis abſtineatur.* vbi legendum, *abſtineat vi*, id eſt, per violentiam. Et in Apuleio Apolog. *Sola virginitas eum ſemel accepta eſt, reddi nequitur. ſola apud maritum de rebus dotalibus remanet.* Vbi lego, *reddi nequit vi. Sola apud maritum de rebus dotalibus remanet.* Plautus in Amphitr. ſcena prima.

Cadunt vulneris vi & virium.

Idem mendum in verbo (*vi*) apud Liuium, vbi de bello Pun. *Fontem ſub terra tantum aquarum fluxiſſe.* vbi lego, *tanta vi aquarum fluxiſſe.* Noſter lib. 15. ita vtitur verbo *daret. Quoties fortuna contra daret, ſaluti conſuluiſſe.* Et ſane verbum, *daretur*, heic Hyperboreum eſt: vt *vi auſurum* familiare & Tacito vernum & domeſticum prorſus. quod poſthac Tacitus demonſtrabit.

3 CN. PISONEM.] Germanici confectorem & veneuarium. Nam Tiberio clam mandante venenum dedit, mox negante reum ſubdidit, vitamque & exiſtimationem & claræ decus familiæ perdidit miſer. De quo l. 2. & 3. Ann. plura. Noſter vocat *ingenio violentũ, & obſequij ignarum, inſita ferocia a patre Piſone, qui ciuili bello reſurgentes in Africa partes, acerrimo miniſterio aduerſus Cæſarem iuuit.* Iuuit quidem, & pro Rep. ſapienter inſaniuit, mox tutiora conſilia capeſſiuit.

Piſonis icon a Tacito.

4 Q. HATERIVS.] De quo nummus eſt: Q. HATERIO. L. PISONE. II. VIRIS. deducendis colonijs ſcilicet. Vir ingens, & impetu vigens, ſed non vitijs carens quæ habuit multa. Quippe a noſtro *fœdæ adulationis ſenex* dicitur, li. 4. An. Et *mollis*, a Seneca patre, quod animo imbecillo filiorum mortes tulerit. præfatione libri 4. Cõt. Et Seneca filius 6. de benef. (ſi is eſt) inurit illi notam captationis teſtamẽtorum. Fuit etiam tribunus pleb. interceſſitque ne Prætoribus ius virgarum eſſet in hiſtriones. Noſter infra. Scribit etiam Sueton. Tiberium, cum initio principatus, necdum bene firmatus in imperio, habuiſſet eum ſententia diuerſum in Senatu, ei dixiſſe: *Si quid aduerſum te liberius ſicut Senator dixero, mihi ignoſcas.* D. Hieronymus meminit eius aduerſ. hæreſ. Ioan. Hieroſ. his verbis: *Quintus Haterius, qui ingenium in*

Haterius eloquens.

Adulator.
Senex.
Mollis.

Teſtamẽtorum captator.
Tribunus pleb.

numerato habebat, vt ſine monitore tacere non poſſet. De quo egregie Cæſar Auguſtus: Quintus, inquit, noſter ſufflaminandus eſt. Inde verbum Gallicum (*haſter*) quod eſt properanter, feſtinanter ire, ab Haterio qui properantior fuit in dicendo. Sic verbum *Agard*, ab Agar ancilla Saræ quæ inſolentior fuit contra dominã. Et calcitroſa & peruicax ancilla ita vocatur apud nos. Et hoc frequens apud Francos qui ab exteris capiunt iſta quaſi mutuum. Nam ſunt innumera quæ mutuo ſumpſimus, & ad nos tranſtulimus: quod dicam alibi. Sed hæc omnia a Seneca patre, qui teſtatur 4. Contr. *vnicum fuiſſe ſui temporis, qui facilitatem Græcam in Latinam linguam verteret.* Et ita loquitur de eo. *Multa erant quæ reprehenderes, multa quæ ſuſpiceres, cum torrentis modo, magnus quidem, ſed turbidus flueret. redimebat tamen vitia virtutibus, & plus habebat quod laudares, quam quod ignoſceres.* Talis fuit Carneades. nam Gellius lib. 7. cap. 14. *Admirationi fuit trium Philoſophorum facundia. Violenta & rapida, Carneades dicebat; ſcita & tereti, Critolaus; modeſta, Diogenes, & ſobria.* Iulianus Apoſtata epiſt. ad Proæreſium: ἄνδρα ἐργάζου τὲς λόγοις, ὥσπερ οἱ ποταμοὶ τὲς πεδίοις ἐπ' ἄφθονον ῥεύματα, *hominem ita in dicendo copioſum & abundantem, vt flumina cum in patentes campos influunt.* Sic Cicero de Saturnino: *Ipſe L. Saturninus ita fuit effrenatus & pæne demens, vt actor eſſet egregius & ad animos imperitorum excitandos inflammandoſque perfectus.* Sic Homerus de Vlyſſe Iliad. 3.

Turbidus dicendi impetu viſcita, gen.

ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν.
Verba niualibus ſimilia hibernis.

De his orationibus ſic Horatius, Satyra 7. libri 1.

— *Canem illum,*
Inuiſum agricolis ſidus, veniſſe ruebat;
Flumen vt hibernum, fertur quo rara ſecuris.

Et Iuuenalis Sat. 10.

— *Torrens dicendi eſt copia multis,*
Et ſua mortifera eſt facundia.

Plinius Nepos epiſt. *Frequens*, libro 1. de Pericle ait, *verba funditaſſe ſimilia niuibus brumalibus.* quod ſumpſit ab Homero. talis fuit etiam Iſæus, Græcus declamator, de quo Iuuenal. Sat. 3.

Promptus, & Iſæo torrentior.

Et de quo idem Plinius Nepos lib. 2. epiſt. *Magna. Iſæum diſertiſſimum iudico, quem niſi noſcere concupiſcis, ſaxeus ferreuſque es.* Nam torrentibus comparantur tales oratores & Poetæ. Horatius de Pindaro:

Oratores torrentibus comparati. Poetæ etiam.

Fonte decurrens velut amnis, imbres
Quem ſuper notas aluere ripas,
Feruet, immenſuſque ruit, profundo
Pindarus ore.

Pindarus.

Idem de Caſſio Parmenſi dicas in ſcribendo, quod de Haterio in dicendo. Nam ita Horatius lib. 1. Satyr. 10.

Caſſius Parmenſis.

— *Amet ſcripſiſſe ducentos*
Ante cibum verſus, totidem cœnatus: Etruſci
Quale fuit Caſſi rapido feruentius amni

Ingenium, capſis quem fama eſt eſſe, librisque
Ambuſtum proprijs.

Mulio Incitatus.

Sic propter rapiditatem, Mulio quidam temporibus Domitiani Incitatus dictus eſt, quia Incitat* qui Caligulæ more, rapidus ferebatur. Nam Martial. lib. 2. epigr. 1.

Cœco Mulio fulget Incitatus.

Et libri 11. epigr. 1.

Sed cum ſponſio, fabulæque laſſæ
De Scorpo fuerint, & Incitato.

D. Hilarius Rhodanus dictus.

D. Hieronymus, D. Hilarium vocat *eloquentiæ Rhodanum*, propter illam rapiditatem orationis. procemio epiſt. 2. ad Galat. Et certe, eloquentiæ impetus, omnium animos ad ſe rapit. Sic Tigrim Perſæ vocant Armeniæ fluuium, propter velocitatem. Nam *Tigris* apud eos, ſagitta eſt celeriter volans, & impetu ſe ferens, & impetu feriens, qualis eloquentia.

Scaurus vir nobilis. Eloquens. Vita turpis.

5 Mamercvs Scavrvs.] Noſter lib. 6. Annal. *Mamercus Scaurus inſignis nobilitate, & orandis cauſis, vita probroſus.* Itaque vita nomini non reſpondit. Nam *Mamercus* prænomen Oſcum, ait Feſtus, & moribus ille totus oſcus, & opicus. Tulit autem hoc nomen Pythagoræ filius, vt ait idem Feſtus, a quo gens Æmilia. Et libro 3. vocat eum *patruum Sullæ, & vitricum, & oratorum ea ætate vberrimum.* Seneca pater *diſertiſſimum hominem, & venuſtiſſimum*, præf. libri 10. Contr. & idem Suaſo. 2. *virum magni, ſed neglecti ingenij.* Quippe, vt ait Cato, *Rumorem, famam flocci fecit, captus ſtupro, & inſignibus obſtinatus flagitijs.* Habuit certe os impurum, & linguam improbam, palam obſcœnus, & Scaurorum familiæ vltimus, imo indignus, & in eum cadit iſtud Iuuenalis Sat. 6.

Scaurus diſertiſſimus.

Vir magnus, ſed negligens. Ore impurus.

- Scaurorum nomina falſo
Corpore laturus.

Marcus pro Mamercus falſo dictus.

Dicitur *Marcus* a Dione, cum Scaurorum prænomen ſit *Mamercus*, & a Plinio cap. 11. libro 36. Et cape de Scauris alium verſum Iuuenalis,

Mamercorum alapas.

Sat. 8. Nam de Scauris tunc arenarijs loquitur, & a veterum Scaurorum moribus longe remotis. vbi autem noſtrum tangit Seneca, ſic ſcribit. *Nullam ſtultitiam inultam præterire ſinebat. Dixit bellum verbum cum de Ariſtone Philoſopho quæreretur, qui ſemper lectica geſtabatur, cuius eſſet ſectæ: Scio, inquit, Peripateticum non eſſe.* Interpretor: Quia nunquam ambularet, ſed ſemper lectica geſtaretur. Et ſequentia firmant, quod cum conſuleretur Iulius Græcinus, quid de eodem Ariſtone ſentiret: *Neſcio, inquit, quid de gradu faciat, tanquam de eſſedario eſſet interrogatus.* Sed neſcio quo modo procem. libri 1. Contr. 10. Scaurus a Seneca tantopere laudatus orator, ſtatim deprimitur, dum ait, *Scire poſſes non quantum oratorem præſtaret, ſed quantum desereret.* Sic etiam idem author, vbi Paſſienum ſui temporis *eloquentiſſimum* dixit, alibi *aridum* nominat. Quin etiam petit ipſum eloquētiæ caput Ciceronem. Et quem vere diſertiſſimum nominauit, factus Appius, aut alter Pollio Ciceronis oſor, ſtreperum appellat.

Scauri de Ariſtone dictum.

Et Iulij Græcini.

Seneca patre a ſe diuerſus.

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

An Seneca Meſſala factus eſt, & oblitus ſuæ ſcriptionis? an ſententia mutatus? an controuerſiæ illæ varijs manibus attextæ? Dicite Pierides.

Seneca controuerſiæ varijs manibus textæ.

Et meminiſtis enim Diuæ, & memorare poteſtis.

Sane niſi aliorum oratorum ſegmenta his declamationibus attexta dicas, difficilis erit nodus. Nam tricæ ſunt inexplicabiles.

6 Tiberivs casv, an manibvs eivs impeditvs procideRat.] Lege per interrogatiunculam: *An manibus eius impeditus? prociderat.* Quod ego notabo omnibus locis. Nam vt in mari Sporades, ita ſparſæ vndique per Taciti pelagus iſtæ interrogatiunculæ, tamen non ſine venuſtate. Sed vide & perpende Tiberij artes & nequitiam. Nam omnes de nequitia illum arguunt & conuictum damnant.

Interrogatiuncula ſparſæ in Tacito.

7 Talis viri.] Vereor ne non ſint hæc verba Taciti mera. Et forte ita ſcripſit, *tam illuſtris viri.* Nam vt conijcio per notas, exſcriptores vitium fecere. Et certe libro 3. *infamiam virorum illuſtrium* dixit, non *talium.* In Tacito tamen reperitur vtrumque. vt libro 16. *Detur hoc illuſtrium virorum poſteritati.* Et Annal. 4. *Tali ſorte cruciatum effugere.* Et eodem libro: *Sibi multum ſuperque vitæ fore quod tali cum principe expleuiſſet.* pro, tam illuſtri. Capitolinus in Seuero: *Horum igitur tantorum & tam illuſtrium virorum multi Prætorij, omnes certe ſummi viri, fuere interfecti.* Mouet me quod in oratione Senecæ ad Neronem libro 14. ſcribit, *Tales hortos inſtruit*, vbi legendum indubitanter, *tam illuſtres hortos.* Cæterum Conſularis erat Haterius, & ab Æmilianis, ideoque illuſtris. Nam dignitas illuſtrium omnes excedit, & illuſtres ἀξιωματικοὶ dicti, quales erant Conſules & Conſulares. Nam ſi quæſtores & præfecti vrbis ita in iure nominati, L. 32. de appell. C. L. 2. de temp. appell. C. quid de Cōſulibus & Cōſularibus? Cicero tamē ad Quintum fratrem ita ſcribit: *Ne talis viri, tamque noſtri neceſſarij honorem minui per te, aut impediri velis.* Vbi loquitur de homine priuato, non de publico, qualis Seneca. Quod ſcribo, vt in Taciti ſacris omnia ſincere fiant. Et forſan meæ dubitationi aliquis doctior maiora addiderit, & veritatem inde eruerit. Sufficit mihi digito fontem monſtraſſe, & abijſſe.

8 Accvratissimis precibvs.] Habet, vt inquiunt, manuſcriptus Codex, *curatiſſimis.* Et certe accedit magis ad modum Taciti, qui *curatius*, pro *accuratius* dixit infra, id eſt, pro *maiori cura.* Nec ſolus ille, ſed multi authores & conſulti. Plautus in Truculent. *Spice* dixit, pro *aſpice.* *Spania* pro *Hiſpania* apud Aimoinū monachum 2. cap. 20. de geſt. Franc. Et Feſtus *Spiciunt* antiquos dixiſſe ſine præpoſitione teſtis eſt: *Cato in ea quam habuit in Q. Thermum de ſeptem hominibus. Tenere* pro *obtinere.* Horat.

Quo cauſæ teſte tenentur.

pro *obtinentur.*

Municas pro *cōmunicas*, Feſtus in verbo *municas.*

Et in

Et in eadem Plauti comœdia *Rabonam* cum dixiſſet ſeruus, pro *Arrabonam*, reſpondit, *Arlueri facio*. Vt Præneſtinis *Conia*, eſt pro *Ciconia*. Et apud Græcos κρῖ pro κριθὴ, id eſt, hordeum: & Laconibus δῶ pro δῶμα, id eſt tectum. Citatque Strabo authores multos qui circuncisis dictionibus vſi ſunt. libro 28. Geographiæ. Et fons ſectionis huiuſmodi, fœminæ, quæ per mollitiem frangebant verba. D. Hieron. ad Euſtoch. ſcribit de virg. ſer. *Ne delumbem matronarum ſaliuam delicata ſectetis, quæ nunc ſtrictis dentibus, nunc labijs diſſolutis balbutientem linguam dimidiato verbo moderantur.* Sic dixit Lucillius:

Proras deiundete & diſpoliate guberna.

pro *gubernacula*.
Sic decurtatas dictiones pro talaribus habemus. Et Iuriſconſulti in his verborum Syncopis luſerunt. *Si Stichus legatus heredis culpa non pareat*, pro *appareat*. L. 47. §. de legatis. 1. *Et ſi quædam ex ſignis non parent*. L. 7. de bon. poſſ. ſec. tab. D. Eſt qui latius, eſt qui contractius loquatur: hic Laconicus eſt, ille Aſiaticus. Non omnibus idem os.

Multa patrum &[1] in Auguſtam adulatio: [2]alij parentem, alij matrem patriæ appellandam, plerique vt nomini Cæſaris adſcriberetur, Iuliæ filius, cenſebant. [3] Ille moderandos fœminarum honores dictitans, eademque ſe temperantia vſurum in his, quæ ſibi tribuerentur, cæterum anxius inuidia, & muliebre faſtigium in diminutionem ſui accipiens, [4] ne lictorem quidem ei decerni paſſus eſt: [5] aramque adoptionis, & alia huiuſcemodi prohibuit. At Germanico Cæſari [6] proconſulare imperium petiuit; miſſique legati qui deferrent, [7] ſimul mœſtitiam eius, ob exceſſum Auguſti, ſolarentur. Quo minus idem pro Druſo poſtularetur, ea cauſa fuit, quod deſignatus conſul Druſus, præſenſque erat. [8] Candidatos præturæ duodecim nominauit, numerum ab Auguſto traditum: & hortante ſenatu, vt augeret, [9] iureiurando obſtrinxit, ſe non exceſſurum.

Adulatio venenum Reip.

Mulieres honorandæ, ſed frenandæ ne ſuperbiant.

Princeps latens eſt alluuio.

1 IN AVGVSTAM.] En vt *Auguſta* dicta, ſtatim poſt Auguſti mortem, quæ prius Liuia, & a Tacito exactiſſimo ſcriptore. Quod repetit infra, vbi de Germanico. *Ipſe Druſo, fratre Tiberij genitus, Auguſtæ nepos.* Et l. 3. *Iuliæ Auguſtæ valetudo atrox.* Medicabimur huic vulneri poſtea, nunc tantum palpamus. Nam pauci ſunt authores hiſtoriæ Romanæ qui in hoc verbo vel non lapſi, vel non corrupti.

2 ALII PARENTEM, ALII MATREM PATRIÆ.] Quæ ergo differentia inter *parentem*, & *matrem patriæ*? Nam mater *parens* dicitur, quod pepererit, & parens eadem mater. Noſter l. 3. *Alia parente geniti.* Et Feſtus: *Parens vulgo pater & mater.* Quod eſt vulgatiſſimum. Tamen parentis nomen latius patet, quam matris apud iuris conditores. Parentes enim dicuntur vſque ad tritauum, & vſque ad tritauiam, L. 4. de in ius vocan. D. & Vlpianus: *profectitiam dotem eſſe, quæ a patre vel parente profecta eſt*. L. 5. D. de iure dot. At matris nomẽ nõ egreditur perſonam eius quæ peperit, nec ad aſcendentes pertinet. Sed nota, heic diuerſa quidem; ſed propria verba Senatorum adulantium Tacitum referre, vti ea protulerint, licet idem ſignificent. Quod facit maxime ad hiſtoriæ fidem. Dio ſcribit l. 57. *Fuiſſe qui cenſerent eam matrem patriæ, & genitricem appellandam: Alios, eius nomine Tiberium nominandum. Quod indigne tulit Tiberius*, minui putans Regiam ſuam poteſtatem ſi cum matris honore miſceretur homo turpis. Sic Pompon. L. 2. de orig. iur. ait, *Sempronium I. C. σοφὸν appellatum, nec ante, nec poſt, quemquam eo dictum nomine.* Tamen paulo poſt, ait *Ælium Catum ſapientem vocatum*. At σοφὸς & ſapiens idem. Sed vnus, *ſapiens* dictus Latine, alter σοφὸς Græce, quamuis eadem ſignificent, diuerſis tantum verbis vſi. Cæterum, extat nummus cum Liuiæ vultu, in fronte Lunam naſcentem gerente, cui hæc inſcriptio eſt, LIVIA AVGVSTA GENITRIX ORBIS. Dio certe lib. 58. *Matrem vult dictam, quod multis opem tuliſſet, quod multorum liberos aluiſſet, quod Senatorum filias maritis collocaſſet.* Vtque Auguſtus pater patriæ dictus eſt, ita Liuia mater. Eſt enim pietatis nomen D. Hieron. ad Marcell. *Mater, & filia, nomina pietatis, officiorum vocabula, vincula naturæ, ſecundaque poſt Deum fœderatio.* Et idem ad Cælantiam. *Familiam tuam ita rege, vt te, matrem magis quam dominam, videri velis; a quibus benignitate magis, quam ſeueritate exige reuerentiam.* Quod in P. R. Liuia exercuit, regnandi certe perita, & in manſuetudine erudita ad imperiorum curas. Cui merito iſtud Claudianum conueniat 3. de laud. Stil.

Hæc eſt in gremium victos quæ ſola recepit,
Humanumque genus communi nomine fouit,
Matris, non dominæ ritu, ciueſque vocauit
Quos domuit, nexuque pio longinqua reuinxit.

3 ILLE MODERANDOS FOEMINARVM HONORES.] Tiberius dum priuatus ageret, Liuiæ matri templum dicat. Dio li. 55. Vbi adeptus imperium eſt, matris ſolertia matrem patriæ dici non ſuſtinet, ac ne lictorem ei decernit.

Parens & mater idem.

Propria verba vt prolata, ſic relata a Tacito.

Liuia genitrix orbis in nummis.

Cur ita dicta.

Mater, & filia, nomina pietatis.

Tiberius poſt adeptum imperium matri non æquus.

Quæ hæc eſt intemperies? O arcana Regnorum & regentium. Sueton. 50. in Tiberio: *Tulit* (inquit) *perindigne actum a Senatu, vt titulis ſuis, quaſi Auguſtæ ita & Liuiæ filius adijceretur. quare non parentem patriæ appellari, non vllum honorem inſignem recipere publice paſſus eſt.* & hæc eſt cauſa moderandorum honorum quam velat Tiberius, impotentia fœminarum: cum vera cauſa extiterit impatientia virorum, & nimia Tiberij & ambitioſa cupiditas & acerbitas in matrem. Iiſdem verbis in liberos Germanici odium velauit lib. 4. *Ne quis mobiles adoleſcentium animos prœmaturis honoribus ad ſuperbiam tolleret.* Dio narrat libro 57. Tiberium ſæpe matrem monuiſſe, vt quantum decorum pati poſſet, eum imitaretur, nec immodico faſtu turgeret. Nam Liuia faſtuoſa mulier, ſed quid non debuit matri Tiberius quæ ei vitam dedit & imperium? *Honorare oportet,* ait D. Ign. ad Heronem Diaconū, *cooperatrices generationis noſtræ.* Sine fœmina enim nūquam liberos vir procreabit, nec fœmina ſine viro. Et recte, *moderandos* dixit *fœminarum honores.* Nam fœmina, nullum animal ſublimitatis magis auidum. Et ſapienter Cato in Lege Oppia. *Date frænos impotenti naturæ, & indomito animali.* Sic apud Liuium: *vbi pares eſſe cœperint, fient ſuperiores.* Veterum tamen Romanorum ſapientia, in honorem pudicitiæ matronalis, multa eis decreuit. Nec potuit ſatis: nam Pudicitia magna virtus in fœmina: Et hæc in Liuio, & Dionyſio, aliiſque authoribus reperias. [illegible], ait Nilus de illa virtute. At vero dedit Senatus Liuiæ ſtatuam, & dedit vt ſacroſancta eſſet, quaſi tribunus pleb. quod nulli, niſi Octauiæ ſorori Auguſti tribuit vnquam. Dio lib. 49. Sed dedit Reſp. quod filius negauit. Et poſtea nil non mulieribus dedit adulator Senatus.

Honores in fœminis moderandi.

Fœmina ſublimitatis auida.

Fœmina ob pudicitiam honorata.

Statua Liuia.

4 NE LICTOREM.] Cape lictorem pro viatore, qui virgam præferat, & qui virga ſummoneat populum. Itaque tangit hoc Liuiæ decus, vt cui tot honores a Senatu, ne lictorem quidem habeat a filio. Nam lictores proprie ſunt magiſtratuum. Sed confuſa fuere poſtea huiuſmodi nomina *lictorum, viatorum*, & eorum qui *Accenſi* dicebantur. Horatius l. 2. Carm. ode. 16. *-- Neque Conſularis*
Summouet lictor.

Viatores in virga.

Seneca epiſt. 94. *Non eſt quod fœliciorem eum iudices cui ſubmouetur, quam quem lictor ſemita deijcit.* Sed Plinius ingenioſe in præfat. nat. hiſt. *Perfricui frontem, nec tamen profeci: quando alia via occurris ingens, & longius etiam ſummoues ingenij faſcibus.* Lat. Pacatus de viatore in Panegyr. *Ne otioſa viatoris manus, plebem verbere ſummoueret.* D. Hieron. in epiſt. Paulæ. *Cum proconſul Palæſtinæ, qui familiam eius* (ſcilicet Paulæ) *optime nouerat, præmiſſis apparitoribus, iuſſiſſet parari prætorium, elegit humilem cellulam.* Plinius lib. 9. cap. 35. de lictore fœminarum, ita: *Affectantiam & pauperes* (ſcilicet Margaritarum lineas) *lictorem fœminæ in publico, vnionem eſſe dictitantes.* Vere, nam vbi in publico quis videt matronam vnionibus radiantem & ſmaragdis ſuperbe gradientem, ſtatim via cedit, ita vt ille vnio, ſit illi pro lictore. Libera autem Rep. populus aut Senatus dabat lictores hominibus bene de Rep. meritis. Sic Cicero ad Attic. epiſt. 9. *Propius,* inquit, *accedere, quomodo ſine lictoribus, quos populus dedit, poſſum? qui mihi incolumi adimi non poſſunt.* Sic in prouincijs fuere Senatoribus lictores dati a procōſulibus. Quod teſtatur idem Cicero ad Attic. l. 12. vtebanturque bacillis. Nam ita ille. *Quos ego lictores cum bacillis in turbam conieci, ad oppidum accedēs.* Eſt autem *bacillus* diminutiuū a baculo, vt ſcilicet paruus ſit baculus, ſeu virga, quæ ab eis geſtabatur. Horat. in Sat.

Vnio fœminarum lictor.

Populus lictores dabat viris benemeritis.

Lictores ſenatoribus dati a proconſul. in prouinc.

Fundos Aufidio Luſco prætore, libenter
Linquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ,
Prætextam & latum clauum prunæq. bacillum.

Et Cicero in Agraria contra Rullum: *Deinde anteibant lictores, non cum bacillis, ſed vt heic Prætoribus anteeunt, cum faſcibus duobus.* Non prætereo iſtas viatorum virgas aureas fuiſſe aliquando. Nam ita Seneca de Tranq. vit. *Placet honores faſceſque non purpura, aut aureis virgis adductum, capeſſere.* Et, ne putes mendum, etiam idem alio loco de illis virgis aureis facit mentionem, niſi me fallit memoria. Putem inuentum ſub imperatoribus, qui magiſtratibus poteſtatem detrahentes, augebant in ſolatium vanis ornamentis, & viatorum virgas aurabant. Vt Conſulibus, pro purpureis, dabant aureas togas. Dixi ſupra. Num etiam exemplo Deorum & apparitoris Mercurij, qui apud Homerum virgam geſtat auream? Nam Apuleius vocat Mercurium *commeatorem Deorum*, quaſi viatorem. Met. 11. Et qui apparet magiſtratibus, Dijs apparet. Nam de poteſtatibus dictum eſt: *Ego dixi, Dij eſtis.* Et hoc D. Cyrillus Alexandrinus firmat lib. ad Theodoſ. Imp. de recta fide, 1. Tom. Concil. Sed præcipue locus Exodi 22. *Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices.* Reges enim & magiſtratus Dij ſunt mortales.

Mercurius aurea virga geſtator.

5 ARAMQVE ADOPTIONIS.] Aræ in gaudio, aræ in luctu apud Rom. de aris in *lætitia*, Ouid. 3. de Ponto Eleg. 3.

Ara in gaudio.

Dum ſibi gratatur populus, totamque per vrbem
Omnis odoratis ignibus ara calet.

In *luctu*, Martial. l. 1. epigr. 94. vbi de primipili tumulo:

Ara in luctu.

Ara duplex primi teſtatur munera pili,
Plus tamen eſt titulo quod breuiore legis.

Ouid. 3. Triſt. Eleg. 13.

Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſu
Conuenit, & ſtrictis flamma parata rogis.

Virgilius Eclog. 5. vbi de funere:

-- En quattuor aras:
Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phœbo.

Nam ararum numerus pro ſtatuentis voluntate. *Templa,* inquit ille, *Ioui centum, centum aras poſuit.* Sic Cæſari Iulio poſt mortem, plebs arā ſtatuit. Et de ea Brutus in epiſtola quadā: *Putaſne nos tutos fore in tanta frequentia veteranorum, quos de reponenda ara cogitare audiuimus?* Et apud noſtrum, Aræ Dijs manibus in luctu Germanici, quas ad memoriam factas ait Annal. 3. *fecere,* inquit, *aras ad ſacrandam memoriam.* Sic ara Druſo poſita. *veterem,* ait Tacitus, *aram Druſo ſitam diſiecerant,* Annal. 2.

Aris ſacrata memoria.

Nam

Ara piorum Patriarch. inuentum.

Nam aris ſacrabatur memoria, quia illas deturbare nemini fas. Sane ararum vetuſtiſſimus mos eſt, & inuentum piorum fuit, vt Noe, & poſtea ſequentium Patriarcharum, quo Deum honorabant, vt Geneſ. 8. & 12. Et aliquando *ex puro ceſpite*, quod ex inſtitutione populi Dei. Nam Exodi 20. *Altare de terra facietis mihi.* Aliquando *de lapidibus non dolatis*, vt Exod. 20. & *ſine gradibus*, ne deſcendentium pudẽda viderentur. Sic Cæſar cauit moriens vt pudenda velaret. Suet. in Iulio. Quippe honeſtis viris honeſte cadendum, vt fœminis. Aliquãdo aræ *de dolatis lapidibus*. Pagani imitatores fuere, qui omnibus fere locis aras collocarũt. Seneca epiſt. 41. *Quodcunque diuinitatem habere creditur, ara gaudet.* Heic ara adoptionis ob lætitiam, vt ara ob puerperium Agrippinæ. Sueton. cap. 8. in Calig. Interdum *ſub dio* erant, interdum *in templis & ædibus* Deorum. Plin. lib. 2. c. 107. ait, *in Laciniæ Iunonis ara, ſub dio poſita; cinerem immobilem eſſe, perflantibus vndique procellis.* Virgil. 2. Æneid.

Ex ceſpite. — *Ara ex lapide rudi.* — *Sine gradibus.* — *Etiam expolito.* — *Apud paganos aræ diuinitati ſacra.* — *Aræ ſub dio.*

> *Ædibus in medijs, nudoque ſub ætheris axe*
> *Ingens ara fuit, iuxtaque veterrima laurus*
> *Incumbens aræ, atque vmbra complexa penates.*

In templis. In *templis*. Plaut. in Rudente:

> *Et ara poſita in Veneris templo.*

Noſter Annal. 3. *Iuſſique ipſi in templis facere aras.* Sæpe etiam in *lucis* aræ. Silius libro 1.

In lucis.

> -- *Ordine centum*
> *Stant aræ, Cœlique Dijs, Ereboque parenti.*

Aræ centum in lucis.

Et Papinius lib. 4. Theb.

> *Hic magna lucus ſignabitur ara.*

Virg. 8. Æneid.

> *Hanc aram luco ſtatuit.*

In *paludibus* etiam aræ. Ouid. 6. Metam.

> *Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauillis*
> *Ara vetus ſtabat, tremulis circundata cannis.*

Aræ in montibus. — *Loci editi aræ dicti.*

In *montibus* etiam, quia altare quaſi alta area: Et Valerius 2. Argonaut. ait Argonautas Apollini in littore aram ſtruxiſſe: Cumque nullus ibi mons eſſet, aggerem feciſſe, ibique aram poſuiſſe. Nam Dijs ſuperis & præcipue Ioui aræ ſuperis locis ſtruebantur. Quod tractum a Patriarchis. In montibus quippe Abraham ſtruxit aram Deo omnipotenti. Geneſ. 12. & 4. Reg. *Salomon erexit aram in Gabaon.* Et Iulius Cæſar in Pyrenæis montibus. Dio lib. 41. Inde aræ dicti loci editi. Tertull. in Pallio. *Soleo de qualibet margine vel ara, medicinam moribus facere.* Et Virgil. 1. Æn.

> *Saxa vocant Itali, medijs quæ in fluctibus aras.*

Aræ in planis. — *In montium radicibus.* — *In curia apud Rom.* — *Inconſulto Senatu ara nulla.*

Aræ etiam in *planitie*, eo loci quo Annibal caſtra fixerat: Liuius. Et *in radicibus montium*. Cicero famil. 15. *Caſtra habuimus in radicibus Amani montis, & apud aras Alexandri.* In *Caſtris*. In *Curia*, noſter ibidem. Non omitto, nemini inconſulto Senatu, licuiſſe aram ponere, & dedicare. Liuius lib. 9. & Tertull. in Apolog. Extat nummus cum ara de conſecratione Augusti, qui ſic habet: CONSENSV SENATVS. ET. EQVESTR. ORD. P. Q. R. Quod tangit Apuleius in Florid. vbi agit de conſecratione ſuæ ſtatuæ: Illæ autem aræ, vt eorum ornamentum intelligas, *coronabantur* fœlici fronde. Virgil. 3. Æn.

> *Ramis tegerem vt frondentibus aras.*

Et Eclog. 8.

> *Molli cinge hæc altaria vitta.*

Aræ croco ſparſæ.

Et *croco ſpargebantur*. Tertullianus de cultu fœmi. Et immolabantur victimæ in his altaribus. Plautus in Aſinaria.

> *Siquidem mihi ſtatuam, & aram ſtatuis,*
> *Atque vt Deo mihi, ſic immolas bouem,*
> *Nam ego tibi ſalus ſum.*

Ergo aræ, aut ad ſacrificandum, aut ad memoriam conſecrandam. Sed peſſimum quod aræ hominibus, quæ ſoli Deo, ſtatuebantur.

Proconſulare Auguſti imp.

6 PROCONSVLARE IMPERIVM.] Perpetuum ſcilicet, quod Auguſto primum datum eſt, poſt recitatum in Senatu teſtamentum, decretumque ne vrbis introitu deponeret, neue renouatione indigeret. Maiorque ei data poteſtas in prouincijs, quam cæteris proconſulibus. Dio lib. 54. Nero ſub Claudio adeptus eſt proconſulatum, ſed ita, vt in vrbe deponeret, haberetque tantum extra vrbem. At Auguſtus in vrbe & extra vrbem. Idem Dio lib. 55. Nec ſane Auguſto æquandus in præmio, qui tantum aberat ab eius encomio. Nam Auguſtus imperio mitis, Nero dirus & atrox. In illo comitatem, in iſto mitere crudelitatem & inſipientiam.

Principum veterum inter ſe conſolatio. — *Qui mos a Iudæis.*

7 SIMVL MODESTIAM EIVS.] Nota antiquiſſimum conſolationis morem in Regibus, quem principes hodie etiamnum retinent. lib. 4. Reg. cap. 9. *Profectus eſt in Ieſrahel. Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochoſias rex Iuda, deſcenderat ad viſitandum Ioram.* Et Reg. 2. cap. 18. *Factum eſt vt moreretur rex filiorum Ammon, miſit Dauid conſolans eum per ſeruos ſuos, ſuper patris interitu.* Nam homo hominis non debet obliuiſci. Vbi vulnus, vbi malagma: vbi calamitas, ibi conſolatio. Moris autem erat apud Iudæos, vbi quis mœſtitia afficeretur, eum conſolari, & munera mittere, & edulia, vt ſimul cum eo manducarent. Quo in conuiuio, triſti ſane & lachrymoſo, capita ſacco velabant, cinere eſcas aſpergebant, & calceamentis pedes exuebant: miſcebant etiam cineres panibus, & lachrymas poculis. Quod Aſia eſt imitata in Artemiſia Mauſoli coniuge: Et regius ille Pſaltes Dauid teſtatur his verbis. *Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam.* Sic in lib. Iob. *Amici ad eum venerũt*, quos vocat *conſolatores oneroſos*. Eum autem morem tangit D. Hieron. c. 24. in Ezech. & cap. 20. lib. 4. Reg. vbi ſic ſcriptum. *Miſit rex Berodach Balladam filius Balladã, rex Babyloniorum munera & litteras ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotaret.* Sic Ezechiel. 24. *Ingemiſce tacens, mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata ora velabis, nec cibos lugentium comedes.* Sed quid de Iudæis loquor? apud Romanos etiam hic mos. Mart. 6. epigr. lib. 16.

Conſolandi mos apud Iudæos. — *Explicatus Ezechiel Propheta.* — *Mos Romanorum in conſolatione.*

> *Amiſit pater vnicum Silanus:*
> *Ceſſas mittere munera Appiano?*

Nam non ad captandum tantum Appianum, ſed quaſi ad conſolandũ mittebantur. Et hæc conſolatio captationis amiculus & velamen.

8 CANDIDATOS PRÆTVRÆ.] Ex

Dione facile colligas Prætorum numerum auctum, aut diminutum. Sub Iulio enim *decem* tantum. quod refert lib. 42. Sub Auguſto *duodecim*. Poſtea Pharnace deuicto, & Domitio in Africa, *quatuordecim*. Mox creati *ſexdecim*, quod idem refert lib. 43. Subſequutis etiam temporibus plures paucioreſque, quod oſtendit lib. 56. & 58. Et quamuis eſſent ſexdecim Candidati, tamen ita exigente neceſſitate temporis & Auguſti imperantis, aut arbitrio, aut publicis rebus, quia nullum offendere volebat, iſte numerus præualebat. Rerum poſtea ſecurus, ad duodecim rediere, & ita manſere, donec ambitio hunc numerum eiecit: Cumque ius in Senatu dicendæ ſententiæ non haberent, Auguſtus tunc dedit; Quod poſtea abſtulit. Idem Dio lib. 55. Sic ex vtilitate Reip. aut minuitur, aut augetur magiſtratus. Sed ad ſingularem laudem Velleius ſcribit, *duos filios ataui ſui Decij Magij Prætores creatos, cum ſex tantum adhuc crearentur.* Et temporum aſperitas decus facit.

Tiberius peierator.

9 IVREIVRANDO.] Ea vice ſcilicet, vt Tiberium excuſemus; alioqui peieratorem magnum. Nam poſtea exceſſit, idque frequentius; ſed firmus in imperio, heic nondum. Video autem multos imperatores initio imperij aliquid iuraſſe. nam initia ſemper læta & ſobria. Nerua iurauit, *ſuo iuſſu neminem Senatorum occiſum iri*: Traianus *neminem bonorum*. Quod præſtitere. Adrianus iurauit, *Palmam, Celſum, & Nigrinum, & Luſium, ſuo iuſſu non occiſos*. Heic Tiberius *Prætores vltra*, ait *non nominaturum*. Sed amantium fuere iuramenta, quæ caſſa & vana ſemper. Notat autem Velleius, ſe, fratremque ſuum, inter illos prætores fuiſſe, & ab Auguſto commendatos, mox a Tiberio nominatos. Sed quia Velleij textus non ſine macula, ponam illum, vt emendatum reddam. *Poſt redditum*, inquit, *cœlo patrem, & corpus eius humanis honoribus, nomen, diuinis honoratum: primum principalium eius operum fuit ordinatio comitiorum, quam manu ſua ſcriptam D. Auguſtus reliquerat. Quo tempore, mihi fratrique meo Candidatis Cæſaris* (id eſt Tiberij) *proxime a nobiliſſimis, ac ſacerdotibus viris, deſtinari Prætoribus contigit.* Conſequutis (lege fidenter, *id conſequutus*. nam ii in verbo *contigit* pro *id*) *vt neque poſt nos quemquam D. Auguſtus, neque ante nos Cæſar commendaret Tiberius.* Quod fuit honorabile, eoque memorabile.

Velleius cum fratre Prætores.

Princeps, latens eſt allutio.

Tum primum [1] e Campo comitia ad patres tranſlata ſunt. Nam ad eam diem, etſi potiſſima arbitrio principis, quædam tamen ſtudijs tribuum fiebant. [2] Neque populus ademptum ius queſtus eſt, niſi inani rumore: & Senatus [3] largitionibus ac precibus ſordidis exolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures, quam quatuor candidatos commendaret, ſine repulſa & ambitu deſignandos. Inter quæ tribuni plebei petiuere, [4] vt proprio ſumptu ederent ludos, qui de nomine Auguſti Faſtis additi Auguſtales vocarentur. ſed decreta pecunia ex ærario, vtque [5] per circum triumphali veſte vterentur. [6] curru vehi haud permiſſum. [7] Mox celebratio annua ad prætorem tranſlata, [8] cui inter ciues, & peregrinos iuriſdictio eueniſſet.

Cæſares comitia ad patres transferunt.

1 E CAMPO COMITIA AD PATRES TRANSLATA.] Tangit Iuuenalis Satyra 10. morem huius tranſlationis.

— Iampridem ex quo ſuffragia nulli
Vendimus, effudit curas. Nam qui dabat olim
Imperium, faſces, legiones, * *omnia, nunc ſe*
Continet, atque duas tantum res anxius optat,
Panem & Circenſes.

* id eſt populus.

Sic ad ſtipem populus Romanus adactus ab Auguſtis, quod Arbiter etiam defricat his verſibus.

Nec minor in Campo furor eſt, emptique Quirites
Ad prædam, ſtrepitumque fori, ſuffragia vertunt.
Venalis populus, venalis curia patrum;
Eſt fauor in pretio. ſenibus quoque libera virtus
Exciderat, ſparſiſque opibus conuerſa poteſtas,
Ipſaque maieſtas auro corrupta iacebat.

Et noto Iulium Cæſarem comitia populi diuiſiſſe; Auguſtum verbis, non re ipſa, reſtituiſſe. Tiberium vero rapuiſſe: ſed ne rapere videretur, tranſtuliſſe ad patres. Erat enim verſutiſſimus homo, qui rapinas ſuas ſpecie boni tegebat omnes, auerſiſque veſtigijs, vt Cacus Herculis boues prædabatur. Tranſtulit autem Tiberius ad patres, ne extinguere velle videretur, extincturus tamen, & ſibi ſoli illa addicturus. Deinde tranſtulit ad patres, vt illi inuidiam exciperent, non ille. ſunt enim Tiberij artes. Quod vſurpauit poſtea Caius. Dio l. 59. Nam fixum erat, & authoritatem Senatus, & populi libertatem, & omnia, ad vnius imperatoris arbitrium reuocare, quod fecit. Addo, vt tentaret populi animos, an ad ſeruitium factus, an aliquid adhuc de libertate ſpirans? fuere enim hæ, vt dixi, Tiberij artes, vt partes faceret de Rep. ſed interdum male tectas. At Caligula *tentauit comitiorum more reuocato, ſuffragia populo reddere*, ait Suet. 16. in Calig. Sed ita tentauit vt liberius eriperet. quod fecit.

Cur ita.

2 NEQVE

Senatus tacet ſpoliato Quirite a Cæſaribus.

2 NEQVE POPVLVS ADEMPTVM IVS QVESTVS EST.] Quia nec querebatur Senatus diminutam Remp. & ne quereretur, comitia illa ad eum tranſlata ſunt. Sic ora Senatus obſtructa. Nec ingratum donum hoc habuit, quia populi & Senatus, nulla aut rara concordia. Senatus populi imperium non ferebat. populus, magiſtratuum ſuperbiam & fœnus oderat. At populus ille, voluptatibus theatrorum, alijſque Ludorum oblectamentis ea cauſa Romani adductis, emollitus, nihil tum curabat præter Circenſes & annonam: Et quod omnes vnius principis iuſſa ſpectarent, nec veteris Reipub. reminiſcerentur. *Fatalem ignauiam* vocat Tacitus. Et vetus interp. Iuuenal. illo verſu, quem citaui Sat. 10.

Neque populus curat addictus theatris.

Ex quo ſuffragia nulli
Vendimus.

Id eſt, inquit, *ex quo non eſt imperium populi, quod per ſuffragia diuerſis vendat.* Horat. de ſuffragijs iſtis Populi Ro. ſic ait:

Hunc ſi mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus.

quod ius fuit ſublatum: quia populus nunquam æquus. Nam Horat. idem:

Iudice quem noſti populo, qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis & famæ ſeruit ineptus.

Nec tamen Tiberius huius rapinæ author. Quippe Sueton. in Iul. *Comitia cum populo partitus eſt, vt exceptis conſulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet pronunciarentur, pro parte altera, quos ipſe dediſſet.* cap. 41. Sic dracones alites ſorbent. Ad hæc iure referas, quæ Velleius. *Reuocata in forum fides, ſummota e foro ſeditio, ambitio Campo, diſcordia curia, ſepultæque ac ſitu obſitæ, iuſtitia, æquitas, induſtria ciuitati redditæ. Summota*, inquit, *ambitio campo*, ſed populo ſuſtulit Tiberius, vt ipſe indueret, peiore ſcelere & turpiore conſcientia.

Largitione itur ad Magiſtratū.

3 LARGITIONIBVS AC PRECIBVS SORDIDIS.] Quod ambientibus magiſtratum, largiendum eſſet plebi ampliter, & ſupplicandum turpiter, ad ſuffragia obtinenda: licet virtus ipſa

Non ſumat, aut ponat ſecures
Arbitrio popularis auræ.

Formula autem commendationis talis fuit apud Suet. in Iulio. *Commendo vobis illum, & illum, vt veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant.* cap. 4. Plinius Nepos 2. epiſt. *Prendo, circumeo, quantumque vel gratia, vel authoritate valeam, precibus experior.* vocat autem noſter *ſordidas largitiones*, quia turpe homini, vt ſibi magiſtratum quærat, munera vulgo, & ſupplicationes facere. Et qui magiſtratum ita ſumit, magiſtratū abſumit, decus abdicat, iuſtam induit poteſtatem quam iniuſtam reddat. Sic M. Craſſus, ſic Sulla, ſic P. Antronius ambitus damnati. Sic Suet. in Iulio c. 11. *Iulius Cæſar, conciliato populi fauore, tentauit per partem Tribunorum, vt ſibi Ægyptus prouincia plebiſcito daretur.* Aliquando putaui legendum *per artem Tribunorum*, ſed recte *per partem*. Nam Tribuni in ciuitate, partes ſemper aduerſus Senatum,

Iulius Cæſar corruptor ambitioſus.
Lectio Suetonij firmata.

4 VT PROPRIO SVMPTV EDERENT LVDOS.] Ludorum, quidam pecunia publica, quidam priuata fiebant. Quod publica, Liuius lib. 10. *Ludi facti ex mulctatitia pecunia, & pecuarijs damnatis.* Et libro 40. *M. Æmilius petijt a Senatu, vt ſibi dedicationis templorum reginæ Iunonis, & Dianæ quæ bello Liguſtico, ante annos octo, vouiſſet, pecunia ad Ludos decerneretur. Viginti millia æris decreuerunt.*

Ludi pecunia publica.

Quod priuata pecunia, Tertull. libro de Idol. *Non ſpectacula edat de ſuo, aut de publico, aut edendis præſit.* Et certe illi ſumptus de ſuo ambitionis ſuſtentacula erant. Quodque in prouincijs auaritia congregauerat, in ciuitate luxuria abſumebat. Dio ait lib. 45. *Populum Romanum de Iulio Cæſare exclamaſſe, quidquid prouincialibus rapuiſſet, Ludis prodegiſſe.* Quidam tamen teſtamento relinquebant pecuniam annuam ad Ludos faciendos, vt L. 6. de aur. & arg. legat. D. Sed quia familias & domos euertebant, iſti ſumptus prohibiti Senatuſconſulto ſub Tiberio, *& cautum ne quis Ludos gladiatorios ederet, qui minus quam quingenta millia in cenſu haberet.* Eſt exemplum in Apuleio l. 9. Metam. de quodam, qui ambiens magiſtratum munera edebat. Et Panegyricus ad Conſtant. ſic ait. *Perfertur nuntius, Conſulem me creatum ſine impendio, quod iam diu paucis; ſine labore, quod nunquam; ſine petitione, quod nemini.* O raram auem, & bono augurio natam & viſam!

Priuata.

Cæſar Iulius prouinciarum expilator.

Idem Ludorum exhibitor.

Prohibita pecunia in Ludos.

Conſul ſine impendio rara auis.

5 PER CIRCVM TRIVMPHALI VESTE.] Id eſt, *purpura auro intertexta.* Plinius lib. 9. cap. 36. *Omnem*, inquit, *veſtem purpura illuminat, in triumphali miſcetur auro.* Iuuenalis *Tunicam Iouis appellat* Sat. 10. vbi Scholiaſtes: *Tunicam Iouis* (inquit) *togam palmatam dixit, Tyria purpura confectam, id eſt, Sarranam.* Sidonius Apollinaris epiſtolarum lib. 1. *Iam corona ſponſus, iam palmata conſularis, iam cyclade pronuba, iam toga Senator honoratur.* Et *palmata dicebatur*, ait Sex. Pompeius, *a latitudine clauorum, quæ nunc picta toga a genere picturæ.* Sic Papinius 6. Theb.

Veſtis palmata.

At genitor ſceptrique decus, cultuſque tonantis,
Inijcis ipſe rogis.

Id eſt, purpuream veſtem, auro intertextam, & Sarranam. Sic Virgilius:

Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.

Aiuntque a Tarquinio Priſco inuentam iſtam tunicam, prætextamque vocat, quæ contraria puræ togæ. Feſtus in Prætexta: *Prætextæ ius datum Prætoribus, & Conſulibus, quod Valerius dum vteretur pura, a Senatu improbari cœptus eſt.* Dixi togam palmatam. Nam ea etiam *palmata veſtis* dicebatur. An quia palmæ illi attextæ? an quod pictæ forent? an quia a triūphantibus, & palma inſignitis, ferebantur? Erat enim *picta veſtis*: Plinius: *Pictæ veſtes ab Homero celebratæ, vnde triumphales*, lib. 18. c. 48. Et certe poſtea imperatorum vultus & imagines ijs intextæ. Auſon. in Grat. act. *Palmatam*, inquis, *tibi miſi in qua D. Conſtantius parens veſter intextus eſt.*

Poſt palmam palmata venit,

inquit ille, vt a palma dictā putes. Am. Marc. 4. Etiam animalium pictas imagines fuiſſe dicit dum ita ſcribit. *Tunicæ luceant varietate li-*

ciorum, effigiatæ in ſpecies animalium multifor-mes. Philo in Magni ſacerdotis veſte totum mũdum fuiſſe depictum ſcribit, vt Catholicæ & Chriſtianæ Eccleſiæ notes latũ imperium. *Totus,* inquit, *Mundi quædam imago fuit.* libro de vita Moſis. Cæterum illa Circi pompa pro inportuna a Tertulliano accipitur, tum quod Chriſtianus, & quod in multas horas traheretur. Nam Liuius ait 44. *Vix vnius horæ tempus vtrumque circulum complebat, cum nondum hac effuſione inducta, beſtijs omnium gentium circus cõpleretur, varia ſpectaculorum conquirerentur genera, nec ſemel quadrigæ, ſemel deſultores mitterentur.* Vnde colligas poſtea iſtam pompam productam. Iulianus in Miſopog. ἀεὶ μισῶ καὶ τὰς ἱπποδρομίας, ὥσπερ οἱ χρήματα ὀφλικόντες, τὰς ἀγοράς. *Semper odi Circenſes, perinde vt forum, qui obſtricti ſunt ære alieno.* Atque raro eo venire ſe ſcribit, & ſtatim ſexto curſu ſpectato diſcedere. At illius deſcriptio eſt apud Tertull. de ſpectaculis: ſed vt compendioſe, ita obſcure, cui ego lucem dabo. *Sed Circenſium* (inquit) *paulo pompatior ſuggeſtus præcedit.* Nam his proprium nomen, *pompa*, &, *præcedit*, ait, hoc eſt, ſuperat, ludos Megalenſes, Apollinares, Florales, & alios ludos. Circenſium *pompatior*, & inflatior *ſuggeſtus*, cui ideo nomen Pompa inditum. Sic Cicero dixit 1. offic. *pomparum fercula.* Mox addit. *quorum ſit in ſemetipſa probans*, id eſt, quod ſit paganorum & a paganis a quibus originem trahat, ex ſe probat. Et quod ſit ab idololatria, probat inquam: *Nempe de ſimulacrorum ſerie, & imaginum agmine, de curribus, de tenſis, de harmamaxis, de ſedibus, de exuuijs.* Fige nunc punctum, & clauſulam incipe. *Quanta præterea ſacra, quanta ſacrificia præcedant, intercedant, ſuccedant, quot collegia, quos ſacerdotia, quot officia moueantur; ſciunt homines illius vrbis, in qua dæmoniorum conuentus conſedit.* Sic Romam paganicam vocat. ſed de Catholica, Leo magnus poſtea ſcribit in ſermone, ni fallor, de Petri & Pauli feſtiuitate, *tot decoratam martyrum Sanctorumque ornamentis, quos antea omnium dæmonum ſpurcitijs fuerat fœdata.* Et eleganter D. Hieronym. in D. Marc. cap. 8. comparat Romam filiæ mulieris Syrophœniſſæ, quæ vexabatur a Diabolo. *Erat* (inquit) *Syrophœniſſa mulier gentilis. Rogat pro filia, quæ eſt mater noſtra Romana Eccleſia. mulier nata erat dæmoniaca, & Barbarica, quæ Occidentalis eſt natio: fecit hanc eius fides de cane ouem.* Egregie. nam de lupa, & lupa proſtibulari, ouis facta eſt Chriſtiana. De qua Tertullianus. *Fœlix Eccleſia, in qua Petrus Dominicæ Paſsioni adæquatur, in qua Paulus gladio coronatur, in qua Ioannes in oleum demergitur.* quod dixi, a Diuo Cypriano laudatur, *quod ad eam perfidia nullum vnquam acceſſum habuerit,* in epiſt. ad Cornel. Papam. Et ſunt verba martyris Chriſtiani notanda.

Tertullianus explicatus.

Romæ paganæ vitium.

Romæ Catholicæ elogium.

6 CVRRV VEHI HAVD PERMISSVM.] Currum inter Circi pompaticos ſuggeſtus enumerat Tertullianus. Et certe erat inſigne honoris non vulgaris. Seneca lib. 2. de benef. *Quid habet per ſe corona pretioſum, quid prætexta, quid faſces, quid tribunal & currus? nihil horum honor eſt, ſed honoris inſigne.* Inde etiam honos, quod in eo curru ſeruus publicus coronam geſtabat prægrandem. Nam ille currus triumphalis, erat alter triumphus in Circo. Iuuenalis Satyra 10. vnde lux iſtius loci Senecæ.

Currus inſignis honos.

Nentum honos Philoſophis.

Seruus publicus in curru prætoris.

> *Quid ſi vidiſſes Prætorem curribus altis*
> *Exſtantem, & medio ſublimem in puluere Circi*
> *In tunica Iouis, & pictæ Sarrana ferentem*
> *Ex humeris aulæa togæ, magnæque coronæ*
> *Tantum orbem, quanto ceruix non ſufficit vlla?*
> *Quippe tenet ſudans hanc publicus, & ſibi Conſul*
> *Ne placeat, curru ſeruus portatur eodem.*

De illa geſtatione coronæ, cape verba Plinij lib. 33. *æquatur fortuna triumphantis, & ſerui coronam ſuſtinentis.* Sed currus triumphalis inter omnes clariſſimus. Ipſi autem currus primum argentario plumbo, mox argento, dein auro ornari fuerunt. Idem Plinius libro 34. cap. 17. Quod *ex auro.* Sic Horatius ode 9. Epodon.

Corona in triũpho.

Currus triumphalis clarus.

Currus primum ex argentario plumbo.

Mox argento.

Etiam auro.

> *Quid moraris aureos*
> *Currus, & intactas boues?*

Seneca pater lib. 10. Contr. 1. *Fuit aliquis, qui licentia carminis tres auratos currus contemneret.* Tres currus auratos ait, id eſt, tres triumphos. Sed cuius? Pompeij, vt opinor. Nam tres egit, de Aſia, Africa, & Europa, & trinas Pompeij aras memorat Tertull. in Pallio. Quod tetigi ſupra, nunquam poſtea tacturus nec tractaturus hoc opere.

Seneca explicatus.

7 CELEBRATIO ANNVA AD PRÆTOREM.] Aliquando ad *Prætorem*, vt heic: Aliquando ad *Conſules*, vt Liuius lib. 30. *Conſulibus imperatum, vt priuſquam ij vrbe exirent, ludos facerent*: Aliquando ad 4. *Collegia ſacerdotum.* Dio lib. 53. de ludis Actiacis: Aliquando iere ad Ædiles plebis. Nam Liuius lib. 10. ait, *Ludi facti ab Ædilibus plebis*: Aliquando ad Ædiles Curules. Idem libro 31. *Ludi Romani ſcenici, eo anno magnifice apparateque facti ab Ædilibus curulibus*: Aliquando ad *Tribunos pl:b.* Aliquando ad *priuatos*, vt 13. Annal. noſter. *Cura Ludorum Arruntio Stellæ*: Mox etiam ad *libertinos.* Plinius lib. 37. cap. 3. *Vt Iulianus curator gladiatorij ludi Neronis.* Et illa cura plena honoris, vigente, & viuente honore Reip. qua conciſa paulatim concidit & ſub Nerone ad mancipia abijt.

Ludi Romani exhibiti.

A prætoribus.

A Conſulibus.

A Collegijs ſacerdotum.

Ab ædilibus plebis.

Ab ædilibus curulibus.

A tribunis pleb.

A priuatis.

8 CVI INTER CIVES ET PEREGRINOS IVRISDICTIO EVENISSET.] Id eſt Prætori peregrino. Nam primum vnus tantum Prætor Romæ: mox alter, qui præerat iuri dicundo inter peregrinos: poſtea tot Prætores facti, quot victæ prouinciæ. Pompon. de Orig. iuris lib. 2. in noſtro iure, multos alios prætores reperias, ſecundum attributas eis rerum cognitiones, vt tutelarios, qui de tutelis; fideicommiſſarios, qui de fideicommiſſis; & illum, qui in liberali cauſa iuriſdictionem habebat. Nam tot iudices fere, quot controuerſiæ: tot iudices, quot litigatores. Quod euenit temporibus quibus corrumpere & corrumpi ſæculum vocabatur.

Hic rerum

Hic rerum vrbanarum ſtatus erat, cum [1] Pannonicas legiones ſeditio inceſſit, nullis nouis cauſis, niſi quod [2] mutatus princeps licentiam turbarum, & ex ciuili bello ſpem præmiorum oſtendebat. [3] Caſtris æſtiuis tres ſimul legiones habebantur, præſidente [4] Iunio Blæſo, qui fine Auguſti, & initijs Tiberij auditis, [5] ob iuſtitium, aut gaudium intermiſerat ſolita munia. Eo principio laſciuire miles, diſcordare, peſſimi cuiuſque ſermonibus præbere aures, denique luxum & otium cupere, [6] diſciplinam & laborem aſpernari.

Otium militare ſeditionis militaris parens.

Mors principis vita nouarum rerum.

Pannonia vnde dicta.

1 PANNONICAS LEGIONES.] Dio libro 49. qui præfuit huic prouinciæ, ait *Pannonios dici, quod tunicas manicatas, ex pannis more ſuo conſciſſis, ac conſutis conficiant*, aitque a Græcis Pæones dici. Sed puto inter Pæonas, & Pannonios multum differre. Tamen Strabo Pæonas vocat, & Pæoniam Pannoniam nominat lib. 7. quamuis vnum Græcum, alterum Latinum ſit vocabulum. Sic peregrini & extranei extra propria vocabula ſæpe peregrinantur. Legiones autem dicuntur ab eligendo, quod ciues Rom. implendis legionibus eligerentur. Et fuere ſub Romulo trium millium peditum & trecentorum equitum. Sub Camillo quatuor millium peditum & trecentorum equitum. Sub Cæſare Iulio quinque millium peditum & ſexcentorum equitum. Quando autem Sabini Romanis ſe iunxerunt, fuere ſex millium peditum & ſexcentorum equitum. Et his legionibus totus orbis imperij Romani obſequijs ſubdebatur. Quod noſter 4. Annalium ſatis explicat. Legiones autem Pannonicæ quatuor erant ordinariæ, vt ait noſter, ſed ſi quid ingruebat, augebantur. Tacit. lib. 4.

Mutatio principis pacis turbatio.

Principe nouo audax miles.

2 MVTATVS PRINCEPS LICENTIAM TVRBARVM.] Liuius lib. 28. *Motæ*, inquit, *militum mentes ſunt, non tum cum primum de vita Imperatoris dubij rumores allati ſunt, ſed iam ante, licentia, ex diutino, vt fit, otio collecta, & nonnihil quod in hoſtico ſæpius rapto ſuetis viuere, arctiores in pace res erant.* Nam nihil difficilius quam alere pacatum in otio militem: Xenophon in Cyrop. Sic ille ſeditioſorum alpha Percennius. *Quando auſuros expoſcere remedia, niſi nouum ac nutantem adhuc principem precibus vel armis adirent?* Noſter infra. *Audito fine Auguſti vernacula multitudo, nuper acto in vrbe delectu, laſciuiæ ſueta, laborum intolerans, implere cæterorum rudes animos, veniſſe tempus, quo veterani maturam miſſionem, iuuenes largiora ſtipendia, cuncti modum miſeriarum expoſcerent, ſæuitiamque centurionum vlciſcerentur.* En ſeditionum ſcintillæ, ad magna incendia erupturæ, quæ principis mutatione exardent. quod reliqua Romanorum imperatorum hiſtoria teſtatur ſatis non modo, ſed abunde.

Caſtra Romana. Æſtiua. Hiberna. Hiberna ſub pellibus. Æſtiua ſub dio.

3 CASTRIS ÆSTIVIS.] Romanorum caſtra, aut æſtiua, aut hiberna, a duobus extremis anni temporibus: Æſtiua, non longe ab hoſte; hiberna, remotius: Æſtiua, ſub dio, & ſub oculis Iouis; hiberna, ſub pellibus. Aliquando tamen in ciuitatibus. Ideo Horatius. 3. Carm. 4.

Vos Cæſarem altum, militia ſimul
Feſſas cohortes abdidit oppidis.

Cæſar in Gallico bello lib. 6. *Sex reliquas legiones in Senonum finibus Agendici in hibernis collocauit.* Et Varro de re Ruſtica ait in agris æſtiua & hiberna nominari: Æſtiua ſcilicet, vbi æſtate armenta agant; hiberna, vbi hieme. Dixi aliquando eas hibernare in ciuitatibus: ſed ne milites in ciuitatibus hiemarent, magnas pecunias, magna ciues dona pendebant, vt ſcribit Cicero lib. 5. ad Attic. epiſt. 21. Et ad hæc refero, quæ Tacitus 1. hiſt. *Miſerat ciuitas Lingonum vetere inſtituto, dona legionibus, dextras hoſpitij inſigne.* Et addit. *Legati eorum in ſquallorem mæſtitiamque compoſiti, per principia, per contubernia, modo ſuas iniurias, modo ciuitatum vicinarum præmia* (non data ſcilicet) *conquerentes, accendebant animos.* Hiberna ideo aliquando circa oppida. Nam Suet. in Auguſt. cap. 49. *Reliquias in hiberna, & æſtiua circa finitima oppida, dimittere aſſueuerat.* Loquitur de militibus lectis ad ſui & vrbis cuſtodiam. Cicero de æſtiuis epiſt. vlt. lib. 16. famil. *Incredibile eſt, quæ ego ſcio illos, oppoſitis Gallorum caſtris, in æſtiuis feciſſe.* Suet. in Claud. cap. 1. de Druſo patre. *Supremum diem morbo obijt in æſtiuis caſtris, & ex eo ſcelerata ſunt appellata.* De caſtris æſtiuis mentio fit a Iuriſconſulto l. 1. de aqua quot. & æſt. D. Et Tertullianus in Apolog. *Denique cum ab imbribus æſtiua hiberna ſuſpendunt.* De hibernis Salluſtius hiſt. 3. *Hiemem in caſtris inter ſæuiſſimos hoſtes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi.* Prudentius in pugna auaritiæ.

Hiberna a ciuitatibus nō lōge. Æſtiua longe. Hiberna longe ab hoſte. Æſtiua prope hoſtem.

Dat ſignum fœlix Concordia, reddere caſtris
Victrices aquilas, atque ad tentoria cogi.

Cicero ad Trebat. epiſtola, quæ incipit, *Legi. Valde timeo*, inquit, *ne frigeas in hibernis.* Et idem ad Brutum. *Cum veni, filium tuum videre non potui, ideo, quia iam in hiberna cum equitibus erat profectus.* Noſter in fine libri 3. *Nec, vt mos fuerat, acta æſtate, retrahit copias, aut in hibernaculis veteris prouinciæ componit.* Idem lib. 2. *Cum hiberna ſextæ legionis peteret, a Pacuuio legato præuenitur.* At prima militia Romanorum hibernorum neſcia. nam in obſidione Veiorum, primum hibernarunt. Liuius libro 5. Et poſtea eam laudem ſunt adepti, vt hieme magis, quam æſtate militarent. Socrates Eccleſ. hiſt. cap. 16. lib. 2. aliæque hiſtoriæ docent. Nam Romano milite, in veteri Reip. nihil contra cœli ſolique intemperias firmius.

Primum Romanorum miles tantum æſtate militans.

Poſtea hiemali militia clarus.

4 IVNIO BLÆSO.] Ad quem, vt opinor, ſpectant iſti verſus Papinij in arbore Atidij.

Elogium Iunij Blæſi.

Hoc, quæ te ſub teſte, ſitum fugitura tacentem,
Ardua magnanimi reuireſcit gloria Blæſi.

Blæſorum nomen clarum.

Nomen enim Blæſorum charum & clatum ſub Domitiano. Martialis lib. 8. epigr. 37.

Qui ſolemnibus anxius ſepulchri
Nomen non ſinis interire Blæſi.

Loquitur de eius filio, qui poſtea fuit Lugdunenſis Galliæ rector. Tacit. hiſt. 1. *Vir ſtrenuus, nec patre minor, quem veneno Vitellius ſuſtulit, quod eo ægro epulatus eſſet lætius apud Cæcinnam Tuſcum.* Vide de Velleio Blæſo Conſulari locuplete, quæ Plinius Nepos ſcribit libro 2. Epiſt. quæ incipit, *Aſſem.* Nam hæc ad Blæſi poſteros attinent. Signat eius frontem Velleius magno elogio. *In illo negotio*, inquit, (loquitur de hac militari ſeditione) *vſus Iunio Blæſo, viro, neſcias vtiliore in caſtris; aut meliore in toga, qui poſt paucos annos proconſul in Africa, ornamenta triumphalia, cum appellatione Imperatoria meruit, ac Hiſpanias exercitumque virtutibus, celeberrimaque in Illyrico militia, vt prædiximus, cum imperio obtineret, in ſumma pace, & quiete continuit. Cum ei pietas rectiſſima ſentiendi, & authoritas quæ ſentiebat, obtinendi ſupereſſet.* Magna hercle, ſi vera. Nam quid non Velleius in gratiam Seiani Blæſi nepotis?

Velleius odio, vel fauore culpat, aut laudat.

5 OB IVSTICIVM, AVT GAVDIVM.] Nam *ob lætitiam liquitur animus* (ait Varro) *vt ob mæſtitiam firmatur.* Erat autem iuſticium, quia mortuus Auguſtus; erat gaudium, quia Tiberius princeps factus. De iuſticio quid alij notarint, neſcio, nec per exilij nebulas, & rerum mearum turbamenta, & per animi turbines legiſſe licuit authores tam claros. Dicam tamen quid notauerim. Ac primum iuſticium illud eſſe luctum publicum. D. Hierony. in vita D. Hilarionis de obitu viri ſancti de iuſticio his verbis loquitur: *Statim poſt obitum D. Magni Antonij, quaſi vaſtitas & iuſticium Palæſtinæ indiceretur, plus quam decem millia hominum diuerſæ ætatis & ſexus ad retinendū eum congregata ſunt. immobilis tamen ille ad preces, &c.* Puto autem a Iudæis initium ſumpſiſſe, qui in luctu, veſtimenta ſcindebant, caput puluere fœdabant, in cœno volutabantur, cilicijs corpus operiebant, pedes nudabant, & ad veſperum vſque ieiunabant, libro 2. Reg. cap. 1. & Machab. 1. c. 3. Sed clariſſime apud D. Hieronymum cap. 16. in Prophetam Hierem. *Morientur grandes & parui in terra iſta, non ſepelientur, neque plangentur, non ſe incident, neque caluitium fiet pro eis, & non frangent inter eos lugenti panem ad conſolandum ſuper mortuo, & non dabunt ei potum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo, aut matre. Et domum conuiuij ne ingrediaris, vt ſedeas cum eis, & comedas, & bibas. Quia hæc dicit Dominus.* Sic accipe quod de Iudæis tradit Plutarchus libro de ſuperſtitione, & Sueton. in Iulio, vbi de eius funere. *In ſummo publico luctu, exterarum gentium multitudo circulatim, ſuo quæque more lamentata eſt, præcipueque Iudæi.* Quippe paganorum luctus leuiſſimus, sed Iudæorum rigidiſſimus.

Iuſticium a Iudæis primum.

A Iudæis ad Ægyptios profectum eſt, qui Api in lacum demerſo (erat is bos niger candida fronte, & tergo alba nota inſignis) qui ſenex in aquas præcipitatus mergebatur, tunc indicto iuſticio; veſtibus ruptis, capillo tunſo, & tunſo pectore, & laceratis fœde corporibus, magnis planctibus lugebatur. De Niniuitico iuſticio loquitur Prophetia Ionæ. Tertull. contra Pſychicos: *Niniuiticum credas iuſticium.* quod oſtendit perantiquum apud Niniuitas. Iuſticium autem dictum a Romanis, *quod ſtaret iuris dicundi mos, nec prætor*, vt aiunt Romani, *tria verba loqueretur.* Gellius libro 2. cap. 14. *Dies decemuiri iuſtos appellauerunt, velut quoddam iuſticium*, id eſt, iuris inter eos interſtitionem, & ceſſationem quamdam, quibus diebus nihil cum his agi iure poterat. Idem D. Hieronymus in vita D. Hilar. *Quaſi*, inquit, *vaſtitas & iuſticium Paleſtinæ indiceretur.* Et is qui de Cereo Paſchali ſcripſit vetus Chriſtianus ait, *Diaconum loqui in Paſchate tacente Epiſcopo & presbyteris in plebeium quodammodo luctum redactis, toto dehinc anno taciturus, quaſi ſi iuſticium eius voci indiceretur.* Video in Tertulliano deſcriptum iuſticium probe lib. cont. Pſychicos, id eſt Naturales. Sic enim vocat Catholicos a quibus tunc deſciuerat & orthodoxos. Sed & omnem, inquit, *ταπεινοφρόνησιν Ethnici agnoſcunt*: id eſt, humilem animi demiſſionem: *cum ſtupet cælum, & aret annus, nudipedalia denunciantur, magiſtratus purpuras ponunt, faſces retro auertunt, precem indigitant, hoſtiam inſtaurant. apud quaſdam vero colonias, præterea annuo ritu ſaccis velati, & cinere conſperſi, idolis ſuis inuidiam ſupplicem obijciunt, balnea & tabernacula in nonam vſque cluduntur. Vnus in publico ignis, apud aras, aquæ nec in lancibus.* Idem Tertull. de reſurrectione car. ſed fortius. *Dies moritur in noctem, & tenebris vſquequaque ſepelitur, funeſtatur mundi honor, omnis ſubſtantia denigratur. Sordent, ſilent, ſtupent cuncta, vbique iuſticium eſt, quies rerum. Ita lux amiſſa lugetur.* Exultant homines in rebus ſecundis; plangunt in aduerſis. Sic Arrianus Philoſophus dicebat *rebus ſecūdis cōuenire vt ignis accendatur, plaudatur, cantetur, ſaltetur ſi res exigat.* Diſp. Epict. cum Adriano. Sed in Piſanorum tabulis a Curtio Pichena V. C. magni Hetruciæ Ducis ſecretario in Tacitū editis, huius iuſticij formula Romana clare cōſcripta eſt, his verbis. *Conſenſerunt pro magnitudine tantæ ac tam improuiſæ calamitatis oportere ex ea die, qua eius deceſſus nunciatus eſſet, vſque ad eam diem, qua oſſa relata, atque condita, iuſtaque eius manibus perfecta eſſent, cunctos veſte mutata, templiſque Deorum immortalium, balneiſque publicis & tabernis omnibus clauſis, conuictibus ſeſe abſtinere, matronas quæ in colonia noſtra ſunt, ſublugere, diemque eum, quo die Cæſar obijt, qui dies eſt ad VIII. Kal. Mart. pro Allienſi lugubrem memoriæ prodi, notarique in præſentia omnium iuſſu ac voluntate, caueríque ne quod ſacrificium publicum, neue quæ ſupplicationes, neue ſponſalia, neue conuiuia publica, poſtea in eum diem, eoque die, qui dies erit ad VIII. Kal. Mart. fiant, concipiantur, indicenturue, neue qui ludi Scenici circenſesue eo die fiant, ſpectenturue: vt-*

Cur iuſticium dictum.

Iuſticij mos apud paganos.

Ex Tertulliano.

Ignis in iuſtitio extinguitur.

que

que eo die quotannis publice manibus eius per magiſtratus, eoſue qui Piſis iuri dicundo præerunt, eodem loco, eodemue modo, quo L. Cæſari parentari inſtitutum eſt, parentetur. Euſebius de obitu Conſtantini ſcribit balnea clauſa, fora publica, etiam ſpectacula ſummota: & prætereà quæ per otium & tranquillitatem facere ſolebat animus pacatus & nullis perturbationibus impeditus. cap. 69. Vetus interpres Iuuenalis Sat. 3.

> *Tunc geminus* (lego *gemimus*!) *caſus vrbis,*
> *tunc odimus ignem.*

Præ triſtitia, ait, *aut propter caſum, focum in domo noſtra fieri, non patimur.* Quod & lugentes obſeruare ſolent. Et ſane Apuleius lib. 2. firmat. *Abi*, inquit, *fatue, qui in domo funeſta cœnas, & partes requiris, in qua tot iugis iam diebus, non fumus quidem viſus.* Quod ſumptum a Iudæis, qui Sabatha nullo igne peragebant. Nam Exodi 35. *Non ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem Sabathi.* Ideo pridiana edulia ſumebant & tepida bibebant, ait D. Ignatius in epiſtolis. Nullam etiam cœnam in iuſticio paganos peregiſſe certum eſt. Sic Pollio quaſi ad miraculum ſcribit: *Eo die cœnaui quo filium amiſi.* Et Auguſtus, *mortuo Caio filio, pleno conuiuio cœnauit, vt animi firmitudinem oſtenderet.* ait Seneca pater in præfat. 4. Contr. Pedo ad Liuiam, de iuſticio multa ſcribit his verſibus, & notanda ad hunc ritum.

Sabatha nullo igne.

> *Vrbs gemit, & vultum miſerabilis induit vnum.*
> *Gentibus aduerſis forma ſit illa, precor.*
> *Incerti, clauduntque domos, ſtrepitantque per vrbem,*
> *Huc, illuc pauidi, clamque palamque gemunt.*
> *Iura ſilent, mutæque tacent ſine iudice leges.*
> *Aſpicitur toto purpura nulla foro.*

Collige inde, quare Chriſtiani in quadrageſima (quæ vere Chriſtianorum iuſticium eſt, a primis propter mortem Chriſti Chriſtianæ religionis principibus indictum) Sanctorum velent imagines, & lumina extinguant feria ſexta Paſſionis Domini. Quod profluxit a Iudæis, qui licet imaginibus interdicti propter propenſionem ad idololatriam; tamen in iuſticio, velabant altaria, velabant ſua capita, velabant capita puerorum, qui templi foribus ſiſtebantur. Vide librum Iudith. 4. Et ſane, vbi deſiuit Moyſes, ibi incepit Chriſtus: vbi ſynagoga defecit, Eccleſia terris nata eſt. ait Tertullianus. Et pulchre dicit D. Hieronymus, *Chriſtianos ſynagogam ad ſepulturam deduxiſſe cum honore magno, quaſi elegantiſſimam & nobiliſſimam matronam.* Quod non omnino orationis egreſſio eſt, & ἐμϐολὴ λόγου, ait ille. Sed redeamus ad iuſticium. Diodorus libro 2. ait Ægyptios in funere regum abſtinuiſſe cibis, & cœno faciem deturpaſſe. De Græcorum iuſticio, Laertius in Socr. ait Gymnaſia & palæſtras in morte Socratis clauſiſſe. Apuleius etiam lib. 4. Metam. de iuſticio Græcorum. *Sic affectæ domus, triſte fatum, cuncta etiam ciuitas congemebat, luctuque publico confeſtim congruens edicitur iuſticium.* Nam edicto iubebatur, edicto vetabatur. Sic Cicero Philip. 5. dixit, *Tumulum decerni, iuſticium indici.* Noſter Annal. 2. *Hos vulgi ſermones mors adeo incendit, vt ante edictum magiſtratuum, ante Senatuſconſultum, ſumpto iuſticio, deſererentur fora, clauderentur domus, paſſim ſilentia, & gemitus, nihil compoſitum in oſtentationem: Et quamuis inſignibus lugentium abſtinerent, altius animis mœrebant.* Sueton. Calig. cap. 24. *Iuſticium edixit, in quo riſiſſe, lauiſſe, cœnaſſe, cum parentibus, aut coniuge, liberiſque capitale fuit.* Quod vero edicto vetaretur, noſter Annal. 3. *Monuit edicto, principes mortales, Remp. æternam; proinde repeterent ſolemnia.* Cicero de haruſp. reſponſis. *In concione auſus eſt dicere, oportere iuriſdictionem intermitti, claudi ærarium, iudicia tolli.* Et famis cauſa, etiam iuſticium indictum ſub Auguſto. Dio libro 55. At fames ipſa, iuſticium eſt prorſus miſerabile, & lachrumabile. Nec abeo quin Parthorum iuſticium delibem, de quo Sueton. in Calig. c. 5. vbi de morte Germanici. *Barbaros ferunt, quibus inteſtinum, quibuſque aduerſus nos bellum eſſet, velut in domeſtico communique mœrore, conſenſiſſe ad inducias: regulos quoꝺam barbam poſuiſſe & vxorum capita raſiſſe ad indicium maximum luctus: Regum etiam reges* (id eſt *Parthorũ reges*) *& exercitatione venandi & conuictu Megiſtanorum abſtinuiſſe: quod apud Parthos iuſticij inſtar eſt.* Sed ſcriptioni iuſticium indico & ſileo.

Quadrageſima iuſticium Chriſtianorum.
Velata in iuſticio Sanctorum imagines.
Velamina illa a Iudæis.
Quibus velata altaria, velata capita.
Iuſticium Ægyptiorum.
Iuſticium Græcorum.
Iuſticium apud Rom. edicto imperatum.
Iuſticium vetitum edicto.
Iuſticium Caligulæ rigidiſſimum.

6 DISCIPLINAM AC LABOREM.] Quæ duo militum ſunt munia, obſequi, & hoſtem ferire. *Parendo enim potius* (ait Otho 1. hiſt.) *quam imperia ducum ſuſcitando res militares continentur.* Val. libro 2. cap. 7. obſequium vocat, *decus præcipuum & ſtabilimentum Romani imperij, ſalutari perſeuerantia, ad hoc tempus ſincerum & incolume ſeruatum. Tenaciſſimum vinculum, in cuius ſinu & tutela, ſerenus tranquilluſque beatæ pacis ſtatus acquieſcit.* Quod autem munia belli remittantur ob iuſticium & mortem principis, declarat in Flaccum Philo, qui poſt mortem Tiberij, ait Flaccum remiſſiorem fuiſſe, & omnia cupiuiſſe peſſum ire, ſiue ob luctum Tiberij, ſiue quia Caio amicus non eſſet. Sed qui tollit a milite diſciplinam & laborem, is ex milite ſtrenuo ignauum & vecordem facit. Tolerabilior eſt Præfectus iniquus hoſte iuſto, ait Ioſippus in hiſt. Iudaica: & exercitus labore proficit, otio conſeneſcit, vt Vegetius ait.

Erat in caſtris [1] Percennius quidam, dux olim [2] theatralium operarum, dein gregarius miles, procax lingua, & [3] miſcere cœtus hiſtrionali ſtudio doctus. Is [4] imperitos animos, & quænam poſt Auguſtum militiæ conditio ambigentes, impellere paulatim [5] nocturnis conloquijs, aut flexo in veſperam die, & dilapſis melioribus, de-

Theatralis lingua, caſtra diſcordijs implet.

terrimum quenque congregare. Poſtremo promptis iam & alijs ſeditionis miniſtris, velut concionabundus interrogabat, cur [6] paucis centurionibus, paucioribus tribunis, [7] in modum ſeruorum obedirent? quando auſuros expoſcere remedia, niſi nouum, & nutantem adhuc principem precibus, vel armis adirent? ſatis per tot annos ignauia peccatum, quod [8] tricena, aut quadragena ſtipendia ſenes, & [9] plerique truncato ex vulneribus corpore, tolerent: ne [10] dimiſſis quidem finem eſſe militiæ, ſed apud vexillum retentos, alio vocabulo, eoſdem labores perferre: ac [11] ſi quis tot caſus * vita ſuperauerit, trahi adhuc diuerſas in terras, vbi [12] per nomen agrorum, vligines paludum, vel inculta montium accipiant. Enimuero militiam ipſam grauem, [13] infructuoſam: [14] denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimari: hinc veſtem, arma, tentoria, hinc ſæuitiam centurionum & vacationes munerum redimi. At hercule verbera, & vulnera, duram hiemem, exercitas æſtates, bellum atrox, aut [15] ſterilem pacem ſempiterna: nec aliud leuamentum, quam ſi certis ſub legibus militia iniretur; vt ſingulos denarios mererent; ſextuſdecimus ſtipendij annus finem adferret; ne vltra ſub vexillis tenerentur, ſed ijſdem in caſtris præmium pecunia ſolueretur. [16] An prætorias cohortes quæ binos denarios [17] acceperint, quæ poſt ſexdecim annos penatibus ſuis reddantur, plus periculorum ſuſcipere? non obtrectaria ſe vrbanas excubias, ſibi tamen apud horridas gentes e contubernijs hoſtem aſpici.

Sub nouo Principe noua turbæ.

* vſu vitæ ſuperauerit

Inæqualitas ſeditionum flamma.

1 Percennivs.] Apud Salluſtium 2. hiſt. in fragm. eadem, quæ heic de Percennio, ita de Barbuleio narrantur. *Quia*, inquit, *lingua & ingenio percitum, & inquietem, ideo nomine hiſtrionis vix ſani, Barbuleium vocabant.* Sic iſto Percennius, ita forte dictus quod percitus furore parum ſibi conſtaret, quanquam nomen ſit proprium viri apud Romanos. Nam Cato de re ruſt. cap. 151. meminit Memmij Percennij. Et hæc ſunt militum ſcommata, qui faceti interdum, & interdum inter facetias crudeles & inſani. Hic autem Percennius verum eſſe indicauit quod noſter 4. Hiſt. *In turbis & diſcordias peſſimo cuique plurimum vis eſſe.*

2 Theatralivm operarvm.] Sic *operæ pictoriæ*, & *hiſtrionicæ* in noſtris libris, L. operæ. L. patronus. de oper. lib. Et *operæ militares*, apud Liuium libro 7. & apud Quintil. declamat. noua 382. *operam armorum, operam conſilij.* Et *operæ meſſoriæ*, apud Apul. lib. 6. Metamor. Idem libro 9. *Hic gracili pauperie laborans operas fabriles præbendo.* In ſumma, opera eſt officium & miniſterium omne. Sed qui in theatris operantur, aptiſſimi ſunt excitandis ſeditionum igniculis; non ruſtici quibus durities & obſequium a natura. ideo Cato rectiſſime militem nihil agendo male agere dicebat.

Romæ tumultuoſi cœtus.

3 Miscere coetvs.] D. Hieronym. ad Marcellam hos cœtus aperit, epiſt. 18. *Habeat*, inquit, *Roma ſibi ſuos tumultus, arena ſæuiat, Circus inſaniat, Theatra luxurient.* Et Caſſiodorus: *Studia ſua populus in Circo, & in theatro habet.* Tacit. 4. hiſt. vbi de Tullio Valentino: *Is meditata oratione cuncta magnis imperijs obiectari ſolita, contumeliaſque & inuidiam in P. R. effudit: turbidus miſcendis ſeditionibus & pleriſque gratus vecordi facundia.* Sic Percennius ſuas turbas habuit: vtinam a ſanguine puras. Quod non fiet: nam hi cœtus, cruenti cœtus.

4 Imperitos animos.] Liuius in re ſimili ait, *tractos ad res nouas, leuiſſimum quemque & futuri improuidum, & ſpe vana tumentem.* Hiſt. 1. Nam tribus his, res nouæ conflantur. Ergaſteria ſunt ventorum, vt de monte Iſmaro dicebant Græci. Æolia eſt.

5 Noctvrnis colloqviis.] Idem author Liuius libro 28. hæc exprimit. *Ac primum* (inquit) *ſermones tantum occulti ferebantur.* Et noſter Annalium 4. *Hi ſecretis ſermonibus animos cæterorum ſcrutati, vbi quos idoneos rebantur conſcientia obſtrinxere, in colonia Agrippinenſi velut domo priuata tum conueniunt.* Ita enim legendum. Et idem Annalium 2. de ſeruo Poſthumi Agrippæ: *Occultis primum ſermonibus, vt vetita ſolent.* At ex occultis ſermonibus, poſtea turbæ erumpunt apertæ & ferales, vt peſtes ex paludibus quæ minime fluũt. Ait autem *nocturnis*: nam nox opportuna conſilio capiendo, ſed interdum dolos meditando, vt fingendis & exſequendis malis.

6 Pavcis Centvrionibvs, pavcioribvs Tribvnis.] Nam in vnaquaque legione, ait Gell. lib. 16. cap. 4. Centuriones

In legione quot Tribuni.

turiones

Quot Centuriones. turiones *ſexaginta*, *manipuli triginta*, *Tribuni ſex*. Sed aucti aliquando, & libera Rep. ſuffragio populi creabantur illi Tribuni. quia *Quot manipuli* populi Romani defenſores & Romanorum militum ductores.

7 IN MODVM SERVORVM.] Recte dictũ olim: *Milites ex liberis, ſed facto ſerui ſunt.* Recte, inquam, nam totus exercitus nihil eſt *Exercitus armata Rep. familia.* quam armata Reip. familia. Et quamuis miles apud Liuium lib. 7. dicat: *Quis tandem ſuccenſeat, milites nos eſſe, non ſeruos veſtros; ad bellum, non in exilium miſſos?* tamen miles ſeruus eſt publicus. Nec male milites ſeruis *Milites ſerui ſunt.* comparantur. Sic enim Tertullianus de Corona. *Sed & tu proinde miles & ſeruus alterius es, etſi duorum; Dei, & Cæſaris.* loquitur de milite Chriſtiano. Et certe ſerui ſunt milites fratrum commilitonum. nam ita Aurelianus: *Alter alteri quaſi ſeruus obſequatur.* *Per obſequium.* Deinde *ratione obſequij*, quod habent imperatoribus, vt ſerui dominis. ideo ſeruus Strobilus in Aulul. Plauti, ita ſeruum diligentem & vigilantem pingit. quod conuenit militibus.

Herile imperium ediſcat, vt quod frons velit, oculi ſciant.
Quod iubeat, citis quadrigis citius properet perſequi.

Tria in milite a P. Æmilio requiſita. Cato de re Ruſt. 142. de off. villici: *Eadem* (inquit) *curet faciatque moneo: dominoque dicto audiens ſit.* Eadem de milite Paulus Æmilius in Liuio lib. 44. *Militem hæc tria curare debere, corpus vt quam validiſſimum & perniciociſſimum habeat, arma apta, animum paratum ad ſubita imperia.* *Corpus validiſſimum. Armamentum ampliſſimum. Animus obſequentiſſimus.* *Ratione* etiam *victus*. Nam ſeruis primum diaria data. Claudianus de bello Gildon.

-- *Gaudetque diurnos*
Vt famulæ præbere cibos.

Et Horatius.

Cum ſeruis vrbana diaria rodere mauis.

Et Martialis lib. 11. epigram. vlt.

Sed Lupus vſuram, puerique diaria poſcunt.

Quæ *diaria*, erant bini panes in die. Nam Plautus in Perſa:

Milites ſunt ſerui per ſtipendium.

Ego hodie compendi binos panes in dies feci:
Ita ancilla mea quæ hodie fuit, ſua nunc eſt.

Sic militibus vt ſeruis etiam *diaria* dabant. Quod obſeruatum vſque ad poſteriora multum tempora. L. fortiſſimi. Cod. de erogatione milit. annonæ. Poſt diaria habuere *Militi in menſem 4. mox & 5. modij.* ſerui 4. modios in menſem, deinde quinque. Seneca epiſtola 81. *Seruus eſt, quinque modios accipit, & quinque denarios.* Et illi modij *demenſum* vocabantur, inquit Donatus ad il- *Demenſum quid.* lum locum Terentij, in Phorm.

Quod tibi vnciatim vix de demenſo ſuo
Suum defraudans genium, comparcit miſer,
Id illa vniuerſum abripiet.

Ad quod alludit Plautus prologo in Menæchmis.

Nunc argumentum vobis demenſum dabo,
Non modio, neque trimodio, verum ipſo horreo.

Vt autem ſeruo, ſic militi quatuor modij dabantur in menſem ex Polybio. Diuus Hieronymus in vita Pauli eremitæ: *Militibus* (inquit) *Deus duplicauit annonam.* Adde quod *Miles ſeruus habet veſtiariũ.* militibus vt ſeruis dabatur *veſtis*. Nam Cato de re Ruſt. cap. 142. ſcribit, *quæ veſtimenta familiæ dari oportet*, id eſt, ſeruis, *eadem vti curet.* loquitur de villico: & hoc in ſeruis. Et in Cod. eſt titulus de veſte militari. Quod oſtendit multo tempore hoc duraſſe: eamque *Militi veſtes dabant prouinciæ.* veſtem certis anni temporibus præſtabant prouinciæ. Cod. de erogat. milit. annon. Serui etiam veſtiebantur à dominis. nam Seneca 3. de Benef. cap. 3. *Eſt aliquid quod dominus præſtare ſeruo debeat, vt cibaria, & veſtiarium.* *Serui duplicibus veſtiti.* Et in Prouerbijs Salomonis vlt. cap. *Serui eius veſtiti ſunt duplicibus*, ineunte ſcilicet vere aut hieme. Extat epigramma Martialis, de eo qui nulla dabat ſeruis veſtimenta, & Iuuenalis Sat. 9.

Ambo
Paſcendi. Quid agam bruma ſpirante? Quid, oro,
Quid dicam ſcapulis puerorum Aquilone Decembri
Et pedibus? durate, atque expectate cicadas.

Idem Satyra 1.

-- *Simplexne furor, ſeſtertia centum*
Perdere, & horrenti tunicam non reddere ſeruo?

Non omitto in culpa, annona mulctatos, fuiſſe milites. Iuuenalis:

Seruorum ventres modio caſtigat iniquo.

Et Iuſtinianus Inſtit. lib. 1. Tit. *de his qui ſui vel alieni iuris ſunt.* §. cuius: *Dominorum intereſt ne auxilium contra ſæuitiam vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur.* De militibus: Antonius hordeum pro frumento militibus infœliciter pugnantibus dedit. Dio 49. Vegetius de Tironibus 1. cap. 13. *Tirones pro frumento hordeum coactos accipere, ſi parum in exercitio profeciſſent.* Vide Liuium lib. 27. de Marcello. Idem fecit Auguſtus. Sueton. in Auguſt. Serui quoque libertatem nummis redimebant a dominis. Martialis lib. 2. epigr. 88.

Totis pilea ſarcinis redemi.

Sunt ſerui milites per redemptionem onerũ.

Et qui carebant pecunia operas pollicebantur. inde nexi dicti Varroni. Et Tacitus lib. 14. *Negata libertate, cui pretium pepigerat.* loquitur de Seruo Pedanij ſecundi. Sic Plautus in Trinummo, etiam de ſeruo. *Serui libertatẽ pretio redimebant.*

Vult ille fieri liber, verum quod det non habet.

Idem in Menæchmis:

Id ſi attulerit, dicam vt a me abeat liber quo volet:
Ne dum quando ſanus factus ſit, a me argentum petat.

Et in Pſeudolo.

Tu autem quæ pro capite argentum mihi iam iamque ſæpe numeras,
Et paciſci modo ſcis, ſed quæ pacta es non ſcis ſoluere.

Et Libanius Sophiſta in expreſſione Kalendarum, ait etiam ſeruos ex collata pecunia in peculium, dona Kalendis Ianuarijs dominis facere. Sic milites, quemadmodum ſerui, onera militaria a Centurionibus pecunia redimebant. Quod heic noſter docet. in hiſtorijs l. 1. Serui etiam *onera* portabant. Plautus in Amphitruone de Soſia. Et in Mercatore. *Serui milites per geſtationem onerum.*

L Y. *Laborioſi nihil tibi quicquam operis dabo.*
P A S I. *Nanque ædepol equidem, mi ſenex, non didici baiulare.*

Florus de militibus Numantinis. *Aſſiduis* (inquit) *& ſeruilibus, & iniuſtis operibus attriti, ferre plenius vallum qui arma neſcirent.* Et Frontinus 4. Stratag. de Mario. *Vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata, furcis impoſuit.* Vnde milites Muli Mariani dicti. Plutarchus in Mario. Et Val. de diſcip. milit. *In agmine neminem militum, miniſterio ſeruorum intentum, vt alimenta ſua, & arma ipſi ferrent.* Nam præter arma, etiam cibaria, vallum, falces, catenas, ſecures, & alia multa ferebant. Gellius libro 16. cap. 4. Etiam ſerui *verberibus obnoxij* dominorum: inde *verberones* dicti, & *plagipatidæ*, & apud Plautum *vlmitribæ*. Milites etiam obnoxij verberibus Centurionum. Nam Liuius, vbi de ſeditione militum in Hiſpania: *Deligati* (ait) *ad palum, virgiſque cæſi.* Et noſter infra. *Sæuitiam Centurionum & vacationes munerum redimi.* Serui erant compuncti notis. Nam Val. Max. ita. *Seruus ab eo vinculorum pœna coercitus, inexpugnabilique* (lego, *inexpungibilique*) *litterarum nota, per ſummam oris contumeliam inuſtus.* Martialis lib. 3. epig. 31.

Muli Mariani. — *Ordinaria onera militum.* — *Extraordinaria.* — *Milites ſerui per notas verberum.* — *Val. Max. correctus.* — *Serui litterati.*

> *Proſcriptum famulus ſeruauit fronte notatus.*

Ideo illi ſerui στιγματίαι dicti. Plautus *litteratos* vocat in Caſina. Miles etiam *compunctus notis erat.* Tertullianus de præſcript. *Signa illic milites in frontibus.* Et Diuus Cyprianus epiſt. quæ incipit, *Bene ad Donatum.* in his verbis. *Tu tantum, quem iam ſpiritualibus caſtris militia ſignauit.* Seneca 4. de Benef. *Improbiſſimo militi, ingratiſſimo hoſpiti, auidiſſimo naufrago, ſtigmata inſcribere.* Per ignominiam ſcilicet. Nam tum nondum erant milites notati, niſi in pœnam flagitij, vt heic. Et non modo in *frontibus* ſignati milites, ſed & in *brachijs*. Diuus Gregor. epiſt. 2. *Ne quis manu ſignatus, ante expletam militiam, ad monaſteria migret.* Et Vegetius libro ſecundo cap. 5. *Victuris in cute punctis milites ſcripti, & inſerti iurare ſolent.* Sic Arcad. & Honor. de fabricenſib. Cod. libro 12. *Stigmata, hoc eſt notæ publicæ fabricenſium brachijs, ad imitationem tironum infligantur.* Inde expunctus miles, qui miſſionem habet, veteribus Gloſſ. Satyra 2. in Perſ. & Tertullianus in corona. Serui etiam ex peculio, ſibi aliquando veſtimenta emebant. Plautus in Pſeudolo.

Seneca correctus. — *Milites compuncti in fronte.* — *Chriſtiani milites ſigno crucis notati.* — *In brachijs notatus miles.* — *Serui ex peculio ſibi veſtiarium emebant.*

> BA. *Chlamydem hanc commemores quanti conducta 'ſt.* HA. *Quid eſt?*
> BA. *Quid meret machæra?* HA. *Helleborum hiſce hominibus eſt opus.*
> BA. *Eho.* HA. *Mitte.* BA. *Quid mercedis petaſus hodie domino demeret?*
> HL. *Quid domino? quid ſomniatis? mea quidem hæc habeo omnia,*
> *Meo peculio empta.*

Sic milites ex ſtipendio veſtem, arma, tentoria, & alia aliquando ſibi parabant. Quod hic locus oſtendit. Addo vnum, ſeruos & milites ſuccinctos fuiſſe. De ſeruis, Horatius Satyra 8. libri 2. & in menſæ ſeruitijs.

Miles ex ſtipendio ſibi veſtem parat.

> *-Puer alte cinctus acernam*
> *Gauſape purpureo menſam pertersit.*

De milite, Tertullian. *Militem ſuccinctum & expeditum ſub papilionibus ſemper eſſe debere.* Et Trebellius Pollio in Salonino. *Cum cingula ſua pleriquе militantium, qui ad conuiuium venerant, ponerent.* Ergo milites ſunt ſerui, aut ſeruorum imagines; ſed ſerui publici, cum libertate: vitam enim liberam in laboribus degunt.

8 TRICENA AVT QVADRAGENA STIPENDIA SENES.] Ita Silius Italicus libro 2. de ſenibus militantibus loquens.

> *Nec requies æui nota, exangueſque merendo*
> *Stant prima inter ſigna ſenes, lethumque laceſſunt.*

Sic Seuerus Sulpitius epiſtola ad Baſſulam. *Quamuis optata ſit ſeni miſſio poſt laborem: eſt tamen animus victor annorum, & cedere neſcius ſenectuti.* Et Annal. 10. noſter. *Delectus per Galliam Narbonenſem, Africam, & Aſiam habiti ſunt, ſupplendis Illyrici legionibus: ex quibus ætate aut valetudine feſſi ſacramento ſoluebantur.* Quod vero in Seneca patre legitur: *Senator poſt ſexageſimum & quintum annum in curiam venire non cogitur:* lego, *poſt ſexageſimum & quietis annum in curiam venire non cogitur.* Quinquageſimus annus, militi quietis annus eſt, ſenatoribus ſexageſimus. Et dicitur *annus quietis*, vt *annus libertatis* apud Romanos, *annus quietis* etiam qui ſeptimus, & *annus Iubilæus* apud Iudæos, vti apud Chriſtianos: *annus luctus*, apud Iuriſconſultos, *annus magnus* apud Aſtrologos. Videtur tamen Iuuenalis innuere ſexageſimum annum eſſe finem militiæ, non quinquageſimum, his verſibus. Satyra 14.

Senes ſacramento ſoluti. — *Seneca pater correctus.* — *Annus quietis.* — *Libertatis annus.* — *Annus luctus.* — *Annus magnus.*

> *Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantum,*
> *Vt locupletem aquilam tibi ſexageſimus annus*
> *Afferat.*

Et confirmat vetus interpres, dum ait. *Vt ſignifer ſis, ſtipendijs emeritus anno ſexageſimo, quo ſtipendia deponebant.* Et hoc pugnat cum Seneca lib. de Breuit. vitæ, dum ait: *Lex a quinquageſimo anno militem non citat.* Diuus Hieronymus firmat libro primo Paralipom. *A viginti annis* (inquit) *& ſupra ad bellum deſcribebantur, vſque ad annum ſexageſimum. Ab anno ſexageſimo & Leuitæ miniſtrare, & milites pugnare deſinebant. Vnde & Romani eos emeritos vocant, qui iam militare deſierunt.* Idem ait Plinius Iunior epiſtol. libro quarto, epiſtola quæ incipit, *Magnam. Ipſæ* (inquit) *leges monent, quæ maiorem annis LX. otio reddunt.* Crederem libenter ob exhauſtas bellis ciuilibus Reipublicæ vires, & poſt Vitelliana arma decretum, & a 50. ad 60. prolatatum niſi Plinius & Iuuenalis, bellis ciuilibus ſuperſtites aliter ſcriberent. Et vereor ne mendum ſubſit in notis; quod

Sexageſimus, non quinquageſimus annus militiæ finis. — *Conciliatio Senecæ patris cum Iuuenale.*

quod accidit plerumque : & forſan inde malum.

Siccij Dentati vulnera.

9 PLERIQVE TRVNCATO EX VVLNERIBVS CORPORE.] Plinius libro 7. cap. 28. de Siccio Dentato : *quadraginta quinque cicatricibus aduerſo corpore inſignis, nulla in tergo.* Et de Manlio : *Viginti tres cicatrices aduerſo corpore exceperat.* Sed de M. Sergio, præclara ſunt quæ traduntur. Quippe, vt idem ſcribit, *ſecundo ſtipendio dextram manum perdidit : ſtipendijs duobus ter & vicies vulneratus eſt. Ob id neutra manu, neutro pede ſatis valens, vno tantum ſeruo, plurimis poſtea ſtipendijs debilis miles.* Addit. *ſiniſtra manu ſola quater pugnauit, dexteram ſibi ferream fecit, eaque religata præliatus.* Cætera de hoc Hercule Romano non iniucunda perſequitur idem Plinius. Vide quæ de Caſſio Sæua, & Caio Acilio ſcribit Suetonius in Iulio cap. 63. Nam hi milites fortitudinis vera exemplaria. Silius lib. 6. de Maro, milite veterano experto vulneribus curandis, quæ ſæpius exceperat.

Veteris militis Romani vis animi.

Miles curandorum vulnerũ ſciens.

Nec dum exorta dies, Marus inſtat, vulneris æſtus
Expertus medicare modis.

Quod Homerus ſcribit de Machaone & Podalirio. Nec tantum medicantur vulneribus, ſed (vt ait Seneca ad Heluiam) *Veterani quamuis confeſſi patienter ac ſine gemitu velut aliena corpora, exſecari patiuntur.* Quintus Curtius libro 10. *Omnes ſimul miſſionem poſtulare cœperunt, deformia ora cicatricibus, canitiemque capitum oſtentantes.* Plautus in Moſtell. vbi de militibus.

Vbi ſunt iſti plagipatidæ, ferritribaces viri?
Iſti, qui haſtis trium nummorum cauſa ſubeunt ſub falas?
Vbi aliqui quindenis haſtis corpus transfigi ſolent?

Sane militis vita, magna & ampla plagarum penus.

Veterani ſub vexillo retenti.

10 DIMISSIS. SED APVD VEXILLVM RETENTOS.] Sic Iuriſconſultus L. 26. de teſt. milit. *Veteranus qui in legione, vel vexillatione militantes, poſt viceſima ſtipendia honeſtam, vel cauſariam miſſionem conſequuti ſunt.* Sulp. Seuerus ad Baſſul. *Si adhuc in labore pro caſtris tuorum ſtare me præcipis, non recuſo, nec fatiſcentem cauſabor ætatem: munia tua deuotus implebo. Sub ſignis tuis, quoad vſque iuſſeris, militabo.* Ait autem lex, *vexillatione*, quod heic noſter, *apud vexillum retentos.* Sic Suetonius in Galba cap. 20. *Excepta Germanicianorum vexillatione*, pro Germanorum militum. Et ſane verbo *Germaniciani*, vſus eſt alibi idem author. Velleius de veteranis, qui ſub vexillo : *Reuocati vndique omnes veterani.* Et idem : *Contractiſque in vna caſtra pluribus quam decem veteranorum millibus.* Rurſus : *Trucidati negociatores, magnus vexillariorum numerus.* Sed nemo apud authores, melius noſtris Iuriſconſultis, iſtas miſſiones explicauerit, vt L. 9. Quibus prouoc, non eſt neceſ. & L. 13. §. miſſionum. De re milit. D. Et nota ex hoc loco ſublatam a ſexdecim annis miſſionem. Cæterum, vide L. 1. de veteranis in Cod. 12. in qua veterani, aduenienti in caſtra Conſtantino, exclamarunt, *Conſtantine Auguſte, quo nos veteranos factos, ſi nullam indulgentiam habemus?* Et ita immunitatem perſonalium, & omnium pæne munerum ſunt conſequuti. Merito ſane, nam vt præmium laboribus iure debetur, ſic iure exſoluitur.

Miſſiones militum Iuriſconſultis explicata.

Veteranorum acclamatio ad Conſtantinum.

11 SI QVIS TOT CASVS VITA SVPERAVERIT.] Id eſt, *per vitam.* Sic enim iſta lectio fulciri poteſt, licet ventroſus paries ægre fulciatur ; idque ex vſu Taciti, qui ablatiuis vtitur ſæpe. vt ſupra : *Recentibus odijs compoſita ſunt*, id eſt, per recentia odia. Et *quanto quis ſeruitio promptior*, id eſt, per ſeruitium. Et poſtea : *Quæ vi, ambitu, poſtremo pecunia turbabantur*, id eſt, per vim, ambitum, & pecuniam. Et hæc tam trita apud illum, vt nihil tritius. Tamen hæc loquutio, *vita ſuperauerit*, ſatis infrequens Tacito, vt alijs. Nec puto veram, ſed ſcriptum ita : *Si quis tot caſus vſu vitæ ſuperauerit.* Nam (*us*) in fine *caſus*, & (*u*) in principio *vitæ*, facit *vſu*. Sic *limina vitæ* dixit Virgil. libro 6. Et Ouid. de vſu vitæ:

Tacitus correctus.

Vita data eſt vtenda : data eſt ſine fœnere nobis
Mutua, nec certa perſoluenda die.

Et Cicero : *Natura dedit vſuram vitæ tanquam pecuniæ nulla præſtituta die.* Nec mihi hæc correctio diſplicet.

Agri militibus Romanis dati.

12 PER NOMEN AGRORVM.] Cæſar de bello Ciuil. libro 1. *Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur, quadragena in ſingulos iugera.* Quamuis pro ſingulis, quibus militaſſent, bina darentur tantum florente Rep. Liuius libro 31. *Et erat*, ait Florus, *præmium laboris militaris terra.* Tamen ducibus aliquando *centum iugera*, vt Coriolano. Val. libro 1. cap. 8. Aliquando *quingena.* idem Liuius libro 26. Et *ager totus.* Pub. enim Vatinius a Senatu agro donatus eſt. Cicero 2. de Natura Deorum. Horatius:

— militibus promiſſa triquetra
Prædia, Cæſar an eſt Itala tellure daturus?

Florus in bello Sabino libro primo ait, *eo bello tantum agrorum, & tantum hominum redactum in poteſtatem, vt in vtro plus eſſet, ne ipſe quidem exiſtimare potuiſſet, qui vicerat.* At illa prædia vocantur a Iuriſconſultis *ſtipendiaria prædia*, D. de rei vind. L. ſi verberatum. & L. Lucius, de euictionibus : § 2. & L. cum agris. de adquir. rer. dom. *Adſignatæ*, inquit, *veteranis poſſeſſiones, in præmia ſcilicet militiæ.* L. 11. de euict. Hygin. 2. de agr. limit. *Diuiſi & adſignati agri qui veteranis adſcripti.* Idem Florus confirmat his verbis, vbi de bello Cimbrico. *Miſerunt legatos ad Senatum, petentes, vt Martius populus aliquid ſibi terræ daret, quaſi ſtipendium; Cæterum vt vellet, manibus atque armis vteretur.* De iſtis autem agris, noſter libro 13.

Stipendiaria prædia.

iuuentutem, ſaltibus aut paludibus imbellem exiantem, per lacus admouere ripæ, agroſque vacuos, & militum vſui ſepoſitos, inſedere. Vbi vides non male dictum a Perennio, *vligines paludum, per nomen agrorum accipiant.* Quod dixit ad concitandam inuidiam contra duces. Nam nunquam vliginoſi agri militi dati ſunt. Nec continui, ne poſſeſſores expellerentur. Suetonius in Iulio cap. 38. nec ſucceſſorij, niſi ſucceſſores militarent. Lamprid. in Alex. Verum in iſta terrarum parte, præter ſiluas & paludes, plane nihil erat. Iuuenalis Sat. 14.

Agri militum non vliginoſi. Nec continui.

Mox etiam fractis ætate, ac Punica paßis
Prælia, vel Pyrrhum immanem, gladioſque Moloſſos,
Tandem pro multis vix iugera bina dabantur
Vulneribus: Merces hæc ſanguinis atque laboris?

Quod non a Romanis originem ſumpſit, ſed a Iudæis. Nam ſic Saul cap. 22. li. 2. Reg. *Audite nunc filij Gemini, nunquid omnibus vobis dabit filius Iſai* (id eſt, Dauid) *agros, & vineas, & vniuerſos vos faciet Tribunos & Centuriones?* Priſcis autem ducibus Romanis *dona ampliſsima* erant, *quantum quis vno die plurimum circumarauiſſet.* Plinius libri 18. cap. 3. Sed ab iſta frugalitate, poſtea ad magnam immodeſtiam deuenere. Nec omitto etiam datas poſt victoriam vrbes militibus habitandas. Dio 36. Pompeium ait vrbem condidiſſe eo loci quo Mithridatem viciſſet, quam ætate confecti vel vulnerati milites habitarent. & hoc agrorum vice.

Agrorum diuiſio perantiqua ſub rege Saule.

Dati ducibus Rom. quantum quis vno die circumaraſſet.

13 INFRVCTVOSAM.] Id eſt, nullius frugis, nullius commodi. Nam verbum, *Commoda*, proprie ad militiam pertinet. Sic *commoda militiæ* dixit Iuriſconſultus L. 22. de legat. 2. *commoda Primipili*, L. 23. de adim. legat. D. Iuuenalis Satyr. vlt. vbi de militia.

Commoda tractemus primum communia, quorum
Haud minimum illud erit.

Et illa commoda primum in ſtipendijs. Quippe ex can. Apoſt. 40. ἐπείπερ οὐδὲ στρατιῶται κατὰ ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων ἐπιφέρονται. id eſt, *Nec miles vnquam ſuo viatico aduerſus hoſtes progreditur.* Deinde in priuilegijs quæ multa ſunt in iure, Tit. de priuil. mil. Deinde in donis imperatorijs & diuiſione agrorum, etiam in præda & rapinis. Nam auiditas rapiendi, militum comes. Marcellinus libro 23. Ouid. de Arte amand.

Hæc mihi ſi dederis commoda, miles ero.

Et idem, eodem.

Romule, militibus ſciſti dare commoda ſolus.

Noſter infra. *Vt illic commodis legionum aduerſaretur.* Sine commodo vita militis valde res incommoda. Contra *præmioſa militia*, pro quæſtuoſa & vtili. Sic *præmioſam* dixit *impudentiam* Cato. Verrius Flaccus in verbo *præmioſam.*

14 DENIS IN DIEM ASSIBVS.] Id eſt denario, qui *nummus cenſus* vocatur in Euangelio, & *argenteus nummus*, L. extrinſecus. de verb. ſig. D. De 30. autem argenteis fit mentio in Euangelio, id eſt de triginta denarijs argenteis qui Chriſti diuenditi noſtri Saluatoris pretium fuere. Solidus contra ſemper aureus, conſtans 25. denarijs argenteis vel centum ſeſtertijs. Seſtertius autem conſtans duobus aſſibus & ſemiſſe. Erat autem in nummo argenteo drachma Attica, Plinius libri 21. cap. vlt. *Drachma Attica argentei denarij habet pondus.* Vide Celſum libro 5. cap. 17. Præferebat autem vultum regis ſub regibus, & imperatoris ſub imperatoribus. Matth. cap. 22. & Iſidor. Orig. *Numi a Numa Romanorum rege qui eos primus apud Latinos imaginibus notauit & titulo nominis ſui præſcripſit.* Sic Diuus Auguſtinus de Chriſtianis Pſal. 66. *Feciſti nos ad imaginem tuam, feciſti nos nummum tuum.* Quamquam, in quibuſdam denarijs, caput vrbis Romæ, & auerſo nummo numerus X. & in quibuſdam XVI. *Licet* (inquit Plinius) *in militari ſtipendio ſemper denarius, pro 10. aßibus.* libro 33. cap. 3. D. Hieronym. 4. in Matth. cap. 22. *Denarius genus nummi, quod pro decem nummis.* Sic etiam Priſcianus: *Denarius decem librarum nummus per X. præſcriptam litteram notatur libro de figuris numerorum, vel per* ✕. Nota inde numiſmata non modo ea, quæ cuſa ad rerum memoriam ex Senatuſconſulto, aut imperio Cæſarum, ſed etiam ea, quæ vſuaria, & monetaria ad emptionem & ſolutionem rerum facta, eamdem imaginem Cæſaris prætuliſſe, vt olim ærati nummi, effigiem Seruij. Sed quando id conceſſum Cæſaribus Iulio aut Auguſto, puto me legiſſe apud Dionem. Nam purpura & moneta & nomen Auguſti, tres imperatorum notæ. Spartianus in Firmo: *Cum diceret Latrunculum fuiſſe, non principem, contra ego illum purpura vſum & percuſſa moneta Auguſtum eſſe vocitatum.* Et in Victoria: *Cuſi ſunt nummi eius aurei & argentei, quorum hodie forma extat apud Treuiros.* Et de nomine Auguſti in Firmo ait: *De Græcis Ægyptijſque libris conuincit illum αὐτοκράτορα in edictis ſuis eſſe vocatum.* De purpura idem in Herennio vbi de filijs Zenobiæ: *Paruulos Romani imperatoris habitu proferens purpuratos, eoſdemque adhibens concionibus.* Et in Victoria ſub finem. *Ambo ab ijſdem militibus, a quibus purpura velati fuerant; interempti ſunt.* Et in Celſo: *Imperatorem appellauerunt peplo Deæ cæleſtis ornatum.* Erat autem Muſa cœleſtis de qua dixi ſupra. Amm. Marcellinus de Iuliano libro 15. *Mox indutum purpura Iulianum & Cæſarem cum exercitus gaudio declaratum his alloquitur.* Cæterum nota milites Romanos diu ſuis ſtipendijs militaſſe, & ſe ſuis rebus ſuſtentaſſe. ſed cum Senatus vltro, nec requirentibus Tribunis, publice ſtipendia militibus decreuiſſet, *id tanta lætitia acceptum* (inquit Liuius libro quarto) *vt manus Senatorum prenſarent, vere patres eſſe dicerent, & ſanguinem omnem nomine Reipublicæ profuſuros teſtarentur.* Primum habuere ex publico frumentum in diem, vt dixi ſupra, mox in menſem, mox cum

Denarius, decem aſſes.

Eius forma.

In militari ſtipendio Denarius pro 10. aſſibus.

In alijs pro 16.

Nummi R. Cæſaris formam præferentes.

Quando id inſtitutum.

Miles R. diu ſtipendijs ſuis militauit.

frumento

frumento etiam pecuniam, & veſtem. Quod ſublatum poſtea, reuixit, & ad tempora Conſtantini durauit, & vltra. Etiam hodie militi veſtis & pecunia, ex hoc æuo.

15 STERILEM PACEM.] Quæ militi grauis, quia nihil commodi pariat. Seneca filius, Quar. bon. vir. capite 4. *Gaudent magni viri aliquando rebus aduerſis, non aliter quam fortes milites bellis. Ego Myrmillonem ſub Cæſare de raritate munerum audiui querentem. Quam bella (inquit) ætas perit. Auida eſt periculi virtus, & quo tendat, non quid paſſura ſit, cogitat. Quoniam & quod paſſura eſt, gloriæ pars eſt. Militares viri gloriantur vulneribus, læti, meliori caſu fluentem ſanguinem oſtentant.* (lego, *memorabiliori caſu*) *Idem licet fecerint qui integri reuertuntur ex acie, magis ſpectatur qui ſaucius redit.* Certe grauia magis quam leuia ſpectamus in his quæ miramur.

16 AN PRÆTORIAS COHORTES.] Quæ dupla ſtipendia, & miſſionem maturiorem habebant. Primum enim Prætoriani à 12. annis miſſionem habebant: licet cæteri milites a 16. anno. Dio 54. Et ſi quid militibus ad gratiam dabatur, plus Prætoriano, quam legionario militi dabatur. Poſtea a 16. Prætoriano militi, cæteris a 20. miſſio data eſt. Dio lib. 55. hoc ſenſu. *Decreta ſunt Prætorianis, poſtquam annos 16. meruiſſent, viritim, vicena millia nummum: reliquis, poſt militiam 30. annorum, duodena.* Inde inuidiæ legionariorum, quia labore pares, ſtipendijs impares eſſent; quod ſæpe Remp. turbat.

Legionarius miles par Prætoriano in onere, diſpar in honore.

Inde inuidia. Et ex inuidia tumultus.

17 ACCEPERINT.] Quid ſi *accipiant*? &c. Nam adijcit *reddantur*, vt ſit idem tempus.

Adſtrepebat vulgus diuerſis incitamentis; hi verberum notas, illi caniciem, plurimi detrita tegmina, & nudum corpus exprobrantes. [1] Poſtremo eo furoris venere, vt tres legiones miſcere in vnam agitauerint. Depulſi æmulatione, quia ſuæ quiſque legioni eum honorem quærebant, alio vertunt; atque vna tres [2] aquilas, & ſigna cohortium locant, ſimul [3] congerunt ceſpites, extruunt tribunal, quo magis conſpicua ſedes foret. Properantibus Blæſus aduenit, increpabatque, ac retinebat ſingulos, clamitans, *Mea potius cæde imbuite manus: leuiore flagitio legatum interficietis, quam ab imperatore deſciſcitis: aut [4] incolumis fidem legionum retinebo, aut iugulatus pœnitentiam accelerabo.*

1 POSTREMO.] Heic firmatur quod ait Seneca de ira: *Tota multitudo pauciſſimis verbis concitata, ipſum concitatorem anteceſſit.* Nam τὸ πολὺ, δεινὸν κακόν. *Multitudo, vehemens malum.* Sic ſcintillam rogus ſuperat, licet ab ea ſuas flammas habuerit: ſic alueum torrens.

2 AQVILAS ET SIGNA COHORTIVM.] Recte aquilis iungit ſigna cohortium. Nam, ait Gellius 15. cap. 5. *in legione ſunt centuriæ ſexaginta, manipuli 30. cohortes decem.* At nihil frequentius in ore Romanorum militum, quam aquilæ & ſigna, quia in aquilis & ſignis legionum robur, in robore victoria, in victoria nomen imperij celebre, imo maieſtas & decus. Ideo aquilam imperij ſymbolum imperatores poſteriores retinuere, quod in curru vna cum dracone militantes geſtarent. Sic enim Britto, vbi de Philippi Auguſti Francorum regis victoria in Othonem i.

Currus, quo reprobus ſubſtruxerat Otho draconem,
Quem ſuper auratis aquilam ſuſpenderat alis,
Cogitur innumeras in ſe ſentire ſecures.

At aquilæ olim Perſarum ſigna, quæ ad Romanos tranſiere imperij terrarum heredes, & cuius dominatrices fuere, C. Mario præcipue Remp. adminiſtrante, & ſecundo eius conſulatu. Nam ſic Plinius libri 10. cap. 4. *Romanis eam* (id eſt aquilam) *C. Marius in ſecundo ſuo Conſulatu dedicauit.* Ideoque legionum ductrices perpetuæ, quibus hibernare non liceret, niſi aquila comitante. Et ſi quando legiones proficiſcerentur, aquilæ anteibant: ſi cum hoſte pugnaretur, in medio legionum collocabantur; ibique imperator aut dux: quod fuiſſe illis ſignum auſpicatiſſimum, multæ deuictæ gentes, & ingentia prælia fœliciter geſta docuere. Referunt Poetæ Aquilam Ioui belligeranti in Titanas, pro omine victoriæ fuiſſe. Ideo ædes & ſacellum a Romanis aquilis caſtrenſibus dedicabantur. Quæ prælongis haſtis geſtabantur, & erant ornatæ floribus & lauro inter Cæſarum pictas effigies. Quod nummi demonſtrant veteres. Cæterum non fuit grauis Aquila, imo leuis, quamuis humeris ſuis Auguſtus Aquilam a cruento & ſaucio ſignifero traditam, in caſtra retulerit, bello Mutinenſi. Nam ſi haſtæ infixa eſt, & ornata lemniſcis & imaginibus deorum & Cæſarum, valde grauis; ſi haſtili auulſa & picta, valde leuis: cum Florus ſcribat Quintilij clade immenſam intra baltei ſui latebras, ſigniferum morientem condidiſſe. Dixi *grauem aquilam haſtæ infixam*, ideo Polybius ait eligi ſigniferos, ἀκμαιοτάτους καὶ

Etiam ſignorũ.

φιλαιοπλεῦς ἄνδρας σημαιοφόρους. *Vigore animi & corporis præſtantes ſigniferos.* Quorum manibus tamen ſigna abripuit tempeſtas, cum ad Parthicam expeditionem, aduerſantibus dijs (vt dicebant) Craſſus proficiſceretur.

Aurea & argentea aquila.

Cæterum, quod dixit Dio *aquilam auream* collocatam in ſacello, etiam cape de argenteis. Nam Plinius lib. 33. cap. 3. *Militaria ſigna ex argento. In argento, clarior eſt aquila, magiſque diei ſimilis, & ideo militaribus ſignis familiarius argentum, quoniam id longius fulget.* Ideoque ab Iuliano Apoſtata de argento ita ſcriptum eſt. Ὅμηρος δ' ὁ σοφὸς τὸν τ' ἄργυρον αἰγλήεντα λέγει. *Homerus ille ſapiens argentum illuſtre appellat.* Illuſtre, quia magis fulget auro, & quod ſit aſpectu iucundius ex veterum ſenſu; vt ait idem.

Plinius ſigna cum aquilis confundit.

Diſparat Cicero.

Et nota ex hoc loco Plinium ſigna cum aquilis confundere, quæ Cicero diſparat 10. famil. epiſt. 61. *Aquilæ* (inquit) *duæ, ſigna 60. ſunt relata Antonij.* Sueton. in Nerone: *Curuli reſidens apud roſtra triumphantis habitu inter ſigna militaria atque vexilla.* Et heic noſter: *Vna tres aquilas & ſigna cohortium.* Et recte diſparat. Nam legionũ ſunt aquilæ, cohortium & veteranorum vexilla, vt Minotauri, apri, lupi, elephantes, qui inter ſigna militaria quintum locum habuere; ait Feſtus. Vexilla ſupparum habent, non aquilæ. In vexillis & aquilis nomina legionum ſcripta ſunt, ſed in vexillis etiam nomen cohortis. Dio 38. Vexilla ſupparis ornata referebant eam ſpeciem quam in ſingulis Chriſtianorum parochijs habent hodie ſigna parochialia, ſicubi eſt procedendum. & hoc a veteribus Chriſtianis qui orationis gratia procedebant; & indictis proceſſionibus pergebant orantes ad martyrum ſepulchra, longe ante Mamercum Viennenſem habita apud Chriſtianos. vide Euſeb. in vita Conſtantini. Sic ergo accipe quod Tacitus ſcribit lib. 4. hiſt. *Hinc veteranorum & cohortium ſigna, inde depromptæ ſiluis luciſque ferarum imagines, vt cuique genti inire prælium mos eſt.* Nam ſigna auxiliarium & ſociorum, ferarum imaginibus clara.

Eburneæ Aquilæ.

Cape etiam de eburneis aquilis, poſterioribus temporibus. Nam Prudentius in hymno D. Romani.

Aquila ex eburna ſumit arrogantiam
Geſtator eius, ac ſuperbit belluæ
Inflatus oſſe, cui ſignum eſt alitis.

Et idem contra Symmachum.

Poſt trabeas, & eburnam aquilam, ſellamque curulem,
Cernuaque ora ſenex barbatus, & oſcula figit.

Aquilæ in ſignis Rom.

Sed barbarorum.

Cernua ora ſunt ora demiſſa in terram in ſalutationibus. Nam ſigna & Aquilæ Romanæ adorabantur etiam a Perſis & Parthis; quod mirere. Sueton. in Caio cap. 14. *Artabanus venit ad colloquium legati Conſularis, & tranſgreſſus Euphratem, aquilas & ſigna Romana Cæſarumque imagines adorauit.* Non omitto quod Claudianus 2. in Ruffinum, dat Romanis aquilas, & barbaris dracones.

--Spumis igneſcere fræna,
Pulueris extolli nimbos, lateque videres
Surgere purpureis vndantes anguibus haſtas,
Serpentumque vago cætum ſæuire volatu.

Poſtea circa Conſtantinum illa ſigna facta Romana.

Quamuis tamen apud Romanos, etiam dracones, & inde draconarij, ſed circa tempora Conſtantini. Prudent. hymno 1. de Coronis.

Signum crucis loco Aquilarum & draconum.

Cæſaris vexilla linquunt, eligunt ſignum Crucis,
Proque ventoſis draconum, quos gerebant, pallijs,
Præfertur inſigne lignum, quod draconem ſubdidit.

Hæc retinet omnis Chriſtiana militia.

En vexillum crucis, quod hodie omnis militia retinet quæ Chriſtiana eſt. Nam Chriſtianorum amandato ſigno Chriſtiana non procedit Eccleſia.

Tribunal in Rom. caſtris.

Ex ceſpite.

3 CONGERVNT CESPITES, EXTRVVNT TRIBVNAL.] Ex more Romano. Et Amm. Marcel. lib. 23. vocat *glebalem aggerem.* Nam in caſtris, ex ceſpite tribunalia, quæ fuere ſublimitatis indicia. Martialis libro 2. epigramm. 99.

Tribunal indicium ſublimitatis.

Sedeas in alto tu licet Tribunali.

Apud Romanos.

Apud Iudæos.

Caligula, ex Dione, *Suggeſtum conſcendit, medio pontis nauibus impoſitum, milites allocuturus.* Et noto, tribunali, ſiue throno, terram opponi. Nam Eſaias ita. *Deſcende, ſede in terra, virgo filia Babylonis: ſede in terra, non eſt filiæ Chaldæorum thronus.* Sic opponit *thronum terræ*, quod ille ſublimis, illa depreſſa. Et Iuuenalis Satyra 9. inter ſublimia reponit tribunalia.

- Quanquam non eſſent vrbibus illis
Prætexta, & trabeæ, faſces, lectica, tribunal.

Et ſane 4. Reg. cap. 9. hoc firmatur. Nam ita ſcribit. *Hæc dixit Dominus, Vnxi te regem ſuper Iſrael: feſtinauerunt itaque, & vnuſquiſque tollens pallium ſuum, poſuerunt ſub pedibus eius, in ſimilitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, & dixerunt, Regnabit Iehu.* Eſdræ cap. 8. lib. 2. *Stetit autem Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum.* Pompeius autem in media Auximo ciuitate, quæ ciuitas eſt agri Piceni, tribunal erexit, ait Plut. in Pomp. vt ſe imperium habere profiteretur.

Quod altius ſtructum dictum Tribunal.

Et apud Romanos, quod altius & ſublimius extructum eſſet, tribunal dictum. Sic Plinius vbi de Cauchis. *Illic, miſera gens, tumulos obtinet altos, aut tribunalia facta nauibus.* Prudentius in pugna Concordiæ, deſcribit eleganter Romanum & caſtrenſe tribunal.

Deſcriptio Tribunalis militaris.

Extruitur media caſtrorum ſede tribunal,
Editiore loco, tumulus quem vertice acuto
Excitat in ſpeculam, ſubiecta vnde omnia late
Liber inoffenſo circumſpicit aere viſus.
Hunc ſincera Fides ſimul, & Concordia, facto
Fœdere, iuratæ Chriſti ſub amore ſorores,
Conſcendunt apicem, mox & ſublime Tribunal,
Par ſanctum, charumque ſibi, ſupereminet æquo
Iure poteſtatis, conſiſtunt aggere ſummo
Conſpicuæ, populoſque iubent aſtare frequentes.

Gradus & ſcanſio ad Tribunal.

Fiebat autem ad Tribunal aſcenſus per gradus. Idem, eodem.

Hæc vbi dicta dedit, gradibus Regina ſuperbis

Deſiliit,

Deſilijt, tantique operis Concordia conſors.

Et Tacit. lib. 13. *Aſcendere parabat ſuggeſtum Imperatoris.* D. Auguſtinus huc alluſit, ſerm. 19. de verbis Apoſtoli, *Aſcende ad mentis tuæ Tribunal, conſtitue te reum ante te, & iudica te.* Et idem Pſalmo 147. *Tu contra iſta latras, hæretice, vnde iudicaſti de orbe terrarum? quo Tribunali? præſumptione videlicet cordis tui. Altum Tribunal, ſed ruinoſum.*

Tribunal Aurelium.

Sic Tribunal Aurelium, pro Seſtio, in quod aſcendebatur per gradus, quos Cicero vocat *Aurelios gradus*, pro Cluentio. De iſto autem caſtrorum Tribunali Seneca de ira. *Conſcendit Tribunal furens Piſo, ac iubet duci vtrumque.* Et Silius libro 13.

— Sublimis ab alto
Suggeſtu, magnis fautor non futilis auſis,
Laumio generate, inquit.

Imperatorum Roman. in caſtris prærogatiuæ.

Et Liuius lib. 28. *Albinus & Atrius in prætorio tetenderunt, claſsicum apud eos cecinit, ſignum ab eis petitum eſt. Sederunt in Tribunali proconſulis Scipionis, lictor apparuit: ſubmouente eo, receſſerunt faſces, & ſecures prælatæ ſunt.*

Tribunal Cæſaris. Tribunal Conſulum. Augurum. Prætorum. Quæſtorum. Præſidum.

Sic Tribunal *Cæſaris*, Tacit. Annal. 2. *Rarus in Tribunali Cæſaris.* Sic *Conſulis.* Seneca, vbi de accuſatione Cordi. Et Gellius lib. 13. cap. 23. Sic *Augurum.* Varro libro 6. de ling. Lat. *Sic Prætorum.* Noſter infra. *Iudicijs aſsidebat in cornu tribunalis, ne prætorem depelleret.* Sic L. Caſſij Tribunal propter nimiam ſeueritatem, *ſcopulus reorum* dicebatur. Val. lib. 3. cap. 7. Sic *Quæſtorum.* Sueton. in Tib. cap. 33. Sic *præſidum* in prouincijs. Tertull. contra Valentin. *Si confitendum alibi, & non ſub poteſtatibus iſtius ſæculi, apud Tribunal præſidum.*

Iudicum.

Sic *iudicum* etiam Tribunal. Apuleius 1. Florid. & Prudent. hymno D. Hippolyti.

Inter carnifices, & conſtipata ſedebat
Officia, extructo celſior in ſolio.

Magiſtratuum.

Id eſt Tribunali. Et *Tribunal Magiſtratuum.* Apul. lib. 3. *Forum eiuſque Tribunal aſtituor, iamque ſublimi ſuggeſtu magiſtratibus reſidentibus, &c.*

Tribunal in Eccleſia Chriſtiana.

Sic apud Chriſtianos, etiam ab incunabulis Eccleſiæ, & hodie etiam *Epiſcopi Tribunal.* Synod. Laodic. can. 56. Clemens Romanus li. 2. & Prudentius in eodem hymno D. Hippolyti.

Fronte ſub aduerſa, gradibus ſublime Tribunal
Tollitur: Antiſtes prædicat vnde Deum.

In quo ſententia excommunicationum. Decreta Eccleſiæ.

Ex illo Tribunali, tanquam ex alto ſuggeſtu, excommunicationum ſententiæ, & Eccleſiæ Catholicæ decreta pronunciabantur. Tertull. *Qua conſtantia, illud Tribunal aſcendimus, decreturi aduerſus eos quorum munera appetimus?*

Ambo. *Pulpitum.*

Vocatur etiam *ambo*, ſeu ἄμβων, & *aggeſtum*, locuſque editus, quod promineat quaſi agger. Etiam dicitur *pulpitum*: Et hodie in Chriſtianorum Eccleſijs cernitur. Nos dicimus Gallice *le pulpitre.*

Quo epiſtola & Euangelium populo enunciantur.

Ex quo Euangelium a diacono, in liturgijs Catholicorum, & epiſtola a Subdiacono clara voce populo adſtanti pronunciatur. Ex antiquo more, & naſcentis Eccleſię liturgijs. Firmat Clemēs Romanus & D. Cyprianus epiſtola, quæ incipit. *Agnoſcendæ. Hunc, fratres dilectiſsimi, cum tanta dignatione venientem, quid aliud quam ſuper pulpitum* (id eſt, ſuper Tribunal Eccleſiæ) *oportebat imponi, vt loci altioris ſublimitate ſubnixus, & plebi vniuerſæ pro honoris ſui claritate conſpicuus, legat præcepta, & Euangelium Dei?* Id eſt, fiat Diaconus.

Munia Diaconorum in Eccleſia. Quæ nunc etiam.

Erat enim Diaconorum munus, quod etiam hodie in Eccleſia Catholica obſeruatur in ſacra Miſſæ ſeu Liturgiæ operatione. Sic epiſtola, quæ incipit, *Ordinationibus.* dixit, *ad pulpitum, poſt cataſtam venire*, id eſt, poſt vincula.

Suggeſtus.

Etiam *ſuggeſtus* dicebatur, libro ad martyres. quem emendo. *Vt ſæpe* (inquit) *de ipſo populo dictata ſuggeſta profuerint.* lege, *vt ſæpe, de ipſo, populo dictata ſuggeſtu, profuerint.*

Tertulli correctus.

Quæ emendatio veritatem fideiuſſorem habet. Sic etiam *aſcendere puluinum*, Seneca de Conſolat. ad Mart. dixit, & *aſcendere cathedram ſeu concionem.* Nam vbi gradus, ibi aſcenſus.

Priſci Romani fidei obſeruatores.

4 Incolvmis fidem *legionvm retinebo.*] Priſci Romani, magni fidei obſeruatores: quam non modo retinebant, ſed vt ab alijs retineretur præſtabant, & iurabant.

Se, & alios ad fidem ſeruandā cogebant.

Quod probitatis, & veræ ſinceritatis, imo etiam magnanimitatis indicium eſt. Nam periuro homine, quid fœdius? & turpe magis? Liuius libro 12. *Ex mei animi ſententia iuro, vt ego Remp. non deſeram, neque alium deſerere patiar.*

Formula huius iuriſiurandi.

Silius libro 10. de Scipione iurante:

Perque caput, nullo leuius mihi nomine (lego, *numine*) *patris*
Magnanimi iuro, nunquam Lauinia regna
Linquam, nec linqui patiar, dum vita manebit.

Pætus ad Corbulonem Annal. 15. *Se fidem interim dum vita ſuppeditat, retenturum.* Et infra. *At ille, moriturum potius, quam fidem exueret.* Apud Liuium libro 6. *Ne quem veſtrum* (inquit) *Quirites, donec quicquam in re mea ſupererit, iudicatum addictumue patiar.* Et ille apud Val. *Se ſemper ex ſua maieſtate geſturum, ſi fortunatus foret, vel infortunatus.*

Veteres Franci iuriſiurandi obſeruatiſſimi.

Sic veteres Franci adeo de fide ſeruata laudati, vt etiam, ſi male iuraſſent, tamen fidem obſeruarent. Quod reprehendit Diuus Bernardus in epiſtola ad Theobaldum comitem Campaniæ.

Sed Chriſtiani, Non pagani. Fides Catholica Frācos exuit omnibus vitijs.

Et licet Spartianus in Probo, vt Saluianus Epiſcopus Maſſilienſis, infidos Francos nominent: eaque hæc, vt vitium paganitatis. Sed vbi Catholicam fidem induerunt, omnibus ſe paganitatis vitijs exuerunt, & potiſſimum vitio perfidiæ.

Quæ induceit iterum hæreſis.

O Aquilones, & virtutum omnium euerricula, quid nos iterum in hæc ſaxa paganitatis naufragaturos impellitis? Plura non dico.

Ratione ſpreta fuit miles pertinax.

Aggerebatur nihilominus ceſpes. iamque pectori vſque adcreuerat, cum tandem peruicacia victi incœptum omiſere. Blæſus multa dicendi arte,[1] *Non per ſeditionem & turbas deſideria militum ad Cæ-*

ſarem ferenda, ait: *neque veteres ab imperatoribus priſcis, neque ipſos a* [2] *Diuo Auguſto tam noua petiuiſſe, & parum in tempore, incipientes principis curas onerari. Si tamen * tenderent in pace tentare quæ ne ciuilium quidem bellorum victores expoſtulauerint, cur* [3] *contra morem obſequij, contra fas diſciplinæ vim meditentur?* [4] *decernerent legatos,* [5] *ſeque coram mandata darent.* Adclamauere vt filius Blæſi tribunus legatione ea fungeretur, peteretque militibus miſſionem ab ſexdecim annis: cætera mandaturos vbi prima proueniſſent. Profecto iuuene modicum otium: ſed ſuperbire miles, quod filius legati orator publicæ cauſæ, ſatis oſtenderet, neceſſitate [6] expreſſa, quæ per modeſtiam non obtinuiſſent.

* intenderent

Non eſt petendum quicquam armata manu a regibus.

1 Non per seditionem.] Sed precario. *Precario petimus*, ait Donatus in Andria, *poſcimus pro imperio, poſtulamus iure.* Sic Liuius lib. 30. *Conſul cauſam poſtulandæ miſſionis probabilem, ſi modeſte peteretur, videri dixit.* Et Cæſar Iulius lib. 7. de bello Gallico: *Non minus ſe in milite modeſtiam & continentiam quam virtutem atque animi magnitudinem deſiderare.* Et ſane *nemo ſic petit, vt minetur*, ait D. Hieronym. in vita Pauli eremitæ. Quod Salluſtius notat bello Catil. his verbis. *Ad hæc* (inquit) *Quintus Martius reſpondit, ſi quid ab Senatu petere vellent, ab armis diſcedant, Romam ſupplices proficiſcantur, ea miſericordia atque manſuetudine Senatum P. Q. R. ſemper fuiſſe, vt nemo vnquam ab eo fruſtra auxilium petiuerit. Non miles* (ait Tacitus 3. hiſt.) *in arbitrio ducum, ſed duces militari violentia trahebantur.* Magni & validi viri rogant, ſed rogando regaliter minantur. Nam ſic Ouid. 1. Metam. de Cadmo:

Nemo ſic petit, vt minetur.

Precibuſque minas regaliter addit.

Non ita homunciones, quibus vna & nuda ſupplicatio. Sic putauit Galba, vt inquit Dio lib. 64. *Indignum eſſe imperatorem aliquid facere coactum.* Quod firmat etiam in Octauio Cæſare lib. 49. Sic noſter infra. *Druſus negat ſe terrore ac minis moueri,* (*nec ſpe, nec metu* dicebat rex olim) *flexos ſi ad modeſtiam videat, ſi ſupplices audiat, ſcripturum patri.* Et Liuius lib. 28. *flagitatum ſtipendium procacius, quam ex more & modeſtia militari erat.* Sane quod modeſte petitur, non moleſte, ſed ex animo datur. Nec contumacia ſine modeſtia, in ſubdito vnquam ferenda eſt. Moſes pacatus non armatus adijt Pharaonem, ait Ioſippus Gorionis filius cap. 15. lib. 2. Et recte Titus Eleazaro & cæteris ſeditioſis dixit, *Vos tenetis enſes in manibus veſtris, & cum ſitis armati, vitam a me deprecamini.*

Imperator nil coactus agit.

Modeſte, non moleſte petendum.

2 Divo Avgvsto.] Heic Deus Auguſtus renunciatur a Blæſo, & ita dicitur ab authoribus poſt eius conſecrationem, & pagani cæcutientes cadaueri nomen Dei aptarunt. Non ita Chriſtiani: nam Ruffinus in ſymb. *Deum cum audis, ſubſtantiam intellige, ſine initio, ſine fine, ſimplicem, ſine vlla admixtione, inuiſibilem, incorpoream, ineffabilem, inæſtimabilem, in qua nihil adiunctum, nihil creatum ſit.* Quæ omnia in mortalem non cadunt, ne dum in mortuum.

3 Contra morem obseqvii, contra fas disciplinæ. Quod exprobratur etiam militibus ſeditioſis apud Liuium lib. 27. *Quid facinoris in me, quid in patriam, parenteſque, ac liberos, quid in Deos ſacramenti teſtes, quid aduerſus auſpicia ſub quibus militaſtis, quid aduerſus morem militiæ, diſciplinamque maiorum, quid aduerſus ſummi imperij maieſtatem auſi ſitis*, &c. Clearchus dicebat *a militibus imperatorem magis, quam hoſtem debere timeri.* Et ſane non eſt miles qui parere neſcit. Obſequium in milite vnica virtus.

Magis militi timendus imperator, quam hoſtis.

4 Decernerent legatos.] Sic Cæſar Iulius Cornelium centurionem principem ſuæ legationis ad Senatum miſit, qui pater Cornelij Centurionis de quo in Actis Apoſt. Sic Liuius lib. 30. *Seditionis nec eam, nec vllam aliam ſatis iuſtam cauſam eſſe: itaque ſi manere ad ſigna, & edicto parere velint, ſe de miſſione eorum ad ſenatum ſcripturum. Modeſtia facilius quam pertinacia, ſe quod velint, impetraturos.* Non diſſimile eſt quod D. Cyprianus, vere Chriſtianus, & martyr Chriſti, ex moribus veterum Chriſtianorum ſcribit epiſtola, quæ incipit, *Quanquam. Multum illis proficiet petitio modeſta, poſtulatio verecunda, humilitas neceſſaria, patientia non otioſa. mittant legatos: pro ſuis doloribus lacrymæ aduocatione fungantur, ex intimo pectore prolati gemitus horrorem probantes commiſſi criminis, & dolorem.* Plerumque quod per nos non poſſumus, per alios obtinemus, ſi grati ſint: nam qui rogat, ſi diſplicet, non auditur ſed repellitur.

Modeſtia legato commendat.

Mores Chriſtiani in obſequendo.

Legatorum quæ debeant eſſe partes.

5 Seqve coram mandata darent.] Cur coram? vt illa mandata diſcuteret, iuſtane, & æqua, an iniqua forent. Nam rogatio iniqua, mera imprudentia & impudentia eſt. Deinde ne quid mandatis adderetur, quod fraudi eſſet duci & legionibus.

6 Expressa.] Senſus eſt. Quia milite turbante, non erat moris filios Legatorum ad Cæſarem mittere, quaſi militum oratores; ideo ſuperbiebant Blæſi filium hac legatione fungi: Et inde ſe oſtenſuros putabant hoc expreſſum fuiſſe neceſſitate, quod per modeſtiam non obtinuiſſent. vtitur autem verbo *expreſſum*, quo vſus eſt Tertullianus in Apolog. ea mente, qua Tacitus. *Nos* (inquit) *ieiunijs aridi & omni continentia expreſſi.* Metaphora

Exprimere carnem ieiunijs.

phora a ſpongijs. D. Hieron. in eamdem ſententiam De virg. ſeruan. ad Demetr. *Non igitur ſolum putes tuum eſſe, quod tuum eſt, ſed earum quæ in te expreſſere pudicitiam.* Infra noſter: *Irrita quæ per ſeditionem expreſſerant.* Nam quod vi factum, non lubentarium eſt: ſed vi expreſſum, ideo inualidum.

Quod vi fit, pro infecto eſt.

Interea manipuli ante cœptam ſeditionem [1] Nauportum miſſi, [2] ob itinera, & pontes, & alios vſus, poſtquam turbatum in caſtris accepere, [3] vexilla conuellunt, direptiſque proximis vicis, ipſoque Nauporto, quod municipij inſtar erat, * retinentis centuriones inriſu & contumelijs, poſtremo verberibus inſectantur. Præcipua in Aufidienum Rufum [4] præfectum caſtrorum ira, quem [5] direptum vehiculo [6] ſarcinis grauant, aguntque primo in agmine, per ludibrium rogitantes, an tam immenſa onera, tam longa itinera libenter ferret? Quippe Rufus diu manipularis, dein centurio, mox caſtris præfectus, antiquam, duramque militiam reuocabat, [7] inuictus operis ac laboris, & eo immitior quia tolerauerat. Horum aduentu redintegratur ſeditio, & vagi circumiecta populabantur. Blæſus paucos maxime præda onuſtos [8] ad terrorem cæterorum adfici verberibus, [9] claudi carcere iubet. [10] Nam etiam tum legato a centurionibus, & optimo quoque manipularium parebatur. Illi obniti trahentibus, prenſare circumſtantium genua, [11] ciere modo nomina ſingulorum, modo centuriam quiſq. cuius manipularis erat, cohortem, legionem, eadem omnibus imminere clamitantes: ſimul probra in legatum cumulant, cœlum, ac deos obteſtantur; nihil reliqui faciunt, quo minus inuidiam, miſericordiam, metum, & iras permouerent.

De vanis miles ſuperbit inſolens & vanus.

* retinenteis

* vt vetus operis

Vis vi propulſanda in milite

1 Nauportum.] Velleius Patereulus ita: *Petere Italiam decreuerat, iunctam ſibi Nauporti ac Tergeſtis confinio. Pars in Macedoniam eruperat.* Ναύποντον vocat Strabo, & Tauriſcorum coloniam eſſe dicit, lib. 7. Cuius Cercoras fluuius vicinus eſt. idem Strabo libro 7. Ait autem miſſos milites Nauportum, quod facultas & ſignum datum eſſet ſua vaſa colligendi ex more militiæ. Nam diuidendi erant ne coadunati magis furerent. Noſter 4. hiſt. *Plerique culpabant Cerialem paſſum iungi quos diſcretos intercipere licuiſſet.*

2 Ob itinera et pontes.] Sic militaris diſciplina poſcebat apud Romanos, vt quidam milites itinerum & pontium curam gererent, quo facilior eſſet commeatus. Siſenna in fragm. *Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur.* Noſter infra. *L. Apronio ad munitiones viarum & fluminum relicto. Nam (rarum illi cælo) ſiccitate, & amnibus modicis, inoffenſum iter properauerat, imbreſque & fluminum auctus regredienti metuebantur.* Et eodem. *Præmiſſo Cæcinna, vt occulta ſaltuum ſcrutaretur, ponteſque & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret.* Et lib. 4. *Proxima æſtuaria aggeribus & pontibus, traducendo grauiori agmini firmat.* Sic enim explicat iſtum veterem morem. Tangit etiam Iuſtinus, dum ait: *Iubet omnes præſto cum ſecuribus eſſe, & ſyluam viæ circundatam* (lege, *& ſyluam viæ circunductam*) *exſcindere.* Papinius lib. 5. Theb.

Diſpoſita in turmas ruſſus, legemque ſeueri
Ordinis, vt cuique ante locus ductorque monentur
Inſtaurare vias.

Et idem in Protreptico ad Criſpinum:

Metari Bolanus agros, aperire malignas
Tot veprum, nemorumque moras.

Suet. in Calig. 24. *a propinquarum vrbium plebe verri ſibi vias & conſpergi propter puluerem exigeret. Stratores* dicebantur. in vet. Marmore: M. PORTIO. CATONI. SILVIVS. HOSPES. STRATOR. EIVS. OPT. PRÆSIDI. Ioſippus Gorio. de bello Iudaico. *Narrarunt quod miſiſſet Veſpaſianus exercitum magnum, cui præcepit vt vias interruptas ordinarent ac explerent, colliculos deijcerent viaſque inſtaurarent & ſemitas rectificarent, facerentque ſtratam populo ſuo.* de ſtratoribus iſtis eſt l. 4. §. 1. de off. proconſul. & l. vlt. D. de iure immunit. D. & l. 10. ex quib. cauſ. maior. vide Cuiacium lib. 12. C. de ſtratoribus. Quod etiam apud alias gentes inualuit militiæ tenaciores, vt apud Græcos, etiam in vrbibus. Val. libro 3. cap. 7. *Epaminondæ ſternendarum in oppido viarum, contumeliæ cauſa, curam irati ciues mandarunt.* Claudianus de imperatore militum officio fungente in 4. Conſ. Honorij.

— Si collis iniquus,
Primus ini. ſiluam ſi cadere prouocat vſus,
Ne pudeat ſumpta quercum ſtrauiſſe bipenni.

Dio de hoc munere libro 16. in hunc ſenſum. *Erant montes, qua Varus ducebat, conuallibus crebris intercepti; arbores denſæ, quibus Romani*

Explorator viarum ante imperatorem.

ante hoſtium aduentum cadendis, viamque parando, fuerant defatigati. Suetonius media pæne id factum docet in Tiberio, cap. 60. *In quodam* (inquit) *itinere lectica qua vehebatur, vepribus impedita, exploratorem viæ, prætoriarum cohortium* (ita bene emendatum) *centurionem, ſtratum humi, pæne ad necem verberauit.* Et ita accipe de Diuo Ioanne quod in Euangelio ſcribitur. *Parate viam Domino.* Nam ex illo more vere illa verba. Quin ſerui ditiorum hominum de lapidibus, ad quos illi poſſent offendere, dominos monebant. Quod Apuleius tangit lib. 2. Metam. Et Lucianus in dialogo, qui Nigrinus. Vt ſcias non Cæſari tantum, ſed & priuatis hæc in vſu.

Explicatus Euangelij locus, Parate viam Domino.

3 Vexilla convellvnt.] Id eſt, fixa ſolo euellunt & detrahunt, abduntque non viſenda militibus, nam vexillorum reuerentia militi turbanti pro conſcientiæ flagello eſt. Dicam poſtea.

4 Præfectvm castrorvm.] Cuius cura, tuto & ſalubriter & commode metari caſtra. Papinius in Protreptico ad Criſpinum:

[…]unus præfecti caſtrorum.

Bolanus tutis iuga quærere commoda caſtris.

Et Tibullus 4. ad Meſſalam:

Nam te non alius belli tenet aptius artes,
Quam deceat tutam caſtris producere foſſam,
Qualiter aduerſos hoſti defigere ceruos,
Quemve locum ducto melius ſit claudere vallo.

Et Vopiſcus in Aureliano: *Aurelianum fortiſſimum virum ad inſpicienda & ordinanda caſtra deſtinauimus.* Galli dicunt, *Maiſtre de Camp.* Noſter infra: *Mænius caſtrorum præfectus.* Excocti autem milites laboribus & vigilijs, ad hoc munus deligebantur. Et vbi caſtris locũ deſignaſſent, ibi miles caſtra ſtruebat. Dixi, excocti laboribus: nam Tacitus ſubiungit. *Diu manipularis, dein Centurio, mox caſtris præfectus, antiquam duramque militiam reuocabat.* Quod firmat Vopiſcus vbi tale munus deſcribit. Nam ſtatim vbi præfectum caſtrorum facit Aurelianum, hæc addit: *Cui tantum a nobis atque ab omni Rep. communi totius exercitus confeſſione debetur*, propter præfecturam caſtrorum quam ſedulo exercuerat. Non habebat tamen ius in caput militis. nam poſtea ſcribit noſter: *Duorum militum ſupplicio repreſſi ſunt, bono magis exemplo, quam conceſſo iure.* Tamen apud Tertull. de corona, videntur poſtea habuiſſe, vbi dicit: *Res apud acta, & reus apud præfectos.* Nam de præfectis caſtrorum intelligo, qui tunc plures. Et hodie etiam ius habent in milites. Velleius l. 2. *At e præfectis caſtrorũ duobus, quam clarũ exemplũ L. Eggius, tã turpe Ceionius prodidit, qui author deditionis ſupplicio quam prælio mori maluit.* Inde *Coiones* apud Italos pro *Ceionijs*, id eſt, turpibus & ignauis viris. Quod opinor. Puto autem præfectos iſtos imperaſſe militibus per abſentiam ducis & legati. Quod innuit infra Annal. 14. vbi Tacitus loquitur de Pœonio Poſthumo præfecto caſtrorum, qui ſuas legiones caſtris locatas, noluit educere in Bodiceam, & cum Suetonio Tranquillo pugnare, victoriaque adepta, vbi illum pœnituit & puduit, ſe interfecit. Certe nec detrectaſſet, niſi ius imperandi legionibus habuiſſet. Tamen poſt Tribunos locat eos Tacitus infra, his verbis: *Non Tribunus vltra, non caſtrorum præfectus.* ſed forte ad imperium non ad ordinem reſpexit.

Qui vocati ad hoc munus.

Non habebat ius in caput militis ſub Tiberio.

Temporibus Tertulliani habuit.

Plures præfecti caſtrorum ſub Seuero, & ante.

[…] abſente, […]gato, militibus imperabat.

5 Direptvm vehicvlo.] Rheda meritoria. Nam ſummi illi milites, vehiculo commeabant. lib. 12. Cod. de tractorijs: ſiue euocati irent ad principem, ſiue in caſtrorum mutatione & metatione, ſiue in vrbe: in quibus ſuos habuere currus, & equos. Seuer. Sulpitius Dial. 1. de Mirac. D. Martini. *Per aggerem publicum plena militantibus viris fiſcalis rheda veniebat.* Et L. vnica de honorator. vehicul. *Omnes honorati ſeu ciuilium, ſeu militarium dignitatum, vehiculis dignitatis ſuæ, id eſt carrucis, intra vrbem ſacratiſſimi nominis ſemper vtantur.* Et ante illa tempora, erant vehicula cohortis, ſeu legionis. Tacit. 1. hiſt. *Vehicula cohortis, incipiente nocte, onerari aperto armamentario.* Et Plin. lib. 7. cap. 20. *A. Iunius Valens meruit in prætorio D. Auguſti. Centurio vehicula cum culeis onuſta donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus.* Suetonius in Calig. *Quaſi vniuerſa tradita inſula, magnificas Romam litteras miſit, monitis ſæpe latoribus, vehiculo ad forum vſque & curiam pertenderent.* Et idem eodem, cap. 9. *Ad pœnitentiam verſi, repreſſo ac retento vehiculo, inuidiam, quæ ſibi fieret, deprecati ſunt.* Nam ex inſanis militibus aliquando fiunt ſapientes.

Milites maiores vehiculo vtebantur.

6 Sarcinis gravant.] Cicero 2. Tuſculana de ſarcinis: *Exercitus vnde habeant nomen, vides: deinde qui labor & quantus agminis: ferre plus dimidiati menſis cibaria, ferre ſi quid ad vſum velint. ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam, in onere noſtri milites non plus numerant quam humeros, lacertos, manus. Arma enim membra militum eſſe dicunt.* Hæc de militaribus ſarcinis Cicero. Vnde illa verba authoribus frequentia, *milites ſub ſarcinis* & *milites expediti*, quæ ſunt contraria. Nam aliquando ſub ſarcinis adorti pugnabant, vt de via: Aliquando expediti. *Veriti*, inquit Cæſar 1. bellorum ciuilium, *ne noctu impediti ſub onere confligere cogerentur.* hæc de impeditis. At de expeditis idem libro 7. *Cæſar celeriter ſarcinas conferri, arma expediri iuſſit.* Noſter infra: *Onuſtum ſarcinis armiſque militem, cum anteueniſſet.* De ſarcinis militum Seneca libro 1. nat. quæſt. *Sarcinæ viriles ſunt, minus dico, etiam militares.* De moribus Germanorum Tacitus: *Omne robur in pedite, quem ſuper arma, ferramentis etiam copioſis onerant.* Inde *ſubſarcinare* verbum Plaut. in Curcul.

Græci qui incedunt ſubſarcinati cum libris.

Vide Gellium libro 16. cap. 4. Tamen aliquando militum ſarcinæ aſinis & equis & curru vectæ, vt illo Apuleij loco de Aſino, lib. 9. *Vbi* (inquit miles) *ducis aſinum iſtum? Reſpondit hortulanus, petere ſe ciuitatem proximam. Sed mihi, inquit, opera eius opus eſt. Nam de proximo caſtello ſarcinas præſidis noſtri* (forte *præſidij*) *cum ceteris iumentis debet aduehere.* De equo *ſegmentario* ſciunt omnes. At multæ erant ſarcinæ militum, qui vaſa ad coquendum cibum, panemque ferebant, vnde prouerbium, *Vaſa colligere*, pro migrare. Quod faciebant vbi abirent loco. Apul. libro 10. Metam.

Vaſa colligere.

Metam. *a ſuo contubernio (hoc enim mihi videbatur) ſarcinis proprijs onuſtum, & prorſus exornatum, armatumque militantes producit ad viam.* Val. de diſcip. milit. *Metellus cum eſſet in Africa, arma ſua & alimenta vt ferrent milites paſſus.* De iſtis ſarcinamentis attigi quiddam, vbi de militibus in modum ſeruorum agentibus. Dixi, non repeto. Tantum addo, Vegetium lib. 1. ſcribere, *tyrones pondus ſexaginta librarum ferre conſueuiſſe.* Sic Virgil. 3. Georg.

Quod pondus ferebant milites ſinguli.

Non ſecus ac patrijs miles Romanus in armis,
Iniuſto ſub faſce viam cum carpit, & hoſti
Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.

Et ille militaris vigor Romanam Remp. firmauit.

7 INVICTVS OPERIS AC LABORIS.] Nullum eſt, aut vile imperium eius, qui fortibus vecors imperat. Nam qui imperat, nunquam feriari debet, ſed ſuo exemplo ſubditos ad laborem impellere. Claudianus.

Qui fortia imperat, ſit fortis.

In commune iubes ſi quid, cenſeſve tenendum,
Primus iuſſa ſubi.

Plautus in Amphitruone id exprobrat:

Ipſe dominus diues, operis, ac laboris expers.

Certe ignauiores plus verborum, quam operum habent. Sed quid ait heic, *Inuictus operis ac laboris*? lappa eſt, quæ increuit Taciti ſegetibus. Lipſius recte, *vt vetus operis ac laboris.* Nam ea eſt loquutio & ſcriptio Taciti: ſed mutarunt (*vt*) in verbum (*in.*) Sic Velleius de Sentio Saturnino: *Militarium officiorum patiens, ac peritus pariter, nauus, agilis.* Error fluxit ex particula (*in*) quæ in manuſcriptis ſæpe pro (*vt*) legitur inaduertenter. Exemplum notabile in Gellio lib. 7. cap. 12. quem ideo corrigo. *Fæminis*, inquit, *ſolis veſtem longe lateque diffuſam, indecoram exiſtimauerunt* (vbi lego, *vt decoram.*) Nam ſubdit *ad vlnas, cruraque aduerſus oculos protegenda.* Aliud eſt apud Horatium Sat. 1. lib. 1.

Tacitus correctus.

Quæ ſimul inuerſum contriſtat Aquarius annum:

Pro, *vt verſum.* Aliud etiam exemplum in Scholiaſte Iuuenalis Sat. 2. *Nero pugnauit in gladiatorem, & cantauit, habitu citharœdi.* (lege, *vt gladiator, etiam cantauit habitu citharœdi.*) Idem mendum, vbi (*in*) pro (*vt*) in Tertulliani Pallio. *Sicubi alibi, in Africa Tyros.* Nam legendum, *vt Africa Tyros.* Quid enim magis diſſonum? illa particula (*vt*) acumina ingeniorum pæne ſubuertit, etiam Iuriſconſultorum, vt in lege, cum vir, ad leg. Iul. de adult. Cod. in qua legendum, *Cum vir nubit vt fœmina*, non *in fœminam.* Cæterum verbum illud, *vetus*, & ex dominio Taciti. Nam ita annal. 6. *Gallo exprobrante, quod ſcientiæ cerimoniarumque vetus erat*, &c. Et idem noſter de Tiberio, *regnandi vetus.* Et de Pomponio Secundo, *veterem ſtipendijs*, libro 2. ſic Silius:

(Vt) pro (in) in manuſcriptis ſæpe poſitum.

Teſtimonia. Tertull. correctus.

Correcta L. cũ vir. de adult. D.

Dux vetus armorum.

Tollo etiam ſimile mendum a Tacito lib. 11. Annal. *Pecunia & ſtupro in omni flagitio obſtrictos.* Lego, *vt omni flagitio obſtrictos.* Nam per amorem pecuniæ itur ad omne nefas.

Tacitus correctus.

8 AD TERROREM CÆTERORVM.] Seneca de clementia, ſcribit egregie, *Principes fulmina debere imitari, quæ vnum duntaxat feriunt, reliquos terrent.* Vere, & ex ore ipſius Sapientiæ. Velleius de Tiberio lib. 2. *Admonitio frequens erat & caſtigatio vindictæ rariſſima.* Lego, *vt caſtigatio & vindicta rariſſima.* Tacitus de Auguſto: *Pauca vi tracta.* Et Seneca in ludo: *Ecce, Iupiter qui tot annos regnat, vni Vulcano crus fregit.* Nam homo animalium omnium animal moroſiſſimum, vult tractari amanter, non vrgeri inclementer.

Principum munus multos terrere, paucos ferire.

9 CLAVDI CARCERE.] Sic Liuius l. 27. *Tribunus ſontibus iudicatis, & in vincula coniectis.* Et de legato: *Interruptum & ſecluſum, hoſtiliter lacerent*, & hoc in caſtris. Ad leonum enim ferociam carcere opus eſt, vt manſueſcant. & certe, vt ait Tacit. *Fera animalia ſi clauſa teneas, virtutis obliuiſcuntur*, id eſt ferociæ & fortitudinis.

Carcer in caſtris Romanis.

10 NAM ETIAM TVM LEGATO.] Quot erant legiones, tot erant legati. noſter infra. *Trahunt ad legatum legionis primæ.* Et idem etiam infra. *Sibi tres legiones, totidem legatos procubuiſſe.* Et illi legati a Senatu dabantur: Iique ſæpe aut Conſulares, aut Prætorij. Noſter ſic. *Si legatos Senatui, obſequium imperatori, ſi mihi coniugem & filium redditis.* Erant autem hi legati pro imperatore in exercitu, ſi is morbo decumberet, vel abeſſet. Dionyſius lib. 11. Et illa poteſtas valde honorata. Cur ergo ſcribit? *Nam etiam tum legato a centurionibus & optimo cuique manipularium parebatur?* Quia omnes iam deſpicerent Senatum & principem aſpicerent, cui etiam Senatus turpi adulatione in omnibus & per omnia contra leges parebat: & deſpecto Senatu, etiam legati deſpecti, qui a Senatu ſuum robur, ſuam claritudinem recipiebant: ſolique ſuſpecti qui a principe. Itaque illa legatorum poteſtas intermortua, & quaſi ſepulta ſpirabat adhuc, ſed tantillum, breuique moritura. Initijs enim Tiberij, imago erat adhuc quædam Senatus. Nam, vt ait noſter, *vim principatus ſibi firmans Tiberius, imaginem antiquitatis Senatui præbebat.* Annal. 3. Ideo tum legatis, a Centurionibus adhuc parebatur. vetere autem Rep. tanta erat iſtorum legatorum poteſtas, vt Liuius libro 25. *Pleminium legatum* ſcribat *vocatos domi Tribunos, iuſſiſſe nudari, & virgis cædi, quod in eum probra iecissent.* Sic poteſtas ipſa ſe tuetur, quæ florente Rep. floruit, intereunte interijt.

Quot legiones tot legati.

Legati ab Senatu dati.

Pro imperatoribus erant duce abſente.

Explicatus Tacitus.

Dominatione ſcandente deſcendebat Senatus.

Vet. Rep. legatorum ius ingẽs.

11 CIERE MODO.] Qui Romanorum erat mos vetus, vti tali obuagulatione. Liuius lib. 2. de Volerone. *Prouoco, & fidem plebis imploro: Adeſte ciues, adeſte commilitones, nihil eſt quod expectetis Tribunos, quibus ipſis veſtro auxilio opus eſt.* Et Sueton. in Galba, 9. *Tutorem quod pupillum cui ſubſtitutus erat, veneno necaſſet, cruci affixit. Implorantique leges & ciuem Rom. ſe teſtificanti, quaſi ſolatio & honore aliquo pœnam leuaturus, mutari, multoque præter cæteras altiorem & dealbatam ſtatui crucem iuſſit.* Lucillius ex Nonio Marcell.

Hic inquam rudet e roſtris atque eiulitabit
Concurſans velut arenarius clareque quiritans.

At ſeditioſorum prouocatio nuſquam, & nunquam exaudienda eſt, niſi pacata ciuitate, & ſublato morbo.

Seditioſi vox.

Malis adiunĉti mali, tempeſtas eſt.

Adcurritur ab vniuerſis; & carcere effracto, ſoluunt vincula: deſertoreſque, ac rerum capitalium damnatos ſibi iam miſcent. Flagrantior inde vis, plures ſeditioni duces. & Vibulenus quidam gregarius miles, ante tribunal Blæſi[1] adleuatus circunſtantium humeris apud turbatos, & quid pararet intentos; *Vos quidem*, inquit, *his innocentibus, & miſerrimis lucem & ſpiritum reddidiſtis. ſed quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit? quem miſſum ad vos a Germanico exercitu de communibus commodis, nocte proxima iugulauit[2] per gladiatores ſuos, quos in exitium militum habet atque armat? Reſponde, Blæſe, vbi cadauer abieceris?[3] ne hoſtes quidem ſepulturam inuident.[4] cum oſculis, cum lacrymis dolorem meum impleuero, me quoque trucidari iube, dum interfectos nullum ob ſcelus, ſed quia vtilitati legionum conſulebamus,[5]* ij ſepeliant.*

** ſocij ſepeliant.*

1 Adlevatvs.] Quod ſummum nefas. Tribunal enim inter inſignia principatus. Tacit. 1. hiſt. *Non tamen quiſquam in modum concionis, aut ſuggeſtu loquutus eſt.* Loquitur de milite nondum modeſtiam exuente, qui ſi tribunal commotus aſcenderit, omne obſequium exuerit.

Gladiatores aut ad ſpectacula, aut ad tutelam.

2 Per gladiatores svos.] Quos alebant ad tutanda corpora plerunque, & plerunque ad edendum populo ſpectaculum cruentum. Florus lib. 3. cap. 12. *Vnde gladiatorij aduerſus dominos exercitus, niſi ad conciliandum plebis fauorem, infuſa largitio? cum ſpectaculis indulget, ſupplicia quondam hoſtium, artem facit.* Cicero ad Q. fratrem, lib. 2. *Catoni egregie impoſuit Milo noſter. Nam ille vindex gladiatorum & beſtiariorum, emerat de Coſconio & Pomponio beſtiarios, nec ſine his armatis vnquam in publico fuerat.* Dio lib. 51. ait M. Antonium ad gladiatorios ludos plures gladiatores aluiſſe, qui eo victo, imo mortuo, in fide ſemper manſerunt, nec potuere a Didio multa pollicenti, vnquam ab Antonij fide diuelli: quod laudabile in tam vilibus perſonis. Noto autem gladiatores numquam in veteri Rep. externis bellis immixtos, ſed ciuilibus tantum. Nam Tacit. hiſt. 2. *Deforme auxilium duo millia gladiatorum, ſed per ciuilia arma ſeueris etiam ducibus vſurpatum.* Et gladiator a Philoſopho dicitur ſine crimine homicida, in Epicteti altercatione. Noto autem Marium in lectica habuiſſe pro comitatu centum maſtigophoros, quos gladiatores interpretor. Cicero ad Q. fratrem. Eorum cultum refert Apuleius 12. Metam. *Alium* (inquit) *ocreis, ſcuto, galea, ferroque inſignem, ludo putares gladiatorio procedere.* Et noſter de Gallorum gladiatoribus, lib. 3. *Seruitijs gladiaturæ deſtinati, quibus more gentis continuum ferri tegumen, crupellarios vocant, inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.* Diuus Hieronymus ait eos egregie ornatos fuiſſe cum procederent pugnaturi, contra Sabinianum. *Quaſi* (inquit) *gladiator paratus Libitinæ, in proprium funus ornaris.* Et nota poſt digladiationem ad ſananda vulnera potaſſe lixiuium, quo maxime iuuabantur. Varro: *Lix cinis eſt foci. Inde enim cinis luxatis potus medetur, vt licet videre gladiatores cum deluſerint, hac iuuari potione.* Gladiatorum etiam morientium calidum ſanguinem bibiſſe ſalubritas fuit Romanis, quo morbis comitialibus ſoluerentur. Quod a Plinio didici, ſed loco valde corrupto, quem in integrum reſtituo. *Sanguinem*, inquit libri 28. cap. 1. *gladiatorium bibunt, vt viuentibus poculis ſint comitiales morbi.* Peſſime, & oratione imperfecta. Lege ergo, *vt bibentibus procul ſunt comitiales morbi.* Et vera eſt lectio, quam Plinius ſuam non abnuat.

Gladiatores Antonio fidiſſimi.

Gladiatorum arma. Galea. Scutum. Ferrum. Ocreæ.

Gladiatorum calidus ſanguis contra comitialem morbum.

Plinius correctus.

Sepulturam hoſti hoſtis non tollit.

3 Ne hostes qvidem sepvltvram invident.] Nota eſt exprobratio Ciceronis in M. Antonium Philipp. 2. quod ad ſepeliendum, mortui corpus reddere detrectaſſet. *Melius*, inquit idem Cicero 1. Tuſcul. *Actius & aliquando ſapiens Achilles.*

Imo enimuero corpus Priamo reddidi,
Hectoreum abſtuli.

Et Virg. 2. Æneid.

At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo, ſed iura fidemque
Supplicis erubuit, corpuſque exangue, ſepulchro
Reddidit Hectoreum.

Quis Actius Poeta tragicus.

Corpore breuis, ingenio magnus.

Eſt autem Actius tragicus Poeta, qui a Plinio *L. Actius dictus*, & cuius Electra tragœdia citatur a Sueton. in Iulio cap. 84. *Quique in Camœnarum æde, maxima forma ſtatuam ſibi poſuit, cum breuis admodum eſſet.* libro 34. cap. 5. breuis certe corpore, ſed ingenio ingens. Et paruulo Actio nihil auguſtius altiſſima theatra exhibuere.

Oſcula mortuis.

Lacrymæ.

4 Cvm oscvlis, cvm lacrymis.] Tangit priſcum morem, quo toti ſe effundebant ſuper corpus mortui, cum lacrymis, & oſculis. D. Auguſt. lib. 9. cap. 12. vbi de morte matris. *Premebam oculos eius, & confluebat in præcordia mea mæſtitudo ingens, & transfluebat in lacrymas: ibidemque oculi mei violento animi imperio reſorbebant fontem ſuum vſque ad ſiccitatem, & in tali luctamine valde male mihi erat.* Virgilius 11. Æneidos.

Super cadauer extenſio.

-- pheretro Pallante repoſto
Procubuit ſuper, atque hæret lacrymanſque gemenſque.

Ouid, Canace Macareo.

Non

Non ſuper incubui, non oſcula frigida ſumpſi.
Diripiunt auidæ viſcera noſtra feræ.

Papinius 5. Thebaidos.

ingeminat miſera oſcula tantum
Incũbens, animæque fugam per membra tepentem
Quærit.

Papinius correctus. Vbi lego, *totum incumbens*, id eſt in totum corpus mortui. Nam ſic Plaut. in Amphitr.

Imo, vt arbitror, corpore corpus incubat.

Sic etiam lib. 9. Theb. idem Papinius.

Tum corpore toto
Sternitur in vultus, animamque per oſcula quærit
Abſentem, preſſiſque comis, ac veſte cruorem
Seruatura tegit.

Et Apuleius lib. 2. *Ecce vxor miſella flens, cum heſternis teſtibus introrupit anxia, & ſtatim corpori superruens, multumque ac diu deoſculata.* Pedo ad Liuiam.

Hiatus in mortuum. *Non animam adpoſito fugientem excepit hiatu.*

Tibullus lib. 1. eleg. 1.

Flebis, & arſuro poſitum me Delia lecto,
Triſtibus & lachrymis oſcula mæſta dabis.

Seneca ad Martiam: *Non licuerat matri vltima filij oſcula, gratumque extremi ſermonem oris haurire.* Et Valerius lib. 2. cap. 6. *Filiarum manus ad ſupremum opprimendorum oculorum officium aduocauit.* Lego, *operiendorum.* Sed hoc a Iudæis incepit primum, mox etiam ad Chriſtianos venit. *Iudæi huius moris authores.* De Iudæis 3. Reg. cap. 17. vbi de Helia Propheta: *Et expandit ſe atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominum.* *Chriſtiani imitatores.* Sed longe ante, Geneſis 50. *Ruit ſuper faciem patris, flens, & deoſculans eum, præcepitque ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrem.* *Pagani obſeruatores.* Loquitur de Ioſepho mortuum patrem flente, vt notes ab orbis incunabulis hunc morem. Sic 4. Reg. cap. 4. *incubuit* (loquitur de Propheta Heliſæo) *ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os eius, & manus ſuas ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri.* *Loci de Iudæis.* De Chriſtianis locus eſt in Act. Apoſtol. cap. 20. de D. Paulo. *De Chriſtianis.* *Ad quem* (inquit) *cum deſcendiſſet Paulus* (verba facit de Eutyche adoleſcente mortuo) *incubuit ſuper eum, & complexus dixit, Nolite turbari, anima enim ipſius in ipſo eſt.* D. Hieronym. de obitu Paulæ. *Quaſi ablactata* (Euſtochion virgo ſcilicet) *ſuper matrem ſuam, abſtrahi a parente mortua non poterat, deoſculari oculos, hærere vultui, totum corpus amplexari, & ſe velle cum matre ſepeliri.* Nam probæ virginis votum, cum parentibus viuere; cum parentibus mori.

5 IT SEPELIANT.] Lege, *ſocij ſepeliant.* *Tacitus correctus.* Commilitones etenim ſe ſocios vocant, quibus ſociorum ſepultura curæ eſt.

O ſocij (neque enim ignari ſumus ante malorum.)

Et Horatius in Teucri exhortatione ad milites. *Ibimus o ſocij, comiteſque:*

Nil deſperandum Teucro duce & auſpice Teucro.

Iſtius correctionis indicium facit (*S*) litteræ in fine verbi *conſulebamus*, quæ repetenda erat, quod exſcriptores non animaduerterunt; & verbum (*hi*) quod ex naufraga dictione remanſit, quaſi rupta tabula, & in manuſcripto erat *Sij* pro *ſocij*. Sic in Apuleio correxere, pro *cunctiſque ocyus tecum relatis*, *cunctiſque ſocijs tecum relatis*. Si iſta tibi vappa non placet; non eſt vinum quod dem melius, niſi *hi ſepeliant* pro demonſtratione militum ſit, vt *hi* (id eſt hi milites) quod digito mõſtrabat, *ſepeliant.*

[1] Incendebat hæc [2] fletu, & pectus atque os manibus verberans: [3] mox * disiectis, quorum per humeros ſuſtinebatur præceps; & ſingulorum pedibus aduolutus, tantum conſternationis inuidiæque conciuit, vt pars militum, gladiatores qui e ſeruitio Blæſi erant, [4] pars cæteram eiuſdem familiam vincirent; alij ad quærendum corpus effunderentur; ac ni propere neque corpus vllum reperiri, & ſeruos, adhibitis cruciatibus, abnuere cædem, neque illi fuiſſe vnquam fratrem pernotuiſſet, haud multum ab exitio legati aberant. Tribunos tamen, ac præfectum caſtrorum extruſere. Sarcinæ fugientium direptæ. & centurio [5] Lucillius interficitur, cui [6] militaribus facetijs vocabulum, *Cedo alteram*, indiderant: quia [7] fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rurſus aliam poſcebat. Cæteros latebræ texere, vno retento Clemente Iulio, qui * perferendis militum mandatis habebatur idoneus, ob promptum ingenium. Quin ipſæ inter ſe legiones octaua & quintadecuma ferrum parabant, dum centurionem [8] cognomento [9] Scirpicum, illa morti depoſcit, quintadecumani tuentur, ni miles Nonanus preces, & aduerſum aſpernantis, minas interiecisset.

Corruptæ aures manus inquinant.

Diſcordia pacis conciliatrix.

* diſiectus ijs, id eſt, ab ijs quorum

* proferendis

1 INCENDEBAT.] Silius.

Hæc ait, & Iuuenem facta ad Mauortia flammat.

Id eſt incendit. Et noſter 4. hiſt. *flammauere a Veſpaſiano litteræ.* Sic Poeta.

Virtutem accendere dictis. Et alibi:

Incendit dictis animos.

Pollio Aſinius 10. epiſt. fam. epiſtola *Balbus.* ſic ſcribit: *Lepidus vrſit me & ſuis & Antonij litteris.* Nam verba fortia homines vrunt; ſi non ſtupent humanæ rupes.

2 FLETV, ET PECTVS ATQVE OS.]

Lugubria Paganorum. In luctu & funere iſte mos. Martialis lib. 2. epigramm. 11.

Flere.

Quod dextra pectus pulſat, & comam vellit,
Non ille amici fata luget, aut fratris.

Pectus tundere. Comas laniare. Os deturpare. Pedo ad Liuiam de morte Druſi filij.

Quo raperis? laniata comas, ſimiliſque furenti
Quo ruis? attonita quid petis ora manu?

Papinius lib. 6. *Ipſe regeſta*
Parthenopæus humo, vultumq. oculoſq. madentes
Obruit. acceſſit lachrymarum gratia formæ.
Vnguibus. Puluere. *Pectora nunc mœrens, nunc ora indigna cruento*
Vngue ſecat, meritamque comam: furit vndique clamor
Diſſonus, ambiguumque ſenis cunctatur Adraſti
Conſilium.

Sic pectus tundebatur, ſic flebatur in funere a paganis; ſi non vere, ſaltem decenter. Nobis autem dictum: *Nolite contriſtari de dormientibus.* Nam Chriſtiani mors præclara ſors, quæ lætari non triſtari debet.

Tacitus correctus. 3 MOX DISIECTIS.] Lego, *mox diſiectus ijs* (id eſt ab ijs) *quorum per humeros attinebatur præceps.* Et ibi virgulam figo: nec enim, baiulos diſiecit Vibulenus, ſed baiuli Vibulenum. Et pro *diſiectus ijs*, fecerunt *diſiectis.* Sic apud Liuium, *ſacrum vaſis erat*, pro *ſacrum vas ijs erat.* Et in Varrone: *Numerius Fabius qui ſuperſtes trecentis Fabijs. Inductis magnitudine diuitiarum vxorem duxit Otacillam Maleuentam.* Dixit *inductis* pro *inductus is.* Et ſunt veterum librorum notæ familiares, & hic exſcriptorum mos, qui frequens, vt culpa.

Gladiatores inter ſeruos & in familia. 4 PARS CÆTERAM EIVS FAMILIAM VINCIRENT.] Sed quæ hæc familia Blæſi? Seruos intelligo, & inter ſeruos etiam gladiatores quorum alebant familias, & qui Blæſum erant ſequuti. *familiæ* enim *appellatione qui in ſeruitio ſunt continentur.* L. 25. §. 1. de Ædilit. edict. D. Nec paucos fuiſſe exiſtimo, cum Blæſus fuerit clariſſimus ſtirpe & familia. Tacit. 3. hiſtor. de filio huius Blæſi: *Blæſo ſuper claritatem natalium, & elegantiam morum, fidei obſtinatio fuit.* Itaque puto duxiſſe eos, quorum miniſterio in caſtris vtebatur, vt nomenclatores, calculatores, diſpenſatores, oſtiarios, arcarios. Nam Blæſi tempore, Catonis frugalitas duobus ſeruis contenta, ridicula prorſus. Et belli tempore, ſerui, non tam ſerui, quam laterones & ſtipatores. Verrius Flaccus: *Stipatores corporis cuſtodes quos antiqui latrones dicebant quaſi laterones, id eſt mercenarios qui cum ferro circundabant regum corpora.* Varro ex Næuio: *Qui regi latrocinatus decem annos Demetrio.* Nam illa merces, λάτρον dicebatur. Inde Latrones & Laterones, & inter Romanos quot Senatores tot Reges.

5 LVCILLIVS INTERFICITVR.] En quo prorumpat rebellantis militis furor. Nam in centuriones antiqua militia valde prona, & eorum dictis & imperijs obſequens, qui a milite turbido hodie deſpecti trucidantur, *& fidem per ſcelus abrumpunt*, inquit noſter. Signiferi enim ad centurionis vocem, ſigna locabant, aut transferebant. Nam Valer. lib. 1. cap. 6. *Aquilarum altera vix conuelli a primipilo potuit.* Id eſt, a primo centurione. Et ad vocem centurionum, aut ſtabant, aut progrediebantur aquilæ & milites. Quod ex diſciplina militari. Heic vero trucidantur. ſed ſeditioſus miles cum obſequia exuit, humanitatem exuit. Et verum quod Salluſtius: *Peſſumus quiſque aſperrime rectorem patitur.*

6 MILITARIBVS FACETIIS.] Quibus hiſtoriæ & verſus abundant. Martialis lib. 7. epigramm. 7. *Facetiæ militibus frequentes.*

Feſta coronatus ludet conuicia miles,
Inter laurigeros cũ comes ibit eques. Et idem:
Conſueuere iocos veſtri quoque ferre triumphi:
Materiam dictis nec pudet eſſe ducem. *Etiam in triũphantem Imperatorem.*

Suetonius in Iulio confirmat, militibus in Cæſarem ita iocantibus & ſuum Imperatorem mordicantibus. *Militum ioci in Cæſarem Iulium.*

Vrbani, ſeruate vxores, mœchum caluum adducimus.
Auro in Gallia ſtuprum emiſti, heic ſumpſiſti mutuum.

Et quod citat Dio 45. *Si recte egeris, plectere; ſin male, regnabis.* Et Vopiſcus de Aureliano qui *Manu ad ferrum* dictus. Tertull. de coron. *Singuli deſignare, eludere eminus.* loquitur de militibus. Et ſane in tragœdia de Chriſti morte, milites totum theatrum occuparunt, illudendo, feriendo, conſpuendo, coronando, cædendo, ad extremum necando. Impoſuerunt Caio nomen *Caligulæ* per dicacitatem. Et eadem procacitate, *Ruffulos*, tribunos appellarunt, quod a Ruffo eſſent inſtituti. Liuius. Sic ille apud Plaut. in Pſeu. *Harpax*, & Rapax & Furax nomina militum a militibus indita. Sic *Vineæ*, *Muſculi*, *Cati*, *Arietes* nominãtur. Et in legionibus, quia galeis vterẽtur acumiatis, vna dicta alauda & alia fulguratrix: nam alaudæ acuminatum eſt caput, vt fulguris cauda. Sic *Martiobarbuli*, quos plumbatas vocat Veget. l. 1. c. 17. Sic etiam *glaream* milites vocabant *militare ſuccinum.* Plin. l. 4. c. 13. Velleius l. 2. & hoſtes *Canes.* Donat. in Eun. *Eo loci. Ain vero, Canis? Inter iocos militares* (inquit) *qui currum Lepidi, Plancique ſequuti erant, inter execrationem ciuium, hunc verſum vſurparunt:*

In Christi morte miles totus exundat nequitijs. Nomen dedere Caligulæ. Tribuni Ruffuli. Harpax. Vineæ. Muſculi. Cati. Arietes. Alauda legio. Fulguratrix. Martiobarbuli. Militare ſuccinum.

De Germanis, non de Gallis duo triumphant
Conſules.

Quia ſcilicet vterque Conſul ſuum fratrem Germanum proſcripſiſſet. Non abeo intacto Plinio, a quo mendum tollo, vbi de Lapſana lib. 19. cap. 8. *Olus* (inquit) *ſilueſtre eſt, triumphalibus D. Iulij præcipue carminibus iocisque militaribus celebratum:* nam poema ſcripſit de Lapſana. *Alternis quippe verſibus, exprobrauere Lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrachium, præmiorum parſimoniam exprobrantes.* Lege, *prandiorum parſimoniam*, non *præmiorum.* Nam Lapſana (olus ſylueſtre aut napi ſylueſtres) erant tunc militum prandia, non præmia. Et in illa Dyrrachij tam arcta obſidione optabat magis miles Rom. prandium, quam præmium. *Plinius correctus.*

7 FRACTA VITE.] Inſigne centurionum, vitis, quam in triumpho, ſui gradus teſtem portabant. Martial. lib. 10. epigramm. 26. *Vitis inſigne centurionum.*

Vare Parethonias Latia modo vite, per vrbes
Nobilis, & centum dux memorande viris.

Nam ita legendum ex manuſcripto: & eſt centurionis epitaphium. Et eadem fidelia legendum eſſe moneo in veteri Scholiaſte Iuuenalis *Martialis emendatus.*

uenalis Sat. 15. in verſu, *Nos miranda quidem*, non, *quia in Ægypto militem tenuit*, ſed, *quia in Ægypto miles vitem tenuit*, id eſt, centurio fuit. Spartianus vbi de Adriano: *Nulli vitem niſi robuſto & bonæ famæ dedit.* Notat Cuiacius obſer. 21. cap. 10. Adrianum, cum videret patrem metuentem ne filij qui in caſtris militabant aliquid contra diſciplinam facerent, vnde punirentur capite, atque ita orbus fieret, ei vitem dediſſe & centurionem feciſſe cum ſub quo filij ſui militarent. Vitem autem a Libero patre inuentam ait idem Schol. Iuuenalis Satyra 14. quam centurionibus tradiderit cum triumpharet. Inde formulæ illæ loquendi, *Sub vite præliari*, id eſt, ſub centurione. *Sub vite haſtas iacere*, id eſt, adſtante centurione. Plinius de vite & centurione ita libro 14. cap. 1. *Quid quod inſerta caſtris ſummum rerum imperiumque continet centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipſam honorat?* Explico, & corrigo. nam vitioſa & obſcura oratio eſt.

Plinius explicatus & correctus.

Lego ergo: *Summam rerum imperiumque continet.* Sic enim authores: Et ratio eſt, quod in ductu legionum, ſi recte & tuto locentur, aut cum ſecuritate impellantur, proſperitas eſt imperij, & rerum ſalus. Lego etiam: *Opimo præmio tardos ordines ac lentas producit aquilas.* Nam opimum eſt præmium, quod centurio ius habeat in caput militis Romani, licet ciuis. Et notandum quod aquilæ comeando præceſſere ſemper legiones quarum in capite erant, quæque ad centurionis imperium aut ſiſtebantur aut gradiebantur, habebantque certum progrediendi in diem ſpatium, quod oſtendit Veget. lib. 1. & Plautus vocat *gradus militares.* Sed quid ſibi vult Plinius, cum ita ſcribit, *atque etiam in delictu pœnam ipſam honorat?* Nam ſolus in caſtris miles Romanus vite caſtigabatur, vt ſcribit Liuius epit. 57. his verbis. *Si Romanus miles deliquiſſet, vite; ſi extraneus, fuſte Scipio coercebat.* Inde *Latia vitis* dicta a Silio lib. 12. Et Iuuenalis Satyra 8. vocat *nodoſam vitem.*

Miles Rom. vite flagellatus.
Miles externus, fuſte.
Latia vitis.

Nodoſam poſthac frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Apul. lib. 9. *Nec miles ille familiarem potuit cohibere inſolentiam, ſed indignatus ſilentio eius vt conuitio, vite quam tenebat obtundens eum, dorſo meo proturbat.* Tertullianus dixit alicubi, ni fallor, *feriat, incurſet, noſtri centurionis vitis.* Et ſane palmites vitium flagella & verbera vocantur, quod ijs terga militum centuriones flagellarent. Vocat etiam idem Plinius, *vitium ſecaces loros*, lib. 14. capite 1. a ſecando & ſcindendo, quod latera nocentum militum ſecarent. Iuuenalis Satyra 10.

Palmites vitiũ flagella dicti.
Virgarum plura genera.
Lori vitium ſecaces.
Cur ita dicti.

-- ſecat ille cruentis
Verberibus.

Perſius.

-- ſecuit Lucillius vrbem;
Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Secuit linguæ flagellis, & fregit dentem genuinum in illis dum aſperius mordet. Sic idem Perſius *ſecaces hederas* nominat, quod ſcindant arbores, quibus incubant. Male autem legunt *ſequaces* pro *ſecaces*, nec enim arbores ſequuntur, quæ ſtant, ſed ſecant, & corticem libroſque arborum brachiorum impreſſione ſcindunt & edunt. inde dictæ hederæ ab edendo. verbum enim *ſecare* & *ſcindere* pro flagellare accipitur: ita etiam pro turpiſſima re, quam non dico, nec cogito. Martialis:

Perſius correctus.
Scindere, turpiculum verbum.

Sed mauis coquum ſcindere, quam leporem.

Silius libro 6. de centurione cum inſigni viris.

Iuxta cernere erat merito ſibi poſcere carmen
Virtutis ſacram rabiem Læuinus, ab alto
Priuerno, vitis Latiæ præſignis honore.

Et libro 12.

Miſcebat primas acies, Latiæque ſuperbum
Vitis adornabat dextræ decus.

Et idem, eodem.

Vitis procentu-rione.

-- nam vitis honore
Perfunctus Latiæ, ſubito ſtimularat agreſtes,
Semiermemque manum ſternendam obiecerat hoſti.

Ideo Valerius, vbi de Ruliano l. 2. c. 7. *nodoſos ictus vitium* dixit, quod ſciſſa veſte, & diſpoliato corpore, lictorum verberibus ille laceraretur. Diuus Auguſtinus docet pueros in Africa cædi vite ad correctionem. Pſalm. 73. *Sic* (inquit) *aliquando iratus homo apprehendit iacentem virgam in medio, fortaſſe qualecumque ſarmentum. Cædit inde filium ſuum, ac deinde proijcit ſarmentum in ignem.* Itaque imbelles pueros, & bellatores milites ſarmentum cædit, & vitis vtrumque flagellat.

8 COGNOMENTO.] Hoc verbo primus vſus eſt Meſſala Coruinus orator, cui ciuitatem dedit. Nam Seneca pater Suaſor. 2. *Eſt & cognomen, vel, vt Meſſala ait, cognomentum.* Sic L. Sulla in commentarijs rerum geſtarum lib. 2. *Publius* (inquit) *Cornelius, cui primum cognomen Sullæ impoſitum.* Sic de ſe author loquitur, & *cognomen* non *cognomentum* dicit; quia tunc non in vſu.

Cognomentum, dictio Meſſalæ.

9 SCIRPICVM.] Apud Ammianum Paulus Hiſpanus miles nominatus eſt a militibus *Catena*, quia catenam poſceret libentius ad vinciendos milites. At militum oratio tota facetiarum plena eſt, vt dixi ſupra in verbo *militaribus facetijs.* Heic, *Scirpicum*, eadem dicacitate nominant centurionem: a ſcirpo ſcilicet, qui iunci paluſtris genus eſt, leue, planum procerumque, ſed aridum. Ex quo tegetes fiunt, ait Feſtus in verbo *Scirpus.* Vide Iſidorum cap. 9. l. 7. Etym. Inde prouerbium, In ſcirpo nodum quærere. Lucillius:

Milites faceti.
Inde ſcirpicus centurio.
Flagella ſcirpica.

Nodum in ſcirpo inſane facere vulgus.

Et Plautus in Rudent.

O ſcirpe, ſcirpe, laudo fortunas tuas,
Qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis.

Puto autem in regionibus quibus vitis aberat eratque copia ſcirpi, centuriones *ſcirpis verberaſſe* milites. Sic verbera ex ſcirpo. Idem Plaut. in Capt.

Piſcatores qui præbent populo piſces fœtidos,
Eis ego ora verberabo ſcirpiculis piſcatorijs.

Quanquam *ſcirpiculæ piſcatoriæ* ſunt caniſtri & fiſcinæ ex ſcirpo confectæ, aut ex vimine, quibus vtitur illa gens. Sic etiam ex *cucurbitarum flagellis* verbera olim, quæ κωλικαὶ vocabantur. Et noto obiter varijs ex rebus virgas olim confectas: vt ex anguillarum corio ſeu tergore. *Eo*, inquit Plinius, *verberari ſolitos prætextatos tradit Verrius*. Etiam flagris pueruli caſtigabantur, vt adoleſcentes ferula. Iunco Græci vſi ſunt ad funes. Plin. lib. 18. cap. 2. σχοῖνος enim funis & iuncus eſt. Et D. Athanaſius in Apologetico, ait *frondibus palmarum* cæſos olim fuiſſe Chriſtianos. Vt Philo Iudæus in Flaccum, ſcribit apud Alexandrinos fuiſſe duo virgarum genera, vnum quod vocabant *ciuile*, *& liberale*, quo ciues, alterum quo *extranei* cæderentur. Puto autem illud ciuile fuiſſe virgas ex ramis arborum. At aliud erat ex palmetis, quod aculeatum erat, & ſecans, ideoque crudele magis: & aculeos foliorum notat Plinius & cultratos mucrones, l. 13. cap. 4. Et vocari puto ſcorpiones, propter acumina pungentia, quæ in extremis foliorum palmæ arboris. Sic 3. Reg. inſanus ille Roboam ſcorpionibus ſe ſuum populum verberaturum minitatur. Et ita Apul. 7. Metamorph. *Decora* (inquit) *brachia, ſæuientibus palmetis verberabit*. Eſt ſane epigramma Græcum in Anthologia de quodam qui ob furatas vuas, palmis vitium, etiam furtiuis, verberatus eſt. Olim autem *palmarum folijs funes* conficiebantur & flagella. Plin. lib. 16. cap. 24. Iiſdemque funibus, ex palmetis viridibus confectis, ſtrangulati ſunt milites Alexandri. Plin. lib. 13. cap. 4. Et iiſdem mulieres ſtrangulabantur in crimine, cap. 4. libro 13. quemadmodum & *ex ſparto* in Hiſpania, etiam funes nectebant, quibus ad flagella vtebantur ante canabi vſum, & *thomices* nominabant. Horatius:

Ibericis peruſte funibus latus.

Etiam flagella *ex vimine*. Calpurn. Eclog. 7.

Quod ſi dira times etiam nunc verbera, Phylli,
Tradimus ecce manus, licet illæ vimine torto
Scilicet & lenta poſt tergum vite domentur.

Item ex *ſalice*, *virgæ*, & *verbera*. Prudentius loquens de infante Chriſtiano cæſo.

Impacta quoties corpus attigerat ſalix
Tenui rubebant ſanguine vda vimina,
Quem plaga flerat roſcidis liuoribus.

Et D. Ignatius epiſtola quadam meminit ſalicei flagelli. Item *ex vlmo* arbore. Inde apud Plautum in Aſin. actus 11. ſcena 2.

Ipſos qui tibi ſubuectabant rure huc virgas vlmeas.

Hinc *vlmeis pigmentis* aliquem pingere. Idem in Epidico:

Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum prædicas:
Quem Apelles atque Zeuxis duo pingent pigmentis vlmeis.

Etiam *lauro*, vt victi qui lauris cædebantur. Quod Donatus tradit in Terent. Et ex *betula arbore*, quæ in Gallia etiam nunc in vſu eſt. Nam betula arbor gente eſt Gallica. Plinius lib. 16. cap. 18. *Terribilis* (inquit) *magiſtratuum virgis*. Et ſane faſces magiſtratuum Romanorum compacti betularum flagellis. Gratulor autem meo Genio, qui me huc adduxerit, vt emendem Martialis quartum epigramm. lib. 1. vulgare quidem, ſed vitio vulgari adhuc laborans.

Turba grauis paci, placidæque inimica quietis,
Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes,
Traducta eſt Getulis, nec cepit arena nocentes,
Et delator habet, quod dabat exilium.

Male *Getulis*, cuius prima longa eſt & ſecunda. Et male *titulis*, vt corrigunt Grammatici quidam. nam magis ingenioſa, quam vera correctio eſt. Lege fidenter *betulis*, id eſt, virgis ex betula arbore. Plutarchus ſane in problemate 82. ait Romæ magiſtratibus virgas & ſecures prælatos, vt quia vitiorum quædam ſanari minime poſſunt, ſanabilia virgis corrigerentur, quæ ex betula arbore; inſanabilia ſecuri amputarentur: & ideo colligatas fuiſſe virgas, ne ipſius magiſtratus ira ſolutior videretur; ſed dum virgæ, aut ſecures diſſoluuntur, eſſet aliquod tempus, quo magiſtratus ſuam ſententiam temperaret. Iuuenalis Satyra 8.

Si frangis virgas ſociorum in ſanguine.

In hoc autem epigrammate Martialis vltimo verſu, lego *exitium*, non *exilium*. nam poſtea addidit.

Exulat Auſonia profugus delator ab vrbe.

At verbũ *exitij*, generale eſt, & ad omnes pœnas: *exilij* vero nomen non ita ſed ſpeciale. Varijs autẽ pœnis affecti fuere delatores, non exilio ſolo. Lege etiam, *& cepit arena nocentes*. Quod confirmat Suetonius. Cæterum hoc epigramma compoſitum fuit de Titi Imperat. non Domitiani caſtigatione notabili in delatores & calumniatores. quamuis & Domitianus eos caſtigarit. Suetonius cap. 9. Domit. Scribit enim idem author in Tito. *Inter aduerſa temporum, & delatores mandatoresque erant ex licentia veteri. Hos aſſidue in foro flagellis* (quæ ſcilicet ex betula arbore) *ac fuſtibus cæſos, ac nouiſſime traductos per Amphiteatri arenam, partim ſubijci in ſeruos, aut venire imperauit, partim in aſperrima inſularum auehi*. Sed de longiori pagina vereor ne me ſubſannet naſus Vatinij. Redeo ad Tacitum.

Margin notes: *Et ex cucurbitis.* — *Virgarum 2. genera Alexandria.* — *Ex palmetis.* — *Funes ex palmetis.* — *Ex ſparto.* — *Qui thomices.* — *Flagella ex vimine.* — *Ex ſalice.* — *Ex vlmo.* — *Ex lauro.* — *Ex betula.* — *Betula arbor Gallica.* — *Magiſtratibus Rom. frequens.* — *Martialis emendatus.* — *Ratio emendationis.* — *Cur prælata virgæ faſcibus magiſtratuum.* — *Virgis ſocij mitteſſi.* — *Explicatus Martialis.* — *Pœnæ delatoris ſub Tito.*

Hæc audita, quanquam abſtruſum, & triſtiſſima quæque maxime occultantem Tiberium perpulere, vt Druſum filium cum primoribus ciuitatis, duabuſque[1] prætorijs cohortibus mitteret, nullis ſatis certis mandatis, ex re conſulturum, & cohortes delecto milite ſupra

ſupra ſolitum firmatæ. Additur magna pars prætoriani equitis, & robora Germanorum, qui tum cuſtodes Imperatori aderant: ſimul prætōrij præfectus Ælius Seianus collega Straboni patri ſuo datus, magna apud Tiberium autoritate, [2] rector iuueni, [3] & cæteris periculorum, præmiorumque oſtentator.

Tacitus correctus. 1 PRÆTORIS COHORTIBVS.] Lege *Prætorijs*. Nam manuſcriptus ita, *PrætorIs* cum (I) magno, quod geminatur, & duas facit litteras in compendijs litterarum. Sic apud Tertullian. in Marc. *Teſtimonium competIſſe*, *Ratio correctionis.* pro *competijſſe*, quia (I) magno ſcriptum. Et ſæpe in authoribus hæc obſeruario, vt infra lib. 2. *transfugIs*, pro *transfugijs nudatus*. lib. 3. *PrætorIs*, pro *Prætorijs*. 4. *paratus regios adIcit*, pro *adijcit*. In Minutio Felice. *Sic ClaudI & IunI non prælium in Pœnos, ſed naufragium fuit*, pro *Claudij* & *Iunij*.

2 RECTOR IVVENI.] Seneca de Benefic. 3. *Quia vtile eſt iuuentutem regi, impoſuimus illi quaſi domeſticos magiſtratus*. D. Paulus ad Galatas 4. *Quanto tempore heres paruulus eſt, ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus a patre*. Munia autem rectorum exprimuntur a Martiale lib. 11. epigr. 40.

Corripis, obſeruas, quereris, ſuſpiria ducis,
Et vix a ferulis abſtinet ira manum.
Si Tyrios ſumpſi cultus, vnxiue capillos;
Exclamas, Numquam fecerat iſta pater.
Et numeras noſtros adſtricta fronte trientes,
Tanquam de cella ſit cadus ille tua.
Deſine: non poſſum libertum ferre Catonem;
Eſſe virum iam me dicet amica tibi.

Pædagogi. Et hic magiſtratus, *præceptor*, *magiſter*, & *pædagogus* dicitur. Plautus in Prologo Mer- *Eorum munia.* cator.

Seruum vna mittit, qui olim a puero paruulo
Mihi pædagogus *fuerat, quaſi vti mihi foret*
Cuſtos.

Nam adultioribus non iam pædagogi, ſed cuſtodes & rectores dabantur, nomine cum ætate mutato. Cicero pro Cælio: *Qui in ætate, niſi quiſe ipſe ſua grauitate & caſtimonia, & tum diſciplina domeſtica, tum etiam naturali quodam bono defenderet, quoquo modo a ſuis cuſtoditus eſſet*. Apud eumdem Plautum in Bacchid.

Non pædagogum *iam me, ſed Lydum vocat.*
Vixiſſe nimio ſatius eſt quam viuere;
Magiſtrum quemquam diſcipulum minitarier?

Papinius *Rectorem* vocat, vt noſter, Achill.

Hanc tibi, ait, noſtri germanam rector Achillis
Tradidimus.

Horatius *cuſtodem* Satyra 6. lib. 1.

Ipſe mihi cuſtos incorruptiſsimus omnes
Circum doctores aderat.

Rectores dicti. Cuſtodes. Virgilius & *comitem* & *cuſtodem* lib. 5. Æn.

Cuſtodem ad ſeſe, comitemque impubis Iuli
Epytidem vocat.

Spart. in Poſthumo, *Vt Saloninum filium ſuum* *Comites.* *eidem Gallienus in Gallia poſitum crederet quaſi cuſtodi vitæ & morum & actuum imperialium*. *Monitores.* Tamen *cuſtos grandioribus* ex Plauto in Mercat. Sic Lepidus datus Tiberio pro præceptore. Seneca pater Contr. 3. lib. 2. *Lepidus Neronis* (id eſt Tiberij) *præceptor*. Quem virum egregium dicit præfat. libri 9. Symmachus *monitorem* vocat lib. 3. epiſt. 13. Vt adminiculum Phœnicem, monitorem Achillis. Æſchylus in Prometh. [illegible] Et Plautus in Moſtell.

Ad legionem cum itant, adminiculum
Eis danunt, tum aliquem cognatum ſuum.

Noſter nominat *tutorem*. *Aſconio Labeoni, quo tutore* (id eſt cuſtode & rectore) *vſus erat, conſulatum petiuit*. *Tutores. Interpretatio Taciti.* Sic interpretor. Et Sueton. in Auguſt. cap. 48. *Rectorem quoque ſolitus eſt apponere ætate paruis*. Quod Tacit. libro 2. Annal. *tutorem* interpretatur. *Educatores.* Apuleius *educatorem* lib. 10. *Ad quendam compertæ grauitatis ſenem educatorem, protinus refert*. Et eundem *pædagogum* vocat. nam addit: *Ille repentina* *Magiſtri morum.* *pernicie pædagogus commotus*. Horum munus mores regere Virgilius:

Inſtant Mneſtheus, acerque Segeſtus,
Quos pater Æneas, ſi quando aduerſa vocarent,
Rectores iuueni, & morum dedit eſſe magiſtros.

Val. Flacc. 1. Argon.

Donat & Iphiclo pelagus iuuenumque labores
Æſonides, feſſum Phylace quem miſerat olim,
Non iam operum in partem, monitus ſed tradat vt acres;
Magnanimumque viros qui laudibus vrat auorum.

Auſonius in Gratiarum act. *Nonne olim apud veteres, multi eiuſmodi doctores extiterunt? An tu ſolus præceptor Auguſti? imo ego cum multis coniunctus officio, ſed cum pauciſsimis ſecretus exemplo. Nolo Conſtantini temporum taxare collegas, Cæſares docebantur. Superiora contingam*. Sic ait: ſed tamen inter ea differentia quædam eſt. Nam Plinius epiſt. *Cum patrem*. 3. epiſt. *In hoc lubrico ætatis, non præceptor modo, ſed cuſtos etiam, rectorque quærendus*. Et ſane *Silanus Caſsius* Germanici Cæſaris præceptor fuit. Plinius libro 7. cap. 34. *Quirinus*; Caio Cæſari filio Auguſti, Armeniam obeunti, rector datus eſt. Noſter 3. Annal. & vocat, *rectorem & pædagogum*. Soſibius Britannici fuit educator. Noſter Annal. 11. *Sed Claudius querebatur Barbarum & olim ſuperiumentarium e(?) induſtria ſibi appoſitum*. Sueton. 2. in Claud. *Soſibius Britannici.* quod ſpectet Soſibium neſcio ambigui iuris eſt. *Anicetus*, pædagogus fuit Neronis. Suetonius in Neron. cap. 35. & poſt eum Seneca. *Seneca Neronis.* Nam Annal. 13. ita loquitur. *Quartus decimus annus eſt, Cæſar, ex quo ſpei tuæ admotus ſum, octauus vt imperium obtines*. *Illi magiſtri aliquando ingenui.* Aliquando ad iſta pædagogia *ingenui*, aliquando *ſerui* frugi, & bene morati deligebantur, vt ille *Lydus* apud Plautum in Bacchid. *Aliquando ſerui.* Aliquando *liberti*. Aliquando etiam *ſacerdotes*. Pl-

Filij Regum ſacerdotibus dati ad inſtituendū.

nius Iunior habuit Quintilianum, & Nicæam ſacerdotem præceptores. Filij Regum apud Iſraelitas, educandi dabantur ſacerdotibus, lib. 2. Reg. cap. 2. quod Chriſtiani imitati ſunt & præcipue Chriſtianiſſimi Francorum reges, ſub primis regibus & poſtea. *Genuit Salomonem, & Dominus dilexit eum, miſitque in manu Natham Prophetæ.* Quod factum ſapienter, imo ex vero ſpiritu Dei. Nam nulla re tantopere Reſpublica Chriſtiana eget, quam principe pio, & timente Deum, & religio Chriſtiana eſt pro anima imperij Chriſtiani. *Labia* vero *ſacerdotis veram docent ſcientiam*, ait Scriptura. Quod ſi ſapientia Salomonis habuit præceptorem Prophetam, eius inſipientia habuit mulieres.

Vere ex ſpiritu Dei.

3 Et cæteris pericvlorvm præmiorvmqve ostentator.] Id eſt, qui militi furenti oſtenderet, in quæ pericula per ſeditionem ſe conijceret, & quæ præmia habiturus, ſi quieſceret. Hac enim ad rationis domicilium iter eſt. Nam homines blande tractari volunt & debent. Plinius 8. epiſtolarum, epiſtola, *Quæris.*

Vt laus eſt ceræ, mollis cedenſque, ſequatur
Si doctos digitos, iuſſaque fiat opus.
Sic hominum ingenium flecti, ducique per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Et hæc nouiſſe Regum rudimentum eſt.

Druſo propinquanti quaſi [1] per officium obuiæ fuere legiones, [2] non lætæ, vt adſolet, neque inſignibus fulgentes, ſed inluuie deformi & vultu, * quanquam mœſtitiam imitarentur, contumaciæ propiores. Poſtquam vallum introijt, [3] portas [4] ſtationibus firmant: globos armatorum certis caſtrorum locis opperiri iubent: cæteri, tribunal ingenti agmine circumueniunt. Stabat Druſus, [5] ſilentium manu poſcens. illi quoties oculos ad multitudinem retulerant, vocibus truculentis ſtrepere, rurſum viſo Cæſare, trepidare. murmur incertum, atrox clamor, & repente quies, diuerſis animorum motibus pauebant terrebantque. Tandem interrupto tumultu [6] literas patris recitat, in queis perſcriptum erat, *præcipuam ipſi fortiſſimarum legionum curam, quibuſcum plurima bella tolerauiſſet. Vbi primum a luctu requieſſet animus, acturum apud Patres de poſtulatis eorum: miſiſſe interim filium, vt ſine cunctatione concederet quæ ſtatim tribui poſſent: cætera ſenatui ſeruanda, quem neque gratiæ, neque ſeueritatis expertem haberi par eſſet.*

In dijudicando præmia & pericula conferenda.

* & quāquam

Optimus index animus qui nec gratia nec ſeueritate mouetur.

Obuiare duci venienti officiū legionum: ſed Druſus non dux, ſed filius Imperatoris & frater Ducis. ideo ſcribit quaſi.

1 Per officivm obviæ fvervnt legiones.] Bene *per officium*, & ita ſolebant. Sic enim Val. Max. lib. 5. cap. 5. de Druſo in Tiberium fratrem. *Eo ipſo quo vita & mors diſtinguuntur momento, legiones cum inſignibus ſuis fratri obuiam prodire iuſſit.* Quod factum proconſulibus docet L. 4. §. antequam. de offic. Proconſul. Silius lib. 6.

Aggere Conſul
Tendebat dextram, & patria veſtigia primus
Ponentem terra, occurſu celebrabat amico.

Emendo locum de hac re in Sueton. *Oſtienſibus quia ſibi ſubeunti Tiberim ſcaphas obuiam non miſerant, grauiter correptus, vt in ordinem ſe coactum conſcriberet* (lege, *conquerens ſcriberet.*) *repente tamen etiam non ſatisfacientibus veniam omni modo dedit.* Et certe principibus aduenientibus honoris cauſa ex omni ordine ſemper itum obuiam. Dio vbi de Traiano, Reges ait cum muneribus veniſſe obuiam, eique dediſſe equum ita edoctum vt eo viſo genibus flexis illum adoraret. Et idem author de Adriano. *Seruiano ſororis viro*, inquit, *iam detulit, vt ei venienti e cubiculo ſemper occurreret.* Tacitus lib. 4. *Obuias tribus, ſimul læto cultu Senatum habuit.* Et idem 16. Annal. *Omni ciuitate ad excipiendum principem, ſpectandumque regem effuſa, Thraſea occurſu prohibitus, non demiſit animum.* Et Salluſt. in frag. ſic ſcribit loco corrupto palam. *In vlteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus, Metellus, magna gloria concurrentium vndique virile & muliebre ſecus per vias ac tecta omnium viſebatur. Cum quæſtor C. Vibius alijque cognita voluntate*, &c. Lege *cognata voluntate*: & pro *virile & muliebre ſecus*, lege, *virilis & muliebris ſexus*: & pro *in vlteriorem Hiſpaniam*, legē, *ex vlteriore Hiſpania.* Sic habebis vera pro falſis. Et Liuius lib. 7. de Decio: *pro ſe quiſque obuiam effuſi, laudant, gratulantur, ſingulos vniuerſoſque Senatores ſuos vocant.* Contra, ſi non eatur, deſpectio eſt. Cicero ad Att. 2. epiſtola 1. *Interamnem introiſſe, non eſſe itum obuiam, ne tum quidem eam iri maxime debuit.* Taliſque deſpectio peperit patri Oppiani qui de piſcibus ſcripſit, diuturnum a Seuero exilium. Idem Sueton. in Caligul. cap. 4. *E Germania, poſt compreſſam ſeditionem reuertenti, Prætorianas cohortes vniuerſas prodijſſe obuiam, quamuis pronunciatum eſſet vt duæ tantum exirent. Populi autem Rom. ſexum, ætatem, ordinem omnem, vſque ad 20. lapidem ſe effudiſſe.* Sic Cicero in Piſonem: *Quis tibi, non dicam horum, aut ciuium cæterorum, ſed legatorum obuiam venit? Nullius negociatoris, etiam obſcuriſſimi, reditus*

Obuiare principibus mos.

Salluſtius correctus.

Obuiatio omnis ſexus, ætatis, ordinis.

Ad 20. lapidē.

tus fuit vnquam deſertior. Sane noto rem alioqui non vulgarem, itum fuiſſe obuiam etiam litteris principum, quas *Laurata* vocabant, quia lauro decoratæ & inuolutæ. Sic enim Concil. Nic. 2. *Laurata, & icones miſſas ad ciuitates, vel regiones, obuij populi cum cereis & incenſis: non cera perfuſam tabellam* (id eſt litteras cera obſignatas) *honorantes, ſed imperatorem.* Et longe ante, litteræ Cæſarum victoriarum nunciatrices, lauro opertæ. Iuuenalis:

Obuiare litteris principis mos. Sic laurata dicta. Cur ita. Obuiatio cum cereis. Cum incenſis.

-- Venit a Cæſare laurus
Ingens.

Et Ouidius alicubi, ſi bene memini verſuum.

Non ego victrices lauro redimire tabellas.

Quod alicubi notat Dio. Icones etiam illæ, principis erant imagines, vt opinor, ex cera. Quod apparet ex lib. 12. Cod. Tit. publicæ lætitiæ, & cæt. Inter priuatos etiam illæ obuiationes frequentes, teſteſque amicitiæ & obſeruantiæ. Cicero in epiſt. ad Attic. alicubi. *Grauiter tulit Dionyſium quendam ſibi non factum obuium.* & Papin. lib. 2. Theb.

Quid icones. Quæ ex cera. Priuatis etiam obuiatio.

Venit attonitæ Cadmeius heros
Obuius.

Et Rutilius etiam ſibi venienti currum, & equos obuiam miſſos ſcribit.

Miſſi equi, & currus.

Puppibus ergo meis fida in ſtatione locatis,
Ipſe vehor Piſas, qua ſolet ire pedes.
Præbet equos, offert etiam carpenta Tribunus,
Ex commilitio charus & ipſe mihi.

Imo etiam dona miſſa appulſis, vt Apuleius habuit a Birrhena libro 3. Metamorph. Sic hoſpitalitatis iura apud paganos exculta, quæ apud Chriſtianos hodie neglecta, non ſine verecundia.

Et dona.

2 NON LÆTÆ, VT ADSOLET, NEQVE INSIGNIBVS FVLGENTES.] Id eſt, non læto vultu, non læto cultu, & armis nitentes. Nam nitelæ militum in ſignis, armis, & veſtibus. Vtiturque verbo (*fulgentes*) Tacitus vti Suetonius, quamuis non proprie, vt aiunt Grammatici. Nam proprie *Fulget* quod natura fulget, vt ignis & ſol. *Splendet*, quod artificio, vt aurum, argentum. Fronto Grammaticus & ex Grammaticorum ſchola. Et ſane curæ erat tribuni, vt milites niterent, & bene veſtirentur. *De armis*, ſic ille Plautinus Pyrgopolynices.

Nitella militū. In armis.

Curate vt ſplendor meo ſit clypeo, clarior,
Quam ſolis radij eſſe olim eum ſudum ſt ſolent,
Vt vbi vſus veniat, contra conſerta manu,
Oculorum præſtringat aciem in acie hoſtibus.

Splendentibus.

Et Iuuenalis Satyra 11.

Argenti quod erat ſolis fulgebat in armis.

Argento.

Sic ἀργυράσπιδες dicti milites Alexandri. Papinius 8. Thebaid. in luctu hæc neglecta ſcribit.

Et eluuione.

Quæ tibi tunc facies, poſtquam permiſſa gemendi
Copia? qui fletus galeis cecidere ſolutis?
Nil ſolitum feſſos iuuat. abiecere madentes,
Sicut erant, clypeos. nec quiſquam ſpicula terſit,
Nec laudauit equum, nitidæ nec caſſidis altam
Compſit adornauitque iubam. vix magna lauare
Vulnera, & efflantes libet internectere plagas.

Spicula & clypei terſi. Equi. Caſſis compta. Ornata iuba.

Apul. 9. Metam. *Galeam nitore præmicantem, & ſcutum, &*, addit, *lanceam longiſſimo haſtili conſpicuam.* Dio autem lib. 63. ait theatrum tenuiſſe milites armatos ſplendidiſſime, eorumque arma & ſigna reluxiſſe, inſtar fulguris. Sueton. in Iulio cap. 67. *Habebat* (inquit) *milites iam cultos, vt argento & auro politis armis ornaret, ſimul & ad ſpeciem*, &c. Salluſt. 3. hiſt. *Equis & armis decoris omnibus cultus.* Imo totus exercitus fulgebat. Claudian. 4. Conſ. Honor.

Lancea haſtili conſpicua. Arma & ſigna militum inſtar fulguris. Milites Iul. Cæſaris in auro & argento. Fulgens exercitus.

Exercitus vndique fulgens
Adſtitit, ambitur ſignis auguſtior infans.

Vtque arma militum fulgentia, ſic ſigna. Horatius.

Seu te fulgentia ſignis
Caſtra tenent.

Caſtra fulgentia.

Et noſter Annal. 15. *Huic agmina legionum ſtetere, fulgentibus aquilis, ſigniſque, & ſimulachris in modum templi.* & hiſt. 4. *Fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis.* Vt ſcias iſtas munditias ad exteros etiam migraſſe. Quin & tota acies fulgens. Horat. Sat. 2. lib. 2.

Aquilæ & ſigna nitentia ad inſtar templi. Etiam exteris.

Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus.

Nec tantum fulgebant ſigna, ſed ornabantur. Quippe coronabantur, & inſertabantur, vt ait Papinius, & etiam vngebantur, propter Deorum ſimulachra, & Cæſarum, quæ in ſignis. Arnob. adu. gent. lib. 7. *Etiam dij ſertis, coronis, & floribus afficiuntur.* De ornamento, Sueton. cap. 13. in Claud. *Intra quintum diem oppreſſus eſt, legionibus, quæ ſacramentum mutauerant, religione in pœnitentiam conuerſis, poſtquam denunciato ad nouum imperatorem itinere, caſu quodam, an diuinitus? neque aquilæ ornari, neque ſigna conuelli, mouerique potuerunt.* De coronamento, Silius lib. 15.

Signa ornata. Coronata. Inſertata. Folijs viridibus vmbrata. Vt lauro.

Feſta coronatis agitabat laurea ſignis.

De florum inſertamento Claudianus.

-- ſigna rubeſcunt
Floribus.

Quod ſolum tetigit Lipſius. Et de folijs intextis, idem Poeta.

-- Subitis animantur frondibus haſtæ.

Martialis lib. 7. epigr. 5.

Martia laurigera cuſpide tela virent.

Et Virgilius Eclog. 5.

Et folijs lentas intexere mollibus haſtas.

Papinius lib. 4. Achil.

Vibrauitque graui redimitum miſſile dextra.

Quod notandum, nec eſt peruius iſte mos in authoribus. Idemque author, Achill.

-- Diuæque ſeueras
Fronde ligare comas, & ſpargere floribus haſtam.

Floribus ſparſa.

De vnctione, Plinius nominatim ſcribit lib. 13. cap. 3. *Aquilæ* (inquit) *& horrida ſigna inunguntur feſtis diebus.* Vnde nummus cum hac inſcriptione, *Vnctio ſignorum.* Ad quod Tertullianus reſpexit in Pallio, cum ait de claua Herculis, *Cerebris fœtere malebat, quam vnguentis offenderetur.* Id eſt, quia claua erat ſymbolum fortitudinis, & claua Herculis viri fortis, a qua mollities aberat, malebat putere cerebris trucidatorum, quam humectari odoribus vnguentorum. Verrius in verbo, *Peri. Illum rudiculum picatum quo arma Quirini vnguit flamen Portunalis.* Lucret. 4. de amatore excluſo:

— Limina ſæpe
Floribus & fertis operit, poſteſque ſuperbos
Vnguit amaracino & foribus miſer oſcula figit.

Sic Cæſar Iulius, milites ſuos etiam dixit *vnguentatos bene pugnare poſſe.* apud Sueton. cap. 67. Et Philo in Flaccum, ait ſatellitium Flacci nitidum fuiſſe clypeis argenteis & armis aureis. Iſta autem vnctio in rebus ſacris, vt erant ſigna; a Iudæis primum. Nam 30. Exod. *Facies* (inquit) *vnctionis oleum ſanctum, vnguentum compoſitum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum teſtimonij, & arcam teſtamenti.* Et a Iudæis fluxit ad Perſas, qui id omne, quod reuerebantur, vngebant. Sic enim Cydaram regiam vnguentis perfundi apud eos ſcribit Athen. vnguento, vt arbitror, regali: & cuius confectionem dat Plinius lib. 13. cap. 2. hiſt. nat. Tertull. de corona: *Adumbratur lemniſcis, vnguentis delibuitur.* A Perſis venit ad Græcos. Sic Plato Homerum delibutum vnguentis e Rep. ſua magnis encomijs abijcit. 3. Polit. Quod etiam Themiſtij pater fecit Epicuro, quem Philoſophorũ cœtibus expellit vnguentis madidum. Sic Ptolomæus corpus Cleomenis iuſſit ſuffigi cruci vnguentatum probè. A Græcis fluxit ad Romanos, qui *Deos* ſuos perfundebant vnguentis, vt docui ſupra, & *effigies imperatorum*, & quidquid reuerendum & ſuſpiciendum putabant. Martial. lib. 8. epigr. 33. de pegmate perunctò.

Vnctio in rebus ſacris a Iudæis. *Vnctum Domini tabernaculũ.* *Perſæ omnia chara vnguentis perfundebãt.* *Cydara vnguentata.* *Vnguentum regale.* *A Perſis ad Græcos iſtud.* *A Græcis ad Romanos.* *Imperator. effigies vnguentatæ.*

Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum,
Pallida quam rubri diluit vnda croci.

A Romanis, ad Chriſtianos. Prudentius in hymno Diui Hippol. vbi de reliquijs huius Martyris & peregrinationibus ad tumulum, & intra quartum centenarium, nequis effugium quærat.

A Rom. ad Chriſtianos.

Mane ſalutatum concurritur: omnis adorat
Pubes, eunt, redeunt Solis ad vſque obitum.
Conglobat in cuneum Latios ſimul, ac peregrinos
Permixtim populos relligionis amor.
Oſcula perſpicuo figunt impreſſa metallo,
Balſama diffundunt, fletibus ora rigant.

Sic etiam iuuenum paganorum laſciuia, vnguentis *portas* amantium humectabat, quas ideo Perſius vocat *vdas*, Satyra 5. & *vnctas feneſtras*, idem eodem. vt Catullus *tepida limina* in carmine cui nomen Atys. Perfundebant etiam vnguentis *tumulos*, & *vrnas* defunctorum: Etiam *veſtes, menſas,* imo & *crepidas* mulierum, & virorum. vnde *myrobathrarij* in Aulul. Plauti & Moſtell. Quod Otho docuit Neronem, ait Plin. Etiam *arbores* auratas. Theocrit. Eidyl. 18. & apud Plinium Iuniorem epiſt. 9. Aliaque chara *animalia*, vt *hirundines, murænulas* & *delphinos*. De quibus vide Plinium auunculum lib. 9. cap. 8. & libro 13. cap. 3. nat. hiſt. Sed quia de his dicere non eſt animus, redeo ad ſigna. Quæ ſi neque ornarentur coronis, fertis, & vnguentis, *inhonora* dicebantur. Et ita corrigo locum Taciti 4. hiſt. quo male repoſuere *innixa ſigna*, pro *inhonora*. Nam Codex regius, vt ait Lipſius, habet *in hora*. Sic faciem *inhonoram* dixit Silius libro 10. vbi de aquilis perditis.

Portæ meretricum. *Feneſtræ.* *Tumuli.* *Vrnæ.* *Veſtes.* *Menſæ.* *Crepidæ.* *Arbores.* *Delphini.* *Signa inhonora quæ?* *Facies inhonora.*

Iam Latius ſeſe Canuſina ad mœnia miles
Colligere, & profugos vicino cingere vallo
Cœperat, heu rebus facies inhonora ſiniſtris
Non aquilæ, non ſigna viris.

Sic Papinius Theb. 3. dixit,

Inhonoræ munera lucis.

Inhonora lux.

Et *inodora* etiam dici poſſunt ſigna, quæ nullo madeant vnguento, vt Perſius Sat. 6.

— Si cœnam funeris heres
Negliget iratus, quod rem curtaueris, vrnæ
Oſſa inodora dabit.

Oſſa inodora.

Id eſt, nullis vnguentis perfuſa. Apul. 4. Metamorph. *inodoros flores*, & *incoronata ſimulachra* dixit. Sic *inornatum caput* dixit Catullus, quod nullo ferto ornaretur. Sic Claud. *deformatas ſecures*, in Eutr. 22. Nec ſane mirum, ſi ſua ſigna ita Romani honorabant, cum in ſignis effigies principum, & ſimulachra Deorum. De Dijs Tertull. in Apolog. *Signa omnibus Dijs* præponit, dum ait. *Illi omnes imaginum ſuggeſtus inſignes, monilia crucium ſunt.* De principibus Xiphilinus in Vitellio: *Delent Vitellij imagines, ex ſignis, iurantque fidos Veſpaſiano fore.* De alijs Suetonius in Tib. cap. 78. *Munera miſit Syriacis legionibus, quod ſolæ Seiani imaginem inter ſigna non coluiſſent.* Etiam Perſæ in ſignorum & vexillorum ſupparis, *ſolem depictum* gerebant, vt Tertullian. docet in Apologet. Et Euſebius ait in vita Conſtantini li. 4. cap. 21. pro imaginibus Deorum ac principum iuſſiſſe eum *ſignum crucis* imponi ſignis & vexillis. Noſter lib. 1. hiſt. *Quatuor Centuriones cum protegerent Galbæ imagines, impetu militum ſunt abrepti.* Et idem de Vitellij ſignis. Etiam in ſignis Principum nomina litteris inſcripta. Sueton. in Veſpaſiano cap. 6. *Nomenque eius vexillis omnibus ſine mora inſcripſerunt.* Nec tantum ſigna vngebant, ſed & reuerebantur, & venerabantur. Nam Claud. de bello Getico.

Incoronata ſimulachra. *Inornatum caput.* *Deformatæ ſecures.* *In ſignis Deorum effigies, & Cæſarum.* *Etiam aliorum.* *Ideo ornabantur.* *Signa venerata.*

Turba ſalutatis effunditur obuia ſignis.

Quin ipſe etiam Auguſtus *ſigna ſalutabat.* Nam idem author 2. in Ruff.

Etiam ab Auguſto.

Auguſtus veneranda prior vexilla ſalutat,
Ruffinus ſequitur.

Loquitur autem de Chriſtiano principe *Crucem adorante*, quæ tum in ſignis. vide Euſebium cap. 21. Quod noto, quia perantiqua fuit illa adoratio & pictura crucis. Nam de Pictura, D. Hieronymus ad Lætam, de inſt. fil. *Vexilla militum crucis inſignia ſunt; atque ardentes diadematum coronas, patibuli Saluatoris pictura condecorat.* Quod contigit eos, qui eiuſdem authoris ex male notato loco damnatas imagines ſcribunt male. Sed ad quas non Claudius aras? De Adoratione crucis, Prudentius contra Symmach. vbi de Senatu Romano, tum maxime Catholico, & Chriſtiano, crucem adorante, & propter Chriſtum & crucem carcerum pœnas tolerante.

Qui Chriſtiani. *Crux Chriſti inſignis.* *Ideo adorata a principibus Chriſtianis.* *Peruetus illa adoratio.* *Vt pictura crucis apud Chriſtianos.* *Senatus Romanus maxime Catholicus.*

Ipſe Senatorum meminit clariſſimus ordo,
Qui tum concreto proceſſit crine, catenis
Squallens carcereis, aut nexus compede vaſta,
Complexuſque pedes victoris, ad inclyta flendo
Procubuit vexilla iacens. Tunc ille Senatus
Militiæ vltricis titulum (id eſt crucem) *Chriſtique verendum*
Nomen adorauit, *quod conlucebat in armis.*

A paganis ob fidem Chriſti in armis carceres coniectus adorat crucem. *Quæ in vexillis.*

Quippe

Crux & Chriſti nomen in armis, ſignis, clypeis, & galeis militum.

Quippe in militum armis, in clypeis, in caſſide, & in ſignis aureis, litteris X. & P. inter *α & ω Chriſti nomen cruci intextum*, aut pictum, aut ſculptum. Euſeb. in vita Conſtant. libro 4. cap. 21. Nam ita idem Prudentius in Pugna.

Crux Chriſti gemmis ornata.

Agnoſcas Regina libens mea ſigna neceſſe eſt,
In quibus effigies crucis, aut gemmata refulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.

Facta ex ſolido auro.

Et in frontibus. Tertullian. *Ad omnem actum, ad omnem progreſſum frontem ſigno crucis terimus.* & Diuus Auguſtinus Pſalmo 36. *Crux a locis ſuppliciorum fecit tranſitum ad frontes imperatorum.* Gaudentius ex lectione Euangelica tractatu ſecundo ita Tertulliani verba imitatur, *Signum Chriſti in corde, in ore, in fronte, inter cibos, in lauacris, in cubilibus, in ingreſſu, in egreſſu, in lætitia, in mærore.* Inde turpis interpretatio notanda eorum qui ad cogitationem tantum verba Tertulliani referunt, opici interpretes. Inde tractum, vt nemo apud Chriſtianos crucifigeretur. Diuus Auguſt. in quæſt. vet. teſt. quique patibula in cruces verterunt, vt eruciatum Chriſti horror eſſet, ij non modo deteſtandi, ſed nefandi ſunt & abominandi inter Chriſtianos, imo Chriſtiano nomine non cenſendi. Nam crux ſignum Dei viui eſt. Hoc autem ſignum *labarum* vocabatur, & ita vocat Euſeb. in vita Conſt. fulgebatque gemmis. Quod Prudentius demonſtrat.

Signum labarum. Purpureum.

Chriſtus purpureum, gemmanti textus in auro,
Signabat labarum, clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.

Quidam laborum vocant.

Cuiacius ait in illo Tit. de præpoſitis laborum legiſſe ſe in actis Concil. Nicæni vocari *laborum*. Tamen Prudentius qui tum viuebat refragatur, qui *labarum* vocat, vt multi authores: & carminis ratio non *laborum*, ſed *labarum* poſcit. Et huius verbi ſignificatio pendet deciſa nondum. Non male tamen a Chriſtianis vexillum laborum dici potuit, quia *Crux laborum vexillum* eſſet. Et hoc ſcribit D. Gregorius Nazianzenus oratione 3. in Iulian. Sic *laborioſam hebdomadam* dixere Latini patres, quia Chriſtus crucem ſubijſſet, & toto tātiſque ieiunijs & laborioſis illa hebdomas transigeretur ad memoriam Paſſionis Chriſti. Nos Franci hodie dicimus *La ſepmaine pœneuſe.* Ne tamen recedamus a noſtra vnctione, quæ crucibus etiam & ſignis Chriſtianorum infundebatur, ſic addit Prudentius.

Non male, & ex vſu Eccleſiæ.

Hebdomadalaborioſa cur dicta?

Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes,
Vnde ſacrum referat regali chriſmate ſignum.

Id eſt, crucem delibutam vnguentis. niſi de baptiſmo accipias, in quo & crux, & vnctio olei, & abrenunciatio Sathanæ, frequentes apud Tertullianum, cæteroſque Chriſtianos veteres. Nec omitto iſtud D. Hieronymi in vita Hilarionis: *Prouolutus genibus, Chriſti crucem ſignauit in fronte.* Nunquid cogitatione? Ridiculum acumen. Non prætereo Virgilium tradidiſſe quomodo arma fulgerent. Nam ita ſcribit lib. 7. Æneid.

In baptiſmo crux, oleum, & Sathanæ abrenunciatio.

Arma aruina laceſſunt. Ex argentaria creta.

Pars læuet clypeos & ſpicula lucida tergent
Aruina pingui.

Vt etiam *creta argentaria*, quod tradidit Plinius lib. 17. cap. 8. quæ ita nominatur, quod maxime ſit apta ad eluendum argentum: vt tradit idem author libro 32. cap. 17. At ex argento priſcæ aquilæ, & in ædibus priuatis, habebant Romani, qui argentum eluerent. Plautus in Pſeud.

Cur argentaria dicta. Aquilæ priſcæ ex argento.

Tu eſto lectiſterniator, tu argentum eluito,
Tu idem ſternito.

Etiam ex *Samiario lapide*, qui forte creta argentaria, quod a viris doctis notatum eſt, & inde *arma terſa*, *ferramenta Samiata*, *calciamenta fortia* in Aureliano, vti & *amurca oleæ*, in æramentis præcipue. Plin. lib. 15. cap. 8. Atque etiam *aceto*. Idem lib. 33. cap. 9. Sic ſigna fulgebant & Romanæ aquilæ. Sed addo aliam rationem, ex Paganorum thecis, cur arma militum & ſigna niterent, quod ſcilicet ex *acuminibus auſpicarentur*. Nam ſi lucida ſigna, bonum omen; ſi ſordida, malum portendi arbitrabantur. Quod docet Arnobius contr. gent. *Martium diſcrimen obeuntes* (inquit) *ſpem prælij ſumitis, & ex acuminibus auſpicamini.* Et Dio inter omina malæ pugnæ Pompeianarum partium in Iulium ſcribit *ſigna militaria araneis fuiſſe & aranearum telis ſordida*. lib. 41. Quod ad enſes, & ſpicula militum, cæteraque referri debet, vt ad ſigna. Et Romana gens magna auſpiciorum cultrix, & nimia. Plautus in Epidico ad hanc rem:

Samiatius lapis optimus ad tergendum. Amurca oleæ.

Acetum.

Habete animum bonum: liquido exeo foras
Auſpicio, aui ſiniſtra, acutum cultrum habeo
ſenis qui exenterem marſupium.

Sic omina capiebant.

3 PORTAS.] Eadem memorantur noua Quintil. declamat. his verbis. *Cum alij excubent armati, alij clauſtra portarum tueantur, alij vallum foſſaſque ſcutis annixi cingant, cibum ipſum ſtantes rapiant, Tribunus inter ſcorta volutabitur?* Et Plin. lib. 2. cap. 10. vbi de apibus. *Hæc interdiu ad portas ſtatio more caſtrorum, noctu quies eſt in matutinum, donec excitet vna gemino aut triplici bombo, vt buccino aliquo.* Sic Cæſar 4. de bel. Gallico. *Hi qui pro portis caſtrorum in ſtatione erant, Cæſari renunciarunt.* Et Virgil. 4. Geor.

Munia militum in caſtris. Portæ caſtrorum firmatæ.

Apes caſtrorum imitatrices.

Stationes in portis caſtrorum.

Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti.

Iuuenalis Satyr. vlt.

— Si ſubeantur proſpera caſtra,
Me pauidum excipiet tyronem porta ſecundo
Sidere.

Et in epiſtola preſbyterorum Romanorum ad D. Cyprianum: *Caſtrorum cœleſtium excubent portis, ſed armati modeſtia.* Erant autem caſtrorum portæ quatuor, de quibus alias dicemus: & erant anguſtæ. Cæſar 7. de bello Gallico: *Parſque ibi cum anguſto exitu portarum ſe premeret.* Et Agathias lib. 4. portulam præſidij ingrediebatur, (id eſt exiguam portam) ſed ſagittis conficitur. Claues autem portarum dabantur Tribunis: quod L. 12. D. de re milit. §. vlt. nos docet, & merito, quaſi huius armatæ domus cuſtodibus, & ianitoribus.

4 STATIONIBVS FIRMANT.] Statio verbum eſt caſtrenſe, & in caſtrenſi opera proprie vſurpatum. Sic Salluſt. 2. hiſt. *Noctu diuque ſtationes & vigilias tentare.* Stationes

Statio pro loco, in quo ſtationes.

autem dicebant, non modo loca in quibus milites præſidia agitabant, ſed etiam ipſum præſidium & ipſius præſidij munus. De *loco* Virgil. 9. Æneid.

Pro militibus ſtationarijs.

Et pro ſtationũ opere.

-- Seruantque vices ſtatione relicta.
Ipſe comes Niſo graditur.

De *præſidio*, Papin. 12. Theb.

-- Immiſſo ceſſit ſtatio horrida ſomno.

De *munere*, Tertullianus de corona. *Iam & ſtationes alij magis faciet, quam Chriſto*? Et ad vxorem. *Si ſtatio facienda eſt.* Ex quo apparet verbum *ſtationum* iam tum, & temporibus vetuſtis Tertulliani, frequentatum & a Chriſtianis, vt a D. Paulo, quod noſtra etiam tempeſtate viget in Eccleſia Catholica. Stationes autem illæ indicebantur ab Epiſcopo, quaſi Imperatore, & peragebantur a fidelibus Chriſtianis, quaſi militibus. Nam aut in baſilicis, aut cœmeterijs, indictis ſtationibus, ad memorias (id eſt reliquias) martyrum (ſic enim nuncupabant) in ieiunio & oratione excubabant, peruigilia ducebant, ſacraſque Liturgias (id eſt Miſſas) & ſacras ſynaxes operabantur. Chriſtiani autem ſe milites Chriſti profitebantur, omneſque qui in hac militia nomen non dediſſent, paganos vocabant. Ideo apud Chriſtianos frequentia ſunt verba caſtrenſia. Et oppoſita ſemper inter ſe *Chriſtianus miles* & *paganus*. Sic D. Cyprianus *caſtra Chriſti*, Eccleſiam vocat, & Chriſtianos *pugnantes*, qui pro fide pugnando patiebantur. Etiam *ſignatos milites*, quia ſigno Crucis in fronte notati: nec tantum in *fronte*, ſed in galea, in clypeis, in veſtibus, & vbique ſignum illud præferebant: quod reſpuunt non Chriſtiani. Quemadmodum & Hieroſolymitani equites etiam hodie in pallijs. D. Paulus vero, nihil tam ſæpe memorat in epiſtolis, quam galeam, loricam, gladium Chriſtiani militis. Tertull. libro ad martyr. *Vocati ſumus ad militiam Dei viui, iam tunc, cum ad ſacramenti verba reſpondimus*, id eſt, in baptiſmo, in quo interrogamur: Quid petis? Baptiſmum. Vis fieri Chriſtianus? volo: quæ ſunt verba ſolennia Chriſtianorum in baptiſmo. Et idem exhort. ad caſtit. *Nonne enim & milites ſumus?* Sed hæc alias, Deo iuuante, & opere proprio. Nunc paganalia tracto, quibus inſeruiſſe vetera Chriſtianorum, & nobis occurrentia inſtituta, quis Chriſtianus inuideat?

Stationes in Eccleſia Catholica.

Memoria martyrum.

Chriſtiani ſunt milites.

Chriſtianus & paganus oppoſita.

Caſtra Chriſti.

Signati milites.

Equites Hieroſolymitani.

Armatura militis Chriſtiani.

Militia.

Tertullianus explicatus.

5 SILENTIVM MANV POSCENS.] Perſius Satyra 4. docet hoc in vſu fuiſſe.

Silentium manu imperatum.

Fert animus calidæ feciſſe ſilentia turbæ
Maieſtate manus.

Miles enim plus audire debet quam loqui, ait Amm. Marcellinus lib. 21. Quod tritum. Et Pallas ille Claudij libertus lib. 14. Annal. *nihil vnquam ſe domi, niſi nutu, & manu ſignificaſſe* dicit. Virgil. 12. Æneid.

Nutu etiam.

Significatque manu, & magno ſimul incipit ore.

Sic Actuum 20. *Rogo te* (inquit D. Paulus) *permitte mihi loqui ad populum. Et cum permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus annuit manu ad plebem, & magno ſilentio facto alloquutus eſt.* Lucanus lib. 1. Ciuil.

Dextraque ſilentia iuſſit.

Sic Xiphilinus in Adriano, ait *præconem ſublata manu, ſibi ſilentium impetrauiſſe.* Nam aliquando voce ſilentium imperabant, vt infra. *Iuſſos milites dicta cum ſilentio accipere.* Loquitur de Cæcinna. Sic Domitianus ad milites, *Silete* dicebat. Aliquando etiam per *præconem*, vt apud Liuium 28. in orat. Scip. ad ſeditioſos milites. Et Sueton. in Domit. cap. 13. *Tacerent iuſſit præconis voce.* Ergo male Xiphilinus idem in Hadriano, *manu ſemper, nunquam voce ſilentium imperaſſe præconem.* Quod abſurdum. Aliquando etiam *capite* ſilentium, & *oculis*, qui ſæpe pro verbis. Tertull. enim ita: *Etiam ſi ore tacet ille Chriſtianus, capite reſpondet.* Nam Chriſtiani omnes non multiuerbij, ſed pauciuerbij. Plautus in Milite glor.

Voce.

Per præconem.

Reprehenſus Xiphilinus.

Capite.

Oculis.

Oculis mihi ſignum fecit ne ſe appellarem.

Apul. 10. Metamorph. *Nutu & oculis quæ mandaret Iupiter ſignificant.* Eſt etiam qui digitis crepantibus imperaret ſilentium, vt in Petronij Satyrico his verbis. *Vt infractis manibus congemuit, eiuſmodi carmen effudit.* Et poſtea: *Trimalcio, lautiſſimus homo digitos concrepuit. Ad quod ſignum matellam ſpado adpoſuit.* Eſt apud D. Hieronym. de quodam Grunio arido magiſtello declamatore, qui *crepitu digitorum ſilentium ſibi parabat*, his verbis ad Ruſticum, tomo primo epiſt. 4. *Cum menſa poſita librorum expoſuiſſet ſtruem, adducto ſupercilio, contractiſque naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc ſigno ad audiendum diſcipulos prouocans: Tum meras nugas fundere, & aduerſus ſingulos declamare.* Simile eſt, quod *contracto pollice & preſſo* eſſet fauoris indicium, *auerſo*, ſignum animi auerſi. Et cape de eodem ſilentij modo Perſium Sat. 5.

Digitis crepantibus.

Explicatus Perſius.

I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.
Si increpuit, ceſſas nugator? ſeruitium acre
Te nihil impellit?

Martialis lib. 3. epigram. 81.

Digiti crepantis ſigna nouit Eunuchus.

Nam digiti pro lingua erant. Quod faſtidioſis in vſu eſt.

6 LITTERAS PATRIS RECITAT.] E tribunali ſcilicet. ſed noto interdum ſolitas recitari apud ſigna. *Miſi literas*, inquit M. Philoſophus apud Spartianum, *recitandas ad ſigna, quibus cum trecentis Armeniis & centum Sarmatis & mille ex noſtris præeſſe iuſſimus.* Nam quod forum eſt Romæ, ſigna ſunt in caſtris: ibi enim Imperatorum edicta recitantur, & figuntur. ſigna erant in principijs, Tribunal prope prætorium, & Augurale, quæ etiam in principijs, ſed remota.

Reſponſum eſt a concione, *mandata Clementi centurioni quæ* [1] * *perferret.* Is orditur de miſſione a ſexdecim annis, de præmijs finitæ militiæ: vt denarius diurnum ſtipendium * foret: ne veterani ſub vexillo

* proferret.

* foret, & ne veterani

xillo haberentur. Ad ea Druſus cum arbitrium ſenatus & patris obtenderet, clamore turbatur: *Cur veniſſet, neque augendis militum ſtipendijs, neque adleuandis laboribus, denique nulla benefaciendi licentia? At hercule verbera, & necem cunctis permitti. Tiberium olim, nomine Auguſti, deſideria legionum fruſtrari ſolitum. eaſdem artes Druſum retuliſſe.* [2] * *nunquamne niſi ad ſe filios familiarum venturos? nouum id plane, quod Imperator ſola militis commoda ad Senatum reijciat: eundem ergo Senatum conſulendum quoties ſupplicia, aut prælia indicantur. an præmia ſub dominis, pœnas ſine arbitro eſſe?* Poſtremo deſerunt tribunal, vt quis prætorianorum militum, amicorumve Cæſaris occurreret, [3] * manus intentantes, [cauſam diſcordiæ, & initium armorum] maxime infenſi Cneo Lentulo, quod is ante alios ætate & gloria belli, firmare Druſum credebatur, & illa militiæ flagitia primus aſpernari. Nec multo poſt digredientem cum Cæſare, ac prouiſu periculi hiberna caſtra repetentem circumſiſtunt rogitantes, quo pergeret? ad Imperatorem, an ad patres? vt illic quoque commodis legionum aduerſaretur? ſimul ingruunt, [4] ſaxa iaciunt. Iamque lapidis ictu cruentus, & exitij certus, adcurſu multitudinis, quæ cum Druſo aduenerat, protectus eſt.

* nunquamne ad ſe niſi filios

Militum audax dictum.

* annos intendentes

Factum improuiſum magis.

1 QVÆ PERFERRET.] Satis bene ſcriptum *perferret*, nam ſuperius dixit, *Vno retento Iulio Clemente, qui perferendis militum mandatis habebatur idoneus.* Puto tamen legendum *proferret*, quia non iam de *perferendis*, cum Druſus adeſſet, ſed *proferendis* militum mandatis ageretur. Sic ſupra noſter: *Proferri libellum, recitarique iuſſit.* Et vt ſcias ita legendum, ſtatim ſubiungit, *Is orditur a miſſione.* Quod meam firmat lectionem. Deinde ait, *Ob promptum ingenium.* Atqui, *perferendis* mandatis prompto ingenio non eſt opus, ſed prompto & propero pede: legendum ergo eſt, *proferret*, non *perferret*. Et ita emendandum puto locum Plinij lib. 18. cap. 1. loquitur de viatore ad Cincinnatum verba Senatus faciente. *Vela corpus*, inquit, *vt perferam S. P. Q. R. mandata.* Lego enim *proferam*, eadem ratione, qua iſto loco. Et apud Iuuenalem Sat. 6. idem error.

Plinius emendatus.

Iuuenalis etiam.

--Dictataque verba
Pertulit.

Lege *protulit.* Agitur enim de *proferendis* voti verbis ſolennibus, non *perferendis*. Vna littera magnas turbas facit in litteris. Et barda mea mens ſi excuſæ lectioni patrocinarer.

2 NVNQVAM NE NISI AD SE.] Orationis portentum. Inuerte ergo: nam peruerſa eſt: *Nunquamne ad ſe niſi filios familiarum venturos?* & oſcitantia eſt exſcriptoris, quæ frequens in his libris, vt in omnibus pæne manuſcriptis. Sueton. in Tito cap. vltimo. *Tantas mortuo gratias egit, laudeſque quantas congeſſit, ne viuo quidem vnquam atque præſenti*, pro, *quantas congeſſit ne viuo quidem.* Quod vidit Torrentius mihi merito amandus & reuerendus, quia me amauit. Sic infra: *Senatuque in quo ipſo*, pro *Senatu quoque in ipſo.* Et in fine libri 3. *Sua populique contumelia Romani*, pro, *ſua populique Romani contumelia.* Semel noto, vt hic vnicus ictus ſatis ſit ad exſcriptorum noſcendam obliuionem. Et noto etiam deſpectum & arrogantiam militis furentis, qua nihil magis belluinum & intolerabile.

Somnolentia exſcriptoris. Peruerſa ſcriptura.

Frequens his libris.

3 MANVS INTENTANTES CAVSAM DISCORDIÆ ET ARMORVM.] Lego, *annos intentantes*, non *manus*. Nam *intentare*, & *intendere*, *ius ſibi eſſe* dicunt Iuriſconſulti L. 13. de procurat. D. L. 5. *Si vſusfructus pet.* Intendere eſt profiteri, & mentem aperire, L. 5. de manumiſſ. D. *Intentare eſt etiam profiteri ſuam intentionem*, vt *intentare crimen.* L. 4. C. de Accuſat. Repoſui *annos*, & *manus* ſepoſui. Nam quando manus dedere cauſam diſcordiæ & armorum? At *anni* dedere, quia milites miſſionem petebant a ſexdecim annis, more Prætorianorum. Militum enim inuidia has turbas dabat. Et erat iugulus ſeditionis motæ & controuerſiæ militaris. Sueton. in Tib. cap. 25. *Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia, vt æquarentur ſtipendio Prætorianis Germaniciani.* Sic ille Clemens: *Orditur* (inquit Tacitus) *de miſſione a ſexdecim annis.* Ergo *annos* intendebant, & intentabant eſſe cauſam armorum. Apud noſtros Iuriſconſultos L. 9. ſi ſeruit. vindicet. ita capitur verbum intendere. *Poſſum intendere ius mihi eſſe ire agere.* Noſter lib. 4. Ann. *Cum alia omnia conquirerent, intenderentque.* Et lib. 12. *Multitudinem hoſtium Pollio, iuſſa patris Radamiſtus obtendebat.* Et lib. 2. *Intendere vera, aggerere falſa.* Et Tertull. in Apolog. *Conſtituimus, vt opinor, aduerſus omnium criminum intentionem.* Tamen in alia ſignificatione *intendere*, pro contra tendere. Vt *intendere manus.* Tacitus 3. *Druſus intenderat Seiano manus*, & 14. *Verberibus manus vltro intenderent.* Ergo iſtas falſarias

Tacitus correctus.

Cor.

Intendere pro prætendere.

manus abſcindito. Sic lex Cornelia iubet, & repone *annoi*. Idem error in eodem verbo, 3. Metamorph. Apuleij, *totius artis manus, machinas omnes ardenter exercet*, pro *totius artis immanis machinas ardenter exercet*. loquitur de Magia quæ ars immanis, quia dæmonum potentia fulcitur.

Getulicus Lentulus vir priſca nobilitatis.

4 INFENSI CN. LENTVLO.] Sed ex illa infenſione peruerſorum militum, nata ſeges gloriæ Lentuli, qui Getulicus fuit, quique inter primores ciuitatis, vna cum Druſo, ad legiones profectus erat. Vir certe antiquæ nobilitatis. Nam Iuuenalis:

Probat Iuuenalis.

Agnoſco procerem, ſalue Getulice, ſeu tu
Silanus, quocunque alio de ſanguine rarus
Ciuis, & egregius patriæ contingis ouanti.

Elogium eius a Tacito.

Habet in Taciro elogium magno viro dignum lib. 4. *Obiere*, inquit, *eo anno viri nobiles, Cn. Lentulus, & L. Domitius. Lentulo, ſuper conſulatum, & triumphalia de Getulis, gloriæ fuerat bene tolerata paupertas. Dein magnæ opes innocenter partæ, & modeſte habitæ.* Idem dicitur de eius fratre Augure; qui ex *ſumma paupertate ad incredibiles diuitias euectus eſt. Princeps enim ciuitatis, & gratia, & pecunia fuit*, ait Seneca. Sed non iiſdem moribus, & ingenio. Quippe ſordidus & auariſſimus, hic autem morum elegantia clarus. Lentulorum duas noto familias ex vno ſtipite, *Cneorum* ſcilicet, & *Publiorum*, quæ multos palmites fecere, iſto æuo claros. De Augure Tertullian. in Pallio: *Habes ſpectare, quod Cæcinna Seuerus grauiter Senatui impreſſit; matrona ſine ſtola in publico. Denique Lentuli Auguris Conſultis, quæ ſe ita exautoraſſet, pro ſtupro pœna erat.* Non erit extra lineam, adnotaſſe fœdum mendum eſſe in nomine *Lentuli*, in illa oratione, quæ Ciceronis eſſe dicitur in Salluſtium, cum Ciceronis non ſit. *Nihil aliud* (inquit) *ſtudet, niſi vt lutulentus ſus, cum quouis volutari*. Lego. *Niſi vt Lentulus ſuus, cum quouis volutari*. Intelligit enim de Pub. Lentulo Sura, Catilinæ ſocio & familiari. Cuius ingenium Cicero in Catil. deſcribit potenter, & luculenter. Noto hæc, vt ex vno facinore, innumera colligas, quæ ſunt in illa oratione.

Getulicus a ſumma paupertate, ad ſummas opes.
Sed innocenter partas & modeſte habitas.
Fratres diuerſi moribus & ingenio.
Duæ Lentulorũ familiæ.
Augur Lentulus.
Oratio correcta quæ fertur Ciceronis in Salluſt.

Seditio venenũ ciuitatis.

4 SAXA.] Cato ſeditionem vocat *venenum ciuitatis*. Et ſane caſtrorum hæc venenum fuit, erupturum ad omnium legionum perniciem, niſi ducis ſapientia obſtitiſſet. Moris eſt populi tumultuantis primum *vociferari*, mox vt cõmotior factus *depoſitis veſtimentis ad ſaxa, fuſtes, & gladios, faceſque* (quas Malleolos vocat Ammianus 27. quia ex malleolis vitium factæ) *præcipitanter ruere*: Et aliquando, more taurorum, *puluerem iactare*. Quæ omnia notaui in authoribus. *De vociferatione*, Actuũ Apoſt. 22. *Vociferantibus autem eis.* Et Cicero 4. ad Attic. epiſt. *Auere. Clamor*, inquit, *lapides, fuſtes, gladij.* Tacit. hiſt. 1. *Primani, Quintanique turbidi adeo, vt quidam ſaxa in Galbæ imagines iacerent.* Et Actuum Apoſt. 19. *Repleti ſunt ira, & exclamauerunt: Magna Diana Epheſiorum.* Et 14. *Nam cum clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet obruere.* Et Val. Max. lib. 7. de ſeditionibus, *C. Metellum Cenſorem lapidibus proſternere conatus eſt.* cap. 2. De *depoſitione veſtis*, eodem capite Actuum 22. *Proijcientes veſtimenta ſua.* Rurſus, *Depoſuerunt veſtimenta ſua.* De *ſaxis* Virgil. 1. Æneid.

Mos populi furentis.
Clamor.
Veſtis abiectio.
Faces.
Gladij.
Fuſtes.

Iamque faces & ſaxa volant.

Et Iuuenalis Satyra 15.

Saxa inclinatis per humum quæſita lacertis
Incipiunt torquere domeſtica ſeditione
Tela.

Capitolinus in Iuliano: *lapidationem quoque fecere deſcendenti cum militibus.* Spartian. in Æmiliano: *Eum omni ſeditionum inſtrumento & furore proſequuta eſt. ictus eſt lapidibus, petitus eſt ferro, nec deſijt vllum ſeditionis telum.* Quod notes. & Cicero 2. ad Attic. epiſt. 1. *Grauiter de Claudianis incendijs, trucidationibus, lapidationibus queſtus eſt.* Petr. Arbiter: *Lapides in Eumolpum recitantem miſerunt.* Aſinius Pollio lib. 10. famil. *Coniecti ſunt lapides in eum cum abriperetur Fadius.* Et Quintilianus declamat. 12. *Populus impunitum nefas ſine lapidibus prætcribit?* De *facibus*, Lucanus.

-- Inde ſagittæ,
Inde faces & ſaxa volant.

Et eleganter Silius lib. 5.

-- multa crinitum miſſile flamma.

Apuleius 2. Metamorph. *Conclamant ignem, requirunt ſaxa.* Nam iſtis facibus iaculabantur ignes in domos ad comburendum, & gladijs vtebantur ad occidendum, & fuſtibus ad trucidandum. De *reſperſione arenæ*, locus eſt in Actis Apoſt. cap. 22. *Puluerem iactantibus in aerem.* Et 2. Reg. cap. 16. *Semei ex latere montis contra illum gradiebatur* (loquitur de ſeditioſo, turbido & ſceleſto illo viro) *in caput Regis maledicens, & mittens lapides aduerſus eum, terramque ſpargens.* Etiam cinerem. Nam Mach. 2. cap. 4. *Vt intellexerunt conatum Lyſimachi, alij lapides, alij fuſtes validos arripuere: quidam vero cinerem in Lyſimachum iecere.* Quæ omnia oſtendunt in populo robur, ſed inſipidum, & imprudens: imo belluinum.

Arenæ iactatio.

Quæ duo vlciſcenda, ſed vltio tempore expectanda.

Noctem minacem, & in ſcelus erupturam fors leniuit. Nam [1] Luna clariore * pæne cælo viſa langueſcere. [2] Id miles rationis ignarus [3] omen præſentium accepit, ac ſuis laboribus defectionem ſideris adſimulans, [4] * proſpereque ceſſura quæ pergerent, ſi fulgor & [5] claritudo deæ redderetur. Igitur [6] æris ſono, tubarum, cornuumque concentu ſtrepere, prout ſplendidior, obſcuriorve lætari aut mœrere: & poſtquam ortæ nubes offecere viſui, creditumque conditam tenebris, vt ſunt mobiles ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes,

* repente cœlo. vel plane cœlo
* proſpera cenſent futura quæ peragerent

Paganorum nugax religio.

mentes, ſibi æternum laborum portendi, ſua facinora auerſari deos lamentantur. Vtendum inclinatione ea Cæſar, & quæ caſus obtulerat in ſapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria iubet. Mutanda inſipida in ſapientiæ ſaporem. Accitur centurio Clemens, & ſiqui alij bonis artibus grati in vulgus, [8] * in vigilijs, ſtationibus, cuſtodijs portarum ſe inſerunt, * hi vigilijs ſpem offerunt, metum intendunt. *Quouſque filium imperatoris obſidebimus? quis certaminum finis? Percennione & Vibuleno ſacramentum dicturi ſumus? Percennius & Vibulenus ſtipendia militibus, agros emeritis largientur? denique pro Neronibus & Druſis imperium populi Rom. capeſſent? quin potius vt nouiſſimi * in culpam, ita primi ad pœnitentiam ſumus? Tarda ſunt quæ in commune expoſtulantur, priuatam gratiam ſtatim mereare, ſtatim recipias.* *in culpa magna Malefacti pœnitentia ſera, ſed vtilis. Commotis per hæc mentibus, & inter ſe ſuſpectis, tironem a veterano, legionem a legione diſſociant. Tum redire paulatim amor obſequij, omittunt portas, ſigna vnum in locum principio ſeditionis congregata ſuas in ſedes referunt. ſunt tarda quæ a multis cita, quæ a paucis expetuntur.

1 LVNA CLARIORE PÆNE COELO.] *Tacitus correctus.* Luna quaſi luminum vna. Sed heic laborat & laboranti ſuccurrendum. Nam in eius ſinu multi Endymiones dormiunt. Sed nihil *Ratio correctionis.* muto: quin addo quod idem error in cap. 2. de teſtam. ext. *Et hoc pæne ex conſuetudine licuiſſe.* Vbi legendum *plane* non *pæne*. & Iſaias *Plane, & obſcure, oppoſita.* 32. cap. *lingua balborum velociter loquetur & plane*, id eſt, *non obſcure.* Verum hæc omnia non me mutant, quin legam *repente*. Nam (*re*) in fine verbi (*clariore*) initium verbi *Subita Lunæ obſcuritas pro prodigio.* *repente.* De obtenebratione *ſubita*, & repentina, quæ prodigium fuit militibus, Tacitus ſentit. vnde Lucanus ita:

Iam Phœbe toto fratrem cum redderet orbe,
Terrarum ſubita percuſſa expalluit vmbra.

Id eſt, clariore repente cœlo, vt interpretatur Tacitus. Et Cicero de ſuo Conſulatu, his verſibus non a Phœbo, non a Muſis alienis.

Quod ferme dirum in tempus cecinere Latinæ
Cum claram ſpeciem concreto lumine, Luna
Abdidit, & ſubito *ſtellanti nocte perempta eſt.*

Idem ſi ſereno cœlo tonat. Idem pauor, ſi ſereno cœlo intonuerit, quod Titum imperatorem perculit, dum viueret. Sueton. in Tito. Et Varro in Men. ex Nonio: *Admirantes quod ſereno lumine tonuiſſet.* *Sed hæc vana.* Quæ ſunt θαύματα mulierculaurum prorſus Panica. Credebant autem pagani Theſſalas ſtriges, qualis fuit Aglaonice Apollonio memorata Rhodio in picturarum commentarijs, deducere cœlo Lunam, carminibus & incantationum vi, ſi quando ſe obſcuraret. Sed illi deducti mente, qui ſibi iſta perſuadebant. D. Auguſtinus oſtendit clare Matth. 6. *Quædam de Luna mentiuntur homines, quando vident obſcurari Lunam, & dicunt, Malefici illam deponunt: cum certis temporibus ſuum defectum habeat, ſecundum ſuam diſpoſitionem. Non curat tamen illa verba hominum, illa quæ in cœlo eſt.* Non curat certe, quæ naturæ ordine ſe obſcurat. Et Concilio Arelatenſi can. quinto, *Eccleſia Catholica illos damnat qui clamoribus ſe obſcurantem Lunam iuuare putant & laborantem,* vt dicebant pagani. Quod erat valde inſulſum. Et laborare Lunam putabant, quod cum plena eſſet extingui videretur, cum veniſſet ad faſtigium noctis. Sed noto Lunam pro re pulcherrima poni, cuius deliquia pro malo omine apud paganos. *Pulchra vt Luna,* dicit rex ſapiens in Biblijs. Ideo Lunæ nomine gaudebant Reginæ. Vetus inſcriptio Tarraconæ: LVNÆ AVGVSTÆ SACRVM: vt enim magnos & claros viros Soles vocabant, ita claras fœminas Lunas & Cleopatras. Horat. in Satyris, 1. Saty. 7.

Solem Aſiæ Brutum appellat, ſtellaſque ſalubres
Appellat comites.

Cicero 6. in Verrem, *Selina Syriæ Regina Antiochi regis vxor.* Et Strabo 16. *Tigranes Cleopatram interemit, cui Luna fuit cognomentum.* Et filia M. Antonij Selena ſeu Luna. Suetonius 26. in Calig. Et in martyrologijs Phœba virgo. D. Paul. ad Rom. Inde Caligulæ fatui amores erga Lunam, quia demens & fanaticus, ſe Solem putabat. Dicta etiam *Seline filia Hyperionis*, quod Heſiodus narrat in Theogonia. Et dicti etiam fluuij duo Selini, quia Dianæ Epheſinum templum complecterentur, vel quia more Lunæ menſtruæ, creſcerent & decreſcerent fluuij, æſtiuo & hiberno tempore. Etiam Selinum quoque ſeu Selinis, ciuitas Ciliciæ, quæ poſtea Traianopolis, & in Sicilia altera, vt vrbium ambitionem notes, & de qua Virg.

Teque datis linquo ventis palmoſa Selinis.

Selenites lapis, ita dictus, quod Luna plena, plenior ſit; Luna vacua, vacuus. Quod ſcribo, vt πανσέληνον habeas non ἀσέληνον.

2 ID MILES RATIONIS IGNARVS.] *Miles Imperatore magis ſapuit.* Scite equidem in milite Romano Romuli nepote. Cum Ouidius alicubi de Romulo:

Scilicet arma magis, quam ſidera, Romule, noras.

Nec enim militem magis ſapere quam Imperatorem oportuit. Et recte Tacit. hiſt. 1. *Tam neſcire quædam milites, quam ſcire oportet.*

3 OMEN PRÆSENTIVM.] *Romani ſuperſtitioſi.* Superſtitioſi Romani valde, & curioſi ominum captatores. *Nil ſine augure.* Nihil enim fere ſine Augure & augu-

Numa auſpicum fundat.

rio occœperunt. Ideo Numa (inquit Dionyſius lib. 2.) quartum genus ſacerdotum fecit, qui de cœlo ſigna obſeruarent. Noſter lib. 6. *Quia eorum quæ terra cœloque portenderentur, certior fieret.* Ea enim omina aut de cœlo, aut de terra. Propert. lib. 4.

Sæpe illa immerita cauſata eſt omina Luna.

Chriſtianis hæc ſunt gerra Sicula.

Nos Chriſtiani omnia hæc, vt inania, ſpernimus, vt puerorum territacula & crepitacula & inanes nugas. Nobis omniũ omen, Chriſti nomen, & numen. Quod æternũ viuat, & viuet certe. Quia ante omnia & poſt omnia.

Tacitus correctus.

4 PROSPEREQVE CESSVRA.] Si quid odoror, latet heic anguis, & claudicat oratio: quam libenter ita reſtituerem. *Proſpera quæque cenſent futura quæ peragerent, ſi fulgor & claritudo Deæ redderetur.* Error, vt opinor, ex compendioſis litteris, *ceſſura*, pro *cenſent futura*. Quod vlcus familiare noſtro exſcriptori. Nam pro animi libidine iungit, diſiungitque: & tetigi hunc locum, quia verbum aberat nec ſupplebatur facile: tum quod ſæpe is error in libris, vt apud Liuium, *edocuiſſet*, pro *edoctus fuiſſet*, & in eodem *conſentirent*, pro *Conſules ſentirent*. alijſque authorum locis.

Luna Dea paganis habita.

5 CLARITVDO DEÆ.] En pagana Deitas. Plin. 9. lib. 2. *Omnium admirationem vincit nouiſſimum ſidus terriſque familiariſſimum, & in tenebrarum remedium ab natura repertum*, id eſt Luna. lib. 2. cap. 9. Sic Liuius, Lunam *Deam* dicit, quam *reginam cœli*, pagani vocabant, ait Hierem. 44. Et Horatius etiam in carmine ſæculari, eam nominat *reginam bicornem ſyderum.* Quidam paganorum, *fœmineum & molle* ſidus. Vt Plinius lib. 2. cap. 101. Sed Tertullianus eos ridens, vti Arnobius, *maſculum* appellat in Apolog. Alij *cornutum, & cauum ſidus*, vt Solinus c. 30. Tert. eodem loco *pluuiarum pollicitatricẽ*. Quod indicat Virg. 1. Georg.

Regina cœli dicta.
Regina bicornis.
Fœmineum & molle ſidus.
Maſculum alij.
Cornutum.
Cauum.
Pluuiarum pollicitatrix Luna.

Luna reuertentes cum prima recolligit ignes,
Si nigrum obſcuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber.

Lunæ laudes ab Apuleio.

Apuleius, eius antiſtes, omnibus titulis decorat. Vocat enim *Reginam cœli, deam ſummatem, diuina maieſtate pollentem, rerum naturæ parentem, omnium elementorum dominam, ſæculorum progeniem initialem, ſummam numinum, reginam manium, primam cœlitum, Deorum Dearumq. vniformem faciem.* Et quicquid cæca mẽs potuit falſæ laudis ad falſam deitatem aggerere. Ignoſcimus. oculos non habuit paganitas, nec ortũ iam lumen aſpexit, quia deſpexit.

Paganitas cæca.

Thales & Hipparchus veſtigatores primi motus Lunæ.

6 ÆRIS SONO.] Plinius lib. 2. cap. 2. loquens de Thalete Mileſio, & Hipparcho, primis ſideris Lunæ veſtigatoribus: *Viri*, inquit, *ingentes ſupraque mortalium naturam, tantorum numinum lege deprehenſa, & miſera hominum mente abſoluta, in defectibus ſtellarum, ſcelera, aut mortem aliquam ſiderum pauente. Quo in metu fuiſſe Steſichori & Pindari vatum ſublimia ora, palam eſt: deliquio Solis, & in Luna veneficia arguente mortalitate, & ob id crepitu diſſono*, id eſt, æris crepitu diſſono, vt ſcribit Tacitus, *auxiliante*. Papin. 6. Theb. explicat.

Steſichorus & Pindarus Poeta, pauidi in ſiderum deliquijs.

His cadit attonitis quoties auellitur aſtris
Solis opaca ſoror, procul auxiliantia gentes
Æra crepant, fruſtraq. timent, ac Theſſala victrix
Ridet anhelantes, audito carmine, bigas.

Sono æris excita Luna paganis.

Claudianus de Bello Getico, idem.

Territat aſſiduas Lunæ labor, atraque Phœbe,
Noctibus horriſonis, crebras vlulata per vrbes:
Nec credunt vetito fraudatam ſole ſororem,
Telluris ſubeunte globo, ſed caſtra ſequutas
Barbara, Theſſalidas patrijs lunare venenis
Inceſtare iubar.

Cauſa Eclipſis Lunæ.

Credita Luna venenis laborare.

Et ex Theocriti Eidyll. 2. Certũ eſt æs aduerſus incantationes ex paganorum credulitate multum iuuare. Ideo exiſtimo, iſtis vſos crepitaculis. Eademque ratione ærata falce ſuccidebantur herbæ ad veneficia paranda & incantationes. Virgil. & Theocritus.

Æs ſalubre contra incantationes.
Ideo crepitacula ex ære.
Ahenæ falces.

Falcibus & meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ.

Ouid. 7. Met. *— Plantas partim radice reuellit,*
Partim ſuccidit curuamine falcis ahenæ.

Quid miramur has ineptias? Chriſtianis legibus potius immoremur, imo immoriamur. Hic terminus eſto.

7 QVÆ CASVS OBTVLERAT, IN SAPIENTIAM VERTENDA RATVS.] Noſter Ann. 15. vbi de Thraſea his temporibus magno Senatore, & ſapientiæ doctore. *Quam* (inquit) *occaſionem Pætus Thraſea ad bonum publicum vertent, hæc addidit.* Quod Regentibus notandum, & quod imitandum. Nam omnia apud eos ex prudentia & ad prudentiam. Et vbi conſilium, ibi & ſalus, vt ait Ioſippus de bell. Iudaico lib. 1.

Sapiens vertit caſus in ſapientiam.

8 IN VIGILIIS.] Recte, *hi vigilijs.* Et ſunt excubiæ militares, de quibus dicam l. 2. Virg. de illis:

Tacitus a Lipſio bene correctus.

Omnis & in caſtris legio ſortita periclum Excubat.

Partiebantur in quatuor partes iſtas vigilias, vt vnuſquiſque ad clepſydram, & per tres horas vigilaret. Quod Vegetius lib. 3. c. 8. ſcribit. Clepſydræ autem forma, picta eſt apud Apuleium 1. Apol. Puto enim & militares, & iudiciarias, & declamatorias, eadem forma fuiſſe. Si quis aliud obſeruauerit, me doceat, diſcipulum habebit, etiam in his, non equidem vulgiuagis næniolis, vt ait ille.

Vigiliæ militares in 4. partes ſecta.
Singulæ 3. horas habent.
Et ad clepſydram.
Idem de Iudiciarijs.

9 TARDA SVNT QVÆ IN COMMVNE EXPOSTVLANTVR.] Ita prorſus. Nam vaſta, & ingẽtia corpora, difficilius mouentur. Polyphemus non ita leuis excurrit, ut Achilles Homericus, aut Maroniana Camilla: ſcaphula Liburnis eſt velocior. Sic noſter infra in caſtrenſi turba: *Paucorum hæc adſenſu audita plures obturbabant.* Quod enim quibuſdam placet, cæteris diſplicet.

Communia tarda.

Druſus orto die, & vocata concione, quanquam rudis dicendi, [1] nobilitate ingenita, incuſat priora, probat præſentia: negat *ſe terrore, & minis vinci: flexos ad modeſtiam ſi videat, ſi ſupplices audiat, ſcripturum patri, vt placatus legionum preces exciperet.* orantibus, rurſum idem Blæſus & [2] L. Apronius eques Romanus e [3] cohorte Druſi,

Princeps nec metu, nec vi terretur.

[4] Iuſtuſque

[4] Iuſtuſque Catonius primi ordinis centurio ad Tiberium mittuntur. Certatum inde ſententijs, cum alij opperiendos legatos, atque interim comitate permulcendum militem cenſerent, alij fortioribus remedijs agendum:[5] nihil in vulgo modicum: terrere, ni paueant: vbi pertimuerint, impune contemni: dum ſuperſtitio vrgeat, adijciendos ex duce metus, ſublatis ſeditionis authoribus. Promptum ad aſperiora ingenium Druſo erat. vocatos Vibulenum & Percennium interfici iubet. Tradunt plerique intra tabernaculum ducis obrutos; alij corpora [6] extra vallum abiecta oſtentui. Tum vt quiſque præcipuus turbator, conquiſiti: & pars extra caſtra palantes a centurionibus, aut prætorianarum cohortium militibus cæſi: quoſdam ipſi manipuli documentum fidei[7] tradidere.

Graui morbo graue remedium.

Duo ſeditionum capita trucidantur.

Securitas in dicendo.

1 Nobilitate ingenita.] Id eſt per nobilitatem, in qua genitus erat, ſecurus, nec turbatus in dicendo; licet loquendo rudis. Nam in dicendo, audacia neceſſaria eſt, quæ frequentia & aſſiduitate dicendi acquiritur. Cicero 1. de Inuent. & Plautus in Trucul.

Facile facunditatem virtus arguta inuenit.

Sunt in dicendo quidam natura faciles qualis fuit Athenodorus Tarſenſis cuius eloquentia maxime placuit Tarſenſibus. Nam ex tempore & vno impetu ad omnem datam materiem dicebat. Sed fuit dicendi peritus, non vir bonus. Nam fuit clarus orator, ſed Antoniani olei ſuppilator. Strabo lib. 24. Druſus ergo habuit ſecuritatem in audendo, non habuit facilitatem *in dicendo*. Et ſecurus fuit, non per aſſiduitatem, ſed per ingenitam nobilitatem. Lego, *tamen nobilitate ingenita*. Nam littera (*i*) in fine verbi, *dicendi*, cum littera (*n*) quæ in verbo, *nobilitate*, facit, *in*, id eſt, *tamen*: quia (*i*) pro (*t*) in manuſcriptis. Sunt hæc papi, fateor, ſed Varronis.

Non quæſita, ſed nata principibus.

2 L. Apronivs eqves Romanvs] Velleius ait fuiſſe *participem operum Q. Iulij Poſthumi viri Conſularis, & Dalmatiæ præpoſiti: & in illa militia eos, quos mox conſequutus eſt, honores meruiſſe excellenti virtute.* Socer fuit Cn. Lentuli Getulici filij, *clari ſane ingenij, & adoleſcentis ad omnium virtutum exempla genitj*, vt ait idem Velleius. Fuit autem is Apronius inferioris Germaniæ proprætor, & ob res in Germania geſtas, triumphalia ei decreta ſunt. Fuit deinde Conſul cum Caligula, qui poſtea ei ceſſit Conſulatu, vt ſolus exerceret, ſoluſque exercuit. Dio lib. 59. Ita noſter de illo, libro 11. Annal. *Natio Friſiorum, poſt rebellionem clade L. Apronij cœptam, infenſa, aut male fida, datis obſidibus conſedit apud agros a Corbulone deſcriptos.* Sub Tiberio proconſul extitit Africæ contra Tacfarinatem. Tacitus Annal. 3. Succeſſitque Camillo. Et puto eum eſſe qui in nummis dicitur L. Apronivs C. F. C. N. Prætor autem Plautius Siluanus, vnam ex filiabus eius, quam vxorem habebat, præcipitauit. Noſter Annal. 4. Quod non impune. Nam pœnas dedit tanta crudelitas, Tiberio vigente, & vrgente vltionem.

Imago Apronij a Velleio. Iulius Poſthumus. Conſularis. Dalmatiæ præpoſitus. Apronius ſocer filij Getulici. Proprætor Germaniæ inferioris. Friſij poſt cladem Apronij rebellant. Proconſul Africæ ſub Tiberio. Camilli ſucceſſor. Alter gener Plautius Siluanus.

3 E Cohorte Drvsi.] De cohortibus Prætorijs in vetere Rep. iam aliquid delibaui in verbis, *Ille Prætoriarum cohortium præfectus.* Nunc dico illas cohortes duplices fuiſſe: vnam *vere Prætoriam*, alteram *quaſi Prætoriam*, quæ magiſtratus in prouincias euntes comitabantur. Nam omnes qui præerant, Prætores dicebantur. Varro 4. de ling. Lat. & L. 14. de off. præſ. prou. Cod. De vtraque cohorte loquitur Cicero 1. ad Q. fratrem. *Hos inter*, inquit Cicero, *quos tibi comites & adiutores negotiorum publicorum dedit ipſa Reſp. duntaxat finibus his præſtabis: quos vero ex domeſticis conuictoribus aut ex neceſſarijs apparitoribus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte Prætoria appellari ſolent, horum non modo facta ſed dicta omnia præſtanda a nobis.* Ergo vna Prætoria, altera quaſi Prætoria: vna data a Rep. altera a proficiſcente Prætore electa. De prima Catullus:

Piſonis comites, cohors inanis.

Et idem de Verrij amoribus:

Reſpondi id quod erat, mihi, nec ipſi,
Nec Prætoribus eſſe nec cohorti,
Cur quiſquam caput vnctius referret.

Sic Lucillius. -- *Græce ergo Prætor Athenis*
Id quod maluiſti, te, cum ad me accedis, ſaluto:
χαῖρε, (inquã) Tite, lictores, turma omnis cohorſq;
χαῖρε. Horat. Sat. 7. lib. 1.
-- Laudat Brutum laudatque cohortem;
Solem Aſiæ Brutum appellat ſtellaſque ſalubres
Appellat comites.

Comites dicti.

De ſecunda Tacit. li. 6. vbi de Veſtilio: *Druſo fratri percharus in cohortem ſuam tranſtulerat Tiberius.* & dixit *quaſi ex cohorte*, quia re vera non erat. In tumulo Titi Plautij: Legato & comiti Claudij Cæſaris in Britannia. Catullus vocat *cohortem amiculorum.* Aliquando comites Tacit. *Vt iam iterque itiuro legit comites.* qualis fuit Getulicus & Apronius. & ſic Celſus vocatur ab Horatio *comes & ſcriba Neronis*, id eſt Tiberij. Plin. 9. vbi de Trebio Nigro: *L. Lucullo proconſule comperta quæ Trebius Niger e comitibus eius prodidit.* id eſt, ex eius cohorte. Sic accipio quod Suet. in Iulio 42. *Neu quis Senatoris filius niſi contubernalis aut comes magiſtratus peregre proficiſceretur.* Et Iuuenalis Sat. 8.

Cohors Prætoria.

Cohors amicorum.

Comes magiſtratuum.

Si tibi ſancta cohors comitum, ſi nemo tribunal
Vendit acerſicomes, ſi nullum in coniuge crimen.

Et Suet. in Nerone 4. *Caius Cæſar e cohorte amicorum Domitium dimiſit.* Et Iuuenalis Sat. 9.

Quaſi ex cohorte.

-- Lateranorum obſidet ædes *Tota cohors.*

Cohors Druſi.

Seneca de Beneſic. *Si animaduerteris obſeſſos ingenti frequentia viros, & commeantium in vtramque partem cateruis itinera oppreſſa, tamen venire te memineris in locum hominibus plenum, amicis vacuum.* Sic Plinius de Metelli filio: *Conuolante illa cohorte quæ patrem appellabat.* Nam de amicorum cohorte intelligit lib. 7. cap. 44. vt Horatius ad Albinouanum:

Aula plena hominibus, vacua amicis.

Vt placeat iuueni percunctare atque cohorti.

Et alibi:

Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit? hæc quoque curo.

Amici potiores agnatis, cognatiſque.

Non prætereo de Prætoria cohorte aliquando in periculis electam ab ipſo duce ex legionibus. Nam ſi quādo duces noſcebant legionem ſibi fidelem, eam in Prætoriam cohortem adſciſcebant. Cæſar in cōmentarijs Gallici belli lib. 1. *Quidam ex militibus decimæ legionis dixit Cæſarem facere plus quam pollicitus eſſet. Pollicitum eſſe in cohortis Prætoriæ loco decimam legionem habiturum.* Nam eo milite legionis decimæ maxime fidebat, vt paulo ante dixerat. Temporibus autem Cæſarum eligebantur qui Cæſari fideliores & fortiores, & qui gerendis rebus aptiores. præcipue vbi Cæſarum filijs comites darentur. Nam talis fuit Apronius, talis Cneus Lentulus, qui Druſo principi a Tiberio datus eſt, ad iuuenem regendum & firmandum conſilijs. Lucillius:

Vt Prætori cohors, vt noſtru dixit aruſpex.

Quin data Octauiæ Auguſti ſorori ad Antonium proficiſcenti, vt fœminis etiam datas putes: eæque inſignibus armis ornatæ ad ductricis decus. Sed quia tractatum ab alijs, alio me recipio.

Iuſtus Catonius præfectus prætorio.

4 IVSTVSQVE CATONIVS.] De eo Seneca in Ludo ni fallor. *Præfecti duo, Iuſtus Catonius, & Ruffus, Pompeij filius.* Nam fuit Catonius ſub Claudio præfectus prætorio, qui dedecore domini, & Meſſalinæ adulterijs perculſus, cum Imperatorem certum facere decreuiſſet, perſenſit ſagax fœmina, calumnijſque oppreſſit ante patefactum ſcelus. Et Claudij iuſſu occiſus eſt, non auditus. Digna probitas fato meliore, imo principe prudentiore. Habuit Iuſtum Catonium filium, de quo Tacitus heic & Seneca in ludo. Et idem Tacitus 3. hiſt. vt Dio, Iuſtum vocat. De nomine tamen ſcrupulum iniecit Iſteius Cato apud Velleium. Num ita legendum eſſet, pro Iuſtus? Sed nomen Iuſti, quia nomen Romanum eſt, vt Iuſtini, & Iuſtiniani, maneat apud me Iuſtus Catonius. Quod iuſtitia, ſit æterna comes, Catonum & Catoniorum.

Verus principis amicus.

Ideo a Meſſalina oppreſſus.

Et preuentus.

Vulgus moderari.

5 NIHIL IN VVLGO MODICVM.] Alba ſententia, & floſculus a Salluſtio petitus hiſt. 2. his verbis. *Hac tempeſtate ſeruiendum, aut imperitandum: habendus metus eſt, aut faciendus. Nam quid vltra?* Sic noſter ſupra, de vulgo militum: *Pauebant, terrebantque.* Et ſane, niſi vulgus paueat, incutit alijs terrorem. Quod bellis ciuilibus, in quibus multi ſemper Volerones, & Macerones, omnes populi ſunt experti. *Cum timeret Otho timebatur,* ait Tacitus libr. 1. Hiſt. Ideo Annal. 4. *Vulgus* (inquit) *audacia turbidum, niſi cum metuat.* Certe Cicero pro Planco recte ſcribit, dum ita ſcribit: *Impetu, & quadam temeritate ducitur vulgus, non ſapientia, nihilque in eo modicum ſpectes.* Noſter in hiſt. *Mutabilis, & tam pronus in miſericordiam, quam immodicus ſæuitia fuerat.* At ſapienter ille quiſquis eſt, qui bellum Troianum ſcripſit ſub nomine Daretis Phrygij:

Imago vulgi.

Vulgus fera beſtia.

Prudentia turbæ
Rara comes.

Imprudens.

Rara quidem, vt inſipientia frequens, & amarus furor, ſi prorumpat.

6 EXTRA VALLVM.] Dum per tempus & diſciplinam licuit, fiebat animaduerſio extra caſtra, ne polluerentur funeribus. Seneca de ira lib. 1. cap. 16. *Extra vallum miles deductus, capite plectebatur.* Metius extra caſtra diſtrahitur quadrigis. Ideo Poeta:

Virgilius explicatus.

Haud procul inde, citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant.

Id eſt, non longe a caſtris. Ille autem mos a Iudæis, qui ne caſtra cædibus contaminarentur, extra caſtra ſontes ducebant, ibique lapidabantur, aut alioqui puniebantur. Scelerata autem caſtra inhabitare, poſtea nefas. Noſter infra: *Linquerent caſtra infauſta, temerataque.* Sic *ſceleratus campus* dictus eſt, quo Minutia Veſtalis defoſſa. Sic *ſceleratus vicus,* in quo Tanaquil paternum corpus carpento ſupergreſſa. Sic *ſcelerata porta*, quâ gens Fabiorum vrbe egreſſa eſt, & tota cæſa. Vbi vero per æſtum ciuilium bellorum, & ſeditionum flammas, diſciplina oppreſſa eſt, etiam in caſtris cædes. Sueton. in Othone cap. 1. his verbis. *Auſus etiam in Illyrico milites quoſdam, quod motu Camilli, ex pœnitentia, præpoſitos ſuos, quaſi defectionis aduerſus Claudium authores occiderant, capite punire: Et quidem ante principia, ſe coram.* Et apud Liuium lib. 28. *Milites ſeditioſi in vrbe Sucrana puniti, mox tracti de medio omnes, purgatuſque locus:* Sic extra portam ſupplicia, & ſepulturæ; ne vrbs cædibus, & funere pollueretur. Frontinus tamen 4. Strateg. ait, in principijs ſanguinem miſſum in furto deprehenſis: idque ſcripſiſſe M. Catonem. Sed hoc citra mortem.

Sontes extra caſtra puniti apud Iudæos.

Quod fluxit ad gentes.

Scelerata caſtra deſolata.

Sceleratus cāpus.

Sceleratus vicus.

Scelerata porta.

Poſtea intra caſtra ſcelera punita.

Spectante Claudio.

Et in principijs.

Purgatio caſtrorum poſt ſcelus.

Sanguinis miſſio furti pœna in caſtris.

Sed non ad mortem.

7 TRADIDERE.] Id eſt iniecta ſubita manu exhibuere puniendos, in documentum fidei erga Cæſarem. Sic ſe aperit fides & explicat, & in traditione ſubita nota milites aquilis velociores & leonibus fortiores: addo, & lupis rapaciores.

Auxerat militum curas [1] præmatura hiems imbribus continuis, adeoque ſæuis, vt non egredi tentoria, congregari inter ſe, [2] vix tutari ſigna poſſent, quæ turbine atque vnda raptabantur. Durabat & formido cœleſtis iræ, nec fruſtra aduerſus impios hebeſcere ſidera,

Non fruſtra hebeſcunt ſidera aduerſus impios.

dera, ruere tempeſtates: non aliud malorum leuamentum, quam ſi linquerent [3] caſtra infauſta temerataque, & [4] ſoluti piaculo ſuis quiſque hibernis * redderentur. primum octaua, dein quintadecuma legio rediere. Nonanus opperiendas Tiberij epiſtolas clamitauerat. mox [5] deſolatus aliorum diſceſſione imminentem neceſſitatem ſponte præuenit. & Druſus non expectato legatorum regreſſu, quia præſentia ſatis conſederant, in vrbem redijt.

* reddeceetur

Hiems militi infeſtans.

1 PRÆMATVRA HIEMS.] Quæ militi, militiæque parum æqua. Cæſar tamen laudatur a Suetonio, quod hieme Ægyptium bellum confecerit. Sic enim ſcriptum eſt. *Cum Ptolomæo rege, a quo ſibi inſidias quoque tendi viderat, bellum ſane difficillimum geſſit, nec loco, neque tempore æquo, ſed hieme anni* (lege *hieme immani*) *& intra mœnia copioſiſſimi hoſtis ac ſolertiſſimi.* Quæ emendatio habet veritatem authorem. Scio tamen, & in Gellio obſeruaui ſæpe, vt lib. 1. cap. 2. ſcribi, *æſtu anni, & ſidere Autumni flagrantiſſimo.* Et lib. 3. cap. 10. *Dies deinde illos, quibus Halcyones hieme anni in aqua nidulantur.* Et lib. 18. *In Herodis clariſſimi viri villam, quæ in agro & Attico æſtu anni medio conceſſuram.* Et Apuleius Apol. 2. *Hiems anni erat.* Sed ab emendatione non diſcedo. Quippe a circunſtantijs laudat Cæſarem, quod hieme immani, & intra mœnia, copioſo hoſte, vicerit. In eodem verbo, eodemque authore errorem detexi, & correxi cap. 100. in Auguſt. vbi ſic ſcribit. *Deportarunt noctibus propter anni tempus.* Vbi lego, *propter Autumni tempus*: & interpretor de vindemialibus ferijs, quæ in Autumno, & quibus occupabantur per dies totos. Nam Auguſtus 14. Calend. Septemb. obijt, & exequiæ Autumno factæ. Dico obiter Suetonium multas manus tractaſſe, magnas quidem, & propter Epiſcopum Antuerpienſem Torrentium qui me amauit mihi venerandas, ſed non ſanaſſe.

Cæſar Iulius hieme capit Ægyptum.

Suetonij ſcriptura aſſerta.

Idem alibi emendatus.

Et interpretatus.

Tacitus explicatus.

Signa numina legionum.

2 VIX TVTARI SIGNA POSSENT.] Quæ *numina legionum* dicta a Tacito 2. Ann. Et in principijs fixa, & quorum tutela militibus maxime commendata: ideoque totius exercitus robur in ſignis. Liuius lib. 4. *Duces, legatique, & quod fuit circa ſigna roboris, Tuſculum petiuere.* Milites etiam iurabant per ſigna, quaſi per res ſacras: Lucanus libro 1.

Sacramentum militum.

-- Per ſigna decem felicia caſtris,
Perque tuos iuro quoſcumque ex hoſte triumphos.

Iurabant quoque *ſigna non deſerturos.* Dionyſius lib. 2. & Silius Italicus lib. 7.

Signa non deſerturos.

-- Diſcedere ſignis Haud licitum.

Ideoque nocte, & die propter ſigna excubabant, quæ inde *horrida cuſtodijs* dicta a Plinio lib. 13. cap. 4. Et ſic *amor ſignorum* a Seneca epiſt. 166. Qui certe tantus fuit, tantuſque amiſſionis metus, vt in hoſtes iacerentur, quo toto impetu milites ruerent, aut morituri, aut recuperaturi. Cæſar libro quarto, de Bello Gallico. Et Ouidius ex Seneca 1. Contr. 2.

Excubiæ militum propter ſigna.

Amor ſignorum in milite.

Iacta ſigna in hoſtes.

Cauſa.

Arma (viri fortes) medios mittantur in hoſtes:
Inde iubete peti.

Ita lego, non (*viri fortis*) nam alludit ad hunc morem. Et hæc vox erat ſolemnis, *Infer ſigna in hoſtem.* Sic Valerius libro 3. capite 2. Sic Florus de Poſthumio: *Ipſe dictator, ait, ſignum in hoſtes iaculatus eſt.* libro 1. Quin ſi miles diſceptaret, ne ille ſigna relinqueret, etiam iudicem habebat apud ſigna. Iuuenal. Sat. vlt.

-- miles ne vallum litiget extra,
Et procul a ſignis, iuſtiſſima centurionum
Cognitio eſt.

Eſt igitur militis ſacramentum ſigna non deſerere; eſt decus, tutari: ſed addo; etiam in prœlio ſigna, ſcutum, gladium, & arma amittere, Romanis flagitium eſt & nefas. Apul. 9. Metamorph. *Sacramenti pœnam ob amiſſam ſpatam metuebat.* Loquitur enim de milite. *De ſcuto*, Horatius ode 7. libro ſecundo.

Armorum amiſſio infamis apud Romanos

Tecum Philippos, & celerem fugam
Senſi, relicta non bene parmula.

Idem fecit Alcæus Poeta, ait Strabo lib. 13. Nam abiectis armis aufugit & præconi mandauit, vt nuntiaret omnibus Alcæum incolumem euaſiſſe. Ait autem (*non bene*) quia culpa erat: parmulam enim abijcere erat flagitium. Iuuenalis autem appellat Coranium militem, *comitem ſignorum*, eleganti elogio.

Exprobratio amiſſionis armorum.

Signorum comitem, caſtrorumque æra merentem.

Liuius lib. 1. de deſertoribus exercitus. *Vbi ſigna, vbi arma eſſent, rogitans* (Appius ſcilicet) *ſingulos inermes milites, ſigno amiſſo ſigniferos, ad hoc centuriones, duplicarioſque qui reliquerant ordines, virgis cæſos, ſecuri percuſſit.* Et vbi ſigna figebantur, ibi militibus erat manendum. Sic Val. de ominibus cap. 1. *Signifer ſtatue ſignum, heic optime manebimus.* Nam ad ſignorum normam, aut ſtabat, aut ibat miles. Claud. 1. de laud. Stilic.

Vbi ſigna, ibi miles.

Denique fœlices aquilas quocumque moueres,
Arebant tantis epoti millibus amnes.

Nonius in verbo *Metari*: *Nauibus atque ſcaphis egrediuntur: caſtrametati ſigna ſtatuunt.*

3 CASTRA INFAVSTA.] Id eſt improſpera, & infœlicia, infeſtaque & infecta tot patratis ſuorum cædibus, & fuſo ſanguine. Sic Tert. lib. de Baptiſmo: *Quiſquis ſe homicidio infecerat, aqua purgatus, ſe expiabat.* Virgil. 3. Æneid. dixit *polluta.*

Tacitus explicatus.

Infecta caſtra.

Polluta.

Linquere pollutum *hoſpitium, dare claſſibus*
Auſtros.

Scelesta.

Et Plautus in Moſtell. *domus ſceleſta & impia.* Scena quæ incipit, *Habeo Neptune.*

-- Hoſpes hic me necauit, iſque me
Defodit inſepultum, clam ibidem, in hiſce ædibus

Sceleſtus auri cauſa. Nunc tu hinc emigra,
Sceleſtæ hæ ſunt ædes, impia eſt habitatio.

Noſter infra: *Auellerentur trucibus adhuc* (caſtris ſcilicet) *non minus aſperitate remedij, quam ſceleris memoria.* Adeo ſordes & cædes horrebant pagani, Chriſtianis multis, multo puriores, & pietate priores. Sueton. in Claud. 1. cap. *Obijt in æſtiuis caſtris quæ ideo ſcelerata ſunt appellata.* Tacitus 4. hiſt. inducit Voculam valde ſapienter ita loquentem: *Te Iupiter Op. Max. quem per octingentos viginti annos tot triumphis coluimus. Te Quirine Romanæ parens vrbis, precor veneror que, vt ſi vobis non fuit cordi me duce hæc caſtra incorrupta & intemerata ſeruari: at certe pollui fœdarique a Tutore & Claßico ne ſinatis. militibus Romanis aut innocentiam detis, aut maturam & ſine noxa pœnitentiam.* nam *Quod potes id tenta,* ait Poeta vetus.

Quid piaculum. 4 SOLVTI PIACVLO.] Idem, *crimine ſoluti.* Paulus 1. Sentent. tit. 23. *Piaculum committit, qui corpus ſepulturæ traditum nudauerit, & Solis radijs oſtenderit.* Nam crimina, ſeu piacula, ſacrificio expiari debebant. *Quid piare.* *Piare,* inquit Nonius, *expiare eſt, & purefacere.* Et *expiatoria animalia*, piacula dicebantur olim. *Piaculum eſt*, ait Plautus in Truculento, *miſereri nos hominum malegerentum*, id eſt, qui male agunt. crimen eſt, quod expiari debet. Meretrix eſt quæ loquitur proſtibulariter, & meretricia arte. Sic Varro 5. de ling. Lat. *Faſti dies quibus certa verba ſine piaculo, Quæſtoribus licet fari. Nefaſti, quibus diebus ea fari ius non eſt: ſi faſti ſunt, piaculum faciunt. Piamentum* etiam dicitur Ateio Capitoni, ait idem Feſtus in verbo, *Propudium*, quod placet a Iuriſconſulto dictum.

5 DESOLATVS.] Iunenalis Sat. 3. lib. 1.

-- *Quid tam miſerum, & tam ſolum vidimus?*

Id eſt *deſolatum.* Et *ſolum*, inhabitatum, deſertum dicimus. Plaut.

Non magis terræ ſolæ ſunt quam hæc loca.

In Rudente: & alter comicus Terentius *ſola loca* dixit pro deſertis in Andria. At iſtud verbum *deſolatus* alibi vſitatum eſt Tacito, probiſque authoribus. Tacit. Annal. 12. *Deſolata metu cuncta.* Et eodem: *Britannicus deſolatus omnibus ſeruilibus miniſterijs.* Et Annal. 16. de Seruilia, *marito Annio Pollione in exilium pulſo viduata deſolataque.* Virgilius:

Deſolatique manipli.

Papinius 10. Thebaidos:

Magnus loca deſolata tuentur
Regibus.

Apul. 2. Metamorph. *Deſolatus ad cadaueris ſolatium.* Inde *deſolatio*. *Ædificauit*, inquit, *Antiochus abominandum idolum deſolationis ſuper altare Dei.* Machab. 1. cap. 1. Et in Euangelio: *Cum veneris abominatio deſolationis, τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως.* Id eſt abominandum tempus, deſertionis tempus, quo quiſque Eccleſiam Catholicam, & Chriſti fidem deſeret. Et vereor ne noſtri dies ſint anteambulones iſtius ſceleris: immanis certe & execrandi. ſed aderit vltor, &, vt ait D. Hieron. ex Horatio Poeta, *Deſolatio abominationis.*

Iratuſque Chremes tumido deſæuiet ore.

Nam deſertio Eccleſiæ Catholicæ omnium nefandorum ſcelus & nefas.

Ijſdem fermo diebus, ijſdem cauſis Germanicæ legiones turbatæ, quanto plures, tanto violentius, & magna ſpe fore, vt Germanicus Cæſar imperium alterius pati nequiret, daretque ſe legionibus, vi ſua cuncta tracturus. *Artes Cæſarum.* Duo apud[1] ripam Rheni exercitus erant; cui nomen ſuperiori, ſub[2] C. Silio legato, inferiorem[3] A. Cæcinna curabat. Regimen ſummæ rei penes Germanicum, agendo Galliarum cenſui tum intentum. Sed quibus Silius moderabatur, mente ambigua, fortunam ſeditionis alienæ ſpeculabantur. Inferioris exercitus miles in rabiem prolapſus eſt, orto ab vndeuiceſimanis quintaniſque initio, & tractis prima quoque, ac viceſima legionibus. *Otium fons ſeditionis militaris.* nam ijſdem æſtiuis in[4] finibus Vbiorum habebantur per otium, aut leuia munia. Igitur audito fine Auguſti,[5] vernacula multitudo nuper acto in vrbe delectu, laſciuiæ ſueta, laborum intolerans, implere cæterorum rudes animos: veniſſe tempus quo veterani maturam miſſionem, iuuenes largiora ſtipendia, cuncti modum miſeriarum expoſcerent,[6] ſæuitiamque centurionum vlciſcerentur. *Ignis ſeditionis ab vno ad omnes abit.*

Vnde Rhenus. 1 APVD RIPAM RHENI.] *Qui Rheticarum Alpium inacceſſo, ac præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem verſus, Septemtrionali Oceano miſcetur.* Tacit. de moribus Germanorum. *Iris* dictus *cæleſtis* olim, ob pulchritudinem lympharum, & amnium incurrentium amœnitatem. Claud. de bell. Get.

Te Cimbrica Tethys
Diuiſum bifido conſumit Rhene meatu.

Id eſt duplici cornu præcipitem ſorbet. Vnde Poeta *Rhenum bicornem* dixit, vt Valerius de Iſtro lib. 8. *Duo cornua Rheni.*

Fundere

Fundere non vno tantum quam flumina cornu
Accipimus.

Quanquam & *tricornem* quidam referant, ſeu *tricipitem*: Cæſar 4. de bello Gall. vbi de Rheno, *Tribus capitibus in Oceanum influit. Tribus oſtijs.* Virg. 1.

Imo tria.

Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.

Tribus *alueis* alij, vel tribus *meatibus*. Tribus oſtijs, vt Rhenus. Reddit autem rationem cornuum Acron lib. 4. Od. 14. *Omnium* (inquit) *famoſorum fluminum vultus cum cornibus finguntur, propter impetus & mugitus aquarum.* Et Plinius lib. 4. cap. 15. *tricornem* facit *Rhenum*, Helium & Fleuum duo faciens oſtia, & inter ea, tertium, Rhenum. *Ab Septemtrione* (ait) *in lacus, ab Occidente, in amnem Moſam ſe ſpargit, medio inter hæc ore, modicum nemini ſuo cuſtodiens alueum.* Lego, *nomini ſuo cuſtodiens alueum.* Nam trium alueorum minimus qui Rhenus dicitur. Fluuij autem, vt obiter dicam, pingebantur cum vrna cincti paludoſo iunco & redimiti corona: vnde verſus Virg.

Cur fluminibus cornua.

Plinius correctus.

Cælataque amnem fundens pater Inachus vrna.

De Rheno autem ita Martial. libro 10. epigramm. 7.

Nympharum pater, amniumque Rhene,
Quicumque Odryſias bibunt pruinas,
Sic ſemper liquidis fruaris vndis.

Luteum vocat Horatius in epiſt. Et *Cenſorem* Claudianus, quia legitimos ab illegitimis fœtus diſparet. Vere fluminum Germaniæ rex. Cæterum ita lego, *Duo apud ripam Rheni exercitus erant. Cui nomen ſuperior, is ſub C. Silio.* Nam (ſ) verbi (*ſub*) geminari debuit, vt in Apul. 6. Metam. *decidenti ſarcinæ fuſticulos porrigas.* vbi legendum *decidentis ſarcinæ.*

Luteus Rhenus.

Cur cenſor dictus.

2 C. Silio legato.] De quo honorifice noſter lib. 4. Annal *Qua cauſa*, inquit, *C. Silium & T. Sabinum aggreditur. Amicitia Germanici pernicioſa vtrique: Silio, quod ingentis exercitus per ſeptem annos moderator, partiſque apud Germaniam triumphalibus, Sacrouiriani belli victor, quanto maiori mole procideret, plus formidinis in alios diſpergatur. Credebant plerique auctam offenſionem ipſius intemperantia, immodice iactantis ſuum militem in obſequio durauiſſe, cum alij ad ſeditiones prolaberentur.* Et hic vir magnus imminentem damnationem voluntario fine peruertit. Tales fuere Tiberianæ crudelitatis hoſtiæ. Caue ergo ab iſta iactantia, quiſquis es: nam ſic perijt Antonius primus: ſic Radamites, Auguſti acerba verba meruit, quia ſublimia verba protulit. Principes nolunt ſibi exprobari quidquam, & ſublimiores ſpiritus odere.

Laus Silij.

Tyrannus altiora ferit, quo minora timeat.

3 Avlvs Cæcinna.] Vir clarus bello, quem Tacitus ſua manu ita pingit, infra. *Quadrageſimum id ſtipendium Cæcinna habebat parendi aut imperandi: ſecundarum, ambiguarumque rerum ſciens, eoque interritus. Huic poſtea decreta ſunt triumphalia, ob res egregie geſtas in Germania.* Vide libro 3. quæ de Seuero Cæcinna ſcripſi. Quidam conſanguineum fratrem putant huius Cæcinnæ: quod ſi ita eſt, fratrum fuit par nobile. Nam ſi vnus Marte, alter arte & conſilijs emicuit. Tamen eundem putat Lipſius; licet hic Aulus, alter Seuerus dictus ſit. Sed vterque in caſtris quadrageſima ſtipendia potuit aſſequi. Dixi *Aulum Cæcinnam*, quanquam de Cæcinnarum prænomine quidam dubitent, & non *Aulum*, ſed *Alienum* putant. Cicero tamen 6. famil. *Aulum Cæcinnam* vocat, & is ipſe eodem prænomine reſcribit. Quid ſi *Aulus Alienus Cæcinna*? Nam *Aulum Alienum* memorat Tacitus 1. hiſt. Vt Caſſius ſcribens ad Cicero. lib. 12. epiſt. *Si vales.* De *M. Allio*, aliquid legi apud Senecam, qui forte *Alienus*: ſed nihil ad Cæcinnam noſtrum. Addo tamen, Cæcinnas *Aulos* etiam a Suetonio vbique nominari, vt in Tito cap. 6. Et in Iulio cap. 75. Sed ſiue *Aulus*, ſiue *Allienus*, nil ad virtutem Cæcinnæ, nomen addere potuit, quia non alienus a virtute.

Elogium Cæcinnæ a Tacito.

Eius frater Cæcinna Seuerus.

Quod nomen fuerit Cæcinnæ.

4 Finibvs Vbiorvm.] De quibus noſter in mor. Germ. *Vbij, quanquam Romana colonia eſſe meruerint, ac libentius Agrippinenſes conditoris ſui nomine vocentur, tamen origine erubeſcunt.* Legebam olim, *origine minime erubeſcunt.* Nam quis de Germania matre erubeſceret? tamen vera eſt excuſa lectio. nam Hiſtor. 4. *Infeſtius*, inquit, *in Vbijs* (ſcilicet graſſabantur Germani) *quos genus Germanicæ originis, eiurata patria, Romanorum nomine Agrippinenſes vocarent.* Lege, *Romanorum authorum nomine*, id eſt, Agrippæ qui Romanus fuit, & qui huius nominis author. Dixi, *Romanorum authorum*, vt lib. 13. *Romanorum*, pro *Romanorum armorum ægerrime tolerabant.* Ne mirere: nam ſæpe in authoribus ex librariorum compendijs duo nomina ſub vno comprehenduntur. Do exemplum in Petr. Arbit. Satyr. *Euocatum me*, inquit, *non minus decoro exornauit capillamento. Imo commendatior vultus enituit, quia flaurorum corymbio erat*, vbi lego, *florum aureorum corymbio erat.* Florum enim *aurei* quidam dicti. Plin. de *Abrotono* lib. 21. cap. 10. *Flos aurei coloris vacuus ſponte prouenit*, & crocus etiam & chryſitis ſeu auricome, de qua ait idem, *comantibus fulgore auri corymbis*, lib. 21. cap. 8. Flauus certe ſeu aureus color gratus nouis nuptis in ornatu capitis, de quibus Petronius agebat. Tibul.

Tacitus correctus.

Flauaque coniugio vincula portet amor.

Et nouæ nuptæ flammeum & ſocci ex luteo colore. Seneca:

Luteo plantas cohibente ſocco.

Catullus. *Luteum pede ſoccum.*

Ergo corymbium, ſeu corymbio pro flammeo, quod aureis floribus luteiſque adornatum eſſet. Sic Plin. 35. cap. 2. *Septingentorum illuſtrium*, pro, *Septingentorum virorum illuſtrium.* Et hoc tam ſæpe in authoribus quam ros in herba. Ammianus Marcell. lib. 16. de Agrippina: *Ad recuperandam ire placuit Agrippinam ante Cæſaris aduentum exciſam.* Hodie dicitur Agrippina, Colonia ad Rhenum, ab authore Agrippa.

5 Vernacvla mvltitvdo.] Ne capias de ſeruis. Quia in legionibus omnes liberi, & Romani ciues. An ergo vocat multitudinem vernaculam, florentem, & in æta-

tis vere conſtitutam, cui prima vernenr lanugine mala? Nam *milites* dicuntur iuuenes. Iſidorus in verbo, *Fuſtis*, 5. Etym. cap. 27. *Fuſtes, quibus iuuenes pro criminibus feriuntur.* Nam Iuuentus Martis ancilla eſt. Sic Poeta dixit,

-- Troiana iuuentus.

Et Horatius 1. Car. Od. 35.

Vnde manus iuuentus
Metu deorum continuit?

Et alibi:

Non his iuuentus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punico.

An *vernaculam* in patria natam, quæ οἰκογενής, quod paſſim in authoribus? Nam *vernacula putatio* apud Plinium, pro ea quæ in Italia eſſe conſueuit. lib. 17. cap. 12. Et Cicero 5. in Verrem, *Vernaculum crimen*, & *vernaculam feſtiuitatem*, quam opponit *exteræ*, 9. epiſt. ad Papirium. Sic Tertullian. in Apolog. *Ipſos*, inquit, *Quirites, ipſam ſeptem collium vernaculam plebem conuenite.* id eſt, Romanam plebem. Martialis libro 10. epigramm. 76.

Hoc, Fortuna, tibi videtur æquum?
Ciuis non Syriæue, Parthiæue,
Nec de Cappadocis eques catastis,
Sed de plebe Remi, Numæque verna.

Sed breuius & validius ille libro 1. epigramm. 42.

Vrbanus tibi Cæcili videris.
Non es, crede mihi, Quid ergo? verna es.

Nam ad ſeruos referre ab Auguſto lectos, non eſt animus, cum ſeorſim militarent, & vexillo dato. Nec puto coniunctos eum ingenuis, ex quibus conflatæ erant legiones tumultuantes. Hæc enim contra militiæ Romanæ normam & in conſortio turpi.

6 SÆVITIAMQVE CENTVRIONVM.] Hi enim centuriones, militum a diſciplina deſultantium, plagoſi Orbilij fuerunt, & cruenti magiſtri. Ideo *rigidi* dicuntur a Martiale lib. 11. epigramm. 4.

Centuriones rigidi dicti.
Orbilij militū.

Sed mens in Geticis ad Martia ſigna pruinis
A rigido teritur centurione liber.

Nam in terga militum ius habebant. Notaui tamen in Actis Apoſt. cap. 22 etiam in Iudæos aliquando ius exercuiſſe. Nam D. Paulum non militem, ſed Iudæum & ciuem Rom. cædere flagellis, ex imperio Tribuni. At credo non ex iure, ſed per iniuriam. Notantur etiam apud authores non modo crudelitatis, ſed & luxuriæ. Nam *hircoſa gens* dicuntur a Perſio, id eſt petulans & impudica, niſi ob promiſſam barbam dictum putes, & impexos pilos, more hircorum. Sic Iuuenalis Satyra 14.

Centuriones paganos caſtigant.
Sed non iure, verum iniuria.
Centuriones luxurioſi.
Hircoſi dicti.
An ob promiſſam barbam.

-- Aut vitem poſce libello.
Sed caput intactum buxo, nareſque piloſas
Adnotet, & grandes miretur Lælius alas.

An ob hircorum vitia.

Ex buxo enim pectines apud Rom. vt apud nos. Quod obiter noto ex Ouid. 6. Faſt.

Non mihi detonſo crinem depectere buxo.

Piloſi etiam & impexi dicti.

Et *hiſpida* centurionum *membra* dixit Iuuenalis alicubi, his verbis:

E buxo pectines Rom.

Hiſpida membra quidem, & duræ per brachia ſetæ,
Promittunt atrocem animum.

Hiſpidi.

Etiam *varicoſos* vocat Perſius Satyra 5.

Dixerat hæc inter varicoſos centuriones.

Varicoſi.

Varicoſi dicuntur, quia varicis, vt Marius, eſſent obnoxij. ſed magis animi, quam corporis varices perpeſſi: Tum enim milites, vt centuriones & Tribuni, auaritia, crudelitate & luxuria omnes ardebant.

Cur ita dicti.

Non vnus hæc vt Pannonicas inter legiones Percennius, nec apud trepidas militum aures alios validiores exercitus reſpicientium, ſed multa ſeditionis ora voceſque: *ſua in manu ſitam rem Romanam, ſuis victorijs augeri Rempub. in ſuum cognomentum* [1] *adſciſci imperatores.*

In centuriones militum inſania.

Nec Legatus obuiam ibat, quippe [2] plurium vecordia conſtantiam exemerat. repente lymphati diſtrictis gladijs [3] * in centuriones inuadunt [[4] ea vetuſtiſſima militaribus odijs materies, & ſæuiendi principium] [5] proſtratos verberibus * multant, ſexageni ſingulos, vt numerum centurionum adæquarent. Tum conuulſos laniatoſque, & partim exanimos ante vallum, aut in amnem Rhenum proijciunt. Septimius cum perfugiſſet ad tribunal, pedibuſque Cæcinnæ aduolueretur, eo vſque flagitatus eſt, donec ad exitium dederetur. [6] Caſſius Chærea, mox cæde C. Cæſaris memoriam apud poſteros adeptus, tum adoleſcens, & animi ferox, inter obſtantes & armatos ferro viam patefecit. Non tribunus vltra, non caſtrorum præfectus ius obtinuit; vigilias, ſtationes, & ſi qua alia præſens vſus indixerat, ipſi partiebantur. Id militares animos altius coniectantibus [7] * præcipuum indicium magni atque implacabilis motus, quod neque [8] diſiecti, nil paucorum inſtinctu, ſed pariter ardeſcerent, pariter ſilerent, tanta æqualitate & conſtantia, vt regi crederes.

* vi centuriones inuadunt
* mulcant
Indicium magni furoris omnium conſenſus.
* præbuit præcipuum indicium.

1 ADSCISCI

Imperator qui legionibus imperat.

1 Adsciſci Imperatores.] Non muto: nec intelligit de Imperatoribus Orbis Romani, ſed de Imperatoribus exercitus Romani. ſunt enim milites qui loquuntur. Nam Dio ait Druſum primum Romanorum, Germanicum vocatum. Quod firmat Ouid. Et non modo ita dictus ille, ſed & eius liberi, vt idem Dio lib. 55. Inde hic Germanicus, de quo heic noſter. Et teſtantur nummi his inſcriptionibus: Nero. Clavdivs. Drvsvs. Imperator. Et alter nummus. Germanicvs. Cæsar. Ti. F. Avg. N. Imperat. Tacitus 12. Annal. vbi de Agrippina. *Filia, inquit, Germanici, quam Imperatore genitam, ſororem eius qui rerum potitus ſit, & coniugem, & matrem, fuiſſe vnicum ad hunc diem exemplum.* Diſparat *Imperatore genitam*, ab eo qui *rerum potitus ſit*: vt duo fuiſſe notes. Sed & Tiberius ſummæ poteſtatis poſtea Imperator, hoc cognomentum imperatoris ab Auguſto tulit. Nam noſter ita: *Tiberium Neronem, & Claudium Druſum priuignos, Imperatorijs nominibus auxit.* Quin, Tiberius ipſe *Germanicus* dictus eſt. Dio lib. 57. Nam ſcribens ad exteros reges, ſe Germanicvm principemqve Senatvs ferebat initijs principatus. Et ante Tiberium hoc nomen inuenit *Auguſtus.* Idem Dio lib. 55. *Nam* (inquit) *de Germanis, Imperatoris nomen, non Auguſtus modo, ſed Tiberius etiam inuenerunt.* Poſterioribus temporibus Germanici dicti Imperatores qui rerum potirentur, vt Domitianus, qui hoc prænomine maxime delectatus eſt. Vnde Martial. lib. 2. epigramm. 2.

Druſus Germanicus dictus. *Et Imperator.* *Sic eius filius.* *Sic Tiberius frater.* *Sic Auguſtus.* *Sic poſtea Domitianus.*

Nobilius domito tribuit Germania Rheno,
Et puer hoc dignus nomine Cæſar eras.

At talem Germanicum, riſit Germania nomina indigna ferentem. Et certe elogium magnum viro indigno pro probro eſt.

Interdum tempeſtati cedendum. *Sed ignauia non peccãdum.*

2 Plvrivm vecordia constantiam exemerat.] Aliquando tempeſtati cedendum, cui reſiſti non poteſt. Sed ſæpius ignauia peccatur. Nec aliunde Reip. vulnera, quam ab ipſa vecordia, quam nomine honeſto hodie prudentiam vocant. Et homines veſani, veſaniæ ſuæ virtutem & virtutis nomen obtendunt. Sic Reipub. robur infringitur, ſic peruerſitas dominatur. Inde illa Appij conqueſtio apud Liuium li. 2. *Teſtari Deos atque homines Remp. prodi per metum, ac deſeri. Non Conſulem Senatui, ſed Senatum Conſuli deeſſe.* Quod vſu venit ſæpe, gemente Rep. quam auaræ mentes & ignauæ premunt & opprimunt, paucisque decus Reipub. curæ. Cicero pro Muræna. *Cum Reſp. vim & ſeueritatem deſideraret, vici naturam: & tam vehemens fui, quam cogebar, non quam vellem.*

Prodita Reſp. per metum. *Senatui non Conſul, ſed Cõſuli Senatus deeſt.*

3 In centvriones invadvnt.] Videtur phraſis Taciti. Nam ſic Annal. 5. *In Blæſum multa, fœdaque incuſauiſſet.* Et infra. *Vt hi mox pedites, in hoſtem inuaderent*: & Annal. 2. *Genitos Agrippa in familiam Cæſarum induxerat.* & eodem: *fracto Marabauduo in exitium inſiſterent.* Sic Liuius lib. 4. *Externos ritus inferentibus in domos.* Et hoc noto ad Taciti ſcriptionem. Sed, vt ſum ſuſpicax, nec male ſuſpicax: quid ſi legatur, *Vi centuriones inuadunt! & vi hoſtem inuaderent?* Ita cenſeo, & puram manum Taciti eſſe puto, ſicque putant Extiſpices qui auguratu ſuo authorum intima inſpiciunt.

Tacitus correctus.

4 Ea vetvstissima.] Liuius lib. 7. in ſeditione militum vnum exemplum ponit. *Additum legi* (inquit) *ne quis vbi tribunus militum fuiſſet, poſtea ductor ordinum eſſet. Id propter Phaſonium poſtulatum eſt a coniuratis, qui alternis prope annis, & Tribunus militum, & primus centurio erat, quem nunc primipilum appellant: huic infenſi milites erant, quod ſemper aduerſatus nouis conſilijs fuiſſet, nec particeps eorum eſſet, qui ab Lentulis fuiſſent.* Cæterum nota rabiem militum in legatos, in præfectos caſtrorum, in Tribunos, in centuriones: Et in ſumma miles furens, & populus inſaniens, imperantium, & imperiorum peſtes. Noſter 1. Hiſt. *Reſiſtentem ſeditioni tribunum & ſeueriſſimum centurionum obtruncant, rapta arma, nudati gladij, inſidentes armis vrbem & palatium petunt.* Nam militum furentium is mos eſt.

Militum in Tribunos nequitia. *In legatos etiã.* *Miles furens, populus inſaniens, peſtes imperiorũ.*

5 Prostratos.] Hoc deſignat morem fuſtuarij; quippe primum genibus flexi, mox proſtrati iacebant ſub vite, & ictibus crebris feriebantur. Ideo dicebantur *ſubijci fuſtibus.* L. vlt. de iniurijs, & L. 28. De pœnis. D. Sueton. in Tiberio cap. 60. *Exploratorem viæ, primarium cohortium centurionem, ſtratum humi pæne ad necem verberauit.* In caſtris, fuſtuarium pœna erat militum externorum, vitis Romanorum, vt ſupra dixi. Et ex Polybio, Tribunus fuſte primus feriebat, mox ſequebantur cæteri milites. Miles Plautinus dicebat:

Mitis ſum equidem fuſtibus.

Et ita accipio quod eſt in Rudente Plautino:

Quaſi palo pectus tundebat.

De iſto fuſtuario, eſt L. ſi duo. §. vlt. de iureiurando. D. *Eos qui per principem peierant, fuſtibus caſtigari interpoſito præcone.* Nam præcones cauſam fuſtuarij declarabant. L. fuſtibus. Ex quibus cauſ. infam. irrog. Cod. In Seuero Spartianus. *Fuſtibus eum ſub elogio præconis cecidit.* Præconis enim vox. & fuſtuarij pœna leuior, quam flagellationis. Quod L. 10. de pœnis, me docet, & L. vlt. de iniurijs. D. ξύλον a Græcis fuſtis, ῥάβδος virga vocatur. Et vtrumque in pœnam ceſſit. Quæ pœna eſt peruetus. Nam 25. Deuter. *Eum qui peccauit, ſi dignum viderint, plagis proſternent, & coram ſe facient verberari.* Sic proſtratio, deinde verberatio, etiam in caſtris Iudæorum.

6 Cassivs Chærea.] Qui de Caſſiorum genere ortus. Dio lib. 59. Et de quo Seneca epiſt. 4. *C. Cæſar iuſſit Lepidum Decimo Tribuno præbere ceruicem, & Chæreæ præſtitit.* Sed nota heic *centurionem* dici, qui a Seneca lib. Non cad. iniur. in ſap. vocatur *Tribunus.* Exſcribo locum, quia pictura eſt morum Chæreæ. *Huic* (inquit) *Caius ſignum petenti, modo Veneris, modo Priapi dabat: aliter, atque aliter exprobrans armato mollitiem: Hæc ipſe pellucidus, crepidatus, armillatus: Coegit itaque vti ferro, ne ſæpius ſignum peteret. Ille primus*

Quis Chærea. *Chærea centurio dictus a Tacito.* *Tribunus Senecæ.* *Pictura & imago Chæreæ.*

inter coniuratos manum ſuſtulit, ille ceruicem mediam vno ictu decidit. Plurimum deinde publicas ac priuatas iniurias vlciſcentium gladiorum, ingeſtum eſt. Sed primus vir fuit, qui minime viſus eſt. Quod ſane non conuenit cum Tacito, qui animis ferocem, non mollem & fractum facit. Illaque cædes omnem Chæreæ molliriem eluit, ſi quam habuit, ſed ſunt diuerſa morum iudicia.

Tacitus correctus. 7 PRÆCIPVVM INDICIVM.] Hoc loco verbum deeſt. Et nota exſcriptorem ex duobus verbis, vnum feciſſe, vt alias ſæpe in hoc opere. Vnum verbum ex duobus. Heic lego: *Præbuit primum indicium.* Index mihi defectus verbi: qui inter ſyllabas aliarum dictionum latuit, quia ſimiles erant.

Tacitus correctus. 8 DISIECTI.] Recte *diſiecti*. Sequentia enim exigunt, cum ait: *Sed pariter arderent, pariter ſiſterent.* Nam *diſiecti*, & *pariter ardere, pariter ſiſtere*, verba ſunt oppoſita. Ratio correctionis. *Diſiecti* ſunt, qui ſparſi. Sic noſter infra, *Diſiectique per catervas.* Et lib. 4. *Diſiecti, aliiſque nationibus permixti.* Diſiectus qui ſparſus. Sic Pompeius L. Domitio, 8. ad Attic. epiſt. *Miror. nos, inquit, diſiecta manu pares aduerſarij eſſe non poſſumus. Contractis noſtris copiis, ſpero nos & Reip. & communi ſaluti prodeſſe poſſe.* Diſiunctus, qui ſeparatus ſanctum. Nam contracta vis fortior, diſpertita hebetior. Et erat commune periculum concordia propulſandum. Sed facilius eſt mouere quietum, quam motum quietare.

Interea Germanico per Gallias (vt diximus) cenſus accipienti, exceſſiſſe Auguſtum adfertur. [1] Neptem eius Agrippinam in matrimonio, pluresque ex ea liberos habebat. Ipſe Druſo fratre Tiberij genitus, Auguſtæ nepos; ſed anxius occultis in ſe patrui auiæque odijs, quorum cauſæ acriores, quia iniquæ: quippe Druſi magna apud populum Romam. memoria. credebaturque ſi rerum potitus foret, libertatem redditurus. vnde in Germanicum fauor, & ſpes eadem. Nam iuueni ciuile ingenium, mira comitas, & diuerſa [2] a Tiberij ſermone, * vultu, adrogantibus & obſcuris. Accedebant muliebres offenſiones, nouercalibus Liuiæ in Agrippinam ſtimulis; atque ipſa Agrippina paulo commotior, niſi quod caſtitate, & mariti amore, * quamuis indomitum animum in bonum vertebat. [3] Sed Germanicus quanto ſummæ ſpei propior, tanto impenſius pro Tiberio niti: [4] Sequanos proximos, & Belgarum ciuitates in verba eius adigit. Dehinc audito legionum tumultu, raptim profectus, obuias extra caſtra habuit, deiectis in terram oculis, velut pœnitentia.

Fauor in principem a manſuetudine.

* & vultu

Mulieres principes caſtitate & amore maritorum ornantur.

* quãtumuis

1 NEPTEM EIVS AGRIPPINAM.] Quæ mulier caſta, & mariti amans, ſed partu infœlix. Nam hæc Caligulam, & ex filia Agrippina Neronem orbi dedit. De qua ita Plinius lib. 7. cap. 8. *Per vtraſque Agrippinas infœlici ſtirpe.* Loquitur de Agrippinis, quæ Caium, & Domitium Neronem principes genuere, *totidem faces orbis & duo Parides.* Nam vterque generis humani hoſtis, vterque barathrum humani ſanguinis, & gurges.

Tacitus correctus. 2 A TIBERII SERMONE, VVLTV, ARROGANTIBVS ET OBSCVRIS.] Scriptum fuit, *a Tiberij ſermone, & vultu.* Verum litterarum ſimilitudo iſtam particulam abſorbuit. Quod fit ſæpe in manuſcriptis. Cæterum Tiberij vultum & ſermonem fuiſſe arrogantes, & obſcuros, teſtatur noſter infra, & Seneca de benef. Tiberius minime comis. Plinius firmat his verbis: *Tiberius Cæſar minime comis Imperator.* Quod forte ſcripſit, vt ſuo Tito Veſpaſiano gratificaretur, cui longe diſſimilis ratio morum, & ſub cuius principatu, *ex æquo viuebat imperium*, vt ſcribit ille in ſua præfat. Ideo *deliciæ vrbis* dictus. Et ita de eo loquitur Sueton. cap. 1. *Tantum illi ad promerendam omnium voluntatem, vel ingenij, vel artis, vel fortunæ ſuperfuit.* A Veſpaſiano diuerſus. Quod difficillimum eſt in imperio, nam regalis fortuna multum poteſt, ſed omnibus placere non poteſt. Ab iſta autem comitate, amor Titi Veſpaſiani, vt ex arrogantia Tiberij, odium fluxit: quem nemo luxit, ſed tota Roma exhorruit tam viuum, quam exuiuum.

3 SED GERMANICVS QVANTO SVMMÆ SPEI PROPIOR.] Vere ingenium magni principis, alieno abſtinere. Claud. in Epithal. Palladij.

Immenſamque trahit Celerini robore lucem,
Qui quondam Meroen iuſſus Nilumque tueri,
Cum ſibi poſt domitos & Parthica fulmina claros,
Sceptra dares miles, rebuſque imponere velles,
Deſpexit fremitus, & prætulit otia regno.
Reſpuit inceſtum, quod vi, quod poſcere ferro
Poſthabita pietate ſolent.

Nam Plautinum illud frequens in Pſeudolo:

Vbi data occaſio eſt, rape, clepe, tene harpaga,
Bibe, es, fuge: hoc eſt eorum opus.

Quod Tiridates princeps ambitioſiſſimus teſtatur lib. 6. Sic ſocordia multis dicitur, & multi principes quaſi onagri in eremo, (ait ſacra

ſcriptura,) ſurgunt ſummo mane, vt prædas quærant, nec Deum vindicem, nec orbem ſpectatorem, & abominatorem verentur. Ouid. 6. Faſt.

Regia res ſcelus eſt, ſocero cape regna, necato,
Et noſtras patrio ſanguine tinge manus.

Sic Mutianus 4. hiſt. Taciti. *Ipſe Lugduni vim principatus, fortunamque e proximo oſtentaret, nec paruis periculis immixtus, & maioribus non defuturus.* Sic etiam ille Tiridates Vologeſis frater, apud noſtrum lib. 15. Annal. *Non ignauia magna imperia contineri, virorum, armorumque faciendum certamen. Id in ſuuma fortuna æquius, quod validius, & ſua retinere, priuatæ domus, de alienis certare, regiam laudem eſſe.* Sall. 1. Hiſt. *Eo proceſſit vti nihil glorioſum niſi tutum, & omnia retinendæ dominationis honeſta exiſtumet.* Sic ille Nembrot in Biblijs, *fortis venator*, & regnorum prædo. Vno verbo, aut prædo, aut præda. Sed victoria maior ſe ipſum vincere, quam aliena rapere. *Vituperauit Alexandrum Ciliciæ Regem Ptolomæus quod concupierat regnum eius.* 1. Mach. vndecimo. Sed non Alexandro tantum hæc cupido, quæ omnium fere principum orexis, & paganorum præcipue.

Sui ipſius victoria, magna victoria eſt.

4 SEQVANOS PROXIMOS.] Qui hodie Burgundiones dicti: & ita a D. Hieronymo vocantur epiſtola ad Ageruntiam de monogamia. *Saxones, Burgundiones, Alemani.* At Burgundiones Franci Imperij hodie partes & a longiore æuo, etiam nunc & inter Francigenas natio magnis naturæ dotibus cumulata, a qua Franca Chriſtianitas, & ſalus Francorum hominum, & rerum, vt apud Romanos Ilienſes. Nam a Clotilde Burgunda, Clodouæus factus Chriſtianus, totaque Franca nobilitas. Et inde Chriſtianiſſimi reges Eccleſiæ, columina, & Chriſtianitatis lumina.

Burgundiones. *Francorum partes.*

Poſtquam vallum inijt, diſſoni queſtus audiri cœpere. & quidam[1] prehenſa manu eius per ſpeciem exoſculandi inſeruit digitos, vt vacua dentibus ora contingeret. alij curuata ſenio membra oſtendebant. Adſiſtentem concionem, quia permiſta videbatur, diſcedere in manipulos iubet: ſic melius audituros reſponſum: vexilla præferri,[2] * vt id ſaltem diſcerneret cohortes. tarde obtemperauere.[3] Tunc a veneratione Auguſti orſus, flexit ad victorias triumphoſque Tiberij, præcipuis laudibus celebrans quæ apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima feciſſet. Italiæ inde conſenſum, Galliarum fidem extollit;[4] * nihil vſquam turbidum, aut diſcors. ſilentio hæc, vel murmure modico audita ſunt. Vt ſeditionem attigit, *vbi modeſtia militaris, vbi veteris diſciplinæ decus? quonam tribunos, quo centuriones exegiſſent?* rogitans: nudant vniuerſi corpora, cicatrices ex vulneribus, verberum notas exprobrant: mox indiſcretis vocibus, pretia vacationum, anguſtias ſtipendij, duritiam operum, ac proprijs nominibus[5] incuſant vallum, foſſas, pabuli, materiæ, lignorum adgeſtus, & ſi qua alia ex neceſſitate, aut aduerſus otium caſtrorum quæruntur.

Germanicus princeps, imperij non auidus, quod mirabile.

* vt inde ſaltem

Bonus princeps ab regis veneratione non diſcedit, nec re, nec verbis.

* nil vſque aut turbidum

Manus venerationis ſignum.

1 PREHENSA MANV.] Quod venerantibus in vſu fuit. Sic Plutarch. in Catone refert, *Eo diſcedente prouincia, auerſam manus partem milites oſculatos.* Additque, *hoc genus honoris, ſolis eo tempore Imperatoribus datum, & perpaucis.* Seneca pater 4. Contr. *Vt vidi Tyrannicidam ex acie diſcedentem, nihil prius, quam manus oſculatus ſum.* D. Hieronym. in vita Hilar. *Lugentemque matrem cognoſcentes, & benedicentes Deum, ſancti manus oſculati ſunt.* Et Sueton. in Othone: *Multi præſentium militum, cum plurimo fletu manus ac pedes iacentis exoſculati ſunt.* Noſter Annal. 6. de Charicle medico Tiberij: *Per ſpeciem officij, manum complexus, pulſum venarum attigit.* Et Annal. 14. *Adulatio ad ſpem firmauit, prehenſantes manum.* Et eodem lib. *centurionum, Tribunorum que prehenſantium, gratantumque.* Claudian. lib. 2. in Eutr.

Datum in vet. Rep. Imperatoribus. *Et paucis.* *Sanctorum oſculatæ manus apud Chriſtianos.* *Manus & pedes oſculati.* *Adulationes in Neronem matricidam a militibus.*

Illa manum victricem amplexa moratur.

Et hodie manuum oſculationes adhue in vſu: Quod a paganis fluxit. nam cum illa reuerentia oſculari ſolebant manus Deorum, qui in vrbium portis æneis ſtatuis ſiſtebantur. Lucretius,

—Tum portas propter, ahena
Signa, manus dextras oſtendunt attenuari
Sæpe ſalutantum tactu, præterque meantum.

Ita manuum oſculatio. Dicam de oſculatione pedum alibi. Nam ad cætera me Tacitus vocat.

Dij in vrbium portis.

2. VT ID SALTEM DISCERNERET COHORTES.] Eſt heic, vt ſuſpicor, vlcus latens. Quid ſi legendum, *Vt inde ſaltem diſcerneret cohortes?* Nam ex edito Tribunali ſubiecta diſpiciebantur. Et vnaquæque cohors vexillum habebat. Tacitus heic, *vexilla præferri*, vt diſcerneret tumultuantes cohor-

Tacitus correctus.

Atrociſſimus veteranorum clamor oriebatur, qui tricena aut ſupra ſtipendia numerantes, mederetur feſſis, neu mortem in iiſdem laboribus, ſed finem tam exercitæ militiæ, neque inopem requiem orabant. fuere etiam qui legatam a diuo Auguſto pecuniam repoſcerent, [1] fauſtis in Germanicum ominibus: &, ſi vellet imperium, * [2] promptos oſtentauere. Tum vero quaſi [3] ſcelere contaminaretur, præceps tribunali deſiluit. oppoſuerunt abeunti arma, minitantes, ni regrederetur. At ille moriturum potius, quam fidem exueret, clamitans, [4] ferrum a latere diripuit, elatumque deferebat in pectus, ni proximi prehenſam [5] dextram vi attinuiſſent. [6] extrema & *conglo-

*promptos ſe oſtentauere

Furentium militum ſcelus.

---

quietis, & turbulentas ab obſequioſis. Excuſam tamen lectionem non excutio. Et ſæpe noſter vtitur verbo (*id.*) lib. 12. *Proſperis ad id rebus.* Et eodem: *Neque minus id clarum.* Sed ratio ipſa hæc diſcuſſerit. At cur addit, *ſaltem*? quia aſcenſio tribunalis alias commoditates habebat; nempe, vt maieſtas principis ſpectata ſedaret turbas & obſequio militem redderet. De more autem militum circumſiſtendi principem in tribunali, ita Am. Marcell. 15. *Aduocato quod aderat commilitio, tribunali ad altiorem ſuggeſtum erecto, quod aquilæ circumdederunt & ſigna, Auguſtus inſcendens ita perorauit.* Et ex alto infera diſpiciuntur.

Si explicatus.

3 TVNC A VENERATIONE AVGVSTI ORSVS.] Ita capio hæc verba, vt Germanicus initio orationis oculos coniecerit in imaginem Auguſti ſignis affixam, quam ſit veneratus genu flexo, & manu ori admota, mox orſus ſit proloqui. Nam Auguſti effigies ſignis appoſita, vnde illa verba Germanici l. 1. ad milites. *Tua D. Auguſte, cælo recepta mens, tua pater Druſe imago.* Nam illa imago in ſignis. Quod autem ſit manu veneratus, Tacit. ita de Nerone: *Flexus genu & cœtum illum manu veneratus ſententias iudicum opperiebatur.* Et Suet. in Auguſto 52. *Dictaturam magna vi offerente populo genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt.* Nam capita imperij, pedes non dedignātur, & populum ſibi ſubditū, ſed ſuſpiciunt, & amant & venerantur ad totius corporis ſeruandas vires. Nota eſt enim in ſeceſſu Auentino de membrorum diſcidio fabula non fabula, ſed veritatis inuolucrum.

4 NIHIL VSQVAM TVRBIDVM, AVT DISCORS.] Vſquam? atqui turbatum fuit in Pannonia, & in Rheni exercitibus, quod non ignorarunt milites. Putaui ſemper legendum, *nihil vſque aut turbidum, aut diſcors.* ex quo *vſquam* finxerunt. Dixi *vſque*, id eſt, dum hæc memorat, & vſque ad hunc orationis punctum, nihil milites audaciæ, nihil diſcordiæ, nihil murmuris edidere. Tamen ſi quis eſt qui aliter capiat, per me licet, non arieto.

5 INCVSANT VALLVM, FOSSAS, PABVLI, MATERIÆ ADGESTVS.] D. Hieronym. ad Heliod. epiſt. 1. *Quid facis in paterna domo, delicate miles? vbi vallum? vbi foſſa? vbi hiems acta ſub pellibus?* Et perſequitur cætera militaris operæ, & ſupellectilis caſtrorum munimenta. Hæc autem a Tertulliano, a quo mutuatus eſt ille. Noto autem ex Varrone & Iſidoro *Vallum eſſe quod erigitur ad caſtrorum cuſtodiam*, & vallum a vallis dictum: vallos autem eſſe *fuſtes quibus vallum munitur:* quos *furcatos* fuiſſe Varro ſcribit: & valli dicti, *quod figantur & euellantur. Singula*, ait Varro, *& extrema bacilla furcillata habent figuram metæ.* V. 4. de ling. Lat. In Virg. Geor.

Militari exercitium.

Exacuunt alij vallos furcaſque bicornes.

Inde cerui dicti, & idē Virg. dixit, *figere ceruos*, pro figere vallos & furculas, non vero venari & figere ceruos iaculis. Quod Germanus Valens Pimpontius olim in Pariſienſi Senatu doctiſſ. Conſiliarius, mox Aurelianenſis Epiſcopus, iuuentutis meæ ſtudioſiſſimus me docuit. Et Veget. 13. cap. lib. 7. *Huic loricam primuſque adiecit grandibus ceruis.* Et Horat.

-- Qui mane forum, venabula, ceruos,
Differtum tranſire forum populumque iubebat.

Vallo autem tam Macedones quam Græci vtebantur, ait Liuius lib. 33. quem Franciſcus Bartholinus Vrbinas Iuriſconſultus reddidit poſteritati ex Bibliotheca Capituli Eccleſiæ Bambergenſis. Sed Romani melius Græcis & Macedonibus vſi ſunt. *Quippe*, inquit Liuius, *nec ad commoditatem ferendi, nec ad ipſius munitionis firmamentum aptauerant. Nam & maiores, & magis ramoſas arbores cædebant, quam quas ferre cum armis miles poſſet: & cum caſtra his ante obiectis ſepſiſſent, facilis demolitio eorum, vt valli erat* (ſic enim lego.) *Nam quia rari ſtipites magnarum arborum eminebant, multique & validi rami præbebant, quod recte manu caperetur, duo aut ad ſummum tres iuuenes connixi arborem vnam euellebant, quæ vulſa portæ inſtar exemplo patebat, nec in promptu erat quod obmolirentur. Romanus leues & bifurcos pleroſque & trium aut complurium, vt quatuor ramorum vallos cædit, vt & ſuſpenſis a tergo armis ferat plures apte miles; & ita denſos affigunt, implicantque ramos, vt neque quæ cuiuſque ſtipitis palma ſit, prouideri poſſit. Et adeo acuti, aliuſque per alium immiſſi radij, locum ad inſerendam manū non relinquunt, vt neq; prehendi, quod inde trahatur, neque trudi, cum inter ſe innexi rami vinculum inuicem præbeant, poſſit, & ſi vulſus forte eſt vnus, nec loci multum aperit, & alium reponere perfacile eſt.*

* cum globo turbata & interciſa pars concionis
* quidam ſignis
* ſit

* conglobata inter ſe pars concionis, ac vix credibile dictu, [7] * quidam ſinguli propius incedentes, [8] feriret, hortabantur: & miles nomine Caluſidius ſtrictum obtulit gladium, addito, acutiorem eſſe. Sæuum id malique moris etiam furentibus viſum. [9] ac ſpatium * fuit, quo Cæſar ab amicis in tabernaculum raperetur. conſultatum ibi de remedio. etenim nunciabatur parari legatos, qui ſuperiorem exercitum ad cauſam eandem traherent; deſtinatum excidio Vbiorum oppidum, imbutaſque præda manus in direptionem Galliarum erupturas.

Inſani ac furentes Cæſarem ſuſpiciūt.

1 FAVSTIS IN GERMANICVM OMNIBVS.] Fauſtis acclamationibus, quarum exemplum in Velleio vnum habes, cum ita ſcribit: *At vero militum conſpectu elicitæ quaſi lacrymæ, alacritaſque, & ſalutationis noua quædam exultatio, & contingendi manum cupiditas, non continentium, quin adijcerent: Videmus te Imperator, ſaluum recipimus. Ego tecum in Armenia, ego in Rhetia fui. Ego a te in Vindelicis, ego in Pannonia, ego in Germania donatus ſum.* Sunt multæ aliæ militum acclamationes, quas in authoribus reperias. Has non exprimo, quære, & reperies in L. 2. de veteranis, 12. Cod. Et apud Vopiſcum in Probo. *Probe Auguſte Dij te ſeruent.* Et alibi. *Tibi multos annos ex noſtris annis.* Eſt enim hæc frequens verborum liberalitas in milite. Perlege Dionem aut ex Dione Xiphilinum; multas ibi reperies adulatorias offas, præcipue a Senatu tunc ad ſeruitutem facto, quique adulatione turpi eſt omnes milites ſupergreſſus.

2 PROMPTOS OSTENTAVERE.] Lege, *promptos ſe oſtentauere.* Et eſt mera lectio: quippe turbamenta Reipub. & diſſidium principum, militum voluptas. Sic Velleius de iiſdem militibus. *Rabie quadam, & profunda confundendi omnia cupiditate, nouum ducem, nouum ſtatum, nouam quærebant Rempub. Nam nouitate, veterrima virtutum ſubruuntur. Fuit qui duceret in Rempub. defuit qui ſequeretur.* Tamen magnum imperium, nec ſine periculo renui, nec ſine armis poteſt obtineri.

3 SCELERE CONTAMINARETVR.] *Quædam auditu, quædam viſu, quædam tactu nos contaminant.* De auditu Syneſius epiſt. 57. *Etiam apud Chriſtianos liberari a malorum communione, purificari auditu a pernicioſa blaſphemia, abnuereque patrocinium iniuria affectorum.* Sic Arnobius libro 5. aduerſ. Gent. *Partes illas, quas inter aures caſtas, & ſine venia, nefas eſt, ac ſine honoribus appellare præfatis, quia auditus pollueretur.* Et Cicero pro Rabirio. *Carnifex vero, & obductio capitis, & nomen ipſum crucis abſit, non modo a corpore ciuium Romanorum, ſed etiam a cogitatione, oculis, auribus.* Sane Horatius Puluillus dedicans Capitolium, mortem filij annunciantem, audire noluit, *ne feralibus verbis pollueretur*, inquit Liuius libro ſecundo.

Quæ contaminarentur.

Apud Chriſtianos.

Auditus.

Cogitatio.

Apud paganos.

Et Valer. Maxim. ita de pudicitia ait, *Ne verbis quidem pudicitiam debere violari.* Et noſter Annal. 30. *Si vnum ſpectamus, P. C. quam nefaria voce Lutorius Priſcus mentem ſuam; & hominum aures polluerit.* De viſu. Viſus adſpectu mortui polluebatur. Inde vela interpoſita inter laudantem, & mortuum laudatum: vela, inquam, Deorum ſtatuas obnubilantia in funere, ne pollverentur. Dixi ſupra in Iuſticio. Viſus etiam pollutus monſtrorum adſpectu, & ſi ſacerdos apud paganos inter ſacra vidiſſet facientem opus, quod ait Feſtus in verbo, *Præire.* Apuleius certe Apologet. 1. ait *caducum puerum, & comitiali morbo laborantem, ne familia contaminaretur, rus ablegatum.* Memini legiſſe me apud Syneſium in epiſtola quadam, Chriſtianos ſacerdotes, etiam dum nauigarent, velo diſparatos fuiſſe a mulieribus, & quamuis in ſumma inedia, noluiſſe cibi quidquam manibus earum ſumere. Non prætereo L. 12. de re milit. libro 12. Cod. quæ eſt Conſtantini, & quæ prohibet ad verecundiam, ne qui ſudorem equorum detergunt nudi prope fluenta, publicos oculos nudatis corporibus inceſtent. De contactu Seneca pater lib. 1. Contr. 3. *Quidquid* (inquit) *ſecundum deos ſanctiſſimum eſt, contactu ſuo polluit.* Paulus Iuriſconſ. indicat *attactu conuerſationis humanæ piaculum admitti.* Nam ita ſcribit: *Neque iuxta monumentum, neque ſupra monumentum, habitandi ius eſſe.* Sic ſæpe noſter: infra, *Imperatorem attrectare feralia non debuiſſe.* Et idem eodem: *Diſcedite a contactu, & diuidite turbidos.* In legibus Hebræorum accuratius numerantur a quibus abſtinere debeant, ne contactu polluantur. Inde purificandi modus apud eos, a quibus hauſerunt ſua pagani. Apuleius: *Meque protinus purificandi ſtudio, marino lauacro trado.* Tertullian. in oratione: *Hæ ſunt veræ munditiæ, non quas plerique ſuperſtitioſe curant ad omnem orationem, etiam cum lauacro corporis, aquam ſumentes.* Claudian. de 6. Conſular. Honorij.

Luſtralem ſic, triſte, facem, cui lumen odorum
Sulphure cæruleo; nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat, doctus purganda ſacerdos,

Viſus.

Contactus.

Modi purificationis pagana.

Rore pio ſpargens , & dira fugantibus herbis
Numina , terrificumque Iouem , Triuiamque precatus ,
Trans caput , auerſus manibus iaculatur in Auſtrum
Secum rapturas cantata piacula tedas.

Sed dicam de iſtis purificationibus infra , & libro 2. vbi de votis.

4 FERRVM A LATERE.] *Pugiones , telorum genus* , ait Gellius libro 10. capite 25. *Et breue.* Nonius Marcel. vbi de armis. A pungendo pugiones dicti, ſcribit Feſtus, & quod punctim pugnent : παραμήρια vocat Nouella 85. quod femori accingantur, & ſint a latere penduli. Ioſippus de bello Iudaico libro 2. cap. 10. *Exuerunt veſtes ſuas ſub quibus habebant loricas & gladios femoribus ſuis alligatos.* παραζώνια vocat Dio in Traiano. Perſico acinaci ſimillima , ideoque peracuta. Sic Horatius Medos acinaces vocat , pro Perſicis. De quibus ſæpe Ioſephus. ξιφίδιον μηδικὸν , Antiq. libro 20. Et Herodia. 7. Noto autem pugiones a nobis vocari *dagues* : quod ab Anglis profluxit , qui vocant *daguer*. Ita enim Warſinganus in Edoardo II. *Extracto cultello , quem daguer vocant , ictum militi minabatur.* Et paulo poſt : *Cultellum, quem daguer dicimus , euaginatum ſuſpendit ad tergum.* Antiquiſſimus autem eſt pugionum vſus. Nam Numerorum 25. *Accepto pugione ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitam in lupanar , & confodit ambos.* De pugione etiam locus eſt 2. Reg. cap. 20. *Ioab* (inquit) *veſtitus erat tunica ſtricta ad menſuram habitus ſui , & deſuper accinctus gladio dependente ad ilia , in vagina , qui fabricatus leui motu egredi poterat , & percutere. Dixit itaque Ioab ad Amazan, Salue mi frater , & tenuit dextra manu mentum Amazæ* (erat enim mos oſculandi talis , vt notabo alibi) *quaſi oſculans eum : porro Amaza non obſeruauit gladium quem habebat Ioab , qui percuſſit eum in latere , & effudit inteſtina eius in terram , nec ſecundum vulnus appoſuit , & mortuus eſt.* Eodem modo , idem Ioab percuſſit Abner in inguine , & percuſſit pugione. Quod verba declarant ſatis, Iudicum 18. *Amputauit ceruicem eius pugione.* Porro geſtabatur in latere pugio. Velleius libro 2. vbi de Iulio Cæſare. *Cum exuiſſet veſtem, alligaſſetque pugionem ad femur , alterutri ſe fortunæ parans.* Nam pugio femori alligatus, & cluni interdum. Inde *clunabulum* dictus, quod ad clunem pendulus. Iſidor. lib. 17. Orig. cap. 6. Suetonius in Vitellio : *Solutum tum a latere pugionem Conſuli primum , deinde illo recuſante , magiſtratibus , mox ſenatoribus ſingulis porrigens, nullo recipiente , quaſi in æde Concordiæ poſiturus , abſceſſit.* Et geſtabatur *latere dextro* , quod Lipſius docuit. At vero ferentarius ego adfero , & interpretor de pugione locum ex Suetonio & Dione, nec adhuc a viris magnis explicatum. *Duos* (inquit Suetonius) *libros habebat* (loquens de Caligula) *in quibus qui necandi eſſent deſcripti : vnum qui inſcribebatur Pugio , & alter Gladius.* Quod accipio de propinquitate illi coniunctis , & de remotioribus perſonis. Nam quia pugio ferit propinquius , ideo propinquos in eo libello deſcriptos habebat : & quia gladius, qui longior eſt, ferit remotius , ideo remotiores eo continebantur. Erant enim gladij longiores pugione , licet nomen gladij ſit generale. Gladij autem erant *pedeſtres*, aut *equeſtres*, & longus vterque : Gladij tamen equeſtres , pedeſtribus longe maiores. Apul. 1. Metamorph. *Equeſtrem ſpatam præacutam , mucrone infeſto deuorauit.* dicit *equeſtrem* ad miraculum. Silius lib. 8. ita de pugione ni fallor.

Pugiones femori accincti.

Perſico, ſeu Medo acinaci ſimiles.

Verbum (dagues) ab Anglis.

Antiquiſſimi pugiones.

Locus Suetonij explicatus de duobus libris Caligulæ.

Ratio explicationis.

Gladij equeſtres.

Pila volunt , breuibuſque habiles mucronibus enſes.

Gladij pedeſtres.

Nam enſis pro pugione & pro ſica interdum , quamuis breues. Noto autem pugiones fuiſſe inſignia poteſtatis. Nam Vitellius apud Tacitum Hiſt. libro 3. *Aſſiſtenti Conſuli , exolutum a latere pugionem , velut ius necis vitæque ciuium reddebat.* Ab imperatoribus itaque , gladij tradebantur præſidibus, & præfectis prætorio, vt inſignia poteſtatis. vnde Statius libro quinto Syluarum :

Gladij traditi præfectis prætorio.

Pugiones tribunis.

Cuique ſacer primum tradit Germanicus enſem.

Tribunis etiam & centurionibus. Sic Martialis libro 14. epigramm. 32. vbi de pugione :

Militiæ decus hoc , & grati nomen honoris ,
Arma Tribunitium cingere digna latus.

Tacitus 1. Hiſtor. *Centurio ſtricto pugione occurrens.* Quod a Iudæis. Nam Paralipom. 2. cap. 13. *Dedit Ioiada ſacerdos centurionibus lanceas, clypeos & peltas regis Dauid, quas conſecrauerat in domo Domini : conſtituitque omnem populum tenentium pugiones a parte templi dextra vſque ad partem templi ſiniſtram coram altari & templo per circuitum Reges.* Id eſt , centuriones & tribunos & Prætorianos milites. Pugiones autem Romani breues & Gallorum pugionibus breuiores , quibus mucrones ex chalybe facti , ait Dio 38. Pendebant autem, non a latere tantum & clune, ſed aliquando a ceruice. Suetonius in Galba. cap. 11. *Ingreſſus paludatus , ac dependente a ceruicibus pugione ante pectus.* Et nos in veterum Francorum quibuſdam veteribus ſtatuis idem vidimus. Nam Franci, & Galli enſe & pugione vtebantur. Quod firmat Brito libro 8. Philippid. his verſibus de Francis.

Pugio collo ſuſpenſus.

Haſtis nil agitur , gladius , ſoluſque cultellus
Mortifer , afficiunt alternis agmina plagis.

Et idem libro 2.

Franci cum enſe & pugione.

Nunc cultro , nunc enſe furens.

Id eſt, pugione & enſe. Nos Franci dicimus , *l'eſpee & le poignard* , vel , *l'eſpee & la dague.* Vtque iſtud de Francis , ita de veteribus Gallis , apud Gellium ex Annalibus Claudij Quadrigarij. Nam vbi de pugna

Galli veteres.

Digitized by Google

de pugna Manlij Torquati cum Gallo: *Gallus* (inquir) *nudus, præter ſcutum & duos gladios*, id eſt, præter enſem & pugionem. Qui pugiones, non modo geſtabantur, ſed etiam vibrabantur. Cicero in Catil. *Hi pueri tam lepidi atque delicati, non ſolum amare, & amari, neque cantare, aut ſaltare, ſed etiam ſicas vibrare & ſpargere venena didicerunt.* Ideoque non male odoratur Cuiacius, qui 3. de Legibus, apud Ciceronem pro his verbis, *Runis ſemiſicis*, putat legendum *emiſſitijs*, quod manu emittantur, & vibrentur. Accipio autem omnes locos Taciti, & Sueton. quibus gladios contectos veſte geſtaſſe Romanos narrant, pro pugionibus, vt in illo Apuleij loco 2. Metamorph. *Statim denique gladium, quem veſte mea ad hos vſus extuleram, ſinu liberatum arripio.* Quippe enſes veſte contegi vix potuere, quin viderentur propter longitudinem, pugiones contra. Sic Salluſt. Hiſt. 3. in frag. *tectum pugionem expedire conatus.* Geſtabant autem aut accinctos enſes; aut humeris pendentes Heroum more. Nam Homerus 2. Odyſſ. & Virgil. 9. id confirmant.

Pugiones qui torquebantur.

Pueri edocti vibrare pugiones.

Cicero a Cuiacio correctus.

Enſes humeris pendentes.

> *--humero ſimul exuit enſem*
> *Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon*
> *Gnoſius, atque habilem vagina aptarat eburna.*

De accinctione, Papin. 1. Theb.

> *Forſan & accinctos lateri, ſic ira ferebat,*
> *Nudaſſent enſes.*

Enſis ergo, & pugio militum arma, quæ, ſi iuſte torqueantur, laudanda; ſi iniuſte, vt a duellionibus noſtris, damnanda, & vleiſcenda.

5 DEXTRAM ATTINVISSENT.] Papinius libro 9. Thebaid. aliquid refert ſimile.

> *-- Exuerat vagina turbidus enſem,*
> *Aptabatque neci: comites tenuere, ſocerque Caſtigat.*

Salluſt. Hiſt. 3. in frag. *Oppius poſtquam orans nil proficiebat, timide veſte tectum pugionem expedire conatus, a Cotta Vultioque impeditur.* Nam arma quo modeſtiora, eo clariora. Et nota rarum Germanici exemplum, de quo iſtud Druſi Anteceſſoris ſui dicas vere: *Ecquando propinqui, amicique, ſimilem mei ciuem habebit Reſpub.* Sic Velleius: & hercle non ciuis melior, non dux iuſtior.

6 EXTREMA ET CONGLOBATA.] Verbum *conglobata*, ex Taciti & authorum vſu. Nam Tacitus 4. Hiſt. & in vita Agricol. *Neque vſquam conglobari hoſtes compertum.* &, *legio patentiore ſpatio conglobata.* & lib. 12. in principio, *conglobatur promiſcua multitudo.* Siſenna 3. Hiſt. *conglobati & collecti concrepant armis.* Sed in manifeſto errore eſt hæc oratio. Nam illud (&) quid coniungit? deinde (*inter ſe*) quid deſignat? *Extrema pars, air, concionis, & conglobata inter ſe.* Trunca verba, nec trunca tantum, ſed deprauata, & obſcura. Griphus eſt, & Sphinx. Ita lego, *Extrema eſt cum globo turbata, & interciſa pars concionis.* Sane iſta coniectura, habet authores & hiſtoriam ſibi adſtipulantem. Nam Liuius, cuius noſter magnus ſectator, in verbis me iuuit; qui libro 8. ſic ſcribit. *Extrema, & circa Fabium globus, increpabant inclementem dictatorem.* Cæterum exſcriptor in vnum coegit tria verba. Sic Annal. 6. vbi de Agrippina: *Enimuero fœdiſſimis criminationibus exarſit*, pro *In eam vero.* Et eodem libro, *manum carnificum*, pro, *manum immanium carnificum.* Verba autem Taciti quantum potui collegi, vt ex eius ruderibus ſubrutum parietem reſtaurarem. Hiſtoria in plano eſt.

Ratio correctionis.

7 QVIDAM SINGVLI PROPIVS INCEDENTES.] Aduoco vos, o Quirites. *Quidam ſinguli*, an Romana oratio eſt? Sed an Corneliana & Cornelij Taciti? Heic non æſtuo, vt in ſuperiori lacuna. Sed lego confidenter: *Quidam ſigna propius incedentes, ferire hortabantur.* Idem error & in eodem verbo Alexandri ab Alexandro 20. capite libro 1. *Primum militiæ vinculum putarent ſacramenti religionem ſecundum ſingulorum amorem.* Vbi legendum, *ſignorum amorem.* Etiam in hoc verbo (*ſinguli*) mendum eſt apud Suetonium cap. 5. in Veſpaſ. *Singulos repente ramos a frutice dedit.* Quod indicauit Lipſius, non emendauit. Lego, *ſurculos*, (pro *ſingulos*) *repente ramoſa frutice dedit.* Quod autem heic ſcribit, *Quidam ſignis propius incedentes*, intelligit de ſubſignano milite. Veget. *Subſignanus miles, propius ſignis militat.* Liuius libro 8. *Hos ſequebantur ſcutati omnes, inſignibus maxime fulgentes; armiſque: hos 30. manipulorum agmen, antepilanos appellabant, quia ſub ſignis iam alij quindecim.* Silius lib. 5.

Barbara oratio correcta in Tacito.

> *Nec mora, iam medio cœtu, ſigniſque ſub ipſis*
> *Poſtremo aptabat nulli exorabila arma.*

Salluſt. in Catilin. *Ipſe cum libertis propter aquilam adſiſtit.* & forte, *adſtitit.* Et Tacitus noſter libro 17. Annal. de his ſubſignanis militibus ita ſcribit. *Pœnino itinere, ſubſignanum militem, & graue legionum agmen, hibernis adhuc niuibus traduxit.* Et Hiſtor. 4. *Id ſolum, vt in tumultu, monuit ſubſignano milite media firmare.* Sic *ſubroſtrani*, qui ſub roſtris. Cælius epiſt. 1. libr. 8. famil. Cic. *Te ſubroſtrani (quod illorum capiti ſit) diſſiparant periiſſe.* Hi autem ſubſignani milites, erant ad ſignorum præſidia poſiti, quæ perdidiſſe, ignominioſum, & infame; vt conſeruaſſe, maxime glorioſum. Silius lib. 6. de Brutio ſignifero.

Signa ſeruaſſe decus.

Perdidiſſe dedecus.

> *Inde honor, & ſacræ cuſtodia Marte ſub omni*
> *Alitis, hinc cauſam nutriuit gloria lethi.*

Extat de aquilæ conſeruatione epigramma Græcum inſigne, libro 1. Anthol. Noſter infra. *Plurimus circa aquilas labor, quæ neque aduerſum ferri ingruentia tela, neque figi limoſa humo poterant.* Et ſane miles nuſquam lætior, quam receptis ſignis; nuſquam triſtior, quam amiſſis. Ob amiſſa, tecta clauſa, & iuſtitium indictum;

Militum gaudium ſigna recepta.

Mæſtitia, ſign. amiſſa.

ob recepta, nummi cuſi ſub Auguſto. *Eaque* (ait Dio lib. 54.) *quaſi ingenti prœlio Parthos viciſſet, ipſe recepit.* Ita enim receptionem ſignorum magni faciebant. Horatius:

Et ſigna noſtro reſtituit Ioui
Direpta Parthorum ſuperbis
Poſtibus.

Subſignanis militibus, annumerari poſſunt illi milites ex domeſticis, qui dicuntur a Conſtantino *præpoſiti laborum* lib. 12. Cod. quibus datum erat ſignum labarum ad tutelam: de quo dixi ſupra, nec iterum dico. Non omittendum eſt circa ſigna piliferos fuiſſe, quod viget etiam hodie apud nos, & in noſtra militia vocamus *halebardiers.* peditum robur, & ſignorum tutela & præſidium.

Piliferi.

8 FERIRET.] Sic Cæſari moranti & perſtanti in acie, aquilifer fugiens cuſpide minatus eſt. Sueton. cap. 62. in Iul. Nam pauor oculos tollit militi trepidanti. Et plus periculatus eſt Iulius inter ſuos quam inter hoſtes. Fœlicior Auidius Caſſius, qui, vt ait Spart. in eius vita, *cum ingens ſeditio in exercitu eſſet, proceſſit nudus, ſolo campeſtri: & ait, Percutite me, ſi audetis, & corruptæ diſciplinæ facinus addite.* Nimis tamen audacter factum in milite, cuius vita tota in obſequio, & in reuerentia ducis. ſed ſunt quædam quæ ferre decet.

9 AC SPATIVM FVIT.] Lego, *ac ſpatium fit.* Sic noſter de Chærea ſupra: *Inter armatos & obſtantes ſibi viam ferro patefecit.* Eſt aliquid ſimile apud Papin. 7. Theb.

—Excipiunt iuſſi, medioſque per enſes
Dant iter.

Puto circum brachia torta veſte & ſtrictis mucronibus, vt Tacitus ait Hiſt. 5. Quod fit adhuc noſtro æuo. Et apud Virgil. 2. Æn.

Fit via vi.

Nihil breuius, nihil gratius, imo nihil acutius. Et Tacitus: *Si arma occurrant, ferro viam inuenturos.* Hoc dicebant Bataui 4. Hiſtor.

Augebat metum gnarus Romanæ ſeditionis, & [1] ſi omitteretur ripa, inuaſurus hoſtis. at ſi auxilia, & ſocij aduerſum * abſcedentis legiones armarentur, ciuile bellum ſuſcipi; periculoſa ſeueritas, flagitioſa largitio; ſeu nihil militi, ſeu omnia concederentur, [2] in ancipiti * Rep. Igitur volutatis inter ſe rationibus, placitum vt epiſtolæ nomine principis ſcriberentur; miſſionem dari vicena ſtipendia meritis; [3] exauctorari qui ſenadena feciſſent, ac retineri ſub vexillo, cæterorum immunes, [4] niſi propulſandi hoſtis: legata, quæ petiuerant exolui, [5] duplicarique. Senſit miles in tempus conficta, ſtatimque flagitauit. miſſio per tribunos maturatur; largitio differebatur [6] in hiberna * cuiuſquam. Non abſceſſere quintani, vndeuiceſimanique, donec iiſdem in æſtiuis contracta ex viatico amicorum, ipſiuſque Cæſaris pecunia perſolueretur. Primam ac viceſimam legiones Cæcinna legatus in ciuitatem Vbiorum reduxit [7] turpi agmine, [8] cum * fiſci de imperatore rapti inter ſigna, interque aquilas veherentur. Germanicus ſuperiorem ad exercitum profectus, ſecundam & tertiam decumam & ſextam decumam legiones [9] nihil cunctatus ſacramento adigit. Quartadecumani paulum dubitauerunt. Pecunia & miſſio, quamuis non flagitantibus oblata eſt.

Auguſtiæ Reip. in bellis ciuilibus, & furente milite.

* abſcedentis

* Rempublicam *ſupple* fore.

* cuiuſque. attamen non

* fiſci de imperatoris ærario rapti

Milites in finibus & ripis imperij.

SI OMITTERETVR RIPA, INVASVRVS HOSTIS.] Ergo milites in ripis Rheni. Ita eſt. *Riparienſes*, & *limitanei*, & *limitrophi* vocati poſterioribus temporibus. Et L. eſt vnica de Ripa munienda, Cod. Vnde *Riparienſes* & *Ripuarij* qui ripas Rheni ſuis ſtationibus muniunt. Claudianus de bello Getico:

Qui Riparienſes.

—Tutumque remotis
Excubijs, Rhenum ſolo terrore relinquunt.
Vllane poſteritas credet? Germania quondam
Illa ferox populis, quæ vix inſtantibus olim
Principibus, tota poterat cum mole teneri,
Iam ſeſe placidam præbet Stiliconis habenis,
Vt nec præſidijs nudato limite tentet
Expoſitum calcare ſolum, nec tranſeat amnem,
Incuſtoditam metuens attingere ripam.

Præcipue in ripis Rheni.

Sub Arcad. & Honorio ſine præſidio Rheni ripa.

Suetonius in Auguſto cap. 25. *Libertino milite bis vſus eſt ad tutelam ripæ Rheni fluminis, eoſque ſeruos adhuc viris fortuniſque periculoſioribus indictos* lego, *peculioſioribus*, id eſt qui maius habeant peculium. Peculium enim pro facultatibus. Vlpianus L. 16. D. ad ſenatuſconſ. Treb. *Plerique* (inquit) *patrimonium ſuum peculium dicunt.* Aſinius Pollio in famil. Cic. in epiſt. *Balbus. Traiecit ſe in regnum Bogudis, plane bene peculiatus.* Sed ad Riparienſes redeo. Tacit. de moribus German. loquens

Libertinus miles ad tuendũ Rhenum.

Tacitus correctus.

loquens de Agrippinenſibus, *Tranſgreſſi olim* (Rhenum ſcilicet) *& experimento fidei, ſuper ipſam Rheni ripam collocati*, vt arcerent, non vt cuſtodirent. Nam miles Romanus cuſtodiebat, Agrippinenſis hoſtem arcebat, cui in limite Rheni data prædia, quæ vt ſua tutabatur. Tertull. ad Iudæos: *Quid de Romanis dicam, qui de legionum ſuarum præſidijs, imperium ſuum muniunt?* Plus certe ſecuritatis fuit ripam hanc armis muniſſe, quam vrbem Romam legibus firmaſſe.

Tacitus correctus.

2 IN ANCIPITI REP.] Lego, *in ancipiti Rempub.* Scilicet fore. Dux ipſe Tacitus lib. 4. *Irritas leges: Remp. in præcipiti.* Dicit autem *Remp. in præcipiti*, vti Seneca dixit, *de Rep. paleam facere.* Nam ita lego, de Tranquill. libro 1. cap. 11. *Socrates cogitur in carcere mori, Rutilius in exilio: Cato ille, virtutum viua imago, gladio incumbens, ſimul de ſe, & de rep. palam facere.* pro *paleam facere*, id eſt, & ſe, & Rempub. perdere, & ad nihilum redigere. Nam pro re nihili, aut vili *palea.* Ariſt. πὰς μαθίους ἀχυρὰ τῆς ἀσῶν. Extranei ſunt paleæ ciuibus. Diuus Cyprianus de paleis Eccleſiæ: *Auolent, auolent* (inquit) *paleæ leuis fidei quacunque aura tentationum.* D. Hieronym. 4. in Eſai. c. 11. *Leo comedet paleas*, interpretatur verba leuia & ſimplicia ſacræ ſcripturæ, & acus frumentariæ pro rebus nauci & deſpectis, & leuibus, vt apludæ: Næuius ex Nonio:

Explicatus Senecæ.

Correctus.

Ratio correctionis.

Non hercle apluda eſt hodie quam tu nequior. *Id eſt, magis nihili.* Sic Diuus Auguſtinus. *Et ſi grana latent in palea, agricolæ tamen nota ſunt. Nemo timeat eſſe granum, etiam inter paleas: non falluntur oculi ventilatoris noſtri.* Pſalm. 49. Ita certe. Nam ille ventilator cornicum oculis acutior eſt, & perſpicacior, & grana nouit & paleam: grana quæ recondat, paleas quas exurat.

3 EXAVCTORATI.] Id eſt militia ſoluti, quod fiebat interdum *honeſta miſſione*, interdum *inhoneſta.* Tertullian. de corona, voluntariam militis Chriſtiani narrat exauctorationem, paulo corruptis verbis. *Chriſtianus ſum, reſpondit* (o militem glorioſum) *ſuffragia exinde, & res apud acta, & reus apud præfectos. Ibidem grauiſſimas penulas poſuit, reuelari* (lego *releuari*) *auſpicatus*, quia ſcilicet penulæ militares grauiſſimæ. Addit. *Speculatoriam moroſiſſimam pedibus abſoluit, terræ ſanctæ inſiſtere incipiens, gladium nec defenſioni dominicæ neceſſarium reddidit, depoſita laurea, & de manu claruit.* Hæc apud Sagatos. At apud Togatos, ita Sueton. in Iul. *Nihilominus permanere in magiſtratu, & ius dicere auſus, vt comperit paratos, qui vi, atque per arma prohiberent, dimiſſis lictoribus, abiectaque prætexta, domum clam fugit, pro conditione temporum quieturus.* Vides heic voluntariam, & coactam exauctorationem? Salluſt. confirmat his verbis: *Vbi eum tota concione ab exercitu cogit diſcedere, dicit ſe eius opera non vſurum, eumque ab armis dimittit.* Sic fiebat inhoneſta miſſio morte ipſa grauior, & morte crudeliſſima.

Honeſta miſſio.
Inhoneſta.
Exauctoratio militis Chriſtiani.
Voluntaria.

Tert. correctus.

Exauctoratio dignitatis in togata militia.

Lictor dimiſſus prætexta abiecta.

Miſſio coacta.

4 NISI PROPVLSANDI.] Quod erat vſitatum. Sic enim Seneca lib. 1. Controu. 8. *Si magnum aliquod bellum incidat, tunc & veteranos vocari ad arma.* Iuuenalis idem ſcribit, & Velleius vbi de bello Pannonico. *Contractis in vna caſtra 10. legionibus & amplius, cohortibus 14. ſed pluribus quam decem veteranorum millibus. Ad hoc magno voluntariorum numero*, &cæt. Idem: *habiti itaque delectus, reuocati vndique omnes veterani.* Ergo in periculo propulſando non veteranus excipitur, *Omnis homo miles*, ait Tertullian. in Apolog.

Veterani in periculis Reip. ſemper milites.

5 DVPLICARIQVE.] Fauorem tamen militum largitione & ambitu male acquiri ait Velleius. quod verum, & hoc ſcelus Republ. ad exitium ſuum properante a militibus inuentum.

6 IN HIBERNA CVIVSQVAM.] Quia hic error a Mercero animaduerſus eſt, ferat epinicia, qui primus aduenit. Quippe fraudare lucernas debito oleo non poſſum, nec meritam capiti coronam detrahere. Dicam tamen, longe antequam ſua ederet, monuiſſe me Lipſium, legendum eſſe *in hiberna cuiuſque. Attamen.* Et certe illa vox (*cuiuſque*) Tacito ſueta. Nam Annal. 2. *Apud imperitiſſimi cuiuſque promptas aures.* Et libro 14. *Illi vim magiſtratuum, & primi cuiuſque auaritiam increpantes.* Et libro 13. *Pro ingenio cuiuſque quæſiti in principem honores.* Nec tamen ille plene correxit: ſed legendum, *in hiberna cuiuſque. Attamen non abſceſſere quintani.* Nam ex illa voce *Attamen*, finem verbi *cuiuſquam*, pro *cuiuſque* finxerunt exſcriptores, nobiliſſimi certe plaſtæ, & ita ſcriptum *An.* Sed non omnia videt pulcher Theocritus, aiebat idem Lipſius.

Mercerus.

Tacitus plene correctus.

7 TVRPI AGMINE.] Non modo turpi, ſed horrendo, & lugendo ad inſtar exequiarum. Sic Hiſt. 4. noſter: *Quippe intra vallum deformitas haud perinde notabilis. Detexit ignominiam campus, & dies, reuulſæ Imperatoris imagines, innixa ſigna*, (dixi legendum *inhonora ſigna*) *fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis, ſilens agmen, ac veluti longæ exequiæ.* Et ſane exercitu fugato nil triſtius, nil miſerabilius; vt victore nil lætius, nil inſolentius. vis exemplum? Tacitus 1. Hiſt. de ſimili abitu: *Redierunt in caſtra inulti neque innocentes. Poſtera die velut capta vrbe clauſæ domus, rarus per vias populus, mœſta plebs, deiecti in terram militum vultus, ac plus triſtitiæ quam pœnitentiæ.* Nec abeo quin corrigam Tacitum in ſimili loco, & 4. Hiſt. *Ignobiliſſimus quiſque, cæſorum apud Vetera exemplo, pauentes; melior pars rubore, & infamia, Quale illud iter?* (Lego, *iam quale illud iter?*) *quis dux viæ? & omnia in arbitrio eorũ quos vitæ neciſq. dominos feciſſent.*

Deformitas rebellis exercitus.

8 CVM FISCI DE IMPERATORE RAPTI.] Non hæc tua Charis, o Tacite: maior in Latinitate tua venuſtas. Lego, *cum fiſci de Imperatoris ærario rapti.* Et ſcriptum erat, *de Imperator æ*, per notas. Ergo rapti de Imperatoris ærario fiſci, id eſt fiſci, in quibus erant Imperatoris pecuniæ, etiã a militibus de ærario Imperatoris prædati. Et illi ſunt qui inter ſigna

Pecunia militum in fiſcis. *Annona in retibus.* *Duo fiſcorum genera.* *Vt duo pecuniæ genera apud ſigna.* *Principis.* *Et priuatorum.* *Fiſci.* *Signa ſacra, vt templa.* *Templis aſſimilata.* *Fiſcinæ.* *Fiſcella.* *Ius fiſci.* *Operæ monachorum priſcorum.*

vehebantur. D. Auguſt. in Pſalmo 140. *Fiſcus ſcis quid ſit? fiſcus, ſaccus eſt, vnde & fiſcellæ, & fiſcinæ dicuntur; fiſcus ſaccus eſt publicus.* Et certe in fiſcis pecunia militum, vt in retibus annona, & retica annona dicitur ab eodem D. Auguſtino de ciuit. Dei l. 19. c. 19. Inde *confiſcata pecunia* fiſcis repoſita. Sueton. in Auguſt. cap. 101. *Confiſcatam ſemper repoſitamque habuerat.* Duo autem fiſcorum genera erant apud ſigna, vt duo genera pecuniarum: Principis ſcilicet pecunia, & priuatorum. Signa autem apud Romanos erant ſacra, veluti templa. Et certe templis aſſimilantur apud Tacitum lib. 16. Annal. *Cum* (inquit) *fulgentibus aquilis in modum templi.* Vt autem pecunia reponebatur apud templa & ædes Deorum, ſic & apud ſigna: Spart. in Nigro: *Iuſſit ne in Zonis milites ad bellum aureos vel argenteos nummos portarent: ſed publice commendarent*, id eſt, deponerent ſub ſignis recepturi poſt prælia quod dederant. Erantque pecuniæ publicæ, & priuatæ reconditæ in fiſcis. Suet. in Claud. cap. 18. *Poſitis ante ſe cum pecunia fiſcis, ad ſubueniendum hortatus eſt.* Seneca lib. 3. de ira cap. 33. *Libet intueri fiſcos in angulo iacentes: hi ſunt, propter quos oculi claro humore exprimuntur.* Sic enim legendum, non *clamore*, nam oculi non clamant, ſed plorant. Idem epiſt. 119. *Iam ego parueram fiſcos, circumſpiciebam in quod me mare negotiaturus immitterem; quod publicum agitarem, quas accerſerem merces.* Sic Plinius lib. 34. cap. 8. dixit *equum cum fiſcinis*, id eſt fiſcis, feciſſe *Euthycratem illum pictorem nobiliſſimum & artificem.* Inde *ſubfiſcus* folliculus teſticulorum aſelinorum, ita dictus a fiſci ſimilitudine, quo vtebãtur pro marſupio. Verrius Flaccus. Inde *ius fiſci*, apud Iuriſconſultos, & *fiſci*, & *fiſcellæ*, in quibus reponebantur pecuniæ. D. Hieronym. in vita Hilar. *Fiſcellas iunco texens, æmulabatur Ægyptiorum monachorum diſciplinam.* Et ad Ruſt. quem monachum format; *Fiſcellam texe iunco*, inquit. Nam poſt orationes & meditationes, erant diurnæ monachorum operæ, *fiſci*: id eſt Chriſtianorum: nam ita dicuntur D. Hieronym. in Catalogo: iſtique ſolitudinis cultores, quos Philo laudat multum lib. de vita contempl. & D. Baſilius, & D. Ioan. Chryſoſtomus, Syneſiuſque, omniſque Chriſtianorum pia antiquitas, iſtis operulis ſe recreabant. Virg. 1. Georg.

—facilis rubea texatur fiſcina virga.

Depoſita pecunia apud ſigna. *Sed militum.*

At de depoſita pecunia apud ſigna, ſic Sueton. in Domit. cap. 7. *Geminare legionum caſtra prohibuit, nec pluſquam mille nummos, a quoquam ad ſigna deponi. Quod L. Antonius, apud duarum legionum hiberna res nouas moliens, fiduciam recepiſſe etiam ex depoſitorum ſumma, videbatur.* Vegetius etiam tradit, milites ex donatiuo dimidiam partem deponere conſueuiſſe apud ſigna, ne, memores depoſiti, (lego, *immemores*) ipſa ſigna obliuiſcerentur. Ita ob nummos, & ob numina, chara ſigna fuere militibus Romanis.

Cunctatas, Taciti ſcriptura. *In turbis militũ ſacramentum.* *Ob memoriam ſacramenti magis pares miles.* *Sacramentum, militiæ vinculum.* *Et præcipuum.* *Incertum, quod fuerit ſacramẽ. Rom. militum.* *Formula nullibi extat.* *Milites per ſacramentum datum iurabant.* *Genius ſacramenti militum [illegible].*

1 NIHIL CVNCTATVS.] Ex vera mente Taciti, *cunctatas*, quia ſubiungit. *Quartadecimani paulum dubitauerant.* Et opponit *dubitantibus non cunctatas* legiones. Sed nec male *cunctatus* legeretur ex officio ducis, quia in tali tumultu, ſacramentum eſt ducibus pro ſacra anchora. Iuriſconſulti dicunt militare iuſiurandum, ὅρκον στρατιωτικόν, L. 8. Cod. de legat. Et dux non cunctabatur, ſed cunctabatur rebellis miles. Tertull. Contra Phyſic. *Milites nunquam immemores ſacramenti, magis ſtationibus parent.* Seneca epiſt. 106. *Quemadmodum primum militiæ vinculum eſt religio, & ſignorum amor, & deſerendi nefas, tunc deinde cætera facile exiguntur, militibus ad iuſiurandum adactis.* Sic Liuius vbi de ſacramento L. Papirij, *Vinculum militiæ, militum ſacramentum* vocat. Et idem lib. 28. in ſeditione Sucronenſi: *Citati milites nominatim, apud Tribunos militum, in verba P. Scipionis iurauerunt.* Noſter in vita Agric. *Is miſſum ad delectus agendos, Agricolam, integreque ac ſtrenue verſatum, vicesimæ legioni, tarde ad ſacramentum transgreſſæ, præpoſuit, vbi deceſſor ſeditioſe agere narrabatur.* Quale vero fuerit ſacramentum, & eius formula, vix reperias in authoribus, niſi per ſegmenta, qualia ſunt illa quæ Aul. Gell. memorat lib. 16. cap. 4. Sed non ſunt veri ſacramenti verba. Liuius lib. 2. *Iureiurando a tribunis militum adacti, iuſſu Conſulum conuenturos, neque iniuſſu abituros.* Nam ad eam diem nihil præter iſtud ſacramentum fuerat. Dionyſ. lib. 2. ait ſacramentum fuiſſe, *Duci obſequuturos, ſigna non relicturos: ſi faxint, indicta cauſa necari poſſe.* Bleſenſis epiſt. 94. *Olim ſe iuramenti vinculo milites obligabant, quod ſtarent pro Reip. ſtatu, quod in acie non fugerent, quod vitæ propriæ vtilitatem publicam præhaberent.* Et hoc potuit eſſe ſacramentum ſub Rep. Sub Imperatoribus, puto præter ſuperiora additum *Cæſari obſequuturos.* Notandum quod obteſtarentur milites *per ſacramentum.* Nam ita Apul. 4. Metamorph. *Per dextram Martis, per fidem ſacramenti, bonum commilitonem cruciatu ſimul, & captiuitate liberaremus.* Idem huic ſacramento dat genium lib. 9. Metamorph. *Nec militaris etiam ſacramenti genium, ob amiſſam ſpatam verebatur.* Ille enim Genius armorum amiſſorum vindex.

Paucorum animaduerſio omnium quies.

At in Chaucis cœptauere ſeditionem præſidium agitantes vexillarij diſcordium legionum: & [1] præſenti duorum militum ſupplicio paulum repreſſi ſunt. Iuſſerat id Menius caſtrorum præfectus, bono magis exemplo, quam conceſſo iure. deinde intumeſcente motu profugus, repertuſque, poſtquam intutæ latebræ, [2] præſidium ab audacia mutuatur: [3] *Non præfectum ab ijs, ſed Germanicum ducem,*

ducem, ſed Tiberium imperatorem violari: ſimul exterritis, qui obſtiterant, raptum vexillum ad ripam vertit, & ſi quis agmine deceſſiſſet, pro deſertore fore clamitans, reduxit in hiberna turbidos, & nihil auſos. Interea [4]legati ab ſenatu * regreſſum iam apud aram Vbiorum Germanicum adeunt. Duæ ibi legiones prima atque viceſima, veteranique nuper miſſi ſub vexillo hiemabant. Pauidos, & conſcientia vecordes intrat metus, veniſſe patrum iuſſu, qui irrita facerent quæ per ſeditionem expreſſerant. [5] Vtque mos vulgo, * quamuis falſis reum ſubdere, [6] Munatium Plancum conſulatu functum, principem legationis, autorem ſenatuſconſulti incuſant: & [7] nocte concubia vexillum [8] in domo Germanici ſitum flagitare occipiunt; concurſuque ad ianuam facto, moliuntur fores: extractum cubili Cæſarem, tradere vexillum, intento mortis metu, ſubigunt: mox vagi per vias obuios habuere legatos, audita conſternatione, ad Germanicum tendentes: ingerunt contumelias, cædem parant, Planco maxime, [9] quem dignitas fuga impediuerat. Neque aliud periclitanti ſubſidium, quam caſtra primæ legionis: illic ſigna, & aquilam amplexus, religione ſeſe tutabatur. Ac ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuiſſet, [10] rarum etiam inter hoſtes, legatus populi Romani, Romanis in caſtris ſanguine ſuo [11] altaria deum commaculauiſſet.

*regreſſi viam

* quantumuis falſis

Irreuerentia & furor militum in ducem quam inuerecunda.

Dignitas viri fugam neſcit.

Legatus inter ſuos periclitatur.

Saluatur ab exteris.

1 PRÆSENTI DVORVM MILITVM SVPPLICIO.] Qui tandem didicere, in extremo equi Troiani tergo ſcriptum fuiſſe, *Sero ſapiunt Phryges*, vt ait Cicero ad Attic. nam vnius ſupplicium, omnium ſalus. Sic pauco ſanguine tracto corpus omne conualeſcit.

2 PRÆSIDIVM AB AVDACIA.] D. Hieronym. ad Furiam: *Accipe quæſo occaſionem, & fac de neceſſitate virtutem.* Sane imperterritus animus, cui virtus comes, frangit nequitiam obtutu ſolo. Sed contra interdum in fœminis. Nam Iuuenalis lib. 1. Satyra 6.

-- Nihil eſt audacius illis
Deprenſis, iram atque animos a crimine ſumunt.

Sic Sol ceram emollit, & lutum indurat.

Nequitia obtutu fracta.

Interdum firmata.

3 NON PRÆFECTVM AB IIS, SED GERMANICVM DVCEM, SED TIBERIVM IMPERATOREM VIOLARI.] Cuius Tiberij auſpicijs bellum gerebatur. Sic Scipio inſanienti militi hæc exprobrat apud Liuium, quia ducis memoria militi noxio tremor eſt. Sic ergo Liuius: *Mihi nec hodie quidem ſcire videmini, quo inſaniæ progreſſi ſitis, quid facinoris in me, quid in Deos ſacramenti teſtes, quid aduerſus auſpicia, ſub quibus militatis.* Sic rex Agrippa apud Ioſippum de bello Iudaico dicebat Iudæis: *Continete vos, ne irritetur aduerſum vos Cæſar ac vniuerſum imperium Romanum. Non enim veſtrum damnum expetit Cæſar, neque miſit ad vos iſtos præfectos, vt vobis nocerent. verum non vident oculi eius ab Occidente ad Orientem, nec pertingit manus eius a Roma huc vſque. Quin expectate vt legatos mittam ad eum auferamque præfectos a vobis citra bellum & ſanguinis effuſionem.* Sed milite furente, nil cæcius, nil ſurdius.

Miles rebellans Deum lędit, & ſe, & imperatorem.

4 LEGATI AB SENATV EGRESSI IAM APVD ARAM.] Patticula illa (*iam*) multis huius authoris locis inſerta, vitium facit. Quod demonſtrabo vbi ſe obtulerit. Legere autem licet heic: *Legati ab Senatu regreſſi viam.* Tamen non diſplicet Florentinus Codex, in quo, *Regreſſum iam apud aram.* &c. vt referatur ad Germanicum & lectio ſuperior magis me afficit.

Tacitus correctus.

5 VTQVE MOS VVLGO, QVAMVIS FALSIS REVM SVBDERE.] Nota eſt hiſtoria Eluij Cinnæ a populo Rom. diſcerpti, pro Cornelio Cinna, in cæde Iulij Cæſaris, & Varronis in proſcriptione, qui plures Varrones eſſe triumuiros monuit. Dio. Et ſub Auguſto P. Ruffi, qui de famoſis libellis reus factus eſt, quamuis longe abeſſet. Nam vbi vulgus non habet quem certo feriat, omnes ferit, & ſuſpicatur. *Vulgus*, ait Tacitus 2. hiſt. *fingendi auidum; ſi nemo eligatur, multos deſtinat.* Idem ſupra ſcribit: *Lentulo infenſi, quod is ante alios ætate & gloria belli, firmare Druſum crederetur.* Quæ vulgi ſuſpicio fuit. Non male ergo Tacitus, *vt mos vulgo*, & 1. hiſt. *Quia neminem vnum deſtinare iræ poterant, licentiam in omnes poſcebant.* Quod firmat Apul. 2. Metamorph. *Sæuire vulgus interdum, & facti veriſimilitudine, ad criminis credulitatem impelli.* Sed cæcum monſtrum vulgus, & corpus ſine lumine.

Vulgi furor in immerentes.

Et in abſentes.

Suſpicioſum.

Et credulum.

6 MVNATIVM PLANCVM.] Qui bis Conſul fuit: primo, cum M. Lepido, anno V. C. 712. ſecundo, biennio ante mortem

Qui Plancus.

Auguſti, cum C. Silio Cinna, anno ab vrbe condita 766. Dio lib. 56. Quique non modo Conſul, ſed & cenſor. Et nomen fuit Romanum *Munatius*. Plin. 21. cap. 3. *P. Munatius cum lemptam Marſiæ coronam e floribus capiti impoſuiſſet, in carcerem ductus eſt.* Tamen D. Genebrardus legit *Minatium Plancum* in Chronico: quod non placet, quia Liuius contra & Plinius, & Sueton. ſemper & 29. in Auguſto habent *Munatium*. Vir bello impiger, ſed adulatione fœdus, & quem Velleius vocat *proditorem, & venalem, & humillimum aſſentatorem reginæ, & infra ſeruos clientem*: ita lego, id eſt, Cleopatræ reginæ viliſſimum ſeruum. Nam is eſt, de quo Seneca quæſt. nat. lib. 4. cap. 1. *Plancus artifex* (adulationum ſcilicet) *ante Vellium maximus.* Vbi lego, *ante Vitellium*: nam L. Vitellius eſt, qui ſoccum Meſſalinæ per vile ſeruitium & putidam adulationem pedibus detractum, ſinu ſuo conditum baſiabat. Vixit hic ſub Claudio, ille ſub Auguſto & Tiberio. Turpe mancipium, & hoc Sueton. ſcribit in Vitell. cap. 1. Vocat Seneca pater, *deſultorem bellorum ciuilium*. Quippe a Bruto ad Antonium, ab Antonio ad Auguſtum profugit. *Et facilis eſt tranſitus*, ait Tacit. 1. Hiſt. *ad proximos & validiores*: plenaque transfugijs ſunt bella ciuilia, ſed pro leuitaris antidoto iſtud Horatianum capiunt.

Impiger bello.

Seneca correctus.

Miſce ſtultitiam conſilijs breuem,
Dulce eſt deſipere in loco.

Vetus Planci extat inſcriptio notabilis. L. MINVTIVS. L. F. L. N. PRON. PLANCVS. COS. CEN. IMPER. ITER. VIIVIR. EPVL. TRIVMPHA. EX. RHETIS. ÆDEM. SATVRNI. F. DE MANVBIIS. AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA. BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT. LVGDVNVM. ET. RAVRICAM. Plinius cap. 3. lib. 13. *L. Plotium Planci bis conſulis cenſoriſque fratrem.* lege, *Plancum L. Planci bis conſulis cenſoriſque fratrem.* quamuis Caium nominet Valerius lib. 6. cap. 8 ſed male. Nam Planci Lucij dicti. Iudex autem fuit in illa conuiuiali lite M. Antonij, & Cleopatræ, quâ vnio ille, alterum orbis miraculum, abſumptus eſt. Quod narrat Macrobius Saturn. 1. cap. 14. non ſine mendo. *Niſi*, inquit, *Munatius Plancus, iudex ſeuerißimus, mature ſuperatum Antonium pronunciaſſet.* Nam in illa lite, quæ de luxuria, quid ſeueritas? Lego ergo, *Iudex ſuauißimus*. Suauitas in lite, ſuauitas in conuiuio, ſuauitas in partibus litigantibus, ſuauitas in iudicio, & iudice, qui adulator. Plinius lib. 9. cap. 35. *Iudicem ſponſionis* vocat: qui eandem hiſtoriam narrat. Et ad eum eſt iſtud Horatij 1. Carm.

Macrobius correctus.

Suauißimus iudex Plancus.

Seu te fulgentia ſigna
Caſtra tenent; ſeu denſa tenebit
Tiburis vmbra tui.

Et nominatur ab eo *ſapiens*, cui nomini nihil eſt quod æquari poſſit.

Nox partita vt dies apud Rom.

7 NOCTE CONCVBIA.] Vt dies in partes diuiſus apud Romanos, ita nox, vt ait Cenſorinus de die natali, cap. 10. Apuleius primas noctis partes exequitur 2. Metam. *Cum ecce* (inquit) *crepuſculum, & nox prouecta, & nox altior, & deinde concubia altiora, & iam nox intempeſta, mihique oppido formido cumulatior.* Hæc de partibus dimidiæ noctis. Poetæ autem iſtas partes etiam verſibus celebrarunt. Et *Crepuſculum* vocant dubium tempus, noctis, an diei ſit. Quod eſt Sabinum verbum. Plaut. in Paraſito:

Omnes partes ab Apuleio ſignata.

Noctis crepuſculum.

Inde hic bene potus primo crepuſculo.

Virg. 2. Æneid.

Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox
Inuoluens vmbra magna terramque polumque.

Et Papinius 3. Thebaid.

Nox ſubit, & curas hominum, motuſque ferarum
Compoſuit, nigroque polos inuoluit amictu.

Et hoc crepuſculum eſt obſcurum, vt veſperugo. Plaut. in Amphitr.

Neque veſperugo neque Virgiliæ occidunt.

Crepuſculum a verbo *crepero*, & a *veſpere veſperugo*, quaſi ruens veſper. Ouid. 4. Metamorph.

Iamque dies exactus erat, tempuſque ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſis dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.

De nocte prouecta, quæ prima fax dicitur, idem Virgil. 8 Æneid.

Nox erat, & terras animalia feſſa per omnes
Alituum, pecudumque genus ſopor altus habebat.

Et Varro.

Deſierant latrare canes, vrbeſque ſilebant,
Omnia noctis erant placida compoſta quiete.

De ea Auguſtus apud Sueton. cap. 66. *In balneo demum poſt horam primam noctis, duas bucceas manducaui, priuſquam vngi inciperem.* De nocte altiore, idem Papinius 5. Theb.

Nox altior.

Nox concubia, ſeu ſopora.

Primæ decreſcunt murmura noctis.

De concubia, quæ *nox ſopora*, Ennius ex Macrobio Saturnal. 2. cap. 4.

Qua Galli furtim noctu ſumma arcis adorti
Mœnia, concubia, vigileſque repente cruentant.

Et Seneca in Tragœdijs.

Partes fere nox tranſierat duas,
Clarumque ſeptem verterant ſtellæ iugum.

Et Varro:

Cum pictus aer feruidis late ignibus
Cœli choreas aſtricas oſtenderet.

Seneca pater controuerſ. 1. lib. 7. *Nox erat concubia, & omnia (Iudices) canentia ſideribus.* De ſuprema nocte idem Papinius 3. Theb.

Nox intempeſta.

-- Iam nocte ſuprema,
Ante nouos ortus, vbi ſola ſuperſtite plauſtro
Arctos ad Oceanum fugientibus inuidet Aſtris.

Varro 6. de Ling. Lat. Quid *noctis videtur? in altiſſimo cœli Clypeo Temo ſuperat, ſtellas ſublime cogens etiam atque etiam noctis iter.* Placuit hæc leuia aſpergere, & de dimidia nocte tantum, ne tibi moleſtus ſiem.

8 IN DOMO GERMANICI.] Id eſt, *caſtrenſi prætorio.* Nam domus ducis *prætorium* dicta in caſtris, *quod non Conſules ſed prætores tunc legionibus imperitarent.* Feſtus. Liuius lib. 3. Virgil. 4. Georg. de apium caſtris.

Prætorium tentorium ducis in caſtris.

Et circum regem, atque ipſa prætoria denſæ
Miſcentur, magniſque vocant clamoribus hoſtem.

Et vocatur Prætorium *domus verenda ſignorum* a Papinio li. 10. Theb. Cur ita? An quod reponerentur & reconderentur ſigna in prætorio,

Domus verenda ſignorum.

Cur ita.

Signa ærario deprompta.

torio,

torio, vt in domo ducis? Lego enim ſigna ex ærario deprompta, *delata fuiſſe ad dictatorem A. Seruilium*, in Liuij lib. 4. Sed hoc in vrbe, & Dio narrat in ſeditione vrbana vexillum Ianiculo extractum. Sueton. in Galba cap. 12. *Recuſantes atque inſuper aquilam, & ſigna pertinacius flagitantes, non modo immiſſo equite diſiecit, ſed etiam decimauit.* Scio tamen in principijs caſtrorum fixa, ſed puto in militum tumultibus, primum & præcipuum eſſe quod dux occupet ſigna militum, quæ ſi apud ſe habeat, nihil moliri poſſunt. Nam abſque ſignis frigent, nec ſe internoſcunt. Cum ſignis, nullum non facinus occipiunt, & perſequuntur. Nam ſigna ſe ſequutos obtendunt, quæ non deſerturos iurauere. Sic Annal. 2. de Piſone: *Adeo commouerat, vt ſignifer legionis quintæ, ſignum ad eum transmiſerit.* Ergo & milites ſignum ſequentes. Germanicus veteranorum inſaniam conſpicatus, quos ſub vexillo retinuerat, in prætorio vexillum iſtud apud ſe habuit, ne in tumultu vterentur, vel potius abuterentur. De ruſſato autem vexillo non hæc capio, quod tunc nulla illis pugna cum hoſte, ſed cum duce, & legatis, & Romanis in caſtris: quod horrendum.

Ad dictatorem delata. — *Signa penes Galbam.* — *In ſeditione militum primum ſigna occupanda.* — *Abſque ſignis friget ſeditio.* — *Nam iurant ſigna non deſerturos.*

9 QVEM DIGNITAS FVGA IMPEDIVERAT.] Ipſa enim dignitas iubet eſſe graues. Salluſt. in frag. 2. Hiſt. *Ea continet, inquit, vir grauis, & nulla arte cuiquam inferior.* Sic Pompeij os venerandum tumultuantes Luculli milites ſola præſentia compeſcuit. Dio 35. Tit. Liuius lib. 5. quem corrigo mendoſum, loquens de Gallis Romam irrumpentibus, ita ſcribit. *Turba ſeruorum domos regreſſa, obſtinato ad mortem animo, aduentum hoſtium expectabat, qui eorum* (lego, *at qui eorum*) *curules geſſerant magiſtratus, vt fortunæ priſtinæ, honorumque aut virtutis inſignibus morerentur, quæ auguſtiſſima veſtis eſt* (lege, *queis*, pro *quibus*, *auguſtiſſima veſtis, vt eſt*,) *tenſas ducentibus, triumphantibuſve, ea veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere.* Sane ex vetere dignitate Senatus, cuius nunquam quiſquam debet obliuiſci.

Dignitatis comes grauitas. — *Liuius correctus.*

10 RARVM ETIAM INTER HOSTES.] Vtique rarum, ſed a Fidenatibus, & Veientibus factum, vt legatos P. R. trucidarent. Liuius lib. 4. Ideoque ſtatuæ poſitæ mortuis, & Tucca Illyriorum regina P. Iunium & Tit. Coruncanium legatos interfecit, qui poſt mortem ſtatua etiam donati. Plin. libro 34. cap. 6. Quod & fecere Galli Senones, epitome Liuiana lib. 12. Sed legatos populi Rom. in caſtris Rom. a Romanis militibus trucidari, nuſquam auditum, nuſquam lectum, nuſquam intellectum. Tacitus 3. Hiſt. *Ni dato a duce præſidio defenſi forent, ſacrum etiam inter exteras gentes legatorum ius ante ipſa patriæ mœnia ciuilis rabies vſque in exitium temeraſſet.* Nam furor militaris ſine oculis, ſine mente eſt.

Romani olim legati trucidati. — *Sed ab exteris.* — *At in ſuis caſtris auditum nunquam.* — *Niſi æuo Tiberij.*

11 ALTARIA DEVM.] Ergo altaria in caſtris? ita prorſus. Veget. lib. 2. cap. 5. Et ex ceſpite puro, vt tribunal, quantum conijcio: nam primum ex ceſpite altaria. Ouid. 4. Metamorph.

Focos totidem de ceſpite ponit.

Hoc ſi variauerit, animaduerti nondum. Liuius lib. 10. vbi de ſacramento Papinij Curſoris, oſtendit fuiſſe aras in caſtris. *Ara in medio, inquit, victimæque circa cæſæ, & circumſtantes centuriones ſtrictis gladijs. Admouebatur altaribus miles, magis vt victima, quam vt ſacri particeps, adigebaturque iureiurando, quæ viſa, auditaque in hoc loco eſſent, non enunciaturum.* Et noſter docet aras fuiſſe in caſtris, cum lib. 15. ſcribit *Hoſtiam adſtantem hibernaculis, ſemifacta opera fugiſſe, ſeque vallo extuliſſe.* Puto autem fuiſſe apud ſigna, cum apud ſigna iurarent, tum quod ſigna ſacra, vt altaria. Collige inde paganos milites, inter Martis ſtrepitus, de religione ſemper meminiſſe: quod eſt veriſſimum. Sed ἔρρει τὰ καλά, honeſta perierunt.

Altaria in caſtris. — *Et ex ceſpite.* — *Illa altaria in principijs.* — *Propter ſigna.*

Luce demum, poſtquam dux, & miles & facta noſcebantur, ingreſſus caſtra Germanicus perduci ad ſe Plancum imperat, recipitque in tribunal. Tum fatalem increpans rabiem, neque militum, ſed [1] * deum ira reſurgere, cur venerint legati aperit: ius legationis, atque ipſius Planci grauem, & immeritum caſum; ſimul quantum dedecoris adierit legio, facunde miſeratur: attonitaque magis, quam quieta concione, legatos præſidio auxiliarium equitum dimittit. [2] Eo in metu arguere Germanicum omnes, quod non ad ſuperiorem exercitum pergeret, vbi obſequia, & contra * rebellis auxilium. *Satis ſuperque miſſione & pecunia, & mollibus conſultis peccatum: vel, ſi vilis ipſi ſalus, cur filium paruulum, cur grauidam coniugem inter furentes & omnis humani iuris violatores haberet? illos ſaltem auo, & Reip. redderet.* [3] Diu cunctatus, aſpernantem vxorem, cum ſe diuo Auguſto ortam, neque degenerem ad pericula teſtaretur, poſtremo vterum eius, & communem filium multo cum fletu complexus, vt abiret, perpulit.

* deum ira res vergere. — * rebelleis — Furenti furor obſiſtit. — Mollibus non curandum militis vlcus.

Tacitus emendatus.

1 DEVM IRA RESVRGERE.] Lego, *Deum ira res vergere.* Nam pulchrum eſt *Diſſidia nunquam oriri, aut ſi oriantur in caſtris, cito mori & abſumi.* Syneſius ait epiſtola 67. rupta militum in duces obſequia iras eſſe Deorum in rem Romanam. Et eſt exemplum in verbo *reſurgere*, quomodo ex duabus dictionibus vnam conflarint, & contra ſæpe. Sed eſt eis familiare vlcus, & ſuetum. Repoſui *vergere.* Sic enim noſter lib. 2. Annal. *Nam ſuam ætatem vergere; Druſi nondum adoleuiſſe.* Et lib. 5. *vergens dominatio.* Cæterum ad Deorum iras mala referebant pagani, quod ex diuinis Dei oraculis traditum Iudæis. Exod. 32. *Dimitte me, vt iraſeatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Quod pagani ſibi adſumpſere. Sic enim Horatius:

Pagani deorum iras incuſabãt.

Dijs iratis, genioque ſiniſtro.

Vt contra Plautus in Milite:

Ite cum Dijs bene volentibus.

Plinius, vbi de mentagra lib. 16. cap. 1. *Quid hoc eſſe dicamus, aut quas Deorum iras?* Virgil. 2. Æneid.

Heu nihil inuitis fas quemquam fidere diuis.

Dio lib. 56. ait non ſine Deorum ira cladem Varianam accidiſſe. Et Ouid. 10. Metamorph.

Ira Deum ſiue eſt, ſacris placabimus iram.

Silius libro 3.

Sed quænam ira Deum?

Itaque Papinius 5. Syluar.

Nunquid inacceſſo poſui veſtigia luco?
Num vetito de fonte bibi?

Spartian. in Odenato: *Iratum fuiſſe Reip. Deum credo, qui interfecto Valeriano noluit Odenatum reſeruare.* Et Tacitus 16. Annal. *Ira illa numinum in res Romanas fuit: quam non vt in cladibus exercituum aut captiuitate vrbium ſemel editam tranſire licet.* Quippe illa duo, *clades exercituum & captiuitas vrbium*, inter inſigniora mala. Agathias lib. 3. refert ad *diuinam quandam iram iniuſtæ cædis cauſa Romanos circumuentos fuiſſe.* Quidam ex paganis dixit, *Deos habere irarum quadrigas*, quaſi celeres ad iram: & vere dixit. Nam paganorum Dij, non amoris Dij, & beneuolentiæ, ſed odij, & ſubuerſionis. Inde Apollyon ille in Apocalypſi D. Ioannis.

2 EO IN METV ARGVERE.] Quod magis placet: Ideoque ſub toga manum contineo. Nam licet amici Cæſaris, & de metu, & de motu loquerentur; maior tamen *metus* fuit, quam *motus*: & in ſumma fortuna minima fuit licentia. Et hoc firmat Tacitus, dum ait, *Attonitaque magis, quam quieta concione.* Cæterum lego, *arguere* in infinitiuo, & ſine accentu, loquendi forma Tacito familiari, vt infra *incuſare Tiberium.* Et ſupra, *Ruere in ſeruitium, Conſules, Patres, Eques.* Similia ergo ſimilibus curentur.

3 DIV CVNCTATVS.] Non ita, ſed *diu conteſtatus aſpernantem vxorem.* Nam maiorem & veriorem vim habet.

Fœminæ nolunt vbi velis, vbi nolis cupiunt vltro.

ait Comicus. Ideo conteſtatus eſt vxorem. Cicero pro Flacco: *conteſtari cœlum, & noctem.* Et libro 3. epiſt. ad Attic. epiſt. quæ incipit, *Ad Appium. Conteſtans omnes Deos.* & 6. in Verrem. *Hominesque conteſtans clamare cœpit.* Tertull. de Cor. loquens de ſolemnibus verbis in baptiſmo nouellorum Chriſtianorum, quæ hodie etiamnum Catholica Eccleſia pronuntiat. *Aquam*, ait, *adituri in Eccleſia, ſub Antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare Diabolo, & pompæ, & Angelis eius.* Quæ eſt ſolemnis vt vetus formula baptiſmatis apud omnes Chriſtianos. Non inficior verbum *cunctari* frequens eſſe Tacito. vt infra: *Iuuenis conſcientia cunctabatur.* Et 5. Annal. *Haud cunctatus Germanicus.* Sed heic prophanum eſt, & ab iſtis ſacris alienum.

Abrenunciatio vetus.

4 VTERVM EIVS ET COMMVNEM FILIVM COMPLEXVS.] Iſti complexus fiebant colli aſtrictione & oris baſiatione apud Iudæos. Nam Geneſis 33. *Currens Iacob Eſau fratri ſuo amplexatus eſt eum, ſtringenſque collum eius & oſculans fleuit.* Et eodem 45. *Cumque amplexatus rediiſſet in collum Benjamin fratris ſui fleuit, illo quoque ſimiliter flente ſuper collum eius: oſculatuſque eſt Ioſeph omnes fratres ſuos.* Sic Papinius de paganis ad Claudiam vxorem.

Vterum complexus coniugum. Oſcula data.

Viſceribus complexa tuis, ſertiſque dediſti
Oſcula anhela meis.

Non ita Regulus, nam de eo ſic Horatius lib. 3. Ode 1.

Fertur pudicæ coniugis oſculum,
Paruoſque natos, vt capitis minor,
A ſe remouiſſe.

Abeuntibus.

Solebant autem abeuntes, & aduenientes, oſcula dare, & ſuſcipere. Ouid. Briſeid. Achilli.

Hei mihi diſcedens oſcula nulla dedi.

Et Oenone Paridi.

Oſcula dimiſſæ quoties repetita dediſti?
Quam vix ſuſtinuit dicere lingua, Vale?

Suetonius in Tib. cap. 10. *Paucos admodum in digreſſu deoſculatus.* Etiam abeuntibus & non redituris dabant oſcula portis. Rutilius in itiner.

Iam iam laxatis charæ complexibus vrbis,
Vincimur, & ſerum vix toleramus iter.
Crebra relinquendis infigimus oſcula portis,
Inuiti ſuperant limina ſacra pedes.

Sed & aduenientes limina ſalutabant & oſculabantur. Claudianus 1. de laud. Stil.

Vixque ſalutatis laribus, vix coniuge viſa.

Dio ſcribit *Pruſiam ingreſſum Curiam Romanam ſtatim limen oſculatum.* Et idem Claud. 2. de laud. Stilic.

Agnoſcitque caſas, & collibus oſcula notis
Figit, & impreſſo glebis non cedit aratro.

Ouid. 3. Metamorph.

Cadmus agit gentes, peregrinæque oſcula terræ
Figit, & ignotos montes agroſque ſalutat.

Herodianus ſæpe & Xenophon 2. Cyropæd. ſcribunt liminibus prouinciarum poſita altaria, quibus Dij prouinciæ ab introeuntibus ſacrificio ſalutarentur, & a diſcedentibus. Quod apud Iudæos commendatum maxime, qui introitum accedentium & exitum abeuntium Deo commendabant: quod in Biblijs paſſim legitur. Et aduenientes peregre, ſtatim domi deos penates ſalutabant

apud

apud paganos, quod Plautus docet. Sueton. in Nerone. *Nec aduenientem, nec proficiſcentem oſculo dignatus eſt.* Tibullus lib. 1. eleg. 2. de templis.

Non ego ſi merui dubitem procumbere templis,
Et dare ſacratis oſcula liminibus.
Non ego tellurem genibus prorepere ſupplex,
Et miſerum ſancto tundere poſte caput.

Homer. 5. Odyſſ.

-- κύσε δ' ζείδωρον ἄρουραν.
Oſculatus eſt almam tellurem.

De proſequutione autem quæ beneuolentiæ pars, ſic Horat. Sat. 9. lib. 1.

--Vſque tenebo, Proſequar.

Et Ouid. in Amor. epiſt. 4. lib. 1.

Qua licet ad ſeras proſequar vſque fores.

Et Gellius lib. 15. cap. 5. *Nos ergo familiares eius circunfuſi vndique eum proſequebamur domum.* Hæc de itu & abitu & comitatu paganorum: nec omitto quod Philo narrat, floribus, & frondibus abeuntes principes perſequutos, libro de legat. ad Caium. Et eleganter Suet. vocat *Officia proſequentium*, cap. 75. in Iul. Velleius autem de Auguſto, *proſequens eum.* Id eſt, Tiberium. Sed hanc proſequutionem nimis proſequor.

Principes abeuntes floribus ſparſi.

Incedebat muliebre, & miſerabile agmen, profuga ducis vxor, paruulum ſinu filium gerens, lamentantes circum amicorum coniuges, quæ ſimul trahebantur: nec minus [1] triſtes qui manebant. Non florentis Cæſaris, neque ſuis in caſtris, ſed velut in vrbe victa facies, gemituſque, ac planctus etiam militum aures oraque aduertere. Progrediuntur contubernijs, quis ille flebilis ſonus? [2] *quod tam triſte? fœminas inluſtres, non centurionem ad tutelam, non militem, nihil imperatoriæ vxoris, aut comitatus ſoliti pergere, *ad Treuiros, & externæ fidei. Pudor inde & miſeratio, & patris Agrippæ, Auguſti aui memoria, ſocer Druſus, ipſa inſigni fœcunditate, præclara pudicitia; [3] * iam infans [4] in caſtris genitus, in contubernio legionum eductus, quem militaris vocabulo Caligulam appellabant [quia plerunque ad concilianda vulgi ſtudia eo tegmine pedum induebatur.] Sed nihil æque flexit, quam inuidia in Treuiros: orant, obſiſtunt, rediret, maneret: pars Agrippinæ occurſantes, plurimi ad Germanicum regreſſi. iſque, vt erat recens dolore & ira, [6] apud circunfuſos ita cœpit.

* quid tam, aiunt, triſte?

* ad Treuiros viros externæ fidei.

* etiam infans

Vxor ducis eget comitatu.

Semper apud paganos patria charior vxore, & liberis.

1 TRISTES QVI MANEBANT.] Refero, non ad mulieres quæ manerent: nam quæ illæ? & quando illæ? cum Agrippina & lamentantes amicorum vxores ſimul raptarentur extra caſtra. Iſidorus caſtra quaſi *caſta* dicta cenſet, *quod ibi libido caſtraretur, quia caſtris mulier nulla.* Vnde Lucillius.

Mulieres nullæ in caſtris.

Prætor noſter quam ſpurcu'ſt ore, quod omnes
Extra caſtra vt ſtercu' foras eiecit ad vnum.

Et hæc ſcribit author noſter non vt referatur ad mulieres, ſed ad viros: cum dicat non (*quæ manebant*) ſed (*qui manebant*) Nam a caſtris ſemotæ mulieres. Et ſi qua reſtabat, erat Ducis vxor aut præſtantiorum militum, vt heic vxor Germanici. Cæterum longe poſt vxor Caluiſij, ſub Galba ignoto habitu caſtra intrans ſtuprata fuit. Hiſtor. 1. Igitur ad viros refero, qui reſtabant, Germanicum ſcilicet, & amicos, & melioris notæ milites. Tacitus me iuuat, cum addit: *Non florentis Cæſaris, neque ſuis in caſtris, ſed velut in vrbe victa facies.* Heic figo comma. *Gemituſque & planctus etiam militum aures, oraque aduertere.* Et lib. 3. in oratione Cinnæ. *Ne fœminæ in ſocios, aut gentes externas traherentur, ineſſe mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad ſimilitudinem barbari inceſſus conuertant.* Et ſane tunc rarus in caſtris cœtus mulierum. Propert. lib. 3. eleg. 9. ſub Auguſto.

Romanis vtinam patuiſſent caſtra puellis.
Eſſem militiæ ſarcina fida tuæ.

Seruius notat mulieri nefas caſtra ingredi, 8. Æneid. Poſtea tamen frequens. Nam Iuuenalis Sat. 6.

Mulieres in caſtris ſub Domitiano.

-- Quæ caſtra viro, patriamque petente,
Non ibit pariter, numeris reuocata Thraſylli?

Quod autem dicit *triſtes, qui manebant*; ſic Horat. Sat. 1. lib. 5.

Flentibus hinc Varius diſcedit mæſtus amicis.

Nam amor plerumque etiam viris fortioribus & firmioribus oculos pungit.

2 QVID TAM TRISTE.] Puto legendum ita: *Quis ille flebilis ſonus? quid tam (aiunt) triſte?* Nam in ijſdem litteris delituit, & in dictione *tam* (*ait*) & *t* in initio verbi (*triſte*) quod ſequitur, facit (*aiunt.*) Idem error lib. 13. in fine. *Patienda meliorum imperia.* Vbi legendum, *patienda (ait) meliorum imperia*, & ex occulto illud verbum ſe clepit. Vitium eſt non abſimile, & ſimili egens medicamento apud Sueton. in verbo (*aiunt:*) *In vrbe*, inquit, *etiam confuſum eum ſomnio proximæ mortis*: pro *In vrbe etiam aiunt confuſum eum ſomnio*

proximæ noctis. Et noto totam hanc clauſulam deformem & fœdam. Itaque lego, *fœminas illuſtres non centurione ad tutelam, non milite vti. Nihil illis imperatoriæ vxoris & comitatus ſoliti, pergere ad Treuiros, viros etiam externæ fidei.* De Treuiris ita Cicer. epiſt. ad Trebat. 7. famil. *Treuiros vites cenſeo: audio capitales eſſe, mallem auro, argento, ære eſſent, ſed alias iocabimur.* intelligit enim de Treuiris hoſtibus popul. Rom. Repoſui *viros*, quia verbum confuſum ad verbum *Treuiros*. Et ita repoſui lib. 2. Infra *offerrentur* cum verbo *auferantur*, quia vtrumque ſcriptum erat. Repoſui etiam, vbi de morte Burrhi lib. 14. *Cum ad eum viſendum princeps veniſſet, aſpectum eius auerſatum, ſciſcitantique hactenus reſpondit.* vbi legendum; *auerſatum, ſtatumque ſciſcitanti hactenus reſpondit.* Multa ſunt alia in authoribus animaduertenda & emendanda in hoc verbo *aiunt*, & in noſtro authore, vbi occurrerint, corrigam.

3. IAM INFANS. Quid ſi legatur *etiam infans?* vt poſt patrem, & auum, & ſocerum, & matrem ille infans memoretur? Dixi hanc vocem (*iam*) multis in locis vitium facere, vt in L. Neratius. de Reg. Iur. *Iam defuncto dediſſe*, vbi legendum, *Etiam defuncto dediſſe.* Sed hæc ad edictum prætoris, non ad Tacitum. Cæterum ille infans, vbi vir fuit (ſi vir fuit) præterquam in fœminas cogitauit ad vltionem militaris huius ſeditionis, omnes iſtas legiones trucidare: vocataſque ad concionem, & inermes, armato equitatu circumſederat. Sed cum milites ad capienda arma dilaberentur, fugit ocyus vile & iniquum pectus. Suet. in Calig. Et vltio illa auxit non abſtraxit dedecus.

Verbum iam *vitium facit, L. Neratius.*

4. IN CASTRIS GENITVS.] Claudianus eadem de Honorio fere Paneg. de 4. Conſ. Honor.

Reptaſti poſt ſigna puer, regumque feroces
Exuuiæ tibi ludus erant, primuſque ſolebas
Aſpera complecti toruum poſt prælia patrem.

Et idem eodem, de eadem re.

——— *Exercitus vndique fulgens*
Adſtitit, ambitur ſignis auguſtior infans,
Senſit odorantes galeas, redditque ferocem
Vagitum lituis.

Odorantes dicit *galeas*, quia ore & vnguentis perfundebantur. Sane principes infantes in caſtris nati, ſunt deliciæ militibus. Et Caligula dictus *caſtrorum alumnus.*

5. VOCABVLO CALIGVLAM. Seneca Non cad. ini. in Sap. cap. 18. hoc firmat. *Caius*, inquit, *omnia contumelias putabat, & fuit ferendarum impatiens, faciendarum cupidiſſimus. Iratus fuit Herennio Macro, qui illum Caium ſalutauerat. Nec impune ceſſit primipilario, qui Caligulam dixerat. Hoc enim nomine, ſcilicet in caſtris natus & alumnus legionum, vocari ſolebat, nullo nomine militibus familiarior vnquam factus. Sed iam Caligulam, conuitium & probrum iudicabat.* Noſter infra de Calig. *Vbi fœmina manipulos interuiſat, ſigna adeat, largitionibus tentet, & tanquam parum ambitioſe, filium ducis gregali habitu circumferat, Cæſaremque Caligulam appellari velit.* Militis ſepulti hoc eſt elogium: OMNIBVS. OFFICIIS. IN. CALIGA. FVNCTI. COPPIO. BASSO. Illæ autem caligæ militares clauis acutis erant horridæ: Sic enim Plinius lib. 9. cap. 18. de piſcibus lacus Verbani. *Piſces omnibus annis, Vergiliarum exortu exiſtunt, ſquammis conſpicui crebris, atque peracutis, clauorum caligarum effigie.* Qui aurei & argentei & ærei, & interdum ferrei erant. Et iſtis clauis Iuuenalis ait vrbanum populum lacerari, Satyra tertia.

Caligula ſui nominis oſor.

Caligæ militũ horrẽtes clauis.

In digito clauus mihi militis hæret.

Et Dio lib. 57. ait Caligulam dictum quod vt plurimum in exercitu educatus, militaribus caligis, aut ſubligaculis, pro vrbanis vteretur. Sed longe ante L. Antonius & Fuluia Senatum Caligam appellauerũt, inquit Dio lib. 48. Auſon. in Cæſaribus vbi de Caligula:

Cur Caligula dictus.

Senatus caliga dictus.

Poſt hunc caſtrenſis caligæ cognomine Cæſar
Succeſſit, ſæuo ſæuior ingenio.

Ideo Plinius vocat illum facem generis humani, lib. 7. cap. 8. Sic Caligula a caliga, nec aliud niſi caliga, ſed ſanguine tincta & libidinibus fluens. Et ſane heros Germanicus noxam genuit Caligulam. Verumque quod Capitolinus in Seuero, *Aut pauci aut nulli ex magnis viris pares filios reliquere.* Sed prædixerat ante Homerus.

6 APVD CIRCVMFVSOS.] Noſter hiſt. lib. 1. *Exhortatio ducum, non more concionis apud vniuerſos, ſed vt quiſque eorum aduehebatur.* Sunt enim quædam fortuita, quædam conſulta militum alloquia. Idem eodem. *Illum tribuni centurioneſque circumſiſtunt abiectis militiæ inſignibus, otium & ſalutem flagitantes. Senſit inuidiam miles.*

Non mihi vxor, aut filius patre & Rep. chariores ſunt: ſed illum quidem ſua maieſtas, imperium Romanum cæteri exercitus defendent: coniugem, & liberos meos, quos pro gloria veſtra libens ad exitium offerrem, nunc procul a furentibus ſummoueo; vt quicquid iſthuc ſceleris imminet, meo tantum ſanguine pietur: neue occiſus Auguſti pronepos, interfecta Tiberij nurus nocentiores vos faciat. quid enim per hos dies inauſum, intemeratumue vobis? [2] *Quod nomen huic cœtui dabo? militeſne appellem? qui filium imperatoris veſtri vallo, & armis circumſediſtis? an ciues, quibus tam proiecta ſenatus autoritas? hoſtium quoque ius, & ſacra legationis, & fas gentium rupiſtis. Diuus Iulius ſeditionem exercitus verbo vno compeſcuit,* [3] *Quirites vocando, qui*

Miles in tumultu vera rabies armata.

do, qui ſacramentum eius detrectabant. Diuus Auguſtus vultu, & aſpectu Actiacas legiones exterruit. nos, vt nondum eoſdem, ita ex illis ortos,[4] ſi Hiſpanus, Syriæue miles aſpernaretur, tamen mirum & indignũ erat. Primane, & viceſima legiones? illa ſignis a Tiberio acceptis,[5] tu tot præliorum ſocia, tot præmijs aucta? Egregiam duci veſtro gratiam refertis? Hunc ego nuntium patri, læta omnia alijs e prouincijs audienti, feram? ipſius tyrones, ipſius veteranos, non miſſione, non pecunia ſatiatos? Heic tantum interfici centuriones, eijci tribunos, includi legatos; infecta ſanguine caſtra, flumina? meque precariam animam inter infenſos trahere? Cur enim primo concionis die ferrum illud, quod pectori meo infigere parabam, detraxiſtis? Improuidi amici. Melius & amantius ille, qui gladium offerebat. Cecidiſſem certe nondum tot flagitiorum exercitui meo conſcius. Legiſſetis ducem, qui meam quidem mortem impunitã ſineret, Vari tamẽ & trium legionũ vlciſceretur. Neque enim dij ſinant, vt Belgarum (quanquam offerentium) decus iſtud, & claritudo ſit, ſubueniſſe Romano nomini, compreſſiſſe Germaniæ populos. Tua, diue Auguſte, cælo recepta mens,[6] tua, pater Druſe, imago, tui memoria iiſdem iſtis cum militibus, quos iam pudor & gloria intrat, eluant hanc maculam, iraſque ciuiles in exitium hoſtibus vertant. Vos quoque, quorum alia nunc ora, alia pectora contueor, ſi legatos Senatui, obſequium Imperatori, ſi mihi coniugem, ac filium redditis, diſcedite a contactu, ac diuidite turbidos. id ſtabile ad pœnitentiam, id fidei vinculum erit.*

* Illa ſignis a Tiberio acceptis, iſta tot præmijs aucta? Egregiam

Quam olim vultu & aſpectu, imo vno verbo curarunt Iulius & Auguſtus.

Exteri non boni medici domeſticæ cladis, quam accendant nõ extinguant.

1 Non mihi vxor avt filivs Rep. chariores.] Germanicus ab his verbis auſpicatur, quaſi a formula quadã iuriſiurãdi, quæ frequens in vet. Rep. quæq. inualuit maxime poſtea ſub Caligula. Nam apud Suet. c. 15. *Cogebat*, inquit, *omnes iurare his cõceptis verbis: Neque me, liberoſq. meos chariores habeo, quã Caiũ & ſorores.* Quod ex veteri iureiurãdo ſumptũ eſt. Hoc autẽ a Scipione Africano Tribuno Pleb. vſurpatum fuit: nam authore Liuio *L. Metellus reliquias pugnæ Cannenſis, cum de relinquenda Italia conſilia agitarent, Iurare coegit: Non ſe relicturos patriam, & ipſam omnibus rebus chariorem futurã.* Sic Cato apud Lucan.

Me geminæ figant acies, me barbara tellus
Rheni turba petat: cunctis ego peruius haſtis,
Excipiam medius totius vulnera belli:
Hic redimat ſanguis populos, hac cæde luatur
Quidquid Romani meruerunt pendere mores.

Formula iuriſiurandi ſub Caligula.

Et apud Salluſt. in frag. *Adſum en Cotta Cõſul, voueo, dedoque me pro Rep.* Apud Suet. Auguſt. *Ita mihi ſaluam ac ſoſpitem Remp. ſiſtere in ſua ſede liceat*, c. 28. & 2. Reg. c. 14. *In me, domine Rex, eſt iniquitas, & in domum patris mei. Rex autem, & thronus eius ſit innocens.* Sane Paulus Æmilius apud Liuiũ ſic ait: *Cum in maximo prouentu fœlicitatis veſtræ timerem, Quirites, ne quid mali fortuna moliretur; Iouem Opt. Max. Iunonemq. reginam, & Mineruam precatus ſum, vt ſi quid aduerſi P. Rom. immineret, tantum in domum meam conuerteretur.* Sic Ouid. 15. Metamorph. fab. 49.

Ad cælumque oculos, & eodem cornua tollens,
Quicquid, ait, ſuperi, monſtro portenditur iſto,
Seu lætum eſt aliquid, patriæ, populoque Quirini,
Siue minax, mihi ſit.

Nãm in Remp. magnus erat ciuiũ ardor, magnus amor. Sic Florus de bello Hetruſco c. 1. *Decius, more patrio, deuotum Dijs manibus obtulit caput, ſolemnemq familiæ ſuæ conſecrationem in victoriæ pretiũ redegit.* Et ita M. Cato in Orig. *Ego hãc tibi, & Reip. animam do.* Sic interpretanda L. 3. §. vlt. de peculio. *Quia Remp. ſaluam fore pater obſtrictus eſt.* Nec diſpar id quod apud Claud. Stilico, de bello Getico.

Deuota capita pro Rep.

Amor in Remp.

Me quoque non impar naturæ cura remordet,
Nec ferro ſic corda rigent, vt noſſe recuſent,*
Quam ſanctum soceri nomen, quam dulce mariti,
Quantus prolis amor: ſed nunquam oblita decoris,
Obſcænam latebram pietas ignaua requiret,
Nec vobis fortis monitor, mihi cautior vni.
Hic coniux, hic progenies, hic carior omni
Luce gener.

* Ita lego, non (aut)

Nam Reip. ius pro omni iure eſt.

2 Qvod nomen.] Sic Sall. bell. Iugur. *Quos accidam? aut quos appellem? nationeſue, an reges, qui omnes familiæ noſtræ ob amicitiam veſtram infeſti ſunt?* Et hæ figuræ frequentes in authoribus. Sic compellabat Auguſtus equites Rom. nuptiarũ oſores, vt ſcribit Dio l. 56. *Quod nomen vobis dabo? Viroſne appellẽ? At viros vos nõ exhibetis. Ciues? At vos ciuitatẽ Romanam deperditis.* Diſperdebãt, quia ciues nõ gignebant; viri nõ erant, qui ſe viros iuſtis nuptijs non oſtendebant.

3 Qvirites vocando.] Hæc ſcripta ſunt apud Dionem 42. Nam cum milites longa oratione Iulium Cæſarem laborum & periculorum ſuorum admonuiſſent & miſſionem flagitarent, ſic Cæſar reſpondit: *Enimuero Quirites vera dicitis, nam & laboribus & vulneribus exhauſti eſtis:* Nec plura loquutus omnes ſacramento ſoluit. Quod eos maxime pupugit & puduit, ac præcipue quod *Quirites*, non milites vocaſſet. Sed Auguſtus in pari ſeditione non cõmilitones, ſed *milites* tantum vocauit. Suet. 25. in Auguſto, & idẽ in Iulio c. 70. *Decumanos Romæ cum ingentibus minis ſummoq. etiã vrbis periculo miſſionẽ & præmia flagitantes ardẽte tũc in Africa bello, neque adire cũctatus eſt quãquam deterrẽtibus amicis, neq. dimittere: Sed vna voce qua Quirites eos pro militibus appellarat tã facile circũegit ac flexit vt ei milites ſe eſſe reſpõderint.*

4 Si Hispaniis, Syriæve miles.] Lego, *ſi Hiſpanus Syriæue miles*, & Typographi leuis error eſt. noſter Ann. 15. *Priorq; Syriæ miles apud Corbulonem.* De veteri milite Hiſpano, Silius l. 1. magna dicit & vera:

Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem:
Namque vbi tranſcendit florentes viribus annos,
Impatiens æui, ſpernit nouiſſe ſenectam,
Et fati modus in dextra eſt.

Quod glorioſum: ſed prima militiæ pars, eſt in parendo. Ad quam ſi miles redierit, eſt valde honorificum.

5 Tv tot.] Mendoſa verba. Nam non alloquitur legiones, ſed circumfuſos tantum quoſdam milites, vt dixit. Ergo lege, *iſta*, ſcilicet legio.

Tacitus correctus.

Et ex manuſcriptis non intellectis error.

Verba enim facit de legionibus rebellantibus: & ex *manuſcripto* non intellecto, culpa erupit, in quo ita ſcriptum: *Illa ſignis a Tiberio accepTISia*, id eſt *acceptis, iſta tot præliorum ſocia*. Opponuntur autem, *illa*, & *iſta*. Moneo tamen, vti hæc ſcripta ſunt, & interpuncta, ne Sibyllam quidem poſſe intelligere. Ergo ſic reſtituo a capite ad calcem. *Si Hiſpanus, Syriæne miles aſpernaretur, tamen mirum, & indignum erit. Primane, & vicesima legiones?* per interrogandi modũ. *Illa, ſignis a Tiberio acceptis, iſta tot præliorum ſocia, tot præmijs aucta?* etiam interrogando, & incipe clauſulam. *Egregiam duci veſtro gratiam refertis. Hunc ego nuntium patri, læta omnia alijs e prouincijs audienti, feram?* &c. Nunquam certe militum defectio Imperatoribus placuit, quia viribus ſuis Imperium *deſtituit* & expoliat. Ergo comprimenda aut ſedãda: nec aliter fit. Timet ni timeatur miles.

Species Druſi patru Plinio viſa.

6 Tva pater Drvse imago.] Hic eſt Druſus Germanici frater, de quo Plin. Iunior ad Marcum ſic ſcribit, vbi de Plinio ſuo auunculo. *Aſtitit* (inquit) *ei quieſcenti, Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſimus victor, ibi perijt. Commendabat memoriã ſuam, orabatque vt ſe ab iniuria obliuionis aſſereret.* Nam tum Germanica bella maior Plinius exarabat, cum hęc ſpecies ei apparuit. Druſi autem imago in ſignis fuit, ad quam iſta conuerſio & oratio filij, vt fuere reliquorum principum ad Conſtantinum vſque qui tales imagines ſuſtulit, ſola Cruce relicta. Quod notat Euſebius c. 21. l. 4. de vit. Conſt. Videmus tamen in nummo Conſtantini, effigiẽ vexilli, cum ſupparo, in quo trium liberorũ Conſtantini capita depicta sũt cum hac inſcriptione: Spes pvblica. Quod Euſebio aduerſatur. Sed hæc ante, & illa poſt. de codẽ Druſo Claud. de laud. Stil.

Verba ſpectri Plinium alloquentis.

Imagines principum in ſignis.

Quod ſublatum a Conſtantino.

Ante tubam nobis audax Germania ſeruit.
Cedant Druſe tui, cedant Traiane labores.

Nam & Druſus, & Traianus in Germania multum ſudarunt, & multa adiecerunt Imperio.

Vox Ducis concordiam inter diſcordes parit.

Supplices ad hæc, & vera exprobrari fatentes[1] orabant, puniret noxios, ignoſceret lapſis, & duceret in hoſtem; reuocaretur coniunx, rediret legionum alumnus, neue obſes Gallis traderetur.[2] Reditum Agrippinæ excuſauit ob imminentem partum, & hiemem. venturum filium. cætera ipſi exequerentur. Diſcurrunt mutati, & ſeditioſiſſimum quemque vinctos trahunt ad legatum legionis primæ C. Cetronium, qui iudicium & pœnas de ſingulis in hunc modum exercuit. Stabant pro concione legiones diſtrictis gladijs:[3] reus in ſuggeſtu per tribunum oſtendebatur: ſi nocentem adclamauerant, præceps datus trucidabatur: Et gaudebat cædibus miles, tanquam ſemet abſolueret. Nec Cæſar arcebat: quando nullo ipſius iuſſu penes eoſdem ſæuitia facti & inuidia erat. Secuti exemplum veterani haud multo poſt[4] in Rhetiam mittuntur, ſpecie defendendæ prouinciæ, ob * imminentis Sueuos: cæterum vt auellerentur caſtris, trucibus adhuc, non minus aſperitate remedij, quam[5] ſceleris memoria.

Mos puniendi rebelles in caſtris Rom.

* eminentis

1 Orabant pvniret noxios.] Quæ vis fuit & aculeus eloquentiæ & reuerẽtiæ ducis. Nam quid non patrat? *Ad prælia trudit inermem.* Imo inertem & inuitum & repugnãtem. noſter 1. Hiſt. *Senſit inuidiam miles, & compoſitus in obſequium, authores ſeditionis ad ſupplicium vltro poſtulabat.* Quod indiciũ fidei, & pœnitentiæ argumentum fuit: & nota verum iſtud Syneſij epiſtola 67. Obedientia vita eſt; mors, inobedientia.

2 Reditvm Agrippinæ.] Quid ait Tacitus? *Reditum Agrippinæ excuſaſſe Germanicum? Cum ipſe, reditum Agrippinæ, & filij, oratione ſua ſibi concedi poſtulauerit? Vos quoque* (dicebat) *ſi mihi coniugem ac filium redditis, diſcedite a contactu.* Rogat, quod oblatum repudiat. An obliuio eſt? vos cenſete quibus cenſura eſt. Quid ſentiam ſcio.

3 Revs in svggestv.] Id eſt editiore loco. ſic Plin. l. 12. c. 10. *Eiuſdem inſulæ excelſiore ſuggeſtu, lanigeræ arbores, alio modo quam Serum.* Reus autem in ſuggeſtu, vt viſus ab omnibus, aut damnaretur, aut abſolueretur.

4 In Rhetiam mittvntvr.] Diuiduntur vt de diuiſis ratio conſtet facilius: nam contractæ quam diuiſa fortius hærent. Velleius 1. l. De Rhetia autem Claud. de bell. Get. *Sublimis in Arcton*

Prominet Hercyniæ confinis Rhetia ſiluæ;
Quæ ſe Danubij iactat Rhenique parentem,
Vtraque Romuleo prætendens flumina regno.

Nam Rhenus & Danubius ſuos fontes in Rhetia habent, fratres fluuij, origine pares, lapſu diuerſi, cum hic Pontum, ille Oceanum petat.

Deſcriptio Rhetiæ a Claudiano.

Seditioſus miles diuiditur.

5 Sceleris memoria.] Sic noſter Hiſt. 1. *Longis ſpatijs diſcreti exercitus, quod ſaluberrimum eſt ad continendam militarem fidem, nec vitijs, nec viribus miſcebantur.* Sic Aſinius Pollio 10. epiſt. Cic. *Vigeſimam octauam legionem incitatiſſimam retinui, ægre me hercule: nec retinuiſſem ſi vno loco habuiſſem, vtpote cum ſingulæ quædam cohortes ſeditionem fecerunt.* Dio de Tiberio in Dalmatis l. 56. *Cum videret milites moræ iam impatientes, etiam cum periculo finem bello imponere cupere, veritus, ne, ſi vna eſſent, ſeditionem concitarent, copijs in tres partes diuiſis, vnam Silano, M. Lepido alteram dedit, cum reliquis, ipſe, & Germanicus aduerſus Baſtonem ſe contulerit.* quod enim ſcinditur, minus viriũ habet.

Mos creandi centuriones.

*Centuriones tum delegiat

[1] * Centurionatũ inde egit. citatus ab imperatore nomen, ordinem, patriam, numerũ[2] ſtipendiorũ, quæ ſtrenue in prælijs feciſſet,[3] & cui erãt donaria militaria, edebat: ſi tribuni, ſi legio induſtriã, innocentiamq. adprobauerant, retinebat ordines: vbi[4] auaritiã, aut crudelitatẽ cõſenſu obiectauiſſẽt, ſoluebatur

militia

militia. Sic compoſitis præſentibus, haud minor moles ſupererat, ob ferociam quintæ, & vndeuiceſimæ legionum, ſexageſimum apud lapidem (loco Vetera nomen eſt) hibernantium. nam primi ſeditionem cœptauerant, [atrociſſimum quodque facinus horum manibus patratum] nec pœna commilitonum exterriti, nec pœnitentia conuerſi, iras retinebant. Igitur Cæſar arma, claſſem, ſocios demittere Rheno parat, [6] ſi imperium detrectetur, bello certaturus.

Qui ab omnibus probatur, non reprobatur, ſed apud legiones retinetur.

Notæ in his verbis perditorum elogiũ turpe: non pœna exterriti, non pœnitentia conuerſi.

Tacitus correctus.

1 Centvrionatvm inde egit.] Puto ſcriptum fuiſſe a Tacito, *Centuriones tum dilegit*. Nã moris erat eligere centuriones, quales fuere Titus & Annius de quibus Lucilius:

Titi, Anni centurionum
Præclarorum hominum ac primorum ſigniferumq.

Qualis fuit & Cornelius centurio memoratus in Actis Apoſtolorum cap. 10. & Suet. in Auguſt. 16. & Hiſt. Machab. *Poſt hæc conſtituit Iudas duces populi tribunos & centuriones & pentacontarchos & decuriones.* Sic Annal. 4. vbi de Seiano: *centuriones & tribunos ipſe dilegit.* Et infra: *Legit comites.* Et in Hiſt. *Galba militem legit, non emit.* Et alibi: *Nequaquam pudori ſuo decorum legere aliquid.* Sane nuſquam apud Tacitum reperias vſum fuiſſe verbo *centurionatus.* Quod quin optimum ſit, & probis authoribus poſtea vſitatum, vt verbum *decurionatus*, non inficior. Sed reddamus vnicuique ſcriptori natiua verba. Verbum (*tum*) hanc nebulam induxit, & pro *centuriones tum*, *centurionatum* ſcripſere. Liuius *centuriatum* dicit, non *centurionatum.* *Vbi* (inquit) *ad decuriatum ſiue centuriatum deueniſſent.* lib. 22. Itaque Cicero 16. ad Attic. epiſt. *Cum ſciam*, dixit *centuriare*, pro *legere centuriones*. *Centuriat* (inquit) *Capuæ, iam iamque video bellum. Concenturio in corde ſycophantias*, ait Plaut. in Pſeudolo, id eſt, colligo cauillationes, ait Non. Marcel. Et *centurionus* olim etiam dicebatur, ait Feſtus, non *centurio*. Sic apud Suet. de clar. Grammat. *M. Valerius Probus Berytius centuriatum petijt.* Honeſta ambitio petijſſe, honos magnus obtinuiſſe. *Tamen maiores*, dicebat Cato in Feſto, *ſeorſim, atque diuerſum pretium parauere bonis atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, atque alios honores.* Spart. in Nigro, vbi de militari dignitate data: *Tuum eſt oſtendere hominem non ambitione, quod noſtris non conuenit moribus, ſed virtute veniſſe ad eum locum, quem auus meus Adrianus, quem Traianus proauus non niſi exploratiſſimis dabat.* Cur non ergo, centurionatus, ſi decurionatus? ſed vtatur Cato, non vtitur Tacitus. Et noſtri Iuriſconſulti non vtuntur, ſed Imperatores l. 2. & l. 12. de Decur. Cod.

Tacitus nunquam vſus verbo centurionatus.

2 Stipendiorvm qvæ strenve.] Lego, *quæque ſtrenue*. P. Diaconus in notis: Q. Q. pro *quæque*: & nota dictiones quæ geminantur maiuſculis ſcribi literis, vt pro Q. *quæque*. In noſtro authore, ita librarius ſcripſit Q. V Æ, vt ſcias geminari, & in iſtis libris hoc tam frequens vt non frequentior imber Veris tempore. Varro etiam 6. de ling. Lat. *Præfica, vt Aurelius ſcribit, mulier ab luctu, quæ conduceretur quæ ante domum mortui eius laudes caneret.* Vbi vides *quæ* pro *quæ que ante domum*, legendum vt heic.

3 Et cvi erant dona.] Legendum eſt, *Et cui rei*, id eſt, ob quam rem, ob quam cauſam, data erant dona, ob quam rationem: ſic Caſſius I. C. *cui bono*. Cicero pro Milone & pro Roſc. Comœdo & 2. Philippica. Nam quædam data ob ſeruatum ciuem, quædam ob ciuitatem obſeſſam, quædam ob muros tranſactos.

4 Avaritiam avt crvdelitatem.] De centurionum libidine iam diximus: heic alij duo næui centurionum, auaritia, & crudelitas, quæ creſcente imperij magnitudine vna creuerunt. Liuius lib. 38. *Orgiagontis reguli vxor, cui cuſtodiæ* (lego *cuſtodiendæ*) *præerat centurio & libidinis, & auaritiæ militaris.* Noſter libro 14. de Britannia: *Regnum per centuriones, domus per ſeruos velut captæ vaſtarentur.* Fuiſſe autem furaces centuriones, & auaros, Fabricius Luſcinus apud Gellium l. 4. c. 8. Cornelio Rufino comprobauit: nam cum Rufino Fabricius ad obtinendum conſulatum fauiſſet, eique gratiam ageret: *Malui* (inquit) *compilari, quam venire.* Tacit. 1. Hiſt. hanc centurionum auaritiam exequitur clare, ſed deprauatis verbis. *Flagitant* (inquit) *vt vacationes præſtari ſolitæ centurionibus, remitterentur. Nam gregarius miles, vt tributum annuum pendebat. Pars manipuli, pars per commeatus, aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem centurioni exolueret, neque modum oneris quiſquam, neque genus quæſtus, penſi habebat. Per latrocinia, aut raptus, aut ſeruilibus miniſterijs, militare otium redimebant.* Lege, *militares otium redimebant*, id eſt viri milites, non *otiũ militare*, quod non cõuenit. Nã *ex munificis benificii fiebant, vacationemq. munerum caſtrenſium impetrabant.* Sic Plaut. in Epidico, vbi militarẽ auaritiam pungit: *Scio te eſſe hominẽ militarem.* Addit Tacit. *Cum locupletiſſimus quiſque miles, labore ac ſæuitia fatigaretur, donec vacationem emeret. Vbi ſumptibus exhauſtus, ſocordia miſer elanguerat, inops pro locuplete, & iners pro ſtrenuo, in manipulum redibat, ac rurſus alius, atq. alius, eadem egeſtate ac licentia corrupti, ad ſeditionẽ, ac diſcordias, & ad extremum bella ciuilia ruebant. Sed Otho, ne vulgi largitione centurionum animos auerteret, ex fiſco ſuo vacationes annuas exſoluturũ promiſit.* vbi lege, *vulſa largitione*, id eſt adempta, & ſublata. Liuius l. 6. *Sepulchra maiorum vulſa, temerata, atq. violata.* At de crudelitate centurionum noſter ſupra: *Nudant corpora, verberum notas exprobrãt.* Et ſane centuriones, *ſpoliarium militum, cruentarumq. prædarum receptacula*, inquit Plin. in Gratiar. actione. Sub poſterioribus, etiam eorum auaritia exigebat *ſtellaturas*, L. 12. Cod. de erogat. milit. anno. Id eſt, annonas dierum ſeptem, aut earum pretia, pro inſinuatinis caſtrenſib. Et ſtellaturas appellat, vt puto a ſeptẽ ſtellis, ſeu planetis, qui in hebdomada, per

Centuriones crudeles & auari.

De auaritia, exempla.

Tacitus correctus.

Centurionum crudelitas.

Stellaturæ militum.

Caritas dicta.

Verba enim facit de legionibus rebellantibus: & ex manuſcripto non intellecto, culpa erupit, in quo ita ſcriptum: *Illa ſignis a Tiberio accepTISta*, id eſt *acceptis, iſta tot prœliorum ſocia*. Opponuntur autem, *illa*, & *iſta*. Moneo tamen, vti hæc ſcripta ſunt, & interpuncta, ne Sibyllam quidem poſſe intelligere. Ergo ſic reſtituo a capite ad calcem. *Si Hiſpanus, Syriæue miles aſpernaretur, tamen mirum, & indignum erit. Primane, & viceſima legiones?* per interrogandi modũ. *Illa, ſignis a Tiberio acceptis, iſta tot prœliorum ſocia, tot præmijs aucta?* etiam interrogando, & incipe clauſulam. *Egregiam duci veſtro gratiam refertis. Hunc ego nuntium patri, læta omnia alijs e prouincijs audienti, feram?* &c. Nunquam certe militum defectio Imperatoribus placuit, quia viribus ſuis Imperium *deſtituit* & expoliat. Ergo comprimenda aut ſedãda: nec aliter fit. Timet ni timeatur miles.

Species Druſi patris Plinio viſa.

6 Tua pater Drvse imago.] Hic eſt Druſus Germanici frater, de quo Plin. Iunior ad Marcum ſic ſcribit, vbi de Plinio ſuo auunculo. *Aſtitit* (inquit) *ei quieſcenti, Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſimus victor, ibi perijt. Commendabat memoriã ſuam, orabatque vt ſe ab iniuria obliuionis aſſereret.* Nam tum Germanica bella maior Plinius exarabat, cum hęc ſpecies ei apparuit. Druſi autem imago in ſignis fuit, ad quam iſta conuerſio & oratio filij, vt fuere reliquorum principum ad Conſtantinum vſque qui tales imagines ſuſtulit, ſola Cruce relicta. Quod notat Euſebius c. 21. l. 4. de vit. Conſt. Videmus tamen in nummo Conſtantini, effigiẽ vexilli, cum ſupparo, in quo trium liberorũ Conſtantini capita depicta sũt cum hac inſcriptione: Spes pvblica. Quod Euſebio aduerſatur. Sed hæc ante, & illa poſt. de eodẽ Druſo Claud. de laud. Stil.

Verba ſpectri Plinium alloquentis.

Imagines principum in ſignis.

Quod ſublatum a Conſtantino.

Ante tubam nobis audax Germania ſeruit.
Cedant Druſe tui, cedant Traiane labores.

Nam & Druſus, & Traianus in Germania multum ſudarunt, & multa adiecerunt Imperio.

Vox Ducis concordiam inter diſcordes parit.

Supplices ad hæc, & vera exprobrari fatentes[1] orabant, puniret noxios, ignoſceret lapſis, & duceret in hoſtem; reuocaretur coniunx, rediret legionum alumnus, neue obſes Gallis traderetur.[2] Reditum Agrippinæ excuſauit ob imminentem partum, & hiemem. venturum filium. cætera ipſi exequerentur. Diſcurrunt mutati, & ſeditioſiſſimum quemque vinctos trahunt ad legatum legionis primæ C. Cetronium, qui iudicium & pœnas de ſingulis in hunc modum exercuit. Stabant pro concione legiones diſtrictis gladijs:[3] reus in ſuggeſtu per tribunum oſtendebatur: ſi nocentem adclamauerant, præceps datus trucidabatur: Et gaudebat cædibus miles, tanquam ſemet abſolueret. Nec Cæſar arcebat: quando nullo ipſius iuſſu penes eoſdem ſæuitia facti & inuidia erat. Secuti exemplum veterani haud multo poſt[4] in Rhetiam mittuntur, ſpecie defendendæ prouinciæ, ob * imminentis Sueuos: cæterum vt auellerentur caſtris, trucibus adhuc, non minus aſperitate remedij, quam[5] ſceleris memoria.

Mos puniendi rebelles in caſtris Rom.

* eminentis

1 Orabant pvniret noxios.] Quæ vis fuit & aculeus eloquentiæ & reuerẽtiæ ducis. Nam quid non patrat? *Ad prælia trudit inermem.* Imo inertem & inuitum & repugnãtem. noſter 1. Hiſt. *Senſit inuidiam miles, & compoſitus in obſequium, authores ſeditionis ad ſupplicium vltro poſtulabat.* Quod indiciũ fidei, & pœnitentiæ argumentum fuit: & nota verum iſtud Syneſij epiſtola 67. Obedientia vita eſt; mors, inobedientia.

2 Reditvm Agrippinæ.] Quid ait Tacitus? *Reditum Agrippinæ excuſaſſe Germanicum? Cum ipſe, reditum Agrippinæ, & filij, oratione ſua ſibi concedi poſtulauerit? Vos quoque* (dicebat) *ſi mihi coniugem ac filium redditis, diſcedite a contactu.* Rogat, quod oblatum repudiat. An obliuio eſt? vos cenſete quibus cenſura eſt. Quid ſentiam ſcio.

3 Revs in svggestv.] Id eſt editiore loco. ſic Plin. l. 12. c. 10. *Eiuſdem inſulæ excelſiore ſuggeſtu, Lanigeræ arbores, alio modo quam Serum.* Reus autem in ſuggeſtu, vt viſus ab omnibus, aut damnaretur, aut abſolueretur.

4 In Rhetiam mittvntvr.] Diuiduntur vt de diuiſis ratio conſtet facilius: nam contracta quam diuiſa fortius hærent. Velleius 1. l. De Rhetia autem Claud. de bell. Get. *Sublimis in Arcton*

Prominet Hercyniæ confinis Rhetia ſiluæ;
Quæ ſe Danubij iactat Rhenique parentem,
Vtraque Romuleo prætendens flumina regno.

Nam Rhenus & Danubius ſuos fontes in Rhetia habent, fratres fluuij, origine pares, lapſu diuerſi, cum hic Pontum, ille Oceanum petat.

Deſcriptio Rhetiæ a Claudiano.
Seditioſus miles diuiditur.

5 Sceleris memoria.] Sic noſter Hiſt. 1. *Longis ſpatijs diſcreti exercitus, quod ſaluberrimum eſt ad continendam militarem fidem, nec vitijs, nec viribus miſcebantur.* Sic Aſinius Pollio 10. epiſt. Cic. *Vigeſimam octauam legionem incitatiſſimam retinui, ægre me hercule: nec retinuiſſem ſi vno loco habuiſſem, vtpote cum ſingulæ quædam cohortes ſeditionem fecerunt.* Dio de Tiberio in Dalmatis l. 56. *Cum videret milites moræ iam impatientes, etiam cum periculo finem bello imponere cupere, veritus, ne, ſi vna eſſent, ſeditionem concitarent, copijs in tres partes diuiſis, vnam Silano, M. Lepido alteram dedit, cum reliquis, ipſe, & Germanicus aduerſus Baſtonem ſe contulerit.* quod enim ſcinditur, minus viriũ habet.

Mos creandi centuriones.

[1] * Centurionatũ inde egit. citatus ab imperatore nomen, ordinem, patriam, numerũ[2] ſtipendiorũ, quæ ſtrenue in prælijs feciſſet,[3] & cui erãt donaria militaria, edebat: ſi tribuni, ſi legio induſtriá, innocentiamq. adprobauerant, retinebat ordines: vbi[4] auaritiã, aut crudelitatẽ cõſenſu obiectauiſſẽt, ſoluebatur

* Centuriones tum deligiiat

militia

militia. Sic compoſitis præſentibus, haud minor moles ſupererat, ob ferociam quintæ, & vndeuiceſimæ legionum, ſexageſimum apud lapidem (loco Vetera nomen eſt) hibernantium. nam primi ſeditionem cœptauerant, [atrociſſimum quodque facinus horum manibus patratum] nec pœna commilitonum exterriti, nec pœnitentia conuerſi, iras retinebant. Igitur Cæſar arma, claſſem, ſocios demittere Rheno parat, [6] ſi imperium detrectetur, bello certaturus.

Qui ab omnibus probatur, non reprobatur, ſed apud legiones retinetur.

Nota in his verbis perditorum: elogiũ torpe: non pœna exterriti, non pœnitentia conuerſi.

1 Centvrionatvm inde egit.] Puto ſcriptum fuiſſe a Tacito, *Centuriones tum dilegit.* Nã moris erat eligere centuriones, quales fuere Titus & Annius de quibus Lucilius:

Titi, Anni centurionum
Præclarorum hominum ac primorum ſigniferumq.

Tacitus correctus.

Qualis fuit & Cornelius centurio memoratus in Actis Apoſtolorum cap. 10. & Suet. in August. 16. & Hiſt. Machab. *Poſt hæc conſtituit Iudas duces populi tribunos & centuriones & pentacontarchos & decuriones.* Sic Annal. 4. vbi de Seiano: *centuriones & tribunos ipſe dilegit.* Et infra: *Legit comites.* Et in Hiſt. *Galba militem legit, non emit.* Et alibi: *Nequaquam pudori ſuo decorum legere aliquid.* Sane nuſquam apud Tacitum reperias vſum fuiſſe verbo *centurionatus.* Quod quin optimum ſit, & probis authoribus poſtea vſitatum, vt verbum *decurionatus*, non inficior. Sed reddamus vnicuique ſcriptori natiua verba. Verbum (*tum*) hanc nebulam induxit, & pro *centuriones tum*, *centurionatum* ſcripſere. Liuius *centuriatum* dicit, non *centurionatum.* *Vbi* (inquit) *ad decuriatum ſiue centuriatum deueniſſent.* lib. 22. Itaque Cicero 16. ad Attic. epiſt. *Cum ſciam*, dixit *centuriare*, pro *legere centuriones.* *Centurias* (inquit) *Capuæ, iam iamque video bellum. Concenturio in corde ſycophantias*, ait Plaut. in Pſeudolo, id eſt, colligo cauillationes, ait Non. Marcel. Et *centurionus* olim etiam dicebatur, ait Feſtus, non *centurio.* Sic apud Suet. de clar. Grammat. *M. Valerius Probus Berytius centuriatum petijt.* Honeſta ambitio petijſſe, honos magnus obtinuiſſe. *Tamen maiores*, dicebat Cato in Feſto, *ſeorſim, atque diuerſum precium parauere bonis atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, atque alios honores.* Spart. in Nigro, vbi de militari dignitate data: *Tuum eſt oſtendere hominem non ambitione, quod noſtris non conuenit moribus, ſed virtute veniſſe ad eum locum, quem auus meus Adrianus, quem Traianus proauus non niſi exploratiſſimis dabat.* Cur non ergo, centurionatus, ſi decurionatus? ſed vtatur Cato, non vtitur Tacitus. Et noſtri Iuriſconſulti non vtuntur, ſed Imperatores l. 2. & l. 12. de Decur. Cod.

Tacitus nunquam vſus verbo centuriones.

2 Stipendiorvm qvæ strenve.] Lego, *quæque ſtrenue.* P. Diaconus in notis: Q. Q. pro *quæque*: & nota dictiones quæ geminantur maiuſculis ſcribi literis, vt pro Q. *quæque.* In noſtro authore, ita librarius ſcripſit Q V Æ, vt ſcias geminari, & in iſtis libris hoc tam frequens vt non frequentior imber Veris tempore. Varro etiam 6. de ling. Lat. *Præfica, vt Aurelius ſcribit, mulier ab luctu, quæ conduceretur quæ ante domum mortui eius laudes caneret.* Vbi vides *quæ* pro *quæ que ante domum*, legendum vt heic.

3 Et cvi erant dona.] Legendum eſt, *Et cui rei*, id eſt, ob quam rem, ob quam cauſam, data erant dona, ob quam rationem: ſic Caſſius I.C. *cui bono.* Cicero pro Milone & pro Roſc. Comœdo & 2. Philippica. Nam quædam data ob ſeruatum ciuem, quædam ob ciuitatem obſeſſam, quædam ob muros tranſactos.

4 Avaritiam avt crvdelitatem.] De centurionum libidine iam diximus: heic alij duo næui centurionum, auaritia, & crudelitas, quæ creſcente imperij magnitudine vna creuerunt. Liuius lib. 38. *Orgigundis reguli vxor, cui cuſtodiæ* (lego *cuſtodiendæ*) *præerat centurio & libidinis, & auaritiæ militaris.* Noſter libro 14. de Britannia: *Regnum per centuriones, domus per ſeruos velut captæ vaſtarentur.* Fuiſſe autem furaces centuriones, & auaros, Fabricius Luſcinus apud Gellium l. 4. c. 8. Cornelio Rufino comprobauit: nam cum Rufino Fabricius ad obtinendum conſulatum fauiſſet, eique gratiam ageret: *Malui* (inquit) *compilari, quam venire.* Tacit. 1. Hiſt. hanc centurionum auaritiam exequitur clare, ſed deprauatis verbis. *Flagitant* (inquit) *vt vacationes præſtari ſolitæ centurionibus, remitterentur. Nam gregarius miles, vt tributum annuum pendebat. Pars manipulis, pars per commeatus, aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem centurioni exolueret, neque modum oneris quiſquam, neque genus quæſtus, penſi habebat. Per latrocinia, aut raptus, aut ſeruilibus miniſterijs, militare otium redimebant.* Lege, *militares otium redimebant*, id eſt viri milites, non *otiũ militare*, quod non cõuenit. *Nã ex munificis benifici fiebant, vacationemq. munerum caſtrenſium impetrabant.* Sic Plaut. in Epidico, vbi militarẽ auaritiam pungit: *Scio te eſſe hominẽ militarem.* Addit Tacit. *Cum locupletiſſimus quiſque miles, labore ac ſæuitia fatigaretur; donec vacationem emeret. Vbi ſumptibus exhauſtus, ſocordia miſer elanguerat, Inops pro locuplete, & iners pro ſtrenuo, in manipulum redibat, ac rurſus alius, atq. alius, eadem egeſtate ac licentia corrupti, ad ſeditionẽ, ac diſcordias, & ad extremum bella ciuilia ruebant. Sed Otho, ne vulgi largitione centurionum animos auerteret, ex fiſco ſuo vacationes annuas exſoluturũ promiſit.* vbi lege, *vulſa largitione*, id eſt adempta, & ſublata. Liuius l. 6. *Sepulchra maiorum vulſa, temerata, atq. violata.* At de crudelitate centurionum noſter ſupra: *Nudant corpora, verberum notas exprobrãt.* Et ſane centuriones, *ſpoliarium militum, cruentarumq. prædarum receptacula*, inquit Plin. in Gratiar. actione. Sub poſterioribus, etiam eorum auaritia exigebat *ſtellaturas*, L. 12. Cod. de erogat. milit. anno. Id eſt, annonas dierum ſeptem, aut earum pretia, pro inſinuatiuis caſtrenſib. Et ſtellaturas appellat, vt puto a ſeptẽ ſtellis, ſeu planetis, qui in hebdomada, per

Centuriones crudeles & auari.

De auaritia, exempla.

Tacitus correctus.

Centurionum crudelitas.

Stellaturæ militum.

Curita dicta.

Verba enim facit de legionibus rebellantibus: & ex manuſcripto non intellecto, culpa erupit, in quo ita ſcriptum: *Illa ſignis a Tiberio accepTIſta*, id eſt *acceptis, iſta tot præliorum ſocia*. Opponuntur autem, *illa*, & *iſta*. Moneo tamen, vti hæc ſcripta ſunt, & interpuncta, ne Sibyllam quidem poſſe intelligere. Ergo ſic reſtituo a capite ad calcem. *Si Hiſpanus, Syriæue miles aſpernaretur, tamen mirum, & indignum erit. Primane, & viceſima legiones?* per interrogandi modū. *Illa, ſignis a Tiberio acceptis, iſta tot præliorum ſocia, tot præmijs aucta?* etiam interrogando, & incipe clauſulam. *Egregiam duci veſtro gratiam refertis. Hunc ego nuntium patri, læta omnia alijs e prouincijs audienti, feram?* &c. Nunquam certe militum defectio Imperatoribus placuit, quia viribus ſuis Imperium *deſtituit* & expoliat. Ergo comprimenda aut ſedāda: nec aliter ſit. Timet ni timeatur miles.

Species Druſi patru Plinio viſa.

6 Tva pater Drvse imago.] Hic eſt Druſus Germanici frater, de quo Plin. Iunior ad Marcum ſic ſcribit, vbi de Plinio ſuo auunculo. *Aſtitit* (inquit) *ei quieſcenti, Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſimus victor, ibi perijt. Commendabat memoriā ſuam, orabatque vt ſe ab iniuria obliuionis aſſereret.* Nam tum Germanica bella maior Plinius exarabat, cum hęc ſpecies ei apparuit. Druſi autem imago in ſignis fuit, ad quam iſta conuerſio & oratio filij, vt fuere reliquorum principum ad Conſtantinum vſque qui tales imagines ſuſtulit, ſola Cruce relicta. Quod notat Euſebius c. 21. l. 4. de vit. Conſt. Videmus tamen in nummo Conſtantini, effigiē vexilli, cum ſupparo, in quo trium liberorū Conſtantini capita depicta ſūt cum hac inſcriptione: Spes pvblica. Quod Euſebio aduerſatur. Sed hæc ante, & illa poſt. de eodē Druſo Claud. de laud. Stil.

Verba ſpectri Plinium alloquentis.

Imagines principum in ſignis.

Quod ſublatum a Conſtantino.

Ante tubam nobis audax Germania ſeruit.
Cedant Druſe tui, cedant Traiane labores.

Nam & Druſus, & Traianus in Germania multum ſudarunt, & multa adiecerunt Imperio.

Vox Ducis concordiam inter diſcordes parit.

Supplices ad hæc, & vera exprobrari fatentes[1] orabant, puniret noxios, ignoſceret lapſis, & duceret in hoſtem; reuocaretur coniunx, rediret legionum alumnus, neue obſes Gallis traderetur.[2] Reditum Agrippinæ excuſauit ob imminentem partum, & hiemem. venturum filium. cætera ipſi exequerentur. Diſcurrunt mutati, & ſeditioſiſſimum quemque vinctos trahunt ad legatum legionis primæ C. Cetronium, qui iudicium & pœnas de ſingulis in hunc modum exercuit. Stabant pro concione legiones diſtrictis gladijs:[3] reus in ſuggeſtu per tribunum oſtendebatur: ſi nocentem adclamauerant, præceps datus trucidabatur: Et gaudebat cædibus miles, tanquam ſemet abſolueret. Nec Cæſar arcebat: quando nullo ipſius iuſſu penes eoſdem ſæuitia facti & inuidia erat. Secuti exemplum veterani haud multo poſt[4] in Rhetiam mittuntur, ſpecie defendendæ prouinciæ, ob * imminentis Sueuos: cæterum vt auellerentur caſtris, trucibus adhuc, non minus aſperitate remedij, quam[5] ſceleris memoria.

Mos puniendi rebelles in caſtris Rom.

* eminentis

1 Orabant pvniret noxios.] Quæ vis fuit & aculeus eloquentiæ & reuerētiæ ducis. Nam quid non patrat? *Ad prælia trudit inermem.* Imo inertem & inuitum & repugnātem. noſter 1. Hiſt. *Senſit inuidiam miles, & compoſitus in obſequium, authores ſeditionis ad ſupplicium vltro poſtulabat.* Quod indiciū fidei, & pœnitentiæ argumentum fuit: & nota verum iſtud Syneſij epiſtola 67. Obedientia vita eſt; mors, inobedientia.

2 Reditvm Agrippinæ.] Quid ait Tacitus? *Reditum Agrippinæ excuſaſſe Germanicum? Cum ipſe, reditum Agrippinæ, & filij, oratione ſua ſibi concedi poſtulauerit? Vos quoque* (dicebat) *ſi mihi coniugem ac filium redditis, diſcedite a contactu.* Rogat, quod oblatum repudiat. An obliuio eſt? vos cenſere quibus cenſura eſt. Quid ſentiam ſcio.

3 Revs in svggestv.] Id eſt editiore loco. ſic Plin. l. 12. c. 10. *Eiuſdem inſulæ excelſiore ſuggeſtu, lanigeræ arbores, alio modo quam Serum.* Reus autem in ſuggeſtu, vt viſus āb omnibus, aut damnaretur, aut abſolueretur.

4 In Rhetiam mittvntvr.] Diuiduntur vt de diuiſis ratio conſtet facilius: nam contracta quam diuiſa fortius hærent. Velleius 1. l. De Rhetia autem Claud. de bell. Get. *Sublimis in Arcton*

Prominet Hercyniæ confinis Rhetia ſiluæ;
Quæ ſe Danubij iactat Rhenique parentem,
Vtraque Romuleo prætendens flumina regno.

Nam Rhenus & Danubius ſuos fontes in Rhetia habent, fratres fluuij, origine pares, lapſu diuerſi, cum hic Pontum, ille Oceanum petat.

Deſcriptio Rhetiæ Claudiani. *Seditioſus miles diuiditur.*

5 Sceleris memoria.] Sic noſter Hiſt. 1. *Longis ſpatijs diſcreti exercitus, quod ſaluberrimum eſt ad continendam militarem fidem, nec vitijs, nec viribus miſcebantur.* Sic Aſinius Pollio 10. epiſt. Cic. *Vigeſimam octauam legionem incitatiſſimam retinui, ægre me hercule: nec retinuiſſem ſi vno loco habuiſſem, vtpote cum ſingulæ quædam cohortes ſeditionem fecerunt.* Dio de Tiberio in Dalmatis l. 56. *Cum videret milites moræ iam impatientes, etiam cum periculo finem bello imponere cupere, veritus, ne, ſi vna eſſent, ſeditionem concitarent, copijs in tres partes diuiſis, vnam Silano, M. Lepido alteram dedit, cum reliquis, ipſe, & Germanicus aduerſus Baſtonem ſe contulerit.* quod enim ſcinditur, minus viriū habet.

Mos creandi centuriones.

*Centuriones tum delegitur

[1]*Centurionatū inde egit. citatus ab imperarore nomen, ordinem, patriam, numerū[2] ſtipendiorū, quæ ſtrenue in prælijs feciſſet,[3] & cui erāt donaria militaria, edebat: ſi tribuni, ſi legio induſtriā, innocentiamq. adprobauerant, retinebat ordines: vbi[4] auaritiā, aut crudelitatē cōſenſu obiectauiſſēt, ſoluebatur

militia

militia. Sic compoſitis præſentibus, haud minor moles ſupererat, ob ferociam quintæ, & vndeuiceſimæ legionum, ſexageſimum apud lapidem (loco Vetera nomen eſt) hibernantium. nam primi ſeditionem cœptauerant, [atrociſſimum quodque facinus horum manibus patratum] nec pœna commilitonum exterriti, nec pœnitentia conuerſi, iras retinebant. Igitur Cæſar arma, claſſem, ſocios demittere Rheno parat, [6] ſi imperium detrectetur, bello certaturus.

Qui ab omnibus probatur, non reprobatur, ſed apud legiones cenſetur.

Nota in his verbis perditorum: elogiũ turpe: non pœna exterriti, non pœnitentia conuerſi.

1 CENTVRIONATVM INDE EGIT.] Puto ſcriptum fuiſſe a Tacito, *Centuriones tum dilegit.* Nã moris erat eligere centuriones, quales fuere Titus & Annius de quibus Lucilius:

Tacitus correctus.

Titi, Anni centurionum

Præclarorum hominum ac primorum ſigniferumq.

Qualis fuit & Cornelius centurio memoratus in Actis Apoſtolorum cap. 10. & Suet. in August. 16. & Hiſt. Machab. *Poſt hæc conſtituit Iudas duces populi tribunos & centuriones & pentacontarchos & decuriones.* Sic Annal. 4. vbi de Seiano: *centuriones & tribunos ipſe delegit.* Et infra: *Legit comites.* Et in Hiſt. *Galba militem legit, non emit.* Et alibi: *Nequaquam pudori ſuo decorum legere aliquid.* Sane nuſquam apud Tacitum repetias vſum fuiſſe verbo *centurionatus.* Quod quin optimum ſit, & probis authoribus poſtea vſitatum, vt verbum *decurionatus*, non inficior. Sed reddamus vnicuique ſcriptori natiua verba. Verbum (*tum*) hanc nebulam induxit, & pro *centuriones tum*, *centurionatum* ſcripſere. Liuius *centuriatum* dicit, non *centurionatum.* *Vbi* (inquit) *ad decuriatum ſiue centuriatum deueniſſent.* lib. 22. Itaque Cicero 16. ad Attic. epiſt. *Cum ſciam*, dixit *centuriare*, pro *legere centuriones.* *Centurias* (inquit) *Capuæ, iam iamque video bellum. Concenturio in corde ſycophantias*, ait Plaut. in Pſeudolo, id eſt, colligo cauillationes, ait Non. Marcel. Et *centurionus* olim etiam dicebatur, ait Feſtus, non *centurio.* Sic apud Suet. de clar. Grammat. *M. Valerius Probus Berytius centuriatum petijt.* Honeſta ambitio petijſſe, honos magnus obtinuiſſe. *Tamen maiores*, dicebat Cato in Feſto, *ſeorſim, atque diuerſum pretium parauere bonis atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, atque alios honores.* Spart. in Nigro, vbi de militari dignitate data: *Tuum eſt oſtendere hominem non ambitione, quod noſtris non conuenit moribus, ſed virtute veniſſe ad eum locum, quem auus meus Adrianus, quem Traianus proauus non niſi exploratiſſimis dabat.* Cur non ergo, centurionatus, ſi decurionatus? ſed vtatur Cato, non vtitur Tacitus. Et noſtri Iuriſconſulti non vtuntur, ſed Imperatores l. 2. & l. 12. de Decur. Cod.

Tacitus nunquam vſus verbo centuriones.

2 STIPENDIORVM QVÆ STRENVE.] Lego, *quæque ſtrenue.* P. Diaconus in notis: Q Q pro *quæque*: & nota dictiones quæ geminantur maiuſculis ſcribi literis, vt pro Q *quæque.* In noſtro authore, ita librarius ſcripſit Q V Æ, vt ſcias geminari, & in iſtis libris hoc tam frequens vt non frequentior imber Veris tempore. Varro etiam 6. de ling. Lat. *Præfica, vt Aurelius ſcribit, mulier ab luctu, quæ conduceretur quæ ante domum mortui eius laudes caneret.* Vbi vides *quæ* pro *quæ que ante domum*, legendum vt heic.

3 ET CVI ERANT DONA.] Legendum eſt, *Et cui rei*, id eſt, ob quam rem, ob quam cauſam, data erant dona, ob quam rationem: ſic Caſſius I.C. *cui bono.* Cicero pro Milone & pro Roſc. Comœdo & 2. Philippica. Nam quædam data ob ſeruatum ciuem, quædam ob ciuitatem obſeſſam, quædam ob muros tranſactos.

4 AVARITIAM AVT CRVDELITATEM.] De centurionum libidine iam diximus: heic alij duo næui centurionum, auaritia, & crudelitas, quæ creſcente imperij magnitudine vna creuerunt. Liuius lib. 38. *Orgiagontis reguli vxor, cui cuſtodiæ* (lego *cuſtodiendæ*) *præerat centurio & libidinis, & auaritiæ militaris.* Noſter libro 14. de Britannia: *Regnum per centuriones, domus per ſeruos velut captæ vaſtarentur.* Fuiſſe autem furaces centuriones, & auaros, Fabricius Luſcinus apud Gellium l. 4. c. 8. Cornelio Rufino comprobauit: nam cum Rufino Fabricius ad obtinendum conſulatum fauiſſet, eique gratiam ageret: *Malui* (inquit) *compilari, quam venire.* Tacit. 1. Hiſt. hanc centurionum auaritiam exequitur clare, ſed deprauatis verbis. *Flagitant* (inquit) *vt vacationes præſtari ſolitæ centurionibus, remitterentur. Nam gregarius miles, vt tributum annuum pendebat. Pars manipulis, pars per commeatus, aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem centurioni exolueret, neque modum oneris quiſquam, neque genus quæſtus, penſi habebat. Per latrocinia, aut raptus, aut ſeruilibus miniſterijs, militare otium redimebant.* Lege, *militares otium redimebant*, id eſt viri milites, non *otiũ militare*, quod non cõuenit. *Nã ex munificis benifici fiebant, vacationemq. munerum caſtrenſium impetrabant.* Sic Plaut. in Epidico, vbi militarẽ auaritiam pungit: *Scio te eſſe hominẽ militarem.* Addit Tacit. *Cum locupletiſſimus quiſque miles, labore ac ſæuitia fatigaretur; donec vacationem emeret. Vbi ſumptibus exhauſtus, ſocordia miſer elanguerat, inops pro locuplete, & iners pro ſtrenuo, in manipulum redibat, ac rurſus alius, atq. alius, eadem egeſtate ac licentia corrupti, ad ſeditionẽ, ac diſcordias, & ad extremum bella ciuilia ruebant. Sed Otho, ne vulgi largitione centurionum animos auerteret, ex fiſco ſuo vacationes annuas exſoluturũ promiſit.* vbi lege, *vulſa largitione*, id eſt adempta, & ſublata. Liuius l. 6. *Sepulchra maiorum vulſa, temerata, atq. violata.* At de crudelitate centurionum noſter ſupra: *Nudant corpora, verberum notas exprobrãt.* Et ſane centuriones, *ſpoliarium militum, cruentarumq. prædarum receptacula*, inquit Plin. in Gratiar. actione. Sub poſterioribus, etiam eorum auaritia exigebat *ſtellaturas*, L. 12. Cod. de erogat. milit. anno. Id eſt, annonas dierum ſeptem, aut earum pretia, pro inſinuatiuis caſtrenſib. Et ſtellaturas appellat, vt puto a ſeptẽ ſtellis, ſeu planetis, qui in hebdomada, per

Centuriones crudeles & auari.

De auaritia, exempla.

Tacitus correctus.

Centurionum crudelitas.

Stellatura militum.

Curita dicta.

Verba enim facit de legionibus rebellantibus: & ex manuſcripto non intellecto, culpa erupit, in quo ita ſcriptum: *Illa ſignis a Tiberio accepTISta*, id eſt *acceptis, iſta tot prœliorum ſocia*. Opponuntur autem, *illa*, & *iſta*. Moneo tamen, vti hæc ſcripta ſunt, & interpuncta, ne Sibyllam quidem poſſe intelligere. Ergo ſic reſtituo a capite ad calcem. *Si Hiſpanus, Syriæue miles aſpernaretur, tamen mirum, & indignum erit. Primane, & viceſima legiones?* per interrogãdi modũ. *Illa, ſignis a Tiberio acceptis, iſta tot prœliorum ſocia, tot præmijs aucta?* etiam interrogando, & incipe clauſulam. *Egregiam duci veſtro gratiam refertis. Hunc ego nuntium patri, læta omnia alijs e prouincijs audienti, feram?* &c. Nunquam certe militum defectio Imperatoribus placuit, quia viribus ſuis Imperium *deſtituit* & expoliat. Ergo comprimenda aut ſedãda: nec aliter fit. Timet ni timeatur miles.

Species Druſi patru Plinio viſa.

6 Tva pater Drvse imago.] Hic eſt Druſus Germanici frater, de quo Plin. Iunior ad Macrum ſic ſcribit, vbi de Plinio ſuo auunculo. *Aſtitit* (inquit) *ei quieſcenti, Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſimus victor, ibi perijt. Commendabat memoriã ſuam, orabatque vt ſe ab iniuria obliuionis aſſereret.* Nam cum Germanica bella maior Plinius exarabat, cum hęc ſpecies ei apparuit, Druſi autem imago in ſignis fuit, ad quam iſta conuerſio & oratio filij, vt fuere reliquorum principum ad Conſtantinum vſque qui tales imagines ſuſtulit, ſola Cruce relicta. Quod notat Euſebius c. 21. l. 4. de vit. Conſt. Videmus tamen in nummo Conſtantini, effigiẽ vexilli, cum ſupparo, in quo trium liberorũ Conſtantini capita depicta ſũt cum hac inſcriptione: Spes pvblica. Quod Euſebio aduerſatur. Sed hæc ante, & illa poſt. de eodẽ Druſo Claud. de laud. Stil.

Verba ſpectri Plinium alloquentis.

Imagines principum in ſignis.

Quod ſublatum a Conſtantino.

Ante tubam nobis audax Germania ſeruit.
Cedant Druſe tui, cedant Traiane labores.

Nam & Druſus, & Traianus in Germania multum ſudarunt, & multa adiecerunt Imperio.

Vox Ducis concordiam inter diſcordes parit.

Supplices ad hæc, & vera exprobrari fatentes[1] orabant, puniret noxios, ignoſceret lapſis, & duceret in hoſtem; reuocaretur coniunx, rediret legionum alumnus, neue obſes Gallis traderetur.[2] Reditum Agrippinæ excuſauit ob imminentem partum, & hiemem. venturum filium. cætera ipſi exequerentur. Diſcurrunt mutati, & ſeditioſiſſimum quemque vinctos trahunt ad legatum legionis primæ C. Cetronium, qui iudicium & pœnas de ſingulis in hunc modum exercuit. Stabant pro concione legiones diſtrictis gladijs:[3] reus in ſuggeſtu per tribunum oſtendebatur: ſi nocentem adclamauerant, præceps datus trucidabatur: Et gaudebat cædibus miles, tanquam ſemet abſolueret. Nec Cæſar arcebat: quando nullo ipſius iuſſu penes eoſdem ſæuitia facti & inuidia erat. Secuti exemplum veterani haud multo poſt[4] in Rhetiam mittuntur, ſpecie defendendæ prouinciæ, ob * imminentis Sueuos: cæterum vt auellerentur caſtris, trucibus adhuc, non minus aſperitate remedij, quam[5] ſceleris memoria.

Mos puniendi rebelles in caſtris Rom.

* eminentis

1 Orabant pvniret noxios.] Quæ vis fuit & aculeus eloquentiæ & reuerẽtiæ ducis. Nam quid non patrat? *Ad prœlia trudit inermem.* Imo inertem & inuitum & repugnãtem. noſter 1. Hiſt. *Senſit inuidiam miles, & compoſitus in obſequium, authores ſeditionis ad ſupplicium vltro poſtulabat.* Quod indiciũ fidei, & pœnitentiæ argumentum fuit: & nota verum iſtud Syneſij epiſtola 67. Obedientia vita eſt; mors, inobedientia.

2 Reditvm Agrippinæ.] Quid ait Tacitus? *Reditum Agrippinæ excuſaſſe Germanicum? Cum ipſe, reditum Agrippinæ, & filij, oratione ſua ſibi concedi poſtulauerit? Vos quoque* (dicebat) *ſi mihi coniugem ac filium redditis, diſcedite a contactu.* Rogat, quod oblatum repudiat. An obliuio eſt? vos cenſete quibus cenſura eſt. Quid ſentiam ſcio.

3 Revs in svggestv.] Id eſt editiore loco. ſic Plin. l. 12. c. 10. *Eiuſdem inſulæ excelſiore ſuggeſtu, lanigeræ arbores, alio modo quam Serum.* Reus autem in ſuggeſtu, vt viſus ab omnibus, aut damnaretur, aut abſolueretur.

4 In Rhetiam mittvntvr.] Diuiduntur vt de diuiſis ratio conſtet facilius: nam contracta quam diuiſa fortius hærent. Velleius 1. l. De Rhetia autem Claud. de bell. Get. *Sublimis in Arcton*

Prominet Hercyniæ confinis Rhetia ſiluæ;
Quæ ſe Danubij iactat Rhenique parentem,
Vtraque Romuleo prætendens flumina regno.

Nam Rhenus & Danubius ſuos fontes in Rhetia habent, fratres fluuij, origine pares, lapſu diuerſi, cum hic Pontum, ille Oceanum petat.

Deſcriptio Rhetiæ a Claudiano. Seditioſus miles diuiditur.

5 Sceleris memoria.] Sic noſter Hiſt. 1. *Longis ſpatijs diſcreti exercitus, quod ſaluberrimum eſt ad continendam militarem fidem, nec vitijs, nec viribus miſcebantur.* Sic Aſinius Pollio 10. epiſt. Cic. *Vigeſimam octauam legionem incitatiſſimam retinui, ægre me hercule: nec retinuiſſem ſi vno loco habuiſſem, vtpote cum ſingulæ quædam cohortes ſeditionem fecerunt.* Dio de Tiberio in Dalmatis l. 56. *Cum videret milites moræ iam impatientes, etiam cum periculo finem bello imponere cupere, veritus, ne, ſi vna eſſent, ſeditionem concitarent, copijs in tres partes diuiſis, vnam Silano, M. Lepido alteram dedit, cum reliquis, ipſe, & Germanicus aduerſus Baſtonem ſe contulerit.* quod enim ſcinditur, minus viriũ habet.

Mos creandi centuriones.

[1] * Centurionatũ inde egit. citatus ab imperatore nomen, ordinem, patriam, numerũ[2] ſtipendiorũ, quæ ſtrenue in prælijs feciſſet,[3] & cui erãt donaria militaria, edebat: ſi tribuni, ſi legio induſtriá, innocentiamq. adprobauerant, retinebat ordines: vbi[4] auaritiá, aut crudelitatẽ cõſenſu obiectauiſsẽt, ſoluebatur

* Centuriones tum diligiat

militia

militia. Sic compoſitis præſentibus, haud minor moles ſupererat, ob ferociam quintæ, & vndeuiceſimæ legionum, ſexageſimum apud lapidem (loco Vetera nomen eſt) hibernantium. nam primi ſeditionem cœptauerant, [atrociſſimum quodque facinus horum manibus patratum] nec pœna commilitonum exterriti, nec pœnitentia conuerſi, iras retinebant. Igitur Cæſar arma, claſſem, ſocios demittere Rheno parat, [6] ſi imperium detrectetur, bello certaturus.

Qui ab omnibus probatur, non reprobatur, ſed apud legiones retinetur.

Nota in his verbis perditorum: elogiũ turpe: non pœna exterriti, non pœnitentia conuerſi.

Tacitus correctus.

1 Centvrionatvm inde egit.] Puto ſcriptum fuiſſe a Tacito, *Centuriones tum delegit*. Nã moris erat eligere centuriones, quales fuere Titus & Annius de quibus Lucilius:

Titi, Anni centurionum
Præclarorum hominum ac primorum ſigniferumq.

Qualis fuit & Cornelius centurio memoratus in Actis Apoſtolorum cap. 10. & Suet. in Auguſt. 16. & Hiſt. Machab. *Poſt hæc conſtituit Iudas duces populi tribunos & centuriones & pentacontarchos & decuriones.* Sic Annal. 4. vbi de Seiano: *centuriones & tribunos ipſe delegit.* Et infra: *Legit comites.* Et in Hiſt. *Galba militem legit, non emit.* Et alibi: *Nequaquam pudori ſuo decorum legere aliquid.* Sane nuſquam apud Tacitum reperias vſum fuiſſe verbo *centurionatus*. Quod quin optimum ſit, & probis authoribus poſtea vſitatum, vt verbum *decurionatus*, non inficior. Sed reddamus vnicuique ſcriptori natiua verba. Verbum (*tum*) hanc nebulam induxit, & pro *centuriones tum*, *centurionatum* ſcripſere. Liuius *centuriatum* dicit, non *centurionatum*. *Vbi* (inquit) *ad decuriatum ſiue centuriatum deueniſſent.* lib. 22. Itaque Cicero 16. ad Attic. epiſt. *Cum ſciam*, dixit *centuriare*, pro *legere centuriones*. *Centurias* (inquit) *Capuæ, iam iamque video bellum. Concenturio in corde ſycophantias*, ait Plaut. in Pſeudolo, id eſt, colligo cauillationes, vt Non. Marcel. Et *centurionus* olim etiam dicebatur, ait Feſtus, non *centurio*. Sic apud Suet. de clar. Grammat. *M. Valerius Probus Berytius centuriatum petijt.* Honeſta ambitio petijſſe, honos magnus obtinuiſſe. *Tamen maiores*, dicebat Cato in Feſto, *ſeorſim, atque diuerſum pretium parauere bonis atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, atque alios honores.* Spart. in Nigro, vbi de militari dignitate data: *Tuum eſt oſtendere hominem non ambitione, quod noſtris non conuenit moribus, ſed virtute veniſſe ad eum locum, quem auus meus Adrianus, quem Traianus proauus non niſi exploratiſſimis dabat.* Cur non ergo, centurionatus, ſi decurionatus? ſed vtatur Cato, non vtitur Tacitus. Et noſtri Iuriſconſulti non vtuntur, ſed Imperatores l. 2. & l. 12. de Decur. Cod.

Tacitus nunquam vſus verbo centurionatus.

2 Stipendiorvm qvæ strenve.] Lego, *quæque ſtrenue*. P. Diaconus in notis: Q. Q. pro *quæque*: & nota dictiones quæ geminantur maiuſculis ſcribi literis, vt pro Q. *quæque*. In noſtro authore, ita librarius ſcripſit Q. V Æ, vt ſcias geminari, & in iſtis libris hoc tam frequens vt non frequentior imber Veris tempore. Varro etiam 6. de ling. Lat. *Præfica, vt Aurelius ſcribit, mulier ab luctu, quæ conduceretur quæ ante domum mortui eius laudes caneret.* Vbi vides *quæ* pro *quæ que ante domum*, legendum vt heic.

3 Et cvi erant dona.] Legendum eſt, *Et cui rei*, id eſt, ob quam rem, ob quam cauſam, data erant dona, ob quam rationem: ſic Caſſius l. C. *cui bono*. Cicero pro Milone & pro Roſc. Comœdo & 2. Philippica. Nam quædam data ob ſeruatum ciuem, quædam ob ciuitatem obſeſſam, quædam ob muros tranſactos.

4 Avaritiam avt crvdelitatem.] De centurionum libidine iam diximus: heic alij duo næui centurionum, auaritia, & crudelitas, quæ creſcente imperij magnitudine vna creuerunt. Liuius lib. 38. *Orgiagontis reguli vxor, cui cuſtodiæ* (lego *cuſtodiendæ*) *præerat centurio & libidinis, & auaritiæ militaris.* Noſter libro 14. de Britannia: *Regnum per centuriones, domus per ſeruos velut captæ vaſtarentur.* Fuiſſe autem furaces centuriones, & auaros, Fabricius Luſcinus apud Gellium l. 4. c. 8. Cornelio Rufino comprobauit: nam cum Rufino Fabricius ad obtinendum conſulatum fauiſſet, eique gratiam ageret: *Malui* (inquit) *compilari, quam venire.* Tacit. 1. Hiſt. hanc centurionum auaritiam exequitur clare, ſed deprauatis verbis. *Flagitant* (inquit) *vt vacationes præſtari ſolitæ centurionibus, remitterentur. Nam gregarius miles, vt tributum annuum pendebat. Pars manipuli, pars per commeatus, aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem centurioni exolueret, neque modum oneris quiſquam, neque genus quæſtus, penſi habebat. Per latrocinia, aut raptus, aut ſeruilibus miniſterijs, militare otium redimebant.* Lege, *militares otium redimebant*, id eſt viri milites, non otiũ militare, quod non cõuenit. *Nã ex munificis benefici fiebant, vacationemq. munerum caſtrenſium impetrabant.* Sic Plaut. in Epidico, vbi militarẽ auaritiam pungit: *Scio te eſſe hominẽ militarem.* Addit Tacit. *Cum locupletiſſimus quiſque miles, labore ac ſæuitia fatigaretur; donec vacationem emeret. Vbi ſumptibus exhauſtus, ſocordia miſer elanguerat, inops pro locuplete, & iners pro ſtrenuo, in manipulum redibat, ac rurſus alius, atq. alius, eadem egeſtate ac licentia corrupti, ad ſeditionẽ, ac diſcordias, & ad extremum bella ciuilia ruebant. Sed Otho, ne vulgi largitione centurionum animos auerteret, ex fiſco ſuo vacationes annuas exſoluturũ promiſit.* vbi lege, *vulſa largitione*, id eſt adempta, & ſublata. Liuius l. 6. *Sepulchra maiorum vulſa, temerata, atq. violata.* At de crudelitate centurionum noſter ſupra: *Nudant corpora, verberum notas exprobrãt.* Et ſane centuriones, *ſpoliarium militum, cruentarumq. prædarum receptacula*, inquit Plin. in Gratiar. actione. Sub poſterioribus, etiam eorum auaritia exigebat *ſtellaturas*, L. 12. Cod. de erogat. milit. anno. Id eſt, annonas dierum ſeptem, aut earum pretia, pro inſinuatiuis caſtrenſib. Et ſtellaturas appellat, vt puto a ſeptẽ ſtellis, ſeu planetis, qui in hebdomada, per

Centuriones crudeles & auari.

De auaritia, exempla.

Tacitus correctus.

Centurionum crudelitas.

Stellatura militum.

Carita dicta.

proximæ noctis. Et noto totam hanc clauſulam deformem & fœdam. Itaque lego, *fæminas illuſtres non centurione ad tutelam, non milite viri. Nihil illis imperatoriæ vxoris & comitatus ſoliti, pergere ad Treuiros, viros etiam externæ fidei.* De Treuiris ita Cicer. epiſt. ad Trebat. 7. famil. *Treuiros vites cenſeo: audio capitales eſſe, mallem auro, argento, ære eſſent, ſed alias iocabimur.* intelligit enim de Treuiris hoſtibus popul. Rom. Repoſui *viros*, quia verbum confuſum ad verbum *Treuiros.* Et ita repoſui lib. 2. Infra *offerrentur* cum verbo *auferantur*, quia vtrumque ſcriptum erat. Repoſui etiam, vbi de morte Burrhi lib. 14. *Cum ad eum viſendum princeps veniſſet, aſpectum eius auerſatum, ſciſcitantique hactenus reſpondit.* vbi legendum; *auerſatum, ſtatumque ſciſcitanti hactenus reſpondit.* Multa ſunt alia in authoribus animaduertenda & emendanda in hoc verbo *aiunt*, & in noſtro authore, vbi occurrerint, corrigam.

3. IAM INFANS. Quid ſi legatur *etiam infans?* vt poſt patrem, & auum, & ſocerum, & matrem ille infans memoretur? Dixi hanc vocem (*iam*) multis in locis vitium facere, vt in L. Neratius. de Reg. Iur. *Iam defuncto dediſſe*, vbi legendum, *Etiam defuncto dediſſe.* Sed hæc ad edictum prætoris, non ad Tacitum. Cæterum ille infans, vbi vir fuit (ſi vir fuit) præterquam in fœminas cogitauit ad vltionem militaris huius ſeditionis, omnes iſtas legiones trucidare: vocataſque ad concionem, & inermes, armato equitatu circunſederat. Sed cum milites ad capienda arma dilaberentur, fugit ocyus vile & iniquum pectus. Suet. in Calig. Et vltio illa auxit non abſtraxit dedecus.

Verbum iam vitium facit, L. Neratius.

4. IN CASTRIS GENITVS.] Claudianus eadem de Honorio fere Paneg. de 4. Conſ. Honor.

Reptaſti poſt ſigna puer, regumque feroces
Exuuiæ tibi ludus erant, primuſque ſolebas
Aſpera complecti torum poſt prælia patrem.

Et idem eodem, de eadem re.

——— *Exercitus vndique fulgens*
Adſtitit, ambitur ſignis auguſtior infans,
Senſit odorantes galeas, redditque ferocem
Vagitum lituis.

Odorantes dicit *galeas*, quia ore & vnguentis perfundebantur. Sane principes infantes in caſtris nati, ſunt deliciæ militibus. Et Caligula dictus *caſtrorum alumnus.*

5. VOCABVLO CALIGVLAM. Seneca Non ead. ini. in Sap. cap. 18. hoc firmat. *Caius*, inquit, *omnia contumelias putabat, & fuit ferendarum impatiens, faciendarum cupidiſſimus. Iratus fuit Herennio Macro, qui illum Caium ſalutauerat. Nec impune ceſſit primipilario, qui Caligulam dixerat. Hoc enim nomine, ſcilicet in caſtris natus & alumnus legionum, vocari ſolebat, nullo nomine militibus familiarior vnquam factus. Sed iam Caligulam, conuitium & probrum iudicabat.* Noſter infra de Calig. *Vbi fæmina manipulos interuiſat, ſigna adeat, largitionibus tentet, & tanquam parum ambitioſe, filium ducis gregali habitu circumferat, Cæſaremque Caligulam appellari velit.* Militis ſepulti hoc eſt elogium: OMNIBVS. OFFICIIS. IN. CALIGA. FVNCTI. COPPIO. BASSO. Illæ autem caligæ militares clauis acutis erant horridæ: Sic enim Plinius lib. 9. cap. 18. de piſcibus lacus Verbani. *Piſces omnibus annis, Vergiliarum exortu exiſtunt, ſquammis conſpicui crebris, atque peracutis, clauorum caligarum effigie.* Qui aurei & argentei & ærei, & interdum ferrei erant. Et iſtis clauis Iuuenalis ait vrbanum populum lacerari, Satyra tertia.

Caligula ſui nominis oſor.

Caligæ militũ horrẽtes clauis.

In digito clauus mihi militis hæret.

Et Dio lib. 57. ait Caligulam dictum quod vt plurimum in exercitu educatus, militaribus caligis, aut ſubligaculis, pro vrbanis vteretur. Sed longe ante L. Antonius & Fuluia Senatum Caligam appellauerũt, inquit Dio lib. 48. Auſon. in Cæſaribus vbi de Caligula:

Cur Caligula dictus.

Senatus caliga dictus.

Poſt hunc caſtrenſis caligæ cognomine Cæſar
Succeſſit, ſæuo ſæuior ingenio.

Ideo Plinius vocat illum facem generis humani, lib. 7. cap. 8. Sic Caligula a caliga, nec aliud niſi caliga, ſed ſanguine tincta & libidinibus fluens. Et ſane heros Germanicus noxam genuit Caligulam. Verumque quod Capitolinus in Seuero, *Aut pauci aut nulli ex magnis viris pares filios reliquere.* Sed prædixerat ante Homerus.

6 APVD CIRCVMFVSOS.] Noſter hiſt. lib. 1. *Exhortatio ducum, non more concionis apud vniuerſos, ſed vt quiſque eorum aduehebatur.* Sunt enim quædam fortuita, quædam conſulta militum alloquia. Idem eodem. *Illum tribuni centurioneſque circumſiſtunt abiectis militiæ inſignibus, otium & ſalutem flagitantes. Senſit inuidiam miles.*

Non mihi vxor, aut filius patre & Rep. chariores ſunt: ſed illum quidem ſua maieſtas, imperium Romanum cæteri exercitus defendent: coniugem, & liberos meos, quos pro gloria veſtra libens ad exitium offerrem, nunc procul a furentibus ſummoueo; vt quicquid iſthuc ſceleris imminet, meo tantum ſanguine pietur: neue occiſus Auguſti pronepos, interfecta Tiberij nurus nocentiores vos faciat. quid enim per hos dies inauſum, intemeratumue vobis? [2] *Quod nomen huic cœtui dabo? militeſne appellem? qui filium imperatoris veſtri vallo, & armis circunſediſtis? an ciues, quibus tam proiecta ſenatus autoritas? hoſtium quoque ius, & ſacra legationis, & fas gentium rupiſtis. Diuus Iulius ſeditionem exercitus verbo vno compeſcuit,* [3] *Quirites vocando, qui*

Miles in tumultu vera rabies armata.

do, qui ſacramentum eius detrectabant. Diuus Auguſtus vultu, & aſpectu Actiacas legiones exterruit. nos, vt nondum eoſdem, ita ex illis ortos, [4] *ſi Hiſpanus, Syriæue miles aſpernaretur, tamen mirum & indignũ erat. Primane, & vicceſima legiones?* * *illa ſignis a Tiberio acceptis,* [5] *tu tot præliorum ſocia, tot præmijs aucta? Egregiam duci veſtro gratiam refertis? Hunc ego nuntium patri, læta omnia alijs e prouincijs audienti, feram? ipſius tyrones, ipſius veteranos, non miſſione, non pecunia ſatiatos? Heic tantum interfici centuriones, eijci tribunos, includi legatos; infecta ſanguine caſtra, flumina? meque precariam animam inter infenſos trahere? Cur enim primo concionis die ferrum illud, quod pectori meo infigere parabam, detraxiſtis? Improuidi amici. Melius & amantius ille, qui gladium offerebat. Cecidiſſem certe nondum tot flagitiorum exercitui meo conſcius. Legiſſetis ducem, qui meam quidem mortem impunitã ſineret, Vari tamẽ & trium legionũ vlciſceretur. Neque enim dij ſinant, vt Belgarum (quanquam offerentium) decus iſtud, & claritudo ſit, ſubueniſſe Romano nomini, compreſſiſſe Germaniæ populos. Tua, diue Auguſte, cælo recepta mens,* [6] *tua, pater Druſe, imago, tui memoria iiſdem iſtis cum militibus, quos iam pudor & gloria intrat, eluant hanc maculam, iraſque ciuiles in exitium hoſtibus vertant. Vos quoque, quorum alia nunc ora, alia pectora contueor, ſi legatos Senatui, obſequium Imperatori, ſi mihi coniugem, ac filium redditis, diſcedite a contactu, ac diuidite turbidos. id ſtabile ad pœnitentiam, id fidei vinculum erit.*

Quam olim vultu & aſpectu, imo vno verbo curarunt Iulius & Auguſtus.

* Illa ſignis a Tiberio acceptis, iſta tot præmijs aucta? Egregiam

Exteri non boni medici domeſticæ cladis, quam accendant nõ extinguant.

1 NON MIHI VXOR AVT FILIVS REP. CHARIORES.] Germanicus ab his verbis auſpicatur, quam a formula quadã iuriſiurãdi, quæ frequens in vet. Rep. quæq. inualuit maxime poſtea ſub Caligula. Nam apud Suet. c. 15. *Cogebat*, inquit, *omnes iurare his cõceptis verbis: Neque me, liberoſq. meos chariores habeo, quã Caiũ & ſorores.* Quod ex veteri iureiurãdo ſumptũ eſt. Hoc autẽ a Scipione Africano Tribuno Pleb. vſurpatum fuit: nam authore Liuio *L. Metellus reliquias pugnæ Cannenſis, cum de relinquenda Italia conſilia agitarent, iurare coegit: Non ſe relicturos patriam, & ipſam omnibus rebus chariorem futurũ.* Sic Cato apud Lucan.

Formula iuriſiurandi ſub Caligula.

Me geminæ figant acies, me barbara tellus
Rheni turba petat: cunctis ego peruius haſtis,
Excipiam medius totius vulnera belli:
Hic redimat ſanguis populos, hac cæde luatur
Quidquid Romani meruerunt pendere mores.

Et apud Salluſt. in frag. *Adſum en Cotta Cõſul, voueo, dedoque me pro Rep.* Apud Suet. Auguſt. *Ita mihi ſaluam ac ſoſpitem Remp. ſiſtere in ſua ſede liceat*, c. 28. & 2. Reg. c. 14. *In me, domine Rex, eſt iniquitas, & in domum patris mei. Rex autem, & thronus eius ſit innocens.* Sane Paulus Æmilius apud Liuiũ ſic ait: *Cum in maximo prouentu fœlicitatis veſtræ timerem, Quirites, ne quid mali fortuna moliretur; Iouem Opt. Max. Iunonemq. reginam, & Mineruam precatus ſum, vt ſi quid aduerſi P. Rom. immineret, tantum in domum meam conuerteretur.* Sic Ouid. 15. Metamorph. fab. 49.

Ad cælumque oculos, & eodem cornua tollens,
Quicquid, ait, ſuperi, monſtro portenditur iſto,
Seu lætum eſt aliquid, patriæ, populoque Quirini,
Siue minax, mihi ſit.

Nam in Remp. magnus erat ciuiũ ardor, magnus amor. Sic Florus de bello Hetruſco c. 1. *Decius, more patrio, deuotum Dijs manibus obtulit caput, ſolemnemq. familiæ ſuæ conſecrationem in victoriæ pretiũ redegit.* Et ita M. Cato in Orig. *Ego hãc tibi, & Reip. animam do.* Sic interpretanda L. 3. §. vlt. de peculio. *Quia Remp. ſaluam fore pater obſtrictus eſt.* Nec diſpar id quod apud Claud. Stilico, de bello Getico.

Deuota capita pro Rep.

Amor in Remp.

Me quoque non impar naturæ cura remordet,
Nec ferro ſic corda rigent, * *vt noſſe recuſent,*
Quam ſanctum ſoceri nomen, quam dulce mariti,
Quantus prolis amor: ſed nunquam oblita decoris,
Obſcœnam latebram pietas ignaua requiret,
Nec vobis fortis monitor, mihi cautior vni.
Hic coniux, hic progenies, hic carior omni
Luce gener.

* Ita lego, non (aut)

Nam Reip. ius pro omnĩ iure eſt.

2 QVOD NOMEN.] Sic Sall. bell. Iugur. *Quos accidam? aut quos appellem? nationeſue, an reges, qui omnes familiæ noſtræ ob amicitiam veſtram infeſti ſunt?* Et hæ figuræ frequentes in authoribus. Sic compellabat Auguſtus equites Rom. nuptiarũ oſores, vt ſcribit Dio l. 56. *Quod nomen vobis dabo? Viroſne appellẽ? At viros vos nõ exhibetis. Ciues? At vos ciuitatẽ Romanam deperditis.* Diſperdebãt, quia ciues nõ gignebant; viri nõ erant, qui ſe viros iuſtis nuptijs non oſtendebant.

3 QVIRITES VOCANDO.] Hæc ſcripta ſunt apud Dionem 42. Nam cum milites longa oratione Iulium Cæſarem laborum & periculorum ſuorum admonuiſſent & miſſionem flagitarent, ſic Cæſar reſpondit: *Enimuero Quirites vera dicitis, nam & laboribus & vulneribus exhauſti eſtis:* Nec plura loquutus omnes ſacramento ſoluit. Quod eos maxime pupugit & puduit, ac præcipue quod *Quirites*, non milites vocaſſet. Sed Auguſtus in pari ſeditione non cõmilitones, ſed *milites* tantum vocauit. Suet. 25. in Auguſto, & idẽ in Iulio c. 70. *Decumanos Romæ cum ingentibus minis ſummoq. etiã vrbis periculo miſſionẽ & præmia flagitantes ardẽte tũc in Africa bello, neque adire cũctatus eſt quãquam deterrẽtibus amicis, neq. dimittere: Sed vna voce qua Quirites eos pro militibus appellarat sã facile circũegit ac flexit vt ei milites ſe eſſe reſpõderint.*

4 SI HISPANIS, SYRIÆVE MILES.] Lego, *ſi Hiſpanus Syriæue miles*, & Typographi leuis error eſt. noſter Ann. 15. *Priorq. Syriæ miles apud Corbulonem.* De veteri milite Hiſpano, Silius l. 1. magna dicit & vera:

Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem:
Namque vbi tranſcendit florentes viribus annos,
Impatiens æui, ſpernit nouiſſe ſenectam,
Et fati modus in dextra eſt.

Quod glorioſum: ſed prima militiæ pars, eſt in parendo. Ad quam ſi miles redierit, eſt valde honorificum.

5 TV TOT.] Mendoſa verba. Nam non alloquitur legiones, ſed circumfuſos tantum quoſdam milites, vt dixit. Ergo lege, *iſta*, ſcilicet legio.

Tacitus correctus.

Et ex manuſcriptis non intellectis error.

militiã. Sic compoſitis præſentibus, haud minor moles ſupererat, ob ferociam quintæ, & vndeuiceſimæ legionum, ſexageſimum apud lapidem (loco Vetera nomen eſt) hibernantium. nam primi ſeditionem cœptauerant, [atrociſſimum quodque facinus horum manibus patratum] nec pœna commilitonum exterriti, nec pœnitentia conuerſi, iras retinebant. Igitur Cæſar arma, claſſem, ſocios demittere Rheno parat, [6] ſi imperium detrectetur, bello certaturus.

Qui ab omnibus probatur, non reprobatur, ſed apud legiones retinetur.

Notæ in his verbis perditorum: elogiũ turpe: non pœna exterriti, non pœnitentia conuerſi.

Tacitus correctus.

1 CENTVRIONATVM INDE EGIT.] Puto ſcriptum fuiſſe a Tacito, *Centuriones tum dilegit*. Nã moris erat eligere centuriones, quales fuere Titus & Annius de quibus Lucilius:

Titi, Anni centurionum

Præclarorum hominum ac primorum ſigniferumq.

Qualis fuit & Cornelius centurio memoratus in Actis Apoſtolorum cap. 10. & Suet. in Auguſt. 16. & Hiſt. Machab. *Poſt hæc conſtituit Iudas duces populi tribunos & centuriones & pentacontarchos & decuriones*. Sic Annal. 4. vbi de Seiano: *centuriones & tribunos ipſe dilegit*. Et infra: *Legit comites*. Et in Hiſt. *Galba militem legit, non emit*. Et alibi: *Nequaquam pudori ſuo decorum legere aliquid*. Sane nuſquam apud Tacitum reperias vſum fuiſſe verbo *centurionatus*. Quod quin optimum ſit, & probis authoribus poſtea vſitatum, vt verbum *decurionatus*, non inficior. Sed reddamus vnicuique ſcriptori natiua verba. Verbum (*tum*) hanc nebulam induxit, & pro *centuriones tum*, *centurionatum* ſcripſere. Liuius *centuriatum* dicit, non *centurionatum*. *Vbi* (inquit) *ad decuriatum ſiue centuriatum deueniſſent*. lib. 22. Itaque Cicero 16. ad Attic. epiſt. *Cum ſciam*, dixit *centuriare*, pro *legere centuriones*. *Centurias* (inquit) *Capuæ, iam iamque video bellum. Concenturio in corde ſycophantias*, ait Plaut. in Pſeudolo, id eſt, colligo cauillationes, ait Non. Marcel. Et *centurionus* olim etiam dicebatur, ait Feſtus, non *centurio*. Sic apud Suet. de clar. Grammat. *M. Valerius Probus Berytius centuriatum petijt*. Honeſta ambitio petijſſe, honos magnus obtinuiſſe. *Tamen maiores*, dicebat Cato in Feſto, *ſeorſim, atque diuerſum pretium parauere bonis atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, atque alios honores*. Spart. in Nigro, vbi de militari dignitate data: *Tuum eſt oſtendere hominem non ambitione, quod noſtris non conuenit moribus, ſed virtute veniſſe ad eum locum, quem auus meus Adrianus, quem Traianus proauus non niſi exploratiſſimis dabat*. Cur non ergo, centurionatus, ſi decurionatus? ſed vtatur Cato, non vtitur Tacitus. Et noſtri Iuriſconſulti non vtuntur, ſed Imperatores l. 2. & l. 12. de Decur. Cod.

Tacitus nunquam vſus verbo centuriones.

2 STIPENDIORVM QVÆ STRENVE.] Lego, *quæque ſtrenue*. P. Diaconus in notis: Q. Q. pro *quæque*: & nota dictiones quæ geminantur maiuſculis ſcribi literis, vt pro Q. Q. *quæque*. In noſtro authore, ita librarius ſcripſit Q V Æ, vt ſcias geminari, & in iſtis libris hoc tam frequens vt non frequentior imber Veris tempore. Varro etiam 6. de ling. Lat. *Præfica, vt Aurelius ſcribit, mulier ab luctu, quæ conduceretur quæ ante domum mortui eius laudes caneret*. Vbi vides *quæ* pro *quæque ante domum*, legendum vt heic.

3 ET CVI ERANT DONA.] Legendum eſt, *Et cui rei*, id eſt, ob quam rem, ob quam cauſam, data erant dona, ob quam rationem: ſic Caſſius I.C. *cui bono*. Cicero pro Milone & pro Roſc. Comœdo & 2. Philippica. Nam quædam data ob ſeruatum ciuem, quædam ob ciuitatem obſeſſam, quædam ob muros tranſactos.

Centuriones crudeles & auari.

De auaritia, exempla.

4 AVARITIAM AVT CRVDELITATEM.] De centurionum libidine iam diximus: heic alij duo næui centurionum, auaritia, & crudelitas, quæ creſcente imperij magnitudine vna creuerunt. Liuius lib. 38. *Orgiagontis reguli vxor, cui cuſtodiæ* (lego *cuſtodiendæ*) *præerat centurio & libidinis, & auaritiæ militaris*. Noſter libro 14. de Britannia: *Regnum per centuriones, domus per ſeruos velut captæ vaſtarentur*. Fuiſſe autem furaces centuriones, & auaros, Fabricius Luſcinus apud Gellium l. 4. c. 8. Cornelio Rufino comprobauit: nam cum Rufino Fabricius ad obtinendum conſulatum fauiſſet, eique gratiam ageret: *Malui* (inquit) *compilari, quam venire*. Tacit. 1. Hiſt. hanc centurionum auaritiam exequitur clare, ſed deprauatis verbis. *Flagitant* (inquit) *vt vacationes præſtari ſolitæ centurionibus, remitterentur. Nam gregarius miles, vt tributum annuum pendebat. Pars manipuli, pars per commeatus, aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem centurioni exolueret, neque modum oneris quiſquam, neque genus quæſtus, penſi habebat. Per latrocinia, aut raptus, aut ſeruilibus miniſterijs, militare otium redimebant*. Lege, *militares otium redimebant*, id eſt viri milites, non *otiũ militare*, quod non cõuenit. *Nã ex munificis benifici fiebant, vacationemq. munerum caſtrenſium impetrabant*. Sic Plaut. in Epidico, vbi militarẽ auaritiam pungit: *Scio te eſſe hominẽ militarem*. Addit Tacit. *Cum locupletiſſimus quiſque miles, labore ac ſæuitia fatigaretur; donec vacationem emeret. Vbi ſumptibus exhauſtus, ſocordia miſer elanguerat, inops pro locuplete, & iners pro ſtrenuo, in manipulum redibat, ac rurſus alius, atq. alius, eadem egeſtate ac licentia corrupti, ad ſeditionẽ, ac diſcordias, & ad extremum bella ciuilia ruebant. Sed Otho, ne vulgi largitione centurionum animos auerteret, ex fiſco ſuo vacationes annuas exſoluturũ promiſit*. vbi lege, *vulſa largitione*, id eſt adempta, & ſublata. Liuius l. 6. *Sepulchra maiorum vulſa, temerata, atq. violata*. At de crudelitate centurionum noſter ſupra: *Nudant corpora, verberum notas exprobrãt*. Et ſane centuriones, *ſpoliarium militum, cruentarumq. prædarum receptacula*, inquit Plin. in Gratiar. actione. Sub poſterioribus, etiam eorum auaritia exigebat *ſtellaturas*, L. 12. Cod. de erogat. milit. anno. Id eſt, annonas dierum ſeptem, aut earum pretia, pro inſinuatiuis caſtrenſib. Et ſtellaturas appellat, vt puto a ſeptẽ ſtellis, ſeu planetis, qui in hebdomada, per

Tacitus correctus.

Centurionum crudelitas.

Stellaturæ militum.

Curiis dictæ.

ſeptem dies habent ſua nomina, & imperia. Quod fluxit a dicacitate militum. Nam militum os ſale plenum, & interdũ felle. Spart. in Peſcenn. Nigro: *Ipſe a milite nihil accepit cum tribunatus ageret, & nihil accipi paſſus eſt. Nam & imperator tribunos duos, quos conſtitit ſtellatutas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iuſſit.* Satis crudeliter, ſed non inique.

Loci veteres dicti.

5 LOCO VETERA NOMEN EST.] Sic de loco eiuſdem cognominis, Liuius. *Gracchus in Lucanis, ad campos, qui Veteres dicuntur, perijt.* lib. 25. Tacitus 4. Hiſt. *Tolerant cum maxime inopiam obſidiumque apud Vetera legiones, nec terrore aut promiſſis dimouentur.* Et idem: *Ignauiſſimus quiſque cæſorum apud Vetera exemplo, pauentes.* Forte ita dicti, quod tum inculti agri forent. Quid ſi ab animalibus, equiſque & mulis, qui ibi paſcebant, & qui a vehendo veterina dicuntur? habes quod ſtatuas: nam veterinam beſtiam Cato appellauit, ait Feſtus.

6 SI IMPERIVM DETRECTETVR.] Quippe, vt ait Valerius l. 2. cap. 7. *abſciſo caſtigationis genere, militaris diſciplina indiget, quia vires armis conſtant, quæ vbi a recto tenore deſciuerunt, oppreſſuræ ſunt, niſi opprimantur.* Et firmat Spart. in Auidio: *Male aſſueſcere Duces & milites, qui niſi opprimantur opprimunt.* Ideo Iulius Cæſar, etiam Auguſtus ipſe, militi rebellanti, duri & aſperi. *Non ceſſit vnquam tumultuantibus*, ait Suet. in Iul. *Nam, vt ait Dio, ducis eſt, nihil agere, niſi ex ſuo, non ex militum arbitrio*: & qui vi vel minimum cedit, omnibus cedit. Inde Tacit. lib. 3. *Tantum ſeueritate profectum, vt vexillum veteranorum, non amplius quingenti numero, eaſdem Tacfarinatis copias, præſidium, cui Thala nomen, adgreſſas fuderint.* Et idem 13. Annal. *Non vt in alijs exercitibus primum alterumque delictum venia proſequebatur: ſed qui ſigna reliquerat, ſtatim capite pœnas luebat. Idque vſu ſalubre & miſericordia melius apparuit. Quippe pauciores illa caſtra deſeruere, quam ea quibus ignoſcebatur.* Idem ait Vopiſcus in Aureliano. *Poſtquam ſemel cum ingenti ſeueritate caſtrenſia peccata correxit, nemo peccauit.* Habes vitium, habes vitij medelam, & ſaluberrimam, quam firmat Velleius his verbis. *Druſus qui a patre ad ipſum plurimo quidem igne emicans incendium militaris tumultus, miſſus erat, priſca ſeueraque antiquitate vſus, obſidentes coercuit.* Tacit. 4. Hiſt. Contra, *Flaccus multa concedendo, nihil aliud effecerat, quam vt acrius expoſcerent, quæ ſciebant negaturum.* Tamen nocet *antiqua ſeueritas & nimius rigor, cum morbo pares eſſe non poſſumus*, ait Tacit. in hiſt. Et idem firmat eodem, *facilitatem ſeditionis interdum eſſe matrem. Donatiuum*, inquit, *expoſcunt, comperto pecuniam a Vitellio miſſam. Nec diu cunctatus, Hordeonius, nomine Veſpaſiani dedit. Idque præcipuum fuit ſeditionis alimentum.* Attende ergo. Aſperis morbis, aſpera remedia adhibenda, & præualida vitia, & rebellantia ferro & cauſticis ſananda. Illudque Hippocraticum habe pro documento. *Quod medicamentum non ſanat, ferrum ſanat; quod ferrum non ſanat, ignis ſanat; quod ignis non ſanat, eſt prorſus immedicabile.*

At Romæ nondum cognito, qui fuiſſet exitus in Illyrico, & legionum Germanicarum motu audito, trepida ciuitas incuſare Tiberium, quod dum patres, & plebem, inualida & inermia, cunctatione ficta ludificetur, diſſideat interim miles, neque duorum adoleſcentium [1] nondum adulta autoritate comprimi queat: ire ipſum & opponere maieſtatem imperatoriam debuiſſe, ceſſuris vbi principem longa experientia, eundemque [2] ſeueritatis, & munificentiæ ſummum vidiſſent. An Auguſtum feſſa ætate toties in Germanias commeare potuiſſe; * Tiberium vigentem annis ſedere in Senatu verba patrum cauillantem? ſatis proſpectum vrbanæ ſeruituti: militaribus animis adhibenda fomenta, vt ferre pacem velint. [3] * Immotum aduerſus * eos ſermones, fixumque Tiberio fuit, [4] non omittere caput rerum, [5] neque ſe remque publicam in caſum dare. Multa quippe & diuerſa angebant: validior per Germaniam exercitus, propior apud Pannoniam: ille Galliarum opibus ſubnixus, hic Italiæ imminens. Quos igitur anteferret? ac ne poſtpoſiti contumelia incenderentur. At per filios pariter adiri, [6] maieſtate ſalua, cui maior e longinquo reuerentia: ſimul adoleſcentibus [7] * excuſatum, quædam ad patrem reijcere. * reſiſtentiſque Germanico, aut Druſo, poſſe a ſe mitigari vel infringi. quod aliud ſubſidium, ſi imperatorem ſpreuiſſent? Cæterum vt iam iamque iturus legit comites, conquiſiuit impedimenta, adornauit naues. mox hiemem, aut negotia varie cauſatus, primo prudentes, dein vulgum, diutiſſime prouincias fefellit.

Liberæ populi in Tiberium voces & queſtus.

Qui in capite rerum ſunt, res non omittant.

Tiberij ſapiẽs cunctatio ad maieſtatẽ imperij conſeruandam.

Imperium omnibus rebus anteponendum.

Artes eludendorum populorum.

* & Tiberium

* Immotus tamen aduerſus * ſæuos ſermones

* excuſaturũ.

* reſiſtenteſq.

1 NONDVM

Vir grauis comprimit ſeditiones.

1 NONDVM ADVLTA AVTHORITATE.] Nota ad ſeditionem comprimendam, viro graui, & probo opus eſſe. grauitas leuitatem, probitas improbitatem ſedat. Et Virgil. innuit 1. Æneid.

Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus,
Iamq. faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
Tum pietate grauem, ac meritis ſi forte virū quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus aſtant.

Sic Neſtor 1. Iliad. Agamemnonis & Achillis ſoluit rixas, leni certe, ſed ſapienti oratione. Sic Vlyſſes Græcos, Iliad. 2. Et ſane lenis imber magnos fugat ventos, modicuſque puluis diſiungit apes ſæuiter & ferociter prœliantes.

Seueritas & munificentia duæ machinæ ad trahendos homines.

2 SEVERITATIS ET MVNIFICENTIÆ.] Quæ ſunt duæ imperatoriæ maieſtatis machinæ tractoriæ. Nam homo, moroſiſſimum animal, conciliatur his duobus, ſeueritate, aut munificentia: Munificentia præit, ſeueritas ſequitur: ſi neutrum proficiat, vlcus eſt inſanabile. Nam hominis voluntas cogi non poteſt: & ſi cogitur, non eſt voluntas.

Tacitus correctus.

3 IMMOTVM.] Fœda, nec Grammaticis ferenda oratio. lege, *immotus tamen*. Error a manuſcripto, in quo (*tamen*) vt (*tum*,) per abbreuiaturam ſcribitur (*tn.*) Et quia adijcit *fixumque*, ideo *immotum* in eodem caſu ſcripſere, vnumque verbum fecerunt ex duobus inaduertenter. Tacit. l. 16. alijs verbis iſtud explicauit. *Princeps*, inquit, *immobilis ſe precibus, & inuidiæ iuxta oſtendit*. Et idem l. 15. *Immotus ijs, & paululum in publico verſatus.* Principis certe munus eſt proſpera, vel aduerſa, renidẽti vultu excipere; & ad hæc facere os, ingenium, & mores. Martial. li. 6. epigr. 10. vbi de Domitiano, non inerudito talium artifice.

At quam non tetricus, quam nulla nubilus ira,
Quam placido noſtras legerat ore preces?

Sed non eſt meum hos docere, quos natura ſatis docet. Dico vnum, vulgare eſſe vulgo de principe loqui liberius. Ideo a noſtro, Roma vocatur *rumorũ auida*. Sic Suet. in Domit. c. 16. *Factumq. aliquod extiterit, de quo loquerentur homines.* Semper enim vulgus loquitur, nec tacendo virtutem adſequitur. Nam vulgus eſt, cui improuide loqui aſſuetum, tacere inſuetum. Tacitus 4. Ann. *Crebri queſtus nec occulti per vulgum, cui minor ſapientia & ex mediocritate fortunæ minora pericula.* Et Chriſtus Deus, & Dominus, in Euangelio, *Quid de me dicunt homines?* ita Apoſtolos percuntabatur, non ignorans, ſed inquirens. Tert. in Apol. loquacitatẽ vulgi Romani perſequitur, a qua nullus, ne princeps quidem, immunis. Et ſunt veſtigia in hoc authore aliqua præſertim li. 3. vbi latius.

Principes imperij ſolium ne relinquant.

4 NON OMITTERE CAPVT RERVM.] Id ex ſapientiæ penu. Pompeius enim, relicta Roma, & ſe, & Remp. Rom. perdidit. Cic. 8. ad Attic. epiſt. 2. *Mihi enim nulla in gente vnquã ab vllo authore Reip. ac duce turpius factum eſſe videtur, quam a noſtro amico factum eſt*, (loquitur de Pompeio:) *Cuius ego vicem doleo, qui vrbem reliquit, id eſt, patriam, pro qua, & in qua mori præclarum fuit. Ignorare mihi videris, hæc quanta ſit clades.* Et 10. ad Att. epiſt. *Multas*, ait *deſertam patriam a Pompeio, oppreſſam a Cæſare.* Legant hæc, & intelligant populorum capita. Nam

Pompeij facinus in hac re.

imperia liberis, & coniugibus, & vita ipſa, chariora eſſe debent imperantibus, quibus ſubditi pro filijs. Et huc refero iocum Ciceronis, qui apud Macrobium l. 2. c. 3. *Cum donaſſet Pompeius transfugam ciuitate Romana: Hominem bellum (inquit Cicero) Gallis promittit ciuitatem alienam, qui nobis noſtram non poteſt reddere.* Salluſt. inter opprobria Carbonis ſic ſcribit: *Carbo turpi formidine Italiam atque exercitum deſeruit.* Prudẽtius Otho, *qui plus gloriæ reputauit Italiam retinere, quam Noricum armis acquirere.* Tacit. 2. Hiſt. Melius Tiberius ex Velleio l. 2. *Pietas ſua Cæſarem pæne obſtructis hieme Alpibus in vrbem traxit ad tutelam imperij.* Qui locus hunc explicat, & eſt nobis pro face. Nam idem author: *Senſit (inquit) terrarum orbis digreſſum Neronem a cuſtodia vrbis.* Sic legendum. Et eleganter Virg. 1. Georg. de Dijs ad Auguſtum.

— vrbiſne inuiſere Cæſar, Terrarumq. velis curam.

Volunt, ſed ſunt qui curas non curant, quas valere iubent, vt in vecordia moriantur.

In caſum ne det ſe princeps.

5 NEC SE, REMQVE PVBLICAM IN CASVM DARE.] Noſter hiſt. 2. *Dubijs præliorum exemptus, ſummæ rerum, & imperij ſe ipſum reſeruet.* Et certe prudentia rerum moderatrix nihil præcipitat. Claudian. *— Ductorq. placebit,*

Qui non præcipiti rapiet ſimul omnia caſu,
Sed qui maturo, vel læta, vel aſpera rerum
Conſilio momenta regens, nec triſtibus impar,
Nec pro ſucceſſu tumidus, ſpatiumque morandi,
Vincendique modum, mutatis noſcet habenis.

Prudentia principum comes.

Et nota, magna imperia magnam deſiderare prudentiam. fœlicibus pax, infœlicibus bellum expetendum. At imperium adeptis nihil fortunæ dandum ſed prudentiæ.

6 MAIESTATE SALVA, CVI MAIOR E LONGINQVO REVERENTIA.] Ita prorſus: *Omne ignotum pro magnifico eſt*, ait Tacitus in Hiſt.

Minuit præſentia famam. inquit Poeta.

Sic D. Hieron. de obitu Nepot. *Nec, vt in pleriſque accidere ſolet, aſſiduitas familiaritatem, familiaritas contemptum eius fecerat. Eum colebat, quaſi parentem.* Velleius l. 2. *Audita viſis laudamus libentius, & præſentia, inuidia præterita, veneratione proſequimur*: Et Bleſenſis ſermone 29. de Aſſumpt. *Non ſemper domi eſt ſponſus iſte* (CHRISTVS ſcilicet.) *Caue enim forte ne vileſcat amor ſuus: & quia citius in tædium veniret, ſi ſemper præſens eſſet; ideo aliquando ſe ſubtrahit, aliquando ad tempus recedit: vt dum requiritur abſens, teneatur præſens.* Egregie certe, & Chriſtiane prorſus. Sunt quidam flores, qui ex propinquo nihil, ex longinquo bene olent. Non diſſimiles pictorum tabulis, quas ſi propius admoueas, rudes; ſi remotius, venuſtas & elegantes arbitrere. Et egregie Tacit. 4. hiſt. *Arcebantur aſpectu, quo venerationis plus ineſſet.*

Omne ignotum magnificum.

Flores quidam a longe bene olentes.

Tabulæ pictorum venuſtæ.

Adoleſcens ſapit ſi parentem in rebus conſulat.

7 EXCVSATVM.] Lege *In adoleſcentibus excuſaturum*: id eſt, excuſabunt in adoleſcentibus nondum iudicio, & authoritate firmatis, quædam ad patrem reijcere. Et hæc ratiocinatio pulchra eſt, nec contemnenda homini imperanti. Nam ſæpe vſuuenit. Idem mendum eſt Hiſt. 2. *Concedente in partes patre filium excuſatum*, pro *excuſaturum*. Arbitrium enim patris, aut filium trahit, aut trahere debet. In Liuio *Impetrari*, pro *impetraturi*, multiſque authorum locis hoc vitiam.

Terror Ducis militem reddit officio.

At Germanicus, quanquam contracto exercitu, & parata in defectores vltione, [1] dandum adhuc ſpatium ratus, [2] ſi recenti exemplo ſibi ipſi conſulerent, præmittit literas ad Cæcinnam, venire ſe valida manu, ac ni ſupplicium in malos præſumant, vſurum promiſcua cæde. Eas Cæcinna aquiliferis, ſigniferiſque, & quod maxime caſtrorum [3] ſyncerum erat, occulte recitat: vtque cunctos infamiæ, ſeipſos morti eximant, hortatur: nam [4] in pace cauſas & merita ſpectari; vbi bellum ingruat, innocentes ac noxios iuxta cadere. Illi, tentatis quos idoneos rebantur, poſtquam maiorem legionum partem in officio vident, de ſententia legati ſtatuunt tempus, quo fœdiſſimum quemque, & ſeditioni promptum ferro inuadant. Tunc ſigno inter ſe dato, inrumpunt contubernia, trucidant ignotos, nullo niſi conſcijs, noſcente, quod cædis initium, quis finis. Diuerſa omnium quæ vnquam accidere ciuilium armorum facies: non prælio, non aduerſis e caſtris, ſed [5] iiſdem e cubilibus, quos ſimul * veſcentis dies, ſimul quietos nox habuerat, diſcedunt in partes, ingerunt tela: clamor, vulnera, ſanguis palam: cauſa in occulto. [6] cætera fors regit. & quidam bonorum cæſi. Poſtquam intellectum in quos ſæuiretur, peſſimi quoque arma rapuerant. neque legatus, aut tribunus moderator adfuit: permiſſa vulgo licentia atque vltio, & ſatietas.

Miles milite ſeditioſum ferro docet obſequium.

Nam vim vis docet & inſtruit.

Boni quidam vt mali cadũt in curando ſeditionis morbo.

* veſcentis

1 DANDVM ADHVC SPATIVM.] Nam Germanicus ſciebat iraſci, ſed ſciebat ignoſcere. quod vere imperatorium eſt. Sic Virgilius Iouem inducit Iunonem irridentem, quod Regina non parceret, & nupta Ioui, perpetuaſque gereret iras.

Olli ſubridens hominum rerumque repertor:
Es germana Iouis Saturnique altera proles,
Irarum tantos voluis ſub pectore fluctus?

Id eſt, cum ſis filia Saturni, & ſoror & coniux Iouis, tantumne iraſceris, & tam immenſum? Imo miteſce: nam deos mitia decent. Ideo Iupiter mellitus, ideoque tauro non placandus. Ideo fulmine metuendus, qui terret nec ferit. Sic Alcinous rex Phæacum dicebat Vlyſſi, iraſci ſe quidem, ſed non temere, nec ſæpius. Odyſſ. 7.

2 SI RECENTI EXEMPLO SIBI CONSVLERENT.] Id eſt, exemplo primæ & vigeſimæ legionum, quæ mutatæ, ad obſequium redijſſent, & pœnas facinoris a ſe exegiſſent. Culpandæ, ob deſertionem; laudandæ, ob reuerſionem. deſertio pœnam meruit, reuerſio miſericordiam.

3 SINCERVM ERAT.] Nam aliquando inter vepres roſæ naſcuntur, inter feras nonnullæ miteſcunt. Et ſane pulchra hæc conſideratio eſt quæ neceſſaria. Nam qui bonos a malis diſparat, malos infirmat, & ad victoriam ſibi viam parat.

4 IN PACE CAVSAS SPECTARI VBI BELLVM INGRVAT.] Non veritas ipſa verior iſta ſententia. Nam ſalutaris rigor vincit inanem ſpeciem clementiæ. Silius libr. 2.

— fas omne abrumpitur armis.

In armis nefas, in pace fas.

Et Claud. de bello Getico:

Inuiſum miles ſitiens haurire cruorem,
Per varias veſtes oneratasque plauſtra metallo
Tranſit, & argenti cumulos, & cædis auarus
Contemptas conculcat opes. pretioſior auro
Sanguis erat, paſſim neglecti prodiga lucri
Ira furens ſtrictis odium mucronibus implet.

Et Virg. 11. Æneid.

Heic matres miſeræque nurus, heic chara ſororum
Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi
Dirum execrantur bellum.

Homer. Iliad. 22. ἢ ἀπολέσθω,
ἠὲ σαωθήτω· ἡ γὰρ πολέμου ὀαριστύς.

Aut pereat, aut ſeruetur: hoc enim belli eſt commercium.

Ideo Papinius 9. Theb. facit ſolam Iram comitem Martis.

Bellipotens, cui ſola vagum per inane ruenti
Ira comes.

Et armorum furor cæcus eſt. Noſter infra: *Non ſexus, non ætas miſerationem attulit, profana ſimul, & ſacra, & celeberrimum illud templum, quod Tanfane vocabant, ſolo æquatum.* D. Hieronym. de obitu Fabiolæ, vbi de de Hunnis Orientem irrumpentibus: *Non religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant, non vagientis miſerabantur infantiæ: cogebant mori qui nondum viuere cœperant, & neſcientes malum ſuum, inter hoſtium manum, & tela ridebant.* Apagete ferritribaces & ſagati: in toga, paceque vitæ gloria eſt, & voluptas bonorum: Et, vt ait Valerius, *nulla non in re pallium togæ ſubijci debet.* Arma non damno, ſi iuſta: ſed nunquam ſine damno, & armis ratio potior.

Sacra bellis polluuntur.

Innocentia infantium truci dantur.

5 IISDEM

Militer in contubernijs ſimul edeban, ſimul cubantes.

5 IISDEM E CVBILIBVS.] In contubernijs, milites ſimul edebant, ſimul cubabant. Sueton. in Calig. cap. 30. *Valerius Catulus conſulari familia iuuenis; ſtupratum ſe, ac latera contubernio eius defeſſa, etiam vociferatus eſt.* Senecæ lib. 1. Contr. 8. *Quouſque in duro caſtrorum latebis cubiculo?* Idem Sueton. in Iul. cap. 2. *Stipendia prima in Aſia fecit, M. Thermi Prætoris contubernio.* Tacit. in vita Agric. *Prima caſtrorum rudimenta in Britannia, Suetonio Paulino diligenti ac moderato duci approbauit electus quem contubernio æſtimaret.* Noſter clarius heic: *Non aduerſis e caſtris, ſed iiſdem e cubilibus, quos ſimul veſcentes dies, ſimul quietos nox habuerat.* Iſta contubernia firmabant amicitias militum, amicitia autem exercitum. In quibus facile fuit militem opprimere. Nam *nemo facilius opprimitur, quam ſecurus, & qui nihil timet*, ait Velleius. Securitas frequentiſſimum calamitatis initium.

Boni malique cæſi fortuna ita volente.

6 FORS REGIT, ET QVIDAM BONORVM CÆSI.] Nam in tumultu promiſcua cædes. Bonos a malis non diſcernit ira. Cæcilius in Octauio Minutij ita conqueritur. *Quid (inquit) tempeſtates loquar varias & incertas? Quibus nullo ordine vel examine rerum omnium impetus volutatur, in naufragijs bonorum malorumque fata mixta merita, confuſa.* Lego, *mixta, intrita, confuſa*. Nam poſt mixtionem teruntur, poſt intrita confunduntur. Et addit. *In incendijs interitum conuenire inſontium nocentiumque: & cum tabe peſtifera cæli tractus inficitur, ſine diſcrimine omnes deperire: Et cum belli ardore ſæuitur, meliores potius occumbere.* Similis hiſtoria fere in Exodo cap. 32. Nam fuſo fratrum rebellantium ſanguine, *Conſecraſtis hodie manus veſtras Domino*, inquit Moyſes. Ita vero hunc locum interpungo. *Cætera fors regit. Et quidam bonorum cæſi, poſtquam intellecto in quos ſæuiretur, peſſimi quoque arma rapuerant. Neque Legatus, aut Tribunus moderator adfuit: permiſſa vulgo licentia, atque vltio, & ſatietas.* Cæterum quod ait *fors regit*, Plinius ita libri 7. cap. 1. *Adeo obnoxij ſumus ſortis, vt Fors ipſa pro Deo ſit, quia Deus probatur incertus.* Petronius Arbiter. *Quid pagani de fortuna ſenſerunt.*

Rerum humanarum diuinarumque poteſtas
Fors, cui nulla placet nimium ſecura poteſtas,
Quæ noua ſemper amat, & mox poſſeſſa relinquens;
Ecquid Romano ſentis te pondere victam?

Nobis Chriſtianis, iſta fors pro nulla eſt, & vna Dei voluntas pro fortuna.

Mox ingreſſus caſtra Germanicus, non medicinam illud, plurimis cum lachrymis, ſed cladem appellans, cremari corpora iubet. Truces etiam tum animos cupido inuolat eundi in hoſtem, [1] [piaculum furoris] nec aliter poſſe [2] placari commilitonum manes, quam ſi pectoribus impijs honeſta vulnera accepiſſent. Sequitur ardorem militum Cæſar: iunctoque ponte tramittit duodecim millia e legionibus ſex, & viginti ſocias cohorteis, octo equitum alas, quarum ea ſeditione intemerata modeſtia fuit. Læti neque procul Germani agitabant, dum iuſtitio ob amiſſum Auguſtum, poſt diſcordijs attinemur. At Romanus agmine propero [3] ſiluam Cæſiam, limitemque a Tiberio cœptum [4] ſcindit, caſtra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus * munitus. Inde ſaltus obſcuros permeat, conſultatque ex duobus itineribus, breue & ſolitum ſequatur, an impeditius & intentatum, eoque hoſtibus incautum.

Dux non medicinam, ſed cladem remedium vocat.

Iter in hoſte ad expiandum ſcelus.

* muniens

1 PIACVLVM FVRORIS.] Non alienus a noſtro locus eſt apud Liuium lib. 7. in orat. Sexti Tullij pro militibus. *Hoc a te impetrari æquum cenſerem, vt nos virtute culpam noſtram corrigere, & abolere flagitij memoriam, noua gloria patereris.* Alius eſt etiam eiuſdem authoris in eadem re locus mea manu egens lib. 25. in orat. militum ad Marcellum Conſulem. *Te Marcelle in Italia adijſſemus, cum primum de nobis triſte Senatuſconſ. factum eſt, niſi hoc ſperaſſemus, in prouinciam nos morte regum turbatam ad graue bellum aduerſus Siculos ſimul Pœnoſque mitti, & ſanguine noſtro, vulneribuſque noſtris magiſtratibus ſatisfacturos eſſe.* Lege: non, *magiſtratibus*, ſed *magis reatibus*, id eſt, criminibus noſtris magis ſatisfacturos. Et addit: *Sicut patrum memoria, qui capti a Pyrrho ad Heracleam erant, aduerſus Pyrrhum ipſum pugnantes ſatisfecerunt.* Non diſpar Cæſaris Iulij miles, de quo Sueton. cap. 68. in Iulio. *Quanta fortitudine dimicauerunt, teſtimonio eſt, quod aduerſo ſemel apud Dyrrachium prælio, pœnam in ſe vltro depopoſcerunt, vt conſolandos eos magis Imperator, quam puniendos iudicauerit.* Miles ſceleris pœnitens, aut ſuo, aut hoſtis ſanguine ſcelus expiat. *Liuius correctus.*

2 PLACARI COMMILITONVM MANES.] Silius lib. 4. *Mortuis inferiæ.*

Scipio quâ medius pugnæ vocat agmine vortex
Infert cornipedem, atque inſtructus ſtrage ſuorum
Inferias cæſis mactat, Labarumque Padumque.

Ex humano ſanguine.

Virgil. 11. Æneid.

Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret vmbris
Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammas.

Claud. de laud. Stilic.

-Turmas equitum peditumque cateruas
Hoſtileſque globos tumulo proſternis amici.

Temporibus Homeri.

Hoc autem fiebat paſſim, vt apud Sueton. cap. 15. in Iul. *Ex deditiis electos vtriuſque ordinis, ad aram D. Iulio extructam, Idibus Martiis hoſtiarum more mactatos.* Quod vetus fuit apud paganos, vt conſtat ex Homero, Iliad. 23 qui in funere Patrocli Troianos pro inferiis mactatos narrat. Tertull. libro de ſpectac. explicat late, ſed mendoſis verbis in excuſis. *Supereſt*, inquit, *illius inſigniſſimi ſpectaculi, ac acceptiſſimi recognitio.* (Lege, *ac acceptiſſimi recognitio*) *Munus dictum eſt ab officio, quoniam officium, etiam muneris nomen eſt. Officium autem mortuis, hoc ſpectaculo facere ſe, veteres arbitrabantur. Poſtea autem illud humaniore atrocitate temperauerunt. Nam olim, quoniam animas defunctorum humano ſanguine propitiari creditum erat, captiuos, vel malo ingenio ſeruos mercati, in exequiis immolabant: poſtea placuit impietatem voluptate adumbrare; itaque quos parauerant armis, quibus tunc & qualiter poterant eruditos, tantum vt occidi diſcerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. Ita mortem homicidiis conſolabantur.* Præclara religio; in qua hominum cædes eſt pietas, & per hominum mortes mortui placantur.

Tertullianus correctus.

Qui pro inferiis mactabantur. Captiui. Mali ſerui.

Gladiatores.

3 Silvam cæsiam.] De iſta ſilua, ſi quid eſt apud authores, clam me eſt. Quid ſi *Cæſiam ſiluam* nominat, quod eſſet cæſii coloris, & nigricantis viriditatis? ſic *Cæſius Naſica* lib. 12. infra. Et *cæſios oculos* Palladis dicunt Poetæ. γλαυκῶπις. ſic *ſiluam viridicantem*, dixit Cicero 3. ad Q. fratrem. Quid ſi etiam *cæduam ſyluam*? ambigo. Potuit enim pro termino eſſe cædua ſylua. Nam hæc regio tota in paludibus & ſiluis. Noſter paulo poſt: *Obſtantia ſiluarum amoliri*, deinde, *Amouere ſiluas*. Deinde etiam: *Omiſſis pagis, in ſiluas diſperguntur.* Spart. in Adriano: *Per ea tempora & alias frequenter in plurimis locis, in quibus Barbari non fluminibus, ſed limitibus diuiduntur, ſtipitibus magnis in modum muralis ſepis funditus iactis atque connexis Barbaros ſeparauit.* Arbores ſiluarum pro ſtipitibus. Dixi *cæduam ſiluam*. nam noſtris Iuriſconſultis, *cædua ſilua, eſt, quæ in hos vſus habetur, vt cæderetur.* Seruius: *Eam eſſe, quæ ſucciſa, rurſus ex ſtirpibus, aut radicibus renaſcitur.* L. 30. de verb. ſignif. Ita *arbores cæduas* dicimus, & ita intelligunt apud Senecam, *tonſiles ſiluas*. 1. nat. Quæſt. Nam *Mattius eques Romanus*, ait Plinius, *primus tonſilia nemora adinuenit, Auguſti tempore, cui erat magnus amicus.* Plinius lib. 22. cap. 2. Sic Cn. Matius in Mimiambis apud Agel. libr. 28. cap. 8. dixit, *Iam tonſiles tapetes ebrii fuco.* Ergo *tonſilis ſilua* eſſe potuit. ſed ſtatuat literarum Senatus: mihi retuliſſe ſufficit. Non omitto tam apud Cæſarem quam alios in hoc limite qui bella Germanica memorarunt, ſæpe de ſiluis fieri mentionem. Cæſar lib. 6. ciuilium, *ſiluam eſſe ibi infinita magnitudine quæ appellatur Bacenis, pro natiuo muro obiectam Cheruſcos a Sueuis Sueuoſq. a Cheruſcis iniuriis incurſionibuſque prohibere.* Tacitus de Morib. Germanor. vbi de Semnonibus: *Stato tempore in ſiluam auguriis patrum & priſca formidine ſacram omnes coeunt.* Et idem eodem de Germania: *Terra*, inquit, *ſiluis horrida, paludibus fœda*: nam non aliæ ſiluæ in hoc ſolo.

Tonſiles ſiluæ. Tonſilia nemora.

In adorn. Rom. faſtigii.

Mattius Auguſti amicus tonſilium nemorum primus author.

4 Scindit.] Vera lectio Taciti, nam infra: *Scindit agmen, equiſque maxime vulnera ingerit.* Velleius: *Arminio territo, penetrat interius, aperit limites* (pro, *ſcindit*) *vaſtat agros, vrit domos, fundit obuios.* Quod factitatum a Romanis vbi bella inciperent. Idem Velleius, vbi de bello contra Marobauduum. *Sentio Saturnino mandatum, vt per Chattos, exciſis continentibus Hercyniæ ſiluis, legiones duceret in Marcomanos.* Dio de Cæſare Iulio 39. *Intendit Cæſar ad ipſos montes ſilua inciſa ſubire.* Et vbi de Lepido. *Exciſis agris, exuſtis ædificiis, cæſis viris, lætus victoria, prædaque onuſtus, peruenit ad Cæſarem.* Salluſt. 3. hiſt. *his ſaltibus occupatis, tum externorum agros inuaſere.* Sic ſolitum Romanis belligerantibus in Germanos. Nam ſiluæ hoſtium receptacula.

5 Concædibus munitus.] Fuit aliquando cum legerem *conſudibus*, quod apud Poetam legiſſem,

Quadrifidaſque ſudes, & acuto robore vallos.

Et apud Claudian. 2. in Ruffin. vbi de caſtris:

Tum duplici foſſa inexſuperabile vallum
Aſperat alternis ſudibus, murique locatum
In ſpeciem, cæſis obtendit plauſtra iuuencis.

Tamen quia a cæſura lignorum *conceædes*, ſcriptæ lectioni, quæ tutari poteſt, acquieſco. Sed puto legendum *muniens*, non *munitus*, & in his participiis crebri ſunt apud authorem noſtrum errores. Ita lib. 12. *Impotentiam muliebrem nimiaſque ſpes eius arguens.* Idque in fine clauſulæ. Et libro 2. *Libidines, & grata Barbaris vſurpans.* Et lib. 14. *Dominum æmulum non tolerans.* Et libro 15. *Romanis minitans.* Quæ Taciti natiua manus.

Tacitus correctus.

Longior via celerem dat victoriam.

Delecta longiore via, cætera adcelerantur. Etenim attulerant exploratores feſtam eam Germanis noctem, ac ſolennibus epulis ludicram. Cæcinna cum expeditis cohortibus præire, & obſtantia ſiluarum amoliri iubetur. legiones modico interuallo ſequuntur. Iuuit nox ſideribus inluſtris. Ventumque [1] ad vicos Marſorum, & [2] circundatæ ſtationes, ſtratis etiam tum per cubilia, [3] propterque menſas, nullo metu, non ante poſitis vigiliis; adeo cuncta

incuria

incuria diſiecta erant: neque belli timor; ac ne pax quidem niſi languida, & ſoluta inter temulentos. Cæſar auidas legiones, quo latior populatio foret, quatuor in cuneos diſpertit. quinquaginta millium ſpatium ferro, flammiſque peruaſtat. non ſexus, non ætas miſerationem attulit; profana ſimul & ſacra, & celeberrimum illis gentibus[4] templum, quod Tanfanæ vocabant, ſolo æquantur; [5] ſine vulnere milites, qui ſemiſomnos, inermos, aut * palantis ceciderãt.

Contra temulentos bellum languidum, pax ſoluta.

* palanteis

Marſi a Marte. *Marſarij a Plinio.*

1 Ad vicos Marsorvm.] Quorum nòmen videtur a Matte author noſter deducere, & fatetur eſſe antiquum, cum ſcribat lib. de moribus German. *Quidam licentia vetuſtatis, plures Deo ortos, pluresque geniis appellationes, Marſos, Gambriuios, Suenos, Vandalios, affirmant. Eaque vera, & antiqua nomina. Ceterum Germaniæ vocabulum recens, & nuper additum, (forte editum, vel adductum.)* Non omitto Plinium vocare iſtos populos, non *Marſos*, ſed *Marſarios*, ad differentiam puto *Marſorum*, qui ſunt in Italia, ex progenie Circes antiquæ veneficæ. cap. 15. lib. 4. De quibus ita Silius 8.

-- At Marſica pubes
Et bellare manu & chelydris cantare ſoporem,
Vipereumque herbis hebetare & carmine dentem.

Cur ita.

Et quia tellus hominum peregrinantium commune ſolum eſt, apud quos tranſitiones & *ἐπιμιξίαι* frequentes: ideo diuerſis nominibus diuerſi appellantur populi. Qui ſitu licet differentes, origine tamen ſunt idem. Vt Iberi Aſiatici & Europæi Galli, & Galatæ, alijque multi.

2 Circvndatæ stationes.] Germanorum videlicet a Romano exercitu: nec tantum circundatæ, ſed peſſundatæ. Nam pæne ante victus hoſtis, quam viſus, & more fulminis miles Romanus venit, percuſſit, abſceſſit. Aut ex ore Ducis, Venit, Vidit, Vicit.

Menſa magnarum cladium cauſæ.

Exempla.

3 Propterqve mensas.] Quæ magnarum cladium ſæpe inſtrumenta fuere. Florus in bello Hiſtrico. *Epulantes ac ludibundos pleroſque, aut vbi eſſent præ poculis neſcientes, Appius Pulcher inuadit.* Et Tacitus 4. Hiſt. de Agrippinenſibus. *Qui*, inquit, *largis epulis, vinoque ſopitos Germanos, clauſis foribus, igne iniecto, cremauere.* Ouid. 2. Amor. el. 12.

Fœmina ſilueſtres Lapithas populumque biformem
Turpiter apposito vertit in arma mero.

Iuuenal. Sat. 15.

Sed tempore feſto
Alterius populi rapienda occaſio cunctis
Viſa inimicorum primoribus, ac ducibus: ne
Lætum, hilaremque diem, ne magnæ gaudia cœnæ
Sentirent, poſitis ad templa, & compita menſis,
Peruigilique toro, quem nocte, ac luce iacentem
Septimus interdũm ſol inuenit. Horrida ſane
Ægyptus.

Et addit.

Adde quod & facilis victoria de madidis, &
Blæſis, atque mero titubantibus.

Et longe ante ex ſacris voluminibus 1. Reg. 30. *Ecce illi diſcumbebant ſuper faciem vniuerſæ terræ comedentes, & bibentes, & quaſi feſtum celebrantes diem. Et percuſſit eos Dauid a veſpere vſque ad veſperam alterius diei, & non euaſit quiſquam.* Apul. 7. *Cuncti vino ſepulti iacebant, omnes parati morti.* Sane nihil ſicco & ſobrio hoſte formidoloſum magis; nihil ebrio magis vile. Ideo Mars: Vigila, & eſto ſobrius.

Coniecture de Tanfane templo.

4 Templvm qvod Tanfanæ.] Doceant me Germaniæ nobiles alumni, quod fuerit iſtud Germanorum templum, nam tenebræ mihi ſunt pluſquam Cimmeriæ. Sed interea; Num Tanfanæ templum quaſi Fauni templum inter ſaltus obſcuros, & lucos vmbroſos? Dico ex coniectura. Nam peregrinos deos adorauere. Tacit. de morib. German. Num etiam templum Apollinis, qui *φαναῖος* dicitur, quaſi lucidus, & candidus? nam Græci aliquando in Germania. Tacit. de morib. Germ. Specto, & expecto, ſi quis ſol mihi affulſerit. nam cætera lumina non lucent.

5 Sine vvlnere.] Salluſtius duces laudat, qui victoriam incruento exercitu deportarunt. Et hoc militum Rom. factum, docuit gloriam flagitiorum eſſe pœnitentiam: victoria enim hæc ex flagitij reſipiſcentia, tam laudanda, quam culpa deteſtanda.

Exciuit ea cædes[1] Bructeros, [2] Tubantes, [3] Vſipetes: ſaltuſque, per quos exercitui regreſſus, inſedere. quod gnarum duci: inceſſitque [4] itineri * & prælio. pars equitum, & auxiliariæ cohortes [5] ducebant: mox prima legio, & medijs impedimentis ſiniſtrum latus vndeuiceſimani, dextrum quintani clauſere: viceſima legio terga firmauit; poſt cæteri ſociorum. Sed hoſtes donec agmen per ſaltus porrigeretur, immoti, dein latera, & frontem modice adſultantes, tota vi nouiſſimos incurrere. Turbabanturque denſis Germanorum cateruis leues cohortes, cum Cæſar [6] aduectus ad viceſima-

* vt prælio

Itineri & prælio dux incedit prudens & prouidus.

nos, voce magna, *hoc illud tempus obliterandæ ſeditionis* clamitabat, *pergerent, properarent*, [7] *culpam in decus* * *vertere*. Exarſere animis, vnoque impetu perruptum hoſtem redigunt in aperta, cæduntque; ſimul primi agminis copiæ euaſere ſiluas, caſtraque communiuere. Quietum inde iter. Fidenſque recentibus, ac priorum oblitus miles in hibernis locatur. Nuntiata ea Tiberium lætitia curaque adfecere. gaudebat oppreſſam ſeditionem : [8] * ſed quod largiendis pecunijs, & miſſione feſtinata fauorem militum [9] quæſiuiſſet; * bellica quoque Germanici gloria angebatur. [10] Retulit tamen ad Senatum de rebus geſtis, multaque de virtute eius memorauit, magis in ſpeciem verbis adornata, quam vt penitus ſentire crederetur. Paucioribus Druſum & finem Illyrici motus laudauit, ſed intentior, & fida oratione. Cunctaque quæ Germanicus indulſerat, ſeruauit, etiam apud Pannonicos exercitus.

* verterent

Tiberius inuidet gloriæ Germanici.

* ſed anxius quod

* Bellica.

Situs Bructerorum.

1 BRVCTEROS.] Strabo vocat *Buterot* Geograph. lib. 7. Gregorius Turonenſis *Bricteros* lib. 2. Hiſtor. De ijs ita Tacitus de moribus Germ. *Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamauos, & Angriuarios immigraſſe narratur, pulſis Bructeris, ac penitus exciſis vicinarum conſenſu nationum, ſeu ſuperbiæ odio, ſeu prædæ dulcedine, ſeu fauore erga nos Deorum: nam ne ſpectaculo quidem prœlij inuidere*, (id eſt, Dij nos ita bearunt, vt etiam ſpectatores eſſemus prœliorum, quibus inter ſe dimicarunt) *ſuper* LX. *millia, non armis, teliſque Romanis, ſed, quod magnificentius eſt, oblectationi oculiſque ceciderunt*. In eo verbo mendum eſt in Sueton. cap. 19. in Tib. *Non multum abfuit, quin ab Rutheno quodam occideretur*. Rutheni ſunt Moſcouitæ, & Poloni, qui a Perſis profecti. Lege confidenter, *a Bructero*. Nam ita ſcriptum, & doctus Leuinus indicauit. Domiti autem antea fuere a Tiberio, vt ſcribit Velleius lib. 2. Et Claud. 4. Conſul. Honorij, ſic de illis:

A Tiberio domiti.

--Venit accola ſiluæ
Bructerus Hercyniæ, latiſque paludibus exit
Cimbrus.

Et quid mirum ſi exciſi, cum per ſuperbiam odioſi?

2 TVBANTES.] De quibus in fine lib. 13. fit mentio a Tacito: videturque innuere, pulſos fuiſſe ſuis agris Vſipetum vicinorum armis. Strabo de *Tubantibus* ſilet, niſi *Subantes* capias, pro Tubantibus. Quod puto, nam ſunt affinia nomina, quæ quia peregrina, licet exteris labi in ijs: & falli fatetur Strabo li. 16. vbi de Atergatis. *Nominum*, inquit, *mutationes permultæ ſunt, præſertim Barbarorum. Quemadmodum Dariacem Darium, Pharzirin vero ipſam Pariſatin, Atergatam Atharam, quam Cteſias Derceto vocauit.*

3 VSIPETES.] *Vſipios* etiam vocat noſter: & Strabo *Nuſipetes* lib. 7. Ijque proximi Cattis ex Tacito. *Certum*, inquit, *iam alueo Rhenum, quique terminus eſſe ſufficiat, Vſipij ac Tencteri colunt*. Martialis etiam Vſipios vocat.

Sic leue flauorum valeat genus Vſipiorum,
Quiſquis & Auſonidum non amat imperium.

Victi ſunt a Iulio Cæſare, poſtquam Treuirorum fines vaſtaſſent, Rheno tranſgreſſo. Dio 39. Quod iterum fecere ſub Auguſto. Idem lib. 54. Sed nec impune.

4 ITINERI ET PROELIO.] Putaui olim legendum, *itineri vt prœlio*: & me ratio, & ſcriptio Taciti eo adigebant, quia Annal. 13. ſic legebam: *Excubias militares, quæ vt coniugi Imperatoris ſoli, & vt matri ſeruabantur*. Sed eodem libro eum legiſſem, *Viæ, & pugnæ pariter compoſuerat exercitum*. & infra: *Sibi, & pugnæ*; deſtiti, nec muto, aut mutio quidquam, niſi (*&*) pro (*vt*) exſcriptorum ſomnolentia acceperit, quod in libris manuſcriptis peruium eſſe, ſæpe adnotauimus, & adnotabimus Deo authore. Dio 36. *Non barbari ad prœlium, ſed ad iter ſe compoſuerant*. Quæ maxime diuerſa ſunt. Nam ad prœlium compoſitus exercitus habet plerumque quadratas acies. Sed ſi componatur ad iter, tenui filo, non conglobati milites gradiuntur.

Taciti lectio firmata.

5 DVCEBANT.] Lego, *duces ibant*, pro præibant & anteibant. Nam auxiliariæ cohortes non ducebant exercitum, ſed erant a latere exercitus. Sic apud Virg. *caper dux gregis*, quia gregē præiret. Non inficior tamen *ducere*, ita accipi interdum, ſed vt tollatur ambiguitas, puto ita legendum, quia ex duabus vnam dictionem fecerunt.

6 ADVECTVS AD VICESIMANOS.] Sic Annal. 2. *vt quoſque aduectus erat*. Et hiſt. 1. *Exhortatio ducum, non, more concionis, apud vniuerſos, ſed vt quoſque eorum aduehebatur*. Heic deeſt *aduectus ad viceſimanos*. Tamen vbi (*ad*) iungitur verbo, vt in dictione *aduehebatur*, raro repetitur. Et ita legendum puto, *aduectus viceſimanos*. Iuriſconſultus dixit *aduehere in vſus* L. 4. §. 2. de publicanis.

7 CVLPAM IN DECVS VERTERE.] Forte, *Pergerent, properarent, culpam in decus verterent*. Quod aptius, & Taciti manui conuenientius, quia neruoſius: & ita ſcriptum erat *vertere*, pro *verterent*.

8 SED QVOD.] Lacunam quis non videt? video ego, & obduco, dum ita lego: *Sed anxius, quod largiendis pecunijs, & miſſione feſtinata,*

Lacuna expleta in Tacito.

nata, fauorem militum quæſiuiſſet. Repoſui verbum *anxius*, quod eſſet e re Taciti, atque heic a Tacito, & Tacitum legentibus deſideretur. Nam ſupra: *Sed anxius occultis in ſe patrui auiæque odijs*. Et infra, de Tiberio. *Cæterum anxius inuidia*. & Annal. 14. *Vt ſtudia plebis repeteret anxius*. Hoc autem verbum, ſui furtum fecerat, eluſeratque exſcriptores, quibus ſuccurrere non vitium, ſed officium eſt.

Ex Taciti verbis.

9 QVÆSIVISSET BELLICA QVOQVE.] Vides periculum non minus ex bona fama, quam ex mala? Poſt verbum autem *quæſiuiſſet*, clauſulam incipio. *Bellica quoque Germanici gloria augebatur*. Duas enim rationes reddit liuoris Tiberij in Germanicum. Prima eſt, quod militum fauorem quæſiuiſſet pecuniæ largitione, & feſtinata miſſione: Secunda, quod eſſet belli gloria valde celebris. Quod pungebat Tiberium. Et ſane verum apparuit, fœliciores per alios, vt per Germanicum, quam per ſeipſos eſſe in bello plerumque duces, vt fuit Tiberius. Tacitus de Domitiano & Agricola: *Infenſus virtutibus princeps, & gloria viri*. Velleius tamen lib. 2. *pleraque ignaue a Germanico facta* ſcribit, *in his Germaniæ partibus*. Sed vereor ne ad guſtum Tiberij. Nam extat epigramma Græcum Baſſi, de virtute bellica Germanici, quod maxime Germanicum laudat. nec mihi Velleius hic pro Apolline eſt.

Tacitus punctuatus.

Velleius Germanico iniquus.

Tiberij gratia.

10 RETVLIT TAMEN AD SENATVM DE REBVS GESTIS.] Veteri Rep. parta victoria, mos erat ſcribere ad Senatum, vt ait Cicero in Piſon. & de loco prælij, cæſorumque numero, ac dignitate, deque captiuis, certiorem facere. *Quique in cæſorum numero fuiſſet mentitus, lege Porcia tenebatur*. Liuius lib. 43. *Exitu eius anni litteræ a T. Quintio venerunt, ſe ſignis collatis cum Rege Philippo in Theſſalia pugnaſſe; hoſtium exercitum fuſum fugatumque*. Hæ litteræ primus in Senatu a Sergio Prætore, deinde ex authoritate patrum in concione ſunt recitatæ. Ob res proſpere geſtas in dies quinque ſupplicationes decretæ. At ſi Senatus decreuiſſet triumphum, nec victor vti vellet, qui recuſaſſet proſcribebatur. Mutata Rep. aliud actum. Nam nec imperatores alium triumphantem pati voluiſſent. Primus Agrippa induxit hunc morem, ait Dio libr. 54. vt ad Senatum poſt victoriam partam non ſcriberet. Nam re fœliciter geſta in Ponto contra Scribonium, nihil ad Senatum ſcripſit, ſed ſcripſit ad Auguſtum, qui retulit ad Senatum, & decretus eſt ei triumphus, quem non duxit. Idem Germanicus fecit. Scripſit enim Tiberio, Tiberius retulit ad Senatum. Sed nouo more, quia iam nullus Senatus, ſed Senatus.

Litteræ ad Senatum poſt victoriam.

Agrippa victor non ſcribit.

Sed ſcribit Auguſto.

[1] Eodem anno Iulia ſupremum diem obijt, ob impudicitiam olim a patre Auguſto [2] Pandateria inſula, [3] mox oppido Rheginorum, [4] qui Siculum fretum accolunt, clauſa. Fuerat in matrimonio Tiberij, florentibus Caio & Lucio Cæſaribus, ſpreueratque vt imparem: nec alia tam intima Tiberio cauſa, [5] cur Rhodum abſcederet. Imperium adeptus, extorrem, infamem, & poſt interfectum Poſthumum Agrippam omnis ſpei egenam, inopia, ac tabe longa peremit, obſcuram fore necem longinquitate exilij ratus. Par cauſa ſæuitiæ [6] in Sempronium Gracchum, qui familia nobili, ſolers ingenio, & [7] praue facundus, eandem Iuliam in matrimonio Marci Agrippæ temerauerat. Nec is libidini finis: traditam Tiberio peruicax adulter contumacia, & [8] odijs in maritum accendebat. Literæque quas Iulia patri Auguſto cum inſectatione Tiberij ſcripſit, a Graccho compoſitæ credebantur. Igitur amotus Cercinnam Africi maris inſulam, quatuordecim annis exilium tolerauit. Tunc milites ad cædem miſſi inuenere in prominenti littoris [9] * nihil lætum opperientem. Quorum aduentu breue tempus petiuit, vt ſuprema mandata vxori Alliariæ per literas daret, ceruicemque percuſſoribus obtulit; conſtantia mortis haud indignus Sempronio nomine, vita degenerauerat. Quidam non Roma eos milites, ſed [10] ab L. Aſprenate proconſule Africæ miſſos tradidere, autore Tiberio, qui famam cædis poſſe in Aſprenatem verti fruſtra ſperauerat.

Iulia male moritur quæ male vixerat.

Semper fœminæ quos ſpernunt caſtigatores habent.

Princeps fœmina tabe & fame pereſa.

Sempronius Gracchus praue facundus.

* nihil læti tū opperientem.

1 EODEM ANNO IVLIA SVPREMVM DIEM OBIIT.] Habuit Auguſti domus duas Iulias, id eſt, duo dedecora familiæ, duas intemperantiæ reginas, &, vt dicebat ipſemet Auguſtus, duo carcinomata. Iuliam filiam & Iuliam neptem: neptis in inſulam Trimetum, filia, de qua agitur heic, in Pandateriam inſulam relegata eſt, vbi moritur fame

Duæ Iuliæ in domo Auguſti.

Mater, filia Auguſti, & neptis.

& macritudine, ob libidines & flagitia crebra. Scribonia Iuliam peperit filiam, & Auguſto probrum. *Sed tardius eius facinora nouit pater*, inquit Dio lib. 55. Velleius ita de illa loquitur. *Filia*, inquit, *eius*, *per omnia tanti parentis immemor*, *nihil*, *quod facere*, *aut pati turpiter poſſet fœmina*, *luxuria*, *aut libidine intentatum reliquit*: *magnitudinemque fortunæ ſuæ*, *peccandi licentia metiebatur*: *quidquid liberet*, *pro licito vendicans*. Seneca lib. 6. de benef. cap. 32. ſcribit & firmat. Aitque illam fuiſſe *impudicam intra impudicitiæ maledictum*. Lego, *vltra*: nam non modo impudica fuit, ſed intemperantiæ, & libidinis terminos ſupergreſſa. Et certe Marſyas vna nocte tot coronis redimitus arguit, & litteræ etiam Auguſti ad Senatum ingemuere, ait Plinius lib. 7. cap. 45. Sic Tertull. de Pallio: *Si quis eſt loci genius*, *ingemebat*. Sic idem Plinius dixit lib. 35. *Cteſilochus Apellis diſcipulus petulanti pictura innotuit Ioue Liberum parturiente depicto mitrato & muliebriter ingemiſcente inter obſtetricum Dearum manus*. Dixi me legere *vltra*. Sic D. Hieron. ad Demetr. *Contra naturam*, *imo vltra naturam eſt*, *ſola virginitatis poma decerpere*. vbi lego (*ſolam*) id eſt ſine viro. Idem mendum in verbo *extra* in eodem Seneca libro de immortalitate per boletum parta. *Ioui*, inquit, *venit in mentem*, *priuatis intra curiam morantibus ſententiam dicere*. vbi legendum putant *extra*. Alij notarunt, non ego. Quippe carpit vitium Claudij, qui priuatis & exteris in Senatu locum dabat & rogabat ſententiam. Cæterum tradit Macrob. in Saturn. Iuliam eruditum fuiſſe ſcortillum, & dicax: cuius libidinoſæ procacitatis ſolemnia quædam verba pronnnciat lib. 2. cap. 5. Eius gratia Philippus Iuliadem vrbem condidit, quæ prius Betzaida vocabatur, proxima lacui Genetzareth. Ioſephus antiquit. lib. 18. Sic per filiam patri Auguſto gratificabatur Philippus. Sed priſco nomine glorioſior ciuitas, quam nouo.

Vtraque relegata.

Vtraque intemperans.

Pictura filiæ Iuliæ ab Auguſto.

Seneca correctus.

Auguſtus Deus gemit filiæ impudicitiam.

Iulia filia ſcortum eruditum & dicax.

Vrbs Iulias.

2 Pandateria insvla.] Quæ Pandaria Straboni. Nam ſic libro 2. Πανδαρεία τὲ καὶ Ποντία. puto a curuitate dictam Pandateriam, vt Planaria a planicie, quia *pandum curuum* dicitur apud Latinos. Sic noſter memorat, *Latinium Pandum propratorem Myſiæ*, lib. 2. Annal. Sita eſt in Puteolano ſinu, quo Scribonia mater, Iuliam filiam comitata eſt. Dio lib. 55. Sic *Pandum* vſurpat Plinius lib. 11. cap. 10. vbi de apibus. *Quæ flores*, inquit, *comportant*, *prioribus pedibus*. *Fœminæ onerant*, *propter id*, *natura ſcabræ pedes priores*, *& roſtro*, *totæque onuſtæ remeant ſarcina pandatæ*, id eſt, curuatæ. Sed ab apibus Iulia longe abfuit, quæ flore nullo, nullo melle, in libidinis cœno mortua eſt: ſed inedia, quod ſolet iſtud mulierculaum genus putidum & vile.

Pandataria vnde.

Planaria vnde.

Pandum curuũ.

3 Mox oppido Rheginorvm.] Quod Chalcidẽſes habuit authores, dictumque a ῥῆγμα putant, id eſt, a fractura, quod fracta a continenti Italiæ Sicilia eo loci videatur. Quod Iuſtinus probat, ſic enim 4. Hiſt. librum incipit: *Siciliam ferunt anguſtis quondam faucibus Italiæ adhæſiſſe*, *direptamque velut a corpore maiore impetu ſuperioris*: *nam quod toto vndarum onere illuc vehitur*, *& Rhegium dicitur*, *quod Græce*, *abrupta hoc nomine pronuntientur*. Sed alia Salluſtij ſententia, qui in fragm. ita ſcribit. *Curetes*, *quia principes intelligendi diuina fuerant*, *vetuſtatem*, *vt cætera*, *in maius componentem*, *altores Iouis celebrauiſſe*, *inde Rhegium nominatum*. Et ſane, vere regium eſt, de diuinis principem vera & alta ſentire. Ergo Iulia Rheginorum oppidum perducta eſt, magna populi prece, qui ab Auguſto nunquam impetrare potuit, vt Romam rediret. *Eſſque tales filias pro concione execratus*, ait Sueton. cap. 65. Auguſt. Et Dio lib. 55. Cumque magnis ab eo precibus populus contenderet, vt filiam reduceret; *Citius*, inquit, *ignis aquæ miſceatur*. Et quamuis populus multos ignes in Tiberium conieciſſet, nihil impetrauit, ſed peruicacia obtinuit, vt in continentem rediret, id eſt Rhegium oppidum. Quod hodie in Sicilia etiam floret. Et nota malam filiam, malam imperantibus eſſe ſarcinam. Non omitto D. Hieronymi de Rheginorum nomine ſententiam de locis Hebraicis. *Rhegium ciuitas Siciliæ maritima 20. M. Paſſ. a promontorio Peloro diſcreta*, *cuius nomen Græcum interpretatur Diſcretio*, *eo quod hæc Siciliæ pars quondam Brutio agro Italiæ cohærens*, *mox interfuſo mari ſit auulſa*. Sed heic ſcindo in ſciſſura, & in rigmate rigma pono.

Rheginum a Chalcidenſibus conditum.

Aliter Salluſtius.

Auguſtus Iuliã execratur.

4 Qvi Sicvlvm.] Qui, Rhegini ſcilicet. Nam ita Salluſtius in frag. *Italiam coniunctam Siciliæ conſtat fuiſſe*, *ſed medium ſpatium*, *aut per humilitatem abruptum eſt aquis*, *aut propter anguſtiam ſciſſum*. Iuriſconſultus L. 99. de verb. ſign. *Sicilia modico freto ab Italia diſtinguitur*. Quod tractat Seneca in quæſt. natural. Vtriuſque freti controuerſiam, & inſultus Siciliam pati non potuiſſe, ſed dediſſe locum, quibus reſiſtere non potuit. Tertull. elegantiſſimis verbis hoc confirmat. *Italiæ*, inquit, *quondam latus Adria Tyrrhenoque quaſſantibus medio tenus intercæptum reliquias Siciliam fecit cum tota illa plaga diſſidij contentioſos æquorum coitus anguſtijs retorquens nomen vitij mari induit*, *non expuentis naufragia ſed deuorantis*. Et recte *nomen vitij*. Nam ſciſſura vitium eſt. Sed Iuſtino nemo melius: *Nuſquam alias tam torrens fretum*, *nec ſolum citato impetu*, *ſed etiam ſæuo*: *neque experientibus modo terribile*, *verum etiam procul viſentibus*. *Vndarum porro inter ſe curentium tanta pugna eſt vt alias veluti terga dantes vorticibus mergi ac in imum deſidere*, *alias quaſi victrices ſublime ferri videas*. *Nunc heic fremitum feruentis æſtus*, *nunc illic gemitum in voragine deſidentis exaudias*.

Sicilia ab Italia diſparata.

5 Rhodvm abscederet.] Cuius ratio prima & potiſſima fuit improbitas & impudicitia Iuliæ coniugis, quæ, vt imparem, deſpiciebat. Ideo illam Romæ reliquit, & tunc ad omne impudicitiæ & libidinis genus perrupit. Secunda quod infenſos habebat Caium & Lucium ſuos priuignos deſtinatos Imperio. Nam cum iuuenili audacia a populo Conſulatum fratri Lucius poſtulaſſet, qui adhuc ephebus; indignatus Auguſtus Tiberio Tribunitiam poteſtatem dedit in quinquennium, & vtroſque offendit. Tertia ratio, *ne Tiberij fulgor orientium iuuenum obſtaret initijs*, vt ait Velleius. Sed hæc, non ex

moribus

Deturbatæ ſtatuæ Tiberij a Nemauſenſibus.

moribus principum ſcripta, ſed ex adulatione. Tamen ob ſeceſſum illum, adeo deſpectui fuit Tiberius Nemauſenſibus, vt eius ſtatuas deturbarent. Velleius lib. 2. En populorum leuitas, en fœminæ arrogantis ſublimitas, quam Tiberius rerum potitus vltus eſt exilio, & fame, & ad extremum morte. Quæ poſterioribus ſæculis non ſine exemplo.

Gracchorum nomen Romæ celebre.

6 In Sempronivm Gracchvm.] Celebre nomen apud Romanos, de quo Diuus Hieronymus ad Lætam. *Propinquus veſter Gracchus, nobilitatem patriciam ſonans nomine.* Extat apud Silium Italicum elogium de Gracchis, quod non prætereo, vbi de Graccho Conſule ad Trebiam.

Gracchorum elogia a Silio.

Ecce, aderat, Trebiæque ſimul vicina tenebat
Trinacrio accitus per cærula longa Peloro
Gracchorum proles, Conſul, gens inclyta magno,
Atque animoſa viro, multaque in imagine claris
Præfulgebat auus titulis, bellique, domique.

Extat autem nummus (quem puto huius eſſe Gracchi, de quo heic Tacitus) cum hac inſcriptione. Ti. Sempron. Ti. F. Gracchvs. Leg. Procos. capite Auguſti ex vna parte, ex altera, pomo pineo, quod eſt inſigne Auguſtæ Vindelicorum nobiliſſimæ ciuitatis, quæ nunc etiam floret inter vrbes Germaniæ. Ideoque fuiſſe Gracchum iudico ex illo nummo legatum Proconſulis in Germania. Vir ſtirpe ſua non indignus, ſed a temperantia nimis alienus, ob quam fuit exul, exſpes, expers, deſertus, vagus, & ad extremum exuiuus. Ne mirere Tiberij in Gracchum iras: viderat quippe in lectulo ſuo alieni viri veſtigia, vt Lucretia dicebat marito.

Auguſt. Vindelicorum floret.

Gracchi facundi.

7 Prave facvndvs.] Quod gentilitium Gracchis fuit. Et ita Diuus Bernardus de quorumdam improborum eloquentia ſcribit. *Diſerti, vt faciant malum; eloquentes, vt impugnent bonum.* Et Cicero in Bruto, *L. Apuleium Saturninum poſt Gracchos, omnium ſeditioſorum eloquentiſſimum dixit.* O putidum elogium. Velleius, vbi de Tiberio Graccho libro ſecundo: *Vir alioqui*, inquit, *vita innocentiſſimus, ingenio florentiſſimus, propoſito ſanctiſſimus, tantis denique adornatus virtutibus, quantas perfecta & naturâ, & induſtriâ, mortalis conditio recipit.* Hæc de Tiberio Graccho. Quid de Caio? maiora. Nam fratri comparat. *Tam virtutibus* (inquit) *eius omnibus ſimilem, quam errori, ingenio etiam eloquentiaque longe præſtantiorem.* Nobile par fratrum. Qui vtinam tam pro Rep. quam in Rempublicam altiſſima ſtrinxiſſent ingenia.

Improba eloquentia.

8 Odiis in maritvm.] Exemplum in Ouidio, vbi Paris nondum adulter, ſed adulterium meditans, & adulterij paratius, ita Helenæ maritum ſuum Menelaum contemptibilem facit.

Hunccine tu ſperas hominem ſine pectore, dotes
Poſſe ſatis formæ Tyndari noſſe tuæ?
Falleris; ignorat: nam ſi bona magna putaret
Quæ tenet, externo crederet ille viro?

Qui adulterium parat, prius calumnijs vxorem a viro diſparat: hæc eſt Ægiſthorum diſciplina. Mox ſibi iungit turpiter, vt expleta libidine deſerat inclementer. Vide de filio Dauid qui ſororem inceſtu fœdatam abijcit. Reg. 3.

Adulteri maritos a coniugibus diſtrahunt.

9 Nihil lætvm.] Lego, *nihil læti tum opperientem.* Nam hominum mens præſaga futuri. ait Marcellinus lib. 18. *Ne ſit hoc mirum, homines profutura* (addo etiam nocitura) *diſcernere nonnunquam, & decentia, quorum mentes cognatas cæleſtibus arbitramur. Animalia ratione carentia ſalutem ſuam interdum alto tueri ſilentio ſolent.* Multo igitur magis homo cui diuina natura, diuinos afflat ſpiritus & præſagos.

10 Ab Lvcio Asprenate proconsvle Africæ.] Lego Lucium, & Publium, & Caium tres Aſprenates his temporibus. De Caio, Suetonius cap. 43. *quem Troiæ ludo equo lapſum, Auguſtus torque aureo donauit, voluitque appellari Torquatum.* Et hoc nomen fluxit ad poſteros, qui Aſprenates Torquati in faſtis conſularibus nominantur. De Publio, Seneca libr. 1. Controu. 4. & alijs locis. Noſter Lucius eſt Aſprenas, non is quidem elegans declamator, de quo Seneca in præfat. libr. 10. Controu. nam coætaneum Quintiliano facit, ſed eius forſitan filius. De noſtro, ita Velleius: *Reddatur L. Aſprenati teſtimonium, qui legatus ſub auunculo ſuo Varo militans, naua virilique opera duarum legionum, quibus præerat, exercitum immunem tanta calamitate ſeruauit, matureque ad inferiora hiberna deſcendendo, vacillantium etiam eis Rhenum ſitarum gentium animos confirmauit. Sunt tamen, qui vt viuos ab eo vindicatos, ita iugulatorum ſub Varo, occupata crediderint patrimonia, hereditatemque excisi exercitus, in quantum voluerit, ab eo aditam.* Hic autem noſter præfectus fuit Germaniæ, deinde Africæ Proconſul, quemadmodum & alter Aſprenas, huius fortaſſe pater, de quo Hircius de bello Afric. his verbis. *Cæſar, milites ab opere deductos, caſtris præſidio ab Aſprenate proconſule, cum legionibus vndecim deducto.* Meminit Plinius prænomine nullo cuiuſdam Aſprenatis. Pono verba, quæ labefactata ſunt. *Mutianus*, inquit, *altero conſulatu ſuo in conqueſtione exprobrauit patinarum paludes Vitellij memoriæ, non illa fœdiore* (lege *fœdiores*) *cuius veneno Aſprenati reo, Seuerus Caſſius accuſator obijciebat, interiiſſe centum triginta conuiuas.* Magna ſane gulæ funera, quam qui vitat, ad altiſſimas virtutes mentem inuitat, & vitia vitat ingentia.

3. Aſprenates ſub Auguſto, Caius. Publius. Lucius.

Quis Lucius Aſprenas.

L. Aſprenatis a Velleio teſtimonium.

Præfectus in Germania. Proconſul in Africa.

Plinius correctus.

Idem annus nouas ceremonias accepit, addito ſodaliū Auguſtalium ſacerdotio, vt quondam [1] T. Tatius retinendis Sabinorum ſacris ſodales Tatios inſtituerat. Sorte ducti e primoribus ciuitatis vnus & vigin-

ti; Tiberius, Druſuſq. & Claudius, & Germanicus adijciuntur.[2] Ludos

Ludi Auguſtales cœpti & turbati.

Auguſtales tunc primum cœptos turbauit diſcordia ex certamine hiſtrionum. Indulſerat ei ludicro Auguſtus, dum [3] Mæcenati obtemperat effuſo in amorem Bathylli. Neque ipſe abhorrebat talibus ſtudijs, & ciuile rebatur miſceri voluptatibus vulgi. [4] Alia Tiberio morum via. ſed populum per tot annos molliter habitum, nondum audebat ad duriora vertere.

Princeps vtile putat miſceri voluptatibus vulgi.

Tatij.

1 T. Tatius retinendis sacris.] Recte emendatum *Tatius*. Nam verum eius nomen, *Titus Tatius*. Propertius lib. 4. eleg. 1.

Magnaque pars Tatio rerum erat inter oues.

Et Iuuenalis Satyra 14.

Quantum ſub Tatio populus Romanus arabat.

Lucanus tamen libro 1. *Titio*, niſi falſa ſcriptura.

Titij ſodales.

Septemuirque epulis ſacris, Titijque ſodales,
Et Salius læto portans ancilia collo.

Et quod addit *retinendis ſacris*; hæc ſacrorum retentio ad memoriam ſacrandam Tatij, quemadmodum & apud Virgilium 8. Æneid. ad memoriam Herculis.

Ad memoriam.

Sic ad memoriã Herculis ſacra.

Ex illo celebratus honos: lætique minores
Seruauere diem: primuſque Potitius author,
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri
Hanc aram luco ſtatuit.

Nam illæ aræ ad memoriam magnorum virorum, & magnarum rerum. Cæterum ille Tatius Lauinij occiſus eſt ab amicis eorum legatorum quos interfecerant Tatiani latrones, & ſepultus fuit in Auentino laureto. Sex. Pomp. in verbo *Tatium*. & *Titum Tatium* in prænominibus ſcribit Probus.

2 Ludos Auguſtales tunc primum coeptos.] Lego, *Ludos Auguſtales tunc primum incæptos ſumma turbauit diſcordia.* Nam *S* in fine *cæptos* ſiglum fuit. Videntur autem tum primum incepiſſe, & multæ rationes iuuant. Prima, quod diſerte ita ſcribitur. Secunda, quod faſtis nondum ludi additi. Tertia, quod nondum nomine aliquo nuncupati. Quarta, quod nondum ludorum curatores dati. Quinta, quod qua pecunia fierent, publica, an priuata, nondum decretum in Senatu. Sexta, quod neque qua pompa. Et hoc ex verbis Taciti ſuperius adſcriptis. *Tribuni plebis*, inquit, *petiuere, vt proprio ſumptu ederent ludos, qui de nomine Auguſti, faſtis additi, Auguſtales vocarentur.* Nota in futuro *vocarentur*. Nondum ergo nuncupati. *Sed*, inquit, *decreta pecunia ex ærario, vtque per Circum triumphali veſte vierentur. curru vehi haud permiſſum. mox celebratio annua ad Prætorem translata, cui inter ciues, & peregrinos iuriſdictio eueniſſet.* Scio ex Dione multos ludos in honorem Auguſti decretos; primum *quinquennales*, de quibus Sueton. in fine Auguſt. *Quinquennale certamen Gymnicum honori ſuo inſtitutum perſpectauit.* Deinde *Natalitios*. Nam cum tantum eſſet edictum, vt dies eius natalis feriaretur, nec de ludis eſſet cautum, tamen venationibus in Circo, & alijs vrbis locis diem iſtum honorarunt. Etiam

An tum incæperunt Auguſtales ludi.

Prima ratio quod tum.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.

Sexta.
Tacitus hæc omnia firmat.

a Prætoribus in honorem eius munera edita ſunt. Dio libr. 54. Tertio loco, decreti *Auguſtales*, Sentio Saturnino, & L. Lucretio Viſpalone ſeu Veſpilone Coss. Tamen ex eiuſdem Dionis verbis, apparet poſt mortem Auguſti in his ludis innouatum fuiſſe. Nam Natalitijs, inquit, cautum, vt Conſules (quemadmodum in Martis fieri ſolitum) præmia certaminum præponerent Auguſtales, Tribuni pleb. tanquam ſacros celebrarent, reliqua, eo quo conſueuerant more peragerent. Sic Dio. Ergo apparet tum incæptos eo modo, quo nouiter decretum. Tamen ſuperiora Taciti verba aliquid noctis offundunt. Et lego, *tunc primum incæptos.* Liuia addidit etiam poſt eius mortem Triduanos ludos in honorem Auguſti, vt ait Dio eodem. Et forte ludis placauit, quem veneno necauit.

Dio tamen ait in his ludis innouatum.

Taciti verba noctem faciunt.

3 Mæcenati effuso in amorem Bathylli.] Nam *in Mæcenate*, ait Seneca, *cum vacaret, erant magnæ voluptates; cum expediret, magnæ virtutes.* Horatius, vt puto, ad amorem reſpexit Bathylli od. 14. Epod. in qua Mæcenatem alloquitur.

Horatius de Bathyllo. Alludit ad amores Mæcenatis.

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teium.
Vreris ipſe miſer.

Fuit enim hic Bathyllus promulſidiarium libidinum Mæcenatis, & Tragœdus Mimus, de quo Macrob. 2. Saturn. cap. 7. & Seneca proœmio libri tertij Controu. vbi de diuerſa hominum natura, quam equis comparat. *Quidam*, inquit, *equi, melius equitem patiuntur, quidam iugum, & vt ad morbum te meum vocem,* (id eſt, ad id quod me vexat, & mihi parit moleſtiam) *Pylades in comœdia, Bathyllus in tragœdia, multum a ſe aberant*: quia tumidior erat, & inflatior oratio & actio Pyladis, Bathylli vero ciuilior, & demiſſior. Sic Plinius Iunior ex ijs, quas poſſedit, villis, eam quæ in plano erat, *comœdiam* ſuam vocabat; quæ vero in monte, *tragœdiam.* Idem Seneca de eodem, libro 10. in præfat. *Caſſij Seueri, hominis Labieno iunctiſſimi, belle dicta res ferebantur* (lege *referebantur*.) Et addit: *Recitauit reſcriptum Labieni, pro Bathyllo illo Mæcenate, in quo ſuſpicietis adoleſcentis animum illos dentes ad mordendum prouocantis.* id eſt, Labienum, ſeu Rabienum, quem *dentes* nominat, ſuſpicietis prouocantem animum adoleſcentis, ſcilicet Bathylli, ad mordendum. Sic Martialis in præfatione libri 12. vocat maledicentiam dentes, & *mordacitatem.*

Quis Bathyllus Mæcenatis.

Seneca pater correctus.

dacitatem, cum ita ſcribit. *Accedit his municipalium rubigo dentium, & iudicij loco liuor.* Et idem:

Quid fugis hos dentes ambitioſe lepus?

Sic Horatius *dentem Theoninum* appellat epiſtol. 1. ad Lollium, vocatque homines mordaces & maledicos, *dentes*. Sic Martial. epigramm. 29.

Rubiginoſis cuncta dentibus rodit.

Seneca illon. explicatus. Cæterum quod dicit *pro Bathyllo illo Mæcenate*, ita excuſi, & manuſcriptus habent conſtanter. nec diſplicent illa verba. Seneca enim habebat: *Exoſam illam Mæcenatis turpitudinem, qui pro culcitra, Bathyllo vtebatur.* Vocat ergo *Bathyllum Mæcenatem*, quod idem Mæcenas, qui Bathyllus, & idem Bathyllus qui Mæcenas, ob turpem duorum marium commixtionem. Sic Cn. Ciceronem nominabat Roma, quod Cneo Pompeio Cicero ſtudijs & animo valde coniunctus eſſet. Nam ita 1. ad Attic. epiſt. *Quæris. Multa*, inquit, *& iucunda conſuetudine coniuncti inter nos ſumus, vſque adeo, vt illum in ſermonibus Cneum Ciceronem appellent.* In fœminis, dicimus Liuiam Druſi, Sulpitiam Craſſi. Ille aliquid magis demonſtrare voluit, dixitque *Bathyllum Mæcenatem*, quod vnus eſſet, Bathyllus, & Mæcenas, propter fullonicam, quam cum illo exercebat. Nam hunc ephœbetum mulierauerat, vt ait Nonius ex Varrone. Et Cicero *Cytherium* appellabat Antonium quod ille & Cytheris meretrix vna caro eſſent. epiſt. *Tandem.* 15. ad Atticum. Sic apud Gellium lib. 1. cap. 5. *Dionyſiam & geſticulatoriam* Torquatus appellat Hortenſium, quod ex fœmina eſſet in Hortenſium mutatus, & quod totus Hortenſius eſſet Dionyſia. Sic Homerus de Græcis:

Ὦ πέπονες, κάκ' ἐλέγχε', Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.

O imbelles mala probra, Achaicæ, non Achiui.

Plinius libri 15. cap. 30. vocat Bathyllum illum *concubinum Mæcenatis.* Et narrat Seneca lib. 7. Quæſt. cap. vltimo, domum habuiſſe Romæ, quam ſuis ſucceſſoribus reliquerit. Sed ſatis de illo pulliprenio Mæcenate: alias illum inuiſemus. Vtinam a luxu, & luxuria, purum, & vacuum. Nam de eo aliquis vere dixerit iſtud Virgilij:

-- Sequeris noua gaudia Cydon,
Qui iuuenum tibi ſemper erant.

Niſi Auſonij verſus aptaueris melius:

Quid Marcus? feles nuper pullaria dictas,
Corrupit totum qui puerile ſecus.
Perverſæ Veneris poſtico vulnere foſſor
Lucilli vatis ſubulo pulliprenio.

Sed has turpitudines valere iubemus.

4 Alia Tiberio morvm via.] Sic Liuius libro primo. *Duo deinceps reges, alius alia via. Ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Tum valida tum temperata & belli & pacis artibus erat ciuitas.* Nam, vt ait Euripides in Iphig. Διάφοροι φύσεις βροτῶν, *diuerſa natura hominum.* Sic pagani olim cenſebant. Qui vero populum obſequentem volet, voluptatibus emolliat dicebant. Nam rigidiores mores minus tractabilem faciunt. Noſter lib. 4. Annal. *Voluptatibus Romanos plus aduerſus ſubiectos, quam armis, valuiſſe.* Certe rigida plebs vix tyrannos patitur. Vide autem in duobus principibus diſpar ingenium, & diuerſum regendi genus. Nam vnus per mollitiem, alter per duritiem, gubernaculum parat. Vterque peſſime, quia mixtura vtriuſque facienda ad temperamentum. Sed non eſt meum hæc tangere. Vale. Omnis voluptas honeſta, quæ ſine flagitio.

Diuerſorum diuerſa regendi ratio.

Auguſtus mollitie, Tiberius duritie.

Druſo Cæſare, C. Norbano coss. [1] decernitur Germanico triumphus, [2] manente bello, quod quanquam in * æſtatem ſumma ope parabat, initio veris, & repentino in [3] Chattos excurſu * præcepit. Nam ſpes inceſſerat diſſidere hoſtem in Arminium ac [4] Segeſtem, inſignem vtrumque perfidia in nos, aut fide. Arminius turbator Germaniæ, Segeſtes parari rebellionem ſæpe alias, & ſupremo conuiuio, poſt quod in arma itum, [5] aperuit, ſuaſitque Varo, vt ſe, & Arminium & cæteros proceres vinciret: [6] nihil auſuram plebem principibus amotis, atque ipſi tempus fore, quo crimina, & innoxios diſcerneret. Sed Varus fato, & vi Arminij cecidit. Segeſtes, quanquam [7] conſenſu gentis in bellum tractatus, diſcors manebat, auctis priuatim odijs, quod Arminius filiam eius alij pactam [8] rapuerat: [gener inuiſus inimici ſoceri] [9] quæque apud concordes vincula charitatis, incitamenta irarum apud infenſos erant.

* æſtate media ſumma

* percepit.

Triumphus manente bello, quod nouum.

Plebs principe amoto ſilet nec mutit.

Rapit Arminius filiam Segeſtis alij pactam, quod Principi ſcelus eſt.

Triumphus Germanici. 1 Decernitvr Germanico trivmphvs.] De iſto triumpho ſcribit Strabo libro ſeptimo. Et noſtrum Germanicum *Iuniorem*, vocat. & νεώτερον *Qui iunior dictus Straboni.*

ad differentiam Tiberij, qui ante eum Germanicus etiam dictus eſt, vt Druſus frater. Cæterum, vt elegantem triumphum putes, illuſtrium virorum & fœminarum iſta

Quæ corpora ducta.

ducta ſunt corpora. Semiguntus Segeſti filius, Cheruſcorum ductor, & *ſoror* eius. *Vxor* etiam *Arminij*, eiuſque *trimus filius*. Item *Seſitacus* filius Ægimeri, Cheruſcorum ductoris, eiuſque coniux *Rhamis*, Veromiri filia principis Batorum, *Deutorix* Betoritis filius, Melonis fratris, Sicambri filius. Et quod mireris, *Ægiſtus* ſocer Arminij ab eo diſſentiens (nam Romana arma ſequutus erat) aderat triumpho, ducebatque propinquos captiuos ipſe eleganti veſtitus habitu. Etiam ducebatur captiuus *Lybis* Chattorum ſacerdos, alijque multi ex diuerſis populis, vt ſunt Cathilſi, Ampſani, Bucteri, Nuſipetes, Cheruſci, Cathuarij, Chatti, Laudi, Subatij, quæ nomina non ſine mendo. Nam vix externos inter authores vera & mera habeas virorum & regionum vocabula. Sed noto triumphos ſolis conſularibus datos olim & veteri Rep. & Germanicum iam fuiſſe Conſulem ſub Auguſto, cum C. Fonteio Capitone anno Vrb. Cond. 765. more veteris Reip. cuius erat aliqua imago. Illamque triumphantium ſpeciem Dijs proximam apud paganos habitam. Horatius enim ita ſcribit epiſtol. ad Scæuol.

Res gerere, & captos oſtendere ciuibus hoſtes
Attingit ſolium Iouis, & cæleſtia tentat.

Cuius ornamenta enumerat Florus lib. 1. vbi de Tarquinio Priſco. *Faſces*, inquit, *trabeæ, curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta, deinde quod aureo curru, quatuor equis triumphatur, togæ pictæ, tunicæque palmatæ, omnia deinde decora & inſignia, quibus Imperij dignitas*

Triumphatores Dijs proximi.

eminet. Quæ eminet certe ſupra mortalium ſortem. Sed poſt triumphos, quam multi triumphatores turpiter perierunt? Ait autem *decernitur triumphus*; a Senatu ſcilicet priſca Rep. a Principe vbi Cæſares imperarunt, vt heic. De Senatu Liuius 45. *Tribus his a Senatu triumphus decernitur.* De principe, certum eſt neminem triumphaſſe ſub Auguſtis, ſed ijs triumphalia data a principibus. Quod in Tacito peruium, ſed ſunt non triumphi, ſed vana triumphorum ornamenta, quæ paſcunt ventos & ventoſos mortales.

2 MANENTE BELLO.] Quod videtur ridiculum.

Triumphus bello non peracto.

Saltem enim quinque millia hoſtium cecidiſſe oportuit. Velleius libr. 2. ſic Tacitus dicebat de Germanis: *Triumphati magis, quam victi.* Et Horatius Od. 3. libro 3.

Triumphatiſque poſſit
Roma ferox dare iura Medis.

Et Statius Papin.

Anne triumphatos fugiam captiuus ad Indos?

Et Liuius, vbi de Pub. Cornel. Naſica & Bæbio triumphantibus. *Hominum primi*, inquit, *nullo bello geſto triumpharunt. Tantum hoſtes ducti ante currum, quia, neque quid ferretur, neque quid militibus daretur, quidquam in triumpho eorum erat.* Sic Dio ait *Cæſarem M. Lepido triumphum decreuiſſe, cum neque viciſſet quemquam, neque dimicaſſet.* Tacitus libr. 2. infra. *Bellum, quia conficere prohibitus* (loquitur de noſtro Germanico) *pro confecto accipiebatur.* Quod Vatinius ad Ciceronem ſcribens 5. epiſt. dilucide explicat his verbis: *De meis ſupplicationibus & rebus geſtis Dalmaticis adhuc non refert. Quaſi vero non iuſtiſſimi triumphi in Dalmatia res geſſerim. Nam ſi hoc expectandum ſit, dum totum bellum conficiam, viginti oppida ſunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipſi ſibi aſciuerunt amplius ſexaginta. Hæc niſi omnia expugno, ſi mihi ſupplicationes non decernuntur, longe alia conditione ego ſum ac cæteri Imperatores. Ego poſt ſupplicationes mihi decretas in Dalmatiam profectus ſum: ſex oppida vi oppugnando cepi: vnum hoc quod erat maximũ quater a me iam captum: quatuor enim turres & quatuor muros cepi, & arcem eorum totam. Ex qua me niues, frigora, imbres detruſerunt: ſed quis triumphum tribuat duci frigoribus a victoria detruſo?* Et ſane ver. rep. niſi confecto bello, triumphus nullus. At labente ea, aut ſubruta etiam *de caſtellis victis triumphatum.*

Triumphus de caſtellis victis.

Cicero in Bruto. *Malim mihi L. Craſſi vnam pro M. Curio dictionem* (quia magnus orator,) *quam caſtellarios triumphos duos.*

Cicero explicatus.

Nam turpis gloria, non eſt gloria, ſed dedecus. Sic Cato orat. in Publ. Fuluium Nobiliorem, ex Gellio lib. 5. cap. 13. *Quis vidit corona donari quemquam, cum oppidum captum non eſſet, aut caſtra hoſtium non incenſa eſſent?* Et ſane abſurda eſt corona vbi nulla victoria. Affine eſt quod Plinius nepos de ſtatua ſcribit libro 2. epiſtola *Heri. Spurinæ triumphalis ſtatua decreta eſt, non ita, vt multis, qui nunquam in acie ſteterunt, nunquam caſtra viderunt, nunquam denique tubarum ſonum, niſi ſpectaculis audierunt.* Et illa honoris datio, eſt immeriti honoris exprobratio.

3 IN CHATTOS.] Quos noſter de moribus Germanor. graphice pingit.

Tacitus correctus.

Sed corrupta verba ſunt. Ideo emendaſſe mihi operæ pretium. Signa enim Taciti ſequor, nec deſero. *Vltra hos* (inquit) *Chatti initium ſedis ab Hercyniæ ſaltu inchoant, non ita effuſis & paluſtribus locis, vt cæteræ ciuitates.* (Ciuitates vocat cœtus hominum iure ſociatorum inter ſe. Ita ciuitates appellat Cicero in Somnio Scip.) Mox addit: *in quas Germania pateſcit; durant ſiquidem colles, paulatimque rareſcunt. Et Chattos ſuos ſaltus Hercynius proſequitur, ſimulatque deponit. Duriora genti corpora, ſtricti artus, minax vultus, & maior animi vigor. Multum, vt inter Germanos, rationis ac ſolertiæ, præponere electos, audire præpoſitos, noſſe ordines, intelligere occaſiones, differre impetus, diſponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare. Quodque rariſſimum*

Et explicatus.

(barbaris ſcilicet) *nec niſi ratione diſciplinæ* (id eſt per rationem & diſciplinam) *conceſſum, plus reponere in duce, quam in exercitu. Omne robur in pedite, quem ſuper arma ferramentis etiam copijs onerant* (lego copioſis onerant) *Alios ad prælium ire videas, Chattos ad bellum. Rari excurſus, & fortuita pugna. Equeſtrium ſane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere.*

Velocitas

velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior conſtantiæ eſt. Et alijs (lego, *eſt & alijs*) *Germaniæ populis vſurpatum. Rarâ, priuatâ cuiuſque audientiâ. Apud Chattos in conſenſum vertit* (lege *vertitur*, id eſt, omnes in illam coniurant & conſentiunt.) *Vt primum adoleuerunt, ferunt crinem barbamque ſubmittere, nec, niſi hoſte cæſo, exuere, votiuum, obliquatumque virtuti oris habitum*; id eſt, retortos, & obliquatos crines, non *obligatos*. Sic in Pſalmo, *Declinantes in obliquationes*, legendum, non *obligationes*. Apul. libr. 7. *Scalpendi dorſi mei ſimulatione nonnumquam obligata ceruice pedes puellæ decoros baſiabam*. Id eſt, retorta ceruice. *Obliquatio*, eſt a recto deuiatio, & deflexio. Sed pergo: *Super ſanguinem & ſpolia, reuelant frontem*, (lego *releuant*,) *ſeque tum demum pretia naſcendi retuliſſe, dignoſque patria, ac parentibus ferunt. Ignauis & imbellibus manet ſquallor. Fortiſsimus quiſque ferreum inſuper annulum* (*ignominioſum id genti*) *veluti vinculum geſtat, donec ſe cæde hoſtis abſoluat. Plurimis Chattorum hic placet habitus. Iamque canet* (lego *canent*, id eſt ſeneſcunt) *inſignes & hoſtibus ſimul, & ſuis monſtrati*; &c. Sic virtus in canitie ſpectabilis. Et certe hominis honor canities. Et hæc omnia in explicando Tacito, quod me excuſabit apud omnes bonos.

4 SEGESTEM.] Ita de Segeſte Velleius: *Id Varo ita per virum eius gentis, fidelem clarique nominis, Segeſtem indicatur.* Vt ſcias Romanam virtutem barbaros propter optimos mores laudaſſe.

5 APERVIT SVASITQVE VARO.] Legendum, *Aperuerat, ſuaſeratque Varo*. Nam prius dixit, *inceſſerat*, & in eodem tempore ſcribendum fuit. Quod puto factum & per abbreuiaturas ſcriptum, ſed non intellectum.

Populus duces ſequitur, vt inertia animalia.

6 NIHIL AVSVRAM PLEBEM.] Tolle ventos, habes pacatum mare; tolle ſeditionum & turbinum duces, habes populum tranquillum. Nam vt inertia pecora ductorem ſequuntur, ita populus ducem. Cicero pro Cluent. *Vt mare quod ſua natura tranquillum eſt, ventorum vi agitatur: Sic populus ſua ſponte placatus hominum ſeditioſorum vocibus, vt violentiſsimis tempeſtatibus attollitur.* Prudent. in hymno D. Hippolyti:

Si foret extinctum populi caput, omnia vulgi
Pectora, Romanis ſponte ſacranda Dijs.

At iners pecus vulgus eſt; ſed ſi irritetur, rigride ferocius. Impetu tamen ſedato iterum pecus, & me[illegible] inertia.

Diſcordes in caſtris communibus.

7 CONSENSV GENTIS.] Id eſt, licet Germanorum conſenſu, & vi quadam patriæ poſtulantis & allicientis, ad arma tractus fuiſſet, manebat tamen diſcors cum Arminio. Non ergo nouum ſoceros odiſſe generos, vt ſocrus oderunt nurus, ait Comicus.

8 RAPVERAT.] At non per ſcelera, & per vim, in alienas irrumpendum eſt familias. Affinitas beneuolentia, non violentia, parari debet. Claudian. in nupt. Hon. & Mariæ.

Non rapio præceps alienæ fœdera tedæ,
Sed quæ ſponſa mihi pridem patriſque relicta
Mandatis, vno materni ſanguinis ortu
Communem partitur auum.
Oratum miſi proceres qui proxima nobis
Iura tenent.

Cæterum, qui Segeſtes heic dicitur, vocatur Ægeſtus a Strabone, qui Germanica verba, facit Græca, vt in Ægeſti nomine adulterium notes.

9 QVÆQVE APVD CONCORDES.] Senec. de Clement. lib. 1. cap. 34. *Quod vinculum amoris eſſe debebat, ſeditionis, atque odij cauſa eſt.* Idem belle. *Propinquorum certe odia, facile naſcuntur, difficile moriuntur.* Nam in propinquos officia, quæ amoris vincula eſſe debent, pro debito eſſe putantur. Et ita non ſpectantur, ſed intereunt.

Propinqui debitum putant quod amore fit & beneuolentia.

Igitur Germanicus quatuor legiones, quinque auxiliarium millia, & tumultuarias cateruas Germanorum [1] cis Rhenum * colentium Cæcinnæ tradit: totidem legiones, duplicem ſociorum numerum ipſe ducit: poſitoque caſtello ſuper veſtigia paterni præſidij in [2] monte * Tauno, expeditum exercitum in Chattos rapit, L. Apronio ad munitiones viarum & fluminum relicto. Nam ([3] rarum illi cœlo) ſiccitate, & amnibus modicis inoffenſum iter properauerat, imbreſque & fluminum auctus regredienti metuebantur. Sed Chattis adeo improuiſus aduenit, vt, quod imbecillum ætate ac ſexu ſtatim captum, aut trucidatum ſit: [4] * iuuetus flumen Adranam nando * tranſmiſerit: Romanoſque pontem cœptâtis * arcebant. [5] dein tormentis, ſagittiſque pulſi, tentatis fruſtra conditionibus pacis, cum quidam ad Germanicum perfugiſſent, reliqui, omiſſis pagis, viciſque in ſiluas diſperguntur. Cæſar, incenſo [6] Mattio (id genti caput) aperta populatus, vertit ad Rhenum, non auſo hoſte terga abeuntium laceſſere: quod illi moris, quoties aſtu magis, quam per formidinem ceſſit. Fuerat [7] animus Cheruſcis iuuare Chattos, ſed exterruit

* incolentium

* Taunobæo,

* Et iuuenius

* tranſmiſit

* arcebãt: demum vi, tormentis,

Vbi Germanus cedit per formidinem potius quam aſtu terga hoſtium non laceſſit.

Cæcinna huc illuc ferens arma. & Marſos congredi auſos proſpero prælio cohibuit.

1 Cis Rhenum colentium.] Exiſtimo ſcriptum fuiſſe *Cis Rhenum incolentium*, ſed ab vltima littera prioris verbi quæ eſt (*m*) abſumptúm illud (*in*) per litterarum ſimilitudinem. Sic in Varrone: *Proci ſunt qui poſcunt aliquem matrimonium* (pro *in matrimonium*) *qui Græce* μνηστῆρες. Quanquam & ſcindere dictiones ſoleat aliquando Tacitus vt *curate*, pro *accurate*, & *curatius*, pro *accuratius*. Huic autem dictioni *cis*, opponitur *trans*. Sic Sueton. in Iulio cap. 25. *Germanos, qui trans Rhenum incolunt.* Et noſter l. 2. *Germanorum acies trans Viſurgim ſtetit*, vt eodē, *Cæſar tranſgreſſus Viſurgim.*

2 Monte Tauno.] De iſto mōte noxeſt apud omnes. Niſi *Taunobæo* legas pro *Tauno mōte*; qui apud Ptolomæum ſtat inter montes Germaniæ, & idem nomen repetitur lib. 12. Annal. *Præda famaque onuſti ad montem Taunum reuertuntur.* Nam pro *Taunobæo Taunum* forte dicunt per ſyncopen, quod ſuetum illis gentibus. Aunobæi montes ſunt in Germania, vt ait Nomenclator Ptolemæi. De Tauno monte memini me legiſſe aliquid, & Ortellius locat illum prope Fuldam, ni fallor. Quid ſi *monte Tauro*? vt eſt mons Elephas Straboni? Nam omnia ſublimia & grandia ταῦροι dicta. vel quia vertice ſcopuloſo, & acuto, ceu cornibus exſurgit. Inde κέρατα dicta Græcis Promontoria, quaſi cornuta. Ita duo Tauri montes in Arabia. Strabo 16. Ita mons Taurus in Aſia. ita fluuius in Trœzenia, quia ταυρόκρανος vterque, & cornutus. Et Græci aliquando in Germania fuere, vt Tacitus ſcribit, qui hæc nomina potuerint imponere. Sane Taunum montem memorat authorum nemo quod ſciam. Alius forſan ſciuerit & docuerit: ſed (*Taunobæo*) lego, & heic immoror.

3 Rarum illi coelo.] Et cœlo & ſolo. De ſolo. Tacitus de moribus German. *Terra in vniuerſum, aut ſiluis horrida, aut paludibus fœda.* De cœlo & ſolo, infra lib. 2. *Omne dehinc cælum & mare omne, in Auſtrum ceſſit, qui tumidis Germaniæ terris, profundis amnibus, immenſo nubium tractu validus, & rigore vicini Septemtrionis horridior, rapuit, diſiecitque naues in aperta Oceani.* Et noſter recte ſcribit, *Illi ſolo ſiccitas incognita.* 4. Hiſt. Idem de moribus Germanor. *Quis, præter periculum horridi & ignoti maris, Aſia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret? informem terris, aſperam cælo, triſtem cultu, aſpectuque, niſi ſi patria ſit?* & lib. 2. Annal. *Quanto violentior cætero mari Oceanus, & truculentia cæli præſtat Germania, tantum illa clades nouitate & magnitudine exceſſit.* Tertull. de Anima. *Si aëris rigor, theſaurus eſt animæ; extra Germanos, & Scythas, & Alpes, & Argæos, nemo debuit naſci.* De monte Argæo intelligit, qui in Cappadocia, quem Alpibus æquat, propter ingentès in vtrinſque capite niues. Et re vera, ille mons eſt illis pro Alpibus. Florus in bello Allobrogum, vbi de plaga Septemtrionis. *Nihil hac plaga infeſtius,* inquit, *atrox cælum, peruicaci ingenio.* Et idem. *In Germania pax erat, cum mutati homines, alia terra, cælum ipſum mitius, molliuſque ſolito videretur.* At illo cœlo, & ſolo, nihil Romanam virtutem magis exercuit. Et ſane Germania magnos viros genuit, & homines non lapides. Sed quia Italia clementer ſita, & clementiori ſolo: ideo Italici authores, Germanicum ſolum ſcriptis ſuis exulcerant. Sic Plinius de Riphæis montibus, qui in Septemtrione, vt eſt Germania: *Pars*, inquit, *mundi damnata a natura rerum, & denſa merſa caligine, neque innata* (lego *damnata*) *alio, quam rigoris opere, gelidiſque Aquilonis conceptaculis.* lib. 4. cap. 12. Spectat enim eos qui damnati ſunt ad opus, vt li. 3. de veteranis, l. 4. §. 1. de incend. ruin. & nauf. D. & ad opus publicum, aut ad beſtias, aut in metallum damnati.

Germania cælo truci & ſolo.

Probatio ex authoribus.

Tertullianus explicatus.

4 Ivventvs.] Incipio clauſulam, & ita lego. *Et iuuentus flumen Adranam nando tranſmiſit*, non *tranſmiſerit.* Nam prius ſcriptum eſt (*ſit*) non (*fuerit.*) Et ab eo flumine forte nomen ſumpſit Adra, qui omnium Belgarum dux contra Romanos, Cornelio Spintero & Metello Nepote Coſſ. Anno DC. XCVII. Vrbis conditæ. Dio 39. quique a Cæſare victus.

5 Dein.] Qui hæc legit, ſatis intelligit, quam parum cohæreant. Error ex notarum abbreuiatione. Lege ergo: *Romanoſque pontem cœptantes arcebant. Demum vi, tormentis, ſagittiſque puiſi.* Et in iſtis manuſcriptorum notis, ſæpe pes offenditur trāſeuntium, vt heic *Dm*, pro *Demum*, & ex dictione (*vi*) (*in*) finxerunt. Hic enim author ſuis notis pæne perijt. Quod noto, quia ſcrupi illi minutuli ſunt remoræ ingeniorum, quibus nauigia legentium, alioqui plenis velis currentia, retardantur, noctemque infundunt authoribus. Vide eos qui ſcripſere de Notis & ſignis, videbis has tritas & peruias dictiunculas ſcribi tantum per primam & vltimam litteram, vt DM. *demum.* DN. *dein.* TN. *tamen*, & cæteras huiuſmodi quiſquilias, quas qui non aduertit, ſuam mentem interuertit aut peruertit.

6 Mattio.] Noſter lib. 11. vbi de Ruſo: *In agro Mattiaco recluſerat fontes.* & legi apud Plinium lib. 31. cap. 2. iſta verba: *Sunt & Mattiaci in Germania, fontes calidi trans Rhenum, quorum hauſtus triduo feruet; circa margines vero pumicem faciunt aquæ. Quod ſi quis fide carere ex his aliqua arbitratur: diſcat in nulla parte naturæ, quam in aquis maiora eſſe miracula.* Sic Tacitus heic trans Rhenum Mattium locat, a quo Mattiaci fontes: qui fortaſſe in Haſſia extitere, vbi Maſpurgum, quaſi Maſſiaci burgum. Quod poſſumus conijcere ex veriſimilibus. Tacitus de moribus Germanior. ita de Maſſiacis: *Eſt & in eodem obſequio Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo P. R. vltra Rhenum, vltraque veteres terminos, imperij reuerentiam. Ita ſede, finibuſque in ſua ripa, mente animoque nobiſcum agunt, cætera ſimiles Batauis, niſi quod ipſo*

adhuc

adhuc terræ ſuæ cælo & ſolo, acrius animantur. Nam aſpero ſolo vix manſueſcunt mores, & ſunt aſperiora ingenia aſperioribus locis. Fœtus matrem ſequitur.

Aſpero ſolo aſpera ingenia.

Cheruſcis data Variana clades.

7 ANIMVS CHERVSCIS.] Clades Variana Cheruſcis adſignatur a Strabone lib. 7. Magna hercle & crudelis, quæque Romanum imperium pæne ſubruit & Auguſti mentem perculit. Nam ſi Germani tunc arma ſumpſiſſent, aliæ gentes ſumpſiſſent & in ambiguo res ſtabat. De Cheruſcis autem ita noſter de moribus Germ. *In latere Chaucorum, Chattorumque, Cheruſci, nimiam ac marceſſentem diu pacem illaceſſiti nutrierunt: Idque iucundius, quam tutius fuit; quia inter impotentes & validos, falſo quieſcas.* Accipio heic *impotentes* Chattos qui ſe defendere non poſſunt; contra *validos* Cheruſcos, qui ſuo robore fiſi, & validi quidem, & acres, ſed impotentia animi aliena inuadunt ſuiſque viribus abutuntur, nec quieſcunt. quales ſunt barbari plerunque: & quales hoc loco Chatti fuere aduerſus Cheruſcos. Mox adijcit. *Vbi manu agitur, modeſtia, ac probitas nomina ſuperioris ſunt,* id eſt, in bello quod manu agitur, qui viribus eſt ſuperior, vexat agitatque modeſtos & probos victos, vti creditor durus per nomina debitores inopes, & tamen de ipſa modeſtia & probitate laudatur, ac ſi probus exiſtat. Nam addit. *Ita, qui olim boni æquique Cheruſci, nunc inerites ac ſtulti vocantur: Chattis victoribus, fortuna in ſapientiam ceſſit.* Nam *vbi fortuna, ibi omnes, & improſpera virtus ſcelus eſt,* ait Tragicus Poeta. Claudianus de bello Getico, non ita. Nam ſic ſcribit.

Tacitus explicatus.

Barbari inquieti.

Cheruſci boni & æqui olim.

> *Quæque domant Chattos, immanſuetoſque Cheruſcos,*
> *Huc omnes vertere minas, tutumque remotis*
> *Excubijs Rhenum ſolo terrore relinquunt.*

Tacitus *bonos, æquoſque* Cheruſcos vocat, *immanſuetos* Claudianus. Quis hanc litem dirimat? niſi quod modeſti & æqui temporibus Tiberij, immanſueti temporibus Theodoſij & Honorij? Quippe vertente cœlo, vertitur inferioris mundi facies. Et natura, nil niſi varietas eſt. Vt autem liqueat de ſede priſca horum populorum, idem Claud. de 4. Conſul. Honor. ita ſcribit.

Cheruſci ad Albim fluuii.

Ingentes Albim liquere Cheruſci.

Vt ſcias mutaſſe ſolum, ſed nullo modo manſueuiſſe & mutaſſe animum.

Neque multo poſt legati a Segeſte venerunt, auxilium orantes aduerſus vim popularium, a quis circunſedebatur, validiore apud eos Arminio, quando bellum ſuadebat.[1] Nam barbaris quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus,[2] * rebus commotus potior habetur. Addiderat Segeſtes legatis filium[3] nomine Segimundum. Sed iuuenis conſcientia cunctabatur. quippe anno, quo Germaniæ deſciuere, ſacerdos apud aram Vbiorum creatus[4] ruperat vittas, profugus ad rebelles. Adductus tamen in ſpem[5] clementiæ Romanæ, pertulit patris mandata, benigneque exceptus, cum præſidio Gallicam in ripam miſſus eſt. Germanico[6] * pretium fuit conuertere agmen; pugnatumque in obſidentis: & ereptus * Segeſtes[7] magna cum propinquorum, & clientium manu. Inerant fœminæ nobiles, inter quas vxor Arminij, eademque filia Segeſtis,[8] mariti magis quam parentis animo, neque victa in lacrymas, neque voce ſupplex,[9] compreſſis intra ſinum manibus, grauidum vterum intuens. Ferebantur & ſpolia Varianæ cladis, pleriſque eorum, qui tum in deditionem veniebant, prædæ data. Simul Segeſtes ipſe ingens viſu, & memoria bonæ ſocietatis impauidus. verba eius in hunc modum fuere.

Barbarum ingenium audaces & commotiores amat.

* rebuſque commotus potior habetur

* operæ pretium

* Segeſtes eſt magna capta tum propinquorum tum clientum manu.

Barbaræ captæ mulieris repræſentatio.

1 NAM BARBARIS, QVANTO QVIS AVDACIA.] Vera τολμώσα & ſententioſa loquutio, quæ non minus belle quam vere dicta. firmat noſter Annal. 6. *Barbaris cunctatio, ſeruilis; ſtatim exequi, regium videtur.* Seneca de ira. *Barbarorum exitium, ira.* Idem noſter. *Atrociora Inguiomaro & læta barbaris, vt vallum armis ambiret.* Ergo in barbaris nil niſi impetus, & ex impetu pernicies. nam Thucydides 3. Δύο μὲν ἐναντιώτατα τῇ εὐβουλίᾳ, τάχος τε, καὶ ὀργή. *Duo rectæ menti & conſilio aduerſiſſima,* celeritas, & ira. Et hoc ab Apolline Græco. Sed Chriſtiani lōge melius. *Iræ,* ait Dionyſius Alexandrinus ex Meliſſis D. Antonij, *opus eſt gubernatore. Nam ſi gubernatore careat, ſurſum & deorſum agitata fluctibus & procellis animam tuam quaſi ſcapham fundo carentem euertet, corpore ſimul euerſo.*

Audacia barbarorum virtus.

2 REBVS COMMOTIS POTIOR.] Lego, *Et rebus commotus potior habetur,* id eſt, ardens, turbidus, feruidus, concitatus ingenio, potior habetur apud barbaros gerendis re-

Tacitus correctus.

Qui commotior apud barbaros præſtantior.

bus. Noſter hæc firmat libr. 6. *Barbaris cunctatio ſeruilis, ſtatim exequi regium eſt.* Et ita Florus in bello Cimbrico: *Donec impetus, quem pro virtute barbari habent, conſeneſceret.* Apuleius vtitur hoc verbo in eadem ſignificatione 2. Metamorph. & ita ſcribit: *Sed aliquando Propheta commotior.* Et libro 9. *Tamen altius commota atque exaſperata ad Armillum reuertit.* Et Seuerus Sulpitius Hiſt. vlt. vbi de D. Martini patientia. *Nemo illum vnquam vidit iratum, nemo commotum, nemo mœrentem, nemo ridentem.* En Chriſtianitatis mores. Et ita etiam alij authores. Horat. lib. 2. Satyra 3.

Qui ſpecies alias veri, ſceleriſque tumultu
Permiſtas capiet; commotus habebitur.

Et Terent. in Andria. *Ego te commotum reddam,* inquit Dauus. Et idem author. *Quiſnam illic commotus aduenit?* At Liuius libr. 7. de impetu barbarorum: *Barbaris in impetu vis eſt, dein morâ langueſcunt.* Quod noſter confirmat lib. 12. his verbis. *Monet Meherdatam barbarorum impetus acres cunctatione langueſcere, aut in perfidiam mutari.* Eodem lib. D. Cyrillus hæc reprehendit. *Quæ fera,* inquit, *adeo crudelis & immanis eſt vt iracundus, & intemperatæ iræ imperio ſubdutus? Aut quod mare adeo vehementibus ventis agitatum & impulſum ad ſaxa eliditur, vt homo effrenus & aſper, quique nullo modo retineri poteſt quin iræ pareat, & totas perturbationi habenas laxet.* Tacitus eo verbo vſus eſt alibi, vt Annal. 6. loquens de Caligula. *Sic commotus ingenio.* Et lib. 4. de Druſo. *Animo commotior intenderat Seiano manus.* Et idem libr. 11. de Meſſalina: *Quæ ſemper infeſta, & tunc commotior.* Sic Prudent. in congreſſu Patientiæ, & Iræ, ita de Ira loquitur:

Scilicet indomitos poſtquam ſtomachando lacertos
Barbara bellatrix impenderat.

Roma turbida, id eſt, concitata, dicta.

Opponuntur *commotus* & *ſedatus*, vt hoc Romanum, illud ſit barbarum. Tamen turbidam Romam vocat Perſius, *concitatam.* Quippe aliquando illa plebs æquoris inſtar commota, & præceps. Vnde turba pro plebe. Et in Biblijs aquarum nomine populus deſignatur. *Mulier ſedens ſuper aquas multas: aquæ multæ, multi populi,* inquit ſacra ſcriptura. Plautus in Pſeud. vtitur in ea ſignificatione verbo *commouere*:

Plebs aquarum maris imago.

Scis tu quidem hercle, mea ſi commoui ſacra,
Quo pacto, & quantas ſoleam turbellas dare.

Et ſic loquitur ſeruulus. Quod ſcribo vt Tacitum vitio ſanes, nec in vitioſo loco quieſcas.

3 NOMINE SEGIMVNDVM.] Segiguntum vocat Strabo. *Segiguntus,* inquit, *Segeſti filius, Cheruſcorum ductor.* lib. 7. Vnde forſan Sigiſmundi nomen hodie Germanis vſitatiſſimum, & in Germania ob tot Imperatores huius nominis honoratiſſimum valde.

Ignominioſum rumpere vittas ſacerdoti.

4 RVPERAT VITTAS.] Per ignominiam. Nam quod ius apud barbaros? quis pudor? Sed, quæro, quas rupit vittas? an aræ, an capitis? ſacerdotes enim, vt aræ, vittati. De aris Virgil. 3. Æneid.

-Stant manibus aræ
Cæruleis mœſtæ vittis atraque cupreſſo.

Et Ouid.

Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſo.

lib. 3. Triſt. eleg. 13. Et idem Virgilius:

-- Cingitque altaria vitta.

Idem etiam de templis & aris. 4. Æneid.

Exitij indiciũ.

Velleribus niueis, & feſta fronde reuinctum.

Vittæ autem ſacræ, quarum ſumma cura apud paganos. Virgil. idem 2. Æneid.

Sic ait, & manibus vittas Veſtamque potentem,
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Puto aræ rupiſſe vittas. Nam honorarij Druſo ad ipſum Rhenum dati tumuli, inter quos illa ara cuius ſacerdos ille Segiguntus rebellionem & fugam meditans vittas aræ rupit, mox fugit. Potuit etiam rupiſſe vittam capitis, quaſi eiurans iſtud ſacerdotium & mortui memoriam. Et ſacerdotes etiam erant vittati. Papin. 3. Theb.

Ergo manu vittas, damnataque vertice ſerta
Diripit, abiectaque inhonorus fronde ſacerdos.

Etiam vittati in prœlio, vt idem Papinius ſcribit:

-- Extincto tamen interceptus in ore
Augurij perdurat honos, obſcuraque fronte
Vitta manet, ramumque tenet morientis oliuæ:

Carnifex rumpebat vittas damnatis ſacerdotibus.

Seneca lib. 1. Controu. 4. *A carcere ad Veſtam, cuius vittam carnifex rupit.* Nam damnatus ſacerdos, non ante trucidabatur, quam vitta rupta eſſet a carnifice: nec enim ſoluebatur, ſed rumpebatur. Quippe damnatorum carnifex rumpebat veſtimenta in fruſta, & ſcindebat: nec ſpoliabat, ſed violenter diſcerpebat. Val. libr. 8. cap. de diſcip. milit. *Spectaculum admirabile, Rullianus, & magiſter equitum, & victor, ſciſſa veſte, ſpoliatoque corpore, victorum verberibus laniandus.* Inde illud Euangelij: *Non ſcindamus, ſed ſortiamur cuius ſit.* Et Seneca filius libr. 3. de ira. *Scindi veſtimenta miſerorum, & in os farciri pannos imperauit.* Sed redeo ad ſacerdotes, qui apud Iudæos etiam vittati erant, vt apud paganos, & calciati lino. Ezechiel. 44. *Vittæ laneæ erant in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in cr[illegible]ribus eorum, & non accingentur in ſudore.* Vitta autem faſcia erat, quæ crines nectebat, & qua Sacerdotes, qua Vates, qua Poetæ, veluti diademate vinciebantur. Et inter res, quidquid ſacrum & ſanctum eſſe vellent. Rupiſſe ergo vittas altarium, ſcelus erat, pro quo deprecari eſt vitam poſcere.

Scindebantur veſtes & diſrumpebantur, damnatorum. Chriſti Saluatoris veſtis, non diſrupta, ſed ſortita.

Vittati ſacerdotes Iudæorũ.

5 CLEMENTIÆ ROMANÆ.] Quæ pro Dea habita eſt. Plin. *Ad maiorem concordiam accedit,* inquit, *ex virtutibus vitijſque homines, deos finxiſſe, Honorem, Clementiam, Fidem.* lib. 2. nat. Hiſt. Et apud Athenienſes culta *Clementia,* cuius ara in foro. Pauſan. in Attic. Magnis certe digna imperijs. Sic Claudianus de optimo duce egregie 2. de laud. Stilic.

Clementia virtus Rom.

Vitia & virtutes paganis pro deabus.

-- Quæ numquam nocitura timentur
Iurgia, contentus ſolo terrore coerces,
Ætherei patris exemplo, qui cuncta ſonoro
Concutiens tonitru Cyclopum ſpicula differt
In ſcopulos, & monſtra maris, noſtrique cruoris
Parcus, in Oetæis exercet fulmina ſiluis.

Sed apud Romanos, quam ficta, quam ſimulata

lata fuit aliquando illa Clementia? Vere ille: *Exiguæ ſpei Romanam clementiam eſſe, cum ciuitatem Albam, vnde originem traxerant, euertiſſent.* Filia matrem euertit, ait D. Auguſtin. lib. 3. de ciuit. Dei. Salluſt. 1. Hiſtor. *Clementia & probitas veſtra, Quirites, quibus præter cæteras gentes maxumi & clari eſtis.* Hanc autem peculiarem facit Cæſari Plin. lib. 7. c. 25. *Cæſari proprium & peculiare ſit, præter ſupradicta, Clementiæ inſigne, qua vſque ad pœnitentiam omnes ſuperauit.* Et ſane Iulio Cæſari *templum Clementiæ* dedicarunt. Dio lib. 44. At noſter Annal. 2. ita de Clementia Romana. *Victis, graues pœnas, in deditionem venientibus paratam clementiam Romanam.* Liuius lib. 28. *Non deſperandæ clementiæ ſeſe committerent.* Et Senatores, inquit Dio li. 59. Clementiæ Caligulæ ſacrificabant. Idem Liuius. *Principibus perſuaderent fidem, clementiamque Romanam, quam victi experiri mallent.* lib. 44. Etiam ſub poſterioribus imperatoribus. Nam in Notitia Imperij Romani: *Adorata principali Clementia princeps agentium in rebus cum inſignibus exibat.* Et *Clementia principum* ſummus titulus. D. Hilarius lib. ad Conſtantium: *Prouideat & decernat Clementia tua.* Seneca ſcripſit de Clementia ad Neronem, vt de præcipua principum virtute: *vt te,* inquit, *tibi reddam.* Ideo vocatur *Clementia principalis* L. 1. D. de his qui veniam æt. Et ita Imperatores *Clementia noſtra*, L. 1. de ſacroſ. Eccleſ. Inde ara Clementiæ in medio vrbis Romæ. Papin. li. 12. Theb.

Templum Clementiæ.

Vrbe fuit media nulli conceſſa potentum
Ara Deum, mitis poſuit Clementia ſedem,
Et miſeri fecere ſacram: ſine ſupplice nunquam
Illa nouo, nulla damnauit vota repulſa,
Auditi quicunque rogant, noctesque dieſque
Ire datum, & ſolis numen placare querelis.

Quod factum ab antiquis vt homo ſe hominem eſſe reminiſceretur, hoſte victo. Quippe pauci ſunt qui victoriâ non inſoleſcant. Dio 35. Et hæc Clementia merito *Romana* dicta. Nam a principio legum Romanarũ XII. tab. ita ſcriptum: *Sanatibus idem ius quod fortibus.* Id eſt, fidis & infidis, bonis & malis. Sed Æbulia lege, poſtea hæc abrogata lex. Gelli. libr. 16. cap. 10. Sext. Rutil. in Itinerar. de Clementia Romana.

Magni principis laus.

Mitigat armatas victrix Clementia vires,
Conuenit in mores nomen virumque tuos.
Hinc vbi certandi bona, parcendique voluptas,
Quos timuit, ſuperat, quos ſuperauit, amat.

Iupiter Clemẽs.

Sic Iupiter *μειλίχιος* dictus eſt & Clemens, & placabilis, cui non animalia, ſed ſola poma immolarentur, incruentæ plane hoſtiæ, & bonitate ſuperum non indignæ.

6 PRETIVM.] Lego fidenter, *operæ pretium.* Nam vox (*pretium*) ſola, eſt pro compoſita, quæ eſt *operæ pretium*, & eſt nota exſcriptoris. Nec ita authores. Titus enim Liuius ſuum opus ita incipit, cuius noſter imitator: *Facturus operæ pretium.* Sed Perſius contra:

Lunai portum eſt operæ pretium cognoſcere ciues.

Vbi nemo non videt additum carmini verbum (*operæ*) quod vitium facit. Nam hic verſus ſeptem pedes pro ſex pedibus habet contra morem & normam heroici carminis. Tamen apud noſtrum, ne quid diſſimulem, alios locos notaui, in quibus *pretium*, pro *operæ pretium*, vt Annal. 2. *Ni*, inquit, *pretium foret Cn. Piſonis & Aſinij Galli diuerſas ſententias noſcere.* Puto tamẽ librarium ſuppreſſiſſe non expreſſiſſe ad celeritatem ſcripturæ, & abſtinentiam, imo parſimoniam litterarum: nam in verbo *pretium*, maior pars verbi *operæ*.

7 MAGNA CVM PROPINQVORVM.] Hic locus in deliquio manifeſto eſt. Nam vult innuere ereptum Segeſtem obſidione, & captam fuiſſe magnam manum propinquorum eius & clientum, & inter eos vxorem Arminij. Quippe ſubiungit: *Inerant fœminæ nobiles,* &c. Et captam fuiſſe Arminij vxorem, teſtatur idem poſtea Arminius, his verbis: *Egregium patrem, magnum Imperatorem, fortem exercitum, quorum tot manus vnam mulierculam auexerint.* Verba tamen Taciti de captiuitate, nihil innuunt. Puto ita legendum. *Et ereptus Segeſtes, magna capta tum propinquorum tum clientum manu.* Nam illud *cum* pro *capta tum*, & per ſigla ſcriptum. Quod huius libri exſcriptori eſt peruium, qui ſigla & notas ſuis ſcriptionibus immiſcuit paſſim. Et notandum propinquos & clientes conſueuiſſe ſequi patronos, & dominos in bello, vt hodie fit etiam apud nos. Nam Cæſar in bello Gallico: *Litauicus cum ſuis clientibus, quibus nefas more Gallorum eſt etiam in extrema fortuna deſerere patronos, Gergouiam profugit.* Quod apud Germanos inualuit, vt apud Gallos: quia ambobus ijdem mores, eadem in armis diſciplina. Itaque Segeſtes cũ clientibus, & propinquis ab obſidione liberatus, quẽ in hoſtem ſequuti erant & propinqui & clientes. Propinqui beneuolentia & iure ſanguinis, clientes iure clientelæ, quam violaſſe nefas. De clientibus Agellius li. 5. ait inter Romanos clientum qui ſe fidei tutelæque noſtræ crediderunt magnam haberi rationem, & de his eſt L. 3. §. ſed & quod. de pen. leg. D.

Fœminæ captiuæ in triumphũ ductæ.

8 MARITI MAGIS, QVAM PARENTIS ANIMO.] Id eſt, mariti partes magis ſequens, quam parentis. Nam viri & mariti a virtute, partes a natura: illi eliguntur, hi dantur. Strictiora ſunt vincula electionis quam generationis apud paganos. Nec mirum in Germanis mulieribus, cum ita noſter de ijs in moribus Germ. *Accipiunt maritum, quomodo vnum corpus, vnamque vitam, nec vlla cogitatio vltra, nec longior cupiditas: nec tanquam maritum, ſed tanquam matrimonium amant.* Tertull. in Geneſ.

Vno in marito totum mulierũ Germanarum deſiderium.

Mariti vxoribus ſunt pro patribus.

Quapropter nati linquunt de more parentes,
Coniugibuſque ſuis poſitis cum ſedibus hærent.

Diuus Hieronym. epiſt. ad Marcell. *Non ſuperat amorem matris, aut fratris, niſi ſolius vxoris affectus.* Seneca libr. 2. Contro. 2. *Non poſſe illam diſcedere a viro. Nam & hoc iureiurando illam obligauit. Huic enim animum fuiſſe ſine dubio tyrannum, vt viui non diducerentur, cum illud quoque cauerint, ne morte diuiderentur.* Et illud eſt quod noſter de Germanis coniugibus. *Sic viuendum, ſic pereundum.*

Amor vxorum omnia ſuperat.

Forma comprimendi manus.

9 COMPRESSIS INTRA SINVM MANIBVS.] Nam caſu affecti, demittunt vultum, & præcipue fœminæ, manibuſque ſinum comprimunt. De demiſſione capitis in viris, Horat. lib. 2. Satyr. 8.

--Rufus poſito capite, vt ſi
Filius immaturus obiſſet, flere.

Et demiſſio vultus.

Et idem lib. 3. od. 5. *Et virilem*
Toruus humi poſuiſſe vultum.

Apul. lib. 9. Metamorph. *Submiſſo capite mœrebam.* Sic Cæſar in comment. *Triſtis, demiſſo capite, terram intuens.* Et Cicero pro Cluent. *Demiſſo capite abſceſſit a ſubſellijs.* Hæc de viris. Apuleius de fœmina 4. Metamorph. *Quæ inter genua ſua depoſito capite, ſine modo flebat.* De compreſſione manuum intra ſinum Ouid. in epiſt. Deianiræ Herculi.

Mens fugit admonitu, friguſque perambulat artus,
Et iacet in gremio languida facta manus.

Et alia manuum compreſſio apud Petron. Arbit. in Satyrico. *Vt ergo*, inquit, *tam ambitioſus detonuit imber, retexit ſuperbum pallio caput, & manibus inter ſe vſque ad articulorum ſtrepitum contritis.* Et alibi: *Complosis deinde manibus.* Alia etiam in Apul. 3. Metamorph. *Complicitis denique pedibus ac palmulis, inter alternas digitorum viciſſitudines, ſuper genua connexis, ſic grabatum coſsini inſidens vbertim flebam.* Vbi legendum: *Sic grabato in coſsinum inſidens, vbertim flebam.* Quam compreſſionem reddidit Ouidius his verſibus.

Sæpe foris diuam reſidentem vidit in ara,
Brachiaque in genibus digitis connixa tenentem.

Alia item eſt ex Apuleio lib. 9. Metamorph. *Depenſis pro prandio lacrymis, vacuaſque manus complodens ſæpicule.* Et ex more Iudæorum 2. Reg. cap. 14. *Impoſitis manibus ſupra caput ſuum, ibat ingrediens, & clamans.* Nam manus in dolore, produnt animi anguſtias.

Oratio Segeſtis ad victorem Cæſarem Germanicum.

*Non hic mihi primus erga populum Rom. fidei & conſtantiæ dies. Ex quo a diuo Auguſto ciuitate donatus ſum, amicos, inimicoſque ex veſtris vtilitatibus delegi, neque odio patriæ [1] (quippe proditores etiam ijs, quos anteponunt, inuiſi ſunt) verum quia Romanis Germaniſque [2] idem * conducere, & pacem magis quam bellum probabam. ergo raptorem filiæ meæ, violatorem fœderis veſtri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui præſidebat, reum feci. * dilatus ſegnitia ducis, quia parum præſidij in legibus erat, vt [3] me & Arminium, & conſcios vinciret, flagitaui.*

* conduceret

* Dilatus

1 QVIPPE PRODITORES.] Quod ex veritatis tripode dictum. Sic enim Claudian. de bello Gildon.

Romani ſcelerum ſemper ſpreuere miniſtros.

Et idem eodem:

Nunquam gratus erit. Damnamus luce reperta
Perfidiam, nec nos patimur committere tali
Hoc genus emptori.

In Prometheo Æſchylus: τοὺς προδότας μισεῖν ἔμαθον. *Proditores odiſſe didici. Quibus*, inquit M. Tullius pro Fonteio, *neque propter iracundiam, fidem, neque propter infidelitatem honorem habere debetis.* Nam *iracundus Belga*, *infidelis Allobrox*, de quibus illic Cicero. Sed mutante æuo mutarunt hos mores. Et ſane proditor omnis ſacer, & inteſtabilis eſt apud probos, & improbos. Nec male Auguſtus, ait Plut. in problem. cum Rimetalces rex Thracum, relicto Antonio, ad eum fugiſſet, & beneficium hoc exprobraret: *Amo*, inquit, *proditionem, proditorem odi. Habuit*, inquit Cicero, 3. in Ver. *honorem vt proditori, non vt amico fidem.* Et in vita, aiunt pagani, apud homines; poſt vitam, apud inferos proditores exagitantur. Notat Virgilius proditorum cruciatus apud inferos, lib. 6. Æneid.

Prodidit hic auro patriam, dominumque potentem
Impoſuit, fixit leges pretio, atque refixit.

Sed infandos homines iſtos nominare, ac ne quidem cogitare, nefas: Dicam tamen quod Seneca me docuit 10. Contr. 5. *proditores inauditos non damnari*, quod neſcio an ſit ex Rhetoricorum, an ex Iuriſconſultorum theoria.

Tacitus correctus.

2 IDEM CONDVCERE ET PACEM.] Lege, *Idem conduceret, & pacem quam bellū magis probabam.* nam in manuſcriptis, vt ſuſpicor, ita ſcriptum erat, *conducerET pacem*, vtque geminaretur, ſcriptum forſan maiuſculis litteris, vt in Pand. Florēt. Et ratio ipſa, & ſēſus poſtulat. Ratio, quia nihil pace ſuauius, nihil bello infeſtius. Bellum in periculis, pax in ſecuritate verſatur. In bello emolumenti & damni ſpes attenditur. In pace pauca damna, multa emolumenta. Senſus etiam clauſulæ id poſtulabat, quod res ipſa indicat. Nam pulchre is qui dicebat, ad bellum tanquam ad medicum tardiſſime recurrendum. Quippe bellum terrarum mortarium, in quo homines crebris ictibus atteruntur, imo conteruntur. Idem vlcus infra, *Vbi fœmina largitionem tenET, tanquam parum*: nam legendum, *largitionem tenet, & tanquam parum.* Idem error in Sueton. cap. 1. Caij. *Regem Armeniæ deuiciſſET, Cappadociam in prouinciæ formam redegiſſet.* Lege, *& Cappadociam.* Et idem in Iulio cap. 6. *Animaduerſa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine ingemuit, quaſi pertæſus ignauiam ſuam, quod nihil dum memorabile actum eſſet in ætate, qua iam Alexander orbem terrarum ſubegiſſET, miſſionem continuo efflagitauit.* Lego, *& miſſionem.* Ita enim legendum eſt. Et paſſim apud authores eadem reperias, quæ corrigas. Caue autem,

Ratio correctionis.

Item Suetonius.

Ne ac-

Ne acclinis falſis animus meliora recuſet. De verbo (*magis*) addito dixi in præfat.

3 VT ME ET ARMINIVM.] Eadem hiſtoria eſt de Poſthumio, & Sulla contra Marium decertante. Nam Poſthumius cum rem diuinam faceret, tenſis ad Syllam ambabus manibus iuſſit ſe vinciri & poſtmodum occidi, ſi non victoriam reportaret.

Teſtis illa nox, mihi vtinam potius nouiſſima. * *quæ ſecuta ſunt defleri magis, quam defendi poſſunt. Cæterum & inieci catenas Arminio, & a factione eius iniectas perpeſſus ſum.* * *Atque vbi** *primum tui copia, vetera nouis, & quieta turbidis antehabeo; neque ob præmium, ſed vt me perfidia exoluam: ſimul genti Germanorum idoneus* * *conciliator, ſi pœnitentiam, quam perniciem maluerit. Pro iuuenta & errore filij veniam precor. filiam* [2] *neceſſitate huc adductam fateor. tuum erit conſultare, vtrum præualeat, quod ex Arminio concepit, an quod ex me genita eſt.*

* Quæ ſecuta ſunt
* Atque
* primum fuit tui copia
* conciliator futurus

1 INIECI CATENAS.] Nota Segeſtem Arminio catenas inieciſſe, & a factione Arminij poſtea Segeſtem traditum vinculis. Nam fidus Romanis Segeſtes, Germanorum perfidiam Varo detexerat: ſed non habita indici fide, res Romana perijt, & Varus interijt, Segeſteſque captus, & Arminius liber mutata ſorte extitere. Sic ludit diuina poteſtas in rebus humanis.

2 NECESSITATE HVC ADDVCTAM.] At neceſſaria fortuna, nullum eſt maius hominibus malum.

τῆς ἀναγκαίας τύχης
οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.

Sophocl. in Aiace. Et hæc neceſſitas magna Dea, magna domina, magna tyrannis.

Cæſar [1] clementi reſponſo liberis propinquiſque eius incolumitatem, ipſi [2] ſedem veterem in prouincia pollicetur. Exercitum reduxit, nomenque imperatoris, autore Tiberio, accepit. [3] Arminij vxor virilis ſexus ſtirpem edidit: educatus Rauennæ puer, quo mox ludibrio conflictatus ſit, in tempore memorabo. Fama dediti benigneque excepti Segeſtis vulgata, vt quibuſque bellum inuitis, aut cupientibus erat, ſpe, vel dolore accipitur. Arminium, ſuper inſitam violentiam, rapta vxor, [4] ſubiectus ſeruitio vxoris vterus vecordem agebant: volitabatque per Cheruſcos, arma in Segeſtem, arma in Cæſarem poſcens. [5] Neque probris temperabat, [6] Egregium patrem, magnum imperatorem, fortem exercitum, quorum tot manus vnam mulierculam auexerint. Sibi tres legiones, totidem legatos procubuiſſe. Non enim ſe proditione, neque aduerſus fœminas grauidas, ſed palam aduerſus armatos bellum tractare: cerni adhuc Germanorum in lucis ſigna Romana, quæ dijs patrijs ſuſpenderit: coleret Segeſtes victam ripam: redderet filio ſacerdotium: hominem Germanos [7] nunquam ſatis * excuſaturos, quod inter Albim & Rhenum [8] virgas, & ſecures, & togam viderint: alijs gentibus [9] ignorantia imperij Romani, inexperta eſſe ſupplicia, neſcia tributa: [10] quæ quando exuerint, [11] irritusque diſceſſerit ille inter numina dicatus Auguſtus, [11] ille delectus Tiberius, ne imperitum adoleſcentulum, ne ſeditioſum exercitum pauescerent: Si patriam, parentes, antiqua mallent, quam dominos, & colonias nouas, Arminium potius * gloriæ ac libertatis, quam Segeſtem flagitioſæ ſeruitutis ducem ſequerentur.

* execraturos
* ignorata ſeruitia imperij Rom.
* glorioſæ libertatis

1 CLEMENTI RESPONSO.] Quod verbis Latinis factum vſitatius. Nam ne Græcis quidem, niſi Latine, reſponſa dabant, *quo Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur.* Nam ſic Val. libr. 2. cap. 2. Tamen & Græcis verbis reſpon-

diſſe alicubi notaui.

2 Sedem veterem.] Verbum, *vete-rem*, vti ſilicernium, olim de ponte deijciendum putaui, deſultor ego, & legendum *ſedem vberem*. Extraneis enim ad Romanos confugientibus, ſedes dabant vberes in prouincijs vberibus. Tacir. 2. Annal. de Maroboduo: *reſponſum a Cæſare tutam ei, honoratamque ſedem in Italia fore, ſi maneret.* Eaque ſedes in prouincijs fœcundioribus. Diuus Hieronym. in epiſt. Paulæ. *Salue Euphrata, regio vberrima, atque καρποφόροι.* ita enim appellabant. Sic cap. 5. *ceperunt vrbes munitas, & humum pinguem.* ἄχθιν Græci dicunt. Er Apul. Apolog. 1. ſic dixit, *rem familiarem largam & vberem populo donare.* χώραν λαμπρὰν, ſolidam & ſuccidam & pinguem regionem, *Sumen*, vt ait Varro de re ruſt. cap. 7. *Cæſar*, inquit Vopiſcus. *Ædilitius cum cauſam ageret apud Cenſores de campo Roſeo Italiæ, dixit eſſe ſumen.* Et Saluian. de Prouid. 7. vocat Aquitaniam, *medullam omnium Galliarum, & vber totius fœcunditatis.* Plinius 23. cap. 4. *Medulla eorum in cacumine, cerebrum vocant.* Sic ſacræ litteræ vt Gen. 45. *Medullam frumenti & adipem* dicunt. *Cibauit eos adipe frumenti*, Pſalm. 147. Et Iſaiæ 34. *Humus eorum adipe pingui. Rumam* etiam vocabant, id eſt, *mammam*. Virg. 7. Æn. vbi de illa ſede deq. illo more:

Firmata lectio Taciti. Olim a me ſpreta.

Confugientibus ſedes data in prouincijs.

-- Non vobis, Rege Latino,
Diuitis vber agri, terræque opulentia deerit.

Et Propertius libr. 1. Eleg. 22.

Proxima ſuppoſito contingens Vmbria campo
Me genuit, terris fertilis vberibus.

Sed poſtquam hæc ſcripſiſſem, in Strabonem incidi, qui mihi author mutandæ ſententiæ, & firmandæ excuſæ lectionis. Nam ſcribit lib. 7. Ægeſtum, quem Segeſtem noſter nominat, inchoante bello, obſeruato tempore, transfugam patriæ iuiſſe ad Romanos, qui, vt eſt credibile, ſedem ei dedere pro more. ideoque priorem ei oblatam acceptatamque iterum ſedem offerunt, quam *veterem* vocat noſter.

3 Arminii vxor.] Cuius nomen Theſuelda, quæ Cheruſcos omnes armauit in caput Quintilij Vari. Fœmina cordata, animoſa & bellatrix, & vere Germana moribus, nec indigna his quæ de mulieribus Germanis Tacitus ſcripſit, *ineſſe his aliquid prouidum, aliquid cordatum, vt quæ plagas exſugere non verentur.*

Nomen vxoris Arminij.

4 Svbiectvs servitio vtervs.] Quod paſſim tractatur a Iuriſconſultis, vt L. qui in vtero, de ſtatu hom. *Si mulier ab hoſtibus capta ſit, id quod natum erit, poſtliminium habet.* Et ſunt hæc iura ſeruitutis rata gentium omnium iure. Sed quid heic Tacitus ſcribit, *grauidum vterum intuens*, cùm iam eſſet vacua? ſi Straboni credimus libro 7. non in vtero ſed extra vterum filium habebat. Ait enim Theſueldam vxorem Arminij, cum capta eſſet, ſecum habuiſſe Tumelicum filium trimeſtrem. Et hunc poſtea Rauennæ educatum, & probro captiuitatis & paupertatis attritum, vidit ſequens ætas, ait noſter. Sed Tacitus initium captiuitatis deſcribit, Strabo vero adultam captiuitatem; vt hæc concilies.

Vterus ſeruus.

5 Neqve probris temperabat.] Quod barbarorum ingenium eſt. Nam D. Auguſtinus cap. 13. in Geneſ. homil. 34. differentiam barbarorum notat a politis ingenijs. *Certiſſimum ſignum*, inquit, *quo internoſcitur vir ratione præditus, ſi manſuetus fuerit, ſi lenis, ſi iuſtus, ſi modeſtus, ſi quietus, ſi non quaſi ſeruus ducatur & trahatur ab ira, aut ab alijs affectibus, ſed ratione vincat internos, & incompoſitos motus, nobilemque ſuam generoſitatem ſeruet, nec in brutorum ferociam negligentia degeneret.* Quid ergo dicendum de Dijs paganorum? Nam Minerua apud Homerum vocat Ionem *inſanum*. Iliados θ. Iuno Ili. α. δολομήτιν, id eſt vafrum & fraudulentum, & Venus Dea deos *inclementes*, apud Virgilium Æneid. 2.

Barbari conuitioſi.

Vt ruſtici.

Vt ſerui.

Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ,
Culpatuſue Paris, verum inclementia diuum
Has euertit opes.

Et Iunonem ſæuiſſimam vocat.

-- Iuno Scæas ſæuiſſima portas
Prima tenet.

Seneca libr. 3. de ira cap. 4. *Age, ſi exaudire voces ac minas vacet (qualia excarnificati animi verba ſunt) nonne ſe reuocare quiſque ab ira vellet, cum intellexerit illam a ſuo primum malo incipere?* Sane Caligula notatur a Suetonio, *quod Romanus ipſe barbaros probris, & minis inſectaretur.* Etiam *Auguſtus in ſplendidiſſimum quemque captiuum non ſine verborum contumelia ſæuijt*, ait Sueton. in Auguſt. 15. Et recte Dio 39. *Ea eſt barbarorum natura, vt vanis comminationibus omne id, cuius cauſa terribiles haberi volunt, effundant.* Diuus Hieronym. ad Euſt. de cur. Virg. *Os barbarorum, & procax, & in conuitia ſemper armatum.* Et non modo hæc probra barbaris in vſu, ſed & ſeruis & ruſticis. De ruſticis aiunt Herculem in inſula Rhodo iugum boum ruſtici abſtuliſſe & mactaſſe cum vendere nollet: Ideoque ruſticum continuis illum inceſſiſſe conuitijs, quæ ridendo excepit. Poſtea vero in numerum Deorum relatum voluiſſe illum & Rhodios, vt durante ſacrificio perpetua eſſet maledicentia, quod Hercules dixiſſet, *numquam ſe epulatum iucundius.* De ſeruis paſſim in comœdijs Plauti & Terentij. Sed noſter lib. 11. de morte Meſſalinæ. *Libertus increpans multis ac ſeruilibus probris.* Vno verbo, omnis ingenuus animus a probris alienus eſt. Interdum tamen iſtud Magni regis dictum pro ſapientia eſt: *Imple facies eorum ignominia, vt quærant nomen tuum Domine.* Nam in hac re impatientia pro ſapientia eſt.

6 Egregivm.] Hic Arminius *aduerſa in prauitatem, ſecunda in caſum, fortunam in temeritatem deflectit, & omnia corrumpit.* Idque hoſtium more, ait Salluſt. 2. Hiſtor. nec immerito cum a Velleio ita deſcribitur: *ætate iuuenis, genere nobilis, manu fortis, ſenſu celer, vltra barbarum promptus ingenio.* Habuit Arminius quod Herodotus lib. 1. ſcribit: *In barbaro nil fidum neque verum.*

7 Nvnqvam satis excvsatvros.] At ego

Tacitus correctus. At ego iſtam lectionem nunquam excuſauero. Nam quid *excuſaturos?* imo potius *execraturos*. Et ſic puto legendum. Quod verba ſequentia aperiunt: ait enim Germanos *Et explicatus.* nunquam ſatis Segeſtem execraturos, quod eius ope, & viribus, inter Albim & Rhenum, togas, & ſecures & Romanorum virgas viderint Germani. Et ex iſto loco ſano mendum aliud in Tacito lib. 13. vbi de eadem re. *Iterum correctus.* *Seruarent ſane receptos gregibus inter hominum famam.* Male, & lego, *inter hominum infamiam.* Nam infamia eſt, quod, vt dicebat Arminius libr. 2. *libertatem auitam, penetrales Germaniæ Deos, matrem precum ſociam ſperneret, & propinquorum & affinium, denique gentis ſuæ proditor potius, & deſertor, quam imperator, haberi mallet.* Aculeata verba; ſed ad libertatem defendendam addita, & ex Germanorum ſpiritu.

8 VIRGAS, ET SECVRES, ET TOGAM.] Virgæ, & ſecures, perpetuæ comites Romanorum magiſtratuum, & poteſtatis deſignatrices. *Virgæ magiſtratuum comites.* Quæ in vrbe, in caſtris, in pace, & in bello, & vbique præferrentur. Tacit. 4. hiſt. *Quod pretium effuſi toties ſanguinis expectatis, niſi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, & ſecures, & dominorum ingenia?* Noto autem hoſtibus Romanorum maxime exoſas iſtas ſecures. Nam ita Caractacus 12. Ann. *vacui a ſecuribus & tributis intemerata coniugum & liberorum corpora retinerent.* Sed quid heic de togis? in caſtris togæ? portentum eſt. Cum etiam in vrbe, bello indicto, prouerbium fit, Ad ſaga itum eſt. Sane Claudian. pro re mirabili ita ſcribit de 4. Conſul. Honor.

Lictori cedunt aquilæ, ridetque togatus
Miles, & in medijs effulget curia caſtris.

Idem 3. de laud. Stilic.

Te duce Romana tandem ſe vindicat ira:
Ipſa iubet ſignis, bellaturoque togatus
Imperat, & ſpectant aquilæ decreta Senatus.

In oratione Critognati Galli *Romanorum* memorat *odioſas ſecures*, Cæſar libr. 7. de bello Gallico. Calpurn. Flacc. 48. declam. *Procede legumlator ad bellum, muta ſtilum gladio, lorica togam.* *Toga in caſtris.* Et Seneca lib. 1. Controu. 8. *Toga ipſa humeris non cedit*, id eſt, non conuenit militi. *Non omnibus, ſed militibus maioribus nota.* Loquitur enim de milite. Verum togæ etiam in caſtris, ſed non inter omnes, & ſolum inter centuriones, & tribunos, & equites, interque caſtrorum otia. Liuius libro 2. *Cum diuiſiſſent in ſingulos equites togas, & tunicas.* Et hoc caſtra repetituris. Valerius inter pœnas caſtrenſes loquens de Calpurnio Piſone, in caſtris C. Titium caſtigante. *Iuſſit eum toga lacinijs abſciſſis amictum, ac diſcincta tunica indutum, nudis pedibus, a mane ad noctem vſque, ad principia, per omne militiæ tempus adeſſe*, libr. 2. de milit. diſciplina. Sic Martialis *togatum Martem* dixit lib. 6. epigramm. 76. Pulchre: nam Martem pacis conſilia comitari debent: nec eſt ferocia tanta quæ conſilijs etiam mitioribus regi non debeat. Tamen Feſtus in verbo *Procinctu*, dixit ita, *Procinctu, quod togis incincti ad pugnam ire ſolitiſint.* Ergo in bello togę, & togæ in prœlio. Quod veteri rep. factum, Cæſarum vero temporibus deſuetum. Salluſt. in fragm. de mutato pacis habitu in belli veſtes. *Togam paludamento mutauit.* Nam togæ pacis, paludamenta belli ſymbola. Et togæ ſub Cæſaribus paulatim euanuere. Vnde ille Auguſti in Romanos aculeus ex Virgilij verſibus. *En Romanos rerum dominos gentemque togatam.*

9 IGNORANTIA IMPERII.] Lege, non incondite forſan, & me auſpice, *alijs gentibus ignoratam, Imperij Romani arrogantiam.* Sueton. *inexperta eſſe ſupplicia, neſcia tributa.* Verbum enim, *ignorantia*, habet aliud quid implicitum de moribus Imperij P. R. quod ſuperbum, quod crudele, quod auarum. Et ex duobus vnum verbum fecere.

10 QVÆ QVANDO EXVERINT.] Poſt cæſas Vari legiones videlicet. Nam vno & ſubito impetu tota Germania deſciuit, & Romanas legiones contriuit.

Omne quod Oceanum fontemque interiacet Iſtri,
Vnius incurſu tremuit.

ait Claudianus.

11 INRITVSQVE DISCESSERIT ILLE INTER NVMINA DICATVS AVGVSTVS.] Si Auguſtum ſpectemus, eſt legendum *deceſſerit*, ſi Tiberium, *diſceſſerit*. Et hiſtoria ſuadet. Nam Auguſtus poſt Vari cladem, non eſt in Germanias profectus. *Auguſtus poſt Vari cladem nunquam in Germania.* A quibus ergo diſcedere non potuit, ſed Tiberium miſit, qui cum hoſte conſerere non eſt auſus, cladem nouam formidans. *Tiberius cõtra, ſed nihil audiu.* Nec longe vltra Rhenum abijt, ſed *diſceſſit*, Auguſtuſque *deceſſit* biennio poſt, nulla vltione ſumpta de Germanis deficientibus, quouſque Germanicus eius *- ex oſſibus vltor*
Dux ſtetit, & cladem geminata clade rependit
Heros intrepidus.

12 ILLE DILECTVS TIBERIVS.] Verba hæc, quia non ſunt coniuncta, obſcuriora ſunt paulo. Et ſane lubenter legerem, *vt ille dilectus Tiberius.* Et phraſis illa Corneliana, mihi videtur habere aliquid quod deſideretur, niſi ita legatur. Porro dilectum vocat, ſcilicet ab Auguſto qui eum delegit ſucceſſorem, non dilectum ob amorem, quia hæc electio Liuiæ ſcelus eſt.

13 GLORIÆ AC LIBERTATIS.] Lego fidenter, *glorioſæ libertatis, quam Segeſtem flagitioſæ ſeruitutis ducem ſequerentur.* *Deliquium in Tacito.* Nam in oppoſitis ludit noſter, & *glorioſam libertatem* opponit *flagitioſæ ſeruituti.* Quod eſt peruium.

Conciti per hæc non modo Cheruſci, ſed conterminæ gentes, tractuſque in parteis Inguiomerus Arminij patruus, veteri apud

N

Romanos autoritate: vnde maior Cæſari metus. & ne bellum [1] mole vna ingrueret, Cæcinnam cum quadraginta cohortibus Romanis, diſtrahendo hoſti per Bructeros ad [2] flumen Amiſiam mittit. [3] Equitem Pedo præfectus finibus [4] Friſiorum [5] ducit. Ipſe impoſitas nauibus quatuor legiones per lacus vexit: ſimulque pedes, eques, claſſes apud prædictum amnem conuenere. [6] Chauci [7] cum auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti ſunt. Bructeros [8] ſua vrenteis expedita cum manu L. Stertinius miſſu Germanici fudit, interque cædem & prædam [9] reperit vndeuiceſimæ legionis Aquilam cum Varo amiſſam. Ductum inde agmen ad vltimos Bructerorum: quantumque Amiſiam, & Luppiam amnes inter, vaſtatum, haud procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionumque inſepultæ dicebantur.

1 MOLE VNA.] Id eſt, vno globo ingruere, & vno impetu, vnoque impulſu. Sic fiunt impreſſiones validæ, tam pace quam bello.

Amiſia Tacito. Amiſiũ Plinio. Clarum flumẽ.

2 FLVMEN AMISIAM.] Amiſia, in quo Druſus Bructeros nauali prœlio ſuperauit. Strabo libro ſeptimo. Plinius *Amiſium* vocat libro quarto cap. 14. *Amnes*, inquit, *clari in Oceanum defluunt, Guttulus, Viſtilus, ſiue Viſtula, Albis, Viſurgis, Amaſius, Rhenus, Moſa. Introrſus vero nulli inferius nobilitate, Hercinium iugum prætenditur.* Cæterum mirum, quod de Lupia nihil; & forte, propter ignobilitatem quam putauit, omiſit. Tamen non omittit Strabo, nec Mela cæterique Geographi. Quorum qui putant alibi, quam Rhenum influere, & per Rhenum in Oceanum, errant. Nam natura hos docuerit, & ſitus, & lapſus fluminis. Deinde quod hodierni authores, qui Rheno vicini, quique has ripas incoluere & nouere, huic opinioni refragantur: inter quos Ortelius quem honoris cauſa nomino, quique mihi dum vixit chariſſimus, etiam poſt fata reuerendus, & ob dulciſſimos mores & diſciplinas ſuauiſſimus fuit. Sed de his alibi, Deo iuuante, vt ſpero: verum addo quod patrocinante natura, quidquid aſſeritur, id certum poſſe aſſeri. Sed nec iſta quæſtio in hac parte diſcutienda eſt, & Tacitus ipſe alio me vocat, cui paruiſſe incommodum nulli, & mihi feſtinanti non erit ingratiſſimum.

Lupia omiſſus Plinio inter fluuios nobiles.

Pedo Celſus Albinouanus.

3 EQVITEM PEDO PRÆFECTVS.] Ille eſt Pedo Albinouanus, qui Celſus Albinouanus etiam, vt ſuſpicor, dictus eſt Pedo, & qui *ſcriba, & comes Neronis*, id eſt, Tiberij, dicitur ab Horatio. Quanquam nullibi Celſum authores vocant, Horatio excepto. Ingenium elegans & plane Romanum. *Doctum* illum vocat Martialis libr. 2.

-- Marſi, doctique Pedonis.

Poetæ docti dicti.

Nam *Poetas doctos* appellabant. Sic Martialis *doctum* Neronem nominat, quod rideas. Nam *auriculas aſini Nero rex habet*, vt dicebat Perſius. Et de Pedone meminit Sidonius Apollin. ad Magnum Felicem.

Non Getulicus heic tibi legetur,
Non Marſus, Pedo, Silius, Tibullus.

Pedo fabulator elegans. Salſus epigrãmatum ſcriptor.

Seneca vocat illum *elegantiſſimum fabulatorem* epiſtol. 122. Et Martialis dat illi locum inter ſalſiores, & ſalaciores epigrammatum ſcriptores. De eo ita Ouidius libro 4. de Ponto, eleg. 10.

Si roget hæc aliquis, cur ſint narrata Pedoni,
Quidve loqui certis iuuerit iſta modis.

Arbiter carminum Ouidij.

Albinouanorum familia vetus. Pontificia.

Fuit ex tribus arbitris, qui de verſibus Ouidij cenſerent, in quos reprehenſioni non eſſet locus. Noto obiter Albinouanorum familiam veterem fuiſſe, & inter Pontifices celebratam. Nam Cicero de Aruſp. reſponſ. & Macrob. libro ſecundo Saturnal. capite 9. memorant in cœna antiquiſſima pontificali duos Albinouanos. Etiam Pedonem aliquem celebrat Martialis, Plinij amicum lib. 10. epigram. 19. forſan ex ſurculis noſtri Albinouani.

Illic parua tui domus Pedonis
Cælata eſt aquilæ minore penna.

Sed felix Pedone noſtro illa familia, qui ad gloriam, tam firmum pedem ei dederit.

Tacitus explicatus.

4 FRISIORVM.] Tacitus de moribus Germanor. ita de Friſijs. *A fronte Friſij excipiunt. maioribus minoribuſque Friſiis vocabulum eſt ex modo virium*, (id eſt, vt interpretor, vt maiores dicantur, quod maiores haberent vires, & eadem ratione minores) *Vtræque nationes vſque ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntque immenſos inſuper lacus, & Romanis claſſibus nauigatos*: ſub Druſo videlicet, qui Friſios ſubiecit, Druſianamque foſſam ſtruxit. Extant hodie etiam veſtigia Romanorum caſtrorum, apud Friſios memoranda certe, & honoranda. Druſique nomen in his partibus non euanuit.

5 DVCIT.]

5 DVCIT.] Virgulam figo, mox addo. *Ipſe* (ſcilicet Imperator) *impoſitas nauibus quatuor legiones*. Nam heic author, vt ſcriptura, ita interpunctura, male habitus.

Tacitus correctus

6 CHAVCI.] De quibus ita Lucanus libro primo, quos Caycos non Chaucos vocat:

Et vos cornigeros bellis arcere Caycos
Oppoſitis petitu Romam, Rhenique feroces
Deſeritis ripas & apertum gentibus orbem.

De his etiam ita Velleius. *Receptæ Chaucorum nationes. Omnis eorum iuuentus infinita numero, immenſa corporibus, ſitu locorum tutiſſima, traditis armis, vna cum ducibus ſuis, ſepta fulgenti armatoque militum noſtrorum agmine, ante Imperatoris procubuit tribunal.* Et hæc ſub Tiberio. Sub Claudio. *Gabinio Secundo Chaucis gente Germanica ſuperatis, Chaucij cognomen vſurpare conceſſit*: ait Suetonius in Claudio capite 24. Horum deſcriptio elegans eſt apud Plinium libro 16. capite primo. Sed in illo auro, ſcoria abundat ingens, quam purgo. Loquitur de locis ſine arbore: *Diximus*, inquit, *& in Oriente quidem, iuxta Oceanum complures ea in neceſſitate gentes. Sunt vero in Septemtrione viſæ nobis Chaucorum, qui Maiores Minoreſque appellantur*, (pro virium magnitudine, aut exiguitate, vt Friſij ſupra) *Vaſto ibi meatu, bis, dierum noctiumque interuallis, effuſus in immenſum agitur Oceanus, æternum operiens* (lege *aperiens*) *rerum naturæ controuerſiam* (quia bis in continentem ſingulis diebus incurſum facit) *dubiumque*, (addit) *terræ ſint, an parte in maris* (quia modo in ſicco, modo in humido ſunt, Oceano reciprocante.) *Illic miſera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia ſtructa manibus*, (lego, *nauibus*) *ad experimenta altiſſimi æſtus*, (lege *expedimenta*.) Id eſt, *vt ſe expediant incurſibus Oceani intumeſcentis. caſis ita impoſitis, nauigantibus ſimiles, cum integant aquæ circundata*, (lege, *cum integant aquæ circumducta*) *naufragis vero, cum receſſerint; fugienteſque cum mari piſces, circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, vt finitimis, nec cum feris quidem dimicare*, (venatu ſcilicet) *omni procul abacto frutice. Vlua, & paluſtri iunco funes nectunt, ad prætexenda piſcibus retia, captumque manibus lutum, ventis magis quam Sole ſiccantes terra cibos* (quia de terra carbo, vnde caleſiunt,) *& rigentia Septemtrione viſcera ſua vrant. Potus iis, non niſi ex imbre ſeruato ſcrobibus in veſtibulo domus. Et hæ gentes, ſi vincantur hodie a Populo Romano, ſeruire ſe dicunt? Ita eſt profecto, multis fortuna parcit in pœnam.* At tu C. Plini, quam dulcis eſſet libertas inter hos cibos, plane neſciuiſti. Chaucis libertas cum piſciculis, eſt pro Ionico attagene, pro pauone, pro rhombo, & ſi quid eſt delicatius & carius.

Gabinius Chaucos deuicit.

Vnde illi cognomen.

Plinius correctus in Chaucorum deſcriptione.

Et explicatus.

7 CVM AVXILIA POLLICERENTVR.] Id eſt, cum ſponderent Romani auxilio ſe illis futuros, aduerſus incurſantes Germanos. Nam exiſtimo Chaucos dubitaſſe de auxilio ferendo Romanis, ne a Germanis vicinis incurſarentur: Romanos autem auxilium eis pollicitos. Nam ſine ſuſtentaculo quæ parua ſunt nihil poſſunt, nec ſe erigunt.

Tacitus explicatus.

8 SVA VRENTES.] Quod fit in bello ne hoſtibus accreſcant, & ſatius ſua perdere, quam hoſtem iuuare. Nam Martis alumnis hoc pro documento eſt.

9 REPERIT VNDEVICESIMÆ LEGIONIS AQVILAM.] Sub Claudio ait Dio libro 60. *Publ. Gabinius Marſos vicit, & Sulpitius Galba Chattos: at inter ea, quæ maximæ laudis fuere, militarem aquilam, quæ ſola apud illos reſtabat ex Variana clade, recuperauere.* Itaque vtrique imperatorium nomen partum, ſed quale Blæſo dederat Tiberius fine lib. 3. At quomodo potuere internoſcere legionis vndeuigeſimæ aquilam a vigeſima? Quia inſcriptum legionis nomen in aquila, & ſigna ſuos habent numeros, ſuas dignationes. Verrius Flaccus: *Porci effigies inter militaria ſigna quintum locum obtinet.*

10 INTER VASTATVM.] Lego, *inter erat, vaſtatum*: & puto ad compendium ita ſcriptum quia intelligeretur ſatis. Sic Horat. 3. carm. 27.

— vtinam inter errem
Nuda Leones.

Nota autem de iſta ſtrage dici poſſe quod Claudianus de bello Getico.

O celebranda mihi cunctis Pollentia ſæclis,
O meritum nomen fœlicibus apta triumphis,
Virtutis fatale ſolum, memorabile buſtum
Barbariæ: Nam ſæpe locis ac finibus illis
Plena laceſſito rediit vindicta Quirino.

Fuit enim illa pugna Vari vindex, & poſt Romanam vim iiſdem Germania campis procubuit.

Diſcite veſanæ Romam non temnere gentes.

Igitur cupido Cæſarem inuadit ſoluendi ſuprema militibus[1] ducique, permoto ad miſerationem omni, qui aderat, exercitu, ob propinquos, & amicos: Denique[2] ob caſus bellorum, & ſortem hominum: præmiſſo Cæcinna, vt occulta ſaltuum ſcrutaretur, pontesque & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret. Incedunt mœſtos locos, viſuque ac memoria deformes. Prima Vari caſtra lato ambitu, & dimẽſis principijs, trium legionum manus oſtentabant: dein ſemiruto vallo,[3]* humili foſſa acciſæ iam reliquiæ con-

ſediſſe intelligebantur. Medio campi [4] albentia oſſa, vt fugerant, vt reſtiterant, diſiecta vel aggerata. Adiacebant fragmina telorum, equorumque artus, ſimul truncis arborum ante fixa ora. [5] lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactauerant, & cladis eius ſuperſtites pugnam, aut vincula elapſi referebant, heic cecidiſſe legatos, illic raptas aquilas, primum vbi vulnus Varo adactum, vbi infelici dextra, & ſuo ictu mortem inuenerit: quo tribunali concionatus Arminius, [6] quot patibula captiuis, quæ ſcrobes: vtque ſignis, & aquilis per ſuperbiam illuſerit.

* humilis foſſa. Hac cæſorum reliquiæ conſediſſe.

1 DVCIQVE.] Erat iſta cupido, quantum ad Ducem, affinitate fulta. Nam filius Quintilij Vari duxerat vxorem Liuillam filiam Germanici, vt ait Seneca lib. 4. Controuer. 3. Sic lætus mutuæ affinitatis aſpectus.

2 OB CASVS BELLORVM ET SORTEM HOMINVM.] Nam in bello, ait Cæſar, *paruis momentis magna intercedunt.* Cicero pro Milone: *Incerti*, inquit, *exitus pugnarum, & Mars communis, qui ſæpe ſpoliantem iam, & exultantem euertit, & percutit ab abiecto*, id eſt, ab eo quem iam fortuna abiecerat. Quæ ſententia verbo Dei ſignata: nam Reg. 2. cap. 11. *Varius euentus eſt belli: nunc hunc, nunc illum conſumit gladius.* Ideo Liuius lib. 9. dicebat *ſubita rerum* in bellis & *incerta caſuum* verſari. Quæ princeps metuere debet, ait Amm. Marcell. 27. Diuus Hieronym. de obitu Nepotiani: *Quid loquar de Procopio, Maximo, Eugenio, qui vtique dum rerum potirentur, terrori gentibus erant; omnes capti ſeruierunt, ante omnia victorum* (lege, *ante lumina victorum*;) *& quod potentiſſimis quondam miſerrimum eſt, prius ignominia ſeruitutis, quam hoſtili mucrone confoſſi ſunt? non calamitates miſerorum, ſed fragilem humanæ conditionis narro ſtatum.* Vere fragilem, vitroque fragiliorem & conſpicuum in pugnarum euentibus, quibus ſæpe vincit qui magis victus eſt. De ſorte hominum, vno verbo, Homo bulla.

Sors belli incerta.

Cicero elplicatus.

Correctus D. Hieronymus.

3 HVMILI FOSSA ACCISÆ IAM.] Ita lego: *Semiruto vallo, humilis foſſa. Hac cæſorum reliquiæ conſediſſe intelligebantur.* Nam illud, *iam*, in hac oratione, quis pro euocato non agnoſcat? Virgil. 7. Æneid.

Ipſe humili deſignat mœnia foſſa.

Et noſter infra. *Sine exercitum, imagine cæſorum inſepultorumque, tardaturum ad prælia.* Loquitur de foſſa caſtrorum. Nam poſt vallum foſſa. Virgilius:

Egreſſi ſuperant foſſas, noctiſque per vmbram
Caſtra inimica petunt.

Et vocat *humiles*, quia exiguæ & non ex diſciplina factæ. Varus enim tanta ſecuritate agebat, vt non apud Germanos, ſed Romanos ſe eſſe putaret. Tacitus lib. 15. *In proximo agro ſcrobem effodi iuſſit, quem Flauius vt humilem & anguſtum increpans circumſtantibus militibus: Ne hoc quidem ex diſciplina, inquit.*

Tacitus correctus.

4 ALBENTIA OSSA.] Sic Claud. de Raptu Proſerpinæ lib. 3.

—Immaniaque oſſa
Serpentum paſſim tumulis exanguibus albent.

Nam albere proprium eſt oſſium defunctorum. Virgil. 12.

Campique ingentes oſſibus albent.

Sic Horat. dixit 1. Od. 4.

Prata canis albicant pruinis.

5 LVCIS PROPINQVIS BARBARÆ ARÆ, TRVNCIS ARBORVM.] Non abſimile quod apud Claudian. lib. 3. de rap. Proſerpin.

— Phlegræis ſilua ſuperbit
Exuuijs, totumque nemus victoria veſtit.
Hinc patuli rictus, hinc prodigioſa Gigantum
Tergora dependent, & adhuc crudele minantur
Affixæ facies truncis, &c.

Florus paucis verbis, ſed notabilibus, & memorabilibus, iſtam cladem exequitur. *Nihil*, inquit, *illa cæde per paludes, perque ſiluas, nihil inſultatione barbarorum tum cruentius, præcipue tamen in cauſarum patronos. Alijs oculos, alijs manus amputabant. vnius os ſuum reciſa prius lingua, quam in manu tenens barbarus; Tandem, inquit, vipera ſibilare deſiſte.* Nam Varus, vt barbaros emolliret, & redderet ciuiliores, artes fori Romani apud eos tractabat, ideo Velleius ait, *otio caſtrorum magis, quam militiæ aſſuefactum.*

Clades Variana.

Crudelis in cauſarum patronos.

6 QVOT PATIBVLA CAPTIVIS, QVÆ SCROBES.] *Si honeſte mori voluiſſent, turpiter capi non potuiſſent*, ait Velleius, & illa patibula non incurriſſent. Scrobes autem damnatis, & indemnatis, & ſe ſua manu conficientibus, conceſſæ: Quippe eorum corpora cremare nefas. Sed conceſſæ etiam libero fato morientibus. Nam exiſtimo in perſoluendis iuſtis defunctorum vſos ſcrobe. Quippe in Biblijs 2. Reg. cap. 18. vbi de Abſalon. *Tulerunt Abſalon, & proiecerunt eum in ſaltu, in foueam grandem, & comportauerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum nimis.* Hæc apud Iudæos: ſed D. Hieronymus de Chriſtianis in vita Pauli Eremitæ: *Depoſito eo in foſſam, deſuper humum congregans., tumulum ex more compoſuit.* Nec male ſcrobs defunctis, cum dijs inferis apud paganos

Nemora truncis corporibus oppleta.

Scrobes damnatis & indemnatis.

paganos, effoſſa terra ſacrificaretur. Feſtus. De damnatis, Diuus Hieronym. vbi de muliere ſepties icta. *Clerici, quibus id officium erat, cruentum linteo cadauer obuoluunt, & foſſam, humum lapidibus exſtruentes* (Lego, *obſtruentes*) *more tumulum parant.* De indemnatis ſe percutientibus, Sueton. in Nerone cap. 49. *Tunc vnoquoque hinc & inde inſtante, vt quamprimum ſe impendentibus contumelijs eriperet, ſcrobem coram fieri imperauit, dimenſus ad corporis ſui modulum, componique ſi qua inuenirentur fruſta marmoris, & aquam ſimul, ac ligna conferri, curando mox cadaueri.* Quod Diuum Hieronymum explicat. Et Labeo Antiſtius.: *Cinna, ſe percuſſurus, Scrobem coram fieri iuſſit.* Quid ſi de ſcrobe accipienda ſunt, quæ damnatis parabatur, illa Perſij Satyra 1.

De indemnatis.

> *Me mutire nefas, nec clam, nec cum ſcrobe? nuſquam.*

Id eſt, non mihi fas eloqui, in abdito, vel etiam palam. Nam ad mortem & ſcrobem damnati liberiora verba profundebant, cum morte nihil peius contingere poſſet. Interpres tamen vetus Iuuenalis in hoc verſu Satyræ 1.

> *Et latum media ſulcum deducis arena.*

Ait in foſſa ſtipites fieri, quibus ardebant damnati. De morientibus libero fato. Martialis.

De libero fato morientibus.

> *Dum leuis arſuro ſtruitur Libitina papyro,*
> *Dum myrrham & caſiam flebilis vxor emit;*
> *Iam ſcrobe, iam lecto, iam pollinctore parato.*

Illa autem ſcrobs ὄρυξ eſt, & conditorium mortui, vel perpetua defuncti domus, in quam omnibus eundum, & excipiendum nulli.

Igitur Romanus, qui aderat, exercitus, ſextum poſt cladis annum, trium legionum oſſa, nullo noſcente alienas reliquias an ſuorum humo tegeret, omnes vt coniunctos, conſanguineos, aucta in hoſtem ira, mœſti ſimul & infenſi [1] condebant. [2] Primum extruendo tumulo cæſpitem Cæſar poſuit, [3] gratiſſimo munere in defunctos, & præſentibus doloris ſocius. Quod Tiberio haud probatum, ſeu [4] cuncta Germanici in deterius trahenti, ſiue exercitum, imagine cæſorum, inſepultorumque [5] * tardatum ad prælia, & formidoloſiorem hoſtium credebat: [6] Neque imperatorem auguratu, & vetuſtiſſimis ceremonijs præditum adtrectare feralia debuiſſe. Sed Germanicus cedentem in auia Arminium ſecutus, vbi primum copia fuit, [7] * euehi equites, campumque quem hoſtis inſederat, eripi iubet. Arminius * colligi ſuos, & propinquare ſyluis monitos, vertit repente; mox ſignum prorumpendi dedit ijs, quos per ſaltus occultauerat.

* tardaturum
* euehit
* colligit

1 Condebant.] Milites mortui aliquando condebantur, aliquando vrebantur, aliquando ſaliebantur. Quod conderentur, Plinius libr. 2. vbi de terra. *Sequitur terra*, inquit, *cui vni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis. ſic hominum illa*, (hoſpes ſcilicet) *vt cœlum dij*, (lego *dijs*. nam ita Pſaltes diuinus: *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum*,) *quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper. Nouiſſime complexa gremio, iam a reliqua natura abdicatos, tum maxime, vt mater operiens, nullo magis ſacramento, quam quo nos ſacros facit. Etiam monumenta ac titulos gerens, nomenque prorogans noſtrum, & memoriam extendens contra breuitatem.* Quod Virgilius rerum Romanarum ſcientiſſimus expreſſit vbi de militibus:

Milites vſti & conditi poſt fata.

> *Innumeras ſtruxere pyras, & corpora partim*
> *Multa virum terræ infodiunt, auectaque partim*
> *Finitimos tollunt in agros, vrbique remittunt.*

Papinius libr. 5. Theb.

> *-- Impia terræ*
> *Infodiunt ſcelera, aut feſtinis ignibus vrunt.*

Tertullianus tamen, proprium eſſe milites cremari, ſcribit lib. de Corona: *Et cremabitur*, inquit, *ex diſciplina caſtrenſi Chriſtianus, cui cremare non licuit?* Thura ſcilicet, nam ita eſt interpretandum. Noſter ſupra de militibus ſeditioſis. *Non medicinam, ſed cladem appellans, cremari corpora iubet.* Valerius libr. 5. notat crematum militem prope caſtra. Et Silius libr. 3.

Romanorum mos vrere militum corpora.

Tertull. explicatus.

> *Venere & Celtæ, ſociati nomen Iberis:*
> *His pugna cecidiſſe decus, corpuſque cremari.*

Ita de Romanis & Tacitus 1. Hiſtor. ita de Iudæis, *Corpora condere quam cremare ex more Ægyptio.* Sed more etiam Græco. Et de Ægyptijs ita Laertius in Pyrrho: *Ægyptij condunt corpora, Romani incendunt.* Non modo autem cremabantur milites, ſed etiam corpora ſaliebantur ad conſeruationem. Sic Eunapius ſcribit in Ædeſio a Chriſtianis ſalitæ capita martyrum. Et Salluſtius 3. Hiſtor. *Reliqua cadauerum ad diuturnitatem vſus ſalirent.* Nec tantum milites cremabantur,

Etiā lugebātur ſi non comparebant. ſed cæſi in acie, & poſt aciem, ſi non comparebant, lugebantur. Quod militibus ſpecialiter indultum. Papin. L. vltima, de his qui notantur infamia. Cur ergo heic conduntur, non cremantur? An quod Varus ſe ipſum interfecit, ideoque cremari non debuit? & ad exemplum ducis, neque milites cremari debuere? *Multæ familiæ priſcos ſeruauere ritus*, inquit Plinius, vt ſcilicet conderentur, non vrerentur. Et ſane initijs Romanæ vrbis quidam cremabantur, quidam condebantur. *Interfector ſui non conditur.* Ouid. 3. Faſt. ait Remum crematum, & Numam conditum. Non omitto fulmine tactos condi non ſolere. *Nec fulmine tactus.* Papin. lib. 5. de Capaneo.

Terraque illiſa nocenti
Fulminis in morem, non verba in funere primo,
Non lacrymas habet, ingeminat miſera oſcula, totum
Incumbens.

Plin. Hiſtor. 2. cap. 54. *Hominem ita examinatum cremari fas non eſt.* Et noſter de Popæa lib. 16. Annal. *Corpus non igni abolitum, vt Romanus mos, ſed regum externorum conſuetudine, differtum odoribus conditur, tumuloque Iuliorum infertur.* Vt nec pueros cremari certum eſt. *Vt pueri non cremabantur, ſed condebātur.* Nam idem Papinius:

-- Puero exigui dat pulueris hauſtus.

Et Plinius firmat his verbis: *Hominem prius, quam genito dente cremari mos gentium non eſt*, lib. 7. cap. 16. Quod mihi non omittendum, ſed notandum fuit.

2 PRIMVM EXTRVENDO TVMVLO CESPITEM.] *Tumuli ex ceſpite.* Tumuli ergo ex ceſpite. Virgilius 7. Æneid.

At pius exequijs Æneas rite ſolutis,
Aggere compoſito tumuli.

Et idem libr. 3.

Ergo inſtauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus.

Prudentius in hymno B B. Apoſtol. Petri & Pauli, ceſpitem pro tumulo ponit. *Ideo ceſpes pro tumulo.*

Binu dicatum ceſpitem trophæis.

Et ſane *tumulus* a tumendo, quoniam terra tumet iniecto ceſpite. *Tumulus a tumendo.* Primum autem foueam parabant ad condenda corpora, deinde ceſpitem aggerebant, mox lapides: quod demonſtrat ille locus Diui Hieronymi de muli. ſept. icta: & Sueton. in Nerone cap. 9. *Modus extruendi tumuli.* Illique tumuli aliquando in lucis, vt de tumulo Abſalon. 2. Reg. Aliquando in montibus. Virgil. *Tumuli in lucis. Qui cum aceruo lapidum. In montibus.*

Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus.

Et Sueton. in Veſp. cap. 1. *In monte ſummo, vbi Veſpaſiorum complura monumenta.* Silius Italicus lib. 2.

Inde petit tumulum, ſummo quem vertice montis
Amphitryoniades ſpectandum ex æquore nautis
Struxerat, & grato cineres decorarat honore.

Et Virgil. lib. 11.

-- fuit ingens monte ſub alto
Regis Dercenni tumulus.

Et 2. Reg. cap. vlt. *Ioſue mortuus eſt, ſepelieruntque eum in finibus poſſeſſionis ſuæ, in Tamnathara, quæ eſt ſita in monte Ephraim.* Aliquando in vallibus, vt de Moſe. *In vallibus.* *Sepelieruntque eum in valle, circa Moab, contra Phegor.* In ſpeluncis etiam, & cryptis, aliquando, vt de regibus a Ioſue ſuſpenſis: *In ſpeluncis & cryptis.* *Præcepit ſocijs, vt deponerent eos de patibulis, qui depoſitos proiecerunt in ſpeluncam, & poſuerunt ſuper os eius ſaxa ingentia, quæ permanent vſque in præſens.* De lapidibus autem ceſpiti impoſitis, locus eſt apud Petronium ſatis obſcurus, vbi Giton ait. *Lapides ceſpiti impoſiti.* *Iuncta nos mors feret, vel ſi voluerit miſericors, ad idem litus appellere, aut præteriens aliquis, tranſlatitia humanitate lapidabit* (id eſt, imponet lapides tumulo per humanitatem, quæ in eum redundabit,) *aut quod vltimum eſt, iratis etiam fluctibus, imprudens arena componet.* Quid ſi legatur, *impendens arena componet*? Nam ripæ impendunt mari quæ arenis ſtratæ ſunt plerumque. Noto autem obiter lapidationem, eſſe iniectionem lapidum. Sic lapidata templa. Sueton. in Calig. cap. 5. *Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa*, id eſt, lapidoſo grandine icta. Et de Nerone ſibi mortem parante. *Componit*, inquit, *ſimul ſi qua inuenirentur fruſta marmoris*, vt ſcilicet ſepultus lapidaretur. Sic in veteri monumento. *Votum defunctorum ſepultura.* *Monumentum indicio eſt ſaxo ſeptum ac marmore.* Verrius Flaccus in verbo *Lapidatus*: *Cum tribuni militum atroci prælio contra Volſcos depugnaſſent, ibique cecidiſſent, in Circo combuſti & ſepulti, cum alijs qui oppetiere iuxta Circum. Qui locus lapide albo conſtratus.* En ſepulturæ votum Romanis immotum.

3 GRATISSIMO MVNERE IN DEFVNCTOS.] Quibus vnum votum ſepeliri, dicebant pagani, vnde illa conqueſtio apud Catullum in nupt. Pel. & Thet.

Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibuſque
Præda, nec iniecta tumulabor mortua terra.

Et Virgilius.

Quod te per cæli iucundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per ſpem ſurgentis Iuli,
Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram
Iniice, namque potes.

Gleba enim mortuis in os iniecta, pro ſepultis habebantur a pontificibus, & pæne ſepulti, ſi ter eorum nomina vocarentur. *Gleba in os pro ſepulchro. Et ter vocata nomina.* Auſon. in Parent.

Ille etiam mæſti cum defuit vrna ſepulchri,
Nomine ter dicto, pæne ſepultus erit.

Inde eſt quod in aquis mori adeo formidabant, ne ſepultura carerent. *In aquis mori exoſum Rom.* Quod alio loco explicabo. Cæterum *Veſpaſianus*, inquit Sueton. in eius vita cap. 2. *cenſuit pœnæ coniuratorum addendum, vt inſepulti proijcerentur.* Et in Auguſt. cap. 13. *Vni ſuppliciter ſepulturam precanti, reſpondiſſe dicitur, iam iſtam in poteſtate volucrum fore.* Vides ſepulturam magna cura affectatam paganis? At certe non minus Chriſtianis. Lego enim Chriſtianos maxime de ſepultura ſollicitos fuiſſe, contra noua nouorum hominum ſomnia & nugas meras. *Chriſtiani de ſepultura anxij.* Nam Tertullian. in Apolog. cap. 42. *Thura plane non emimus, ſi Arabiæ queruntur, ſciunt Sabæi pluris & carioris ſuas merces Chriſtianis ſepeliendis profligari, quam Dijs fumigandis.* Ideo martyrum reliquiæ tam cupide lectæ, & tam religioſe cultæ, & veneratæ; *Martyrum reliquiæ cupide lecta.* quod indicat epiſtola Iuliani ad Æditium. Et quod pium & ſanctum eſſe Diuus Hieronym. contra Vigilant.

gilant. oſtendit. Vide Clementem Romanum lib. 2. Apoſt. Couſt. & ab orbe reparato omnia Catholicæ Eccleſiæ lumina id tradiderunt, & crediderunt, & obſeruarunt ad hunc diem.

4 CVNCTA IN DETERIVS TRAHENTI.] Qui mos peruerſi ingenij, & quem experiuntur candidiores animæ ab impijs. Sueton. in Tib. *Germanico vſque adeo obtrectauit, vt & præclara facta eius, pro ſuperuacuis eleuaret, & glorioſiſſimas victorias, ceu reip. damnoſas increparet.* Vis teſtem non refutandum? Habes Velleium obtrectantem Germanico, nam ex ore Tiberij loquitur. Et noſter pluribus locis teſtatur, vt Annal. 2. *Haut*, inquit, *ingratum accidit Tiberio, turbari res Orientis, vt ea ſpecie Germanicum ſuetis legionibus abſtraheret, nouiſque prouincijs impoſitum, dolo ſimul & caſibus obijceret.* Et paulo poſt. *Quanquam fingi ea, ſeque per inuidiam parto iam decori abſtrahi intelligeret Germanicus.* Et nota nihil imperatore eſſe magis ſuſpicax, cui quo diuturnius, eo charius & violentius imperium eſt, cauetque ſemper a magnis viris, ne cupitas regnorum prædas inuadant. Nam dominatione nihil blandius, ſed nihil cupidius, nihil appetentius. Et quia a Deo dantur imperia; quibus dat ſeruat, ſi eum authorem meminerint, nec manſerint ingrati: ſin minus, ingratos perdit, exſcindit, ſpoliat, mactatque vt fortunæ victimas.

Tiberius Germanico parum æquus.

Suſpicax imperatoris animus.

5 TARDATVM AD PROELIA.] Tacitus, *tardaturum*, non *tardatum* ſcripſit, ſed exſcriptor breuiauit. Et ſane ita legendum eſt, vt eodem ſupra, *excuſaturum*, non *excuſatum.* Quæ labes ſolita exſcriptoribus Taciti, qui compendia ſibi compendioſa ſtruxerunt, reip. litterariæ diſpendioſa & Muſis.

Tacitus correctus.

6 NEQVE IMPERATOREM ATTRECTARE FERALIA DEBVISSE.] Sane Sueton. ſcribit in Calig. cap. 1. Germanicum *ſua manu attrectaſſe defunctorum reliquias.* Et hoc noſter firmat. Quod vero feralia attrectare non debuerit, duæ rationes ſunt. Prima, quod ſacerdos Auguſti, inter deos relati, & hoc ſumptum a Iudæis. Nam quicquid paganitas habuit præclari & bene inſtituti, hauſit ab ipſis. Sic enim Tertullian. in Apolog. *Hoc mihi*, inquit, *profuit antiquitas, præſtructa diuinæ litteraturæ, quo facile credatur eam theſaurum fuiſſe poſteriori cuique ſapientiæ.* Ergo in lege Dei apud Iudæos, ita ſcriptum. Num. 19. *Qui tetigerit cadauer hominis & propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus.* Et in Leuit. 21. *Non contaminabitur ſacerdos in veſtibus ciuium ſuorum, nec in principe populi ſui contaminabitur.* Et poſtea: *Sacerdos ad omnem mortuum non ingredietur omnino, ſuper patre ſuo, & matre ſua, non contaminabitur.* At Germanicus erat Auguſti ſacerdos; nam ita Tacitus ſupra: *Sodalium Auguſtalium ſacerdotio, Tiberius Druſuſque & Claudius, & Germanicus adijciuntur.* Et Seneca: *Tiberius Cæſar quem genuerat* (Druſum ſcilicet) *& quem adoptauerat* (Germanicum videlicet) *amiſit: Ipſe tamen pro Roſtris laudauit filium, ſtetitque in conſpectu poſito corpore, interiecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos a funere arceret, & flenti P. R. non flexit vultum. Operiendum ſe dedit Seiano ad latus ſtanti, quam patienter poſſet ſuos perdere.* De Conſolat. ad Mart. *Sic Flamini Diali mortuum tangere religio erat; funus exequi, non religio.* Agell. libr. 10. cap. 15. Hæc in Paganis. At de Iudæis, dixi ſupra. Et ita Ezechielis cap. 44. vbi de preſbyteris. *Ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, niſi ad patrem, & matrem, & filium, & filiam, & fratrem, & ſororem, quæ alterum virum non habuerit, in quibus polluentur.* De Chriſtianis vero ita D. Hieron. ad Fabiol. de veſtib. ſacr. *Super omnem animam quæ mortua eſt, non ingreditur pontifex, quamuis ille ſit diues, quamuis ſit potens, & multitudinem offerat victimarum, ſi mortuus eſt, non tangitur a Pontifice, non videtur.* Et idem Chriſtianus ſcribens ad Paulam epiſt. 25. *Nos vero*, (inquit, loquitur de ſacerdotibus) *qui Chriſtum induimus, & facti ſumus, iuxta Apoſtolum, genus regium, & ſacerdotale, non debemus ſupra mortuos contriſtari*, Et ſane Chriſtiani mortem non mortem, ſed ſomnium appellauere, vt & multi ex Græcis. ſic *cæmeteria* vocabant, id eſt *dormitoria, & domos defunctorum*, non æternas, ſed momentarias, & donec tuba vltima occinuerit. Et ita ſacerdotes iungit cum Pontifice in funerum auerſione. Secunda ratio eſt; quod Imperator eſſet Germanicus, qui purus ſemper eſſe debuerit: Et exemplum eſt apud Liuium lib. 2. in M. Horatio Puluillo, qui ne contaminaretur, ne filij quidem obitum narrantem audire voluerit. Ennius.

Duæ cauſæ quibus feralia Imperator non tangebat.

Prima, quod ſacerdos.

Paganitas a Iudæis ſua hauſit.

Germanicus ſacerdos D. Auguſti.

Flamen Dialis mortuos non tangebat.

Tamen exequitur funus.

Chriſtiani non ita.

Secunda ratio, quod Imperator purus eſſe debet.

Plebes in hoc regi antiſtant loco:
Licet lacrumare plebi, regi honeſte non licet.

Et Cicero 3. Tuſcul. vbi facetum illud Bionis dictum narrat. *Perinde ſtultiſſimum regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi ex caluitio mæror leuaretur.* Et hoc firmat idem Hieronymus de obitu Nepotian. *Vt regi*, inquit, *ſic Epiſcopo lachrumare non licet, imo minus Epiſcopo, quam regi: ille volentibus præeſt, hic nolentibus: ille terrori ſubijcit, hic ſeruituti donat: ille corpora cuſtodit ad mortem, hic animas ſeruat ad vitam.* Dio libr. 56. ait Tiberio impunitatem datam a Senatu, quod cadauer Auguſti tetigiſſet, fuiſſetque comitatus. Ille tamen neſcit qua ratione id prohibitum, ſed rationes tetigimus. Pollui autem funere diſerte ſcribit Plinius libr. 12. cap 14. cum ait de Thuris collectoribus, *Sacros vocari ob id, nec vllo congreſſu fœminarum, funerumque, cum incidant eas arbores, aut metunt, pollui, atque ita religione merces augeri.* Religio ergo a pollutione abhorret, etiam Pagana. Quid non debet Chriſtiana? Nam Paganitatis hi ſunt verſus:

Nec regi, nec Epiſcopo licet lachrumare.

Impunitas data Imperatori quod cadauer tetigiſſet.

Polluit funus.

Perque nouem noctes Venerem tactuſque virorum
In vetitis numerant.

Dauid interrogatur antequam panes propoſitionis tangat, an ipſe & ſequaces fœminis ſe miſcuerint. Reg. 2.

7 EVEHI EQVITES.] Puto legendum *euehit equites*: & poſtea, *colligit ſuos.* Nam (*e*) qui ſequitur pro (*t.*) Et hæc lectio magis

maſcula & virilis, Tacitoque familiarior, & ad rem aptior. Quippe in pugna, cuius pictor eſt egregius noſter author, & in qua omnia, & celeriter, & viriliter, & impetu aguntur, non demiſſe. Tum etiam, quod littera (*t*) ſequenti dictioni inſit, & in littera (*e*.) Sic *interrogatus* Valerius Probus, vt ait Gellius lib. 13. cap. 19. *de ſonitu vocum*: *Aurem*, inquit, *tuam interroga*; *quod illa ſuaſerit, profectò erit rectiſſimum*.

Tunc noua acie turbatus eques, miſſæque ſubſidiariæ cohortes, & fugientium agmine impulſæ auxerant conſternationem, trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam neſcijs, ni Cæſar productas legiones[1] * inſtruxiſſet: inde hoſtibus terror, fiducia militi, & manibus æquis abſceſſum. Mox reducto ad Amiſiam exercitu, legiones claſſe, vt aduexerat, reportat. [2] Pars equitum litore * Oceani petere Rhenum iuſſa. Cæcinna qui ſuum militem ducebat, monitus (quanquam notis itineribus regrederetur) [3] pontes * longos quam maturrime ſuperare. Anguſtus is trames, vaſtas inter paludes, quondam [4] a L. Domitio aggeratus: cætera limoſa, * tenacia graui cœno, aut [5] riuis * incerta erant: circum ſyluæ paulatim adcliues, quas tum Arminius impleuit, compendijs viarum, & cito agmine, onuſtum ſarcinis, armiſque militem cum anteueniſſet. Cæcinnæ dubitanti quonam modo ruptos vetuſtate pontes reponeret, ſimulque propulſaret hoſtem, caſtrametari in loco placuit, vt opus & alij prælium inciperent. Barbari perfringere ſtationes, ſeque inferre munitoribus niſi laceſſunt, circungrediuntur, occurſant: Miſcetur operantium bellantiumque clamor, & cuncta pariter Romanis aduerſa. Locus vligine profunda, idem ad gradum inſtabilis, procedentibus lubricus, corpora grauia loricis, neque librare pila inter vndas poterant. Contra Cheruſcis ſueta apud paludes prœlia, procera membra, haſtæ ingentes ad vulnera facienda, quamuis procul. nox demum * inclinantis tum legiones aduerſæ pugnæ exemit.

* reſtrinxiſſet
* ab Oceani
* longinquos
* ac tenacia
* inſerta
* inclinanteis

Tacitus correctus.
Ratio correctionis.

1 INSTRVXISSET.] Si non fallor, legendum eſt *in ſe reſtrinxiſſet*. Id eſt, ex laxioribus ſtrictiores feciſſet, ideoque firmiores. Nam prius erant inſtructæ & prius productæ, cum dicat noſter, *productas legiones*. At *producere*, & *reſtringere* legiones, ſunt oppoſita, in quibus noſter eſt frequens. Et ita heic legendum eſſe hiſtoria, & ratio ſuadet, quia niſi reſtrinxiſſet, in paludes trahebantur. Sic Silius de Trebia pugna.

Etiam diſperſis Romana per agmina ſignis,
Palantes agit ad ripas (miſerabile) Pœnus,
Impellens trepidos, fluuioque immergere certat.

Dio 40. *In eos palanteis Labienus conuerſus primis perterritis totum agmen in fugam dedit, fugienteſque ſparſim ac ſeſe inuicem impedientes compulſoſque ad fluuium, magnum eorum numerum interfecit*. Et ſane inſtruxiſſe legiones in medio pugnæ, non video quomodo poſſit ſeribi, niſi verbis inſtruxerit, vt reſtringerentur, ſed ſemper aliquid deeſſet ad mentem Taciti exprimendam. Ergo ita lego, & pergo.

2 PARS EQVITVM LITTORE OCEANI.] Lego *littore ab Oceani*, quod ſcriptum erat. Sic Poeta.

Nocte fere media, mediamque audita per vrbem
Littore ab Oceani.

Et ni capias de equitibus Batauis, qui nati Oceani in littore, non video quid velit. Puto enim partem horum petere Rhenum iuſſam, vt Rheno eſſet præſidio. Sueton. in Auguſt. 49. *Libertino milite bis vſus ad præſidium coloniarum Illyricum contingentium, & ad tutelam ripæ Rheni*. Sic Martialis libr. 9. epigramm. 36.

Rhenanam numeras Sarmaticamque manum.

Manum Rhenanam, vocat præſidium Rheni. Tamen poteſt accipi de equite, qui in caſtris. Plinius enim, caſtra quædam Romana locat in finibus Batauorum & circa Oceanum, his verbis, cap. vlt. lib. 4. *Sed certior menſura ac longior ad occaſum Solis æſtiui, oſtiumque Rheni, per caſtra legionum Germaniæ*. Et Tacit. libr. 4. in fine. *Receptus caſtello, cui nomen Flenum, & haud ſpernenda illis* (forte *illic*) *ciuium ſociorumque manus, litore Oceani præſidebat*. De Batauis autem accipio, quod Claudianus de laud. Stilic. lib. 1.

Heic Rhodani procera cohors: heic miles alumnus
Oceani.

Equites e littore Oceani ſunt Bataui.
Ita Claudianus interpretatus.

Id eſt,

Id eſt, Batauus, & forſan eo referenda quæ Claudianus ſcribit in Palladij & Serenæ epithalamio:

-- Quæ Sarmaticis cuſtodia ripis,
Quæ ſæuis obiecta Getis, quæ Saxona frenat,
Vel Scotum regio, quantum cinxere cohortes
Oceanum, quanto pacatur milite Rhenus.

Et Iuuenalis Satyra 8.

-- Domitique Batauí
Cuſtodes aquilas.

Id eſt, legiones, quæ præſidio impoſitæ Batauorum agris. Gens callida parum, ſed valida, & amari digna, & Germano nomine moribuſque non degener.

3 A L. DOMITIO AGGERATVS.] Qui de Domitiorum familia ex qua Nero. Is autem Domitius, fuit auus Neronis, qui exercitu flumen Albim tranſcendit, & quem vt arrogantem, profuſum, & immitem notat Sueton. in Nerone cap. 4. Certe nepote Nerone non indignus auus. Ait autem Domitium extitiſſe *emptorem familiæ pecuniæque Auguſti teſtamento, adhibitis ſcilicet teſtibus & libripende.* Quod non a Romanis, ſed Hebræis primum fluxit. Nam Hieremias cap. 32. ita de emptione cum libripende: *Emi agrum ab Hananeel filio patrui mei, & appendi ei argentum ſeptem ſtateres, & decem argenteos, & ſcripſi in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes, & appendi argentum in ſtatera.* Vt illius emptionis formam notes apud Iudæos. Quia tunc argentum non numerabatur, ſed appendebatur. Quod inualuit priſcis temporibus apud Romanos, & cuius rei nota eſt & argumentum in templo Saturni ſuſpenſa trutina ſeu ſtatera. Verr. Flacc. quod dixi. Hoc autem Suetonij quidam mirantur. Sed nec mirum, cum nominibus pecuniæ, & familiæ, omnia contineantur, quæ habuerit defunctus. Nam venit familiæ appellatione hereditas; pecuniæ vero omnes res, tam ſoli, quam mobiles, & tam corpora, quam iura. L. pecuniæ, prima & ſecunda, de verb. ſignif. D. Et qui pecuniæ emptor eſt, idem & familiæ emptor. Nec minus abſurdum, dicere, emere bona, emere hereditatem, quam pecuniam, qua omnia bona continentur.

Domitius auus Neronis.

Explicatus Suetonius qui emptorem familiæ facit Domitiũ.

4 PONTES LONGOS.] Quid ſi *longinquos*? verius & aptius, & erat ſcriptum *lonquos* ſtim. pro *longinquos*, pro quo (*longos*) repoſuere. Nam quo vicinior eſſet Germanico Cæcinnæ miles, iubebatur longinquiores pontes ſuperare maturrime, & ad ducem cito regredi, ne forte imbrium vis, quæ frequens his regionibus, Cæcinnam moraretur. Sic dixit 3. Annal. *Adeunda ſæpius longinqua imperij.* Et Annal. 16. *Oſtorius longinquis in agris fine in Ligurum id temporis erat.* Sic 15. Annal. *longinquis itineribus*: ſic *longinquitatem exilij*, ſupra, multiſque alijs authoris locis. Non ſtim. inficior tamen *vicum longum*, memorari apud Feſtum, in quo ſacellum erat Pudicitiæ plebeiæ. Sed ille vicus reuera longus ſtructura, vt hi pontes longinqui itinerum diſtantia.

Tacitus correctus.

Martialis correctus.

5 RIVIS INCERTA.] Non male etiam *inſerta*, quod in his regionibus peruium, & corrigo Martialem in hoc verbo.

-- Incerta non bene fixus acu.

Vbi legendum *inſerta*, quia acus inſerebatur capillis ornandis, non quod incerta eſſet acus: quod erat abſurdum: ſed crinibus inſerta. Sic Lucretius:

Inſerti fundunt radij per opaca domorum.

Germani ob proſpera indefeſſi, ne tum quidem ſumpta quiete, [1] quantum aquarum circunſurgentibus iugis oritur, vertere in ſubiecta, merſaque humo, & obruto quod effectum operis, duplicatus militi labor. Quadrageſimum id ſtipendium Cæcinna parendi, aut imperitandi habebat, [2] ſecundarum ambiguarumque rerum ſciens, eoque interritus. igitur futura voluens non aliud reperit, quam vt hoſtem ſyluis coerceret, donec ſaucij, quantumque grauioris agminis, anteirent. nam medio montium, & paludum porrigebatur planities, quæ tenuem aciem pateretur. Deliguntur legiones, quinta dextro lateri, vndeuiceſima in læuum, primani ducendum ad agmen, viceſimanus aduerſum ſecuturos. Nox per diuerſa inquies, cum barbari feſtis epulis, læto cantu, aut truci ſonore ſubiecta vallium ac * reſultantis ſaltus complerent: apud Romanos [3] inualidi ignes, interruptæ voces, atque ipſi paſſim adiacerent vallo, oberrarent tentorijs, inſomnes magis, quam peruigiles: ducemque [4] terruit dira quies. nam Quintilium Varum ſanguine oblitum, & paludibus emerſum cernere & audire viſus eſt, velut vocantem; non tamen obſecutus, & manum intendentis repuliſſe.

* reſultanteis ſaltus.

1 QVANTVM AQVARVM.] Eadem fere Salluſt. 3. Hiſto. *In oppido feſtinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur. Nam mœnia oppidi ſtagna-*

bant redundantibus cloacis aduerſo æſtu maris.

Tacitus explicatus.

2 SECVNDARVM AMBIGVARVMQVE RERVM SCIENS.] Id eſt, per proſpera & aduerſa probe recoctus, eoque intertitus. Nam tales viri fortunæ bacchantis inſanias, volas putant, & tramas putridas. Rident furentis fortunæ imperium, vt ventorum flatus, qui cito oriuntur, cito moriuntur.

Ignis in caſtris Hebræorum & Græcorum.

3 INVALIDI IGNES.] Ergo in caſtris ignes? Et ſane frequens apud Iudæos, vt 1. Machab. cap. 12. *Accenderunt focos in caſtris ſuis.* & apud Græcos. Homerus lib. 10. Iliad. facit in principio quendam mirantem in caſtris Troianis tot ignes. Et idem Homer. 9.

πυρὰ δέ σφισι καίετο πολλά.

Ignes eis accendebantur multi.

Et Romanorũ.

Et Dio l. 62. vbi de conflagratione Romæ, in hunc ſenſum. *Nihil aliud videre licebat, quam ignes, vt in caſtris.* Et idem de Romanis l. 50. ait iuſſiſſe Octauianum e caſtris ignem adferri, quo Antonij claſſes incenderentur. Liuius lib. 44. *Nihil ea conſilia mouerunt, quia ignes ad Enipeum ex regijs caſtris apparebant.* Et libr. 22. *Crebri relicti in caſtris ignes.* Noſter Annal. 2. *Habita indici fides, & cernebantur ignes.* Æmilius Probus in Eumene. *Dimidium fere ſpatium confecerat, cum ex fumo caſtrorum eius, ſuſpicio allata eſt ad Eumenem hoſtem appropinquare.* Vigiles præcipue habebant ignes. Papin. lib. 10. Theb.

Vigiles ignes habebant.

-- Dat teſſera ſignum
Excubijs, poſitæque vices, dux noctis opertæ
Sorte Meges, vtroque Lycus: iamque ordine iuſſo
Arma, dapes, ignemque ferunt, rex firmat euntes.

Ignis laternarius.

Et idem 8. de caſtris.

Cum male peruigil ignis.

Et Virgil. 9. Æneid.

Cernu quæ Rutulos habeat fiducia rerum?
Lumina rara micant, *ſomno, vinoque ſepulti*
Procubuere.

Vnde exploratores ignes conſiciebant. *Igniaria.*

At exploratorum erat hoc munus, ignes accendere; ideoque ex moro, & lauro, & edera, aliſque ſiccis & calidiſſimis arboribus igniaria parabant. Plin. libr. 16. cap. 40. *Quoniam ad excudendum ignem, non ſemper lapidis occaſio eſt. Teritur lignum,* inquit, *ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi vel foliorum, facile conceptum. Sed nihil hederæ præſtantius quæ teratur, & lauro quæ terat.* Tamen mos tritior erat e ſilice ignem elicere. De quo Virgil. Æneid.

Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitque ignem folijs, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flãmam.

Quod peruetuſta iſta igniaria fuiſſe demonſtrat.

Purgatio ſomniorum. Aquæ puræ ablutione. Et ante diem. Et trina merſione in profluentem.

4 TERRVIT DIRA QVIES.] Purgabant hæc inſomnia multis modijs Pagani, viuarum vndarum ablutione, ante diem, & nudatione pedum, & velatione capitis, & veſtium ſolutione, vt crinium, & mola ſalſa, ouo, igne, tedis, lauro & ſulphure, & alijs rebus. Propertius de vndarum ablutione, ſic ait:

-- Pura ſomnum tibi diſcute lympha.

Et Statius 9. Theb.

Triſtibus interea ſomni turbata figuris
Torua Sagittiferi mater Tegeatis Ephebi
Crine dato paſſim, plantiſque ex more ſolutis,
Ante diem gelidas ibat Ladonis ad vndas
Purgatura malum fluuio viuente ſoporem.
Ergo vt mane, nefas merſo ter crine piauit,

De iſta purgatione, dixi aliquid ſuperius, per ignem, in verbis, *ſcelere contaminarentur.* Sed Perſius Satyra 2. de purgatione per aquam.

Hæc ſancte vt poſcas, Tiberino in gurgite mergis
Mane caput, bis, terque, & noctem flumine purgas.

Quæ omnia a Iudæis. Nam vide præceptum 17. Leuit. de ſacerdotis immundi purificatione. *Lauabit veſtimenta ſua, & ſemetipſum aqua, & contaminatus erit vſque ad veſperam, & hoc ordine mundus fiet.* Sic etiam fœminæ maſculorum concubitu pollutæ, purificabantur. Nam 2. Reg. de Berſabea: *Dormiuit cum ea, ſtatimque ſanctificata eſt ab impuritate ſua.* Quod & pagani vſurparunt. Sueton. de matre Auguſti, *Attia*, cap. 94. *Illam experrectam quaſi a concubitu mariti purificaſſe ſe.* Strabo 16. *Quoties coierint ſurgunt quiſque ſeorſim ſuffiti, & lauantur mane priuſquam quidquam attingant, & perinde eis lauacrum a coitu eſt atque a mortuis.* Loquitur de Aſſyrijs: & hæc a Iudæis. Inde iocus in indoctum Grammaticum & nequam qui cum flumine ſe ablueret, ita a Diogene Cynico perculſus eſt. *O te infelicem,* inquit: *ſi te iſta lauatio ab erroribus Grammaticorum non liberat, an te a criminibus peſſimis liberabit?* Vnde Lactantius egregie Inſtit. 5. cap. 19. *Se pie ſacrificaſſe opinantur ſi cutem lauerint, tanquam libidines intra pectus incluſas vlli amnes abluant, aut vlla maria purificent.* Catull. *-- non ingens abluat Oceanus.*

Mola ſalſa.

Tibullus eleg. 5. lib. 1. addit *molam ſalſam.*

Ipſe procuraui, ne poſſent ſæua nocere
Somnia, ter ſalſa *deueneranda* mola.
Ipſe ego velatus filo, tunicisque ſolutis,
Vota nouem Triuiæ nocte ſilente dedi.

Idem Eleg. 4. lib. 3. *per ſalem* ait placari hæc inſomnia.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pauidas mentes falſa timere iubent.
At natum in terras hominum genus, omina noctis
Farre pio placat, & ſaliente ſale.

Ex vino Falerno expiatio.

Etiam *vino* expiabant. Martialis libr. 11. epigramm. 5.

Amphora nunc petitur nigri cœnoſa Falerni,
Expiet vt ſomnos garrula Saga tuos.

Lauro Auentina. *Sulphure. Tedis.*

Adhibebatur *& laurus Auentina*, apud Roman. Plinius libr. 15. cap. 30. Et ex Theocrito *rubus paliurus* in Heracl. Et *ſulphur*, & cum ſulphure *tedæ* & *ouum*. Apuleius 15. Metam. *Teda lucida, & ouo, & ſulphure purificauit.* Iuuenalis:

Sulphura cum tedis, & ſi foret humida laurus.

Purgatoria trãs caput proiecta. In fluuium. In triuium.

Et illa purgatoria poſtea proijciebant in mare, vel in fluuium, vel in triuium trans caput, & auerſi ne viſu polluerentur. Virgil. Eclog. 8.

-- Riuoque fluenti

Tranſque

Tranſque caput iace.

Oliua adhibita pro aſpergine. Etiam *branchia oliuæ* adhibita. Virgilius 6. Æneid.

Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.

Et ros marinus. Et *rore marino*, vt ſcribit 2. Georg.

Vix humiles apibus caſias, roremque miniſtrat.

Et hyſſopus apud Iudæos. Iudæis *hyſſopus*, quod videre eſt Exod. 12. *Faſciculum mihi hyſſopi tingite in ſanguine.* Ita fiebant illæ februariæ. Sed hæc purgamenta non me purgabunt culpa nimietatis: vide tamen Columellam lib. 12. diſ. 4. Nunc dixi de expiatione ſomniorum, alibi dicam de expiatione votorum, lib. 2. Sed addo, (mox ſinio) etiam ad expiationem ſolitos *Veſtæ narrare ſua ſomnia.* Propert. libro ſecundo, eleg. 30.

Ibat & huic caſtæ narratum ſomnia Veſtæ,
Neu tibi, neue mihi, quæ nocitura forent.

Sed Germanicus, nec terreri debuit, nec expiare ſomnium. Nam

εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.
Vnum augurium optimum defendere patriam.

**contumacia?* Cœpta luce miſſæ in latera [1] legiones, metu an * contumacia locum deſeruere, capto [2] propere campo humentia vltra. Neque tamen Arminius, quanquam libero incurſu, ſtatim prorupit: ſed vt hæſere cœno, foſſiſque [3] impedimenta, turbati circum milites, incertus ſignorum ordo, vtque tali in tempore, ſibi quiſque properus, & lentæ aduerſum imperia aures, [4] irrumpere Germanos iubet, clamitans, [5] *En Varus, & eodem iterum fato victæ legiones.* [6] Simul hæc, & cum delectis ſcindit agmen, equiſque maxime vulnera ingerit. Illi [7] ſanguine ſuo, & [8] lubrico paludum lapſantes, excuſſis rectoribus, diſijcere obuios, proterere iacentes: plurimus circa aquilas labor, quæ neque aduerſum ferri ingruentia tela, [9] neque figi limoſa humo poterant. Cæcinna dum ſuſtentat aciem, ſuffoſſo equo delapſus circumueniebatur, ni prima legio ſeſe oppoſuiſſet. Iuuit hoſtium auiditas, omiſſa cæde, prædam ſectantium: eniſæque legiones, veſperaſcente die, in aperta & ſolida. neque is miſeriarum finis: ſtruendum vallum, petendus agger. Amiſſa magna ex parte, per quæ egeritur humus, aut exſcinditur ceſpes. non tentoria manipulis, non fomenta ſaucijs: infectos cœno, aut cruore cibos diuidentes, funeſtas tenebras, & tot hominum millibus vnum iam reliquum diem lamentabantur.

1 LEGIONES.] Quinta ſcilicet, cui datum dextrum latus; vna & vndeuigeſima, cui læuum. Sic enim progrediebantur.

Scripta lectio Taciti firmata. 2 PROPERE.] Placet hoc verbum: nam dixit *metu, aut per contumaciam.* Si metu, propere: nam

— Pedibus timor addidit alas.

Si per contumaciam, propere etiam, vt celerius vliginibus elapſi, hoſtem exciperent. Et addit, *propere*, quia inſtabat hoſtis. Potuere tamen *prope.* Sed prior lectio magis ad mentem Taciti, & ad rem. Nam paulo poſt. *Vtque tali in tempore ſibi quiſque properus, & lentæ aduerſus imperia aures.* Campum autem capiunt propere, quo pes firmior, ictus iuſtior, & ſolidior, & aggrediendi repellendique hoſtis modus facilior, & vt virtus pede labente, non labaret.

3 IMPEDIMENTA.] Id eſt omnis caſtrorum ſupellex, quæ pro implicamento eſt. *Quid impedimenta.* Nam *impedire* eſt implicare. Sic ſupra: *Cæterum vt iam iamque iturus, legit comites, conquirunt impedimenta.* Idem 2. Annal. *Longum impedimentorum agmen, opportunum ad inſidias, defenſantibus iniquum.* Tertull. de habit. mulier. *Ita omnia, damnatæ & mortuæ mulieris impedimenta ſunt, quaſi ad pompam funeris conſtituta.* Et hoc verbum militare frequens in Liuio, frequens in Cæſare. Qui autem militiam & bella ſcripſerunt olim, *impellimenta*, pro *impedimenta* dixere, ait Feſtus. Cæſar 7. Ciuilium: *Duabus Agendici legionibus atque impedimentis totius exercitus relictis ad Boſos proficiſcitur.* Recte, nam olim impedimenta omnium militum aut partis tantum, ſecuritatis gratia locis quibuſdam reponebantur.

4 IRRVMPERE GERMANOS.] Lego, *in Germanos iubet.*

5 EN VARVS.] Pugnæ ſignum viua voce ducis. *Pugnæ ſigna viua voce ducis.* in quo apparuit, quod in Prouerbio, *Deus fortes adiuuat.* Sic ſupra. *Pergerent, properarent, culpam in decus verterent.* Et l. 2. Annal. *Irent, ſequerentur Romanas aues.* Et apud Liu. lib. 6. *Infer miles ſignum, ſequere imperatorem.* Ita etiam pugnæ finis, duce proclamante, *Parce ferro miles.* *Pugnæ finis viua voce.* Vt apud Florum libr. 2. cap. 6. poſt pugnam Cannarum. Aliquando enim *per claſſicum* incipit pugna: vt in Siſennæ fragm. *Poſtquam in ſonu ſignorum prælium magno cum virorum clamore commiſſum eſt.* Virgil.

Per claſſicum aliquando.

Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu.

Statius 6. Theb.

Vt cum poſſeſſas auidis victoribus arces
Dux raptare dedit: vix ſigna audita, nec vrbem
Inuenias.

Ouid. 1. Metamorph.

Cæruleum Tritona vocat, conchaque ſonanti
Inſpirare iubet, fluctuſque & flumina ſigno
Iam reuocare dato.

Sic Florus in ciuili bello Cæſaris & Pomp. *Denique, quod aliter nunquam, ante imperium ducis ſua ſponte ſigna cecinerunt.* Et in reuocatione pugnæ. Silius lib. 13.

-- Vt finem ſpoliandis ædibus, ære
Belligero reuocante dedit.

Per ruſſatum vexillum.

Aliquando pugna per *ruſſatum vexillum*. Oratio Heliogabali: *Nec vexilla rubra heic cerno, quod Romanis ſignum pugnæ proponi conſueuit.* Et Cæſar 7. de bell. Gall. *Accelerat Cæſar vt prælio interſit, eius aduentu ex colore veſtitus cognito, quo inſigni in prælijs vti conſueuerat.* Sed illud præparatio erat potius ad pugnam, quam inſtantis pugnæ tempore copia feriendi & irruendi in hoſtem. Et per *teſſeram*, vt noſter Hiſt. 3. *Eadem acie crebris interrogationibus notum pugnæ ſignum.* Sil. lib. 15.

Per teſſeram.

-- Tacitum dat teſſera ſignum.

Nam ſigna pugnæ non ſemper vocalia, ſed muta interdum.

Verbum, ſimul.

6 Simvl hæc.] Oratio Taciti, pictura eſt, vtiturque hoc verbo ad momentaneum impetum exprimendum, quod faciunt Poetæ. Virgil. 9. Æneid.

-- Simul arripit ipſum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.

Papin. 2. Theb.

-- Simul hæc, & craſſum ſanguine telum
Iam redit.

Liuius etiam ſæpe, cuius noſter imitator. Et Florus, vbi impetum & velocitatem ſignat victoriæ. *Venit, percuſſit, abſceſſit.* Sic enim de Cæſare in Mithridatem. Ideo dixit Cæſar, *Veni, Vidi, Vici.*

7 Sangvine svo.] Sic Ouid. 5. Metamorph. fab. 1.

Ecce Suenites genitus Methione Phorbas,
Et Libys Amphimedon auidi committere pugnam,
Sanguine qua late tellus madefacta tepebat,
Conciderant lapſi.

Vt notes frequentiſſimum iſtum caſum in prœlijs, & Virgilio, & Homero memoratum.

8 Lvbrico palvdvm.] Quod fit in inferioris Germaniæ terris paludoſis, & vliginoſis.

Intereunt, labuntur, eunt vt omnia verſum.

ait Lucilius. Et Ennius 3. Satyr.

Reſtitant, occurrunt, obſtant, obſtringillant, obagitant.

Nonius in verbo *obſtringillare*. Silius autem libro 4. eleganter iſta deſcribit, & in pari diſcrimine.

Paludis lubricæ deſcriptio.

Nec niti, lentoque datur conuellere limo
Merſa pedum penitus veſtigia: labe tenaci
Hærent deuincti greſſus, reſolutaque ripa
Implicat, aut cæca proſternit fraude paludis.
Iamque alius ſuper, atque alius per lubrica ſurgens,
Dum ſibi quiſque viam per inexplicabile littus
Præripit, & putri luctatur ceſpite, lapſi
Occumbunt, ſeſeque ſua preſſere ruina.

Iſtud autem tam militi laborioſum, quam periculoſum. Sic Apuleius 9. *rurſus ad viam redeunt lacunoſis incilibus voraginoſam, partim ſtagnanti palude fluidam.* Et alibi: *ſubluuie cænoſa lubricam.* Vt Germaniam notes non ſolam iſto vitio laborare.

Fixa ſigna.

9 Neqve figi limosa hvmo.] Nam figebantur ſigna, legione ſtante; auellebantur abeunte. quod dixi. Et ex 3. Annal. Cœlij Antipatri Non. *Omnes ſimul terram cum claſſe accedunt, nauibus atque ſcaphis, egrediuntur, caſtrametati, ſigna ſtatuunt, vnde hodieque metatores dicuntur.* Quæ antequam figerentur, non equo, ſed a ſignifero in commeatu portabantur; idque manu, non vehiculo. Sueton. cap. 43 in Calig. *Contra morem ſigna iumentis imponere.* Nam hoc erat peſſimi, vt putabant, ominis. Et Romani omnium curioſi indagatores. Quippe auguria a ſignis euellendis aut figendis capiebant. De euellendis, Dio 40. *Eam aquilam haſtæ impoſitam vnus quidam vir portat. Præacuta eſt, & in cuſpidem acutum deſinit, vt in ſolum defigi poſſit. Huiuſmodi ex aquilis vna noluit cum Craſſo Euphratem tranſire, ſed perinde ac ſi terræ adnata eſſet, ita infixa hæſit, donec tandem a multis circumſtantibus euulſa fuit.* Idem eodem: *vexillum præterea vi vehementis venti a ponte in flumen decidit. Quæ cum eueniſſent, facile docebatur calamitatem ipſis prædici.* De figendis, Silius libro 8.

Signa euulſa.

Vt ventum ad Cannas, vrbis veſtigia priſcæ,
Defigunt diro ſigna infelicia vallo.

Et lib. 5. de abitu, qui parem noſtro ſucceſſum habuit.

Signa etiam effuſa certant dum vellere mole,
Teterhumo lacera nitentum erupit in ora
Exultans cruor: & cadis documenta futuræ
Ipſa parens miſeris gremio dedit atra cruento.

Et Claudian. de bello Gildon.

-- Vt rubris aquilas figamus arenis.

Prudent. in pugna Luxur.

Vexillum ſublime crucis, quod in agmine primo
Dux bona prætulerat, defixa cuſpide ſiſtit.

Siſtit & perſtitit loco manſura.

[1] Forte equus, abruptis vinculis, vagus, & clamore territus, quoſdam occurrentium obturbauit. [2] tanta inde conſternatio inrupiſſe Germanos credentium, vt cuncti ruerent ad portas, quarum [3] decumana maxime petebatur, auerſa hoſti, & fugientibus tutior.

Cæcinna, comperto vanam eſſe formidinem, cum tamen neque autoritate, neque precibus, ne manu quidem obſiſtere, aut retinere militem quiret, proiectus in limine portæ, miſeratione demum, [4] quia per corpus legati eundum erat, clauſit viam, ſimul tribuni & centuriones falſum pauorem docuerunt. Tuuc contractos in principia, iuſſoſque dicta cum ſilentio accipere temporis ac neceſſitatis monet: *vnam in armis ſalutem*, [5] *ſed ea conſilio temperanda: manendumque intra vallum, donec expugnandi hoſtes ſpe, propius ſuccederent, mox vndique erumpendum: illa eruptione ad Rhenum*
* plureis *perueniri. quod ſi fugerent, * pluris ſiluas, profundas magis paludes, ſæuitiam hoſtium ſupereſſe. At victoribus decus, gloriam, quæ domi cara, quæ in caſtris honeſta* memorat, reticuit de aduerſis. Equos dehinc, [6] or-
* a ſummis ſus * a ſuis, legatorum, tribunorumque, nulla ambitione, fortiſ-
* vi hoſtem ſimo cuique bellatori tradit, vt hi, mox pedes, * in hoſtem inuaderent.

1 Forte eqvvs.] Hæc ex fortuna, ſed ex arte & induſtria, quod ſcribit L. Siſenna in fragm. *Equum concitatum princeps ad hoſtium tranſmittit aciem, vt ſcilicet terreret*, quod imitatur Tacitus. Nam vt ſcribit Quadrigarius, ex Nonio, *Equæ inbibundæ inter ſe ſpargunt terram calcibus & terrent.* Et talis natura eſt equorum qui animalium omnium decus & generoſitas. Lucillius ex Gellio alijſque centonibus digeſtus pulchre:

Ipſe equus non formoſus gradarius optimus vector,
Qui colles campoſque gradu perlabitur vno,
Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis ceruicibu' poſſunt.
Hunc mille paſſum qui vicerit atque duobus
Campanus ſonipes ſubcurſor nullu' ſequetur
Maiore ſpatio ac diuerſu' videbitur ire.

Et Claudian. in nupt. Honor. & Mariæ:

-- Tumidus quatienſque decoras
Curuata ceruice iubas.

Et Virg. 4. Æn. *pedibus qui ſpargat arenam.* Et 3. Georgic.

Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens voluit ſub naribus ignem.

Apul. *Equum ipſum ſolum contuemur, ſi ad ſpeciem, honeſtus; ſi ad curſuram, vegetus; ſi ad vecturam, validus.* Legi alicubi quendam nutriuiſſe mulos calcitrones quos in hoſtium caſtra miſerit turbationis ergo.

2 Tanta inde consternatio.] Papin. 7. Theb. hoc verbo vſus:

-- Hoſteſque propinquos
Adiurat, turmaſque metu conſternit inani.
Nil falſum trepidus.

Et verbum hoc apud authores frequens. Sueton. in Iul. cap. 20. *Nec quoquam reperto, cui ſuper tali conſternatione referre auderet.* Et in Claud. cap. 12. *Magna conſternatione, populus militem, quaſi proditorem inceſſere non ante deſtitit.* Val. lib. 4. de amore coniugali, vbi de Iulia Cæſaris filia. *Subita rerum conſternatione, & graui dolore corporis, partum eijcere coacta eſt.* Sic vxor Phinees 1. Reg. 4. cap. Idem author de pub. iudic. *Filius Gabinij Siſenna, publicæ conſternationis impulſu, ad pedes ſe Memmij ſupplex proſtrauit.* Grammatici, vt Feſtus, ſcribunt verbum *Conſternationis* a ſternutamento deductum, quod eo toto concutimur corpore: & definiunt *concitationem ſubitam ex aliquo metu.* Sed in iſto Grammaticorum puluere multi ſunt ſcrupi. Sane Romani, vt magni & nimij ominum obſeruatores ex ſternutamentis mala vel bona ſibi euentura putabant, ſiue nare dextra, vel ſiniſtra id fieret. Itaque Tiberius ex Plinio lib. 38. *In ſternutamentis ſalutari ſe voluit*, & acclamabatur ſternutantibus, Ζεῦ σῶσον. Et ex ſalitu oculorum & cordis, & ex garritu aurium vel tinnitu, & ex palpitatu futura prædicebant: de quibus alias. Sed dicam ex Veris: inde *conſternatio*, quod auditis rebus peſſimis ſolo ſe ſternerent. Et hoc ab Hebræis: nam 1. Reg. 28. *Saul cecidit porrectus in terram, mox ſurrexit; & ſedit ſuper lectum.* Et 2. Reg. cap. 12. *Ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram.* Et eodem lib. 14. cap. *Rex ſcidit veſtimenta ſua, & cecidit ſuper terram.* Et Ioſippus cap. 7. libr. 12. *Cum audiſſem, barbam meam auulſi, ſuper caput meum cinerem aſperſi, & ſummo dolore affectus in terra conſedi.* Et Iob. 2. *Plorauerunt ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput, & ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus.* Et conſternationis hæc ſunt ſolemnia & fontes Verbi.

3 Decvmana.] Quæ ſemper in poſteriore caſtrorum parte. Et *porta* maior *decumana* dicta, vt *fluctus decumanus, decumana oua.* Quod Cæſar innuit lib. 3. de bello Gall. Ergo auerſa, non aduerſa hoſtibus. Nam frons caſtrorum *porta Prætoria*; tergum caſtrorum, *porta Decumana*: Prætoria porta, hoſtem ſemper ſpectabat, decumana, *patriam.* D. Auguſtin. in Pſalmo 64. *Peregrinationem noſtram dirigendo, ad hoſtes faciem poſueramus, & dorſum ad patriam.* Alludit ad morem caſtrorum. Liu. libr. 3. de decumana porta. *In caſtris Furius Conſul, cum primo quietus, obſidionem paſſus eſſet, in incautum hoſtem decumana porta irrupit, & cum perſequi poſſet, metu ſubſtitit, nequa in parte altera, in caſtra vis fieret.* Noto autem caſtrorum portas humiles, & arctas fuiſſe, *Caſtrorum portæ humiles, & biſori cardine ſubſtentata.*

& duplici cardine pendentes. Prudent. de pugna Auaritiæ.

Ventum erat ad fauces portæ caſtrenſis, vbi arctum

Liminis introitum bifori dant cardine clauſtra.

Nam quo anguſtior ingreſſus, eo hoſtibus irrumpentibus difficilior. quod tetigi ſuperius.

Irreuerentia calcare corpus.

4 QVIA PER CORPVS.] Per corpus calcatum irruere ſumma eſt irreuerentia. Sic Tanaquil calcato patris cadauere ad imperium magno ſcelere ruit. Salluſt. fragm. Hiſt. *Sertorius Parthu turbam morantibus, vt in terrore ſolet, generis, aut imperij diſcrimine, per calonum corpora, ad medium, quaſi deſuper adſtantium manibus, in murum attollitur. Et Pomponius C. Gracchi Amicus cum detecta conſpiratione late quæreretur, quo is euaderet, concitatum ſequentium agmen in porta Trigemina aliquandiu acerrima pugna prohibuit, nec viuus pelli potuit, ſed multis confectus vulneribus tranſitum eis ſuper cadauer ſuum dedit.* Val. 4. libr. Seneca 1. Controu. cap. 7. *Abdicato non permittam exire, inijciam manus, tenebo. Nouiſſime ante limen exeuntis cadauer hoc ſternam: vt ad hoſtem peruenias, patrem calca.* In Pſalmo. *Conculcabis leonem & draconem.* D. Ignat. ad Philipp. *Tu Domini conculcatis pedibus, quomodo tentas eum?* D. Hieronym. epiſt. 1. *Licet in limine portæ pater iaceat, per calcatum perge patrem.* Et cape ad hunc morem, quod de Encebolio Sophiſta Conſtantinopolitano, deſultore religionis Catholicæ, ſcribit Socrates libr. 3. cap. 11. qui ſub Conſtantio Catholicus; ſub pagano Iuliano, paganus; ſub Iouiniano Catholico, rurſum Catholicus factus, in limine Eccleſiæ proſtratus, clamabat deſultor turpis: *Conculcate me ſalem inſulſum.* Forte hoc fluxit a priſcorum victorum more, qui victis calcari colla pedibus imperabant. Ioſue cap. 10. Et Virgil. 10.

Calcata colla victoribus.

Tum ſuper abiectum poſito pede nixus & haſta,
Pars belli haud temnenda viris, iacet altus Orodes.

Capitolinus in Seuero: *Reliquum cadauer ante domum propriam exponi ac diuidi iuſſit. Equum præterea ipſe reſidens ſupra cadauer Albini egit, expaueſcentemque admonet, vt effrenatus audacter protereret.* Inde verbum *ſuppeditare*, id eſt, ſub pedes deijcere. Cicero: *Suppeditari, turpiſſimum: ſuperare, pulcherrimum.* Syneſius epiſtola 4. *Proiectum ſe conculcandum præbuit nautis.* Etiam victores victos ferratis carpentis calcari, & proſcindi iubebant. 1. Machab. capite 5. *Peremerunt omnem maſculum in ore gladij, & eradicauit Ephron, & accepit ſpolia eius, & tranſiuit per totam ciuitatem ſuper interfectos.* Et Reg. 2. cap. 12. *Populum eius ſerrauit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta, diuiſitque cultris, & transduxit in typo laterum.* Iuuenal. Satyr. 10.

Dum licet, in ripa calcemus Cæſaris hoſtem.

Ita fuerat a Duce imperatum militibus Hebræis. Nec tam a duce, quã a Deo ducũ duce. Nec omitto quod ſcriptum 1. Reg. c. 5. *Sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediebantur templum Dagon, non audent calcare limen templi, quod arca Dei Aſotum tranſeunte Idolon Dagon corruiſſet, & manus, & caput eius in limine templi abſciſſa iacuiſſent.* Ergo irreuerentia eſt calcare corpus. Quod pagani docent.

Bellum conſilio temperandum.

5 SED EA CONSILIO TEMPERANDA.] Ne ſcilicet bellum belluinum ſit, in quo impetus, non ratio locum habeat. Numquam enim, ne in bello quidem, humanitatis fontes ſunt ſiccandi. Et pulchre Titinnius apud Nonium: *Gubernator torquet nauem ſapientia, non valentia.* Noſter Hiſt. 2. *Videndum eſt quo hoſtis imprudentia ruat, & quod loco ſapientiæ eſt, alienam ſtultitiam opperiri.* Papinius 10. Theb.

--Nec frena animo permitte calenti,
Da ſpatium, tenuemque moram, male cuncta miniſtrat
Impetus.

Agellius lib. 13. cap. 3. ait, *Perraro bonum Imperatorem in pugnam deſcendere, niſi magna inſtet neceſſitas, & occaſio.* Ac ne regem quidem in caſtris proficiſci, quia inde magnæ regnorum ſtrages. Et Dauidi prohibitum, *ne extingueretur lucerna Iſrael.* Reg. 2. Nam vere optimus rex lumen eſt populorum, & terrarum ſplendor.

Tacitus correctus.

6 ORSVS A SVIS.] Hoc *a ſuis* pleriſque Taciti locis morbum facere iam docui ſupra. Et hic locus pro exemplo erit. Nam legendum eſt *a ſummis*, cum adijciat, *Legatorum, Tribunorumque.* Nam hi ſummi in caſtris, & veluti legionũ vertices. Sed extra Tacitum multi ſunt loci in authoribus, & in præſens vnus eſt præ manu apud Suet. in Auguſt. cap. 10. *Aquilifero legionis ſuæ grauiter ſaucio.* Nam quæ illa ſua legio? & quando ita dicta? Lego, *legionis ſummæ*, id eſt, primæ legionis. Nam primus numerus eſt fundus numerorum. Et *primus, ſummus.* Cicero in Partit. *Primum & ſummum eſt.* Sic dicimus Primas partes, pro præcipuis. Niſi *ſuam* vocet legionem *Octauam*, quia *Octauius* tunc dictus eſt, quam ideo ſuam fortaſſe vocauerit. Et apud Lampridium in Alexandr. Seuero: *obiectu purpuræ ſummæ a militum ira defendit.* Id eſt, obiectu imperatoriæ purpuræ Vlpianum Iuriſconſ. defendit qui tutor eius. Et eodem loco vocat eundem Vlpianum, *Aſſeſſorem ſemper ſummum*, quod in iure dicundo ei ſemper aſſideret Vlpianus.

Sueton. explicatus & correctus.

7 VT HI, MOX PEDES, IN HOSTEM INVADERENT.] Putaui aliquando legendum. *Mox in pedes, hoſtem inuaderent.* Nam Tacitus in Agric. *Dimiſſo equo pedes ante vexilla conſtitit.* Et apud nos iſtud frequens, vt eques recipiat peditem in tergo, viſoque hoſte receptus, ſe ſiſtat in pedes: mox & eques, & pedes irruant ſimul in hoſtem imprudentem. Sic apud Romanos, *Equites in equis ſua accipiebant ſingulos pedites.* Liuius libr. 27. Et Val. libr. 2. cap. 3. *E peditibus lectos expeditos iuuenes, veloci ſaltu iungere ſe equitibus.* Et rurſus: *Celeri motu dilabi inſtituit.* Loquitur de Næuio Centurione. Duæ fuere rationes apud Romanos, pedites in equis ſiſtendi. Prima, ſi laſſus. Secunda, ſi decertandi tempus ingrueret pediti, vt de Germanis ait Cæſar lib. 7. de bell.

bell. Gall. Sed puto legendum eſſe heic, *vi hoſtem inuaderent*, vt ſupra, *vi centuriones inuadunt*. Noſter enim vtitur ſæpe verbo, *vi*, quod heic murarunt, vt *in* legerent. Et ita interpretare verba Taciti: *vt hi*, ſcilicet equites, *mox pedes* (id eſt facti pedites) *vi hoſtem inuaderent*.

Haud minus inquies Germanus, ſpe, cupidine, & diuerſis ducum ſententijs agebat: Arminio, ſinerent egredi, egreſſoſque rurſum per humida, & impedita circumuenirent, ſuadente atrociora Inguiomero, & læta barbaris, vt vallum armis ambirent, promptam expugnationem, plures captiuos, incorruptam prædam fore. Igitur orta die proruunt foſſas, inijciunt crates, ſumma valli prenſant, raro ſuper milite, & quaſi ob metum defixo. Poſtquam hæſere munimentis, datur cohortibus ſignum, [1] cornuaque ac tubæ concinuere: exin clamore & impetu tergis Germanorum circunfunduntur, exprobrantes, non heic ſiluas, nec paludes, ſed [2] æquis locis æquos deos.[3] Hoſti facile excidium: & paucos ac ſemermos cogitanti ſonus tubarum, fulgor armorum quanto inopina, tanto maiora offunduntur, cadebantque vt rebus ſecundis auidi, ita aduerſis incauti. Arminius integer, Inguiomerus poſt graue vulnus, pugnam deſeruere; vulgus trucidatum eſt donec ira & dies permanſit: Nocte demum reuerſæ legiones, * quamuis plus vulnerum, eadem ciborum egeſtas fatigaret, vim, ſanitatem, copias, cuncta in victoria habuere.

* quæ quanquam vis plures & vulnera, tum eadem ciborum egeſtas

1 CORNVAQVE AC TVBÆ CONCINVERE.] Salluſt. 1. Hiſtor. in fragm. *Iuſſu Metelli cornicines occinuerunt.* Et Silius Italicus lib. 14. in eadem re.

--Terrificis ſæuæ ſtridoribus æris
Per vacuum latæ cantu reſonante profundum
Incubuere tubæ.

Tuba autem Epictero reſpondente Adriano, *Belli eſt incitamen, caſtri ſignum, arenæ admonitio, ſcenæ commiſſio, funeris deploratio.* Et ita deſcribitur epiſtola ad Dardanum, quæ poſt D. Hieronym. extat ſub titulo, de diuerſis generibus muſicorum. *Tuba*, inquit, *tribus fiſtulis æreis in capite anguſto inſpiratur, per quatuor vociductus æreos, qui per æreum fundamentum quaternas voces producunt, mugitum nimium vehementiſſimumque profert.* De tuba Poeta.

Deſcriptio tubæ.

At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida.

Quem mugientem facit Lucretius 4.

Cum tuba depreſſo grauiter ſub murmure mugit.

Et Tyrrhenum eius inuentorem facit Silius libr. 5.

Iſque inſueta tuba monſtrauit murmura primus
Gentibus, & bellis ignaua ſilentia rupit.

Agathias libr. 3. vbi de pugna contra Perſas, primo clamorem ponit, mox tubas bellicam cantionem occinentes, & a Perſis tympanorũ ſtrepitum, vlulatum terroris excitandi ergo, equorum hinnitus, ſcutorum ictus, loricarum fracturas acceperunt.

2 ÆQVIS LOCIS ÆQVOS DEOS.] Sic Diuus Hieronym. ad Lætam: *Æqua gratia æquum habeat laborem.* Et libro 3. Reg. cap. 20. De iniquitate loci ſerui Syriæ regis querebantur in prœlio victi. *Dij montium, ſunt Dij eorum, dicebant, ideo ſuperauerunt nos: ſed melius eſt vt pugnemus contra eos in campeſtribus.* Et ſane Vegetius ſcribit cap. 26. *plus interdum prodeſt locus, quam virtus in bello.* Virgil. 11. Æneid.

Æquum ſolum

--Quid tam egregium, ſi fœmina forti
Fidit equo? dimitte fugam, & te comminus æquo
Mecum crede ſolo.

Æquos Deos.

Sic Seneca dixit *Fortunam in æquum deducere.* epiſt. 11. Plin. præf. natural. Hiſtor. *Ex æquo imperium tecum viuit.* Papin. 6. Theb.

Fortunam in æquum deducere.

Ex æquo viuere.

Maiorque manus ſperatur in æquo.

Et idem eodem:

Iam tunc aſtu deducit in æquum,
Callidus.

Nam locorum iniquitas valde incommoda pugnis. Vt etiam pugnaturis, licet fortibus & validis. Sueton. in Tib. cap. 20. *Gratiam referens, quod ſe quondam cum exercitu iniquitate loci circunclusum paſſus eſſet euadere.* Et Cato 5. Origin. *Poſtridie ſignis collatis æquo fronte, peditatu, equitibus, atque alijs, cum hoſtium legionibus pugnauit.* Quod erat fortunæ, vt dicebant Pagani, beneficium non leue. Tamen Tacitus 1. Hiſt. dixit, *Apud Romanos omnia pretio apta.*

Æquus frons.

3 HOSTI FACILE EXCIDIVM.] Bene ſtat, ne moueas, & ita eſt Taciti ſenſus, quãuis oratio implexa. Sonitus tubarum, fulgor armorum,

tanto maiore offunduntur hoſti cogitanti facile excidium, & ſemermos, quanto inopina erant. itaque integra hæc ſinito, ne, ſi quid addas, perdas.

4 QVAMVIS PLVS VVLNERVM.] Tota hæc clauſula mutila & inuerſa eſt, quod ex notis cauſam habet. Nam quid iſtud, *Quamuis p[illegible] vulnerum habuere?* Et aduerte quod ſequitur, *vim, ſanitatem, copias, cuncta in poteſtatem habuere.* Nam ad ea verba, quæ ſunt ſuperius ſcripta, referri debent. Lego ergo. *Nocte demum reuerſæ legiones, & quanquam vis plures, vulnera, tum eadem ciborum egeſtas fatigaret, vim, ſanitatem, copias, cuncta in victoria habuere.* Et *in labore cuncta ſunt. Nam pugnax labor & pertinax obſtantia omnia ruit & ſubruit,* ait Seneca in epiſtolis. Notæ in verbo, *Quanquam*, quod repetendum erat, & in verbo, *plure*, pro *plures*, fecere *plus*. Explico autem ſic. Victoria adepta, hoſtes trucidati, donec ira & dies permanſit. fatigabant militem, vis in eo deficiens, qua vis hoſtium ſubderetur, & labor heſternus, & in hodiernis etiam inedia, & plures faſtidiebant vulnera accepta in conflictu. Quod ſuctum: ideo in militia chirurgi, vt Machaon & Podalirius in Homero qui plagis militum & corporum fracturis & ſciſſuris mederentur, & vitas reſarcirent. Omnia illa habuere habita victoria, Nam vim, ſanitatem, & cibos, adepta victoria ſunt conſequuti. Planus hic ſenſus eſt, & Taciti ſenſus verus.

Tacitus correctus.

Peruaſerat interim circumuenti exercitus fama, & infeſto Germanorum agmine Gallias peti; ac ni Agrippina impoſitum Rheno pontem ſolui prohibuiſſet, erant qui id [1] flagitium formidine auderent. ſed fœmina ingens animi, munia ducis per eos dies induit, militibuſque, vt quis inops, aut ſaucius, [2] veſtem & fomenta dilargita eſt. [3] Tradit C. Plinius Germanicorum bellorum ſcriptor, ſtetiſſe apud principium pontis, [4] laudes & grates reuerſis legionibus habentem. Id Tiberij animum altius [5] penetrauit. *non enim ſimplices eas curas; nec aduerſus externos militem quæri: nihil relictum imperatoribus, vbi fœmina manipulos interuiſat, ſigna adeat, largitionem * tentet, tanquam parum ambitioſe filium ducis gregali habitu circunferat, Cæſaremque Caligulam appellari velit. Potiorem iam apud exercitus Agrippinam, quam legatos, quam duces: compreſſam a muliere ſeditionem, cui nomen principis obſiſtere non quiuerit.* Accendebat hæc, onerabatque [7] Seianus peritia morum Tiberij [8] odia in longum iaciens: quæ reconderet, auctaque promeret.

* tentet, & tanquam

1 . FLAGITIVM.] Quod flagitium? vt ſcilicet pontem præ formidine ſoluerent: quod frequens in his libris. Nam ſic noſter libro 3. vbi de obſidione Tacfarinatis. *Id miles*, inquit, *flagitium ratus.* Tanta enim erat in milite Romano honoris cupiditas, vt nihil de eo remitteret, ac ne quidem vereri hoſtem videretur, nec ab eo beneficium accipere. *Odi Danaos vel dona ferentes*, inquit Poeta.

Miles Romanus hoſtem timere flagitium putat.

2 VESTEM.] Sic infra, *Smyrnenſes militi Romano veſtem ſe dediſſe gloriantur*, libro 4. Annal. Et de illa veſte ſic noſter: *ambitioſe filium ducis gregali habitu circumferat.* Nam illex eſt militum militari habitu Principes veſtiri & militari eſſe virtute: ideo Tiberius addit *ambitioſe*, quaſi ambiuerit fauorem militum iſto veſtitu. At vero parabantur interdum veſtimenta militi per conductores, vt L. *Inuiti*, de teſt. D. *vt inuitus teſtimonium non dicat, qui quid præbendum exercitui conduxerit, vt veſtem, frumentum, vinum, & alia exercitui neceſſaria.* Cura fuit prouincialium veſtem militi ſuggerere. Et Plutarchus in Antonio, ait Octauiam eius ſororem multa veſtimenta militibus attuliſſe. Vt Auſonius de Treuiris in claris vrbibus.

Militi per conductores veſtimenta.

Poſtea prouincialium cura.

Imperij vires, quod alit, quod veſtit, & armat.

Dixi aliquid ſupra. Sed hæc addidiſſe, quis moleſte ferat?

3 TRADIT C. PLINIVS.] O ſalue C. Plini, exilij mei ſolatium & amœnitas, & inter quatuor viros meæ calamitatis comites, amatum, & amandum caput. Nam patria carenti dediſti totum orbem luſtrare, naturamque vniuerſam ſpectare, & peregrinari tuorum librorum ſubſidio. Salue, inquam, cuius ingenio Romanū imperium ceſſit. Tanque viue, quantum victura eſt natura, quam tam eleganter ingenij coloribus pinxeris. Quod vero Tacitus citat Plinium de bellis Germanicis, illi libri intercidere. Sed nepos Plinius epiſtola ad Marcum viginti libros fuiſſe memorat. Poſt quem Aſinius Quadratus homo Italus ſcripſit accurate de rebus Germanicis, ſed poſteriore æuo, quem citat Agathias libr. 1. Alio autem loco, & in iiſdem libris noſter authorem Plinium laudat. Magnum hercule, & honorandum. Nam Gellius vocat *doctiſſimum ſui temporis*, lib. 9. cap. 16. Et eodem libro cap. 4. *Plinius*, inquit, *Secundus vir in temporibus ætatis ſuæ ingenij*

Plinius ſolatiū exilij authoris.

genij dignitatiſque gratia, authoritate magna præditus, ſcribit in libro natur. Hiſtor. 17. Dignum certe, digno viro elogium. Et hercle vir mere litteroſus fuit, vt loquitur Hemina libr. 4. Annal. cuius elogium in veteri lapide qui ſtat Benaci: C. PLINII. VERONENSIS. HISTORIARVM. N. L. OMNIVM. MEMORIAM. DEDIT. Id eſt, *Hiſtoriarum naturæ libro omnium memoriam dedit.*

4 LAVDES ET GRATES.] Valerius 3. cap. 8. *Quid fœmina cum concione? Si patrius mos ſeruetur, nihil. Sed vbi domeſtica quies ſeditionum agitata fluctibus eſt, priſcæ conſuetudinis authoritas conuellitur.*

5 PENETRAVIT.] Quia Tiberius ſui imperij magnus zelotes. Sed quid dixiſſet ſi poſteriorum imperatorum matres vidiſſet paſſim nominari caſtrorum matres, & Senatus & patriæ? Inſcriptio vetus in arca triumphali in foro Boario: IMPERAT. CÆSARI. L. SEPTIMIO. SEVERO. PIO. PERTINACI. &c. ET. IVLIÆ. AVG. MATRI. AVGVST. N. ET CASTRORVM. ET. SENATVS. ET. PATRIÆ. O homines ad ſeruitutem natos!

Tacitus correctus. 6 LARGITIONEM TENTET TANQVAM.] Dixi ſupra legendum eſſe, *largitionem tentet, & tanquam parum*: Et profecto vera eſt Taciti manus, & fatebuntur qui norunt. Nam ſic ſcriptum: *Largitionem tentET tanquam parum.* Spart. in Victoria, quæ Gallieni tempore tyrannidem auſa eſt: *Tetricum*, inquit, *ad imperium hortata eſt, vt virile ſemper facinus auderet. Et inſignita eſt præterea hoc titulo, vt caſtrorum ſe diceret matrem.* Ita militare nomen accepit, vt Caligula ſe militarem caligam dici patiebatur.

Seianus Tiberij fax. 7 SEIANVS.] Fax crudelitatis Tiberianæ, de quo noſter libris ſequentibus, & qui dominandi cupiditate ſibi malum acciuit. *Nam quo die Senatus eum deduxerat, populus in fruſta diſcerpſit.* Seneca de Tranquill. animi. Vnde Satyricus ita eum dente laceſſit quamuis mortuum.

-- Seianus ducitur vnco
Spectandus.

Quidquid autem homini congeri poterat, Dij, homineſque in eum contulerant: tamen ex eo nihil ſuperfuit quod carnifex traheret, ait idem Seneca. Libet heic attexere quod de Seiano Velleius ſcribit, vt ſcias in hiſtorico homine, tam male olere adulationem, quam putet oleum vetus. *Sub his*, inquit, *exemplis Tiberius Cæſar, Seianum Ælium, principe equeſtris ordinis patre natum* (id eſt L. Ælio Strabone, de quo ſupra) *materno vero genere clariſſimum.* (Nam ex Blæſorum clariſſ. familia, quæ a Sempronijs. Et forte Blæſilla dicta mater eſt, quia auunculum Blæſum facit Tacitus, ergo fratrem matris Seiani.) Addit; *veteres & inſignes honoribus complexum familias*: (nam ſtatuæ ei decretæ in Theatro Pompeij.) *Habentem conſulares fratres conſobrinos*, (quæ omnia ignota nobis, tacentibus libris. tamen inter conſobrinos accipio filium Blæſi, qui in ſeditione fuit militum legatus, electuſque perferendis eorum mandatis) cui duos alios Blæſos etiam annumero qui poſt Seiani conſobrini caſum ſua manu cecidere. Tacit. lib. 6. Subiungit Velleius: *auunculum* (ſcilicet Blæſum de quo Tacit. 3. Annal.) *ipſum laboris ac fidei capaciſſimum*, (de fide tamen dubitauit Tiberius, & vt raptorem imperij trucidauit,) *ſufficiente etiam vigore animi, compage corporis, ſingularem principalium onerum adiutorem in omnia habuit, atque habet; virum ſeueritatis lætiſſimæ, hilaritatis priſcæ, actu otioſis ſimillimum, nil ſibi vindicantem, eoque aſſequentem omnia: ſemper infra aliorum æſtimationes ſe metientem, vultu vitaque tranquillum, animo exſomnem. In huius virtutum æſtimatione iampridem iudicia ciuitatis cum iudicijs principis certant*, &c. O Vellei, quam tu vngendis axibus idoneus es! Si Seianus hæc habuit, turpiter mori non debuit. Sed Tiberij meditata ruina, & imperij rapina & Druſi mors per venenum & in Liuillam adulterium, & ciuium cædes iure cæſum proclamarunt. *De Seiano teſtimonium Velleij* *Adulatorium.*

8 ODIA IN LONGVM IACIENS.] Id eſt, a longo tempore, quibus daret locum & copiam creſcendi, recondebatque ſinu donec aucta promeret in lucem, & vlciſceretur. Nam Reges ſciunt pro tempore iniuriarum obliuiſci, & pro tempore vlciſci. teſtis Hom. Il. α.

At Germanicus, legionum, quas nauibus vexerat, ſecundam, & quartamdecimam itinere terreſtri, [1] P. Vitellio ducendas trahit, quo leuior claſſis vadoſo mari innaret, vel [2] reciproco ſideret. Vitellius primum iter ſicca humo, aut modice adlabente æſtu, quietum habuit. mox impulſu Aquilonis, ſimul [3] ſidere æquinoctij, quo maxime tumeſcit Oceanus, rapi, agique agmen. [4] & opplebantur terræ; eadem freto, littori, campis facies. neque diſcerni poterant incerta ab ſolidis, breuia a profundis. Sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus iumenta, ſarcinæ; corpora exanima [5] interfluunt, occurſant, permiſcentur inter ſe manipuli, modo pectore, modo ore

tenus extantes, aliquando ſubtracto ſolo diſiecti, aut obruti. non vox, & mutui hortatus iuuabant. Aduerſante vnda nihil ſtrenuus ab ignauo, [6] ſapiens * a prudenti, conſilia a caſu differre; cuncta pari violentia inuoluebantur. Tandem Vitellius in editiora eniſus, eodem agmen ſubduxit. Pernoctauere ſine vtenſilibus, ſine igni, magna pars nudo aut mulcato corpore, haud minus miſerabiles, quam quos hoſtis circunſidet. Quippe illis etiam honeſtæ mortis vſus; his inglorium exitium. Lux reddidit terram, penetratumque [7] ad amnem * Viſurgim, quo Cæſar claſſe contenderat.

* a parum prudenti

* Amaſium

P. Vitellij oratio in Piſonem.

1 P. Vitellio.] Qui inter Germanici amicos interiores, & de quo Plinius ita. *Certe extat oratio Vitellij, qua reum Piſonem eius ſceleris coarguit, hoc vſus argumento, palamque teſtatus, non potuiſſe ob venenum cor Germanici Cæſaris cremari: contra genere morbi defenſus eſt Piſo.* Sueton. in Vitel. vbi de iſto Vitellio. *Publius Germanici comes, Piſonem inimicum & interfectorem eius, accuſauit, condemnauitque: ac poſt præturæ honorem, inter Seiani conſcios arreptus, & in cuſtodiam fratri datus, ſcalpro librario venas ſibi incidit: nec tam mortis pœnitentia, quam ſuorum obteſtatione, obligari, curarique ſe paſſus, in eadem cuſtodia morbo perijt.* cap. 1. Fuit vir eloquens. Nam Tacitus infra. *Seruæus Veranius, & Vitellius conſimili ſtudio, ſed multa eloquentia Vitellius.* Nec multa tantum, ſed iuſta, quia vindex Germanici crudeliter & inſidioſe veneno ſublati.

Prætorius. A Tiberio propter Seiani amicitiam cuſtodia fratris datus.

2 Reciproco sideret.] Reciprocum eſt, cum vnde quid profectum, eo redit. & *procare* poſcere eſt: *reciprocare*, vltro citroque poſcere, aiunt Grammatici. De iſta maris reciprocatione. Silius lib. 5.

Reciprocatio maris.

Cymothoes ea regna vaga pelagique labores
Luna mouet, Luna immiſſis per cærula bigis,
Fertque refertque fretum, ſequiturque reciproca Tethys.

Et idem libr. 15.

Nouerat atque vna pelagi, Lunæque labores,
Et pater Oceanus qua lege effunderet æſtus.

Beda de ratione vnciarum ſic ſcribit. *Philippus in expoſitione B. Iob, æſtum maris Oceani quotidie bis venire deſcribens, adiunxit hunc vnius Æquinoctialis horæ dodrante tranſmiſſo tardius, ſine intermiſſione, ſiue die venire, ſiue nocte.* Cauſam reciprocationis non dico, nam de illa Philoſophi plena manu. Et in illius perquiſitione Ariſtoteles vitam poſuit, vt Homerus cum Oraculi tricas diſſoluere non poſſet.

3 Sidere Æquinoctii.] Sed, an Verni, an Autumnalis? puto Autumnalis. Nam ſuperius dixit. *Initio Veris repentinus in Chattos excurſus.* Duo autem ſunt æquinoctia, Veris, & Autumni. Vlpianus L. 1. §. æſtatem. de aq. cot. & æſt. *Hiems ab æquinoctio autumnali incipit, & æquinoctio vernali finitur.* Auſonius Id. 24.

De Autumnali æquinoctio Tacitus interpretandus.

Sol profectus a teporo Veris æquinoctio
Poſt ſemidiem, poſtque totos nonaginta & quattuor,
Feruidis flagrans habenis pulſum æſtiuum conficit:
Inde Autumnus noctis horas vibrans æquo lumine,
Octo, & octoginta goerls & ſuper trihorio.

Ergo bellum cœptum verno tempore, traductum per æſtatem, eoque Autumnali æquinoctio, ea facta prœlia, quæ memorat. Quod autem bellum Vere inciperet, libr. 2. Reg. cap. 2. innuitur. *Vertente*, inquit, *anno, & eo tempore, quo ſolent Reges procedere ad bellum*, id eſt, Vere. Salluſt. 2. Hiſt. *Eodem anno, ex Macedonia C. Curio principio Veris, cum exercitu profectus in Dardaniam.* Noſter lib. 13. *Legionibus intra caſtra diſpoſitis, donec Ver adoleſceret.* Tamen ardor militum, non cœpto Vere properabat ad militiam. Interdum, *non obſtare hiemem* ait Tacitus 1. Hiſt. *neque ignauæ pacis moras, inuadendam Italiam, occupandam vrbem, nihil in diſcordijs ciuilibus feſtinatione tutius.* id eſt, ante Ver cœptum, & horrida hieme, inuadenda eſt Italia, quod Autumno finiente, redirent ad hiberna. Noſter 3. *Nec, vt mos fuerat, acta æſtate retrahit copias.* Et olim in Æſtiuale & Autumnale ſolſtitium totum annum diuidebant. Primum circa 12. Martij, alterum 14. Septemb.

Curita.

Vere bella.

Hieme hibernacula.

4 Et opplebantvr terræ.] Sic Lucillius ex Varrone 4. de ling. Lat.

Terra abit in nimbos imbreſque.

Et Virgil. 4.

-ruunt de montibus amnes.

Et 2. Æneid.

--rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, ſternit ſata læta boumque labores,
Præcipiteſque trahit ſiluas. ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.

5 Interflvvnt, occvrsant, permiscentvr.] Papin. 8. Theb. ſic exprimit verbis, quaſi coloribus.

--Se ſe ignari perimuntque caduntque.
Caſus agit virtutis opus. nunc turba recedit,
Nunc premit, ac vicibus tellurem amittit, & aufert.
Vt ventis, nimbiſque minax, cum ſoluit habenas
Iuppiter, alternoque afflixit turbine mundum,
Stat cæli diuerſa acies, nunc fortior Auſtri,
Nunc Aquilonis hiems, donec pugnante procella
Aut nimijs hic vicit aquis, aut ille ſereno.

Lapſus paludum verſupiſtus.

Quæ præclara eſt pugnantis naturæ controuerſia.

6 Sapiens a prvdenti.] Atqui illa non ſunt oppoſita, vt *ſtrenuus ab ignauo*. Lego igitur, *a parum prudenti*. Compendia litterarum & ſimilitudines hoc fecerunt. Si fuiſſet *ab*, legiſſem *ab imprudenti*. Quid ſi ſcripſerit

Tacitus correctus.

Videns, id eſt, prudens.

pſerit Tacitus, *a parum videnti*? Potuit enim opponere ſapientem, parum videnti. Et litteræ non repugnant, quod ſit ſapientis non modo quæ ante pedes ſunt perſpicere, ſed vlterius longe. Contra in imprudente, de quo dicitur, *Hic nihil, aut parum videt.* Cicero ad Torquatum l.6. epiſt. epiſtola, *Noui. Prima*, inquit, *conſolatio vidiſſe me pluſquam cæteros.* Et idem libr. 7. ad Curionem, epiſtola *Memini. Vidiſſe mihi multum videris.* id eſt, videris mihi prudens extitiſſe. *Cæcum me*, ait idem, *qui hæc ante non viderim.* 10. ad Atticum, epiſtola 34. *Cæci fuimus*, id eſt, imprudentes. 11. ad Atticum, 52. Inde, *viuus, videnſque pereo*, ait Comicus, id eſt, *ſapiens, ſentiens, & ſciens*, ait Donatus. Et apud Græcos Diogen. Laert. in Solone. *Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν μὲν σοφώτερος, τῶν δὲ ἀνδρειότερός εἰμι. Viri Athenienſes, alijs quidem ſapientior, alijs vero fortior ſum. Sapientior enim illis ſum, qui Piſiſtrati conatus non animaduerterunt.* Et Salluſt. *Prudens omnium quæ Senatus cenſuerat.* Et Videntes dicti Prophetæ in Biblijs, quia futura præuiderent, &, vt prouideretur, annunciabant. Et ita apud Hebræos 1. Reg. cap. 9. qui Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns: & D. Auguſtinus ait lib. 10. Confeſſ. cap. 35. *oculos eſſe in homine ad cognoſcendum principes*: Et ad oculos proprie *videre* pertinet, ſed vtimur hoc verbo in cæteris ſenſibus. Et *videntes* appellabantur Prophetæ, quibus Deus ſuam infuderat ſapientiam, & cum quibus loquebatur, edocens præſentia tempora, & res venturas. Tacitus libr. 4. Annal. *Quia pauci prudentiā, honeſta a deterioribus, vtilia ab noxijs diſcernunt, plures aliorum euentu docentur.* Quæ ſunt imprudentium dotes.

Prophetæ videntes.

7 AD AMNEM VISVRGIM.] Recte Lipſius arcuit ab hac hereditate verbum (*Viſurgim*) prælicenter poſitum. Nam gloſſema eſt, vt ſunt alia in hoc authore multa, quæ notauero. ille enim amnis Amaſius eſt, non Viſurgis. Et qui heic poſuit, impoſuit.

Gloſſema in contextum repenſa Lipſio animaduerſum.

Impoſitæ deinde legiones, vagante fama ſubmerſas. nec fides ſalutis, [1] * antequam Cæſarem exercitumque reducem [2] videre. Iam Stertinius ad accipiendum in deditionem Segimerum fratrem Segeſtis præmiſſus, ipſum & filium eius in ciuitatem Vbiorum perduxerat. data vtrique venia, facile Segimero; cunctatius filio: quia Quintilij Vari corpus inluſiſſe dicebatur. Cæterum ad ſupplenda exercitus damna certauere Galliæ, Hiſpaniæ, Italia, quod cuique promptum, arma, equos, aurum offerentes. quorum laudato ſtudio Germanicus, armis modo & equis ad bellum ſumptis, propria pecunia militem iuuit: vtque cladis memoriam etiam comitate leniret, circumire ſaucios, facta ſingulorum extollere, vulnera intuens, alium ſpe, alium gloria, cunctos alloquio, & cura, [3] ſibique & prælio firmabat.

* antequam Cæſar eum (id eſt Vitellium) exercitumque reducem videret.

1 ANTEQVAM CÆSAREM.] Non eſt ea Taciti ſcriptio. Et, ſi mea coniectura non fallit, puto ſcriptum. *Antequā Cæſar eum* (id eſt Vitelliū) *exercitumque reducem videret.* Nam quod ait ſubmerſas legiones fuiſſe, vt fama gerebat, intelligi non poteſt de ijs, quæ erant cum Cæſare, & quæ in ſolo erant, non in ſalo, & a quibus longe iſtud æſtuantis maris periculum, ſed de legionibus, quæ cum Vitellio, inter fluctus æſtuantis pelagi & inſanientis. Eadem ergo heic menda eſt, quæ multis alijs Authoris iſtius locis, in quibus, *quem*, pro, *quæ eum* legunt. Et niſi legas heic, *Cæſar eum*, in plano ſenſum nuſquam, & nunquam habueris. Sueton. cap. 3. in Iul. *Tum occaſioni, quam minorem opinione offenderat.* Vbi lego, *quia eum minorem opinione offenderat.* Et in Auguſt. cap. 45. *Cum eum circumtonſam matronam monſtraſſe compererat*, pro, *quia eum.*

Tacitus correctus & explicatus.

Suetonius correctus.

Iterum correctus.

2 VIDERE.] Quod legendum ſit, *videret*, ratio eſt, quia de Cæſare loquitur, & Vitellio. deinde in dictione *iam*, *i* pro *t*.

3 SIBIQVE ET PRÆLIO FIRMABAT.] Quid ſi, *cibiſque & prælio firmabat*? vt refectum cibis prælio, redderet audaciorem & fortiorem?

[1] Decreta eo anno triumphalia inſignia A. Cæcinnæ, L. Apronio, C. Silio ob res cum Germanico geſtas. [2] Nomen patris patriæ Tiberius a populo ſæpius ingeſtum repudiauit: neque in acta ſua iurari, quanquam cenſente ſenatu, permiſit. [3] cuncta mortalium * incerta, quantoque plus adeptus foret, tanto ſe magis in lubrico * dictans. non tamen ideo faciebat fidem ciuilis animi. nam legem maieſtatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, [4] ſed alia in iudi-

* in incerto
* dictitans.

cium veniebant; * ſi quis proditione exercitum, aut plebem ſeditionibus, denique male geſta Rep. maieſtatem populi Romani minuiſſet: [5] * facta arguebantur, dicta impune erant. [6] Primus Auguſtus cognitionem de famoſis libellis, ſpecie legis eius tractauit, commotus [7] Caſſij Seueri libidine, qua viros fœminaſque inluſtres [8] procacibus ſcriptis diffamauerat: mox Tiberius, conſultante [9] Pompeio Macro prætore, an iudicia maieſtatis redderentur, exercendas leges eſſe reſpondit. Hunc quoque aſperauere carmina incertis autoribus vulgata in ſæuitiam ſuperbiamque eius, & diſcordem cum matre animum.

vt ſi quis

Et facta arguebantur, vt dicta

1 Decreta triumphalia insignia.] Id eſt triumphales habitus. Sed ſine triumpho, vt Conſularia veſtimenra, ſine Conſulatu. Sueton. in Claud. cap. 5. *Tiberius patruus petenti honores, Conſularia ornamenta detulit: ſed inſtantius legitimos flagitanti, id ſolum codicillis reſcripſit, quadraginta aureos in Saturnalia & ſigillaria ſe miſiſſe ei.* Tamen triumphantem imperatorem ſequebantur, vt ſcribit Sueton. in Calig. licet non triumphantes, ſed triumphantibus proximi.

Tiberius pater patriæ dictus.

2 Nomen patris patriæ repudiavit.] Sueton. in Tiber. cap. 26. *Prænomen quoque imperatoris, cognomenque patris patriæ, & ciuicam in veſtibulo coronam recuſauit.* Erat certe inſigne elogium, *quod Ciceroni primo datum fuit Romæ*, inquit Plin. lib. 7. cap. 30. Et firmat Iuuenalis hoc verſu.

Quod recuſat. Cicero primus pater patriæ dictus.

-- Roma parentem,
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Et is eſt Cicero, *qui omnia incrementa ſua ſibi debuit, vir nouitatis nobiliſſimæ, & vt vita clarus, ita ingenio maximus, qui effecit, ne quorum arma viceramus, eorum ingenio vinceremur*, ait Velleius. Eleganter hercle: nam Ciceronis magna fuit exiſtimatio apud Romanos, & teſtatur ille ad Pætum epiſtola vltima lib. 9. epiſtol. In eo igitur conuiuio Cicero ille, *Quem aſpectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant ſua.* Tamen Silius, vbi de Fabio Maximo, *patrem in caſtris*, fuiſſe dictum ſcribit. Sed extra Romam, quia in caſtris quæ tunc extra Romam. Hoc datum Fabio.

Tamen Fabius Maxim. pater dictus ante eũ.

Sed hic in caſtris vlter Romæ.

-- Romana parentem
Solum caſtra vocant.

Et Valerius hoc etiam nomine illum decorat. Sed Maximus *pater legionum* dictus: at Cicero, *pater patriæ*: hic *Romæ*, ille in *militia*, & in caſtris. Recte autem dixit a *libera Roma* Iuuenalis ad excluſionem temporum ſequentium, quibus libertas oppreſſa ſub Cæſaribus, qui ſibi hoc nomen vindicarent. Nam a Iulio & Auguſto ſumptum fuit. Sed Auguſto delatum *per adulationem*, vt Iulio: at M. Ciceroni per *virtutem meram*. Auguſtus armatus rapuit; Cicero togatus delatum recepit. Hoc autem nomen, vt ait Dio lib. 44. & 57. habet neſcio quid commune cum Deo, & magis auguſtum, quam nomen domini. D. Hieronymus, *ait regem Philiſtinorum vocari Abimelech, quod ſonat, pater meus rex.* Sic Lactantius libr. 4. cap. 3. diuin. Inſtitut. *Omnem Deum, qui ab homine colitur, neceſſe eſt inter ſolemnes ritus & precationes patrem nuncupari, non tantum honoris gratia, verum etiam rationis, quod & antiquior eſt homine, & quod vitam, ſalutem, victumque præſtet, vt pater.* Tertull. in Apolog. *Qui pater patriæ eſt quomodo dominus eſt? Sed & gratius eſt nomen pietatis, quam poteſtatis. Etiam familiæ magis patres, quam domini vocantur.* Et Tacitus firmat lib. 12. Annal. *Nec dominationem, aut ſeruos, ſed rectorem, & ciuem cogitet, clementiamque ac iuſtitiam capeſſat.* Nam *amari, filiorum eſt; timeri, ſeruorum*, inquit Diuus Hieronym. Ita Claudian. de 4. Conſ. Honor.

Hic parens caſtrorum, ille patriæ.

Nomen patris nomine domini præclarius.

Primum pietatis nomen eſt.

Secundum poteſtatis.

Officium principis imitari patres.

Tu ciuem, patremque geras, tu conſule cunctis.

Magna auiditate ſequentes Imperatores hoc nomen ſunt venati, & venerati, vt Domitianus de quo Martialis.

-- Populorum eſt vox tamen vna
Cum verus patriæ diceris eſſe pater.

Et egregie Claudianus exclamat.

O fœlix, ſeruata vocat quem Roma parentem.

Pater patriæ nomen deſiderabile.

Et ante Domitianum Veſpaſianus & Titus hunc titulum habuere. Plin. in præfar. nat. Hiſt. *Nos quidem omnes, patrem te, fratremque dicimus, opere iuſto.* Qui ſunt veri bonorum principum tituli. Ouidius de Auguſto:

Etiam in alijs principibus.

Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques.
Res tamen ante dedit: ſero quoque vera tuliſti
Nomina, iampridem tu pater orbis eras.

Tiberius, ait Dio lib. 57. *dominum ſe ſeruorum, imperatorem militum, principem ſe cæterorum ferebat.* At patris patriæ elogium recuſauit. Et merito, qui patriæ oppreſſor, non pater fuit.

3 Cuncta mortalium incerta.] Vere: Nam ex Minutio Fœlice Cæcilius: *Omnia in rebus humanis dubia, incerta, ſuſpenſa, magiſque omnia veriſimilia quam vera.* Et Euripides vere in Hecuba: οὐκ ἔστι οὐδὲν πιστόν. *Nihil vſquam tutum. Fortuna enim tota vitrea eſt; cum fulget, frangitur. Eram olim, nunc non amplius ſum.* Sic Actius dixit, *cuncta fluxa, & crepera.* Non. Marcel. in verbo *crepera.* Nam, vt ait Liuius, *ſimul parta, ac ſperata decora, vno momento fortuna poteſt euertere.* Et ſcite Laberius, quem emendo.

Fortunæ fatinera.

Cum ad ſummum gradum claritatis veneris,
Conſiſtes ægre, & quam deſcendas, decides.
Cecidi ego, cadet qui ſequitur, laus eſt publica.

Laberius emendatus.

Lego ſecundo verſu: *Et quantum aſcendas, decides.*

cides. Sed quid ait, *laus publica?* imo dedecus publicum. Legè: *Lanx eſt publica.* Nam geminæ lances in ancipiti libra modo attolluntur, modo deprimuntur pro ratione ponderum. Tibull. l. 4. ad Meſſalam:

Nec tamen hinc, aut hinc tibi laus, maior've, minorve,
Iuſta pari premitur veluti cum pondere libra,
Prona nec hac plus parte ſedet, nec ſurgit ab illa,
Qualis inæquatum ſi quando onus vrget, vtrimque
Inſtabilis natat, alterno depreſſior orbe.

D. Auguſt. Pſalmo 9. *Nemo de poteſtate ſibi magnifice placeat, nec intumeſcat. Locus eſt lubricus, & præceps, & eos, qui non attendunt, facillime ſubuertit.* Et Papin. 8. Theb.

Atque illi extemplo, cui ſpes infringere dulce
Immodicas, fortuna venit.

Seneca emendatus.

Nihil medium, inquit Seneca, *inter præcipitia, & ſumma; inter fortunam maximam & vltimam nihil intereſt.* Et idem libro de Tranquil. anim. quem emendo. *Quæ ſunt*, inquit, *diuitiæ, quas non egeſtas, & fames, & mendicitas a tergo ſequantur? Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, & patricia, ſordes, & exportatio, & notæ, & mille maculæ, & extrema contemptio? Scito omnem conditionem verſabilem eſſe.* Lego, *verſatilem.* Sic molæ truſatiles, & verſatiles dicuntur.

Author Daretis Phrygij. *Sub nomine Daretis falſo.*

Quiſquis eſt, qui de bello Troiano pro Darete Phrygio ſcripſit, quem Cornelium Nepotem falſo autumant, & fuiſſe Ioſephum Iſchanium Anglum Oxonienſem credunt, qui vixit temporibus D. Thomæ Cantuarenſis, ſub Henrico II. Anglorum rege circa annum 1189. multa ad hanc rem venuſte dixit, quæ ſubiicio lubens, quia pulchra, & vt me ſolet in meis angoribus.

Felices, quos non trahit ambitus, ardua nactus,
Non in ſe deſcendit honos, non cæca poteſtas,
Quid poſſit fortuna videt, non perfida ſentit
Proſperitas, fleuiſſe humilem, qui ridet in altis.
Parcite, ſacrilega ſuperos inceſſere præda,
Parcite, venales quiſquis venatur honores,
Vnde ruat tabulata ſtruit, premit vltio noxas
Tunc grauior, cum tarda venit, tunc plena timoris,
Cum floret, miſeri felix iniuria voti.

Chriſtianus fuit.

Fuit ille Chriſtianus, vt obiter dicam. Nam libr. 3. vbi de morte Caſtoris, & Pollucis, arguit Athenienſes, qui tales Deos finxerint.

Deſine Cecropij funeſta licentia pagi,
Inceſtos generare Deos: non fabula cœlum,
Sed virtus non ficta dabit.

Et addit de huiuſmodi Dijs, aut potius propudijs Sathanæ.

— Mentiris adeptos
Sidera, gentilique preces deludis acerra.

Vixit bello Hieroſolymitano. *Alloquitur vnum ex regibus Franciæ.*

Vixit tempore belli Sacri, cum expeditionem Hieroſolymitanam feruida nobilitas Franca, & vere Chriſtiana peteret. Et putaui Philippum Auguſtum, Franciæ regem alloqui in principio, aut Ludouicum VII. Francorum, eius parentem, niſi de Anglis capias, vt Richardo II.

Te ſacræ aſſument acies, diuinaque bella,
Tunc dignum maiore tuba.

De Arturo fabuloſo verba facit.

Etiam de Arturo illo fabuloſo Britannorum heroe loquitur.

Sic Britonum ridenda fides, & credulus error
Arturum expectat, expectabitque perenne.

Vir certe legi dignus, & terſus author, ſed paulum ἄκριτος, qui faciat Græcos heroas, & aurei velleris proceres, ita loquentes, ac ſi fuiſſent temporibus Cæſarum, longe poſterioribus. Nihil tamen tollo de virtute viri quem extollo: dignumque quem Muſæ doctiores mendis exoluant puto.

Læſæ maieſtatis lex multa capita ſorbuit.

4 SED ALIA IN IVDICIVM VENIEBANT SI QVIS.] Integra non ſunt hæc verba, & legerem lubens, *Vt ſi quis proditione exercitum.* Et illud, *vt*, in fine verbi *veniebant.* Nam ſunt capita legis Iuliæ quæ a noſtro Iuriſconſulto repetuntur L. 1. ad leg. Iul. Maieſt. Sed illa lex adulationibus, & accuſationibus creuit immenſum, læſæque maieſtatis ingens Oceanus, multa nobiliſſima ingenia abſorbuit Romæ, & extra Romam ſub malis principibus. Dio lib. 57. ait temporibus Tiberij, crimen læſæ maieſtatis, *impietatem* fuiſſe nominatum. Et certe nullibi tantum viguit, quantum Romæ, illo imperante. Nam tum delatorum magna ſeges, & effuſi nobiliſſimi ſanguinis proluuies ingens. Diuus Ambroſius loquens de hæreticis Arrianis, qui Cæſarũ Chriſtianorũ, & Reip. hoſtes ſemper, & vbique, ſi principis aura illis afflauerit, vel non afflauerit, Catholicos reos læſæ maieſtatis faciebant, & ſeditioſos vocabant, quamuis auita ſua ſeruarent. *Semperne*, inquit, *de Cæſare ſeruulis Dei commouebitur inuidia, & hoc ad calumniam accerſet impietas, vt imperiale nomen obtendat?* Et egregie Iuriſconſultus, licet Paganus, multis alijs ſincerior: *Crimen maieſtatis a iudicibus non in occaſionem ob principalis maieſtatis venerationem, ſed in veritate habendum eſt.* L. 7. §. 3. ad leg. Iul. maieſt. & *Calumniam ex principali maieſtate facultatem capere non debere.* L. 95. de hered. inſtit. D. Vet. Iuuenal. int. Sat. 1. ait, *maieſtatis accuſationibus & delationibus totam Siciliam fuiſſe exhauſtam.* Et hæc ſub paganitate quæ poſtea paſſa eſt Chriſtianitas. Et vere dixit Plin. 2. in Gratiarum actione, *Vnicum eſſe crimen eorum qui crimine vacant.* Nam omnes Chriſtiani veteres læſæ maieſtatis accuſati. Tert. in Apolog.

Hæretici ſe velant crimine læſæ maieſtatis in Catholicos. *Sicilia accuſationibus læſæ maieſtatis exhauſta.*

In vet. Rep. ſumma in loquendo libertas.

5 FACTA ARGVEBANTVR, DICTA IMPVNE ERANT.] Lego, *Et facta arguebantur, vt dicta impune erant.* D. Cyprianus epiſt. Bene ad Donatum. *Quidquid iam voce delinquitur, minus eſt.* Certe ſtante vet. Rep. libertas erat ſumma in loquendo: imo & poſt ſubuerſam libertatem, & ſub Auguſto. Sic enim Seneca pater lib. 2. Controu. 4. *Mihi videtur admiratione dignus D. Auguſtus ſub quo tantum licuit.* Loquitur enim de Latrone Portio, qui coram Auguſto adoptionem filiorum Agrippæ perſtrinxerat. Idem ſcribit Seneca filius, his verbis: *Sub D. Auguſto, nondum hominibus verba ſua periculoſa erant, iam moleſta.* 3. de benef. vbi forte, *tamen moleſta.* Tacit. in Agricola, ait *Romanos ſub conſulibus, expertos fuiſſe quid vltimum eſſet in libertate: ſub imperatoribus quid vltimum in ſeruitute.*

Romanorum infelicitas ſub Cæſaribus.

adempto per inquiſitionem, loquendi, audiendique commercio. Et Neruam duas res iunxiſſe parum concordes, libertatem & principatum. Cicero 1. epiſt. ad Q. fratrem, vbi de Roma ita ſcribit: *Romæ*, inquit, *vbi tanta arrogantia eſt, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia.* Quæ in loquendo præcipue: poſt Auguſtum vero, etiam facta, & verba, & cogitata venerunt in diſquiſitionem læſæ maieſtatis. Tamen Tertull. in Apolog. videtur ſub Seuero aſſerere quodammodo adhuc vſitatam libertatem dicendi in theatro. *Ipſos*, inquit, *Quirites, ipſam vernaculam ſeptem collium plebem conuenite, an alicui Cæſari ſuo parcat illa lingua Romana.* Sed pro natura cuiuſque principum illa, aut conceſſa, aut perpeſſa, aut punita, aut coercita ſunt: Spreuere loquendi lubricos æſtus qui clementiores, eoque celebriores extitere. Nam ſapientior qui clementior.

Libertas & imperium res inſociabiles.

Sub Seuero adhuc ſpirans libertas.

6 PRIMVS AVGVSTVS SPECIE EIVS LEGIS.] Fecit hæc Auguſtus ingraueſcente ætate, ait Dio lib. 56. & in ſpeciem, vt ſcilicet Populo Romano, & primoribus vrbis gratificaretur. Sed re vera, vt ſibi. Nam habuit in animo comprimere nimiam quorundam procacitatem in loquendo, a qua nec ille quidem intactus. Nam ſuo nomine compeſcere erat inuidioſum; ſub alieno, fuit compendioſum, & vtile. Ergo ſpecie legis maieſtatis tractauit, quaſi Populi Romani maieſtas infamaretur. Et ſunt quædam maleficia, quæ directe, quædam, quæ oblique Remp. vulnerent. Sed *non niſi peſſimis temporibus illæ Iuliæ maieſtatis leges extenduntur*, ait Plin. nepos in Grat. actione.

Cur Auguſtus legem maieſtatis tulerit.

Leges maieſtatis extenſæ peſſimis temporibus.

Quis Caſſius.

7 CASSII SEVERI LIBIDINE.] Caſſius eſt Seuerus, de quo Quintil. lib. 10. cap. 1. *Ingenij plurimum in eo, & acerbitas in ira, & vrbanitas, & vis ſumma, ſed plus ſtomacho, quam conſilio dedit.* Is eſt, qui dicebat *Sutorem veteramentarium Vitelliani fuiſſe authorem generis.* Sueton. in Vitellio cap. 2. Et cui obiectum fuit, *referre vultu armentarium Myrmillonem. Orator celebris*, inquit Plinius libri 7. cap. 12. *ſed ore acerbus, & ingenio mordax, cuius verba aculeata erant, & felle illita.* Is eſt, qui multos accuſabat, ſed nullum condemnatum habebat, quia omnes abſoluebantur. Vnde iocus Auguſti: *Vellem*, inquit, *Caſſius meum forum accuſaſſet, vt abſolueretur.* Crudelem fecit eloquentiam ex amœna, & ſuaui, & quod in Maximo reprehendebat, quem *Lappam* vocabat, habuit in ſe. Tacit. libr. 4. ita de eo: *Qui ſordidæ originis, maleficæ vitæ, ſed orandi validus, per immodicas inimicitias, iudicio iurati Senatus, vt Cretam amoueretur, effecerat, atque illic eadem actitando, recentia, veteraque odia aduertit, boniſque exutus, interdicto igni & aqua ſaxo Seriphio conſenuit.* Eſt quidam Caſſius Seuerus, de quo ita Tertull. in Apolog. *Neque Caſſius Seuerus, aut Cornelius Nepos.* Et citat Caſſium Plinius vt authorem in indice libr. 38. & libr. 12. Sed an Caſſium Longinum, an Caſſium Seuerum putabis? Caſſium Seuerum legit olim Auguſti ætas. Vtinam moribus tam bonum, quam ſcriptis.

Armentario Myrmilloni ſimilis.

Orator magnus.

Se lore mordax.

Multos accuſauit.

Neminem condemnauit.

Iocus Auguſti in C. Caſſium.

Aculeatus orator.

Olioſus.

Pauper.

Deportatus.

8 PROCACIBVS SCRIPTIS DIFFAMAVERAT.] Sic de Mœnio Horat. epiſt. ad Vallam, cuius brochos & acutos dentes inſectatur his verbis.

Quilibet in quemuis opprobria fingere ſæuus.

Quod euenit in magnis vrbibus, & rumorum auidis. D. Hieronym. ad Princip. *Difficile eſt in maledica ciuitate, & in vrbe in qua orbis populus fuit, palmaque vitiorum ſi honeſtis detraherent, & pura & munda macularent, non aliquam ſiniſtri rumoris maculam contrahere.* At ſuccus ille atræ lolliginis, pæne omnes artes infecit Romæ, & incepit a Poetis, qui primum nullo nomine in vitia ſcribebant. Horatius enim ita Sat. 4. lib. 1.

Magnæ vrbes maledicentiſſimæ.

Maledicentia omnes artes infecit ferme.

Si quis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.

Poſtea dentata facta eſt charta Poetarum vt Archilochi. Et *P. Mutius* (inquit author libri ad Heren. quem D. Hieronymus Ciceronis nomine citat) *eum qui L. Ætium Poetam nominauerat condemnauit.* Ideo Horat. li. 2. epiſt. 1. ſic ſcribit:

Poeticam.

-- Quinetiam lex
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi: vertere modum formidine fuſtis,
Ad bene dicendum delectandumque redacti.

Sic Martialis libr. 7. epigramm. 71.

Atro carmina quæ madent veneno.

A Poetis, & theatro, venit ille morbus ad ſcholas declamatorum. Et Maximus qui *Lappa* dictus eſt, hunc morbum vomicum induxit. Mox Labienus auxit, qui Rabienus dictus eſt. Deinde hic noſter Caſſius. Venit etiam ad ſubſellia iudicum. Nam Amm. Marcel. vbi de cauſidicis libr. 30. *Rapta maledicendi ferocia multos offendunt, quam tunc effutiunt, cum commiſſarum ſibi cauſarum infirmitatem, rationibus validis conuallare non poſſunt.* Inde illud epigram. Martial. lib. 2. epigram. 31. ſuperiori æuo & ſub Domitiano:

Rhetoricam.

Iuriſprudentiã.

Etiam Iudicia.

Os male Cauſidicis, & dicis olere Poetis.

Inde Suet. in Veſpaſiano: *Cauſidicorum figuras*, id eſt tectos, velatos, & figuratos morſus. Qui viperarum morſus ſunt. *Nã vipera dentes ſubgingiuis habet latentes ne videantur.* Plin. l. 11. nat. Hiſt. Et ad id ſpectat Iuriſcõſultus l. 9. de officio proc. D. Nec vacauit medicina iſta lue, quam ſanare non potuit. Nam Vectius Valens medicus Meſſalinæ & adulter, *in omnes ſui æui medicos rabie quadam perorabat*, vt ait Plinius. Quin ipſa Philoſophia hoc malum tulit, ita ſcribente Apulcio 1. Florid. quem emendo: *Vtinam*, inquit, *pari exemplo Philoſophiæ edictum valeret, ne quis imaginem eius temere aſſimularet, vt* (lego & vt) *pauci boni artifices, ijdem probe eruditi, omnifariam ſapientiæ ſtudium contemplarentur, neu rudes, ſordidi, pallio tenus Philoſophos imitarentur. Et diſciplinam regalem, tam ad bene dicendum, quam ad bene viuendum, repertam, maledicendo, & ſimiliter viuendo non contaminarent. Quod vtrumque ſcilicet perfacile eſt. Quæ enim facilior res, quam linguæ rabies, & vilitas morum, alter ex alterum contemptu,*

Medicinam.

Philoſophiam.

contemptu, alter ex ſui? Quæ verba vera ſunt, & ſapienter dicta, & in his longe eſt Apuleius ab ſuo aſino. Apud Græcos etiam Timon amarulentus, librum maledicétiſſimum conſcripſit, qui Σίλλος dictus, vt alios Græcorum dentes ſilcam ſ[illegible] lugendumque, quod nulla lingua iſto veneno caruerit. At maledici vere ſunt Ponticæ anates, quæ veneno viuunt; vel potius Libyci dracones, qui omnia ſaliuis ſuis & lethali halitu inficiunt, & male perdunt. *Sed ſuperi ſeruate pios.* Nam nulli magis calumnijs periclitantur hodie.

Maledici Ponticæ anates quæ veneno viuunt.

9 POMPEIO MACRO.] Qui ab Auguſto ordinandis Bibliothecis præpoſitus fuit. Sueton. cap. 56. in Auguſto. Et forſan ille eſt ad quem Ouidius quaſdam elegias ſcribit, de Ponto. Vir ſæculi memoria non indignus.

Pompeius Macer. Bibliothecis præpoſitus.

Haud pigebit referre in Falanio & Rubrico, [1] modicis equitibus Rom. prætentata crimina, vt quibus initijs, quanta Tiberij arte grauiſſimum exitium irrepſerit, dein repreſſum ſit, poſtremo arſerit cunctaque corripuerit, noſcatur. Falanio obijciebat accuſator quod inter [2] cultores Auguſti, qui per omnes domos in domum collegiorum habebantur, [3] Caſſium quendam mimum corpore infamem adſciuiſſet: [4] quodque venditis hortis, ſtatuam Auguſti ſimul mancipaſſet. Rubrio crimini dabatur [5] violatum periurio nomen Auguſti. Quæ vbi Tiberio notuere, ſcripſit conſulibus, *Non ideo decretum patri ſuo cœlum, vt in perniciem ciuium is honor verteretur. Caßium hiſtrionem ſolitum inter alios eiuſdem artis intereſſe ludis, quos mater ſua in memoriam Auguſti ſacraſſet. Nec contra religiones fieri, quod effigies eius, vt alia numinum ſimulacra, venditionibus hortorum, & domuum accedant.* [6] *Iuſiurandum perinde æſtimandum, quam ſi Iouem fefelliſſet. deorum iniurias dijs curæ.*

1 MODICIS EQVITIBVS ROMANIS.] *Illuſtres* equites, & *modici* opponuntur, vt *modici* Senatores, & *illuſtres*: & quos *illuſtres* heic Tacitus vocat, *ſplendentes* nominat Plinius lib. 9. cap. 15. Et Tacitus etiam *inſignes*. *Sabinus*, inquit, *inſignis eques Romanus*. lib. 11. Et Seneca libr. 2. de ira. *C. Cæſar Paſtoris ſplendidi equitis Romani filium cum in cuſtodia habuiſſet.* Et ij filij beati Horatio dicti.

Qui modici equites. Qui illuſtres.

— Quibus eſt equus & pater & res.

Modicos autem accipio, qui non Roma, ſed municipijs orti. Nam municipijs orti non habuere in ciuitate Romana tantum ſplendoris quantum Romani equites. Tacit. 4. Annal. *Seque ac maiores, & poſteros municipali adultero fædabat.* Quod per deſpectum exprobrat. Sic idem Annal. 6. *Pars mœroris fuit, quod Iulia Druſi filia, Rubellio Blando nupſiſſet, cuius auum Tiburtem, equitem Romanum multi meminiſſent.* *Oppidanos* noſter vocat lib. 6. *Vinicio oppidanum genus.* Contra Martialis de Lectio equite Romano libr. 5. epigram. 36.

Modici orti municipijs.

Illuſtres Roma.

Equiti ſuperbo, nobili, locupleti.

Iuuenalis mihi author, & huius ſententiæ fundus, qui ita ſcribit.

Hic nouus Arpinas ignobilis, & modo Romæ
Municipalis eques.

Et Tacitus infra li. 14. Annal. ſic Neroni dicebat: *Egone equeſtri, & prouinciali loco ortus, proceribus ciuitatis annumeror?* Sic noſter: *Manlios poſthac, & Vedios, equitum Romanorum præualida nomina.* Nam extranei equites, pauperes; Romani, dites. Et peregrini hominis cenſus anguſtus eſt. Sidon. Apoll. lib. 6. epiſt. Et ita explico verſus Martialis lib. 14. epigram. 122.

Romani equites dites. Extranei pauperes.

Ame frequens, ſed nunc rarus nos donat amicus.
Fælix cui comes eſt non alienus eques.

Vocat *alienum equitem* municipalem & extraneum, qui quia pauperior equite Romano, nihil aut parum clientibus donabat, licet illum ſalutarent quotidie, & comitarentur per vias, cum de more ſuos reges iret mane ſalutatum. Explicat ſe ipſum Martialis lib. 5. epigram. 19. ad Domit.

Martialis explicatus.

Eſt tamen hoc vitium, ſed non leue, ſit licet vnum,
Quod colit ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes veteri fidoque ſodali?
Aut quem proſequitur non alienus eques?

Id eſt Romanus. Sic *vitam municipalem* vocat tenuem, & ambitione alienam & ſumptu. Idem l. 4. epigram. 66.

Vita municipalis eſt vita ſobria & paupera

Egiſti vitam ſemper Line municipalem.

Addo municipales magiſtratus Romanis deſpectos, & non *magiſtratus*, ſed *magiſteria* vocatos. Sueton. in Octauio, idque principio. *Auus municipalibus magiſterijs contentus.* *Magiſteria* ſunt puerorum, *magiſtratus* ſunt virorum. Atque ita accipio quod Horatius ſcribit de extero Prætore Aufidio qui fundis æmulabatur Romanam claritudinem. Quod dixi iam, nec repeto, quia Crambe bis poſita mors eſt. Equites ergo Romani honorati, & dites: equites municipales non item. Sed Claudij temporibus fœdatus hic ordo equitum Rom. per libertinos, quos equites creabat, dabatque ſedendi ius in quatuordecim ordinibus. Martialis etiam id notat ſub Domitiano lib. 7. epigram. 63.

Magiſtratus municipales magiſteria dicti.

Equitum ordinem fœdauit Claudius.

Qui tonſor fueras tota notiſſimus vrbe,
Et poſthac dominæ munere factus eques.

Tertullianus corruptus & reſtitutus.

Vnde Tertullianus in Pallio loco mire corrupto, ſic ſcribit. *Tales igitur habitus, qui de natura & modeſtia transferuntur, ex acie figere,* (id eſt oculis) *& digito demonſtrare, & nutu tradere merito ſit.* Id eſt, tales habitus qui a modeſtia transferuntur ad immodeſtiam, & a natura recta ad contrariam naturam, merito ſit digito demonſtrare & nutu tradere. Addit: *Prorſus, ſi quis Mæandrico fluxu delicatam veſtem contrahat, audiat pone ſe, quod & Comicus.*

Qualem demens iſte chlamydem diſperdit?

Enimuero, iam dudum cenſoriæ intentionis epicidio diſperſo. Lego, *cenſoriæ intuitionis epicinio diſpiſſo,* id eſt, oculi cenſorij ſupercilio iamdudum rarefacto, & pro nullo habito, quia cenſores eſſe deſierant, *quantum denotatui paſſiuitas offert?* Lego, *paſſim ciuitas offert?* id eſt, quanta ſe offerunt in ciuitate notanda inter illos mores quos patimur, quæ poſſint reprehendi, & notari? *Libertinos in equeſtribus, ſubuerbuſtos in liberalibus, dediticios in ingenuis, rupices in vrbanis, ſcurras in forenſibus, paganos in militaribus?* Quod etiam Plinius perſequitur lib. 33. cap. 2. Et nos ad pallium Tertulliani fuſius explicabimus. Dixi temporibus Claudij illum ordinem ſua gloria deturbatum, ſed etiam ante. Nam temporibus Auguſti Horatius hoc monſtrat libr. 1. epod. od. 4.

Auguſti æuo iam liberti potentes.

Videſne ſacram metiente te viam,
Cum bis ter vlnarum toga,
Vt ora vertat hinc & hinc euntium
Libertina indignatio?
Arat Falerni mille fundi iugera,
Et Appiam mannis terit,
Sedilibuſque magnus in primis eques,
Othone contempto ſedet.

Faſtus liberti ſub Auguſto.

Sane libertinorum conditio, omnes ciuitatis ordines infecit, & labefecit loco.

2 CVLTORES AVGVSTI PER OMNES DOMOS.] Ergo non tantum in templis Auguſto dicatis, vt in palatio, ſed etiam in domibus priuatis hic Deus cultus eſt, & priuata religione. Nam vt publica ſacra, ſic Romæ priuata. *Priuatæ enim feriæ ſunt ſacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, denicales,* ait Verrius Flaccus. Sic Ouid. 1. Faſtor. ad Tiberium, quem Germanicum vocat.

Cultus Deus Auguſtus ædibus priuatis.

Inuenies illic & feſta domeſtica vobis:
Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus auus,
Quæque ferunt illi pictos ſignantia faſtos,
Tu quoque cum Druſo præmia fratre feres.

Et ſane idem Poeta, ſæpe in priuatis ædibus cultum fuiſſe Auguſtum memorat, libris de Ponto, & de Triſtib. Et inter lares effigies eius poſitæ, vti de Alexandro Mammeæ ſcribit Lampridius. *Coluit,* inquit, *in larario Chriſtum.* Sic Apuleius libr. 8. *Dies totos, totaſque noctes inſumebat luctuoſo deſiderio, & imaginem defuncti, quam ad habitum Dei formauerat, affixo ſeruitio,* (id eſt continuo, nec interrupto,) *diuinis percolens honoribus, ipſe ſeſe ſolatio cruciabat.* Sic accipio quod Ouid. epiſtola Didonis ad Æneam ſcribit.

Inter lares effigies Auguſti. Nam in lario deos colebant. Vt Alexander Seuerus Chriſtum.

Eſt mihi perpetua ſacratus in æde Sichæus.

Sic accipio quod de Tiberio Tertullianus ſcribit in Apologetico. *Cum Senatus Chriſtum reſpuiſſet, & inter Deos reponere noluiſſet, in ſententia manſit,* id eſt pro Deo coluit habuitque inter lares Tiberius. Sed non tam vere quam ex ſuo more. Quippe falſus homo. Nec ſane Chriſtus a propudioſo ſene voluit ſuam religionem per imperium Romanum propagari. Purus eſt, puros quærit, non hircoſum ſenem iſtum, & liguritorem, Tiberium, & libidinoſam gentem; a qua Eccleſiæ pernicies & dedecus.

Et ante eum Tiberius.

3 CASSIVM QVENDAM MIMVM CORPORE INFAMEM.] Ne capias de immani ſcelere, & quod patiendo vel agendo corpus fœdauerit, quanquam & mulieres corpore infames dicantur, quæ corruptæ turpiter, quæque ſacris intereſſe non poterant niſi Veneris. Nam quibuſdam ſacellis ita ſcriptum erat, *Ne quid ſcorteum adhiberetur,* ait Varro: Sed cape de diſtortis, contortis, deformibus, mirionibus, & miraculis, qui vitioſi: & vt ad Iuriſconſultos te vocem, cape de eo cui næuus in corpore, maculæque, & qui redhibitorius in ſeruis dicitur. Iſta autem vitioſa corpora, quæ heic memorantur, intereſſe ſacris non poſſunt. Sic enim de M. Sergio Plinius lib. 7. cap. 28. *In prætura ſacris interdictus ob corpus debile.* Sic in regno Sophitis, ait Curtius lib. 9. genitos liberos non parentum arbitrio colunt aluntque, ſed eorum quibus ſpectandi infantium habitum cura mandata eſt. *Si quos autem inſignes aut aliqua membrorum parte inutiles notauerint, necari iubent.* Vbi legendum, *ſi quos aut ſegnes, aut aliqua membrorum parte inutiles notauerint, necari iubent.* De hiſtrionibus apud Val. libr. 1. cap. 1. ſic ſcribitur: *Creditum eſt Varronem Conſulem apud Cannas cum Carthaginenſibus tam infœliciter dimicaſſe ob iram Iunonis, quod cum ludos Circenſes Ædilis faceret, in Iou. Opt. Maximi templo, eximia facie puerum hiſtrionem ad excubias tenendas poſuiſſet. Quod poſtea expiatum eſt.* Vide L. 1. de poſtul. D. Nam infamis hiſtrio ſacris arcebatur. Sic ab Eleuſinis ſacris abacti, *inſcripti vultus, & vincti pedes.* Et noſter de moribus German. *Nec ſacris adeſſe, aut concilium inire, ignominioſo fas.* Quod inter Chriſtianos per mores peſſimos locum non habuiſſe conqueritur D. Hieronymus, in epiſtola quadam. *Solent,* inquit, *miſeri parentes, & non plenæ fidei Chriſtiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere. Tanti, vt dicitur, vitrum? quanti margaritum?* Sic Iuuenalis ridet ſacra Ægyptia, quibus ſimili modo peccabatur.

Mulier corpore infamis eſt impudica mulier, & ea quæ vitioſa eſt corpore.

Redhibitorius ſeruus.

Curtius emendatus.

Chriſtiani filios & filias deformes Chriſto offerunt.

Cum ſiſtro luſca ſacerdos.

Quo in verſu, ita vetus Scholiaſtes Iuuenal. *Nubiles deformes, cum maritos non inuenerunt, ad miniſteria Deorum ſe conferunt.* Vt notes idem vitium in paganitate, id eſt, inter omnes mortales parum pios. nam in delubris paganorum debiles, & in monaſterijs Chriſtianorum vitioſi capiuntur. Apud Iudæos vero veræ religionis fontes, ita eſt, 2. Reg. cap. 5.

Sic pagani in ſacris Ægyptijs.

Prohibitum apud Iudæos.

cap. 5. *Cæcus & claudus non intrabunt in templum.* Quod ex lege Dei. Nam Leuitici capite vigeſimo primo, *Homo de ſemine ſuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium: ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi grandi, vel torto, vel paruo naſo, ſi fracto pede, vel manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, ſi hernioſus, omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo.* Et ſane non abſimile eſt, quod etiam ſæculi principes a ſe, & a ſuis ſtatuis remouerent moribus infames, vt in L. ſi quis. libro 11. Codic. quam emendo.

Principes Chriſtiani infames non a ſe tantum, ſed etiam a ſtatuis longe remouebant.

Si quis publicis porticibus, vel in his ciuitatum locu, in quibus ſolent noſtræ imagines conſecrari pictura, (id eſt, per picturam, nam in ſtatua, pantomimi nunquam repræſentabantur.) *Pantomimum veſte humili, & rugoſis ſinibus agitatorem, aut vilem offerat hiſtrionem, illico releuetur.* (Lego, *reuellatur*, id eſt, *auellatur.*) *Neque vnquam liceat honeſto loco inhoneſtas adnotare perſonas. In aditu vero Circi, vel in theatri proſcenijs vt collocentur, non vetamus.*

Emendata lex ſi quis. C. de lib. 11.

Nota tunc Conſtantinum Chriſtianum non fuiſſe, ſed ad iſtum morem non recipiendi in ſacris deformes corpore, ſpectauiſſe. Apul. Apologet. 1. vbi deformem ridet ſacerdotem, ita ſcribit. *Bellum vero puerum elegiſti, quem quis ſacrificijs adhibeat, cuius caput contingat, quem pulchro pallio amiciat.* Inde eſt illa Senecæ patris ſententia, Controuerſ. 4. *Sacerdos caſta e caſtis, pura e puris*, libro quarto Controuerſ. Sacerdos enim non integri corporis, quaſi res aliena a ſacris, vitanda eſt.

Mulctatum victimam offerre, nefas.

Seneca quarta declam. contra Metellum: *Sacerdos non integri corporis quaſi mali ominis res vocanda eſt. Hoc in victima notatur, quanto magis in ſacerdotibus?* Nec tantum ſacerdos, ſed & hoſtia. Nam ſic Malach. *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? ſi offeratis claudum, & languidum, nonne malum eſt?* Etiam apud Paganos. Nam Ouidius 15. Metamorph.

Virgines virili fortunæ dicatæ nudæ ſpectabantur.

Victima labe carens, & præſtantiſſima forma.

Et Lucianus dialogo de ſacrificijs, ait *victimas pulchritudine & puritate nobiles eligi.* Sic omnes virgines, quæ Fortunæ virili dicabantur, ſpoliabantur, & in nudo corpore ponebantur, vt ſi quis eſſet næuus, cerneretur. Idem Ouid.

Accipit ille locus poſito velamine cunctas,
Et vitium nudi corporis omne videt.

Sed noto ſingulari ratione, a ſacris Auguſti arceri corpore infames: quod *Auguſtus* (illud nouum numen) *pumilios, atque diſtortos, & omnes generis eiuſdem, vt ludibria naturæ, malique ominis, abhorreret.* Suetonius in Auguſto capite 83. Et ſane hiſtrionibus, & pantominis, voluptatumque artificibus, ſemper occluſa templa, L. 1. de his qui not. infam. Et Seneca primo Controuerſ. Controu. 2. *Scias gladiatoribus, piratis, lupanaribus, occluſa templa.* Et iure: nam quid puritati (ſi quid puritatis habet Idololatria) cum impuris? Pura puros decent.

Diſtorti Auguſto peroſi.

Pantomimis occluſa templa.

4 QVODQVE VENDITIS HORTIS.] Tertullian. in Apolog. ita de iſta venditione. *Domeſticos Deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate,* (id eſt, pro animi libidine,) *tractatis, pignorando, venditando, demutando, aliquando in cacabulum de Saturno, in trullam de Minerua, vt quiſque contuſus atque contritus eſt, dum diu colitur, vt quiſque dominus ſanctiorem expertus eſt domeſticam neceſſitatem.* Lego, *contritus eſt. Et dum diu colitur, vt quiſque dominus ſanctiorem expertus eſt domeſtica in neceſſitate.* Quæ omnia interpretes non explicant: explicabo ego. Nam ſarcaſmus eſt aduerſus Gentiles, frequens Chriſtianis, & imprimis Tertulliano, qui malæ tractationis eos arguit, & ingrati animi aduerſus Deos quos vocabant. Primum quod eos dent pignori, vendant, commutent. Secundo, quod eos interdum conterant, & ignibus liquandos tradant, & ex Saturno cacabula, ex Minerua trullas conficiant; quæ ſunt obſcœna vaſa, excrementis hominum excipiendis viſitata. Et licet eos diu coluerint, & in domeſtica neceſſitate putauerint ſanctitate maxime pollentes: tamen eos tam male tractent, vt nihil aduerſus deos peius poſſit excogitari.

Irriſio Deorum Paganorum a Chriſtianis. Dij Pagani venditi.

At Iuriſconſulti ſic diſtinguunt; Aut dedicata erat Imperatoris, aut Dei Pagani ſtatua, aut non: ſi dedicata, diſtrahi non potuit; ſi non dedicata, potuit. Quod non ineleganti ratione reſponſum eſt, quia res ſacræ non ſunt in commercio hominum: & rei ſacræ, ſacrilegium eſt; rei profanæ, furtum. Ideoque Diui vocabantur Imperatores, vt Diuus Auguſtus, Diuus Adrianus, Diuus Traianus; quod paſſim in libris Paganorum, & apud Tacitum ſupra. *Ille inter Diuos relatus Auguſtus.* Conſecratio autem paganorum quomodo olim fuerit, tam in rebus mobilibus quam immobilibus, dicemus poſtea, vbi ſe res obtulerit. At nunc Taciti vias ſequentes, alio non diuertemus. Nam primum iſtum librum in animo eſt cito abſoluere, ne longius immoremur.

Dedicata ſtatua non diſtrahitur.

Non dedicata diſtrahi poteſt.

Tamen non ſilebimus noſtris Chriſtianis hanc rationem placuiſſe. Nam in Can. Apoſt. 72. *Vas aureum, vel argenteum, vel volumen ſanctificatum, nemo amplius in ſuum vſum conuertat.* Et Concilio Chalcedonenſi Can. 24. in hunc ſenſum ſcriptum fuit. *Quæ ſemel Deo dicata ſunt, amplius ſæcularia fieri non poſſunt.* Canon. qui peierat. 22. Quæſt. quinta. *Qui peierat in manu epiſcopi* (Chriſtiani enim veteres, manu cruci impoſita, iurabant,) *tres annos pœniteat: ſi vero in cruce non conſecrata, vnum annum.* Et hæc reuerentia rerum conſecratarum fuit etiam apud cæcos paganos; a quibus impietas. Sed a Chriſtianis & Catholicis pietas vera, quæ tot per annos manſit vigebitque dum mundus erit.

Diſtinctio hæc probata Chriſtianis.

Crux conſecrata.

Periurium in cruce conſecrata.

Nam Martial. de piſcibus Baiani lacus libr. 4. epigramm. 29.

At tu, dum potes, innocens recede,
Iactis ſimplicibus cibis in vndas,
Et piſces venerare dedicatos.

Etiam conſecratio apud paganos. Cicero, ait Dio 39. *aream ſolumque ædium ſuarum & pecunias ædibus inſtaurandis adeptus eſt*, quia area illa non ſacra, ſed prophana eſſet. Etiam eadem ratione domus imperatoribus dicatæ, in alios vſus conuerti non poſſunt, ne quidem ſanctione Chriſtianorum imperatorum, L. qui ſtatuas, ad Leg. Iul. Majeſt. C. *Conſecrata imperatoribus non diſtrahuntur.* Nam imperatoria Majeſtas, eſt mortalis diuinitas: & quod ſacratum imperatoribus, non ſacratum eſſe non poteſt.

Periuros deformiores fieri credidit paganiſm. § VIOLATVM PERIVRIO NOMEN AVGVSTI.] Quod nefandiſſimum credebatur apud Paganos, & periuros putanere deformiores fieri, & atrato dente. Horat. lib. 2. od.

Dente ſi nigro fieret, vel vno
Turpior vngue.

Inde illa vox Veraniæ vxoris Piſonis in Regulum captatorem, epiſt. vltima libri ſecundi, apud Plinium Iuniorem. *O hominem nequam, perfidum, ac periurum, qui ſibi per ſalutem filij ſui peieraſſet.* Et iuraturi Deum Fidium in compluuium prodibant, vt eſſet cœlum iuriſiurandi quaſi teſtis. *Nomina aduocata ſacris.* Varr. de liber. educ. *Itaque*, inquit, *domi ritibus noſtris qui per Dium Fidium iurare vult, prodire ſolet in publicum.* Pagani autem, ſacris aduocabant, diuina illa, & auguſta nomina quæ putabant, & *ſacras teſtationes* nuncupabant. *Sacra teſtationes.* Sic Seneca 1. Controuerſ. 7. *Promiſi nuptias, & quaſi ſacram teſtationem, tuum nomen inſerui.* Et apud Græcos in Nauigatione Luciani: *Megapenthes Tyrannus*, ait, *per nomen ſuum omnes iuraſſe*: ſic plebs Romana quaſdam controuerſias, *interpoſito per Cæſarem iureiurando, diſtrahere perſeuerauit*, ait Suetonius in Iul. cap. 85. Et Claudius, *iuſiurandum neque crebrius, quam per Auguſtum, inſtituit, quaſi per grande numen.* Sic Diogenes Laertius in Anaximene. *Initium ſermonis noſtri Thaletem ſemper inſtituimus.* Propriam ſuperſtitionem vocat L. 5. §. 1. de iureiur. D. Atque ita iurabant *per genium, & per nomen Cæſaris*, vt ait Tertullian. in Apolog. capite 23. Et Apul. libro 9. De quo eſt L. 13. §. vlt. de iureiurand. D. *Iurare per genium Cæſaris. Per nomen. Ægyptij per ſalutem Pharaonis.* Antiquiſſimum autem eſt Ægyptiorum iuſiurandum, per *ſalutem Pharaonis*, vt heic per *nomen Auguſti*. Geneſ. cap. 42. Quod etiam iurauit Ioſeph. Quamuis non exiſtimem tam per creaturas iuraſſe, & per caput regis, quam per creatorem, quem in creaturis ſuis venerabantur, & qui reges, creaturas ſuas, regendis mortalibus ſibi ſubſtituiſſet. Et ſane Abimelech obteſtabatur Abraham, vt *iuraret per Deum*. Geneſ. cap. 21. Sic *iurare per Deum*, L. vlt. §. 3. D. de iureiur. *Per Apim.* Poſtea vero Ægyptij iurarunt *per Apim*, & feles, & pudendos etiam cibos, putidi & pudendi ipſi. Plinius libro ſecundo cap. 7. Quia erant Dij eorum. At Iudæis inhibitum fuit iurare per nomen exterorum Deorum. Exod. cap. 123. Et hæc verba illis pro formula iuriſiurandi erant. *Iudæis iuriſiurandi formula, Viuit Deus, viuit anima mea.* *Viuit Dominus, viuit anima mea*, inquit Diuus Hieronymus in Hierem. ad caput quartum, vbi ita ſcribitur. *Et iurabis, Viuit Dominus in veritate.* Tamen iurarunt aliquando *per Deum*, vt Reg. 2. capite 30. *Iura mihi per Deum quod non occidas me. Et iurauit David.* Iurabant etiam, vt Ægyptij, *Per ſalutem tuam*, & *per ſalutem animæ tuæ, non faciam rem hanc.* Græci ſæpe μὰ νεφέλας, μὰ γῆν. & interdum μέγαν ὅρκον. Plaut. in Capt. μὰ τὸν Ἀπόλλω. *Et per ſalutem.* Sed quia res eo nos vocat, quid de Chriſtianis? Certe Chriſtianis, niſi vt veritas credatur, iurare non licet, ſed tantum dicere, *Eſt*, *aut Non*. *Chriſtiani non iurant, niſi in iudicio.* Ex Apoſtoli præcepto. Et ita Diuus Hieronymus ſuper Matth. libro primo capite quinto: *Eſt, & non, Chriſtianis pro iuramento.* quod nominatim cautum fuit apud Francos, Aureliana Synod. quarta, Can. 16. Sed libet exſcribere verba Can. Si quis. 21. quæſt. 1. qui totus a Clemente Romano deductus, & ex Apoſtolicis conſtitutionibus, libro quinto cap. 11. deſumptus eſt, vt ſciamus Clementis ſcripta apud Francos Catholicos in honore fuiſſe priſcis temporibus, & crediciſſe quæ habemus ſcripta, fuiſſe a Clemente profecta, quem citat Epiphanius hæreſ. libro 45. capite 70. Quamquam ſint in eo Ægiſthorum quorundam adulteria. Et ille liber ab extraneis corruptus fuit, vt Synodo ſexta Conſtantinopolitana dicitur. Libet inquam exſcribere verba. *Lex iuriſiurãdi dicta Chriſtianis.* Nam in eo multa ſunt, non vulgaris antiquitatis, quæ ad iuſiurandum pertineant. *Oportet*, inquit, *vt homo Dei, tanquam Chriſtianus, neque per Solem iuret, neque per Lunam, neque per aſtra, neque per cœlum, neque per terram, neque per vllum elementum, ſiue magnum, ſiue paruum.* *Non eſt iurandum per Solem, Per Lunam, Per cœlum, Per terram, Per elementa.* *Etenim ſi magiſter noſter præcipit, vt neque per verum Deum iuraremus, vt ſermo noſter firmior, durabiliorque ipſo iureiurando haberetur, neque per cœlum etiam, quia id genus iuriſiurandi ad impietatem Gentilium pertinet, neque per Hieruſalem, aut ſancta Dei, aut altare, aut domum, aut templi inaurationem*, (nota inaurata templa Chriſtianorum, vt Capitolium paganorum,) *aut per ſuum caput, quod ſit hæc Iudæorum corrupta conſuetudo, & ideo interdicta.* *Per Hieruſalẽ. Per ſancta Dei. Per altare. Per Dei domum. Per templi inaurationem.* Antiquum autem erat Francorum iuramentum, *per amorem Dei*: nam in viſione Flotildis dixit, *Et vt prohiberet iuramentum, maxime illud, quod fiebat per amorem Dei.* Et iurabant etiam *per arma*. Nam ſic in veteribus Annalibus Francis. *Iurabant etiam per arma, iuxta ritum gentis.* Vetitum autem Francis iurare *per vitam Regis, & filiorum eius*, capite 6. legum Francorum. Non prætereo legiſſe me in Seneca patre iuſiurandum *per cineres patris*, & *per tumulum*, & *per cineres matris*. *Iuſiurandum per cineres patris. Per tumulum.* Vt apud Horatium Ode 8. libro ſecundo. Et exiſtimo iuraſſe paganos per ea omnia, quæ ſacroſancta putarent. Iurauere autem olim priſci patres tacto femore, in quo robur hominis, vt apparet in Geneſi, de ſeruo Abraham. *Tacto femore iurabant olim.*

Iurauere

Iurauere etiam pagani, *manu pectori admota.* Nam Ouid. 3. Amor. vbi de nuptijs fluuij Amonis.

Suppoſuiſſe manus ad pectora lubricus amnis
Dicitur, & ſocij iura dediſſe thori.

Tactu crucis Chriſtiani iurabant. Iurauere etiam Chriſtiani, & iurant adhuc, *manu cruci impoſita.* Nam Chriſtiani omnes ſocij crucis. Tertullian. *ſi quis nos crucis religioſos putat conſectaneus noſter.* ſed legendum *conſecraneus*, id eſt, eodem crucis ſigno conſecratus. Idem author, ſacramentum in quo diabolo repudium dicimus, cum ſignaculo crucis in fronte. *Frontem ſigno crucis terimus.* lib. de Corona: non cogitatione, vt falſus interpres, ſed digito terente frontem, quod eſt antiquiſſimum. Aut *tactis ſacroſanctis Euangelijs.* Can. Nullus, qui eſt ex Concil. Rhemenſi 22. quæſt. 5. Bulgari autem, *manu ſpathæ impoſita.* Vt legitur in reſponſis Nicolai I. ad Conſulta Bulgarorum. Iurauere antiquiores pagani *tactis aris.* Vt apud Virgilium 11. Æneid. Et apud Homerum, *per ſceptrum*, quod erat regium iuſiurandum: & *per haſtam*, ſed haſta ſceptrum fuit, ait Iuſtinus libro 43. *Per vniones* etiam, vt illa Gellia Martialis libro octauo, epigramm. 81. Sed iſtis muliebribus iuramentis nihil obſcum, aut putidum magis: vt neque Socraticis qui per canem & anſerem. Ideo Tertullian. *Socrates in contumeliam deorum quercum & hircum & canem deierabat.* Apologetic. 14. capite.

Tactis aris, pagani. Tactu ferri candentis. Aquæ feruentis. Per Canem Socrates. Per Capparim Zeno. Tacto enſe Bulgari. Per Sceptrum. Per vniones fœmina.

6 IVSIVRANDVM PERINDE.] Iuuenal. Sat. 13. hoc firmat:

Nullane periuri capitis, fraudiſque nefandæ
Pœna erit?

Cui reſpondet is qui dormienti Piſiſtrato Athenienſium tyranno dixit in ſomnis.

Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν, ὅστις οὐκ ἀποτίσει.
Nemo iniuſtorum non ſoluet crimine pœnas.

Et alter.

Qui bene iurarit ſoboles fœlicior huius.
Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

Perſius Satyra 5.

Verte aliquid, iura. ſed Iuppiter audiet. Eheu:
Baro? regustatum digito terebrare ſalinum
Contemptus perages, ſi viuere cum Ioue tendis.

En ironia paganorum aduerſus homines nihil de Deo ſentientes. Alexander Seuerus, noluit eum qui peieraſſet per nomen Cæſaris, incurrere crimen majeſtatis, hortante forſan Vlpiano ſibi aſſidente. *Nam violata religio iuriſiurandi, ſi inconſulte tantum, Deum vltorem habet.* L. 2. Cod. de reb. cred. *ſi conſulte, Deum & principem.* L. 17. de iureiurand. Cod. Et ſane nil audacius quam Dei nomine, & Cæſaris abuti ad mendacium, id eſt, per omne quod in cœlo ſacratius & venerabilius in terra peierare. Tamen Tertullian. in Apolog. *Tutius*, inquit, *apud vos per omnes Deos, quam per vnum genium Cæſaris peieratur.* Nam hoc periurium in Cæſarem ſubito ictu vindicatur. L. ſi duo. §. vltim. Multi periuria flocci fecerunt, (quod apud Chriſtianos ſeueriſſime fuit caſtigatum.) Etiam puto apud paganos eos *in peierarium* aliquando coniectos, trucem, & putidiſſimum carcerem, qui ſe periurio maculaſſent. Sic enim accipio verbum hoc apud Diuum Cyprianum. Nam quidam Chriſtiani libellatici dicti, quod libellos offerrent ad ſacrificandum Dijs; plerique autem præ metu hoc faciebant. Sed ſi pudibundi reſipuiſſent, & peracta pœnitentia, rurſus in aciem deſcendiſſent, pro periuris comperti a paganis, *in peierarium* vincti conijciebantur. Ita periurij oſores pagani. Et cur non imitatores Chriſtiani?

Impunitum periurium olim.

Periurium nominis Cæſaris.

Peierarium, carcer.

Nec multo poſt Granium Marcellum prætorem Bithyniæ quæſtor ipſius Cæpio Criſpinus majeſtatis poſtulauit, ſubſcribente [1] Romano Hiſpone, qui formam vitæ inijt, quam poſtea celebrem miſeriæ temporum, & audaciæ hominum fecerunt. nam egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis ſæuitiæ principis adrepit, mox clariſſimo cuique periculum faceſſit, potentiam apud vnum, odium apud omnes adeptus, dedit exemplum quod [2] ſecuti ex pauperibus diuites, ex contemptis metuendi, perniciem alijs, ac poſtremum ſibi inuenere. Sed Marcellum inſimulabat ſiniſtros de Tiberio ſermones habuiſſe: [3] ineuitabile crimen, cum ex moribus principis fœdiſſima quæque deligeret accuſator, obiectaretque reo. nam quia vera erant, etiam dicta credebantur. Addidit Hiſpo, ſtatuam Marcelli altius, quam Cæſarum ſitam, & alia in ſtatua, amputato capite Auguſti, [4] * effigiem Tiberij inditam. ad quod exarſit adeo, vt rupta taciturnitate proclamaret, ſe quoque in ea cauſa [5] laturum ſententiam palam, & iuratum, quo cæteris eadem neceſſitas fieret. Manebant etiam tum veſtigia morientis liberta-

** effigie in Tiberij inditum.*

tis. Igitur Cn. Piſo, [6] *Quo*, inquit, *loco cenſebis Cæſar? ſi primus, habebo quod ſequar: ſi poſt omnes, vereor ne imprudens diſſentiam.* permotus his, quantoque incautius efferbuerat, pœnitentia patiens tulit abſolui reum criminibus majeſtatis. de pecunijs repetundis ad reciperatores itum eſt.

Hiſpo hiſpidus orator.

1 ROMANO HISPONE.] Hiſpo hiſpidus orator, & cinara hiſpidior, de qua Columella, *Hiſpida ponatur cinara.* Quippe hiſpida vertice pungit, ait idem, ſpiniſque minantibus horret. Nam cardui omnes aculeati: At cinara inter carduos. Seneca autem pater, paucis, ſed aculeatis verbis Hiſponem inſequitur lib. 9. Controu. 3. vt carduus carduum. *Romanus*, inquit, *erat natura qui aſperiorem dicendi viam ſequeretur.* Sed qui orationem aſperat, vix ſibi auditorem parat.

2 SEQVVTI EX PAVPERIBVS DIVITES, EX CONTEMPTIS METVENDI.] Inde eſt quod Rex ſapientiſſimus dixit in Eccleſiaſte: *De carcere cateniſque interdum quis egreditur ad regnum, & de regno ad inopiam.* Vnde primo Anthologias in epigrammate antiquo legitur: *Quæ ancilla ſemel fuit, nunquam dominetur.* Alludit ad Semiramidem quæ ex ancilla regina facta regem interfecit, regnum occupauit. Et ex eo fonte Hieremiæ exclamatio in Threnis cap. 5. *Serui dominati ſunt nobis.* Nec abſimile de Ægypto: *Regnant Paſtores in Ægypto.* Nam omnes paſtores abegerat Pharao ab Ægyptio ſolo, exoſumque apud eos erat paſtoris nomen. qui poſtea regnarunt. Inualuit autem prouerbium, quod ex vſu hominum ſerui ſuperbe dominentur. Manethon ex Ioſepho cōtra Appionem. Sed quid cogitat Iupiter? *Valles exaltare, montes humiliare?* Hoc dicebat Chilo paganus. Sane Deus eſt qui quem lubet euehit, quem lubet deprimit. *Magni certe eſt, & moderati animi, non inſoleſcere in proſperis,* dicebat Cicero. Nam *ſecundæ res*, inquit Tacitus Hiſt. 1. *acrioribus ſtimulis animos explorant. Miſeriæ tolerantur, fœlicitate corrumpimur.* Et pulchra admonitio eſt ex Papinio.

Pone modum lætus.

Seneca Suaſor. 1. *Magni pectoris eſt inter ſecunda moderatio.* Diuus Auguſt. cap. 2. Geneſ. Homil. 38. *Ille ferme ſeruorum mos eſt, vt cum parum proſperitatis eis ſpirauerit, nequeant intra limbos ſuos manere, ſed ſtatim ſui ordinis obliuiſcantur.* Pantomimus ille loquens de libertis Clodij:

Serui conditionis obliuioſi.

Tolerari nequit beatus verbero.

Sed reſpondit:

Reges quoque extitere de caprarijs.

Quod verum, & reſpicit ad Ægyptiorum quoſdam reges qui caprarij fuerant. Claudianus in Eutropium.

Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet: deſæuit in omnes,
Vt ſe poſſe putet: nec bellua tetrior vlla eſt,
Quam ſerui rabies in libera colla furentis.

Vis inſigne exemplum? Valerius Magnus author de Vulſinijs: *Poſtquam*, inquit, *luxuria prolapſa eſt, in profundum iniuriarum & turpitudinis decidit, vt ſeruorum inſolentiſſimæ dominationi ſe ſubijceret. Qui primum admodum pauci Senatorium ordinem intrare auſi, mox vniuerſam Rempub. occuparunt. Teſtamenta ad arbitrium ſuum ſcribi iubebant, conuiuia cœtuſque ingenuorum fieri vetabant, filias dominorum in matrimonium ducebant. Poſtremo, lege ſanxerunt, vt ſtupra ſua in viduis pariter, ac nuptis impunita eſſent, ac ne qua virgo ingenua nuberet, cuius caſtitatem non ante ex numero ipſorum aliquis delibaſſet.* O propudia: Quid excogitari poteſt turpius, quid immanius? ſed quid inhumanius? Seruorum imperium orbis ſuſpirium eſt. Et vere D. Ambroſius 7. epiſt. *Minus vile putatur ſeruire libero. Geminatur ſeruitus vbi ſeruitur vernaculis.* Nam virtus domini ſeruuli conditionem lenit.

Seruorum dominantium ſcelera.

Tiberius firmus contra rumores.

3 INEVITABILE CRIMEN.] Suetonius tamen de Tiberio cap. 28. dicebat: *Aduerſus conuitia, maloſque rumores, & famoſa de ſe ac ſuis carmina, firmus, & patiens, ſubinde iactabat in ciuitate libera, linguam, mentemque liberas eſſe debere.* Et Plinius libr. 24. *imperioſum ſui* fuiſſe Tiberium ſcribit, ſed initio principatus. Vbi ergo ille Tiberius, quem heic Tacitus deſcribit?

Heu quantum hæc Niobe, Niobe diſtabat ab illa?

Nam ille Tiberius, non Tiberius, ſed Biberius, & nobilioris ſanguinis helluo, ſi ſpectes non principium imperij, ſed ſi finem. Et de eo vere dici poſſit. *Nemo maiori comitate cœpit imperium, nemo maiori feritate depoſuit.* Vnus Veſpaſianus comitatem ſtatim a principatu arripuit & ad exitum retinuit.

Sed initio, non in fine imperij.

4 EFFIGIEM TIBERII INDITAM.] Itane exarſiſſe Tiberium quod amputato capite ſtatuæ Auguſti, Tiberij caput eſſet inditum? Atqui decus eſt, non probrum. Claudius imperator in Apellis tabula qua Alexandrum de Belo triumphantem pinxerat, abſtulit imaginem Alexandri, vt D. Auguſti vultum reponeret. Plin. 35. cap. 10. Eſt quidem crimen læſæ majeſtatis caput ſtatuæ Auguſti amputaſſe, ſed eo amputato impoſuiſſe caput Tiberij, an iræ, ac commotionis tantæ, cauſa Tiberio eſſe debuit? Commodus imperator, ait Dio, Coloſſi Herculis amputato capite ſui capitis imaginem repoſuit, vt Hercules cenſeretur. Si noluit Tiberius ſuum nomen matris nomini poſtponi, vt ambitionem notes; dubitamus quin gratum illi fuerit, ſuum caput ſtatuæ Auguſti imponi? Caligulæ commentum fuit ad parandum decus, capite amputato Iouis Olympici, ſuum caput imponere.

Abſurditas excuſæ lectionis.

Verba corrupta excuſa lectionis.

nere. Quid ergo? puto corrupta Taciti verba, & ita legenda. *Amputato capite Auguſti, effigie in Tiberij inditum.* Ita Plinius, vbi de Chaucis: *Dubium ſit terræ ſint, an parte in maris.* libro 16. capite primo, quod ſupra diximus. Sic etiam ſupra correxi Feſtum in his verbis: *Iouis tutelam effigiem tauri habuerit.* Vbi repoſui, *effigie in tauri habuerit*, vt heic, *effigie in Tiberij inditum*: Et noſter ſupra.

Capita ſtatuarum mutata.

Hæc eſt igitur Helena pro qua Tiberius dimicat, pro qua in fermento totus eſt, quod Auguſti caput ſuæ ſtatuæ impoſitum fuerit. Diuus Ambroſius lib. 5. Hexam. cap. 9. *Quid ſine capite eſt homo, cum totus in capite ſit? cum caput videris, hominem agnoſcis: ſi caput deſit, nulla agnitio eſſe poteſt.* Vt heic vbi dempto Tiberij capite a ſua ſtatua, impoſitum eſt caput Auguſti. Ideoque vt ſubiungit D. Ambroſius, *Iacet truncus ignobilis, ſine honore, ſine nomine.* Sane ſtatuarum capita permutabantur olim, ait Plinius lib. 35. cap. 2. *vulgatis iampridem ſalibus etiam carminum.* Sed carmina illa non extant. Et idem libr. 35. cap. 10. ait Claudium, *excuſſo capite in ſtatua Alexandri, Auguſti caput impoſuiſſe.* Quin etiam Deitates magnas ſub turpibus figuris celabant aliquando. Vnde prouerbium, *Sileni ſunt heic.* quod interpretari debet ex Syneſio epiſt. 154. *Quiſquis non exercitatus eſt ad deprehendendam quandam diuinam perſonam, ſub viliore abſconditam figura, quemadmodum faciebant Athenis opifices, Venerem, & Gratias, & huiuſmodi Deorum pulchritudines Silenorum & Satyrorum ſtatuis amicientes.* Sed heic Tiberius iniuriam vix ſuffert, quod Auguſti caput ſuæ effigiei ſit inditum. Scio apud Suetonium cap. 88. in Tiberio, ſcriptum eſſe: *Statuæ quidem Auguſti caput dempſerat, vt alterius imponeret: acta res eſt in Senatu, & quia ambigebatur, per tormenta quæſita res eſt damnato reo. paulatim genus calumniæ eo proceſſit, vt hæc quoque capitalia eſſent.* Sed illa hiſtoria toto cœlo noſtræ contraria eſt:

Suetonij hiſtoria nihil ad Tacitum heic.

Vnus dānatus, alter abſolutus.

Per tormenta quæſita res, heic omnia ſponte.

Quippe, quiſquis ille fuit, de quo Suetonius, is certe damnatus eſt, hic abſolutus. Per tormenta quæſita res, heic nullis tormentis. Deinde Sueton. non ſcribit additum fuiſſe illud caput Auguſti, ſtatuæ Tiberij, quod Tacitus ſcribit & diſerte. Addo in Suetonio ſcriptum fuiſſe, ſtatuæ Auguſti caput demptum, vt alterius caput imponeretur; heic ſcriptum contra, Auguſto caput demptum, vt effigiei Tiberij ſtatueretur. Vos Quirites iudicatote: quæ veſtra ſententia erit, mea erit.

Iudiciorum initiū a iureiurando.

4 LATVRVM SENTENTIAM PALAM, ET IVRATVM.] Recte ſane, nam Tacitus ſtatim ſubiunxit, vbi de iſto iureiurando: *Manebant*, inquit, *tum veſtigia morientis libertatis.*

In ciuilibus, & criminalibus.

In vetere enim Rep. ſeu in criminalibus cauſis, iurabant in leges. Idque principio cognitionis. Aliquando etiam antequam ſententiam expromerent, vel in media ſententia iurabant, vt heic. Et vbi religioſe ſe gerere profitebantur, a iureiurando incipiebant. Plaut. in Truculento:

Conceptis me non facturum verbis iurem ſi velit.

Et Ouidius:

-- Iuratus dicere poſſum,
Me non legitimos ſollicitaſſe thoros.

Hadrianus de cæde Celſi & Nigrini iureiurando ſe purgauit. Plinius l. 7. cap. 34. *A iurato Senatu, vir optimus, ſemel, a condito æuo, iudicatus eſt Scipio Naſica.* Cicero Action. 1. in Verrem: *Hoc factum eſſe in hac ciuitate, cum Senatorius ordo iudicaret, vt diſcoloribus ſignis, iuratorum hominum ſententiæ notarentur.* Aſconius tamen prætorem non iuraſſe ſcribit in Verrinis. Ita Symmachus de tradend. baſil. *Nihil aliud facit authoritatem rebus veſtris iudicatis, quam quod omnia, veluti iuratus, ordo decernit.* Et Apul. libro 10. firmat, dum ait: *Vos qui iureiurando adſtricti iudicatis.* Tacitus de Suillio. *Vt iudicio iurati Senatus Cretam amouerentur.* Et facit L. vlt. Cod. de iudicijs. In criminibus vero Clemens Roman. Conſt. Apoſtol. libro ſecundo cap. 52. *Qui ſuffragium*, inquit, *de capite laturus eſt, ſublatis manibus, ſolem teſtabatur, innocentem ſe eſſe & mundum a ſanguine hominis illius.* Inde illa Pilati manuum ablutio, in iudicio de capite Chriſti Saluatoris noſtri.

Formula iuriſiurandi.

Formula autem iuriſiurandi erat. *Ex animi mei ſententia iuro.* Quintil. Declamat. noua. 313. *Ipſi iudices hoc non pronunciarunt, ſed ſe ex animi ſui ſententia facere profitentur.*

In criminalibus.

Sueton. cap. 30. in Iul. *M. Cato identidem, nec ſine iureiurando delaturum ſe nomen, ſimul ac primum exercitum dimiſiſſet.* Ergo non modo iurabant in leges, vbi eſſent iudicaturi, ſed ſi quid incurriſſet grande, etiam vltro iurabant, vt apud Suetonium cap. 22. in Claudio. *In cooptandis*, inquit, *per collegia ſacerdotibus, neminem, niſi iuratus, nominauit.* Et certe iuſiurandum, magnum eſt recte agendi vinculum, numen credentibus, & formidantibus: nam cæteris pro palea eſt.

5 QVO LOCO CENSEBIS.] Sic Cicero libro octauo ad Atticum, epiſtola *Vnum. Ego vero*, inquit, *quem fugiam habeo, quem ſequar non habeo.* Homines enim, vt inertia pecora, ſæpe gregis ducem ſequuntur, & eo manente, manent; eo inſiliente, inſiliunt. Et heic ſunt veſtigia morientis libertatis, ait noſter. Nam poſtea Cæſares illud iuſiurandum ſuſtulerunt & ordinem dicendæ ſententiæ interuerterunt: omnibus principem, non ius, non æquitatem ſpectantibus. Inde illud Caligulæ apud Suetonium. *Effecturum ſe, vt nihil reſpondeant præter eius votum.* Et noſter: *Paucis decus publicum curæ. Omnes ſpectare principem. Multa adulatione aut poſtrema patientia decerni.* Fuit autem apud Romanos magnificum, dicere primus ſententiam. Cicero 5. in Verrem: *Ob earum rerum laborem, & ſollicitudinem,* (pro Repub. videlicet) *antiquiorem in Senatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, ius, imagines ad memoriam poſteritati prodendam.* Et noſter libro 3. de Tiberio. *Exemit Druſum Conſulem deſignatum dicendæ primo loco ſententiæ, ne cæteris adſentiendi neceſſitas fieret.*

Nec patrum cognitionibus ſatiatus, iudicijs adſidebat in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret: multaque eo coram, aduerſus ambitum & potentium preces conſtituta. ſed [1] dum veritati conſulitur, libertas corrumpebatur. Inter quæ [2] Pius Aurelius ſenator, queſtus [3] mole publicæ viæ, ductuque aquarum, labefactas ædis ſuas, auxilium patrum inuocabat. reſiſtentibus [4] ærarij prætoribus ſubuenit Cæſar, pretiumque ædium Aurelio tribuit, [5] erogandæ per honeſta pecuniæ cupiens. quam virtutem diu retinuit, cum cæteras exueret. Propertio Celeri prætorio [6] veniam ordinis ob paupertatem petenti, decies ſeſtertium largitus eſt, ſatis comperto, paternas ei anguſtias eſſe. * tentantis eadem alios, probare cauſam ſenatui iuſſit, [7] cupidine ſeueritatis, in his etiam quæ rite faceret, acerbus. vnde cæteri ſilentium & [8] paupertatem confeſſioni & beneficio prӕpoſuere.

*tentanteis

1 Dvm veritati consvlitvr, libertas corrvmpebatvr.] Id eſt, dum in præſentia Tiberij veritas criminis diſquiritur, libertas ipſa magiſtratuum in iudicando amittitur. Nam prætor coram principe nihil, niſi ex eius ſententia, pronunciare auſus, nec Senatores cenſere. Vnde iſtud Piſonis. *Si primo loco cenſeas, Cæſar, habebo quod ſequar; ſi poſt omnes, vereor ne imprudens diſſentiam.* Cicero ad Q. fratr. 3. epiſt. *Gabinius ille cum a me ſingularibus meis ſtudijs ornatus eſſet, cumque ego nihil illi deberem, ille mihi omnia; tamen in Rep. me a ſe diſſentientem non tulit.* Quod vero ait, *aduerſus ambitum potentium, & preces*: cape de clientibus & patronis, de quibus aurea vere verba Saluiani libr. 5. de Prouidentia. *Tradunt*, inquit, *ſe tuendum, protegendumque maioribus, dedititios ſe diuitum faciunt, & quaſi in ius eorum, ditionemque tranſcendunt. Nec tamen graue hoc, aut indignum arbitrarer, imo potius gratularer hanc potentium magnitudinem, quibus ſe pauperes dedunt, ſi patrocinia iſta non venderent, ſi (quod ſe dicunt humiles defenſare) humanitati tribuerent, non cupiditati.* De iſtis clientelis, Cicero M. Catoni famil. lib. 15. *Duæ maximæ clientelæ tuæ, Cyprus inſula, & Cappadociæ regnum.* Catonis autem Clientela, dicta *Clientela Iouis*. Adeo erat moderatus & bonus patronus. Et in epiſtola Dolabellæ ad Cic. 9. famil. *Animaduertis Cn. Pompeium, nec nominis ſui, nec rerum geſtarum gloria, nec etiam regum, aut nationum clientelis, quas oſtentare crebro ſolebat, eſſe tutum.* Alio loco de his clientelis agemus. Nunc ſatis ſit delibaſſe, non conſummaſſe.

Coram principe iudex libertatem perdit.

Patronatus diuitum.

Clientibus venditus chare.

Clientela in rep. vet.

2 Pivs Avrelivs Senator.] Ex Aureliorum familia, quæ a Sabinis, magno ſtemmate Romæ claruit. Ex qua & Iulij Cæſaris mater Aurelia fuit. Et a ſole dictam putant, ait Feſtus, quod & publice a P.R. datus ſit locus, in quo ſacra faceret Soli, qui ex hoc *Auſelij* dicebantur, pro *Aurelij*, vt *Valeſij*, *Papiſij*, pro eo quod eſt *Valerij*, & *Papirij*, præcipueque duobus claris prænominibus fuit illuſtris, quod Aurelij *Pij* & *Probi* dicerentur. Ab anno autem Vrb. Condit. D.VII. per omnes omnium dignitatum gradus traſuecta, hæc familia tandem ſummi imperij faſtigium adepta eſt: non vi, ſed virtute, & meritis. Habuit enim Imperatorem Aurelium Pium. Quod oſtendit Lex 1. de hered. inſtit. & de quo Aurelius Victor: *Hunc*, inquit, *nulla fere vitiorum labes maculauit.* Ideo cæteri Imperatores *Aurelij* nomen ſibi indiderunt. Habuit etiam M. Philoſophum Aurelium, Alexandrum, & Aurelianum, Aurelium Probum, magna Imperatoriæ dignitatis nomina, & lumina. Aureliorumque familia, ſeu origine, ſeu adoptionis iure magnos dedit & claros viros. Ab ea *lex Aurelia* de iudicijs, de qua meminit Cicero Philipp. 2. Et *Aurelium Tribunal*, de quo idem pro Seſtio. Ab ea *Aurelia via*, de qua idem eadem Philipp. Et *Aurelia porta*, de qua Procopius. Eiuſdem nominis fuere viri, tam apud Chriſtianos, quam paganos, nobiles. Aurelius, Arcadius, Cariſius Iuriſconſ. quo de L. vlt. §. Mixta. D. de muneribus. fuitque libellorum magiſter, qui ſcripſit de offic. præfect. prætor. de muneribus & honoribus libros ſingulares. Aurelius Grammaticus, qui ſæpe a Verrio Flacco citatur. Aurelius Auguſtinus, Aurelius Caſſiodorus, & Aurelius Macrobius. Qui, vt per virtutes celebrandi, ſic æternum imitandi.

Aurelia familia a Sabinis.

Aurelia Iul. Cæſaris mater.

Prænomina Aureliorum Pij & Probi.

Ad imperium euecta gens.

Elogium ſingulare Aurelij Pij Imperatoris Vir ſine labe.

Lex Aurelia.

Aurelium tribunal.

Aurelia porta.

Chriſtiani Aurelio nomine inſignes.

3 Mole pvblicæ viæ, dvctvqve aqvarvm.] Quæ multæ in vrbe. Vt Appia, Anio vetus, Anio nouus, Tepula, Curtius, & Cæruleus, fontes. Et Virgo fons, qui Iulia aqua, a Iulia Auguſti filia, dictus, & Virginalis aqua, quod Herculeum riuum, quaſi virgo caſta, ſemper fugeret, ne ei iungeretur: poſtea per aquæductum in vrbem tranſlatus eſt Cn. Domitio Caluino, & C. Aſinio Pollione Conſulibus. Dio. Fuit etiam *aqua Martia*, de qua heic, & Plinius libro 31. cap. 3. quam Agrippa vrbi reſtituit. De his aquæductibus, qui ſub Auguſto & Tiberio, Strabo lib. 5. ſcribit tantam aquarum vim per aquæductus Romæ influere, vt per vrbem, & cloacas omnes inundare videantur. Additque vniuerſas ædes habuiſſe meatus ſubterraneos, ſiphoneſque, ac venoſas fiſtu-

Fontes in vrbe Roma.

Virgo fons, cur?

Magna in vrbe copia aquarum.

las

las ad munditiem. Quod Plinius firmat, vbi de Caiano aquæductu libr. 36. cap. 14. Et egregie Rutilius Claudius in Itinerario l. 1.

Quid loquar aerio pendentes fornice riuos,
Quas vix imbriferas tolleret Iris aquas?
Hos potius dicas creuiſſe in ſidera montes:
Tale Gigantæum Græcia laudat opus.
Intercepta tuis conduntur flumina muris,
Conſumunt totos celſa lauacra lacus.

De his aquis notanda inſcriptio vetus Titi Imperatoris. IMPER. CÆSAR. VESPASIANVS. AVG. PON. MAX. TRIBV. P.X. IMPERAT. XVII. P.P. CENSOR. COS. VIII. AQVAS. CVRTIAM. ET. CÆRVLEAM. PERDVCTAS. A. D. CLAVDIO. ET. POSTEA. A.D. VESPASIANO. PATRE. SVO. VRBI. RESTITVTAS. CVM. A. CAPITE. AQVARVM. A. SOLO. VETVSTATE. DILAPSÆ. ESSENT. NOVA. FORMA. REDVCENDAS. SVA. IMPENSA. CVRAVIT. Plinius ſcribit in ædilitate M. Agrippæ poſt eius Conſulatum *per meatus corriuatos ſeptem amnes qui vrbem influerent.* Martial. epigram. 4. epigr. 18.

Quæ vicina pluit Vipſanis porta columnis,
Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis.

Eſt autem porta Capena, quam ſuper, erat aquæductus, qui *arcus ſtillans* vocabatur. Scholiaſtes Iuuenal. Sat. 3. Et domus Aurelia portæ vicina. Vt Romæ aqua non defuit, nec defuere ſordes, quæ aqua abluerentur.

Roma aqua non defuit, nec ſordes.

4 ÆRARII PRÆTORIBVS.] Id eſt, Quæſtoribus, qui præerant ærario publico. Prætor autem dictus, quod præſit, & præeat populis authoritate. Varro 4. de ling. Lat. Et Non. Marcell. in verbo, *Conſulum*. Etiam in re militari Prætor, qui præſit exercitui. *Prætorem dictum quod praeiret in iure & exercitu*. Inde omnis magiſtratus Prætor dictus, vt heic ærarij prætores. Sic ſupra, *Prætorem Bithyniæ Granium Marcellum* vocat, quem Proconſulem dicere oportuit. Sic in Iul. Suet. Prætores, quæſtores vocat. *præfectoſque*, inquit, *pro Prætoribus inſtituit.* Sic *præſidis* nomen generale eſt, quod pertinet ad omnes, prouincias regentes. L. 1. de offic. præſid. Et *quæſtoris* nomen, pro omni quæſtore, qui iudicium publicum exercet, vt apud Sueton. in Iul. *Nonium Quæſtorem.* cap. 17. In ſumma, qui præeſt, Prætor eſt.

Prætores ærarij quæſtores ſunt. Ita dicti, quod præſunt.

Omnis magiſtratus prætor.

Quæſtor quæſitor omnis.

5 EROGANDÆ PER HONESTA PECVNIÆ CVPIENS.] Quod facit maxime ad laudem principum, & ſecuritatem. Nam magis beneficio quam armis, imperia cuſtodiuntur, & virtutis vberrimum eſt alimentum honos. Si Galba paulum erogaſſet, omnia cum imperio habuiſſet. Diuus Hieronymus ad Euſt. quæ ex principibus orta, ſic ſcribit: *Tui generis ſit, & habere, & calcare diuitias.* Hanc autem Tiberij virtutem alibi noſter confirmat. Et Annal. 2. *Vt honeſtam*, inquit, *innocentium paupertatem leuauit, ita prodigos, & ob flagitia egentes mouit Senatu, aut ſponte cedere paſſus eſt.* Quod vere egregium & regium eſt. Tacitus 1. Hiſtor. de Galba *Conſtat conciliari potuiſſe animos quantulacumque parci ſenis liberalitate.* Ergo Galba culpandus qui tantulæ pecuniæ cupiditate ſibi imperium & Reip. pacem ademit.

Tiberij mens in largiendo.

Galba pauca ſeruando omne imperium amiſit.

Munus veri principis.

6 VENIAM ORDINIS OB PAVPERTATEM.] Nam, vt ait Seneca pater Controu. 2. *Senatorium gradum cenſus aſcendere facit.* Quod mirum in ciuitate, quæ oderat auaritiam, vt aiunt: ſed firmat Plinius lib. 14. in præfat. cum inquit. *Poſteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit.* Vbi lego, *Poſterioris laxitas mundi.* Nam ſupra dixit, *antea.* mox addit: *Poſtquam Senator cenſu legi cœptus, Iudex fieri cenſu, magiſtratum ducemque nihil magis exornare, quam cenſus.* Cenſus autem Senatorum ante Auguſtum, ſeſtertium 800. ſed ampliauit Auguſtus. Iuuenal. Satyr. 3. libr. 1. vbi de equeſtri ordine,

Cenſus Senatorum ſub Auguſto.

-- Exeat, inquit,
Si pudor eſt, & de puluino ſurgat equeſtri,
Cuius res legi non ſufficit, & ſedeant heic
Lenonum pueri quocunque in fornice nati.

Lucillius.

Aurum, atque ambitio, ſpecimen virtutis vtrique eſt,
Tantum habeas, tantum ipſe ſies, tantique habearis.

Lego, *Quantum habeas*: Id eſt, tantus eris, quantum habueris. Nam

Et genus, & formam regina pecunia donat.

Tantus eris quantum habueris.

Lucillius correctus.

7 CVPIDINE SEVERITATIS.] Lege interrogando, *Cupidinene ſeueritatis, an his etiam quæ rite faceret, acerbus?* Sic lib. 12. *Subiectiſt, ſuone, an Seruilij ingenio?* Et alibi, *Altitudinene animi, an quia compererat modica eſſe?* Et libr. 12. *Adeone neminem iiſdem in terris ortum, qui principis partes expleat?* & libr. 4. *Nubendumne poſt Druſum?* Nam in his verbis, veræ Taciti ſcriptiones, & eruptiones, & acumina. Quod vero ait, *cupidine ſeueritatis*, eos ſpectat qui ſeueritate morum celebritatem quærunt. Quod obijciebant Thraſeæ accuſatores. Et Thraſeæ ſectatoribus, *Habet*, dicebant, *ſectatores qui non tantum contumaciam ſententiarum, ſed habitum vultumque eius ſectantur rigidi & triſtes.* Et idem noſter lib. 16. *Authoritatem Stoicæ ſectæ præferebat habitu & ore ad exprimendam imaginem honeſti, & ex tetricis: cæterum animo perfidioſus.* Iuuenalis Satyra 2. de his.

Hiſpida membra quidem & duræ per brachia ſetæ,
Promittunt atrocem animum: ſed podice læui
Cæduntur tumidæ medico ridente mariscæ.

Gypſo Chryſippi cretatos *homines* vocabat idem author, & Seneca *ſuperciliosos cenſores.*

8 PAVPERTATEM CONFESSIONI.] Quippe Tiberius, non tam dabat, quam exprobrabat. *Liberauit illos creditoribus*, ait Seneca 2. benef. cap. 7. *ſed ſibi non obligauit.* Addit poſtea. *Aliquid Tiberius ſequutus eſt.* Lege, *At aliquid Tiberius conſequutus eſt. puto noluit plures eſſe, qui idem rogaturi concurrerent. Ita fortaſſe efficax ratio fuerit, ad horum improbas cupiditates arcendas.* Efficax certe: nam priuata largitione, publicum exhaurire nefas.

Tiberius dabat, & exprobrabat.

Seneca correctus.

Priuata largitio, publica paupertas.

Eodem anno continuis imbribus [1] auctus Tiberis plana vrbis ſtagnauerat. Relabentem ſecuta eſt ædificiorum & hominum ſtrages. Igitur cenſuit Aſinius Gallus, vt [2] libri Sibyllini adirentur. Renuit Tiberius, perinde diuina humanaque obtegens: ſed remedium coercendi fluminis [3] Ateio Capitoni, & L. Arruntio mandatum. Achaiam ac Macedoniam onera * deprecantis leuari in præſens [4] proconſulari imperio, tradique Cæſari placuit. [5] Edendis gladiatoribus, quos Germanici fratris, ac ſuo nomine obtulerat Druſus præſedit, quanquam vili ſanguine nimis gaudens; [6] * quod vulgus formidoloſum, & pater arguiſſe dicebatur. [7] cur abſtinuerit ſpectaculo ipſe, varie trahebant; alij tædio cœtus, quidam triſtitia ingenij & metu comparationis, quia Auguſtus comiter interfuiſſet. [8] Non crediderim ad oſtentandam ſæuitiam, mouendaſque populi offenſiones conceſſam filio materiam; quanquam id quoque dictum eſt.

* deprecantis

* quod vt vulgus formidoloſum pater

Tiberis auctus ominoſus.

1 AVCTVS TIBERIS.] Qui talis ſæpe ſub Auguſto, nec fruſtra: nam, vt ait Victor in Valeriano, *Tiberis diluuij facie inundauit. Prudentes pernicioſum Reip. cecinere.* Tiberis autem *rex eſt fluuiorum Italiæ*, cui data diuinitas a paganis. Magnarum certe nauium capax & Nilus alter. Plinius vocat, *rerum in toto orbe naſcentium mercatorem, futurorum etiam monitorem & auctu religioſum.* Horat. de Tiberis auctu & reſtagnatione ſcribit Oda 2. lib. 1. Quo loci vocat *Tiberim flauum*, vt *cæruleum* Virg. lib. 8. his verſibus.

--Ego ſum pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas & pinguia culta ſerentem
Cæruleus Tibris.

Vbi Seruius, Tiberinum in ſacris, Tiberim apud vulgus, Tibrim in carmine vocari. Ergo *flauus* dictus. ſic Pacuuius *aquam flauam*, & *flauum puluerem*, dixit, vt ſcribit Gellius lib. 2. cap. 26. Tiberis autem prius *Albula* dictus, in quem cum Tiberius Capeti filius cecidiſſet, & fuiſſet ſubmerſus, mutato nomine, *Tibris* dictus eſt. Hoc enim ſcribit libellus de progreſſu Auguſti, Meſſalæ adſcriptus. Et Varro 4. de ling. Lat. Sed quomodo flauus, & ξανθὸς, qui Albula? *Flauus*, cum turbidus inundat, & turgeſcit; *Albula*, cum quietus & pacatus fluit in alueo. Sic Xanthum fluuium non longe a Troia nuncupauere tumentem. Sic ab albo ἄλφος, & Alpheus, ſic Alpes. Et Sabini *alpum*, pro *album* dixere. Fingit autem Horatius Iliam Tiberis vxorem fuiſſe, vltricemque necis Iulij Cæſaris, quod ille dictus Iulius, illa vero Ilia, ſeu Iulia. De qua Ouid. 3. Amor. eleg. 5.

Cur Tiberis dictus Albula.

Cur Flauus.

Nec te prætereo, qui per caua ſaxa volutus
Tiburis Argæi ſpumifer arua rigas,
Ilia cui placuit.

De auctu autem Tiberis ſcribit eleganter Tertullianus in Apolog. *Si Tiberis aſcendit in mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arua, ſi cœlum ſtetit, ſi terra mouit, ſi fames, ſi lues, ſtatim Chriſtianos ad Leonem.* Claudian. de bello Gild. vbi Roma ſic loquitur.

Auctus Tiberis Chriſtianis funeſtus.

Quid referam morbiue luem, tumuloſue repletos
Stragibus, & crebras corrupto ſidere mortes?
An fluuium per tecta vagum, ſummiſque minantem
Collibus? ingentes vexi ſubmerſa carinas,
Remorumque ſonos, & Pyrrhæ ſæcula ſenſi.

Sub Tiberio excreuit Tiberis ſemel, & iterum, heic ſcilicet, & in fine imperij eius, vt Dio ſcribit lib. 58. Sed impune nunquam.

2 LIBRI SIBYLLINI.] Turbatæ vrbis ſuffugium, & oracula Romana. Plinius de Sibylla lib. 7. cap. 33. *Diuinitas & quædam cœlitum ſocietas nobiliſſima ex fœminis, in Sibylla fuit.* Et Poeta:

--interpres Diuum quæ numina Phœbi,
Quæ tripodas Clarij lauros, quæ ſidera ſentit,
Et volucrum linguas & præpetis omina pennæ.

Vopiſcus in Aureliano citat epiſtolam Aureliani ad Senatum: *Miror vos P. C. tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris, proinde quaſi in Chriſtianorum Eccleſia, non in templo deorum omnium tractaretis.* Et ſane temporibus Auguſti iam magna negligentia erat in conſulendis Sibyllæ libris. Strabo 17. Duo autem præcipua habebant in explorandis publicis rebus. Primum illa oracula. Deinde & ab Etruſcis diuinationem per auguria, exta, & Iouis ſigna. Varro 1. de re Ruſt. cap. 1. *Neque patiar Sibyllam non ſolum cecinisse quæ dum viueret prodeſſent hominibus, ſed etiam quæ cum periiſſet ipſa, & id etiam ignotiſſimis hominibus, ad cuius libros tot annis poſt, publice ſolemus redire, cum deſideramus quid faciendum ſit nobis in aliquo portento, me nedum viuo quidem neceſſarijs meis quid proſit facere.* Iul. Obſequens de prodig. *Peſtilentia, fameque laboratum, vt ex Sibyllinis, populus circa compita ſacellaque operaturus ſederit.* Id eſt ſacrificaturus. Tibullus lib. 2. eleg. 5.

Sibylla in portentis conſulta.

Te duce Romanos nunquam fruſtrata Sibylla eſt,
Abdita quæ ſenis facta canit pedibus.

Id eſt, carmine Hexametro. Et Claudian. in Eutrop. lib. 1.

Pandite Pontifices Cumanæ carmina vatis,
Fulmineos ſolers Etruria conſulat ignes,
Immenſumque nefas fibris exploret haruſpex,

Quæ

Quæ noua portendant ſuperi.

In fame.

Plinius de locuſtis. *Sæpe populo ad Sibyllina remedia coacto confugere inopiæ metu.* lib. 11. cap. 29. Ouid. 4. Faſt.

Roma pudicitia proauorum tempore lapſa,
Cumæam veteres conſuluiſtis anum.

In morum lapſu.

Id eſt, Sibyllam Cumanam. D. Hieronym. 1. contr. Iouinian. *Quid referam Sibyllas Erythræam atque Cumanam & octo reliquas: (nam Varro decem fuiſſe autumat) quarum inſigne Virginitas eſt, & Virginitatis præmium diuinatio? Quod ſi Æolici genere ſermonis Sibylla* θεοβούλη *appellatur, recte conſilium Dei ſola ſcribitur noſſe Virginitas.* Hæc ille aduerſus iſtum deſertorem Catholicæ fidei. Papinius etiam in rebus turbidis conſulentem vatem facit 4. Theb.

At trepidus monſtro, & vanis terroribus impar,
Longæui rex vatis opem, tenebraſque ſagaces
Tireſiæ, qui mos incerta pauentibus, æger
Conſulit.

Apud Romanos ſemper Sibylla conſulitur in prodigijs, quod oſtendit Virgilius dum libro 6. facit Æneam ita Sibyllæ ſpondentem.

Te quoque magna manent regnis penetralia noſtris:
Heic ego namque tuas ſortes, arcanaque fata
Dicta meæ genti ponam, lectoſque ſacrabo
Alma viros.

Sibyllæ libri magnæ authoritatis.
Sibyllæ libri ſeruati Duumuiris. Decemuiris. Quindecimuiris.

Noto autem *viros* illos lectos, fuiſſe primum Duumuiros, mox Decemuiros, tum etiam Quindecimuiros, quibus mandata cura librorum Sibyllæ, quique in arca lapidea cremati ſunt, Capitolio cremato, abſumptique. Et hi, qui circunferuntur hodie, collecti ſunt ex vrbibus Italiæ, & Aſiæ, Erythriſque, & in his ſuppoſita quædam, vt aiunt. Verum non ita conſtuprata, quin aliquid puræ veritatis appareat, ad miraculum vſque vel vltra miraculum.

Atteius Capito.

3 Atteio Capitoni.] Cuius verum nomen *Ateius*, quamuis Dio patrem eius vocet *Atium*, ſed male. Nam Cicero 8. famil. epiſt. *Etſi. L. Ateius, L. filius, An. Capito.* Quod Senatuſconſulto fuit appoſitum. Et fuit, qui *Aſinius* etiam *Capito* nominaretur, ex Gellio lib. 5. cap. 20. & 21. Et qui *vir doctiſſimus* appellatur, vt *Fonteius* etiam *Capito* infra. At hic noſter Capito, melior fuit Iuriſconſultus quam vir. Nam vt ait Tacitus libr. 3. Annal. *Humani, diuinique iuris ſciens, publicum egregium, & honeſtas domi artes dehoneſtauit.* Is eſt, qui adulatione turpi, dicebat Tiberio verba non Latina, imperatorem poſſe Latina facere. Sed pulchre & libere M. Pomponius Marcellus. *Mentitur Capito,* inquit Imperatori, *tu ciuitatem hominibus dare potes, Cæſar, verbis non potes.* Sueton. de illuſtr. Grammat. Fuit Iuriſconſulti Labeonis hoſtis, & probitas tanta, hunc adulatorem hoſtem habuit. Nam Gellius ita de Labeone ſcribentem facit lib. 13. cap. 12. *In quadam epiſtola Atteij Capitonis ſcriptum legimus Labeonem Antiſtium legum atque morum P. R. iuriſque ciuilis doctum adprime fuiſſe. Sed agitabat,* inquit, *hominem libertas quædam nimia atque vecors, vſque eo, vt D. Auguſto iam principe, & Remp. obtinente,*

Labeonis hoſtis.

ratum tamen penſumque nihil haberet, niſi quod iuſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet. At tu, Capito vecors, qui Remp. perire paſſus ſis, dum in aures Tiberij oleum tuum iufundis, & adulationis vnguenta, vnde diteſcas. Extant ſane veſtigia eius adulationis apud Tacitum magna. Sed neſcio an ad patrem Capitonis referamus, quod Seneca ſcribit præfat. lib. 10. Controuerſ. his verbis. *Amabam Capitonem*, (quod indicat iam defunctum,) *cuius declamatio eſt de Popilio, hæc quæ meo Latroni ſubducitur. Bona fide Scholaſticus erat, in his declamationibus, quæ bene illi ceſſerunt, nulli non poſt primum tetracolum præferendus.* Citat Plinius reſponſum Capitonis libr. 18. cap. 11. his verbis, quæ mea manu paulum egent. *Ipſi*, inquit, *panem faciebant, Quirites, mulierumque id opus erat, ſicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam Plautus appellat in fabula, quam Aulularia ſcripſit* (lego, *In fabula Aulularia quam inſcripſit,*) *magna id concertione* (lege, *concertatione*) *eruditorum. An is verſus ſit illius, certumque ſit, Ateij Capitonis ſententia, toſtum panem lautioribus coquere ſolitos piſtores, qui far pinſebant.* Eiuſdem eſt reſponſum citatum a Macrobio in Saturnal. *Si lapides in caput Vatinij iacerentur, poma eſſe.* Quod feſtiuum verbum, dignum Capitonis capite fuit.

Reſponſum Capitonis.
Libertas Labeonis in Auguſtum.
Plinius correctus.

4 Proconsulari imperio, tradique Cæsari.] Eadem commutatio accidit, etiam viuente Auguſto, qui Cyprum, & Galliam Narbonenſem, populo reddidit; Achaiæ autem & Macedoniæ præfecit Poppæum Sabinum Tiberius, quas per totum eius principatum exercuit auariter. Cæterum Spartianus in Baliſta ita prouinciales pungit magiſtratus ex epiſtola Valeriani. *Hac in forma Rempublic. vides, vt nec ille prouinciales grauet, vt illic equos contineat, vbi ſunt pabula, illic annonas militum mandet vbi ſint frumenta.* Et Cicero ſcribens ad Quint. fratrem, recenſet onera, quibus a magiſtratibus Romanis premerentur prouinciæ. *Non*, inquit, *itineribus tuis perterreri homines, non ſumptu exhauriri, non aduentu commoueri: eſſe quocunque veneris, & publice, & priuatim maximam lætitiam, cum vrbs cuſtodem, non tyrannum, domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe videatur.* At prouinciæ ſub Cæſare minus duriter habitæ, quam ſub proconſulibus, quod rarius Cæſar iret in prouincias, & ſi iret, ſuis ſe ſumptibus ſuſtentaret: quod non faciebant proconſules. Addo, quod facilior Cæſaris acceſſus, quam magiſtratuum, & multo gratioſior eius comitatus. Puſillis enim hominibus ſuperba authoritas, Cæſari amabilis & honeſta comitas. Tamen, vt ait Capitolinus in Antonino Pio, *Semper grauis prouincialibus comitatus principis, etiam minus parci.* Nam ita legendum, non vero, *nimis parci.*

Prouinciarum permutatio Auguſti cum populo.
Sabinus Poppæus auaritia ſinus.
Digna Ciceronis admonitio ad fratrem.
Digna Chriſtiano viro.
Cur Cæſaris prouinciæ melioris conditionis, quam populares.

5 Edendis Gladiatoribus.] Quod contumelioſum nomen fuit. Nam, vt ait Calpurnius, declamat. 50. *Neque conditione gladiatoria quidquam eſt humilius in vulgo.* Lucillius:

Gladiator nomen contumelioſum.
Humilius nihil gladiatore.

Homicidæ dicti. Hoſtiæ publicæ voluptatis. Victimæ vocati gladiatores. Gladiatores, aut mali ſerui, aut captiui.

Samnis ſpurcus homo, vita illa dignus locoque.

Nam Samnites gladiatores erant. Et confirmat L. 3. in princip. de lib. & poſth. Tertullian. *homicidas* vocat, & *hoſtias publicæ voluptatis*, de ſpectaculis cap. 10. Vt Epictetus qui Gladiatorem vocat *ſine crimine homicidam*. In altercatione Adriani. Sic Prudent. contra Symmach.

Reſpice terrifici ſcelerata ſacraria Ditis,
Cui cadit infauſta fuſus gladiator arena,
Heu male luſtratæ Phlegethontis victima Romæ.

Etiam de damnatis. Electi gladiatores. Etiam a Senatoribus.

Fiebant autem, aut *de captiuis*, aut de *mali ingenij ſeruis*. Tertull. eodem. Sed addo etiam *de ſententia damnatis*, L. aut damnum. de pœnis: *Docebantur autem a ſenatoribus*, quod firmat Sueton. in Iulio Cæſare. In quorum verba iurabant.

Nullius addictus iurare in verba magiſtri.

Mox magiſtri, & horum Rutilius diſcipulus.

Ideo Diuus Cyprianus ſcribebat ad Donatum. *Scelus non tantum geritur, ſed & docetur.* & oſtendit Valerius de milit. inſtitut. his verbis. *P.*, inquit, *Rutilius ab ijs vitandi, atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem ingenerauit. Qui quamuis conſul eſſet, etiam fuit gladiatorum doctor.* Et inde *diſciplinoſi gladiatores* dicti a Catone, apud Nonium, qui gladiatoriam diſcerent. Dixi ſupra, vbi de gladiatoribus Blæſi, fuiſſe gladiatores, aut ad *tutanda dominorum corpora* in vrbe, aut in caſtris *ad ea defendenda*, aut ad *vulgi voluptatem*, in theatro, vel in priuatis domibus. De *alitis ad voluptatem vulgi*, Prudent. in hymno D. Fructuoſi:

Electi aut ad voluptatem vulgi, vel ad tutanda corpora dominorum.

Intraui interea locum rotunda
Concluſum cauea, madens ferarum
Multo ſanguine, quem furor frequentat.
Tum ſpectacula perſtrepunt cruenta,
Ac vilis gladiator, enſe duro
Percuſſus cadit, & fremit Voluptas.

Vilis gladiator.

De his qui *alebantur ad ſpectacula*, noſter lib. 2. Annal. *Cenſuit Dolabella, ſpectaculum gladiatorium per omnes annos celebrandum, pecunia eorum qui quæſturam adipiſcerentur.* Sed hæc omnia cruenta ſpectacula, Chriſtiana & Catholica religione vigente, ſub Conſtantino ſublata ſunt. L. 7. de gladiat. Cod. Et hoc debet genus mortalium puræ & putæ religioni, Chriſtianæ & Romanæ, quæ etiam nunc viget, vigebitque tamdiu, quandiu orbis erit, crepantibus Vertumnis, & ipſo Væioue.

Spectacula gladiatorum a Cōſtantino ſublata.

6 QVOD VVLGVS FORMIDOLOSVM.] Itane formidoloſum, quod totis animis expetebat? Tertullianus vocat *acceptiſſimum ſpectaculum*, quod eſſet plebi gratiſſimum. libr. de ſpectacul. Et *amētiſſimos arenarios* nominat. Ita enim ſcriptum. Nam *amantiſſimi* vere plebeculæ inſanienti, ſibi vero *amentiſſimi* erant. Horatius a plebe expetitos ait dum ſcribit 2. epiſt.

Abſurditas excuſa lectionis. Tertullianus correctus. Plebs optat gladiatores. Amantiſſimi arenarij Tertulliano.

-- Media inter ſpectacula poſcunt
Aut vrſum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

Et Iuuenal. Satyra 11. licet de Circenſi ludicro, de quo ita:

Nam ſi deficeret, mœſtam attonitamque videres
Hanc vrbem, veluti Cannarum in puluere victis.

Sed Terētio, in prologo Hecyræ, nemo melius.

Primo actu placeo, cum interea rumor venit
Datum iri gladiatores, populus conuolat,
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Ego interea meum non potui tutari locum.

Ideo D. Cyprianus, vbi de gladiatoribus, ait, *Occidi homines in hominis voluptatem.* Et Iulianus in Miſopog. vocat etiam θεάματα *grata populo, riſus amanti*. Quid ergo narrat Tacitus eſſe *in vulgus formidoloſum*? Crede in his verbis eſſe quod emendes. Et lego ex veris, *quod, vt vlcus formidoloſum, pater arguiſſe dicebatur.* Nam *vlcus* vocat animi morbum. Sic Seneca dixit epiſt. 68. *vlcus meum curo*, pro vitio animi. Nam ita Laertius in Zenone Cittico. ὡς δὲ λέγεσθαί τινα ἐπὶ τοῦ σώματος ἀρρωστήματα, οὕτω κἀπὶ τῆς ψυχῆς. *Quemadmodum in corpore caſu gignuntur ægritudines, ita in animo.* Et D. Auguſtinus Homil. 20. in 4. cap. Geneſ. vbi de peruetuſta auriculari confeſſione, quam Catholici vocant, & qua vtuntur ſalubriter. *Qui hæc facit*, inquit, *ſi voluerit, vt decet, vn conſcientiæ adiumento, & ad confeſſionem facinorum feſtinare, & medico oſtendere vlcus, qui curet, & non exprobret, atque ab illo remedia accipere, & ſoli ei loqui, nullo alio conſcio, & omnia ei dicere cum diligentia, facile peccata ſua emendabit.* Vocat ergo *vlcus*, animi vitium, quale erat in ſpectandis gladiatoribus illa nimia voluptas, quam merito in Druſo arguit Tiberius pater. Princeps enim ſanguine gaudens, magna edit funera. Quod & ipſi patri obiectum eſt his verſibus:

Tacitus emendatus. Sic vlcus Diuus Auguſtinus peccatum vocat.

Auricularis confeſſio in Eccleſia Catholica ſub D. Auguſtino.

Princeps ſanguine gaudens magna edit funera.

Faſtidit vinum, quia iam ſitit iſte cruorem.
Tam bibit hunc auide, quam bibit ante merum.

Sed Druſus patriſſabat, quanquam pater ſuam ſæuitiam tegeret. Nam ait Dio lib. 57. *Multis præſentibus ei dixit, non illum ſe viuo, quidquam per vim aut libidinem perpetraturum; ſin conatus fuiſſet, effecturum ſe, vt ne ſe defuncto quidem.* Quod erat regium præceptum, & documentum. Nec tamen natura recurrente, a ſanguine abſtinuit, licet vili, ſed formidoloſo, vt dixit. Nam ſemel deguſtato gladiatorum ſanguine, itur in ciuium cædes, non ſine voluptate & frequentia.

7 CVR ABSTINVERIT SPECTACVLO.] Claudianus non modo ciuile principibus, ſed & vtile putat, miſceri voluptatibus vulgi. Sic enim ſcribit in nupt. Honor.

Principibus ciuile, & honeſtum, imo compendioſum miſceri vulgi voluptatibus.

Laxet terribiles maieſtas regia faſtus,
Et ſociam plebem non dedignata poteſtas.
Confundant turbæ proceres, ſoluantur habenis
Gaudia, nec leges pudeat ridere ſeueras.

Nam in inſtrumento muſico acutæ & leniores chordæ grauioribus iunguntur ad harmoniam. Alia tamen Tiberio morum via, quia longe aberat ab Auguſti regendi arte, & virtutum parte. Et certe, qui in excelſo ætatem agunt, ad humilia vix ſe referunt: quod ſi theatris vtantur, faciant vt raro. Nam principes, vt Catonem, grauia decent, non leuia: & theatrorum vanitas & Principum authoritas non bene conueniunt. Præcipue Chriſtianis, quorum Maieſtas theatra ſuſtulit & virtutes Chriſtianas orbi intulit. Eunapius in vita Ædeſij ait, Ariſtophanem theatris corrupiſſe

Tiberij, & Auguſti in regendo imperio contraria mens.

rupiſſe mores Athenienſium, & totam Græciam traxiſſe ad riſum & contumelias: Imo ad lubricos & pernicioſos animorum motus. Et eodem loco Conſtantinum, quem vt paganus oderat, ad captandos Theatri plauſus & populi laudes ludis delectatum, cum ille ſuſtulerit ludos & theatrales nænias.

8 NON CREDIDERIM AD OSTENTANDAM SÆVITIAM.] Et cur Tacite? memineris te ſcripſiſſe, *diſplicere ſemper regnantibus ciuilia filiorum ingenia.* Annal. 3. memineris, Tiberio *diſcordem etiam fuiſſe cum matre animum.* Memineris, nullam mentem ſuſpicionis magis capacem, mente Tiberij principis pagani. Memineris ſententiæ Senecæ patris Controu. 1. lib. 3. *Multa vitia diuites habere, & hoc, quod ſuos non ament.* Memineris exemplorum tuorum, & forſan aliud cēſebis.

Qui regnat, ſuſpectos filios habet.

Mens principis ſuſpicioſa.

[1]Theatri licentia proximo priore anno cœpta grauius tum erupit, occiſis non modo e plebe, ſed militibus, & centurione, vulnerato tribuno prætoriæ cohortis, dum probra in magiſtratus & diſſenſionem vulgi prohibent. Actum de ea ſeditione apud patres; dicebanturque ſententiæ, vt prætoribus [2] ius virgarum [3] in hiſtriones eſſet. interceſſit [4] Haterius Agrippa tribunus plebi, increpituſque eſt Aſinij Galli oratione, qui ea [5] ſimulacra libertatis Senatui præbebat, ſilente Tiberio. valuit tamen interceſſio, quia Diuus [6] Auguſtus immunes verberum hiſtriones quondam reſponderat, neque fas Tiberio infringere dicta eius. De modo [7] lucaris, & aduerſus laſciuiam fautorum multa decernuntur, ex quis maxime inſignia: [8] Ne domos pantomimorum ſenator introiret: ne egredienteis in publicum, equites Romani cingerent, aut alibi, quam in theatro ſpectarentur, & ſpectantium immodeſtiam exilio mulctandi poteſtas prætoribus fieret. [9] Templum vt in colonia Tarraconenſi strueretur Auguſto petentibus Hiſpanis, permiſſum, datumque in omnes prouincias exemplum. Centeſimam rerum venalium poſt bella ciuilia inſtitutam, deprecante populo, edixit Tiberius [10] militare ærarium eo ſubſidio niti, ſimul imparem oneri Remp. niſi viceſimo militiæ anno veterani dimitterentur. ita proximæ ſeditionis male conſulta, quibus ſexdecim ſtipendiorum finem expreſſerant, abolita in poſterum.

* ex queis

Veterani nō decimo ſexto, ſed vigeſimo dimiſſi ad exonerandam Remp.

1 THEATRI LICENTIA.] Theatra vrbana caſtra vocat Valerius libr. 2. cap. 4. vbi de ſpectaculis. Et ſi lubet, refer ad hunc Taciti locum quod Velleius ſcribit, *compreſſa theatralis ſeditio.* Author autem dialogi de Orat. quiſquis eſt, & qui Tacito non ſine vitio tributus, recte ad hanc ſententiam dixit. *Propria & peculiaria huius vrbis,* (id eſt Romæ) *vitia pæne in ipſo matris vtero concipi videntur,* (id eſt, in media Roma,) *hiſtrionalis fauor, & gladiatorum, equorumque ſtudia, quibus occupatus animus, quantulum loci bonis artibus relinquit?* Certe Valerius, de his ſpectaculis, paucis verbis, ſed aculeatis, ita ſcribit. *Theatra animoſas acies inſtruxerunt.* Quarum originem ita Tertullian. proponit. *Vbi voluptas eſt, ibi & ſtudium, per quod voluptas ſapit: vbi ſtudium, ibi & æmulatio per quam ſtudium ſapit. Porro vbi æmulatio, ibi & furor, & bilis, & ira, & dolor, & cætera, ex his, quæ cum his non competant diſciplinæ.* Quod egregie Horatius his verſibus eſt complexus, epiſt. ad Mæcenatem, vbi de theatro.

Romæ vrbis vitia.
Hiſtriones.
Gladiatores.
Curſores.
Vnde illud.

Theatra litigioſa.

Vnde illud.

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram:
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

Et de Circo, ita D. Cyprianus libro de ſpectacul. *Lites in coloribus, contentiones in curribus, gaudere quod equus velocior fuerit, mœrere quod pigrior. Annos pecoris* (id eſt, equi,) *computare, Conſules noſſe, ætatem dicere, proſapiam deſignare, auos ipſos, atauos commemorare.* Nec male idem Tertull. qui theatrorum talia ſtudia, nominat *Euripos, & ſuffragiorum impiorum æſtuarium.* Et firmat Horat. lib. 2. epiſt. 1.

Circus etiam.
Egregius D. Cypriani de Circi inſania locus.

Theatra æſtuaria impuri ſuffragij.

--Nam quæ peruincere voces
Eualuere ſonum, referunt quem noſtra theatra?
Garganum mugire putes nemus, aut mare Thuſcum.

Eorum ſonus.

Et de Amphitheatro Martial lib. 5. epigrammat. 70.

Mitior in magno clamor furit amphitheatro,
Vincenti parmæ cum ſua turba fauet.

Quod autem addit noſter, de militibus & Centurione occiſis, etiam Annal. 13. eadem ſcribit. *Milites,* inquit, *theatro additi, ad comprimendam plebis licentiam, & fautores hiſtrionum in vincula coniecti.* Et ſane putidum eſt, *propter virum neſcio quem, nec virum, nec fami-*

nam, totam ciuitatem commoueri, ait idem Tertullianus: ac præcipue gentium reginam Romam.

Virgæ ſupplicium ſeruile. *Mitis pœna.* *Olim Epiſcopis permiſſa.*

2 Ivs virgarvm.] Seruile ſupplicium olim *virgæ*. Vnde tam ſæpe in Plautinis comœdijs mentio virgarum inter ſe mutuo conuitiantibus ſeruis. Erat tamen mitior cæteris pœnis, quod me docuit Diuus Auguſtinus ad Marcellin. epiſt. 159. his verbis. *Nolo perdere paternam diligentiam, quam in ipſa inquiſitione ſeruaſti, quoniam tantorum ſcelerum confeſſionem, non extendente equuleo, non ſulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, ſed virgarum verberibus eruiſti. Qui modus coercitionis, & a magiſtris artium liberalium, & ab ipſis parentibus, & ſæpe etiam in iudicijs, ſolet ab Epiſcopis adhiberi.* Epiſcopis enim ius virgarum fuiſſe teſtatur Can. 13. Conc. Arelatenſis primi ſub Conſtantino: *vt proditores fratrum non verbis nudis, ſed cum verberibus deponantur.* Et Canon Beatus, ex Concilio Bracarenſi 3. can. 6. & can. illi. 5. quæſt. 5. Et hoc ex veteri Chriſtianorum diſciplina.

Vnde hiſtrionis verbum. *Ludi apud Romanos.*

3 In histriones.] Hiſtriones nominati, quod apud Etruſcos Ludij *hiſtriones* dicerentur. Ideo ſcenicis nomen inditum *hiſtrionis*. Val. lib. 2. cap. 4. Et *ludi* a Lydis qui ex Aſia tranſeuntes in Hetruria conſederint. Quamquam *ludos*, quaſi *luſos*, dicat Varro. Nam feſtis diebus iuuenes quibus eſt laſciuia innata, ludis ſe oblectabant, & Populum Romanum. Dijſque putabant id gratiſſimum, quaſi tali ſpectaculo placarentur. Tamen *ab huiuſmodi luſionibus*, ait Cato de liberis educandis, *radices crudelitas frequenter egit*, vt ſupra docuimus. Nec prætereo ex Dione 60. illos ludos adeo ritibus obſeruatos, vt ſi quid in ijs præter ritum accidiſſet, inſtaurarentur denuo, idque decies. Quod prohibuit Claudius, & ad vnum diem reduxit. Idque iure. Nam nimia ſedulitas dæmonas non decet, nec digni ſunt.

Mores Haterij Agrippæ. *Inter gaudia neces meditans.* *Senecæ lectio retenta.* *Coniectura in Plinium.*

4 Haterivs Agrippa.] Quimodo legis hunc *tribunum Pleb.* leges libr. 4. *Conſulem*, leges lib. 2. *propinquum Germanici*, leges lib. 6. *ſpurcum & oſcum hominem*. Cuius mores, velut in tabula pictos, Tacitus exprimit his verbis. *Qui ſomno, aut libidinoſis vigilijs marcidus, & ob ſegnitiem, quamuis crudelem principem non metuens, illuſtribus viris perniciem inter gaudium & ſtuprum meditabatur.* Dico obiter eſſe, qui putant legendum in præfat. libr. 4. Controuerſ. Senecæ *Haterium*, non *Herium*. Sed falluntur, cum *Herius* ſit Latinum nomen, Romanis vſitatum & nobile, quippe quod a Marrucinis. Silius lib. 17.

Impedit anteuolans Herium, cui nobile nomen
Marrucina domus, clarumque Theate ferebat.

Et forte apud Plinium libri 9. cap. 55. vbi de murænarum viuarijs agit, legendum eſt *Herius*, pro *Hirius*, qui cœnis triumphalibus Cæſaris dictatoris, ſex millia murænarum ad eum miſit. Nobile mutuum.

Simulachrum libertatiſque Cicero vſus. *Eadem in re, & eodem ſenſu quo Tacitus.*

5 Simvlachra libertatis.] In eadem re, eodem verbo vſus eſt Cicero epiſt. 1. famil. *Quæ*, inquit, *poteſt ſpes eſſe in ea Repub. in qua hominis impotentiſſimi, atque intemperantiſſimi armis, oppreſſa ſunt omnia, & in qua Senatus, nec populus, vim habet vllam, nec leges vllæ ſunt, nec iudicia, nec omnino ſimulachrum, vt veſtigium aliquod ciuitatis?* Mori ſatius eſt, quam hæc intueri. Sed viris probis, nam improbis turpitudo eſt pro vita.

Suetonius correctus. *Repreſſa licentia hiſtrionum.* *Auguſtus vero princeps matronarum dignitatem tuetur.* *Suetonius correctus.*

6 Avgvstvs immvnes verberum histriones.] Tamen Sueton. cap. 45. in Auguſt. videtur non conuenire cum Tacito. Pono verba, quia cenſore egent. *Hiſtrionum*, inquit, *licentiam adeo compeſcuit, vt Stephanionem togatarium, cum in puerilem habitum circuntonſam matronam miniſtraſſe compererat, per trina theatra virgis cæſum, relegauit.* Lego, *quia eum in puerilem habitum circuntonſam matronam monſtraſſe comperêrat.* Quod prætereunt aut ſilent Ariſtarchi noſtri. Et ſane idem Suetonius, ait *Hylam pantomimum, querente prætore, in atrio domus ſuæ, nemine excluſo, flagellis verberaſſe: & Pyladem vrbe, atque Italia ſubmouiſſe, quod ſpectatorem, a quo exſibilabatur, demonſtraſſet digito, conſpicuumque feciſſet.* Exiſtimo tamen poſtea Auguſtum coercitioné in hiſtriones, magiſtratibus omni tempore, & loco, lege vetere, permiſſam, ademiſſe, *præterquam in ludos, & ſcenam*. Lego, *ineundo ludos & ſcenam*. Nam *in*, ita poſtea vſurpatum Tacito, vbi de Sciano (*in domum cœtus arcendo*) pro, *ineundo domum arcendo*: ſunt enim abbreuiaturæ exſcribentium. Nam ita Sueton. cap. 45. in Auguſt. & ita emendandus eſt ex veris ille locus. Cæterum noto virgas illas, & flagellorum verbera, præcipue ſcapulis impreſſa. Nam Cato habuit orationem, quæ tergori ciuium conſuluit, & illa vocata eſt *Porcia oratio pro ſcapulis*. Sic de illa oratione Flaccus. *Profuit*, inquit, *multum ſcapulis P. R.* Et Cicero pro Rabirio, ait *illam legem libertatem ciuium lictori eripuiſſe*. Sic Terentius. *Scapulas perdidi.* Et Plautus. *Scapulæ iam pruriunt*, in Pœnulo. Et eodem. *Meæ iſtuc ſcapulæ ſentiunt.* Inde ſerui apud Comicos, *flagiritribæ*, & *flagriones*. In Pſeudolo Plautus. Et *virgarum laſciuiæ, & ipſa virgarum plaga virgidemia*, apud eos dicitur, *& virgarum ſeges*. Quod eſt legentibus peruium.

Lucar tributum conductum a Iudæis. *Iuuenalis correctus.* *Vnde Egeriæ.*

7 Lvcaris.] De eo Lucare, capio quod Iuuenalis ſcripſit Sat. 3.

Heic vbi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ,
Nunc ſacri fontis nemus, & delubra locantur
Iudæis, quorum cophinus, fœnumque ſupellex:
Omnis enim populo mercedem pendere iuſſa eſt
Arbor, & eiectis mendicat ſilua Camœnis.

Sed quid iſtud eſt, *vbi Numa conſtituebat amicæ?* non capio, ſed ita legendum puto.

Heic vbi nocturna Numa conſterebat amica.

Id eſt, *vbi cum amica Egeria ſimul dormiebat.* Quæ ſunt mera verba Iuuenalis. Egerias autem ab egerendo partu, & abortiuis faciendis, dictas aiunt Grammatici, non inſuauiter. At Lucar pretium eſt quod ex lucis captatur, vel pecunia quæ pro luco exigitur.

8 Ne domos pantomimorvm.] D. Hieronym. vbi agit de quadam lege lata in clericos, ſic ait: *De lege non conqueror, ſed doleo quod meruimus hanc legem.* Idem dico de

ſenato-

Turpe ſenatoribus leges correctlorias metuiſſe.

Quid ſenatori cum pantomimo?

Senatoribus, turpiſſimum eſſe ſenatores hanc legem metuiſſe. Quid enim ſenatori cum pantomimo? Quid iuſtitiæ ſacerdoti, cum artifice voluptatis?

Tune tegas ſpurco Damæ latus?

Quod Poeta huic ſenatorum ordini iſto ſæculo nimis corrupto & a priſca virtute alieno exprobrat. Fuit olim ſenatoribus mos ne turpes & noxios contingerent. Cicero 1. Catil. *Quid quod aduentu tuo ſubſellia vacua facta ſunt? quid quod omnes conſulares qui tibi ſæpe ad cædem conſtituti fuerant, ſimul atque aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam atque inanem reliquerunt?* Ad hanc rem facit Canon 20. Concil. Nicæni. *Neue quis fidelium cum diuinis & maleficis conuerſetur. Qui hoc fecerit, & eorum dicta approbauerit, & in domum eorum intrauerit, aut in ſuam receperit, ſacerdos, gradu moueatur, & laicus communione priuetur.*

Pantomimi lege damnati.

Vt infames.

Omnia ſane iura, & omnes ſenatores, iurium tutelæ, pantomimos damnarunt, vt infames, & turpes. Tertullianus hoc docet egregie libr. de ſpectacul. Sed obſcuro loco, quem interpretor, & mendoſo, quem corrigo, quia anteceſſores mei inemendatum protulerunt. *Quid mirum* (inquit) *de inæquata iſta*, (lege confidenter, *de inæqualitate iſta*) *hominum miſcentium, & commutantium ſtatum boni, & mali per inconſtantiam ſenſus, & iudicij varietatem? Etenim ipſi authores & adminiſtratores ſpectaculorum, quadrigarios, ſcenicos, arenarios amentiſſimos*: (lege *amantiſſimos*. Et dixi ſupra vbi de Druſo qui amantiſſimus cædis) *quibus viri animas, fœminæ autem illis, etiam corpora ſua ſubſternunt, propter quos, in eo committunt, quæ reprehendunt, ex eadem parte, quam magnifaciunt, deponunt, & diminuunt. Imo manifeſte damnant, ignominia, & capitis diminutione; arcentes curia, roſtris, ſenatu, equite, cæteriſque honoribus ſimul, & ornamentis. Quibus, quanta peruerſitas?* Quæ omnia explico.

Tertull. explicatus.

Tertull. correct.

Nam Tertullianus damnat ſpectacula, & ſpectatores, & ſpectaculorum exhibitores. Spectacula, quod ſint Diaboli negotia: ſpectatores, quod negotiorum Diaboli curatores, & quod peruerſitate iudicij, probent in circo, & in theatro, quod domi abhorrent, vt turpia verba, vt cædes. Damnat etiam exhibitores ſpectaculorum, quod eadem iudicij peruerſitate, hiſtriones magni faciant, quos legibus, vt turpes perſonas, & vt famoſos, capite minuunt, arcentque ab omnibus muneribus. Ideoque ex eodem ore efflant frigidum & calidum. *Quid mirum ergo*, inquit, *de inæqualitate iſta hominum*, qui per inconſtantiam ſenſus, & iudicij varietatem, miſcent, & commutant ſtatum boni & mali, faciuntque vt quod bonum eſt, modo ſit malum, & quod malum, modo bonum ſit? *Ipſi*, ait, *etiam authores & adminiſtratores ſpectaculorum*, id eſt, qui ſpectacula edunt, *in eadem mentis peruerſitate verſantur*. Nam *quadrigarios, Scenicos, Xyſticos, arenarios amantiſſimos*: Quibus ſcilicet impenſius delectantur, *& quibus viles animas ſuas ſubſternunt, fœminæ autē corpora, & propter quos committunt ea quæ reprehendunt*, id eſt, probant quæ improbarunt, vt turpia verba, & cædes hominum. *Ex eadem parte*; id eſt, ex eadem re, *propter quam illos magnifaciunt, deponunt, & deprimunt, diminuuntque per capitis minutionem, & ignominioſos faciunt, arcentque, tanquam famoſos, ab omnibus muneribus ciuilibus. In quibus rebus, quanta iudicij peruerſitas eſt?* Hoc autem omne a Iuriſconſultis, & ex iuris fontibus, & tit. de his qui not. inf. Quod autem adijcit, *ne egredientes in publicum, equites Romani cingerent*: Plinius de Medico Theſſalo, *Nullius*, inquit, *hiſtrionum, equarumque trigarij comitatior egreſſus in publico erat.* Et D. Auguſtin. Tractatu 100. in Ioannem cap. 16. vbi loquitur de hiſtrionibus. *Scitis de talibus quam ſit frequens fama cum laude. Quippe amabantur, & laudabantur.* Idem Pſalm. 58. *Non quemadmodum laudatur a ſtudioſis theatricarum nugarum, vel auriga, vel venator, vel quilibet hiſtrio, & a laudatoribus ſuis inuitantur alij laudatores & exhortantur.*

Pantomimi ſenatoribus cincti.

Pantomimi diſtincti ab Atellanis.

Arnob. correct.

Noto obiter Romæ Atellanos Oſcis accitos, turpes non haberi, nec tribu moueri, nec a militaribus ſtipendijs repelli. Val. Max. lib. 3. cap. 9. Contra autem pantomimos. Arnobius lib. 7. *Harum*, inquit, *actores inhoneſtos eſſe ius veſtrum & inter capita computari iudicauit infamia.* Reſpicit enim ius Romanum, & ad Iuriſconſultorum ſententiam, quæ legitur L. 1. de his, qui notantur infam. Iulianus in Miſopog. οὐ πάντες εἰς τὰ θέατρα ἐπιτήδειοι· τὸ δυσκλεέστατον τῶν ἔργων, καὶ ἐπιτήδευσιν τοῦ βίου τέλος. *Neque ad theatra ſumus omnes idonei: quod & ignobiliſſimum eſt, & turpiſſimum vitæ genus.*

Vnde pantomimi dicti.

Theatra exiſa viris grauibus.

Cæterum pantomimorum nomen a multifaria imitatione inditum, ſuam olim Romæ habuit nobilitatem: nihil enim frequentius legas ſub primis Imperatoribus, Bathyllo, Paride, Pylade, Latino, talibuſque quiſquilijs, & Mneſtere, a quo adhuc vulgare nomen apud Francos *Meneſtriers*, alijſque ſub Imperatoribus, turpia theatrorum & ludionum nomina. Nos tamen alio loco de his dicemus. Sed noto quod mihi legenti mirabile fuit, non ita pridem viſos apud nos ſpectatoſque ſaltantes pantomimos. Nam Monſtreletus in ſuo Chronico pluribus locis, & ſignanter vbi de Carolo VII. Francor. rege, exactis Francia Anglis, Lutetiam fœliciter intrante ſic ſcribit Franco idiomate.

Pantomimi nuper in Gallia.

Deuant la Trinité eſtoit la paſſion; c'eſt à ſçauoir comment noſtre Seigneur fut pris, battu, mis en Croix; & Iudas qui s'eſtoit pendu, & ne parloient rien ceux qui ce faiſoient, mais le monſtrerent par ieu de Myſtere, & furent les manieres bonnes, & bien iouées. Quæ verba ita verto. *Ante Trinitatis ædem, quidam Myſterium paſſionis ſaltabant, exhibebantque Chriſtum captum, verberatum, & cruci ſuffixum, Iudamque ſuſpenſum, nullis tamen verbis, ſed ſolo manuum geſticulantium myſterio: eaque omnia graphice, & decenter acta, & geſta fuere.*

Pātomimorum deſcriptio.

Quod conuenit cum illa Caſſiodori pantomimorum deſcriptione libr. 4. Var. epiſt. vlt. in qua ſic ſcribit: *Tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam litteris, edocet intuentis aſpectum, in illaque leguntur apices rerum, & non ſcribendo*

Chironomi qui manu cibos ſecabant.

facit quod ſcriptura declarauit. Sic Chironomi veteres ciborum ſectionem mimo demonſtrabant. De quibus Iuuenalis Satyra 5.

— Nec minimo ſane diſcrimine refert
Quo geſtu lepores, & quo gallina ſecetur.

Nec tantum ſectionem ciborum, ſed omnia quæ verbis exprimi poterant, geſticulatione loquebantur. Vide librum Venerabilis Bedæ de loquela per geſtum digitorum, tomo primo operum eius. Cæterum attende quam noui hiſtriones, & pantomimi, a veteribus fuerint alieni. Quippe Æſopos Tragœdos, & Roſcios Comœdos, non modo ſenatores familiares habebant, ſed & ſcriptis laudabant. Vnde illa Roſcij commendatio qui a Sylla aureo annulo donatus eſt. Et qui in arte ſua perfecti erant, Roſcij dicebantur. Nam *nil deerat Roſcio ad perfectionem.* Cic. 1. de Orat. & Verr. Flaccus. Elogia eiuſdem apud Ciceronem, & apud Catullum pernia ſunt. At nouos a ſenatorum conſortio excludebant, vt turpes, vt oſcos, vt inhoneſtos. Sed poſtea ſenatores facti ſunt pantomimi, vt matronæ ludiæ & ſaltatrices. Sic abierunt mores, & tota ciuitas facta eſt lupanar gentium, & ex lupanari præda: quod omnibus regnis euenit, niſi ſapientia gubernentur & ad illam redeant.

Veteres & noui eo nadequam diſpares.

9 TEMPLVM VT IN COLONIA TARRACONENSI.] De Tarracone Martial. lib. 1. epigramm. 50.

Vbi Tarraco.

Aprica repetes Tarraconis littora.

Et Plinius *affixam eam regionem Pyrenæo, & toto eius latere decurrentem in Gallicum Oceanum* narrat. Illi autem Tarraconenſes huius idolomaniæ authores, vt & poſtea Hiſpani, qui Tiberio & matri delubrum vt ſtatueretur, rogarunt. Primi enim ius Auguſto Deo ædificandi templum in Europa, poſtularunt, & ſequuti ſunt Galli, qui vt ſolo vicini, ita in iſta amentia proximi. Nam Lugduni egregium templum hoc numen habuit, omnium Galliarum pecuniis ſubſtructum. Scelus Tarraco incepit, Lugdunum peregit. Quanquam de Tarracone, non prætereo quod illi Prudentius dat clariſſimum elogium in hymno de octo martyribus, his verbis:

Tarraco paganæ adulatrix.

Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Offeres Chriſto genitrix piorum
Tarraco, intexit cui Fructuoſus
Sutile vinclum.

Sic Tarraco vrbs tam Chriſtiana poſtea fuit quam fuerit ante pagana.

Tarraco Chriſtiana.

10 MILITARE ÆRARIVM.] In quod bona Poſthumi Agrippæ fuere congeſta. Fuit autem Auguſti inuentum ex vigeſima hereditatum, & legatorum conflatum. Nam primum ex congeſta pecunia, cum ipſe ſuo, Tiberijque nomine in ærarium illud multum congeſſiſſet, ſperabatque etiam ſuo exemplo gentium reges, & priuatos idem facturos, ſed fruſtra. Ergo vigeſimam hereditatum reperit, adlegitque ex patricijs tres, qui huic muneri præſiderent. Dio lib. 55.

Ærarium militare.

Actum deinde in Senatu ab Arruntio & Ateio, an ob moderandas Tiberis exundationes, verterentur flumina & lacus, per quos augeſcit. Auditæque municipiorum & coloniarum legationes, orantibus [1] Florentinis, ne [2] Clanis ſolito alueo demotus in amnem Arnum transferretur, idque ipſis perniciem adferret. Congruentia his [3] Interamnates diſſeruere, peſſum ituros fœcundiſſimos Italiæ campos, ſi [4] amnis Nar (id enim parabatur) in riuos diductus ſuperſtagnauiſſet. Nec [5] Reatini ſilebant, [6] Velinum lacum, qua in Narem effunditur, obſtrui recuſantes; quippe in adiacentia erupturum: [7] optume rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quæ ſua ora fluminibus, ſuos curſus, vtque originem, ita fines dederit: ſpectandas etiam religiones ſociorum, qui ſacra, & [8] lucos, & aras patrijs amnibus dicauerint; quin ipſum Tiberim nolle prorſus accolis fluuijs orbatum minore gloria fluere. Seu preces coloniarum, ſeu difficultas operum, ſiue ſuperſtitio valuit, vt in ſententiam Piſonis concederet, qui nil mutandum cenſuerat.

Florentini Fluentini dicti.

1 FLORENTINIS.] Videntur non Florentini tantum, ſed Fluentini olim dicti. Nam ſic Plinius: *Fluentini præ fluenti Arno adpoſiti.* lib. 3. cap. 5. Quod firmatur veteri Nouarienſi inſcriptione. M. PHILOCLVS. MATRI. ET. FLOENTINÆ. HERINNIÆ VXORI. pro *Florentinæ.* Tamen lib. 14. cap. 3. *Tuſcis peculiaris eſt Tudernis, atque etiam huius nominis Florentia.* Sed olim non modo *Florentia,* ſed *Anthorentia* dicta Græce. de qua Cato 1. Orig. *Anthorentia vetrior quam Roma.* Putat Politianus olim Romam tria habuiſſe nomina; & dictam Romam, & Anthorentiam ſeu Florentiam, & Amaryllidem, epiſt. 2. li. 1.

Florentia Anthorentia dicta Græce.

Et ab

Florentia Anthorentia dicta Græce.

Et ab ἄνθος dicta Anthorentia, quod eſt flos, quem geſtat etiam hodie pro inſigni. Quæ Florentia Medicæa gente nunc eſt nobilis, & in Italia fulgenti imperio. Cumque hæc ſcriberem, MARIA MEDICÆA nupta erat fœlicibus auſpicijs HENRICO IV. Chriſtianiſſ. Francorum regi, vtque ille dominatione potens, ita illa caſta fœcunditate. Nam vt aiebat Claudian. 2. de laud. Stilic.

Roma vetuſtior. Hodie etiam flos iſte Francicis iunctus Lilijs.

Scripti huius libelli annum.

-- *Vtroque dedit diademata ſexu,*
Reginaſque parit, reginarumque maritos.

Petrarcha nobilis ſcriptor tam verſu Italico, quam Latina proſa, ita de Florentia libr. Var. epiſt. ad Florentinos. *Non immerito Floridum nomen ſortita Florentia, in qua Flos virtutum, & glorioſorum actuum.* Merito ergo Francis lilijs iunctus iſte Flos, quaſi Flos Flori, ex quibus pulcherrimi iam & ſuauiſſimi prodiere ſurculi. Quorum primus & ſuauiſſimus LVDOVICVS XIII. FRANCORVM REX, cui Dominus Deus det fundum irriguum ſuperius & inferius, & largos ſuæ benedictionis imbres ei impluat. Quæ eulogiæ loco libuit heic attexere. Nam poſt patris funus ſuſcepit imperiũ natus annos 8.

Stemmate materno fœlix, virtute paterna.

Clanis fluuius.

2 CLANIS.] Silius libr. 8.

Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sene.

Κλάνιν vocat Strabo lib. 5. Quem ait a Minturnenſibus magnis cultum honoribus quod eorum oppidum prætetfluat, & idem Silius eodem:

Silius explicatus.

Clanio contemptæ ſemper Acerræ.

Nam propter Acerras fluit, nec vrbem intrat. Ita interpretor, *Acerras contemptas*, quarum hoſpitium dedignetur fluuius. Qui *Clanius* quaſi *clarus amnis* dictus eſt, & in ora Pictonum eiuſdem nominis fluuius eſt viſu peramœnus, vt notes Italiæ delicias Galliam inuidiſſe.

Quare Clanis ita dictus. Clanis apud Pictones.

3 INTERAMNATES.] Ab Interamna vrbe de qua noſter Hiſt. 3. *Pars Narniæ, pars Interamne ſubſiſtere iuſſi.* Dicti Interamnates, quia *inter amnes poſiti.* Italica vere Meſopotamia. Cicero epiſt. ad Attic. lib. 4. epiſt. quæ incipit *De Eutychide*, aliquid refert non abſimile ab hiſtoria Taciti. *Rheatini*, inquit, *me ad ſua τέμπη duxerunt, vt agerem cauſam contra Interamnates apud Conſulem, & decem legatos, quod lacus Velinus a M. Curio emiſſus interciſo monte in Nar defluit: ex quo eſt illa ſiccata, & humida tamen modice Roſea.* Regio tam fœcunda fœni, & animalium pabuli, vt quâ minus irrigua ſit, tamen prata quater anno ſecentur. Nec mirum quia ſoli vbertas & aquæ vicinitas hæc faciunt.

Interamnates cur ita dicti. Italica eſt Meſopotamia.

Nar fluuius.

4 AMNIS NAR.] De quo idem Silius l. 8.

-- *Narque albeſcentibus vndis*
In Tiberim properans, Tiniæque inglorius humor.

Et Virgilius 7. Æneid.

Sulphureâ Nar albus aquâ.

Hodie Tinnia.

Hodie *Tinniam* vocant in agro Picentino, quamuis diſparet Strabo. Non inamœnum certe flumen, (quod Tigniam Cæſar nominat primo Ciuilium) nec Italiæ Nymphis inuiſum. A quo *Narnia* ciuitas, de qua 3. Hiſt. noſter. *Vitellianus miles tranſiturus in partes, id quoque non ſine dedecore, ſed ſub ſignis vexilliſque in ſubiectos campos Narniæ deſcendere.* Et *Narnienſes* olim dicti *Nequinenſes*; qui a Nequino oppido eiectis colonijs veteribus, ibi habitarunt. Verrius Flaccus ex M. Catone, vt & Varro.

Rheate.

5 RHEATINI.] Quos in Italiæ regione quarta Plinius ponit li. 3 cap. 12. Silius. li. 8.

.. *Magnæque Rheate dicatum*
Cælicolum matri.

Nam illa Rhea, dicta eſt mater Deum, & magna mater, a qua Rheate, & Rheatini quaſi Magnæ matris filij.

6 VELINVM LACVM.] Qui in Nar influit. Cic. 4. ad Attic. Et cuius exuberantes aquæ primum multum ſoli ſorbebant: ſed poſtea deductæ in vicini Naris alueum, qui campi poſtea patuere Roſaria fuere Italiæ, roſarumq. extitere fœcundiſſimi. Non omitto in illo lacu, *per naturæ miraculum, nullo non die apparere arcum cæleſtem*, vt ait Plinius lib. 2. cap. 62. lignumque eius aquis deciduum, mutata natura, lapidem fieri. idem Plinius libri eiuſdem cap. 10. Ab eo Velina tribus, quæ alijs acceſſit, vt Iuuenal. Scholiaſtes prodidit.

Miracula lacus Velini.

Natura magnus conſiliarius.

7 OPTIME REBVS CONSVLVISSE NATVRAM.] Iuuenal. Sat. 14, comprobat his verbis:

Nunquam aliud Natura, aliud ſapientia dicit.

Natura & ſapientia idem.

Ideo *rerum natura* pro diuina ſapientia vſurpatur apud Iuriſconſultos, L. Et ſi. 28. §. ſi paterfam. De Iudic. D. Et Tacit. 4. Hiſt. *Templum iiſdem veſtigijs ſiſteretur: nolle deos mutari veterem formam.* Et *prouida* natura dicitur a Plinio lib. 11. cap. 38. *Nec a rerum natura* (inquit) *ſine aliqua occultiore cauſa gignitur.* Tamen adeo mirabilis, vt eius vis fide careat. Non omitto olim & ſub Rege Philippo Macedone Meſſenios cum Lacedæmonijs de Pamiſo fluuio contendiſſe vt heic de Nare inter Rheatinos & Interamnates.

Fluuij & fontes ſacri paganis.

8 LVCOS ET ARAS PATRIIS AMNIBVS DEDICAVERINT.] Seneca epiſt. 41. hunc morem tangit his verbis: *Magnorum fluminum capita veneramur; ſubita ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet. Coluntur aquarum calentium fontes & ſtagna quædam, (lego quæ dudum) vel opacitas, vel immenſa altitudo ſacrauit.* Virgil. 8. Æneid. fluuium alloquens.

Seneca correctus.

Quo te cunque loco miſerantem incommoda noſtra
Fonte tenet, quocunque ſolo pulcherrimus exis,
Semper honore meo, ſemper celebrabere donis.

Dotes amnium.

Amnium autem dotes; *Si magni, ſi pulchri, ſi piſculenti.* Cato apud Nonium Orig. *Fluuium Maronem*, (puto legendum *Matronam*) *magnum, pulchrum, piſculentum.* Et idem eodem. *Fluuius Iberus oritur ex Cantabris magnus, pulcher, & piſculentus.*

Prorogatur [1] Poppæo Sabino prouincia Mœſia, additis Achaia & Macedonia. Id quoque morum Tiberij fuit, [2] continuare imperia, ac pleroſque ad finem vitæ in iiſdem exercitibus, aut iuriſ-

dictionibus habere. Cauſæ variæ traduntur: alij tædio nouæ curæ, ſemel placita pro æternis ſeruauiſſe: quidam inuidia, ne plures fruerentur. ſunt qui exiſtiment, vt callidum eius ingenium, ita anxium iudicium. neque enim eminentis virtutes ſectabatur; & rurſum vitia oderat. ex optimis periculum ſibi, a peſſimis dedecus publicum metuebat. * qua hæſitatione poſtremo eo prouectus eſt, vt mandauerit quibuſdam prouincias, quos egredi vrbe non erat paſſurus. De comitijs conſularibus, quæ tum primum illo principe, ac deinceps fuere, vix quicquam firm●e auſim: adeo diuerſa non modo apud autores, ſed in ipſius orationibus reperiuntur. Modo ſubtractis candidatorum nominibus, originem cuiuſque & vitam, & ſtipendia deſcripſit, vt qui forent intelligeretur: aliquando ea quoque ſignificatione ſubtracta, candidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent, ſuam ad id curam pollicitus eſt. plerunque eos tantum apud ſe profeſſos diſſeruit, quorum nomina conſulibus ediſſet. poſſe & alios profiteri, ſi gratiæ, aut meritis confiderent. ſpecioſa verbis, re inania, aut ſubdola: quantoque maiore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infenſius ſeruitium.

Cauſæ cur perpetui magiſtratus ſub Tiberio.

* Qua

Gratiæ aut merita in principem magiſtratus dant.

1 Poppæo Sabino.] Qui inter Romanæ auaritiæ exempla. De eius obitu noſter libr. 6. *Fine anni Poppæus Sabinus conceßit vita, modicus origine, principum amicitia, Conſulatum ac triumphale decus adeptus, maximiſque prouincijs per quattuor & viginti annos impoſitus, nullam ob eximiam artem, ſed quod par negotijs non ſupra eſſet.* Hic patriæ quod genuit nocuit. Nam maternus auus fuit Poppææ, cuius libido illuſtrium virorum ſanguine maduit fuitque Quiritibus inuiſum ſidus.

Pictura Poppæi Sabini ab Tacito.

2 Continvare imperia.] Quod multis vtile viſum. Spart. in Peſcennio Nigro: *Tantæ fuit authoritatis, vt ad Marcum primum, deinde ad Commodum ſcriberet, cum videret prouincias facili adminiſtrationum mutatione ſubuerti. Primum, vt nulli ante quinquennium ſuccederetur prouinciæ præſidi vel legato, vel proconſuli, quod prius deponerent poteſtatem quam ſcirent adminiſtrre. Deinde ne noui ad regendam Remp. accederent, præter militares adminiſtrationes intimauit etiam, vt aſſeſſores in quibus prouincijs aſſediſſent, in his adminiſtrarent.*

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librum primum Annalium Taciti.

C. COR-

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER SECVNDVS.

SISENNA Statilio Tauro, L. Libone Coss. [1] mota Orientis regna prouinciæque Romanæ, initio apud Parthos orto, qui petitum Roma, acceptumque regem, quamuis [2] gentis Arſacidarum, vt externum aſpernabantur. Is fuit [3] Vonones, obſes Auguſto datus à Phrahate. Nam Phrahates quanquam depuliſſet exercitus, duceſque Romanos, [4] * cuncta venerantium officia ad Auguſtum verterat, partemque prolis, [5] * firmandæ amicitiæ miſerat, haud perinde noſtri metu, quam fidei popularium diffiſus. Poſt finem Phrahatis & ſequentium regum, ob internas cædes, venere in vrbem legati a primoribus Parthis, qui Vononem [6] vetuſtiſſimum liberorum eius accirent. [7] Magnificum id ſibi credidit Cæſar, auxitque opibus. Et accepere, barbari lætantes, [8] vt ferme ad noua imperia. [9] Mox ſubit pudor degenerauiſſe Parthos, petitum alio ex orbe regem hoſtium artibus infectum: iam inter prouincias Romanas ſolium Arſacidarum haberi darique: [10] *Vbi illam gloriam trucidantium Craſſum, exturbantium Antonium, ſi mancipium Cæſaris tot per annos ſeruitutem perpeſſum Parthis imperitet?* Accendebat dedignantes & ipſe diuerſus a maiorum inſtitutis, [11] raro venatu, [12] ſegni equorum cura, * quoties per vrbes incederet [13] lecticæ geſtamine, [14] faſtuque erga patrias epulas. * irridebantur & [15] Græci comites, ac viliſſima vtenſilium [16] annulo clauſa. Sed [17] prompti aditus, obuia comitas, [18] ignotæ Parthis virtutes, noua vitia, & quia ipſorum maioribus aliena, perinde odium prauis & honeſtis.

Rex externus contemnitur.

* cuncta tamen
* firmandam ad amicitiam miſerat

Apud gentes etiam Barbaras ius primogenituræ.

Seruorum imperia odioſa.

* ac quoties
* Irridebantur

Comitas Regum laudabilis.

IN LIBRVM II. ANNALIVM C. CORNELII TACITI
Nouarum cogitationum Liber ſecundus.

MOTA.] Lego, *ſunt mota*. Nam in fine verbi *Conſulibus* in (*S*) littera, & in littera *m*, quæ inchoat verbum *mota*, reperitur *ſunt*. In notis a Magnone collectis, (*S*) ita ſcribitur, & frequentius *ST*. Sed tutius *SNT*. quia cæteris notis alia vocabula ſignificantur.

2 GENTIS ARSACIDARVM.] Nulla pars in rebus Parthicis, in qua decus Arſacidarum gentis non celebretur. Et in noſtro authore paſſim regum Parthorum voces exaudias, *eſſe ſe de genere Arſacidarum*. Recte ergo Strabo qui φιλαρσάκας, id eſt, Arſaciorum amantes vocat, lib. 16. Arſacis autem nomen tum primum innotuit cum Alexandro mortuo eius ſpolia ſucceſſores diuiſerunt. Et Parthorum Perſarumque nomina olim erant mixta. Verum Perſis ſublatis tum Parthi emicuerunt magni imperio & Romanis poſt deuictum orbem formidabiles.

Arſacidarum genus egregiū.

Quod authores tradunt.

Claudianus 1. in Eutrop.

Hoc genus, Arſacio poſtquam ſe regia faſtu
Suſtulit, & noſtros corrupit Parthia mores.

Et idem Claudian. in 4. Conſul. Honor.

Si tibi Parthorum ſolium natura dediſſet,
Chare puer, terriſque procul venerandus Eois,
Barbarus Arſacio conſurgeret ore tiaras,
Sufficeret ſublime genus.

Et Martial. lib. 9. epigramm. 37.

Scis quid in Arſacia Pacorus deliberet aula.

Et Lucanus lib. 10.

-- Cedamus in ortus.
Arſacidum domino non fœlix Parthia Craſſis.

D. Hieronym. in Ezechiel. *Arſacidæ regiæ dignitatis nomen.* Vnde autem illa nobilitas Arſacidarum gentis fluxerit, explicat Iuſtinus libro 4. Narratque Dio libr. 40. ab ipſo Arſace omnes Parthorum reges cognomentum habuiſſe.

3 VONONES OBSES AVGVSTO DATVS.] Filios, nepoteſque Phraatis, obſides Auguſto datos, docent Strabo lib. 6. in fine, & Iuſtinus libro 41. Dio tamen lib. 51. vt noſter, de vnico filio Phraatis loquitur, quem patri remiſſum ſcribit 54. vt captiua ſigna, Romanoſque captiuos inde reciperet.

4 CVNCTA VENERANTIVM.] Puto legendum *CuncTA TN venerantium*, id eſt, *cuncta tamen.* Nam aliquando (*u*) pro (*n.*)

5 FIRMANDÆ AMICITIÆ.] Supple *gratia.* ſed ſi legas, *firmandam ad amicitiam miſerat*, non male legas. Sic enim potuit eſſe ſcriptum, *firmanD AMiciti A Miſerat.* Tamen noſter lib. 11. Annal. principio, *Quæque alia conciliandæ miſericordiæ videbantur.* Et ita Salluſtius 1. Hiſtor. *Omnia retinendæ dominationis honeſta exiſtumet.* Quod excuſam lectionem veram eſſe oſtendit, vt etiam quod ſequitur, *celerandæ victoriæ intentior.* Cæterum ita ſolent principes, etiam potentiores, amicitias firmare. Nam tales amicitiæ poteſtatum pedamenta ſunt. Et ſi vicinorum gratia quærenda eſt, nunquam ſpernenda vilioribus, quid regibus, imperiorum columnis?

Tacitus correctus.

Principibus vicini non ſpernendi.

6 VETVSTISSIMVM LIBERORVM.] Dignatio maioribus natu ſeruatur a Romanis & Parthis, vt ab alijs nationibus. Nam apud Hebræos: *Agnoſcet primogenitum dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia.* Deuteron. 21. Apud Maſſilienſes, parentes morituri, cultus ſuos, & ſacra domeſtica maioribus natu tradebant. Val. lib. 2. cap. 6. Sic Liuius lib 45. *Duobus e filijs quos datos in adoptionem ſolos nomina ſacrorum, familiæque heredes retinuerat, domi minor ferme 12. annos natus, quinque diebus ante triumphum, maior 14. annorum poſt triumphum deceſſit.* Hæc de Paulo Æmilio. Inde illa exprobratio Satyr. Poetæ.

Qui patrium mimæ donat fundumque laremque.

quaſi de veſano & inſano iuuene qui patrium fundum & auitos lares reliquit impuræ & omnia perdituræ meretrici, non legitimis ſucceſſoribus. Idem Valerius, vbi de Poſthumio dictatore. *Aul. Poſthumium, quem ad generis, penetraliumque ſacrorum ſucceſſionem propagandam genuerat.* Quod Verr. Flaccus aſſerit his verbis in Prouerbio, *Sine ſacris hereditas.* Olim (ait) *ſacra non ſolum publica curioſiſſime adminiſtrabant, ſed etiam priuata: relictuſque heres, ſic pecuniæ, etiam ſacrorum erat, vt ea diligentiſſime adminiſtrare eſſet neceſſarium.* Et in iure noſtro, domus inſtrumenta, & tituli natu maiori traduntur, l. 4. fam. erciſc. D. Licet ſit qui ſcribat familiaria ſacra heredem non ſequi. Quod verum eſt vt hereditario iure non ſequantur, ſed cura eorum ad heredem præcipuum pertinet.

7 MAGNIFICVM ID SIBI CREDIDIT CÆSAR.] Vt re vera eſt. nam Parthi μέγιστον δυνάμενοι, ait Strab. 6. qui hanc a Romanis quæſitam regum copiam magni facit: Parthorum enim reges ſe reges regum nominabant, vt Ægyptij reges. Quamuis vt Homerus, ſic etiam Velleius principio libri primi, ita vocet Agamemnonem. Βασιλέων Βασιλεὺς, inquit Poeta, & Βασιλεὺς μέγας. Et hoc Dio narrat libro 50. Phraatem ad Auguſtum ſcripſiſſe hoc titulo, *Rex regum*, ſed Auguſtum ſolo nomine reſcripſiſſe ad Phraatem. Ideoque Phraates iterum ad eum ſcripſit cum titulo *regis regum*, nec Auguſtum ſalutauit, ſed Cæſarem. *In multitudine populi*, ait Salomon, *dignitas regis.* Tanta eſt de honore apud reges contentio. Ante tamen Auguſtum, eadem ambitio fuit. Nam Phraates ſe *regem regum* nominabat ſcribens ad Pompeium. Pompeius vero verbum, *regum*, amputabat, vt *rex* tantum remaneret. Sic Aſſyrij ſe ferebant Principes Principum. Ezech. 23. Noſtro æuo, & anno 1573. Carolo IX. fœliciter in Gallia regnante, Clariſſima Polonia, ampliſſima legatione, ſibi regem fratrem eius acciuit; ſuperioribuſque temporibus, nobilitas Franca, & regum noſtrorum ſtirps, quaſi regiæ dignitatis ſeminarium dedit orbi petenti magnificos & auguſtiſſimos reges. Nam Conſtantinopolis, Hieroſolyma, Fulcones, Andegauenſes, Cyprus, Luſignianos, Sicilia, & Neapolis, imo & Pannoniæ, & Armeniæ, & ipſa Flandria, Belgiumque totum, Regum Francorum ſobolem, pro principibus habuere, orbiſque ipſe ſibi Carolum Magnum, tanquam caput retinuit, magno Francorum honore, maiore totius Chriſtianitatis vtilitate, & Germanici imperij ſtructura honorabili.

Magnificum eſſe ſe a quo reges orbi dentur.

Francia nutrix regum.

Inde totus orbis ſibi principes acciuit.

Orbis in caput Carolum Magnum acciuit ſibi.

8 VT FERME AD NOVA IMPERIA.] Lætitiæ huius veſtigium eſt celebre, apud Sueton. in Caligula, in quo Pop. Romanus *alumnum legionum, & pupulum vocabat Caium*: vt etiam in Tito apud eundem, quem vocabat *orbis delicias*, & apud Claudianum de 4. Conſulatu Honor.

Tuque o qui patrium curis æqualibus orbem
Eoo cum fratre regis, procede, ſecundis
Alitibus, Phœbique nouos ordire meatus,
Spes votumque poli.

Et Horat. epiſt. 2. ad Auguſt.

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

Multiſq. authorum locis noua illa gaudia nouis principum imperijs reperias: nam nouis honoribus noua gaudia, gratificationes nouæ.

9 Mox

Barbarorum mutabilitas.

9 Mox ſvbit pvdor.] Ita fert ingenium barbarorum. Cito volunt, cito nolunt. De rebus impetu cenſent, impetu exequuntur, impetu pœnitent. Mobilius barbaro ingenio nihil eſt, ſtatimque vertitur in perfidiam, & hoc eſt *barbariſare*. Tacit. Hiſtor. 1. de Aquitanis, & in bellis ciuilibus quibus iſtud peruium: *Nec Aquitania quidem, quamquam a Iulio Cordo in verbo Othonis adſtricta diu manſit. Nuſquam fides aut amor. metu aut neceſſitate huc illuc mutabantur.* De Parthis Tacit. libro 12. vbi de Meherdate. *Barbarorum impetus acres cunctatione langueſcere, aut in perfidiam mutari.* Quod ille expertus eſt. Et Dio vbi res Adriani tractat. *Parthenaſpatem regno accitum eijciunt cito.* Quod poſteriores libri docebunt apertius. Nam momento & in atomo barbarus mutatur.

10 Vbi illam.] Recte ſane Velleius de odio Romæ & Carthaginis, quod Parthis & Romanis aptari poteſt. *Odium certaminibus ortum, vltra metum durat, & ne in victis quidem deponitur, neque ante inuiſum eſſe deſinit, quam eſſe deſiit.* Ne mirere igitur has Parthorum voces.

Gens venatrix Parthi, non in pecora inertia, ſed in tigres & leones.

11 Raro venatv.] Venatio, Parthorum & Perſarum oblectamentum, quam non in animalia inertia, ſed in tigres & leones exercebant. Claudian. de laudibus Stilicon. lib. 1. vbi de Parthis.

Si quando ſocijs tecum venantibus ibant,
Quis Stilicone prior, ferro penetrare leones,
Comminus, aut longe, virga transfigere tigres?

Tanta fuit apud eos venationis gloria, vt Darius epitaphio ſuo inſcribi mandauerit, *amicum amicis extitiſſe, equitem bonum, ſagittatorem peritum, qui venatores omnes ſuperauerit, & omnia fecerit quæ voluerit.* Strab. 15. vbi Perſæ & Parthi iunguntur. At illa venatio pro virtute apud Parthos, pro infamia apud Romanos. Dio 40. vbi de Hadriano: *Venandi ſtudio vſque ad inſaniam & periculum tenebatur.* Et de Odenato Spartianus. *Venatu memorabili ſemper inclitus, quia prima ætate capiendis leonibus & pardis, vrſis cæteriſque ſilueſtribus animalibus ſudorem officij virilis impendit.* Venationis autem tempus Perſis matutinum fuit, quod ad ſanitatem ſit idoneum & feris indagandis aptiſſimum, & ſæpe antelucana excitatione ad indagandas feras vrgebantur. Quod Xenophon tradit. *Nec carne veſcebantur Parthi, niſi venatione parta*, inquit Iuſtinus lib. 41. Et noſter, vbi de Bardane: *Parthi incautum venationique intentum interfecere.* Sic Sueton. ait alicubi *Regem regum*, id eſt, Parthorum, *in luctu*, (id eſt in iuſticio,) *venatu abſtinuiſſe.* Phraates enim ſcribens ad Auguſtum, tale ſibi cognomentum dabat, vt dixi. At ille venationis amor ad Francos & Germanos origine pares dudum fluxit, & hodie retinetur hederatim. Et ſane venatio, belli imago, bellicoſis nationibus ſemper cupita, ſemper vſitata. Xenophon in κυνηγετικῷ libello. Et Francis veteribus in Autumnitate exercita, quod teſtantur Annales noſtri.

Nec alia carne veſcuntur, quã venatoria.

In luctu, venationis abſtemij Parthi.

Venatio bellicoſis amata nationibus.

Equi Parthis amati.

Sine illis nihil agunt quidquam.

12 Segni eqvorvm cvra. qvoties.] Lego, *Segni equorum cura. ac quoties.* Iuſtin. libr. 41. De Parthis. *Equis*, inquit, *omni tempore vectabantur. Illis bella, illis conuiuia, illis publica & priuata obibant; ſuper illos ire, conſiſtere, mercari, colloqui. denique liberi non niſi equis inſidebant.* Et ſane Parthicus equitatus ſemper celebris. Diuus Hieronym. in Hieremiam libr. 4. cap. 12. *Comparat*, inquit, *equites peditibus; quia re vera; & iuxta hiſtoriam, omnis Perſis, & vniuerſa Chaldæa, & regionum illarum exercitus gaudet equitatu.* Quod firmat Cicero ante Diuum Hieronymum ad Papyr. Pætum libr. 9. epiſt. famil. & ad Catonem libr. 15. Dio autem ait, Hiſtor. 40. Parthorum regionem alendis equis valde ſingularem, quia plana, & ad equitandum commoda. Scribitque equorum armenta tota ſecum ſolere ducere in expeditionem. Quippe pulchrioris equitatus amantiſſimi: & equorum pulchriorum dotes, vt ſpecie pulchri, alti & formoſi, pedibus veloces, artubus fortes. Virg. in Georg.

Argutumque caput, breuis aluus, obeſaque terga,
Luxurietque thoris animoſum pectus honeſtis.

Equitatus Parthorum.

Hic ergo Vonones Hipponæ Deæ raro ſacrificabat, Homerico Telemacho non abſimilis, de quo Horat. in epiſtol.

—Telemachus proles patientis Vlyſſi.
Non eſt aptus equis Ithacæ locus, vt neque planis
Porrectus ſpatijs, nec multæ prodigus herbæ:
Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.

Telemachus equos Menelai donum non capit.

Quod riſit Menelaus, & in Tiridate deſpexere Parthi.

Lecticæ, aut muliebres, aut viriles.

Tam apud Græcos, quam Romanos.

De muliebris

13 Lecticæ gestamine.] Quæ *muliebres*, aut *viriles* apud Græcos, & Romanos. De *muliebri*, apud Græcos, notum illud Diogenis, qui cum lectica mulier geſtaretur, dixit, *non ſecundum feram eſſe caueam.* Apud Romanos. Iuuenalis Sat. 1.

Noctibus hic ponunt lecticas.

Et poſtea.

Nec melior ſilicem pedibus quæ conterit atrum;
Quam quæ longorum vehitur ceruice Syrorum.

Tertullian. ita de iſta lectica in Pallio, loco male correcto, etiam poſt nouas recognitiones. *Quoniam quidem* (lege *quidam*) *indices, cuſtodeſque dignitatis habitus, vt lenocinij factitandi impedimenta.* Ita Plinius lib. 21. caput 20. incipit. *Et quoniam quidam, vt diximus, nardum ruſticum nominauere.* Mox addit Tertull. *Sedulo quædam deſuefecerunt*, (lego, *ſed illa quidem deſuefecerunt.*) *At nunc in ſemetipſas lenocinando, quo planius adeantur, & ſtolam, & ſupparum, & crepidulam, & caliendrium, ipſas quoque iam lecticas, & ſellas, queis* (lego *queis*, id eſt *quibus*) *in publico, domeſtice, & ſecrete habebantur, eiurauere. De virili*, Cicero epiſt. 4. ad Sulpitium, epiſt. quæ incipit, *Et ſi ſciam. Coactus ſum*, inquit, *in eadem lectica, qua ipſe delatus eram, meiſque lecticarijs in vrbem eum referre.* Et Petron. Arbiter. *Hinc inuolutus cum coccina gauſapa, lecticæ impoſitus eſt; præcedentibus phaleratis curſoribus quatuor, & chiramaxio, in quo deliciæ ferebantur. Puer vetulus, lippus, domino Trimalcione deformior.* Et Iuuenal. Satyra 1.

Tertull. correct.

Et explicat.

De virili.

Lecticæ opertæ.

Pelle, veloque.

Cauſidici noua cum veniet lectica Mathonis
Plena ipſo.

Vtraſque autem *arcuatas, & opertas* fuiſſe, ex bonis authoribus facile colligas. Arnob. lib. 2. *Quid arcuata, ſi ſellula, acus, ſtrigil, pollubrum, ſiliquaſtrum.* Sed de lecticarum operimento: aliter *viriles, opertas fuiſſe, aliter muliebres*, ad diſparationem, ſcribunt authores. Nam Martial. lib. 2. epigramm. 99.

Non te cucullus aſſeret caput tectum,
Lectica nec te tua (lego tecta) pelle veloque,
Nec vindicabit ſella ſæpius clauſa,
Rimas per omnes baſiator intrabit.

Et plagulis.

Nota *pelle, veloque tectas*, etiam *plagulis*. Sueton. in Tito cap. 10. *Lectica dimotis plagulis ſuſpexiſſe cœlum.* Erant autem illæ plagulæ textiles, & textilia vela, quibus vecti viderent, nec viderentur. *Sindonem lecticariam* vocat Nonius. Addo fuiſſe lecticas *ſpecularibus ornatas*. Sic enim Iuuenal.

Textilibus.
Textilia vela.
Lecticaria ſindon.
Specularia in lecticis.

Quæ vehitur clauſo latus ſpecularibus antro.

Dio de Libone lib. 57. *Morbo lethali correptum, in lectica operta, cuiuſmodi Senatorum vxoribus in vſu ſunt, iuſſit in Senatum inferri.* Cicero lib. 9. ad Attic. epiſtola, *Nihil habebam. Cum is paulum lecticam aperuiſſet, dixit cognoſſe, etſi vix veriſimile.* Aliter autem lecticæ opertæ *temporibus Auguſti*, aliter *temporibus Claudij*. Dio de Claudio libr. 60. *Primus inter Romanos lectica operta vſus eſt: Inde ea non Imperatores modo, ſed nos quoque qui Conſulatum geſſimus, vehimur, cum ante Auguſtus & Tiberius lecticis, ſeu grabatis geſtarentur, quibus noſtro tempore mulieres vehuntur.* Erant autem concameratæ & columnis ornatæ, vt illæ naues, quas Seneca vocat *cubiculatas, & luſorias*, quarum Venetijs numerus ingens. Quanquam ſæpius apertæ viriles. Mulierum autem lecticæ ſemper tectæ, niſi earum quæ pudicitiam eiuraſſent. Nam ſcorta contra leges etiam aliquando vſa lecticis. Cicero ad Attic. l. 10. *Cytheridem ſecum lectica aperta portat, altera vxorem: ſeptem præterea lecticæ amicarum, hoc eſt amicorum.* Nam D. Hieronym. vocat illas *caueas matronarum*, ad Euſtoch. de Virgin. ſeruan. Et Iuuenalis, *Clauſum mulierum antrum.* Et certe Tertullianus videtur innuere, dum ait, *lecticis vſas vt domeſtice & ſecreto in publico haberentur.* Hoc autem poſtulare videtur pudicitiæ & morum decus. Nam matrona intecta in publico, pro monſtro eſt. Propert. libr. 4.

Aliter Auguſti tempor. aliter Claudij.
Aliter tectæ viriles, aliter muliebres.
Naues cubiculatæ & luſoriæ tectæ.
Sic lecticæ.
Lecticæ caueæ dictæ.
Cubiculum tectum.
Cubicula viatoria.
Mulierum antrum.

Ne lectica tuæ ſidat aperta moræ.

Forſan ita legendum:

Ne lectica tua ſidat aperta mora.

Propert. correct. & explicatus.

Id eſt, dum moraris ne lectica, in tua ſidat mora aperta & patens. *Sidere* enim *ſiſtere* eſt. Tacitus infra, vbi de nauibus. *Vt ſine noxa ſiderent.* Et Plinius lib. 7. cap. 22. *Certis canalibus mare adeo profundum, vt nullæ anchoræ ſidant.* Interdum autem in lecticis dormiebant. Nam Sueton. in Auguſto. *Depoſita lectica, dum per vicos portaretur, inter aliquas moras condormiebat.* Iuuenalis.

In lecticis dormiebant.

Namque facit ſomnum clauſa lectica feneſtra.

Eratque nobilium geſtamen. Nam vet. Scholiaſt. Iuuenal. Sat. 1. *Lectica genus vehiculi, quo nobiles vehebantur.* Dicemus plura de lecticis infra: heic filum ſcindo, & abſcedo.

14 Fastvqve erga patrias epvlas.] Athenæus hoc explicat lib. 14. Elato enim ſolio reges Parthorum epulabantur, & ſi quos inuitaſſent, habebant proſtratos ad pedes, quibus, quaſi canibus, aliquid edulij proijciebant: atque a conuiuis ſeorſim accubuiſſe, & peregrinis cibis menſam eis appoſitam, quaſi Dijs terreſtribus. Ita ſane, ſed breui Dijs illis morituris quaſi momentarijs & atomo ſimilibus. Huiuſce ritus illa vox: *Nam & catelli edunt de menſa quæ cadunt dominorum ſuorum.*

Parthorum reges in ſolio edētes.
Conuiuæ a pedibus.

15 Græci comites.] Quem morem exagitat Iuuenalis Sat. 3. dum ſcribit.

-- Non poſſum ferre, Quirites,
Græcam vrbem, quamuis quota portio fæcis Achææ?
Iam pridem Syrus in Tiberim profluxit Orontes.

Roma tota Græca.

Mox addit lectione mendoſa.

Iuuenalis correctus & explicatus.

Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit? (lego Cœnabit?) fultuſque thoro meliore recumbet?
Aduectus Romam, quo pruna & cottona vento?

Hoc Græco comitatu omnes Romani cincti erant; quippe docti, eloquentes, & in Philoſophia vt plurimum verſati. Ideo Cicero pro Milone: *Comites Græculi quocumque ibat: tunc nugarum in comitatu nihil.* Idem Cicero pro L. Flacco: *Sunt in illo numero, (Græcorum ſcilicet,) multi boni, docti, pudentes, qui ad hoc iudicium deducti non ſunt: multi impudentes, illiterati, leues.* Si vis Græcorum inſectationem, lege Tatianum Aſſyrium in oratione contra Græcos. Et Annal. 4. Tacitus. *Reliqui liberalibus ſtudijs prædíti, ferme Græci, quorum ſermonibus leuaretur.* Vbi de ſeceſſu Caprearum. Et idem Cicero ad Q. fratr. de Græcis, ſic inquit: *Atque etiam e Græcis quædam ſunt cauendæ diligenter familiaritates, præter hominum perpaucorum, ſi qui ſunt, vetere Græcia digni. Heic vero fallaces ſunt permulti, ac leues, & diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi.* Liuius 39. *Græcus in Hetruriam ignobilis primum venit, nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumque nobis eruditiſſima omnium gens primum inuexit.* Hoc hominum genus adeo exoſum fuit poſtea, vt viſo homine Græco, ſtatim exclamarent e triuio, *Græcus, & impoſtor.* Tertullian. in Pall. & D. Hieronym. in epiſtolis. Tamen Manilius de Græcia:

Græci comites Rom.
Græci eloquentes, & in Philoſophia verſati.

Maxima terra viris, & fœcundiſſima doctis
Vrbibus.

Et de Græcia cogita quod Homerus de Ægypto. Nam *tulit multa bona pharmaca & noxia multa.* Odyſſ. 4.

16 Annvlo clavsa.] Vetuſtiſſimus mos apud gentes, annulo ſignare. Nam in lege naturæ, & ante legem. Ita Iob. *Qui claudit ſtellas quaſi ſubſignaculo.* Et apud Babylonios lib. Daniel, cap. 16. *Lapis poſitus eſt ſuper os laci, quem obſignauit rex annulo ſuo, & annulis optimatum ſuorum.* Et apud Iudæos. Matthæi cap. 27. *Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.*

Annuli ſignatorij.
Apud Babylonios.
Apud Iudæos.

Apud

Apud Ægyptios.

Apud Ægyptios, & in vrbe Alexandriæ, ait Plinius lib. 12. cap. 14. vbi de colligendo thure. *Subligaria ſignantur.* Et apud Græcos, ex Tertulliano lib. 20. de anima. *Philippus Macedo nondum pater, Olympiadis vxoris naturam obſignatam viderat annulo.* Apud Romanos. Plaut. in Amphitr. ni referas etiam ad Græcos.

Apud Græcos. *Apud Romanos.* *Ciſterula ſignata.*

An etiam id credis quæ in hac ciſterula
Tuo ſigno obſignata fertur?

Et in Perſa.

Homines vetulos, auidos, aridos,
Qui ſalinum ſeruis obſignant.

Salinum.

Præ parſimonia videlicet, & ne ſerui lingerent ſalem. Quod erat moris pauperioribus digito terebrare ſalinum. Perſius & Horat. ad Florum, de vino.

Lagena.

Et ſigno læſo non inſanire lagenæ.

Iuriſconſultus *ſignatum vinum* vocat L. 2. §. qui vnum. D. locati. Sic Martialis l. 9. epigramm. 89.

Nunc ſignat meus annulus lagenam.

Perſius Sat. 6.

Et ſignum in vapida naſo tetigiſſe lagena.

Et Iuuenal. Satyr. 14.

-- Concham æſtiuam cum parte lacerti
Signatam.

Oues.

Quid quod Virgilius memorat *ſignatas oues?* Quod fit etiam hodie. Sic enim 3. Georg.

Continuoque notas, & nomina gentis inurunt.

Laertius ait Crantorem *ſignata poemata Mineruæ in fano condidiſſe.* Et Plutarchus in Pompeio, *ſignaſſe Pompeium militum enſes.* Plinius hanc annuli obſignationem late declarat lib. 33. cap. 1. *Denique,* ait, *vt plurimum opus,* (id eſt opus ſuetum) *ſcelera annulis fiunt.* Nam diuitiarum quicquid reconditum, & pro ſecreto habitum, annulis ſignabatur. Firmat quod ſubijcit. *Quæ fuit illa priſcorum vita, qualis innocentia, in qua nihil ſignabatur?* Idem lib. 2. cap. 51. vbi de fulminibus, & fulminum miraculis: quem corrigo. *Æs, & argentum ſignatur.* Lego, *ſignatum vritur intus, ſacculis ipſis nullomodo ambuſtis, ac ne confuſo quidem ſigno ceræ.* Apul. 1. Apolog. *Quod conditum cumque, quod obſignatum, quod contuſum domi adſeruatur, id omnino magnum eſt.* Iuriſconſultus L. 1. de per. & com. rei vend. D. *ſi non ſunt deguſtata, ſignata tamen ab emptore vaſa.* id eſt, dolia; nam de vino loquitur. Sic D. Hieronym. ad Principiam loquens de Marcella. *Vſque ad annuli ſignaculum bona repudiat.* Sic *ſignatam virginem* Nonius appellat, quæ integra eſt. Et Tertull. *Signatum matrimonium.* Et Seneca. *furem ſignata ſollicitant,* id eſt res ſignatæ, epiſt. 68. Macrobius ex Capitone refert 7. Saturnal. cap. 13. veteres Romanos non ornatus cauſa, ſed ſignandi, annulos circumtuliſſe. Sic etiam Tibullus l. 1. Eleg 6.

Plinius correctus. *Sacculi ſignati.* *Vaſa ſignata.* *Signata virgo.* *Signatum matrimonium.*

Sæpe velut gemmas eius, ſignumque probarem,
Per cauſam memini me tetigiſſe manum.

Non attigiſſem locum Valerij, lib. 7. cap. vlt. niſi eum male ſanum vidiſſem, & deſperatum. Agit ergo de Popilio, qui alijs ſcriptis heredibus, tamen Oppio Gallo amico ſuo annulos tradidit. *Quos,* inquit, *ocius vir diligens, ſed morientis amici plenum contumeliæ ludibrium, in locellum repoſitos, ac præſentibus obſignatos diligentiſſime heredibus illius, exheres ipſe, reddidit.* Lego: *Quos ocius vir intelligens qui morientis amici plenum contumelia ludibrium in locellum repoſitos,* &c. Cape de ijs annulis ſignatorijs, quod eſt in D. Auguſtini vita à Poſſidonio deſcripta. *Nunquam clauem, nunquam annulum in manu habens.* Et quod refert Martialis lib. 1. Epigr. 54.

Valerius correctus.

Vna eſt in noſtris tua, Fidentine, tabellis
Pagina, ſed certa domini ſignata figura,
Quæ tua traducit manifeſto carmina furto.

Quod idem eodem, Epigr. 67. confirmat.

Secreta quære carmina, & rudes curas,
Quas nouit vnus, ſcrinioque ſignatas
Cuſtodit ipſe virginis pater chartæ.

Et de litteris ſignandis & ſcribendis ſummo mane. Quod notat hoc verſu idem Poeta.

Litteræ ſignatæ.

Nunc ad Luciferam ſignat mea gemma Dianam.

Dicemus poſterioribus libris.

17 PROMPTI ADITVS] Sic Papinius 1. Thebaid.

--- Tamen ille precanti
Mitis, & affatu bonus, & patientior æqui.

Non ita Cyclops ille Virgilianus,

Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli.

Nam bene morati, aditu faciles, ſermone affabiles; duæ regentium virtutes præcipuæ. Oroſius de Eugenio tyranno: *Vir barbarus animo, conſilio, manu, audacia, potentiaque nimius.* lib. 7. Et Eunapius de Sapore rege Perſarum vocat eum *tyrannum, & adeuntibus difficilem.* in Ædeſio.

18 IGNOTÆ PARTHIS VIRTVTES] Id eſt, non erant Vononi patrij mores, vt venatus, & equitatus, ſed erant *prompti aditus,* vt ſcilicet nullo negotio & ſine difficultate adiretur a ſubditis; & *obuia comitas,* vt comiter acciperet adeuntes, & quaſi eis obuiam iret. Quæ quia erant Parthis ignotæ virtutes, ideo pro vitijs habebantur. Nam patrius mos non diſplicet, imo placet, & defenſores habet, licet ſit iniquus. Et pulchrum eſt Claudij ad Meherdatem præceptum, Annal. 12. *Clementiam ac Iuſtitiam, quanto ignara barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret.* Quod magnum eſt præceptum & ſalubre.

Igitur Artabanus Arſacidarum e ſanguine [1] apud Dahas adultus excitur: primoque congreſſu fuſus reparat vires, regnoque potitur. Victo Vononi [2] perfugium Armenia fuit, [3] vacua tunc, interque Parthorum & Romanas opes infida, ob ſcelus Antonij, qui Artauaſdem regem Armeniorum [4] ſpecie amicitiæ inlectum, dein [5] catenis oneratum, poſtremo interfecerat. Eius filius Artaxias, [6] memoria patris

Infidum ſcelus exoſum regem reddit.

nobis infenſus, Arſacidarum vi ſeque regnumque tutatus eſt. Occiſo Artaxia per dolum propinquorum, datus a Cæſare Armenijs [7] Tigranes, deductuſque in regnum a Tiberio Nerone. Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis eius, quanquam ſociatis more externo in matrimonium regnumque. [8] * dein iuſſu Auguſti impoſitus [9] Artauaſdes, & non ſine clade noſtra deiectus. Tum C. Cæſar componendæ Armeniæ deligitur. Is Ariobarzanem origine Medum, [10] ob inſignem corporis formam, & præclarum animum volentibus Armenijs præfecit. Ariobazane morte fortuita abſumpto, ſtirpem eius haud tolerauere: tentatoque fœminæ imperio, cui nomen Erato, eaque breui pulſa, incerti ſolutique, & magis ſine domino, quam in libertate, profugum Vononem in regnum accipiunt. Sed vbi minitari Artabanus, & parum ſubſidij in Armenijs, vel ſi noſtra vi defenderetur, bellum aduerſus Parthos ſumendum erat, rector Syriæ [11] Creticus Sillanus excitum [12] cuſtodia circundat, manente luxu & regio nomine. quod ludibrium vt effugere agitauerit Vonones, in loco reddemus.

*demum

Forma corporis & vis animi regna dant.

Viri fœminarum imperium expetũt, mox eiurant.

Vbi Dahæ.

Vnde dicti.

1 Apvd Dahas advltvs.] Inter Scytharum gentes *Dahæ*, & Parthica gens, Scythica tamen origine. Nam Iuſtin. ita dictos inquit, *quod exules, & a Scythis expulſi eſſent.* Non mirum igitur ſi a Scythis orti, adhuc inter Scythas Aſiaticos alebantur. Virgil. 8. Æneid. de his meminit:

Indomitique Dahæ, & pontem indignatus Araxes.

Quippe Araxes ſub Auguſto Ponto colla dedit & iugum Romanum paſſus eſt, cum Alexandri pontem, aquarum ſubita vis ſubruiſſet.

2 Perfvgivm Armenia fvit.] Quæ *Ararat* dicta Hebræis, vt Geneſis 8. *Et in montibus Ararat*, id eſt Armeniæ, arca diluuij ſtetit. hodieque etiam dicuntur permanere eius veſtigia. Hieron. de locis Hebraicis, & Ioſephus Antiq. 1. Cæterum Armenia ab Armenio Iaſonis Theſſali comite ita dicta eſt, vt aiunt Græci & Iuſtinus libr. 42. cuius fines, poſt Parthiam, omnium regnorum fines ſuperant. Fuit autem duplex, *maior*, & *minor.* Quod Geographis notiſſimum. Vtramque deſcribit Plinius l. 6. cap. 8. & 9. & vtramque frigidiſſimam facit Horatius lib. 2.

Armenia vnde dicta.

Duplex, maior & minor.

-- Nec Armenijs in oris
Amice Valgi ſtat glacies iners.

Verum inter iſtas glacies odoratiſſimum gignit amomum nullis prouinciarum amomis ceſſurum odore. In hanc ergo fugit Vonones lachrumabilis Princeps, cui fortuna quaſi ſol hibernus inclaruit, mox diſparuit; nam cito illuxit, cito defluxit: & de quo vere iſtud Ennianum dicas vt Telamon.

Pol mi fortuna nunc magis deſit quam genus:
Namque regnum ſuppetebat mihi, vt ſcias quanto e loco,
Quantis opibus quibuſque de rebus lapſa fortuna occidit.

Et mihi in mentem venit, quod Oroſius ſcribit, de Alarico imperatore facto, infecto, refecto atque defecto. *Citius* (inquit) *his omnibus actu quam dictis, mimum riſit & ludum ſpectauit imperij.* lib. 7.

3 Vacva tvnc ob scelvs Antonii.] Et vere ſcelus: nam ſpecie ineundi matrimonij inter Antonij filium Alexandrum, & filiam Attauaſdis, Artauaſdem captiuum fecit, mox in triumphum duxit, poſtremo trucidauit. Dio lib. 49. En triumuiri aſperitas, ſed inſana crudelitas. o Cicero, vbi tunc eras?

4 Specie amicitiæ.] Quod vulgare apud Barbaros, imo & apud non Barbaros. Nam ſic Tiberius, Archelaum peſſime habuit. Sed notabile dictum eſt olim ab Heluetijs: *Ita a patribus maioribuſque didiciſſe, vt magis virtute quam dolo comenderent.* Cæſar de bell. Gall. libro primo. Hodie autem & ſæculo corrupto illæ inſidiæ elegantis ingenij, & vrbani, indices nominantur, & laudatur ſcelus. Quod fit vbi fortuna iniurioſo pede proruit ſtantes columnas Regnorum & ceſſantes ad arma concitat, imperiumque frangit.

Inſidioſi, hodie elegantes viri.

5 Catenis oneratvm.] Argenteis ſcilicet in carcere, & in triumpho aureis. Dio lib. 49. Licet aliquando variatum fuerit. Putabant enim turpe ferreis vinculis regem attinere captiuum. Velleius de Antonio. *Regem eius Artauaſdem fraude deceptum, catenis, ſed ne quid honori deeſſet, aureis vinxit.* Sic Nero dum perſonam quandam captiui regis ageret in theatro, aureis catenis voluit vinciri. Dio libr. 63. Trebellius etiam Pollio ſcribit, *Zenobiæ inditum collo aureum vinculum*, in Aureliano. Nam ita Spartianus de Zenobia. *Ducta eſt in triumphum ea ſpecie vt nihil pompabilius P. R. videretur. iam primum ornata gemmis ingentibus, ita vt ornamentorum onere laboraret. vincti erant pedes auro, manus catenis aureis; nec collo aureum vinculum deerat.* Ammianus 27. vbi de

Catena aurea, & argentea.

Aurea in triũpho.

Argentea in carcere.

Reges regijs vinculis onerabant.

de Sapore Perſarum rege, ait *vinctum catenis argenteis*. Quod apud eos honoratis *vanum ſupplicium, æſtimatur eſſe ſolatium*. Auſon. in ludo Septem Sapient.

Vinctum que pedicis aureis ſecum iubet,
Reliquum quod eſſet vitæ totum degere.

Et Gillimer aur eis catenis Conſtantinopolim miſſus eſt, vt ſcribit Procopius. Nabuchodonoſor ex 2. Paralipom. rex Chaldæorum, Ioachim regem Iuda vinctum catenis duxit Babylonem, argenteis, vt exiſtimo, vel aureis. Idem cenſeo de Remetalce, qui Cotym captiuum fecit. Propert. l. 2. eleg. 1.

Aut regum auratis circundata colla catenis,
Actiaca in ſacra currere roſtra via.

Tertullian. hoc confirmat lib. de habitu muliebri. *Apud barbaros quoſdam*, inquit, *quia vernaculum eſt aurum, & copioſum, auro vinctos in ergaſtulis habent, & diuitijs malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores*. Nam aliquando & pro modo ſcelerum, triplicibus catenis onerabantur. Ad id reſpexit Claudius imperator, qui Surdinum abeuntem in Africam, cum retinuiſſet, & dignitate ornauiſſet, *aureis ſe catenis habere illum vinctum iactauit*. Nec male. Quippe D. Cyprianus de diuite. *Non intelligit miſer*, inquit, *ſpecioſa eſſe ſupplicia, & auro ſe alligatum teneri, & poßideri magis, quam poßidere me diuitias, atque opes*. Sic Marcus Cato, dixit *fures priuatos neruo & compedibus, publicos auro & purpura vinctos eſſe*. Non omitto fuiſſe apud Iudæos ſummum genus ignominiæ, compedibus & catenis atteri. Nam Reg. 2. cap. 3. *Nequaquam*, inquit, *vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner. Manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati*. Licet enim carcer non infamet, certe non decorat, in caſtris præcipue, & erga reges & principes. Multi ambitioſis compedibus atteruntur; ſed plus in illis voluptatis, quam doloris, & infamiæ, eſſe putant.

6 MEMORIA PATRIS NOBIS INFENSVS.] Odia enim apud quoſdam ſucceſſorio iure ad poſteros tranſeunt, & inter mortales, immortales ſunt inimicitiæ.

7 TIGRANES.] Non magni Tigranis filius, (quem Velleius vocat *ſui temporis potentiſſimum regem, & Mithridatis ſocerum*,) ſed Tigranis nepos.

8 DEIN.] Lego, *demum iuſſu*.

9 ARTAVASDES.] *Artauaſdes eſt*, ita lego, *& non ſine*, &c. Nam aliquando *&* pro *eſt* in manuſcr. Verrius Flaccus: *Pubes & qui pubem generare poteſt*, pro *Pubes eſt, qui pubem generare poteſt*. Et, *malta & fœmina*, pro *malta eſt fœmina*, id eſt mollis.

10 OB INSIGNEM CORPORIS FORMAM.] Quæ duo vix vna reperias. Nam vt ait Claudian. de laud. Stilicon.

-- Quem corpus honeſtat,
Dedecorant mores; animus quem pulchrior ornat,
Corpus deſtituit.

Et idem eodem:

Iam tunc conſpicuus, iam tunc venerabilis ibas,
Spondebatque ducem celſi nitor igneus oris,
Membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt
Semideis, quacumque alte gradereris in vrbe;
Cedentes ſpatijs aſſurgentesque videbas.

Dio vbi de Traiano: *Generoſa canities & oris maieſtas principem prodidit, & quis foret in ementitio habitu facile oſtendebat*. Spartianus de Seuero: *Ipſe decorus, ipſe ingens, promiſſa barba, cano capite, & criſpo*. Et de Alexandro Seuero: *Erat corporis venuſtate decorus*. Plin. laudat lib. 7. vultum Pompeij Magni. Contra Salluſtius culpat. Et Suetonius decorem Titi ita perſequitur. *Forma*, inquit, *egregia, & cui non minus authoritatis eſſet, quam gratiæ*. Tacit. 2. Hiſtor. vbi de Tito. *Decor oris cum quadam maieſtate, & ingenium quantæcumque fortunæ capax*. Quod in principe valde laudabile. Spartianus in Celſo tyranno: *Ea iuſtitia & corporis magnitudine, vt dignus videretur imperio*. Quæ duo ſunt imperatoriæ gemmæ.

11 CRETICVS SILANVS.] Martialis lib. 2. epigram. 2. ita de Cretico nomine.

Creta dedit magnum, maius dedit Africa nomen: Vnde Silanus
Scipio quod victor, quodque Metellus habet. Creticus.

Et hoc nomen, primæ nobilitatis nomen apud Romanos. Iuuenal. Sat. 8. Silanus primæ vir nobilitatis.

Ne tu ſis Creticus, aut Camerinus.

Hoc eſt, inquit vet. interpr. *ne ſis tantum nominibus nobilis*. Nam multis nobilitas tantum in nomine. Cicero de nobilitate Silanorum 3. Verrina. *Eo Silanus repente factus eſt, non vt honos & dignitas nobilitati reſtitueretur*. Nam vere *Silani nobiles*. Idem Iuuenalis Satyra eadem ſcribit.

-- Seu tu
Silanus, quocunque alio de ſanguine rarus
Ciuis.

Plin. lib. 18. cap. 3. *Præceßit omnes vir clariſſimæ familiæ Decius Silanus*. Erat enim vir nobilis multum inter multos. Salluſt. in orat. Iul. Cæſ. contra Catonem vocat *Dec. Silanum virum fortem*. Et vere nobilis qui fortis non habitu ſolo corporis ſed animi.

12 CVSTODIA CIRCVMDAT.] Quæ cuſtodia non acris, ſed libera. De acribus cuſtodijs, noſter lib. 1. *Acribus cuſtodijs domum & vias ſepſerat*. De delicata, nam ea eſt quæ acri opponitur. Pontianus in vita D. Cypriani liberam cuſtodiam, *delicatam cuſtodiam* vocat. *Conuiuæ eius*, inquit, *& chari omnes, in eius contubernio verſabantur*. Rufinus acri interceptus fuit. Quod patet ex Claudiani verſibus. Acris cuſtodia, Libera. Delicata.

-- Illi dum plurima ficto
Certatim ſermone petunt, intendere longos
A tergo amplexus, inſperatoque ſupremæ
Circuitu ſociare parant, decreſcere campus
Incipit, & clypeis in ſe redeuntia iunctis
Curuo paulatim ſinuantur cornua ductu:
Sic ligat immenſa virides indagine ſiluas
Venator.

Nam vt feræ, ita etiam homines capiuntur.

Cæterum Tiberio haud ingratum accidit, turbari res Orientis, vt ea ſpecie Germanicum ſuetis legionibus abſtraheret, nouiſque

Prudentis Ducis præclara cogitatio.

prouincijs impoſitum dolo ſimul & caſibus obiectaret. At ille quanto acriora in eum ſtudia militum, & auerſa patrui voluntas, celerandæ victoriæ intentior, tractare præliorum vias, & quæ ſibi tertium iam annum belligeranti ſæua vel proſpera eueniſſent: fundi Germanos acie, & [1] iuſtis locis, iuuari ſiluis, paludibus, breui æſtate, & præmatura hieme: ſuum militem haud perinde vulneribus, [2] quam ſpatijs itinerum, damno armorum adfici; [3] feſſas Gallias miniſtrandis equis, longum impedimentorum agmen opportunum ad inſidias, defenſantibus iniquum. at ſi mare intretur, promptam [4] ipſis poſſeſſionem, & hoſtibus ignotam: ſimul bellum maturius incipi, legioneſque & commeatus pariter vehi: integrum equitem, equoſque per ora & alueos fluminum media in Germania fore.

Satius hoſtes ſalo quam ſolo inuadere.

Igitur huc intendit, miſſis ad cenſus Galliarum, P. Vitellio [5] & *Cantio. Silius & Anteius & Cæcinna fabricandæ claſſi præponuntur. * Canutio. Mille naues ſufficere viſæ, properatæque: aliæ breues anguſta puppi, proraque; & lato vtero, quo facilius fluctus tolerarent: quædam planæ carinis, vt ſine noxa ſiderent: plures appoſitis vtrinque gubernaculis, conuerſo vt repente remigio, [6] hinc vel illinc adpellerent: multæ pontibus ſtratæ, ſuper quas tormenta veherentur, ſimul aptæ ferendis equis, aut commeatui, velis habiles, citæ remis agebantur alacritate militum in ſpeciem ac terrorem.

Variæ nauium formæ ad inuadendos hoſtes.

[7] Inſula Batauorum, in quam conuenirent [8] * prædicta, ob faciles adpulſus accipiendiſque copijs, & tranſmittendum ad bellum opportuna. *prædilecta. Nam Rhenus vno alueo continuus, aut modicas inſulas circumueniens, apud principium agri Bataui, velut in duos amnes diuiditur, ſeruatque nomen & violentiam curſus qua Germaniam [9] * præuehitur, donec Oceano miſceatur: ad Gallicam ripam latior, * prouehitur & placidior adfluens. [10] verſo cognomento, Vahalem accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat [11] Moſa flumine, ciuſque immenſo ore eundem in Oceanum effunditur.

1 Iustis locis.] Sic *iuſta pondera*, pro æquis, & *iniqua pondera*, pro iniuſtis, L. 31. de actio. empt. D. *iuſtum tempus*. L. 4. de vacat. & excuſat. mun. D. *iuſtum dominium*, *iuſta poſſeſſio*. Et *iuſta æſtimatio* pro æqua, apud Iuriſconſultos. Et ſuperius: *Æquis locis æquos Deos*. lib. 1.

2 Qvam spatiis itinervm, damno armorvm adfici.] Quiſquis legit hæc, vix intelligit: videntque omnes etiam Bœoticæ mentes, aliquid male facti in hac clauſula. Puto ergo legendum, *Suum militem haud perinde vulneribus, quam ſpatijs itinerum, vt damno armorum adfici*. Id eſt, milites non perinde affici & vexari plagis, & vulneribus, vti longis viarum ſpatijs, & itineribus. Quod eſt veriſſimum. Vegetius lib. 3. *Obſeruetur ne longo ſpatio fatigatum militem, neu laſſos poſt curſum equos, ad publicum prælium cogas. Multum virium labore itineris pugnaturus amittit.* Et recte *Miles* dictus a Milliaribus quæ diebus ſingulis tenebatur conficere, vt aiunt Grammatici. His enim plus atteritur quam oneribus, quam plagis. Sic Salluſtius 5. Hiſtor. *Fatigata itineribus adeo militum corpora, vt ſe ſuſtinere plerique nequeuntes, feſſi in arma ſua quiſque ſtantes incumberent.* Hirtius de bello Gallico. *Ipſe* (loquitur de Cæſare) *tantum itineris faciebat, quantum ſatis eſſe ad munitionem locorum propter ſalubritatem exiſtimabat.* Nam in Germania cœlum frigidum, & ſolum rigidum eſt. Ibi inuia & aſpera ſiluarum plurima, & lubrica paludum, quibus miles magis, quam vulneribus fatigetur. En prouidentia Ducis. Ideo recte dictum a Salomone: *Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas: viſcera autem impiorum crudelia.*

Tacitus ſupple-tus.

3 Fessas Gallias.] Sic Salluſt. 3. Hiſtor. *Gallia ſuperiore anno Metelli exercitum ſtipendio frumentoque aluit, & nunc malis fructibus ipſa vix agitat.* Feſſæ igitur Galliæ quia exhauſtę. Solebant enim equos, aurum, arma, argentum atque æs perſoluere. Noſter ſupra lib. 1. *Certauere Galliæ, Hiſpaniæ, Italia, quod cuique promptum, arma, equos, aurum offerentes.* Et Hiſt. 1. *Viri, arma, equi ad vſum & ad decus ſupererant.*

ſupererant. Claudianus de laud. Stilico.

-- Aliæ gentes quas fœdere Roma recepit,
Aut armis domuit, varios aptantur in vſus
Imperij. Phariæ ſegetes & Punica meſſis,
Caſtrorum deuota cibo. dat Gallia robur
Militis, Illyricis ſudant equitatibus alæ.
Sola nouum Latijs vectigal Iberia rebus
Contulit, Auguſtos. fruges, æraria, miles,
Vndique conueniunt, totoque ex orbe leguntur.
Hæc generat quæ cuncta regant.

Vbi *æraria*, accipio pro ære. Quippe æs pendebant, vt dixi ſupra. Ezechiel Propheta cap. 17. *Miſit nuntios ad Ægyptum vt darent ſibi equos & populum multum.*

4 IPSIS POSSESSIONEM.] *Ipſis*, ſcilicet *Romanis*. Nam opponit *hoſtibus ignotam*, & *Romanis adeptam* maris poſſeſſionem.

5 ET CANTIO.] Non hæc ad meum guſtum: nec de *Cantijs* legi quidquam vnquam. Legi de *Scantijs*, & orat. 1. in Rullum, de *Scantia ſilua*, aliquid Cicero ſubmurmurat. *Scantinios* etiam noui qui peſſimo criminum indixere pœnam, teſte Liuio, Valerio, & Auſonio: etiam Cicerone ad Cœlium. Tamen lubentius legerem *Canutio*: quippe Cicero nominat Philippica III. Canutium hoſtem M. Antonij, & Pub. Canutium virum eloquentiſſimum: & quod propius accedat ſcriptæ lectioni, niſi legas *Caluentio*, aut *Caluiſio*, quæ ſunt Romana nomina.

Firmata excuſſa lectio. 6 HINC, VEL ILLINC.] Ne tollas, ſunt mera enim Taciti verba, qui Hiſtor. 3. ita ſcribit in re ſimili. *Inter vndas voluuntur, pari vtrinque prora, & mutabili remigio, quando hinc, vel illinc appellere, indiſcretum, & innoxium eſt.* Sic Tacitus lucet. Dio idem fere ſcribit de Iulio Cæſare: *Naues ædificandas curauit. Mediæ inter eas quas ſecum celeres adduxerat, atque onerarias quas ibi acceperat, naturæ: vt quam maxime agiles eſſent & vim fluctuum tolerare poſſent; inque ſicco deſtitutæ iniuriam nullam paterentur.*

7 INSVLA BATAVORVM.] Tacitus de Batauis lib. 4. Hiſt. *Bataui donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, ſeditione domeſtica pulſi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, ſimulque inſulam inter vada ſitam occupauere, quam mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum, ac latera circumſluit.* Et hodie ita terminatur.

Tacitus correctus. 8 PRÆDICTA.] Legendum puto, *prædilecta*, id eſt, ante electa: & ita ſcriptum exiſtimo a Tacito; quippe illud verbum illi frequens. Salluſt. 2. Hiſtor. in frag. *Neque virgines a parentibus nuptum mittebantur, ſed ipſæ belli promptiſſimos diligebant.* Sic Annal. 13. *Dux bello dilectus.* Et Hiſtor. 5. *Titus perdomandæ Iudææ dilectus.* *Ratio correctionis.* Quanquam *prædicta* ferri poſſit. Sed ita lego, quia rationem reddit, cur prædilecta fuerit. *Ob faciles*, inquit, *appulſus, & quod accipiendis copijs, & ad tranſmittendum bellum eſſet opportuna.* Sic Imperator locorum captator eſſe debet. Nam locus magnum momentum adfert militantibus, aut ad victoriam, aut ad dedecus.

Tacitus correctus. 9 PRÆVEHITVR.] Lego, *peruehitur*, id eſt, vehitur per Germaniam totam, quouſque mari Oceano miſceatur. Nam *præuehi*, ratio ipſa non ſinit legi. Virgil. 3.

Prouehimur pelago.

10 VERSO COGNOMENTO VAHALEM.] Vahalem vocant, vt Teganus *Vollum*, in Geſtis Ludouici Imperatoris anno 37. & vocat noſter *Vahalem*, quaſi Gallicum Rhenum. Nam verſus Galliam Belgicam, illa pars Rheni ſe diffundit. *Vnde dictus Vahalis.* Germani dicunt *Wal*, pro *Gal*, mutata (*G*) littera in (*V*.) *Germani mutant G. in V.* quod eſt illis vſitatiſſimum. Eodemque loquendi modo, dicunt *Wardem* pro eo quod dicimus Gallice *Gardien*, vt apud veteres eorum authores *Warenda*, vel *Wardia*, vel *Wadiem* ſcribitur, quod dicimus *Garendie*, *Vadium de fredo lege Salica*. Nos Franci contra. *Contra Galli.* Dicimus enim *Guerre*, pro *Werre*. Venit enim a *verrendo*, quia bellum minime bellum, euerriculum eſt omnium rerum. Et ita Chryſippus ἄρη deriuationem trahebat a verbo αἴρειν, quod eſt perdere & deſtruere. Plutarch. in tractatu de Amore. Dicimus etiam *Garçon* pro *Warſon* ab euertendo. Nam Iuuentus, quæ mobilitate viget, omnia euertit, ſubitis eruptionibus. *Garciones* vocat capit. ex parte, de ſepultur. in Decretal. pro *euerſiones*: nam omnia euertunt & peruertunt. Sed & in Anglia *princeps Walliæ* dicitur *Le Prince de Galles*, & *Wallia*, pro *Gallia* in Chronicis Froiſſardi. Inde *Wallons*, pro *Gallons*, quaſi Galli: quos *Vacalos* vocat Cæſar de bello Gallico: Brito vocat *Vallenſes* 5. Philippidos.

Gens Vallenſis habet hoc naturale, per omnes
Indigenas, primis proprium quod ſeruat ab annis,
Pro domibus ſiluas, bellum pro pace frequentat.

Cæterum Claudianus de his duobus Rheni alueis, ita ſcribit:

-- Sic nobis Scythicus famuletur Araxes,
Sic Rhenus per vtrumque latus.

Et idem in conſulatu Manlij.

O quoties doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quod te non geminis frueretur iudice ripis.

Dio 39. *Rhenus ex Alpibus Germaniæ paulo ſupra Rhetos oritur, inde verſus occidentem profluens ad ſiniſtram Galliam eiuſque incolas, ad dextram Germanos diuidit, tandemque in Oceanum labitur. Nam in hunc vſque diem hic limes eſt earum regionum. Siquidem antiquitus populi qui ex vtraque Rheni parte habitabant, Celtæ dicebantur.*

11 MOSA FLVMINE.] Eſt *Moſa*, & *Moſella*. Et vterque amnis Rheno iungitur: *Moſella* ad Confluentem, *Moſa* autem ad Vahalem, longe interiori parte. De Moſella carmen ſcripſit Auſonius, quam Fortunatus nominat *Muſellam*, & *Monſulam* Florus lib. 3. quamque Cæſar ponte nauali tranſgreſſus eſt. Noſter lib. 13. *Vetus Moſellam atque Ararim, facta inter vtrumque foſſa, connectere parabat.* Auſonius Idyllio 9.

Corniger extremas celebrande Moſella per oras,
Nec ſolis celebrande locis, vbi fonte ſupremo
Exeris auratum taurinæ frontis honorem.

Brito 10. Philipp.

Vt miraretur fieri ſe Moſula rubrum
Sanguine Sanctorum.

De *Moſa* Plin. lib. 4. cap. 14. quam inter Germaniæ fluuios ponit, ſed de Germania inferiore loquitur.

Sed Cæſar dum adiguntur naues, Silium legatum cum expedita manu inruptionem in Chattos facere iubet. Ipſe, audito caſtellum Lupiæ flumini adpoſitum obſideri, ſex legiones eo duxit. neque Silio, ob ſubitos imbres, aliud actum, quam vt modicam prædam, & Arpi principis Chattorum coniugem, filiamque raperet.

Cæſare præſente hoſtes fugiunt.

Neque Cæſari copiam pugnæ obſeſſores fecere, ad famam aduentus eius dilapſi: tumulum tamen nuper Varianis legionibus ſtructum, &[1] veterem aram Druſo ſitam[2] * diſiecerant. Reſtituit aram, honorique patris princeps ipſe cum legionibus [3]decucurrit. [4] Tumulum iterare haud viſum. & cuncta inter caſtellum Aliſonem, ac Rhenum[5] * nouis limitibus, aggeribuſque permunita. Iamque claſſis aduenerat, cum præmiſſo commeatu, & diſtributis in legiones, ac ſocios nauibus, foſſam, cui Druſianæ nomen, ingreſſus, [6] precatuſque Druſum patrem, vt ſe eadem auſum libens[7] * placatuſque exemplo, ac memoria conſiliorum atque operum iuuaret. lacus inde & Oceanum vſque ad Amiſiam flumen, ſecunda nauigatione peruehitur. Claſſis Amiſiæ relicta[8] læuo amne; erratumque in eo, quod non[9] * ſubuexit. tranſpoſuit militem dextras in terras iturum. ita plures dies efficiendis pontibus adſumpti.[10] Et eques quidem, ac legiones prima æſtuaria, nondum adcreſcente vnda, intrepidi tranſiere: poſtremum auxiliorum agmen,[11] Batauique in parte ea dum inſultant aquis, artemque nandi oſtentant, turbati, & quidam hauſti ſunt.

* iam diſiecerant.

* nouis ſunt limitibus

* pacatuſque

* ſubuexerit & tranſpoſuit, tamen

Barbari dum gloriam appetunt, vadis hauriuntur.

Dijs ſacrata pagani nunquam diruebāt.

1 VETEREM ARAM DRVSO SITAM.] Illam aram diſieciſſe hoſtes mirum fortaſſe fuerit; quod quæ Dijs ſacrata ſint dirui non deberent apud Paganos. Sed diuerſos habebant Deos Romani, & Germani, & poſt euocationem Deorum, quibus apud ſe ſedem vberiorem pollicebantur, quam apud hoſtes, puto id licuiſſe. Tum quod Druſus non inter Deos, ſed inter homines tantum: aut inter mortuos potius. Sed potior ratio, quod locus victoriæ debuit eſſe ſacer, L. cum loca. de relig. & ſumptibus fun. D. Cicero lib. de ſignis: *Has tabulas M. Marcellus cum omnia victoria ſua profana feciſſet, tamen religione impeditus non attigit.* Sic Cæſar Iulius ſubruere noluit trophæa Mithridatis de Triario parta, & Dijs dicata; ſed quod ſibi ex Pharnace deuicto patauerat, ex oppoſito ſtatuit. Dio lib. 42. idque humanitate quadam non barbara, & aduerſus Deos paganica religione non incelebri.

2 DISIECERANT.] Pono *diſiecerunt*. Et ita lego, *Neque Cæſari copiam pugnæ obſeſſores fecere, ad famam aduentus eius dilapſi: tumulum tamen nuper Varianis legionibus ſtructum, & veterem aram Druſo ſitam diſiecerunt*. Nam prius, *Neque copiam pugnæ fecerunt*. Ideoque legendum, *diſiecerunt*, in eodem modo: nec fallor.

3 DECVCVRRIT.] Dio memorat iſtas decurſiones in funere Auguſti, aitque *equites, tam qui militabant, quam qui non militabant, curſitaſſe*. Et Sueton. in Claud. cap. 1. vbi de Druſo mortuo. *Cæterum*, inquit, *exercitus ei honorarium tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtato die, quotannu miles decurreret*. Illæ autem decurſiones *Pyrrhicæ* dictæ, quia armatæ: De quibus ita Apuleius 10. Metamorph. *Pueri & puellæ Græcanicam Pyrrhicam ſaltant, diſpoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrantes, nunc in orbe rotarum flexuoſi, nunc in obliquam ſeriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in caterua diſsidium ſeparati. At vbi diſcurſus multimodos, & ambages, tubæ terminatus cantus explicuit*, &c. Virgil. 5. Æneid. in Anchiſæ funere.

Decurſiones funebres.

Facta ab equitibus Rom.

Pyrrhica dicta.

Pyrrhica deſcriptio.

Decurſio iſta vetus.

Vade, age, & Aſcanio, ſi iam puerile paratum
Agmen habet ſecum, curſuſque inſtruxit equorum,
Ducat auo turmas, & ſeſe oſtendat in armis.

Nam licet Troiæ ludus fuerit, tamen in funere iſta decurſio primum fuit; quæ poſtea frequentata eſt & in funere, & extra funus. Sed Poeta apertius 11. Æneid.

Et a Troia ludu.

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos: ter mæſtum funeris ignem
Luſtrauere in equis, vlulatuſque ore dedere.

Quæ omnia ab Heroum funere, in quo Græco more ita decurrebatur, vt de Patrocli funere canit Homerus. Et Herodianus lib. 4. in conſecrationibus ſcribit etiam iſtos decurſus fieri ſolitos. Notandum eſt quod in funere non dextro orbe, ſed ſiniſtro decurrebant: quod me docuit Papin. lib. 6.

--Luſtrantque ex more ſiniſtro
Orbe rogum, & ſtantes inclinant puluere flammas.

Nam inuerſo ordine, in funere omnia procedebant.

Siniſtro orbe ſacra. Nam in funeribus ſiniſtra omnia.

cedebant. Dicam lib. 3. ac mox. Et a læua ad dexteram vertebantur, ad expiationem funeris. Papin. paulo poſt indicat.

-- dextro gyro, & vibrantibus armis
Hac redeunt.

Et ſane ea quæ ſiniſtra fiebant, mali erant ominis. D. Auguſt. Pſalm. 136. *Nonne corripis eum qui de ſiniſtra velit manducare? Si menſæ tuæ iniuriam putas fieri manducante conuiua de ſiniſtra, quomodo non ſit iniuria menſæ Dei, ſi quod dextrum eſt ſiniſtrum feceris?*

Tumuli non iterati. Cur.

4 TVMVLVM ITERARE HAVD VISVM.] Cur ita? An quod Tiberius tumulum inceptum non probaſſet, & ideo minus probaret reparatum? An quia Pontificum, Principiſque conſenſus deerat? nec daturus erat Tiberius, cum ſummus Pontifex, ſummuſque Princeps? Paulus Sent. *Lapſa monumenta licebat reficere intactis corporibus: Tamen ſolemnibus antea præſtitis, & pro reliquijs defunctorum votis & ſupplicationibus adhibitis.* At de non reparandis tumulis abſque principis & Pontificum permiſſu, extat lex Prætor. §. non perpetuæ. de ſepulch. viol. & L. oſſa. de reliq. & ſumptibus funerum. D. Sed vera ratio eſt, quod Tiberius laudi Germanici inuideret, quam (propter tumulum mortuis legionibus datum,) apud viuentes legiones eſſet conſequutus. Et nota in L. Prætor, veſtigium eſſe Pontificiæ authoritatis, quam Imperatores pagani ſibi addixerunt.

Ante reparationem vota. Et ad principis placitum.

Tacitus correctus.

5 NOVIS LIMITIBVS.] Lego, *nouis ſunt limitibus. ST*, pro (*Sunt.*)

In rebus arduis parentum inuocatio, etiam defunctorum. Exempla.

6 PRECATVSQVE DRVSVM PATREM.] Sic ſolebant. Nam apud Titum Liuium libr. 2. *Tiberine pater, te ſancte precor, hæc arma, & hunc militem propitio flumine accipias.* Et apud Poetam:

Salue ſancte parens, iterum ſaluete recepti
Nequicquam cineres, animæque vmbræque paternæ.

Et apud Claudian. 4. Conſul. Honor.

Aſpice nunc, quacunque micas, ſeu circulus Auſtri,
Magne parens, gelidi ſeu te meruere Triones,
Aſpice.

Id eſt, ſeu tu in cœlis aſtrum, fœlix fulges, circa Meridiem aut Septentrionem. Et non modo Druſum patrem, ſed & ſidera precatus eſt; quippe nauigaturi ita ſolebant. Petron. Arbiter. *Adoratis ſideribus intro nauigium.* Aliquando ſacrificio peracto. Poeta 3. Æneid.

Sic fatus, meritos aris mactauit honores:
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Aliquando *Nymphis* adoratis. Idem lib. 8. Æneid. Aliquando *fluuio.*

Adſis o tandem, & propius tua numina firmes.

Et in omnibus rerum fortium auſpicijs, ſibi parentes, aut Deos propitios optabant. Plutarch. libro de Amore, & Virgilius in ipſo certaminis ardore.

Da nunc Tybri pater, ferro, quod miſsile libro,
Fortunam atque viam duri per corpus Haleſi.

Sed expreſſius in ijs quæ modo retulimus ex Liuij l. 2. de Coclite ad Tiberinũ patrem. Cæterum patrem inuocat Druſianam foſſam nauigaturus, de qua ita Sueton. in Claud. cap. 1. *Oceanum Septemtrionalem primus Romanorum ducum nauigauit, trans Rhenum foſſas noui & immenſi operis effecit, quæ nunc adhuc Druſinæ vocantur.* Claudian. de 4. Conſul. Honor. vbi de Druſo:

Nobilitant veteres Germanica fœdera Druſos,
Marte ſed ancipiti, ſed multis cladibus empta.

Quod an vere, dicant Hiſtoriographi.

7 PLACATVSQVE.] Legerem lubens, *pacatuſque.* Nam ſi *placatus* legas, iratum fuiſſe prius oportuit, qui non fuit. Lego ergo *pacatus*, id eſt quietus. Quod ſi quis iratum putet, quod aram eius Germani ſubruerint; hoc in caput Germanorum, non Romanorum: Ideoque non placandus, ſed in hoſtes aſperandus, ex paganorum more. Nam ita Tacitus in moribus German. *Maneat quæſo hoſtibus ſi non amor noſtri, ſaltem odium ſui.*

Explicatio verborum Taciti.

8 LÆVO AMNE.] Germanicus relicta Batauorum inſula, in qua naues fabricarat, vna cum legionibus & auxiliario milite Druſianam foſſam nauigauit; mox per vada Fleui lacus Oceanum appulſus, fœlici nauigatione venit ad Amaſium flumen, in cuius ore naues reliquit, impoſuitque terris ad læuam. Quæ accipio vulgariter, vt aduenìens exercitus ad manum læuam fluuium haberet. Et quia fluuius Amaſius tranſmittendus erat, & petendus Viſurgis; qui ſuperiorem influit Germaniam: ideo pontibus ſtruendis multi abſumpti dies. Quæret aliquis, cur naues in faucibus fluminis reliquit, nec ſubduxit, vt pro pontibus eis vteretur. Sane noſter *culpam* vocat: nec tamen in tam claro duce, culpa facile credenda eſt. *Inemendabilis eſt error, qui inter arma committitur*, ait Valerius. Exiſtimo in faucibus fluuij reliquiſſe, quo tutiores eſſent ab hoſte propinquo; nec ſubduxiſſe, tum propter incognitas fluuij vias, tum quod longa nauium ſeries nimium hoſti patuiſſet, trans fluuium poſito hoſte. Obijciet etiam, *tranſpoſuiſſe militem dextras in terras iturum*; quod nodum habet. Nam ſi tranſpoſuit, quomodo læuum amnem habuit? Puto ſane coniunctionem deeſſe, & ita legendum; *Erratumque in eo, quod non ſubuexerit & tranſpoſuerit militem dextras in terras iturum.* Nam illa coniunctio potuit facile ſorberi per vicinitatem ſimilium ſyllabarum. Et firmat quod ſequitur: *Equitem vado, & legiones prima æſtuaria intrepidos tranſiiſſe.* Sed quæri etiam poteſt, cur in ripam vlteriorem dextraſque in terras primo appulſu non tranſuexerit militem? forte, quod appulſus difficilis, quod inuius, quod paludum lubrico, vel ſiluarum rubis infeſtus. Quæri etiam poteſt, cur pluribus pontibus vſus fuerit: & puto, vt citius exercitum traijceret, & vt hoſtem diduceret. Sed fallimur quærendo. Nam quis a magno duce, etiam mortuo, facti rationem quærat? Sit victoria pro ratione Germanico triumphanti. Nihil enim Cato fecit a ſe alienius quam quod Africanum domitorem Africani imperij de erogata bello pecunia reum fecit & exulem.

Obiectiones dilutæ. Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

Tacitus correctus.

9 SVBVEXIT.] Lego, *ſubnexerit, & tranſpoſuerit militem dextras in terras iturum.* Nam ſi ſubuexiſſet, non exercitus per æſtuaria fuiſſet pericliratus: & ſi ad dextram militem tranſpoſuiſſet, non fuiſſet opus pontibus. Quin miles, qui tranſuectus pontibus ſtruendis, ſemper fuiſſet pro præſidio.

Cur eques præmiſſus.

10 ET EQVES QVIDEM.] Ad ſtabiliendos pontes equitem præmittere oportuit; alioqui, pontium ſtructuram hoſtis imminens impediuiſſet. Sic infra Cæſar. *Niſi pontibus præſidibuſque, (forte præſidijſque) impoſitis dare in diſcrimen legiones haud imperatorium ratus, equitem vado tranſmiſit.* Ducis enim cura miles eſt.

Duo in Batauo equite egregia.

11 BATAVIQVE IN PARTE EA.] In Batauo equite duo commendata maxime, *peritia equitandi, & nandi ſcientia.* Nam Dio libro 59. de peritia equitandi. *Equites exteri Bataui appellati, a Batauia, quæ eſt in Rheno inſula, cuius accolæ arte equitandi pollent.* Iſto autem equitatu vſus eſt Auguſtus ad cladem vſque Varianam: habebatque circa ſe *quaſi armigeros*, vt ait Sueton. cap. 49. in Aug. At Strabo libr. 4. ait *Gallos optimos eſſe equites, & in bellis optimam Romanis operam nauare, & quo propiores Oceano & Boreæ, eo audaciores.* Quod intelligit de Batauis, qui in Gallia Belgica. Nandi autem periti ſſimos fuiſſe, & armatos rapidiſſima flumina tranaſſe narrat Xiphil. in Hadr. *Equitatus, qui Batauus nominatus eſt, Danubium tranſiit armatus.* Noſter 5. Hiſtor. *Romanus armis grauis, & nandi pauidus; Germanos fluminibus ſuetos leuitas armorum, & proceritas corporum attollit.* Quod in militari viro valde eſt laudabile. Sic enim Silius de Hannibale.

Equitandi peritia. *Et nandi.* *Vtrumque probatur.* *Natatus militi neceſſarius.*

Ignotique amnis tranare ſonantia ſaxa
Gaudet, & aduerſa populos accerſere ripa.

Dio libr. 69. *Tam egregius miles eius exercitus erat, vt etiam equitatus ille, quem Batauorum appellant, armatus Iſtrum natatu tranſmiſerit.* Sane Leunclauius vir de litteris & Dione bene meritus, apponit ex veteri epitaphio Sorani Bataui militis, verſus de iſto natatu non inelegantes, quos pono.

Ille ego, Pannonijs quondam notiſſimus oris,
Inter mille viros primus, forteſque Batauos,
Hadriano potui qui iudice vaſta profundi
Æquora Danubij, cunctis tranare ſub armis.

Dio correctus.

Lego *cinctis*, ad maiorem vim: nam vis eſt maior cinctis armis, quam ſine armis. Non omitto locum corruptum de natantibus Batauis apud Dionem Latinum in Adriano: *Laborum patientes habebat exercitus, vt olim Equites qui vocantur Baſtai* (pro *Bataui*) *Danubium armati tranſnatauerint.* Et noſter de morib. German. Batauos laudat a fortitudine; loco tamen corrupto. *Harum, inquit, gentium præcipui virtute Bataui, non multum ex ripa* (lego, *non vltimi ex ripa*) *ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani imperij fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. Nam nec tributis contemnuntur,* (lego, *tributis conſternuntur*;) *nec publicanus atterit.* Eiuſdem virtutis teſtis Florus in bello Cæſaris & Pompeij. *Germanorum, inquit, cohortes tantum in effuſos equites fecere impetum, vt illi eſſe pedites, hi ventre in equis viderentur.* Quid *ventre*? Lego, *hi venire in equis viderentur.* Apud Francos homines inſulſos vocamus hodie *Badaus*, id eſt, *Batauos*, quod erat priſcum Batauorum nomen. Nam multi Batauorum viſuntur tumuli, quorum inſcriptionibus, *Caudinus Verax eques Badaus*; & alibi, *Claudinus ſpectatus eques Badaus.* Et quod apud Græcos olim *Bœoticus*, & *Phryx* aut *Myſus* Athenis, pro *inepto* ac *barbaro*, apud Romanos *Batauus* fuit, vt pinguia ingenia, & craſſiſſimas ſues Batauia gigneret. Hodie tamen Muſæ Athenas linquentes eo ſeceſſerunt, verumque eſt quod docet Iuuenalis Satyra 9.

Tacitus correctus. *Florus correctus.* *Bataui inſulſi Francis.* *Et nomen indicat Badaus.* *Etiam apud Rom.* *Hodie Bataui Muſis chari.*

Summos poſſe viros, & magna exempla daturos
Veruecum in patria, craſſoque ſub aëre naſci.

Quodque Auſonius in Cæſaribus dixit, ex veris dixit:

— Eſt qui virtute probaret
Non obſtare locum cum valet ingenium.

Nec tamen emendandum puto Martialem in verſu, in quo eſt,

Aurem ſi modo non habet Batauam.

Pro quo repoſuere ineleganti correctione, & contra manuſcriptos,

Aurem ſi modo non habet ſeueram.

Firmata vetus lectio Martial.

Et ſane quiſquis eſt, habuit Batauum ingenium. Cæterum opponitur *auri Batauæ*, *auru Attica*, pro bene purgata, & acuta aure. Nam Martialis lib. 4. epigr. 87.

Attica auris Bataua oppoſita.

Si vis auribus Atticis probari,
Exhortor moneoque te, libelle,
Vt docto placeas Apollinari.
Nil exactius, eruditiuſque eſt,
Sed nec candidius, benigniuſque.

Et lingua Attica pro diſerta, compta & ſuaui. Terent. in Eun.

Dixin in hoc Atticam eſſe eloquentiam?

Et *Abdera mens*, affinis *Batauæ* menti. Sic enim idem Martial. lib. 10. epigr. 25.

Abdera mens vt Bataua pinguis.

Abderitanæ pectora plebis habes.

Id eſt, ſtolidum pectus habes, & Megarenſe. Hæc olim; hodie aliter, nam Batauia hoſpes Muſarum.

Metanti caſtra Cæſari Angriuariorum defectio a tergo nuntiatur. Miſſus illico Stertinius cum equite & armatura leui, igni & cædibus perfidiam vltus eſt. Flumen Viſurgis Romanos Cheruſcoſque interfluebat. eius in ripa cum cæteris primoribus Arminius adſtitit; quæſitoque an Cæſar veniſſet, poſtquam adeſſe reſponſum

eſt,

eſt, vt liceret cum fratre conloqui, orauit. Erat is in exercitu cognomento Flauius, inſignis fide, & amiſſo per vulnus oculo paucis ante annis, duce Tiberio. tum permiſſum, progreſſuſque ſalutatur ab Arminio, qui amotis ſtipatoribus, vt ſagittarij noſtra pro ripa diſpoſiti abſcederent, poſtulat: & poſtquam digreſſi, vnde ea deformitas oris interrogat fratrem. illo locum, & prælium refeferente, quodnam præmium recepiſſet, exquirit. Flauius aucta [1] ſtipendia, [2] torquem, & [3] coronam aliaque militaria dona memorat, inridente Arminio vilia ſeruitij pretia. Exin diuerſi ordiuntur: hic magnitudinem Romanam, opes Cæſaris, & victis graues pœnas; in deditionem venienti paratam clementiam, neque coniugem & filium eius hoſtiliter haberi. Ille [4] fas patriæ, libertatem auitam, [5] penetralis Germaniæ deos, matrem precum ſociam; ne propinquorum & adfinium, denique gentis ſuæ deſertor & proditor, quam imperator eſſe mallet. Paulatim inde ad iurgia prolapſi, quominus pugnam conſererent, ne flumine quidem interiecto cohibebantur, ni Stertinius adcurrens, plenum iræ, armaque & [6] equum poſcentem Flauium attinuiſſet. Cernebatur contra minitabundus Arminius, præliumque denuntians. nam pleraque Latino ſermone interiaciebat, vt qui Romanis in caſtris ductor popularium meruiſſet.

Fratrum diſcordia ob partes diſcordes.

Militaria Romanorum dona.

1 STIPENDIA.] Quæ ob merita duplicabantur interdum. Varro 4. de ling. Lat. *Duplicani, quibus ob virtutem, duplicia cibaria vt darentur fuit inſtitutum.* Eo alluſit D. Hieronym. in vita Pauli Eremitæ. *Dominus nobis prandium miſit vere pius, vere miſericors. Sexaginta iam anni ſunt quod accipio dimidij ſemper panis fragmentum: verum ad aduentum tuum militibus ſuis Chriſtus duplicauit annonam.* Et ita Seuerus ſcribens de Albino: *Huic ſalarium duplex decreui, veſtem militarem ſimplicem, ſed loci ſui ſtipendium quadruplum. Hunc vos adhortamini vt ſe Reip. oſtentet, habiturus præmium quod merebitur.* Et Liuius lib. 24. *Hiſpanis duplicia cibaria dari iuſſit.* Nam ſtipendia *in ære, veſte, & cibarijs*, quæ vti duplicabantur ob merita, ita etiam ob ignominiam minuebantur. Valerius Max. lib. 2. cap. 5. *Legionique ſtipendium anni procedere, neque æra dare voluit.* Sic Antonius, militibus ſuis ignominiam paſſis in prœlio, hordeum pro frumento dari iuſſit. Dio libr. 49. Et ita militia aut præſtanti fama, aut infamia continetur. Et fama validos, infamia imbelles & pauidos facit.

Et hordeum datum loco farris.

2 TORQVEM.] Qui Romanæ militiæ honos & præmium. Quod a Perſis venit, vt Xenophon ſcribit 1. παιδ. qui torques, armillas, & aureos acinaces memorat, Perſarum nitellas. Et vetus inſcriptio: C. ARIO. C. FILIO. CORNELIO. CLEMENT. MILITI. DONIS. DONATO. AB. IMPERAT. TRAIANO. TORQVIBVS. ARMILLIS. PHALERIS. Et poſtea: DONATVS. AB. HADRIANO. HASTA. PVRA. CORONA. AVREA. &c. Seneca 1. de benef. *Imperator aliquem torquibus, murali, aut ciuica donat.* Et Plinius libro 33. cap. 2. *Auxiliares & externos torquibus aureis donauere, at ciues non niſi argenteis; ſed armillas omnibus dedere, quas non habent externi.* Vegetius: *Torques aureus ſolidæ virtutis præmium fuit, quem qui meruiſſet, præter laudem, duplas conſequebatur annonas.* Noſter Annal. 3. *Rufus Heluius gregarius miles ſeruati ciuis decus retulit, donatuſque eſt ab Apronio torquibus, & haſta.* Videturque innuere plures torques datos, ob vnum præclare factum. Illi autem in brachijs: vnde in Aureliano, *Torquem brachialem & annulum apponat.* Liuius: *Sabini aureas armillas habebant magni ponderis in brachio læuo.* Dixi hæc fluxiſſe a Perſis. Nam apud eos ſi quid inſigne quiſquam patraſſet, cum torque honorabant: & ita accipiendus locus Horat. Car. 3. de Monæſe & Pacoro:

-- adiecisse prædam
Torquibus exiguis renidet.

Æmilius Probus, vbi de Artaxerxe Datamenem ornante. *Ornauit eum torque, atque armillis aureis*: torque in collo, armillis in brachio. Eſther cap. 6. & Xenophon li. 1. Quod non ſine elogio faciebant. Ouid. de Ponto eleg. 1. l. 1.

Atque ita victorem cum magnæ vocis honore
Bellica laudatis dona dediſſe viris.

Certe paulum laudis ingentes dat animos militi vitæ prodigo.

Torques præmium militiæ.

Extranei aureis torquibus.

Ciues argenteis donati.

Plures torques ob vnum præclare factum.

A Perſis hic honos.

3 CORONAM.] Non ciuicam, etiamſi exterus miles ciuem ſeruaſſet: Quippe ciuibus ſolis præmium iſtud. Plinius libri 16. cap. 4. ſed muralem, aut obſidionalem, aut caſtrenſem, aliaſque eiuſdem præmij. Claudian. in laud. Ser.

Ciuica ſolis ciuibus.

Inde appellatio.

Sæpe duces meritis bello tribuere coronas:

Hunc cingit muralis honos, hunc ciuica quercus
Nexuit, hunc domitis ambit roſtrata carinis.

Et aureas primo non fuiſſe huiuſmodi coronas, ſed ex mera fronde ſcribit idem Plinius, dum ait *L. Piſonem primum coronam auream donaſſe, præmium virtutis.* lib. 33. cap. 2. & Liuius lib. 7. *Decio corona aurea data eſt:* quod quaſi rem nouam recitat. Longe poſtea Auguſtus Vipſanio Agrippæ auream coronam dedit roſtratam. *Quod*, inquit, *neque ante eum, neque poſt, vlli contigit.* Intelligit autem de roſtrata, non de corona aurea. Solebant etiam *armillas* donare. Liuius libro 10. *Samnitibus victis, coronâ, & armillis donatus fuerat, virtutis cauſa ſcilicet P. Papyrius cenſor.* Donabant etiam *enſes*. Silius lib. 6.

Piſo primus auream coronam dedit.
Auguſtus dedit Agrippa aureā & roſtratam.

Enſis.

Ille enſem nobis, magnorum en inſtar honorum,
Virtutiſque ergo dedit.

Haſta pura.

Donabant & *haſtas*. Idem eodem, quas *donaticas* vocat Cato ex Feſto.

Hæc tunc haſta decus nobis, pretiumque ſecundi
Vulneris, a veſtro, Serrane, tributa parente.

Boues 100.
Et vnus inſignis aureis cornibus.
Pauciores etiam boues.

Veteri Rep. dabant *boues centum*, cum vno eximio, & conſpicuo cornibus auratis. Idem Liuius libro 10. Etiam pauciores aliquando, quam centum. Silius lib. 15.

Lætius ante omnes, cui dextera clara, domuſque
Terdeno boue, & æquorei certaminis alto
Donatur titulo.

Freni aurei.
Vexilla.

Dabant & *aureos frenos* ornandis equis, & *vexilla*, quale fuit cæruleum, quo donatus eſt Auguſto Agrippa. Et omnia hæc flammandæ virtutis cauſa. Nam Poeta dixit, *virtutem accendere donis.*

4 FAS PATRIÆ.] Id eſt, diuinum humanumque ius patriæ. Virgilius:

Fas, & iura ſinunt.

Et Lucanus lib. 5. ciuilium.

--Nec fas, nec vincula iuris
Hoc audire vetant.

Sic Iuriſconſultus L. inter. §. adeo eum, dixit; *Caſum aduerſamque fortunam liberi hominis expectare neque ciuile, neque naturale eſt.* id eſt, nefas eſt. Loquitur de hac conditione, *cum ſeruus fuerit.* Aliquando *fas* notat, quod eſt cunctis licitum licitum θέμις. Idem Poeta.

Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.

Sed *fas patriæ* eſt religio circa deum, leges & iura circa homines. In ſumma *fas* quod licet. Et qui aliud agit quam id quod licet, *labes populi* dicebatur, id eſt viuens ſine lege, ſine iure, vt notat Non. Marcellus in verbo *Illex*. *Nefas* ergo quod nullo iure licet.

5 EQVVM POSCENTEM.] Cur equum poſcebat amne interiecto? Quia in equis etiam armati fluuios traijciebant, quo hoſtes adgrederentur.

6 PENETRALES GERMANIÆ DEOS.] Id eſt, penates. Nam *Penetralia* ſunt Deorum penatium ſacraria, quæ in intimis depoſita domorum: id eſt, in penetralibus. Inde penetrale ſacrificium, *quod in ſacrarij parte interiore conficitur.* Varr. de ling. Lat. in verbo *Penetrale*. Et *Penus in æde Veſtæ locus intimus ſegetibus ſeptus*, (ita lego,) *qui certis diebus circa Veſtalia aperitur. & ij dies religioſi habentur.* Idem in verbo *Penus*. At *Dij penates* ſunt lares qui *magni Dij* dicti Romanis. *Dijs magnis*, inquit Aſconius, *id eſt laribus vrbis Romæ*. Et Cicero Deos penetrales memorat, 2. de Nat. Deor. Et *Penetrale ſacrum*, id eſt, penus Veſtæ & penetralia quæ ſolæ virgines, & Pontifices ſoli adeunt. Lampridius in Heliogabalo his verbis. *Veſtæ*, inquit, *penetralia irrupit pollutus. Matris ſacra accepit, & adeo debacchatus eſt vt typum eriperet, & alia ſacra quæ penitus habentur condita.* Itaque *Pietas dicta a doctis viris quod quæ in ea ſunt, quaſi penitus, & in penetralibus recondantur.* Non. Marcell in verbo *Pietas*. Ideo Cæſar Iulius hoſtis P. R. dictus, *ac ſi contra patriam arma tuliſſet ſacroſque penates penetralibus aſportauiſſet.* Quæ ſunt verba Senatuſconſulti. Horat. 2. epiſt. lib. 2. epiſt.

Et verſantur adhuc intra penetralia Veſtæ.

Prouidentia ducis ſaluum præſtare exercitum poteſt.

Poſtero die Germanorum acies trans[1] Viſurgim ſtetit. Cæſar, niſi pontibus præſidijſque impoſitis, dare in diſcrimen legiones haud imperatorium ratus, [2]equitem vado tramittit. Præfuere Stertinius, & e numero primipilarium Æmilius, diſtantibus locis inuecti, vt hoſtem diducerent. qua celerrimus amnis, Carioualda dux Batauorum erupit. eum Cheruſci, fugam ſimulantes, in planitiem ſaltibus circumiectam traxere: dein coorti, & vndique effuſi trudunt aduerſos, inſtant cedentibus, collectoſque in orbem pars congreſſi, quidam eminus proturbant. Carioualda diu ſuſtentata hoſtium ſæuitia, hortatus ſuos vt ingruentes cateruas globo frangerent, atque ipſe in denſiſſimos inrumpens, congeſtis telis, & ſuffoſſo equo labitur, ac multi nobilium circa: cæteros vis ſua, aut equites cum Stertinio, Æmilioque ſubuenientes periculo exemere. Cæſar tranſgreſſus Viſurgim, indicio perfugæ cognoſcit delectum ab Arminio locum pugnæ, conueniſſe & alias nationes in [3] ſiluam Herculi ſacram, auſuroſque nocturnam caſtrorum oppugnationem. Habita indici fides: & cernebantur ignes, ſuggreſſique propius ſpeculatores

Pugnæ locus ab hoſte delectus.

latores audiri fremitum equorum, immenſique, & inconditi agminis murmur attulere. Igitur propinquo ſummæ rei diſcrimine, explorandos militum animos ratus, quonam id modo ⁴ * incorruptum foret, ſecum agitabat. Tribunos & centuriones læta ſæpius, quam comperta nuntiare, libertorum ſeruilia ingenia, amicis ineſſe adulationem, ſi concio vocetur, illic quoque quæ pauci incipiant, reliquos adſtrepere: penitus noſcendas mentes, cum ſecreti, & incuſtoditi inter militaris cibos ſpem aut metum proferrent.

* incorrupte tum fieret.

Militum noſcendæ duci mentes.

1 VISVRGIM.] Dicunt hodie *Weſer*, & *Viſoram* fluuium vocat author vitæ Caroli Magni. *Contra deſertores*, inquit, *inter Albim & Wiſoram peragrauit totam Saxoniam.* De eo Plinius cap. 14. lib. 4. & cenſetur inter amnes claros Germaniæ. Eius meminit Dio li. 54. vbi de Druſi geſtis loquitur. *Rhenum tranſijt, Vſipetas ſubiugauit, Lupiæque fluminis ripis ponte iunctis, in Sicambros erupit, per eos in Cheruſcorũ regionem vſque ad Viſurgim proceſſit, Viſurgim etiam tranſiturus, ni eum inopia alimẽtorum ac hiemis propinquitas, præterea examen apum in caſtris viſum, etiam de terruiſſet.* Nam iſtis laruis terrebantur Romani. Francus Author incertus qui ſcripſit Annales Francorum, meminit Viſurgis circa annum 852. *In illo loco*, inquit, *qui appellatur Nimia, ſuper amnem quem Cornelius Tacitus ſcriptor rerum a Romanis in ea gente geſtarum Viſurgim, moderni vero Wiſuracha vocant, habito generali conuentu cauſas populi iuſto abſoluit examine.* Vixit ille ſub imperatore Carolo Caluo circa annum 883.

2 EQVITEM VADO.] Salluſt. in frag. Hiſtor. 2. *Suos equites hortatus, vado tranſmittit.* At Romæ inter puerorum rudimenta *natare, & ſcire litteras*, quæ qui neſciret, ſtolidus & bardus habitus eſt. Inde prouerbium, *Neque natare, neque litteras nouit.* Docebantur autem hæc duo. Vnde Martial. l. 8. epigramm. 46. de natatu.

Natare & ſcire litteras puerorum rudimenta.

Te ſecum Diana velit, doceatque natare.

Cicero lib. 7. ad famil. *Studioſiſſimus homo natandi.* Loquitur de Trebatio. Docebantur autem vtribus inflatis innixi. Sueton. in Iul. *De natatu & litteris*, ſic idem in Augusto cap. 64. *Nepotes & litteras, & natare, & alia rudimenta per ſe pleraque docuit.* Quod non difficilius fuit, licet orbis moderatori, & tot negotijs implicito, quam eos docuiſſe chirographum ſuum imitari, & talis & nucibus luſiſſe cum pueris. Nam in docendo chirographo, valde laboraſſe Suetonius ſcribit in eius vitæ cap. 64. Parentes enim pueros docebant domi. Horatius Satyr. 1. l. 6.

Natantes pueri cum vtribus.
Auguſtus docet nepotes natare.
Docet imitari ſuum chirographum.
Parentes docebant pueros litteras.

—Puerum eſt auſus Romam portare docendum
Artes, quas doceat quiuis eques; atque ſenator,
Semet prognatos.

Sed quid luctamur, cum non ſolum nepotes, ſed & alios inſtituerit? *Plurimorum*, inquit, *liberos educauit, & inſtituit cum ſuis.* Ergo litteris pueri edocti, non Romæ tantum, ſed & in Græcia. Terent. in Eunucho, de more Græco.

In Græcia, & Romæ.

--Fac periculum in litteris,
Fac in palæſtra, in muſicis, quæ liberum
Scire equum eſt adoleſcentem.

De Romano more Quintilianus libr. 1. *A ſermone Græco puerum incipere malo, quia Latinus, qui pluribus in vſu eſt, vel nobis nolentibus ſe perhibet.* Sic Salluſt. in Catil. vbi de Sempronia. *Litteris Græcis & Latinis docta.* Vt ſcias fœmineum decus fuiſſe, ſcire litteras, apud Rom. a quibus Corneliæ, Sulpitiæ, Probæ, & aliæ multæ. Ita cape L. 2. §. vlt. de mun. & honor. D. & L. 2. §. vlt. de vacat. in his verbis. *Qui pueros primas litteras docent.* Seneca l. 1. de Clem. *Vtinam litteras neſcirem*, dicebat Nero. Et Liuius lib. 9. pueros Rom. litteras Hetruſcas didiciſſe ſcribit, deinde Græcas. Iuuenalis Sat. 14.

Romæ a Græco ſermone incipiebant & Hetruſco.

Hoc diſcunt omnes ante Alpha & Beta puellæ.

Dictabant enim pueris puelliſque litteras Græcas, quas illis proponebant pingendas, & fingendas. Et Grammatici ideo dicti *litterati*, qui dictarent litteras illas. Sueton. de clar. Grammat. Inde Cæſaris iocus in Sullam, *neſciſſe litteras*, quia dictaturam depoſuerat. Nam ad litteras docendas, dictatura opus; quam qui depoſuiſſet, litteras ignoraſſe videbatur. *De natatu* fuit exprobratum Caligulæ, quod *cum eſſet ad omnia tam doctus, natare tamen neſciret.* Suetonius cap. 54. Sic Papinius more Romano loquens 9. Theb.

Tam in maſculis, quam fæminis.
Grammatici litterati dicti.
Natare Romanis natiuum.

Protinus adſtrictos didici reptare per amnes.

Et Claudianus 3. Conſul. Honor.

—Tranſnate ſonoras
Torrentum furias; aſcenſu vincere montes.

Dio de Traiano: *Quoties flumina transeunda haberet, ipſe auidus pedibus traijciebat.* Silius lib. 8. de equite.

Natare equis debet.

--Vndoſum frangere nando
Indutus thorace vadum.

Et de pedite. Idem lib. 3.

Natare pediti.

Inuadunt alacres inimicum pontibus amnem.
Nunc celſo capite & ceruicibus arma tenentur;
Nunc validis gurges certatim frangitur vlnis.

Sic Hannibalem laudat idem Poeta, vt dixi, quaſi clarum natatorem. Plautus in Aulul.

Quaſi pueris, qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis,
Laborent minus, facilius vt nent, & moueant manus.

Nec tantum ſcirpea ratis, ſed & *ſuber*. Verr. Flacc. *Suber eſt arboris genus.* Lege, *Suber eſt arboris genus, ex qua cortex natatorius.* Ita ergo natare & litteras docebant, vt vnum in pace, alterum in bello proficeret, & vtrum-

Littera in pace, natatus in bello.

que Reip. Ne legas igitur *notare* pro *natare*. Nam qui ita notat non enatat ex abſurdo.

Sacrati Dijs luci & ſiluæ.

3 SILVAM HERCVLI SACRAM.] Nam Dijs ſiluas & lucos conſecrabant. Vt noſter in mor. Germ. *Lucos & nemora conſecrãt, Deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reuerentia vident.* Et idem eodem. *Eſt in inſula Oceani Caſtum nemus dicatum: in eo vehiculum Veſtæ contectum, attingere vni ſacerdoti conceſſum.* Homerus Iliados 7.

Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων.

Iupiter pater Idæ præſes. Silius, lucum fuiſſe penes Carthaginem ſcribit, in quo Dido colebatur. Sic *Grynæum nemus in Ioniæ finibus Apollini erat conſecratum*, ait Seruius in Bucolicis. Ideo apud Ezech. 16. *Idola lucorum* vocantur, & in Biblijs ſæpe, lib. 3. & libr. 4. Regum; *Succidit lucos.* Et Virgil.

Hoc nemus, hunc, inquit, frondoſo vertice collem,
Quis Deus, incertum eſt, habitat Deus: Arcades ipſum
Credunt ſe vidiſſe Iouem, cum ſæpe nigrantem
Ægida concuteret dextra, nimboſque cieret.

Sic Tiberinus Deus præerat luco illi ſacrato, de quo Horatius.

-- Illâ recubat Tiberinus in vmbrâ.

Seruius ad 3. Georg. *Omnem* (inquit) *quercum Ioui ſacratam, omnem lucum Dianæ.* Et his quercubus ſuſpenſæ *vittæ & ſerta.* Ouid. 8. Metamorph.

Stabat in his ingens annoſo robore quercus,
Vna nemus, vittæ mediam memoreſque tabellæ,
Sertaque cingebant, voti argumenta potentis.

Nec licebat cuiquam hos lucos exſcindere. Nam Ouidius.

Ille etiam Cereale nemus violaſſe ſecuri
Dicitur, & lucos ferro temeraſſe vetuſtos.

Et apud Claudianum de laud. Stilic.

--Lucoſque vetuſta
Relligione truces, & robora numinis inſtar
Barbarici, noſtræ feriant impune bipennes.

Papinius 8. Theb.

Silua caput æui, validaque incurua ſenecta,
Æternum intonſæ frondis, ſtat peruia nullis
Solibus, aut illam (pro *haud illam*) *brumæ minuere, Notuſve*
Ius habet, aut Getica Boreas impactus ab vrſa.
Subter opaca quies, vacuuſque ſilentia ſeruat
Horror, & excluſæ pallet mala lucis imago.
Nec caret vmbra Deo, nemori Latonia cultrix
Additur.

Trunci vere homines, qui truncos colerent, deoſque tenebriones & tenebricolas lucorum que ciues.

4 INCORRVPTVM FORET.] Lego, *incorrupte tum fieret.* Nam excuſa non quadrant.

Cibi militum diuerſa ætate diuerſi.

Metellus cibum coctum in caſtris proponere venalem vetuit.

Monachi Chriſti milites nihil cocti edebant.

5 MILITARES CIBOS.] Qui diuerſi, diuerſis temporibus. Cibumque coctum venalem proponere in caſtris, vetuit Merellus cum eſſet in Africa. Val. libr. 2. titulo de diſcipl. milit. Et ita D. Hieronymus de monachis, qui ſe milites Chriſti profitebantur. *Aliquid apud eos cocti comediſſe peccatum erat.* Poſterioribus temporibus, laridum, poſca, militaris cibus, & caſeus, & buccellatus panis, & vinum. Amm. Marcell. libr. 18. & L. 1. de erogat. milit. ann. Cod. Nam ita loquitur: *In duobus diebus, buccellatum, in tertio die panem, vno die vinum, in alio acetum, vno die lardum, biduo carnem veruecinam.* In Vulcatio Gallicano ita: *Præter laridum, & buccellatum, atque acetum, militem in expeditione quidquam portare vetuit.* Spartian. in Nigro: *Ob vnius Gallinacei direptionem decem commanipulones qui raptum ab vno comederent, ſecuri percuti iuſſit: & feciſſet niſi ab omni exercitu prope vſque ad metum ſeditionis eſſet rogatus: & cum peperciſſet, iuſſit vt denorum Gallinaceorum pretia Prouinciali redderent decem qui ſimul facto conſenſerant: addito eo vt tota in expeditione & in commanipulatione nemo focum faceret, ne vnquam recens coctum cibum ſumerent, ſed pane ac frigidis veſcerentur: appoſitis ſpeculatoribus qui iſtud curarent.* Mox addit loquens de eodem Nigrino: *Iuſſit vinum in expeditione neminem bibere, ſed aceto vniuerſos eſſe contentos. Idem piſtores ſequi expeditionem prohibuit, buccellato iubens milites contentos eſſe.* Sobriam ſane militiam & hoſtibus timendam, ducibus expetendam. Sic Adrianus in Spartiano: *Cibis caſtrenſibus libenter vtens, hoc eſt larido, caſeo & poſca, exemplo Scipionis Æmiliani & Metelli & authoris ſui Traiani.* Magnorum cerre in armorum ſtudio doctorum & ductorum.

Cibi militares poſteriori æuo.
Caſeus.
Panis buccellatus.
Vinum.
Acetum.
Poſca.
Laridum.
Caro veruecina.

Nocte cœpta, [1] egreſſus Augurali, per occulta & vigilibus ignara, comite vno, [2] contectus humeros ferina pelle, adit caſtrorum vias, adſiſtit tabernaculis, fruiturque fama ſui: cum hic nobilitatem ducis, decorem alius, plurimi patientiam, comitatem per ſeria, per iocos eundem animum laudibus ferrent: reddendamque gratiam in acie faterentur, ſimul perfidos & ruptores pacis vltioni & gloriæ mactandos. Inter quæ [3] vnus hoſtium Latinæ linguæ ſciens, acto ad vallum equo, voce magna, coniuges, & agros, & ſtipendij in dies, donec bellaretur, [4] ſeſtertios centenos, ſi quis transfugiſſet, Arminij nomine pollicetur. Incendit ea contumelia legionum iras; veniret dies, daretur pugna, ſumpturum militem Germanorum agros; tracturum coniuges. [5] accipere omen, & matrimonia

Grati in ducem milites.

monia ac pecunias hoſtium prædæ deſtinare. Tertia ferme vigilia adſultatum eſt caſtris, ſine coniectu teli, poſtquam crebras pro munimentis cohortes, & nihil remiſſum ſenſere.

1 EGRESSVS AVGVRALI.] Manilius apud Liuium ita: *Quæ Dij comprobarunt, nullius calumniæ ſubijciuntur.* Ergo augures, & augurale in caſtris, quo Deorum comprobatio conijceretur. Liuius lib. 1. *Augurijs certe, ſacerdotioque augurum, tantus honor acceſsit, vt nihil domi, foriſque poſtea, niſi auſpicato gereretur. Concilia populi, exercitus vocati, ſumma rerum, vbi aues non admiſiſſent, dirimerentur.* Cicero de legib. *Rem bellicam noſtri maiores adminiſtrare niſi auſpicato noluerunt.* Quod docet etiam Silius lib. 5. his verſibus.

Tunc ales, priſcum populis de more Latinis
Auſpicium, cum bella parant, menteſque Deorum
Explorant, ſuper euentu, ſeu præſcia luctus
Damnauit veſci, planctuque alimenta refugit.

Et hoc in caſtris. Quod etiam firmat Ouid. in Faſt.

Non ego te, quamuis properabis vincere Cæſar,
Si vetat auſpicium, ſigna mouere velim.

Illa autem auguria, a Chaldæis, ad Græcos, & ad Hetruſcos, mox ad Romanos, migrauere. Accipio autem Augurale, non modo pro loco in quo Augures metati in caſtris, ſed pro eo *ſpatio, quod templum appellabant, & auguraculum, & auguratorium.* Feſtus ex Verrio Flacco: *& in quo ad captanda auguria, ſeu oblatiua, ſeu impetratiua in proſperis vel aduerſis conueniebant.* Feſtus Pomp. *Auguraculum appellabant antiqui quam nos arcem dicimus, quod ibi augures publici auſpicarentur.* Inde *auguſtus locus* ab auium geſtu. De illo auguraculo eſt Hygini locus a Lipſio citatus, ſed in manuſcripto totus fœdatus, quem veræ ſcriptioni reſtituam: ita ergo ſcriptum refert. *Auguratorium parte dextra prætoriatur a principalem agnouimus, vt dixi, ne & augurium recte capere poteſt. Parte læua Tribunal ſtatuitur, vt augurio accepto, inſuper aſcendat ad exercitum, fœlicia hoſpitio adloquatur.* Ita reddo. *Auguratorium parte dextra Prætorij aptatur ante principia: talem eum agnouimus, vt dixi: inde & augurium recte capere poteſt. Parte læua, tribunal ſtatuitur, vt augurio accepto, inſuper aſcendat, ac exercitum fælici auſpicio adloquatur.* Augures autem fuiſſe in caſtris Papinius docet 7. Theb. qui ita de Amphiarao augure, mortuo in caſtris, & de Augurum munijs:

Heu vbi lauristeri currus, ſolemniaque arma,
Et galeæ vittatus apex, hæc antra, lacuſque
Caſtalij, tripodumque fides? ſic gratus Apollo?
Quis mihi ſidereos lapſus, mentemque ſiniſtri
Fulguris, aut cæſis ſaliat quod numen in extis;
Quando iter, vnde moræ; quæ ſæuis vtilis armis,
Quæ pacem magis hora velit; quis iam omne futurum
Proferet, aut cum quo volucres mea fata loquentur?
Hos quoque bellorum caſus nobiſque tibique
Præſcieras.

Et augurale iuxta aram ponit Tacitus: *Structa ante augurale in ara.* Sic idem Papinius lib. 8.

Nunc ſuperum magnos deprendit in aëre cœtus,
Nunc ſagax affatur aues, nunc dira ſororum
Licia, thuriferas modo conſulit anxius aras.

Et fuiſſe in caſtris etiam augures probat Virgil. 12. Æneid.

-- Primuſque Tolumnius augur,
Hoc erat, hoc votis, inquit, quod ſæpe petiui,
Accipio, agnoſcoque Deos: me me duce ferrum
Corripite, o Rutuli,

Ergo Augures conſulti & crediti, & religionis cauſa honorati apud Paganos.

2 CONTECTVS FERINA PELLE.] Sic Homerus 4. Iliad. inducit Agamemnonem contectum pelle leonis, quod vocat, δέρμα λέοντος. Sic Virgil. in Æneid.

Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum ſeta cum dentibus albis
Indutus capiti.

Et 2. Æneid.

-- Fuluique inſternor pelle leonis.

At Papin. 4. Theb. ita:

-- Flaueni capiti tergoque leonum
Exuuiæ, gentilis honos.

Et Prudentius vbi de cultu Superbiæ:

Quo ſe fulta iubis iactantius illa ferinis
Inferret, tumido deſpectans agmina faſtu.

Hoc autem ferino habitu vtebantur quo hoſti terribiliores ſpectarentur & militibus ſuis venerabiliores. Et *virtutis tegmen* dicitur quo Heroes vtebantur. Laert. in Diog. Ideo δερματοφόροι dicti Principes. Nec tantum induti leoniuo exuuio, ſed vrſino & lyncino, aliarumque ferarum. Nam bellum, quaſi belluinum, cum in bello ratio & humanitas longe abſint ab hominibus. Vtque tecti duces leonum exuuijs, ita milites hircina pelle, præcipue in Africa. Silius:

Tum primum caſtris Phœnicum tendere ritu
Cyniphij didicere Mazæ. ſqualentia barba
Ora viris, humeroſque tegunt velamina capri
Setigeri: panda manus eſt armata cateza.

Et Virgil. 1. Æneid.

-- Lupæ fuluo nutricis tegmine lætus.

Et 5. Æneid.

Horridus in iaculis & pelle Libyſtidis vrſæ.

Et vndecimo.

Tigridis exuuiæ per dorſum a vertice pendent.

3 VNVS HOSTIVM.] Nam Barbari multi ſtipendia Romanorum in caſtris recipiebant, & ſic Latinam linguam addiſcebant; mox transfugæ ad ſuos ſe recipiebant. Quod autem ait; vnus ex Barbaris pollicetur ſeſtertios centenos, ſi quis transfugiſſet: id ſæpius euenit, & exemplum eſt apud Cæſarem in commentarijs belli Gallici lib. 5. *Qui ad Gallos transfugiſſet ad horam vſque tertiam, ſine periculo eſſet.* Quæ ſunt hoſtium artes.

4 SESTERTIOS CENTENOS.] An per ſeſtertia Germani numerabant? non puto.

Romani nihil niſi auſpicato. *Et in bello præcipue.* *Ideo augurale in caſtris Rom.* *Auguria a Chaldæis.* *Quid augurale.* *Quo loco in caſtris.* *Regionis renuntius.* *Augures in caſtris.* *Augurale iuxta aram.* *Ferinis pellibus contecti duces priſci.* *Germani per ſeſtertia non numerabant.*

Germani Romanæ pecuniæ non ignari.

Nam Græcum & Romanum erat, non Germanum, ſed vt intelligerentur a Romanis, ea voce vſi ſunt. Tacitus tamen ait: *Formas quaſdam noſtræ pecuniæ cognoſcunt, atque eligunt. Pecuniam probant veterem, & diu notam, ſerratos bigatoſque.* Quod Plinius explicat libr. 33. cap. 3. *Notæ*, inquit, *argenti fuere bigæ, atque quadrigæ, & inde bigati quadrigatique dicti.* Ergo de bigatis nihil habes quod ambigas. De ſerratis quæſtio, vel inquiſitio eſt. Puto legendum *de Seruiatis*, non *de ſerratis*. Nam vt de argento loquitur, ita de ære, quod a Seruio primum ſignatum, & a quo dictum eſt *Seruiatum*; vti argenteus nummus *bigatus*. Idem Plinius eodem: *Seruius rex primum ſignauit æs.* Quamuis antea & ab ipſo Romulo nummis auri atque argenti ſignatis, ſed tranſmarinis Romani vterentur, ait Feſtus in verbo *Patres. Et hoc publicæ & priuatæ rationes commentariorum docent.* At illi nummi, quibus caput Romæ, cum his verbis, ROMA. SER. notant *Roma. Seruius.* Et peruia ſunt alia eiuſdem intelligentiæ, alijs in nummis, vt ROMA. PLAN. id eſt, *Roma. Plancus*, & ROMA. MESSAL. pro *Roma. Meſſala.* Sic accipe quod Suetonius in Auguſto ſcribit: *Saturnalibus, & ſi quando alias libuiſſet, modo munera dabat, veſtem, & aurum, & argentum, modo nummos omnis notæ, etiam veteres regios*: id eſt, *Seruiatos, quibus nota, Seruius.* Sic enim interpretor, nec fallor.

Nummi bigati.

Serrati, corruptum verbum.

Legendum, Seruiati.

Seruiati ærei.

Bigati argentei.

Forma Seruiatorum.

Seruiati dicti veteres regij a Suetonio.

5 ACCIPERE OMEN.] Quod ſolitum Paganis, & Romanis inter Paganos. Si enim bonum omen erat, accipiebant, & hoc ſibi proficere arbitrabantur: ſi malum, reſpuebant, ne ſibi noceret, dicebantque, *Quod Dij auerruncent.* Et, vt ait Poeta,

Nullum ſit in omine pondus.

In accipiendo autem præfabantur hæc verba: *Quod bonum, fœlix fauſtumque ſiet.* Plaut. in Aulul. Et præcipue ex ore ſumpta omina. Vt cum Craſſus dixit: *Hac exercitum non reuerſurum.* Et illa propola ficuum, *Cauneas* pro *Caue ne eas.* Nam inde dicta *omina* putant: vt illud Valerij 1. lib. de ominib. *Perſam periſſe: Quod acceptum ab Æmilio Paulo pro rege Perſe, licet de catella intelligeret infans quæ loquebatur.* De refutatis ominibus, eſt illud Sueton. cap. 23. in Veſpaſ. *Cum Mauſoleum Cæſarum derepente patuiſſet, dixit ad Iuliam Caluinam iſtud pertinere, quod eſſet de gente Auguſti, & cometem ad regem Parthorum qui comatus.* Quæ refutatio erat ominis auerſio.

6 TERTIA FERE VIGILIA.] Nox *in quatuor vigilias partita fuit*, ait Cenſorin. de die natali, *non per gallicinia, ſed per clepſydram.* D. Hieronym. Cypriano: *Nox in quatuor vigilias diuiditur quæ ſingulæ trium horarum ſpatio diuiduntur.* Et Vegetius 8. cap. libr. 3. *Nox partita in vigilias quatuor.* Quanquam Plinius ita ſcribit de gallicinio, & gallis, lib. 10. cap. 21. *Hi magiſtratus noſtros quotidie regunt, domoſque ipſis ſuas claudunt, aut reſerant; hi faſces Romanos impellunt, aut retinent; iubent acies, aut prohibent; victoriarum omnium toto orbe partarum auſpices, maxime terrarum imperio imperant.* Illæ autem vigiliæ apud Romanos extra caſtra ab equitibus, intra a peditibus fiebant: & buccina ſtatuebantur. Vigiles autem cornicinio ſoluebantur. Erat vero vnaquæque vigilia trium horarum, vt dixi, ſed imparium. Nam in obliqua ſphæra & noctes & dies variant; ideoque horæ inæquales, & modo creſcentes, aut decreſcentes. De prima autem vigilia Apul. libr. 10. *Circum ferme primam noctis vigiliam.* Et idem libr. 8. *Prima vigilia fores meas accedas.* De ſecunda, Sueton. in Calig. cap. 54. *Tres conſulares ſecunda vigilia in palatium accitos, ſuper pulpitum collocauit.* Et Liuius lib. 7. *Vbi ſecundæ vigiliæ buccina datum ſignum eſſet, armati cum ſilentio ad ſe venirent.* De tertia, Apul. lib. 8. *Circa tertiam fere vigiliam noctis, cunctos nos ad viam propellunt.* Et idem libr. 3. *Nam cum fere iam tertia vigilia, ſcrupuloſa diligentia cuncta* (lego, *compita*) *ciuitatis, oſtiatim ſingula conſiderans, circumirem.* Loquitur de præfecto vigilum. Et Liuius libro 40. *Nauem præparatam de tertia vigilia conſcendit.* De quarta Statius 10. Theb.

Per clepſydrã, non gallicinio.

Galli in caſtris tamen.

Prima vigilia.

Secunda.

Tertia.

Apuleius correctus.

Quarta ſoporiferæ ſuperabant tempora noctis.

Quarta.

Et D. Marc. c. 6. *Et circa quartã vigiliam noctis.* Et illa quarta vigilia dicitur, *vigilia matutina.* Reg. li. 2. Strab. ait Caſſiũ montem tam altum eſſe, vt quarta vigilia orientem quis per tenebras ſolem aſpiciat, breui circumactu ſuo diem, noctemque aſcendentibus oſtentans. Illæ autem quatuor vigiliæ ita partitæ ſuos habebant vigiles ſingulos. Silius lib. 8.

Matutina vigilia.

Caſtra quoque & vallum rabidæ ſub nocte ſilenti
Irrupere feræ, raptique ſub ora pauentum
Adiunctos vigilis ſparſerunt membra per agros.

Et idem 7. - *Mediam ſonitu cum buccina noctem*
Diuideret, iamque excubias ſortitus iniquas,
Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.

Ad exemplum partitæ noctis per vigilias in caſtris, etiam Chriſtiani qui ſunt in perpetua militia, diem in orationes partiti ſunt. Nam Tertullian. contr. Pſych. vbi memorat tertiam, ſextam, & nonam diei horam: *Tres* inquit *iſtas horas, vt inſigniores in rebus humanis, quæ diem diſtribuunt, quæ negotia diſtinguunt, quæ publice reſonant, ita & ſolemniores fuiſſe in orationibus diuinis.* Et has horas etiam hodie retinet Eccleſia Romana, quæ omnium Eccleſiarum matrix, perque iſtas horarum ſectiones, ſuas orationes metitur. De prima non loquitur, quæ die exoriente incipit; quod ab omnibus Chriſtianis obſeruaretur: loquitur tantum de horis, quas vltra communes, clerus Chriſtianus ſingulariter obſeruabat in precando. Nolo omittere in vrbe Roma tum pagana aliter horas noctis computari: nam Seneca epiſtola 122. *Audio,* inquit, *circa horam tertiam noctis, flagellorum ſonus: Quæro quid faciat; dicitur rationes accipere. Audio circa horam ſextam noctis, clamorem concitatum; quæro quid ſit, dicitur vocem exercere: Quæro circa octauam horam noctis quid ſit ille ſonus rotarum; velle geſtari dicitur: Circa lucem diſcurritur, pueri vocantur, cellarij, coqui tumultuantur: quæro quid ſit; dicitur mulſum & alicam popoſciſſe, & e balneo exiſſe.* En inertiæ, & delicatæ luxuriæ verum exemplar, & beatulorum paganorum vita.

Vnaquæque vigilia ſuum habuit vigilem.

Chriſtiani diẽ partiti.

Hora tertia.

Sexta.

Nona.

Quæ in Catholica Eccleſia hodie obſeruantur.

Horæ in vrbe Romana quomodo cõputatæ.

Nox

Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque ſe operatum, &[1] ſanguine ſacro reſperſa prætexta, pulchriorem aliam manibus auiæ Auguſtæ accepiſſe. Auctus omine, addicentibus auſpicijs, vocat concionem, & quæ ſapientia præuiſa, aptaque imminenti pugnæ diſſerit. *Non campos modo militi Romano ad prælium bonos, ſed, ſi ratio adſit, ſiluas & ſaltus. nec enim immenſa barbarorum ſcuta,* [2]* *enormis haſtas inter truncos arborum, & enata humo virgulta perinde haberi quam pila, & gladios, & hærentia corpori tegmina: denſarent ictus;* [3] *ora mucronibus quærerent:* [4] *non loricam Germano,* [5] *non galeam: ne* [6] *ſcuta quidem ferro, neruoue firmata, ſed viminum textus, vel* * *tenuis, & fucatas colore tabulas. primam vtcunque aciem haſtatam: cæteris* [7] *præuſta aut breuia tela. iam* [8] *corpus, vt viſu toruum, & ad breuem impetum validum, ſic nulla vulnerum patientia, ſine pudore flagitij, ſine cura ducum, abire, fugere, pauidos aduerſis, inter ſecunda, non diuini, non humani iuris memores: Si tædio viarum ac maris finem cupiant, hac acie parari: propiorem iam* [9] *Albim, quam Rhenum: neque bellum vltra; modo ſe patris* [10] *patruique veſtigia prementem ijſdem in terris victorem ſiſterent.*

Ex ſomnio læta omina.

Oratio Germanici ad ſuos.

* enormeis

* tenueis

Germani cum coloratis ſcutis incedunt.

1 Sangvine resperſa prætexta.] In Germanico bonum omen fuit, in Caligula filio malum. *Sacrificans reſperſus eſt Phœnicopteri ſanguine*, inquit Sueton. 57. in Calig. poſtquam ita cœpit: *Futuræ cædis multa prodigia extiterunt.* Heic reſperſio hæc ſalutaris, & boni ominis; illic mali ominis. Dicite Pontifices.

2 Enormes hastas.] Tacitus de moribus German. *Rari gladijs, aut* (lege *attamen*) *maioribus lanceis vtuntur. Haſtas, vel ipſorum vocabulo frameas, anguſto & breui ferro, ſed ita acri, & ad vſum habili, vt eodem telo, pro vt ratio poſcit, vel cominus, vel eminus pugnent.* Ita parua, ſed apta, præualidis & ineptis præponuntur. Noto autem apud antiquos non ſolum gladios & lanceas fuiſſe in vſu, ſed & vomeres, & ſecures, & ligones, & ſareulos in bello. 1. Reg. cap. 13. vt etiam tridentes. Quæ omnia nouis armorum generibus ceſſere. Vide etiam Virgil. lib. 7. Æneid.

Haſtæ Germ. anguſto & breui ferro.

> *— Non iam certamine agreſti,*
> *Sed ferro ancipiti decernunt.*

3 Ora mvcronibvs qværerent.] Sic Cæſar Iulius in acie Pharſalica hortabatur militem vt peteret vultus. Nam intecta illa pars quidem, ſed ſenſu multo multum prædita, & in qua totus homo ſit. Vide Philonem Iudæum, qui in capite hominis præſtantiſſima organa naturæ collocat.

4 Non loricam.] Lorica a loris. Nam Varro 4. de ling. Lat. *Lorica a loris, quod de corio crudo pectoralia faciebant.* Lori autem Caricum inuentum, nam Anacreon ita:

> *Διαδῦτε Καρικῶ εὐεργέος ὀχάνου.*
> *Nectite bene compactum Cariæ lorum.*

Cares ſtudioſi rerum militarium. Itaque lora, criſtæ & inſignia militaria Carica dicuntur. Tamen in Biblijs de loricis & galeis multa eſt commemoratio, vt Ezechielis 38. *Perſæ, Æthiopes & Libyes omnes ſcutati & galeati.* Sed & libro 1. Reg. cap. 17. de Goliath. *Caſſis ærea ſuper caput eius, & lorica ſquamata induebatur: porro pondus loricæ eius quinque millia ſiclorum æris, & ocreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat humeros eius.* Itali loricis contecti, gens ab omni æuo prouida. Virgil. 7. Æneid.

> *Hic galeam tectis trepidus rapit, ille trementes*
> *Ad iuga cogit equos, clypeumque auroque trilicem*
> *Loricam induitur, fidoque accingitur enſe.*

Et quæ olim ex corio crudo, nunc ferro conficiuntur loricæ, vt ferro ferrum retundatur. Non omitto Romanis ducibus vſitatum hoſtium defectus oſtendere militibus non modo, ſed & ſuorum munimenta recenſere ad augendam militum audaciam. Hegeſippus 3. cap. 24. Nam Titus ita dicebat militibus: *Progrediamur ad bellum muniti vndique. Tegitur galea caput, lorica pectus, totumque clypeo corpus. Vbi feriat hoſtis militem Romanum, reperire non poteſt.*

5 Non galeam.] Tacit. de moribus Germ. *Vix vni, alterive, caſſis, vel galea.* Et Claudian. de bello Gildon. vbi de barbarorum armatura.

Germani ſine galea.

> *Non contra clypeis tectos, galeiſque micantes*
> *Ibitis, in ſolis longe fiducia telis;*
> *Exarmatus erit, cum miſſile torſerit hoſtis.*

D. Hieronym. epiſtola 3. vbi arma Romana opponit armis Barbarorum: *Sagittas pilis, haſtas galeis, caballos equis* ait *cedere.* Sic ingenio Romani, ſic viribus cuncta ſuperarunt.

6 Scvta non nervo, non ferro firmata.] Quod ait *non neruo*, id eſt, non corio, non tergore boum firmata, nam in tergore nerui & robora & vires totius animalis. Sic *loricæ ærea terga* dixit Papin. 9. Theb. Erant autem ſcuta compoſita

ligno & corio, & ære. Scuta ait Varro, *a ſectura, quod ſectis conficerentur tabulis.* De ling. Lat. De corio & ære dixit Ouid. Metamorphoſ. 12.

— haſtarum clypei curuamine telum
Miſit in Æacidem, quod & æs, & proxima rupit
Terga nouena boum.

Sed & ex vimine plerumque conficiebantur. Sic Salluſtius ſcribit, *Lucrinos vimine ſcuta conficere, & corio tegere corpus: quod multis alijs populis in vſu, γέῤῥας vocant.* Idem ait in frag. Germanos *rhenonibus corpus tegere intectum,* & firmat Cæſar libr. 6. Com. Rhenones autem accipiunt pro pelliceis veſtibus, quia ῥῖνος pellem appellant. Puto ego ſcuta eſſe ad formam renunculorum & ſcapharum facta, quæ ventre lato erant & anguſtis extremitatibus vt ancilia. Renunculi autem vulgo pro ſcaphis. Nam idem eodem: *Incidit forte per noctem in renunculo piſcantis.* Alijs gentibus ſcuta ex ligno, cornu contecta, vt quæ & excipiēdis ictibus, tegendoq. corpori inſeruirēt, & traijciendis fluminibus quaſi lintres. Forte inde Rhenones dicti quia ſcuto quaſi lintre traijcerēt flumina vti ranunculi, vel quod a Rheno. Epigramma Græcum id exprimit Anthologiæ primo. Plinius autem lib. 16. cap. 40. *Frigidiſſima* (inquit de arboribus) *quæcunque aquatica, lentiſſima, & ideo ſcutis faciendis aptiſſima, quorum plaga contrahit ſe protinus, cluditque ſuum vulnus, & ob id contumacius tranſmittit ferrum.* Et hoc ex ſagaci militum ingenio, qui ipſam naturam ſcrutati ſunt ad ſui ſecuritatem, & hoſtium ſtragem.

Ex ligno & tecto cornu. *Excipiunt ictus.* *Tegunt caput.* *Seruiunt fluminibus traijciendis.* *Vnde aptiſſima ſcuta.*

7 PRÆVSTA AVT BREVIA TELA.] Quæ agreſtium eſt armatura. Virgil. 7. Æneid.

Stipitibus duris agitur, ſudibuſue præuſtis.

Et eodem.

Improuiſi adſunt: hic torre armatus obuſto,
Stipitis hic grauidi nodis.

Ruſticis enim arma ruſtica. Et vſtio illa dat robur. Sic in ædificatione Vitruuius 3. cap. 3. *Et palis alneis aut oleagineis, aut robuſteis vſtulatis contegatur, ſublicæque machinis adigantur.*

8 CORPVS, VT VISV TORVVM.] Quod omnibus tributum Barbaris in Romano ſolo. Iuuenal. Sat. 4.

Toruus Germanorum aſpectus.

Tanquam de Cattis aliquid toruiſque Sicambris
Dicturus. Lucanus 1. Ciuil.

-- Batauique truces quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ.

Ideo *Germani, Germani dicti,* id eſt, *Gallorum fratres,* ait Strabo, *quod vultu toruo & colore candido vti Galli.* Nam fratres aut germani, id eſt ex vtroque parente, aut conſanguinei, aut vterini, aut adoptiui. Sic Cicero pro Cœlio: *Fera quædam ſodalitas & plane paſtoritia atque agreſtis Germanorum vt Lupercorum:* & vocat *Germanos* quia omnes Luperci tam antiqui quam Fabiani & Quintiliani eſſent omnes fratres & quaſi germani. Tacitus de moribus Germ. *Truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valida.* Sic Liuius de Gallis lib. 10. *Gallos primo impetu feroces, quos ſuſtinere ſatis ſit, longiore certamine ſenſim reſidere.* Et addit. *Gallorum quidem corpora tolerantiſſima laboris & æſtus fluere, primaque eorum prælia, pluſquam virorum, poſtrema, minus quam fœminarum eſſe.* Idem de Cattis. *Minax vultus, & maior animi vigor.* Et ſane feritas & humanitas in hominum vultu ſpectantur. Et, vt ait Panegyriſtes, *Natura metatrix ſcribit in vultu quantus ſpiritus corpus inhabitet.*

9 ALBIM.] Hodie *Elb* vocatur; inſignis Germaniæ fluuius. Velleius libr. 2. vbi de Tiberio. *Quod nunquam ante ſpe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringenteſimum milliarium, a Rheno, vſque ad flumen Albim, qui Senonum,* (lege *Sueuorum*) *Hermundurorumque fines præterfluit, Rom. cum ſignis perductus exercitus.* Nam Lucanus libr. 2. Sueuos ad Albim locat:

Velleius emendatus. *Ratio emendationis.*

Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos
Albis, & indomitum Rheni caput.

Tacit. de motib. Germ. *In Hermunduris Albis oritur, flumen inclitum, & notum olim, nunc tantum auditum.* Et Dio. *Ex Vandalicis montibus Albis profluens, in Septemtrionalem Oceanum, vagus admodum effluit.* Dixit Plinius, *nunc tantum auditum*: quia tunc illæ Germaniæ partes a Romanorum imperio.

Albis fluuius Germaniæ.

10 PATRIS PATRVIQVE.] Patris, Druſi, patruique Tiberij: nec enim modo adoptionis nomina ſpectat Germanicus, qui per adoptionem Tiberij filius, non ex fratre nepos memoratur.

Orationem ducis ſecutus militum ardor, ſignumque pugnæ datum. Nec Arminius, aut cæteri Germanorum proceres omittebant [1] ſuos quiſque teſtari; *Hos eſſe Romanos Variani exercitus fugaciſſimos, qui ne bellum tolerarent, ſeditionem induerint: quorum pars onuſta vulneribus tergum, pars fluctibus & procellis fractos artus infenſis rurſum hoſtibus* [2] *aduerſis dijs obijciant, nulla boni ſpe: claſſem quippe & auia Oceani quæſita, ne quis venientibus occurreret, ne pulſos premeret: ſed vbi miſcuerint manus, inane victis ventorum remorumve ſubſidium. meminiſſent modo auaritiæ, crudelitatis, ſuperbiæ:* [3] * *aliud ſibi reliquum quam tenere libertatem, aut mori ante ſeruitium?* Sic accenſos & prælium poſcentes in campum, cui Idiſtauiſo nomen, deducunt: is medius inter Viſurgim

Oratio Arminij ad ſuos. Vbi de libertate ſeruanda aut morte obeunda diſſerit. * An aliud ſibi

gim & colles, vt ripæ fluminis cedunt, aut prominentia montium reſiſtunt, inæqualiter ſinuatur. Pone tergum inſurgebat ſilua editis in altum ramis, & [4] pura humo inter arborum truncos. Campum & [5] prima ſiluarum barbara acies tenuit: ſoli Cheruſci iuga inſedere, vt præliantibus Romanis deſuper incurrerent. Noſter exercitus ſic inceſſit: auxiliares Galli, Germanique in fronte: poſt quos pedites ſagittarij, dein quatuor legiones, & cum duabus prætorijs cohortibus, ac delecto equite Cæſar: exin totidem aliæ legiones, & leuis armatura cum equite ſagittario, cæteræque ſociorum cohortes. Intentus paratuſque miles [6] vt ordo agminis [7] * in aciem adſiſteret. [8] Viſis Cheruſcorum cateruis, quæ per ferociam proruperant, validiſſimos equitum incurrere latus, Stertinium cum cæteris turmis circungredi, tergaue inuadere iubet, ipſe in tempore adfuturus.

Pugnæ deſcriptio.

* in acie tum adſiſtere.

1 SVOS QVISQVE TESTARI.] Pro *obteſtari*. Quod frequens authori noſtro. Nam infra: *Illo in corpore decus Cheruſcorum teſtabatur*. Et Annal. 12. *Illum diem, illam aciem teſtabatur, aut recuperandæ libertatis*, &c. Aliquando integro verbo vtitur, vt Annal. 4. *Patria coram obteſtor*. & Annal. 2. *Hoſpitales menſas obteſtabatur*. Et hæ obteſtationes pugnæ tempore ſolitæ ducibus. Silius Italicus.

Teſtor pro obteſtor.

Dux vetus armorum, ſcituſque accendere corda
Laudibus, ignifero mentes furiabat in iram
Hortatu, decoriſque vrebat pectora flammis.

Dux eloquens militum amor eſt, & hoſtium tremor, qui quo velit, arma impellit. Salluſt. 2. Hiſtor. *Occurrere duci & prælium accendere*. Nam inſtante prælio verba Ducis fulmina ſunt & milites torrent.

2 ADVERSIS DIIS.] Sic Horatius.

—Vertumnis natus iniquis. Et Iuuen. Sat. 1.
Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur Dijs
Iratis.

Quod Martialis etiam dixit, mutuatus a Iuuenale, vt pleraque alia.

3 ALIVD SIBI RELIQVVM.] Recte emendatum, *an aliud*. Et illud, *an*, abſumptum, reſtitutum probe, manente adhuc (*a*) ex ſuperiori dictione quaſi chaſmate elapſum.

4 PVRA HVMO.] Id eſt, nuda humo, & pura humo, & ſine herba. Columell. l. 6. *Quam maxime ſubacto & puro ſolo, gaudeat hic nouali graminoſoque. Purus locus* opponitur inædificato apud Iuriſconſultum L. vlt. de pign. act. Sic *pura veſtis*, in qua nihil attextum: *purum argentum*, in quo nil celatum: *pura charta*, in qua nil ſcriptum: *pura haſta*, in qua ferrum nullum. 3. Reg. cap. 4. *Mundabo reliquias Ieroboam, ſicut mundari ſolet fimus vſque ad purum.*

5 PRIMA SILVARVM.] Initia ſiluarum primas ſiluarum partes videlicet. ſic *prima limina, primas oras*, vt poſtea; *Extrema Aſiæ prouincia velle eſſe*, id eſt, in prima parte prouinciæ. Et ad Attic. lib. 12. *Si*, inquit, *vt conſuetudo eſt, in prima prouincia affuturus videtur*, id eſt, in prima parte. Sed a Liuio hæc ſcriptio qui libro 1. *Si*, inquit, *prima proſpera fuiſſent*. Et ita noſter: *Quoniam prima conſiliorum ceciderant*. Et interpres vetus Noui teſtamenti, *prima Sabbati*, pro prima luce Sabbati. Et noſter Annal. 14. *eloquentiæ primas. Partes* ſcilicet. Boni authores nunquam *partes* addiderunt. Quintil. *Secundas confeſſione plurimorum Philetas occupauit*. Et Cicero: *Huic primas dediſſe Demoſthenes dicitur*, ἀκρωμεια.

6 VT ORDO AGMINIS.] Vt poſitus erat in agmine. ita interpretor.

7 IN ACIEM ADSISTERET.] Tacit. 3. Hiſtor. *Flauianus exercitus, vt ad prælium intentus, armatuſque denſis circum ordinibus adſiſterat*. Ergo lege confidenter, præeunte Tacito, *Intentus, paratuſque miles, vt ordo agminis, in acie tum adſiſtere*. Et Sueton. in Iul. cap. 64. loquens de Cæſaris milite. *Paratum momentis omnibus, quo vellet, ſubito educeret*. Nihil eſt quod ambigas. Sic Salluſt. in Iugurth. *Cuncti Numidæ intenti præliantibus aderant*. Id eſt, oculos habebant in præliantes defixos, & animum quoque, quid facto opus eſſet meditantes. Adſiſtere aduocatus dicitur & adſiſtere miles. Aduocatus ad cauſarum defenſionem; miles, ad defenſionem rerum & imperij. *Eumolpus adſiſtens Flauio*, id eſt, aduocatus clienti. Plin. Traiano ſcribens. Et certe Aduocatus miles, eſt quod aiunt Imperatores L. Aduocati. Cod. de ad. diuer. ind.

8 VISIS.] Lege, *tum viſis*. Ex fine ſuperioris dictionis (*t*) me monuit.

[1] Interea pulcherrimum augurium octo aquilæ petere ſiluas, & intrare [2] * viſæ, Imperatorem aduertere: exclamat, irent, ſequerentur [3] Romanas aues, propria legionum numina. Simul pedeſtris acies infertur, & præmiſſus eques poſtremos, ac latera impulit. Mirumque dictu, duo hoſtium agmina diuerſa fuga, qui ſiluam tenuerant

* viſæ. Imperatorem aduertere:

Qui ex hoſtibus in aperta, ſiluas; qui ſiluas, in aperta ruebant.

in aperta, qui campis adſtiterant, in ſiluam ruebant. Medij inter hos Cheruſci collibus detrudebantur; inter quos inſignis Arminius manu, [4] voce, * vulnere ſuſtentabat pugnam. Incubueratque ſagittarijs, [5] * illa rupturus, ni [6] Rhætorum, Vindelicorumque, & Gallicæ cohortes ſigna obieciſſent: Niſu tamen corporis & impetu equi peruaſit, oblitus faciem ſuo cruore, ne noſceretur. quidam adgnitum a Chaucis inter auxilia Romana agentibus, emiſſumque tradiderunt. Virtus ſeu fraus eadem Inguiomero effugium dedit. Cæteri paſſim trucidati. & pleroſque tranare Viſurgim conantes iniecta tela aut vis fluminis, poſtremo moles ruentium, & incidentes ripæ operuere. quidam turpi fuga in ſumma arborum niſi, ramiſque ſe occultantes, admotis ſagittarijs per ludibrium figebantur: alios prorutæ arbores adflixere. Magna ea victoria, neque cruenta nobis fuit. Quinta ab hora diei ad noctem cæſi hoſtes, decem millia paſſuum cadaueribus atque armis oppleuere, repertis inter ſpolia eorum [7] catenis, quas in Romanos, vt non dubio euentu portauerant. Miles in loco prælij [8] Tiberium imperatorem ſalutauit, [9] ſtruxitque aggerem & in modum trophæorum arma, [10] ſubſcriptis victarum gentium nominibus impoſuit.

* in vulnere ſuſtentabat aciem.

* illac erupturus,

Quinta ab hora diei ad noctem cæſi hoſtes.

Aquilæ nuntiæ boni euentus.

1 Octo aqvilæ petere silvas.] Aquilæ, victoriæ, & bonæ pugnæ ominatrices, euentuſque boni auguratrices bonæ. Sic Homerus 2. Odyſſ. ait Telemacho duas aquilas ab Ioue miſſas, cædis procorum nuntias. Et ab illo fonte riuuli Poetarum luxuriantes. Virg. 12. ille Homerus Quirinalis.

Namque volans rubra fuluus Iouis ales ab æthra
Littoreas agitabat aues.

Silius lib. 4. qui Virgilij ſimia.

Armiger ecce Iouis: Noſco te ſumme Deorum,
Adſis, o firmeſque tuæ pater alitis omen.

Idem Silius libr. 16.

Tunc a ſede Deum, purumque per æthera lapſæ
Armigeræ Iouis ante oculos cæpere volucres
Æquoreas monſtrare vias, ac ducere claſſem.

Et Papinius lib. 3. Theb. poſt Silium, in augurio belli Thebani.

-- Septem ordine fuluo
Armigeras ſummi Iouis exultare cateruas
Intueor.

Tacit. 1. Hiſtor. *Lætum augurium Fabio Valenti exercituique quem in bellum cogebat, aquila leni meatu, pro vt agmen incederet, velut dux viæ prænolauit, longumque per ſpatium. Is gaudentium militum clamor, ea quies interritæ alitis fuit, vt haud dubium magnæ ac proſperæ rei omen acciperetur.* Non crediderim tamen viſas a Germanico aquilas fuiſſe, ex eo genere, quod *gneſion* vocatur · quippe Germania, vti Rhodos, veras aquilas non habet; ſed fuiſſe *pygargos*, aquilæ genus, quale in edulijs abſumunt Belgæ, & nos vidimus, videmuſque paſſim Antuerpiæ in exilij noſtri nidulo, ſæpe in tabernis dulciariorum pendentes: quas vocant *aren*. Nam vera aquila non nidificat, nec habitat in Germania; cum etiam, vt refert Plinius libri 10. cap. 7. *quidam poſt Mutium augurem viſas non fuiſſe Romæ, etiam ſcripſerint.* Quamuis Italia longe Germaniâ dulcior & amœnior. Pygargos autem in edulijs fuiſſe olim etiam apud Rom. vt apud Germanos, Iuuenalis ſcribit hoc verſu Satyra 2.

Germania veras aquilas non habet.

Pygargi genus aquilæ.

Belgæ pygargos in edulijs habent.

Vt Romani olim.

Sumine cum magno, lepus, atque aper, atque pygargus.

Interpres tamen Iuuenalis accipit eo loci, pro *fera ceruo ſimili*: Nam Pygargus vt aquilarum, ita etiam ſpecies eſt caprarum. Plinius libr. 8. cap. 53. Natiuam autem aquilam Homerus deſcribit Iliad. libr. 24. vti perfectiſſimam volucrum, & nigram, & venaticam. Sed melius 17. Ezechiel. ſacra ſcriptura, *aquilam magnarum alarum*, longo membrorum ductu, plenam plumis & varietate, vt eſt apud Græcos βασιλικὸν ὀρνύφιον. Eius autem læta auguria genibus ſalutare mos erat paganis. Silius libr. 15.

Vetus Iuuenalis Interpres lapſus.

Vera aquila ab Homero deſcripta.

Eius læta auguria genibus flexis accepta.

Tum vero capere arma iubent, genibuſq. ſalutant
Submiſſi augurium, atque iret quo duceret Diuos
Perſpicuum, & patrio monſtraret ſemita ſigno.

Etiam *clamore, atque expanſis manibus.* Virgil. 11. Æneid. poſt Homerum:

Tum vero augurium Rutuli clamore ſalutant,
Expediuntque manus, primuſque Tolumnius augur.

Quippe talium auguriorum magni exoptatores pagani. Quod ſi ad dextram, bonum augurium; ſi ad læuam, malum. Suet. in Claudian. 7. *Præteruolans aquila dexteriore humero conſideret.* Et *dexter*, id eſt propitius, æquus, opportunus. Horat. 2. epiſt. 3. *Dexter ſtetit.* Et Homerus 13. Iliad. Δέξιος ὄρνις, *dextra auis*, dicta aquila quod eſſet boni ominis. Sic Homerus Priamum facit orantem Iouem, vt aquilam mittat. Iliad. 23. Vlyſſes ex aquilarum volatu breui rediturus nunciatus eſt. Odyſſ. 2. De læua Horat. 3. Od. 27.

Teque

Teque nec læuus vetat ire picus,
Nec vaga cornix.

Idem eſt de tonitru, de ſternutatione, de oculorum ſaltu & aurium ſono. De quibus alias. Nam in aquila mihi punctus eſt, de qua Cicero 1. de diuinatione:

-- Iouis pennata ſatelles.

2 VISÆ IMPERATOREM ADVERTERE.] Poſt *viſæ* fige punctum, & nouam clauſulam incipe. *Imperatorem aduertere*, id eſt, de augurio certum fecere. Nos Franci dicimus: *Les ayant veues, ils en aduertirent le Prince.* Notaui in ea ſignificatione locum Ciceronis ad Atticum. Aliter tamen *aduertere* accipitur pro *videre*. Vetus Grammaticus: *Plerumque rem aduertimus oculis, aut quouis ſenſu corporis ſiue animi attentione.* Fronto Grammaticus: *Videmus* natura, *Spectamus* voluntate, *Intuemur* cura, *Aſpicimus* improuiſo, *Animaduertimus* animo, *Cernimus oculis.*

Aquila Romani imperij ales. 3 ROMANAS AVES.] Silius Italic. libro 5.

Tunc ales priſcum populis de more Latinis
Auſpicium.

Aquila ſymbolum Imperij. A Perſis venit. Id eſt, *aquila*, licet a Perſis, vt multa alia caſtrenſia, fluxerit ad Romanos. Quemadmodum autem Tacitus ait *Romanas aues*, ſic Ouidius in Faſt. *Palatinas aues.*

Regna Palatinæ prima dediſtis aues.

Et Virgil.

Maternas agnoſcit aues.

Et re vera Romana auis aquila, quam ſui imperij comitem retinet hodie, & militiæ *Biceps deſignat Orientem & Occidentem. Ita picta in ſcutis quibuſdam veteribus.* ſymbolum. Viſitur autem hodie in imperij ſcutis biceps; Quod Imperium Romanum Orientem & Occidentem contineret. Et nos talem aquilæ imaginem vidimus in ſcuto expreſſo in Notitia imperij Romani, niſi nos fallit Mnemoſyne Muſarum mater.

4 VOCE, VVLNERE SVSTENTAT ACIEM.] Nemo vulnere ſuſtentat aciem, immo vulnus facit, vt aciem relinquamus. Sic Reg. 4. cap. vlt. *Verte manum tuam, eijce me de exercitu, quia grauiter vulneratus ſum.* Virgilius de vulnerata Camilla & pugnæ ſubducta:

Concurrunt trepidæ comites dominamque ruentem
Suſcipiunt.

Et Homerus 12. Iliad.

Ἂψ δ' ἀπὸ πύργος ἆλτο λαθὼν, ἵνα μήπως Ἀχαιῶν
Βλήμενον ἀθρήσει, καὶ εὐχετόωντ' ἐπέεσσι.

Retro autem a muro deſilijt furtim, vt ne quis
Achiuorum
Vulneratum videret & inſultaret verbis.

Et idem Virgilius ſcribit Æneam vulneratum acie ſubductum.

Interea Æneam Mneſtheus & fidus Achates,
Aſcaniuſque comes caſtris ſtatuere cruentum.

Lego ergo, *Manu, voce, & in vulnere ſuſtentabat aciem.* Et in eo vis viri, vt vulneratus ſuſtentaret. Principium verbi *ſuſtentat*, illud (&) & (in) faciebat, ſecundum notarum rationem. Quod non animaduertit exſcriptor.

5 ILLA RVPTVRVS.] Trunca dictio. Lege, *illac erupturus.* Et firmat quod ſequitur. *Ni cohortes ſigna obieciſſent. Niſu tamen corporis, & impetu equi peruaſit.* Tacitus eundem errorem habet in eodem verbo de moribus Germ. vbi de Friſijs. *Ipſum quinetiam Oceanum illa (lege, illac) tentauimus, & ſupereſſe adhuc Herculis columnas fama vulgauit.* Et in verbis (*illac erupturus*) e littera pro (c) & (e.)

6 RHÆTORVM VINDELICORVMQVE.] Rhætos Thuſcorum prolem putant, ait Plinius libr. 3. cap. 20. & a Gallis pulſos duce Rhæto. *Rhætorum Vennonetes Saruneteſque ortus Rheni amnis accolunt.* Vindelicorum autem gentes, quatuor ponit idem, *Conſuanetes, Vioncinates, Licates, Catenates*, de quibus in Alpium iugis Auguſti trophæa loquuntur. Sed vereor ne mendoſe in libris. Horatius de Vindelicis:

-- O qua Sol habitabiles
Illuſtrat oras, maxime principum,
Quem legis expertes Latinæ
Vindelici didicere nuper
Quid Marte poſſes.

Nam Auguſtus auguſta manu omnes ſubdidit imperio, ſed auguſtiore conſilio retinuit.

7 CATENIS.] Fuit non modo Barbaris, ſed Romanis frequens catenarum vſus. Quæ profectionis bellicæ comites. Quod oſtendit *Catenæ inter belli comites.* Horatius ſcribens ad Iccium libro 1. od. cum Caio Auguſti filio, in Arabiam proficiſcentem, vt arbitror. *Et ad vinciendos hoſtes victos.*

Icci, beatis nunc Arabum inuides
Gazis, & acrem militiam paras,
Non ante deuictis Sabeæ
Regibus, horribilique Medo
Nectis catenas.

Et ille Iccius inter libertos Agrippæ, aut procuratores. Nam idem Poeta: *Horatius explicatus. Quis ille Iccius. Libertus Agrippæ.*

Fructibus Agrippæ Siculis quos colligis, Icci.

Ideoque Caium Agrippæ filium ſequebatur euntem in Arabiam. Idem Horat. li. 2. Od. 13. *Sequutus Caium euntem ad Parthos.*

Miles ſagittas, & celerem fugam
Parthi: catenas Parthus, & Italum
Robur.

Seneca ſuaſor. 5. *Deorum bellum fuit, illos Xerxes vinculis, illos ſagittis perſequebatur.* Silius li. 2.

Poſcimur o ſocij, Fabiuſque e puppe catenas
Oſtentat, dominique vocat nos ira Senatus.

Petronius Arbiter ait: *Piratas cum catenis in littore ſtantes.* Et idem:

Siue catenatos Bromio detraxerat Indos.

D. Hieronym. ad Pammach. *Hic Barbarum littus fuit, hic Diabolus pirata cum ſocijs, portat vincula capiendis.* Illæ autem catenæ collo, brachijs retortis, manibus, & pedibus iniectæ. *Catenas illas imponebant hoſtium victorum collo.*

De collo, Tibullus ad Meſſalam.

Libera Romanæ ſubiecit colla catenæ.

Claudianus de bello Getico.

Colla catenati vidit ſquallentia Cimbri.

Prudentius in Pſychomachia:

Attrita Boijs colla liber erigit.

Idem in pugna Luxuriæ.

Quo ruitis? cui colla datis? Quæ vincula tandem,
Proh dolor, armigeris pudor eſt perferre lacertis?

De brachijs, Horat. 3. Car. 5. *-- vidi ego ciuium*
Retorta tergo brachia libero.

Manibus. De manibus. Pedo ad Liuiam.

Aſpiciam regum liuentia colla catenis,
Duraque per ſæuas vincula nexa manus.

Vtriſque. Et Silius lib. 11.

Quum fera gens Decij conſtanti pectore corpus
Inuadit, vincitque manus.

Et idem de Syphace lib. 17.

Corripiunt tum vincla viro, manicæque pudenda
Addita, & exemplum non vnquam fidere lætis.

Prudentius in hymno D. Cypriani.

Catenis nexus vtraque manu.

Et brachijs. Et Tibullus libr. 1. eleg. 7. etiam de *brachijs* ſcribit:

— Nouos pubes Romana triumphos
Vidit, & euinctos brachia capta duces.

Et pedibus. De compedibus. Tacitus. *Deciđiſſe ſimulans, genua Mithridatis inuadit, ipſumque proſternit: ſimul concurſu plurium, inijciuntur catenæ: ac compedes, quod dedecorum barbaris, trahebantur.* Lege, *tradebantur.* Florus. *A Piſone perdomiti, in ipſa captiuitate rabiem oſtendere, quippe cum catenas morſibus tentarent, feritatem ſuam ipſi puniebant.* libr. 4. vbi de Thracibus. Et Dio libr. 47. ait Rhodios Caſſio compedes oſtendiſſe, quo ſuperatum eum vincerent; ſed eos Caſſius ſuperauit. *Laqueis, manicis, pedicis mens irretita eſt*, ait Lucillius. In Prophetia Hieremiæ cap. 52. *Oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem.* Hæc barbare. Sed humanius apud nos, qui Reges captos tractamus regaliter & comiter: etiam reuerenter; quippe Regibus captis debetur reuerentia. Non omitto quod me docuit Dio libr. 39. Gallos profectos ad bellum contra Romanos ligna & ſarmenta portaſſe quo victi & mortui comburerentur. Sed aliud eſt deliberaſſe, aliud exequi.

8 TIBERIVM IMPERATOREM SALVTAVIT.] D. Hieronym. epiſt. 17. ad Marcell. ſub Paulæ & Euſtochij nomine. *Quidquid in membris laudis eſt, ad caput refertur.* Ita dic. Quicquid in bello victoriæ eſt, Imperatoris eſt. Ferrandus Diaconus qui viuebat circa annum 500. in Pædagogo Chriſtiani militis. *Prima regula eſt quam tenere debeas inter actus militares, vt nihil viribus tuis ſuperbius adſignes, ſed omnia quæ fœliciter aut ſapienter egeris, ad laudem referas potentiſſimi Creatoris.* Ideo ab Hebræis Pagani habuere, mox Chriſtiani. Nam Deuter. 8. *Ne dicas in corde tuo; Virtus & potentia mea fecit mihi virtutem hanc magnam. Sed memor eris Domini Dei tui, quia ille tibi dat potentiam.* Sic C. Carinas triumphauit de Sueuis cum Cæſare. *Quia*, inquit Dio libr. 51. *victoria ad ſummæ rei præfectum referri debebat.* Tacitus in vita Agricolæ. *Nec Agricola vnquam in ſuam famam geſtis exultauit: Ad authorem, & ducem, vt miniſter, fortunam ſuam referebat.* Sic apud Liu. l. 40. in inſcriptione: L. ÆMILIO. REGILLO. M. F. AVSPICIO. IMPERIO. FOELICITATE. DVCTVQVE. EIVS. *Ductu*, quod ipſe dux & præſens. *Auſpicio*, quia abſens. *Nam quicquid imperio fit, ei magis qui imperat, quam ei qui facit deputatur.* Val. Max. libr. 2. cap. 3. Sueton. in Aug. cap. 21. *Partim ductu, partim auſpicijs ſuis domuit.* Et in Tito cap. 5. de Hieroſolyma capta a Tito: *Cepit eam*, inquit, *natali filiæ ſuæ, tanto militum gaudio ac fauore, vt in gratulatione, eum Imperatorem conſalutarint.* Nam *recordatio rerum glorioſe geſtarum omni iucunditate viris fortibus potior eſt*, ait Am. Marc. Et hoſtis fugatus aut mactatus victoris exultatio. Exultant ſicut victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Sic Perſius Sat. 6.

Dijs igitur genioque ducis, centum paria, ob res
Egregie geſtas, induco. quis vetat? aude.

Plautus in Amphitr.

Id vi ac virtute militari victum atque expugnatum oppidum
Eſt, imperio, atque auſpicio heri.

At longe ante inualuit apud Iudæos. Nam Reg. 2. cap. 12. *Miſit Ioab exercitus, dicens: Dimicaui aduerſus Rabacem, & capienda eſt vrbs aquarum: nunc igitur congrega reliquam partem populi, & cape eam, ne cum a me vaſtata fuerit vrbs, nomini meo adſcribatur victoria.* Ita ille ad regem Dauid, cuius auſpicijs militabat. Et Ioab in hac re iuſtus fuit, qui ex laude Regis ſibi laudem non quæſiuit. Nec enim regia ſupellex ſuppilanda eſt.

9 STRVXITQVE AGGEREM ET IN MODVM TROPHÆORVM.] Noſter infra. *Laudatis pro concione victoribus, Cæſar congeriem armorum ſtruxit, ſuperbo cum titulo:* DEBELLATIS. INTER. RHENVM. ALBIMQVE. NATIONIBVS. EXERCITVM. TIBERII. CÆSARIS. EA. MONVMENTA. MARTI. ET. IOVI. ET. AVGVSTO. SACRAVISSE. Quod ante bellum Allobrogicum locum non habuit. Sic enim Florus vbi de illo bello. *Vtriuſque victoriæ, quod & quantum fuerit, hinc exiſtimari poteſt, quod & Domitius Ænobarbus, & Fabius Maximus ipſis quibus dimicauerant locis, ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus trophæa fixere. Cum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim Pop. Rom. hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobrauit.* Nota, trophæa in turribus fuiſſe quædam, alia in arboribus: & eſſe exprobrationes partarum victoriarum. Virgil. de his trophæis.

Trophæa erecta poſt victoriam. Aggere poſita. Et in turribus altis. In arboribus.

Ingentem quercum deciſis vndique ramis
Conſtituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens: aptat rorantes ſanguine criſtas,
Telaque trunca viri, & bis ſex thoraca petitum
Perfoſſumque locis, clypeumque ex ære, ſiniſtræ
Subligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnum.

Præcipuè quercubus. Nam Ioui dicata.

Papin. 2. Thebaidos.

Quercus erat teneræ iampridem oblita iuuentæ,
Aggere camporum medio, quam pluribus ambit
Frondibus incuruis, & curuo robore cortex:
Huic leues galeas, perfoſſaque vulnere crebro
Inſerit arma ferens, huic truncos ictibus enſes
Subligat, & fractas membris ſpirantibus haſtas.

Alia

In montibus.

Alia in montibus. Nam ita Silius lib. 15.

Pyren es tumulo clypeum cum carmine ſignat,
Haſd rubalis ſpolium Gradiuo, Scipio victor.

Etiam Dio & Plutarchus ſcriptum reliquere, Pompeium in Pyrenæis iugis victoriarum ſuarum trophæa poſuiſſe, vt quo eſſent altiora, eo eſſent ſpectabiliora. Quid autem poſitum fuerit in his trophæis, docet Iuuenalis Satyra 10.

Quibus rebus conſtet trophæa.

Bellorum exuuiæ, truncis affixa trophæis
Lorica, & fracta decaſide buccula pendens,
Et curtum temone iugum, victæque triremis
Apluſtre, & ſummo triſtis captiuus in arcu,
Humanis maiora bonis creduntur.

Tituli in trophæa.

Claud. de bello Get. etiam titulorum in trophæis meminit.

-- Iam protinus ætas
Adueniens, Geticæ gentis permiſceat oſſa,
Et duplices ſignet titulos, commune trophæum.
Hic Cimbros, forteſque Getas, Stilicone peremptos,
Et Mario claris ducibus tegit Itala tellus.

In campo victricio templis.

Illa autem trophæa etiam *in campo Victricio, aut templis,* aut *pro foribus victorum,* aut *defunctorum in tumulis*, quamuis ſæpe in montibus, vt dixi. De *Victricio campo*, Dio, Iulium Cæſarem eo loco quo Pharnacē vicit, trophæum ſtatuiſſe ſcribit lib. 42. De *templo*. Liuius libr. 4. *Spolia in æde Iouis Feretrij, prope Romuli ſpolia, quæ prima opima appellata, ſola ea tempeſtate erant.* Loquitur de Coſſo Victore. Et Horatius 3. Carm. 5.

-- Signa ego Punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus, ſine cæde, dixit,
Derepta vidi.

Ouid. 15. Metamorph.

Cognoui clypeum læuæ geſtamina noſtræ
Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis.

Et Silius lib. 1.

In foribus ſacris, primoque in limine templi,
Captiui currus, belli decus, armaque rapta
Pugnantum ducibus, ſæuæque in Marte ſecures,
Perfoſſi clypei, & ſeruantia tela cruorem,
Clauſtraque portarum pendent.

Primo Regum de Saulis armis Idolorum delubro affixis. *Poſuerunt arma eius in templo Aſtaroth, corpus vero eius ſuſpenderunt in muro Bethſan*

Trophæa picta & ſculpta interdum.

Picta etiam & *ſculpta* interdum. *Picta*, ſcilicet auro, *ſculpta*, in ebore. Virgil. 3. Georg.

In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto
Gargaridi faciam, victoriſque arma Quirini.

Veſtibulis domorum.

Et *veſtibulis* domus adpoſita. Iuuenal. Sat. 7. lib. 3.

Æmilio dabitur quantum licet, & melius nos
Egimus: huius enim ſtat currus æneus, alti
Quadriiuges in veſtibulis, atque ipſe feroci
Bellatore ſedens, curuatum haſtile minatur
Eminus, & ſtatua meditatur prælia luſca.

Et idem Satyra 6.

-- Vetuſtos
Porticibus diſponat auos.

Correctus vet. Interp. Iuuen.

Vbi vetus Interp. *Aui triumphantes in imaginibus acti & poſiti.* Lego, *picti & poſiti*. Picti, in tabula, poſiti, in ſtatua. Sueton. in Ner. cap. 38. *Domus priſcorum ducum arſerunt, hoſtilibus adhuc ſpolijs adornatæ.* Plin. lib. 35. cap. 2. *Aliæ foris, & circa limina animorum ingentium imagines erant, affixis hoſtium ſpolijs, quæ nec emptori refringere liceret, triumphabantque etiam dominis mutatis ipſæ domus, & erat hæc ſtimulatio ingens, exprobrantibus tectis quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum.* Propertius libr. 1. Eleg. 6. loquens de ianua:

Cuius inaurati celebrarunt limina currus,
Captorum lacrymis humida ſupplicibus.

Virgil. 3. Æneid.

Ære cauo clypeum, magni geſtamen Abantis,
Poſtibus aduerſis figo, & rem carmine ſigno.

In tumulis defunctorum.

Etiam in *tumulis* ſpolia. Quintilianus declamat. 369. *Quidam arma de ſepulchro viri boni ſuſtulit.* Et docet Virgil. 11. Aeneid. vbi de tumulo Mezentij. Etiam in *mœnibus*. Florus libro primo vbi de bello Latino. *Parta de Antio ſpolia mœnibus in ſuggeſtu fori, capta hoſtium claſſe ſuffixit.* Sic omnis locus victoriarum teſtis.

In mœnibus vrbium.

Subſcriptiones trophæorum.

10 SVBSCRIPTIS VICTARVM GENTIVM NOMINIBVS.] Similis ſubſcriptio refertur a Plinio li. 3. cap. 20. in trophæo Augusti, quod in vertice Alpium poſuit; his verbis. IMPERATORI. CÆSARI. D. FILIO. AVGVSTO. PONT. MAX. IMPER. XIIII. TRIB. POT. S. P. Q. R. *Quod eius ductu, auſpicijſque gentes Alpinæ omnes, quæ a mari ſupero ad inferum pertinebant, ſub imperium Pop. Rom. ſunt redactæ, gentes Alpinæ deuictæ, Triumpilini, Camuni, Vennonetes, Iſarci,* &c. Quæ inſcriptio corrigi debet quia in ea multa ſunt quæ manum deſiderant. Et noto obiter apud Interamnates de iſta Tiberij victoria poſitum marmor. PROVIDENTIA. TIB. CÆSARIS. AVG. NAT. AD. ÆTERNITATEM. ROM. NOMINIS. SVBLATO. HOSTE PERNICIOSISSIMO. P. R. FAVSTVS. TITIVS. LIBERALIS. VI. VIR. AVGVST. INTERAM. P. F. S. C.

Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, quam ea ſpecies dolore & ira adfecit. * Qui modo abire ſedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt, plebs, primores, iuuentus, ſenes, agmen Romanum repente incurſant, turbant, poſtremo deligunt locum flumine & ſiluis clauſum, arcta intus planitie, & humida; ſiluas quoque profunda palus ambibat, niſi quod latus vnum Angriuarij lato aggere extulerant, quo a Cheruſcis dirimerentur. hic pedes adſtitit; * equitem propinquis lucis texere, vt ingreſſis

*Et qui modo ſedibus abire, & trans Albim

*equitem propinqui lucis texere,

Optimi ducis munus noſſe hoſtis conſilia & in eius caput vertere.

ſiluam legionibus a tergo foret. Nihil ex ijs Cæſari incognitum: conſilia, locos, prompta, occulta nouerat, aſtuſque hoſtium in perniciem ipſis vertebat. Seio Tuberoni legato tradit equitem campumquę. Peditum aciem ita inſtruxit, vt pars æquo in ſiluam aditu incederet, [4] pars * obiectum aggerem eniteretur. quod arduum ſibi, cætera legatis permiſit. quibus plana euenerant, facile inrupere: quis impugnandus agger, [5] vt ſi * murum ſuccederent, grauibus ſuperne ictibus conflictabantur. Senſit dux imparem cominus pugnam, remotiſque paulum legionibus, funditores libratoreſque excutere tela, & proturbare hoſtem iubet. Miſſæ e tormentis haſtæ. quantoque conſpicui magis propugnatores, tanto pluribus vulneribus deiecti.

* obiectum in aggerem

* in murum

Tacito reddita coniunctio.

1 QVI MODO ABIRE SEDIBVS TRANS ALBIM.] Oſcitantiâ exſcriptoris, omiſſa eſt coniunctio, quæ inerat verbo (*It.*) Nam puto ita ſcriptum, *Ira adfecit. Et qui modo ſedibus abire & trans Albim concedere parabant*; niſi verba ſunt tranſpoſità, & legendum, *qui modo ſedibus abirEt*, id eſt, *abire, & trans Albim concedere parabant.*

2 ANGRIVARII.] Tacit. de moribus Germ. *Angriuarios & Chamanos a tergo, Dulgibini & Caſuarij cludunt, aliæque gentes haud perinde memoratæ.* Hi autem Bructeros ſedibus expulerunt. Nam ita Tacitus eodem libr. *Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant. Nunc Chamanos & Angriuarios immigraſſe narratur, pulſis Bructeru ac penitus exciſis vicinarum conſenſu nationum, ſeu ſuperbiæ odio, ſeu prædæ dulcedine, ſeu fauore quodam erga nos deorum. Nam ne ſpectaculo quidem prælij inuidere ſuper quinquaginta decem millia, non armis teliſque Romanis: ſed quod magnificentius eſt, oblectationi oculiſque ceciderunt.* Sic quondam in oculis Scipionis Africani mutuis vulneribus duo in Africa duces ſeipſos confoderunt. Quod Scipio in laudem vertens, ſoli Ioui id contigiſſe dixit. Fuere autem Angriuarij dubiæ fidei in populum Romanum. Nam ita noſter lib. 2. Hiſtor. *Caſtra metanti Cæſari Angriuariorum defectio a tergo nuntiatur.* Nec Cheruſcis amici. Nam ita hoc libro. *Latus vnum Angriuarij lato aggere extulerant, quo a Cheruſcis dirimerentur.*

3 PROPINQVIS LVCIS.] Puto ſcriptum, *Propinqui luci*: nam prius dixit, *hic pedes adſtitit.*

4 PARS OBIECTVM AGGEREM.] Lego, *obiectum in aggerem*.

5 VT SI MVRVM.] *Vt ſi in murum ſuccederent.* Vera lectio. Nam in littera (*m*) comprehenditur *in*: multaque, & coniunctiones & verba, quæ in hoc authore deſunt, ita ſunt ſupplenda. Notabo vbi occurrerint, & ſanabo locum: ſed exemplum dabo in Aurelio Victore, vbi de M. Aurelio & fratre Vero, *Qui ſeiuncti in alijs Patres ac vulgus ſoli omnia decreuere, templa, columnas, ſacerdotes.* Lege: *Qui ſeiunctim ab alijs P. a. v. ſoli omnia decreuere.* Et Plin. 4. cap. 8. *Sed olei modum ſupernatantem.* pro *in olei modum.* Nam (*m*) *in* habet.

Neceſſitas in loco, ſpes in virtute, ſalus ex victoria.

Primus Cæſar cum prætorijs cohortibus capto vallo dedit impetum in ſiluas. conlato illic gradu certatum. Hoſtem a tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebant. vtriſque neceſſitas in loco, ſpes in virtute, ſalus ex victoria. Nec minor Germanis animus, ſed genere pugnæ & armorum ſuperabantur, [1] cum ingens multitudo arctis locis prælongas haſtas non protenderet, non colligeret, neque adſultibus & velocitate corporum vteretur, coacta ſtabile ad prælium: [2] * contra miles, cui ſcutum pectori adpreſſum, & inſidens capulo manus, latos Barbarorum artus, nuda ora foderet, viamque ſtrage hoſtium aperiret, imprompto iam Arminio ob continua pericula, ſiue illum recens acceptum vulnus tardauerat. Quin & Inguiomerum tota volitantem acie, fortuna magis quam virtus deſerebat. Et Germanicus quo magis agnoſceretur, [3] detraxerat tegimen capiti, orabatque inſiſterent cædibus; nil opus captiuis, ſolam internecionem gentis finem bello fore. Iamque ſero diei ſubducit ex acie legionem faciendis caſtris: cæteræ ad noctem cruore hoſtium

* Contra Romanus miles.

Fortuna non virtus Inguiomerum deſeruit.

ſatiatæ

ſatiatæ ſunt. Equites ambigue certauere. Laudatis pro concione victoribus Cæſar congeriem armorum ſtruxit, ſuperbo cum titulo, DEBELLATIS INTER RHENVM, ALBIMQVE NATIONIBVS, EXERCITVM TIBERII CÆSARIS EA MVNIMENTA [4] MARTI ET IOVI ET AVGVSTO SACRAVISSE. De ſe nihil addidit, [5] * metu inuidiæ, [6] an ratus conſcientiam facti ſatis eſſe? Mox bellum in Angriuarios Stertinio mandat, ni deditionem properauiſſent. [7] * atque illi ſupplices nihil abnuendo, veniam omnium accepere.

* metune inuidiæ

* ad quæ

Clementiæ Romanæ exemplar.

1 CVM INGENS.] Seneca de tranquill. anim. *Habiliora ſunt corpora puſilla, quæ in arma ſua contrahi poſſunt, quam quæ ſuperfunduntur, & vndique magnitudo ſua vulneribus obiecit.* Noſter dixit ſupra, *vaſta corpora difficilius moueri.* Sed addo, facilius feriri. Nam magis parent.

2 CONTRA MILES CVI SCVTVM PECTORI ADPRESSVM.] Lego, *Contra Romanus miles*, vt intelligatur quis miles. Et erat ſcriptum ita, *Cont R. miles*, vt R. Romanum militem ſignificaret. Ait autem *ſcutum pectori adpreſſum.* Nam ſcutis pectus tutabantur. Sic Homerus 20. Il. de pugna Aiacis & Æneæ.

--ἀσπίδα θοῦρον
Πρόσθεν ἔχε στέρνοιο.

Clypeum violentum ante habebat pectus.

Quem quatiebant haſtis magno emiſſo clamore ad primum hoſtis conſpectum. Dio 36. de bello Mithridatico. *Alij haſtis ſcuta, alij ſaxis ærea vaſa percuſſerunt.* Nam Rom. milites vaſa portabant quibus edulia coquerent. Velleius. Et hoc prælium quia in itinere, ideo vaſa portata quatiebant. Et apud Homerum 2. Il. milites pugnaturi haſtas ſolebant quatere, non modo ad terrorem hoſtis, ſed etiam vt tentarent an ruptæ eſſent, an integræ: & vt ſe ipſos excitarent. Amm. Marcell. lib. 14. *Quibus occurrere bene pertinax miles explicatis ordinibus parans, haſtiſque feriens ſcuta.* qui habitus iram concitat & dolorem. Et idem Amm. Marcell. *Militares omnes horrendo fragore ſcuta genibus illidentes.* quod eſt proſperitatis indicium plenum. Nam contra cum hoſtis clypei feriuntur, iræ documentum eſt & doloris.

Cur ducibus caput detectum.

3 DETRAXERAT TEGIMEN CAPITI.] Caſſidem ſcilicet, oſtentandæ virtutis gratia. Nam noſter lib. 3. *Sacrouir intecto capite, oſtentandæ, vt ferebat, virtutis.* Sed nunquid vt alacritatem oſtenderet? Nam detectum alacritatis, obtectum caput indicium luctus. 2. Reg. cap. 15. *Dauid aſcendebat cliuum Oliuarum ſquallidus & flens, nudis pedibus incedens & operto capite.* Num vt oris venuſtatem oſtenderet gratam militibus & boni ominis auſpicem? Nam ex lætitia & ducis venuſtate omina milites capiebant. Num vt præſentia ducis & detectum caput animaret milites ad pugnam, & ſe virtutis eorum fore teſtem profiteretur? Nam miles ſub oculis ducis in pugna inuictus eſt. Sic incedebat Hannibal, ſic Iulius Cæſar, ſic Maſſiniſſa Numidarum rex, ſic Hadrianus, ſic Seuerus. Quod capiti dat firmitudinem. Ideo Poetæ omnes Latini ductoribus ſuis tribuunt iſtam capitis nuditatem. Virgil. 12. Æneid.

At pius Æneas dextram tendebat inermem
Nudato capite, atque ſuos clamore vocabat,
Quo ruitis?

Et lib. 11.

--Nudo cui vertice fulua
Cæſaries, nudique humeri, nec vulnera terrent,
Tantus in arma patet.

Silius de Hannibale lib. 1.

Celſus & in magno præcedens agmine ductor
Imperium perferre ſuum, tum vertice nudo
Excipere inſanos imbres, cœlique ruinas.

Papin. 9. Theb.

-- Aſt vbi pugna
Caſſis anhela calet, reſoluto vertice nudus
Exoritur: tunc dulce comæ, radijſque micantes
Dulce nitent viſus, & quas dolet ipſe morari,
Nondum mutatæ roſea lanugine malæ.

Sueton. in Iul. cap. 57. *In agmine nonnunquam equo, ſæpius pedibus anteibat capite detecto, ſeu ſol, ſeu imber eſſet.* Noſter de Corbulone lib. 13. *Ipſe cultu leui, capite intecto.* *Adrianus Imperator*, ait Xiphilinus, *nullo calore, nullo frigore capite operto fuit. Nec enim aut propter niues Celticas, aut calores Aegyptios ſe operuit.* Quin, vt ait Spartian. *veſtem humillimam frequenter accepit, baltheum ſine auro ſumpſit.* Et in Nigro: *Nec ſibi vnquam vel contra Solem, vel contra imbres quæſiuit tecti ſuffragium.* Idem fecit Peſcennius Niger, & Seuerus, & Maſſiniſſa ante eos. Quin exemplo patrum, etiam filij. Quod Virgilius docet in Aſcanio lib. 10. Æneid.

In pluuio & ſudo cælo.

Imperatores aperto capite in caſtris.

Apud Græcos non hic mos.

Ipſe inter medios Veneris iuſtiſſima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum:
Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti.

Apud Homerum de ductorum nudato capite nihil eſt, nec tum ille mos qui manſit apud Romanos in militia & in caſtris. At in vrbe, quod tegimẽ capitis nam ſæpe in authoribus, aut aperto, aut operto capite fuiſſe Romanos legas. Plin. *Capita aperiri aſpectu magiſtratuum, aut venerationis cauſa iuſſere: ſed, vt Varro author eſt, valetudinis, quoniam firmiores ea conſuetudine fierent.* lib. 28. cap. 5. Quædam fuere nationes, quæ extra militiam tecto incederent capite, vt Perſæ; quædam intecto, vt Germani, & Ægyptij. At Romani, veſte & pal-

Quod tegimen capitis in vrbe.

Cur capita aperta ante magiſtratus. Varro tradit, valetudinis gratia.

Romani veſte caput operiebãt.

lio caput tegebant, vt fœminæ palla. *Penulam*, inquit ille, *in caput induce, ne te noſcat. Penula* autem *veſtis eſt, quam ſupra tunicam accipimus*, vt ait Non. Marcellus ex Varron. in virgula diuina. *Non quærenda eſt homini qui habet virtutem penula in imbri.* Nam intecto capite excipit imbres & capillo nudo. Virgil. 3. Æneid.

Purpureo velare comas adopertus amictu.

Idem tradit Plutarchus in Sylla. De quo Salluſt. in fragm. *Sullam in victoria dictatorem equo deſcendere, ſibi vni aſſurgere, de ſella caput aperire ſolitum*: Pompeio ſcilicet, cui *os probum, & magnus honos, eximiæ frontis*, ait Plinius lib. 7. cap. 12. Et viſuntur etiam in nummis quibuſdam capita toga tecta. Cicero in Piſonem. *Meminiſtine, cœnum, cum ad te quinta fere hora veniſſem, cum C. Piſone, neſcio quo e gurguſtio te prodire, inuoluto capite ſoleatum?* Sueton. in Iul. cap. 58. *Noctu, paruulum nauigium, ſolus, obuoluto capite conſcendit.* Tertullianus ait, *pallium ceruicibus circumſtructum.* Sueton. in Ner. cap. 48. *Adoperto capite, & ante faciem obtenſo ſudario.* Et Seruius 5. Æneid. de Gabino habitu cinctuque, id eſt, togæ parte caput velati, parte ſuccincti. Ouidius 5. Faſtorum.

Non pudet, & vultus velamine celat amictos,
Oraque ſunt multa regia tecta toga.

Seneca in Hercul. furente.

Namque ipſa triſte veſtis obtecta caput.

Cæſar Iulius *toga caput obuoluit cum trucidaretur.* Sueton. cap. 82. Et Seneca epiſt. 14. de Mæcenate. *Hunc eſſe, qui in tribunali, in roſtris, in omni publico cœtu, ſic apparuerit, vt pallio velaret caput, excluſis vtrinque auribus.* Petron. Arbiter. *Operuerat Aſcyltos pallio caput.* Et in luctuoſis rebus operiebant caput, feſtis aperiebant. Sic idem. *Coccino adraſum incluſerat caput.* Plautus in Curcul.

Luctu caput operiebant. Contra in gaudio.

Iſti Græci palliati, capite operto qui ambulant.

Dio ait, *Seianum voluiſſe caput tegere cum in carcerem duceretur, ſed detractum fuiſſe operimentum capitis.* Petron. Arbiter. *Intellexi me in fornicem eſſe deductum. Execratus itaque aniculæ inſidias, operui caput.* Horat. Sat. 4. lib. 2.

Nam male re geſta, cum vellem mittere, operto,
Me, capite in flumen, dexter ſtetit.

Liuius libr. 4. *Capitibus obuolutis, ſe in Tiberim præcipitauerunt.* Idque de plebe ſcribit famem non tolerante. Plautus in Moſtell.

-- Quinetiam illic hoc dicito
Facturum me, vt ne etiam aſpicere ædes audeat,
Capite obuoluto vt fugiat, cum ſummo metu

In exequijs.

Et Perſius Satyr. 3. *In ſepultura in qua procedebant, capite operto feretrum portantes.*

Heſterni capite induto ſubiere Quirites.

Tamen aliquando *cum pileo*, vt in Saturnal. aliquando *cum galero*, ſi peregrinarentur. Cum pileo, vt in Nerone Suetonius. *Poſt crepuſculum, ſtatim. arrepto pileo, vel galero, popinas inibat.* Etiam caput abſcondebant *lacerna*, id eſt pallio fimbriato, quo olim ſoli vtebantur milites. Itaque Iuuenalis.

-- odoratum caput obſcurante lacerna.

Etiam *cucullo*, Martial. lib. 2. epigram. 99.

Non te cucullis aſſeret caput tectum.

Et *pileolo*, ſi ad cœnam vocarentur. Horat.

Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis.

Serui autem ſemper capite aperto. Iuuenalis Satyra 12.

Serui aperto capite.

-- Gaudent ibi vertice raſo
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

Nec tecti, niſi in patronorum funere, quo pileati incedebant, ſi data eis eſſet teſtamento libertas. Tunc enim, non vt ſerui, ſed vt liberti procedebant. Plaut. in Amphitr.

Niſi in funere patroni ſi data libertas.

Vt ego hodie raſo capite caluus accipiam pileum.

Poſterioribus temporibus, vt D. Hieronymi ſub Theodoſio magno, per mollitiem Romani *linteolis capita velabant.* Ideo epiſtola ad Marcellam, vocat *comatos linteatoſque iuuenes.* Et ad Pammach. *Caput opertum linteo, galeam recuſat.* Et Saluianus 7. de prouiden. *Cum muliebrem viri habitum ſumerent, & fœmineis tegimentum illigamentis capita velarent.* Quod ſane in maribus propudioſum, qui ſexum inuertunt, & fœmineo cultu ſe deturpant. Hæc de veteribus, ſpectent hodierni & pudeant.

Poſteriori tempore linteo opertum caput.

4 MARTI, ET IOVI, ET AVGVSTO.] Verborum ſeries ſcrupulum inijcit, cum ex priſcis Romanorum legibus tanta ſit ordinis religio, vt in mulctis bouem prius quam ouem nominare cautum fuerit, vt ait Plin. lib. 3. Hiſtor. cap. 3. Quid in deorum nominatione? Nam maſculos ante fœminas nominare moris erat. Quod ſi quibuſdam inſcriptionibus, matrem ſibi præponi ægre tulit Tiberius, & ſi in publicis monumentis, iiſque quæ ad Deos pertinent, omnia rite & recte a Romanis peragebantur; ſequitur, non ſine ratione in hac inſcriptione præpoſitum Martem Ioui. Puto igitur hoc factum a Germanico, quod præcipue iſtud trophæum bello partum, Marti bellorum Deo dicaretur. Quod apud Virgilium frequens eſt. Nam Marte parta, Marti debentur. Sed mirum apud Græcos trophæa ſacrari non modo dijs, ſed deabus, vt Iunoni quam Τροπαίαν appellabant: ſed apud eos Deæ militiam curabant, quod Homerus docet & Virgilius.

A paganis omnia rite, & recte quæ ad Deos.

Martia trophæa rite Marti debentur.

5 METV INVIDIÆ.] Quid ſi ita ſcriptum, metune inuidiæ, &cæt. Nam ita alias. *Altitudinene animi*, &c. Et paulo infra, *Vine militum ſeruum ſtatim coerceret?* &c. Sic authoris ſcriptio ſe habet.

6 AN RATVS.] Lege per interrogandi modum, *Metune inuidiæ, an ratus facti conſcientiam ſatis eſſe?* Ita exurgit noſter.

7 ATQVE ILLI SVPPLICES.] Sic lego, *Ad quæ illi ſupplices:* Qui error ſæpius in Tacito a me notatur & notabitur.

Tempeſtatis pictura.

1 Sed æſtate iam adulta, legionum aliæ itinere terreſtri in hibernacula remiſſæ: plures Cæſar claſſi impoſitas 2 per flumen Amiſiam * Oceano inuexit. 3 Ac primo placidum æquor mille nauium remis ſtrepere, aut velis impelli: 4 mox atro nubium globo effuſa grando: ſimul

* in Oceanum inuexit

ſimul variis vndique procellis, incerti fluctus proſpectum adimere, regimen impedire: mileſque pauidus, & caſuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempeſtiue iuuat, officia prudentium corrumpebat. Omne dehinc cœlum, & mare omne[5] in Auſtrum ceſſit, qui tumidis Germaniæ terris, profundis amnibus, immenſo nubium tractu validus, & rigore vicini Septentrionis horridior rapuit, diſiecitque naues in aperta Oceani, aut inſulas ſaxis abruptas, vel per occulta vada infeſtas. quibus paulum ægreque vitatis, poſtquam[6] * mutabat æſtus, eodemque quo ventus ferebat, non adhærere anchoris, non exhaurire irrumpentis vndas poterant: equi, iumenta, ſarcinæ, etiam arma præcipitantur, quo leuarentur[7] aluei * manantes per latera, & fluctu ſuperurgente. [8] Quanto violentior cætero mari Oceanus, & truculentia cœli præſtat Germania, tantum illa clades[9] nouitate & magnitudine exceſſit. [10] Hoſtilibus circum litoribus, aut ita vaſto & profundo, vt credatur nouiſſimum ac ſine terris mare; pars nauium hauſtæ ſunt; plures apud inſulas longius ſitas eiectæ, mileſque, nullo illic hominum cultu, fame abſumptus, niſi quos[11] corpora equorum eodem eliſa tolerauerant. Sola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit. [12] * Quem per omnes illos dies noctéſque apud ſcopulos & prominentis oras, cum ſe tanti exitij reum clamitaret, vix cohibuere amici, quo minus eodem mari oppeteret. Tandem relabente æſtu, & ſecundante vento, claudæ naues raro remigio, aut[13] intentis veſtibus, & quædam a validioribus tractæ reuertere, quas raptim refectas miſit, vt ſcrutarentur inſulas. Collecti ea cura plerique. multos Angriuarij nuper in fidem accepti[14] redemptos * ab interioribus reddidere. quidam in Britanniam rapti, & remiſſi a regulis. Vt quis ex longinquo reuenerat, miracula narrabant, vim turbinum, & inauditas volucres, monſtra maris, ambiguas hominum & belluarum formas,[15] * viſa, ſeu ex metu credita.

Horrida in Septentrione tempeſtas.

* mutabat

* inuantes

* Quærétem eum

* ab lintrionibus

Mirabilia maris Septentrionalis.

* ſeu viſas, ſeu ex metu creditas

1 SED ÆSTATE IAM ADVLTA.] Id eſt media. Salluſt. *Primo menſe veris nouum ver; ſecundo, ver adultum; tertio, præceps; deinde æſtas.* At duo tempora tantum in bello conſiderantur, æſtas, & hiems, ſub quibus, & ver, & autumnus comprehéduntur: hiems ad quieſcendum in hibernaculis, æſtas ad pugnandum. Sic ille Percennius duram hiemem, exercitas æſtates tantum memorat. Cæſar de bello Gallico in fine lib. 1. *Vna æſtate duobus maximis bellis confectis.* Et æſtas, vt ver, habet initium, medium & finem: præcipue apud Græcos. Velleius de initio: *Initio æſtatis Lepidus educto hibernis exercitu, per gentes integras tendens.* Et idem, de fine: *Proh Dij boni, quanti voluminis opera ſub duce Tiberio Cæſare geſſimus! Anni eius æſtiua vſque in menſem Decembrem producta, immanis emolumentum fecere victoriæ.* Et hic fuit æſtatis finis. De media & adulta æſtate etiam ille. *Veris initio Cæſarem reduxit in Germaniam, in cuius medijs finibus, ad caput Iuliæ fluminis* (forte *Lupiæ fluminis*) *hiberna digrediens, princeps locauerat.* Nam ver, & æſtas, pro æſtiuis. Noſter. *Bellum quod in æſtatem ſumma ope parabat.*

Tria veris tempora.

Duo belli, æſtas & hiems.

Sub quibus & ver & autumnus.

2 PER FLVMEN AMISIAM OCEANO INVEXIT.] Lego, *in Oceanum inuexit.* ita ſcriptum, *per flumen Amiſiam Oceani inuexit.* Nam in fine verbi *Amiſiam, m* pro *in*; in principio verbi *inuexit, i* & *n* pro *m*.

3 AC PRIMO PLACIDVM ÆQVOR.] Cato: *Poſtquam Maſſiliam præterimus, inde omnem claſſem ventus Auſter lenis fert: mare velis florere videres.* Quæ deſcriptio eſt æquoris placidiſſimi & malaciæ.

4 MOX ATRO NVBIVM GLOBO.] Siſenna in fragm. *Subito mare perhorreſcere, cæcoſque fluctus in ſe peruoluere leuiter occœpit.* Salluſt. 3. hiſt. *Suſtineri non poterat immenſum aucto, & vento gliſcenti.* Quod nautæ ſciunt. Lucillius.

Terra abit in nimbos imbreſque.

Hanc depluentium aquarum voraginem fœlicius Virgilio deſcripſit nemo, dum ita ſcribit 1. Georg.

Sæpe etiam immenſum cœlo venit agmen aquarum,
Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes. ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti ſata læta boumque labores
Diluit: implentur foſſæ & caua flumina creſcunt
Cum ſonitu, ferueтque fretis ſpirantibus æquor.

Lucillius :

Continuo ſimul ac paulo vehementius ora
Inſtarit fluctus excrerit extuleritque,
Omnia tum endo mari videas feruente micare.

Quod fit Auſtro flante : quem cum Aquilone norat tantum Cotys ille rex, nec alios norat ventos. Idem Lucill.

Rex Cotys ille duos ventos Auſtrum atque Aquilonem
Nouiſſe aiebat ſolos.

5 In Avstrvm cessit.] Plinius lib. 2. cap. 47. *Vento Auſtro maiores fluctus edi, id eſt Decumanos* ſcribit. Et Gellius lib. 2. cap.22. *Meridies, ait, quoniam certo ac fixo limite eſt, vnum meridionalem ventum habet; is Latine Auſter, Græce νότος nominatur, quoniam eſt nebuloſus, atque humectus. νοτὶς enim Græce, Latine humor nominatur.* Rutilius Claudius in Itinerario lib. 1.

Interea madidis non defuit Africus alis
Continuos picea nube negare dies.

Et hoc eſt quod ait noſter, *proſpectum adimere, regimen impedire.* Et Papin. lib. 1. Theb.

—— Sed pluribus Auſter
Inglomerat noctē, & tenebroſa volumina torquet,
Diffunditque imbres, ſicco quos aſper hiatu
Perſolidat Boreas.

Inde *imbricus* dictus à Plauto in Milite.

Hic Fauonius ſerenus eſt, iſtic Auſter imbricus.

Ouidius :

—— Contraria tellus.
Nubibus aſsiduis, pluuioque madeſcit ab Auſtro.

Ab Auſtro tempeſtas non minor, quam a Septemtrione malum. & Suet. 60. in Iulio vocat *ſpurciſsimam tempeſtatem*, vbi quidam *ſpiſsiſsimam* non *ſpurciſsimam*, ſed male: quia ſpurcum, id eſt *vehemens & aſperum* Non. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem, id eſt Octauium li. 2. *Cum iter facerem Claternam tempeſtate ſpurciſsima.* Nam *Claterna* oppidum eſt Piceni agri. Vide Melam lib. 2. & Plinium lib. 3. cap. 15. *Oppida Caeſenia, Claterna, Forum Claudij.*

6 Mvtabat æstvs.] Vide num legendum ſit (quod mihi dictat animus) *poſtquam nutabat æſtus*, (id eſt inclinabat) *eodem quoque ventus ferebat*. Nam *nutare* eſt *inclinare*. Plautus. *Capite nutat.* Noſter lib. 4. *Nullo motu terræ nutauiſſe ſedes ſuas.* Sic dixit libro 5. *Dilabente æſtu*, pro, *nutante*. Aiunt autem differentiam eſſe inter flatus Auſtri & Aquilonis, quod *Aquilone ceſſante, ſtatim ceſſent maris tumores. Auſtro non item. Nam mare vndabundum manet.* Gellius lib. 3. cap. vlt. etiam illud obſeruauit. *Auſtro flante, cæruleum, Aquilone, atrum & nigrum fieri mare.* Idem author. Sed hæc nautica potius, quam hiſtorica.

7 Alvei manantes per latera, et flvctv svpervrgente.] Quid ſi legendum ſit, *innantes per latera?* Quod puto. Nam illo verbo vtitur Tacitus, vt ſupra lib. 1. *Quo leuior claſsis vadoſo mari innaret.* Cicero 2. de Nat: Deor. *innantes belluas* dixit. Virg. Georg. 3. *Tacit. correct.*

—— fluuios innare rapaces.

Ennius.

Alter nare cupit: alter pugnare paratu'ſt.

id eſt *paratus eſt*. Et *alueos* pro nauibus accipio, vt Iuuenal. Sat. 12.

Cum pleno fluctu medius foret alueus.

Velleius lib. 2. *Cauatum, vt illis mos eſt, ex materia conſcendit alueum.* Et voluit Tacitus ſoluta oratione expreſſum, quod Virgilius, in re fere ſimili, lib. 1. Æneid.

Accipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcunt.

Et idem Iuuenal. Sat. eadem.

Æternum puppis latus euertentibus vndis.

Virgil. 5. Æn.

—— ruit æthere ab alto
Turbidus imber aquæ, denſiſq; nigerrimus Auſtris,
Implenturque ſuper puppes.

Et illud eſt quod noſter ſcribit, *innantes aluei per latera*. Quippe *innare* eſt intus recepta aqua natare. Recipiebant autem aquam fractæ Germanici naues. Horat. lib. 3. Ode. 17. *Quid ſit Innare.*

—— innantem Maricæ
Littoribus tenuiſſe Lirim.

Sic maior cum Oceano, quam cum Germanis pugna fuit Germanico.

8 Qvanto violentior cætero mari Oceanvs.] Nemo hanc Oceani rabiem, melius expreſſit Pedone Albinouano, qui huic interfuit tempeſtati, quam fœlici ingenio deſcripſit; ſed non ſine mendo in libris. Locus eſt apud Senecam Suaſor. 1. *Nemo, inquit, potuit tanto ſpiritu dicere, quanto Pedo, qui nauigante Germanico, dixit in illo verſu,*

Atque alium libris intactum quærimus orbem.

Vbi hæreo an ſit legendum, *labris intactum*, pro *libris*, id eſt, de quo nemo vnquam loquutus eſt. Tamen Apul. lib. 1. Met. *Hymetta Attica, & Iſthmos Ephyrea, & Tænaros Spartiaca glebæ fœlices æternum libris fœlicioribus conditæ.* Et fortaſſe ſpectauit ad id quod Plato, qui ſcripſit *vltra Atlanticum Oceanum terras eſſe.* Quod noſtra ætate verum apparuit.

9 Novitate ac magnitvdine.] Nouitate, quia in Oceano, & Oceano Septemtrionali clades, quod nunquam antea: Magnitudine, quia magna hominum equorumque iactura, & nauium. Nam Neptunus nemini parcit, cuncta haurit, nunquam, aut vix redditurus. Et quomodo exteris parceret qui ſuis non parcit? Vere Neptunus & in nube tonans & crudelis etiam in ſuos.

10 Hostilibvs.] Principium clauſulæ, quam ita lego. *Hoſtilibus circum littoribus, aut ita vaſto & profundo, vt credatur nouiſsimum, ac ſine terris mare, pars nauium hauſtæ ſint: plures apud inſulas longius ſitas euectæ.* Nam Tacitus a longe interdum ſuas periodos auſpicatur. Vt illa proxima quæ ſequitur, quæque incipit, *Quærentem pereuntes illos, dies noctesque*, &c. Et ni ita legas vix intelligas. *Directa clauſula in Tacito, quam male punctuatam inflexerant.*

11 Corpora eqvorvm eodem elisa.] *Eliſa* recte. Nam equos in mare præcipitatos dixit prius, quo naues leuarentur, atque ita inliſa vadis, & rupibus, equorum corpora. Et firmant adhuc quæ ſequuntur infra. *Poſt conſtrato equorum, virorumque corporibus litora.* Quod firmat lectionem. *Lectio firmata excuſa.*

12 Qvem per omnes.] Loco deprauato, in manu medicina eſt & correctio, & inde promus & condus ſenſus. Nam ita lego, & clauſulam incipio, non *(quem)* ſed *quærentem pereuntes illos, dies noctesque,* & in illo ænigmate ſoluendo, *Tacitus correctus non intellectus.*

ſoluendo, Œdipus mihi fuit Taciti genius. nam ſi ita legas,

Puræ ſunt plateæ, nihil vt meditantibus obſit.

Sic Salluſt. 3. hiſt. *Quin atque Metrophanem magna induſtria Senatus perquirebat, cum per tot ſcaphas, quas ad oſtia cum paucis fidis, percunctatum miſerant.* Loquitur de cohorte grandi phaſelo vecta, quæ a reliquis deerrauerat, & paſſa erat periculum, vt heic naufragium Germanici naues.

13 INTENTIS VESTIBVS.] Fractis tempeſtate velis itur ad veſtes quæ pro remedio ſunt. Iuuenal. Sat. 12. de hoc more. *Sagula pro velis.*

—— modica nec multum fortior aura
Ventus adeſt, inopi miſerabilis arte cucurrit
Veſtibus extentis, & quod ſuperauerat vnum,
Velo prora ſuo, iam deficientibus auſtris,
Spes vitæ cum Sole redit.

Syneſius epiſt. 4. *Aliud quidem velum illegitimum in eius locum ſubſtituere non poteramus, nam oppigneratum erat; Colligebamus autem illud, ſicut tunicarum ſinus.* Noſter in fine 5. hiſtor. *Adiecta ingens lintrium vis, tricenis quadragenisque armamenta Liburnicis ſolita, & ſimul captæ lintres ſagulis verſicoloribus haud indecore pro velis vtebantur.* Ergo veſtis velo rupto ſuccenturiabatur. Sic eſt. Et vela ex corio interdum, vt apud Venetos Aremoricorum. Dio 39. *Incitabantur vento multo quod velis ex corio confectis vterentur.* Quod nouum.

14 REDEMPTOS AB INTERIORIBVS.] Emendo audacter, *lintrionibus*. qui lintres agunt per flumina, & maris oras. Has lintres *ranunculos* vocabat Salluſtius 2. hiſt. *Quippe ranunculorum more, innatant aquis.* Cæſar de bello Gallic. *Conquirit etiam lintres*, vt aduerſo flumine ſcilicet miles proficiſceretur. De lintribus, ita Tibullus lib. 1. Eleg. 5. *Excuſa lectio nulla.* *Tacitus correctus.*

—— in liquida nat tibi linter aqua.

Sic Gellius lib. 10. cap. 25. inter nauigia lintres reponit, his verbis: *Myoparones, lintres*, inquit. Et Auſonius epiſt. 22.

Acatis, phaſelis, lintribus, ſtlatis, rate,
Tarnim & Garumnam permeans.

Et Pedo ad Liuiam.

Supprime iam lachrymas; non eſt reuocabilis iſtis,
Quem ſemel vmbrifera nauita lintre tulit.

Vmbriferam vocat lintrem Charontis quod vmbras ferat trans flumen. Horat. epiſt. 2. li. 1.

Partitur lintres exercitus.

Et noſter Annal. 12. *Lintribusque hoſtium depreſſis.* Sic *linriculi* paruæ lintres. Et a lintribus *lintrarij*, vt a linteis *lintearij*, vnde Lintearioṙum corpus L. 16. de Murilegulis, in Cod. Theod. De lintrariis eſt L. 1. §. de exercitoribus. D. naut. caup. quæ ita ſcribit: *De exercitoribus nauium nihil proponitur vt de lintrarijs.* Sic Cicero li. 10. ad Attic. epiſt. 11. *Ego vero linriculo, ſi nauis non erit, eripiam me ex iſtorum parricidio.* Sed quæſo, qui illi *interiores* quos ſcribunt? An populus? an de populo gens quædam? Somnia. Lintres etiam, quod obiter noto, vaſa erãt, & dolia ad ſeruandas vuas. Tibullus lib. 1. Eleg. 5. Et ita dictæ, quod ſpecie lintrium factæ, eaque ſpecie viſuntur etiam nunc inter cupas & vindemialia vaſa torcularibus noſtris. *Lintriones a lintre.* *Et lintrarij.* *Quid heic, interiores?* *Legendum, lintriones.* *Id eſt parua nauigia a lintribus piſcatorum.* *Lintres vaſa ad vuas ſeruandas.*

Hæc mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas,
Preſſaque veloci candida muſta pede.

Sed heic non conueniunt illæ lintres. Qui meliora dederit, erit mihi Cappadocum rex.

15 VISA, SIVE EX METV CREDITA.] Lego, *Belluarum formas ſeu viſas, ſeu ex fama creditas.* Nam *S* verbi *formas* & *V*, facit in notis *SV* pro *ſeu*. Cæterum de his belluis Oceani, ſcribit Plinius lib. 9. cap. 5. *Tiberio principe, miræ varietatis & magnitudinis belluas Oceanum deſtituiſſe in Santonum littoribus.* Quod olim pro miraculo, hodie vulgare & tritum. Et in Hollandico ſeu Britannico Oceano quæ viſa de his belluis, vix credibilia. Ideo Horatius 1. Carm. Od. 3. de Adria:

Qui ſiccis oculis monſtra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infames ſcopulos Acroceraunia.

Et idem *belluoſum* Oceanum vocat eadem ratione, 4. Carm. vt heic Tacitus.

Te belluoſus qui remotis
Obſtrepit Oceanus Britannis.

Nam de Britãnico mare heic noſter. Paulinus ad Macarium: *Viginti tres dies homo non modo a terris, ſed ab hominibus excluſus, omnium ventorum ludibrium, omnis terræ exul, diuerſi maris hoſpes, & exors generis humani, inter fluctus & belluas maris in vago erraticæ nauis hoſpitio, ieiunijs, ſenio, timore confectus, quæſo te nunquid natura ſua perdurauit?* Loquitur de Christiano pæne naufrago.

Sed fama claſſis amiſſæ, vt Germanos ad ſpem belli, ita Cæſarem ad coercendum erexit. C. Silio cum triginta peditum, tribus equitum millibus ire in Chattos imperat: ipſe maioribus copiis Marſos inrumpit: quorum dux Malouendus nuper in deditionem acceptus propinquo [1] loco defoſſam Varianæ legionis aquilam modico præſidio ſeruari indicat. Miſſa extemplo manus, quæ hoſtem a fronte eliceret, alij qui terga circumgreſſi recluderent humum. & vtriſque adfuit fortuna. eo promptior Cæſar pergit introrſus, populatur, exſcindit non auſum congredi hoſtem, aut ſicubi reſtiterat, ſtatim pulſum, nec vnquam magis (vt ex captiuis cognitum eſt) pauentem. Quippe inuictos & nullis caſibus ſuperabiles Romanos prædicabant, perdita claſſe, amiſſis armis, poſt conſtrata equorum virorumque corporibus littora, *Romani inſuperabiles.*

* eadem virtute, pari ferocia, & veluti aucti numero inrupiſſent. Reductus inde [2] in hiberna miles, lætus animi, quod aduerſa maris expeditione proſpera penſauiſſet. addidit munificentiam Cæſar, quantum quis damni profeſſus erat, exoluendo. Nec dubium habebatur, labare hoſtes, petendæque pacis conſilia ſumere, & ſi proxima æſtas adiiceretur, poſſe bellum patrari. [3] Sed crebris epiſtolis Tiberius monebat, *rediret ad decretum triumphum: ſatis iam euentuum, ſatis caſuum: proſpera illi & magna prælia: eorum quoque meminiſſet, quæ venti & fluctus, nulla ducis culpa, grauia tamen & ſæua damna intuliſſent: ſe nouies a diuo Auguſto in Germaniam miſſum, plura conſilio, quam vi perfeciſſe: ſic [4] Sugambros in deditionem acceptos, [5] ſic Sueuos, [6] regemque Maroboduum pace obſtrictum: poſſe & Cheruſcos cæteraſque rebellium gentes, quando Romanæ vltioni conſultum eſt, [7] internis diſcordiis relinqui.* Precante Germanico annum efficiendis cœptis, acrius modeſtiam eius adgreditur, alterum conſulatum offerendo, cuius munia præſens obiret. Simul adnectebat, ſi foret adhuc bellandum, relinqueret [8] materiem Druſi fratris gloriæ, qui nullo tum alio hoſte, non niſi apud Germanias adſequi nomen imperatorium, & [9] * deportare lauream poſſet. Haud cunctatus eſt vltra Germanicus, quam fingi ea, ſeque per [10] inuidiam parto iam decori abſtrahi intelligeret.

Hoſtes pauidi Romanorum conſtantia.

Internæ diſcordiæ hoſtibus optatæ.

* quieadem

* reportare

1 Loco defossam.] Quia addit, *modico præſidio munitum*, non lego *lucum*, ſed *locum*. nam præſidia ſunt locorum non lucorum.

2 In hiberna.] Pro *byona*, quod eſt Sarmaticum verbum, recte *hiberna* correctum. Dixi in verbis, *Caſtris æſtiuis*. lib. 1. Et de hibernaculis Claudian. 4. Conſul. Honor.

—— non hibernacula ſegnes
Eneruant torpore manus: ponenda ſalubri
Caſtra loco.

Ab oppidis longe.

Lego apud Liu. lib. 26. *Militum delinquentium pœnam fuiſſe, ne in oppidis hibernarent, neue hiberna propius ædificarent, quam decem millibus paſſuum ab vrbium pomerio.* Quod periculoſum & moleſtum militibus, ſalubre vrbibus. Nam militum periculoſa vicinitas, vt fluuiorum & diuitum. Non omitto illa hibernacula more caſtrorum ædificata, ex Tacito 5. Hiſtor. *Profectus Noueſium, Bonamque ad viſenda caſtra quæ hiematuris legionibus erigebantur.* loquitur de Ceriale. Et aliquando bellum ab æſtate ad alteram æſtatem continuum & ſine hibernaculis. Tacit. lib. 3. *Nec vt mos fuerat, acta æſtate retrahit copias aut in hibernaculis veteris prouinciæ componit. Sed vt in limine belli diſpoſitis caſtellis proturbat.* Lucillius:

Militibus qui deliquerant.

Annos hic errat iam plures miles, hiberna
Nobiſcum peret.

3 Sed crebris epistolis.] Iuuen.

—— cum grandis epiſtola venit
A Capreis.

Inuidioſæ epiſtolæ.

Claud. 2. in Ruffin. in re ſimili.

Inuida, proh quantum rapuit fortuna triumphum!
Inter equos, interque tubas, mandata feruntur
Regis, & armati veniunt ductoris ad aures.
Obſtupuit.

Illæ ſane epiſtolæ magnarum rerum remoræ interdum, & quæ duces quantumuis acres & feruidos pro Republica reddunt Gallica niue frigidiores, vt ait Petronius.

4 Sugambros in deditionem acceptos.] Alij *Sigambros* vocant, alij *Sicambros*. Quidam, vt noſter, *Sugambros*. Claud. 3. de laud. Stilicon.

Sicambri.

—— illinc flauente Sicambri
Cæſarie, nigris hinc Mauri crinibus irent. Et lib. 1.
Vt Salius iam rura colat, flexoſque Sicambri
In falcem curuent gladios, geminaſque viator
Cum videat ripas, quæ ſit Romana, requirat.

Flaui.

Salius autem eſt Francus a Sala fluuio, vnde *Salica lex*: Quippe huius fluuij ripas tum incoluit, qui prius Rhenum. Et Francorum natio, vt peruetus, ita perilluſtris.

Salij ſunt Franci. Vnde dicti. Sala fluuius.

Accedent vires quas Francia quaſque Camanes
Germanique tremant.

E Germania ortam, teſtatur D. Hieron. in vita Hilarion. Erem. Nam vbi de Franco homine, ita eum pingit: *Candidatus*, inquit, *Conſtantij Imperatoris, rutilus coma, & candore corporis indicans prouinciam: Inter Saxones quippe & Alemanos gens eius, non tam lata, quam valida: apud hiſtoricos Germania, nunc vero Francia vocatur.* Et apud veteres Gallos Leucus imperator Gallorũ fuit. Etiam Gallia a lacte quod Galla lac ſit, vel γάλα. Agathias Hiſt. 1. Quod in gratiam ſcribo patriæ, quæ me genuit, & aluit, & cuius poſt Deum amator & laudator non parcus & ſectator ingens. Multi autem ore Franci ſunt qui corde non ſunt nec moribus, & fide minus.

De Francis, teſtimonium D. Hieronymi.

5 Sic Svevos.] Claud. lib. 1.

—— non claſſica Francis
Intulimus, iacuere tamen; non Marte Sueuos
Contudimus, queis iura damus.

Tacit. ita

Tacit. correct.

Tacit. ita de Sueuis, quem emendo. *Nunc de Sueuis dicendum eſt, quorum non vna, vt Cattorum Tencterorumque gens; maiorem enim Germaniæ partem obtinent, proprijs adhuc nationibus nominibuſque diſcreti; quanquam in commune Sueui vocentur. Inſigne gentis, obliquare crinem, nodoque ſubſtringere: ſic Sueui à cæteris Germanis, ſic Sueuorum ingenui à ſeruis ſeparantur. Sic in alijs gentibus*, (lego, *ſi ſic in alijs gentibus*, id eſt, ſi hoc vſurpetur ab alijs gentibus,) *ſeu cognatione aliqua Sueuorum, ſeu, quod ſæpe accidit, imitatione, rarum, & intra iuuentæ ſpatium: apud Sueuos, vſque ad canitiem horrentem*, id eſt, prouectiorem canitiem. Nam quo magis ſeneſcimus, eo capillus ſiccior, magis horret. Heic figo punctum, & incipio clauſulam. *Capillitium retro ſequitur*, (ita lego, non *capillum*,) *ac ſæpe in ipſo ſolo vertice colligunt.* Id eſt, in iuuenta totam capillorum ſtruem religant, *in ſenecta proijciunt retro, & ſinunt fluere: niſi quod ſæpe, qui ſunt in vertice crines, religantur.* Sic ergo corrigo hunc locum, & interpretor, illamque crinium in vertice ligaturam accipio pro *crobilis*. Nam *crobilos* Barbarorum dixit Tertull. de virg. veland.

Explicatur.

6 REGEMQVE MAROBODVVM.] Qui à iuuenilibus annis, Romæ verſatus, magna, vt ait Strabo, ab Auguſto beneficia acceperat, mox apud ſuos, magnam adeptus eſt potentiam. Nam ex humili gradu, ad res magnas euaſit; Rex enim fuit Marcomanorum, & ſedem regiam habuit Bubienum, traduxitque eo plures Germaniæ incolas, vt Tacit. ait. He mor. Germ. dabet autem Maroboduus elogium clarum apud Velle. libr. 2. Quod nunquam prætermiſerim, quia prætermittendum non putauit Velleius. *Nulla*, inquit, *feſtinatio huius viri mentionem tranſgredi debet. Maroboduus genere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, natione magis quam ratione barbarus, non tumultuarium, neque fortuitum, neque mobilem ex voluntate & voluptate parentium conſtantem inter ſuos occupauit principatum: ſed certum imperium, vimque regiam complexus animo, ſtatuit auocata procul à Romanis gente ſua, eò progredi, vbi cum propter potentiora arma refugiſſet, ſua faceret potentiſſima: Occupatis igitur quos prædiximus locis, finitimos omnes, aut bello domuit, aut conditionibus iuris ſui fecit. Corpus ſuum cuſtoditum, imperium perpetuis exercitijs, pæne ad Romanæ diſciplinæ formam redactum, breui in eminens, & noſtro quoque imperio timendum perduxit faſtigium. Gerebatque ſe ita aduerſus Romanos, vt neque bello nos laceſſeret, & ſi laceſſeretur, ſupereſſe ſibi vim ac voluntatem reſiſtendi declararet.* Certe magna laus, quæ ab hoſte maior efficitur, cum ab eo ſcribitur.

Maroboduus Romæ verſatus. Ab Auguſto beneficijs ornatus. Potens apud ſuos. Rex Marcomanorum. Eius ſedes Bubienum. Elogium eius à Velleio.

Imprecatio Romanorum in hoſtes imperij.

7 INTERNIS DISCORDIIS RELINQVI.] Inde illa imprecatio Taciti de morb. Germ. *Maneat quæſo, duretque gentibus, ſi non amor noſtri, at certe odium ſui, quando vrgentibus imperij fatis, nihil iam præſtare fortuna maius poteſt, quam hoſtium diſcordiam.* Nam hoſtis diſcordia victoria eſt. Idem l. 12. *Omne ſcelus externum cum lætitia habendum: ſemina etiam odiorum facienda, vt ſæpe Principes Romani eandem Armeniam ſpecie largitionis turbandis Barbarorum animis præbuerint.* Quin apud Iudæos nondum edoctos inimicos diligere dicebat Dauid, 1. Reg. cap. 25. *Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat.* Et apud Hebræos. Danielis 4. *Domine mi, ſomnium his qui te oderunt, & interpretatio eius hoſtibus tuis ſit.* Et certe adeo hoſtes oderant, vt omnia mala illis imprecarentur. Terent. in Heautontim.

Ah obſecro te, iſtuc inimicis noſtris fiet.

Sed Virgilius magis clare:

Dij meliora pijs, erroremque hoſtibus illum.

Quod inualuit tam apud Græcos, quam Latinos Paganos. Propert. lib. 3. Eleg. 5.

Hoſtibus eueniat lenta puella meis.

Væ victis, dicebant Senones Galli Romanis inter iniqua auri pondera, illiſque væ grande imprecabantur. Pedo ad Liuiam:

Hoſtibus eueniat longa ſenecta meis.

Et Ouidius:

Hoſtibus eueniant conuiuia talia noſtris.

Horat. Od. 27. lib. 3.

Hoſtium vxores puerique cæcos
Sentiant motus orientis Hædi, &
Æquoris nigri fremitum, & trementes
Verbere ripas.

Quid quod in Iudæorum legibus Deus ad eleuandos Iudæorum animos pollicetur omnes maledictiones ſe tranſlaturum ſuper inimicos eorum? Deuteronomij 30. Diod. Siculus li. 3. ait execratum Perſodem ſuos ſucceſſores qui odium & inimicitias componerent inter Saduſios & Medos. Apul. 2. Metamorph. *Hoſtes & inimici noſtri, tam duram, immo vere Vlyſſæam peregrinationem patiantur.* Et 2. Machab. cap. 3. Heliodorus dicebat Antiocho Syriæ regi: *Si quem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies.* Pedo idem.

Vrbs gemit, & vultum miſerabilis induit vnum.
Gentibus aduerſis forma ſit iſta precor.

Martialis.

Sic leue flauorum valeat genus Vſipiorum,
Quiſquis & Auſonium non amat imperium.

Plautus in Mercat.

AR. *Hem aſpecta. video.* DE. *Vtinam male qui mihi volunt ſic pereant.*
AC. *Perijmus.* CH. *Principium inimicis dato.*

Quæ omnia ſunt in authoribus Romanis vernis imbribus frequentiora.

8 MATERIAM DRVSI.] Sic Seneca 1. Contr. 7. *Hoc impero Reip. cauſa, tua cauſa, mea cauſa. Primum vt pluribus iuuenibus pateat ad virtutem aditus, non debere omnium occaſionem fortiter faciendi ab vno occupari. Deinde non videri tantũ ex vno pendere, futurum vt & animi hoſtiũ creſcerent & ſuorum frangerentur ſi caſu vir fortis occidiſſet.*

Reportare pro deportare.

9 DEPORTARE LAVREAM.] Dixit *deportare* pro *reportare*, vt l. 4. Ann. *Serenus Amorgum reportatur*, pro *deportatur*. Et eodem libro, paulo poſt. Ita *reportare* pro *deportare*, apud Lactantium l. 1. diu. Inſt. *Qui*, inquit, *carmina Sibyllæ deſcripta Romam reportarent.* & addit poſtea. *Verſus mille Romam deportarunt.* Sed ex Salluſtio iſte ſcribendi mos. Nam Salluſtius duces laudat, qui victoriam *incruento exercitu deportarunt*, pro *reportarunt*.

Sic Lactantius.

Sic Salluſtius qui fons ita ſcribendi.

T

Virtus creſcens inuidia retrahitur. 10 Invidiam.] Idem de ſua reuocatione Hannibal apud Silium libr. 17. queritur.

Hannibal pro exemplo.

O dirum exitium mortalibus! o nihil vnquam
Creſcere, nec magnas patiens exurgere laudes
Inuidia! euerſam iampridem exſcindere Romam,
Atque æquaſſe ſolo potui, traducere captam
Seruitum gentem, Latioque imponere leges.

Ideo recte Amm. Marcell. *Solet ampliſſima gloria ſemper obiecta eſſe inuidiæ.* libr. 17. Corbulo litteris reuocatus a Germanicis victorijs, ſuſpirans dixit, *Fœlices olim duces ſub vet. Rep.* Nunc exclama & dic cum Romano veteri, *Qualis bellua imperium?* Multi certe de illo multa, ſed nouere pauci, præter imperantes quos rerũ neceſſitas ad multa cogit nolentes. *Et Corbulo.*

Sub idem e tempus familia [1] Scriboniorum [2] Libo Druſus defertur moliri res nouas. Eius negotij initium, ordinem, finem [3] * curatius diſſeram, [4] quia tum primum reperta ſunt, quæ per tot annos Remp. excedere. [5] Firmius Catus Senator ex [6] intima Libonis amicitia, iuuenem improuidum & facilem inanibus, [7] ad Chaldæorum promiſſa, [8] Magorum ſacra, [9] ſomniorum etiam interpretes impulit, dum proauum Pompeium, amitam Scriboniam, quæ quondam Auguſti coniunx fuerat, conſobrinos Cæſares, [10] plenam imaginibus domum oſtentat, hortaturque ad luxum & æs alienum, ſocius libidinum & neceſſitatum, quo pluribus indicijs [11] inligaret. Vt ſatis teſtium, & qui ſerui eadem noſcerent, [12] * reperit, aditum ad principem poſtulat, demonſtrato crimine, & reo per Flaccum Veſcularium equitem Romanum, cui propior cum Tiberio vſus erat. Cæſar indicium haud aſpernatus, congreſſus abnuit. Poſſe enim, eodem Flacco internuntio, ſermones commeare. Atque interim Libonem [13] ornat prætura, conuictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior. adeo iram condiderat, cunctaque eius dicta factaque cum prohibere poſſet, ſcire malebat: donec Iunius quidam [14] tentatus vt infernas vmbras carminibus eliceret, ad [15] Fulcinium Trionem indicium detulit. Celebre inter accuſatores Trionis ingenium erat, auidumque famæ malæ. Statim corripit reum, adit conſules, Senatus cognitionem poſcit, & vocantur patres, addito, conſultandum ſuper re magna & atroci.

** pro accuratius*

In Libonis vita vide noſtrorum Nobilium adoleſcentum mores.

** reperti*

Malæ famæ quædam auida ingenia.

Scriboniorum familia vetus. 1 Scriboniorum.] Nobilis familia, ex qua *Scribonia* Auguſti vxor ante Liuiam & mater Iuliæ. Ex qua etiam *Scribonius Libo*, Puteali ſuo memorabilis: Et ille Libo claſſis Pompeij præfectus, & Sexti ſocer: Et inter fœminas altera Scribonia, ſocrus filiæ Claudij, quæ fatui principis, ad cædes manum præcipitem eſt experta. Etiam illa amita Libonis improuidi iuuenis, qui ſub Tiberio cecidit, delatorum infœlix victima, de quo ſtatim noſter. Vnde etiam duo Scribonij fratres opibus inſignes, qui ſub Neronis ferocia cecidere. Scribit Plinius *C. Scribonio, & Cn. Octauio Coſſ. ſcintillam e cœlo viſam cadere, & augeri appropinquantem terris, & poſtquam lunam magnitudine æquauerit, illuxiſſe, ecu nubilo diei, dein cum ſe in cœlum reciperet, lampadem factam.* Quod fuit Scribonio Conſule, Scriboniorum celebritatis oſtentum. Seneca vocat *nobilem & antiquam familiam* epiſt. 70. Sed vere nobilis, quod multas magnaſque & virtutibus addictas propagines habuerit. Quas apud authores vnuſquiſque notauerit, heic tantum delibamus.

Et nobilis.

Surculi eius egregij.

Vtriuſque ſexus.

2 Libo Drusus.] Hæc hiſtoria paulo aliter a Dione ſcribitur; ſed a Seneca eleganter epiſtol. 70. a qua puſillum tollo mendum, dum lego, *Non quid te delectat alienum negotium agere?* vt excuſa eſt lectio, *Sed quin te delectat.* Nam Scribonia amita arguit Libonem, quod ſibi ipſi necem non paret, quam ab alio expectet. Muliebre quidem conſilium, & impium, ſed Romana & pagana fœmina, & Scriboniorum familia non indignum.

Seneca correct. Et explicatus.

3 Curatius.] Pro *accuratius.* libr. 16. *Curatius anquiritur.* Et eodem. *curatius leguntur.* Et libr. 14. *Libros curatius editos.* Sic Tertull. libr. de cultu fœmin. *ſtructius* pro *inſtructius.* Et libro de Pallio, *vaſu* pro *peruaſu.* Idem ad Vxor. libr. 1. *ſtrumenta* pro *inſtrumenta.* Petron. Arbiter.

Iuriſconſultus paret, non paret habeto,
Atque eſto quicquid Seruius, aut Labeo.

Noſter libr. 3. *Quæſitiores leges Solonis*: pro *exquiſitiores.* Et Cato *petiginem* pro *impetiginem*, de re ruſt. Sed cur iterum tango quæ iam tetigi? Quia iterata dictio iteratam manum poſcit, & quod iſta ſit ſcriptio in authoribus frequens. Quæ incœpimus in verbo *accuratiſſimus*, heic in verbo *curatius* conſummamus.

4 Qvia

4 QVIA TVM PRIMVM REPERTA.] Intelligit de accuſationibus ſub Tiberio crebris. Seneca de benef. 3. *Sub Tiberio Cæſare fuit accuſandi frequens, ac pæne publica rabies, quæ omni ciuili bello grauius ciuitatem togatam confecit. Excipiebatur ebriorum ſermo, ſimplicitas iocantium, nihil erat tutum, omnis ſæuiendi placebat occaſio, nec iam eorum expectabatur euentus, cum eſſet vnus.* Eandem accuſandi licentiam inſequitur Syneſius epiſt. 73. *Quot alia,* inquit, *ſuboriuntur mala? Calumnijs patent ſympoſia, mulierique beneficium datur ciuis; calamitas & accuſator præſto eſt, ſubornatus & impulſus. Qui non accuſauerit aliquem legum tranſgreſſarum, damnatur, niſi & ante damnationem, ea quæ ſunt damnatorum ſuſtinuit. Conſpeximus reum ob hoc, quod eum qui modo magiſtratu optime geſto ſe abdicauit, non peculatus reum fecit.* Sed quæ regio, quam iſta accuſationum lues non peruaſerit?

5 FIRMIVS CATVS SENATOR.] Catorum nomen, & antiquum, & clarum, quod profluxit a *Sexto Ælio Pæto* Iuriſconſulto, qui *Catus* dictus eſt. Cicero 1. de orat. *Cati*, id eſt *ſagaces, & acuti.* Afranius in Brunduſina ſagaces dicit pro catis.

Quis tam ſagaci corde, *atque ingenio vnico?*

Ennius *cordatos* vocat:

Egregie cordatus homo Catus Æliu' Sextus.

Cati ſapientes & acuti. *Cati* autem acuti & ſapientes dicti apud Latinos, & callidi & ſolertes. Et vt ait Plinius, *Catorum nomen a ſapientia tractum.* Veluti *Corculum*: nam 1. Tuſcul. ita Cicero: *Naſica ille prudens bis conſul Corculum eſt appellatus.* Et Feſtus: *Corculum antiqui ſolertem & acutum dicebant. Lebbeos* dicebant Hebræi, & ita Apoſtolus Thadæus *Lebbeus* dictus, id eſt, *Corculum.* Sic tria fuere huic Apoſtolo nomina. D. Hieronym. in Iuda Thadæo. de ſcript. Eccleſ. Dixi Catos Æliorum cognomen fuiſſe. Et firmat Strabo lib. 7. Ælium Catum memorans, *ex Tranſiſtrana regione, quinquaginta Getarum millia in Thraciam habitatura, traduxiſſe.* Cicero pro Cornelio Balbo, ait *Æliorum nomen, ab omni æuo etiam Pætis tributum.* Sed nomen *Catus* Tuberoni male aptatur apud Plinium lib. 33. cap. 11. vbi legitur, *Catus Ælius,* pro *Quintus Ælius Tubero.* *Catus Tubero, pro Quintus.* Quod ante me adnotatum fuit: tamen reperio apud eundem authorem libr. 7. cap. 52. *C. Ælium Tuberonem prætura functum*, licet, *Quintus*, verum prænomen Tuberonis fuerit. Nam Cicero in Bruto: *Q. Ælius Tubero fuit illo tempore Pauli nepos.* Et Gellius libr. 1. cap. 22. *Nec vero ſcientiâ iuris, maioribus ſuis Q. Ælius Tubero defuit.* In Tertulliani etiam Apologetico manſit error, in verbo *catus*, in quo *callidum* legunt, pro *catum.* Nam Plautus ita:

Nimis orator qui clues catus.

Et in Pœnulo.

Heu hercle mortalem catum.

Et ita *cate* dixit pro *ſapienter* in Milite.

Orationem docte & cate dedit.

Quæ duo ſæpe iungit, vt in Moſtellaria:

Equidem pol miror tam catam, tam doctam te
& bene eductam,
Non ſtultam ſtulte facere.

Sed catus qui heic reſtiterit. De verbo autem Senatoris heic admixto, legô quoſdam nomine Senatoris appellatos: & in Eccleſia Romana quæ mihi mater eſt, lego 26. Septembris, feſtum ſancti Senatoris in Albano multiſque alijs in locis. Vide Vſuardum in 26. die Septembris.

7 AD CHALDÆORVM PROMISSA.] Iungit noſter author, *Chaldæos*, & *Magos*, & *Oniromantes*, quia inter eos magna eſt ſocietas. *Chaldæi, magi, & ſomniorum interpretes iuncti.* Iungit etiam Lex etſi. Cod. de malef. & Math. Tertull. de Idololatr. *Scimus*, inquit, *Magiæ & Aſtrologiæ ſocietatem.* Quos autem *Chaldæos* heic vocat, *vernaculos* appellat Sueton. 14. Vitel. puto tamen *veraculos*, non *vernaculos*, legi debere, ex ſententia Iulij Scaligeri, cuius magis quam Turnebi præceptoris mei ſententia placet. *Chaldæi veraculi.* Lege autem hoc modo. *Nullis tamen infenſior, quam veraculis & mathematicis: vt quiſque deferebat, inauditum capite puniebat.* Nam verba vt ſunt excuſa non cohærent. Magos etiam nominat Mathematicos Gellius lib. 1. cap. 9. Et Plin. cap. 1. Medicinam, & Aſtrologiam, & Magiam coniungit. Mox addit. *Miſcuere artes Mathematicas nullo non auido natura de ſe ſciendi, atque ea de cœlo peti veriſſime credente: ita poſſeſſis hominum mentibus, triplici vinculo, in tantum faſtigij adoleuit,* (ſcilicet medicina,) *vt hodieque etiam in magna parte gentium, & in Oriente, regum regibus* (id eſt Parthis) *imperet.* Quod vero dicat noſter, *Chaldæorum promiſſa*, confirmat idem his verbis. *Genus hominum,* inquit, *petentibus,* (id eſt cōſulentibus. Ita legendum eſt, non *potentibus*) *infidū, ſperantibus fallax, quod in ciuitate noſtra, & vetabitur ſemper, & ſemper retinebitur.* Exturbandi autem Chaldæos cauſa fuit, quod in vitas & Imperatorum caſus inquirerent, quamuis multa vanitate. *Gens vaniſſima.* Sic vaniſſimos & mendaciſſimos augures arguit Accius in Gellio lib. 14. cap. 10. *Vetita ſemper & ſemper credita.*

Nil credo auguribus, qui aures verbis diuitant
Alienas, ſuas vt auro locupletent domos.

Seneca in Ludo, ita ſubridens. *Patere,* inquit, *Mathematicos aliquando verum dicere, qui illum, ex quo princeps factus eſt, omnibus annis efferunt.* Et Seneca pater Suaſor. 4. de Mathematicis, quem corrigo. *Pleroſque dixere victuros, & nihil metuentes oppreſſit dies. Alijs dedere finem propinquum, at illi ſuperfuere egentes.* (lego *vigentes.*) mox addit. *Inutiles animæ, fœlices naſcentibus annos ſpoponderunt: at fortuna in omnem properauit* (quid ſi *propinauit?*) *iniuriam. Incertæ enim ſortis viuimus, vnicuique iſta pro ingenio finguntur, non ex ſcientiæ vi.* *Seneca correct.* Apuleius de Diophane Chaldæo: *Apud nos Chaldæus quidam hoſpes miris totam ciuitatem reſponſis turbulentat, & arcana fatorum ſtipibus emerendis edicit in vulgum. Qui dies copulam nuptialem adfirmet, qui fundamenta mœnium perpetuet, qui negotiatori commodus, qui viatori celebris, qui nauigijs opportunus: mihi denique prouentum negotiationis inquirenti multa reſpondit & oppido mira & ſatis vana.* Hæc 2. Metamorphoſ. Sed Iuuenalis Sat. 6. ita de illis:

Chaldæis ſed maior erit fiducia, quicquid

Dixerit Aſtrologus, credent a fonte relatum
Hammonis, quoniam Delphis oracula ceſſant.

Stabant autem in Circo illi Chaldæi, vel in triuijs & circulis, & ibi conſulebantur. Iuuenalis de curioſa fœmina, quæ Chaldæos conſulebat in Circo:

Si mediocris erit, ſpatium luſtrabit vtrumque
Metarum, & ſortes ducet, frontemq. manumq.
Præbebit vati, crebrum poppyſma roganti.

Papin. 3. Theb. de mathematicis.

-- Vnde iſte per orbem
Primus venturi miſeris animantibus æger
Creuit amor? Diuumne feras hoc munus, an ipſi
Gens auida, & partæ non vnquam ſtare quieti?
Eruimus quæ prima dies, vbi terminus æui,
Quid bonus ille Deum genitor, quid ferrea Clotho
Cogitet, hinc terræ & volucrum per nubila pennæ.

Die quadam, ait Apul. eodem, *cum frequentis populi circulo ſeptus coronæ circunſtantium fata donaret Cerdo quidam nomine, negotiator eum diem commodum peregrinationi cupiens. Quem cum electum deſtinaſſet illi, iam depoſita crumena, iam profuſis nummulis, iam dinumeratis centum denarijs quos mercedem diuinationis auferret. Cerdo ille negotiator correptis nummulis ſuis, quos diuinationis mercedi deſtinarat: protinus aufugit.* quia ſcilicet fumi vendacem non veracem reperiſſet. Prohibita gens Iudæis ex lege Dei: prohibita Chriſtianis ex Concil Ancyr. can. 23. Laodic. 36. Tolet. 4. can. 28. & Agath. can. 42. & qui mathematicos cõſuluerit anathema ſit. Quod D. Auguſt. confirmat. *Currunt* (inquit in Pſal. 91.) *ad Pythonem aut ſortilegum aut Mathematicum. Homo bone, nonne ſignas te ſigno crucis Chriſti? Lex omnia iſta prohibet. Gaudes quia res tuas inueniſti. Non es triſtis quia tu periſti. Quanto melius tunica tua periret quam anima tua?* Hor.

Quid ſit futurum cras, fuge quærere.

Habitum autem Chaldæorum deſcribit Diogenes Laert. in proœmio, aitque *eſſe eos in veſte candida, Lectum, eſſe humum; eſcam, olus; & pro cibario, vti pane; arundinem eſſe baculum, cuius in ſummitate fixus ſit caſeus, quem ori applicant.* Sed de Magis Chaldæorum & Philoſophis opinor dictum, non de veraculis iſtis nugacibus. Apuleius inter coryphæos Chaldæorum & Mathematicorum ponit *Hiſmoſem & Ioannem*; corrupte in excuſis, cum legendum ſit, *Moſem & Iamnem*, vel *Ioannem*. Nam ita in Biblijs, ita in Plinio lib. 30. cap. 1. *Eſt & alia magices factio a Moſe, & Iamne, & Iotape Iudæis.* Et nota pro mago gentiles Moſem habuiſſe, licet immerenter, cum virga Moſis virgas incantatorum deuorauerit.

Apul. correct. *Moſes pro mago paganis.*

8 MAGORVM SACRA.] In quibus homines ſacrificabant. Plin. lib. 30. *Non ſatis æſtimari poteſt quantum Romanis debeatur, qui ſuſtulerunt monſtra, in quibus hominem occidere, olim religioſiſſimum erat, mandi vero etiam ſaluberrimum.* Loquitur de Druidibus & alijs Magis. Ideo recte dictum in lib. 7. Cod. de Maleſ. & Mathem. *In quacumque parte terrarum ſint Magi, humani generis inimicos eſſe credendum eſt.* Ideo viui exuruntur, ait Paul. 5. ſent. Tit. 23. Cæterum Magiam *fraudulentiſſimam omnium artium* vocat Plinius: quæ plurimum in toto orbe, plurimiſque ſæculis valuerit, ad noſtra vſque quibus exundat. Iuuenal. Satyra 6. de Mago augure.

Magi homines ſacrificabant.

Pectora pullorum rimabitur, exta catelli,
Interdum & pueri.

Vt crudelitatem notes. Tertull. *Circulatores & incantatores* vocat libro de Idololatria, & *vaniſſimos.* Plinius eodem. Eorumque *ferales officinas & apparatus* deſcribit Apul. libr. 3. Metam. Plinius *a Nerone Magiam relictam propter falſitatem*, ſcribit c. 2. eiuſdem lib. Nam *quis mendacius angelis iſtis mentientibus, a quibus illis ars*, ait Tert. De Magis ita Capitolin. in Iulian. *Quaſdam non conuenientes Romanis ſacris hoſtias immolauerunt, & carmina profana incantauerunt, & ea quæ ad ſpeculum dicuntur fieri, (in quo pueri præligatis oculis, incantato vertice, reſpicere dicuntur,) Iulianus fecit. Tumque puer vidiſſe dicitur & aduentum Seueri, & Iuliani deceſſionem.* Et ita locus intelligendus eſt in Seuero: *cum paruulos adhuc filios haberet, idque dici ab his crederet, vel audiret, qui ſibi augurabantur imperium.*

9 SOMNIORVM INTERPRETES.] Somnia vt ſunt *non modicæ iactationes animæ, ſic ſunt nocturni graſſatores & quietis humanæ turbatores*, inquit Tertullianus de Anima contra Epicurum. Nec in totum vana, ſed quædam vera, quædam falſa. Hom. 1. Iliad.

Somniorum interpretes. *Somnia quædam vera, quædam falſa.*

-- ὄναρ ἐκ Διός ἐστι, *Ab Ioue ſomnium.*

Habent vero ſuos interpretes apud Paganos, quos ille author Chriſtianus *ſomniarios* vocat. Sed apud pios habent etiam ſuos interpretes non nugaces, ſed veros. Sanctus Diadochus Epiſcopus Pholices, in veteri Epiro. *In perfectione*, inquit, *ſpirituali, viſa quæ per ſomnum bonitate Dei obijciuntur animæ, ſunt animæ ſanæ quodammodo nuntij & indices.* Et a longo æuo, vt fuere Ioſeph & Daniel in Biblijs, qui a Deo edocti fuerunt interpretes talium ſomniorum. Alij a dæmonibus didicere, qui nos ludunt in ſomnijs, vt fuere multi in ſæculi literatura, quos nominat idem Tertullian. eodem libro, quique ait, *Epicharmum ſummum apicem inter diuinatores ex ſomnijs extitiſſe, cum Philochoro Athenienſi.* Plin. *Amphictyonem fuiſſe primum ſomniorum interpretem* tradit, l. 7. c. 57. Et forte legendum ex Tertulliano, & Suida *Antipho*, pro *Amphictyon* eo capite Plinij: nam vterque ſomniorum interpretem non *Amphictyonẽ* narrat, ſed *Antiphonem.* Sed ſiue Amphictyon, ſiue Antiphon, vterque vanus & perite vanus in re vana. Nam Philo Iudæus libro de Ioſeph vocat oniromantes Paganorum, nugaces, garrulos mercenarioſque Sophiſtas. Venali enim mendacio quæſtum faciunt. *Quaſi qui perſequitur ventum, & vmbram apprehendit, is qui credit inſomnijs. Illuſit*, inquit noſter libr. 16. *Neroni fortuna per inſomnium. Multos errare fecerunt ſomnia*, ait idem Eccleſ.

Somniarij. *Amphictyo ſomniorum interpres.*

10 PLENAM IMAGINIBVS DOMVM.] De quibus lex 22. Cod. de adm. tut. Anorum enim imagines erant in atrijs domorum. Sic Plinius cap. 2. libr. 35. *In atrijs hæc erant* (ſcilicet imagines) *quæ ſpectarentur, non ſigna externorum artificum, non æra, aut marmora: expreſſi cera vultus, ſinguli diſponebantur armarijs, vt eſſent imagines, quæ comitarentur gentilia funera, ſemperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius,*

Imagines in atrijs domorũ. *Ex cera factæ.* *In armarijs collocata.*

qui

qui vnquam fuerat, populus. Tablina codicibus implebantur, & monumenta rerum in magiſtratu geſtarum. Sic Valerius vbi de Torquato patre Silani: *Videbat ſe in eo atrio conſediſſe, in quo illius imperioſi Torquati ſeueritate conſpicua imago poſita erat; prudentiſſimoque viro ſuccurrebat effigies maiorum ſuorum cum titulis ſuis. Idcirco in prima ædium parte poni ſolere, vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed & imitarentur.* Sic Seneca de conſol. ad Polyb.

Illæ imagines in funeribus portatæ.

Vides omnes has imagines, quæ impleuere Cæſareum atrium. Oportuit, ait Plinius Nepos, *eos pluribus virtutibus abundare, qui alienas ſic amarunt, vt in atrijs reponerent.* libr. 1 epiſt. Sic Apul. libr. 6. *Depictam in tabula fugæ præſentis imaginem meæ domus atrio dedicabo.* Et oſtendebantur illæ imagines feſtis diebus. Seneca 6. Controuerſ. libr. 7. *Indicit feſtum diem, aperiri iubet maiorum imagines, cum maxime tegendæ ſunt.* Quod firmat Polyb. lib. 6. Seneca filius lib. 3. de benef. ait oſtendi eum ſtemmatum ſerie inflexa: *Nam*, inquit, *ſicut qui imagines in atrio ponunt, & nomina familiæ ſuæ, longo ordine, ac multis ſtemmatum illigata flexuris, in prima parte ædium collocant, noti magis, quam nobiles ſunt.* Aliquando non *flexuris ſtemmatum*, ſed *lineis rectis*, vt ait Plinius: *ſtemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas.* Sed nemo melius oculis iſtas imagines ſubijcit, quam Virgil. 7. Æneid.

Et feſtis diebus monſtratæ. Cum ſerie ſtemmatum inflexa aliquando.

Etiam cum lineis rectis.

Quin etiam veterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, Italuſque paterque Sabinus
Vitiſator, curuam ſeruans ſub imagine falcem,
Saturnuſque ſenex, Ianique bifrontis imago,
Veſtibulo adſtabant, aliique ab origine reges,
Martia qui ob patriam pugnando vulnera paſſi.

Olim illæ ex ligno. Ex cera. Ex ære. Ex auro, & argento.

Fuere ergo ex *ligno* primum, mox ex *cera*, poſt ex *ære*, poſtea etiam ex *auro*, & *argento*, vbi creuit luxuries. Ideo non tollo *cerata atria*, vt reponam *ærata* in verſu Ouidij 6. Faſt.

Vidimus ornatos cerata per atria, picta
Veſte, triumphales occubuiſſe ſenes.

Firmata lectio excuſa Ouidij.

Nam poſtea idem author, & eodem ſcribit.

Quæ nunc ære nitent, ſtipula tunc tecta virebant.

Vt notes diuerſis temporibus diuerſas fuiſſe imagines, & a ceratis ad æratas migraſſe. De æratis. Plin. li. 36. cap. 2. æreas imagines memorat in atrijs domorum: & ſic ſcribit. *Non ſolum ex auro argentoue, aut certe ex ære in Bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animæ, in ijſdem locis loquuntur.* Et quamuis de *Bibliothecis* loquatur, tamen idem etiam in *atrijs*. Nam quid in hac re diuerſitatis? De ceratis Papinius adſtipulatur 2. Theb. Imo & Iuuenal. Satyra 8. & verbis expreſſis. Nam ita:

Tota licet veteres exornent atria ceræ.

Sed Plinius multo manifeſtius, quem citaui. *Non æra*, inquit, *aut marmora, expreſſi cera vultus diſponebantur armarijs.* Quibus verbis nihil planum magis. Et eius nepos lib. 4. epiſt. *Sæpe. Illum coloribus, illum cera, illum ære, illum argento, illum auro, ebore, marmore effingit.* Ergo ij vultus ex cera, & inde *cerata atria*, quia cerati vultus, vt poſtea ærati, in atrijs reponebantur. Et Prudentius vtrumque iungit, contra Symmachum.

Atque inter veteres cera numeretur, & ære.

Sane primum ex cera, mox ex ære. Sed lubet Ouidij locum primo Amor. repurgare, maculoſum certe, & male habitum de iſtis ceris.

Ouid. in Amor. correctus.

Ne te decipiant veteris quinquatria ceræ,
Tolle tuos tecum, pauper amator, auos.

Lego enim.

Ne te decipiant quæ cingunt atria ceræ.

Nam finxere *quinquatria*, ex his veris dictionibus, ſatis male. Ouid. Laodamia Proteſilao.

Quæ referat vultus eſt mihi cera tuos.

Sed de his imaginibus non longiorem pompam facio. Niſi quod addo, Spartianum in Quieto tyranno credidiſſe olim Alexandri vultus geſtatos a ducibus maxime eos iuuare. Ideoque in Macrinorum familia viros geſtaſſe ſemper eius imaginem in auro, fœminas in argento, in reticulis, & annulis, & dextrocherijs, & in omni ornamentorum genere. Quæ non tacui quia de imaginibus loqueremur.

11 INLIGARET.] Vetus, & vere Romana ſcriptura. Sic noſter lib. 1. *Inlatum Auguſti teſtamentum per virgines Veſtæ.* Et libr. 2. infr. *Inlectus a D. Auguſto.* Et de Varilla eodem: *Mortem eius inluſiſſet.* libr. 3. *inlecebris* dixit. Et lib. 4. *inriſit.* Quæ antiquitatis veſtigia ſunt, & quæ ſi quando in manuſcriptis reperias, iure pro antiquis habeas. *Tacit. correct.*

12 REPERIT.] Lego *Reperti*. Sum ſponſor ad hanc rem, & pro pignore, cape veritatem ipſam, qua nihil pretioſius.

13 ORNAT PRÆTVRA.] Horat. in epiſt.

-- Eutrapelus cuicumque nocere volebat,
Veſtimenta dabat pretioſa.

Iſta ſæuitiæ velamenta obijcit Domitiano Sueton. vt noſter Neroni. Nec ſane homine liberali digna ſunt. *Cæſar*, ait Tacit. 13. *inſpecto ornatu quo Principum coniuges ac parentes effulſerant, diligit veſtem & gemmas, miſitque donum matri.* Hæc Nero qui matricida fuit & iam de nece matris agitans.

14 TENTATVS VT INFERNAS VMBRAS.] Quod magorum facinus eſt. Ab improbo rege Saule & poſtea a Deo reprobato tentatum in perniciem ſui. Regum 1. cap. 25. Sic Horatiana Canidia:

Poſſim crematos excitare mortuos.

Et Synochitide gemma ſcribit Plin. *vmbras inferorum euocari*, a Magis, vt arbitror, lib. vlt. Nat. Hiſt. c. 11. Et idem. *Appion Grammaticus viſus nobis adoleſcentibus dicebat ſe euocaſſe vmbras ad percuntandum Homerum qua patria quibuſque parentibus genitus eſſet. Non tamen auſus profiteri quid ſibi reſpondiſſe diceret.* (Lego, *quid ſibi reſpōſiſſe ipſe dixiſſet.*) Ideo concludit. *Magiam inteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quaſdam veritatis vmbras. Oſtanes idem*, ait Plin. eodem, *multas Magiæ ſpecies prodit, inter quas vmbrarum inferorumque colloquia.* Sed hæc omnia vana. Sic apud Homerum euocatus Tireſias lib. 5. Odyſſ. Et in Sueton. Virgil.

Has herbas atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipſe dedit Mœris: naſcuntur plurima Ponto.
His ego ſæpe animas imis excire ſepulchris
Atque ſatas alio vidi traducere meſſes.

Antoninus Caracalla acerbis viſis fatigatus multorum animas inferis euocauit, præſertim

patris Commodi, ex quibus nemo ei reſpondit niſi Commodus qui dixit, *Abi ocius ad ſupplicium.* Dio in Caracalla. Tertullian. in Apologet. cap. 23. *Porro ſi & Magi phantaſmata edunt, etiam defunctorum inclamant animas, pueros in eloquium oraculis eliciunt, ſic multa miracula circulatorijs præſtigijs ludunt, ſic & ſomnia emittunt, habentes ſemel inuitatorum Angelorum, & dæmonum aſſiſtentem ſibi poteſtatem, per quos & capræ, & menſæ diuinare conſueuerunt*, &c. Quæ omnia artes ſunt Sathanæ mentientis, & decipientis. Et ait *inuitatorum angelorum*, quia potentibus verbis inuitant & eliciunt ad famulitium dæmonas, quos animarum iactura ſoluunt, quaſi mercede, ſed nimia.

15 Fvlcinivm Trionem.] Tiberianæ crudelitatis flabellum, immo graſſantis Seiani gladium. Qui *Trio* nomine, ſed vere *Trico*, quod reos innoxios, tricis illigaret, & implicaret: & quo accuſatore, multæ & nobiles, & magnæ animæ cecidere. Sed quod gaudeas, quibus ille accuſationibus probis viris exitio fuit, ijſdem impetentibus, deturbatus eſt. Vir qui iudicia, lites, turbas, tricas multis tetendit viris, & de quo vere iſtud Plautinum dicas.

Sartor, ſatorque ſcelerum, & meſſor maxumus.

Delationes crebræ ſub malis principibus.

Et in nobiliores ciues.

En Tiberij cõmentum quo ſeruus in caput domini torquetur contra leges, contra fas omne.

* & vana & ſi mollius

Libo interim, [1] veſte mutata, cum primoribus fœminis, circumire domos, orare adfines, [2] vocem aduerſum pericula poſcere. abnuentibus cunctis cum diuerſa prætenderent, [3] eadem formidine, die Senatus metu & ægritudine feſſus, ſiue, vt tradidere quidam, [4] ſimulato morbo, [5] lectica delatus ad fores curiæ, [6] innisuſque fratri, & manus ac ſupplices voces ad Tiberium tendens, immoto eius vultu excipitur. Mox [7] libellos & autores recitat Cæſar, [8] ita moderans, ne lenire, neue aſperare crimina videretur. Acceſſerant præter Trionem & Catum accuſatores Fonteius Agrippa, & [9] C. Liuius, certabantque cui ius perorandi in reum daretur, donec Liuius, quia nec ipſi inter ſe concederent, & Libo ſine patrono introiſſet, ſingillatim ſe crimina obiecturum profeſſus, protulit libellos vecordes adeo, vt conſultauerit Libo, an habiturus foret opes, quis [10] viam Appiam Brunduſium vſque pecunia operiret. Inerant & alia huiuſcemodi ſtolida, * vana, ſi mollius acciperes, miſeranda. Vni tamen libello, manu Libonis, nominibus Cæſarum aut Senatorum, additas atroces, vel occultas notas accuſator arguebat. Negante reo, [11] adgnoſcentes ſeruos per tormenta interrogari placuit. Et quia vetere Senatuſconſulto, [12] quæſtio in caput domini prohibebatur, [13] callidus & noui iuris repertor Tiberius, mancipari ſingulos actori publico iubet: ſcilicet, vt in Libonem ex ſeruis, ſaluo Senatuſconſulto quæreretur. Ob quæ poſterum diem reus petiuit. Domumque digreſſus, extremas preces [14] P. Quirino propinquo ſuo ad principem mandauit. reſponſum eſt, vt ſenatum rogaret.

In luctu mutata veſtis.

Vt accuſatis.

1 Veste mvtata.] Quæ non niſi aut luctu, aut gaudio mutabatur. De gaudio. *Surrexit Dauid de terra, & lotus vnctuſque eſt: cumque mutaſſet veſtem, ingreſſus eſt domum Domini.* 2. Reg. cap. 12. Vt ab Hebræis habeas hoc inceptum. De Romanorum luctu heic dicam: de quo Iuriſconſultus Venuleius L. 39. de iniurijs. D. *Veſtem ſordidam rei nomine, in publicum habere, capillumve ſubmittere, nulli licet, niſi ita coniunctus eſt affinitate, vt inuitus in reum teſtimoniũ dicere, cogi non poſſit.* Iuu. Sat. 15.

Plorare ergo iubet cauſam lugentis amici,
Squalloremque rei, pupillum ad iura vocantem.

Mos enim erat accuſatis veſtem mutare, & ſquallida toga indui. Martial. lib. 1.

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,
Squallidus hærebo pallidiorque reo.

Cæca veſtis.

Romani albati.

Peruerſa veſtis.

Seneca libr. 9. Controu. 6. *Compone te in periclitantium habitum, perfunde lachrymas, manus ad genua demitte, rea es.* Illa autem veſtis *cæca* dicebatur, quia non lucebat; nec erat candida, ſed & tenebroſa, & vilis. Nam vt in læto cultu ſemper *albati Romani*, ita in luctu *atrati, ſordidati*, & *pullati*. Gellius vbi de Scipione Africano libr. 3. cap. 4. *Cum eſſet reus, neque barbam deſiiſſe radi, neque candida veſte vti, neque fuiſſe cultu ſolito reorum.* id eſt, in pulla, vt interpretor. Inde *peruerſa veſtis* dicta a Seneca libr. 1. de ira cap. 16. vt *peruerſa mens*. Romani enim ſemper in alba veſte, antiqua Rep. & imperante Auguſto, omnes magiſtratus. Etiam ſub Domitiano. Sic Martial.

Viuat & vrbanis albus in officijs.

Iuuenalis

Iuuenalis ideo ita de Populo Romano.

Niueoſque ad fræna Quirites.

Et idem Martialis lib. 10. epigramm. 12.

Et venies albus non cognoſcendus amicis.

Id eſt Romanis: ideo D. Hieronymus vocat *albatum populum.* Ergo cum atratus eſſet, tunc a ſueto veſtimento vertebatur in inſuetum; & erat *veſtimentorum peruerſitas.* vnde *peruerſa veſtis.* Sic Gellius lib. 16. cap. 15. opponit *recto peruerſum partum.* Et Valerius lib. 9. cap. 12. ait *Prætores aliquem capitis damnaturos, prætextam deponere.* D. Hieron. 2. aduerſ. Vigil. quem emendo. *Iſte caupo Calaguritanus, & in peruerſum propter nomen viculi mutus* (lego *mutatus*) *Quintilianus.* Reſpexit enim ad hunc morem peruerſæ veſtis. Sic Tertull. de hæreticis. *In peruerſum hæretici apoſtolos imitantur. Nam apoſtoli ex mortuis viuos, hæretici ex viuis mortuos faciunt.* Ita Lucanus *peruerſa* dixit *funera*, quia in funere veſtis peruertitur, & mutatur. Sic enim lib. 6.

Peruerſa funera pompa.

Sic Seneca etiam *peruerſos mores* dixit his verbis. *Adeo omnia indiſcreta ſunt peruerſiſſimis moribus.* Natural. Quæſt. lib. 1. in fine. Sic *peruerſam Grammaticorum ſubtilitatem* dixit Plinius lib. 35. cap. 3. Cicero enim in Vatinium, *etiam togam inuſitatam Romanis* dicit, ni[illegible]a funere, & luctu. Sic *recuperare veſtitum* ſcribit idem author pro Sylla, id eſt, a pulla veſte redire ad albam togam, quæ ſolita pop. Rom. Et idem in L. Piſonem. *Auſus eſt*, inquit, *cum ſuo pari vt Senatus ad veſtitum rediret.* Ergo rei veſtem mutabant, & capillum barbamque promittebant. Cicero pro Cn. Plancio. *Quid dicam de tot viris, & talibus, quos videtis eſſe veſte mutata?* Seneca lib. 10. Controu. 1. ita ſcribit. *Barba demiſſa ſordidatus, cum criminibus meis ad vos venio.* Et idem ſcribit Plut. in Cicer. qui impexo & promiſſo capillo, & barba, ceſſit vrbe. Ita ergo induti, *vna cum parentibus & cognatis, affinibus & amicis, iudices deprecabantur.* De deprecatione Cicero ad Attic. lib. 3. epiſtola, Accepi. *Cæci, cæci, inquam, fuimus, in veſtitu mutando, in populo rogando.* Et idem poſt red. ad Quirit. *de parentibus. Non enim pro meo reditu, vt pro Pub. Popilij nobiliſſimi hominis, adoleſcentes filij, & multi præterea cognati, & affines deprecati ſunt.* Et idem Cicero eodem. *Quemadmodum propinqui, quos ego parare non potui, mihi ad deprecandum calamitatem meam non adfuerant.* Val. lib. 8. de Iud. pub. *Reus pro ſe* (loquitur de Galba) *paruulos liberos, & Galli ſanguine coniunctum filium, flens commendare cœpit. De amicis.* Quintilianus noua declam. 309. *Neque ad genua procubueram, neque propinquos aut amicos aduocaueram, ſed mouit puellam ipſum ignorantiæ meæ periculum.* Et Cicero vocat *blanditias populares*, illas amicorum occurſationes, & veſtium peruerſitates, pro Plancio. Seneca 2. Cont. Contr. 3. *Si volebas rogare, admonuiſſes* (lego *admouiſſes*) *propinquos, amicos, maiorum imagines, repetitos alte gemitus.* Vbi obſerua etiam *maiorum imagines*, ſolitas in illa deprecatione portari. Idem Cicero in Rullum: *Quemadmodum quum petebam, nulli me vrbis authores generis mei commendarunt: Sic ſi quid deliquere, nullæ ſunt imagines, quæ me a vobis deprecentur.* & ex loco Senecæ *fœminas* ad hanc deprecationem admitti conſtat. Quod Cicero tacite innuit, dum ait, Terentiam non potuiſſe deprecationi adeſſe, quod tenebris contineretur, & tectis. *Coniugis*, inquit, *miſeræ ſquallor, & luctus, atque optimæ filiæ mœror aſſiduus, filiique parui, deſiderium mei lachrymæque pueriles, aut itineribus neceſſarijs, aut magna parte tectis, aut tenebris continebantur.* Tamen nota non omnibus licuiſſe mutare veſtem, ſed *tantum ita coniunctis, vt in reum teſtimonium ferre non poſſent.* Nam Pompeius 3. Conſulatu id ſuſtulit. Non prætereo Liuij locum lib. 3. vbi de Quintio Cæſone. *Tum demum coactus, cum multa indignitate prehenſabat ſingulos, ſequebantur neceſſarij, principes ciuitatis.* Et idem Liuius lib. 6. de M. Manlio. *Primo commota plebs, vtique, poſtquam ſordidatum reum viderunt: nec cum eo, non modo patritium quenquam, ſed nec cognatos quidem, aut affines, poſtremo ne fratres quidem.* Quintil. Declamat. 281. *Illud dubito qui poſſit, cum deducta fuerit ad magiſtratus, cum ille periturus iacuerit ad pedes, cum produxerit propinquos, tum amicos.* Val. lib. 8. cap. 1. *Filius Gabinij Siſenna conſternationis impulſu, ad pedes ſe Memmij ſupplex proſtrauit.* Et idem eodem de L. Piſone. *Cumque proſtratus humi, pedes iudicum oſcularetur.* In illa autem deprecatione, *rei laudabantur a parentibus & amicis*, & ſi quid feciſſent egregij, iudicibus memorabatur. Quod apud Perſas viguiſſe notum ex Plutarcho. Dio narrat lib. 40. *Pompeium cum laudaret reum Munacium Plancum ante iudicem Catonem, obturatis auribus, manuum adpreſſione, audire noluiſſe.* Etiam *natales ſuos patribus conſcriptis allegabant*, & ſi quid eſſet quod cauſam iuuaret. Sueton. in Auguſt. cap. 5. *C. Lutorius adoleſcens patricij ordinis cum in deprecanda grauiore adulterij pœna, præter ætatem, atque natales*, &c. Notandum etiam, quod aliquando *pars ciuitatis*, aliquando *tota ciuitas* in pulla. De parte ciuitatis, Cicero ad Quir. poſt red. *Cum Senatus, Equiteſque Romani, flere pro me, ac mutata veſte vobis ſupplicare, edictis atque imperijs vetarentur.* De tota ciuitate, non in reatu, ſed in luctu publico, vt in coniuratione Catilinæ. Dio lib. 37. & in aliis Reip. calamitatibus, vt in iuſticio Siſenna in fragm. *Complures menſes, barba immiſſa, intonſo capillo, lugubri veſtitu, populus vicatim flens, vna cum liberis veniret.* Seneca etiam epiſt. 18. his verb. *Quod fieri, niſi tumultu, & triſti tempore ciuitatis, non ſolebat voluptatis cauſa, & feſtorum dierum veſtem mutamus.* Nam loquitur de Saturnalibus, quibus contra morem veſtes mutabant: Quippe animus luxurians, quid non mutat?

2 VOCEM.] Supplicem ſcilicet aduerſus imminentia pericula. Nam ſupplicatio emollit iras.

3 EADEM FORMIDINE.] Seneca epiſt. 70. ait, *Omnes neceſſarios illum deſeruiſſe, iam non reum, ſed funus.* Et ita comprobatum eſt quod Syneſius ſcribit epiſt. 8. *Aduerſitas res grauis, cum tempus alicui venerit aduerſum, ibi tum, & multa alia, & fratrum amicorumque animi redarguuntur.* Noſter Annal. 3. *Ne quis neceſſariorum iuuaret, periclitantium maieſtatis crimina ſubdebantur, vinculum & neceſſitas ſilendi.* Et certe in principis cauſa, omnes principem ſpectant,

In proſperis cœtus. In aduerſis ſolitudo.

quia in capite corporis ſalus.

Tiberius inſilit in Libonem ægrum.

4 SIMVLATO MORBO.] Verum fuiſſe morbum ſcribit Dio, additque *lethalem*, nec Tiberium auſum ſanum & valentem Libonem aggredi, ſed in ægrum, & viribus fractum inſiluiſſe. Quod faciunt timidiores.

Lecticæ in Senatum vectis Romanis ægris.

Beneficium primum Metello datum.

Cæſares lectica vecti vt ab aliis diſtinguerentur.

5 LECTICA DELATVS.] Primus hoc beneficium Metellus habuit, vt lectica in Senatum deferretur, eique datum, quod in æde Veſtæ ignem graſſantem compreſſerit, & in illa compreſſione, oculos amiſerit. Plin. lib. 7. cap. 43. Veteri autem Rep. viri in vrbe lecticis non vtebantur, niſi in morbo. Sed Auguſti Cæſares, vt a plebe diſtinguerentur, vſum lecticarum vſurparunt. Plinius in Gratiarum act. *Ante te principes faſtidio noſtri, & quodam æqualitatis metu, vſum pedum amiſerunt: Illos ergo humeri ceruiceſque ſeruorum, ſuper ora noſtra ferebant: te fama, te gloria, te ciuium pietas, te libertas ſuper ipſos principes vehit.*

Arceræ.

Arceræ autem dicebantur illæ lecticæ: Nam ſic Gellius lib. 20. cap. 1. *Arcera vocabatur plauſtrum tectum vndique & munitum quaſi arca quædam magna veſtimentis inſtrata, qua nimis ægri, aut ſenes portari cubantes ſolebant.* Dio tamen in Tiberio, vbi loquitur de Archelao videtur innuere, lib. 57. *tantum conceſſum viris vſum lecticarum, vt qui ægroti eſſent, lectica in Senatum veherentur.* Et Val. lib. 1. cap 7. *Tum demum e conſilio amicorum, lectica ad tribunal Conſulum, & inde ad Senatum perlatus.* Ergo Libo non ita deductus, niſi quia æger: & quia æger, & ægris molliores lecticæ dabantur; ideo muliebrem fuiſſe lecticam aſſerit Dio. Sic æger Tiberius in Senatum deducebatur, ait Suet. cap. 30. contra tamen Piſo lecticæ impoſitus, a Senatu domum petit, lib. 3. non æger, ſed ſanus. Certe vetus interpres Iuuenal. Sat. 6. in verſu, *longa ceruice Syrorum*, ait *moris fuiſſe lectica ferri in forum.* Credo. Sed Domitiani, non Tiberij temporibus. Et quod de Piſone, id contra morem, & in viro arrogantia, immo & luxuria, & licentia fluente.

Varia lecticarum genera.

Lecticæ opertæ pellibus.

Lecticæ dormitoriæ.

Lecticæ vehicula.

D. Hieronym. emend.

Diuus Hieronymus autem lecticarum varia genera narrat in Eſaiam lib. 18. cap. 66. *Lecticarum genera quædam*, inquit, *σκεπαστὰ dicebantur, quæ opertæ pellibus erant: aliæ φορεῖα, quæ varij generis vehicula dicuntur: aliæ vero cum vmbraculis, quas nos dormitorias interpretari poſſumus, vel baſternas:* Quod idem Diuus Hieron. confirmat paulo ſuperius, dum ſcribit. *Matronæ eorum, lecticis referantur, atque baſternis; nequaquam ſuper equos, nec ſuper mulos Numidiæ.* Sed pono textum, quia mendoſus. *De toto orbe*, inquit, *reducantur filij Iſrael nequaquam aſſumptis alis, ſed ſarraco Gallico, couiniſque bellicis, & equis Cappadociæ, atque Hiſpaniæ, rhedis Italiæ.* Quo loci, pro *couinis bellicis*, lege fidenter *Belgicis*: Nam dixit *ſarraco Gallico, equis Cappadociæ, atque Hiſpaniæ.* mox adiicit, *couinis Belgicis.* Et Lucanus de couinis.

Monſtrator Belga couini.

Quid Baſternæ.

Quanquam & couini bellici fuere. Quod noto obiter. Baſternas autem *lecticas* fuiſſe Seruius ſcribit lib. 8. Æn. *Genus currus concameratum, ligniſque & periſtylis ornatum, quo matronæ & viri nobiles geſtabantur.*

Vnde nomen Coches A Conchis.

Nos in Gallia, vocamus *des Coches.* Quod nomen *a concha* profluxit. Poëtæ enim concha Venerem e medio mari ad littus deductam Cytheræ inſulæ ſcribunt. Sic iſtæ Veneres forma præſtantes concha geſtantur. Plaut. in Rudent. loquens de Venere.

Venus edita concha.

Te ex concha natam eſſe autumant, caue tu harum
Conchas ſpernas.

Inde conchæ Cytheriacæ apud Martialem.

Concha Cytheriaca.

Lenior o conchis Galle Cytheriacis.

Papinius in Syluis.

Ite, dabit curſus mitis Cytherea ſecundos,
Placabitque Notos fors, & de puppe timenda
Transferet, inque ſua ducet ſuper æquora concha.

Vnde dictæ Baſternæ.

Et Veneri Gnidiæ conchæ ſacrabantur, ait Plin. Nat. hiſt. 9. cap. 25. Porro *Baſternæ* dictæ illæ lecticæ quod curribus Baſternarum ſimiles. Sunt enim *Baſternæ, Poloniæ populi & Scythiæ, ad amnem Boryſthenem, quorum lati currus, & ab eadem latitudine, etiam Liburni lecticæ dictæ.* Vet. interpr. Iuuenal. quemadmodum latæ & vaſtæ naues. Horat. lib. 1. Epod. Ode 1.

Liburni lecticæ dictæ.

Ibis liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula.

Hexaphori lati.

Ita hexaphori etiam lati & ſpatioſi. Nam Martial. lib. 1. epigram. 81.

Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit,
Cum (lego Dum) tamen hæc tua ſit Zotle ſandapyla.

Lecticæ geſtatæ a ſeruis.

Qui Geruli Senecæ.

Stupis autem erant religatæ lecticæ; nam ita Gracchus apud Gell. lib. 10 cap. 3. *Stupis, quibus lectica religata erat, vſque adeo verberare iuſſit, dum moreretur.* Geſtabantur autem illæ, ſuccolantibus hominibus. Seneca 3. de Benef. *Quo tandem ab iſtis gerulis raperis, cubile illud tuum circumferentibus?* nec male *cubile*, cum ita 7. in Verrem, ſcribat Cicero. *Nam vt mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat pellucidus, Melitenſi roſa fartus.* Catullus vocat *ad lecticam homines.*

Serui lecticarij.

Et noſtri Iuriſconſulti *ſeruos lecticarios.* L. ſeruis. §. ſeruis. de legat. 3. Nam lectica ex vtroque latere, annulis erat munita, per quos immiſſi vectes, a ſeruis portabantur. Et ita Panegyricus ad Conſt. quem corrigo. *Cui tu ſumma & diuerſiſſima bona, priuatim otium & regias opes dederas, cui digredienti, ad annulos ſedere* (id eſt lectica annulata ſedere) *cui impenſius, etiam quam tibi occurrere, obſequia noſtra mandaueras.*

Paneg. correct. ad Conſtant.

Et hoc ex lib. Exod. cap. 25. poteſt intelligi, vbi de arca teſtimonij. *Facies*, inquit, *vectes de lignis Sethim, & operies eos auro, induceſque per circulos, qui ſunt in arcæ lateribus, vt portentur.*

Eunuchi geſtatores lecticarum.

Germani. Galli.

Et erant interdum iſti portitores Eunuchi, interdum *Galli*, aut *Germani, Mœſi, Lydi, Syri, Ægyptij, Cappadoces.* de Eunuchis D. Hieron. in epiſt. Paulæ. *fœmina nobilis, quæ prius Eunuchorum manibus portabatur.* De Germanis & Gallis, Tertull. lib. 1. ad vxor. *non Gallicos vultus* (lege ex veteribus libris, *Gallicos cultus* pro veſte) niſi accipias *vultus Gallicos* pro perſonarum proceritate & forma. Addit: *non Germanicos baiulos; quæ nuptiarum gloriam accendunt.*

Muli Gallici.

Quid ſi legas *Gallicos mulos*, quod a Gallis, quaſi mulis portarentur? Sic *mulos Marianos*, milites Marij onera portantes, dixit antiquitas, & retuli ſupra. Porro illi Gallici & Germanici ſerui ob proceritatem, & capillaturam rutilam & cirratam eligebantur

ad

ad lecticas, erantque in delicijs matronis Romanis. Tertull. De cultu fœmin. *Video quaſdam, & capillum croco vertere: pudet eas etiam nationis ſuæ, quod non Germanæ aut Gallæ procreatæ ſint: ita patriam capillo transferunt.* Columella lib.3.cap.8. *Quouis Germano procerior.* Et idem Tertul. 2. ad vxor. quem corrigo. *Vnde, niſi a diabolo, maritum petant bonum exhibendæ ſellæ,* (lego, *in exhibenda ſella*: nam addit in ablatiuo,) *& mulabus, & cinerarijs peregrinæ proceritatis. Ciniſlones* vocat Plautus in Aulul. & Horat.

Galli & Germani capillati & cirrati.

Tertul. correct.

Ciniſlones.

—— *Ciniſlones, paraſiti.*

Aliquando autem carpenta mulierum Romanarum mulabus etiam fuere vecta. Quod nummi veteres oſtendunt, & hic Tertulliani locus comprobat vſitatum fuiſſe ſub Seuero. Cæterum criniti erant & capillati illi Gallici & Germani baiuli. Sic enim Poeta:

Carpenta vecta mulabus.

Criniti baiuli.

Crinibus in morem tortis, venere Sicambri.

Iuuenal. Sat.13.

Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flauam
Cæſariem, & madido torquentem cornua cirro?
Nempe quod hæc illis natura eſt omnibus vna.

Etiam Mœſi. Idem Sat.9.

—— *& duo fortes*
De grege Mœſorum, qui me ceruice locata
Securum iubeant clamoſo inſiſtere Circo.

Mœſi ſerui lecticarij.

Et Medi. Sat.7.

Medi.

—— *lauari*
Qui ſolet, & vexat lutulenta balnea turba,
Perque forum iuuenes longo premit aſſere, Medos
Empturus pueros, argentum, murrina, villas.

De Lydis, Strabo lib. 7. vbi de ſeruorum nominibus loquitur. De Syris, idem Iuuenalis:

Lydi.
Syri.

—— *longa vehitur ceruice Syrorum.*

Et Martialis:

Octo Syris ſuffulta datur lectica puellis.

De Ægyptijs, idem lib. 12. epigram.75.

Ægyptij.

Cum tibi Niliacus portet cryſtalla catafus.

Syri autem rufa veſte aliquando inſignes in illa geſtatione. Martial.lib.9. epigram.23.

Et canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.

De Cappadocibus, lib. 6. epigram.77.

Cappadoces.

Quid te Cappadocum ſex onus eſſe iuuat?

Gratianus autem Imperator honoratis tantum, vti vehiculis permiſit, & per certos dies. tit.de honor. vehic. lib. 11. Cod. Et Euſeb. in Chron. ait Cleopatram regio comitatu vrbe egreſſam venisse lecticis, margaritiſque vti, quæ nec maritos nec liberos haberent, & minores eſſent quadraginta annis. Vt in antiqua rep. prohibitum ſcortis vti carpento: Quod honori datum pudicitiæ matronarum. Prohibitæ etiam fuerunt longe ante a Iulio Cæſare. Nam ita Sueton. cap. 43. in Iul. *Lecticarum vſum, item conchyliatæ veſtis, & margaritarum, niſi certis perſonis & ætatibus, perque certos dies, ademit.* O Cæſar vtinam viueres, & noſtram Romam videres. Intus autem aut legebant, aut ſcribebant, aut dormiebant. Quod Iuuenalis indicat Sat. 3.

Gratianus tantum honoratis vehicula permiſit.

Scortis adempta.

Etiam a Cæſare iulio.

In lecticis legebant. Scribebant. Dormiebant.

—— *ingenti curret ſuper ora liburno,*
Atque obiter leget, aut ſcribet, vel dormiet intus.

Multa alia poſſunt addi ad lecticarum antiquitatem, ſed noſtra lectica pauco apparatu contenta ſit.

6 INNISVSQVE FRATRI.] Fluctuo: an frater eſt, qui hoc anno Conſul? nam noſter, contra morem, cur dignitatem ſiluiſſet? Deinde ab omnibus deſertum fuiſſe, ſcribit Seneca. Addo quod poſtea non fratri, ſed P. Quirino propinquo, Libo vltimas preces dat perferendas. Certe ſi Conſul fuit, multum ad crudelitatem & immanitatem Tiberij, & multum ad inuidiam addidit.

7 LIBELLOS ET AVTHORES.] Libellos, in quibus erant accuſationis capita, quæ apud acta deponebantur, & nomina authorum, id eſt, accuſatorum, manu eorum ſcripta. L. 2. de accuſat. D. Nam accuſatorem certum eſſe oportuit in quem accuſationis probata calumnia caderetur.

Libellus accuſatorius.

8 ITA MODERANS.] Noſter Annal. 6. *Princeps immobilem ſe precibus, & inuidiæ ſimul oſtendit.* & hoc ex artificio principum & Tiberij inter principes.

9 C. LIVIVS.] Conſtanter. Nam poſtea repetit. Et Liuiorum familia perantiqua apud Rom. Plinius lib. 29. cap.1. de M. Liuio Conſule cum L. Æmilio mentionem facit anno V. C. 535. & Liuius Liuiorum familiam inter claras Reip. Rom. non omittit.

Liuiorum familia apud Rom.

10 VIAM APPIAM BRVNDVSIVM VSQVE.] Et ſane Brundusij iter Appia fuit. Et ab Appio Appia dicta. Flaccus Siculus de condit. agr. *Viarum non vna eſt & eadem conditio. Nam ſunt viæ publicæ regales, quæ publice muniuntur & authorū nomina obtinent.* Cicero lib.8. ad Attic. epiſt.14. *Cenſeo,* inquit, *via Appia iter facias, & celeriter Brunduſium venias.* Et Strabo lib. 5. ait Appiam viam ſtratam a Roma Brunduſiū vſque. Nam a porta Capena, Capuam, a Capua, ibatur Appia Brunduſium. Appius autem Cæcus illam muniuit, vt ait Iul. Front. lib. de aquæduct. & Cicero pro Milone. Sed an vſque Brunduſium ſtrata ab Appio? ambigitur. Quippe Frontinus a Capena porta, ad Capuam tantum perductam ait lib. 1. Et non ſine controuerſia eſt diſtinctio aquarum Claudianarum a Claudio Cæco, & Claudio Imperatore, quæ litem, vt putant, dirimat. Sub Cæſaribus id factum ſuſpicor; Licet Aurelius Victor ita de viris illuſtrib. vbi de Appio Claudio. *Viam vſque Brunduſium lapide ſtrauit.* Et is eſt a quo Forum Appium. D. Hier. *Appij Forum, nomen fori Romæ ab Appio quondam Conſule tractum. a quo & via Appia cognominata eſt.* In ea autem via cæſus a Milone Pub. Clodius, Appij Claudij, qui illam munierat, abnepos. Cicero de Aruſp. reſponſ. *Exemplo inutili, ſed facto ſingulari,* vt ait Velleius. & cæſus a Milone circa Bouillas. Nam Clodio nemo pernicioſior Reip. inter ciues, nemo bonis inimicior. Porta autem Capena, quaſi Capuana dicta eſt, licet oppidum Capenam legerim: quippe portæ a proximis prouinciis, & vrbibus, & rebus, aliquando denominatæ. Sic *porta Romana*, quod eâ proximus aditus erat Romam. Ita *Sabina* dicta, & *Veientina*, quod Veientum ſpectent, & Sabinos; & porta *Flumentana*, quod fluuium, & *Numentana*, quod Numentum.

Ab Appio dicta.

Sed an muniuit Brunduſium vſque, quæſtio eſt.

In ea cæſus Clodius Appij abnepos.

11 AGNOSCENTES SERVOS.] Si agno-

ſcebant, cur quæſtioni ſubdebantur? *De confeſſis, ſicuti de manifeſtis rerum capitalium more maiorum ſupplicium ſumendum*, ait Salluſt. in Catilin. bello. Nam quæſtio in inficiantes: cape ergo *agnoſcentes*, pro gnaris & ſcientibus, ſed tacentibus. Sic ſupra. *Poſtquam ſatis teſtium & qui ſerui eadem noſcerent reperit.* Sic apud Nonium. *Neſcium* pro incognito, vt *ſcium* pro cognito. Noto autem ſeruos quæſtioni deſtinatos, arcis includi ſolere, ne cuiquam communicarent. Cicero orat. pro Milone. *Subito accepti, in quæſtione tamen ſeparantur a cæteris, & in arcas coniiciuntur, ne quis cum his colloqui poſſit.* Quod firmat Feſtus lib. 16. *Robur*, inquit, *in carcere dicitur, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante robuſteu arcis includebatur.*

Agnoſcere pro ſcire.

Serui quæſtioni deſtinati incluſi arcis.

12 QVÆSTIO.] Author ad Herennium ita de quæſtionib. *Maiores noſtros dicemus, veri inueniendi cauſa, cruciatibus ac tormentis voluiſſe quæri, & ſummo dolore homines cogi, vt quicquid ſciant dicant.* At Græco more, equuleo, rota, igne, flagris, quæſtio exequebatur. Apul. 10. Met. *Nec rota, nec equuleus, more Græco apparatæ deerant.* Et idem lib. 3. *Nec mora, cum ritu Græcienſi ignis & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur.* More Romano, vnco, vel vngula; nec enim legi vngula Græcos vſos fuiſſe. Seneca de Romanis: *Ignis, tormenta, ferrum.* 10 Contr. 5. Erant autem alioqui apud eos varia quæſtionum genera, quæ notat Syneſius in epiſtolis: & Prudentius Hymno D. Hippolyti de vnco, vel vngula.

Quæſtiones repertæ veri inueniendi cauſa.

Quæſtio Græco more.

Romano more.

Vngula fixa cauis coſtarum cratibus, altos
Pandere ſeceſſus, & lacerare iecur:
Inde furens quæſitor ait: Iam tortor ab vnco
Deſine: ſi vana eſt quæſtio, morte agito.

Erant autem biſulcæ illæ vngulæ. nam idem Prudent.

Vngula biſulca.

Coſtas biſulcis exſecandas vngulis.

At Romani, & equuleum & vncum exercuerunt. Cicero pro Milone. *Facti in equuleo quæſtio eſt, iuris in iudicio.* Equuleo membra diſtendebantur, vngula diſſecabantur. Prudentius in Hymn. D. Romani Martyr. de vngula.

Romani equuleo vſi.

Equuleo membra diſtenta.

Vngula diſſecata.

Deſcriptio vngulæ a Prudentio.

Scindunt vtrumque milites teterrimi
Mucrone biulco penſilis latus viri;
Sulcant per artus longa tractim vulnera;
Obliqua rectis, recta tranſuerſis ſecant,
Et iam retectis pectus albet oſſibus.

In equuleum mittebantur retortis brachiis, & ſurſum & deorſum ſuſpendebantur: Eratque ſtipes cui quaſi equitantes imponebantur, & diſtendebantur, quem *noxialem ſtipitem* vocat Prudentius libro de corona. Puto autem *fidiculas* accipi pro funibus & neruis quibus diſtrahebantur. Nam ait idem, *vinculis creſcere.* Et Sueton. in Tib. cap. 62. *Excogitauit inter genera cruciatus, vt larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularũ ſimul, vrinæque tormento diſtenderet.* Iſidorus Etym. 5. c. 27. fidiculas videtur ab diſcenda & elicienda *fide* putare dictas, nam eis reos ait torqueri in equuleo ad eruendam fidem. Idem Prudent. eod. Hymno D. Rom.

Retortis brachiis equuleati.

Fidiculæ.

Miſerum putatis, quod retortis pendeo
Extentus vlnis, quod reuelluntur pedes,
Compago artubus quod ſonat crepantibus?

Et Hymno D. Vincentij vtrumque tormentum notat & diſcriminat. Nam de equuleo ſic ait.

Prud. de vngula & equuleo.

Vinctum retortis brachiis
Surſum & deorſum extendite,
Compago donec oſſium
Diuulſa membratim crepet.

De vnco addit.

Poſt hæc biulcis ictibus
Nudate coſtarum abdita,
Vt per lacunas vulnerum
Iecur retectum palpitet.

D. Hieron. de vngula, ſiue vnco, in muliere ſepties icta. *Neque multo poſt, cum liuidas carnes vngula cruenta pulſaret, & ſulcatis lateribus dolor quæreret veritatem.* Syneſ. epiſt. 44. *Spathalum iſtum oportebit delicatum eſſe: ſed vincietur, & pendebit, fodienturque illi latera. Tortores enim acres ſunt ad coarguendum fucum, inueneruntque vngulas quaſdam, doctorum Syllogiſmorum vim habentes, vt quicquid illis imperantibus demonſtratum fuerit, id ipſum ſit verum.* Plumbum etiam cruciatibus adhibebatur. *Plumbatas* vocant: ſic Prudent. περὶ στεφάνων.

De plumbatis.

Tundatur tergum crebris ictibus,
Plumboque ceruix verberata extuberet.

Sic L. 2. de exact. trib. *Plumbatarum verbera, aut pondera. De verberibus*, locus eſt Prudentij. De *ponderibus* etiam hodie in Anglia vtuntur, vt audio, vt ex plumbo ponderibus grauiſſimis oneratos & pendentes torqueant. Quod vſitatum apud veteres, vt apud Amm. Marcel. lib. 29. vbi fidiculas & verbera, plumbeis ponderibus iungit. Puto ea eſſe pondera, quæ Seneca vocat *talaria* lib. 3. de Ira cap. 19. quod talis admouerantur. De quæſtione autem ſeruorum in dominos in vet. Rep. nihil intellectum a me, niſi in crimine inceſtus. Cicero pro Mil. Et ſane Iulius Cæſar nondũ mortua, ſed moriente Rep. cum populus poſtularet vt ſeruis in caput domini crederetur, *ſibi perniciem imprecatus eſt, ſi ſeruo in caput domini confitenti, vnquam crederet.* Nam ſalutem dominorum ſerui arbitrio committi, nefas. Sic etiam *ſeruus delator, etiam ſi verum dixerit*, inquit Imperator, *ignibus addicatur.* L. vlt. & L. ſeruum. de delatorib. Cod. Et Sylla de Tarpeia rupe, ſeruum domini accuſatorem, præmium petentem manumiſſionis, diiecit poſt manumiſſionem. Iuſte. Nam ſeruus accuſator domini, pro peſte eſt in ciuitate.

Talaria.

13 CALLIDVS, ET NOVI IVRIS REPERTOR.] Sic D. Hieron. contra Vigilant. *Ne in hoc quaſi repertor noui ſceleris glorietur.* Sed quomodo noui iuris Tiberius repertor, cum Auguſtus ante Tiberium hæc repererit? Dio enim ſcribit l. 55. *cum non liceret in caput domini ſeruos torquere, prius Reip. vel ſibi vendi iuſſit, culpantibus multis, & leges diſſolui ea mutatione querentibus.* Sed nouum ius, quod actori mancipar entur; at Auguſtus ſibi, aut Reip. Illa autem noua Tiberij Iuriſprudentia a Seuero & Caracalla reprobata fuit. Nam, vt ait Vlpian. L. 1. §. cum quidam, de quæſtionib. *Cum quidam deponere pretium ſerui paratus eſſet, vt ſeruus torqueretur contra dominum, Imperator noſter cum D. patre ſuo, id non admiſerunt.* Sed aliter Tiberius,

Seruus in domini caput non torquendus.

Tiberius legibus violandis ingenioſus.

rius, qui noui iuris repertor, etiam inuenit rationem, qua eques Romanus ſolueretur iureiurando. Remiſit enim iuſiurandum. Sueton. in Tib. cap. 35. Sed hoc, an regnare eſt, an leges iugulare?

Quirinus Cõſul Lepidæ maritus. Quam damnare paſſus eſt.

14 P. QVIRINO PROPINQVO.] Quia Dione lib. 44. dicitur Pub. Sulpitius Quirinus. Et Conſul fuit ſub Auguſto, cum M. Valerio Meſſala Barbato. Lepidam duxerat poſt diuortium Scauri, quam ille orbus & ſenex damnare paſſus eſt, & aqua & igne interdici, ob ſuppoſitum partum. Hic poſt amotum Marcum Lollium, datus fuit Caio Cæſari Auguſti filio Armeniam petenti pro rectore: & licet Sulpitius dicatur, nihil tamen ad Sulpitios attinuit, cum eſſet Lanuuinus, ſed vir militiæ impiger & acribus miniſteriis, ait Tacitus 3. Annal. quo loci eum tangemus iterum.

Caſtos datus C. Cæſari.

Sulpitius dictus, ſed de Sulpitiis nihil habuit.

Libo incautus iuuenis dum curioſius in Tiberium inquirit, infœliciter moritur.

Cingebatur interim milite domus; ſtrepebant etiam in veſtibulo, vt audiri, vt aſpici poſſent, cum Libo ipſis, quas in nouiſſimam voluptatem adhibuerat, [1] epulis * excruciatus, vocare percuſſorem, [2] prenſare ſeruorum dextras, inſerere gladium. Atque illis, dum trepidant, dum refugiunt, euertentibus [3] adpoſitum * menſa lumen, feralibus iam ſibi tenebris duos ictus in viſcera direxit. Ad gemitum conlabentis, adcurrere liberti: & cæde viſa miles abſtitit. Accuſatio tamen apud patres adſeueratione eadem peracta. iurauitque Tiberius [4] petiturum ſe vitam, quamuis nocenti, niſi voluntariam mortem properauiſſet. Bona inter accuſatores diuiduntur: & præturæ extra ordinem datæ his qui ſenatorij ordinis erant. Tunc [5] Cotta Meſſalinus [6] ne imago Libonis exequias poſterorum comitaretur cenſuit: Cn. Lentulus ne quis Scribonius [7] cognomentum Druſi adſumeret. ſupplicationum dies Pomponij Flacci ſententia conſtituti: vt dona Ioui, Marti, Concordiæ, vtque Iduum Septembrium dies, quo ſe Libo interfecerat, dies feſtus haberetur. [8] * L. P. & Gallus Aſinius, & Papius Mutilius, & L. Apronius decreuere, quorum autoritates, adulationeſque retuli, vt ſciretur vetus id in Rep. malum. [9] Facta & de mathematicis Magiſque Italia pellendis ſenatus conſulta: quorum e numero L. Pituarius ſaxo deiectus eſt. In P. Martium conſules [10] extra portam Exquilinam, [11] cum claſſicum canere iuſſiſſent, [12] more priſco * aduertere.

* exſatiatus.
* in menſa
* L. Pætus, forte L. Piſo
* animaduertere.

Vt accuſatorũ ſit frequentia, damnatorum eis bona addicta.

Correctus Tacitus.

Excuſæ lectionis abſurditas.

Hilariter epulati qui de nece ſibi danda cogitabant.

1 EPVLIS EXCRVCIATVS.] Vnde putas iſtius ſcripturæ infœlicem partum? ab exſcriptoribus. Et ſane ſunt meræ nebulæ quæ menti Libonis, nec hiſtoriæ cõueniunt. Nam ſi Libo ad nouiſſimam voluptatem epulas parauerat, vnde illi cruciatus ex epulis? *Iacere in conuiuio, & torqueri, an paria ſunt?* inquit Seneca epiſt. 71. *Plurimum intereſt inter gaudium & dolorem,* ait idem ep. 66. Moris erat iis, qui de nece ſibi inferenda cogitabant, hilariter epulari, & ita ſibi violentas manus adferre; vt hilarius mundo excederent. D. Auguſtinus in Pſalm. 108. *Nonne attendis quam licentioſa crudelitate viuant gladiatores? Vnde hoc niſi quia iam tanquam ad ferrum & victimã deſtinati explere volunt libidinem antequam fundant ſanguinem?* Sic Liuius lib. 27. facit Vibium & 27. Senatores lautis epulis exſatiatos & temulentos venenum hauſiſſe. Sic noſter, Aſiaticum, quem in extrema vitæ linea, lauto corpore, hilare epulatum ait, & ſibi vitam ademiſſe. Sic Sæuinum, quem affluentius ſolito conuiuium ineuntem ſcribit ſeruorum chariſſimis, libertate, aliis pecunia donatis, ſe necaſſe. Sic Iubam regem Maurorum, quem magnifice cum Petreio epulatum, mutuis vulneribus tradunt ſe confeciſſe. Sic Florus Cantabros ferro venenoque inter epulas ſe trucidaſſe. Ergo non agnoſco verbum *excruciatus*, & lego, *exſatiatus* cum Liuio. Sic Tacitus lib. 3. dixit, *Singuli nunquam exſatiabuntur.* Et ſic Lucanus lib. 10. exſatietatem deſcribit.

Poſtquam epulis Bacchoq. modum laſſata voluptas
Impoſuit.

Florus lib. 2. vbi de Numantinis. *Seſe prius epulis quaſi inferiis impleuiſſent carnis ſemicrudæ, & cæliæ: ſic vocant indigenæ ex frumento potionem.* Alluſit huc Seneca epiſt. 12. nam ſic ille. *Pacuuius, qui Syriam vſu ſuam fecit, cum vino & illu funereis epulis ſe ſepeliſſet, quaſi ſibi parentaret, ſic in cubiculum ferebatur a cœna, vt inter plauſus exoletorum hoc ad ſymphoniam caneretur, βεβίωκα βεβίωκα.* Non omitto quod Iuuenalis Scholiaſtes Sat. 6. in verſu, *Nos vtinam vani,* ſcribit: *Pontia P. Petronij filia, quam Nero conuictam in crimine coniurationis damnauit* (lege, *vt crimine*) *defuncto marito filios ſuos necaſſe conuicta, cum largis ſe epulis oneraſſet, & veneno,* (quid ſi *vino* legendum?) *venis inciſis ſaltans, quo maxime ſtudio oblectabatur, extincta eſt.* Dixi *vino*, quia ſuperiora exempla de vino produnt. *Venenum* tamen addit Liuius: & forſan *vino*, & *veneno*,

& venis ruptis libuit mori huic viragini, vt maſculos non æquaret, ſed ſuperaret. Verum *αὐτοχειροι* omnes deteſtandi & execrabiles.

Prehenſabant volentes mori ſeruorum dextras.

2 PREHENSARE SERVORVM DEXTRAS.] Quod erat moris ſua manu morituris. Appianus de bello ciuili. *Labeo, vir doctrina, & prudentia clarus, pater Labeonis, qui propter iuris ciuilis peritiam, hodieque celebratur, cum foſſam in tabernaculo ſuo, pro corporis magnitudine fodiſſet, mandataque ſeruis ſuis, cæteris de rebus dediſſet, vxori & liberis vt voluit proſpexit, literaſque ſeruis ad eos dedit: Tum eorum fideliſſimum dextra prehendit, eumque circumegit, vt mos eſt Romanis manumittere, conuerſoque gladium dedit, & iugulum præbuit, atque ita cæſus, tabernaculum pro ſepulchro habuit.* Sic Sceuinus Milichum, libro 15.

Tacit. correct.

3 ADPOSITVM MENSA LVMEN.] Lege fidenter, *Adpoſitum in menſa lumen.* Nam *in* ſtat in littera *m* quæ vltima verbi, *adpoſitum.* docui ſupra. Et ſic ſolebant. Tertull. *Ad omnem actum, ad omnem progreſſum, ad ſedilia, ad cubilia, ad luminaria,* (decedẽte die cum lumen menſæ adponitur) *frontem ſigno crucis terimus.* Et *terere* non eſt per imaginationem de cruce cogitare, ſed manu & digito frontem ſignare. Hoc Chriſtiani veteres omnes docuere contra Caluiniſtarum commenta.

4 PETITVRVM.] A Senatu ſcilicet. nam ſupra reſponſum eſt vt ſenatum rogaret. Tamen non male *impertiturum ſe vitam*, vt ad Tiberium referatur.

Meſſala Valerius Meſſalinum & Cottam reliquit.

5 COTTA MESSALINVS.] Filius Meſſalæ oratoris, qui Meſſalinum, & hunc Cottam fratres reliquit. Dictus eſt autem L. Aurelius Cotta, quod in domo L. Aurelij Cottæ, qui Conſul fuit cum L. Manlio Torquato, anno vrb. cond. 689 adoptatus eſſet. Ouidius ad eum ſcribit, & diſertum facit, lib. 3. eleg. 4. de Ponto.

Legimus, o patrij iuuenis non degener oris,
Dicta tibi pleno verba diſerta foro.

Cotta diſertus.

Qui lippus fuit.

Notatur tamen a Tacito vt *atrocioris ſententiæ author* Annal. 6. fuitque in ſenectute lippus, quod Perſius illi obiicit Sat. 2. Et vetus interpres Iuuenal. ſcribit *tam vitioſos oculos in ſenectute habuiſſe, vt palpebræ eius in exteriorem partem verterentur.* forte per ingluuiem priſtinam.

Per ingluuiem.

Nam magnus fuit epulo, & inter iſtius tempeſtatis manducones egregius helluo; quique per luxuriam paterna bona non modo momorderit, ſed funditus abligurierit. Notat eum Poeta Satyricus vt comedonem, & bibonem egregium, & vocat

Culinarius Senator.

Perniciem, & tempeſtatem, barathrumque macelli.

id eſt, *γαστριμαργον* & inſanum ventrem impotentem & inexplebilem præ voracitate, Quemadmodum etiam Plinius. *Nam primus,* inquit, *patinas pedum anſerinorum torrere, atque cum gallinaceorum criſtis condire reperit,* lib. 10. cap. 22. Digna Senatore diſciplina. Deque tam vili inuento Lurcones gloriabantur, vt ille Horatianus gurges.

Erucas virides inulas ego primus amaras
Monſtraui incoquere.

Nobile & ſenatorium opus. En Cotta cui ſatius & glorioſius fuiſſet ex Lucilio,

Infamem inhoneſtamque odiſſe popinam.

Sed his Gulonibus ars aſſueta, vt parſimonia inſueta. Addo de eo Perſij verſus, quia notabiles, & ad eius popinonis mores, & animum noſcendum valde apti, qui in dicenda ſententia atrociſſimus fuit. Nam ait:

Quin damus id ſuperis, de magna quod dare lance
Non poſſit magni Meſſalæ lippa propago?
Compoſitum ius, faſque animi, ſanctoſque receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto?

Explicatus Perſius.

Nam *prope eſt*, ait Seneca de Clem. *vt libenter damnet qui cito.* Nec æquus eſt, qui lubenter condemnat. Cæterum ait *de magna lance*, id eſt de magnis ſtruicibus ciborum, quas familiares & quotidianas habebat, non poſſit dare *compoſitum ius*, quia ſemper cum atroci ſententia, nec haberet *ſanctos mentis receſſus*, quia inquietus ſemper & turbidus & turgidus ira, *nec incoctum pectus generoſo honeſto haberet.* Nam quid patinarius ſenator generoſi pectoris habere potuit? cum temperantia & ſobrietas ſint Senatoris boni primæ virtutes? Eumdem proculdubio tangit Iuuenalis, ſed latenter Sat. 14. nam vbi de luxu hominem perculit, ſtatim exſurgit in truculentiam eius, quam ridet.

Mitem animum, & mores modicis erroribus æquos
Præcipit.

Et idem etiam proculdubio de illo Sat. 8.

Quis fructus generis tabula iactare capaci
Coruinum?

Scriptor citatus, ſed ignota ſcriptione.

id eſt, quæ gloria natum eſſe patre Coruino Meſſala, ſi vitiis gulæ inquinemur? Plinius certe citat illum in Indice, vt authorem. Sed quid ſcripſerit, plane incognitum mihi. Verum ſi bene dixit, & ſi bene ſcripſit, vixit tamen male. quod peius mala ſcriptione & inculta oratione.

Graue imagines non ſequi in funere.

6 NE IMAGO LIBONIS EXEQVIAS POSTERORVM COMITARETVR.] Quod perdidiſſe grauiſſimum. Nam Cicero pro P. Sylla. *Cum omnia hæc* (id eſt, imaginum in funere geſtationes, cedrinæ domus exhibitiones) *iudicio perdidiſſet. Non iam*, inquit, *de vita Publ. Syllæ, Iudices, ſed de ſepultura contenditur. Vita erepta eſt ſuperiore iudicio: nunc ne corpus eiiciatur, laboramus.* Nam dixerat ſuperius. *Domus erit cedro exornata, aperientur maiorum imagines, ipſe ornatum ac veſtitum recuperabit. Omnia, Iudices, hæc amiſſa ſunt.* Et hæc erat Romanorum conſuetudo in funere maiorum habere imagines quæ geſtarentur. Plinius: *Vt eſſent,* inquit, *imagines, quæ comitarentur gentilia funera,* lib. 35. cap. 2. Horat. od. 8. Epod.

Funus atque imagines
Ducant triumphales tuum.

Quod Romæ perhonorificum fuit. Nec abſiſto niſi docuerim has funerarias imagines caput tantum & humeros habuiſſe. Sic enim Iuuenalis de ſtatua:

—— truncoque ſimillimus Hermæ.

Truncum vocat quia truncus non homo perfectus, ſed pars hominis. Et D. Ambr. 6. Hexamer. *Sola Arethuſa principum capita & ductos ære vultus vel marmore adorauit.* Erãt tamen ſtatuæ quædam quæ a capite ad pedes, vt ſtatua Corneliæ matris Gracchorum quæ cum crepidis.

Et

Et virorum illuſtrium, ſed non in luctu.

7 Cognomentvm Drvsi.] Nam Libo Druſus vocabatur, & Druſi nomen nobile in familia Tiberij, cuius pater Druſus, & frater, & filius, qui a Neronibus orti. Pedo ad Liuiam.

Iam legis in Druſum miſerabile Liuia carmen.
Vnum qui dicat iam tibi, mater, habes.

Druſorum nomen clarum.

id eſt, vnum habes ſolum filium ſuperſtitem qui te matrem nominet. In Rep. autem Romana celebre Druſorum nomen, quod Liboni tollitur, ad ignominiam,& vt peccatum magis puniatur; forte etiam vt principi gratificentur Senatores & filio principis. Nam his temporibus adulatio viuebat & vigebat ingens.

8 L. P. et Gallvs Asinivs.] Lego, *Lucius Pætus & Gallus Aſinius.* Vt duo ſint tantum,non tres.Turbas autem fecit verbum (*&:*) & ſic erat ſcriptum, *Lucius Pæt.& Gallus Aſinius.* Sed Manuſcripti vnam tantum ex geminatis ponunt. Sic ſupra lib. 1. *conducere, & pacem magis quam bellum probabam*, non addunt (&) quia illud (&) in fine verbi (conduceret) ſufficit vnum eſſe pro duobus. Ergo duo ſunt tantum, Lucius Pætus & Gallus Aſinius. Pætorum autem familia antiqua & Conſularis. Et Ælij vocati. Quod ex Liuio, qui Ælios Pætos vocat. & Cicero libro 9. epiſt. ſcribit ad Papirium Pætum, elegantes & iocoſas epiſtolas: in quibus, Epiſtola ſcilicet 9. oſtendit longam Papiriorum, ſeu Papiſiorum originem. Pæti autem ſunt quorum oculi leuiter declinant. Horat. Saty. 3. libri 1.

Strabonem appellat pætum pater.

Et Nonio *Petili* ſunt tenues & exiles, vt *petila* crura & *petila* labra. Tacit. ſub Nerone memorat quoſdam Pætos: & Val. vbi de relig. in agro Q. Pætilij Numæ libros repertos & crematos.

9 Facta de Mathematecis.] Iſtius Senatuſconſulti meminit Tertullianus libro de Idololatr. dum ait. *Vnum propono, Angelos eſſe illos deſertores Dei, amatores fæminarum, proditores etiam huius curioſitatis* (Chaldaicæ ſcilicet) *propterea quoque damnatos a Deo. O diuina ſententia, vſque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes teſtimonium reddunt. Expelluntur Mathematici ſicut angeli eorum: Vrbs & Italia interdicuntur Mathematicis, ſicut cælum, & Angelis eorum.* Tertullianus ſcribit *pertinax*, pro *pertinens.* Sic enim Cicero de Nat. Deor. *Deus pertinens per naturam cuiuſque rei.* Et Salluſt. in frag. *Vnde pons in oppidum pertinens, explicatur.* Libet autem ita animo iubente, fragmentum Vlpiani a Pithœo editum, ſed corruptum, & ab eo, aliiſque diis tentatum, mea virgula tangere, & emendare. Ergo ſic inquit Vlpianus lib. 7. de offic. Proconſul. vbi de Mathematicis. *Præterea interdicta eſt Mathematicorum callida impoſtura, & obſtinacitate perſuaſio.* (lego *& obſtinata hac ætate perſuaſio.*) *Nec hodie primum interdici ei placuit, ſed hæc prohibitio eſt vetus. Denique extat Senatuſconſultum Pomponio & Ruffo* Coss. *factum, quo cauetur, Mathematicis, Chaldæis, ariolis & cæteris qui ſimilem incertum fecerunt:* lego, *qui ſimilem huic artem fecerunt.* Nam ita in L. 7. Cod. de Malef. & Mathem. *Si quis magus, vel magicis carminibus adſuetus, qui maleficus vulgi conſuetudine nuncupatur, aut aruſpex, aut ariolus, aut certe augur, aut Mathematicus, aut enarrandis ſomniis occultans artem aliquam diuinandi, aut certe aliquid horum ſimile exercens, in comitatu meo, vel Cæſaris, deprehenſus fuerit.* Vides reliquos qui ſimilem huic artem fecerunt. Addit Vlpianus. *Aqua & igni interdicatur, omniaque bona eorum publicentur. Et ſic æternis gentium, qui ſi id fecerit,* (lego, *& ſi ſit e ternis gentium, qui id fecerit,*) *in eum animaduertatur.* Digna pœna tanto crimine, dignum Senatuſconſultum tanti Senatus magnitudine. Nec ſto heic, ſed pergens ad reliquum huius fragmenti, addit. *Et varie puniti ſunt, qui id exercuerunt, pro menſura ſcilicet & conſulationis.* lego, *pro menſura ſceleris & illicitæ conſultationis.* Lipſio, *ſceleris*, verbum debemus, reliquum Veritati, non mihi. Vocat Horatius iſtas conſultationes *Babylonios numeros*, quia apud Babylonios frequentiſſimæ. D. Auguſtinus Confeſſ. 4. c. 3. vocat Mathematicos planetarios, & ait. *Illos conſulere nec deſiſtebam, quod quaſi nullum eſſet eis ſacrificium & nullæ preces ad aliquem ſpiritum ob diuinationem dirigerentur, quos tamen Chriſtiana & vera Pietas repellit & damnat.* Et vere veraces repellit pietas. Nam quæ ab eis dicuntur, forte non arte inſpectorum ſiderum dicuntur.

Senatuſconſultum de Mathematicis.

10 Extra portam Esqvilinam.] Ab hac porta ad lucum Fagutalem iter erat, & non longe ab ea campus in quo ſontes plectebantur. Sueton. in Claud. *Ciuitatem Romanam vſurpantes, in campo Eſquilino ſecuri percuſſit.* De hac porta iocus eſt Piſonis in M. Ciceronem Piſoniana oratione. *Cum ego,* inquit, *Cælimontana porta introiiſſe dixiſſem, reſponſione me mimica, Eſquilina introiiſſe, homo promptiſſimus laceſſiuit.* Erant autem illæ portæ duæ vicinæ. Sed cur dixit *mimica reſpõſione?* oportuit habuiſſe illam quendam aculeum & ſalem: Quippe mimi ſunt, qui lætis ſalibus faceti, riſum mouent. Quid ſi legendum ſit *inimica*, non *mimica?* nam verbum *laceſſiuit* videtur innuere. Suſpicor autem hæc dixiſſe, quia extra illam Eſquiliam portam habitabat carnifex, ibique *Puticulæ*, quibus cadauera ibi proiecta *putiſcebant*, vt ait Ælius ex Varrone 4. de Ling. Lat. atque ideo *atras Eſquilias* dicit Horatius lib. 2. Sat. 6.

Porta Eſquilina.

Cicero correctus.

Et explicatus.

Atra Eſquilia.

—— at ſimul atras
Ventum eſt Eſquilias.

Et quia in ſontes animaduerſurus per illam intrabat, puto Piſonem ea reſponſione vſum, quaſi veniſſet carnificem vocaturus, & adducturus, vt in Ciceronis caput aliquid patraret. Sic iocus ille de quo Cicero 2. de orat. vbi de ridiculis. *A porta Eſquilina video villam tuam,* id eſt patibulum. dixi, *ſuſpicor,* nec adſeuero, ſed interpretor Senecam patrem 1. Contr. 3. *Extra portam* (Eſquilinam ſcilicet) *iſtam virginem,* id eſt, patibulanda rapiatur, & ducatur extra Eſquilinam portam. Ibi enim ſontes plectebantur. Nam ſupplicia extra vrbem, ne cadaueribus & malis odoribus polluerentur. Romanis enim id in vſu, & non

Seneca interpretatus.

Supplicia extra vrbem.

Rome, & aliis locis.

Extra Hieruſalem Saluator ductus.

Etiam D. Cyprianus.

Extra Carthaginem.

modo Romæ, quod firmat Liuius lib. 77. ſed aliis in vrbibus. D. Hieron. de mul. ſept. ict. *Turbatur tali nuncio vrbs propinqua.* Et extra vrbem Hieruſalem ductus eſt Saluator, pretium mundi ſuo ſanguine exoluturus, vt in paſſione D. Cypriani, extra Carthaginem. Nam Pontius ita ſcribit. *Cum duceretur ad locum, qui dicitur Sextus, quarto ab vrbe milliario.* Et hoc, ne ciues cædium & ſuppliciorum aſpectu macularentur. D. Hieronymus lib. 4. in Matth. cap. 27. *Extra vrbem & foras portam loca ſunt in quibus truncantur capita damnatorum. Et Caluariæ, id eſt decollatorum, ſumpſere nomen.*

Claſſicum in ſuppliciis.

Solennia in puniendis reis.

Quid more maiorum.

11 CVM CLASSICVM.] Seneca lib. 9. Controu. 2. deſcribit in prouinciis ſuppliciorum morem præſente magiſtratu. *Aſcendit,* inquit, *prætor tribunal, inſpectante prouincia noxiæ poſt terga ligantur manus; ſtatim intento ac triſti omnium vultu, fit a prætore ſilentium; adhibentur deinde legitima verba; canitur ex altera parte claſſicum.* Quod autem ait *more priſco*, id eſt, *more maiorum.* Sic Gellius dixit, *mos antiquus Senatorum*, lib. 1. cap. 23. & lib. 10. cap. 2. in oratione M. Catonis pro L. Turio. *Ita eſſe moribus maiorum traditum.* Apuleius lib. 10. Metam. *Vt rite & more maiorum iudicio reddito, & vtrumque ſecus allegationibus examinatis, ciuiliter ſententia promeretur.* Et eodem libro. *Deſperatiſſimum latronem certum extremæ pœnæ quæ more maiorum in eum competebat.* Sueton. in Neron. cap. 49. *Legitque ſe hoſtem a Senatu iudicatum, & quærere vt puniretur more maiorum, interrogauit quale eſſet id genus pœnæ: & cum comperiſſet nudi hominis ceruicem inſeri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, conterritus, duos pugiones, quos ſecum attulerat, arripuit.* Noſter lib. 6. *Sanctitate domus priſcum ad morem.* O priſci mores, vbinam gentium eſtis? & qua via abiiſtis? Plura ſunt in monumentis veteribus veſtigia. Nam claſſicum canebatur, vbi damnatus plecteretur: & *claſſicum* dictum a calando, id eſt vocando. Nam aduocabantur omnes vt pœnæ teſtes eſſent. Lucanus egregie.

Non ciuis meus eſt in quem tua claſſica Cæſar
Audiero.

Nam damnatus perdit ciuitatem Romanam.

12 MORE PRISCO ADVERTERE.] Lego *animaduertere.* D. Auguſtinus Pſal. 68. *Nolo videas peccata mea, quia videre Dei, eſt animaduertere: Ideo & iudex, quod punit animaduertere dicitur, id eſt, animum illuc vertere, intendere vtique ad puniendum, quia iudex eſt.* Et ſane Pſalmus hæc firmat vbi ſcribit. *Poſuiſti nos in illuminatione vultus tui*: id eſt, noſtra peccata conſtituiſti obtutibus tuis, vt illa aduerteres & in illa animaduerteres.

Reipublicæ labes a luxu.

Serica veſtis fœda viris Romanis.

Proximo ſenatus die, multa in luxum ciuitatis dicta a [1] Q. Haterio conſulari, Octauio Frontone prætura functo: decretumque [2] ne vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis fierent; [3] ne veſtis ſerica viros fœdaret. Exceſſit Fronto, ac poſtulauit [4] modum argento, [5] ſupellectili, * [6] familiæ. Erat quippe adhuc frequens ſenatoribus, ſi quid e Rep. crederent, loco ſententiæ promere. Contra Gallus Aſinius diſſeruit, *auctu imperij adoleuiſſe etiam priuatas opes; idque non nouum, ſed e vetuſtiſſimis moribus: aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam, & cuncta ad Remp. referri: qua tenui, anguſtas ciuium domos; poſtquam eo magnificentiæ venerit, gliſcere ſingulos: neque in familia & argento, quæque ad vſum parentur, nimium aliquid, aut modicum, niſi ex fortuna poſſidentis: diſtinctos ſenatus & equitum cenſus, non quia diuerſi natura, ſed vt locis, ordinibus, dignationibus antiſtent,* [7] * *taleſque ad requiem animi aut ſalubritatem corporum parentur: niſi forte clariſſimo cuique plures curas, maiora pericula ſubeunda, delinimentis curarum & periculorum carendum eſſe.* Facilem adſenſum Gallo, [8] ſub nominibus honeſtis, [9] * confeſſio vitiorum, & ſimilitudo audientium dedit. Adiecerat & Tiberius, non id tempus cenſuræ: nec ſi quid in moribus labaret, defuturum corrigendi autorem.

* & familiæ.

Luxus permiſſus, non repreſſus. Vt quis maiores curas & pericula, ita maiora ſolatia & delinimenta habere debere.

* æqualeſque ſi ad

* conceſſio vitiorum,

1 Q. HATERIO CONSVLARI.] Addidit *Conſulari*, ad diſcrimen D. Haterij eius filij, nondum Conſulis, & qui poſtea cum C. Sulpitio Conſul fuit. Sed quando Q. Haterius pater, & cum quo extiterit Conſul, non reperio; reperiet alius me diligentior. Nam Faſti ſilent, & forte ſuffectus fuit.

2 NEC VASA AVRO SOLIDA.] Niſi ad rem ſacram, quod Dio notat. Et quæſitum fuit an in argenteis poculis quæ emblemate aureo celata erant, locus eſſet legi. Minime: nam lex de ſolidis auri poculis loquitur. Excipio etiam argentea vaſa quæ magiſtratibus donabantur. Nam vt ait Val. lib. 2. cap. 3. *Inſtrui imperia argenteis vaſis & annulis aureis publice præbitis, patiebantur, quo talium rerum vſu, authoritas magiſtratuum eſſet ornatior.* Aurum autem Romæ non niſi Aſia deuicta in honore fuit.

Vaſa auro ſolida iam tempore Auguſti.

Et

Et vaſa ex auro ſolida non niſi Auguſti temporibus in vſu fuere. nam Seneca pater lib. 9. Controu. 2. *Magnifico apparatu extruitur conuiuium, diſtinguuntur argenteis poculis aurea.* Et Plinius. *M. Antonium, vaſis ſolido ex auro, in omnibus obſcœnis vſum fuiſſe* narrat. Quod nec mirum in illo Ægyptio rege, & altero Dionyſio Deo. Spart. in Tyrannis ait Zenobiam Ægyptiorum ſobolem, *vaſis aureis vſam & gemmatis ad conuiuia, quibus & Cleopatra vſa eſt in miniſterio.* Sed hæc apud exteros. Romæ autem viliores etiam ſolido auro vſi ſunt poſtea. Nam Martialis ita:

M. Antonius idem.

Ventriſ onus miſero, nec te pudet, excipis auro.

Sub Domitiano peraiam.

En laſanum ex puro auro. Aiunt ad hæc facere, ſed dubito, quod Iuuenalis ſcribit:

Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo.

Cicero actione 5. in Ver. *Miſit etiam trullam gemmeam rogatum.* Dixi, dubito. Nam trulla eſt quod trullum, quo manus perluuntur, non quo excrementa egeruntur. Temporibus vero Caligulæ, & Neronis, & ante Domitianum, totis velis luxuria cucurrit: Ita vt Poppea Neronis ſoleas delicatioribus ſuis iumentis, ſolido ex auro indueret. Idem Plinius lib. 33. cap. 3. & 11. Quid ſi *inderet* ſcriptum fuit, non *indueret*? Scio tamen *induere* vſitatum in calceatura authoribus & Plinio cap. 12. lib. 33. Sed aliud in homine, aliud in iumento. Non omitto hanc facultatem tradi ſolere a regibus, vt quis aureis poculis biberet. Nam Machab. 2. loquens de Antiocho nobili. *Miſit Ionathæ aurea vaſa, in miniſterium, & dedit ei poteſtatem bibendi in auro, & eſſe in purpura, & habere fibulam auream.* Nec ſatis: nam aurea & argentea vaſa, pretioſis lapidibus ornabantur, imo onerabantur. Iuuenal. Sat. 5. quanquam ſub Domitiano.

Sub Nerone & Caligula, luxuria totis velis cucurrit.

In aureis vaſis, etiam lapides pretioſi.

Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum,
Vel ſi quando datur, cuſtos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, vngueſque obſeruet acutos.

Silius lib. 13. ſub Nerone.

Poculaque Eoa luxum irritantia gemma:
Nec modus argento, cælataque pondera facti
Tantum epulis auri.

Cicero act. 5. in Ver. *Erat etiam vas vinarium, ex vna gemma, prægrandi trulla excauata cum manubrio aureo.* Et Plin. lib. 33. *Turba gemmarum potamus, & ſmaragdis teximus calices, ac temulentiæ cauſa, tenere Indiam iuuat,* (id eſt in poculis Indicas opes) *& aurum, iam acceſſio eſt.* Propertius lib. 3. eleg. 4.

Nec bibit e gemma diuite noſtra ſitis.

Seneca, Quare bonis viris mala accidant. *Quanto magis huic inuidendum eſt, quam illis quibus gemma miniſtratur?* Etiam in priuatorum calceis gemmæ. Martial. lib. 12. epigram. 50.

Calceatuſque tuo ſub pede lucet onyx.

Sic Caligula apud Senecam. *Socculum auratum, margaritis diſtinctum oſtendere voluit.* Nam Caligulæ ſoccus, vitioſo eius capite ornatior, vt ἀσωτίας eius videas, & rideas. Sed principi licet quod ſubdito non licet.

Gemmæ ſub Caligula in calceis.

3 NE VESTIS SERICA VIROS FOEDARET.] Ezechiel. 16. de more Iudæorum: *Cinxi te byſſo, indui te ſubtilibus.* Et inter Romanos, Petron. Arbiter illam veſtem ſericam vocat eleganter *ventum textilem*, vt bombycem nominat *nebulam lineam*, propter tenuem & delicatam, & perſpicuam texturam. Varro *vitream togam* dixit apud Nonium in Modio. *Serica* autem dicta fuit a Seribus Indiæ populis, de quibus Properrius.

Sera ſub Auſonius veniet prouincia virgis.

Serica veſtimenta a Seribus populis.

id eſt, Serum prouincia erit ſubdita Romanis. D. Hieronym. ad Lætam de inſtit. filiæ. *Spernat bombycum telas, Serum vellera, & aurum in fila lenteſcens: talia veſtimenta paret, quibus pellitur frigus, non quibus veſtita corpora nudantur.* Et certe adeo tenuis erat illorum veſtium compoſitio, vt veſtis non eſſet, ſed *nuditas.* Contra *Sarcinatrices* dicebantur quæ tot crocotulis aggeſtis oneratæ erant vt vix poſſent progredi. De ſerica nuditate ita Martial. lib. 8. epigram. 68.

Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus:
Calculus in nitida ſic numeratur aqua.

Coa veſtis nuditas eſt.

Seneca pater Controu. 7. lib. 2. *Prodite mihi fronte in omne lenocinium compoſita, paulo obſcœnius quam poſita veſte nudæ.* Panegyricus authoris anonymi ad Conſtantinum: *Quales amœna Græcia & deliciæ Orientis educunt, vix leue pallium & ſericos ſinus vitandi ſolis tolerantes.* Coæ veſtes dicuntur ad inſtar capilli tenues & molles, a quibus nullum auxilium corpori neque pudori: adeo ſunt diaphanæ: & Phryxianeæ veſtes contra graues & ſpiſſæ. Et Seneca filius ad Heluiam de Conſolat. *Nunquam tibi placuit veſtis, quæ nihil amplius, quam nudam componeret.* Horat. lib. 2. Sat. 2.

Altera nil obſtat Cois tibi: pæne videre eſt
Vt nudam, ne crure malo, ne ſit pede turpi.

Et Tertull. in Pallio, vbi de Hercule. *Pectus ſquammarum ſignaculis diſculptum textu pellucido tegendo nudauit.* Hæc autem veſtis circa tempora Auguſti inuenta. Seneca ep. 90. *Quod ſi contigiſſet illi videre has noſtri temporis telas, quibus veſtis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, ſed nullum pudori eſt.* Recte, nam Roma tum habebat ſputcos mores in propatulo. Primum autem fœminis vſitatum hoc veſtimentum fuit, mox viris. Solinus cap. 53. *Hoc illud eſt ſericum in vſum publicum, damno ſeueritatis admiſſum, & quo oſtentare potius corpora, quam veſtire, primo fœminis, mox etiam viris, perſuaſit luxuriæ libido.* Apul. lib. 11. Met. *Alius ſoccis auratis, ſerica veſte, mundoque pretioſo, & attextis capite crinibus, inceſſu perfluo, fœminam mentiebatur.* Et libro 7. *Sumpta muliebri veſte, florida in ſinus floccidos, & vndantes, mitellaque textili contecto capite.* D. Hieronymus tale veſtimentum Iouiniano exprobrat. *Nunc,* inquit, *lineis & ſericis veſtibus, & Atrebatum telis, ac Laodiceæ indumentis, ornatus incedis.* Et hodie adhuc Attebatum telæ in pretio ſunt. dicimus, *La toile de Cambray.* Quamuis aliud ſit Cameracum, & Atrebates: qui vicini tamen populi, & prouinciæ ſorores, aut ſororiantes mammæ. Tertullianus idem exprobabrat, vt parum virile, Cluacinæ Veneris flamini: *Sericum ventilat,* inquit, *latrinarum antiſtes,* in Pallio: vt Iuuenalis philoſophis quibuſdam exprobrat.

Coa veſtis apud Rom. circa tempora Auguſti.

Primum fœminis vſitata.

Iouinianus hæreticus in veſtibus amœnus.

Atrebatum tela.

Acer, & indomitus, libertatiſque magiſter
Cretice pellucens.

Viri in Coa veſte.

Plinius lib. 11. cap. 23. *Non puduit has veſtes vſurpare, etiam viros, lenitatem propter æſtiuam: in tantum a lorica geſtanda diſceſſere mores, vt oneri ſint etiam veſtes Aſſyriæ. In bombyce adhuc fœminis cedimus.* Seneca epiſt. 123. *Nonne videntur tibi contra naturam viuere, qui commutant cum fœminis veſtem?* Tibullus libri 2. eleg. 4.

O pereat quicunque legit virideſque ſmaragdos,
Et niueam Tyrio murice tingit ouem.
Hic dat auaritiæ cauſas, & Coa puellis
Veſtis, & e rubro lucida concha mari.

Inuentrix Coæ veſtis.

Huius veſtis Coæ inuentrix Pamphila Latoi filia. Plin. lib. 2. cap. 22. Et Iuriſconſultus L. 23. de aur. & arg. leg. D. *muliebria vocat veſtimenta, quibus ſine vituperatione vir vti non poteſt.* Ideo a Valentiniano prohibita L. 1. Cod. de veſtibus holobericis. Et heic noſter author ait, iſta veſte fœdari viros. At fœditas non modo in veſte, ſed in odore, & in colore apud ſobrios & frugi viros. *De odore* Claudian. 2. in Eutrop.

Veſtes odoratæ putidæ viris.

Veſtis odoratæ ſtudium, laus maxima, riſum
Per varios mouiſſe, ſales minimeque viriles
Munditiæ, compti vultus, onerique vel ipſa
Serica.

Hic autem odor ab vnguentis, aut herbis, aut puluere, aut pelliculis. *Ab vnguentis*, Martialis lib. 1. epigram. 50.

Lunata nuſquam pellis, & nuſquam toga,
Olidæ veſtes murice.

Idem lib. 3 epigr. 54.

Quod quacunque venis Coſmum migrare putemus,
Et fluere excuſſo cinnama fuſa vitro.

Et libri eiuſdem epigram. 62.

Balſama qui ſemper, cinnama ſemper olet.

Iuuenalis Sat. 4.

Et matutino ſudans Criſpinus amomo,
Quantum vix ferrent duo funera.

Ex herbis. Plinius lib. 21. cap. 19. de baccare. *Veſtibus odoris gratia inſeritur*, vt roſa, hyacinthus, crocus. Etiam *citrea mala odoratiſſima, vt de fructibus idem dicas, quod de herbis. Nam interiecta veſti, tineas necant.* De puluere in Cantic. Canticorum. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* De pelliculis, D. Hieron. ad Principiam. *fragrare muſco mure.* Et ad Demetriadem. *Peregrini muris olere pelliculas.* Et a Iudæis ille veſtium odor. Pſalm. *Myrrha, & gutta, & caſia a veſtimentis ſuis.* Et, *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.* Cant. Canticor. Sic L. Plautius in proſcriptione, odore veſtis proditus. Plinius lib. 13. cap. 3. Quodque mirere, non modo veſtes odore, ſed ſoleas ſuas matronæ vngebant vnguentis, quo bene olerent. Inde myrobathrarij in Aulularia dicti *vnguentorum propolæ*. Vngebant etiam lectos. Martial. lib. 2.

Odoratæ veſtes apud Iudæos.

Vnctura apud Romanos celebris.

Quid torus a Nilo, quid ſindone tectus olenti,
Oſtendit ſtultas quid niſi mœchus opes?

Prouerb. 8. *Aſperſi cubile meum myrrha & aloe, & cinnamomo.* Vtque viri & caput, & barbam, & pectus vnguentis perfundebant, ita etiam fœminæ mammas, & vultum, & pedes. De capite, & barba. Regius Pſaltes in Pſalmo. *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.* Et Leuitici 8. *Fundens vnguentum ſuper caput Aaron, vnxit eum.* De *pectore. Fulcite me floribus, ſtipate me malis.* Quod interpretor de malis cotoneis, quæ inter odores. Plinius cap. 15. lib. 2. *Omnia iam & virorum ſalutatoriis cubilibus incluſa & ad odorem nouæ nuptæ, cotonea edebant.* De *mammis* fœminarum. *Vbera fragrantia vnguentis optimis.* Ideo vocat *montes myrrhæ, & colles thuris.* De *manibus. Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.* De *pedibus.* Primum lauabant pedes butyro. Iob. 19. *Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.* De vnguento ad lauandos pedes, in Euangelio. *Mulier tenens alabaſtrum vnguenti, effudit ſuper pedes recumbentis.* Plinius eodem libro, cap. 2. de odore matronarum. *Summa,* inquit, *vnguentorum commendatio, vt tranſeunte fœmina, odor inuitet, etiam aliud agentes.* De colore veſtium conqueritur Plinius, loco maculoſo, quem eluo, & interpretor, cap. 2. lib. 22. Nat. hiſt. *Iam vero infici veſtes ſcimus admirabili fuco.* (lego *ſucco.*) *Vtque ſileam Galatiæ, Africæ, Luſitaniæ granis coccum* (lego, *Luſitaniæ e granis coccum*) *Imperatoriis dicatum paludamentis: Tranſalpina Gallia, herbis Tyrium & conchylium tingit, omneſque alios colores, nec quærit in profundis murices, ſeſeque obiiciendo* (lego, *ſe neque obiiciendo*) *eſcam dum præripit belluis marinis. Intacta etiam, nec iam anchoris ſcrutatur vada, vt inueniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor inſidietur nuptæ, ſtans & in ſicco, carpit quod frugi mundos exculpet.* ita lego, *non exſculpet*, vt excuſum eſt: id eſt, quod eſt extra culpam, extra crimen Gallos reddat, & ſine culpa & noxia, quia licet tingant ſuas veſtes, tingunt herbis peruiis, & ex ſolo natis coloribus, & ſine periculo quæſitis, imo nulla ambitione. Vocat autem *frugi mundos*, quod tunc Gallia luxu careret, & frugaliter veſtiretur, non ambitioſe vt Roma. Iuuenal. Sat. 14.

Plinius correctus.

Et explicatus.

——peregrina ignotaque nobis
Ad ſcelus, atque nefas, quæcunque eſt purpura ducit.

Nam purpuræ plures ſpecies. Plinius lib. 9. cap. 37. Silius inter luxum Capuanorum, & auri argentique monſtra, hæc ſcribit libro 11.

——madefacta veneno
Aſſyrio veſtis.

Hæc hodie paganitatis vitia imitamur, vtinam & virtutes.

4 MODVM ARGENTO.] Quanto priſca ætas frugalior, tanto poſtera apud Romanos fluxior & luxurioſior. Nam priſco æuo, argenti lamella Cenſorium crimen. Sic enim Ouid. 2. Faſt.

Priſca ætas purior, poſtera impurior.

Lamella argentea crimen Cenſorium.

Et breuis argenti lamina crimen erat.

Et ex Horatio:

Priuatus illis cenſus erat breuis,
Commune magnum.

Sic vet. interpres Iuuenal. Sat. 10. ait *Fabricium Cenſorem collegam ſuum notaſſe in Senatu, quod ſupra decem libras argenti, vnam phialam inueniſſet.* Antea enim non licebat Senatorem plus habere,

bere,

bere, ait Seneca de beata vita. Et *Fabricius belliſoſos imperatores pluſquam pateram & ſalinum ex argento habere vetabat*. Plin. 33 cap. 12. Poſtremo etiam moriente Rep. *coquinaria vaſa argentea, Caluus orator fieri querebatur*. Plin. lib. 33. cap. 9. Lecti, & carrucæ, & ſcenæ, & triclinia & balnea & menſæ ex argento etiam cælato, quod mirere: quippe *cælaturæ*, vt ait Plinius, *aurum carius & nocentius faciunt*. Lucillius confirmat qui ſcribit:

Coquinaria vaſa argentea. Poſtea omnia ex argento.

—— nam vel regionibus iſtis
Incruſtata calix rura caulique bibetur.

Propter quinque pondo argenti notatum fuiſſe triumphalem ſenem, iam fabuloſum eſſe videtur, ait idem lib. 33. cap. 1. Tertullianus libro de Pallio dat catharticum huic vitio, ſed non ſine mendulo in excuſis. *Lances, inquit, centenarij ponderis Sylla molitur. Vereor ſane, ne parua ſit iſta trutina, cum Druſianus equidem* (lege, *& quidem*) *ſeruus Clodij quingenariam ædificat*, ad augendum luxuriæ modum, ex conditione ſerui, quem Plinius ait *Rotundum* fuiſſe nominatum, lib. 33. cap. 11.

Tertullianus correctus.

Corrigo etiam & interpretor locum Plinij de argento c. 12. eiuſdem libri. *Argentum, inquit, ſuccedit ex re,* (id eſt ex rerum euentu) *aliquando & auro*: id eſt, loco æris & auri, aliquando homines vtuntur argento. Et hoc probat Romanarum mulierum exemplo. Nam adiicit. *Luxu fœminarum plebis compedes ſibi ex eo* (id eſt ex ære) *facientium, quas induere aureas mos tritior vetat.* male *tritior*, lege, *mos tetrior*. Nam ſi tritū erat, ſoccos habere ex auro, quomodo id mos vetaret? At plebeiis mulieribus aurum interdictum. Et ſciendū eſt quoſdam corrupta Rep. *æratos* geſtaſſe ſoccos, quoſdam *argēteos*, quoſdam *aureos*. De æreis Tertull. in Pallio. *Alius & ſericatus, crepidam æratus inceſſit*. lege, *& crepida inæratus inceſſit*. *Argēteos* plebeiæ mulieres geſtabant. Plinius heic: *aureos* illuſtriores fœminæ & equeſtres. De *aureis* Seneca.

Plinius correctus. *Socci ærei.* *Argentei.*

Crura diſtincto religauit auro,
Luteo plantas cohibente ſocco.

Et Apuleius 2. Met. *Alius ſoccis obauratis, indutus ſerica veſte*. Plinius lib. 33. cap. 3. *Ad Hercules* (lege, *At Hercules*) *idem tu, Brute, mulierum pedibus aurum geſtari tacuiſti*. Et addit. *Etiamne pedibus induitur, atque inter ſtolam plebemque hunc medium fœminarum equeſtrem ordinem facit?* vocat autem *compedes*, quod his ſoccis argenteis, veluti compede vinctæ mulieres eſſent. Plura ſi voles de luxuria in vſu argenti, vide Plinium eodem libro, & capite. quam notat Silius lib. 11. in Capuanis.

Aurei. *Notata Italiæ luxuria in argento & auro.*

Nec vitiis deerant vires, non largior vlli
Auſoniæ populo (ſic tum fortuna ferebat)
Aurique argentique modus.

Qui duo luxuriæ fontes, Rempublicam peſſumdedere. fœlix qui nec habet, nec habere cupit.

5 SVPELLECTILI.] Supellectilem Iuriſconſulti dicunt eſſe *patrisfamilias inſtrumentum, quod neque argento, auroue facto, contineatur*. L. 9. D. de ſupellect. leg. Erantque peculiares ſerui, quibus ſupellectilis cura mandata erat. Sunt autem ſpecie ſupellectilis, aulæa, arculæ, lecti, qui interdum inargentati, & inaurati, atque gemmati, L. 3. §. vitrea, de ſupellect. leg. & L. 100. §. vlt. de Legat. 1. Triclinia etiam, & menſæ, quarum Tertullianus arguit luxuriam in Pallio. Et præcipue de menſa. *Adigo, inquit, cauterium ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit, qua bis tantum Aſinius Gallus, pro menſa eiuſdem Mauritaniæ numerat*. Quæ quia cum Plinio non conueniunt, diſcordia ex notis nota eſt, quæ hodie ingeniis pro cruce ſunt. Seneca epiſt. 9. luxuriæ gradus facit, his verbis. *Luxuriam vbi late fœlicitas fudit, cultus primum corporum eſſe diligentior incipit, deinde ſupellectili laboratur, deinde in ipſas domos impenditur cura, vt in laxitatem ruris excurrant*. En luxuriæ gradus, quos tranſcendimus, & tranſcendiſſe gloriamur.

Quid ſupellex Iuriſconſultis. *Serui ad ſupellectilem.* *Luxuria in ſupellectile.*

6 FAMILIÆ.] Seruorum videlicet. Nam *familiæ appellatione, ſeruilem familiam contineri ſciendum eſt*, ait Vlpianus L. 2. §. familiæ. de public. D. Erat autem tantus ſeruorum numerus, *vt legiones* vocet Plinius. *Hoc*, inquit, *profecere mancipiorum legiones*, lib. 33. cap. 1. Iuuenalis vocat *cohortes* Sat. 14. Seneca filius *exercitus*, de tranquill. animi. Seneca pater *greges ſeruorum*. Petron. Arb.

Seruorum turba. *Legiones vocat Plinius.* *Exercitus Seneca.* *Greges, eius patr.*

—— ecce Afris eruta terris
Citrea menſa, greges ſeruorum.

Tacitus *agmina* lib. 12. Annal. *Quod parum coercitus per Calabriam ſeruorum agminibus, Italiam turbarit*. *Nationes* etiam vocat lib. 5. Annal. *Poſtquam*, inquit, *nationes in familiis & ergaſtulis habemus*. Excreuere enim in immenſum poſtea. Quod notat Strabo lib. 14. aitque poſt exciſam Carthaginem & Corinthum, hos ſeruorum greges Romanos habuiſſe, & Delum fuiſſe emporium celeberrimum venalitiis huius mercimonij. Antiqui autem Romani vocabant illos *Marcipores, Lucipores, Publipores, & Philippores*, id eſt pueros & ſeruos Marci, Lucij, Publij, & Philippi; erantque gentiles dominorum ab auis atauiſque profecti, & iure ſucceſſorio relicti. Pudentilla vxor Apuleij, *quadringentes* habebat. Apul. apolog. 2. Quidam Clodius Iſidorus, *quatuor millia* reliquit, ait Plinius lib. 33. cap. 10. Lipſius ex Athenæo notat 10. & 20. *millia*. Craſſus multa habuit millia, inter quos *quingenti* latomi, architecti, & fabri lignarij. Sed eſt ſingulare quod notat Apuleius ex priſcis Romanis contra nepotum indomitam luxuriam. *M. Antonium Conſularem ſolum octo ſeruos domi habuiſſe, & Carbonem, qui rebus potitus eſt, vno minus. Etiam Manio Curioni, tot adoreis longe illuſtri, qui ter triumphum vna porta egerit, duos calones ſolos fuiſſe*. Et ſubiungit acute. *Illum virum de Sabinis, deque Samnitibus, deque Pyrrho triumphatorem, habuiſſe pauciores ſeruos, quam triumphos. M. Cato*, inquit idem, *in oratione ſua ſcriptum reliquit, tres ſeruos ſolos duxiſſe in Hiſpaniam, cum Conſul eſſet, & eo proficiſceretur*. Quin *vnum ſeruum tres domini habebant*, inquit vet. Scholiaſt. Iuuenal. Sat. 14. in hoc verſu.

Agmina Tacitus. *Lucipores.* *Marcipores.*

—— vnus
Vernula, tres domini.

Sed non eſt ille Iuuenalis ſenſus, quem alias explicabimus. Petron. Arbiter contra de illa ſeruorum multitudine, ait *Eumolpum familiam tam magnam per agros Numidiæ habuiſſe, vt poſſet*

Carthaginem capere. Non abeo, quin Senecæ patris locum ſcalpello meo feriam, & ſanem, licet obiter prius tetigerim. *Non me,* inquit, *delectant ignoti domino ſeruorum greges, nec ſonantia laxi ruris ergaſtula.* Er hæc lectio pati poteſt, nam tantus erat numerus, vt ignoti eſſe poſſent dominis: qui ideo nomenclatores adhibebant ad eorum nomina ſcribenda. Sed in manuſcripto legitur *noti,* quod eſt contra. lego ergo *notati:* quippe horũ ſeruorũ erant inſcripti vultus, & notati frontes: vnde *in Eleuſiniis ſacris inſcripti vultus, vincti pedes, abire iubebantur a myſteriis.* Quintilianus Declamat. 252. *Latius poſſidebitis, & numeroſiores familias veſtras ignorabitis.* Silius lib. 13.

Seneca correctus.

Ignoti greges ſeruorum domino.

Immenſique greges famulæ ad conuiuia turbæ.

Sic ancillarum greges Plinius dixit. Et in vrbe Roma longe plus ſeruorum, quam ingenuorum.

7 Talesqve.] Nulla Sibylla hæc vt ſunt, interpretetur, ac ne Apollo quidem etiam Delphicus. Lego ex coniectura quam veram puto. *æqualeſque quæ ad requiem animi, aut ſalubritatem corporum parentur.* Quod interpretor. Nam Aſinius, quem ſupra memoraui inter Polliones, notum luxuriæ mancipium, dum ſuetam luxuriam tuetur, air *priuatas opes ſimul cum publicis creuiſſe, etiam inter priſcos Romanos, & aliam apud Fabricios, aliam apud Scipiones fuiſſe pecuniam. Quod eſt verum. Sed omnia ad vtilitatem Reip. referri, ſiue res anguſta, ſiue anguſta & ampla domi ſit, & quicquid ſit in ædibus ciuium Romanorum, ſeu ſerui, ſeu argentum, & aurum, & ſupellex, non poſſe nimium aut modicum dici, niſi ex fortuna poſſidentis:* id eſt, vt ſi quis vilioris conditionis lectos habeat argenteos, menſas citreas, & eiuſmodi alia, nimium erit: ideoque diſtinctos ordines, vt vnuſquiſque habeat ſuam dignationem, immo ea omnia eſſe æqualia, quæ ad requiem animi, aut ſalubritatem corporum parentur. En iſtius Nepotis ſententia. Vere Nepotina ad fouendos luxus, Reip. hoſtes perpetuos & perduelles.

Tacitus correctus.

Et explicatus.

8 Svb nominibvs honestis.] Quia ſcilicet Scipiones & Fabricios Aſinius nominarat. *Aliam enim dicebat apud Fabricios, aliam apud Scipiones fuiſſe pecuniam.* Et nota Aſinium Scipionum nomine luxum tueri, qui homo ad luxum natus: ex quorum tamen gente erat, vt dixi lib. 1. Sic pulchra nomina, turpibus vitiis obtenduntur, iampridẽ vſitata apud mortales conſuetudine. Sed Dio Pompeio & Craſſo Coſſ. ſcribit leges ſumptuarias, cum vellent rogare, ita ab Hortenſio prohibitos, quod ille *laudauerit multũ ſplendidiſſimam Conſulum vitam & immenſos quos facerent ſumptus.* Itaque lex non rogata, ſed ſuppreſſa.

9 Confessio vitiorvm, verecvndia.] Non ita, ſi mihi creditur, ſed, *conceſſio vitiorum, & ſimilitudo audientium.* Nam licet quis vitia confiteatur, tamen non aſſentit, vt vitia locum habeant: ſed aſſenſere Aſinio, propter ſimilitudinem morum, quam Senatores cum illo habebant, & quod facile vitiis concederent, in quæ tranſierant dudum. Sic manus manum fricat.

Interpretatus Tacitus.

Inter quæ L. Piſo ambitum fori, corrupta * iudicia, ſæuitiam oratorum accuſationes minitantium increpans, abire ſe, & cedere vrbe, victurum in aliquo abdito & longinquo rure teſtabatur. ſimul curiam relinquebat. Commotus eſt Tiberius, & quanquam mitibus verbis Piſonem permulſiſſet, propinquos quoque eius impulit, vt abeuntem autoritate vel precibus [1] tenerent. Haud minus liberi doloris documentum idem Piſo mox dedit, vocata in ius Vrgulania, quam ſupra leges amicitia Auguſtæ extulerat. [2] Nec aut Vrgulania obtemperauit, * in domum Cæſaris, ſpreto Piſone, vecta, aut ille abſtitit, quanquam Auguſta ſe violari & imminui [3] quereretur. Tiberius hactenus indulgere matri ciuile ratus, vt ſe iturum ad prætoris tribunal, adfuturum Vrgulaniæ diceret, proceſſit palatio, procul ſequi iuſſis militibus. Spectabatur occurſante populo, compoſitus ore, & ſermonibus variis tempus atque iter ducens, donec propinquis Piſonem fruſtra coercentibus, deferri Auguſta pecuniam, quæ petebatur, iuberet. Iſque finis rei, ex qua neque Piſo inglorius, & Cæſar maiore fama fuit. Cæterum Vrgulaniæ potentia adeo nimia ciuitati erat, vt teſtis in cauſa quadam, quæ apud ſenatum tractabatur, venire dedignaretur. Miſſus eſt prætor, qui domi interrogaret: cum virgines [4] Veſtales in foro & iudicio audiri, quoties teſtimonium dicerent, vetus mos fuerit.

* ait

Morbi reip.

* vi domum

Iudiciorum maieſtas a fœminis inuerecunda.

1 Tenerent.] Pro *retinerent.* Sic lib. 4. *Semelque abſumpti tenebantur,* pro *retinebantur.* Dixi ſupra *curatius,* pro *accuratius;* quæ repetiſſe, peccaſſe eſt.

2 Nec avt Vrgvlania.] In Suetonio, pro *Vrgulania* legitur *Herculania,* in vita Claudij. Eius enim filiam duxit Claudius Cæſar. Alij *Vargulaniam* vocant. nam Cicero 2. de

de orat. *Aul. Sempronius candidatus cum M. fratre Vargulam amplexus.* Et a Vargula Vargulania. Et poſtea. *Quid enim eſt Vargula aſſequutus?* At erebra heic Vrgulaniæ repetitio & loco tam vicino, contra morem Taciti, in ſuſpicionem huius loci me traxit, vereorque ne legendum ſit, *nec aut vrguenti illa obtemperauit, aut ille abſtitit;* & pro *vrguenti illa* finxerint *Vrgulania.* Veteres dicebant *vrguere* pro *vrgere.* Paul. Iuriſconſultus de quæſtionib. lib. 5. ſentent. *Si ſuſpicione aliqua reus vrgueatur.* Tertull. de reſurrect. carn. *Vrguens vſquequaque per allegoriam neceſſariorum pabulorum.* Sic dicebant etiam *vnguere* pro *vngere.* Idem Tertullianus vbi de baptiſmo agit, eodem libro. *Caro abluitur,* inquit, *vt anima emaculetur: caro vnguitur, vt anima conſecretur: caro ſignatur, vt & anima muniatur: caro manus impoſitione adumbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur. caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt anima de Deo ſaginetur.* Quæ omnia Chriſtianorum veterum ritus in baptiſmo notant. Quæ vigent adhuc in eccleſia Catholica, hæreſi vidente nec admittente.

Vrguere.

Vnguere.

Nota vetuſtiſſimorum Chriſtianorum baptiſma.

3 QVERERETVR.] Querebatur Liuia: Sed immerito, cum vir eius Auguſtus ſuam dignitatem ita imminui non putauerit. Nam vt ſcribit Sueton. cap. 45. in Auguſt. *Prætor Hylam pantomimum in atrio eius perquiſiuit, immo flagellis verberauit, gratamque habuit in ædibus ſuis Prætorijs perquiſitionem & caſtigationem.* Illæ autẽ perquiſitiones, olim non fiebãt, niſi cum licio & lance, *ne matronarum pudicitia delibari oculis videretur,* ait Valerius. Et noto prætereiens, etiam in Biblijs non liberum fuiſſe populo Dei, alienas domos inire, venia non petita. Sic enim Deuteron. cap. 24. *Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit.* Ideo veſtibulum dictum a Romanis, quaſi veſtibulatio, id eſt, veſtigiorum ſtabilitio. Feſtus. Inuenitur apud veteres doctos, veſtibula ob eam ſignificationem dicta, quod in his locis ad ſalutandos dominos domorum quicunque venirent, ſtare ſolerent dum introeundi daretur copia. Vide quam honora populi Dei ſit diſciplina, a qua poſtea Romani edocti bonos hauſerunt mores.

Perquiſitio in ædibus Rom. cum licio & lance.

4 VESTALES IN FORO ET IVDICIO AVDIRI.] Magnus honos Veſtalibus ſemper habitus Romæ, vt dixi alibi. Quippe regum filiæ Veſtales olim, vt Tarpeia: & poſteris temporibus, virgines primæ nobilitatis. Symmach. de tradit. Baſil. *Honorauerat lex parentum Veſtales virgines, ac miniſtras Deorum, victu modico, iuſtiſque priuilegijs.* Et ſupra. *Honor ſolus eſt in illo, velut ſtipendio caſtitatis.* Hic autem honos, quod lictore præeunte procedebant. Seneca pater Controuerſ. 2. libr. 1. *Procedente hac, lictor ſubmouere iubebitur.* Honos, quod Prætor & Conſules cedebant via, & faſces ſubmittebant magiſtratus. Et idem libro 6. Controuerſ. 8. *Tibi magiſtratus ſuos faſces ſubmittunt, tibi Conſules, Prætoreſque cedent via.* Quod magnum. Nam magiſtratibus cedebant quicunque erant in Rep. exceptis matronis, & matronarum viris, ſi cum eis veherẽtur. Feſtus ex Verrio. Honos, quod Veſtali prodeunte, nulla meretrix auſa apparere, nam Controuerſ. 2. lib. 1. *Quæcunque,* ait, *meretrix proſtrata fuit, fugiet.* Honos, quod caſtiſſimis etiam ancillis vterentur, vt docet idem, eadem Controuerſ. *Fas ſacerdoti non eſſet, ancillam tibi ſimilem habere.* Honos etiam, quod in theatro ſedem iuxta prætorem habebant. Sueton. cap. 44. in Aug. Et quod in deprecando apud Deos, & Cæſares; magnæ eſſent authoritatis. Nam precibus apud Deos ſiſtebant fugitiuos ſeruos. Dixi ſupra. Et apud Cæſares, ſontes & noxios pœnis eximebant. Sueton. in Iul. cap. 1. *Per virgines Veſtales veniam impetrauit.* Tamen Annalium 11. Veſtalis orat, nec exorat. Quippe Meſſalinæ impetrare veniam non potuit, ob graue ſcelus, & quia caput Auguſti nimium tangeret. Et honos eis habitus, quod viuo patre, teſtandi ius haberent, & res ſuas ſine curatore gererent. Et quod necandus, ſi forte obuiam haberet Veſtalem, morti eximeretur. Feſtus. Supra iſtos honores, ius teſtimonij dicendi habuere. Sed illud teſtimonium domi, non pro tribunali, coram magiſtratu, & in foro, & iudicio; quod non, niſi egregijs perſonis, a lege indultum. L. eum de teſtam. Quemadm. teſtam. aperiantur. Nam honeſtæ perſonæ non coguntur ad ferendum teſtimonium niſi volentes; & ſi ferãt, Iudex ad excipiendum procedit in domum. L. nec honore. Cod. de Epiſcop. & cleric. Et quod eſt notabile, ſi aduerſa valetudine laborarent, matronarum curæ cuſtodiæque mandabantur. Plin. lib. 7. ad Priſcum, Epiſt. Angit. nec enim virginis cuſtodia, niſi honeſtis matronis, mandanda eſt. Caſta caſtis.

Veſtales honoratæ.

Quæ olim regum filiæ.

Poſtea virgines primæ nobilitatis.

Veſtalibus lictor.

Cedebant via magiſtratus.

Faſces ſubmittebant.

Meretrix latebat Veſtali parente.

Quibus ancilla caſta.

Sedes in theatro iuxta prætorem.

In deprecando Deos authoritas.

Erga Deos. Homines. Et Cæſares.

Ius teſtandi viuo patre.

Sine curatore ſuas res adminiſtrabant.

Ius teſtimonij habebant.

Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Cn. Piſonis & Aſinij Galli ſuper eo negotio diuerſas ſententias noſcere. [1] Piſo * quanquam abfuturum ſe dixerat Cæſar, ob id magis agendum cenſebat, vt abſente principe, Senatus & equites poſſent ſua munia ſuſtinere: decorum Reip. fore. Gallus, quia ſpeciem libertatis Piſo præceperat, nihil ſatis inluſtre, aut ex dignitate populi Rom. niſi [2] coram & ſub oculis Cæſaris: eoque conuentum Italiæ & adfluentis prouincias præſentiæ eius ſeruanda dicebat. Audiente hæc Tiberio ac ſilente, magnis vtrinque contentionibus * acta, ſed res dilatæ.

* quandoquidem

Quæ ſub oculis Iouis aut Cæſaris fiunt, habent ſuam dignationem, & maiorem.

* acta res, ſed dilata.

Tacitus correctus.

1 PISO QVANQVAM.] Non ita, ſed, *Piſo, quandoquidem abfuturum ſe dixerat, Cæſar ob id magis agendum cenſebat.* Nam ad illa verba *ob id magis*, illud *quanquam* non quadrat, & alienus eſt ab hoc pede calceus. Noto autem Piſonum familiam perantiquam apud Rom. & valde nobilem, quod notat noſter l. 3. a quibus Marci, & Caij, & Cnei, & Lucij Piſones celeberrimi ſurculi, multiſque nominibus Pop. Rom. memorandi. Quorum meminere Horatius Poeta, & Lucanus, alijque. Sed Silius clare his verſibus.

Ductor Piſo viros ſpernaces mortis agebat,
Ore puer, puerique habitu, ſed corde ſagaci
Æquabat ſenium, atque aſtu ſuperauerat annos.

Et Lucanus:

Vnde prius cœpti ſurgat mihi carminis author,
Quoſve canam titulos, dubius feror. Hinc tua, Piſo,
Nobilitas veteriſque citant ſublimia Calpi
Nomina.

Mox addit.

-- Quid memorare neceſſe eſt
Vt domus a Calpo nomen Calpurnia ducat,
Claraque Piſonis tulerit cognomina prima,
Humida calloſa cum pinſeret hordea dextra?

Et alter Poeta:

Atria Piſonum fulgent cum ſtemmate toto.

Spartianus in Tito tyranno: *Huic vxor Calpurnia fuit*, ait, *ſancta & venerabilis fœmina, de genere Cenſorinorum, id eſt, Piſonum: quam maiores noſtri, vt vniuiram ſacerdotem inter ſacratiſſimas fœminas adorarent.* Notatque Ciceronem nobilitandi ſui cauſa Piſonum familiæ ſe ſociaſſe; in Piſone tyranno quem ita laudat, vt dicat Remp. ſimilem non habuiſſe. Illa autem familia a Numa. Nam ita Horatius in Arte.

Vos o Pompilius ſanguis.

Et extat nummus cum hac inſcriptione. CN. PISO. PROQ. Id eſt, *proquæſtor*, in quo caput Numæ regis inſculptum. *Piſones* autem *a pinſendo*, ait Plinius lib. 18. cap. 3. & forte a piſis, vt Fabij, a fabis. Nam auguſta illa Romana nomina *ab agris*, vt etiam, *Lentuli, Cicerones, & ab artificio, Iunij, ab inuentione rerum, vt Pilumni.* Quæ ſupremorum regum nomina aut æquarunt, aut ſuperârunt. Et ſane quot ciues, tot reges Romæ. Sed Tacitus de Piſonum nobilitate ſcribit hæc lib. 15. Annal. *Is Calpurnio genere ortus, ac multas inſigneſque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat per virtutem aut ſpecies virtutibus ſimiles.* Nam ſæpe plus ſpeciei quam veritatis.

2 CORAM ET SVB OCVLIS CÆSARIS.] Sic Tertullianus alicubi: *ſub Dio*, id eſt, *ſub oculis Iouis.* Seneca ad Mart. in conſol. *Sic ergo Martia te gere, tanquam ſub oculis patris, filijque poſita.* Cicero ad Quintum fratrem. *Non latere in tenebris, ſed in luce Aſiæ, in oculis clariſſimæ prouinciæ.* Sic 2. Reg. cap. 11. *Dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius.* Virgil. 9. Æneid.

-- Nec equi cæca condemur in aluo.
Luce palam certum eſt igni circundare muros.

Et Papin. in eodem ſenſu.

-- Nunc, nunc mihi vincere pulchrum
Teſte die.

Nam quod die fit, in luce fit; quod nocte, in tenebris, & nullo, aut raro teſte. Nox cæca eſt, dies oculatus. Et quod fit teſte Sole, magno teſte fit.

Et certamen Gallo aduerſus Cæſarem exortum eſt. Nam cenſuit in quinquennium magiſtratuum comitia habenda: vtque legionum legati, qui ante præturam ea militia fungebantur, iam tum prætores deſtinarentur: princeps duodecim candidatos, [1] * in annos ſingulos, nominaret. Haud dubium erat, eam ſententiam altius penetrare, & [2] arcana Imperij tentari. Tiberius tamen [3] quaſi augeretur poteſtas eius, diſſeruit. *Graue moderationi ſuæ tot eligere, tot differre: vix per ſingulos annos offenſiones vitari, quamuis repulſam propinqua ſpes ſoletur: quantum odij fore ab his, qui vltra quinquennium proijciantur?* [4] * *vnde proſpici poſſe quæ cuique tam longo temporis ſpatio mens, domus, fortuna. ſuperbire homines etiam annua deſignatione; quid ſi honorem per quinquennium agitent? quintuplicari prorſus magiſtratus, ſubuerti leges, quæ ſua ſpatia exercendæ candidatorum induſtriæ, quærendiſque aut potiundis honoribus ſtatuerint.*

Cæſar a Gallo ſententia diuerſus.

* in annos ſolum quinos

Homo exiguo honore ſuperbit.

* inde

Spatia data a lege quærendis dignitalibus non augenda nec minuenda.

Tacit. correct.

1 IN ANNOS SINGVLOS.] Legendum puto ex coniectura, *in annos ſolum quinos.* Nam ex duobus integris, vnum corruptum finxerunt. Sic primo lib. *Quidam ſinguli*, pro *quidam ſignis.* Et error inde, quod verbum, *ſolum*, per *S M*, fuerit ſcriptum: ex quo, *Sin* finxerunt, & *gulos*, pro, *quinos.* Nam iſtorum exſcriptorum plerumque quot verba, tot miracula. Iſta autem ſcriptura ab Liuio, qui 39. ita. *Pro tribus in anno diebus quinos ſingulis menſibus dies initiorum feciſſe.* Non diſpar facinus in Apuleio 2. Metamorphoſ. *Sic ille ſenior lamentabiles queſtus ſingulis inſtrepebat.* Vbi lego, *lamentabiles queſtus ſingultim ſtrepebat.* Et author noſter 1. Hiſt. *Vt quina millia nummum ſingulis militibus numerarentur.* Non omitto Plinij locum libr. 17. cap. 1. Nat. hiſt. *Fuit* ([illegible]uit) *arborum cura legibus priſcis, cautumque eſt XII. Tabulis,*

vt

vt qui iniuria cecidiſſet alienas, lueret in ſingulas, æris XXV. quod parum eſt. itaque abeant correctores via qua venerunt.

2 ARCANA IMPERII.] Quia ſi legati deſignabantur prætores, libertas principis cui vellet dandi Præturam eripiebatur. Si comitia in quinquennium differebantur, dilatio principi grauis, qui præſenti beneficio vti non poſſet: ſi quinquennalis magiſtratus foret, tot anni ex principis iure abſciſi. Et hoc ſentiebat princeps ſubdolus, ſed diſſimulator ingens, & temporum, iuriumque ſuorum parcus largitor.

3 AVGERETVR.] Vera ſcriptio Taciti, *augeretur*, non *auretur.* quoniam libr. 4. *Sublatiſque inanibus, vera potentia augeretur.* Tamen & illud *auretur* poterat teſtimonio Ciceronis fulciri, epiſt. quæ incipit *Adeone*, ad Trebat. lib. 7. famil. *Puto te malle a Cæſare conſuli, quam inaurari.* Et Iuriſconſulti aureum & inauratum opponunt, L. 14. de contrah. empt. & inaurati lecti, L. 3. de ſupell. leg. & auro legato quæ inaurata ſunt non deberi. L. 19. §. Celſus. de aur. & arg. leg. & lecti inargentati. L. 5. de vſufr. ear. rer. & l. 3. §. vltra. de ſupell. leg. D. Et noto verbum *inaurare*, in authoribus, pro *decorare.* Quod tractum a Dijs paganorum, qui inaurabantur, vt dixi alibi, & de eorum crepidis, quæ quotidie nouo auro ornabantur. Poeta Latinus in auro ornatum & pulchritudinem ponit dum ait:

Aurea cæſaries olli, atque aurea veſtis.

Et de arbore auricoma:

Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit.

Vt herba quæ Chryſocomos dicta. Manilius de ariete Phryxi.

Cum vitreum fundens (lego, *findens*) *aurauit vellere Pontum.*

Findens fluctus & ſulcans vada. Tamen lego heic *augeretur.* Nam *inanibus* opponit *augmentum*, pro ſuo more. Recordor etiam legiſſe me alicubi, (vt inaurationem illam perſequar,) leonis quendam aurauiſſe crines, & aureas inaures murænulæ Domitiani Neronis amitam ſuſpendiſſe, ex Plinio. Quin Seneca ita epiſtola 41. *Aliter leo aurata iuba nitet dum contrectatur & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus: aliter incultus integri ſpiritus.* Et Apul. l. 7. *Breui ſpatio lapideam iſtam domum facturus aureã*: Et ille Poeta innominatus, ſed acutus qui dodecatheon Auguſti cõuiuium carpit, ita notiſſimis verſibus ſcripſit.

Fugit & auratos Iuppiter ipſe thronos.

Sic *aurea Venus*, ſic *aureæ Muſæ.* In ſumma quidquid pulchrum, id aureum: ſeu ex hominum cupiditate, ſeu ex naturæ indulgentia & benignitate.

4 VNDE PROSPICI.] Forte, *inde proſpici.*

Fauorabili in ſpeciem oratione vim imperij tenuit; [1] cenſuſque quorundam ſenatorum iuuit. Quo magis mirum fuit, quod preces M. [2] Hortali nobilis iuuenis in paupertate manifeſta ſuperbius accepiſſet. Nepos erat oratoris [3] Hortenſij. [4] inlectus a diuo Auguſto liberalitate decies ſeſtertium ducere vxorem, ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia extingueretur. Igitur quatuor filijs ante limen curiæ adſtantibus, loco ſententiæ, quum [5] in palatio Senatus haberetur, modo Hortenſij [6] inter oratores ſitam imaginem, modo Auguſti intuens, ad hunc modum cœpit: *Patres conſcripti, hos, quorum numerum, & pueritiam videtis, non ſponte ſuſtuli, ſed quia princeps monebat, ſimul maiores mei meruerant vt poſteros haberent. Nam ego qui non pecuniam, non ſtudia populi, neque eloquentiam, gentile domus noſtræ bonum, varietate temporum accipere vel parare potuiſſem, ſatis habebam, ſi tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forent: iuſſus ab imperatore vxorem duxi. En ſtirps & progenies tot conſulum, tot dictatorum. Nec ad inuidiam iſta, ſed conciliandæ miſericordiæ refero. Adſequentur, florente te, Cæſar, quos dederis honores. interim Q. Hortenſij pronepotes, diui Auguſti alumnos ab inopia defende.*

Liberi quæruntur maiorum & Reip. gratia & aliquando principum.

Principes bonorum ſoboli grati eſſe debent.

Largitio imperij conciliatio.

1 CENSVSQVE QVORVMDAM SENATORVM.] Sic fecit Auguſtus, quo ſibi gratiam conciliaret: ſic Iulia Auguſta, quæ equitum pauperiorum virgines maritabat: ſic multi poſtea imperatores fecere, quo dominationem amicitia, maieſtatem familiaritate & beneficijs firmarent. De Senatorio cenſu Cicero dixit epiſtola ad Valerium: *Si quis labefactaſſet, ordinem amittere.*

Nomen Romanum Hortalus.

2 HORTALI.] Nomen, vt puto, Romanum. Sic Catullus ad *Hortalum* ſcripſit epigramma, auum fortaſſis huius. At *Hortali*, quaſi *Hortali*, qui ab Hortis dicti. Veteres enim *ortos* ſcribebant ab oriendo, non *Hortos*, vt *olera* ab alendo. niſi a Græcis lubeat deducere, apud quos ὀρταλὶς gallina eſt, gallina cortalis, & in corte nata & alita. *Cortes* autem *ſunt villarum intra maceriem ſpatia*, ait Nonius. Varro de re ruſt. *A pabulo cum redierint anſeres, ſues, porci in corte exteriore.*

3 Hortensii.] Qui *facundia magnus*, & vt ait Valerius lib. 5. cap. 9. *ornamentum Romanæ eloquentiæ*. Sed melior orator, quam vir. Cicero de eo conqueritur ad Quint. fratrem. *Me*, inquit, *ſumma ſimulatione amoris, ſummaque aſsiduitate quotidiana, ſceleratiſſime perfidioſiſſimeque tractauit*. Et notat Lucanus libro 2. vbi de Martia, quæ primum Catonis vxor, mox Hortenſij fuit.

Hortenſius eloquens.
Melior orator quam vir.
Conqueſtio Ciceronis de Hortenſio.

Quondam virgo thoris melioris nupta mariti.

Piſcinarius fuit, vt dicebat Cicero, & murænæ morti illachrymatus eſt, homo vecors. Mollis etiam in habitu, vt qui diem dixerit collegæ, quod rugam veſtis bene compoſitam, per imprudentiam deleuiſſet. Quod Macrobius ſcribit. Et gula ſumptuoſus. Nam primus pauonem in cœna poſuit, & vino etiam platanos ſuas rigauit. Moriens, ſupra decem millia vini Chij heredibus reliquit, ait Plinius lib. 14. cap. 14. Nec tamen tertium eius opes heredem habuere. Filius enim flagitioſus fuit. Cicero lib. 6. ad Attic. epiſt. Etſi. Qui cecidir Philippis, vt a Velleio didici. Hoc vno laudandus, quod pro Rep.

Piſcinarius fuit.
Tertium heredem non habuit Hortenſius.

4 Inlectvs a D. Avgvsto.] Cum videlicet ageret, vt credibile eſt, de tollendo cœlibatu. Vide Dion. libr. 56. in principio: nam id curauit ſtudioſiſſime.

Studioſus Auguſtus de tollendo cœlibatu.

5 In Palatio.] Dictum Palatium, quod in Palatino monte, quem habitauit Romulus. Et mons Palatinus a palando dictus, quod ibi *palarent* oues, id eſt, *errarent*. Vel, vt Næuio placet, vocatur *palatium*, quaſi *balantium*, quia balare ibi pecus conſueuerit. Feſtus. Sic dixit Propertius eleg. 1. lib. 4.

Vnde palatium.
Vnde mons Palatinus.

Atque vbi nauali ſtant ſacra palatia Phœbo,
Euandri profugæ procubuere boues.

Aliud tamen tradit Varro libr. 4. de ling. Lat. Quid eligas inrer tam varia, ipſe videris. Non omitto Palatuelæ Deæ concreditum Palatium, in cuius tutela fuerir, eique flaminem datum. Quod Feſtus ſcribit. Poſtea vero & ſub Cæſaribus *Palatina domus* dicta, *domus æternabilis*. Cod. Theod. L. 5. de loc. fund. iur. emp. & dicta *diuina*. L. 64. de decur. & *auguſtiſſima*. L. 1. de condit. & hom. dom. domin. Auguſt. dicta etiam *Regia*, Nouella Theod. & Valent. vn. dom. diuin. in cuius ſummo vertice, ſemper ciuica corona, & aliquando naualis. Sueton. in Claud. cap. 17. *Inter hoſtilia ſpolia, naualem coronam faſtigio Palatinæ domus, iuxta ciuicam fixit*. A foro autem Romano, in id palatium migrauit Auguſtus. Sueton. in Auguſto, & Dio lib. 54. qui narrat Palarium nominatum, non quod ita aliquando decretum eſſer, ſed quod in Palatino monte Cæſar habitaret, ibique prætorium fixiſſet. Antequam autem Cæſar in Palatium migraret, Palatio igni abſumpto, Domitius Caluinus, poſt triumphum Hiſpanienſem illud refecir, ex auroque triumphali in Hiſpania collecto decoranit, vtque ornaret, mutuo ſumpſit a Cæſare multas & præclaras imagines; quas cum repeteret Cæſar, *Mitte*, inquit Domitius, *famulos tuos, qui eas domum tuam deferant. Riſit Domitij excuſationem Cæſar, ſed locum imaginibus ſpoliare noluit, in quo poſtea habitauit*. Arſit iterum, & ex collatitia ſtipe P. R. refectum eſt, voluitque locum totum publicum eſſe, ſiue quod populus ad id reficiendum contuliſſet, ſiue quod Maximus Pontifex eſſet, & publicis ædibus habitaret. Martialis.

Domitij Caluini artes.
Palatinus publicus locus.
Veneranda domus.

Inde ſacro repetes veneranda palatia cliuo.

Senatus autem habebatur ſæpe in palatio, & in templo Apollinis, cui iuncta erat porticus elegans, cum Bibliotheca Græca, Latinaque. Vnde Horatius:

In palatio Senatus.
Bibliotheca Palatina.

Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo.

6 Inter oratores sitam imaginem.] Flagrauit vrbs Roma imaginum amore, & vſque ad inſaniam, vt ſcilicet mortuorum figuræ in æuum poſt fata propagarentur. Et aliquando pictæ, aliquando fictæ ex cera, ære, marmore, lapide, etiam ex argento & auro, & in nummis, vt aſſidue per hominum manus verſarentur, vtque de augenda Rep. cogitarent. Qualis autem hæc fuerit Hortenſij imago, non indicat. Suſpicor tamen, quia addit *inter oratores*, depictam fuiſſe in clypeo æreo, & ex argento, ſurdo figuræ diſcrimine factam, vt ſcribit Plin. lib. 35. cap. 2. Id eſt, vt argentei vultus in illo æris fulgore, non tã perſpicuæ ſpectarentur. Nam infra, vbi de Germanici effigie agit, relaram ait inter oratores in clypeo depictam, & poſitam. Nos dicemus infra. Illæ autem oratorum imagines erant, vt puto, in Bibliotheca Palatina. Quod Aſinij Pollionis Romæ inuentum fuit. Nam *primus Bibliothecam dicando ingenia hominum, Remp. fecit*, ait Plinius & ingenioſe eodem loco. Dubitatque an hoc ab Alexandrinis & Pergamenis regibus fluxerit, qui Bibliothecas magno certamine inſtituere. Aitque *Marcum Varronem benigniſſimo inuento, inſeruiſſe voluminum ſuorum fœcunditati, non nomina tantum ſeptingentorum illuſtrium*, (Lego, *ſeptingentorum virorum illuſtrium*,) *ſed & aliquando imagines, nec paſſum intercidere figuras, aut vetuſtatem æui contra homines valere. Inuentione*, inquit, *etiam Dijs inuidioſus, quando immortalitatem non ſolum dedit, verum etiam in omnes terras miſit, vt præſentes eſſe vbique, & claudi poſſent*. Dignum Varrone inuentum: nam, vt ait Symmach. 10. epiſt. epiſtola 25. *Ornamentis bonorum incitatur imitatio, & virtutis æmulatio alitur exemplo honoris alieni*. Sic Apuleius donatus eſt imagine, vt orator. Er apud Catalaunos Hiſpanienſes extar inſcriptio verus.

Imaginum amor Romæ.
Quæ pictæ, & fictæ.
Imagines in Bibliothecis.
Inuentum Pollionis Aſinij.
Plinius correct.

P. Mart. Maran. filio. Calpvrniano. Oratori. Rhetori. defvncto. An. xviii. Mar. Maranvs. affectione. Maranæ. Calpvrniæ. vxoris. et. matris. recepto. in. clientelam. civivm. Æsones. liberalibvs. stvdiis. ervdito. impetrato. loco. ex. decreto. ordinis. statva. fovens. memoriam. pietatis. honoravit. datisqve. sportvlis. decoravit. Idem Lucretio vt Poetæ accidit. A. Q. Lvcretii. historici. ac. Poetæ. convictoris. verissimi. cvi. ob. excellentiam.

INGENII. STATVA. CONDONATA. Non omitto in ponendis ſtatuis cœnas aliquando dediſſe colonis in municipio & populo epulum, vt in ponenda ſtatua L. Præneſtini Auxini, & in ſtatua Oppij, in dedicatione ſtatuæ cœnam dedit, aliquando pecuniam, oleum, & mulſum, & cruſtulum in gratiam honoris recepti.

Inclinatio Senatus incitamentum Tiberio fuit, quo promptius aduerſaretur, his ferme verbis vſus: *Si quantum pauperum eſt, venire huc, & liberis ſuis petere pecunias cœperint, ſinguli nunquam exatiabuntur, Reſpublica deficiet. Nec ſane ideo a maioribus conceſſum eſt egredi aliquando relationem, & quod in commune conducat loco ſententiæ proferre, vt priuata negotia & res familiares noſtras* [1] *heic augeamus,* [2] *cum inuidia* * *Senatus & principum, ſiue indulſerint largitionem, ſiue abnuerint. Non enim preces ſunt* [3] * *iſtuc, ſed flagitatio intempeſtiua quidem, & improuiſa: cum alijs de rebus conuenerint patres,* [4] *conſurgere, & numero atque ætate liberum ſuorum vrgere modeſtiam Senatus,* [5] *eandem vim in me tranſmittere, ac velut perfringere ærarium; quod ſi ambitione exhauſerimus, per ſcelera ſupplendum erit. Dedit tibi Hortale Diuus Auguſtus pecuniam, ſed non compellatus, nec ea lege vt ſemper daretur. Langueſcet alioqui induſtria, intendetur ſocordia, ſi nullus ex ſe metus, aut ſpes, & ſecuri omnes aliena ſubſidia expectabunt, ſibi ignaui, nobis graues.* [6] Hæc atque talia, quanquam cum adſenſu audita ab his, quibus omnia principum honeſta atque inhoneſta laudare mos eſt, plures per ſilentium, aut occultum murmur excepere. ſenſitque Tiberius. Et cum paulum reticuiſſet, Hortalo ſe reſpondiſſe ait. cæterum ſi patribus videretur, daturum liberis eius ducena ſeſtertia ſingulis qui ſexus virilis eſſent. Egere alij grates, ſiluit Hortalus, pauore, an auitæ nobilitatis [7] * etiam inter anguſtias fortunæ retinens: neque miſeratus eſt poſthac Tiberius, quamuis domus Hortenſij pudendam ad inopiam dilaberetur.

* Senatus ſit & principum,

* iſtæc

* ſpeciem

Ærarium exhauſtum nimia datione per ſcelera erit replendum.

Pauperes ignaui onus Reip.

Tiberius falſus aduerſus Hortenſij ſobolem.

1 HEIC AVGEAMVS.] Addit, *heic*, vt ſupra, *venire huc*, id eſt in Senatum, in quo tantum de publicis, non de priuatis noſtris rebus agendum. Quod facit Tiberius ad augendam indignationem. Sic Cicero 2. de Inuent. *De pecunia ratiocinari ſordidum eſt, cum de gratia referenda delibere tur.* Nam res omnes ſua habent tempora, & loca.

2 CVM INVIDIA.] Lego, *cum inuidia Senatus & principum ſit, ſiue annuerint, ſiue abnuerint largitionem.* Inuidia, ſi indulſerint: quod princeps & Senatus, de priuatis, non de publicis commodis decernant, & largiendis pecunijs immorentur, loco publici negotij. Inuidia, ſi abnuerint, quod nobilitas ad inopiam lapſa, non ſubleuetur. Hinc Scylla, inde Charybdis.

3 ISTVC.] *Iſtæc* forte. Plautus in Moſtellaria.

Iſtæc veteres, quæ ſe vnguentis vnctitant.

4 CONSVRGERE.] Nam ad dicendam ſententiam, ſurrexit Hortalus. Et mos erat loco ſententiæ & rei de qua quærebatur dicere quod eſſet e Rep. Hortalus autem de priuato ſuo commodo, non de publico diſſeruit. Ideo ægre tulit Tiberius. Moris autem fuiſſe conſurgere in dicenda ſententia, Poeta oſtendit Æneid. 11.

Tum Drances idem infenſus, quem gloria Turni
Obliqua inuidia, ſtimuliſque agitabat amaris,
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras.

Et Ouidius 13. Metamorphoſ. agentes cauſam ſurgentes facit. Quod in aduocatis eſt peruium, vt ſurgant, & iudices ſedeant.

Conſedere duces, & vulgi ſtante corona,
Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Aiax.

Seneca præfat. libr. 3. Controuerſ. *Video belle optaſſe, cum dico, Nunquam ſurgas.* Nam declamaturi etiam conſurgebant; tamen aliquando ſedentes declamabant, vt Portius Latro. *Incipiebat*, inquit Seneca, *ſedens, & ſi quando illum produxerat calor, exſurgere audebat.* De Senatoribus in dicenda ſententia conſurgentibus, Cicero pro Cluent. *Conſurgitur in conſilium.* Et idem lib. 1. ad Attic. epiſtola, Dixit. *Pompeius finire voluit. Nam vt ſurrexit, operæ Clodianæ clamorem ſuſtinuit.* Cælius 8. epiſt. Etſi. *Inuocatus ad ſubſellia rei accurro, ſurgo, neque verbum de re facit.* Noſter Annal. 3. *Multi etiam pedarij Senatores certatim exſurgerent, fœdaque, & nimia cenſerent.*

5 EANDEM VIM.] Lego, *eandem odij vim in me tranſmittere.* Mirandulanus codex, mihi in ea re facularius, nam vrguere modeſtiam Senatus, ærarium perſtringere, vim quidem

Aſſurgebant in dicenda ſententia.

Aduocati ſurgunt, iudices ſedent.

Declamaturi aſſurgebant.

Conſilijs aſſurgebant.

Senatoribus mos pro ſententia dicere quod luberet.

arguunt. Sed vim odij queritur Tiberius in eum tranſmitti. Poteſt enim eſſe odium ſine vi. Sed vis odij, & odij ſanies, & venenum, eſt virus & violentia. *Tune putas*, dicebat Iulianus hircinus imperator, *vim non eſſe, niſi homines verberentur?* Cæterum quod habet *tranſmittere*, ſic Cicero dixit, *bellum tranſmittere*, pro Lege Manil. Certe niſi codex manuſcriptus vrgeret, excuſam probarem, quæ aptiſſima eſt, & legerem: *Et eandem vim in me tranſmittere*.

Scribendi modus, hæc atque talia.

6 Hæc atqve talia.] Frequentia verba apud Salluſtium, & Liuium. Salluſtius ita: *Quin illa, & alia talia placere ſibi viderentur.* Liuius libr. 9. *Hæc, taliaque cum dixiſſet.* Et idem Salluſtius eodem. *Hæc atque alia huiuſmodi ſæpe dicundo.* Et Martialis libr. 5. epigramm. 8.

Hæc & talia dum refert ſupinus.

Ouid. 13. Metamorphoſ.

Talibus atque alijs poſtquam conuiuia dictis
Implerunt.

Nec omitto locum Apuleij 3. Metamorphoſ. *Poſt hæc magiſtratus qui natu maior adſurgit, & ad populum talia.* Et Plinius libr. 2. cap. vlt. *Hæc atque talia ex hominum genere ludibria.*

Tacitus correctus.

7 Etiam.] Excute ſuppoſititium verbum, *etiam*, & lege ita, *auitæ nobilitatis ſpeciem, id* eſt decorem, *inter anguſtias fortunæ retinens.* Sic noſter. *Magna eius diei ſpecies fuit.* Et ſupra. *In ſpeciem ac terrorem.* Et eſſet cum interrogatione. *Pauore, an auitæ nobilitatis ſpeciem, inter anguſtias fortunæ retinens?* ita erat ſcriptum, *Nobilitatis ſpeciem.*

Audax ſeruuli animus.

Eodem anno mancipij vnius audacia, ni mature ſubuentum foret, diſcordijs, armiſque ciuilibus Remp. perculiſſet. Poſthumi Agrippæ ſeruus, nomine Clemens, comperto fine Auguſti, pergere in inſulam Planaſiam, & fraude, aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos, [1] non ſeruili animo, concepit. Auſa eius impediuit tarditas onerariæ nauis. atque interim patrata cæde, ad maiora & magis præcipitia conuerſus, furatur cineres, vectuſque [2] Coram Hetruriæ promontorium, ignotis locis ſeſe abdit, donec crinem, barbamque promitteret. [3] * Nam ætate & forma haud diſſimili in dominum erat. Tum per idoneos & ſecreti eius ſocios, crebreſcit viuere Agrippam, occultis primum ſermonibus, vt vetita ſolent, mox vago rumore apud imperitiſſimi cuiuſque promptas aures. aut rurſum apud turbidos; eoque noua cupientes. Atque ipſe adire municipia obſcuro diei, neque propalam aſpici, neque diutius ijſdem locis. [4] Sed quia veritas viſu & mora, falſa feſtinatione & incertis valeſcunt, [5] relinquebat famam, aut præueniebat.

Seruus ſe Agrippam fingit.

Veritas viſu & mora, falſitas vero feſtinatione & incertis valeſcunt.

* *Nam ætate & forma haud diſſimilis a domini vultu erat.*

1 Non servili animo.] Ingenium ſeruile, pro vili, abiecto, & nequam: nam per humilia depreſſum, vix, aut raro, ad præclara ſe erigit. Et iſte Hortalus plus animi habuit, quam Tiberius liberalitatis. Ita noſter: *Cum ſecum ſeruilis animus præmia perfidiæ reputauit, ſimulque immenſa pecunia, & potentia obuerſabantur, ceſſit fas, & ſalus patroni, acceptæ libertatis memoria*, lib. 15. Ann. De ſeruili ingenio, ita Plaut. in Aſin.

Quin tu abs te ſocordiam omnem reijcis, & ſegnitiem amoues,
Atque ad ingenium vetus verſutum te recipis tuum?

Hæc ſeruulus Libanius. Sed apertius eadem comœdia.

L e. *Nec dependes, nec propendes quin* malus nequamque ſis.

L i b. *Væ tibi.* L e o n i d. *Hocce teſtamento ſeruitus legat tibi.*

Nam *ſeruile ingenium* in prouerbio eſt, pro iniquo & colubrino & verſatili. contra ingenium bonum. Vnde verbum Plauto *bene ingenuatus* in Milite.

Itidem Diuos diſpertiſſe vitam humanã æquũ fuit,
Qui lepide ingenuatus eſſet, (id eſt ingenue natus) *vitam longinquam darent,*
At qui improbi & ſceleſti, ijs adimerent animam cito.

Corara.

Et Cora, idem.

2 Coram Hetrvriæ promontorivm.] Quid ſi legendum eſt, *Coraram Hetruriæ promontorium?* Nam forte ita ſcriptum erat, Coram, quod geminatur: & eſt Corara ad fluuium Macrum, qui Hetruriam diſterminat a Liguria. Tamen ſine geminatione *Coram* legi apud Silium libr. 8.

Quos Cora, quos ſpumans inimica & Signia muſto. Et Virgil. 6.

Pometios caſtrumque Inui, Bolamque Coramque.

Forte, vt metro inſeruiret. Nam alij, vt *Ferraram*, ſic *Coraram* ſcribunt, vt in Origin. Cato. *Corara*, inquit, *quæ & Luna.* Tamen Liuius, Strabo, & Plinius, *Coram* per ſyncopen, & quidam *Coſam*, vt Salluſtius 1. Hiſt. mutata *r* in *s* ex veteri more. Vocatur etiam *promontorium Lunæ*, gaudetque ampliſſimo portu. Strabo lib. 5. Luna quidem ciuitas & portus eſt. Græci autem, & portum, & vrbem σελήνην appellant. Vrbs quidem haud ſane magna, maximus vero & pulcherrimus portus.

Silius eodem libro octauo.

Tunc quos a niueis exegit Luna metallis,
Inſignis portu, quo non ſpatioſior alter,
Innumeras cepiſſe rates, & claudere pontum.

Et puto de iſto promontorio debere intelligi, quod Perſius Sat. 6. *— mihi nunc Ligus ora*

Persius explicatus.

Intepet, hibernatque meum mare, qua latus ingens
Dant ſcopuli, & multa littus ſe valle receptat.
Lunai(pro Lunæ) pretiũ eſt operæ cognoſcere cines.

Rutilius 2. Itiner. clare de hoc Lunæ portu.

Aduehimur celeri candentia mœnia lapſu:
Nominis eſt author ſole coruſca ſoror.
Indigenis ſuperat ridentia lilia ſaxis,
Et læui radiat picta nitore ſilex.
Diues marmoribus tellus, quæ luce coloris,
Prouocat intactas luxurioſa niues.

Plinius. *Trimum Hetruriæ oppidũ Luna, portu nobile.* l. 3. c. 5.

3 NAM ÆTATE ET FORMA HAVD DISSIMILI IN DOMINVM ERAT.] Dubito an hæc ſcribendi ratio ſit a Tacito, nec opinor, cum abnormis ſit & adultera. Legerẽ potius: *nam ætate & forma haud diſſimilis intuentibus dominum erat.* Tacit. 2. Hiſt. *Illi ſuper ſimilitudinem oris propior ad fallendum fides.* Et illud (*in*) nota eſt. Sed ſcio quod illi Menæchmi miras faciũt interdum comœdias, & interdum tragœdias ingentes. Vide Valerium, de his qui ſe claris familijs inſerere conati ſunt. Et ſunt in authoribus, vt in Planto, & Virgilio, de his frequentes ſcriptiones. Virg. de didymis fratribus, l. 10.

Menæchmi quas turbas edunt.

Daucia Laride, Tymberque, ſimillima proles
Indiſcreta ſuis, gratuſque parentibus error.

Sed non omitto in Suet. 19. Aug. idem facinus auſum Themaſinum Epicadum hybridam ex Parthica gente, quæ in Illyrico, vt *Agrippam nepotem ex inſulis quibus continebatur raperet; monſtratumque gentibus, vt Tiberij & imperij quietem turbaret.* Sed quia ſub nutu Dei ſunt imperia; ideo iſtud acceptum flagitium euanuit. Idem euenit etiam in Ægypto. Nam Arſinoen Ptolomæi filiam Cypro clauſam, ſed negligentius cuſtoditam Ganymedes Eunuchus furtim ſurtipuit traxitq. Alexandriam, in qua dux futura eſſet cõtra Cæſarẽ Iuliũ. l. 42. Dio, ſed Tacit. 2. Hiſt. eandẽ pæne refert hiſtoriam.

4 VERITAS VISV, ET MORA; FALSA, FESTINATIONE, ET INCERTIS VALESCVNT.] Sic dixit alibi noſter: *Scelera impetu, bona conſilia mora valeſcunt.* Cæterum Veritas filia Temporis, id eſt moræ. Nam vt ait Tert. de virg. vel. *De patientia exurgit & erumpit Veritas.*

5 RELINQVEBAT FAMAM, AVT PRÆVENIEBAT.] Ideſt, ſicubi eſſet, aſſerebat eſſe ſe Agrippam, & Agrippam verũ, eamq. famam ibi relinquebat; vel ſi nondũ eo peruaſiſſet, per rumores præueniebat. Idem accidit ſub Nerone. Et ita noſter Hiſt. 2. ſcribit. Quod timendum valde dominantibus. Nam nihil tam capax fortuitorum, quam imperium. Chriſtianus qui obiurgationem ſcripſit in Suſannam. *Solet fama ſubſequi factum, tuum autem malum fama præuenit.* Eodẽ ſenſu quo Tacit. Et Claud.

Nuntius ipſe ſui longas incognitus egit
Præuento rumore vias.

Amm. Marcell. lib. 14. *Vt motus ſui rumorem celeritate nimia præuenirent.*

Vulgabatur interim per Italiam, ſeruatum munere deum Agrippam, credebatur Romæ. iamque Hoſtiam inuectum multitudo ingens, iam in vrbe clandeſtini cœtus celebrabant, cum Tiberium anceps cura diſtrahere, vine militum [1] * ſeruum ſuum [2] coarceret; an inanem credulitatem tempore ipſo vaneſcere fineret: modo nihil ſpernendum, modo non omnia metuenda, ambiguus pudoris ac metus reputabat. Poſtremo dat negotium Salluſtio Criſpo. Ille e clientibus duos (quidam milites fuiſſe tradunt) deligit, atque hortatur, [3] ſimulata conſcientia, adeant, offerant pecuniam, fidem, atque pericula polliceantur. Exequuntur vt iuſſum erat. Dein ſpeculati noctem incuſtoditam, accepta idonea manu, [4] vinctum clauſo ore in palatium traxere. Percunctanti Tiberio, *Quomodo Agrippa factus eſſet?* reſpondiſſe fertur: [5] *Quomodo tu Cæſar.* [6] Vt ederet ſocios ſubigi non potuit. Nec Tiberius pœnam eius palam auſus, in ſecreta palatij parte interfici iuſſit, corpuſque clam auferri. & quanquam multi e domo principis, equiteſque ac ſenatores ſuſtentaſſe opibus, iuuiſſe conſilijs dicerentur, haud quæſitum.

Confidentia falſi Agrippæ.

* ſtatim

Qui clam interficitur.

1 SERVVM SVVM.] Non ſi Iuppiter ipſe ſpondeat, vt loquuntur Pagani, hoc verbum pro genuino heic agnouerim. Nam impurata eſt lectio. Lego: *Vine militum, ſeruum ſtatim coerceret:* nam ſubiungit, *An inanem credulitatem tempore ipſo vaneſcere ſineret.* Opponit enim, *Statim coerceret*, & *tempore vaneſcere. Statim* præſens tempus declarat, immo repræſentat, & eſt momentaneum. Sic accipitur apud Iuriſconſultos, pro ipſo momento, pro incontinenti, ἐν ἀτόμῳ, ſine vllo interuallo, L. 2. de Solutio. D. & opponitur *tempori*, §. tutor. Inſtit. de author. tuto. *Tutor ſtatim in ipſo negotio, debet præſens author fieri: poſt tempus vero, nihil agit.* Ita vſurpat noſter lib. 1. *Senſit miles in tempus conficta, ſtatimque flagitauit.* Et libr. 15. de Pæto. *Ignoſcere ſe ſtatim, ne tam promptius in pauorem longiore ſollicitudine ægreſceret.* Ergo illud verbum *ſeruum* deleo, nec moror reponere *ſtatim.*

Adulterinum verbum, ſuum.

Statim, legendum.

Correctio firmata.

Tempori opponitur.

Vſitatum verbũ authoribus.

arguunt. Sed vim odij queritur Tiberius in eum tranſmitti. Poteſt enim eſſe odium ſine vi. Sed vis odij, & odij ſanies, & venenum, eſt virus & violentia. *Tune putas*, dicebat Iulianus hircinus imperator, *vim non eſſe, niſi homines verberentur?* Cæterum quod habet *tranſmittere*, ſic Cicero dixit, *bellum tranſmittere*, pro Lege Manil. Certe niſi codex manuſcriptus vrgeret, excuſam probarem, quæ aptiſſima eſt, & legerem: *Et eandem vim in me tranſmittere.*

Scribendi modus, hæc atque talia. 6 HÆC ATQVE TALIA.] Frequentia verba apud Salluſtium, & Liuium. Salluſtius ita: *Quin illa, & alia talia placere ſibi viderentur.* Liuius libr. 9. *Hæc, taliaque cum dixiſſet.* Et idem Salluſtius eodem. *Hæc atque alia huiuſmodi ſæpe dicundo.* Et Martialis libr. 5. epigramm. 8.

Hæc & talia dum refert ſupinus.

Ouid. 13. Metamorphoſ.

Talibus atque alijs poſtquam conuiuia dictis
Impleruni.

Nec omitto locum Apuleij 3. Metamorphoſ. *Poſt hæc magiſtratus qui natu maior adſurgit, & ad populum talia.* Et Plinius libr. 2. cap. vlt. *Hæc atque talia ex hominum genere ludibria.*

7 ETIAM.] Excute ſuppoſititium verbum, *etiam*, & lege ita, *auitæ nobilitatis ſpeciem*, id eſt decorem, *inter anguſtias fortunæ retinens.* Sic noſter. *Magna eius diei ſpecies fuit.* Et ſupra. *In ſpeciem ac terrorem.* Et effer cum interrogatione. *Pauore, an auitæ nobilitatis ſpeciem, inter anguſtias fortunæ retinens?* ita erat ſcriptum, *Nobilitatis peciem.* *Tacitus correctus.*

Eodem anno mancipij vnius audacia, ni mature ſubuentum foret, diſcordijs, armiſque ciuilibus Remp. perculiſſet. Poſthumi Agrippæ ſeruus, nomine Clemens, comperto fine Auguſti, pergere in inſulam Planaſiam, & fraude, aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos, [1] non ſeruili animo, concepit. Auſa eius impediuit tarditas onerariæ nauis. atque interim patrata cæde, ad maiora & magis præcipitia conuerſus, furatur cineres, vectuſque [2] Coram Hetruriæ promontorium, ignotis locis ſeſe abdit, donec crinem, barbamque promitteret. [3] * Nam ætate & forma haud diſſimili in dominum erat. Tum per idoneos & ſecreti eius ſocios, crebreſcit viuere Agrippam, occultis primum ſermonibus, vt vetita ſolent, mox vago rumore apud imperitiſſimi cuiuſque promptas aures. aut rurſum apud turbidos; eoque noua cupientes. Atque ipſe adire municipia obſcuro diei, neque propalam aſpici, neque diutius iiſdem locis. [4] Sed quia veritas viſu & mora, falſa feſtinatione & incertis valeſcunt, [5] relinquebat famam, aut præueniebat.

Audax ſeruuli animus.

** Nam ætate & forma haud diſſimilis a domini vultu erat.*

Seruus ſe Agrippam fingit.

Veritas viſu & mora, falſitas vero feſtinatione & incertis valeſcunt.

1 NON SERVILI ANIMO.] Ingenium ſeruile, pro vili, abiecto, & nequam: nam per humilia depreſſum, vix, aut raro, ad præclara ſe erigit. Et iſte Hortalus plus animi habuit, quam Tiberius liberalitatis. Ita noſter: *Cum ſecum ſeruilis animus præmia perfidiæ reputauit, ſimulque immenſa pecunia, & potentia obuerſabantur, ceſſit fas, & ſalus patroni, acceptæ libertatis memoria*, lib. 15. Ann. De ſeruili ingenio, ita Plaut. in Aſin.

Quin tu abs te ſocordiam omnem reijcis, & ſegnitiem amoues,
Atque ad ingenium vetus verſutum te recipis tuum?

Hæc ſeruulus Libanius. Sed apertius eadem comœdia.

LE. *Nec dependes, nec propendes quin* malus nequamque ſis.

LIB. *Væ tibi.* LEONID. *Hocce teſtamento ſeruitus legat tibi.*

Nam *ſeruile ingenium* in prouerbio eſt, pro iniquo & colubrino & verſatili. contra ingenium bonum. Vnde verbum Plauto *bene ingenuatus* in Milite.

Itidem Diuos diſpertiſſe vitam humanã æquũ fuit,
Qui lepide ingenuatus eſſet, (id eſt ingenue natus) *vitam longinquam darent,*
At qui improbi & ſceleſti, iis adimerent animam cito.

2 CORAM HETRVRIÆ PROMONTORIVM.] Quid ſi legendum eſt, *Coraram Hetruriæ promontorium?* Nam forte ita ſcriptum erat, CORAM, quod geminatur: & eſt Corara ad fluuium Macrum, qui Hetruriam diſterminat a Liguria. Tamen ſine geminatione *Coram* legi apud Silium libr. 8. *Corara.* *Et Cora, idem.*

Quos Cora, quos ſpumans inimica & Signia muſto. Et Virgil. 6.

Pometios caſtrumque Inui, Bolamque Coramque.

Forte, vt metro inſeruiret. Nam alij, vt *Ferraram*, ſic *Coraram* ſcribunt, vt in Origin. Cato. *Corara*, inquit, *quæ & Luna.* Tamen Liuius, Strabo, & Plinius, *Coram* per ſyncopen, & quidam *Coſam*, vt Salluſtius 1. Hiſt. mutata *r* in *s* ex veteri more. Vocatur etiam *promontorium Lunæ*, gaudetque ampliſſimo portu. Strabo lib. 5. Luna quidem ciuitas & portus eſt. Græci autem, & portum, & vrbem σελήνην appellant. Vrbs quidem haud ſane magna, maximus vero & pulcherrimus portus.

Silius eodem libro octauo.

Tunc quos a niueis exegit Luna metallis,
Inſignis portu, quo non ſpatioſior alter,
Innumeras cepiſſe rates, & claudere pontum.

Et puto de iſto promontorio debere intelligi, quod Perſius Sat. 6. *Perſius explicatus.* — *mihi nunc Ligus ora*
Intepet, hibernatque meum mare, qua latus ingens
Dant ſcopuli, & multa littus ſe valle receptat.
Lunai (pro *Lunæ*) *pretiũ eſt operæ cognoſcere cives.*

Rutilius 2. Itiner. clare de hoc Lunæ portu.

Aduehimur celeri candentia mœnia lapſu:
Nominis eſt author ſole coruſca ſoror.
Indigenis ſuperat ridentia lilia ſaxis,
Et læui radiat picta nitore ſilex.
Diues marmoribus tellus, quæ luce coloris,
Prouocat intactas luxurioſa niues.

Plinius. *Primum Hetruriæ oppidũ Luna, portu nobile.* l. 3. c. 5.

3 NAM ÆTATE ET FORMA HAVD DISSIMILI IN DOMINVM ERAT.] Dubito an hæc ſcribendi ratio ſit a Tacito, nec opinor, cum abnormis ſit & adultera. Legerẽ potius: *nam ætate & forma haud diſsimilis intuentibus dominum erat.* Tacit. 2. Hiſt. *Illi ſuper ſimilitudinem oris propior ad fallendum fides.* Et illud (*in*) nota eſt. Sed ſcio quod illi Menæchmi miras faciũt interdum comœdias, & interdum tragœdias ingentes. *Menæchmi quas turbas edunt.* Vide Valerium, de his qui ſe claris familijs inſerere conati ſunt. Et ſunt in authoribus, vt in Plauto, & Virgilio, de his frequentes ſcriptiones. Virg. de didymis fratribus, l. 10.

Daucia Laride, Tymberque, ſimillima proles
Indiſcreta ſuis, gratuſque parentibus error.

Sed non omitto in Suet. 19. Aug. idem facinus auſum Themaſinum Epicadum hybridam ex Parthica gente, quæ in Illyrico, vt *Agrippam nepotem ex inſulis quibus continebatur raperet; monſtratumque gentibus, vt Tiberij & imperij quietem turbaret.* Sed quia ſub nutu Dei ſunt imperia; ideo iſtud acceptum flagitium euanuit. Idem euenit etiam in Ægypto. Nam Arſinoen Ptolomæi filiam Cypro clauſam, ſed negligentius cuſtoditam Ganymedes Eunuchus furtim ſurripuit traxitq. Alexandriam, in qua dux futura eſſet cõtra Cæſarẽ Iuliũ. l. 42. Dio, ſed Tacit. 2. Hiſt. eandẽ pæne refert hiſtoriam.

4 VERITAS VISV, ET MORA; FALSA, FESTINATIONE, ET INCERTIS VALESCVNT.] Sic dixit alibi noſter: *Scelera impetu, bona conſilia mora valeſcunt.* Cæterum Veritas filia Temporis, id eſt moræ. Nam. vt ait Tert. de virg. vel. *De patientia exurgit & erumpit Veritas.*

5 RELINQVEBAT FAMAM, AVT PRÆVENIEBAT.] Ideſt, ſicubi eſſet, aſſerebat eſſe ſe Agrippam, & Agrippam verũ, eamq. famam ibi relinquebat; vel ſi nondũ eo peruaſiſſet, per rumores præueniebat. Idem accidit ſub Nerone. Et ita noſter Hiſt. 2. ſcribit. Quod timendum valde dominantibus. Nam nihil tam capax fortuitorum, quam imperium. Chriſtianus qui obiurgationem ſcripſit in Suſannam. *Solet fama ſubſequi factum, tuum autem malum fama præuenit.* Eodẽ ſenſu quo Tacit. Et Claud.

Nuntius ipſe ſui longas incognitus egit
Præuento rumore vias.

Amm. Marcell. lib. 14. *Vt motus ſui rumorem celeritate nimia præuenirent.*

Vulgabatur interim per Italiam, ſeruatum munere deum Agrippam, *Confidentia falſi Agrippæ.* credebatur Romæ. iamque Hoſtiam inuectum multitudo ingens, iam in vrbe clandeſtini cœtus celebrabant, cum Tiberium anceps cura diſtrahere, vine militum [1] * ſeruum ſuum [2] coerceret; an inanem credulitatem tempore ipſo vaneſcere ſineret: modo nihil ſpernendum, modo non omnia metuenda, ambiguus pudoris ac metus reputabat. Poſtremo dat negotium Salluſtio Criſpo. Ille e clientibus duos (quidam milites fuiſſe tradunt) deligit, atque hortatur, [3] ſimulata conſcientia, adeant, offerant pecuniam, fidem, atque pericula polliceantur. Exequuntur vt iuſſum erat. Dein ſpeculati noctem incuſtoditam, accepta idonea manu, [4] vinctum clauſo ore in palatium traxere. Percunctanti Tiberio, *Quomodo Agrippa factus eſſet?* reſpondiſſe fertur: [5] *Quomodo tu Cæſar.* [6] *Qui clam interficitur.* Vt ederet ſocios ſubigi non potuit. Nec Tiberius pœnam eius palam auſus, in ſecreta palatij parte interfici iuſſit, corpuſque clam auferri. & quanquam multi e domo principis, equiteſque ac ſenatores ſuſtentaſſe opibus, iuuiſſe conſilijs dicerentur, haud quæſitum.

* ſtatim

1 SERVVM SVVM.] Non ſi Iuppiter ipſe ſpondeat, vt loquuntur Pagani, hoc verbum pro genuino heic agnouerim. *Adulterinum verbum, ſuum.* Nam impurata eſt lectio. Lego: *Vine militum, ſeruum ſtatim coerceret*: nam ſubiungit, *An inanem credulitatem tempore ipſo vaneſcere ſineret.* Opponit enim, *Statim coerceret*, & *tempore vaneſcere.* *Statim, legendum.* *Statim* præſens tempus declarat, immo repræſentat, & eſt momentaneum. Sic accipitur apud Iuriſconſultos, pro ipſo momento, pro incontinenti, *Correctio firmata.* ἀτόμῳ, ſine vllo interuallo, L. 2. de Solutio. D. & opponitur *tempori*, §. tutor. Inſtit. de author. tuto. *Tempori opponitur.* *Tutor ſtatim in ipſo negotio, debet præſens author fieri: poſt tempus vero, nihil agit.* Ita vſurpat noſter lib. 1. *Senſit miles in tempus conficta, ſtatimque flagitauit.* *Vſitatum verbũ authoribus.* Et libr. 15. de Pæto. *Ignoſcere ſe ſtatim, ne tam promptius in pauorem longiore ſollicitudine ægreſceret.* Ergo illud verbum *ſeruum* deleo, nec moror reponere *ſtatim.*

uorem vulgi, auunculum eiuſdem Marcellum flagrantibus plebis ſtudijs intra iuuentam ereptum: breues & infauſtos Pop. Rom. amores.

1 Arcvs.] Idem factum ſub Auguſto, & viſuntur hodie nummi, in quibus arcus cum hac inſcriptione, ex vna parte: S. P. Q. R. signis. receptis. Et in altera, Auguſtus, ſublimi curru vectus. In alijs: Civibvs. et. signis. a. Parthis. recvperatis. Heic autem ſigna ſunt recepta, quæ in Germania Varus amiſerat. At arcuum reliquiæ quædam inter rudera Romana, hodie etiam Romæ viſuntur. Et hi arcus perantiqui & ab Hebræis: nam lib. 1. Reg. de Saule, poſt partam contra Philiſtinos victoriam cap. 15. *Eo quod veniſſet Saul in Carmelum, & erexiſſet ſibi fornicem triumphalem*, lib. de tradit. Hebraicis. vbi Diuus Hieronym. *Quando*, inquit, *victoria potiebantur, faciebant arcum de myrtetis, & palmis, & oliuis ob ſignum victoriæ.* Dauid cæſis 18. millibus, in valle Salinarum erexit ſibi *fornicem triumphalem.* 2. Reg. Mart. l. 8. epig. 65.

Arcus in nummis viſuntur.

Arcus tempore Saulis & Dauidis apud Iudæos.

Grande loci meritum teſtantur, & altera dona,
Stat ſacer e domitis gentibus arcus ouans.

Arcus autem Romani vel ex marmore, vel lapide, vel ex lateribus. Quod viſitur in librorum ruderibus. Sic priſca decorata virtus, & arcubus excitata, contra æuũ, rerũ memoria.

2 Propter ædem Satvrni.] Quæ in cliuo Capitolino. Vnde *Saturnius mons*, dictus, ficu Næuiana notabilis. Plin. lib. 14. c. 18. Et in ea æde, ara ſacrata ab Hercule, deinde ſublata gladiatorio Iulij Cæſaris munere. In hac æde, ærarium, in quo argentum deponebatur. Nam nuſquã ſecuram magis pecuniam quam ſi Deo cõmendaretur, putabãt Pagani.

Situs ædis Saturni.

Ærarium in æde Saturni.

3 Ædes Fortis Fortvnæ.] Quæ ſita in ripa Tiberis, & extra vrbem. De qua Terentius in Phormione. Condita autem fuit a Seruio, & in ea ſignum Fortunæ poſuit coopertum prætexta, cui dicauit Tanaquil togam regiam, vndulatam, ab ea factam. Plin. l. 8. c. 48. Et Nero illam ædem domo aurea complexus eſt, poſt Romæ incendium, quam denuo conſtruxit, ex phengite lapide tracto e Cappadocia, duritia marmoris inſigni, & candido, atque tranſlucenti. Sic fortunam honorat qui bona fortuna indignus.

4 Sacrarivm.] In quo res ſacræ reponebantur. Iſidorus li. 5. c. 5. vt in noſtrarum Eccleſiarum theſauris cimelia. Nos Theſaurum Eccleſiæ, aut Sacriſtiam vocamus. Et ſic vſurpant noſtri Iuriſconſulti L. 1. nequid in loco ſacro. D. Aliud autem *ſacellum* eſt, aliud *ſacrarium*, quanquam apud authores confunduntur ſæpe. Trebatius Iuriſconſultus. *Sacellum*, inquit, *locus paruus Deo ſacratus cum ara: ex duobus verbis compoſitum, Sacrum, & cella, quaſi ſacra cella.* Quod tamen reprehendit Gellius l. 6. c. 12. At in his ſacrarijs temere non irrumpendum, quia ſacra ſunt & religioſa. In Aug. Suet. c. 6. *Huc introire, niſi neceſſario & caſte, religio eſt: quippe locus religioſus erat.* Et idem in Aug. c. 5. *Natus paulo ante Solis exortum regione Palatij ad capita Bubula, vbi nunc ſacrarium habetur.* In eoque Sacrario, vt in loco Sacro, pacta, teſtamenta, contractus, & quæ erant ex domus Auguſtæ rebus, aſſeruabantur. De ſacellis Cicero 8. famil. ep. *Pudet. Præterea cœpi ſacellum, quod eſt in domo, ab ea petere.* Nam ſacella in agro, villa, prædio & domibus. Propert. 2. lib. de agris.

Quid ſacellum.

Trebatij definitio de ſacello.

Caſte adeunda templa.

Atque ibi rara feres inculto thura ſacello.

Verrius: *Sacella dicuntur loca Dijs ſacrata ſine tecto.* in Feſto. In eo autem ſacrario effigies Iulij Cæſaris, & Auguſti, quæ dicatæ, & conſecratæ fuerant. Nam erant veluti Dij tutelares & familiares domus. Et iſtud Sacrarium, eſt quod *lararium* vocat Spart. in Alexand. Et de illo Sacrario Suet. in Tiberio. *Codicillos, de acerbitate & intolerantia morum eius, e ſacrario protulit, atque recitauit.* Ergo codicilli in Sacrarijs, vt in templis, quia loci huiuſmodi ſacri. Et ſane petente C. Lutorio *decretum eſt vt ita ea pars domus conſecraretur.* Sueton. ibid. *erat enim primum ſolum, quod Auguſtus naſcens attigiſſet.*

5 Apvd Bovillas.] De quibus Martialis.

Et cum currere debeas Bouillas,
Iter iungere quæris ad Camœnas.

Vnde Bouillæ.

Bouillæ, inquit vet. Interp. Iuuenal. *fuit vicus ad quindecimum Appiæ viæ, quia ab Albano monte, taurus ſacrificandus fugiens, ibi captus eſſet.* *Suburbanas* vocat Propertius eleg. 1. lib. 4.

Quippe ſuburbanæ parua minus vrbe Bouillæ,
Et qui nunc nulli, maxima turba, Gabj.

Nam Gabij tunc nulli ſub Auguſto. Et Ouid.

Orta ſuburbanis quædam fuit Anna Bouillis.

Sic Florus lib. 1. *De Veijs & Bouillis pudet, ſed triumphauimus.* Nam tum triumphi ex rebus minimis; & reſpectu vrbis Romæ, Bouillæ nihil. Perſius Sat. 6. -- *Accedo Bouillas,*

Cliuumque ad Virbi.

Sed in Cliuo Verbij, & Virbij ſiſto me.

6 Vecta spolia, captivi.] Primi Romanorum triumphi fuere pecora Volſcorum, greges Sabinorum, & carpenta Gallorum: poſtea aurum, purpura, ſigna, tabulæ, arma, equi, elephanti. Florus l. 1. Etiam arbores & plantæ. Plin. 12. c. 25. vbi de Balſamo. *Oſtendere arbuſculam hanc vrbi imperatores Veſpaſiani. Clarumque dictu a Pompeio Magno in triumpho arbores quoque duximus.* Et ſane nihil iucundius militi victori quam ſuam publicare victoriam. Inde ſacra ſcriptura: *Sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia.* Quanquam gloria eſt ſine gloria ex paganorum ore. *Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa.* Sed hoſte ſuperato non lætandum, quia incertus victorum exitus. Ioſipp. lib. 1. cap. 24. Et Virgilius.

Turno tempus erit magno cum optauerit emptum
Intactum Pallanta.

Et Cicero in Piſonem ſic ſcribit. *Verte te ad alteram ſcholam, diſſeres de triũpho. Quid tandem habet iſte currus, quid vincti ante currum duces, quid ſimulachra oppidorum, quid aurum, quid argentum, quid legati in equis, quid tribuni, quid clamor militum, quid tota illa pompa? inania ſunt iſta, mihi crede, deliramenta pæne puerorum, captare plauſus, vehi per vrbem, conſpici velle.* Perſius Satyr. 6.

Pompa triumphorum.

-- *Miſſa eſt a Cæſare laurus*

Inſignem ob cladem Germanæ pubis, & æris
Frigidus excutitur cinis, & iam poſtibus arma,
Iam chlamydas regum, iam lutea gauſapa captis,
Eſſedaque, ingenteſque locat Cæſonia Rhenos.

Lego, *rhedas*. Et nota captiuos *gauſapis luteis* inuolutos, & opertos,& ad ducendos triumphales captiuos conductas rhedas fuiſſe.Iſtoque habitu deducebantur per Sacram viam conſpiciendi populo gentium omnium victori. Horat. 4. Carm. od. 2.

Concines maiore Poeta plectro
Cæſarem, quandoque trahet feroces
Per ſacrum cliuum merita decorus
Fronde Sicambros.

Et Cicero orat. de ſupplicijs: *Etiam qui triumphant, eo diutius viuos hoſtium duces ſeruant, vt his per triumphum ductis pulcherrimum ſpectaculum fructumq. victoriæ Populus R. percipere poſſit: cũ de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent: idemque dies victoribus imperij & victis vitæ finem facit.* Nam in carcere poſtea captiui iugulantur. Spart. in Æmiliano: *Siquidem iugulatus in carcere captiuorum veterum more perhibetur.* Iudæi capti a Tito qui ſeditioſis hæſerant,leonibus traditi. Ioſipp.

7 SIMVLACRA MONTIVM, FLVMINVM, PROELIORVM.] Quæ ex *argento*, in triumpho Tiberij, quem *Germanicum* vocat Ouidius libr. 2. de Ponto eleg. 1. Ideoque in hoc triũpho etiam,vt ſuſpicor, ex eadem materia.

Protinus argento veros imitantia muros,
Barbara cum victis oppida lata viris,
Fluminaque & montes, & in altas profluaſiluas,
Armaque cum telis inſtrue iuncta ſuis.

Ex ebore. *Ex ebore* aliquando. Horat. l. 2. epiſt. 1.

Captiuum portatur ebur, captiua Corinthus.

Sic captiuus cruor Tacito 3. Annal. Sic *captiua Sarabata* Tert. in Pallio. Velleius triumphum Gallicum *citro* factum ſcribit: Inde menſæ citreæ ex Africa. Ponticum *achanto*, Alexandrinum *teſtudine*, Hiſpanienſe *argento raſili.* Sed frequentius ex *ligno*: ſic triumphum egere in vet. Rep. Fabius, & poſt Remp. Pædius ſub Cæſare. Dio lib. 43. Et ipſe Cæſar in Gallico triumpho, ex cedro Gallica iſta omnia fercula habuit, ait Vell. Patercul. Nec tantum lignea, ſed interdum aurea etiam. Nam Rhenum Rhodanumque ex auro in triumphis habuiſſe, & captiuum Oceanum memorant authores. Sic enim Florus. *Rhenus, Rhodanus, & ex auro captiuus Oceanus. Altera laurus Ægyptia. Tunc in ferculis Nilus, Arſinoe, & ad ſimulachrum ignium ardens Pharus.* Hunc autem morem triumphandi tangit Plin. l. 5. c. 5. *Ipſum* (loquitur de Balbo triũphante) *in triumpho, præter Cydanum & Garaniam, omnium aliarum gentium vrbiumque nomina, ac ſimulacra duxiſſe, quæ iere hoc ordine*, &c. Et Claudian. 4. de laud. Stilic.

Ex ligno. Ex auro.

Hi famulos traherent reges, hi facta metallis
Oppida, vel montes, captiuaque flumina ferrent.

Et Ouidius in Arte.

Quæ loca, qui montes, quæque ferantur aquæ.

Et quamuis de Germanis fuerit hic Germanici triumphus,tamen magis triumphata,quam deuicta fuit Germania, ait Tacit. in morib. Germ. *Proximis temporibus triumphati magis quam victi ſunt*,& ſignat iſtos triumphos noſter. Sic de Argiua ciuitate Iulian. Βέβαιος, *non tam victa quam ſociata.* victi turpes,ſocij honeſti habiti.

8 EXIMIA IPSIVS SPECIES.] Quæ in magno duce laudari ſolet. quod etiam tetigi. Sic Plin. de Pompeio. *Illud os probum reddentes, ipſumque honorem eximiæ frontis.* l. 7. Sed l. 37. c. 2. *Imago Cn. Pompeij e margaritis, illa* (ſupple *imago*) *regio honore grata, illius probi oris venerandique per cunctas gentes: illa inquam ex margaritis ſeueritate victa & veriore luxuriæ triumpho.* Poetę in iſtis picturis ludunt, præcipue Homerus, & Virgil. hic Græciæ, hic Latij decus. Nam pulchriorẽ Agãmenone neminem oculis vidiſſe ait Priamus. 3. Il. & Virg. 12. -- *Quo pulchrior alter*
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Decor oris in principibus laudatus.

Et 1. Æneid. *Ora deo ſimilis.*

Sic χαριτοβλέφαρος Demetrius Phalereus dictus. Am. Marcell. de Iuliano: *cuius oculos cum venuſtate terribiles vultumq. excitatius gratum multum diuque contuentes quæ ſatietas ſit colligentes.* Nam virtus in animo, pulchritudo in corpore, duæ principum dotes.

Congiarium plebi ob conſulatum.

Cæterum Tiberius nomine Germanici trecenos plebi ſeſtertios [1] viritim dedit, ſeque collegam conſulatui eius deſtinauit. Nec ideo ſinceræ charitatis fidẽ adſecutus, amoliri iuuenem ſpecie honoris ſtatuit, ſtruxitque cauſas, aut forte oblatas arripuit. [2] Rex Archelaus quinquageſimum annũ Cappadocia potiebatur inuiſus Tiberio, quod eum Rhodi agentem, nullo officio coluiſſet. Nec id Archelaus per ſuperbiam omiſerat, ſed ab intimis Auguſti monitus; quia florente C. Cæſare, miſſoque ad res Orientis, intuta Tiberij amicitia credebatur. Vt verſa Cæſarum ſobole, imperium adeptus eſt, elicit Archelaum matris literis, quæ non diſſimulatis filij offenſionibus clementiam offerebat, ſi ad precandum veniret. Ille ignarus doli, vel ſi intelligere crederetur, vim metuens, in vrbem properat: exceptuſque immiti a principe, & mox accuſatus in ſenatu, non ob crimina quæ fingebantur, ſed angore, ſimul feſſus ſenio, & quia [3] regibus æqua, nedum infima inſolita ſunt, finem vitæ [4] ſponte an fato? impleuit: Regnum in prouinciam

Magnorum vota ſunt, cultus.

Tiberij in Archelaum odium.

Regibus æqua nedum infima non placent.

ciam redactum eſt, fructibuſque eius[5] leuari poſſe centeſimæ vectigal profeſſus Cæſar, ducenteſimam in poſterum ſtatuit.

Eulogiæ populo datæ a potentioribus.

1 VIRITIM DEDIT.] Solebant principes, & conſules noui, ad captandam vulgi gratiam, initijs nouæ dignitatis, aliquid erogare: vocant hypatiam Græci. Sueton. cap. 41. in Aug. & 20. *Congiaria populo frequenter dedit, ſed diuerſæ ſummæ, modo quadragenos, modo vicenos, nonnunquam ducenos, quinquagenoſque nummos.* Et in L. Publius. de condit. & demonſtrat. D. *Dent heredes mei C. Seio, ſororis meæ filio, in honorẽ Conſulatus quadraginta.* Symmach.

Ob nuptias.

Non eadem facilitate purgabis, quod filij noſtri Mineruij nuptias aliorum potius relatu quam litteris tuis comperi. An veritus es ne a te numiſma cuſum deſiderarem? Potui iacturam ſportulæ facere. vt notes cuſa numiſmata in ea erogatione. Dio vbi de Adriano: *Adoptauit Ceionium Commodum, eumque Ælium Verum Cæſarem appellauit,*

Ob honores adeptos.

ob cuius adoptionem ludos Circenſes dedit & donarium populo ac militibus expendit, quem Pretura honorauit. Tit. Liu. l. 37. de M. Acilio Glabrione. *Multa congiaria habuerat, quibus magnam partẽ hominum obligarat. Huc fauor populi ſe inclinabat.* Suet. in Tib. *Conſulatus quatuor geſſit.* Et ſtatim addit. *Congiarium populo bis dedit.* Noſter l. 3. *Additur Pontificatus, & quo primum die forum ingreſſus eſt, congiarium plebi admodum lætæ, quod Germanici ſtirpem iam puberem aſpiciebat.* Eſt & L. 9. & 11. Tit. de pollicitationibus. Si quis ob honorem vel ſacerdotium, pecuniam promiſerit. Vide Plin. li. 10. epiſt. *Qui virilem.* Nam hæc te docebit, vt etiam L. 102. de legat. 3. *Si Sempronius militiam ſibi comparauerit, & id quod pro introitu erogari ſolet ex cauſa fideicommiſſi ab heredibus cõſequi poſſit.* Quæ inſinuatiua dicũtur.

Archelaus cum imperio ab Auguſto ſeruatus.

2 REX ARCHELAVS.] Poſt Actiacam victoriam, Auguſtus omnibus regibus & regulis, oppida ab Antonio data, eripuit, excepto Amynta, & Archelao. Dio l. 51. *Et Tiberius in ciuilium officiorum rudimentis, Auguſto cognoſcente, iſtum Archelaum defenderat.* Suet. 8. Sed

A Tiberio defenſus.

Quem ingratus exulem ſpreuit.

eo ingrato, nulloque officio Tiberium dignante in Rhodio ſeceſſu, quem defenſorem habuerat, habuit oppreſſorem. Nam vir ingratus ex amicis hoſtes facit. Sic Cicero li. 6. ad Attic. epiſt. 3. *Is me nec proficiſcentem Apameam proſecutus eſt: nec cum poſtea in caſtra veniſſet, atque inde diſcederet, num quid vellem, rogauit: & fuit aperte mihi, neſcio quare, non amicus: Hunc ego ſi in præfectis habuiſſem, quem tu me hominem putares?* Bardum, M. Tulli, tamen regium eſt, cum benefeceris, male audire.

3 REGIBVS ÆQVA, NE DVM INFIMA INSOLITA SVNT.] Sueton. de Iul. Cæſa. *Commotus his Cæſar, ac iudicans, quod ſæpe ex eo auditum ferunt, difficilius ſe principem ciuitatis a primo ordine in ſecundum, quam ex ſecundo in nouiſſimum detrudi.* Pap. l. 1. Theb. *- inde regendi*

Ambitio ſuprema, non æqua, ne dum inferiora cupit.

Sæuus amor, ruptæque vices, iuriſque ſecundi
Ambitus impatiens, & ſummo dulcius vnum
Stare loco, ſocijſque comes diſcordia regnis.

Ambitio nemini cedit.

Tertull. ad Vxo. 1. *Ad primum locum, certamen omne contendit: ſecundus ſolatium habet, victoriam non habet.* Vere & experimentis veris, ſed nimium triſtibus & funeſtis.

Tacitus cum interrogante notatus.

4 SPONTE, AN FATO.] Lego interrogando. Et hoc ex more Taciti, de quo dixi. Sic infra. *Sponte, an patrum Romanorum impulſu?* ſic etiam Apuleius Apolog. 2. *Fortene, an fato?* Et Cicero 11. ad Attic. epiſt. *Sollicitum. Is dicitur vidiſſe. an euntem iam in Aſia?* Dixi ſupra, & crambe bis poſita mors eſt.

Artes Tiberij.

5 LEVARI POSSE CENTESIMÆ VECTIGAL.] Hæc a Tacito ſcripta ad notam Tiberij, qui profeſſus centeſimæ leuamentum, ducenteſimæ onus & augmentum ponit: & qui iurarat non exceſſurum 12. prætores, 16. nominat. Sed hæc ex arte Tiberij, quem nihil puduit, quod ſibi eſſet vtile. Cæterum vectigalia quæ in principis voluntate ſunt, in immenſum creſcunt, nec decreſcunt.

Turbæ ob imperiorum gubernacula exorientes.

**in Oriente magnum*

Piſones, gens violenta & gratiarum expers.

Per idem tempus Antiocho Comagenorum, Philopatore[1] Cilicum regibus defunctis, turbabantur nationes, pleriſque Romanum, alijs regium imperium cupientibus: & prouinciæ Syria atque Iudæa feſſæ oneribus diminutionem tributi orabant. Igitur hæc, & de Armenia quæ ſupra memoraui, apud patres diſſeruit, nec poſſe[2] motum * Orientem niſi Germanici ſapientia componi. Nam ſuam ætatem vergere, Druſi nondum ſatis adoleuiſſe. Tunc decreto patrum permiſſæ Germanico prouinciæ, quæ mari diuiduntur; maiuſque imperium quoquo adiſſet, quam his qui ſorte, aut miſſu principis obtinerent. Sed Tiberius demouerat Syria Creticum Sillanum per adfinitatem connexum Germanico, quia Sillani filia Neroni (vetuſtiſſimo liberorum eius) pacta erat; præfeceratque[3] Cn. Piſonem ingenio violentum, & obſequij ignarum,[4] inſita ferocia a patre Piſone, qui ciuili bello reſurgentes in Africa partes acerrimo miniſterio aduerſus Cæſarem iuuit, mox Brutum & Caſſium ſecutus, conceſſo reditu, petitione honorum abſtinuit; donec[5] vltro ambiretur delatum ab Auguſto

* conſulatum accipere. Sed præter paternos ſpiritus, vxoris quoque Plancinæ nobilitate, & opibus accendebatur: vix Tiberio concedere; liberos eius vt multum infra deſpectare: nec dubium habebat, ſe delectum, qui Syriæ imponeretur ad ſpes Germanici coercendas. Credidere quidam data & a Tiberio occulta mandata, & [6] Plancinam haud dubie [7] Auguſta monuit muliebri æmulatione Agrippinam inſectandi. diuiſa namque & diſcors aula erat, tacitis in [8] Druſum aut Germanicum ſtudijs. Tiberius vt proprium & ſui ſanguinis Druſum fouebat. Germanico alienatio patrui amorem apud cæteros auxerat. & quia claritudine materni generis anteibat, [9] auum M. Antonium, auunculum Auguſtum ferens. Contra Druſo proauus eques Rom. Pomponius Atticus * [10] dedecere Claudiorum imagines videbatur. Et coniunx Germanici Agrippina fœcunditate ac fama Liuiam vxorem Druſi præcellebat. Sed [11] fratres egregie concordes, & proximorum certaminibus inconcuſſi.

* conſulatum vt acciperet.

Aula diſcors magnos parit tumultus.

Ambitio in cauſa.

* deducere

Fratrum concordia, proximorũ diſſidijs inconcuſſa.

Cilices piratæ. 1 Cilicvm.] Qui *magni piratæ olim*, ait vet. Interpres Iuuenal. Satyr. 8. & ex Lucano 3. etiam *mendaciſſimi*. Nam ſi Cilix verum dicat, cœlum turbatur. Etiam *magni fures*. Vnde Martial.

Mendaciſſimi.

> *Fur notæ nimium rapacitatis*
> *Compilare Cilix volebat hortum.*

Lauerniones. Nam Cilicum manibus nemo præſcribit, quæ tagaces, & furaces, & rapaces. Inter tria κ, κ, κ, nequitiæ κίλικας, de quibus iure dixeris quod de Lerijs Phocylides Poeta vetus:

> Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ᾽ οὔ·
> πάντες πλὴν Πατροκλέους.
> *Lerij mali, non vnus quidem, alter vero non:*
> *Sed omnes, excepto Patroclo.*

Tacitus correctus. 2 Motvm Orientem.] In manuſcriptis legitur, *Motum in Oriente*. Itaque legendum eſt, *motum in Oriente magnum*. Nam littera, *m*, in manuſcriptis, *in*, efficit, ſeu ſubſequatur, ſeu præcedat. Exemplum libr. 3. Annal. *Verum nobis hæc certamina maiores*. & legendum, *in maiores*. Multa alia ſunt exempla in hoc autore. *Motum* autem *Orientem* recte dici, non abnuo, & in authoribus paſſim hanc apludam, & leuem obſeruationem reperias.

Cn. Piſo violentus ingenio. 3 Cn. Pisonem ingenio violentvm.] Eundem eſſe Piſonem credo lubens, de quo Seneca libro de ira. Nam & mores, & ætas, & nomen mihi patrocinatur. Et ſane hic Piſo valde cerebroſus fuit. *Cn. Piſo*, inquit, *fuit memoria noſtra vir a multis vitijs integer, ſed prauus, & cui placebat pro conſtantia rigor. Is cum iratus duci iuſſiſſet eum, qui ex commeatu ſine commilitone redierat, quaſi interfeciſſet, quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquerendum, non dedit. damnatus extra vallum ductus eſt, & iam ceruicem porrigebat, cum ſubito apparuit ille, qui occiſus videbatur. Tunc Centurio ſupplicio præpoſitus, condere gladium ſpiculatorem iubet, damnatum ad Piſonem reducit, redditurus Piſoni innocentiam. nam militem fortuna reddiderat. Ingenti complexu deducuntur, complexi alter alterutrum, cum magno gaudio caſtrorum, commilitones. Conſcendit tribunal furens Piſo, ac iubet duci vtrumque, & eum militem qui non occiderat, & eum qui non perierat. Quid hoc indignius? Quia vnus innocens apparuerat, duo peribant. Piſo adiecit & tertium; nam ipſum Centurionem, qui damnatum reduxerat, duci iuſſit. Conſtituti ſunt in eodem loco perituri tres ob vnius innocentiam.* Scripſi rem totam, quia notabilis, immo lachrymabilis, & amœnioribus ingenijs non imitabilis, propter tot innocentium mortes, & iræ impetum: qui magnos viros perdidit quondam, & poſthac perditurus eſt.

Piſonis ſæuientis inſania.

4 Insita ferocia a patre Pisone.] *Spiritus* vocat noſter. *Præter*, inquit, *paternos ſpiritus, vxoris nobilitate accendebatur.* Dixi ſupra de ferocia filij. Tacitus heic ferociam patris declarat. Quid ſi aui etiam ferocis ingenium publicauero? Puto fuiſſe eum Cn. Piſonem, de quo Dio libr. 37. Ait enim *Cn. Piſonem ambitus damnatis Cornelio Sulla, magni Sullæ fratris filio, & P. Pæto, adiunxiſſe ſe cum L. Catilina. Et poſtquam nihil de ferocia remittere Piſonem Senatus vidit, veritus ne tumultum concitaret, eum ſub titulo imperij, in Africam ablegaſſe, atque ibi ob iniuriam quandam, ab incolis trucidatum fuiſſe.* Tacitus infra, & ſub Vitellio lib. 4. Hiſtor. L. Piſonem proconſulem Africæ, iſtius Piſonis ſobolem, cæſum etiam ſcribit in Africa. Et dixi ſupra de L. Piſonis prætoris Africæ interitu, qui Ruſtici Africani ſcelere, etiam pari fato peremptus eſt in Africa, Piſonibus certe fatali.

Piſones ſæui, auus, pater, & filius.

Africa Piſonibus fatalis.

5 Vltro ambiretvr.] Puto ſcriptum fuiſſe: *Vltro ambiretur, delatum ab Auguſto conſulatum vt acciperet*. Nam verbum, *vt*, in littera, *m*. Do exemplum in Varrone 4. de ling. Latin. in verbo *Tigris*. *Vocabulum*, inquit, *e lingua Armenia. Nam ibi & ſagitta, & quod vehementiſſimum flumen Tigris dicitur.* Legendum, *& quod vehementiſſimum, vt flumen, Tigris dicitur.* Itaque, *vt*, in littera, *m*. Sic D. Hieronym. vocat D. Hilarium Pictauienſem Epiſcopum eloquentiæ Rhodanum, a rapiditate eloquentiæ.

6 Plancinæ

6 PLANCINÆ NOBILITATE.] Nam vetus apud Romanos Plancorum nobilitas. Et dicti *Planci a planicie pedum, vt a diuaricatione crurum, Vari*, inquit Plinius. Et ex hac familia magnus ille Lugduni conditor, qui, quia nobilis, etiam nobili vrbi dedit initium. D.Hieronymus in Chronic. Euſebij, quem corrigo. *Munatius Plancus Ciceronis diſcipulus, orator habetur inſignis, qui cum Galliam Romanam* (lego *iam Romanam*) *regeret, Lugdunum condidit*. Dixi, *iam Romanam*, quia tum eſſet Romani iuris: & hodie Gallia ſuum Lugdunum ſpectat beneuolo vultu, & inter lilij ſui amœniores baccas collocat. At nunc lubet meam proferre ſententiã de eo, quod Seneca in Ludo ſcribit loquẽs de Claudio: *Lugduni natus eſt, Marci municipem vides*. nam recte ille, qui de Munatio heic ſuſpicatus eſt. Lego itaque: *Lugduni natus eſt. Munatiæ arcis municipem vides.* M, enim prima eſt littera nominis *Munatij*, quæ totum Munatium notat. Nam in propriis nominibus prima litera totum nomen deſignat, vt *L.* Luciũ, *T.* Titum. Vocat etiam Lugdunum, arcem, quia vrbes, arces dicuntur. Papinius in 1. Thebaid.

Plan us Lugduni conditor.

D.Hieronym. correctus.

Seneca correctus.

Lugdunum Galliæ flos.

—— Cyclopum ductas ſudoribus arces.

Et Henricus Monachus, ex D.Barnab.Briſſonio, vocat Lugdunum arcem.

In Lugdunenſes æquis proceſſibus arces
Vexit Arar Rhodanum, ſeſe ſub mœnibus abdens.

Et Strabo 4. *Lugdunum*, inquit, *inſtar arcis in medio ſitum eſt, ὡς ἀκρόπολις*. Et in authoribus ſæpe *arces* pro *vrbibus*, vt apud Virg.

—— Priamique arx alta maneres.

id eſt *Troia*, per metonymiam.

7 AVGVSTA MONVIT.] Lego, *Auguſta mouit muliebri æmulatione Agrippinam inſectandi:* non *monuit*.

8 DRVSVM AVT GERMANICVM STVDIIS.] Qui tunc duo orientia Rom. imperij ſidera, ab aulicis varie ſpectata, & ſectata, pro varia ſpe promouendi commodi. Verum ante annos occiderunt, & ſtatim ab ortu occaſum ſenſerunt principes lugendi.

9 AVVM M. ANTONIVM.] Nam Antoniorum familia vetuſta & nobilis. Martialis ep. 11. lib. 4. vbi agitat Antonium Saturninus.

Dum nimium vano tumefactus ſanguine gaudes.

Intelligit de ſanguine Antoniorum qui ab Antonio Herculis filio. Plut. in Antonio. Ita Tacitus de Iulo Antonio lib. 4. *Obiit Iulus Antonius multa claritudine generis*. quia ex Antoniis.

10 DEDECERE.] Lego *deducere*, non *dedecere*. nec enim Pomponius Atticus, Atticæ Latinæque eloquentiæ delicium, Ciceronis amor, eques Romanus, & tot virtutibus, tot diuitiis & literis illuſtris, dedecuit Claudiorum imagines. Addo Tiberium ex Vipſania habuiſſe ſocerum Atticum, cuius erat filia. Sed deduxit. Quia *deducere*, eſt ex altiore loco ad inferiorem trahere. Sic *deducere in ſeruitutem*, L.45.§.vlt. de rit. nupt. *Deduci in periculum*. L.56.§.1. de furtis. *Deduci ad ſummam exiguam*. L. vlt. de ſtipulat. Præt. D. Lucillius in Satyris.

Deducta tunc voce leo.

Deductum, id eſt diminutum, ait Nonius Marcellus, & *deducere diminuere eſt*; quaſi diminueretur Cæſarum ſublimitas equitis Attici humili affinitate. Seneca tamen epiſt. 21. de Attico ita ſcribit: *Attici nomen perire, epiſtolæ Ciceronis non ſinunt. nihil illi proficeret gener Agrippa, & Tiberius progener, & Druſus Cæſar pronepos. Inter tam magna taceretur, niſi Cicero ipſum aperuiſſet.* Nota doctorum in amicitiis, quanta ſit vis, quanta poteſtas, quanta vtilitas. Martialis de Attici domo lib. 7. epigram. 31.

Honor gentis Pomponiorum. Laus Attici a Seneca.

Attice, facundæ renouas qui nomina gentis,
Nec ſinis ingentem conticuiſſe domum.

Illa autem domus clara erit, dum litteræ erunt, & Cicero erit.

11 FRATRES EGREGIE CONCORDES.] Quintil. noua Declamat. 32. *Neſciunt homines quantum boni fraternitas habeat, qui nunquam diſſerunt*. Vere, nam concordia fratrum, turris fortitudinis. *Mutuum eſt propugnaculum aduerſus hoſtem*, ait Rex ſapientiſſimus. Et Claud. in laudibus Serenæ.

Fraternitas magnum bonum.

—— propius quam ſi genuiſſet amauit
Defuncti fratris ſobolem: nec charior olim
Mutua Iudæos deuinxit cura Lacones.

Et fratres ἀδελφοὺς vocabant olim, id eſt ſimillimos. Virgil. *—— fratrique ſimillima proles.* Sed ſimilitudo illa magis in animis quam in vultu. *Quem fidum inuenies, ſi tuis hoſtis fueris?* ait Salluſt. bello Iugurthino.

Nec multo poſt Druſus in Illyricum miſſus eſt, vt ſueſceret militiæ, ſtudiaque exercitus pararet: ſimul iuuenem vrbano luxu laſciuientem melius in caſtris haberi Tiberius, ſeque tutiorem rebatur, vtroque filio legiones obtinente. [1] Sed Sueui prætendebantur auxilium aduerſus Cheruſcos orantes. Nam diſceſſu Romanorum, [2] * ac vacui externo metu, gentis adſuetudine, & tum æmulatione gloriæ arma in ſe verterant. Vis nationum, virtus ducum in æquo: ſed [3] Marobodui regis nomen inuiſum apud populares: [4] Arminium pro libertate bellantem fauor habebat. Igitur non modo Cheruſci, ſociique eorum, vetus Arminij miles, ſumpſere bellum, ſed e regno etiam Marobodui Sueuæ gentes, [5] Semnones ac [6] Langobardi defecere ad eum. Quibus additis præpollebat, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum

** vi vacui*

Libertas ſemper ſequaces habet.

Vetus quæſtio inter patruos & nepotes.

perfugiſſet, non aliam ob cauſam, quam quia fratris filio iuueni [7] patruus ſenex parere dedignabatur. Diriguntur acies pari vtrinque ſpe, nec vt olim apud Germanos, vagis incurſibus, aut diſiectas per cateruas. Quippe longa aduerſus nos militia inſueuerant, ſequi ſigna, ſubſidiis firmari, dicta imperatorum accipere. Ac tunc Arminius equo conluſtrans cuncta, vt quoſque aduectus erat, *reciperatam libertatem, trucidatas legiones, ſpolia* [8] * *adhuc & tela Romanis direpta in manibus multorum oſtentabat: contra, fugacem Maroboduum appellans, præliorum expertem,* [9] *Herciniæ latebris defenſum, ac mox per dona & legationes petiuiſſe fœdus, proditorem patriæ, ſatellitem Cæſaris, haud minus infenſis animis exturbandum, quam Varum Quintilium interfecerint. Meminiſſent modo tot præliorum, quorum euentu, & ad poſtremum eiectis Romanis ſatis probatum, penes viros ſumma belli fuerit.*

Exteri diſciplinam Romanã in præliis ſequentes.

* adhæc

1 SED SVEVI PRÆTENDEBANTVR.] Quin hic locus hiet, nemo non dixerit qui attentius legerit. Et firmant verba Taciti, qui ſcribit infra. *Miſſus tamen Druſus* (ad Sueuos ſcilicet) *vt retulimus, pacis firmator.* Sed vbi retulit, & vbi pacem firmauit? Video quidem mentem Taciti, ſed verba non video. Nam vult innuere Druſum in Illyricum miſſum: ſed quia Sueui auxilium petebant aduerſus Cheruſcos, miſſum in Germaniam, quo pacem firmaret. Si mihi liceret iſtam lacunam ex verbis Taciti replere, ita legerem. *Sed Sueui prætendebantur auxilium aduerſus Cheruſcos orantes: ad quos firmator pacis Druſus mittitur. nam diſceſſu Romanorum,* &c. Sic res in plano eſt. Et ex authoris verbis ſuppletus author. Dixit autem *prætendebatur,* id eſt *obtendebatur,* pro, velamento prætexebatur. ita L.7. ad S.C. Velleianum. *Si miles, nihil tale prætentabat:* & Virg. 1. Æn.

Tacitus correctus.

——prætentaque Syrtibus arua.

2 AC VACVI.] Lego: *nam diſceſſu Romanorum, vt vacui externo metu.* id eſt, vbi exercitus Romanus abiit, eoque abitu ab externis armis & metu exterorum fuere liberati, tunc ad ciuilia bella ſe contulere, adſuetudine gentis, quæ ad ea procliuior, & æmulatione gloriæ. Quod noto, quia hiſtoriam habet. Significat enim ad ciuilia bella Cheruſcos procurriſſe tunc temporis ſola gloriæ cupiditate: Quæ vrit magnorum animos pectuſque virorum. De Sueuis autem eſt iſtud carmen Auſonij.

Cæde, fuga, flammis ſtratos periiſſe Sueuos:
Nec Rhenum Gallis limitis eſſe loco.

3 MAROBODVI.] Ita lego. *Sed Marobodui tum regis nomen inuiſum apud populares.* Et hac dictione *tum*, vtitur ſæpe noſter, vt docui ſupra. Innuit autem tunc temporis Maroboduum fuiſſe regem Marcomanorum, quem Strabo Marabudem vocat lib. 7. Cæterum quis credat etiam hodie extare veſtigia inuiſi Marobodui nominis apud Francos, qui a Germanis orti? Si quem enim verbis aſperioribus increpent, vocant illum *Marob.* Quod vulgus, vt ſolet, ea quæ neſcit, deprauauit vertitque in verbum *Marault.* non a verbo *marab* quod rebellionem ſonat & non obſequentem, Hebræum, nam cum Hebræis nulla vnquam tunc Gallis cõſuetudo. Nec a verbo μωρὸς Græco, vt quidam putant, quod & ſceleratum hominem notat. Nam tunc Græcorũ cum Frãcis nulla ſocietas, nulla cõfœderatio; ſed a Germanis quibus quaſi fratribus vtebantur, vnde Germani dicti apud eos, & apud exteros Romani. Sic hodie retinemus adhuc nomen Ganilonis, quod eſt improperij nomen & traditoris, qui vixit temporibus Ludouici Pij. Sic & ne quis miretur tam vetus & Germanicum verbum, hodie inualeſcere, omnia eiuſdem generis conuitia, olim apud Romanos nota, etiam ex vetuſtiore æuo retinemus: quippe dicimus *Beliſtre,* pro *blite.* Plinius lib. 20. cap. 22. *Blitum iners videtur, & ſine ſapore & acrimonia vlla: vnde conuitium fœminis apud Menandrum faciunt mariti.* Et Plautus, Latinus Menander, in Comœdiis de *blitto* meminit, & de *bliti conuitio.* nam in Pſeudolo, facit coquum ita loquentem de blitto, quod olus eſt inſipidum; & nos dicimus, *Bette & poiree.*

Tacitus correctus.

Maroboduus rex Marcomanorum.

Nomen opprobrij apud Francos.

Priſca conuitia apud Rom. hodie in vſu apud Francos.

Conuitium maritorum in vxores.

Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitam.

Et pro conuitio in Truculento.

Blitea eſt, & lutea meretrix, niſi quæ ſapuit in vino ad rem ſuam.
Si alia membra vino madeãt, cor ſit ſaltem ſobrium.

Blitea inutilis, ait Non. Marcellus, *a blito herba nullius vſus*, & hunc Plauti locum adfert. Sic apud Catullum, *O blitum lupanar*, recte correxit Scaliger, id eſt, inſipidum ſcortum. Et apud Varronem ex Nonio. *Affanos multos, quod patere ea non poterat,* (pro *pati non poterat*) *mulierem foras betere illuſit.* Et ſane iſtam fatuitatem oderat Poeta Martialis, ſapidum ad vitia caput.

Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas,
At mihi quæ poſſunt pungere, Chia placent.

Sic dicimus pro conuitio *Bete*, non *Beſte*, nec *beſtiam*, ſed *betam*, cum quis nihil ſapit. Sic *betiſare* dixit Auguſtus, pro parum ſapere, vt *betere* Varro. Sueton. cap. 87. in Aug. & Diogenes ita, *Canis*, inquit, *betas non edit*, Betas pro conuitio dicebat. Martialis autem ita de betis.

Beta.

Betiſare.

Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quam ſæpe petit vina, piperque coquus!

Dicimus etiam nos Franci pro conuitio *Brigand,*

Brigantes in Anglia.
Burgandus hæreticus.
Peregrinationes Chriſtianorum antiquiſſimæ.

gaud, quod a Brigantibus forte profluxit, qui olim in Anglia, de quibus Tacitus infra; niſi a Bagaudis in Gallia latronibus, quos memorat Aurelius Victor in Diocletiano. Aut a Brigando, vel Burgando, de quo Canon, de viro. 24. q. qui Chriſtiano more Romam proficiſcentes (quod fuit ſemper vſitatum Catholicis) ſpoliabat. Illas autem profectiones antiquas, teſtatur D. Hieron. præf. lib. 3. ad Gal. & Enodius pro Symmacho, & D. Gregorius in Dialogis. Ionas etiam Aureliacenſis contra Claudium Taurinenſem epiſcopum, de Imaginib. Dicimus etiam, *Coquins*, a coquina, quod coquinarios pro nihilo habeamus, & patinarios, qui nihil niſi de culina cogitant, & habent animum in patinis, vt ait Comicus. Sed hæc dum memoro, vereor ne me betas edendas apponere iocetur rhinoceros aliquis. Scio ego dominæ faſtidia Romæ.

4 ARMINIVM.] *Herman* ſignificat *hominem, dominum* & *herum.* quod dicunt etiam hodie Germani, *min her*, id eſt, *mi domine*. Et noſtrum Arminium Velleius ita deſcribit. *Arminius Segimeri principis gentis eius, filius, ardorem animi, vultu, oculiſque præferens, aſſiduus militiæ noſtræ prioris comes, & iam ciuitatis Romanæ ius, & Equeſtrem conſecutus gradum.* Certe conuenit illi quod de Vercingentorige ſcribit Florus, dum ait. *Ille corpore, armis, ſpirituque terribilis, nomine & quaſi ad terrorem compoſito.* Et vere Germanus Arminius. nec enim clariorem vnquam, nec maiorem, nec atrociorem Germaniæ alumnum Roma experta eſt. Non omitto apud Tuiſcones Herminones in Germania regnauiſſe, qui fuerint Germaniæ populi. Tacit. de mor. Germ. vt ab iſto Herminone forte Arminium deductum putes. Vis Arminij laudes? vna Variana clades ſuffecerit. Nam totum Romanum Imperium concuſſit,

—— *& Auguſtum veſtem mutare coegit.*

Quod numquam factum nec ante nec poſt.

Semnones.

5 SEMNONES.] De Semnonibus, ita Tacitus de mor. Germ. quem interpretor. *Vetuſtiſſimos ſe, nobiliſſimoſque Sueuorum Semnones memorant. fides antiquitatis religione firmatur. Stato tempore, in ſiluam auguriis patrum & priſca formidine ſacram, omnes eiuſdem ſanguinis populi legationibus coeunt* (id eſt, legatis ad id miſſis & lectis) *cæſoque publice homine, celebrant barbari ritus horrenda primordia.* Quid ſibi volunt iſta verba, *barbari ritus horrenda primordia?* Explico. Nihil tam humanitati contrarium, quam barbaries: itaque opponuntur inter ſe. Humanitas culta eſt & comis, & manſueta: Barbaries, rudis, aſpera, ferox, crudelis. Homines veri & vera humanitate præditi, pecudum victimis Deum placabant: Barbari ſanguine pecudum non contenti, etiam immolabant hominem homines ipſi. Cicero pro Fonteio. *Immanem*, ait, *& barbaram conſuetudinem hominum immolandorum.* Vnde fluxit, vt barbari, licet homines, pro hominibus non haberentur, ſed ab iis diſtinguerentur, & barbari dicerentur. Ergo nominat primordia barbari ritus hominis immolationem, quod in eo vera barbaries, & primus index barbari, & crudelis animi. Et quod notandum eſt, Pelaſgi & Græci, qui ſe a barbaris diſtinguebant, hoſtiis tamen ſacrificarunt humanis: aliquando enim in inſulam Delum delati, ex oraculo Apollinis, Saturno humanas hoſtias immolarunt, vt ait Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 7. Sed quid non patrauit feritas? Etiam tenellos infantes vix ingreſſos vitam mactabant dæmonibus: quod Ennius hoc verſu notat:

Tacitus explicatus.
Vnde nomen Barbarorum.
Hominis immolatio primordium barbari ritus.

Ille ſuos diuis mos ſacrificare puellos.

Et paſſim in Bibliis Iudæi reges Moloch filios ſuos ſacrificabant. Vt mireris in illa gente cæcitatem poſt accepta legis lumina. Reg. 4. Iuuenalis Satyra 15. ſcribit Vaſcones homines ſacrificaſſe & comediſſe.

Vaſcones homines Diis ſacrificant.

Vaſcones, hæc fama eſt, alimentis talibus olim
Produxere animas.

Quod confirmat Prudentius dum ſcribit in Hymno DD. Hemiterij, & Chelidonij.

Immane credis bruta quondam Vaſconum gentilitas,
Quam ſacrũ (crudelis error) immolarit ſanguinem,
Credis in Deum relatos hoſtiarum ſpiritus?

Sed hæc ante fidem Catholicam receptam & profeſſam. Etiam Druidæ, vt ait Plinius 30. præfat. *Nam hi, & omne magorum genus, humana carne delectatur.* Iuuenalis pro magno portento narrat, in diſcordia quæ inter Ombos & Tentyræ ciuitatem fuit, hominem crudum a victrici parte voratum, eadem Sat. Sed odium hominem in feram, & lupum mutat. Et D. Hieron. 2. contr. Iouin. ſcribit, Scotos gentem Britannicam humanis veſci carnibus: quod ipſe viderit. Verum quæ olim barbara, hodie humanitate ornata eſt.

Druidæ hominum immolatores.

6 LANGOBARDI.] *Gens Germana*, inquit Velleius, *Germaniæ feritate ferocior.* De iiſdem Tacitus de mor. Germ. qui Langobardos & Semnones ſemper coniungit. *Adiicit*, inquit, *authoritatem fortuna Senonum. Centum pagis habitatur*, (lego, *vt centum pagis habitentur*, nam fortuna, neque authoritas Senonum non habitatur) *magnoque corpore efficitur, vt ſe Sueuorum caput credant: contra Langobardos paucitas nobilitat, quod plurimis ac valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium, ſed prœliis, & periclitando tuti ſint.* Nota ergo periculum tutelam eſſe. Nam periclitando nobis proſpicimus, vt ſecuri negligimus.

Tacitus correctus.

7 PATRVVS SENEX PARERE DEDIGNABATVR.] Hæc quæſtio eſt Helena vetus, quæ tot Pergama in caſum dedit: nam nulla pars orbis, nulla gens, nulla ætas, quæ iſta quæſtione vacauerit. Apud Iuriſconſultos etiam ſi hæc quæſtio foret deciſa, vt eſt, & apud togatos, tamen apud ſagatos nuſquam erit, & nunquam. *Ius ſemper in armis. Omnia dat qui iuſta negat*; dico, qui iniuſta negat. De tali diſſidio noſter. Nam alios authores in hac re non cito, quia nimij. *Præerat* (inquit 4. hiſt.) *Iulius Briganticus ſorore Ciuilis genitus, vt ferme acerrima proximorum odia ſunt, inuiſus auunculo infenſuſque.* Et quod ait lib. 2. *nepotibus auunculus parere dedignabatur.*

Armatis omnia.

8 ADHVC.] Lego: *Spolia adhæc, & tela Romanis direpta, in manibus multorum oſtentabat.* Quod barbaries laudat.

Tacitus correctus.

9 HERCINIÆ LATEBRIS.] Hoc ex-

plicat Velleius. *Nihil*, inquit, *erat iam in Germania, quod vinci poſſet, præter gentem Marcomanorum; quæ Maroboduo duce, excita ſedibus ſuis, atque in inferiora refugiens, incinctos Herciniæ ſiluæ campos incolebat.* Sane Hercinia Germanorum latebra: quæ poſtea Francorũ regum voluptas fuit. Franci enim reges menſe Septembri illuc venatum ibãt. Et capturæ ferarum ſaliebãtur, & recondebatur quidquid eſſet quod hieme ederent. Sed hæc longe poſt illa tempora.

Hercinia Germanorum latebra.

Barbari iactabundi & feroces.

Neque Maroboduus iactantia ſui aut probris in hoſtem abſtinebat, ſed Inguiomerum tenens, *illo in corpore decus omne Cheruſcorum, illius conſiliis geſta, quæ proſpere ceciderint*, teſtabatur: *vecordem Arminium, & neſcium alienam gloriam in ſe trahere, quoniam*[1] *tres vacuas legiones, &*[2] *ducem fraudis ignarum perfidia deceperit, magna cum clade Germaniæ &*[3] *ignominia ſua, cum coniunx, cum filius eius ſeruitium adhuc tolerent. At ſe duodecim legionibus petitum, duce Tiberio, illibatam Germanorum gloriam ſeruauiſſe, mox conditionibus æquis diſceſſum. neque pœnitere quod ipſorum in manu ſit, integrum aduerſum Romanos bellum, an pacem incruentam malint.* His vocibus inſtinctos exercitus propriæ quoque cauſæ ſtimulabant, cum a Cheruſcis Langobardiſque pro antiquo decore, aut recenti libertate, & contra augendæ dominationi certaretur. Non alias maiore mole concurſum, neque ambiguo magis euentu, fuſis vtrinque dextris cornibus. Sperabaturque rurſum pugna, ni Maroboduus caſtra in colles ſubduxiſſet. Id ſignum perculſi fuit.[4] & * transfugis paulatim nudatus in[5] Marcomannos conceſſit, miſitque legatos ad Tiberium oraturos auxilia. Reſponſum eſt, non iure eum aduerſus Cheruſcos arma Romana inuocare, qui pugnantis in eundem hoſtem Romanos nulla ope iuuiſſet. Miſſus tamen Druſus, vt retulimus, pacis firmator.

Perfidia in hoſtem.

* transfugiis.

Non æquum iuuare qui non iuuerint.

1 TRES VACVAS LEGIONES.] Id eſt vacantes. Sic infra Tacitus, *vacantem prouinciam*, *vacantem*, & *vacuam mulierem* dixit pro vidua. Sic *vacuum vterum* dixit Iuriſconſultus L. 30. §. penult. de adq. hered. *Vacuas tabulas* L. 11. de iniuſt. rupt. Nec melius explicauerit quiſquam Paterculo, iſtam cladem. *Exercitus*, inquit, *omnium fortiſſimus, diſciplina, manu, experientiaque bellorum, Romanos inter milites, princeps, marcore ducis, perfidia hoſtis, iniquitate fortunæ circunuentus, cum nec pugnandi quidem egregie occaſio in quantum voluerant, data eſſet, miſeris caſtigatis, etiam quibuſdam graui pœna, quia Romanis & armis & animis vſi fuiſſent: incluſus ſiluis, paludibus, inſidiis, ab eo haſta trucidatus eſt.* forte, *ab ſæuo hoſte trucidatus eſt.* Nam quid ſæuius, quid ferocius iſtis Germaniæ alumnis?

Varianæ cladis conſideratio.

2 DVCEM FRAVDIS IGNARVM.] Idem Velleius loquens de hoſtibus. *Verſutiſſimi*, inquit, *in ſummam ſocordiam perduxere Quintilium: vſque eo, vt ſe Prætorem vrbanum in foro ius dicere, non in mediis Germaniæ finibus, exercitui præeſſe, crederet.* En Vari facilitas. Sed cum Cretenſibus, cretiſandum erat. Tamen Tacitus a Segete admonitum tradit. Sed minime illi creditum obſtantibus fatis: & vt Romani a Troianis orti eadem cum Troianis fata experirentur. Quippe, vt ait Poeta,

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora, dei iuſſu non vnquam credita Teucris.

Sed multi alij ſunt Troes. Tamen excuſandus eſt in ea clade Varus qui barbaros exiſtimabat ad humanitatem his artibus poſſe doceri, & pati imperij Romani leges facilius.

Quintilius Varus fidens hoſti concidit.

3 IGNOMINIA SVA.] Non eſt hoc Taciti manus. Lego, *ignominia ſumma.* Et ſaltem legendum fuiſſet, *ignominia ſui*, vt ſupra dixit, *iactantia ſui.* Sed prima placet, altera diſplicet.

Tacitus correctus.

4 TRANSFVGIS.] Per *I* magnum ſcriptum erat *transfugIs*, quod duplicatur, ideoque legendum *transfugiis*, vt apud Verr. Flaccum: *ſtatua eſt ludI huius* [pro *ludij*] *qui quondam fulmine ictus in Circo, ſepultus eſt in Ianiculo.*

Tacitus correctus.

5 MARCOMANNOS.] Quos Syneſius epiſt. 110. vocat *generoſiſſimos*: nam ait. *Nuper venit a rege, nactus ducatum generoſiſſimorum Marcomannorum, quos veriſimile nobis eſt, cum & antea ſtrenui fuerint milites, nunc nactos decentem ducem, magnum aliquod & egregium opus deſignaturos. Romanorum hoſtes* vocat Tertullianus in Apolog. Vere hoſtis, & Romano ſolus imperio formidandus Marcomannus, a quo Gallorum reges, quorum ad hunc diem viget proſapia nobilis.

Marcomanni generoſiſſimi.

Hoſtes Romanorum.

Chaſma 12. vrbium Aſiæ.

Eodem anno[1] duodecim celebres Aſiæ vrbes conlapſæ, nocturno motu terræ, quo improuiſior grauiorque peſtis fuit.[2] Neque ſolitum in tali caſu effugium ſubueniebat in aperta prorumpẽdi, quia diductis

terris

terris hauriebantur. [3] Sediſſe immenſos montes, [4] viſa in arduo quæ plana fuerant, effulſiſſe inter * ruinam ignes memorant. Aſperrima in [5] Sardianos lues plurimum in eoſdem miſericordiæ traxit. nam centies ſeſtertium [6] pollicitus Cæſar, & quantum ærario, aut fiſco pendebant, in quinquennium remiſit. [7] Magnetes a Sipylo, proximi damno ac remedio habiti. [8] Temnios, [9] Philadelphenos, [10] Ægæatas, [11] Apollonienſes, quique [12] Moſceni aut Macedones Hircani vocantur, & [13] Hierocæſaream, [14] Myrinam, Cymen, [15] Tmolum [16] leuari [17] idem in tempus tributis, mittique ex ſenatu placuit, qui præſentia ſpectaret, [18] refoueretque. Delectus eſt [19] M. Aletus e prætoriis, ne conſulari obtinente Aſiam æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur. Magnificam in publicum largitionem auxit Cæſar, haud minus [20] grata liberalitate, quod [21] bona Æmiliæ Muſæ locupletis inteſtatæ petita in fiſcum, Æmilio Lepido, cuius e domo videbatur, & [22] Patulei diuitis equitis Romani hereditatem (quanquam ipſe heres in parte legeretur) tradidit [23] M. Seruilio, quem prioribus, neque ſuſpectis tabulis ſcriptum compererat. nobilitatem vtriuſque pecunia iuuandam præfatus. [24] Neque hereditatem cuiuſquam adiit, niſi cum amicitia meruiſſet. Ignotos & aliis infenſos, eoque principem nuncupantes procul arcebat. Cæterum [25] vt honeſtam innocentium paupertatem leuauit, ita prodigos & [26] ob flagitia egentes Vibidium Varronem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Cornelium Sullam, [27] Q. Vitellium mouit ſenatu, aut ſponte cedere paſſus eſt.

* ruinas magnos ignes

Damna chaſmatis Cæſar ſolatur pecunia.

Liberalitas Principis grata nobilibus & vulgo.

Prodigorum apud principem nulla ratio.

1 Dvodecim Asiæ vrbes.] Fuit Aſia ſemper his voraginibus obnoxia. Et tangit in Pallio Tertull. *Vtinam*, inquit, *& Aſia ſecura iam ſit de ſoli ingluuie: vtinam & Africa ſemel voraginem pauerit vineis caſtris fraudatis expiata.* Lego, *Punicis caſtris ferro datis expiata.* Scriptum erat *frodatis* pro *ferro datis*. Vocat Plinius eas voragines & *chaſmata, ſcelera naturæ, & buſta vrbium.* Et ſunt exempla plurima huius cladis Aſianæ in authoribus. Apuleius de mundo. *Immodicis tremoribus diſiluiſſe humum, & interceptas vrbes cognouimus.* Salluſt. in frag. *Hiauit humus multa, vaſta & profunda.* Et de iſta clade Velleius. *Reſtitutæ vrbes Aſiæ, vindicatæ ab iniuriis magiſtratuum prouinciæ, quæ repetundarum damnatæ.* Et Plinius nominatim: *Maximus*, inquit, *terræ memoria mortalium extitit motus Tiberij Cæſaris principatu, 12. vrbibus Aſiæ vna nocte proſtratis.* lib. 2. cap. 84. Et Suetonius in Tiberio 48. *Neque prouincias vlla liberalitate ſubleuauit, excepta Aſia, disiectis terræ motu ciuitatibus.* Sed Agathias male qui hunc terræ motum temporibus Auguſti tribuit, lib. 2. qui ſub Tiberio accidit, & in chaſmate deſcribendo fœlix fuit, imo & acutus plurimum cum dicat: *Terræmotum rem eſſe optabilem, ſi diſcerneret bonos a malis; & hos perderet, illos ſaluaret.* Acute ſatis. Sed hæc a Deo non a nobis. Tertullianus in Apolog. *Oro vos ante Tiberium* (id eſt ante Chriſti aduentum) *quantæ clades vrbem & orbem ceciderunt.* Legimus Hyerapolim & Delon, & Rhodon, & Coon inſulas multis cum millibus hominum peſſum abiiſſe. Memorat & Plato maiorem Aſiæ & Africæ terram Atlantico mari ereptam. Sed & mare Corinthium terræ motus ebibit: Et vi vndarum Lucaniam Italia abſciſſam in Siciliæ nomen. Hæc ſine iniuria incolentium accidere non potuerunt. Sic mundi vaſtitas ſuis partibus aliquando excidit. Dico obiter, *cauſas terræ motus nondum certas, ne quidem inter Phyſicos,* ait Gellius lib. 2. cap. 28. Ideoque gentes, in tali caſu, cui Numini ſacra facerent, habebant incertum. Tamen ferias indicebant edicto, quas violare nefas. Et ita terræ motus procurabantur. Agathias cum Gellio idem cenſet & ſcribit.

Aſia voraginibus obnoxia.

Tertullianus correctus.

Chaſmata ſcelera naturæ, buſta vrbium.

2 Neqve solitvm.] Lego vno & continuo ſpiritu. *Neque ſolitum in tali caſu effugium ſubueniebat, in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur.* Ergo in aperto, vt in arcto erat periculum: Sic eſt, & chaſmatis caſus frequens nulli proximo loco dabat ſecuritatem. Vide Dionem in Traiano de chaſmate; quo melius nemo explicuerit.

3 Sedisse immensos montes.] Iuuen. Sat. 6. *—— nutare vrbes, ſubſidere terras.* Et Salluſt. in fragm. *Ventis per caua terræ citatis, rupti aliquot montes, tumulique ſedere.* Et Sulpitius ad Cicer. de obitu Tulliæ. *Ex Aſia rediens, cum ab Ægina Megaram verſus, nauigarem, cœpi regiones circumiacentes proſpicere, oppida quodam tempore florentiſſima, nunc proſtrata & diruta, ante oculos iacent.* Et recte vocat *oppidorum cadauera.* Sic Plinius lib. 2. cap. 91. *Vt ſinus & ſtagna prætercam; ipſa ſe condens terra* (forte, *ipſa ſe come-*

Plinius correctus.

dens terra) quia adiicit, *deuorauit*: tamen a veteri lectione non abeo. *Cibotum altiſſimum montem, cum oppido Curite deuorauit.* Quod verbum fecit vt legerem, *ſe comedens terra.* Nam ex vſu poſt tritos & mollitos dentibus cibos & comeſtos fit deuoratio & abſumptio. Et ita Plautus:

Quis ille, qui ſe ipſum comeſt?

Et in Moſtellaria:

Tam facile, quam pyrum vulpes comeſt.

Ariſtoteles plura genera terræmotus eſſe ſcribit, & vocat ea χασματίας. receſſus, ſcilicet, hiatus, ſucceſſionem, impulſionem, inclinationem, vibrationem. Dion in Traiano quatuor genera recenſet tantum. Et Agathias *craſſo & fumoſo aëri aſſignat, qui terræ clauſus concauitatibus eiuſmodi motus efficit.* Sed nondum hæc plana, vt dixi ex Gellio. Tertull. in Pallio. *Cæteri quoque eius ornatus* (mundi ſcilicet) *quid? non aliud ex alio mutant?* (Lego, *quid? num alius ex alio mutantur?*) *Et montium ſcapulæ decurrendo, & fontium venæ ebulliendo, & fluminum vice obumbrando.* forte *obeundo.* Sic Sen. Conſ. ad Mart. *Omnia ſternet, adducetq. ſecum vetuſtas: nec hominib. ſolum: Quota enim iſta fortunæ potentiæ portio eſt? Sed locis, ſed regionibus, ſed mundi partibus ludet. Tot ſupprimet montes, & alibi rupes in altum nouas exprimet, maria ſorbebit, flumina auertet, & commercio hominum rupto, ſocietatem generis humani cœtuſque diſſoluet.* Certe omnia in terris oriuntur, vt intereant. Sed hæc Senecæ deſcriptio quam vera ſed quam ſeuera? ideo a Deo deprecanda.

Tertullianus correctus.

4 VISA IN ARDVO, QVÆ PLANA FVERANT, EFFVLSISSE INTER RVINAM IGNES.] Puto ſcriptum, *fulſiſſe inter ruinas magnos ignes*: quod *(m)* in fine *(ruinam)* demonſtrat. Sed ſimilitudo litterarum & exſcriptorum mos abſorbuit verbum, *magnos*, nec reſtat e dictione tota niſi (*m*) quæ locata in fine ſuperioris verbi, pro nota fuit exſcriptori. Plin. lib. 2. cap. 88. *Sic & Pithecuſas in Campano ſinu ferunt ortas, mox in his montem Epopon, cum repente flamma ex eo emicuiſſet, campeſtri æquatum planitie, alioque motu terræ ſtagnum emerſiſſe, & alio prouolutis montibus inſulam extitiſſe Prochytam.* Sic fert naturæ varietas, miranda ſemper, & ſemper veneranda propter plaſmatorem Deum ſemper tremendum & verendum & reuerendum.

Coniectura de lectura Taciti.

5 SARDIANOS.] Ne capias de incolis Sardiniæ inſulæ. Sardis enim noſtra in Aſia eſt. Et extat epigrãma nobile de terræ motu, qui illam hauſit. 1. Antholog. Strabo autem lib. 13. vbi de hoc Sardorum chaſmate. *Nuper eius multa ædificia, ex terræ motibus corruerunt, ſed Tiberij prouidentia, qui per noſtra tempora imperat, & hanc, & multas alias, ſuo beneficio reparauit, quæcunque eo tempore eiuſdem calamitatis participes fuerint.* Agathias hoc explicat longe poſt in Hiſtoria Iuſtiniani lib. 2. Nam Trallibus abſorptis Chæremon Cæſari nunciat cladem ibi ob eam rem profectus. Ideo ſtatua & ara dicata Chæremoni, & vrbs refecta ex integro: quod notandum. Horat. ſic de illa vrbe.

Sardis in Lydia.

——*Et Crœſi regia Sardis.*

A qua *Sardonius riſus*, & quod dixit Cicero in famil. 7. *Inter Sardos venalem alio nequiorem.*

Sardi venales.

6 POLLICITVS CÆSAR.] Pollicitus eſt Cæſar: ita ſcribebant, *pollicitus' Cæſar*, pro *pollicitus eſt.*

7 MAGNETES A SIPYLO.] Duæ fuere Magnetes: vna inter Cayſtrum & Mæandrum, non longe a Trallibus; quæ antiquiſſima, & cum Cumis eodem tempore condita, vt ait Euſeb. de Præpar. Euang. lib. 10. cap. 3. altera Sipylo propinqua. Quod paſſim in Conciliorum tomis obſeruari poteſt, in epiſcoporum ſubſcriptionibus. Et ambæ a Magnete lapide dictæ. Plinius Aſianam facit vnam, alteram Macedonicam, lib. 35. cap. 16. Florus lib. 2. *Mæandrum ad amnem montemque Sipylum caſtra ponuntur*, vbi de Antiocho. Et addit mendoſe. *Ad hoc imbre, qui ſubito perfuſis*, (lego *ſuperfuſus*) *mira fœlicitate Perſicos arcus corruperat.* Plinius ita cap. 29. lib. 5. *Supra hæc Magneſia Mæandri cognomine inſignis, a Theſſalica Magneſia orti.* Strabo: *Magneſia Æolica ciuitas eſt, quæ ad Mæandrum verſus dicitur: altera non longe a Pactolo, vt Sipylus mons.* Cicero ad Quint. fratr. *De te a Magnetibus, mentio eſt honorifica.* Hi equis validi, vnde Lucretius lib. 8.

Duæ Magnetes.

Florus correctus.

Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.

Cæterum hæc tota clauſula, licet verbis Taciti confecta, tamen non habet Taciti numeros, & claudicat. Viderint acutiores.

8 TEMNIOS.] *Fuit*, inquit Plinius, lib. 5. cap. 30. *in ore Hermi fluuij oppidum Temnos.* Quod oſtendit eius ætate amplius non fuiſſe. Et fortaſſe ita dicta quod in ea nemus eſſet Deo cuidam dicatum. Fuit autem alia, ſed Aſiaticam memorat, quia in Aſia quaſſatio de qua heic loquitur.

9 PHILADELPHENOS.] In Aſia duæ ſunt Philadelphiæ; vna in Cilicia, altera non longe a Tmolo, de qua heic. Vicinæ Tmolo vrbes hac clade fuerunt affectæ, non illa Philadelphia, quæ in Cilicia. Nam aberat nimis longe, niſi in diuerſo terrarum tractu, illa peſtis graſſata ſit. nam interdum caſus ludit.

Duæ Philadelphiæ.

10 ÆGEATAS.] *Æge*, inquit Plin. lib. 5. cap. 27. *vrbs Ciliciæ, & oppidum liberum.* Sed quia hæc, quæ in Cilicia, diſtat nimium a loco terræ motu exhauſto, putarem heic debere intelligi iſtos *Ægeatas*, ab *Æge*, quæ ſita ad Hermum fluuium: tamen aliorum ſit indicium: de iſta enim Æge ita Plin. cap. 30. lib. 5. vbi de Æolide. *Æge. Attalia. Poſſidea.* At in Æolide hic terræ motus.

Coniectura in Tacito.

11 APOLLONIENSES.] Multæ Apolloniæ, Pontica, Macedonica, Cyrenaica. Heic Apollonia Troadis, quæ prius Aſſos dicta. Idem Plin. lib. 5. cap. 30. πόλις εὐτομωτάτη, ait Strabo 7.

Apollonia Troadis.

12 MOSCENI, AVT MACEDONES HIRCANI.] De quibus lib. 5. cap. 29. Plin. *Smyrnæum conuentum, magna pars Æoliæ, quæ mox dicetur, frequentat. præterque Macedones Hyrcani cognominati, & Magnetes a Sipylo.* tamen in tractu Pergamenorum Moſcinos locat Plin. eodem lib. cap. 30.

Moſceni.

13 HIEROCÆSAREAM.] A Ptolomæo ponitur inter Aſiæ vrbes, in Doride. Et forte Hierapolis eſt, quæ in Phrygia, cuius epiſcopus

Hierocæſarea, quæ forte Hierapolis.

pus Flaccus ſubſcripſit Concilio Niceno. Ciuitas nobilis ob aquas calidas & os Plutonium, ait Strabo 13. de qua infra dicam amplius.

14 MVRINAM, CYMEN.] Quæ in Æolide. Plin. lib. 5. cap. 30. *In Æolide ſunt*, inquit, *Cyme Myrrina, quæ Sebaſtopolim ſe vocat.* Ab hac ne putes appellari Myrrhina vaſa, quæ tantum authoritatis apud antiquos habuere. Nam apud Parthos illa; hæc vero Myrina in Aſia fuit. Sic enim Propert.

Murreaque in Parthis pocula cocta ſuis.

Oriens Murrhina mittit, ait Plinius lib. 37. cap. 2. præcipue in Carmania. Et in pretio varietas colorum. Quidā vir doctus putauit perſpicua eſſe, quod negat Martialis hoc verſu.

Nos bibimus vitro, tu murrha, Pontice: quare?
Prodat perſpicuus (ita lego, non *perſpicuum*) *ne duo vina calix.*

Sed hæc extra noſtros fines, non extra rationem.

15 TMOLVM.] Tmolus mons in Ionia, de quo Plin. lib. 5. cap. 29. *Maſtuſia a tergo Smyrnæ & Termetis Olympi radicibus iunctus: Is in Dracone deſinit, Draco in Tmolo, Tmolus in Cadmo, ille in Tauro.* Sed de vrbe Tmolo, Strabo ex Euripide, Lydiæ caſtellum eſſe ſcribit.

16 LEVARI TRIBVTIS.] Capitolinus in Albino loquens de Seueri liberalitatibus: *Indicat & illud præcipue quod ad eas ciuitates inſtaurandas* (forte *reſtaurandas*) *quas Niger attriuerat, pecuniam miſit, quo facilius ſibi earum accolas conciliaret.*

17 IDEM IN TEMPVS.] Lego, *Iiſdem in tempus tributis* ſcriptum erat. *Iſdem* maiuſcula littera *I*, quæ geminanda eſt, pro *iiſdem*.

Tacitus correctus.

18 REFOVERETQVE] Quid ſi ſcriptum fuerit, *referretque*, pro *refoueret*? nam referunt ad principem qui mittuntur locorum inſpiciendorum cauſa: refouet princeps, ſi æquum putet. Et hoc e ſua dignitate eſt, eque arcanis ſuæ maieſtatis, vt animos ciuium ſibi vnus refouendo conciliet. Sic noſter infra de Germanico cui data eſt magna poteſtas in prouinciis: *Princeps*, inquit, *prouincias internis certaminibus aut magiſtratuum iniuriis feſſas, refouebat*; cæteri referebant tantum. Ennius apud Varronem:

Legatorum referre. Principum refouere.

Orator ſine pace redit, regique refert rem.

Idem noſter. *Patres copia feſſi Conſulibus permiſere, vt perſpecto iure, rem integram ad Senatum referrent.* Et lib. 15. in orat. Thraſeæ. *Olim quidem non modo Prætor, aut Conſul, ſed priuati etiam mittebantur, qui prouinciam viſerent & quid de cuiuſque officio videretur, referrent.* Et eodem. *Ne quid ad concilium ſociorum referret.* Ab illa relatione, *Referendarij* dicti, apud Caſſiod. lib. 6. Var. qui principi, litigantium iura exponebant. Firmat etiam meam dubitationem perſona; quod Prætorius tantum mitteretur, cui, vt opinor, non refouendi, ſed referendi data poteſtas, cum nec data ſit Conſulibus.

Vnde Referendarij.

Coniectura.

19 M. ALETVS.] Quid ſi legatur, *M. Allius*? vel *Allietus*? nam ſub Tiberio prætorium virum lego M. Allium, vt apud Senecam de Benef. niſi error ſubſit in nomine, & illum inter nepotes, ſua qui abligurierunt bona: quique leuari ſe a Tiberio largita pecunia poſtulabat. Quod oſtendit eſſe noſtrum, qui heic Aletus dicitur. fuit enim *Allius*, ſeu *Allus*, priſcum nomen: vnde gens *Allia*, & *Allius Sumuſileaticus*, apud Valerium Maxim. Cicero *Aulum Alienū* nominat, qui quatuor legiones Caſſio tradidit, quas Ægypto eduxerat. lib. 12. epiſt. *Si vales.* Et in veteri ſepultura quæ Mediolani iuxta portam Romanam: C. ALLIVS. P. V. SIBI. ET. NOVELLIÆ. FVSCÆ. VXORI. Et *Allus* etiam in lapidibus. & apud Clarummontem Aruerniæ in publicis ædilibus. ALLIA. T. LABIENI. VXOR. Qui omnes ab Aliia nomen traxere, a qua Alliensis pugna. Virg. 7.

—— infauſtum interluit Allia nomen.

Nuſquam autem de M. Aleto quidquam legi. Alienum legi oratorem clariſſimum in clamando, & exercitatiſſimum, 1. in Verrem. Excluſis autem Allieto, & Alieno, *M. Allium* lego, quia M. Allius ſub Tiberio vir luxurioſus & egens.

20 GRATA.] Lege, *grata priuata liberalitate.* nam opponit publicum priuato, pro ſuo more, & ludit in antitheſi. Quod autem de Prætorio viro heic ſcribit Tacitus, de Senatoriis ſcribit Spartian. in Adriano: *Senatoribus qui vitio ſuo non decoxerant patrimonium pro liberorum modo Senatoria profeſſione expleuit, ita vt pleriſque in diem vitæ ſuæ demenſum ſine dilatione reſtituerit.*

21 BONA ÆMILIÆ MVSÆ.] Quæ forte ſanguis Antonij Muſæ, magni illius medici Augusti, cuius eadem hodie monumenta leguntur. nam is locuples valde & vigens viuenſque iſtis temporibus noſtris. At illa nomen Æmilij ſumpſit, vt veriſimile eſt, a quodam patrono ex Æmilia gente: quæ, vt ait noſter, *fæcunda bonis ciuibus, etiam antiquiſſima.* Nam ab Æmilio Aſcanij Troiani filio, vt aiunt, vel vt tradit Sigonius ex Plutarcho, ab oratore quodam filio Pythagoræ. Patrono autem mortuo, & ſine liberis, vacua quieuit hereditas. Libertæ tamen, vt liberti, mortuo patrono ſine liberis, poterant condere teſtamentum, & heredem relinquere. Sic enim Liuius lib. 39. *Scortum nobile Libertina Hiſpala Fecenia, non digna quæſtu* (lego, non *indigna quæſtu*) *cui ancillula aſſueuerat, etiam poſtquam manumiſſa erat, eodem ſe genere tuebatur. huic conſuetudo iuxta vicinitatem cum Ebutio fuit. Eo proceſſerat conſuetudine capta, vt poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore, a Tribunis, & Prætore petito, cum teſtamentum faceret, vnum Ebutium inſtitueret heredem.* Sed heic, Æmilia Muſa inteſtata deceſſit, vt credere eſt, fœlici iſtius Æmilij ſorte, qui inaduertenter tantis facultatibus auctus eſt. Sic dites principum manus, dites homines faciunt. Extat de liberta quadam ex Æmiliorum gente vetus epitaphium, quod ita eſt: TERTIÆ. ÆMILIÆ. QVONDAM. SCIPIONIS. AFRIC. CONLIBERTÆ. AC. VXORI. GRATISSIMÆ. QVÆ. VIXIT. ANN. XLI. MENS. VI. DI. XVII.

Antonius Muſa magnus medicus.

Plinius correctus.

Liberti libertaque mortuis patronis ſine liberis heredes poſſunt inſtituere.

22 PATVLEI.] Is duo teſtamenta fecerat, vtrumque rite & recte. Primo, inſtituerat

Explicatus Tacitus.

heredem Seruilium, eamque ſolum, & ex aſſe. Secundo, Seruilium & Tiberium, pro æquis partibus. Secundo teſtamento, primum infirmabatur; nec dubium eſt. Tiberius tamen,totam hereditatem Seruilio adiudicauit. Quod poſtea D. D. Seuerus & Antoninus, in eadem quæſtione, iudicio ſuo comprobarunt, §. ſed etſi quis. Inſtit. Quib.mod. teſt. infirm. & heredem ſcriptum ſecundo teſtamento, quaſi fideicommiſſarium, heredi ſcripta ex primo teſtamento, hereditatem totam reſtituere voluerunt. Sed Tiberius laudabilior; quod hi, nihil de ſuo, ille iure teſtamento ſibi quæſita largitus eſt.

Tiberius iura ſibi teſtamento relicta Seruilio reliquit.

Idem fecere Seuerus & Antoninus.

Sed Tiberius laudabilior.

23 M. SERVILIO.] Cuius clara fuit familia, ſed quæ cum Lucullis habuit magnas inimicitias. Cicero de prouinc. conſular. in ea autem Cenſor fuit Cn. Seruilius, & poſtea Publ. Seruilius, qui quinquennium exercitui præfuit. Vir maximarum rerum peritiſſimus, ait Cicero pro Leg. Manil. ſed Reip. vtiliſſimus ob compreſſam ſeditionem. Liuius 2.

Seruiliorum inimicitia cum Lucullis.

Eorum clara familia.

24 NEQVE HEREDITATEM.] Quam diſpar a Tiberio Nerone, Nero Domitius, quem non ſcribere heredem, maieſtatis crimen fuit. fuit enim Nero tagax, furax, rapax, & harpax. Sed Pertinax longe aliter, qui Tiberium imitatus, dicebat *non admiſſurum hereditatem eius, qui litis cauſa, principem ſcripſiſſet heredem: neque tabulas non legitime factas, in quibus, ipſe ob eam cauſam, heres inſtitutus eſſet, probaturum. neque ex nuda voce, heredis nomen, neque ex vlla ſcriptura, cui iuris authoritas deſit, aliquid adepturum*, §. vlt. quib. mod. teſt. infirm. En exemplar iuſti & boni principis. Vis ad hæc præclarum verbum? *A bono patre non ſcribi heredem niſi malum principem*, ait Tacitus in Agricola.

Tiberius ſcriptus heres hereditates repudiat; Nero non ſcriptus rapit.

Pertinax Tiberium imitatus eſt.

25 VT HONESTAM INNOCENTIVM PAVPERTATEM.] Seneca hæc firmat; & recte meo iudicio. Nam innocenti paupertate quid ſublimius? ſed quid conſolatione dignius? Qui Reipub. cauſa iacturam fecit, non parum fecit, ſed multum profecit. *Beati qui lugetis, nam conſolabimini.* Tamen horum obliuio frequens. *Inuentus eſt in ciuitate vir pauper & ſapiens qui liberauit ciuitatem, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius.* Sap. 9. Ergo Tiberius ſapienter egit. Nam ſol ambit terras, quo hiemis damna reſarciat, & floreat iterum quod exaruit. Sed reprehendit Seneca Tiberium lib. 2. de Benef. quod non videretur donare, ſed exprobrare. *Hinc factum, vt aliqui poſtea cum idem rogarent: Omnes*, inquit, *iuſſit reddere in Senatu æris alieni cauſas, Et Butam Pamphagum, gurgitemque bonorum, die ſtertentem, nocte conuiuantem, tardius ſurrexiſſe, exprobrauerit*, epiſt. 121. Quod laudo. nam cui des videndum: & recte Velleius. *Fortuita non ciuium tantummodo, ſed vrbium damna, principis munificentia vindicat.* Vocantur a Dione *cauſariæ liberalitates* in Adriano, quia cauſa paupertatis diſcuſſa eis ſubueniebatur. Nam vitioſis & prodigis opitulari turpe.

Honeſtum princeps innocentiam pauperum ſubleuare.

Sed exprobrare inhoneſtum.

26 OB FLAGITIA.] Id eſt, qui ſuo vitio, non fortunæ vitio, decoxiſſent, vt aiunt Iuriſconſulti. nam hi iuris præſidio non vtuntur, quia abutuntur. Et vt æquum eſt ſuccurrere ei cuius conditio fortunæ inſidiis defecerit, & qui inopinato fortunæque impetu rem familiarem amiſerit, l. vlt. de neceſ. ſer. hered. & l. 4. vt in poſſeſſ. leg. ita decoctores, lurcones, helluones liberiori indignatione ſunt proſequendi. Et qui profeſto die prodegerit, par eſt vt feſto egeat. Lurconum enim ancilla egeſtas; quos ſequitur.

Iuris præſidio non vtitur qui abutitur.

27 Q. VITELLIVM.] Vnus ex quinque filiis P. Vitellij, de quo Sueton. cap. 1. Vitell. *Quintus caruit ordine, cum authore Tiberio ſecerni minus idoneos Senatores, remouerique placuiſſet.* Et certe nihil Reip. vtilius. Quintus autem & diſcretus & remotus a Senatu vt minus idoneus Senator. Nam in purgando Senatu fuit Tiberij, & ante Tiberium, Auguſti cura non leuis. Suet. in Auguſto 35. *Vulgus Senatorum quos abortiuos vocabant, quia indigniſſimi & per gratiam & præmium allecti ad modum priſtinum, & ſplendorem redegit.* Quod Reip. vtiliſſimum fuit: quia nobiliorum partium ſanitas, quaſi totius corporis ſanitas eſt.

Iiſdem temporibus deum ædes vetuſtate aut igni abolitas, cœptaſque ab Auguſto dedicauit. Libero Liberæque & Cereri, iuxta Circum maximum,[1] quas Aulus Poſthumius dictator vouerat; eodemque in loco ædem Floræ ab Lucio & Marco Publiciis ædilibus conſtitutam; & Iano templum, quod apud forum olitorium C. Duillius ſtruxerat, qui primus rem Romanam proſpere mari geſſit, triumphumque naualem de Pœnis meruit. Spei ædes a Germanico ſacratur: hanc Atilius vouerat eodem bello. Adoleſcebat interea lex maieſtatis. Et[2] Apuleiam Variliam ſororis Auguſti neptem, quia probroſis ſermonibus diuum Auguſtum ac Tiberium, & matrem eius inluſiſſet,[3] Cæſarique connexa adulterio teneretur, maieſtatis delator arceſſebat. De adulterio ſatis caueri lege Iulia viſum. Maieſtatis crimen diſtingui Cæſar poſtulauit, damnarique ſi qua de Auguſto inreligioſe dixiſſet: In ſe iacta nolle ad cognitionem vocari. Interrogatus a conſule quid de his cenſeret, quæ de matre eius locuta ſecus, argueretur, reticuit. Dein proximo

Princeps ſuas offenſiones remittit, alienas punit.

mo ſenatus die illius quoque nomine orauit, ne cui verba in eam quoquo modo habita crimini forent: liberauitque Apuleiam lege maieſtatis.[4] Adulterij grauiorem pœnam[5] deprecatus, vt exemplo maiorum propinquis ſuis[6] vltra ducenteſimum lapidem remoueretur, ſuaſit. [7]Adultero Manlio Italia, atque Africa interdictum eſt. De prætore in locum[8] Vipſanij Galli, quem mors abſtulerat, ſubrogando, certamen inceſſit. Germanicus atque Druſus (nam etiam tum Romæ erant) Haterium[9] Agrippam propinquum Germani fouebant. contra plerique nitebantur,[10] vt numerus liberorum in candidatis præpolleret, quod lex iubebat. Lætabatur Tiberius cum inter[11] filios [eius] & leges ſenatus diſceptaret.[12] Victa eſt * ſine dubio lex: ſed neque ſtatim, & paucis ſuffragiis: quomodo, etiam cum valerent, leges vincebantur.

Grauis & leuis adulterij pœna.

Lex ſi vincatur, nō ſtatim, ſed magnis ſuffragiis & magno certamine.

* ſine dubio

1 QVAS AVLVS POSTHVMIVS.] Puto ſcriptum. *Quas Aulus Poſthumius dictator vouerat.* Quippe ædes etiam de vna æde dicitur. Paulus in Moſtellaria.

Periere hæc oppido ædes.

Et idem eodem.

Nam poſtquam hæcce ædes ita erat vt dixi tibi,
Continuo eſt alias ædes mercatus ſibi.

Et Liuius 2. *Ædes Mercurij dedicata eſt Idibus Maij.* Nec omitto, quod ait *cœptas ab Auguſto.* Nam illa incœptio non fiebat ſine ſolēnibus, quæ tu videris apud Tacitum lib. 4. hiſt. in reſtitutione Capitolij, præcipue *quod iniiciebantur fundamentis, argenti, aurique ſtipes & metallorum primitiæ, nullis fornacibus victæ, ſed vt gignuntur.* Quod fit etiam hodie apud nos.

2 APVLEIAM VARILIAM SORORIS AVGVSTI NEPTEM.] Dio lib. 56. ait Sextum Apuleium, qui tum Conſul erat cum obiit Auguſtus, Auguſto iunctum fuiſſe per cognationem. Et forte ex illo fonte, hæc Apuleia Varilia. nihil affirmo, dico quod conicio.

Vnde Apuleia Varilla.

3 CÆSARIQVE CONNEXA.] Quod grauius crimen facit. nam vt ſcribit Tacitus lib. 3. *Auguſtus traxit in crimen maieſtatis, Iuliarum, filiæ, & neptis adulteria.* Sic Iulius Antonius ruit, ſic Gracchus. *Culpam*, inquit, *inter viros ac fœminas vulgatam, graui nomine læſarum religionum, & violatæ maieſtatis appellando, clementiam maiorum, ſuaſque ipſe leges egrediebatur.* Dio tradit Caligulam in crimen maieſtatis eos traxiſſe, qui in eius patrem & matrem, & fratres conſpiraſſent. lib. 59. Sed Velleius diſerte, vbi de Iulia. *Vtriuſque ordinis viri, quaſi cuiuſlibet vxore violata, pœnas pependere, cum Cæſaris filiam, & Neronis violaſſent coniugem.* Adiicit *læſarum religionum*, quia ſummus Pontifex, & quia Tribunitiæ poteſtatis; quæ perſonæ publicæ, & ſacroſanctæ erant, nec violandæ. non in perſona tantum, ſed domo, & familia. Ouidius ideo in Pontum relegatus, quia Iuliam libidinoſo carmine, forte etiam tactu corrupiſſet, quæ filia Auguſti. Ideoque nunquam placari potuit Auguſtus, licet tum inter homines humaniſſimus, inter principes clementiſſimus. Sed *vetus eſt alienum lectum concutere*, dixit Horatius: & tum Auguſtus, de principatu ſecurus: nam ante principatum fuit paulo commotior.

Lex maieſtatis domum totam Auguſti comprehendit.

4 ADVLTERII GRAVIOREM POENAM.] Adulteri a Conſtantino *ſacrilegi nuptiarum* dicuntur, quia nuptiæ ſacræ ſunt, L. quamuis. ad Leg. Iul. de adulter. Cod. & a Paulo Iuriſconſulto *interpolatores nuptiarum*, L. 1. de extraordin. crim. A Philone Iudæo de legibus ſpecialibus, *adulteratores puræ & putæ naturalis monetæ.* Ideo, ait Lactantius, *communi omnium gentium iure adulteri damnantur.* Sic apud Ægyptios ad mortem vſque flagellabantur; apud Græcos, maritis addicebantur. Demoſth. in Neæram: etiam necabantur ex legibus Solonis & Draconis: Apud Parthos, iugulabantur. Apud Iudæos lapidabantur, cap. 22. Deuteron. & in Euangelio vbi de adultera. Et apud Ezech. 16. *Iudicabo te iudiciis adulterarum & effundentium ſanguinem.* quæ iudicia mortem habent pro pœna. In decalogo, & idem libro de Ioſeph: *apud nos nulla (ait) eſt meretrix, capitali ſupplicio propoſito talem quæſtum exercentibus.* Ergo in fœminis mors, vt in maribus. Idem Philo libro de Ioſepho, ait omnes diſſentire moribus nationes, in ſola adulterij pœna conſentire, vt necentur adulteri: Quod tamen non omnino verum, ſi libris credimus. ſed hæc alias. Quæ vero fuerit eorum pœna apud Rom. quæritur. Nec ſane ſine nodo res eſt, ob authorum controuerſias, & nebulas meras. Ex lege Romuli, pœna adulteræ, diuortium fuit, vt tradit Plutarch. in Romulo. Tamen *diuortium, a condita vrbe, vſque ad vigeſimum & quingenteſimum annum nullum interceſſit.* Fœlix ciuitas eo ſæculo. Valerius de rit. matrim. Et, vt ait Tertull. in Apolog. *per annos fere ſexcentos vacauit Roma adulteriis.* Quod ſi iniuſtum eſſet diuortium, maritus bonis multabatur. Lego tamen apud Liuium lib. 1. *Tarquinium Superbum, minitantem Lucretiæ flagitiis eius rebellanti, eam interfecturum, & cum ſeruo cæſo, eius corpus poſiturum, vt interfecta in adulterio crederetur.* An ergo fas interficiendi adulteram? non credo. nec hoc ex lege, etſi ex lege eſſet, Tarquinius iſtud ius non habuit in Lucretiam, quæ caſta erat & mariti amans. Sed hoc dixit, vt metu dedecoris, facilius illa ad impudicitiam flectere-

Adulterij turpitudo.

Omnium gentium legibus damnatum.

Pœna gentium in adulteros.

Pœna apud Rom. veteres incerta.

Diuortium ex lege Romuli.

tur. Poſt Romulum, Numa cauit, ne mulier Romana vinum biberet, quia, vt ait Valerius, *proximus intemperantiæ gradus a Libero patre, ad Venerem eſt.* Cicero 4. de Rep. ex Nonio. *Magnam habet vim diſciplina verecundiæ, careat temeto omnes mulieres.* Numa de vino cauit, vt de adulterio caueret. Vinum radix, adulterium herba intemperantiæ. nam in vino adulterij fomes, & pœna vinolentæ, pœna adulteræ eſt. Vinum mentem, adulterium corpus corrumpit. Inde illa laus mulieris apud Afranium ex Verrio Flacco, in verbo *Diuortio.*

Vigilans ac ſolers, ſicca, ſana, ſobria.

Tot flores muliebris pudicitiæ, quot verba. Hanc autem vinolentiam prohibitam a Numa, Plutarchus narrat. Quod Dionyſius tribuit Romulo: ſed an meribibulam occidendi ius eſſet, etiam quæritur. *Egnatius Mecenius fuſte percuſſit vxorem,* quod vinum bibiſſet e dolio, ait Plin. lib. 14. cap. 13. Sed non tantum ait percuſſiſſe, verum occidiſſe. quod firmat Tertullianus in Apolog. & Valerius 6. cap. 3. vocatque non *Mecenium*, ſed *Metellum.* Idque ſub Romulo, ſub quo viuebat ille Mecenius aut Metellus. Pono textum, vt liqueat de authorum diſſidio, & quia vitio non caret. *Cum,* inquit, *mulieres vſque adeo vino abſtinerentur,* (lego *abſtinere tenerentur:* eſt enim abſciſio litterarum, vt in illo loco Plinij 31. cap. 12. *Aurum & argentum ne quidem Diis conficiebant,* pro *diis conficiendis ſufficiebant*) *vt matronam, ob reſignatos cellæ vinariæ loculos, ſui* (id eſt *parentes*) *inedia necarint: ſub Romulo vero, quæ vinum attigerat, impune a Mecenio marito trucidata ſit: idcirco & oſcula propinquis offerre, etiam neceſſitas erat, vt ſpiritu indicarentur.* Vides diſcordes ſententias? Sed conſtat tamen, ex ſuorum, & mariti ſententia, vinolentas & adulteras ſolitas condemnari. qua pœna tamen, in obſcuro eſt.

Tertull. & Plin. diuerſi in hiſtoria Mecenij.

Tertull. correctus.

Extat apud Gellium libr. 10. cap. 23. Catonis fragmentum inſigne, ſed peſſime interpolatum, cui medeor lubens, quia nemo. *M. Cato,* inquit Gellius, *non ſolum exiſtimatas* (lege fidenter, *inexiſtimatas*) *ſed mulctatas quoque a iudice mulieres refert, non minus ſi vinum bibiſſent, quam ſi probrum & adulterium admiſiſſent. Verba Marci Catonis adſcripſi ex oratione quæ inſcribitur De dote, in qua id quoque ſcriptum eſt, in adulterio vxores deprehenſas ius fuiſſe maritis necare.* Mox adiicit. *Vir cum diuortiũ facit, mulieri iudex, & pro Cenſore eſt.* lego, *Vir cum diuortium aut* (pro *haud*) *fecit* (id eſt, non fecit) *mulieri iudex & pro Cenſore eſt.* Et adiicit. *Imperiũ quod videtur, habet* (lego *imperium, quod vi tuetur, habet.*) *Si quid peruerſe tetreque factum eſt a muliere, mulctatur: Si vinum bibit. ſi cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur: in adulterio vxorem tuam ſi deprehendiſſes. ſine iudicio, impune necares: illa te, ſi adulterares, digito non auderet contingere: neque ius eſt.* Magna inæqualitas viri & mulieris in pœnis adulterij. At aliter Plautus his verbis in Mercat.

Cato correctus.

Ædepol lege dura viuunt mulieres,
Multoque iniquiore, miſeræ, quam viri:
Nam ſi vir ſcortum duxit, clam vxorem ſuam,
Id ſi reſciuit vxor, impune eſt viro:
Vxor, viro ſi clam egreſſa eſt foras,
Viro fit cauſſa, exigitur matrimonio.

Lego, *fit caſſa.* Sic idem in Aulul.

Plautus correctus.

Virginem habeo grandem, dote caſſam, inlocabilem,
Neque eam queo locare cuiquam.

Sic in Pœnulo,

Bene promittis, multa ex multis, omnia in caſſum cadunt.

Et *caſſa iudicia* L. 1. C. de ſacroſ. Eccl. *Spes caſſa,* Arnobio lib. 3. adu. Gent. Sed aduerte in hac pœna authores male conuenientes: Cato poſſe necari ſcribit; Plautus, matrimonio tantum deturbari: & tamen Cato & Plautus coætanei, vt ait Gellius lib. 17. cap. vltimo. Quis nos iſtis labyrinthis eximet? Pergo, quaſi iſto angue non viſo, & dico diuortij pœnæ multa fuiſſe exempla. De mulieribus deprehenſis, & necatis in adulterio, nullum quod ſciam illo æuo; ac ne quidem de adulteriis morte punitis, ex mariti, & propinquorum ſententia, niſi aliud crimen acceſſerit; vt de Publicia, & Licinia refertur in Epito. Liuij lib. 48. Tamen Sueton. in Tiberio cap. 34. *Matronas proſtratæ pudicitiæ. queis accuſator publicus deeſſet, vt propinqui maiorum more, de communi ſententia coercerent, author fuit.* Sic apud Liuium de mulieribus corruptis in Bacchanalibus lib. 39. *Mulieres damnatæ cognatis, aut in quorum manu eſſent tradebantur, vt ipſi in priuato animaduerterent in eas.* Sub Iulio Cæſare, vrbe ad impudica omnia vergente, cum eſſet præfectus morum, elegans certe & merito, teſte Seruilia Catonis ſorore, lata lex in adulteros, quæ capitalis fuit: ait enim poeta timendam Veneri Martique, ob ſeueritatem ſcilicet. Et vet. Interpr. Iuuenal. ad illum verſum Sat. 2.

Lex C. Cæſaris de adulteriis, capitalis.

——*vbi nunc lex Iulia? dormis?*

huius legis authorem facit Iulium. Et ſane Sueton. in Iul. cap. 6. *ob adulteratam equitis Romani vxorem,* ait *libertum ſibi chariſſimum, Cæſarem morti addixiſſe.* firmauit legem quam tulerat. Et idem Sueton. in Iul. cap. 42. *Pœnas facinorum auxit.* Quod ſi leuiorum criminum; quid de adulterio cenſebimus? Quod in vrbe tritum, & tum nimium frequens. Sed huius legis authorem eſſe Iulium, ex verſibus Iuuenal. Sat. 2. deprehendi poteſt. Sic enim ait.

Qualis erat nuper, tragico pollutus adulter
Concubitu, qui tunc leges reuocabat amaras
Omnibus, atque ipſis Veneri Martique timendas,
Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam
Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas.

Prudentius, vbi reum adulterij Iouem facit.

Qui ſi citetur, inquit, *legibus veſtris, reus*
Laqueis minacis implicatus Iuliæ,
Luet ſeueram victus & Scantiniam
Te cognitore dignus ire in carcerem.

Quod ſane arguit eſſe Iulium Cæſarem, qui Iuliæ patruus: licet vet. interp. Iuuenal. Claudium putet, aut, vt alter, Domitianum. Sed nulla ratione. nam Claudius qui Meſſalinæ pertulit impudicitias, nullas de adulterio leges tulit, nec ab autoribus memorantur. Domitianus leges de adulteriis tulit; ſed non æque timẽdas, cum pœna mors non fuerit. nec poeta id ſcribere auſus viuente Domitiano, qui Iuliam quidem neptem corrupit, & adegit

Iuuenalis explicatus.

git ad abigendum partum. Sed ſemel : At Iuuenalis loquitur de multis abortiuis. Deinde poeta ſcribit, tunc tuliſſe leges, cum Iulia crebros faceret abortus. Atqui Domitianus corrupit Iuliam viuo patre Tito, & priuatus tum, ideoque nondum imperante eo, & cum Domitianus leges in adulteros nondum ferre poſſet. & vt interpretis huius inconſtantiam notes, quod Iuliæ poeta & ille tribuit, is Meſſalinæ aptat in illo verſu, *Auſa Palatino*, &c. Addo poetam ſcribere, *Qualis erat nuper.* quod præteritum tempus arguit : ergo ante Domitianum, ſub quo vixit. Et ne te moretur verbum *nuper*, quaſi loquatur de tempore non remoto; etiam de longiori tempore vſurpatur hoc verbum apud authores, & apud Iuuenalem Sat. 8.

Cum tenues nuper *Marius diſcinxerit Afros.*

Quod fuit ante Iulium Cæſarem. Et ſcite Theocritus Idyl. 15.

—— πρῴαν (λέγομες πρῴαν θὴν πάντα)
Nuper, nam nuper dicamus omnia.

Ait ergo Iuuenalis.

—— *Tragico pollutus adulter Concubitu*;

propter Bogudis vxorem, & Cleopatram reginas, in quas Iulius Cæſar exarſit intemperanter. Sueton. 52. in Iul. & loquitur de Iulia poſt Iulium, id eſt de nepte, poſt patruum, quam ait ſimiles offas effundere, quales patruus, id eſt eandem libidinem & impudicitiæ profluuia, quæ fuderat ante Iulius Cæſar. nam ad Claudium referre non placet, qui in fœminas ardentiſſimus; nullis adulteriis tamen famoſus fuit, ne dum tragicis, id eſt cum mulieribus potentiſſimis. Deinde in nuptiis Agrippinæ, non adulter, ſed inceſtuoſus fuit. Fateor quidem Agrippinam, vxorem Claudij, abortionibus crebram : ſed non minus Iulia, neptis Iulij ob impudicitiam ſibi familiariſſimam. Legis igitur Iuliæ, latæ a Iulio Cæſare, pœna mors. quod Satyricus innuit, vbi exclamat,

—— *vbi nunc lex Iulia, dormis?*

Sed ante Iuliam illam, aliquam capitalem fuiſſe credendum eſt, cum dicat poeta,

—— *leges reuocauit amaras.*

Lex Iulia de adulteriis ab Auguſto.

Et forſan de illa intelligit, de qua fragmentum Catonis. Sub Auguſto, alia lex fuit. Nam quæ vulgo in libris noſtris dicitur lex Iulia de adulteriis, ea non Iulij Cæſaris, ſed Auguſti lex eſt. Quod diſerte Vlpianus ſcribit L. 1. ad L. Iul. de adulter. Cur igitur Iulia dicitur? Quia Auguſtus in familia Iulia. Auguſtus longe Iulio clementior fuit. Et ſane Dio ſcribit lib. 54. in Cenſura, *Adoleſcentem qui nupſerat ei quam per adulterium polluerat, ab eo abſolutum. Seditiones*, inquit Auguſtus, *multa mala nobis attulerunt, ea obliuiſcamur, & curemus ne iterum redeant.* Quanquam liberti ſanguinem in adulteria pronum, effuderit. Sic enim Sueton. cap. 67. *Prehenſum ex acceptiſſimis libertis, mori coegit, compertum adulterare matronas.* Sed hoc auunculi exemplo, & in ſanguine vili, de quo dixi ſupra. Auguſtus igitur clementior. Ita prorſus. nam illa ætas imparem vitiis virtutem reddiderat, quia nimium adoleuerant. Ergo quia præualida erant vitia, ex lenitate,

Non capitalis.

non ex ſeueritate, agendum fuit, nec in noua dominatione animaduertẽdum fuit ſeuerius. At non fuiſſe capitalem illius legis pœnam, ex multis iuris noſtri locis, palam eſt: Quippe Claudius Seleucus, Papinianum conſulit ex lege Iulia de adulter. An is qui adulterio damnatus eſt, ſi adulteram non condemnatam duxerit, & eam heredem reliquerit, quid iuris ſit. *L. Claudius. de his quæ vt indign.* D. & in *L. Si quis viduam, de quæſt.* D. ait eum qui adulterium cum inceſtu commiſit, in inſulam deportandum, licet duo grauiſſima crimina concurrant. Et in *L. 2. §. ea quæ. ad L. Iul. de adulter.* eam, quæ inter reos adulterij recepta eſt, defendi non poſſe. Quamuis in omnibus capitalibus criminibus admittatur, *L. ſeruum. §. publico, de procurat.* L. 3. Cod. *de accuſat.* Deinde *L. quod ait. §. miles.* Vlpianus eum qui lege Iulia damnatus eſt, ita infamem eſſe, vt ſacramento ſoluatur. quod fruſtra eſſet, ſi crimen capitale fuiſſet. Et confirmat Horatius, qui vixit ſub Auguſto. Vbi enim pericula adulterorum recenſet, mortem ex lege non numerat. Memorat quidem, vt Valer. lib. 6. cap. 1. vbi de pudicitia, flagella, amputationes teſtium, & alias pœnas : ſed de morte & pœna legum legitima tacet. Sic ergo Horatius.

Rationes ex iure ciuili, cur lex Iulia Auguſti non capitalis.

Hic ſe præcipitem tecto dedit; ille flagellis
Ad mortem cæſus: fugiens hic decidit acrem
Prædonũ in turbam; dedit hic pro corpore nummos;
Hunc perminxerunt calones; quinetiam illud
Accidit, vt cuidam teſtes, caudamque ſalacem
Demeteret ferrum. Iure omnes, Galba negabat.

quia rigidus in adulteros. hæ autem omnes pœnæ ſunt maritorum in deprehenſos, non vero legum. Nec obſtat quod Tacitus Iulium Antoninum ait ob adulterium Iuliæ morte punitum. nam non ſimplex adulterium fuit, ſed crimen læſæ maieſtatis, cum adulterio mixtum. Quod Plinius innuit lib. 7. cap. 45. vbi de Auguſto. Et dixi ſupra. Dio ſane recte notat, nec lapides loquitur. Nam notat ſpe Imperij occupandi, occœptum fuiſſe & patratum iſtud adulterium. Et ita cape quod noſter author ait, *Iuliæ adulteros morte aut fuga punitos.* Fugam autem vocat exilium, vt Martianus cum ait, L. exilium. de inter. & releg. *Exilium triplex eſt, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, vt omnium locorum interdicatur, præter certum locum, aut inſulæ vinculum*, id eſt, relegatio in inſulam. At quæ fuerit Auguſtæ legis pœna in adulteros, ambigitur, nec ambigeretur ſi Martiani & Papiniani libros & Pauli haberemus ad leges Iulias. Multi authores de crimine loquuntur, de pœna, nulli. Vt Sueton. cap. 43. in Claud. *Laudantibus cognitionem, quia pridie quandam adulterij damnauerat.* Sane opinor & in viris, & in fœminis, duplicem fuiſſe pœnam; vnam *grauiorem*, alteram *leuiorem*. Nam in fœminis probat hoc loco noſter dum ait : *In cauſa Apuleiæ, quæ adultera, grauiorem pœnam deprecatus.* Et Sueton. in viris illuſtribus, cap. 5. Auguſti, cum ſcribit. *C. Lectorius adoleſcens Patricij generis in deprecanda grauiore adulterij pœna*, &c. Idque poſt mortem Auguſti. At quæ ſunt illæ pœnæ? In fœminis

Exilium triplex.

Incerta pœna legis Auguſti de adulteriis.

Duplex pœna legis de adulteriis.

Tam in fœminis, quam maribus.

In fœminis le-

nior remotio a propinquis vltra 200. lapidem. Grauior relegatio in inſulam.

video leuiorem, vt *vltra ducenteſimum lapidem, a propinquis remouerentur.* Quod factum fuit in Aquileia. Grauiorem, *vt in inſulas relegarentur,* quod in Iulia matre factum, quæ in Pandateriam inſulam, & in Iulia nepte, quæ in Trimetum relegaræ ſunt. Sic Varillia Seripho addicta, vni Cycladum. Paulus 2. Sentent. *Iuxta tenorem legis Iuliæ adulterij conuictas mulieres, dimidia parte dotis ac tertia parte bonorum, & relegatione in inſulam, placuit legi Iuliæ coerceri.* In viris vero leuior *interdictio. Vt Italiæ, aut alia quauis prouincia ſummouerētur.* Grauior *relegatio.* Sic interdictus fuit Italia & Africa, Manlius adulter Aquileiæ, & relegatus in Circinam Gracchus: & alij paſſim in his libris. Ita mulieres leuius puniuntur, quam viri, ex priſco more. Quod Iuſtinianus ſua Nouella imitatus eſt, nam viris adulteris vitam tollit, mulieribus relinquit, ſed in Monaſterium trudit reſecta coma. vt in Canon. indignantur. 32. quæſt. 7. rationem huius rei reddit, *quia tanto grauius maritos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, virtute vincere, & exemplo regere fœminas.* Tamen adultera, ait Philo vbi de Ioſepho, a beſtiis nihil differt. Quod vero lib. 4. noſter author ait Tiberium Aquiliam adulteram exilio puniuiſſe, id eſt interdictione aquæ & ignis, quæ deportatio eſt (quamuis Getulicus, ex lege Iulia, eam in inſulam damnauiſſet) id fecit Cæſar commotus, quod aduerſus reos inclementia ei obiiceretur. *Peruicacius,* inquit Tacitus, *ſeueritatem amplexus.*

In viris l[illegible]or, locorum interdictio. Grauior, lata fuga.

Iuſtinianus viris adulteris mortem, mulieribus monaſterium indicit.

A Tiberio ad Domitianum præualida adulteria.

Cæterum poſt Tiberij tempora, ſub Caio & Claudio & Nerone, magiſque ciuilibus bellis graſſantibus, & ad Domitianum vſque adulteria præualuere. Nam Seneca de Benef. lib. 3. cap. 16. *Nunquid iam,* inquit, *adulterij pudor eſt, poſtquam eo ventum eſt, vt nulla virum habeat, niſi vt adulterum irritet?* Compeſcuit ille, ſed qua pœna? clam me eſt: liquet tantum Martialem ita ſcripſiſſe.

Pœna Domitiani in adulteros incerta.

Luſus erat ſacræ connubia fallere tedæ,
Luſus & immeritos execuiſſe mares:
Vtraque tu prohibes Cæſar, populiſque futuris
Succurris, naſci quos ſine fraude iubes:
Nec ſpado iā, nec mœchus erit, te præſide, quiſquā.
At prius, o mores! vt ſpado, mœchus erat.

Lego tamen apud eundem, nares præciſas adultero, ſed non ex legibus, verum ex mariti ira & impotentia. nam ita ſcribit.

Quis tibi perſuaſit nares abſcindere mœcho?
Non hac peccatum eſt parte, marite, tibi.

Iuuenal. Sat. 10.

Interdum ille dolor pluſquam lex vlla, dolori
Conceſſit. necat hic ferro, ſecat ille cruentu
Verberibus. quoſdam mœchos & mugilis intrat.

Dicit *lex vlla,* videlicet Auguſti. Quod autem addit, *& mugilis intrat,* inde illud Catulli eſt,

Pœna mugilis.

Percurrent raphanique mugileſque.

Quippe ex Græco more, & apud Athenienſes, mugile poſteriora adulterorum incurſabant. An quod mugiles & adulteri, abſciſſa cauda viuant, vt refert Theophraſtus? An quod etiam dormientes capiantur? an quod adſpectu mutuo gaudeāt? An quod tantæ ſint velocitatis, vt tranſuerſa nauigia, interriti ſupertranſeant? quod faciunt in metu adulteri.

Mugiles & adulteri pares.

Ita enim lego apud Plin. lib. 9. cap. 15. An vero quod ſalacitate pares ſint mugiles adulteris? an quod in metu capite abſcondito totos ſe occultari credant, adulterorum more? Iuuenalis Interpres Satyra 10. vbi de mugile. *Piſcis grandis capitis, poſterius exilis, qui in podicem mœchorum deprehenſorum ſolebat immitti.* De Raphanis idem poeta. Idem de Culicibus, quos Adrianus Turnebus recte eſt interpretatus illo loco, *Culices pati rotundos.* Sed poſt Domitiani tempora, Apuleius teſtatur 9. Metam. legem de adulteriis capitalem fuiſſe, cum ait, verbis tamen corruptis. *Nihil triſte de me tibi, fili, metuas, non ſum barbarus, agreſti morum ſquallore præditus, nec ad exemplum, machinæ truculentæ ſulphure, te lethali fumo necabo.* (lego, *nec ad exemplum,* id eſt, vt ſis exemplo cæteris, *in machina truculenta, ſulphuris te lethali fumo necabo.*) Mox adiicit. *Ac ne iuris quidem ſeueritate,* id eſt lege de adulteriis, *ad diſcrimen vocabo capitis, tam venuſtum atque pulcellum puellum.* Vixit autem, vt coniicio, ſub Antonino Pio & DD. fratribus, & Adriano. Et eſt epiſtola Plinij nepotis quæ incipit, *Apuleius miles.* quæ forte notat iſtum Apuleium. Deinde Florid. lib. 2. meminit Seueriani Proconſulis Africæ, quem puto fuiſſe Arrium Seuerianum, qui ſub Hadriano Conſul fuit, cum Saufeio Augurino. Meminitque etiam quorundam verſuum Hadriani imperatoris, non longe ante, vt opinor, defuncti. Poſt illa tempora, quia iterum mores probi ceciderant, ſanxit quædam in adulteros Seuerus imperator: adeo vt tria millia in legem inciderint, quod ſcribit Xiphilinus ex Dione lib. 77. Sed quæ fuerit illius legis pœna, non dicunt authores. Certum eſt tamen ſub Alexandro Mammæa Imperat. iterum capitale fuiſſe adulterium. Quod teſtatur Paulus I. C. L. 1. de extraordin. crimin. D. cui erat contemporaneus. Et extant illius Imperatoris leges in Cod. quibus pœna adulterij mors eſt, L. quamuis. & L. caſtitati, ad L. Iul. de adulter. & in L. tranſigere. de tranſactionib. Cod. *Tranſigere,* inquit, *vel paciſci de crimine capitali, excepto adulterio licet.* In qua lege, non mihi perſuadeo quod ſcribunt quidam, illa verba (*excepto adulterio*) a Triboniano fuiſſe addita, cum adulterium Alexander, qui ante Tribonianum longe, morte puniendum cenſuerit, vt ait Lamprid. Addo quod oporteret etiam ex ſuo ingenio compoſuiſſe legem de crimine, quæ eſt eiuſdem Imperatoris, & quam idem refert, quæque eſt ſub titulo leg. Iuliæ, de adulter. Cod. Minus etiam mihi perſuadeo, quod omnes iuris Doctores tenent, primum capitalem fuiſſe factam pœnam adulterij a Conſtantino poſt Auguſtum. Quia & D. Pius, vt ex Apuleio probatur, & Alexander Mammea Imperator: Et Aurelianus, cuius citatur exemplum memorabile adulteri militis, in eius vita, longe ante, capitalem reddiderant: Quinetiam ante Conſtantinum Macrinus, imo ante Alexandrum Mammeam, & Aurelianum. Certe vir magnus putat, non ad Conſtantinum referri L. quamuis ad leg. Iul. de adulter. ſed ad Con-

Adulterium capitale ex Apuleio in Antonino Pio.

Apuleius [illegible]ctus.

Quo tempore vixit Apuleius.

Seueri leges in adulteros.

Sub Alexandro Seuero adulterium capitale.

Conſtantium & Conſtantem, ex L. 4. Cod. Theodoſ. quorum appellat. non recip. Cui ego non aſſentior. Sed hæc extra lineam, vt aiunt, niſi quod addo poſt Conſtantinum D. Hieronymum cap. 1. in Nahum Prophetam, capitalem adulterij fuiſſe pœnam profiteri, cum ita ſcribit. *Quærat heic aliquis, ſi fidelis deprehenſus in adulterio decolletur.* Quod intelligi debet ex Iudicis ſententia, non ex mariti licentia, cum addat *Deum non præueniri ſententia iudicis.* Iuſtinianus poſtea diſertis verbis tit. de publicis iudicijs, ait pœnam adulterij mortem eſſe: ſed ſpectat ad L. quamuis. Cod. de adulter. Arnob. libr. 4. *Adulteria tamen,* inquit, *legibus vindicant, & capitalibus afficiunt eos pœnis, quos in aliena comprehenderunt fœdera genialia ſe lectuli expugnatione iecisse.* Sed hæc poſt Cōſtantinum, qui Chriſtianus, ex Chriſtianorum diſciplina, lethalem fecit pœnam adulterij. Nam illo crimine, vt nihil tetrius, ſic nihil triſtius. Ideo capitale fecit Gallia temporibus noſtris, quod priſcis erat condonabile, & tantum leui pœna mulctabile. Vide Briſſonium ad L. Iul. de adulterijs, epiſtola ad Thuanum.

Tacitus correctus.

5 DEPRECATVS.] Deprecationes illæ non modo ſupplicibus verbis, ſed & geſtu, qui moueat ad miſericordiam, vt apud Sueton. cap. 52. in Aug. *Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus detecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt.* Et Tacit. lib. 15. *deprecabundus, & genibus principis accidens.* Quod docui in reis ſupra. Sed lego, *grauiorem pœnam deprecatus vtque euemplo maiorum,* &c. De hac grauiore pœna dixi iam, nec dico amplius.

Manliorum familia vetus & nobilis.

6 VLTRA DVCENTESIMVM LAPIDEM.] Quod non leue genus pœnæ. Nam

Μόχθων δ' οὐκ ἄλλο ὕπερθεν ἢ γᾶς πατρίας στέρεσθ.

Malorum non aliud maius, quam terra patria priuari.

Eurip. in Med. *Sunt* tamen, ait ille,

Qui bene extra patriam res ſuas geſſerunt.

Poſt M. Manlij facinus nomen Marci non cepit.

7 ADVLTERO MANLIO.] Ex Manliorum familia, veteri & nobili apud Rom. Cui tamen poſt M. Manlij facinus, capere nomen Marci non licuit. Cicero 1. Philip. Et Liuius, qui hoc factum fuiſſe ſcribit decreto Manliæ gentis. libr. 6. vt etiam inter Antonios, ne quis Marci nomen aſſumeret. Quæ ſunt exempla emendationis propinquorum, de qua eſt titulus in iure, de emend. propin. Cod. ſed infra ex Senatuſconſulto interdictum Piſonibus nequis Cnei cognomen præferret. lib. 3. Et nota inde ad conſeruandas familiarum dignationes, clarorum virorum nobilitata nomina, quæ ab improbis portari prohibitum, quia ſunt dedecora familiarum. At pulchrum eſt, vrbes magnis compleri familijs quæ ſine dedecore.

8 VIPSANII GALLI.] Quem puto filium fuiſſe Aſinij Galli, & Vipſaniæ, Vipſanij Agrippæ filiæ. Nam Gallus poſt matrimonium Tiberij cum Iulia, a Tiberio vacuam duxerat: vnde hic Vipſanius, ſi bene conijcio, nec erro.

Tacitus vſus

9 AGRIPPAM PROPINQVVM GERMANICI.] Quia vxor Germanici Agrippina, filia M. Agrippæ. Et heic accipit propinquum minus proprie, pro eo qui ex parte vxoris propinquus erat, vel affinis, id eſt, qui prope eſt per affinitatem: vt vere propinquus, qui per ſanguinem. Terent. in Eunucho.

verbo Propinquus, minus proprie.

In propinqua parte amicitiæ.

Et Plaut. in Aulul. pro affinitate nuptiarum capit:

Quam ad probos propinquitate proxime te adiunxeris,

Tam optumum eſt. tu conditionem hanc accipe,

auſculta mihi.

At eam deſponde mihi.

10 NVMERVS LIBERORVM IN CANDIDATIS.] Quod legibus Iulijs, & Papia Poppæa fuit introductum, ſanxitque Auguſtus nominatim in faſcibus ſuſcipiendis. nam ſic Suet. in Auguſt. *Vt priori ex Conſulibus faſces ſumendi poteſtas eſſet, qui plures liberos quam collega, aut in ſua poteſtate haberet, aut bello amiſiſſet: ſed ſi par numerus vtrique liberorum eſſet, maritus, aut qui in numero maritorum eſt, præferretur: ſi vero ambo, & mariti, & patres, totidem liberorum ſint, tum illi priſtinus honos inſtauraretur, qui maior natu eſſet, prius faſces ſumeret.* Quod Gellius ſumpſit ex 7. c. legis Iuliæ, iiſdemque verbis deſcripſit. Sic apud Rom. vt apud Iudæos πολυπαιδία magnas habuit dignationes, tantique fuit genuiſſe: quippe non modo data prioritas inter candidatos, & in faſcibus ſumendis, ſed etiam in rogandis ſententijs, & in albo ſcribendo, L. 9. C. de Decurion. Et Dio lib. 58. Præmijs enim & pœnis, ad ſuſcipiendos liberos Romani inuitabantur: Ideo Tertullianus in monogam. ſcribit: *Aliud eſt, ſi apud Chriſtum legibus Iulijs agi credunt, & exiſtimant cælibes & orbos, ex teſtamento Dei ſolidum capere non poſſe.* Gaudete proletarij, hæc vobis offa cocta eſt. Tamen eſt apud Auſonium qui diceret:

Præpollebat in candidatis numerus liberorum.

Hoc ex legibus Iulijs.

Hoc vnum patriæ quod genui nocui.

Iuuenalis commoda proletariorum ita deſcribit Satyra 9.

Ius trium liberorum.

-- foribus ſuſpende coronas,
Iam pater es: dedimus quod famæ opponere poſſis,
Iura parentis habes, propter me ſcriberis heres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum,
Commoda præterea iunguntur multa caducis,
Si numerum, ſi tres impleuero. Iuſta doloris
Næuole cauſa tui.

Martialis de hac re ſcribit epigramma ad Næuolum, (nam is eſt, de quo Iuuenalis) lib. 3. epigramm. 94. vt enim ſe præferret Næuolo,

Præmia laudato tribuit mihi Cæſar vterque,
Natorumque dedit iura paterna trium.

Vnde liquet procreationem liberorum eſſe adeptionem præmiorum apud Rom.

11 FILIOS EIVS.] Verbum, *eius,* gloſſema eſt, nec in hac ſede ferendum, quod ideo tollo.

12 VICTA EST SINE DVBIO LEX.] *Sine dubio?* Cur igitur dixit: *Lætabatur Tiberius cum inter filios & leges, Senatus diſceptaret?* Nam ſi nihil dubij, nulla fuit trica, nulla diſceptatio, nulla diſputatio. Legendum, *Victa*

Tacit. correctus.

eſt ſine dubio lex (non *ſine dubio*) id eſt ambiguo fine, & vt dubitaretur in quam partem ſententia inclinatuta eſſet. Sic in controuerſia dubius rei euentus cernitur: Et Tacitus meam probat correctionem. Nam ſubiungit. *Sed neque ſtatim, nec paucis ſuffragijs.* Quod notat ſententiarum varietates, & controuerſiam ambiguam.

Eodem anno[1] * cœptum in Africa bellum, duce hoſtium Tacfarinate: Is natione[2] Numida, in caſtris Romanis auxiliaris ſtipendia meritus, mox deſertor, vagos primum, & latrocinijs ſuetos ad prædam & raptus congregare, * dein,[4] more militiæ, per vexilla, & turmas componere, poſtremo non inconditæ turbæ, ſed[5] Muſulanorum dux haberi. Valida ea gens, &[6] ſolitudinibus Africæ propinqua, nullo etiam tum vrbium cultu, cepit arma, [7] Mauroſque accolas in bellum traxit. Dux & his Mazippa. Diuiſuſque exercitus; vt Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum armatos caſtris attineret, diſciplina & imperijs ſueſceret: Mazippa leui cum copia incendia & cædes, & terrorem circumferret. compulerantque [8] Cinithios haud ſpernendam nationem * in eadem, cum Furius Camillus proconſul Africæ legionem, & quod ſub ſignis ſociorum, in vnum [9] conductos ad hoſtem duxit, modicam manum, ſi multitudinem Numidarum atque Maurorum ſpectares. Sed nihil æque cauebatur, quam ne bellum metu eluderent.[10] Spe victoriæ inducti ſunt, vt vincerentur. Igitur legio[11] medio, leues cohortes, duæque alæ in cornibus locantur. nec Tacfarinas pugnam detrectauit: fuſi Numidæ, multoſque poſt annos Furio nomini partum decus militiæ. Nam poſt illum reciperatorem vrbis, filiumque eius Camillum, penes alias familias imperatoria laus fuerat. Atque hic, quem memorauimus, bellorum expers habebatur. Eo pronior Tiberius res geſtas apud Senatum celebrauit. & decreuere patres triumphalia inſignia.[12] Quod Camillo ob modeſtiam vitæ impune fuit.

* cœpit tum

* demum noſtræ more militiæ.

* in eadem ſcelera.

Spe victoriæ inducti hoſtes vt vincerentur.

Expers bellorum triumphat.

1 Coeptvm in Africa bellvm.] Lego, *Cœpit tum in Africa bellum.* Nam (*cœpT*) pro (*cœpit*) quippe (*T*) continet (*i*) & (*t.*)

2 Nvmida.] Numidæ *Nomades* dicti, a permutandis pabulis. Plin. lib. 4. cap. 3. Et non modo Africani Nomades, qui vere Nomades, ſed & Scythici & Arabes, ita ſunt dicti. De Africanis Nomadibus Liuius lib. 24. ait: *Pedeſtris belli rudes, ſed habiles equis, & aſpectu primo contemptiſſimos, verum præliorum ſolertiſſimos. Cæſariatos* vocat Tertull. de Pallio, *viuaces* Cato, vt ait Feſtus in verbo *Nomades.* Nam diutius viuere dicuntur. Et Silius ita de ijs lib. 1.

Heic paſſim exultant Numidæ, gens inſcia freni,
Quæque inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit, non ſedens (lego, *cedens*)
virga lupatis.
Altrix bellorum, bellatorumque virorum
Tellus, nec fidens nudo, ſine fraudibus, enſi.

Id eſt, miſcens fraudes inter arma, & ſine fraude non fidens armis. Martial. lib. 9. epigram. 33. de freni inſcitia:

Nec Maſſylæum virga gubernet equum.

Lucanus ita:

Et gens quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo
Ora leui flectit frenorum neſcia virga.

Quod firmat Liuius libr. 35. Et mirum, nam virga ſola id operatur, quod calcaria & frenum apud nos. Non prætereo Claudiani verſus de illa gente in laudibus Stiliconis.

Stipantur Numidæ campis, ſtant puluere Syrtes
Getulæ, Pœni iaculis obtexitur aër,
Hi virga moderantur equos: his ſilua leones
Velamenta dabant, ignotarumque ferarum
Exuuiæ, vaſtis Meroe quas nutrit arenis:
Serpentum geſtant patulos pro caſſide rictus,
Splendent viperea ſpumoſa pelle pharetræ.

3 Avxiliaris stipendia meritvs.] *Auxiliarium* vocat Pollio, quem *auxiliarem.* Cicero li. 10. epiſt. famil. epiſt. penult. *Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quoquam miſi.* Opponuntur *auxiliarius* & *legionarius.* Hic miles Romanus, ille ſociorum, aut populorum liberorum, aut regum. Cicero 15. epiſt. famil. epiſt. *Summa. Populorum liberorum, Regumque ſociorum auxilia voluntaria, comparauiſſem.* Dixi quæ differentia eſſet in ſtipendijs & præmijs auxiliatis militis, a Romano. Nam in militia Romana, non ciuibus & exteris idem præmium, licet idem obſequium. Inde inuidia, inde diſcordia militum

Nomades dicti a permutandis pabulis.

Africani Nomades.

Scythici Nomades.

Cæſariati dicti a Tertull.

Virga equos regebant.

Non frenis ſed aure.

Silius interpretatus.

Legionarius & auxiliarius, oppoſita.

Auxilia vnde compoſita.

litum & ſeditio ſuperioris libris narrata.

4 Morae militiæ.] Lego, *noſtræ more militiæ*, id eſt, arma Romana imitatus. Sic Cato. *Rex Seleucus arma noſtratia facit.* Lege, *arma noſtra ſua facit.* Quod ex oratione legis Maniliæ Priſcianus citat. (*N*) littera verbi *Dein*, maiuſculis litteris ſcripta, oſtendebat debere geminari. *DeiN*, id eſt, *Dein noſtræ.*

Muſulani. Mauruſii.

5 Mvsvlanorvm dvx.] Duas in his partibus familias nobiles & vetuſtas memorat Plinius: vnam *Muſulanorum*, alteram *Mauruſiorum*. De prima heic, de altera Virgilius 1. Æneid.

-- Mauruſia pictis
Gens epulata toris.

Extinctam *Muſulanorum* gentem ſcribit Plinius ſuis temporibus, licet hodie etiam longe clariſſima dicatur apud illas gentes, ait Leo Africanus. At Florus de Muſulanis, quos Miſulanos Ptolomæus vocat in Africa Numidica, ait *Muſſulanos atque Getulos accolas Syrtium, Coſſum ducem compeſcuiſſe.* libr. 4. Aurelius Victor vocat *Muſulanios*, quod apud Turcas nomen eſt celebre hodie, & Muſſulmanos vocant, vt apud Ægyptios & Africanos. Eſt Maſſeſulorum gens quam Tit. Liuius *Maſeſylos* nominat lib. 28. loquitur de Syphace, & ſcribit ita. *Maſeſylorum is rex erat: Maſeſyli gens affinis Mauris, qui regionem Hiſpaniæ, maxime qua ſita eſt noua Carthago, ſpectant:* Ptolomæus *Maſeſilæos* nuncupat, & ponit in Mauritania Cæſarienſi, vt Plinius Muſſulanos in Numidia. Strabo nominat *Maſſeſulos* lib. 17. quos *Maſſilos* Plinius libr. 4. cap. 4. Lucanus 4.

Et gens quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo
Ora leui flectit frenorum neſcia virga.

6 Solitvdinibvs Africæ propinqva]Loquitur de deſertis Libyę inferioris, de quibus Plin. vbi de Suet. Paulino l. 5. c. 1. *Decimus eo ſe perueniſſe dicebat caſtris, & vltra ad fluuium, qui Niger vocatur, per ſolitudines nigri pulueris, eminentibus interdum velut exuſtis cautibus: loca inhabitabilia feruore, quanquam hiberno tempore, experti.* Nam Africa æſtibus & arenis fertilis quibuſdam ſolitudinis locis, alijs partibus, vt in marginibus habitabilis & frumentorum ferax. Et noto multas in Africa ſolitudines, ſiue verſus Oceanum Atlanticum, ſiue verſus Ægyptum, & in Thebaidis ora, in quibus triginta olim monachorum millia, Chriſto addicta, & amplius, vt ſcribit D. Hieronym. in vita Pauli Eremitæ & Hiſt. Eccleſiaſt. Et teſtantur Mela & Pauſanias ibi Centauros, Satyros, & Ægipanas habitare, quorum vnus alloquutus D. Antonium anachoretam, & *ſe mortalem eſſe dixit*, quod verum. *Et poſtea*, inquit, *viuus Alexandriam perductus eſt, in qua cum obijſſet, cadauer ſale conditum ſeruatum eſt.* Sic Plutarch. in defect. orac. *Nymphas crinibus formoſas filias Iouis Ægidigeri decem Phœnicas viuere*, id eſt tantum quantum decem phœnices viuunt, *& mortales eſſe* fatetur. Quod ex Heſiodo mutuatus.

Solitudines Africæ.

7 Mavrosqve accolas.] Lucan. libr. 4. *--Tum concolor Indo*
Maurus, inops Naſamon.

Et Tertull. de Anima, *Vanos Mauros Salluſtius pulſat.* Qui inter hoſtes Romanorum numerantur ab eodem in Apolog. cum Marcomannis & Parthis. Fuere hi iaculandi peritiſſimi. Vnde Poeta Lyricus:

Mauri Romi hoſtes. Peritiſſimi iaculandi.

Non eget Mauri iaculis, nec arcu.

Idem Tertullianus ad Scapulam. *Maurorum gens, & Getulorum barbaries, a Romanis obſidentur*, per præſidiarias legiones ſcilicet, ne regionum ſuarum fines excedant. Iuuen. Sat. 11.

Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus.

id eſt nigrior. Nec forma tantum, ſed fama etiam obſcurior Indus. Nam Carthaginis fama ad cœlos iuit. Et Claudian. Paneg. Stilicon.

Celeres.

-- Nigris hinc Mauri crinibus irent.

Quod Maurorum eſt proprium qui Solis ardoribus nigros habent & retortos crines.

Nigri crine.

8 Cinithios.] Sunt in Africa Cinithij, qui a Ptolomæo Cinithæ dicuntur, vbi de Numidica Africa, & non longe a Tritone fluuio, vt ſunt Cyniphij, a flumine dicti Cynipho. Virg. 3. Georg.

Cinithij. Cynphij.

Nec minus interea barbas incanaque menta
Cyniphij tondent hirci, ſetaſque comantes
Vſum in caſtrorum.

Silius, quem corrigo, vbi loquitur de Haſbite illa Africana virgine, & quæ Iarbæ ſoboles.

Venerat Haſbite, proles Garamantis Iarbæ.
Ammone hic genitus, Phoronidos antra Meduſæ,
Cynphiumque Macen *& iniquo e ſole cadentes*
Battiadas, late imperio ſceptriſque regebat.

Recte *Macen* non *Mazen*. Nam idem Silius:
Tum primum caſtris Phœnicum tendere ritu
Cyniphij didicere Macæ.

9 Condvctos.] Quid ſi *in vnum coactos?* vel *coadunatos?* Nam addit poſtea, *in hoſtem ducit*, & *ductos ducere* non eſt Taciti mos in ſcribendo, nec repetit qui breuis & grauis author eſt.

Populus Rom. victorijs ſuis ſe perdidit.

10 Spe victoriæ.] Id eſt, Putabant Mauri eludendo bellum victores fore de Romanis, ſed contra victi fuere, dum Proconſul adunatis copijs pugnat & vincit. Sic apud Plin. libr. 24. cap. 1. *Ita eſt profecto, magnitudo P. R. perdidit ritus. Vincendo, victi ſumus, paremus externis, & vna artium Imperatoribus quoque imperat.* Loquitur de medicina, quæ ab Indico, & longinquo mari, paruis vlceribus remedia petebat. Et ſæpe dum victores nos putamus, victi iacemus.

11 Medio.] Lego, *in medio*: nam ſubiungit, *alæ in cornibus locantur.*

12 Qvod Camillo ob modestiam vitæ impvne fvit.] Et cur impune? An veſtis Triumphalis, Neſſi veſtis eſt, quæ induta, necem parat? Notat Tiberij crudelitatem in omnes viros clarioris notæ. Et ſe explicat Tacitus vbi de Voluſio. Infra. *Voluſius*, inquit, *egregia fama, cui tres & nonaginta anni, ſpatium viuendi, perceptæque opes bonis artibus, inoffenſa tot Imperatorum malitia fuit.* O raræ fœlicitatis exemplar, partam Virtutem gaudere fama, annis, diuitijs, & malorum principum vngues effugiſſe.

Tacitus explicatus.

eſt ſine dubio lex (non *ſine dubio*) id eſt ambiguo fine, & vt dubitaretur in quam partem ſententia inclinatura eſſet. Sic in controuerſia dubius rei euentus cernitur : Et Tacitus meam probat correctionem. Nam ſubiungit. *Sed neque ſtatim, nec paucis ſuffragijs.* Quod notat ſententiarum varietates, & controuerſiam ambiguam.

Eodem anno[1] * cœptum in Africa bellum, duce hoſtium Tacfarinate: Is natione[2] Numida, in caſtris Romanis auxiliaris ſtipendia meritus, mox deſertor, vagos primum, & latrocinijs ſuetos ad prædam & raptus congregare, * dein,[4] more militiæ, per vexilla, & turmas componere, poſtremo non inconditæ turbæ, ſed[5] Muſulanorum dux haberi. Valida ea gens, &[6] ſolitudinibus Africæ propinqua, nullo etiam tum vrbium cultu, cepit arma, [7] Mauroſque accolas in bellum traxit. Dux & his Mazippa. Diuiſuſque exercitus; vt Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum armatos caſtris attineret, diſciplina & imperijs ſueſceret: Mazippa leui cum copia incendia & cædes, & terrorem circumferret. compulerantque[8] Cinithios haud ſpernendam nationem * in eadem, cum Furius Camillus proconſul Africæ legionem, & quod ſub ſignis ſociorum, in vnum[9] conductos ad hoſtem duxit, modicam manum, ſi multitudinem Numidarum atque Maurorum ſpectares. Sed nihil æque cauebatur, quam ne bellum metu eluderent.[10] Spe victoriæ inducti ſunt, vt vincerentur. Igitur legio[11] medio, leues cohortes, duæque alæ in cornibus locantur. nec Tacfarinas pugnam detrectauit: fuſi Numidæ, multoſque poſt annos Furio nomini partum decus militiæ. Nam poſt illum reciperatorem vrbis, filiumque eius Camillum, penes alias familias imperatoria laus fuerat. Atque hic, quem memorauimus, bellorum expers habebatur. Eo pronior Tiberius res geſtas apud Senatum celebrauit. & decreuere patres triumphalia inſignia.[12] Quod Camillo ob modeſtiam vitæ impune fuit.

* cœpit tum

* demum noſtræ more militiæ.

* in eadem ſcelera.

Spe victoriæ inducti hoſtes vt vincerentur.

Expers bellorum triumphat.

1 Coeptvm in Africa bellvm.] Lego, *Cœpit tum in Africa bellum.* Nam (*cœpT*) pro (*cœpit*) quippe (*T*) continet (*i*) & (*t.*)

Nomades dicti a permutandis pabulis.

2 Nvmida.] Numidæ *Nomades* dicti, a permutandis pabulis. Plin. lib. 4. cap. 3. Et non modo Africani Nomades, qui vere Nomades, ſed & Scythici & Arabes, ita ſunt dicti. De Africanis Nomadibus Liuius lib. 24. ait: *Pedeſtris belli rudes, ſed habiles equis, & aſpectu primo contemptiſſimos, verum præliorum ſolertiſſimos. Cæſariatos* vocat Tertull. de Pallio, *viuaces* Cato, vt ait Feſtus in verbo *Nomades.* Nam diutius viuere dicuntur. Et Silius ita de ijs lib. 1.

Africani Nomades. Scythici Nomades.

Cæſariati dicti a Tertull.

Heic paſſim exultant Numidæ, gens inſcia freni,
Quæque inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit, non ſedens (lego, *cedens*)
virga lupatis.
Altrix bellorum, bellatorumque virorum
Tellus, nec fidens nudo, ſine fraudibus, enſi.

Virga equos regebant.

Non frenis ſed aure.

Id eſt, miſcens fraudes inter arma, & ſine fraude non fidens armis. Martial. lib. 9. epigram. 33. de freni inſcitia:

Silius interpretatus.

Nec Maſſylæum virga gubernet equum.

Lucanus ita:

Et gens quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo
Ora leui flectit frenorum neſcia virga.

Quod firmat Liuius libr. 35. Et mirum, nam virga ſola id operatur, quod calcaria & frenum apud nos. Non prætereo Claudiani verſus de illa gente in laudibus Stiliconis.

Stipantur Numidæ campis, ſtant puluere Syrtes
Getulæ, Pæni iaculis obtexitur aër,
Hi virga moderantur equos: his ſilua leones
Velamenta dabant, ignotarumque ferarum
Exuuiæ, vaſtis Meroe quas nutrit arenis:
Serpentum geſtant patulos pro caſſide rictus,
Splendent viperea ſpumoſa pelle pharetræ.

3 Avxiliaris stipendia meritvs.] *Auxiliarium* vocat Pollio, quem *auxiliarem.* Cicero li. 10. epiſt. famil. epiſt. penult. *Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quoquam miſi.* Opponuntur *auxiliarius* & *legionarius.* Hic miles Romanus, ille ſociorum, aut populorum liberorum, aut regum. Cicero 15. epiſt. famil. epiſt. *Summa. Populorum liberorum, Regumque ſociorum auxilia voluntaria, comparauiſſem.* Dixi quæ differentia eſſet in ſtipendijs & præmijs auxiliaris militis, a Romano. Nam in militia Romana, non ciuibus & exteris idem præmium, licet idem obſequium. Inde inuidia, inde diſcordia militum

Legionarius & auxiliarius, oppoſita.

Auxilia vnde compoſita.

litum & ſeditio ſuperioris libris narrata.

4 MORE MILITIÆ.] Lego, *noſtræ more militiæ*, id eſt, arma Romana imitatus. Sic Cato. *Rex Seleucus arma noſtratia facit*. Lege, *arma noſtra ſua facit*. Quod ex oratione legis Maniliæ Priſcianus citat. (*N*) littera verbi *Dein*, maiuſculis litteris ſcripta, oſtendebat debere geminari. *DeiN*, id eſt, *Dein noſtræ*.

5 MVSVLANORVM DVX.] Duas in his partibus familias nobiles & vetuſtas memorat Plinius: vnam *Muſulanorum*, alteram *Mauruſiorum*. De prima heic, de altera Virgilius 1. Æneid. *Muſulani. Mauruſii.*

-- *Mauruſia pictis*

Gens epulata toris.

Extinctam *Muſulanorum* gentem ſcribit Plinius ſuis temporibus, licet hodie etiam longe clariſſima dicatur apud illas gentes, ait Leo Africanus. At Florus de Muſulanis, quos Miſulanos Ptolomæus vocat in Africa Numidica, ait *Muſſulanos atque Getulos accolas Syrtium, Coſſum ducem compeſcuiſſe*. libr. 4. Aurelius Victor vocat *Muſulanios*, quod apud Turcas nomen eſt celebre hodie, & Muſſulmanos vocant, vt apud Ægyptios & Africanos. Eſt Maſſeſulorum gens quam Tit. Liuius *Maſeſylos* nominat lib. 28. loquitur de Syphace, & ſcribit ita. *Maſeſylorum is rex erat: Maſeſyli gens affinis Mauris, qui regionem Hiſpaniæ, maxime qua ſita eſt noua Carthago, ſpectant:* Ptolomæus *Maſeſilæos* nuncupat, & ponit in Mauritania Cæſarienſi, vt Plinius Miſſulanos in Numidia. Strabo nominat *Maſſeſulos* lib. 17. quos *Maſſilos* Plinius libr. 4. cap. 4. Lucanus 4.

Et gens quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo

Ora leui flectit frenorum neſcia virga.

6 SOLITVDINIBVS AFRICÆ PROPINQVA] Loquitur de deſertis Libyç inferioris, de quibus Plin. vbi de Suet. Paulino l. 5. c. 1. *Decumis eo ſe perueniſſe dicebat caſtris, & vltra ad fluuium, qui Niger vocatur, per ſolitudines nigri pulueris, eminentibus interdum velut exuſtis cautibus: loca inhabitabilia feruore, quanquam hiberno tempore, experti*. Nam Africa æſtibus & arenis fertilis quibuſdam ſolitudinis locis, alijs partibus, vt in marginibus habitabilis & frumentorum ferax. Et noto multas in Africa ſolitudines, ſiue verſus Oceanum Atlanticum, ſiue verſus Ægyptum, & in Thebaidis ora, in quibus triginta olim monachorum millia, Chriſto addicta, & amplius, vt ſcribit D. Hieronym. in vita Pauli Eremitæ & Hiſt. Eccleſiaſt. Et teſtantur Mela & Pauſanias ibi Centauros, Satyros, & Ægipanas habitare, quorum vnus alloquutus D. Antonium anachoretam, & *ſe mortalem eſſe dixit*, quod verum. *Et poſtea*, inquit, *viuus Alexandriam perductus eſt, in qua cum obiiſſet, cadauer ſale conditum ſeruatum eſt*. Sic Plutarch. in defect. orac. *Nymphas crinibus formoſas filias Iouis Ægidigeri decem Phœnicas viuere*, id eſt tantum quantum decem phœnices viuunt, *& mortales eſſe fatetur*. Quod ex Heſiodo mutuatus. *Solitudines Africæ.*

7 MAVROSQVE ACCOLAS.] Lucan. libr. 4. --*Tum concolor Indo*

Maurus, inops Naſamon.

Et Tertull. de Anima, *Vanos Mauros Salluſtius pulſat*. Qui inter hoſtes Romanorum numerantur ab eodem in Apolog. cum Marcomannis & Parthis. Fuere hi iaculandi peritiſſimi. Vnde Poeta Lyricus: *Mauri Rom. hoſtes. Peritiſſimi iaculandi.*

Non eget Mauri iaculis, nec arcu.

Idem Tertullianus ad Scapulam. *Maurorum gens, & Getulorum barbaries, a Romanis obſidentur*; per præſidiarias legiones ſcilicet, ne regionum ſuarum fines excedant. Iuuen. Sat. 11.

Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus.

id eſt nigrior. Nec forma tantum, ſed fama etiam obſcurior Indus. Nam Carthaginis fama ad cœlos iuit. Et Claudian. Paneg. Stilicon. *Celeres.*

-- *Nigris hinc Mauri crinibus irent.*

Quod Maurorum eſt proprium qui Solis ardoribus nigros habent & retortos crines. *Nigri crine.*

8 CINITHIOS.] Sunt in Africa Cinithij, qui a Ptolomæo Cinithæ dicuntur, vbi de Numidica Africa, & non longe a Tritone fluuio, vt ſunt Cyniphij, a flumine dicti Cynipho. Virg. 3. Georg. *Cinithij. Cyniphij.*

Nec minus interea barbas incanaque menta

Cyniphij tondent hirci, ſetaſque comantes

Vſum in caſtrorum.

Silius, quem corrigo, vbi loquitur de Haſbite illa Africana virgine, & quæ Iarbæ ſoboles.

Venerat Haſbite, proles Garamantis Iarbæ.

Ammone hic genitus, Phorontdos antra Meduſæ,

Cynphiumque Macen *& iniquo e ſole cadentes*

Battiadas, late imperio ſceptriſque regebat.

Recte *Macen* non *Mazen*. Nam idem Silius:

Tum primum caſtris Phœnicum tendere ritu

Cyniphij didicere Macæ.

9 CONDVCTOS.] Quid ſi *in vnum coactos*? vel *coadunatos*? Nam addit poſtea, *in hoſtem ducit*, & *ductos ducere* non eſt Taciti mos in ſcribendo, nec repetit qui breuis & grauis author eſt. *Populus Rom. victorijs ſuis ſe perdidit.*

10 SPE VICTORIÆ.] Id eſt, Putabant Mauri eludendo bellum victores fore de Romanis, ſed contra victi fuere, dum Proconſul adunatis copijs pugnat & vincit. Sic apud Plin. libr. 24. cap. 1. *Ita eſt profecto, magnitudo P. R. perdidit ritus. Vincendo, victi ſumus, paremus externis, & vna artium Imperatoribus quoque imperat*. Loquitur de medicina, quæ ab Indico, & longinquo mari, paruis vlceribus remedia petebat. Et ſæpe dum victores nos putamus, victi iacemus.

11 MEDIO.] Lego, *in medio*: nam ſubiungit, *alæ in cornibus locantur*.

12 QVOD CAMILLO OB MODESTIAM VITÆ IMPVNE FVIT.] Et cur impune? An veſtis Triumphalis, Neſſi veſtis eſt, quæ induta, necem parat? Notat Tiberij crudelitatem in omnes viros clarioris notæ. Et ſe explicat Tacitus vbi de Voluſio. Infra. *Voluſius*, inquit, *egregia fama, cui tres & nonaginta anni, ſpatium viuendi, perceptæque opes bonis artibus, inoffenſa tot Imperatorum malitia fuit*. O raræ fœlicitatis exemplar, partam Virtutem gaudere fama, annis, diuitijs, & malorum principum vngues effugiſſe. *Tacitus explicatus.*

Tot curuare ſinus.
Ouid. 14. Metamorphoſ.
Nauigat Ionium Lacedæmoniumque Tarentum.
Et Faſt. libr. 4.
Hinc init Ægæum, quo Cycladas aſpicit omnes,
Ioniumque rapax Icariumque legit.
Ne lege *capax*, pro *rapax*, vt vulgo. Gellius lib. 19. cap. 1. *Nauigabamus a Caſſiopeia ad Brunduſium, mare Ionium violentum, & vaſtum, & iactabundum.* Quæ tria feri maris nomina ſunt. Horat. Epod. 10.
Ionius vdo cum remugijt ſinus.
Quia ventis turbantibus, mare mugit & remugit inſtar tauri. ideo taurus Neptuni victima. Virgilius:
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.
Et Labeo recte dixit, *niſi Neptuno, Apollini & Marti taurum non immolari.*

Manubiæ. 8 Manvbias.] Per *manubias* intelligit triremes, & quadriremes, & reliquas vſque ad decem, quas Auguſtus ex nauibus captis Apollini Actiaco conſecrauit. Dio lib. 11. nam *manubiæ*, ait Aſconius in Verrem, *præda eſt imperatorum, capta de hoſtibus, pro portione.* Ita dictæ quod manu & vi & fortitudine caperētur. vt *Manubiæ Iouis*, quæ vi mittantur manu. Sed hæc in Grammaticorum Circis inter aurigas agitantur.

Auguſtus auunculus magnus Germanici. 9 Avvncvlvs Avgvstvs, avvs Antonivs.] Auunculus *magnus* ſcilicet. Sic enim a Iuriſconſultis vocatur L. vlt. §. auuneulus. D. de grad. Nam Octauia maior
Quo modo. Germaniei auia, & ſoror Auguſti, nupſit M. Antonio Triumuiro; ex qua Antonia minor, quæ Druſi coniux, & ex Druſo marito, facta mater Germaniei. Sic Auguſtus auunculus magnus, ſic Antonius etiā auus, maternus ſcilicet. Adijcit autem, *imago triſtium, lætorumque*, quod victor auunculus, læta; victus auus, triſtia ſuggereret, & eiuſdem loci ſpecies duo contraria gigneret. Sic D. Hieronym. epiſtola de obitu Paulæ, loquens de Bethleem vrbe
Idem locus argumentum triſtitiæ & Lætitiæ. in qua Chriſtus Dominus meus natus eſt, & innocentes paruuli ab Herode cæſi. *Mixtu gaudio lachrymis*, inquit, *loquebatur.* Quia hinc triſtitia emergeret, illinc lætitia. De iſta Antonij clade ita Martialis 4. epigramm. 11. contra Antonium Saturninum.
Impia Parrhaſia mouiſti bella ſub vrſa,
Qualia qui Phariæ coniugis arma tulit.
Exciderat ne adeo fatum tibi coniugis huius,
Obruit Actiaci quod grauis ira freti?
An tibi promiſit Rhenus quod non dedit illi
Nilus, & Arctois plus licuiſſet aquis?
Ille etiam noſtris Antonius occidit armis,
Qui tibi collatus, perfide, Cæſar erat.

10 Hinc ventvm Athenas.] *Intactæ Palladis vrbem* vocat Horat. 1. Car. od. 7. Et Homerus 7. Odyſſ. εὐρυάγυιαν Ἀθήνην,
Laus Athenarum apud Plautum. *Latinias Athenas.* De Athenis, Plauti ſeruulus non ſcurriliter, ſed libero & eleganti ore hæc protulit in Sticho.
Saluete Athenæ, quæ nutrices Græciæ.
O terra herilis patria, vt te video lubens.
Et Phil. Iudæi. Philo Iudæus vere & ſapienter de Athenis in hunc ſenſum. *Quod in oculo pupilla, quod in anima ratio, idem ſunt Athenæ in Græcia.* Et Tertullian. ex Colyto authore, ait Athenis pueros menſe citius eloqui præ cæteris aliarum regionum pueris, lib. de Anima, & eſſe præcocioris linguæ. Earum cadauer deſcribit Syne-
Cadauer Athenarum. ſius epiſt. 136. *Athenæ, nunc temporis, nihil habent venerandum, præterquam inclyta locorum nomina. Et ſicuti victimæ confectæ pellis relinquitur, ad indicium viuentis quondam animalis; Ita, hinc expulſa Philoſophia, nomen relinquitur, vt obambulans quis, admiretur Academiam ac Lycæum, ac* (per Deum,) *variam porticum, cognominem Chryſippi Philoſophi, quæ nunc varia non eſt. Nam Proconſul tabulas abſtulit, quibus indidit artem*
Monachi exiſtimati ſapientia. *Thaſius Polygnotus. Nunc quidem noſtris temporibus Ægyptus alit eximios fœtus,* (loquitur de Monachis, qui in Thebaide Ægypti) priſcis amatos Chriſtianis, Antichriſtianis exoſos. *Athenæ autem, olim quidem ciuitas, ſapientum erat habitaculum, in præſentia vero eam ornant mellis opifices. Heic igitur eſt par ſapientum Plutarchicorum, qui non ſtudiorum fama congregati iuuenes in theatris, ſed vrnis in Hymetto valle.* Idem narrat fere epiſt. 54. Sed ſatis ſuperque de Athenis. Illud non omitto, quod D. Hieron. ait, De nominibus, quæ in Act. Apoſtol. *Athenæ ciuitas in Achaia, Philoſophiæ dedita litteris, quæ cum vna ſit, plurali numero ſemper appellari ſolet. Cuius Piræus portus, ſeptemplici muro quondam communitus fuiſſe dicitur.* At vero Athenis nominatis, obuertant ora quotquot ſunt in orbe ciuitates. Nam quamuis Naturæ ſtudijs non dediti, tamen conſuetudine ingens nomen ſibi parauere. Strabo 2.

11 Vno lictore vteretvr.] In faſcibus fulgor Romanæ poteſtatis, & prout ſubmittebantur aut attollebantur, indieium erat authoritatis, aut remiſſæ, aut ſurgentis. Sic apud Francos regibus mortuis, ſi in vita excelluiſſent, in ſtatuis ſublata in altum manu ſceptroque aſſurgente repræſentabantur. Si vero demiſſiore vita fuiſſent, demiſſis manibus & ſceptro ſculpebantur. Et hoc hodie locum habet. quod notari poteſt in ſacro Palatio in quo omnes noſtrorum Francorum regum ſtatuæ poſitæ talari habitu & ſceptris manibuſque aut ſubmiſſis aut in altum erectis. Verum poſt hæc ſcripta incendio iſtæ ſtatuæ regum perierunt. Quas tu, Lvdovice, ſumptibus innumeris reſtituiſti. Auguſtus nocte vrbem ingreſſus, mane venit Capitolium, & detracto faſcibus lauro, genibus Iouis appoſuit, ait Dio libr. 51. Publicola fa-
Veſtalibus ſubmiſſi faſces. ſces ſubmiſit Popul. Romano, vt ſubmittebantur Veſtalibus. Et Pompeius, cui ſe Oriens
Pompeius ſubmiſit Philoſophia. & Occidens ſubmiſerat, ad Poſſidonij ianuam faſces ſubmiſit. Auguſtus cum eſſet Athenis, vno lictore vſus eſt tantum, & ad imitationem Auguſti Germanicus nepos. D.
Chriſtianis ſacerdotibus ſubmiſſi. Hieronym. ad Nepot. id ſpectat dum ita ſcribit: *Turpe eſt ante fores ſacerdotis Chriſti crucifixi,* (ita legēdum, non *crucigeri*, quæ Ægiſthiorum manus eſt) *& pauperis, & qui cibo veſcebatur quoque alieno, lictores conſulum, & milites excubare.* Suetonius in Calig. *Domi, foriſque ciuilis, libera, ac fœderata oppida, ſine lictoribus adibat.* Sic Cicero ad Attic. l. 1. *Ad Arpinū volabamus remotis, ſiue omnino omiſſis lictoribus.* Sic M. Li-

ſuorum ciuium oculos a contemplanda Aſia retraxit, ne illecebris eius capti, ad delicatioris vitæ genus prolaberentur. Valerius li. 2. cap. 6. Quodque in Europa & Italia, Hannibali Campania fuit, Pauſaniæ fuit Aſia. nam fortitudinem eius effœminato cultu molliuit. Loquitur autem noſter de Aſia minore, de qua D. Hieronym. de locis Hebraicis in act. Apoſt. *Aſiæ regio quæ cognominatur minor abſque Orientali parte qua ad Cappadociam Syriamq. progreditur, vndique circundata eſt mari: cuius prouinciæ ſunt Phrygia, Pamphylia, Cilicia, Lycaonia, Galatia & aliæ multæ, ſed ſpecialiter, vbi Epheſus ciuitas eſt, Aſia vocatur.*

5 PERINTHVMQVE.] Duæ fuerunt huius nominis ciuitates: vna in Europa, de qua heic, ſita in Propontide, non longe a fluuio Arſo, qui Thraciam præteruectus, in Propontidem cadit. Altera vero in Aſia, de qua Liuius l. 33. his verbis. *Hiſque in Aſia eſſent Euromo, Pedaſiſque, & Bargillis, & Iaſſo, & Myrina, & Abydo, & Thaſſo, & Perintho, eas quoque placere liberas eſſe.* Puto ego eſſe eam Perinthum, quæ *Heraclia* dicta eſt, & quæ non longe a Myrina, in prouincia Cariæ. Nec fallor niſi D. Hieronym. me fallat, quod non credo; nam Balſamo in meditationibus de Patriarchis priuilegijs. Πέρινθος δ' ἐστὶν ἡ δυτικὴ Ἡράκλεια. *Perinthus occidentalis Heraclea.* Spartianus in Bonoſo: *Superioribus litteris ſcripſeram vt optimates Gothicos apud Perinthum collocares decretis ſalarijs.*

6 BYZANTIVM THRACYAS VRBES.] Plinius de Byzantio. *Promontorium Chryſoceras, in quo oppidum Byzantium, liberæ conditionis, antea Lygos dictum.* lib. 4. cap. 11. Quæ vrbs Spartana fuit origine a Pauſania Lacedæmone condita in anguſtiſſimo Europæ Aſiæque Euripo. Et illa ciuitas ſub Septimio Seuero Cæſare diras pertulit clades. Nam poſt triennij obſidionem continuam, tandem exitium, libertatiſque iacturam ſenſit. Dio aut Xiphilinus ex Dione libr. 74. Sub Conſtantino vero nomen & conditionem mutauit, caputque nebula exerens, ſublimi vertice cœlum tetigit. Dicta Conſtantinopolis a conditore Conſtantino, quamuis & nouam Romam vellet appellari, factaque regia ſedes eſt, & Metropolis Orientis, quæ vna nocte omnibus Romæ veteris ſpoliis potita eſt. Claudian. in Eutrop. 2.

-- Byzantia, robur
Fregit luxuries, Ancyranique triumphi.

Nam Byzantium in Aſia fuit, quod Campania in Italia & Europa. Et adeo claris ædificijs templiſque ornata eſt, vt habitaculum Deorum a Paganis diceretur.

7 PROPONTIDIS ANGVSTIAS ET OS PONTICVM.] Nemo melius, ex proborum authorum lectione, & locorum inſpectione, noſtro Gillio Franco hæc recognouit: tu vide libellum eius de Boſphoro Thracico, elegans & doctum opus, ita me Deus amet. ſed ex Lucano hæc addo.

Non Aſiam breuioris aquæ diſterminat vſquam
Fluctus ab Europa, quamuis Byzantion arcto
Pontus & oſtriferam dirimat Chalcedona curſu,
Euxinumque ferens paruo ruit ore Propontis.

Nam Propontis pro oſtio eſt Euxino mari. Oroſius lib. 1. *Inde iuxta Conſtantinopolim longæ emittuntur anguſtiæ, donec eas mare hoc quod dicimus noſtrum accipiat.*

8 ATQVE ILLVM.] Legunt quidam *Ilium*, de quo vere dixeris Virgilio teſte.

O patria, o diuum domus Ilium, & inclita bello
Mœnia Dardanidum.

Nomen clarum, ait Accius in Aſtyanacte.

Sed præ miſeritudine in humili ſaxo multis memoratum vocibus.

In voce *miſeritudine*. Iliū autē Fimbriæ ſcelus, qui illam vrbem antiquam Romæ parentem funditus cæde incendioque deleuerit, ait Oroſius li. 6. Sed Sylla eam reparauit. Appian. & Strab. li. 16. Sub Tiberio, & viuente Germanico, ſeges erat vbi Troia fuit, & præter macerias nihil: licet Catullus apud Troiam fratrem ſuum ſepultum dicat, quod non obſtat: deinde etſi extitiſſet Ilium, potuerat Germanicus iam vidiſſe, cum principia & extrema Aſiæ eſſet iam peruagatus: At in principijs Aſiæ Ilium, nec longe a Leſbo. Addo quod ſi *Ilium* ſcripſiſſet Tacitus, addidiſſet, *& ſacra Samothracum.* Sed illud, *&*, abeſt, nec ex antecedentibus & ſubſequentibus verbis intelligi & ſuppleri poteſt. Addo Leſbum quam adijt primum Germanicus, vt cōſtat ex Taciti itinerario, propinquam eſſe Troadi: & ſane aliquando caput fuit regionis huius: atque ita a Leſbo Aſiam Germanicum ingreſſum per Troadem. In regreſſu autem Ponti, Samothraciam inire debuit, quam ad dextram habuit, magiſq. propinquam Ilio Non ſum partiarius, nec inter particulones ſto libens, ſed ratio ipſa me iubet heic ſiſtere.

9 SACRA SAMOTHRACVM VISERE NITENTEM.] Iuuenal. Sat. 3. lib. 1. *Ara Samothracum ſanctiſſima.*

-- Iures licet & Samothracum,
Et noſtrorum aras, contemnere fulmina pauper
Creditur, atque Deos Dijs ignoſcentibus ipſis.

Dicit *aras Samothracum*, quia magnæ ſanctitatis erant apud Romanos: Macrobius enim lib. 3. cap. 4. ex Varrone. *Dardanum ait e Samothracia Deos Penates aſportaſſe, quos euerſa Troia, Æneas in Italiam vexit, quique Romæ ſedem habuerunt, inter quos Veſta fuit.* Tertullian. libr. de ſpectacul. ita de Samothracum aris. *Antea*, inquit, *tres aræ, trinis Dijs parent, magnis, potentibus, valentibus, eoſdem Samothracas exiſtimant.* Plinius lib. 36. cap. 5. ait *Samothracum ſanctiſſimas eſſe ceremonias.* Nec mirum: nam *Diuipotes*, & *vicepotes* Dij, qui e Samothracia erant, aduecti a Romanis credebantur, id eſt diuites Dij, & potentes, & vincentes. Sed Valerius libr. 2. Argon. de iſtis aris egregie:

Tunc tenues Lemnos tranſitque Electria tellus
Threicijs arcana ſacris: Heic numinis ingens
Horror, & incautis decreta piacula linguis.
Hanc demiſſa Ioui non vnquam lædere fluctu
Audet hiems, ſpōte ipſe Deus tunc aſperat vndas,
Cum vetat infidos ſua littora tangere nautas.

10 IGITVR ALIAQVE.] Locus ab omnibus conclamatus, cui vitam reddo, pollin- *Tacit. correct.*

ctoribus abire iuſſis, & tibicine. Nam ita lego. *Igitur relinquens, quæ ibi varietate fortunæ.* Genuina eſt enim & vera ſcriptio Taciti. Et mihi manuſcriptus adſtipulatur. nam ita legitur. *Igitur alio quæque ibi.* Littera enim, R, in fine, (*igitur*) erat repetenda, & pro *alio quæque*, legendum *relinquens*. Nam ſunt partim ſuppoſitæ litteræ, & rudera partim antiquæ & veræ dictionis, quibus veritas & ſenſus lectionis Taciti continentur. Repoſui *relinquens*, quæ vox in nauigatione ſueta. Virg. 3. Æn.

Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus.

Et eodem libr.

Linquere tum portus iubeo. Deinde.

Graiugenumq. domos ſuſpectaq. linquimus arua.

Et Lucanus.

-- *Icarios fluctus Epheſumque relinquens.*

Roma ex Troiæ ruderibus conflata.

Et ait, *varietate fortunæ & noſtri origine veneranda*, quia ex Troiæ flagrantis cineribus, Roma condita eſt, quæ terrarum imperium habuit: ab his initijs cœpit tam minutis, creuitque in immenſum, ex Pergamorum ruderibus. Sic iubet ordo naturæ, quæ magna ex paruis, parua ex magnis generat.

11 COLOPHONA.] Extat epigramma Græcum, pulchrum hercle de illa vrbe Ionica cap. 30. libr. 1. Antholog. Quæ clariſſima extitit, quod Homerum, vt aiunt, & Nicandrum pepererit, ambos ſapientes, & Muſis cœleſtibus amicos. Nam nil moror eius oraculum, quia mentientibus credendum non eſt. Et Euſeb. de Præp. Euang. l. 2. c. 5. *Caſtalius & Colophonius* (inquit) *fontes, cæteraque fluenta quæ diuinandi vim habere videbantur, extincta cum ſuis fabulis defluxerunt.* Lucanus 8. Ciuilium.

Et placidi Colophona maris ſpumantia parua
Radit ſaxa Samo.

Clarius Apollo.

12 CLARII APOLLINIS ORACVLO.] De illo oraculo, & de eius aqua diuinatrice, ita Tertull. lib. de Anima. *Legimus quidem pleraque aquarum genera miranda, ſed aut ebrioſos reddit Lynceſtarum vena vinoſa, aut lymphaticos efficit Colophonis ſcaturigo dæmoniaca*, (id eſt Clarij Apollinis,) *aut Alexandro accidit* (lego, *aut vt Alexandro accidit*) *Nonacris Arcadiæ venenata.* Plin. libr. 2. cap. 103. *Colophone*, inquit, *in Apollinis Clarij ſpecu, lacuna eſt, cuius potu mira redduntur oracula, bibentium breuiore vita.* Sed breuis vita nil obſtat, ſi fortuna bona ex oraculo. *Nam fortuna vti tunica magis concinna quam longa placet*, ait Apul. apol. 1. Et Plinius lib. 5. cap. 29. *Ab Epheſo, manteum aliud Colophoniorum, & intus ipſa Colophon, Haleſo affluente: inde Apollinis Clarij fanum.* Ergo Colophonius Apollo lymphaticus, immo *μανιώδης*.

Deſcriptio templi Delphici.

13 VT APVD DELPHOS.] Et ciuitatem & templum Delphicum Iuſtinus lib. 4. ita deſcribit. *Templum Apollinis Delphis poſitum eſt, in monte Parnaſſo, in rupe vndique impendente. Ibi ciuitatem frequentia hominum facit, qui ad affirmationem maieſtatis concurrentes, in eo ſaxo conſedere: atque ita templa ciuitatemque non muri, ſed præcipitia non manufacta, ſed naturalia præſidia defendunt, prorſus vt incertum ſit, vtrum munimentum loci an maieſtas Dei, plus heic admirationis habeat.* Et ita Plinius. *Delphi, ſub monte Parnaſſo clariſſimo oraculo Apollinis*, lib. 4. cap. 3. Fuit autem antiquiſſimum oraculum & pluribus quam centum annis ante Troiana tempora. Breuibus verbis conſulendum, quibus Græco ſermone reſpondebatur, ſed ambiguo, mactata tamen hoſtia. Et omnium orbis templorum locupletiſſimum, ſolidoque auro, ſtatuis & argento, & alijs pretioſiſſimis donarijs refertum & ditiſſimum. Pythium etiam dictum a Pythio ſerpente trucidato, vt quidam: alij ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, id eſt, a ſciſcitando vel inquirendo. Apollo de iſto oraculo ita gloriatur 1. Met. apud Ouid.

-- *Neſcis temeraria, neſcis*
Quem fugias, ideoq. fugis. mihi Delphica templa
Et Claros & Tenedos Patareaque regia ſeruit.

Liuius autem Delphos vocat, ſed fruſtra, *vmbilicum orbis terrarum, & quondam, commune oraculum generis humani.* In orat. Manlij l. 38. Cuius laurus, oracula, & tripodes, fuere magnæ celebritatis: Poſtea vero, ait Satyricus,

-- *Delphis oracula ceſſant.*

Nam Chriſto loquente, Sathanam ſilere oportuit. Non auditur Mendacitas, vbi loquitur Veritas. Et licet Apollo ſe nunquam mentiri profiteretur, Porphyrius tamen Apollinis mancipium ſæpius mentiri confitebatur. Vide Euſeb. de præpar. Euang. l. 6. c. 4.

14 MILETO.] Quæ dicitur *Ioniæ caput.* Plinius lib. 5. cap. 29. *Lelegeis ante, & Pythiuſa, & Anactoria nominata Vrbs, ſuper octoginta vrbium per cuncta maria genitrix, nec fraudanda ciue Cadmo, qui primus prorſam orationem condere inſtituit.* Iuuenal. Sat. 6. -- *Hinc fluxit ad Indos*

Miletus Ioniæ caput.

Mileti inſula 80. vrbibus potens.

Et Sybaris colles, hinc & Rhodos, & Miletos.

Hodie etiamnum ſuum nomen retinet poſt tot ſæcula, & ſæculorum turbines.

Tacit. correct.

15 TVM IN SPECVM DEGRESSVS.] Notis confuſa verba. lego: *tum introijt ſpecum vnde digreſſus.* Nam facit digredientem antequam ingrediatur. Verbum *ijt* in littera *m*. Infra, *Cæſar in Campaniam*, pro, iit in Campaniã. Et correctio ipſa oraculũ eſt. Plaut. in Ep.

Dij immortales te fœlicitent, vt tu is gradibus grandibus.

Noto autem ſpecus frequentes & antra in his oraculis, vt antrum Trophonij, antrũ Sibyllæ antrum Charonium. Virg. 6.

-- *Immanis in antro Bacchatur vates.*

Et Lucan. 5. -*Mæſtus vaſtis vlulatus in antris,*
Extremaque ſonant domita iam virgine voces.

16 HAVSTA FONTIS ARCANI AQVA.] Nam his oraculis aquæ peculiares ſacrabantur. Aqua Alphei Iouis Olympij oraculis grata, ait Pauſanias in Arcadic. aqua Callirhoes deſtinata Athenienſium ſacrificijs, vt Aqua templi Delij. Et ſane huiuſmodi aquæ honori deorum & regum ſacratæ. Sic Choaſpis aqua regibus Perſarum addicta, & aqua Amphiarai fontis templo Apollinis, quod erat ei proximum: nullusque ſiue manibus lauandis, ſiue corporibus luſtrandis ea vtebatur.

At Cn. Piſo quo properantius deſtinata inciperet, ciuitatem Athe-

nienſium

nienſium turbido inceſſu exterritam oratione ſæua increpat, oblique Germanicum perſtringens, quod contra decus Romani nominis non [2] Athenienſes cladibus extinctos, ſed conluuiem illam nationum comitate nimia coluiſſet. hos enim eſſe [3] Mithridatis [4] aduerſus Diuum Auguſtum ſocios. etiam vetera obiectabat, quæ in Macedones improſpere, violenter in ſuos feciſſent, offenſus vrbi propria quoque ira, quia Theophilum quendam [5] Areo iudicio falſi damnatum precibus ſuis non concederent. Exin [6] nauigatione celeri per Cycladas, & compendia maris adſequitur Germanicum [7] apud inſulam Rhodum, haud neſcium quibus inſectationibus petitus foret: [8] ſed tãta manſuetudine agebat, vt, cum orta tempeſtas * raperet in abrupta, poſſetque interitus inimici ad caſum referri, miſerit triremeis, quarum ſubſidio diſcrimini eximeretur. Neque tamen mitigatus Piſo, & vix diei moram perpeſſus, linquit Germanicum, præuenitque: & poſtquam Syriam, ac legiones attigit, largitione, * ambitu infimos manipularium iuuando, cum veteres centuriones, ſeueros tribunos demoueret, locaque eorum clientibus ſuis, vel deterrimo cuique attribueret, deſidiam in caſtris, licentiam in vrbibus, vagum ac laſciuientem per agros militem ſineret, eo vſque corruptionis prouectus eſt, vt ſermone vulgi, parens legionum haberetur. Nec Plancina ſe intra decora fœminis tenebat, ſed [9] exercitio equitum, * decurſibus cohortium intereſſe: in Agrippinam, in Germanicum contumelias iacere, quibuſdam etiam bonorum militum ad mala obſequia promptis, quod haud inuito imperatore ea fieri occultus rumor incedebat.

Piſo Athenarũ honori non æquus.

Germanicus princeps mãſuetus, & de manſuetudine laudatus.

* raperet eum in

Vnde militia corrumpatur.

* & ambitu

Viro malo vxor peſſima.

Mala verba in principes.

* decurſionibus.

1 TVRBIDO INCESSV.] Noſter Iuriſconſultus in L. obſeruare. de offic. Proconſ. D. *recte*, inquit, *& ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit*, (loquitur de proconſule,) *ſignificetq. quo die fines ſit ingreſſurus. Pleriq. enim, incerta hæc & inopina turbant prouinciales.* Quod explicat Tacitũ: ideoq. nec tacendũ. Sed *affectus non ſuſtinet morã*, inquit Seneca 8. Contr. 7.
2 ATHENIENSES TOT CLADIBVS EXTINCTOS, SEV COLLVVIEM ILLAM NATIONVM.] Separat Piſo veteres Athenas a nouis, quas *colluuiem nationum* appellat. De veteribus D. Gregorius Nazian. ſcribit in vita D. Hilarij, *quas* vocat ξενίας, *& omnium diſciplinarum procreatrices.* Et Cicero firmat. Noto autem ex Varrone, *In vna Athenarum vrbe, tres vrbes fuiſſe, & diuiſam in tres vrbes illam ciuitatem: ab vna Athenæos dictos; a ſecunda, Athenienſes; a tertia Athenopolitas.* Varro 7. de ling. Lat. Idem tradit de Syracuſis Cicero Verrina 6. ideoque ita Auſonius, vbi de vrbibus:

Quis Catinam ſileat. quis quadruplices Syracuſas?

Et multæ aliæ ſunt vrbes, ſinu quatuor vrbes complectentes, creſcente ambitu. Vide Strabonem. Cicero pro Flacco, ſcribit de Athenis vera & illuſtria. *Adſunt*, inquit, *Athenienſes, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ: de quorum vrbis poſitione, propter pulchritudinem, etiam inter Deos certamen fuiſſe proditum eſt: quæ vetuſtate ea eſt, vt ipſa ex ſeſe, ſuos ciues genuiſſe dicatur. Et eorum eadem terra parens altrix patria dicatur: Authoritate autem tanta eſt, vt iam fractum ac debilitatum Græciæ nomen, huius vrbis laude nitatur.* Et certe ex Athenarũ horiſonte, ſol literarum nobis emicuit. Ideo D. Hieron. ait *expeditiora Athenis naſci ingenia, & inde Philoſophos gloriari*, cap. 7. ad Galat. Nam Athenis vt apum, ſic ingeniorum mel. Et ideo a priſcis Ducibus multum laudatæ Athenæ & veneratæ, vt ab Adriano qui multa Athenienſibus contulit, & pro agonotheta reſedit.
3 MITHRIDATIS.] Quem Cicero pro Flacco, ait Aſiaticos, *Deum, & patrem, & conſeruatorem Aſiæ, & Dionyſium, Bacchum, & Liberum nominaſſe.* Præponitque cunctis regibus cum quibus P. Romanus decertauerit. orat. pro Muræna. Tamen Plinius de Mithridate. *Diligentior Mithridates, vitæ argumentis, quam fama.* præf. l. 25. *Mitradatẽ* Dio vocat l. 60. De quo ita Velleius 2. *Neque ſilendus, neque dicendus ſine cura, bello acerrimus, virtute eximius, aliquando fortuna, ſemper animo maximus, conſilijs dux, miles manu, odio in Romanos Hannibal.* Habet titulos illuſtres apud Plinium libr. 24. Nam *maximus ſua ætate Regum* dicitur, *qui nec de ſubiectis gentibus vllum hominem, per interpretem appellauit vnquam, quinquaginta ſex annis quibus regnauit, in reliquo ingenij magnitudine, medicinæ peculiariter curioſus, & ab hominibus ſubiectis, qui fuere pars magna terrarum, ſingula exquirens, vnde reliquit ſcrinium commentationum, & exemplaria, effectuſque in arcanis ſuis.* Iuuenal. Sat. 14.

Ocyus Archigenem quære; atque eme quod Mithridates Compoſuit.

Loquitur de medicamento, quod *Mithridation* a Gellio vocatur lib. 17. cap. 16. artiſque medicæ peritum ait Mithridatem. Sed de eius ingenio ſic Martialis lib. 5. epigr. 76.

Profecit poto Mithridates ſæpe veneno,
Toxica ne poſſent ſæua nocere ſibi.

Et hercule, fuit ille in media barbarie vir non barbarus, qui viginti duas linguas callens, viginti duo corda habuit, vt de ſe dicebat Ennius. Et tamen ille rex ingens, qui ſibi tam bene aduerſus venena cauerat, veneno perijt, ſed ſuo, & poſtquam matrem veneno ſuſtulit. Nam Salluſt. ſic de illo: *Mithridates extrema pueritia regnum ingreſſus, matre veneno interfecta.* Vere *vipera Scythica, cuius res geſtas quidam compoſuere, quas Mithridatica appellarunt.* Strabo lib. 11.

4 ADVERSVS D. AVGVSTVM.] Ideo mulctauit eos Ægina, & Erythrea inſulis, quas illis ademit in pœnam. Dio lib. 54.

5 AREO IVDICIO.] Id eſt iudicio Areopagitarum: de quo Cicero ad Attic. ep. 1. *Vereor. Senatus*, ait, ἄρειος πάγος, *nihil conſtantius, nihil ſeuerius, nihil fortius.* Et ſane iudicium primum capitis in Areopago actum eſt. Plin. lib. 7. cap. 56. D. Hieron. in act. Apoſtol. *Areopagus, Athenarum curia, quæ interpretatur villa Martis: quod ipſi Marti quondam, cum ducentis duodecim Dijs, dicata ſit.* Cæterum notandum eſt, quod Areopagi omnes erant ſacerdotes, vt olim Druidæ apud Gallos. Cæſar de bello Gallico lib. 6. Ioſeph antiq. lib. 14. cap. 16. Et Apuleius 10. Metamorph. formulam quandam huius iudicij Areopagitici notat his verbis. *Exemplo legis Atticæ, Martijque iudicij cauſæ patronis denunciat præco, neque principijs dicere,* id eſt ſine exordio, *neque miſerationem commouere.* Venit in prouerbium, Triſtior Areopagita. Vet. Interp. Iuuenal. Sat. 9. ait *graues ſententias ferri in Areopago*, & ipſum Martem a Neptuno accuſatum ante Areopagos patres, quod filium eius peremiſſet Halirrhotion, quia vim Alcippæ filię Martis intuliſſet. Quod falſum fuiſſe ait D. Auguſtinus lib. 18. cap. 10. de ciuit. Dei, licet Hellanicus hoc memoret 1. Hiſtoriarum. Sed quid ſibi vult Cicero 2. de Diuin. cum ſcribit Areopagitas *aquam pudam dediſſe?* aut fallor, aut ad clepſydras alludit, quæ dabantur aduocatis, temporis teſtes, & metæ, quibus illi loqui deberent. Quid ſi *aquam pudendam dediſſe*? Nam aduocatorum garrulitas & ἀδολεσχία, meruit hanc legem quæ pudenda vere. Ouid. in Epiſt.

Areopagitæ Deorum iudices.

Cauſa pudenda tua eſt. Quid alij ſentiant, tu diſquire ſi lubet. Dico interim, quod Iuuenalis Sat. 9. ita de Areopago ſcribit:

Ergo occulta leges, vt curia Martis Athenis.

Fœlix curia, quæ Gallis, a quibus Franci, D. Dionyſium dedit, Catholicæ fidei Apoſtolum & præconem. Nam illi, qui de Dionyſio alio, ex Gregorio Turonenſi, inepte cornicantur.

Curia Areopag. Francis dedit D. Dionyſium.

6 NAVIGATIONE PER CYCLADAS.] Sic D. Hieron. in epiſt. ad Paulam. *Hadriatico ſe credens pelago, quaſi per ſtagnum, venit Methonam, ibique refocillato corpuſculo, & ſale tabentes artus in littore ponens, Maleam & Cytheram, ſparſaſque per æquor Cycladas, & crebris freta conſita terris: Poſt Rhodum & Lyciam, tandem venit Cyprum.* Papin. Achil. 2. *-- Placet ire per altas*

Verſus Virgilij.

Via per Cycladas.

Cycladas. hinc ſpretæ Myconos humiliſq. Seriphos,
Et Lemnos non æqua viris, atque hoſpita Delos
Gentibus.

Apul. de Mundo, ita de Cycladibus. *Inſularum quæ ſunt in noſtro mari dignæ memorantur, Trinacria, Eubœa, Cyprus, atque Sardinia, Creta, Peloponeſos, Lesbos; minores autem aliæ vt nebulæ quidem per apertas Ponti ſparſæ regiones; aliæ Cyclades dictæ, quæ frequentioribus maribus alluuntur.* Faciunt hæ inſulæ veluti circulum circa inſulam Delum; ideo Cyclades dictæ. Et Oceanus κύκλος Orpheo dictus, id eſt *circulus*, quod ambiat & circuitu terras amplectatur. Cicero: *Terra quædam inſula eſt circumfuſa illo mari quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis.* 6. de Rep. & Plinius l. 4. c. 12. & Pomponius Mela. Quia autem totæ interfuſæ mari perículoſo, ideo Horat. ſcribit 1. Carm.

-- Interfuſa nitentes
Vites æquora Cycladas.

Nitentes dicit, quas *fulgentes* dixit 3. Carm. oda 28. quia micant & ſunt conſpicuæ in medio pelagi.

7 APVD INSVLAM RHODVM.] Quæ vere Rhodos huius pelagi & inſularum roſa. Ideo nobilis dicitur a Catullo. *Rhodi* autem *nauticus populus*, ait Florus. Et Gellius l. 7. c. 3. *Ciuitas Rhodienſis, & inſulæ opportunitate, & operum nobilitate & nauigandi ſolertia, naualibus victorijs celebrata eſt.* De ea, ita Velleius. *Quo tempore neque fortitudine aduerſus Mithridatem, neque fide in Romanos, quiſquam Rhodijs par fuit?* Arrogantes facit Cato apud Gellium cap. 3. libr. 7. *Rhodienſes ſuperbos eſſe aiunt. Sed ſint ſuperbi, quid ad nos attinet?* Vocat illam inſulam Plinius, *liberam & pulcherrimam*, & dicit, *Rhodum nunquam tantis nubibus obduci, vt non aliqua hora ſol cerni poſſit.* Quod de Sicilia etiam ſcribit Cicero in Verr. Claud. 3. de laud. Stilicon.

Rhodi ſol perpetuus.

Auratos Rhodijs imbres naſcente Minerua
Indulſiſſe Iouem perhibent.

Rhodiorum aurati imbres in natiuitate Mineruæ.

Et ſane fuit olim ſeceſſus Romanis gratiſſimus, ob Athenas propinquas, & Philoſophorū frequentiam. Cic. epiſt. 7. ep. *Perſæpe. Nunc autem ſi hæc ciuitas eſt, ciuem eſſe me; ſi non, exulem eſſe incommodiore loco, quam ſi me Rhodum, aut Mitylenas contuliſſem.* Et lib. 11. epiſt. *Magnam.* ita Mutius ad Cic. *Mihi quidem ſi optata contingent, quod reliquum eſt vitæ, in otio Rhodi degam.* Nam vbi Vacunæ ſacra faciebāt, tunc ſe Rhodum, aut alias inſulas amœniores conferebāt. Et D. Brutus, ita M. Bruto. *Dandus eſt locus, fortunæ cedendum, ex Italia migrandum Rhodum, aut aliquo terrarum arbitror.* Sic Caſſius in epiſtola quadam famil. Cicer. corrupta Rep. minatur ſe Rhodum abiturum. Et vt otio amœni, ſic bello acres Rhodij, & in re nauali illuſtres quondam. Cicero pro Leg. Manil. & Iuriſcōſultus ad L. Rhodiam. *Cæſarem terris, Rhodios mari leges imponere.* Tamen Iuuenal. Sat. 8.

Gratiſſimus Romanis ſeceſſus.

Exoptatus locus otium meditantibus.

Illuſtres Rhodij naualibus.

Forſitan imbelles Rhodios, vnctamque Corinthum
Deſpicias merito.

Sed hæc ſub Domitiano. Poſtea Rhodiorum

virtus

virtus lætior ſurrexit, quam prius conciderat.

Manſuetudo principis virtus.

8 SED TANTA MANSVETVDINE.] Vera & natiua laus magni principis, nam quo plus poteſt, minus iraſcitur. Et recte de Deo principum principe ſupremo Seuerus Sulpit. Dial. 1. de D. Martini mirac. *Chriſti virtuti ſapit omne quod brutum eſt, & mite omne quod ſæuit.* Nec ignorarunt Pagani, qui Iouem ſuum faciant pauores incutientem, non percutientem. Inde illa Iouis cognomina manſuetudinis plena: Hoſpitalis, σωτὴρ, μειλίχιος.

9 EXERCITIO EQVITVM, DECVRSIBVS COHORTIVM.] Inde exercitus dicti. L. 1. de teſt. milit. Nā decurſionibus, alijſque armorum exercitijs & operibus, milites exercebantur. L. 12. § 1. de re milit. Exercebantur autem die ſeptimo ſub poſtremis imperatoribus. Nam Spartianus in Auidio: *Exercitium ſeptimi diei fuit omnium militum, ita vt ſagittas mitterent & armis luderent: Dicebat enim miſerum eſſe cum exercerentur athletæ, venatores, & gladiatores, non exerceri milites quibus minor eſſet futurus labor ſi conſuetus eſſet.* Et noto ex Dione 63. Equites Romanos iſto exercitio primum ſub Nerone ephippijs vſos. Agathias autem talia exercitia ponit libr. 2. agiliter equos inſilire, in modum armatæ ſaltationis & pyrrichæ circumagi aſſidue, claſſicum audire, ne remiſſi, in ipſo prælio langueſcerent. Vegetius de militibus. *Ad omne genus exercentur armorum.* At de iſto decurſionis exercitio, ſic ſcripſit Seneca epiſt. 18. *Miles in media pace decurrit ſine hoſte, vallum iacit.*

Sueton. correct.

Sueton. in Galba c. 6. *Campeſtrem decurſionem ſcuto moderatus,* (lego, *ſcuto immodice oneratus*) *etiam ad eſſedum imperatoris, per viginti paſſuum millia cucurrit.* quod Suetoniani interpretes non viderunt. Quibus affine eſt quod Capitolinus ſcribit in M. Philoſopho. *Quoquidem tempore ſine imperatoris filio ad triumphalem currum in Circo pedes decucurrit.*

Tertull. correctus & explicatus.

Tertullianū non prætereo de hac decurſione male fœdatum. Nam ſic ad martyres. *Nemo miles ad bellum cum delicijs venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, ſed de papilionibus expeditis & ſubſtrictu.* Lege, *expeditus & ſubſtrictus*, id eſt accinctus gladio, paratus ad pugnam, & in procinctu. Nam in caſtris milites ſemper cingebantur gladijs, cinguliſque ſtrictioribus vtebantur. Plin. epiſt ad Ruff. lib. 8. *Plures cultu pagano, quam cinctos & armatos inuenies.* Addit Tertull. *Vbi omnis duritia, & imbonitas, & inſuauitas conſtitit,* (lego, *conſiſtit*) *etiam in pace, labore & incommodis, bellum pati iam ediſcunt, in armis deambulando, campum* decurrendo: (En noſtræ decurſiones,) *foſſam moliendo, teſtudinem deſiccando*, (lego *deſubdendo*: & manuſcriptus, vt ait Pamelius, habet, *deſudando.* Verbum autem *deſubdere*, eſt de alto ſe ſubdere. Seneca epiſtola 47. *alius reliquias temulentorum ſubditus colligit*, id eſt *demiſſus*: loquitur de ſeruis.

Tertull. verborum multorum fictor.

fictum verbum a Tertulliano, vt alia multa, quorum magnus artifex. Sic dixit *deſcrobare, debuccinare, deſtrinare.* Ait autem *deſubdere*; quod qui teſtudinem faciebant, ſubmiſſo genu in terram, &

Quid, deſubdere.

alio erecto ſubſidentes, preſſimque iuncti, & adunati, clypeiſque quaſi æreis ſquammis compacti, & operti, ſcalam quandam facerent, tegulaſque per quas etiam milites armati in equis conſcenderent, turres & muros hoſtiles inuaderent, quod Cæſar docet de bello Gallico. Sed pergo: *Sudore*, inquit, *omnia conſtant, ne corpora atque animi expaueſcant. De vmbra ad Solem, de Sole ad cælum, de tunica ad loricam, de ſilentio ad clamorem, de quiete ad tumultum.*

Quid, de ſole ad cælum.

Sed quid ille, *de Sole ad cælum*? Id eſt de ardoribus ſolis, ad cœli, aëriſque frigidi rigores. Nam vbi Sol maxime incaluit, ibi ſole abſcondito, cœlum maxime frigeſcit, vt in Africa, ardoreſque ſideris ſuo frigore humido nox temperat. Et D. Hieron. ad Heliodor. mihi ſuccenturiatur his verbis, quæ a Tertulliano ſumpſit, vt plurima alia. *Et tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de vmbra egrederis ad Solem?* En militia Chriſtiana a patribus Chriſtianis edocta.

Armenia inter Parthos & Romanos ambigua gēs.

Nota hæc Germanico; ſed præuerti[1] ad Armenios inſtantior cura fuit.[2] Ambigua gens ea antiquitus non modo ingenijs, ſed ſitu terrarum, quo noſtris prouincijs late[3] prætenta, penitus[4] ad Medos porrigitur, maximiſque imperijs interiecti, & ſæpius diſcordes ſunt, aduerſus Romanos odio, & in Parthum inuidia.

Romanos odio, Parthos inuidia traducebant.

Regem illa tempeſtate non habebant, amoto Vonone; ſed fauor nationis inclinabat in Zenonem Polemonis[5] regis Pontici filium, quod is prima ab infantia inſtituta & cultum Armeniorum[6] æmulatus, venatu, epulis, & quæ alia barbari celebrant, proceres plebemque iuxta deuinxerat.

Zeno Rex factus Armeniorum, quod eorum moribus vteretur.

Igitur Germanicus in vrbe Artaxata adprobantibus nobilibus, circumfuſa multitudine,[7] inſigne regium capiti eius impoſuit.[8] cæteri venerantes regem, Artaxiam conſalutauere, quod illi vocabulum indiderant ex nomine vrbis.

Armenij crine decori.

1 AD ARMENIOS.] Quos Claud. 1. de laud. Stilicon. *decoros crine* vocat his verſibus.

Heic mitra velatus Arabs, heic crine decoro

Nodato crine.

Armenius, heic picta Saces, fucataque Medus.

Et illis crines in nodum collecti. nam idem author in Eutrop. lib. 2.

Illic Armeniæ vibratis crinibus alæ
Feruida collectæ facili velamina nodo.

Heic autem ambiguæ gentis habitus certus. Quamuis interdum mitra in capite; quod viſitur in nummis, cum pharetra & ſagittis, quas habent perpetuas comites. Et ita de Armenijs, Parthis & Medis Hieruſalem conqueritur. *Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.* id eſt ſagittas.

2 AMBIGVA GENS EA NON MODO INGENIIS, SED SITV TERRARVM.] Nam inter duo magna imperia ſita eſt, Romanum, & Parthicum. Ideo Eutropius dicebat apud Claudian.

Cur ambigua Armenia.

Se ſatis Armenio feſſum pro limite cingi.

Ambigua ingenijs, quod vtri pareret neſciebat. Nam Partho inuidebat, Romanum oderat, neutri placebat. Gratulor tamen manuſcripto Florentino, qui habet: *Ambigua hominum ingenijs & ſitu terrarum.* Recte mea ſententia, & ex veris. Nam opponit terras ingenijs hominum, quæ varia varijs locis. Tertull. libr. de Anima. *Thebis hebetes & brutos naſci, relatum eſt: Athenis ſapiendi diſcendique acutiſſimos. Vbi penes Colytum pueri menſe citius eloquuntur præcoce lingua. Comici Phrygas timidos illudunt. Salluſtius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat: mendaces Cretas etiam Apoſtolus inurit.*

Partho Armenia inuidebat, Romanum oderat.

3 PRÆTENTA.] Sic Virgil. dixit.

Prætentaque Syrtibus arua.

Et illo nomine vtuntur Iuriſconſulti frequenter. L. 2. §. quæ propter. ad Leg. Iul. de adulter. *Mulier quæ ætatem filij ad eludendam legitimam accuſationem prætendit. Sic ignauiam prætendere.* L. 278. §. etiam. de Legat. 2. Et Valerius 5. Argonaut.

Horruit immenſum Ponti latus, horruit omnis
Armeniæ prætentus Iber.

4 AD MEDOS.] Virgil. 2. Georg.

Medorum terra ditiſſima.

Medorum ſiluæ, ditiſſima terra.

Commendantur amore ſuorum regum apud eundem Poetam lib. 4. qui fortiſſimi eliguntur. Strabo 11. & firmat Claud. 2. in Eutrop.

Rarus apud Medos regum cruor.

Media autem in duas partes diuiſa, in Mediam Antropatiam ab Antropato duce ita nominatam. Alteram quæ habeat Ecbatana pro Metropoli, & regni capite. Plin. lib. 6. cap. 14. in quibus æſtatem tranſigant, hiemem vero Seleuciæ prope Babylonem ſecus Tigrim. Strabo lib. 11.

5 REGIS PONTICI FILIVM.] Iuuenal. Satyra 10. ſuffragatur his, qui legunt *regis Ponti*, dum ait,

-- *Et Regem tranſeo Ponti.*

Tamen pro adiectiuo ponitur apud authores non abſurde, vt apud Horat. 1. Car. Od. 14.

-- *Pontica pinus,*
Siluæ filia nobilis.

Sic Plautus dixit, *Arabia terra,* in Trinummo.
Et Virgil. -- *Armenias curru ſubiungere tigres.*
Et Horat. -- *Italo perfuſus aceto.*

Pro *Italico.* Et noſter paulo infra de eodem mari, *Bithynum mare,* pro *Bithynico,* & *Pontico.* Perſius Satyra 1.

-- *Italo quod honore ſupinus.*

Et Salluſt. Hiſt. 4. *Gallæ mulieres,* pro *Gallicæ.* Tamen ſic ſolet noſter, qui ſupra dixit *os Ponticum.* Et infra lib. 13. *Pontico mari & Trapezunte oppido interciperet.* Et Martialis lib. 2. epigramm. 34.

O mater qua nec Pontica deterior.

Ponticas nuces dixit Plinius libr. 14. cap. 22. & *Ponticum mare,* lib. 5. cap. 26. Itaque venio excuſæ lectionis aſſertor. Iſtud autem mare extrema nauigatio eſt: vnde verſus.

In Phaſim vbi curſus carinis vltimus.

Nam vltra Pontum nulla nauigatio, quia nullus ad alia maria aditus. Hyrcanum enim mare clauſum eſt a Ponto nauigantibus. Iungo autem Pontum paludibus Mæotidis, quia hæc palus Ponti mater dicitur.

6 ÆMVLATVS.] Ita ſcribit Tacitus, pro *æmulationes.* Nam de Othone lib. 14. *Ne æmulatus ageret in vrbe,* pro *æmulationes.* Quanquam, vt fatear, apud authores rarum exemplum habet.

7 INSIGNE REGIVM.] Quod eſt *Diadema.* Valerius *pannum* vocat li. 7. *inſigne* Virgil. 11. Æneid. vt noſter.

Meſſapus regem, regiſque inſigne ferentem
Tyrrhenum.

Et Florus de bello ſeruili lib. 3. *Ipſe veſte purpurea, argenteoque baculo, & regium in morem fronte redimita.* Quæ erant regia ornamenta.

Regia inſignia.

Et Herodot li. 1. *Antigonus, quo Liberum patrem repræſentaret, pro cauſia & diademate Macedonico, hederam capiti circumdare, thyrſumque pro ſceptro geſtare eſt ſolitus.* Apud Iudæos, diademata, & armillæ, & ſceptrum regis inſignia, ſeu σκῆπτρα. Nam lib. 2. Reg. vbi de Saule rege mortuo: *Tuli diadema, quod erat in capite eius, & armillam de brachio eius.* & Sap. 6. *Si delectamini ſceptris, o reges, ſapientiam diligite.* Inſigne regium apud Mauros *diadema album.* Silius de Syphace lib. 16.

Apud Mauros diadema album.

Induitur chlamydem, regnique inſigne vetuſti
Geſtat læua decus, cinguntur tempora vitta
Albente, ac lateri de more aſtringitur enſis.

En Regis Africani ornatus. Apud Rom. *album* erat. Nam ita Sueton. cap. 79. in Iul. *Lauream candida faſcia præligatam impoſuit.* Et ſane ταινίαν λευκὴν, id eſt albam faſciam vocat Lucianus in Votis, ſeu de nauigio. Et Silius *decoramen frontis* lib. 16.

Apud Romanos etiam.

Vittaque maiorum decoramen fronte ſine vllo
Delapſa attactu nudauit tempora regis.

Apud Perſas, ex albo & purpura erat interſtinctum, & cydari adpoſitum. Quamuis inter alias gentes nudum caput cingeret. Et licet Curtius dicat lib. 3. ex *cæruleo & albo,* non errat. Nam cæruleus color interdum *purpureus* dicitur apud authores, & interdum *albus,* aut *candidus.* Horat. de candido.

Apud Perſas ex albo & purpura.

Curtius tuetus.

Cæruleus color interdum albus.

Purpureis ales oloribus.

Et de cæruleo Virgil. 4. Georg.

In mare purpureum violentior influit amnis.

Et *cæruleum* pro purpureo mari dicit l. 10. Æn.

Vada cærula verrunt.

Apuleius 9. de Metamorphoſ. occiſo homine. *Iamque ſuper menſam cæruleus corruens,* (id eſt, ſanguinolentus & purpureus,) *portentoſi cruoris maculas, noui ſanguinis fluuio proluit.* D. Hieronym.

Hieron. de viuendi forma ad Ruſticum. *Non mihi nunc per virtutum prata ducendus eſt riuulus, nec laborandum, vt oſtendam tibi variorum pulchritudinem florum, quid in ſe lilia habeant puritatis, quid roſa verecundiæ poſſideat, quid violæ purpura promittat in regno*, id eſt in cœlo. alludit enim ad purpuram quæ reges veſtiebat. Et ad Fabiolam de veſte ſacerdotali. *Byſſus terra deputatur, quia ex terra gignitur: purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur.* Horat. lib. 2. ode 5.

Byſſus & purpura ex interpretatione D. Hieron.

Diſtinguit Autumnus racemos
Purpureo varians colore.

Purpura violæ.

Id eſt cæruleo. D. Hieron. ad Nepotian. *purpuram violæ* vocat, his verbis. *Flante Auſtro, lilium, & purpura violæ in pallorem ſenſim migrabant.* Quod explicat Plinius lib. 21. cap. 6. *Ex his*, inquit, *violis, quæ ſponte apricis & macris locis proueniunt, purpureæ latiore folio, ſtatim ab radice carnoſa exeunt: ſolæque Græco nomine a cæteris diſcernantur, appellatæ ἴα, ab iis Ianthina veſtis.* nos dicimus *Eſcarlatte violette*. Sic Martial. lib. 2.

Eſcarlatte violette.

Coccina famoſæ donas, & ianthina mœchæ.

Tres colores præcipui. *In cocco.* *In purpura Tyria.* *In amethyſto.*

Et idem Plinius eodem libro cap. 8. *Animaduerto tres eſſe principales* (loquitur de coloribus veſtium ex florum ſimilitudine) *vnum in cocco, qui in roſis micat; Gratius nihil traditur aſpectu. Et in purpuras Tyrias dibaphas* (id eſt, dupliciter tinctas) *ac Laconicas. alium in Amethyſto qui in viola, & ipſe in purpureum, quemque ianthinum appellauimus.* Horat. 2. epiſt.

Lana Tarentino violas imitata veneno.

Et Columella lib. 10.

Tum quæ pallet humi, quæ frondens purpurat auro,
Ponatur viola, & nimium roſa plena pudoris.

Hyacinthinus autem color, idē eſt qui aerius, & qui cœleſtis. nam D. Hieron. in Hierem. *Operti, ait, dæmones hyacinthino, quo cœleſtem colorem mentirentur.* Ergo idem Cæruleus color qui purpureus. Sed non ſileo *purpuram Tyriam*, quam dicimus *Eſcarlate rouge*, aut ex cocco, quod granum eſt, vulgo apud nos *Cochenille* a verbo Hiſpano, aut ex murice & conchylio. Et quæ ex conchylio, purpura marina appellatur lib. 1. Machab. cap. 4. Martial. in Xeniis epigram. 87. vbi de murice.

Eſcarlatte rouge.

Sanguine de noſtro tinctas, ingrate, lacernas
Induis, & non eſt hoc ſatis, eſca ſumus.

Vocatur etiam *conchyliata veſtis* a Sueton. in Iul. cap. 43. Quin vtramque iungit Martialis epigram. 24. lib. 5.

Non niſi vel cocco, madida vel murice tincta
Veſte nites, & te ſic dare verba putas?

Sed nec prætereo inter conchyliatam veſtem & purpuream differentiam eſſe. Nam in Claudio Albino ita Capitolinus, vbi Commodus ſcribit ad Albinum: *Vt tibi inſigne aliquod imperialis maieſtatis accedat: habebis vtendi coccinei pallij facultatem. Me præſente & ad me & cum mecum fueris, habiturus & purpuram, ſed ſine auro.* Dedit igitur Germanicus Zenoni, Polemonis regis filio, *inſigne regium*, id eſt diadema interſtinctum albo & purpureo colore. Lego tamen interdum pro diademate coronis vſos ex auro. Sueton. in Domit. cap. 4. *Geſtans coronam auream cum effigie Iouis, ac Iunonis, & Mineruæ, aſſidentibus Diali ſacerdote & collegio Flaminum pari habitu.* Nam humana fœlicitas etiam diis inuidet. Sed turbat Sueton. cum ita ſcribit 1. cap. Caij. *Cum Armeniæ regem deuiciſſet, Cappadociæ regnum in formam prouinciæ redegiſſet, Antiochiæ obiit.* Nam deuiciſſe nec eſt verum nec eſt credibile, cum omnia beneuolentia & amore tranſacta inter eos ſint, ac ne quidem vlla belli ſuſpicio fuerit. Sane verbum illud *deuiciſſet*, iure magnis ingeniis facit moleſtiam: verum vt eximas, lege mea fide, *diademate vinxiſſet*, pro *deuiciſſet*. Nam *D* & *E*, *diademate* faciunt. Et ita erat ſcriptum, ſed litteris compendioſis, quod exſcriptorem fefellit, & ille magnos viros. Vide in Proculo qui inter 30. tyrannos, num ſit forte legendum, *iniecit*. Nam ita ſcriptum. *Cum in quodam conuiuio ad latrunculos luderet, atque ipſe decies imperator extitiſſet, quidam non ignobilis ſcurra, Aue, inquit, Auguſte: allataque lana purpurea humeris eius iunxit,* (*vbi* forte *iniecit*) *eumque adorauit.* Simile mendum in Suetonio in verbo *decedentibus*, pro *deinde cedentibus rebus*, cap. 24. in Iul. Lege etiam: *& Cappadociæ regnum in formam prouinciæ redegiſſet.* Noto autem obiter, principes tot diademata capiti geſtaſſe, quot regna tenerent. Quod me docuit liber 1. Machab. cap. 2. vbi de Antiocho. *Intrauit Ptolemæus Antiochiam, & impoſuit duo diademata capiti ſuo,* Ægypti, atque Aſiæ. Apud Francos in ſcuto, vt cæteræ Europæ nationes tot habent ſcuta quot regna. Imperatores Romani multo modeſtius, qui de toto orbe, lauream vnam geſtauere. Quamuis fuerint qui plura diademata geſtauerint. Quod docent hiſtoriæ.

Suetonius correctus.

Reges quot regna tot habebāt diademata.

8 VENERANTES REGEM CONSALVTAVERE.] Illa veneratio regum eſt peruetus, & cum regia maieſtate nata: quia *reges ſecundum Deum honorandi ſunt*, ait Tertull. in Apolog. & in Bibliis, huius venerationis ſunt multa veſtigia, vt cap. 9. lib. 1. Reg. Aſſumens Samuel Saulem dedit ei locum in capite eorum qui fuerant inuitati. *Cuius erunt, ait, optima quæque Iſrael? Nonne tibi & omni domui patris tui?* Et 1. Paralipom. cap. 21. *Cum veniret Dauid ad Ornam, conſpexit eum Ornam, & proceſſit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terram.* Et 2. Reg. cap. 14. *Ait rex ad Ioab: Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & reuoca puerum Abſalon: cadenſque Ioab ſuper faciem ſuam, adorauit, & benedixit regi.* Et nota iunctam adorationem cum benedictione. Quod erat moris, nam adoratio fiebat toto corpore in terram proſtrato. Benedictio vero fiebat verbis, & ſupplicationibus fauſtis, & votis pro ſalute regis & filiorum, ſiue donis principi oblatis. De proſtratione in terram, 1. Reg. cap. 25. *Cum vidiſſet Abigail Dauid, feſtinauit, & deſcendit de aſino, & procidit coram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram, & cecidit ad pedes eius.* Et lib. 3. cap. 1. *Summiſſòque Betſabeæ in terram vultu, adorauit regem.* & Geneſ. 43. de fratribus Ioſeph. *Incuruati adorauerunt eum.* Aliquando vero tertio adorabant ob maiorem reuerentiam, vt 1. Reg. cap. 20. *Surrexit Dauid de loco, qui vergebat ad Auſtrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertio.* Aliquando etiam in ado-

Reges poſt Deū honorandi.

Adoratio regum.

Adoratio & benedictio in adorandis regibus.

Quid adoratio, Quid benedictio.

Tertia adoratio.

ratione, plaudebant manibus viſo rege, vt lib. 4.cap.11. *Produxitque filium regis, & poſuit ſuper eum diadema in teſtimonium, feceruntque eum regem, & vnxerunt, & plaudentes manu dixerunt, Viuat Rex.* De benedictionibus autem, quæ cum votis, & ſupplicationibus, & precationibus fauſtis. *In me, domine Rex, ſit iniquitas, & in domum patris mei; Rex autem, & thronus eius, ſit innocens.* lib.2. Reg. cap. 14. Et eodem. *Sicut eſt Angelus Dei, ſic Dominus meus Rex.* & li.3.cap.1. *Viuat Dominus meus Rex in æternum.* Et Gen. 47. *Benedicto rege egreſſus eſt foras. De donis*, quæ *benedictiones*, & eulogias appellabant, Abigail dicebat: *Suſcipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi Domino meo.* Et de fauſta & ſancta precatione: addit, *Faciet tibi Dominus domino meo, domum fidelem, quia prælia Domini, domine mi, præliaris.* Et lib.1. Reg.cap.16. *Tulit Iſai aſinum, plenum panibus, & lagenam vini, & hædum de capris vnum, & miſit per manum Dauid filij ſui, Sauli.* Et eodem cap. 25. *Feſtinauit Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque ſata pollentæ, & centum ligaturas vuæ paſſæ, & ducentas maſſas caricarum:* quæ erant dona Dauidi per eam oblata. Vocabant autem *Eulogias*, vt in 14. Canone Laodiceni Concilij perantiqui: *Non licere eulogias, quæ oblatæ ſunt, ad alias eccleſias transferre:* & 32. eodem Concilio. *Ab hæreticis eulogias accipi non debere.* Et vocantur *dona* eodem Concil. Can. 37. *de his, qui ab hæreticis, vel Iudæis feſtiuitatis eorum dona recipiunt.* Et memorat Paſchales eulogias, quas hodie etiã habemus in vſu: & vocamus *les œufs de Paſques*, quod docui in Parlamenti Pariſienſis Auſpicationibus: Sed quia hæc alio tendunt, alio loco tractanda ſunt. Dicã interea, illas benedictiones vſitatas maxime apud Parthos. nam ſine eulogiis regẽ adire nefas, &, vt ait Apul. *Nulli temere notitiã ſui pandunt.* quod Indicis regibus hodie in vſu eſt. Et hodie etiam vſurpant omnes reges Orientis: quibus ius datum eſt adorandæ ſacræ purpuræ; iis regem donis ſibi cõciliare eſt neceſſe. Sed ſatis de veneratione regũ ex Bibliis; tractabimus infra de veneratione Cæſarũ. nam hæc nobis propria ſeges, & peculiaris opera.

Eulogiæ ab hæreticis non accipiendæ Chriſtianis.

Paſchalia oua & benedictiones.

Sine donis Orientales principes non adeundi.

At [1] Cappadoces in formam prouinciæ redacti [2] Q. Veranium legatum accepere. Et quædam ex regiis tributis deminuta, quo mitius * Romanum imperium ſperaretur. [3] Commagenis Q. Seruæus præponitur, tum primum ad ius prætoris tranſlatis. Cunctaque ſocialia proſpere compoſita, non ideo lætum Germanicum habebant, ob ſuperbiam Piſonis, qui iuſſus partem legionum ipſe, aut per filium in Armeniam ducere, vtrumque neglexerat. [4] Cyrri demum apud hiberna decumæ legionis conuenere, firmato vultu Piſo aduerſus metum, Germanicus ne minari crederetur: & erat, vt retuli, clementior. Sed amici accendendis offenſionibus callidi, [5] intendere vera, adgerere falſa, ipſumque & Plancinam, & [6] filios variis modis criminari: poſtremo paucis familiarium adhibitis, ſermo cœptus a Cæſare, qualem [7] ira & diſſimulatio gignit. Reſponſum a Piſone [8] * precibus contumacibus. [9] diſceſſerantque apertis odiis: [10] * poſtque [11] rarus in tribunali Cæſaris Piſo; & ſi quando adſideret, atrox, ac diſſentire manifeſtus. Vox quoque eius audita eſt in conuiuio, cum apud [12] regem Nabathæorum [13] coronæ aureæ magno pondere Cæſari, & Agrippinæ, leues Piſoni, & cæteris [14] * offerrentur, principis Romani, non Parthi regis filio eas epulas dari: abiecitque ſimul coronam, & multa in luxum addidit. Quæ Germanico, quanquam acerba, tolerabantur tamen. Inter quæ ab rege Parthorum [15] Artabano legati venere. Miſerat, amicitiam ac fœdus memoraturos, & cupere [16] renouari dextras: daturum honori Germanici, [17] vt ripam Euphratis accederet: petere interim ne Vonones in Syria haberetur, [18] neu proceres gentium propinquis nuntiis ad diſcordias * traheret. Ad ea Germanicus, de ſocietate Romanorum, Parthorumque magnifice: de aduentu regis, & cultu ſui cum decore, ac modeſtia reſpondit. Vonones [19] Pompeiopolim Ciliciæ maritimam vrbem amotus eſt. Datum id non modo precibus Artabani, ſed contumeliæ Piſonis, cui gratiſſimus erat, ob plurima officia & dona, quibus Plancinam deuinxerat.

Tributa deminuta ad parandam beneuolentiam.

* Romani imperij vim auſpicarentur.

Germanicus clementior.

Piſo in eum commotior.

Plancina contumelioſior.

* verbis

* poſt quæ

* offerrentur. Auferantur

Patientia Germanici.

* traherẽtur.

Fœminæ donis trahuntur.

1 CAPPA-

Cappadox peſſimum caput.

1 CAPPADOCES.] Peſſima hominum capita, & ſubdola gens: de qua Perſius Sat. 6.

Cappadocas rigida pingues riſiſſe cataſta.

Falſi teſtes ex Cappadocia.

Quod explicans vetus interpres ita ſcribit. *Quia*, inquit, *Cappadoces dicerentur habere ſtudium naturale ad falſa teſtimonia perferenda: qui nutriti in tormentis a pueritia, equuleum ſibi facere dicuntur, vt in eo ſe inuicem torqueant, & cum in pœna perdurarent, ad falſa teſtimonia ſe bene venundarent* D. Hieron. in interpretatione nominum ad Geneſim: *Capturim*, inquit, *manus exploratorum, ſiue tortorum, ſed melius Cappadoces.* Ita Martialis intelligendus eſt.

Martialis explicatus.

Nec de Cappadocis eques cataſtis.

Tria nequitia K.

Fuere autem inter tria K.K.K. nequitiæ, cenſiti a Cicerone, Cappadoces, Cilices, & Cares. Et ita intelligenda eſt L. quod ſi nolit. de Ædilit. edict. D. vbi Iuriſconſultus ait, *præconem teneri, nationem cuiuſque ſerui pronunciare, quod præſumatur ſeruos eſſe bonos, qui ſint nationis non infamatæ*, vt eſt Caria, Cilicia & Cappadocia, quæ nationum colluuies. Vno nomine Cappadocia fœlix, quod patronum M. Catonem habuerit. Cicero 15. Famil. ad Catonem. nam illo patrono quid maius, quid excelſius inter Paganos? Et tritum eſt apud mortales vt nequiſſimi vtantur patronis æquiſſimis & mali melioribus viris, ad ſibi conciliandam amicitiam.

Tacitus interpretatus.

2 Q. VERANIVM LEGATVM.] Non quod legati nomine eam regeret, quæ imperatorem haberet: Nam tunc inane nomen legatorum qui aut conſulares aut Prætorij, ſed ſine vi. Verum quia tum apud legiones legati nomine fungeretur, ita Tacito dictus. Catullus autem *Veranium* quendam inter ſodales & interiores ſuos numerat; ſed æuo huic ſuperiori, & fortaſſe patrem, vel auum huius legati. Et *Verantium* etiam nominat Cicero 2. in Rullum. omnia nomina Romana. Simile autem eſt exemplum huic 4. Hiſt. *Caius Cæſar turbidus animi M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam Proconſuli legionem, miſſo in eam rem legato tradidit.* vt deſinas mirari.

Comagenæ Armeniæ vicinæ.

Eius elegās medicamentum.

3 COMAGENIS.] Quæ pars Cappadociæ, prætenta Armeniæ maiori, & cuius fuit celebre medicamentum a priſcis, quod tradit Plinius lib. 10. cap. 32. A Comanis autem Seruitiorum greges, qui Romam mittebantur. Strabo autem de Comagena in hunc ſenſum lib. 17. *Comagene parua regio eſt, & vrbem habet natura munitam Samoſata, regni caput: nunc prouincia facta eſt.* Quod innuit Tiberij æuum. Parua certe regio, ſed fœcunda, ait idem.

Quid Comagene.

Vbi Cyrrus.

4 CYRRI DEMVM.] Cyrrum oppidum in Cyrraſtica, ſeu Cyrriſtica regione Cœloſyriæ, ait Plinius. & ſic a Ptolemæo dicitur, reponiturque inter vrbes Syriæ. De qua Papin. 7. Theb.

Tunc & Apollineæ tacuere oracula Cyrrhæ.

Regum aures vela.

Aulici venti.

5 INTENDERE VERA, ADGERERE FALSA.] Adulatorum ingenium, quorum flatus excipiunt quidam principes, quaſi vela ventos. Epiphanius Epiſcopus Salaminæ Cypri. *Admiratus ſum*, inquit, *quod quidam, qui ſolent vltro citroque portare rumuſculos, & iis quæ audierunt ſemper addere, vt triſtitias & rixas inter fratres concitent, te quoque turbauerint.* Si hæc in plebeculæ attegiis, quid in aulis Imperatorum? Vbique ſerpit adulationis venenum & calumniæ, ſed eundum nobis ſeruulis ad regulam Domini.

Interpretatus Tacitus.

6 FILIOS VARIIS MODIS CRIMINARI.] Quod vnius forſan paternæ rebellionis ſectator, alter arrogantiæ imitator. Patris enim caſus, filiorum caſus eſt; & contra.

7 IRA ET DISSIMVLATIO GIGNIT.] Nam, vt inquit Valerius lib. 2. cap. 2. *Dolor ex contumelia grauiſſimus naſcitur, & ſentitur, præcipue a principibus, quibus quanto maior poteſtas, ſic etiam maior contumeliæ ſenſus.*

Tacitus correctus.

8 PRECIBVS CONTVMACIBVS.] Contumaciter hæc verba reſpuo: nec ſunt Taciti, qui Piſonem non precantem, ſed ferocientem, imo ferientem facit. Et ſunt oppoſita *deprecatio*, & *contumacia*. L. 2. de re iudic. D. Pato ita ſcriptum, ſed compendioſe, *Reſponſum eſt principi verbis contumacibus.* Sed pro puro argento ſcoriam iſtam induxerunt. Nam quid iſthic preces contumaces? & cur preces? Erat reſpondendum, non precandum. Sed noto *inobedientia maius non eſſe malum. Melior eſt obedientia, quam victimæ, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum. Quoniam quaſi peccatum hariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ non acquieſcere*, lib. 1. Reg. cap. 15.

Tacitus correctus.

9 DISCESSERVNTQVE OPERTIS ODIIS.] Si reſponſum eſt contumacius, non operta, ſed aperta fuere odia. Ideo lego, *diſceſſeruntque apertis odiis.* Et ſæpe apud authores menda in his verbis, *aperte* & *operte, aperuit* & *operuit*. In hoc authore, ſi prodeant denotabimus. Sed culpandus Piſo, qui principi debitam reuerentiam non tulerit, quique diſceſſerit menſa apertis odiis, cum menſæ ſint animorum conciliatrices. poſtea tamen vita luit & diluit nocte, quod audacia perpetrauerat. *Inſenſos animos placauere menſæ*, ait Quintilianus in Declamatione quadam.

10 POSTQVE.] Probo illud *poſtque* Cod. Mirandulani. ſed lego *poſt quæ*.

Deſcriptio tribunalis Cæſaris.

11 RARVS IN TRIBVNALI CÆSARIS PISO.] Nam *proprium humani eſt generis odiſſe quem læſeris, & vitaſſe.* Diximus de tribunali caſtrorum & iudicum: heic de principis tribunali agitur, quod extruebatur quacunque ſiſteret. Dio lib. 59. in Calig. *Decretum ei vt in tribunali excelſo in ipſa quoque Curia aliis ſublimior ſederet.* Quod temporibus Auguſti & Tiberij locum non habebat, ſed in eorum domo erat perpetuum, & purpura ſtratum, vt credo, cæterarum nationum more. vide Athenæum lib. 12. cap. 3. Et Regum 3. cap. 7. fit mentio Tribunalis Salomonis quod erat in porticu. Nam ſic ſcriptum. *Porticum quoque ſolij in qua tribunal eſt fecit & texit lignis cedrinis a pauimento vſque ad ſummitatem: & domuncula in qua ſedebatur erat in media porticu.* Forma autem huius tribunalis erat elegans. Sic excelſum olim ornatumque fuit epiſcoporum Catholicorum tribunal, ad exemplar tribunalium Regum. Euſeb. in vita Conſtantini lib. 10.

Tribunal epiſcoporum Chriſtianorum.

Puto autem auream ſellam locatam in illo tribunali, qua ille ſederet. De ea ſella ſæpe in authoribus, & apud Dionem præcipue. Suetonius *tribunal pulpitum* vocat, quod habebat domi. *Tres*, inquit, *Conſulares ſecunda vigilia in palatium accitos, multaque & extrema metuentes, ſuper pulpitum collocauit.* in Calig. Vitruuius l. 5. tribunal illud, quod erat in æde Auguſti, ita deſcribit. *In ea æde tribunal eſt hemicycli ſchematis, minus curuaturæ formatum.* (forte, *forma clatis.*) *Et at antè hemicycli in fronte, eſt interualli pedes quadraginta ſex, introrſũ, in curuatura pedes quindecim, vt qui apud magiſtratus ſtarẽt, negotiantes in Baſilica, non impedirentur. Quod ipſa aſsignatione auguſtiſſimum videtur, & in arcus formam, quæ ſemicirculo minor eſt, cum ad diametrum non pertingat, redactum.* En ſtatarium, & manſurum tribunal, quod erat in Palatio. Et vt imperatori, ſic ſacræ litteræ tribuunt in cœlis Deo; *Adorauerunt eum qui erat in throno.* Apocalypſ. & dat thronum Deo. Nam cui thronus niſi Deo? ipſe regius pſaltes, *ſolium gloriæ Dei* vocans. Prudentius his verſibus lib. de omni hora. (*Tribunal Dei.*)

Arduum tribunal magni aſcendit patris,
Inditum cælo, reportans Paſsionis gloriam.
Macte index mortuorum, macte rex.

Si Deus rex, ſi iudex, quidni ſuum tribunal habeat? & magnificum, & ſublime?

12 REGEM NABATHÆORVM.] Nabathæi a Dionyſio *diuites* dicti, in ſitu orbis. Et ſunt in Arabia ſiti, eorumque regio *Nabaioth* vocatur in Bibliis, a Nabaioth primogenito Iſmaelis. *Arietes Nabaioth*, inquit Iſaias 60. *miniſtrabunt tibi.* D. Hieronymus, eo loci. *Nabaioth*, inquit, *vnus eſt ex filiis Iſmael, ex quorum nominibus, ſolitudo appellatur, quæ frugum quidem inops, ſed plena eſt pecorum.* Strabo de Nabathæis, [illegible], populoſa & paſcuoſa. Petra autem Nabathæorum metropolis quæ in conualle. *Circundaturque montibus inacceſsis, amne interfluente.* Plin. lib. 6. ca. 28. Sic autem Iuuenalis Sat. 11. de Nabathæis. (*Situs Nabathæorum.* — *Nabaioth dicti in bibliis.*)

Er[illegible] depoſuit Nabathæo bellua ſaltu.

[illegible] quoque Nabathæa regna dixit.

Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna receſsit.

Et hinc *Nabatæos* accipit, vt poeta, pro *Orientalibus*: quemadmodum Græci capiunt Aſiam minorem pro Oriente; non quod Oriens ſit re vera, ſed quod illis ad Orientem. Et hodie *Natolia* dicitur eam ob rem, Aſiæ minoris pars, quia Græcis ad Orientem. Eodem ſenſu veteres Franci *Auſtraſios* dixere *Lotharenos*, quod Francis Lotharingia (quæ Auſtraſiæ regnum dicebatur) eſſet Orientalis. Sed deflexus, ad viam redeo. ([illegible])

13 CORONÆ AVREÆ.] Ionum eſt commentum, fundere vnguenta, & coronamenta ſtuere in conuiuiis. Et ſecundę menſæ ponendæ conſuetudo, ab eodem fonte. Val. de ext. inſtit. Et ſane illa gens luxus & luxuriæ matrix. Tamen vſitatus mos Hebræis antelones: quippe Sap. 2. *Vino pretioſo & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antequam marceſcant.* Quæ coronamenta D. Auguſtinus vocat *coronas fæneas & intemperantiam libidinum*, vt ſunt merito. Ab Ionibus ad Græcos, a Græcis ad Romanos, illa prauitas & peruerſitas abiit. Nec abhorruit Cato, rigidus licet virtutum cuſtos. quippe *coronamenta in hortis ſeri iuſsit*, inquit Plinius lib. 20. cap. 1. *Quamuis ille ſeueriorum morum genius.* Apuleius de illo more. *Me preſſius deoſculato, & corollis reuincto, & flore proſperſo, capit poculum.* 2. Metam. & Tertullianus in Apolog. *Non in publico Liberalibus diſcumbo, non emo capiti coronam.* Iuuenal. Sat. 5. (*Coronæ ab Ionibus.* — *Qui luxuriæ & luxus matrices.* — *A Græcis luxus ad Romanos.* — *Cato genius morum ſeueriorum.*)

Quale coronati Thraſea, Heluidiuſque bibebant
Brutorum & Caſsi natalibus.

Hæc autem coronamenta & ornamenta primum ex floribus & foliis. Et inde Cleopatræ iocus de M. Antonio in edendis venenatis corollis. Tertull. lib. de Corona. *Subſtantia propria coronarum flores & inſerti & innixi, & in filo & in ſcirpo, vt corona non ſit aliud quam faſcia florum per ſeriem comprehenſorum.* Catullus. (*Coronamenta primum florea. Etiam conuiuiis.* — *Poſtea frondea.*)

Cinge tempora floribus
Suaueolentis amaraci.

Martialis lib. 3. epigram. 67.

Heic iam depoſito poſt vina roſaſque pudore
Quid dicat neſcit ſaucia Terpſichore.

Claud. de bello Gildonico.

Vt vino calefacta Venus, tum ſæuior ardet
Luxuries, mixtis redolent vnguenta coronis. (*Et vnguenta.*)

Virgil. de frondibus 8. Æn.

—— vina reponite menſis:
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat.

Martial. lib. 2. epigram. 59.

Frange thoros, pete vina, roſas cape, tingere nardo.

Sic Horat.

Nardi paruus onyx eliciet cadum.

Sic Catullus.

Vnguentum dabo quod meæ puellæ
Donarunt Veneres Cupidineſque.

Coronas autem in capite & collo habuiſſe, docet Cicero lib. 5. in Ver. Et Horat. lib. 2. Sat. 3. *—— Potus vt ille* (*Quæ in capite & in collo.*)

Dicitur, ex collo furtim carpſiſſe corollas.

Plutarchus vocat ὑποθυμίδας, lib. 3. quæſt. 1. de menſæ confabulationibus. Turpidius in Nonio, *Me miſerum quid agam? inter vias epiſtola excidit mihi, infœlix inter tuniculam & ſtrophium (id eſt coronam) quã collocaueram.* Ergo in collo. Poſtea a foliis & floribus ad plumeas coronas nam ars ſupplebat naturam, mox ad aurum purum venit luxuries. Sic Tertullianus in reſurrect. carn. *At enim & calix de coronis quoque potatoriis inaurabitur.* Quin æneæ coronæ, & corneæ ante aureas, vbi natura flores negaret. Nam ſic Plin. 21. cap. 2. *E floribus receptis coronis paulo poſt ſubiere quæ vocantur Ægyptiæ, ac deinde hybernæ cum terra flores negat, ramento e cornibus facto. Paulatimq. Romæ ſubrepſit appellatio corollis propter gracilitatem inter initia nominatis, mox & corollariis, poſtquam e lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.* Sane Craſſus diues primus ex auro, & argento inuenit. Plin. lib. 21. cap. 3. Licet priore æuo, ſolis diis, coronæ aureæ darentur. Dio lib. 44. Vocat autem *hoſpitale donum*, quod ſolerent hoſpitibus epulantibus hæc dona dare, vt conſtat ex Apuleio & Martiale lib. 12. epigram. 31. (*Quid hoſpitale coronarum donum.*)

Munera ſunt domino poſt ſeptima luſtra reuerſo.
Has Marcella domos, paruaque regna dedit.

Et ſane plus hoſpitij iura olim valuere apud

Paga-

Paganos, quam hodie apud nos Chriſtianos, qui peſſimis moribus, Chriſti nomen deturpamus. O Hecale vbi es? dicebat ille.

14 OFFERRENTVR.] Ambigo an non ita ſcripſerit Tacitus. *Vox eius audita eſt in conuiuio, cum apud regem Nabathæorum, coronæ aureæ, magno pōdere Cæſari, & Agrippinæ, leues Piſoni & cæteris offerrentur, Auferantur.* vt illud verbum, *auferantur*, fuerit vox Piſonis. nam ſcriptum eſt *auferantur*, non *offerrentur*. Et appoſitum vltimum, vt primum intelligeretur. quippe quorſum dixiſſet (*auferuntur*) niſi prius (*offerrentur.*) Quod mihi iudicium facit non leue in hac coniectura, vnum pro duobus eſſe poſitum. nec exempla deſunt. nam apud Sueton. in Domitiano cap. 13. ſcriptum erat, *vt cuidam Græce inſcriptum ſit arcui* ἀρκεῖ, tamen, vnum deerat, quod optime repoſuere. Et in Ciceronis Bruto, vbi de L. Craſſo nunquam edente. *ita*, inquit, *tacitus Tribunatus vt niſi in eo magiſtratu cœnauiſſet apud Præconem Granium, idque nobis narrauiſſet, tribunum plebis neſciremus fuiſſe.* pro *nobis bis narrauiſſet*. Et in Tacito lib. 1. *Treuiros viros externæ fidei.* ita enim legendum. Et repoſui lib. 1. Et apud Plin. 35. Nat. hiſt. cap. 10. vbi de Nicophane. *Vetuſta opera pingeret, æternitatem rerum impetuoſi animi & cui pauci propter comparentur.* Vbi lego, *vir impetuoſi animi, & cui pauci comparentur.* nam verbum *vir*, in extremo verbi, *rerum*. Non ſileo ſimile etiam eſſe mendum, & in ſimili verbo apud Plin. lib. 8. epiſt. *Cognouiſſe*, vbi de Pallante loquitur. *Omitto*, inquit, *quod Pallanti ſeruo prætoria ornamēta offeruntur, quippe offeruntur a ſeruis.* vbi lego, *quippe auferuntur* (id eſt tolluntur) *a ſeruis.* Nam ſeruus Prætor eſſe nō poteſt. L. Barbarius Philippus. de off. Præt. quæ Lex eſt celeberrima apud Iuriſconſultos. Et opponit verbo *offeruntur*, verbum *auferũtur*. Multa ſunt alia in hoc authore, quæ monuero vbi occurrerint. Sed vt intelligas ita fieri apud authores, vnum produco Varronis locum in verbo *Cœnaculo* 4. de ling. Lat. in quo ita ſcriptum. *Poſteaquam vbi cœnabant.* pro, *Poſteaquam ibi vbi cœnabant.* Nam non repetitur. At omitti potuit propter prioris verbi ſimilitudinem. poteſt tamen illa vox aptari verbis quæ ſequuntur. *Non Parthi regis filio has epulas dari.* Quod adfero, nec aſſero tamen.

15 ARTABANO.] Qui princeps clarus, quique per ambigua fortunæ euituit, non minori virtute animi, quam celſitudine imperij: paulum tamen proſpero vento inflatior. Dio lib. 58. Quod multos magnoſque principes peſſumdedit.

Principes fœlicitate perduntur.

16 RENOVARI DEXTRAS.] *In fœderibus dextræ, & in dextris religio.* Plinius 11. cap. 46. Extant nummi in quibus ſunt compactæ dextræ inuicem, cum hac inſcriptione, CONCORDIA LEGIONVM. Et apud Triumuiros, tres manus inuicem ſe tenentes, nequitiæ & ſceleris, & vis publicæ fœdus teſtabantur, cum hoc titulo: SALVS GENERIS HVMANI. Scilicet in interitu tot bonorum ciuium, ſalutem generis humani reponebant. Sed quando ſcelus ſpecioſa veſte non tegitur? *Dextra*, inquit Plinius, *oſculis auerſa aperitur, in fide, recta porrigitur.* Virgilius 7. Æn.

Dextra in fœderibus. *In dextris religio.*

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Et illa erat dextra ſecuritatis ſymbolum, nunquam fallax, niſi apud perdita, aut barbara ingenia.

17 VT RIPAM EVPHRATIS.] Eo ſcilicet modo, quo Phraates acceſſerat, cum Caius Augusti filius, peteret Armeniam. Claudianus de laudibus Stiliconis, ita de Euphrate.

Altus Euphrates.

——Tigrim tranſgreſſus, & altum
Euphratem, Babylona petis.

Et Lucanus lib. 3. Ciuilium:

Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates.

Et ſane in ſacris ſcripturis ſemper dicitur magnus Euphrates. Gen. 15. Deut. 1. & 2. Ioſue 1. Et idem Claud. 3. Conſulatu Honor.

Colligit Auroræ tumidus quaſcunque pererrat
Euphrates, quas luſtrat Halys, quas ditat Orontes,
Thuriferos Arabas, Saltus, vada Caſpia, Medi.

Nam Medorum ſyluæ celeberrimæ olim. Et Euphratem dictum putant quod multas regiones tranſmeans εὐφραίνει, id eſt perfundat amœnitate & voluptate. Anaſtaſius Sinaites: Euphrates, ait, καρποφορία αὐτῶν, id eſt eorum fructificatio, Commentario in Hexameron. Dicitur Euphrates Armalchar ab Aſſyriis quaſi regium flumen. Plin. li. 6. c. 21. Nat. hiſt.

18 NEV PROCERES GENTIVM.] Id eſt, reges Arabiæ, aliaſque huius tractus dominationes, vrgeret ad bella cum Parthis. Nec accipio de regibus Ponti; cum addat *propinquis nuntiis.* Arabes autem Syriæ vicini: ideo in bellico tumultu magis metuendi. Tota tamen hæc clauſula adulterij rea, quam ita lego. *Petere interim, vt Vonones in Syria haud haberetur, ne videlicet proceres gentium, propinquis nuntiis, ad diſcordias traheret.* Lego *Neue*: nam dictio, *neu*, ſe ipſam refellit: putoque illud, *u*, eſſe notam verbi, *videlicet*. Sunt enim notæ complures in his libris.

Tacitus correctus.

19 POMPEIOPOLIM CILICIÆ MARITIMAM VRBEM.] Adiicit hæc ad differentiam Pompeiopolis, quæ in Galatia, non longe ab Ancyra. Plinius lib. 51. cap. 27. *Solæ nunc Pompeiopolis*, inquit, &c. Et Pompeij nomen, magnarum vrbium nomen frequens.

M. Sillano, L. Norbano Coss. Germanicus [1] Ægyptum proficiſcitur [2] * cognoſcendæ antiquitatis, ſed cura prouinciæ prætendebatur. leuauitque [3] apertis horreis pretia frugum, multaque in vulgus grata vſurpauit, [4] ſine milite incedere [5] pedibus intectis, & [6] pari cum Græcis amictu, P. Scipionis æmulatione, quem eadem factitauiſſe apud Siciliã, quamuis flagrante adhuc Pœnorum bello, accepimus. Tiberius cultu,

* cauſa cognoſcendæ antiquitatis,

habituque eius lenibus verbis perſtricto, acerrime increpuit [7] quod contra inſtituta Auguſti non ſponte principis [8] Alexandriam introiſſet. Nam Auguſtus inter alia dominationis arcana, vetitis, niſi permiſſu, ingredi ſenatoribus, aut equitibus Romanis inluſtribus, ſepoſuit Ægyptum: * ne fame vrgeret Italiam quiſquis eam prouinciam, [9] clauſtraque terræ ac maris, quamuis leui præſidio aduerſum ingentes exercitus inſediſſet. Sed Germanicus nondum comperto profectionem eam incuſari, [10] Nilo ſubuehebatur, orſus [11] oppido a Canopo. Condidere id [12] Spartani ob ſepultum illic rectorem nauis Canopum, qua tempeſtate Menelaus Græciam repetens diuerſum ad mare, [13] terramque Libyam * delatus. [14] Inde proximum amnis os dicatum Herculi, quem indigenæ ortum apud ſe, & antiquiſſimum perhibent, eoſque qui poſtea pari virtute fuerint, in cognomentum eius adſcitos.

Ægyptus prohibita niſi permiſſu ne traheretur ad res nouas.

* Et ne Italia fame vrgeretur.

* delatus eſt.

1 ÆGYPTVM PROFICISCITVR.] Quæ dicitur *orbis horreum*, & *mundi vber.* Nam in Deuteronomio cap. 2. *Terra Ægypti iacto ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ.* Et tradũt hiſtorici, mulieres vno partu ſeptem fœtus geminos, vt Ariſtoteles, aut quatuor geminos, vt Strabo lib. 15. & vnicum granum, vno prouentu quadraginta germina edere. Plin. lib. 28. cap. 10. Ideo apud Ezechielem 16. Ægyptus dicitur *magnarum carnium*, quod iam dixi. nam ſic habet. *Fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium.* Ita idem Propheta 23. vbi de Ægyptiis. *Inſaniunt libidine ſuper concubitum eorum, quorum carnes ſunt vt carnes aſinorum, & ſicut fluxus equorum fluxus eorum.* Et ſane aqua Nili nimium pingues homines reddit. Ideo neque ſe neque Apim ſuum nimium pingueſcere cupiunt. Plut. de Iſide & Oſiride. Ægyptus etiam propter fœcunditatem, *hortus olerum* dicitur in ſacris ſcripturis, & a Plinio 25. cap. 3. *Ægyptus gloria herbarum*, & *elegans vitula* ab Hieremia Propheta 46. quod tractat D. Hieronymus in explicatione huius vatis. Tacitus ita de Ægypto 1. hiſt. *Prouinciam aditu difficilem, annonæ fœcundam, ſuperſtitione ac laſciuia diſcordem, & mobilem, inſciam legum, ignaram magiſtratuum, expedire viſum Auguſto domi retinere.* Habitata fuit Amaſe regnante, 20. millibus vrbium: quod ſcribitur a Plinio cap. 19. lib. 5. quaſi ad miraculum fœcunditatis & opulentiæ. Et habet, vt ſcribit D. Hieron. de nominib. Hebr. in Actis Apoſt. *a Septentrione mare magnum, ſinumque Arabicum, ab Oriente rubrum mare, a meridie Oceanum, ab occaſu Libyam: Cuius inferiorem partem Nilus dextra læuaque diuiſus amplexu ſuo determinat, Canopico oſtio ab Africa, ab Aſia Peluſiaco. Quam ob cauſam quidam inter inſulat Ægyptum retulere, ita ſe fundente Nilo vtrimque vt Δ litteræ figuram efficiat. Ideo vocabulo Deltam appellauere.*

Hortus olerum.

2 COGNOSCENDÆ ANTIQVITATIS.] Forſan, *cauſa noſcendæ antiquitatis*, niſi ſuppletio verbi fiat. & puto ſcriptum, non, *cognoſcendæ*, ſed *ca noſcendæ*, pro *cauſa noſcendæ antiquitatis*, vnde fecerunt *cognoſcendæ*.

3 APERTIS HORREIS PRETIA FRVGVM.] At hæc non ex ſententia Tiberij: quippe Germanicus inde ſibi gloriam & beneuolentiam quæſiuit, cui inuidebat: ſed hoc præſtitit Germanicus, quod fames Ægyptum inuaſiſſet. Nam ita Suetonius in Tib. cap. 5. *Quod vero Alexandriam, propter immenſam & repentinam famem, adiiſſet* (Germanicus ſcilicet) *queſtus eſt in Senatu Tiberius.* Vide quid inuidia poſſit, quæ iuſte aliquid fieri non patitur, & apud inuidos alterius gloria crux eſt: & quod recte fit, in malum torquetur. Cæterum non omitto Oroſij 2. hiſt. hanc de frugum penuria elegantiſſimam ſententiam: *Peccante homine mũdus arguitur, & propter noſtram intemperantiam terra hæc in qua viuimus ſterilitate ſuorum fructuum caſtigatur.*

4 SINE MILITE.] Voluit Auguſtus Ægyptum regi ab equite Romano, ſed nullo militari gladio, imo ne militari veſte. Dixi ſupra. Et Dio tradit lib. 57. Noſter autem author hiſtor. 1. *Ægyptum, copiaſque quibus coerceretur, iam inde a D. Auguſto equites Romani obtinent, loco Regum. Quod apud Memphim in aurea columna ſit Ægyptiis literis ſcriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore cum in eam veniſſent Romani faſces & Romanorum prætexta: quod apud Proculum Grammaticum doctiſſimum ſui temporis virum, cum de peregrinis regionibus loquitur, inuenitur.* Hæc Spartianus in Æmiliano.

Auguſtus Ægyptiæ pacis tenaciſſimus.

5 PEDIBVS INTECTIS.] Id eſt, non calceatis, ſed ſoleatis: quippe calceorum aluta tegit pedem, ſolea nudat. Calceus tibias veſtit, ſolea plantas tantum. *Solea*, ait Verrius Flaccus, *quæ ſolo pedis ſubiicitur.* Et ita *Thuſcum calceamentum* accipio apud Virgil. 8. Æn.

Tacitus interpretatus.

Differentia calcei & ſoleæ.

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.

Quod ex Heſychio probat Turnebus. Suetonius ita ſcribit de Auguſto. *Diſcalciatus ludis æſtiuis intererat*, id eſt ſoleatus. Et Aſinius Pollio lib. 10. famil. ſcribens Ciceroni. *Cum quidam pranſus, & nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum reiectis, inambularet.* Apuleius *nudis & intectis pedibus* dixit 2. Metam. Aliud autem eſt *mero, vel puro pede.* vt Iuuenalis Sat. 3.

Quid mero, quid puro pede.

Obſer-

Obſeruant vbi feſta mero pede Sabbata reges.

Nam merus pes totus in nudo & purus, nec calceum, nec ſoleam habet. Prudentius dixit *mero calce*, in Hymno D. Fructuoſi.

Stabat calce mero.

De iſto mero pede accipio quod ſcribit Plutarchus in Catone, *Æſtate nudis pedibus iudiciis interfuiſſe.* Philoſophi enim ita incedebant, & hieme tantum ſoleis vtebantur. Nam Cicero de Anacharſi philoſopho, cuius veſtimenta deſcribit 5. Tuſcul. quæſt. *Mihi amictus eſt*, inquiebat ille, *Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra, pulpamentum fames.* D. Hieron. *Calceamenta*, inquit, *ſecundum Platonem, non portanda, & duas corporis extremitates non velandas, caput & pedes.* 10. in Matth. Sed lib. 2. in Iouinianum, vbi de Monachis, qui tum Philoſophi Chriſtiani erant, & litterarum conſeruatores. *Ante nudo eras pede, modo non ſolum calceato, ſed & ornato.* Sic Strabo lib. 15. ait Brachmanas, qui ſunt Indorum Philoſophi, mero pede incedere, & veſtimenta texere. Horatius de eodem Catone qui Philoſophus Romanus, ſed perciuilis ingenij.

Quod ſi quis vultu toruo ferus, & pede nudo,
Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem.

Pictura eſt iſtius herois Romani, qui vultu toruus, pede nudus, toga breuis, ſuis etiam manibus texta, ſibi quæſiuit nomen incomparabile. Ait autem *exiguæ togæ*, quod pauperi conueniret: cui aduerſatur *potens toga*. Papin. lib. 5. Sylu. 2.

Mox Tyrios ex more ſinus tunicamque potentem
Agnouere humeri.

Horatius explicatus.

Dixit autem *nudum pedem*, quem de mero pede intelligi debere puto. nec enim Cato tum ſoleis vtebatur, quæ non erant viriles, & præcipue in publico, quod eſſet inſolens. Lego etiam *textore*, quod more cæterorum philoſophorum ſuas togas texuerit, quod feciſſe Hippiam ſcribit Apuleius, & Brachmanas Strabo. De Catone autem firmat Liuius his verbis. *Nulla ars neque publicæ, neque priuatæ vitæ ei deſuit.* Ergo heic accipio nudos pedes, pro ſoleatis. Et apud Dionem lib. 59. vbi ait fuiſſe permiſſum, vt qui vellent, diſcalceiati ſpectarent. De ſoleatis intellige. Et ita olim iudicia æſtate licebat obire, *& ſæpe Auguſtus ludis æſtiuis, ſoleatus etiam interfuit.* Et ſane Tacitus, vbi de Plauti nece agit lib. 14. ait, *Repertum per medium diem fuiſſe nudum, exercitando corpori*: quod de mera nuditate nemo capiat, & nullo tegmine. Sed non abeo intacto Suetonio & correcto, de illis pedibus meris in Domitiano cap. 19. *Laboris*, inquit, *impatiens, per vrbem pedibus non temere ambulauit.* Quod eſt abſurdum, & ſine ſenſu. lege ergo: *Laboris impatiens, per vrbem, pede bis, non tamen mero, ambulauit.* Nam ſunt principum actiones, quarum frequentia, aut infrequentia obſeruatur in authoribus. Sunt tamen in libris loci quidam, qui de pedibus puris nudis debeant intelligi: vt ille Martialis poetæ:

Cato in mero nudo pede.

Cato ſuæ togæ textor.

Suetonius correctus.

Excalceiatus ire cœpit ad cœnam.

Quia ſoleas illi ſubripuiſſent videlicet. Et ille Horatij lib. 1. Sat. 2.

Cruribus hæc metuat, doti deprenſa, egomet mi.
Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo.

Nam ſic ſolent adulterij fugitiui. Et ille de Piſone apud Val. lib. 2. cap. 7. *Iuſſit C. Titium cum toga laciniis abſciſſis amictum diſcinctaque tunica indutum, nudis pedibus, a mane, in noctem vſque, ad principia per omne tempus militiæ adeſſe.* Et de mero pede etiam intelligo quod ſcribit Sueton. in Aug. cap. 10. *Pedibus nudis, & diſcinctus, & tunicatus, equeſter ordo legit reliquias.* Et in Apuleio 3. Metam. *Cognito ſtrepitu, raptim tunica intectus, ſed plane præ perturbatione, pedibus intectis procurrit.* Adiicit enim paulo poſt. *Videns ſub lectulo ſoleas incognitas.* Nam de adultero fugitiuo fabulatur. Puto etiam iſtud Suetonij in Nerone, debere accipi de pede mero, vbi ſcribit *nudo pede effugiſſe*, & quod Ouidius in Faſtis, *templum Veſtæ pedibus nudis peti ſolere a matronis.* Sunt enim *nudipedalia*, de quibus Liuius, & Tertull. in Apolog. 41. Sic Florus: *Virgines ſimul ex ſacerdotio Veſtæ nudo pede fugientia ſacra comitantur.* Scio tamen ſoleas viris parum vſitatas apud Rom. veteres in publico, nec aſſumptas niſi in balneis aut cubiculis, in accubitu, aut priuato extra vrbem ſeceſſu. Gellius lib. 13. cap. 26. *Soleatos vos Pop. Romani Senatores, per vrbis vias ingredi nequaquam decorum eſt.* Quanquam hæc ſub Hadriano. Sed quia in æſtu vſitatæ ſoleæ, nos illo æſtu correpti, longius paulo cum iſtis ſoleis progrediemur. Illæ ergo ſoleæ *habenis religabantur.* Vnde Tibullus lib. 1. eleg. 5.

Nudipedalia Romana.

Soleæ parum viriles.

Soleæ habenis religatæ.

Vinclaque de niueo detrahet illa pede.

Et idem eodem eleg. 8.

Anſaque compreſſos colligat arcta pedes.

Et Martialis lib. 1.

Non extrema ſedet lunata ligula planta.

Suetonius in Aug. cap. 78. *Retectis pedibus*, (id eſt reſolutis faſciis pedum) *dormiebat a prandio.* Calcei autem illi ex hœdina, vel alia pelle. Cato Orig. 7. ex Feſto. *Qui magiſtratum curulem cepiſſet, calceos mulleos alucinatos.* lego *alutinatos*, ab *aluta* pelle. Cæterum calceos *alutinatos* opponit peronibus. nam *perones* ex corio crudo, alti & laxi: *alutati* vero calcei aut *alutinati* ex molli & concinnata pelle. Ouidius in Arte.

Calcei ex pelle hœdina.

Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

Martialis lib. 12. epig. 45.

Hœdina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora verticemque caluæ,
Feſtiue tibi, Phœbe, dixit ille,
Qui dixit caput eſſe calciatum.

Loquitur enim de cudonibus. At cudones *pelles ferinæ* erant quibus capita tegebant. Silius lib. 8.

Cudones, Vel codones.

——*cudone comantes*
Diſiecit crines.

Quod autem ſit calceus ex pelle, Martialis idem lib. 1. epigr. 104.

Calceus eſt farta terque quaterque cute.

Et D. Hieronym. ad Euſtoch. de virg. ſer-

uanda. *Diſcipuli ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium, ad prædicationem noui Euangelij deſtinantur.* Color autem calceorum varius; aliquando *coccinus*. Sic Martialis lib. 3. epigram. 29.

Coccina non læſum ſoluit aluta pedem.

Puro autem coccinum eſſe quem *purpureum* vel πορφυροῦν vocat Epictetus Enchiridij cap. 61. Nam in dignitate Romanorum calceorum ponit aureum, mox purpureum, deinde interpunctum. ordo enim is fuit calceorum apud Romanos. Perones ex crudo corio, alutæ ex pelle molliori, ærati calcei, argentei, aurati, purpurei, interpuncti. Purpurei ex coccino. Interpuncti lapidibus pretioſis & gemmis vnionibuſque quaſi punctis diſtincti. Feſtus in voce *Clauata*. qualis fuit ſoccus Caligulæ, de quo Seneca de Benef. 2. cap. 12. Apuleius cryſtallum impunctum dicit 2. Metam. Et illi coccinei calcei aureis nobiliores. Nam regum Albæ calciamentum erat. Ideoque Iulius Cæſar eo calciabatur, quia regibus Albæ ortus. Dio 43. Et *Mulleus* etiam dicebatur, quod mullus piſcis moriens talem haberet colorem. Quod in Tertulliani pallio Mercerus adnotauit ex Plinio lib. 9. cap. 17. *Nomen*, inquit, *iis Feneſtella a colore mulleorum calciamentorum datum putat.* Aliquando *albus*. Idem Martialis in viris.

Sordidior cœno cum ſit toga, calceus autem
Candidior prima ſit tibi Cinna niue.

In fœminis Apuleius 7. Metam. *Calceis fœmineis albis illu & tenuibus indutus.* Aliquando niger. Nam Horatius Sat. 6. lib. 1. qui de calceis Senatorum & Patriciorum loquitur, de quibus dicam infra, ſic ſcribit.

Vt quiſque inſanum nigris medium impediit crus
Pellibus, & latum demiſit pectore clauum.

Hederacinus aliquando, quos Varro *Betaceos* vocat de ling. Lat. Et *herbaceos* Martialis.

—— *herbarum indute colores.*

Vopiſcus in Aureliano *hederacinos calceos viris omnibus abſtulit.* Aliquando calceus fuit *cereus*. Idem eodem. Quod non pro picto calceo accipiendum eſt in genere, ſed pro flauo ſingulari colore. Sic *pruna cerea*, id eſt *flaua*. Virgil.

Sunt Autumnali cerea pruna die.

Et in Hippolyto *luteum* pro flauo.

Luteo plantas cohibente ſocco.

Et in nuptiis Catulli.

Luteum pede ſoccum.

Dixi autem ſoleis vſos extra vrbem, vt heic Germanicus. Nam in vrbe erat ſolearum calciamentum parum virile & parum ciuile. Et certe Romanæ mulieres cum ſoleis. Nam ſtatua poſita Corneliæ, Gracchorum matri, erat ſoleata. Plinius lib. 34. cap. 6. Manilius lib. 5.

Romanæ mulieres cum ſoleis. Statua Corneliæ cum ſoleis.

Fœmineæ veſtes, nixæ ſine tegmine plantæ,
Et tenues, fictique placent ad mollia greſſus.

Sic Turpilius de fœmina.

Sandalio innixa digitis primoribus.

Et Ouid. 2. de Arte.

Et tenero ſoleam deme, vel adde pedi.

Etiam ancillis vſitatæ ſoleæ. Plautus in Caſina.

Ancillæ ſoleatæ.

Si effexis, has ſoleas tibi dabo, annulum in digito aureum.

Etiam annulatæ.

Idem in Trinummo, *ſandaligerulam* vocat mulierem. Apul. lib. 12. *Pedes ambroſios tegebant ſoleæ, palmæ victricis foliis intexta.* Sane Ægyptiæ mulieres ſoleis calciatæ, vt ſcilicet domi manerent, ne in publicum prodeuntes, lutularentur. quippe lutulenta eſt Ægyptus ob eruptiones Nili. Quod Plutarchus ſcribit. Tamen Caligula, a viro ad mulierem deficiens, in ſolea Senatores necabat. Seneca 3. de Ira. Nam ſoleatus vel ſoccatus ſemper crudelis, & eius ſocci & ſoleæ ſemper gemmatæ. Etiam Romæ Cicero patum maſculum fuiſſe veſtimentum, ſatis docet in Aruſp. reſp. cum exprobrat Clodio *a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, a ſtrophio, a pſalterio, a flagitio, a ſtupro factum repente popularem.* Vnde liquet falli qui communes calceos fuiſſe ſcribunt Romæ tam viris quam fœminis, & Iuriſconſulti refragantur. Et in Piſonem eadem exprobratio. *Neſcio quo e gurguſtio prodiit, intecto capite ſoleatus.* Quod etiam obiicit Verri. *Stetit*, inquit, *ſoleatus Prætor P. R. cum purpura.* Sed hæc ſtante Rep. vet. poſtea vero tota Roma tranſiit ad Græcorum mores. Tunc a noſtris Iuriſconſultis diſtinctæ ſoleæ, in muliebres & in viriles. De muliebribus dixi. De virilibus Martialis libro 3. epigrammate 49.

Soleæ palmatæ mulieribus Ægyptiis. Caligula ſoleatus. Soleæ exoſum viris calceamentum.

Depoſui ſoleas, affertur protinus ingens
Inter lactucas, oxygarumque liber.

Soleæ autem illæ ex lana. nam Martial. in Apoph. vbi de ſoleis lanatis:

Soleæ ex lana.

Defuerit ſi forte puer, ſoleaſque lubebit
Sumere, pro puero proderit ipſe ſibi.

Et plantarum callum tegebant tantum, dictæ alias *crepidæ*. Agellius lib. 13. cap. 20. Aliis autem calciamentis vtebantur tam viri, quam fœminæ, vt *ſocco*. Apul. 12. Metam. *Alius ſoccis obauratis, indutus ſerica veſte, mundoque pretioſo, & attextis capite crinibus, inceſſu ſuperfluo, fœminam mentiebatur.* Demea ille Terentianus, *Soccos detrahunt*, inquit. Et Suet. in Vitell. cap. 2. *Pro maximo munere a Meſſalina petiit vt ſibi pedes præberet excalceandos; detractumque ſocculum dextrum inter togam tunicaſque geſtauit aſſidue, nonnunquam oſculabundus.* Nec puris ſoccis vtebantur tantum, ſed *auratis viri*; vti mulieres. Plautus in Bacchid.

Plantas tegebant tantum. Crepidæ dictæ. Socci.

NIC. *Sed diueſne eſt iſtic Theotimus?* CHRY. *Etiam rogas?*
Qui ſoccis habeat auro ſuppactum ſolum.
NIC. *Cur ita faſtidit?* CHRY. *Tantas diuitias habet:*
Neſcit quid faciat auro.

Dixi autem ſupra, plebeias mulieres vſas ærato & argentato ſocco, nobiliores aurato, qui quotidie deaurabatur. Tertullianus in Idolol. *Soccus & baxa quotidie deaurantur, Mercurius & Serapis non quotidie. Sic calceis maior honos, quam Diis.* Quod ex Plinio demonſtraui: Et firmat Seneca 2. de Benef. cap. 12. quo loci

ſoci deſcribit Caium in ſocculo aurato, præbentem Pompeio Pœno pedes oſculandos, quos vocat *pigros* ſuos. Sed hæc vocula ingeniorum vertices torſit; quærentes quid ille ſibi velit cum *pigris* ſuis. Ego vero *peregrinos*, lego, non *pigros*. Sic enim per compendium ſcripſerunt. Ita *viglas*, pro *vigilias*, *ſiglas*, pro *ſingulas*, ſcribebant olim: *iteris*, pro *itineris*, & *ſæcla*, pro *ſæcula*. Firmat Suetonius de Caligula, cum vocat ſoccos, non patrium calceum. *Veſtitu, calceatuque, & cætero habitu, neque patrio, neque ciuili, ac ne virili quidem, ac denique non humano.* Nam vbi dicit, neque patrio, peregrinum intelligit calceamentum. Eadem pæne in hoc verbo labes in Apul. 2. Met. in quo ita ſcriptum. *Tibi vero fortunæ ſplendor inſidias, contemptus etiam peregrinatio poterit adferre.* Nam legendum, *peregrinanatio poterit adferre:* quippe ita ſcriptum, *peregriNAtio*, pro *peregrina natio*. & illud, *NA*, geminandum. Interpretor autem ſoccos, peregrinum calceamentum a Græcis ad Romanos tractum, quod eſt veriſſimum. Dixi ex Agellio *ſoleas crepidas* nominari: At crepidæ, vt philoſophantium erant propriæ, & ſoleæ lauantium, & accumbentium; tamen baxeæ dicebantur. Nam Apul. 2. Met. *Soleas* vocat *baxeas palmeas*. Idem Apul. 11. Met. *Nec deerat, qui pallio, baculoque & baxeis, & hircino barbitio, philoſophum fingeret.* Tertullian. in Pallio, vbi de Empedocle. *Alius & ſericatus, & crepidatus incedit.* Sed lubet hunc locum valde ſordentem erroribus abluere. *Si*, inquit, *Philoſophus in purpura; cur non in Tyria baxea calceare?* Lego, *ſi philoſophatur in purpura, cur non in Tyria baxea calceatur? niſi aurum minime Græcatos decet. Atqui alius & ſericatus, & crepidatus, & inauratus inceſſit.* Sic Cicero Piſonem & Imperatorem, & fugientem crepidatum ridet, quaſi philoſophum. Dixi etiam ſoleas eſſe lauantium. Nam Apul. 9. Metam. vbi de balneis. *Soleas mihi craſtina die furatus eſt.* De accumbentibus, Seneca lib. 9. Controu. 2. de prætore Flaminio conuiuante. *Prætor*, inquit, *ad occidendum hominem ſoleas popoſcit.* Plautus in Trucul.

Deme ſoleas, cedo vinum.

Sed hæc de calciamento vulgari, non de Senatorio: fuit enim diuerſus Senatorum calceus a vulgo. nam lunatis vtebantur. Plut. in Problem. & Iuuenalis Sat. 7.

Fœlix, & ſapiens, & nobilis, & generoſus
Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

Nam nigri calcei Senatorum, vt ait Horatius Sat. 6. lib. 1. Et Papinius.

Primaque patricia clauſit veſtigia luna.

Sic *Patricij* dicti calcei. Vet. interp. Iuuenal. Sat. 7. *aſſutam illis lunulam* ſcribit, *quo a cæteris dignoſcerentur.* Ideoque *lunati* nuncupati. Martialis lib. 1. epig. 50.

Lunata nuſquam pellis, & nuſquam toga,
Olidæque veſtes murice.

Apud Iudæos, etiam *lunulæ* in calceis. nam Iſaias 3. *Auferet Dominus ornamentum calceorum, & lunulas.* Quod oſtendit a Iudæis profectos *lunatos calceos Romanorum*; non a numero 100. Senatorum quos C littera demonſtret, vt

Pigri calcei pro peregrinus ſcriptum.

Baxea palmea.

Tertullianus correctus.

inquiunt. Puto enim extrema iſtius calciamenti deſiuiſſe in formam Lunæ creſcentis. vt non acuminatus fuerit calceus & in acutum deſinens, ſed in duo cornua more renaſcentis lunæ. Et nos in pueritia vidimus apud Francos regnante Franciſco I. huiuſmodi calceos in vſu Lutetiæ Pariſiorum. Facit tamen negotium quod adſutam & appoſitam Lunam alutæ ſcribant authores & ſubtextam. Quod tamen in iſta calceorum cornutorum ſtructura fieri potuit. Erant quoque inter calceos *odones*, quaſi viatorij. De his Vlpianus, L. Argumento. §. faſciæ curules. de aur. & arg. leg. D. qui diuerſi a peronibus: nam hi ex corio crudo; illi ex ſetis hircorum, & caprarum. Odones etiam *vdones* dicebantur, quaſi *vuidones*, fortaſſe ab excipienda aqua. Et erat calceamenti genus pinguiſſimum, quo Africani vtebantur, Cyniphium flumen incolentes, de quibus Virgil. 3. Georg. & Martial. in Apoph.

Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti.
Cyniphio poterit planta latere ſinu.

Meminit *vdonum* Iuriſconſultus L. Argumenta. §. alia. de aur. & arg. leg. D. De *peronibus*, altero genere calceamenti; hoc ruſtici vtebantur frequentius & interdum ciues: Ideo ſic Perſius Sat. 5.

—— *peronatus arator.*

Et quanquam Cato cæteris ciuibus poſt magiſtratus peronem tribuat: facit quod ciues Romani pæne omnes tum aratores erant. Quin poſtea peronibus ſe calciauere Imperatores, & gemmatis, vt Caligula: vnde Tertullianus, qui poſt vixit, *In peronibus vniones emergere* dixit. Et *perones* vocati calcei qui tibiatim calceabantur. De perone. Virgilius 7. Æneid.

—— *crudus tegit altera pero.*

Iuuenalis Satyra 14.

—— *alto*
Per glaciem perone tegi.

Et dicuntur forte *perones*, quaſi *petrones*, a calcandis petris, vt opinor. agri enim petræ vocabantur & *rupines* a rupicis. Verrius in verbo *Petrones*. Iuuenal. vet. interpr. Sat. 1. in hoc verſu.

—— *pedibus qui venerat albis.*

Illo, inquit, *tempore nec dum Senatores nigris calceis vtebantur: ſed nudis pedibus, vel puluerulentis, vel braccis, vel pedules nouos, in braccis quos pedornis dicunt, vt peregrinos.* Lego: *Illo tempore nec dum Senatores nigris calceis vtebantur, ſed nudis erant pedibus. Vel (albis pedibus id eſt) puluerulentis, vel bracchatis: vel pedules nouos intelligit in bracchis, quos pedornes dicunt, vel peregrinos. Pedornes* autem, ab ornatu pedum fortaſſe. *Peregrinos*, quod Romani non eſſent calcei, ſed externi & peregrini. Vel dicuntur *perones* ab operiendo pede. qui erant ex crudo corio, & ſetoſo. Sidon. Apollin. epiſt. 4. *Pedes perone ſetoſo talos aduſque vinciebantur.* Ex quo liquet quoſdam talos tantum, quoſdam ſuras etiam obtegiſſe perones. Quod autem ſcribit ille vetus interpr. Iuuenal. *peregrinos calceos*, meam firmat ſententiam, legendum in Seneca, *peregrinos*, non *pigros*. Sic *peregrinos*

Tuſci calcei.

Odones.

Perones.

Perones quaſi petrones.

Pedornes.

nummos dicebant Philippeos, Darij ſiclos. Non omitto etiam papyro calciatos Romanos, vt ait Tertullianus in verſibus ſcriptis ad Senatorem, id eſt, ex herba papyro.

Papyro Romani calceati.

—— Caligaque reuincta
Gallica ſe pedibus molli redimita papyro.

Sic Iuuenal. Sat. 4. dixit.

Succinctus patria quondam Criſpine papyro.

Nam papyrus herba erat Nilotica, apta maxime inuolutionibus & tegminibus, ait Plinius. Habe has a congerrone gerras, fortaſſe non ineptas.

Papyrus apta tegminibus.

6 PARI CVM GRÆCIS AMICTV.] Id eſt *Pallio.* Iuuenalis enim Græcos, quod eſſent palliati, *palliata mendicabula* dixit. Inde palliatæ comœdiæ, id eſt Græcæ, quales Afranius fecit. Alcibiades apud Perſas, fuit amictu Perſico indutus, ac Perſicatus: Apud Græcos fuit *palliatus*, & Græcatus. ſic Græcus ille Chamæleon, quas videbat formas veſtium apud gentes, induebat, ad captandam earum gratiam. Quod Alexander fecit in Aſia: nam Aſiatico veſtimento capto totam Aſiam ſuam fecit. Plut. de fortuna Alexandri. Tertullianus in Pallio, ait, *Carthaginenſes appulſum Scipionem de habitu ſalutaſſe.* Sed innuit populum, qui alienum Imperatorem de habitu ſalutet, iamiam de deditione cogitare, & tranſire in hoſtium mores. Sic 1. Reg. cap. 18. *Inierunt Dauid & Ionathas fœdus. Diligebat enim eum quaſi animam ſuam. Nam expoliauit ſe Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid & reliqua veſtimenta ſua, vſque ad gladium & arcum ſuum, & vſque ad baltheum.* Ludouicus II. Rex Francor. quos amabat, vt Cominium, pari ſecum habitu ornabat. In illa re imitabilis, in aliis quibuſdam non ita.

Græcorum amictus Pallium.
Palliata comœdia.

7 QVOD CONTRA INSTITVTA AVGVSTI.] Auguſtus ſemper habuit Ægyptios de nouitate ſuſpectos, ait Dio lib. 51. Et longe poſt Auguſtum imperij ſucceſſor Hadrianus. Nam ad Seruianum conſulem ita ſcribit: *Ægyptum quam mihi laudabas, Seruiane cariſſime, totam didici leuem, pendulam & ad omnia famæ momenta volitantem.* Et Spartian. in Saturnino: *Ægyptij viri ventoſi, auidi nouarũ rerum,* &c. Etiam ante Auguſtum, Iulius Cæſar id ſcripſit. Sueton. cap. 35. *A natura,* inquit Philo in Flaccum, *rerum nouarum cupidi, & ſeditionum auidiſſimi, quia ſuperbiſſimi.* Idem ſcribit adhuc libro de Agricult. Ideo victor Iulius Cæſar, Cleopatræ, eiuſque fratri, regnum permiſit: *Veritus*, inquit Sueton. *ne violentiorem præſidem Ægyptus nacta, nouarum rerum materia eſſet.* Quod euenit tamen; ſed longe poſtea. nam Peſcennius Niger præfectus Ægypti, ita dominationem Romanã arripuit. Idem Dio lib. 51. narrat ratiocinationes Auguſti, propter quas Ægyptum nulli Senatorum traderet. *Multitudo*, inquit, *hominum, & vrbium, & agrorum, & mores gentis leues, & copia annonæ & pecuniæ. Nam qui Ægyptum occupaſſet, poterat indicere famem populo Rom.* Ideo Veſpaſianus a Roma ſtatim Alexandriam venit, vt ſua præſentia Ægyptum compeſceret, & rerum nouarum ſtudia ſopiret. Quin, niſi venia ab Auguſto petita, nefas erat Senatori proficiſci in Ægyptum. Quod imitatus eſt Aurelianus Imperator. Spartianus de Saturnino. *Aurelianus limitis Orientalis ducatum Saturnino dedit, ſapienter præcipiens ne vnquam Ægyptum videret. Quam vt vidit, ſtatim tamen exclamarunt Alexandrini: Saturnine Auguſte, dij te ſeruent.* Illaque venia nominatim facienda erat. Quique præerat prouinciæ, ſine gladio iubebatur incedere, dixi ſupra. Lucanus ita de Ægypto.

Ægyptij nouatores.
Suſpecti Auguſto.
Et Iulio ante Auguſtum.
Seditionum auidi.
Peſcennius Niger Ægyptum inuadit.
Ægyptus interdicta Senatoribus.

Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis
Aut Iouis, in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

Ægyptus nullius indiga.

Sic Cæſar Iulius ad turbandas res Italiæ, *petiit per tribunos, vt ſibi Ægyptus daretur.* Optabat, & petebat quod vtile ſibi putabat. Sed ſapientior Senatus abnuit, ne vis fieret in Rempub.

8 ALEXANDRIAM.] Alexandria populoſa ciuitas, & propter Serapidis fanum alter quidam orbis terrarum, ſed ſacer, ad quam vndecunque terrarum confluebant gregatim ex prouinciis. De qua D. Hieronym. de nomin. Act. Apoſt. *Alexandria ciuitas Ægypti, quæ quondam dicebatur, inter Ægyptum, Africam, & mare, quaſi clauſtrum poſita.* Et ſane noſter lib. 2. vocat eam, *clauſtra maris & terræ.* Nahum Propheta cap. 3. *Nunquid melior eſt Alexandria, populorum qui habitant in fluminibus? aquæ in circuitu eius, diuitiæ mare, aquæ muri eius, Æthiopia fortitudo eius & Ægyptus, & non eſt finis.* Ciuitas conditore Alexandro clara; ſed hodie etiam, & ſtructura, & mercatura, totius Orientis ſublimior. At vero populi Alexandrini mores ita tangit Adrianus: *Genus hominum ſeditioſiſſimum, vaniſſimum, iniurioſiſſimum: ciuitas opulenta, diues, fœcunda, in qua nemo viuat otioſus.* Sed Spartianus elegantiſſime in Æmiliano: *Et hoc familiare eſt populo Ægyptiorum, vt vel furioſi ac dementes de leuibus quibuſque ad ſumma Reip. pericula perducantur. Sæpe illi ob neglectas ſalutationes, aut locum in balneis non conceſſum, carnem & olera ſequeſtrata, calciamenta, ſeruitia, & cætera talia vſque ad ſummum Reip. periculum ſeditionis, ita vt armarentur contra eos exercitus, peruenerunt.*

Alexandria.
Eius elogium ex Propheta.

9 CLAVSTRAQVE TERRÆ AC MARIS.] Ita paſſim vocatur Ægyptus, vt dixi ſupra, vt etiam aliæ quædam orbis partes. Plinius *Romana clauſtra* vocat fluuium Nympheum lib. 3. cap. 5. Et Tullius in Agraria *Acrocorinthum.* Et *ianuam Aſiæ Cyzicum* Cicero pro Muræna: & Claudianus in Eutropium primo:

Extra Cimmerias Taurorum clauſtra paludes.

Euripides Boſphorum vocat *clauem Ponti*: & Poetæ fingunt abſque Phineo qui rex fuit Boſphori, Iaſonem adire Pontum non potuiſſe. Ideo Phineus *clauiger & ianitor Ponti.* Sic Eunapius dixit de Thermopylis in vita Maximi, eſſe *Græciæ anguſtias a Chriſtianis detectas & hoſtibus monſtratas.* Sed eſt Paganus mendaciſſimus & audaciſſimus. Et Varro 6. de ling. Lat. ita ſcribit: *Helleſpontum, & clauſtra, quod Xerxes quondam eum locum clauſerit. Niſi ab eo quod Aſiam & Europam ibi concludit mare.* D. Hieron. ad Oceanum. *Caucaſi*, inquit, *rupibus feras gentes, Alexandri clauſtra cohibent.* Sic Tacitus

citus infra. *Ventum Elephantinen ac Syenen, clauſtra olim Romani Imperij.* Sueton. in Veſpaſiano cap. 7. *Alexandriam tranſiit, vt clauſtra Ægypti obtineret.* Et Petron. Arbiter, ſcribit his verbis de clauſtris Nili:

Et Libyæ cerno tua Nile gementia clauſtra.

Sic etiam Florus in bello Cimbrico, *Clauſtra Italiæ* Alpes vocat. Virgil. 10. Æn.

Ecce maris magno claudit nos obice pontus.

Clauſtra dicit *terræ & maris* Tacitus, quod Libycum, quod Creticum, Siculumque mare claudat Ægyptus. Nam, vt ſcribit Diodor. Siculus 1. Rer. Antiq. *A Paratonio Libyæ, Iopen vſque, quæ eſt in Syriæ ſinu, ſtadiis fere quinque millibus, nullus nauigantibus excepto Pharo tutus eſt portus.* Quibus addi poteſt quod Ægyptus propter vbertatem ſit commeatibus aptiſſima. Ita noſter de Boſphoro Thracico Annal. 12. *Quando ea loca inſiderent, quæ transmeantibus terra marique ducibus, exercitibuſque ſimul veſcendo commeatu opportuna forent.* Et hæc loca magnis principibus pro ſcopo, vt agendis aut turbandis rebus commoda.

10 Nilo svbvehebatvr.] Tibullus lib. 1. eleg. 7. ita de Nilo quem Herodotus ob rapiditatem *aquilam* vocat.

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.
Te canit, atque ſuum pubes miratur Oſirim,
Barbara Memphiten plangere docta bouem.

Horatius 4. Car.

Te fontium qui celat originem,
Niluſque, & Iſter, te rapidus Tigris.

Et Lucanus lib. 10. *Lucanus explicatus.*

Summus Alexander Regum, quem Mēphis adorat,
Inuidit Nilo.

Quia illi Alexandriam impoſuit, & veluti ſub iugo, eius impetum miſit. Homerus *διιπτία* Nilum dixit Odyſſ. δ. id eſt *cæleſtem*. Et Auguſti temporibus, duo Eudorus & Ariſto Peripatetici libros de Nilo compoſuere, ait Strabo 17. quos vtinam haberemus. Sacrificabant autem Nilo Ægyptij pagani & multis incantationibus vberes aquas ab eo poſtulabant. Quod videre eſt apud Sozom. Hiſt. Eccl. 7. cap. 20. ridebantque Nilum vt delirum ſenem, ſi quando largius ſolito eminxiſſet. Erant iſti cultores Nili androgyni, molle & effœminatum genus, quod ſuſtulit Conſtantinus, vt ſcribit Euſebius lib. 4. cap. 20. Cæterum ita Salluſtius de Nilo. *Omnium fluminum quæ in maria, qua imperium Romanum eſt, fluunt, quam Græci τὴν εἴσω θάλασσαν vocant, maximum eſſe Nilum conſentitur.* Iulianus epiſt. 1. *Nilus totius imperij maior fluuius.*
ὡς εὐδαίμονες, ἔλεγον, τῶν Αἰγυπτίων οἱ παῖδες, πάλαι μὲν τὸν Νεῖλον ἔχοντες χορηγὸν τῶν ὅσα φέρειν οἶδεν οὗτος. *O fortunatos Ægyptios, aiebam, qui Nilum habeant iampridem rerum omnium præbitorem, quas is afferre ſolet.* Ita ſane Ægyptiis Nilus pro Ioue eſt. Pulchre Lucretius 6.

Vnicus in terris Ægypti totius amnis.

Nec male Spartianus in Nigro: *Tanta eſt illius fluminis dulcedo, vt accolæ vina non quærant, & cum ab eo limitanei milites vinum quærerent, dixit, Nilum habetis & vinum quæritis?* Nam, vt ait Iſaias cap. 23. *in aquis multis ſemen Nili. Meſſis fluminis fruges eius.* Et quia reges Ægypti de ſuo Nilo gloriabantur, ita eos increpat Deus Ezech. in 29. *Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum.* Vocatur Nilus *Geon* lingua Hebraica, id eſt effuſor, *quod ſe effundat per Ægyptum.* Palladius in libro vitæ Patrum, vbi de Canopo multa ſcribit author, aſcendente Nilo pro aquarum diuiſione, incolas pugnare inter ſe. Et multi inter priſcos authores Nili nominabantur, ſiue propter abundantiam & opes & fluenta copioſa diuitiarum aut ſcientiarum.

11 Oppido a Canopo.] Vetus interpr. Iuuenal. Sat. 1. ſic ſcribit. *Canopus, oppidum Ægypti, dictum a gubernatore Menalio* (lego *Menelai*) *qui ibidem morſu ſerpentis extinctus eſt.* Nam Lycophron in Ægyptum veniſſe Menelaum tempeſtate iactatum ſcribit in tenebricoſo carmine: & Homerus etiam: Idque vt Helenam raptam iterum, quæreret, & poſt Troiæ fata abreptam in longinquas terras ſequeretur. Seruius Æn. 11. Quas fabulas vix concilies cum veritate. Et diſtat ab Alexandria Canopus 120. ſtadiis, ait Strabo. *Luxurioſam* Canopi gentem, id eſt Ægyptiorum gentem Iuuenalis vocat Sat. 15. & Canobum Græci dicunt, vt Eunapius in vita Ædeſij. Virgil. 4. Georg. *fortunatam.* quod de tota Ægypto interpretor. Quippe a Poetis dicitur *gens non indiga Iouis.* *Canopi gens luxurioſa.*

Nam quæ Pelei gens fortunata *Canopi* *Fortunata.*
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur ſua rura phaſelis.

Canopus autem fingitur, vt hæc dicam obiter, vrnæ ſpecie, quod in concertatione Chaldæorum & Canopæorum Sacerdotum, vrna Canopi, in qua erat aqua, extinxerit ignem Chaldæorum. Fuit vero Canopus inter oſtia Nili, quæ vndecim faciunt. Sed quatuor falſa putantur. Et Nilo obuenit quod Tacitus ait de Danubio, *ſeptem oſtiis fluere in Pontum, ſed alia ſeptem hauriri paludibus.* Et forte inuidit tellus ſuperbiſſimo fluuio hanc gloriam, vt vndecim oſtiis laberetur in mare. Quod nulli fluuiorum contigit. *Vndecim oſtia Nili.* *Danubij ſeptem.*

12 Spartani.] De quibus Seneca Suaſor. 2. *Athenæ eloquentia inclytæ, Thebæ ſacris, Sparta armis.* Et paulo poſt. *Quocunque Xerxes aſpexerit, Spartanum videbit*, id eſt *fortem.* nam vt ait eodem loco, *nihil difficilius, quam Laconis armati latus fodere.* Claudian. 4. de laud. Stilicon. *Sparta armis clara.* *Spartanus, id eſt fortis.*

Sic male ſublimes fregit Spartanus Athenas.

Gens per virtutem inſuperabilis, per vitia poſtea miſerabilis, & lachrymabilis. *Sparta virtute admirabilis, vitiis miſerabilis.*

13 Terramqve Libyam delatvs.] Lego, *delatus eſt.* de Libyæ autem terra D. Hieronym. in Geneſ. ait dictam a Lybain, qui filius fuit Meſraim. Et de illa ita Silius lib. 1.

Fatali Dido Libyes appellitur ora.

Vocatur etiam terra Libyſſa, ex qua aliquid ſemper monſtri. Calida & callida gens, & ad vafriciem omnem facta; addo ad nequitiam: quæ tamen magnos viros olim tulit ſiue armatos, ſiue litteratos. *Libyæ gens calida & callida.*

14 Inde proximvm amnis os.]

Author ait Germanicum Canopum [illegible]iſſe, ſic dictum a gubernatore Menelai. *Inde proximum amnis os*, id eſt, proximum a Canopo Nili oſtium, dictum Heracliticum ab Hercule, qui Ægyptius erat, & Nilo natus. Cic. de nat. Deo. 3. nec intelligit Menelaum proximum amnis os delatum. nam Germanici, non Menelai itinerarium perſequitur. Qui reuera Troia rediens non modo in Ægyptum delatus, ſed etiam ad Æthiopas & in Africam. Et eſt Ardaniæ portus ſupra Paratonium qui Menelaus dicitur. Vide Strabonem lib. 1.

Explicatus Tacitus.

Mox viſit veterum [1] Thebarum magna veſtigia. & manebant [2] ſtructis molibus literæ Ægyptiæ priorem opulentiam complexæ: iuſſuſque e [3] ſenioribus ſacerdotum patrium ſermonem interpretari, referebat habitaſſe quondam ſeptingenta millia ætate militari: atque eo cum exercitu regem Rhamſen Libya, [4] Æthiopia, Mediſque & [5] Perſis, & [6] Bactriano, ac [7] Scythia potitum, qualeſque terras [8] Suri, Armeniique, & contigui Cappadoces colunt: inde [9] Bithynum, hinc [10] Lycium [11] ad mare [12] imperio tenuiſſe. Legebantur & indicta gentibus tributa, pondus argenti & auri, numerus armorum, equorumque, & [13] dona templis ebur, atque odores, quaſque copias frumenti & omnium vtenſilium quæque natio penderet, haud minus magnifica, [14] * quam nunc vi Parthorum, aut potentia Romana iubentur. Cæterum Germanicus aliis quoque miraculis intendit animum, quorum præcipua fuere [15] Memnonis ſaxea effigies, vbi radiis Solis icta eſt, vocalem ſonum reddens, disiectaſque inter & vix peruias arenas, inſtar montium eductæ [16] pyramides certamine & opibus regum; lacuſque effoſſa humo ſuperfluentis Nili receptacula; atque alibi anguſtiæ, & profunda altitudo, nullis inquirentium ſpatiis penetrabiles. Exin ventum [17] Elephantinen ac Syenen, clauſtra olim Romani imperij, quod nunc rubrum ad mare pateſcit.

Ægypti antiquitas litteris Ægyptiis ſcripta & ſculpta.

Olim Ægyptus fuit quod Romana & Perſica potentia.

* quamque nunc vi

1 Thebarvm magna vestigia.] Thebæ plures; inter quas vna Bœotica, altera Ægyptia. Iſidis & Oſiridis opus poſt matrimonium, & ambæ nobiles. hæc autem, quæ Ægyptia, Heliopolis fuit poſtea dicta, ait Diod. Sicul. lib. 2. Quæ centum portis maxime celebris fuit: & Ægypti Metropolis & Iouis ciuitas habita. Habuit centum quadraginta ſtadiorum ſpatia in circuitu, ait Herodotus, & totam fuiſſe penſilem dicunt. Quod falſum putat Plinius, cum medium oppidum præterflueret Nilus. Scribitque. hoc ſi fuiſſet, Homerum non ſiluiſſe. lib. 36. cap. 14. Et ille non ſilet centum habuiſſe portas. Vnde igitur venit in mentem veteri Scholiaſt. Iuuenal. ſcribere Sat. 15. *ſeptem portas habere Thebas, ſeptem oſtia Nilum, & ſeptem eſſe ſapientes*, niſi ad Bœoticas ſpectarit? Sed vt falſus ille, ſic nos fallit.

Multæ Thebæ. Bœotica. Ægyptia. Cui 100 portæ & 140. in circuitu ſtadia. Tota penſilis. Vet. Interpres falſus.

2 Strvctis molibvs litteræ Ægyptiæ.] De iſtis litteris Martianus Capella lib. 2. *Erant quidam libri ſacra nigredine colorati, quorum litteræ, animantium credebantur effigies, quaſque librorum notas Athanaſia conſpiciens quibuſdam eminentibus ſaxis iuſſit adſcribi, atque intra ſpecum, per Ægyptiorum adyta collocari.* Tertull. de ſpectaculis. *Obeliſci enormitas (vt Hermoteles affirmat) & ſoli proſtituta ſcriptura eius, vnde & cenſus, de Ægypto ſuperſtitio eſt.* forte legendum *ſenſus*, vt ex ſuperſtitione ſit opus, & ſcriptura. Quamuis ſciam Tertullianum ſæpe vti verbo *cenſus*. Cuius heic non ſum promus & condus & apertus cenſor. Habet Africa ſuos authores, habet ſua verba & ſuos ſenſus, ſatis moroſos.

Coniectura in Tertull.

3 Senioribvs Sacerdotvm.] Sic Cæſar Iulius in Ægypto, ſacerdotem Iſidis percunctabatur apud Lucanum:

Linigerum placidis compellit Achorea dictis,
O ſacris deuote ſenex; quodque arguit ætas,
Non neglecte Diis; Phariæ primordia gentis,
Terrarumque ſitus, vulgique ediſcere mores
Et ritus, formaſque Deum, quodcunque vetuſtis
Inſculptum eſt adytis, profer; noſcique volentes
Prode Deos.

Et vocat *linigerum*, quod veſte linea veſtirentur ſacerdotes Ægyptij, vt etiam Martialis lib. 12. epigr. 29.

Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataque turba.

Claud. de 4. Conſ. Honor.

Liniger impoſita ſuſpirans voce ſacerdos.

Plinius 19. cap. 1. *Superior pars Ægypti Arabiam vergens, gignit fruticem quem aliqui goſſipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Paruus eſt, ſimilemque barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec vlla ſunt eis candore mollitiave præferenda. Veſtes inde Sacerdotibus Ægypti gratiſſimæ.* Sic apud Chriſtianos epiſcopi in linea veſte ſemper ex canonum diffinitionibus. Sidonius Apollinar. *Linteatos* vocat lib. 8. epiſt. Apul. in Apolog. *Mundiſſima lini ſeges inter optimas fruges terra*

Linus habitus Ægyptiorum Sacerdotum.

terra exorta non modo indutui & amictui candidiſſimis Ægyptiorum ſacerdotibus, ſed & opertui in rebus ſacris vſurpatur. Et apud Heliodorum hiſtoria Æthiopica ſacerdos quidam vocatur Καλάσιρις, id eſt, linea veſte indutus & pulchra.

Linea veſtis Sacerdotum.

Et hæc veſtis apud paganos *cincta*, & *ad talos.* Ideo Tertullianus, vocat *tunicas muliebres. Namque ſacerdotes,* inquit, *tunicis muliebribus, ijdem interius ritum cultu exteriore fatentur.* Apul. 2. Metamorphoſ. *Qui candido linteamine, cinctum paſtoralem, ad vſque veſtigia ſtrictim intecti, potentiſſime tum Dei præferebant inſignes exuuias.* Dicit *potentiſſime*, quia licet parua eſſet effigies, tamen fingebant ſe ingens ferre pondus, & ſudabant: Inde *Iunonis ſacra ferre*, pro re magni ponderis, & in qua pedetentim iretur, non inconſulte, & præcipitanter.

Et cincta.

Apuleius interpretatus.

Et Furius Bibaculus: *Prætor præeuntibus lictoribus ancillæ portauit ſub eo ſudans.* Spattian. in Peſcennio: *Commodus ſacris Iſidis adeo deditus, vt & caput raderet & Anubim portaret & omnes partes expleret.* & ſub Anubi ſudaret forſan. Quod latius explicat Claud. 4. Conſ. Honor. vbi de Iſide.

-- Sic numina Memphis
In vulgus proferre ſolet. Penetralibus exit
Effigies; breuis illa quidem: ſed plurimus infra
Liniger, impoſita ſuſpirans veſte ſacerdos
Teſtatur ſudore Deum. Nilotica ſiſtris
Ripa ſonat, varioſque modos Ægyptia ducit
Tibia, ſubmiſſis admugit cornibus Apis.

Sic Ouid. 4. Metamorphoſ.

-- Sacroque a corpore preſſum
Ingemuit limen.

Ait enim numen Iunonium, quod eſſet graue, vix ſolo ſuſtineri. Et Iuuenalis Sat. 2.

Segmenta & longos habitus, & flammea ſumit
Arcano qui ſacra ferens nutantia loro
Sudauit clypeis ancilibus.

Veſtis linea tincta vt canderet magis.

Etiam illa *veſtis tincta*, & (vt puto) *creta inducta*, vt magis canderet. Idem Apul. At quiſquis eſt ex veteribus Chriſtianis, qui regulam monachorũ ſcripſit, ſcripſit mira de his ſacerdotibus, quæ ex Chæremone deſumpſiſſe ait: & præcipue de eorum frugalitate. Hyſſopo enim & pane veſcebantur. Et ait etiam raro, & lac, & oua comediſſe. Nam luxuria erat apud eos, & vt ait D. Hieronymus, *Crimen erat apud eos aliquid cocti ediſſe.* O gurgites noſtri, o lurcones, o ventres, quid his temperantiæ alumnis, aliquando reſpondebitis? ſi Pagani erant, vos Chriſtiani. At Chriſtianorum quam Paganorum culpa horribilior, ideo pœna crudelior & grauior.

Sacerdotes Ægyptij hyſſopo & pane veſcentes.

4 Æthiopia.] Claudian. de laud. Stilic. 1.

Sed didicit, non Æthiopum geminata venenis
Vulnera, non fuſum crebris haſtilibus imbrem.

Æthiopes in fontibus Nili.

Duo autem ſunt Æthiopum genera, ait Interpres Iuuenal. Satyr. 10. *Orientales & Occidentales.* ita lego. *In occaſum, Garamantici degeneres, in ortum, Macrouij, non Macrobiæ. Præſtant inter eos, qui iunguntur Mauritaniæ, æquitate, ætate, vt virtute.* Aiunt illos Solem orientem maledictis inceſſere. Quod non Æthiopibus, ſed quibuſdam interioris Libyæ populis aſſignat Plin. ob ardorem nimium quo torrentur; quia illis verticalis eſt Sol. Nec Sol tam illis gratum ſidus, quam infeſtum lumen, & crudele numen. Homerus autem ſæpiſſime facit Iouem conuiuantem cum Oceano apud Æthiopes.

Vet. Interpret. Iuuenal. correctus.

5 Persis.] Idem Claudianus 3. de laud. Stilic.

-- Tulit moderamina Perſes.

Horum autem imperio, aliquando totus Oriens & Ægyptus ſubmiſſus eſt. Cuius magnitudinem Cyro debet. Et ſane vnum hominis caput, aut magnum decus, aut ingens dedecus addit prouincijs & imperijs. Sapiens in Eccleſiaſte: *Inuentus eſt in ciuitate vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt illius pauperis.*

Perſæ victores orbis.

6 Bactriano.] Seneca l. 5. nat. Quæſt. cap. 18. *Sic Alexander,* inquit, *vlterior Bactris, & Indis, volet quærere quid ſit vltra magnum mare.* Regio eſt Scythiæ vltra Tanaim. Ex qua *ſmaragdi nobiliores, & frumenti grana tantæ magnitudinis, vt ſingula ſpicas noſtras æquent,* ait Plinius lib. 18. cap. 7. Quod non miror. nam in natura nil mirandum, quam mirabilem mirabilis creauit Deus.

Quæ regio Bactra, & vbi?

7 Scythia potitum.] Quam Virgil. 3. Georg. deſcribit late.

Illic clauſa tenent ſtabulis armenta, nec vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes
Semper hiems, ſemper ſpirantes frigore Cauri.

Scythica gens frigida, ſed bello rigida.

Cœli rigore & frigore aſpera, ſed triumphis militaribus non improſpera. Addo & ſapientiæ fœcundiſſima Doctoribus, a quibus plus laudis habuit quam ab Imperatoribus.

8 Suri.] Suſas vocat Plinius, vbi fluuium Tigrim deſcribit, libr. 6. cap. 27. Iungitque Coſſæis latronibus & Miſgorum populis liberæ feritatis, vt ait. Nam olim Suri & Suſi, non illi Suri quorum caput Antiochia: ſed illi quorum Metropolis Suſa; a qua Suſiana regio dicitur. Ptolemæo ad Choaſpem fluuium ſiue Hydaſpim. Cuius templum Dianæ auguſtiſſimum fuiſſe narrat. Et Syrorum nomen olim a Babylonia ad Iſſicum ſinum, & ab hoc ad Euxinum tendebat. Strabo 16. Nam apud Syros olim vaſtum imperium.

Suri.

Vel Suſi.

9 Bithynum mare.] Ponticum alias: Eſt enim Bithynia regio in littore Ponti. Claud. 2. in Eutrop.

Bithynum mare Ponticum.

Pars Phrygiæ Scythicis quæcunq. Trionibus alget,
Proxima Bithynos.

Quæ Bithynia olim fungorum matrix, quos venales dabat. De ea Salluſtius. *Introrſus prima Aſiæ Bithynia eſt, multis antea nominibus appellata.* Lego autem heic, *Inde Bithynum, hinc Lycium mare, vt Adriaticum, imperio tenuiſſe.*

10 Lycium.] Quod Rhodium etiam dicitur: ſed victo Antiocho, cui Lycij fauebant, vbi Rhodijs Lycij addicti ſunt, iam mare illud Rhodium opinor, non Lycium dictum eſt: Lycioſque Rhodi peſſime tractauerunt. Liuius li. 41. Nam in victos, quid victori non licet? Strabo autem notat hoc mare Lycium aſperum quidem eſſe ac difficile, ſed bene portuoſum & ab hominibus temperantibus circa oras habitatum. Lycij autem erant ciuiles & continentes valde, qui domina-

Mare Lycium cur Rhodium dictum.

Lycij Rhodiorum hoſtes.

bantur mari Italiam vſque; apudque Romanos liberi extitere ſemper.

11 Ad mare.] Ne putes otioſum verbum (*Ad.*) nam notat Adriaticum mare: ſed ſcriptum per ſiglum, quod in iſto authore eſt plurimum: Et multo longius Adriatico mari progreſſum Æthiopicum imperium, quod infra docebo. Nam Æthiopes & Ægyptij, vt ad vltima Occidentis peruenirent, oportuit Italiam Tyrrhenumque & Adriaticum mare ſuperaſſe. Simile ſiglum eſt in Plinio Nat. hiſt. 28. vbi de vitijs quæ in facie, cap. 12. *Notumque*, ait, *quaſdam quotidie D.* pro, *dominas*.

12 Imperio tenvisse.] D. Hieron. proœm. lib. 2. ad Galatas ita ſcribit: *Non mirum* (loquens de Gallis) *Occidentales populos tantis in medio terrarum ſpatijs prætermiſſis, in Orientis plaga conſediſſe, cum conſtet Orientis examina ad Occidentis vltima perueniſſe.* Lucanus libr. 10. ita putat, immo maiora putat, dum ſcribit.

Venit ad occaſum, mundique extrema Seſoſtris,
Et Pharios currus regum ceruicibus egit.
Ante tamen veſtros amnes, Rhodanumque Padumque,
Quam Nilum de fonte bibit.

Quod firmat Strabo lib. 15. Nam Seſoſtrim Ægyptium, & Tearconem Æthiopem vſque in Europam proceſſiſſe, ait: Et Nabuchodonoſorem, (qui ab eo Nabocodroſorus vocatur,) & quem ait a Chaldæis magis probari quam olim Herculem) vſque ad Herculeas columnas perueniſſe, quo vſque etiam Tearco peruenit. Et eſt vetus vaticinium de Crœſo:

Crœſus perdet Alim tranſgreſſus maxima regna.
Ambiguo deceptus Apolline Crœſus.

Sed ſacra ſcriptura clare docet Ægyptios gētibus imperaſſe, cum Ezech. 22. ita ſcribat: *Non eleuabitur vltra ſuper nationes, & imminuam eos ne imperent gentibus.* Et Iuſtinus libr. 1. tradit Vexorem regem Ægypti ad Pontum vſq. produxiſſe imperium. Valer. 3. Argonaut.

-- Cum prima Seſoſtris
Intulerit rex bella Getis.

Quod firmat Strabo 17. Et Scythiam & Bactrianam & Indiam regiones ſuperaſſe, quod Ægyptijs litteris in obeliſcis ſcriptum erat. Et ne quis hæc vana putet, 3. Reg. cap. 14. diuina oracula hæc promunt, vbi de rege Seſac, qui Ægyptius Seſoſtris. Et 2. Paralip. cap. 12. ait illum habuiſſe *mille ducentos currus, & ſexaginta millia equitum. nec erat numerus vulgi, quod venerat ex Ægypto cum illo.* Fuit autem varia Ægyptiorum regum fortuna, vt aliquando totius orbis domini, mox aura mutata, etiam Scytharum, & Æthiopiæ regibus ſubderentur. Et Plinius ait Æthiopes Ægyptiorum vicinos, *rerum fuiſſe quondam dominos*, lib. 6. cap. 29. Certe 2. Paralipom. cap. 14. *Zara Æthiops habuit in exercitu ſuo, decies centena millia, & currus trecentos.* Q. Curtius de Dario lib. 3. *Vniuerſas vires in conſpectum dedit, & circumdato vallo, quod decies centenum armatorum multitudinem caperet, Xerxis exemplo numerum copiarum inijt.* Ingens certe acies, & orbis ſubigendi capax. Plinius vbi de Aſangis, non longe a fluuio Indo. *Armant*, inquit, *peditum 30. millia, elephantos 200. equites 2015.* Quæ omnia ad ſtuporem ſcribuntur orbis. Nec prætereo in regno Ioſaphat ex ſacris litteris & cap. 17. 2. Paralip. hæc præſidia fuiſſe; ſub duce Edna trecenta millia; ſub duce Ioanna ducenta octoginta millia, ſub Amaſia ducenta millia virorum fortium, ſub Eliada ducenta millia, ſub Ioſabade centum octoginta millia. quæ omnia pro prodigijs.

13 Dona templis ebvr atqve odores.] Vt aurea Æſtas oblata templo Delphico. Strabo lib. 6. Solidum ex auro Ioui ſimulachrum a Cypſelo donatum. Idem libr. 8. *Sexdecim millia pondo auri gemmæque & margaritæ quingenties H-S vna donatione in cellam Capitolini Iouis conlata a Iulio Cæſare.* Suet. in Auguſt. 30. Quæ vere *donaria* dicuntur, *quia donantur dijs*, vt ait vetus Grammaticus in Cornelij Sullæ Fortunati imperatoris tumulo.

Delphos dona feras, cum primum aſcendere perges
Clarā vrbem ingentem, colitur quæ nomine Diuæ,
Vim ſummam accipies, illic depone ſecurim.

Loquitur de Roma quæ culta ſub nomine Diuæ, quod dixi, & in qua Sylla reuerſus depoſuit imperium. Simulachrum Iouis ex eborea Phidia factum. Cicero 4. in Ver. *Omne ebur ex ædibus ſacris Deorū Deumq. ſimulachris quæ vellet auferret. Honos eboris*, inquit Plin. *a Deorum ſimulachris ſumpſit exordium. Et prius ex ebore, quam ex marmore, Deorum effigies.* Quod Phidiæ dicto confirmat Valerius lib. 3. cap. 7. de fiducia ſui. Et non modo ex ebore effigies in templis Deorum, ſed & valuæ. Prop. de templo Apollinis Palatini.

Et valuæ Libyci nobile dentis opus.

Etiam pectines Dearum. Apul. Metamorph. 11. & lecti partim ex ebore & argento. Odores autem etiam Dijs præſentabantur, non modo in floribus, ſed & in vnguentis. Nam coronæ offerebantur Dijs, quas manibus portarent, aut quibus coronarentur: & pateræ, in quibus vnguenta quibus perfundebantur. De coronis Valerius Maximus lib. 3. cap. 7. *Coronas quæ ſimulachrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, tollebat.* Intelligit autem de aureis. Sed de florum coronamentis etiam Plinius lib. 2. cap. 3. *Tunc coronæ Deorum honos erant, & Larium publicorum priuatorumque.* Nam & Plautus in Aulul. facit Larem ita de filia Euclionis loquentem.

Odores dijs. — *Coronæ manu portatæ.* — *Dijs porrectis manibus geſtabant coronas.* — *Dijs coronati.* — *Lares.*

-- Ea quotidie mihi
Aut thure, aut aliquo ſemper ſupplicat:
Dat mihi coronas.

De vnguentis dixi ſupra. Sed addo, reges harum regionum habuiſſe domos, & cellas, in quibus aromata, aurum, & argentum, & vnguenta reponerent, vt 4. Reg. cap. 20. *Oſtendit illis domum aromatum, & aurum, & argentum & pigmenta varia, vnguenta quoque & domum vaſorum ſuorum, & omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis.* Et corrigo locum de vnguentis apud Iuriſconſultum valde deprauatum, L. argumento. de auro & argento leg. §. vlt. *Nam*, inquit, *vnguenta quibus valetudinis cauſa extinguimur* (pro *exunguimur*, id eſt, exun-

Cellæ aromatariæ.

exungimur in morbo. Sic enim veteres ſcribebant) *non continentur.* Ex odoramentis enim multæ medicinæ, veluti ex odorato iunco, cypero, nardo, balſamo, amomo Plinius l.21. cap. 8. Vnguentorum enim celebritas, ſanitas eſt.

14 QVAM NVNC VI PARTHORVM.] Lego, *quam quæ nunc vi Parthorum.* Nota eſt exſcriptoris. Sic olim Q^M. Q. Petrus Diaconus in notis.

15 MEMNONIS SAXEA EFFIGIES.] Quæ arguta, & loquax, & coloſſea, & ex baſalte lapide ferrei coloris. Tamen non Memnonis, ſed Serapidis effigiem fuiſſe ſcribit Plinius lib. 3. cap. 7. Serapis autem apud Ægyptios eſt Ioſeph dequo in Geneſi, filius Iacob conſecratus ſub Serapis nomine, id eſt *principis boum*, quod famis tempore totam Ægyptum vice terras inarantium boum nutriuiſſet. Habuitque fanum in quo Apis educabatur, vt refert Suidas. Ruffinus ait temporibus Theodoſij Epiſcopum Chriſtianum Theophilum templum ſubuertiſſe: quod verum; & de ea re videndus eſt Eunapius in Maximo & Ædeſio, qui veterum Chriſtianorum in hanc ſtatuam iras deſcribit eleganter: ſed & multi authores meminere, inter quos eſt Capitolinus in Seuero, qui male ſe habet. *Et menſam*, inquit, *& Memnonem & pyramides & labyrinthum diligenter inſpexit.* Vbi legendum: *Et menſuram & pyramides.* Nam de Nili menſura loquitur, de qua apud Ruffin. libr. 2. Hiſtor. Eccleſiaſticæ, & Strabonem 17. aliiſque multis in locis, vt apud Diog. Laertium. Erat autem in hac effigie quid ſimile, quod in draconibus ſcuti Athenienſis Mineruæ. Nam ad pulſum citharæ mouebantur, & reſonabant. Plinius lib. 34. cap. 8. Cato in M. Cæcilium, memorat de effigie quadam veli ſolita Romana pompa, quæ etiam reſonabat, & vocabatur Cythera. Vetuſque Interp. Iuuenal. vbi agit de hac ſtatua Memnonis, ait *Charibim regem iuſſiſſe aperiri, exiſtimantem mechanicum aliquod eſſe, quod intra ſtatuam lateret. Nihilominus aperta ſtatua, quæ erat conſecrata, horis ſtatutis ſonum reddidiſſe.* Et hæc ſunt Paganorum miracula. Strabo vidiſſe ſe ſtatuam & audiuiſſe ſcribit ſonitum circa horam primam. Sed non putat canoram ex lapidum mole, ſed alias ob cauſas ſibi incognitas, lib. 17. nam cum Ælio Gallo Ægyptum peragrauit. Pauſanias audiiſſe etiam ſcribit. Cambyſes Rex Perſarum ſtatuæ ſuperiora rapuerat; inferior pars trunca adhuc reſonabat. Cardan. de ſubtilit. 17. lib.

16 PYRAMIDES.] *Vana regum Ægypti oſtentatio*, ait Plinius lib. 36. cap. 12. Ideo *miracula ſtultorum* quidam nominauit. Et Iſraelitarum ſub Pharaone non modo miranda, ſed miſeranda opera. Nomenque illius Pharaonis, ſub quo hæc ſtructura, iuſtiſſime euanuit. Plin. 36. c. 6. Qui fallitur: nam vocabatur Pharao Tethmoſis: Philo & Ioſephus. De his pyramidibus Herodotus in Euterpe: qui Cleopis regis Ægyptiorū ſumptus deſcribit, aitq. in ſtruenda quadam pyramide, miros fuiſſe & certe vix credendos. Nam pro allio & cæpis ſcribit erogata fuiſſe mercenarijs mille octoginta talenta. Et inde interpretare quod ſcriptum in Biblijs, Hebræos inter deſertorum aſperitates, tam ſæpe Ægyptiorum cæpas deſideraſſe, quia cum in Ægypto eſſent mercenarij, ad coquendos lateres conducti cæpis veſcerentur. Sic dixit Varro in Manio,

Dulcemque aquam bibat, ſalutarem, & flebile cæpe.

De his pyramidibus ita Martialis prurientes & putiſcentes nimium ſuos libellos incipit, non ſine mendo, quod cornicum Grammaticarum oculos configit, nec aduertunt.

Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis,
Aſſiduus iactet nec Babylona labor:
Nec Triuiæ templi molles laudentur honores,
Diſſimuletque Deum cornibus ara frequens.

Lege audacter 4. verſu:

Nec Triuiæ templi molis, laudentur honores.

Nam *molles templi honores*, nec lecti vnquam, nec ſcripti, nec ab authore fuerunt cogitati. Sed molem vocat templi, ingentem lapidum aceruum, quo templum illud extructum fuit. *Et Iuuenalis.* Recte *Aſſyrius labor*, non *Aſſiduus*, & Alciato ſerius acceptum. Et corrigo etiam Iuuenalem in eodem verbo, & in eadem re Satyra 8.

Obuius aſſiduo (lege *Aſſyrio*) *Syrophœnix vdus amomo*
Currit, Idumeæ Syrophœnix incola portæ.

Et de iiſdem pyramidibus, mendum eſt apud Martialem lib. 10. epigr. 73. *Iterum correctus Martialis.*

Marmora parua quidem, ſed non ceſſura viator,
Mauſoli ſaxis, pyramidumque leges.

Lego *Iugis.* Nam verbum, *leges*, alienum heic eſt. Et Plinius ſcribit, *ſitæ ſunt in monte ſaxeo ſterilique*, id eſt, iugis montis ſaxei pyramides. *Et ſuperioris correctionis.* Repoſui autem *Triuiæ templi molis*, nam quod verborum ſomnium *molles honores*? vocatur autem moles Epheſinum templum ab eodem Plin. his verbis. *Ea*, inquit, *maxima moles fuit*, libr. 37. cap. 14. maxima certe ſi quam dat deſcriptionem iſtius templi, attentius conſideres. Cui ædificando tota Græcia & Aſia ſymbolum dedit & ſtipem. *Cur moles dictum Epheſinum templum.*

17 ELEPHANTINEN.] *Elephantina inſula infra nouiſſimam cataractam habitatur, & eſt Ægyptiæ nauigationis finis*, ait Plinius libr. 5. cap. 9. Et Strabo lib. 17. *In ea perpetuum eſt ver arborum, ita vt ne vitium quidem palmites decidant.* *Elephantina vbi.* Idem Plinius lib. 16. cap. 21. Eſt autem Elephantina Æthiopiæ vicina, quæ Elephantorum ferax, & non longe a Meroe, de qua Claudianus in nupt. Honor. & Mariæ:

-- quantum crinita ſagittis
Attulit extremo Meroe circumflua Nilo.

Ita dicta Meroe a virgine Meroe filia Cambyſis quæ 16. anno vita defecit. Herod. & Strabo.

18 SYENEN.] Quæ finis imperij Rom. Nam ſic Plin. 12. cap. 4. *Nuper allata Neroni principi Æthiopiæ forma raram arborem ebenum ad Meroen vſque a Syene fine imperij.* De ea ſic Lucanus libr. 10. *Syene ſub Cancro.*

-- Contraque incenſa Leonis
Ora tumet, Cancroque ſuam torrente Syenen

Implorandus adeſt.

Abundans dente elephantino.

Et Iuuenalis Satyra 11.

Dentibus ex illis quos mittit porta Syenes.

Fuſca Syene.

Martialis lib. 9. epigram 36.

Seu quoties Phario madeat Ioue fuſca Syene.

Idem lib. 1. epigram. 87.

Niliaca Syene.

Qui nunc Niliacam regit Syenen.

Et lib. 5. epigram. 23.

Gleba Syenes.

Magnaque Niliacæ ſeruit tibi gleba Syenes.

Quid Syene.

Syene autem *eſt inſula ſpatio ſemiſtadij, in qua ciuitas eſt, quæ Cnuphidis templum habet, & Nilometrium, id eſt puteum, in quo maxima & minima & media Nili incrementa notantur.* Strabo libr. 17. Erat autem temporibus Ezechielis turris in Syene poſita: nam ita ſcribit Ezech. 22. *Dabo terram Ægypti in ſolitudinem gladio diſſipatam a turre Syenes vſque ad terminos Aethiopiæ.* At D. Hieronym. in Ezech. ſic ſcribit. *Turris Syene vſque hodie permanet, caſtrum ditioni Romanæ ſubditum, vbi ſunt Nili cataractæ, & vſque ad quem locum Nilus de noſtro mari nauigabilis eſt.* De illa ita cecinit Propheta. *Dixiſti, Fluuius meus eſt*, loquens de Nilo: *idcirco ad te, & ad flumina tua, dabo terram Aegypti in ſolitudinem gladio diſſipatam a turre Syenes, ſiue a Magdalo, & Sione vſque ad terminum Aethiopiæ. non tranſibit per eam pes hominis, neque pes iumenti gradietur in ea: non habitabitur quadraginta annis.* En vox Domini ſuccenſentis, & in ira minitantis, vt omnes paueant.

A paruis initiis magnum bellum oriri poteſt.

Fortuna virtutem deſerente incurſant debiliores.

Ad validiores tunc itur.

Dum ea æſtas Germanico plures per prouincias tranſigitur, haud leue decus Druſus quæſiuit inliciens Germanos ad diſcordias; vtque fracto iam Maroboduo vſque in exitium inſiſteretur. Erat inter [1] Gothones nobilis iuuenis nomine Catualda, profugus olim vi Marobodui, & tunc dubijs rebus vltionem auſus. Is valida manu fines Marcomannorum ingreditur, corruptiſque primoribus ad ſocietatem, inrumpit regiam, caſtellumque iuxta ſitum; veteres illic Sueuorum prædæ, & noſtris e prouincijs lixæ, ac negotiatores reperti, quos ius commercij, dein cupido augendi pecuniam, [2] poſtremum obliuio patriæ ſuis quemque ab ſedibus hoſtilem in agrum tranſtulit. Maroboduo vndique deſerto, non aliud ſubſidium, quam miſericordia Cæſaris fuit. tranſgreſſus Danubium, qua [3] Noricam prouinciam præfluit, ſcripſit Tiberio, non vt profugus aut ſupplex, ſed ex memoria prioris fortunæ: nam *multis nationibus clariſſimum quondam regem ad ſe vocantibus Romanam amicitiam prætuliſſe.* Reſponſum à Cæſare, *tutam ei honoratamque ſedem in Italia fore, ſi maneret: ſin rebus ſuis aliud conduceret, abiturum fide qua veniſſet.* cæterum apud ſenatum diſſeruit, *non Philippum Athenienſibus, non Pyrrhum, aut Antiochum Populo Rom. perinde metuendos fuiſſe.* Extat oratio qua magnitudinem viri, violentiam ſubiectarum ei gentium, & quam propinquus Italiæ hoſtis, [4] ſuaque in deſtruendo eo conſilia extulit. Et Maroboduus quidem [5] Rauennæ habitus, ſi quando inſoleſcerent Sueui, quaſi rediturus in regnum oſtentabatur. ſed non exceſſit Italia per duodeuiginti annos, conſenuitque multum imminuta claritate, ob nimiam viuendi cupidinem. Idem Catualdæ caſus, neque aliud perfugium. Pulſus haud multo poſt [6] Hermundurorum opibus, & Vibilio duce, receptuſque, [7] Forum Iulium Narbonenſis Galliæ coloniam mittitur. Barbari vtrumque comitati, ne quietas prouincias immiſti turbarent, [8] Danubium vltra inter flumina Marum & Cuſum locantur, dato rege Vannio gentis Quadorum. Simul nuntiato regem Artaxiam Armenijs a Germanico datum, decreuere patres, vt Germanicus atque Druſus ouantes vrbem introirent. ſtructi & arcus circum latera templi [9] Martis Vltoris cum effigie Cæſarum; lætiore Tiberio, quia pacem ſapientia firmauerat, quam ſi bellum per acies confeciſſet.

Quam P. Romano Maroboduus fuerit olim metuendus.

Deſtruitur qui timetur.

Lætius & vtilius pacem ſapientia firmare quam bellum ducere.

1 Gothones.]

1 GOTHONES.] De his Claudian. In Eutrop. 2.

Targibilum tumidum, deſertoreſque Gothunnos;
Vi miſeras populabor oues.

Et idem eodem.

Phrygia Gothis habitata.

-- Oſtrogothis colitur, mixtiſque Gothunnis
Phryx ager.

Gothi Gothones.

Populi ſunt qui a Suedia ſuam trahunt originem: nos Gothos dicimus, qui in illo Scythicarum gentium diluuio, totum pæne orbem poſtea inundarunt. Nam a Gothis alterum ruens in terras diluuium.

2 POSTREMVM OBLIVIO PATRIÆ.] Sic Horat. 3. Carm.

Mileſne Craſſi coniuge barbara
Turpis maritus vixit, & hoſtium
(Proh curia inuerſique mores)
Conſenuit ſocerorum in armis.

Et Virgil. 4.

Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?

Noricum Bauaria.

3 NORICAM PROVINCIAM.] Bauariam eſſe dicunt. Tertullianus Noricorum Deum facit Bellenum, in Apolog. nec dubito, quin fuerit ille *Beel*, qui & *Baal* in ſacris ſcripturis dicitur. Nam idem eſt, & interpretari ſolet *ſuperior*, vel *deuoratio*: fuitque Deus Sidoniorum, & Noricorum, & Armoticorum, inquit D. Hieron. in Oſeam cap. 3. Inſipidi mortales, qui deuorationi ſe vorandos dedere.

Bellenus Noricorum Deus, id eſt Baal. Qui deuoratio dicitur.

4 SVAQVE IN DESTRVENDO EO CONSILIA EXTVLIT.] Id eſt, aperuit illi quibus artibus fuerit vſus, vt illum deſtrueret. Tamen principi conuenientius ea reticuiſſe quam vulgaſſe.

Rauenna in Adriæ ripis.

5 RAVENNÆ HABITVS.] Quæ nobilis eſt Italiæ ciuitas, in Adriatico litrore. Martialis lib. 10.

Quos Fauſtine dies, qualem tibi Roma Rauennam
Abſtulit?

Paludoſa.

Et Silius Italicus libr. 8.

Quique graui remo limoſis ſegniter vndis
Lenta paludoſæ proſcindunt ſtagna Rauennæ.

Ranæ Rauennates.

Inde Rauennates ranæ. Martial. libr. 3. epigram. 92.

Meliuſque ranæ garriant Rauennates.

Sedes Imperatorum.

Multæ conſtirutiones ſunt in Cod. Iuſtin. datæ Rauennæ ab Imperatoribus, quibus ſedes fuit, in eaque olim Pharus nobilis, & nauigantibus vtilis valde. Claud. 6. Pan. Honor. ita de Rauenna.

Aquæ puræ inops.

Dixit: & antiquæ muros egreſſa Rauennæ,
Signa mouet.

Purioris aquæ penuria fuit illaudata. Nam ſic Martialis lib. 3. epigr. 55.

Sit ciſterna mihi quam vinea malo Rauennæ.

Tamen Naiades Bacchi comites & ſociæ. Sed ſcripſit quod paludoſa Rauenna nullas lympidas & ſalubres aquas habeat.

6 HERMVNDVRORVM.] A Gellio Hermunduli dicti. Extatque lib. 16. cap. 4. indicti belli formula aduerſus illos populos.

Forum Iulium Narbonenſe.

7 FORVM IVLIVM NARBONENSIS GALLIÆ.] Forum eſt Iulij Octauanorum. nam dicunt Arelate Sextanorum. Et dicitur hodie *Freiuz*, de quo Plinius lib. 2. cap. 4. Et eadem ora Anthenopolis Maſſilienſium; nos dicimus *Antibe*, & Blitteræ, hodie *Aubeterre*. Et Arauſio Secundanorum, *Aurange*.

Danubius a Nilo ſecundus.

8 DANVBIVM VLTRA.] Qui *Iſter* etiam vocatur. A Nilo ſecundus magnitudine, ſi Salluſtio credimus, vt ſcribit Gellius libr. 16. cap. 7. Et de quo Virgil. 3. Georg.

Turbidus, & torquens flauentes Iſter arenas.

Cornuti fluuij.

Nam ſexaginta fluuijs ſibi ſociatis fertur tumidus & æſtuans in pontum & præceps. Dicitur autem ſeptemplex, quod per ſeptem oſtia in pontum labatur. Et Strabo ſcribit ſuperiores huius fluminis partes a fonte ad præcipites eius decurſus & cataractas Danubium nominari: inferiores vero per Getas ad Pontum vſque Iſtrum dici. Quanquam in authoribus illa differentia rarius obſeruata.

Duo templa Martis vltoris.

9 MARTIALIS VLTORIS.] Duo erant Martis vltoris templa Romæ: vnum in foro Auguſti, conditum poſt victoriam Philippenſem: alterum in Capitolio. Credibile eſt hoc de quo Tacitus, fuiſſe in foro Auguſti. Marrialis lib. 8. epigr. 44.

Aedemque Martis, & coloſſon Auguſti.

Et lib. 7. epigtam. 50.

Vltoris prima Martis in æde ſedet.

Vocat primam, quæ in Capirolio extitit. Nam vltima ædes ſtructa ab Auguſto, vindicata Iulij Cæſaris nece.

Tib. & clara ſapientiſſ. conſilia.

10 PACEM SAPIENTIA FIRMAVERAT.] Velleius hoc confirmar libr. 2. his verbis. *Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut videre maius, aut mirari magis potui, quam quod imperatori, nulla adeo opportuna viſa eſt victoriæ occaſio, quam damno amiſſi penſaret militis, ſemperque viſum eſt glorioſum, quod eſſet tutiſſimum, & ante conſcientiæ, quam famæ conſultum: nec vnquam conſilia ducis, iudicio exercitus, ſed exercitus prouidentia ducis rectus eſt.* Aurea verba, & pretioſa conſilia. Sed tum Tiberius parciſſimus ſanguinis quem poſtea largius effudit. Noto autem Romanis ſapientiam & conſilia magno in vſu fuiſſe. Ideo Circi ſpectaculis Conſum conſilij Deum habebant. Et M. Tullius in Bruto. *Omiſſis illis conſilijs diuinis, quibus ſæpe conſtituta eſt imperatorum ſapientia, ſalus ciuitatis aut belli aut domus.*

Vis conſilij expers mole ruit ſua.

Et egregie Tacitus: *Nihil rerum mortalium tam inſtabile ac fluxum eſt quam fama potentiæ, non ſua vi nixæ*, id eſt ſine conſilio. ἱερὸν ἐστι ἡ συμβουλία, *magna & ſacra res conſilium.*

Igitur Rheſcuporim [1] quoquo Thraciæ regem aſtu adgreditur. omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat. quo defuncto Auguſtus partem Thracum Rheſcuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permiſit. In ea diuiſione arua, & vrbes, & [2] vicina Græcis, Cotyi:

Diuerſa fratrum ingenia & mores bellum parant.

quod incultum, ferox, adnexum hoſtibus, Rheſcuporidi ceſſit: ipſorumque regum ingenia, illi mite, & amœnum, huic atrox, auidum, & ſocietatis impatiens erat. ſed primo ſubdola concordia egere, mox Rheſcuporis egredi fines, vertere in ſe Cotyi data, & reſiſtenti vim facere, cunctanter ſub Auguſto, quem authorem vtriuſque regni, ſi ſperneretur, vindicem metuebat. enimuero audita mutatione principis, immittere latronum globos, excindere caſtella, cauſas bello. Nihil æque Tiberium anxium habebat, quam ne compoſita turbarentur. deligit centurionem, qui nuntiaret regibus, ne armis diſceptarent. ſtatimque a Cotye dimiſſa ſunt quæ parauerat, auxilia. Rheſcuporis ficta modeſtia poſtulat[3] * eundem in locum coiretur; poſſe de controuerſijs colloquio tranſigi. nec diu dubitatum de tempore, loco, dein conditionibus: cum alter facilitate, alter fraude cuncta inter ſe concederent, acciperentque. Rheſcuporis[4] ſanciendo (vt dictitabat) fœderi[5] conuiuium adijcit. tractaque in multam noctem lætitia[6] per epulas ac vinolentiam, incautum Cotyn, & poſtquam dolum intellexerat,[7] ſacra regni,[8] eiuſdem familiæ deos, &[9] hoſpitales menſas obteſtantem,[10] catenis onerat. Thraciaque omni potitus ſcripſit ad Tiberium, *ſtructas ſibi inſidias, præuentum inſidiatorem*: ſimul bellum aduerſus Baſtarnas, Scythaſque prætendens, nouis peditum, & equitum copijs ſeſe firmabat. Molliter reſcriptum, *ſi fraus abeſſet, poſſe eum innocentiæ fidere. cæterum neque ſe, neque ſenatum niſi cognita cauſa, ius & iniuriam diſcreturos. proinde tradito Cotye venirent; transferretque inuidiam criminis.*

Bene compoſita non debēt turbari.

* quendam in locum coiretur:

Quando vnus fide, alter perfidia agit, bellum verendum eſt.

Frater fratrē in conuiuio fallit & onerat catenis. Sed in Thracia.

1 Qvoqvo astv.] Noſter li. 3. *Quoquo vellent populum agitandi.* Et lib. 3. *Quoquomodo meriti grauem caſum miſeratus.* Plaut. in Satyrione ex Verrio. *Retrahi nequit quoquo progreſſa eſt ſemel.* Et Sueton. in Auguſto cap. 21. *Tantumque abſuit a cupiditate quoquo modo imperium vel bellicam gloriam augendi.* Tamen heic puro legendum, (*quoque*) quod poſt Maroboduum & Catualdum aſtu deceptos, etiam Rheſcuporim ſit dolis aggreſſus Tiberius. Vere litus melle gladius & ſanguinis hydrus.

Tacitus ex coniectura emendatus.

2 Vicina Græcis.] Id eſt vicina Macedoniæ. Nam Macedonia Græcia dicta olim, ait Strabo; & eſt Thraciæ contermina.

Macedonia olim Græcia.

3 Evndem in locvm coiretvr.] At quis ille locus? & vbi, aut quando de illo dictum? nuſquam ſane, & nunquam. Et quod ſequitur hoc docet. Nam addit. *Nec diu dubitatum de tempore, loco, conditionibus.* Lego ego, *quendam in locum.* Nam ſi de loco fuiſſet pactum, poſtea de loco non deliberaſſent.

Tacit. correct.

4 Sanciendo foederi.] Quorum *tria genera*, ait Liuius. *Nam aut victi cum victore, aut æquales bello, aut qui nunquam hoſtes fuere, in fœdera coeunt.* lib. 34.

Tria fœderum genera.

5 Convivivm.] Fœdera ſine ſacrificio non fiebant, nec ſacrificia ſine conuiuio. Euſeb. de præp. Euang. ex Apollinis verbis, cap. 4. lib. 4.

Conuiuia ex immolatorum parte.

Extremas reddes partes, atque igne cremabis:
Quod ſupereſt, propone tibi dapibuſque reſerua.

Nam ex partibus victimæ, conuiuia agitabantur. Quippe, vt ait Seneca epiſt. 29. *Viſceratio ſine amico, leonis & lupi vita eſt.* Sic 1. Reg. cap. 2. *Filij Heli, filij Belial, neſcientes dominum, neque officium ſacerdotum, ad populum.* Nam ante ſacrificium, tollebant ſibi carnes. In Toletana Synodo 12. cap. 5. *Quale illud erit ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe cognoſcitur?* Nam ſacrificanti portio dabatur ex ſacrificio, & alludit a paganorum more ad ſacrificium Iudæorum. Ouid. 2. Faſt.

Cornipedi Fauno cæſa de more capella,
Venit ad exiguas turba vocata dapes.

Apul. 9. Metamorphoſ. *Sacrificales epulas cum ſacerdotibus Deæ cœnitabat.* Et in illis conuiuijs veſtes habebant pretioſiores. Nam Synodo Ancyrana, Can. 4. *De his qui ſacrificare*, inquit, *coacti ſunt, inſuper & cœnauerunt in Idolio, quicunque eorum lætiore habitu fuerunt, & veſtibus pretioſioribus vſi ſunt, inter audientes ſtent.* Et in thurificatione Marcellini: *Quo die exuiſti purpuram & induiſti coccum, & gaudebat Diocletianus.* Tamen apud Paganos quædam erant ſacrificia, & apud Iudæos, quibus nihil reſeruabatur. Et *Prodigæ hoſtiæ* vocabantur, ait Verrius Flaccus. *Sūt enim Prodigæ hoſtiæ*, inquit, *in quibus omnia omnino conſumuntur, & quibus nihil ſacerdoti, nihil ſacrificanti conceditur. Totum cedit Deo.* Apud Iudæos Exod. 29. *Offeres totum arietem in incenſum ſuper altare: oblatio eſt Domino, odor ſuauiſſimus victimæ Domini.* Et Leuit. 6. *Omne ſacrificium igne conſumetur, nec quiſquam comedet ex eo.*

Redeo

Redeo ad partes ſacrificiorum. 1. l. Reg. cap. 9. *Ipſe* (loquitur de Propheta) *benedicit hoſtiæ, & deinceps comedunt qui vocati ſunt.* Et cap. 16. eiuſdem libri. *Vitulum tolles de armento: & dices, Ad immolandum Deo veni. Et vocabis Iſai ad victimam*, id eſt, ad victimæ partes edendas. Sic Prouerb. 17. *Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.* Et ita intelligendus Euſebij locus lib. 3. cap. 1. vbi ait Iudæos ab hora nona, ad vndecimam ſacrificare: nec ſacrificare ſolos, ſed adiunctis ad minimum decem, aut viginti ſocijs: qui ſocij, ſunt conuiuales. Et Liuius lib. 40. de Paganis. *Proficiſcuntur ad ſtatum ſacrificium ibi, die per epulas ſolemnes abſumpto.* Plaut. in Amphit.

Explicatus locus in Prouerbijs Salomonis.

Iudæi ab nona ad vndecimam ſacrificabant.

In epulis ſacrificalibus totus dies abſumebatur.

Tu gubernatorem nauis huc euoca verbis meis
Blaſpheronem, vt re diuina facta, mecum prandeat.

Idem in Rudente.

Trac. *Sed quam mox coctum eſt prandium?*
Amp. *Quod prandium obſecro te?*
Trac. *Nempe rem diuinam facitis heic.*

Et in Sticho.

Gel. *Iamne exta cocta ſunt, quot agnis fecerat?*
Cro. *Illa quidem nullum ſacrificauit.*

Et Tertullian. in ſpect. de Idolothytis, & ex D. Paulo. *Neque de ſacrificato, neque de parentato edimus, quia non poſſumus cœnam Dei edere, & cœnam dæmoniorum.* Sic Apul. libr. 7. Met. *Nullum vſpiam pecus ſacrificatui, ac ne vinum quidem potatui, affatim vel ſufficiens habemus.* Et Iuuenal. Sat. 2.

Inde vſus Idolothytarũ vetitus Chriſtianis.

Moris erat feſtis quondam ſeruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, ſi quam dabat hoſtia, carne.

Idem Apuleius libr. 9. Met. *Dominus ædium ſacrificales epulas cum ſacerdotibus Dei cœnitabat.* In ſumma, ex ſacrificio pagano, primum Dij, mox homines ſaturabantur. Quod & fecere Iudæi; vnum excipio, ſi erga Deum videri vellent planè liberales, & ad impetrandum effuſi. Nam Philo Iudæus de legat. ad Caium ait, *omnes victimas igni exurendas tradidiſſe, nec ſeruaſſe quidquam, vt Caij ſanitatem indipiſceretur quam exoptabant.* Nam totum vſtum ſacrificium, totam mentem teſtabatur. *Nemo melius donat*, ait D. Hieronym. *quam qui ſibi nihil reſeruat.* Nec omitto quod heic Tacitus, *adijcit conuiuium.* Nam cœna erat adiicialis, quæ ſacrificio adijciebatur, de qua Varro 3. de re ruſt. Primus Q. Hortenſius pauones Augurali adijciali cœna poſuiſſe dicitur.

In ſacrificio pagano Dij & homines ſaturati.

Nihil ſeruare ex ſacrificio eſt liberalitas.

8 Per epvlas ac vinolentiam.] Quæ Thracum virtutes, vt omnium frigidarum gentium: & illas epulas deſcribit Papinius 2. Theb.

Epulæ Thracum [illegible]

Qualia per Rhodopen rapido conuiuia cœtu
Biſtones; aut mediæ ponunt conuallibus Oſſæ.
Illis ſemianimum pecus, excuſſæque leonis
Ore dapes, & lacte nouo domuiſſe cruorem
Luxus, & Ogygij ſi quando afflauit Iacchi
Sæuus odor, tunc ſaxa manu, tunc pocula pulchrũ
Spargere, & immerito ſociorum ſanguine fuſo,
Inſtaurare diem, feſtaſque reponere menſas.

Sic in menſa pugnabant Thraces. Quod venit in prouerbium. Philo Iud. de vita contempl. Cyclopicum eſſe ait conuiuium, & arenam. Iuuenalis ad hæc conuiuia alludit Satyra 5. -- *Corybanta videbis.*

Thraces in menſa pugnabant.

Cyclopicum conuiuium.

Iurgia proludunt: ſed mox & pocula torquet
Saucius, & rubra deterges vulnera mappa:
Inter vos quoties, libertorumque cohortem
Pugna Saguntina feruet commiſſa lagena?

D. Hieronym. eo etiam reſpicit, cum ad Euſtochium ſcribit de Virg. ſeru. *Calix frangitur, menſa ſubuertitur, verbera reſonant, & aqua tepidior ſanguine vindicatur.* Mirum cum dulcioribus, nec amaris poculis vterentur: quippe melle vina condiebant, & *Thraces primi vino mella miſcuerunt*, ait Plin. lib. 14. cap. 4. ſic ille Horatij beatus gurges.

Et tamen melle vina condiebãt.

-- *Vacuis infundere venis*
Nil niſi lene docet.

Tamen ab Iudæis profluxit. Nam Eſdræ 2. cap. 8. *Ite, comedite pinguia, bibite mulſum, & mittite partes his qui non præparauerunt.* Ita interpretor D. Hieronymum epiſt. ad Nepot. qui ita: *Cum faui decoquuntur in dulcem & barbaram potionem*, id eſt Thracicam. Martialis de illa lib. 4. epigr. 13.

Iudæi primi vina mellis miſcuerunt.

Barbara potio Thracica eſt.

Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo,
Maſſica Theſeis tam bene vina fauis.

Et illa potio, initio cœnæ capiebatur. Nam Poeta Satyricus.

-- *Leui præcordia mulſo*
Prolueris melius.

Apuleius *antecurſoriam* vocat *potionem*, quod in limine menſæ daretur. Sed illa dulcis potio nunquam Thracum aſperos mores leniuit.

Intercurſoria potio.

7 Sacra regni.] Quid vocat *ſacra regni*? Puto ea quæ adhibito ſacrificio de regnorum ſtatu fiebant. Sic de Iudæis 4. Reg. cap. 15. *Holocauſtum regis, & ſacrificium eius, & holocauſtum vniuerſi populi terræ.* Erant enim ſacrificia facta pro ſalute regis & populi vniuerſi. Feſtus de Paganis. *Publica ſacra, quæ publico ſumptu pro populo fiunt, quæque pro montibus, pagis, curijs, ſacellis.* Et in ædibus Bonæ deæ apud Romanos. *Priuata vero quæ pro ſingulis hominibus, familijs, gentibus fiunt.* Martialis lib. 10. epigram. 41.

Quid ſacra regni.

Sacra pro ſalute regni & populi.

Sacra pro priuatis.

Et populare ſacrum bis millia dena tuliſſet.

De priuatis. Val. de diſcip. milit. *Tu namque Poſthume dictator Aul. Poſthumum ad generis penetraliumque ſacrorum propagationem genueras.* Forſan etiam dixit *ſacra regni*, quod reges ſacri, de ſacris regni & arcanis Deos conſulerent. Nam Pagani etiam barbari, Reges pro Dijs habuere. Et βασιλικοὺς θεοὺς νομίζουσι, ait Strabo de Æthiopibus 17. Sic in Biblijs, *vncti Domini* dicuntur 2. Reg. cap. 1. *Non timuiſti mittere manum in Chriſtum Domini?* D. Hieron. in Pſal. 75. *Reges ſancti ſunt*, inquit. Et *Deos* appellat propheta. *Ego dixi, Dij eſtis.* θεοφανεῖς dicuntur apud Græcos Paganos: etiam apud Latinos, — *Vigilaſne Deum gens Ænea?*

Reges ſacri.

Vncti Domini.

Sancti.

In epigr. Græco Anthol. 1. vbi de fortuna, *ſancti* vocantur. λογίων ἀγέλης· ἄμβροτοι ἡγεμόνες. *Rationalis gregis ſancti duces.* *Anguli populi*, 1. Reg. *Applicate huc vniuerſos angulos populi.*

Angulos populi, principes populi vocat, ait D. Hieronym. *Humani Ioues* dicti a Plauto. Dicuntur etiam *Iouis conſiliarij*, vt Minos & Scipio *nutricij & amici deorum*. Diogenes apud Dionem de Regno Oratio. 1. Forſan etiam dixit *ſacra regni*, quod arcano quodam & ſacro fœdere omnes reges inter ſe ſint colligati. Ideo mutuo ſe vocant *fratres*. Sic 3. Reg. cap. 20. *Si adhuc viuit frater meus?* ſunt verba regis Iſrael de Benadab rege Syriæ. & 1. li. cap. 10. *Rex Alexander fratri Ionathæ*. Et apud Caſſiodorum libr. 6. Rector prouinciæ, *frater* appellatur a principe. Reges tamen etiam viris magnæ virtutis & fortunæ tribuunt talia gratulationis cognomina. Vt legimus etiam in Biblijs de rege Tyri qui Hyram virum prudentem, *parentem ſuum* nominat, 2. Paralip. cap. 2. id eſt *patrem*. niſi capias *parentem* pro agnato, vel cognato, more populari, vel militari, vt ait Diuus Hieronymus. Capitolinus in Albino: *Imperator*, inquit, *Seuerus Auguſtus Clodio Albino Cæſari fratri amantiſſimo & deſideratiſſimo ſalutem*. Gallorum reges dicunt, *noſtre bon couſin*, aut *noſtre bon parent*. Theodoſius vocat in epiſtola *Auſonium ſuum parentem*. Et *cognatum* Lyſiam vocabat Antiochus 2. Machab. Vt de patricijs apud Claud. *— Iam poteras noſtri principis eſſe pater.* De Vlpiano locus eſt, quem *parentem ſuum* imperator Alexander Seuerus vocitabat, L. 4. Cod. locati: & *amicum ſuum*, L. 4. Cod. de contrah. ſtip. & L. 17. de iur. patr. *Iuriſperiti amici noſtri*, aiunt DD. fratres. Notaui etiam in Nouella 121. a Iuſtiniano titulum *fratris* Baſilico præſidi Tharſenſi tributum. Sic Quintil. declam. 321. *Quoties blandiri volumus, his qui eſſe amici videntur, nulla procedere adulatio vltra poteſt, quam vt fratres vocemus.* Ita prorſus. Nam *frater* eſt *fere alter*. Nec aliud eſt vinculum firmius, nullum ſacratius. Iulianus αὐτοκράτωρ, ad Libanium. ἔρρωσό μοι, ἀδελφὲ ποθεινότατε ϗ φιλοσοφικώτατε. *Vale frater chariſſime & ſuauiſſime.* quod multis repetit epiſtolar. locis.

Iouis nutricij. Amici.

Reges ſe fratres vocant.

Principes, ſuos amicos, & cognatos vocant magnates.

Nil dulcius nomine fratris.

Genij paganorum vbique.

8 EIVSDEM FAMILIÆ DEOS.] Veteres Romani omnibus locis, vt imperijs, prouincijs, ciuitatibus, domibus, & familijs, & agris, etiã minimis rebus & quiſquilijs, Deos tribuebant. Prudent. contra Sym.

--Cur genium Romæ non fingitis vnum?
Quum portis, domibus, thermis, ſtabulis, ſoleatis
Adſignare ſuos genios; perque omnia membra
Vrbis perque locos, geniorum millia multa?

Dij imperiorum.

Sed hoc vt vbique præſentes deos teſtarentur, nec facinora quantumuis arcana ſine Deo teſte & vindice eſſe putarent. De *Imperijs* Virgilius 2. Æneid.

Fxceſſere omnes adytis, ariſque relictis,
Dij, quibus imperium hoc ſteterat.

Dij prouinciarum.

De *prouincijs*. Petronius Arbiter. *Noſtra regio tam plena eſt numinibus præſentibus, vt facilius poſſis Deum, quam hominem inuenire.* Et Symmach. libr. 5. epiſt. 77. *Larem patrium ſalutaui.*

Dij Germaniæ.

Tacit. l. 1. *Penetrales Germaniæ Deos.* Et Virgil.

Dij patrij ſeruate domum, ſeruate nepotes.

Genius Ægypti.

De ciuitatibus. Symmachus de trad. Baſil. *Varios cuſtodes vrbibus mens diuina diſtribuit. Vt animæ naſcentibus, ita populis fatales genij diuiduntur.* Inde illa euocatio Deorum Carthaginenſium, ſingulari formula apud Macrob. libr. 3. cap. 9. quam confirmat Plinius libr. 28. cap. 2. *De domibus*. Plaut. in Aulul.

Dij magni, minutique & patellarij.

Euocatio Deorum Carthaginenſium.

Ego Lar familiaris ex hac familia
Vnde exeuntem me aſpexiſtis, hanc domum
Iam multos annos eſt cum poſſideo & colo,
Patrique auoque iam huius qui nunc hic habet.

Dij domorum.

Patellarios vocat Plautus in Ciſtellaria, quia de patella eis libaretur. Inde *hoſtiles lares, murales, & viales*, tutandis vrbium muris vijſque. Vnde Ouid. 5. Faſtorum, vbi de laribus.

Dij vicorum.

Dij itinerum.

Sunt quoque pro nobis & præſunt mœnibus vrbis,
Et ſunt præſentes auxiliumque ferunt.

Et Plaut in Mercat. CHA. *Inuoco vos Lares viales, vt me bene iuuetis.* De *vicis* & *itineribus*, Arnobius aduerſus gentes. Et Suetonius *compitales lares* memorat in Aug. cap. 31. quod compita tutarentur: erantque publici & priuati. Quod Liuius docet, & Tertull. in Apolog. Et Plinius cap. 3. lib. 21. *Tunc coronæ Deorum honos erant, & larium publicorum priuatorumque.* Et Plinius ait Seruium qui Laris priuati filius putabatur, primum compitalia, & ludos laribus inſtituiſſe, lib. 36. cap. vlt. Ouidius 5. Faſt. vbi de laribus & cane qui pedibus eorum excubabat.

Dij compitorum.

Compitalia.

Ludi Compitales.

Et canis ante pedes ſaxo fabricatus eodem
Stabat. quæ ſtandi cum lare cauſa fuit?
Seruat vterq. domũ: domino quoq. fidus vterq. eſt.
Compita grata Deo, compita grata cani.

Compitalia, inquit Varro 5. de ling. Latina, *dies attributus Laribus. Quotannis is dies concipitur, quo viri mulieresque ſuas effigies ex lana, etiam effigies ſeruorum compitis ſuſpenderent.* Feſtus & Ver. Flaccus in verbo *Pilæ. Viriles & muliebres effigies in compitis ſuſpendebantur Compitalibus. Ex lana, quod eſſe Deorum inferorum hunc diem feſtum, quos vocant lares, putarent, quibus eo die tot pilæ, quot capita ſeruorum; tot effigies, quot eſſent liberi ponebantur, vt viuis, (ſic enim inuocantur,) parcerent, & eſſent his pilis & ſimulachris contenti.* De agris Virgil. 3. Æn.

Dij agrorum.

Loci genius.

Incertum Geniuſne loci, famuluſne parentis
Eſſe putet.

Dij domorum. Foríum.

Tertullian. de Pallio. *Si quis loci Genius ingemebat.* Virgil. 7. Æneid.

— Geniumque loci, primamque deorum
Tellurem, Nymphaſque & adhuc ignota precatur
Numina.

Thermarum.

Stabulorum.

Etiam domorũ foribus genios tribuebant, & thermis, & ſtabulis, & liminibus, ſeris, & cardinibus, ne quid vacuum eſſet numinibus. D. Auguſtinus de ciuit. Dei. Et Apuleius *Eponam Stabulariam Deam facit.* Sane Deos habebant, in atrijs, in cubiculis, ſtabulis, in culinis, etiam in latrinis. Quæ recenſere, voluminis eſt materia. In ſumma omnibus habebant rebus genios. Tert. de Anim. Etiam libris. Mart.

Genij omnibus locis, & rebus.

Victurus genium debet habere liber.

Etiam libris.

Tertull. in Apolog. *Vnicuique etiam prouinciæ & ciuitati ſuus Deus, vt Syriæ Aſtartes, vt Arabiæ Diſartes, vt Norici Belenus, vt Africæ Cæleſtis, vt Mauritaniæ reguli.* Et conuentibus. Inſcriptio Tarracone: GENIO. CONVENTVS. ASTVRICENSIS. Etiam *perſonis*. Nam *genium hominum* Cenſorinus vocat

Dii ciuitatum.

Dii perſonis.

aſſiduum

Genij hominum.

aſſiduum obſeruatorem. Et Seruius 1. Georg. *Genium appellat naturalem Deum vniuſcuiuſque loci, vel rei, vel hominis.* Plinius addit li. 28. cap. 2. *Omnibus negotijs horiſque credidiſſe antiquos, Deos intereſſe.* Lactantius ex doctrina Chriſtiana, vbi de dæmonibus diſſerit lib. 2. cap. 14. *Hi ſpiritus contaminati ac perditi, per omnem terram vagantur, & ſolatium perditionis ſuæ, perdendis hominibus imperantur.* (lego, imperiuntur.) *itaque omnia inſidijs, fraudibus, dolis, erroribus complent. Adhærent enim ſingulis hominibus, & omnes oſtiatim domos occupant, ac ſibi geniorum nomen aſſumunt. Sic enim Latino ſermone dæmonas interpretantur.* Et Tertullianus ex eadem ſchola lib. de anima. *Sic & omnibus genij deputantur, quod dæmonum nomen eſt. Adeo nulla ferme natiuitas munda eſt vtique Ethnicorum.* quia ſcilicet per baptiſmum non lauãtur. Sic interpretor. *His genijs ſacrificabant, & annuum feſtum celebrabant,* inquit Cenſorinus de die natali. Sacrificabant autem thure, & mola ſalſa, & vino. Iuuenalis Sat. 9.

Lactantius correctus. — *Dij geniorum dæmones idem.* — *Sacrificia geniorum.* — *Thure & mola ſalſa.*

> *O parui, noſtrique lares, quos thure minuto,*
> *Aut farre, & tenui ſoleo exorare corona.*

Et vino.

De thure, Sulpitia ad Cherintum.

> *Magne Geni cape thura libens.*

De mola ſalſa. Horatius.

> *Farre pio & ſaliente mica.*

De vino. Tibullus.

> *Iuſſit in ornatum fundere vina focum.*

Et *genibus flexis*. Nam ita Valerius libr. 2. cap. 4. *Genibus nixus. Lares familiares, vt puerorum periculum in ipſius caput transferrent, orauit.* Ornatus deorum in *thure, ſertis & floribus.* Plautus in Aulul.

Ornatus eorũ.

> *Nunc tuſculum emi & haſce coronas floreas.*
> *Hæc imponentur in foco noſtro Lari.*

Et Ouid. 5. Faſt.

> *Et velet tepidos cincta corona focos.*

Aderant & *cerei*. Prudentius in Sym.

> —— *Sara illita ceris.*

Et *vnguenta*. Idem.

> -- *Vnguentoque Lares humeſcere nigro.*

Nam nigrum erat vnguentum. Martialis lib. 12. epigram. 37.

> *Crine nitens, niger vnguento, pellucidus oſtro.*

Erat autem ille Genius Paganorum menſis conſpicuus, effictuſque ex cera, ære, auro, & argento. Ita de iſto Genio Horatius.

Effigies Genij menſis adpoſita.

> *Scit Genius natale comes qui temperat aſtra*
> *Naturæ Deus humanæ mortalis in vnum*
> *Quodque caput.*

Sed quid de Genijs tam diu? ad authoris reliquias Genius meus me vocat.

9 HOSPITALES MENSAS.] Quibus nihil ſacratius apud antiquos Paganos. Silius lib. 17.

Menſæ hoſpitales. Sacræ.

> *Immemores dextræque datæ, iunctique per aras*
> *Fœderis, & menſas teſtes, atque hoſpita iura,*
> *Faſque fidemque ſimul, prauo mutatus amore*
> *Ruperit.*

De iſtis etiam menſis Valer. Argonaut. libro 1.

> *Hunc ferus Æetes Scythiam Phaſimque regentem*
> *Qui colit heu! magni Solis pudor, hoſpita vina*
> *Inter, & attonitæ mactat ſolemnia menſæ.*

Erant menſæ apud Paganos magno in honore & reuerentia, ſed præcipue hoſpitales. Seneca 4. de Benef. *Oſtende quam ſacra res ſit menſa hoſpitalis.* Ideoque menſæ fœderibus adhibitæ. Papinius lib. 8.

> -- *Sociæque ad fœdera menſæ.*

Claudianus, vbi perditos & conclamatos mores luget in Rufin.

> -- *Iurata Deorum*
> *Maieſtas teritur, nuſquam reuerentia menſæ.*

Et Arnobius lib. 2. cont. Gent. reddit rationem cur ſacræ ſint menſæ. *Nam,* inquit, *ſacras facitis menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulachris Deorum.* Et ideo Plautus in Trinummo ait.

Salis appoſitu. Deorum imaginibus. Præcipue fœderibus.

> *Verecundari neminem apud menſam decet,*
> *Nam ibi de diuinis atque humanis cernitur.*

Iuuenalis Sat. 12. illos Deos ex cera habuit, quia pauper: & ſic cecinit.

> *Inde domum repetam, graciles vbi parua coronas*
> *Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera,*
> *Heic noſtrum placabo Iouem, laribuſque paternis*
> *Thura dabo, atque omnes violæ iactabo colores.*

Quintilianus declamat. Noua 321. *Venenum inter lares ſuos, inter ſacra menſæ, coronatis pariter quos celebramus Dijs immortalibus, venenum aliquis hilaris hilari dedit?* Liuius libr. 30. de L. Quintio Flaminio. *Facinus ſæuum,* inquit, *& atrox, inter pocula atque epulas, vbi libare Dijs dapes, vbi bene precari mos eſſet, ad ſpectaculum ſcorti procacis, in ſinu Conſulis recubantis, mactatam humanam victimam, & cruore menſam reſperſam.* Sane apud Homerum 2. Odyſſ. Helena præbet hoſpiti Telemacho poculum nepenthes, vt ſignificet hoſpitem omni lætitia & amore excipiendum. Et *idem* deſcribit pulchre illas menſas 2. Odyſſ. quibus ſalem apponebant veteres, vt concordiæ ſymbolum. Nam terra & aqua conſtat, quod Plutarchus tradit. Et Iupiter hoſpitalis talium iniuriarum vltor. Nam Virg. 1. Æneid.

Venenum in menſa grande ſcelus. — *Hoſpes omni lætitia excipiendus.* — *Helena dat Telemacho poculum nepẽthes.* — *Sal hoſpitalibus menſis.*

> *Iupiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.*

Notanda autem ex Gellio, Catonis oratio, quam dixit apud Cẽſores in Lentulum de iure hoſpitalitatis l. 5. c. 13. & verba Maſurij Sabini ex 3. l. iuris ciuilis. *In officijs apud maiores ita obſeruatum eſt. Primum tutelæ, deinde hoſpiti, deinde clienti, tum cognato, poſtea affini.* Quo in ordine hoſpitalitas ſecundum locum tenet. Hæc apud Paganos, ſed Chriſtianus Syneſius elegantiſſime in hunc ſenſum epiſt. 57. *Menſa quidem res ſacra eſt, per quam Deus amicitiæ & hoſpitalitatis præſes honoratur, & Abrahamum hoſpitalitas Dei conuiuatorem facit.* Et ſane menſas Chriſtiani ſacrabant benedictione & ſigno Crucis. Tertull. de corona. *Ad cubilia, ad ſedilia, ad lauacra, ad lumina, ad menſas, frontem Crucis ſigno terimus.* Et nota verbum *terimus*, quod ad cogitationem non extenditur, ſed ad impreſſionem manus. Et D. Hier. ſcribit frontes Chriſtianorum cruce ſignari, lib. de Virg. ſeruanda, his verbis. *Crebro ſignaculo crucis munias frontem tuum.* Et in Epitaphio Paulæ vocat *impreſſionem crucis.* Sed redeo ad Chriſtianorum conuiuia quæ facta ad fratres conciliandos. Concilio Nanet. Can. 15.

Hoſpitalitas inter ſecunda officia. — *Menſa Chriſtianorum ſacra.*

Tiberio) Lepidum *Pontificem Max.* Et ait, *Sanctitatem iſtius viri ampliſſimi incertum reddidiſſe Ptolomæum, patriſne fortuna magis, quæ regia fuit, an tutoris maieſtate gloriari deberet.* Qui ſane fuit vir ſapiens, Tiberio populoque Romano charus, & , vt ait Horatius:

-- ſuperis deorum Gratus & imis.

Cicero autem narrat pro Seſtio, in Conſulum tutela ſemper reges & exteras nationes fuiſſe. Itaque hic Lepidus loco Conſulum tutor fuit. Et Dio libr. 42. ait Ptolomæi teſtamento procurationem regni P. R. fuiſſe relictam. Sed Iulius Cæſar, qui tum dictator erat, dicebat dictatorium eſſe munus iſtęc procurare. De iſtis Tutoribus accipe quod ſcribit Spart. in Adriano. *Tutores ſæpiſſime dedit*, ſocijs populis, videlicet: nec exiſtima dediſſe priuatis. Nota autem poſt illum Lepidum, Trebellienum Rufum ijs pupillis tutorem datum, lib. 3. infra. Et cape de iſta tutela quod Sueton. in Aug. cap. 48. *Rectorem quoque ſolitus eſt apponere ætate paruis, & mente lapſis, donec adoleſcerent, aut reſipiſcerent, ac plurimorum liberos & educauit ſimul cum ſuis, & inſtituit:* Et hoc, ex imperiorum præceptis, & arcanis maxime ſapientibus & altis.

4 AN FICTO CRIMINE.] Lego interrogando, *an ficto crimine?* vox enim eſt dubitantis, aut cum dubitatione, verum diſſimulantis.

Rex in cuſtodia ſpecie venandi fugit.

Per idem tempus Vonones, quem amotum in Ciliciam memoraui, corruptis cuſtodibus, effugere ad Armenios, inde in [1] Albanos [2] Heniochoſque & conſanguineum ſibi regem Scytharum conatus eſt, ſpecie venandi. Omiſſis maritimis locis, auia ſaltuum petit; mox pernicitate equi ad [3] amnem Pyramum contendit, cuius pontes accolæ ruperant, audita regis fuga, neque vado penetrari poterat. Igitur in ripa fluminis a [4] Vibio Frontone præfecto equitum vincitur: mox [5] Remmius Euocatus priori cuſtodiæ regis adpoſitus, quaſi per iram gladio eum tranſigit. Vnde maior fides, conſcientia ſceleris, & metu indicij mortem Vononi inlatam. At Germanicus Ægypto remeans, cuncta quæ apud legiones, aut vrbes iuſſerat, abolita, vel in contrarium verſa cognoſcit. Hinc graues in Piſonem contumeliæ; nec minus acerba quæ ab illo [6] in Cæſarem * tentabantur. [7] Dein Piſo abire Suria ſtatuit. mox aduerſa Germanici valetudine detentus, vbi recreatum accepit, [8] votaque pro incolumitate ſoluebantur, admotas hoſtias, ſacrificalem apparatum, feſtam [9] Antiochenſium plebem, per lictores proturbat.

Iterum capitur.

Remmius cuſtos quaſi per iram eum trucidat.

Piſo inuidus ſanitati principis.

* intentabantur. Demum

Vnde Albani, & a quo. *Vbi ſiti.*

1 ALBANOS.] Ab Iaſone ortos, vt ferunt: Gens quæ ſuperfuſa montibus Caucaſeis ad Cyrum amnem (Armeniæ confinium, atque Iberiæ) deſcendit, & ante eos, quod mare eſt Albanum nominatur. Plinius libr. 6. cap. 13. Sunt, ait Strabo 11. ποιμενικώτεροι, accedentes ad paſtoritiam vitam & Nomadum conſuetudines.

Heniochi.

2 HENIOCHOSQVE.] Gentem feram, quæ ortum ſuum habuit, vt aiunt, ab Amphito & Telchio Caſtoris & Pollucis aurigis. Plinius lib. 6. cap. 5. Et quam Mela ait funeribus parentum conuiuari ſolitam, & habuiſſe eorum viſcera pro edulijs. Quod nec faciunt tigres. De ea Tertullianus contra Marcionem. Et locat eos inter Hyrcaniam & Pontum cum Sauromatis, Scythis, Achæis & Zygis. Strabo lib. 2.

Pyramus Ciliciæ fluuius.

3 AMNEM PYRAMVM.] Qui Ciliciam præterfluit, & diuiſo alueo, limoſus in mare labitur. Dicitur εὐρυοδίνης vndiſonus ab oraculo apud Strab. lib. 1. & Cyprum allabitur.

Familia Frontonum magis clara, quam vetus.

4 VBIO FRONTONE.] Claruit Frontonum familia magnis viris, magiſque virtute, quam imaginibus & vetuſtate, nobilis fuit. De quibus Catanæus in epiſt. Plinij, & Egnatius in Antonino Philoſopho Iulij Capitolini, multa. Lego in Tacito, prætorium Octauium Frontonem, luxus ciuitatis Orbilium & inſectatorem. Lego M. Cornelium Frontonem, ſed tribus conſulatibus inſignem ſub Traiano: De quo Xiphilinus ex Dione lib. 68. & Agell. cap. 26. lib. 4. & quem cum Fauorino Philoſopho Gallo, inuiſerit. Is fuit Grammaticus & orator magnus, quod notat Auſonius in ſuo Conſulatu, præceptorque M. Antonini philoſophi, quem dedit orbi principem egregium, & orbe dignum. Fuit ter Conſul, nulla prætura functus, cuique ſtatuam dedit diſcipulus Imperator, vt Capitolinus ſcribit, quemque *in larario coluit cum egregijs viris*, vt ait Lampridius. De eo ita Auſon. in Grat. act. *Vnica mihi amplectenda eſt Frontonis imitatio, quem tamen Auguſti magiſtrum, ſic Conſulatus ornauit, vt Prætura non cingeret.* Ita lego, non *præfectura*. Vocat tamen *ſiccum* Macrobius libr. 1. cap. 5. vt D. Hieronymus *grauem* epiſt. 4. ad Ruſt. Putoque fuiſſe Chriſtianum, ſed occultum. Nam D. Ignatius, qui vixit eodẽ ſæculo, de Frontone Chriſtiano memorat quędã epiſt. 1. ad Epheſ. Fuit & Fronto, de quo Tacitus heic, quiq. *equitum*

Fronto Prætorius. *Fronto ter Conſul.* *Præceptor Antonini Philoſophi.* *Fronto Chriſtianus.* *Fronto præfectus equitum.*

Fronto ſub Nerone.
Martialis correctus.

præfectus cum dignatione nominatur. Eſt etiam alter, de quo ille in Nerone. Et idem forte de quo Iuuenalis & Martialis, in quo corrigo male intellectum Epigramma ad Frontonem.

Vota tui breuiter ſi vis cognoſcere Marci,
Clarum militiæ Fronto togæque decus:
Hoc petit; eſſe ſui, nec magni ruris arator,
Sordidaque in paruis otia rebus amet.

Adeo, inquit, amet otium, vt nuſquam & nunquam negotioſis tricis Reip. implicetur, ſed inglorius ſequatur otia ſordida puſilli ruris, non dignitatibus illuſtris, ſed otio abundans. Quod firmat finis epigrammatis: nam adijcit.

Non amet hanc vitam quiſquis me non amat, opto,
Viuat & vrbanis albus in officijs.

Et ait in *paruis rebus*, nam maius eſt in paruis, quam in magnis rebus. Magna otia magni ruris, magnis fructibus penſantur, quæ ingrata ſunt in paruo rure, cuius arida vtilitas. Notæ ſunt autem Frontonum ſcriptiones de ponderibus & menſuris, de nominum & verborum differentijs, de ſtratagematis, aliaque multa, quæ deſiderantur a viris ſtudioſis, quia non poſſidentur: & citatur a Iuriſconſulto Vlpiano Sext. Iulius Fronto, L. abſentem, De pœnis, ad quem Traianus ſcripſerat imperator, qui forte fuit M. Cornelij Frontonis ter Conſulis frater: quique vnus maxime ſuam illuſtrauit familiam. Fuit & M. Aufidius Fronto, de quo extat ad Fortunæ fanum hoc epitaphium. M. AVFIDIO. FRONTONI. PRONEPOTI. M. CORNELII. FRONTONIS. ORATORIS. CONSV. MAGISTRI. IMPERATORVM. L. ANTONINI. NEPOTI. AVFIDII. VICTORINI. PRÆFECTI. VRBIS. II. CONS. FRONTO. COS. FILIO. DVLCISSIMO. Et L. vlt. §.1. De doli mali & met. except. fit mentio cuiuſdam Frontonis.

Legio Euocatorum.

5 REMNIVS EVOCATVS.] Ita cognominatus forſan, quod eius auus, aut pater, ex illa legione fuiſſet, quæ dicta eſt Euocatorum: Quippe a Iulio Cæſare militia ſoluta, & in Campania Capuæ degens, ab Octauiano Cæſare iterum coacta eſt, & ſub ſignis locata: quæ operam ei nauauit egregiam, fida ſane & fortis legio. Dio 45.

Tacit. correct.

6 IN CÆSAREM TENTABANTVR.] Credo, veritate ſuadente, ita legendum, *quæ ab eo in Cæſarem intentabantur.* Nam ita loquitur noſter, *Manus intentarent*, & in littera, *M*, eſt, *in*.

Tacit. correct.

7 DEIN.] Lego *demum*. Nam ita ſcriptum per abbreuiaturam, *dem̃*, quod pro *dein* ſcripſerunt. Eſtque in hoc authore peruius error.

Iterum correct.

8 VOTAQVE PRO INCOLVMITATE.] Puto ita ſcriptum: *Vbi recreatum accepit, & vota pro incolumitate eius ſoluebantur*, non *votaque*. Nam (*it*) pro (*&*) in verbo *accepit*. Et in illa recreatione, *vox audita populi*, *Salua Roma*, *Salua patria*, *Saluus eſt Germanicus*. Sueton. in Calig. 6. Cæterum ſolita erant hæc vota ſolui pro principe reualeſcente. Nam principis incolumitas, eſt incolumitas Reipub. Martialis libro ſecundo.

Rerum certa ſalus, terrarum gloria, Cæſar.

Vota pro ſalute principis.
Nam in eo ſita Reſp.

Plin. ad Traian. *Solennia vota pro incolumitate tua, qua ſalus publica continetur, & ſuſcepimus, & ſoluimus.* Sic Dio ſcribit pro ſalute Iulij Cæſaris P. R. vota nuncupaſſe, & per fortunam eius iuraſſe. Tacitus Annal. 4. *Pontifices cæterique ſacerdotes, cum pro incolumitate principis vota ſuſciperent, Neronem & Druſum iiſdem Dijs commendabant.* Et ſane Cæſaris ſalus adeo commendata erat, vt in fine litterarum & libellorum ſupplicum, ſemper vota eſſent pro incolumitate principis. Quod fit etiam hodie apud Francos. Et hæ eulogiæ quotidianæ & frequentes. Dio ait Tiberium Rhodijs infenſum, *quod vltimis litterarum verbis, vota pro ſalute eius omiſiſſent*, lib. 57. Plin. in Panegy. *Omnium votum eſt* SALVS PRINCIPIS. Erant autem publica, & ſolennia vota, aut priuata. Et inter publica, erant annua, & ſtataria, quædam ſtatis temporibus facta, quædam vero fortuita & vaga, prout poſcebat ſtatus Reip. & principis. At inter publica & annua vota, prima erant, quæ Calendis Ianuarijs fiebant. De his Ouid. 5. de Ponto.

In fine libellorum ſupplicum ſemper ſalus optata principi.
Vota aut publica, aut priuata.
Publica annua.

Ergo vbi, Iane biceps, longum reſeraueris annum,
*Pulſus & * a ſacro menſe December erit;*
Purpura Pompeium ſummi velabit honoris,
Ne titulis quidquam debeat ille ſuis.
Cernere iam video rumpi penetralia turba,
Et populum lædi deficiente loco:
Templaque Tarpeiæ primum tibi ſedis adiri,
Et fieri faciles in tua vota Deos.
Colla boues niueos certæ præbere ſecuri,
Quos aluit campus herba Faliſca ſuis:
Cumque Deos omnes, tunc quos impenſius æquos
Eſſe tibi cupias, cum Ioue Cæſar erit.

* id eſt, a Ianuario.

Aut fortuita.
Solemnia Ianuariarum Kalendarum.
Illuſtrata lex quando. de oblat. vot. Cod.

De eadem votorum nuncupatione eſt L. quando. De oblat. vot. Cod. 12. & Claud. 3. Conſul. Honor.

Auſpicijs iterum ſeſe regalibus annus
Induit, & nota fruitur iactantior aula,
Limina nec paſſi circum priuata morari,
Exultant reduces Auguſto Conſule faſces.

Conſul Flaminius ob ſcelera vitat publica vota.

Etiam Liuius lib. 21. *C. Flaminium conſcientia præteritorum & Capitolium, & ſolennem votorum nuncupationem, fugiſſe, ne die initi magiſtratus, Iouis Opt. Max. templum adiret.* Et noſter Annal. 16. *Principio anni, vitare Thraſeam ſolenne iuſiurandum, nuncupationibus votorum non adeſſe.* De Fortuitis, pro itu & reditu Cæſaris, vt apud Dionem lib. 54. *Aram pro reditu Cæſaris, Senatus vouerat, & conſecrarat.* Et Sueton. in Calig. *Vota pro reditu eius ſuſcepta ſunt* 14. Etiam pro eius valetudine, vt heic. Et Dio lib. 53. Illa autem vota fiebant ab omnibus ordinibus, & a Senatu equitibus populoque Rom. Sueton. in Nerone cap. 46. *Votorum nuncupatione, magna iam ordinum frequentia, vix repertæ Capitolij claues.* Quanquam & Senatus ſolus aliquando vota faceret, vt Tacitus Annal. 3. *Decreuere patres vota pro ſalute eius.* Et tunc magiſtratus in prætexta. Feſtus in verbo Prætexta. *Prætextæ ius datum Conſulibus & Prætoribus vota nuncupantibus: iiſdem datum eſt vti votum aliquod ſoluentibus.* Aliquando coniunctim,

Vota omnium ordinum.
Aliquando diſcreta vota, vt quiſque ordo ſua haberet.
Vota Senatus.

iunctim, Senatus & Sacerdotes, vt Annal. 12. *Vota pro incolumitate principis, Conſules & Sacerdotes nuncupabant.*

Sacerdotum.

Aliquando ſoli equites, vt Annal. 3. *Vota quæ pro valetudine Auguſtæ equites Romani vouebant.*

Equitum.

Aliquando ſoli milites, qui in principiis vouebant, & apud ſigna.

Militum.

Tertull. de Corona milit. *Ecce annua votorum nuncupatio, quid videtur? prima in principiis, ſecũda in Capitolio.* Et verba ſolennia votorum addit.

Verba ſolennia votorum.

Accipe, inquit, *poſt loca & verba, hunc tibi, Iuppiter, bouem cornibus auro decoratis, vouemus.* At illa votorum nuncupatio fiebat, ab eo qui maximum in vrbe imperium habebat.

Votorum nuncupatio ab illuſtriori totius Imperij.

Liuius lib. 22. Ita accipe quod eſt apud Sueton. ca. 57. in Aug. *Negauit vota ſuſcepturum, quæ non eſſet exſoluturus.* Nam Auguſtus ciuitatis princeps, vt Imperij caput. Et quia in proximum luſtrum illa vota concepta erant, nec putabat præſentem & ſuperſtitem ſe futurum, non ſuſcepit, ſed ad Tiberium remiſit.

Sueton. explicatus.

Concipiebantur autem vota primum. Et *concipere*, *eſt conceptis verbis pronunciare.* Sic Liuius lib. 7.

Conceptio votorum.

Procul inde ire omnibus iuſſis, cultrum ſtringit, & ſuper lectum ſtans ferro intento, ni in quæ ipſe concepiſſet verba iuraret, ſe patris eius accuſandi cauſa, concilium plebis nunquam habiturum. Ergo conceptis verbis, concipiebantur vota.

Quid concipere vota.

Vota verbis conceptis.

Et hoc *nuncupare* dicebatur. Feſtus. *Vota nuncupata dicuntur, quæ Conſules, Prætores, in prouincias profecturi faciunt.*

Quid nuncupare vota.

Quod fiebat ſacrificio prius peracto. Cicero 3. Philip. *Neglectiſque ſacrificiis ſolennibus, ante lucem, vota quæ nunquam ſolueret, nuncupauit.*

Sacrificium ante nuncupationem.

Nam *nuncupare teſtamentum* apud Iuriſconſultos, eſt viua voce heredem nominare.

Nuncupare teſtamentum.

Et ex 12. Tab. *Vti lingua nuncupaſſit, ita ius eſto.* Varro 5. de ling. Lat. *Nuncupare, & nuncupatæ res, quod tum in ciuitate vota noua ſuſcipiuntur.* Et Iſid. 4. Orig. *Nuncupatio eſt, quam in tabulis ceriſque teſtator recitat, dicens, Ita lego, Ita dico.* Santra tamen lib. 2. de verb. antiq. *Nuncupata*, inquit, *non de recto nominata ſignificare, ſed promiſſa, & quaſi teſtificata, circunſcripta, receptaque etiam in votis nuncupandis conuenientius.* Fiebat autem hæc nuncupatio, non modo *poſt ſacrificium*, vt dixi, ſed *luſtratione facta.* Nam Plutarch. in Mario: *Cum manus lauiſſet, in cœlum eas ſuſtulit, Deoſque veneratus eſt.* Dicam fuſius ſtatim, vbi de priuatorum votis. Etiam in nuncupatione votorum *admouebant manus pectori.* Aliter enim vota non rite concipi, ſed pollui ſacra putauerunt.

Admotio manuum pectori.

Et nuncupabantur vota *præeunte Pontifice.* Liuius lib. 31. *Etiam ab illo manibus ſublatis.* Sic Plutarch. in Mario: *Sublatis manibus ſe conſecraturum fortunam illius.* Ouid. 8. Metam.

Attoniti nouitate pauent, manibuſque ſupinis,
Concipiunt Baucisq. preces, timiduſque Philemon.

Et ſi donum aliquod voueretur, aut ludi; oportebat pecuniam certam eſſe, qua donum exſolueretur, aut ludi fierent: nam ex *incerta pecunia, vota nunquam peragebantur.* Et ſi eſſet *pecunia præſens, nunquam cum alia miſcebatur*, ſed ſeorſum reponebatur.

Præſens pecunia in votis.

In ipſis autem publicis votis, nemo lugebat; omnes erant albati, omnes coronati, omnes exhilarati, ait Feſtus.

In votis albati. Coronati. Exhilarati.

Suſcipiebant autem concepta vota, & nuncupata Pontifices, quaſi ea rite facta eſſent, & *tabulis ſcribebant præſentibus teſtibus.* Quin (vt ait Feſtus) *ſignabantur. Vota*, inquit, *nuncupata in tabulas præſentibus multis referuntur.* quod dicam infra, in priuatorum votis. Et vbi euenerant, ea pro quibus vouerant; tunc *voti rei* dicebantur, id eſt ad votum obligati. Sic *reos debendi* dicunt Iuriſconſulti in Tit. D. de reis debendi, quia ſua obligatione ad ſoluendum tenentur. Martialis lib. 9. epig. 43.

Fœlix tunc ego, debitorque voti,
Caſurum tibi ruſticas ad aras,
Ducam cornibus aureis iuuencum.
Nata eſt hoſtia, Phœbe quid moraris?

Idem lib. eod. epig. 32.

Debita poſcebat iam ſibi vota Deus.

Poſt ſuſcepta vota *ſoluebantur*, & mox a Pontifice, vt *ſoluta ſignabantur.* Vetus inſcriptio.

Vota ſoluta.

MERCVRIO. COELESTI. FATALI. Q. NVMATIVS. PROCHORVS. EX. VOTO. SOLVIT. VOTVM. NVMATIORVM. ET MVRCIÆ. CASTORI. ET. POLLVCI. DIS. MAGNIS.

Nam Plinius in grat. act. *Precati*, inquit, *Deos vt velint ea* (ſcilicet vota) *ſolui ſignarique.* Nota autem quod poſt ſolutionem, ſignationem ponit.

Signata.

Et puto illam ſignationem fuiſſe ſummi Pontificis, qua teſtificabatur voti reum rite, & ſolenniter vota perſoluiſſe.

Quid ſignare vota.

Aræ autem ſtruebantur quibus animalia vota ſacrificabant. Iuuenalis vocat *ceſpitem.* Sat. 12.

—— promiſſa Deis animalia ceſpes
Expectat.

De illa ara Virgilius.

Ara.

Talibus inter ſe firmabant fœdera dictis;
Conſpectu in medio procerum. tum rite ſacratas
In flammam iugulant pecudes, & viſcera viuis
Eripiunt, cumulantque oneratas lancibus aras.

Princeps ara.

Noſter infra de Piſone lib. 2. Annal. *Admotas hoſtias, & ſacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem proturbat.* Et Cicero de Aruſp. reſp. *Noſtri Imperatores maximis & periculoſiſſimis bellis, huic Deæ vota fecerunt, eaque in ipſo Peſſinunte, ad aram principem perſoluerunt.* Virgil. 5. Æneid.

Vobis lætus ego, hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras, voti reus.

Sueton. cap. 14. in Calig. *Supra centum LX. millia victimarum cæſa ſunt pro obitu Imperio.* Tantine mercatum nequiſſimum vitiorum mancipium? En infauſti orbis amores. Et ante procedentia animalia, vota ſcripta in tabulis præferebantur.

Animalia vota ſcripta in tabulis.

Atque hæc de votis publicis. Priuata vero, aut *clara voce*, aut *ſecreto murmure* fiebant. De *clara voce* Cn. Gellius in Ann. *Filia cum apud T. Tatium verba faceret, pacemque oraret, ita precata eſt. Nuia Martis te obſecro pacem dare, vt liceat nuptiis propriis, & proſperis vti. Quod de tui coniugis conſilio contigit, vti nos itidem integras raperent, vnde liberos ſibi, & ſuis poſteris, patriæ pararent.*

Priuata vota clara voce.

Vtrumque Horatius tangit, epiſtola ad Quintium lib. 1.

Quandocunque Deos, vel porco, vel boue placat,
Iane pater clare, clare cum dixit, Apollo,
Labra mouet, metuens audiri. Pulchra Lauerna,
Da mihi fallere, da iuſtum, ſanctumque videri;
Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem.

Et Perſius Sat. 2. de claro voto.

Mens bona, fama, fides. Hæc clare, & vt audiat hoſpes.

Aut ſecreto murmure. De *ſecreto voto.* Sic apud Petronium, in re ſpurciſſima, ſpurciſſimus votor. *Venus, ſi ego hunc puerum baſiauero, ita vt ille non ſentiat, cras tibi par columbarum donabo.* En caſta Paganorum vota. Et apud Homerum Odyſſ. 2. pro itu & reditu Telemachi. Etiam apud Virgil. in Eclog.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: At tu,
Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

De *tacitis votis*. Perſius Sat. 2.

At bona pars procerum tacita libabit acerra.
Haud cuiuis promptum eſt, murmurque, humileſque ſuſurros
Tollere de templis, & aperto viuere voto.

Martialis interpres. Martialis lib. 1. epig. 40.

Si quis erit recti cultor, imitator honeſti,
Et nihil arcano qui roget ore Deos.

Sic Tertullianus ait Chriſtianos *tacita mente precari* in Apolog. D. Chryſoſtomus, *ϛενάζοντες ἀφώνως*, id eſt, ſine voce. Sed loquitur de priuata oratione, non de publica, quam Liturgiam & ſacram operationem vocabant, vt iam tetigi. nam in ea clara & aperta voce vtebantur. Idem enim Chryſoſtomus Homil. *Fides ſine operibus mortua. Non promiſiſti ſacerdoti, qui dixit, Surſum corda? Non dixiſti, Habemus ad Dominum?* Quæ verba hodie in eccleſia Catholica in Miſſa clare repetuntur: vt ſcias eſſe antiquiſſima. Et hæc culpabat & damnabat olim in Miſopogone Iulianus, deſultor & deſertor Catholicæ fidei: vt faciunt hodierni alienigenæ. Et Tertullianus de anima, ait, *In Eccleſiis Chriſtianorum ſcripturas legi, pſalmos cani, allocutiones proferri, petitiones delegari.* Quod viua voce, non ſubmiſſa fiebat. Sic Prudent. in Hymno D. Caſſiani.

Tunc arcana mei percenſeo cuncta laboris:
Tunc quod petebam, quod timebam murmuro.

Et D. Greg. Nazianz. quodam Hymn. in hunc ſenſum. ——*faciunt tibi vota, tuiſque*
Pro meritis pangunt tacitis tibi vocibus Hymnum.

Sulpitia ad Cherintum, ſic ſcribit de *tacitis paganorum votis*.

Optat idem iuuenis, quod nos, ſed tutius optat?
Nam pudet hæc illum dicere verba palam.

Iuuenalis Sat. 10.

Formam optat modico pueris, maiore puellis
Murmure, cum Veneris fanum videt anxia mater.

Apul. Apolog. 1. *Tacitus preces in templo Diis allegaſti.* *Priuatis votis præibat ſacerdos ſi clare fierent.* Si autem *clara voce* vouebant, *præibat verbis Sacerdos*, aut *Pontifex*, vt in publicis votis. Iuuenalis Sat. 6.

——*dictataque verba*
Protulit (vt mos eſt) & aperta palluit agna.

Capita velabant. Tam viri quã mulieres. Et *caput velabant* in his nuncupandis. nam idem eodem loco, vbi loquitur de muliere in friuolis vouente.

——*non turpe putauit*
Pro cithara velare caput.

Lucretius correctus. De viris Lucretius lib. 5.

Nec pietas vlla eſt velatum ſæpe videri
Vertier ad lapidem, atq; omnes accedere ad aras.

Non *accidere*, id eſt *procumbere*, nam ratio carminis id reſpuit. Plaut. in Amphit.

Inuocat Deos immortales, vt ſibi auxilium ferant,
Manibus puris, capite operto.

Aras etiam ſtatuebant, & in aris *hoſtias* quas vouerant. Iuuenalis Sat. 12. *Aræ, & in aris hoſtiæ.*

Nec ſuſpecta tibi ſint hæc, Coruine, Catullus,
Pro cuius reditu tot pono altaria.

Horatius lib. 1. ode 36. de hoſtiis.

Et thure & fidibus iuuat
Placare, & vituli ſanguine debito,
Cuſtodes Numidæ Deos.
Qui nunc Heſperia ſoſpes ab vltima,
Charis multa ſodalibus,
Nulli plura tamen diuidit oſcula.

Si donaria offerebant, vt veſtes, & pateras, *inſcribebant*, & voti rationem litteris notabant. Plaut. in Rud. *Inſcripta vota & dona litteris notata.*

Hæc litterata eſt, abs ſe cauta, cuias ſit loquitur.

Purgabantur etiam ante vota, & *flumine viuo* ſe abluebant; aut *mari, flumine* deficiente, aut *fontana aqua*. Idque ante nuncupationem votorum. De *flumine*, Perſius Sat. 2. *In votis purgati. Abluti aqua viua. Seu fonte, ſeu flumine.*

Hæc ſancte vt poſcas, Tyberino in gurgite mergis
Mane caput, bis terque, & noctem flumine purgas.

Virgil. 4. Æn.

Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha.

Et aliquando apud tria flumina, vt in Heliogabalo Spartianus. *Apud tria flumina circa Hebrum ſe purificauit.* Quod ab Hebræis; apud quos *purificatio per aquam*. Leuit. 14. & *lotis veſtibus & corpore*. loquitur de leproſo. Et 4. Reg. cap. 5. *Vade, & lauare ſepties in Iordane.* Et Iudith. 12. *Exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat ſe fonte aquæ.* Inde ad Paganos. Iuuenalis. *Tribus fluminibus. Trina merſio.*

Hibernum fracta glacie deſcendit in amnem;
Ter matutino Tiberi mergetur, & ipſis
Verticibus, timidum caput abluet.

De *mari*, ita Catullus, nam ſupra Apuleij locum edidi. *In mari interdum.*

Suſcipit, o Gelli, quantum non vltima tellus,
Non genitor Nympharum abluat Oceanus.

De *fontinali aqua*, Virgilius.

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

Et illa vota fiebant in *alba veſte*. Perſius Sat. 2. *Albati etiam.*

Iuppiter hæc illi; quamuis te albata rogarit.

Nam *puri*, in *pura veſte*, vota nuncupabant. Nec loquor de puerorum luſtratione & purificatione, quæ fiebat nominalibus: quippe a noſtro ſcopo aliena res. Vbi autem rei voti facti, tunc vota perſoluebant: verum ſi ex naufragio aut morbo, *tabellas templis* appendebant. Cicero de nat. Deor. *Nonne aduertitis ex tabellis pictis, quam multi votis vim tempeſtatis effugerint?* Et illæ tabellæ *fixæ porticibus* templorum. Iuuenalis Sat. 12. *Pictæ tabellæ. Fixæ porticibus templorum.*

Et quam votiua teſtantur fana tabella
Plurima (pictores quis neſcit ab Iſide paſci?)

Et idem eodem.

——*fixis veſtitur tota tabellis.*

Scribebantur autem *vota* in templorum porticu, antequam nuncupata eſſent, & *ſignabantur*. Eaque in *ceris*, vt moris erat, veluti teſtamenta, & contractus. Et de illa ſcriptura Horatius Sat. 1. lib. 2. *Vota ſcripta. Nuncupata. Signata in ceris.*

——*vt omnis*
Votiua pateat veluti deſcripta tabella,
Vita ſenis.

Sic intelligit Suetonius in Aug. cap. 97. quando

do ait, *Conſcriptis ſignatiſque tabulis.* Et ita capio, quod Sulpitia ſcribit.

Non ego ſignatus quidquam mandare tabellis,
Ne legat id nemo, quam meus, ante velim.

Et Iuuenalis Sat. 8.

Quo mihi te ſolitum falſas ſignare tabellas
In templis, quæ fecit auus, ſtatuamque parentis
Ante triumphalem?

Quæ pendebant inſcriptæ. Genibus Deorum. Nam illæ *ceræ* pendebant *inſcriptæ*, & omnibus propoſitæ *genibus Deorum*. Idem Iuuenalis. —— *genua incerare Deorum*
Viderat.

Et Prudentius eodem verbo vtitur.

—— *genua incerare Dianæ.*

Idem contra Symmach.

—— *ſaxa illita ceris.*

A femoribus. Etiam *Deorum femoribus* iſtas tabellas ſuſpendebant. Apul. Apolog. 1. *Votum in alicuius ſtatuæ femore adſignari.* *Vota nautarum proris fixa.* Nautæ vero, ſi quando votis itum & reditum optatum a Diis petiiſſent, illa vota *ſcribebant*, & *proris figebant*. Propert. lib. 4.

Impoſita proræ publica vota tuæ.

Et Iuuenalis Sat. 9.

Adfixit ceras illa de naue petitas.

Non omitto quod qui vouerant apud Iudæos, *tondebantur*. Sic in Act. Apoſt. 8. *Aquila qui ſibi totonderat in Cenchris caput.* *Vouentes ſe tondebant.* Et eodem libro. *Sunt Iudæi, qui vouerant non manducaturos, nec bibituros, donec occiderent Paulum.* Nec tantum apud Iudæos, ſed & apud Romanos. *Apud Iudæos. Et Romanos.* Martialis epigr. 74. lib. 2.

Ad alta tonſum templa cum reum miſit.

Id eſt *reum voti*. Sed hanc ſerram extra lineam duxiſſe, pro culpa erit; ſed forſan apud eos, qui nodum in meo ſcirpo quærunt.

9 ANTIOCHIENSIVM PLEBEM.] D. Hieronym. de vita Malchi captiui Monachi, *Antiochia vrbs Syriæ.* *Antiochiam eſſe ait vrbem Syriæ.* Et ad Pammach. aduerſ. errores Ioan. Hieroſolymit. vocat *Metropolim totius Orientis*. Iulianus apoſtata, *conditam* ait *a Seleuco*; & nomen habere *Metropolis Orientis.* a Seleuci filio, in Miſopog. Quam tetrapolim facit, & ex *quattuor vrbibus conflatam*, Strabo lib. 16. vocatque *Metropolim Suriæ, vt qui regioni imperant, heic regiam habeant.* Memorat eius *Daphniticam portam*, id eſt lauretinam portam, *Daphnitica porta Antiochiæ.* extra quam D. Ignatius, in cœmeterio ſepultus eſt. & in Act. Apoſtol. idem. *Antiochia ciuitas Syriæ Cœles, in qua Barnabas & Paulus Apoſtoli, ſunt ordinati.* Sunt autem aliæ plures: *Plures Antiochiæ.* ſed hæc regina omnium. Vide Stephanum de vrbibus.

Tum[1] Seleuciam degreditur opperiens ægritudinem, quæ rurſum Germanico acciderat. ſæuam vim morbi augebat[2] perſuaſio veneni a Piſone accepti. & reperiebantur[3] ſolo, ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ,[4] carmina, &[5] deuotiones, & nomen Germanici[6] plumbeis tabulis inſculptum,[7] ſemiuſti cineres, ac tabe obliti, [8] aliaque maleficia, quis creditur animas numinibus infernis ſacrari. ſimul miſſi a Piſone incuſabantur, vt valetudinis aduerſa rimantes. Ea Germanico haud minus ira, quam per metum[9] * accepta, ſi limen obſideretur, ſi effundendus ſpiritus ſub oculis inimicorum foret, quid deinde miſerrimæ coniugi, quid infantibus liberis euenturum? lenta videri veneficia: feſtinare & vrgere vt prouinciam, vt legiones ſolus habeat: ſed non vſque eo defectum Germanicum, neque præmia cædis apud interfectorem manſura. componit epiſtolas quis[10] amicitiam ei renuntiabat. Addunt plerique iuſſum prouincia decedere. nec Piſo moratus vltra,[11] * nauis ſoluit, moderabaturque curſui, qui propius regrederetur, ſi mors Germanici[12] Suriam aperuiſſet. Cæſar pauliſper ad ſpem erectus, dein feſſo corpore, vbi finis aderat, * adſiſtentes amicos in hunc modum adloquitur.

Piſo de veneno Germanico dato ſuſpectus. Maleſacta Magorum.

*accepta, ac ſi limen

Piſo fugit.

*nauis ſoluit,

* adſtantes

1 SELEVCIAM.] Sunt plures Seleuciæ: vna eſt ad Tigrim. & eſt Seleucia Parthorum, *Seleucia ſedes Nembroth.* de qua D. Hieron. in quæſt. in Geneſim, loquens de Nembroth. *Regnauit in Chalanne, quæ poſtea verſo nomine, a Seleuco rege, Seleucia dicta eſt. Vel certe, quæ nunc Κτησιφῶν appellatur.* *Qui primus tyrannus orbis. Nunc Κτησιφῶν.* Sic ſedes fuit fortis illius venatoris, qui primus orbis tyrannus extitit ſua prole ingens. Alia eſt Seleucia Syrorum, de qua in hunc ſenſum Strabo lib. 17. qui numerans Syriæ nobiliores ciuitates, ſic ait. *Antiochia apud Daphnen, Seleucia in Pieria & Apamia, & Laodicæa, quæ propter concordiam ſorores nominantur.* Eas Seleucus Nicator cõdidit, qui ideo velut heros colitur in Caſſio monte, circa Seleuciam, ad quam Orontes ſua oſtia facit, occiduum mare ingreſſurus. Seleucia ideo dicebatur *aquæ flumina & ὕδατος ποταμοί*, ait idem.

2 PERSVASIO VENENI.] Plinius, vt faciat fidem veneni accepti, ait lib. 11. cap. 37. *extare orationem Vitellij, qua reum Piſonem veneficij arguit: hoc vſus argumento, quod Germanici cor igne non abſumitur.* *Cor venenatum igne non abſumitur.* *cremari non potuerit.* Et quærit, *an ſine illo viſcere* (nam ſic eſt legendum) *hoſtia viuere poſſit.* Lege etiam eodem capite, non *portione maximus*, ſed *proportione maximus*. Idem mendum in eodem verbo apud Ver. Flac. *Sanctum murum, religioſum ſepulchrum, vbi mortuus ſepultus, aut humatus.*

Sic ſatis conſtare, ſed ita portione quadam. pro proportione. Et apud Plin.li.2.c.37. *Maximum autem eſt portione muribus*, pro *proportione*. Et vtinam ille author tam purus, quam erroribus exſcriptorum impurus eſt. Non omitto, etſi cor Germanici cremari non potuerit, non inde ſequi vt veneno perierit, cum Pyrrhi Epirotarum regis pollex dextri pedis in eius funere nequaquam potuerit flammis abſumi. quod non veneno factum, ſed motu diuino & occulta cauſa. Plinius lib.7.cap.2.

Sepulchra Martyrum Romæ & SS. Apoſtolorum.

3 Solo ac parietibus.] Nam intra parietes recondita erant defunctorum hominum corpora. D.Hieron. cap. 40. in Ezechielem. *Cum, inquit, eſſem Romæ puer, & liberalibus ſtudiis erudirer, ſolebam cum cæteris eiuſdem ætatis, & propoſiti, diebus Dominicis, ſepulchra Apoſtolorum & Martyrum circuire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defoſſæ, ex vtraque parte ingredientium per parietes haberent corpora ſepultorum.* Et ſane Hypogæa illa ita fuere extructa, vt in parietibus haberent fornices excauatos, & concameratos, in quibus aut vrnæ, & in vrnis cineres defunctorum, quos cremauerant, aut corpora in loculis poſita. Sueton. in Iul. cap. 81. *Cum ad extruendas villas, ſepulchra vetuſtiſſima disiicerent; idque eo ſtudioſius facerent, quod aliquantum vaſculorum operis antiqui, ſcrutantes reperiebantur.* Quod nos Chriſtiani, & Catholici, hodie experti ſumus. Nam templa Francorum, magna Chriſtianorum frequentia decorantur. plura habitura, ſi non aſperitas, imo crudelitas & impietas nouorum fidelium obſtitiſſet.

Ritus priſcorum Chriſtianorum qui etiam nunc.

Carmina ſepulchralia.

4 Carmina.] Striges volaticas ſemper comitantia. nam maga nunquam ſine carmine. Horat. in Epodo, vbi de Canidia.

Per atque libros carminum, valentium
Refixa cælo deuocare ſidera.

Et Magica carmina recenſet Imperator L. 7. Cod. de Malef. & Mathemat. Apul. 2. Met. *Maga omnis carminis ſepulchralis magiſtra.* Et Lucanus, vbi de incantationibus Theſſalis lib. 8.

Impia tot populis, tot ſurdas gentibus aures
Cælicolum dira connectant carmina gentis.

Horatius Sat.8. lib.1.

Quantum carminibus quæ vexant atque venenis
Humanos animos.

Arnobius lib.1. *Quidquid malefici graminis nutricant terrarum ſinus, quidquid virium continet tremor ille verborum*, inanium, *atque adiunctæ carminum neceſſitates, non inuidemus.* Noſter orbis totus, iſtis magicorum carminum ſuccerdis fœtet, nec puritas vindicem habet: quod doleas. O quam multi luce indigni ſunt quibus tamen dies oritur.

Orbis ſtrigibus fœtet.

Deuotiones, quibus inferis capita deuouebant.

5 Devotiones.] Quibus Germanici caput inferis deuouerant. Sic noſter infra, lib. 4. *Poſtremo ipſum deuotionibus, & veneno periiſſe.* loquitur de eodem Germanico. Et Annal. 16. *Nullos impios Deos, nullas deuotiones, nec aliud infælicibus precibus inuocani.* Sueton. de Germanico in Calig. 3. *Lenis adeo, & innoxius, vt decreta ſua reſcindenti, non prius ſuccenſere in animum induxerit, quam veneficiis quoque & deuotionibus impugnari ſe comperiſſet.* Tertullianus de ſpectaculis cap. 2. *Vis homicidium, ferro, magicis deuinctionibus* (vbi forte *deuotionibus*) *perfici?* Nam illæ deuotiones, vere deuinctiones, & dæmonum catenæ. *ſepulchrales deuotiones* vocat Apul. lib. 1. & in ſcrobe procurabantur, cum ita ſcribat: *Hæc deuotionibus ſepulchralibus in ſcrobem procuratis.*

Tabulæ plumbea ſtrigarum.

6 Plumbeis tabulis.] Aliquando *adamantinis*. Papinius 2.Theb.

—— infauſtas percuſſum adamanta figuras.

Et cereæ.

Aliquando etiam *cereis*. Ouidius.

Sacraque Phœnicea defixit nomina cera,
Et medium tenues in iecur vrget acus.

Effigies cereæ.

Laneæ etiam.

Sed *plumbeis* vtuntur, non cereis hodie, quo tam facile illa nomina non deleantur. Horat. Sat. 8. lib. 1. etiam *laneas* & *ceratas effigies* memorat in magicis.

Acus magicæ.

Lanea & effigies erat, altera cerea, maior
Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem.

Sed hæc extra tabulas plumbeas. Vocat autem Apuleius 3. *laminas litteratas*, valde corrupto loco. Sic enim ſcribit. *Apparatu ſolito inſtruxit feralem officinam. Omne genus aromatis & ignorabiliter laminis litteratis & infælicium nauium durantibus clauis.* vbi lego: *Apparatu inſolito inſtruxit feralem officinam in omne genus aromatis: & ignorabili textu laminis litteratis ex infælicium manium indurantibus caluis.* Lege, *clauis.* nam claues crucifixorum ſumpſerant.

7 Semiusti cineres, aut tabe obliti.] Ouidius. Hypſipyle Iaſoni:

Per tumulos errans ſparſis diſcincta capillis,
Coctaque de tepidis colligit oſſa rogis.

Sic lego. & Lucanus lib.6.

—— peruerſa funera pompa
Pertulit a tumulis, fugere cadauera lethum,
Fumantes iuuenum cineres ardentiaque oſſa,
E mediis rapit illa rogis: ipſamque parentes
Quam tenuere facem, nigroque volantia fumo,
Feralis fragmenta thori, veſteſque fluentes
Colligit in cineres, & olentes membra fauillas.

Inde veneficæ, & ſagæ mulieres, a Catullo *mœchæ buſtuariæ* dictæ, quia ex buſtis defunctorum reliquias raperent. quas vocat *apparatus magicos* Lex 7. de Malef. & Mathem. in Cod. Theod. Et vocantur etiam ſagæ *Eſquilinæ*, quod in Eſquiliis, quibus oſſa mortuorum & damnatorum erant plurima, verſarentur, die ac nocte. Sic *Eſquilini veneficij Pontifex* dictus Horatio, quia iniuſſu Pontificis ſepultorum reliquiæ & ſepulchra, licet non mouerentur nec transferrentur, tamen ille author eſſet capiendis in Eſquiliis mortuorum oſſibus & transferendis. Eadem firmat Tertullianus in Pallio, qui Cloacinæ Veneris ſacerdotem vocat *antiſtitem Latrinarum.* En dæmonum patronorum clientelæ. Sed vere Apul. 2. Met. *Ne mortuorum quidem ſepulchra tuta dicuntur, ſed & buſtis & rogis reliquiæ quædam & cadauerum præſegmina ad exitiales viuentium fortunas petuntur.* Ex Lælio illa ſunt in Apuleio carmina.

Philtra omnia vndique eruunt,
Antipathes illud quæritur,
Trochiſcili, vngues, tæniæ,
Radiculæ, herbæ, ſurculi,

Aureæ

Aureæ illices, bichordilæ,
Hinnientum dulcedines.

Id eſt ex Virgilio.

Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus
Et matri præceptus amor.

Ideo vocat *dulcedines.*

8 Aliaqve malefICIA.] Quintilianus noua Declamat. 14. *Facinus, quod dicitur inquietare ſuperos, ſidera diris agitare carminibus, tumulos, buſta ſcrutari, & amputatis cadaueribus ipſas in ſcelus armare manus, fieri non poteſt, vt authorem ſuum, non ſtatim primo prodat aſpectu.* Vtinam, Quintiliane! multi enim potentiſſimi paterent, nec laterent, qui tuti inter iſtas ſordes victitant.

Tacitus correctus.

9 Accepta si.] Lego, *accepta ac ſi.*

Renuntiare amicitias. Renuntiatio amicitiæ. Interdictio domus.

10 Amicitiam renvntiabat.] Vetus mos Romanorum, *renuntiare amicitias*: & ita, *renuntiandis interdicere domo.* Vnde queſtus Turni apud Virgil.

——— ſe limine pelli.

Et apud Iuuenalem Sat. 3.

Limine ſummoueor.

Quaſi excluderentur renuntiata amicitia. Et ita interpretor Sueton. in Aug. *Alteri ob ingratum & maleuolum animum, domo interdixit, & conuictu.* Plinius lib. 9. cap. 35. ait *C. Cæſarem,* (Iuliæ Auguſti filiæ ſobolem) *interdixiſſe amicitia ſua M. Lollio rectori ſuo, quod in toto Oriente, regum muneribus infamatus fuiſſet.* Syneſius epiſt. 46. in hunc ſenſum: *Quibus verbis fœliciter agenti, amicitiam immiſſo præcone renuntiauit; & declarauit, quod etiam illachrymatus fuiſſet, ſi calamitas denuntiationem anteuertiſſet.* Et addit. *Hoc quidem non eſt amicitiam renuntiare, ſed inimicitias denuntiare.* Et ſane inimicitias olim denunciabant. Ita accipio, quod Brutus & Caſſius M. Antonio ſcribunt. *Vocamus te ad nullas inimicitias.* lib. 2. famil. epiſt. *Litteras.* Et Ciceronis in Vatin. *Sumptis inimicitiis, ſuſcepta cauſa,* &c. Sic *renuntiare hoſpitia* dicebant, & *matrimonium,* & *ſocietatem*, & *fœdus.* De *hoſpitio.* Cicero in Ver. 4. *Itaque iſte vehementer Stenio infenſus, hoſpitium ei renuntiat, domo eius emigrat, atque adeo exit, nam iam ante migrarat.* Plautus in Caſina.

Renuntiatio amicitiæ per præconem.

Denuntiare inimicitias.

Renuntiare hoſpitia.

Abi, quære vbi iureiurando tuo ſatis ſit ſubſidij:
Heic apud nos iam, Alceſimarche, confregiſti teſſeram.

Nam rupta teſſera, fiebat hoſpitij renuntiatio. Quæ hoſpitij iura, etiam ad heredes tranſibant, & poſteros. *De matrimonio* Iuuenalis Sat. 6.

Rupta teſſera hoſpitio renuntiabatur.

Hoſpitij iura ad heredes.

Collige ſarcinulas, clamat libertus, & exi.

Plautus in Aulul.

Is me nunc renuntiare repudium iuſſit tibi.

Apul. lib. 9. Met. *Piſtor ille nuntium remiſit vxori, eamque protinus de ſua deturbauit domo.* Et Syneſius epiſt. 60. *Suſcepti denuntiationem diſſidij.* Apuleius dixit, *deturbauit domo.* nam per domuitionem, matrimonium; per domus deturbationem, diſſidium. Inde *ducere domum,* pro *nubere.* Sic *calciamentum nectere* apud Hebræos matrimonij imago eſt; *calciamentum ſoluere,* diſſidij. D. Cyprianus aduerſus Iudæos. *Erat in lege vt quiſquis nuptias recuſaret, calceamentum deponeret; calcearetur vero ille qui ſponſus futurus eſſet.* Quod ex 4. cap. Ruth deſumptum eſt. De ſocietatis renuntiatione Iuriſconſulti ſæpe. L. 14. & L. 65. pro ſocio. Sic Aſcyltus apud Petron. Arbitr. *Aſcylte, intelligo nobis conuenire non poſſe: Itaque communes ſarcinulas partiamur.* Liuius lib. 41. *De fœdere miſſi legati Perſeo, amicitiam renuntiarunt.* Fiebant autem illæ renuntiationes, aut per præconem, vt in illo de quo dixi Syneſij loco: aut *per ſeruum,* vt in illo Iuuenalis,

Renuntiatio matrimonio. Per domuitionem matrimonium. Per extruſionem domus diuortium.

Renuntiationes per præconem.

——— clamat libertus, & exi.

aut *viua voce*, vt in illo Aſcylti exemplo: aut *epiſtolis*, vt heic. Et notandum eſt *amicitiæ renuntiationem* dextra data fieri, vt *renuntiationem* libello dato. Nam apud Liuium lib. 40. *Omnibus adſtantibus qui aderant, dextras, fidemque dedere.* Remittere vere, ac finire odium, & teſtibus præſentibus. Plautus in Sticho.

Per ſeruos. Per libertos. Aut viua voce. Aut per epiſtolam. Per libellum.

Videte, quæſo, quid poteſt pecunia.
Quoniam re bene geſta rediiſſe me videt,
Magnaſque reportauiſſe diuitias domum,
Sine aduocatis ibidem in cercuro, in ſtega.
In amicitiam, atque in gratiam conuortimus.

Momentaneam tamen reſarciri amicitiam, quis damnet?

11 Navis solvit.] Lege, *naues ſoluit,* id eſt *naues.* nam vetus ſcriptura ita fert.

12 Svriam.] *Syria* & *Suria* authoribus dicuntur; promiſcue eorum more, qui *Sullam* & *Syllam* ſcribunt. Apud Liuium *Syria*: ſed apud Plautum *Suria* in Trucul.

Syria non Suria apud authores.

Huc adduce haſce in conſpectum veſtitas Suras.

Loquitur de duabus ancillis Suris. nam ita ſupra eodem.

Adduxi ancillas tibi eccas ex Suria duas.

Et noſter duobus vtitur indifferenter. *Piſo abire Suria ſtatuit,* iſto libro. Et eodem. *Prouinciæ Syria atque Iudæa feſſæ oneribus.* Et Ann. 15. *Dum Cæſar, cui Syriam concederet, conſulitur.* Vtere vt voles. nam duo vnum ſunt, vnica tantum literula disiuncti. Non negauerim tamen potuiſſe ex Scyro inſula quæ vna eſt ex Cycladibus adduci ancillas. Sed dicit ex Suria, non ex Scyro. itaque in hac re nihil eſt quod nos torquere poſſit. *Suri* autem vel *Syri* ſunt Aſſyrij veteres, ait D. Hieron. Et *Aſſyrij* & *Syri,* veteres omnes ab Aſſur dicti, quaſi Aſſurij, qui Abrahæ fuit inter auos, de quo ita Gen. ca. 10. *De terra illa egreſſus eſt Aſſur & ædificauit Niniuem & plateas ciuitatis & Chale.* Dicitur autem Ninus a Græcis & ab Herodoto inter Græcos.

13 Cæsar pavlisper ad spem erectvs.] Lego, *Et Cæſar erectus eſt.* nam in fine verbi præcedentis eſt *aperuiſſet.* *Et* pro *eſt.*

Si fato concederem, iuſtus mihi dolor etiam aduerſus deos eſſet, quod me parentibus, liberis, patriæ intra iuuentam præmaturo exitu raperent. nunc ſcelere Piſonis & Plancinæ interceptus vlti-

Morientis principis voces aduerſus inſidias ſceleratorum.

mas preces pictoribus veſtris relinquo; referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus inſidiis circumuentus miſerrimam vitam peſſima morte finierim.[1] *Si quos ſpes meæ, ſi quos propinquus ſanguis, etiam quos inuidia erga viuentem mouebat, inlacrymabunt, quondam*[2] *florentem, & tot bellorum ſuperſtitem, muliebri fraude cecidiſſe. Erit vobis locus querendi apud ſenatum, inuocandi leges. Non hoc præcipuum amicorum munus eſt,*[3] *proſequi defunctum ignauo queſtu; ſed quæ voluerit, meminiſſe, quæ mandauerit, exequi. flebunt Germanicum etiam ignoti. vindicabitis vos, ſi me potius, quam fortunam meam fouebatis. Oſtendite populo Rom. diui Auguſti neptem, eandemque coniugem meam: numerate ſex liberos. Miſericordia cum accuſantibus erit: fingentibuſque ſceleſta mandata, aut non credent homines, aut non ignoſcent.*

1 Si qvos spes meæ.] Apul. 3. Met. *Si pectori tuo iam permanet noſtri memoria, nec acerbæ mortis meæ caſus fœdus charitatis intercidit.* Sunt verba mortui, vt ſuperiora ſunt viri morientis.

2 Florentem.] Vere enim vita hominis flos. Quintil. noua Declamat. 13. *Cuius rei inueniri poteſt breuior ætas? nam dum immaturos exterior alligat cortex, nondum dixeris florem. Paulatim deinde viuidiore ſucco tumeſcit vterus, & albentes accipit rimas; nec dum tamen flos eſt. At cum ſe ruptis iam tunicis, in patulum capita fuderunt, & velut ſciſſa in orbem, iamque eorum videtur maturitas. & ignotus occaſus eſt, & iam ſine ventis quoque ſoluta natura, labitur gratia, nec quiſquam eſt flos niſi nouus. Et ſane,* ait Plinius, *flores gignuntur in diem.* Qui ſi gaudia ſunt arborum, & plantarum partus; tamen ille fœtus nihil habet vltra momentum, id eſt, atomum diei. Vnde iſtud Iob beatiſſimi: *Qui quaſi flos egreditur, & fugit velut vmbra.*

3 Proseqvi defvnctvm.] Liuianum hoc eſt, in quo eſt quod corrigam in fine. Nam Liuius lib. 25. in oratione Martij. *Id optimum ducere vos quoque velim milites, non lamentis lachrymiſque tanquam extinctos proſequi: viuunt enim, vigentque fama rerum geſtarum: ſed quotieſcunque occurret memoria eorum, velut ſi adhortantes, ſignumque dantes videatis eos, ita prælia mitte.* Lego *inite.* Quintil. quadam Declamat. *Nullum aliud eſt ſolatium mortis, quam voluntas vltra mortem.* Nam omnino mortuus non eſt, cuius viuit voluntas poſt mortem. Non prætereo amicos Germanici eius meminiſſe, cum extet inſcriptio in platea Nouarienſi. Germanico. Cæsari. Tib. f. Avg. n. Pontif. q. Consvli. ii. d. d. Nec committam quin Claudiani verſus heic addam de defunctorum lamentis.

Liuius correctus.

Voluntas vltra mortem mortuorum ſolatium.

—— durate parumper,
Inquit, & excuſſis muliebribus ore querellis
Fatorum toleremus onus. Nil nautica proſunt
Turbatæ lamenta rati, nec ſegnibus vndæ
Planctibus, aut vanis miteſcunt flamina votis.
Nunc inſtare manu, toto nunc pectore niti
Communi pro luce decet; ſuccurrere velis,
Exhaurire fretum, vanos aptare rudentes,
Omnibus & docti iuſſis parere magiſtri.

Iurauere amici,[1] dextram morientis contingentes, ſpiritum ante, quam vltionem amiſſuros. Tum ad vxorem verſus, per memoriam ſui, per communes liberos orauit, exueret ferociam, ſæuienti fortunæ ſummitteret animum, neu regreſſa in vrbem æmulatione potentiæ, validiores inritaret. Hæc palam, & alia ſecreto, per quæ oſtendere credebatur metum ex Tiberio. Neque multo poſt extinguitur ingenti luctu prouinciæ, & circumiacentium populorum. Indoluere exteræ nationes regeſque: tanta illi comitas in ſocios, manſuetudo in hoſtes: viſuque & auditu iuxta venerabilis, cum magnitudinem & grauitatem ſummæ fortunæ retineret, inuidiam & adrogantiam effugerat. Funus ſine imaginibus & pompa, per laudes, & memoriam virtutum eius celebre fuit. Et erant qui formam, ætatem, genus mortis ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiit, Magni Alexandri fatis adæquarent

Virtus aliquãdo fortunæ obſequens, etiam iniquæ.

Boni principis laudes.

Extincti lugentur.

Magnis principibus comparantur.

Germanici & Alexãdri Magni comparatio.

adæquarent. Nam vtrumque corpore decoro, genere inſigni, haud multum triginta annos egreſſum, ſuorum inſidiis externas inter gentes occidiſſe: ſed hunc mitem erga amicos, modicum voluptatum, vno matrimonio, certis liberis egiſſe: neque minus præliatorem, etiam ſi temeritas abfuerit, præpedituſque ſit perculſas tot victoriis Germanias ſeruitio premere. quod ſi ſolus arbiter rerum, ſi iure & nomine regio fuiſſet, tanto promptius adſecuturum gloriam militiæ, quantum clementia, temperantia, cæteris bonis artibus præſtitiſſet.

1 DEXTRAM AMICI CONTINGENTES.] Quod erat moris apud Rom. Virgil. 4. Æn.

At vero vt vultum vidit morientis, & ora,
Ora modis Anchiſiades pallentia miris:
Ingemuit, miſerans grauiter, dextramque tetendit.

Quod ſi ſiniſtram dediſſet, aut dextra data ſiniſtra accepiſſet, nihil erat fidei. Ioſippus Gorio. *Iudæus dixit Romano, Porrige mihi dexterã: & Romanus miles ſiniſtram dedit, & dextra prehẽdens gladium, Iudæũ interfecit*, quod notabile. Liuius lib. 27. *Inde miſſo conuiuio, dextris inter ſe datis, vltimoque complexu.* & hoc de commorientibus Senatoribus. Idem lib. 33. *Omnes tendere ad Imperatorem Romanorum, & ruente turba, in vnum adire, coniungere dextram cupientium.* Valer. lib. 5. cap. 2. ait Maſiniſſam a Manilio Proconſule Africæ petiiſſe, *vt ad ſe moriẽtem, Scipionem Æmilianum ſub eo militantem mitteret; fœliciorem ſuam mortem futuram ratus, ſi in complexu dextræ eius, ſupremum ſpiritum, ac mandata poſuiſſet.* Et eodem lib. cap. 1. vbi de Alexandro Macedone. *Quanquam violentia morbi dilaberetur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit.* Reddit rationem Varro. *In ſalutatione*, inquit, *maiores dextram dextræ iungebant: cuius rei cauſa eſt, quod omnis eorum honor, dextrarum conſtitit virtute; ob quam rem, hac ſe venerabantur corporis parte.* Plautus in Captiu.

Dextræ contactus morientibus.

Hæc per dextram tuam, dextra te retinens manu
Obſecro, infidelior mihi ne fuas, quam ego ſum tibi.

Papin. lib. 1. Theb.

Iam pariter coeant animorum in fœdera dextræ.

Silius lib. 6.

—— cur decus hoc, o dure, negaſti?
Tangere ſacratos vultus, atque oſcula ab ore
Libauiſſe tuo? dextram mihi prendere dextra
Non licitum?

Et hoc in moriente. vt Tibullus.

Te ſpectem, ſuprema mihi cum venerit hora,
Te teneam moriens deficiente manu.

Liuius de Priſco Tarquinio. *Seruio propere accito, cum pæne exanguem virum oſtendiſſet; dextram tenens, orat, ne inultam mortem ſoceri, ne ſocrum ludibrio inimicis eſſe ſinat.* Iuſtæ preces, nec negligendæ, nec ſpernendæ: ſed Chriſtiana tamen charitate temperandæ.

[1] Corpus antequam cremaretur, nudatum in foro Antiochenſium, qui locus ſepulturæ deſtinabatur. Prætuleritne veneficij ſigna, parum conſtitit. Nam vt quis miſericordia in Germanicum, & præſumpta ſuſpicione, aut fauore in Piſonem pronior, diuerſi interpretabantur. Conſultatum inde inter legatos, quique alij ſenatorũ aderant, quiſnam Suriæ præficeretur. & cæteris modice niſis, inter Vibiũ Marſum, & Gn. Sentium diu quæſitum. dein Marſus ſeniori, & acrius tendenti Sentio cõceſſit. Iſque infamem veneficiis ea in prouincia, & Plãcinæ perchará nomine Martinam in vrbem miſit, poſtulantibus Vitellio, ac Veranio, cæteriſque qui crimina & accuſationem, tanquam aduerſus receptos iam reos, inſtruebant. At Agrippina quanquam defeſſa luctu, & corpore ægro, omniũ tamen quæ vltionem morarẽtur intolerans, aſcendit claſſem cum cineribus Germanici, & liberis, miſerãtibus cunctis, quod fœmina nobilitate princeps, pulcherrimo modo matrimonio [2] inter venerãtes gratãteſq. aſpici ſolita, tũc [3] ferales reliquias ſinu ferret, incerta vltionis, anxia ſui, & [4] infœlici fœcunditate fortunæ toties obnoxia.

Principe mortuo diuerſi ſermones.

Fœminæ principis marito mortuo diuerſa ſpecies.

1 CORPVS ANTEQVAM CREMARETVR NVDATVM IN FORO ANTIOCHIENSIVM.] Idem de corpore Iulij Cæſaris, quod propoſitum in foro, & nudatum magnos aculeos habuit & acres, ad concitandam iram vulgi ſpectantis. Et ideo reprehenſum & repreſſum iure tale factum a Tiberio, cuius intererat non turbari tranquillitatem Reip. Non omitto quod Suet. ſcribit cap. 5. in Calig. *Eo die quo defunctus eſt Germanicus, lapidata fuiſſe templa Romæ, ſubuerſas deorum aras, lares a quibuſdam familiares in publicum abiectos, partus coniugum expoſitos.* Quod fuit teſtatio deſiderati principis.

Nudatio corporis ante aduſtionem.

2 INTER VENERANTES.] Hic mos a regibus cœpit; qui fluxit poſtea ad ciues Romanos Regum oſores, ſed Regum Simias. Et ſane quot ciues Romæ, tot Reges eſſe Cineas

Veneratio regum.

dixit. Seneca 3. de Benef. *Conſuetudo eſt*, inquit, *regibus, regeſque ſimulantibus* (lego *ſimilantibus*) *populum amicorum deſcribere.* At virorum primum inuentum fuit, mox ad dominorum ambitionem tractum. De mulieribus. Dio lib. 57. ait. *Liuiam ſuperbia omnes ſui temporis fœminas ſuperaſſe, quæ Senatum, ac de populo qui vellent domum ad ſe ſalutatum admittebat; idque ipſum curabat in publicos commentarios referri.* Hic ergo faſtus ab illa faſtuoſiſſima fœmina, quam poſteræ mulieres ſequutæ ſunt. Tacitus lib. 17. ait de Nerone. *Cœtus venerantium, a limine matris Agrippinæ arcuit.* Quod fœminis faſtu turgidis valde iniurioſum. Tandem venit hic mos ad ſeros valde nepotes. Nam Spart. de Zenobia: *Adorata eſt more regum Perſarum.* Et D. Hieron. arguit clericos ad venerationem matronarum veniẽtes. ad Euſtoch. de virgin. ſeru. *Clerici*, inquit, *quos & magiſterio eſſe oporteerat, pariter & timori, oſculantur capita matronarum; & extenta manu, vt benedicere eos velle putes* (nota benedictionem extenta manu apud priſcos Chriſtianos) *pretia accipiunt ſalutandi.* Et idem eodem. *Heic ſibi ſolent applaudere mulierculæ de iudicibus viris, & in aliqua poſitis dignitate. Si ad imperatoris vxorem concurrit ambitio ſalutantium, cur tu facis iniuriam viro tuo?* Is qui de cereo Paſchali ſcripſit vetus Chriſtianus, de veteri more qui viget adhuc in Catholica Eccleſia: *Prætermitto*, inquit, *crebras ſalutationes, obſequia matronarum, vanaſque illecebras, quibus rigidiſſimi emolliuntur animi.* Et in regula Monachorũ. *Ambitio, potẽtia, magnitudo vrbis, videre & videri, ſalutare & ſalutari, laudare, vel detrahere, vel audire, vel proloqui, & tamẽ hominum frequentiam ſaltem inuitum videre, a monachorum propoſito & quiete, ſunt aliena. Ad ſuperbas fores pergimus, inter iniquos* (forte *cuneos*) *rodentium miniſtrorum, poſtes ingredimur deauratos.* Et ſane eleganter idem vocat *matronarum Senatum.* Sic de illo Senatu Papinius ex more Romano, licet Græca tractet lib. 9. Theb.

Veneratio regũ ad principes mulieres tranſit.

Salutatio dominarum a Liuia cœpit.

Agrippina Neronis venerata.

Temporibus D. Hieronymi dominæ veneratæ.

Clericorum adulatio in dominas.

Benedictio extenta manu apud Chriſtianos.

Clericorum magiſterium & reuerentia.

Matronarum Senatus.

Veneratio virorum principum.

Heu vbinam ille frequens modo circa limina matris
Ambitus, oranteſque tibi ſeruire Napæas?

De viris. Idem D. Hieron. ad Marcellam epiſt. 18. *Pudet dicere frequentiam ſalutandi, qua aut ipſi quotidie ad alios pergimus, aut ad nos venientes cæteros expectamus.* Lubet heic Martialis epigramma de ſalutatione patronorũ intexere, male habitum. quia purum fieri Martialem deſideramus ex ſpurco.

Septuaginta teras cum limina mane, Senator,
Eſſe tibi videor deſidioſus eques.
Quod non a prima diſcurram luce per vrbem,
Et referam (lego, *Nec referam*) *laſſus baſia mille domum.*
Sed tu (hæc facis ſcilicet & a prima luce diſcurris) *purpureis vt des noua nomina faſtis.* (id eſt ſis Conſul)
Aut Numidum gentes, Cappadocumque petas. (Proconſul videlicet.)
At mihi quem cogis medios abrumpere ſomnos,
Et matutinum ferre patique lutum,
Quid petitur? (id eſt quid mihi eſt emolumenti?) *rupta cum pes vagus exit aluta,*
Et ſubitus craſſæ decidit imber aquæ,
Nec venit (lego *Vt venit*) *ablatis clamator verna lacernis,*
Accedens gelidam ſeruus ad auriculam.
Et rogat vt cœnes ſecum Lætorius, inquit,
Viginti nummis? non ego, malo famem.
Quod ſit cœna mihi (lego, *Cur ſit*) *tibi ſit prouincia merces?*
Et faciamus idem, nec mereamur idem.

Martialis correctus.

Lego, *Aut faciamus idem, vel mereamur idem.* Sed de iſta ſalutatione principum fœminarum, ſatis: dicemus infra de veneratione Imperatorum. ne tantum fœminas putes tumido faſtu inſaniuiſſe.

3 FERALES RELIQVIAS SINV FERRET.] Sinus hominis pars amicabilior, dictus κόλπος Græcis. & interdum accipitur pro parte veſtimenti, quæ a genitalibus ad pedes venit. Ideo Sinus Dei accipitur pro *Sanctuario* quod ſemper fuit Deo gratiſſimum. Hier. Eſai. 45. & eod. 18. cap. 65. Sic Cicero 14. epiſt. *Ipſe vero ſit in ſinu meo, & in complexu ſemper.* Brutus Ciceroni. *Bibulum noli dimittere e ſinu tuo.* D. Hier. ad Nepot. *Illum oculis, illum manibus, illum ſinu tenebat.* Catull. lib. 5. epig. 6.

Quædam, inquit, tumidum ſinum reducens,
En his in niueis latet papillis.

Papin. 6. Theb.

Credo ſinus fidos, altricis & vbera mando.

Sulpitia ad Cherintum.

Exorata meis illum Cytherea camœnis
Attulit, in noſtrum depoſuitque ſinum.

Et Spartianus de Traiani cineribus idem ſcribit quod heic noſter de Agrippina. *Antiochia digreſſus eſt ad inſpiciendas reliquias Traiani quas Altianus, Plottina & Mathidia deferebant.* Noto autem quod ſinu reponebantur nati homines, ſinu mortui cineres portabantur. Papinius. —— *tellure cadentem*
Excepi, fouique ſinu.

Sinu homines recens nati reponebantur.

Sinu cineres mortuorum geſtabantur.

Dicit *tellure cadentem*: nam nouiter nati, terris ſiſtebantur, mox leuabantur apud paganos, & ſinu reponebantur. Etiam apud Iudæos (apud quos iſte mos, quia terra ſiſtebantur, mox leuabantur, & ſinu fouebantur) vmbilico præcidebantur & lauabantur, & ſaliebantur, etiam pannis inuoluebantur. Quod eſt notabile. Nam Ezechiel cap. 16. in exprobratione contra Hieruſalem. *Quando nata es, in die ortus tui, non eſt præciſus vmbilicus tuus, & aqua non es lauta in ſalutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Non pepercit ſuper te oculus, vt faceret tibi vnum de his, miſertus tui; Sed proiecta es ſuper faciem terræ, in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es. Tranſiens autem per te, vidi te conculcari in ſanguine, & laui te aquis, & emundaui ſanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo, & veſtiui te diſcoloribus, & calciaui te ianthino, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus, & ornaui te ornamento: dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.* Quæ libuit attexere, quia nec trita, nec ſpernẽda, ad miſericordiam Dei noſcendam, & vtilitatem noſtram, & ad Iudæorum mores, a quibus Pagani. D. Auguſtin. 4. de Ciuit. Dei. *Rogabant Opem deam, id eſt Tellurem, vt propitio ſinu illos exciperet.* Sic Sapient. cap. 7. de depoſitione in terra. *Ego natus accepi communem aerem.*

Mos naſcẽtium puerorum corpuſcula terris ſiſtere.

Apud Iudæos etiam.

Qui ſtatim leuabantur.

Mox ſinu reponebantur.

Vmbilico præcidebantur.

Lauabantur.

Saliebantur.

Pannis inuoluebantur.

Vngebantur.

Ornabantur.

aerem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. De mortuorum cineribus *ſinu* repoſitis. Martialis lib. 9. epigram. 31.

Cappadocum ſæuis Antiſtius occidit oris,
Ruſticus, o triſti crimine terra nocens.
Retulit oſſa ſinu chari Nigrina mariti,
Et queſta eſt longas non ſatis eſſe vias.
Cumq. daret ſanctā tumulis quibus inuidet vrnam,
Viſa ſibi eſt rapto bis viduata thoro.

Oſſa in ſinu poſita.

Seneca pater Controu. 7. lib. 7. *Vnde tam graues paterni ſinus? nunquid oſſa filij reportas?* Sic in ſomno Calpurniæ Cæſaris vxoris, *Somniauit dirutam domum ſuam, & Cæſarem confeſtim in ſinum eius confugiſſe.* Papin. 5. Theb.

Vt miſeros artus gremio miſeranda recepit
Intexitque comis.

Tibullus lib. 1. eleg. 2.

—— non hic mihi mater
Quæ legat in mœſtos oſſa perusta ſinus.

Idem poeta morem tangit colligendorū cinerum antequam ſinu reponerentur, eleg. 2. li. 3.

Mos colligendorum cinerum in exequiis.

Pars quæ ſola mei ſuperabit corporis oſſa,
Incincta nigra candida veſte legat,
Et prius, annoſo ſpargat collecta Lyæo,
Mox etiam niueo fundere lacte paret:
Poſthac carbaſeis humorem tollere velis,
Atque in marmorea ponere ſicca domo.
Illic quas mittit diues Panchaia merces,
Eoique Arabes, diues & Aſſyria,
Et noſtri memores lachrymæ fundantur eodem:
Sic ego componi verſus in oſſa velim.

Primum in veſte nigra. Mox vino lauare. Et lacte. Deinde condere. Floribus aſpergere. Lachrymis rigare.

Virgilius etiam tetigit, his carminibus:

Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit,
Relliquias vino, & bibulam lauere fauillam,
Oſſaque lecta cado texit Corinæus aheno.

Oſſa cado aheno repoſita.

D. Hier. ad Vigil. *Reliquias Martyrum vaſe aureo poſitas* ſcribit, *eaſque pretioſo velamine tectas*, quas Chriſtiani magni faciebant. Vide Eunapium in Ædeſio. Sic Prudentius *venerandam humum* vocat, in qua repoſitæ. Nam in Hymno D. Eulaliæ Virg. & Mart.

Reliquiæ Martyrum in vaſis aureis.

Relliquias cinereſque ſacros
Seruat humus veneranda ſinu.

Tectis pretioſo velamine.

Noto autem apud Rom. ea quæ chara, poni in gremio ſolita. Sueton. in Calig. cap. 25. *Infantem autem Iuliam Druſillam appellatam per omnium Dearum templa circumferens, Mineruæ gremio impoſuit.* Et idem Galba cap. 4. *Simulachrum æneum, Deæ cubitali maius, iuxta limen inuenit, idque gremio ſuo Tuſculum aucxit.* Sic vxores in menſa, ſuorum maritorum *gremiis* recumbebant. Iuuenalis:

Chara omnia in gremio poſita.

—— gremio iacuit noua nupta mariti.

Et Apul. 7. Met. *Accumbebat ſummum thorum maritus, Pſychen gremio ſuo complexus.* Et Terent. in Adelph. *In ſinu ſuo poſiturum puerum dicebat.* Sed Apellis me vexat morbus, manum a tabula tollere neſcio. heic, ſum finitor, & terminum pono.

Vxores in menſa gremiis maritorum innexæ.

4 INFOELICI FOECVNDITATE FORTVNÆ TOTIES OBNOXIA.] Quia Liuia nullis ab Auguſto ſublatis liberis, inuidebat. Eſt enim naturalis hæc inter mulieres inuidia, vt fœcundis inuideant ſteriles, pulchris deformes. Et ille ſexus ſine inuidia nunquam, aut raro. Sic Rachel inuidit Liæ, nec inuidiam effugit ſororum amor. hæc in Bibliis. in Apuleio vero Pſychæ ſorores ſororis fœlicitati inuident. hæc in fabulis. Et Plautus ſapienter.

Explicatus Tacitus.

Inuidere, alij bene eſſe, tibi male eſſe miſeria eſt?
Qui inuident, egēt; illi quibus inuidetur, rem habēt.

Piſonem interim apud [1] Coum inſulam nuntius adſequitur, exceſſiſſe Germanicum. Quo intemperanter accepto, [2] cædit victimas, adit templa, neque ipſe gaudium moderans, & magis inſoleſcente Plancina, quæ [3] luctum amiſſæ ſororis, tum primum læto cultu mutauit. Adfluebant centuriones, monebantque, prompta illi legionum ſtudia, repeteret prouinciam non iure ablatam & vacuam. Igitur quid agendum conſultanti M. Piſo filius properandum in vrbem cenſebat: nihil adhuc inexpiabile admiſſum, neque ſuſpiciones imbecillas aut inania famæ pertimeſcenda: diſcordiam erga Germanicum odio fortaſſe dignam, non pœna: & ademptione prouinciæ ſatisfactum inimicis. Quod ſi regrederetur, obſiſtente Sentio, ciuile bellum incipi; nec duraturos in partibus centuriones militeſque, apud quos recēs Imperatoris ſui memoria, & penitus infixus in Cæſares amor præualeret. Contra Domitius Celer ex intima eius amicitia diſſeruit, *vtendum euentu. Piſonem non Sentium Suriæ præpoſitum. Huic faſces & ius prætoris, huic legiones datas: Si quid hoſtile ingruat, quem iuſtius arma oppoſiturum, qui legati authoritatem, & propria mandata acceperit? Relinquendum etiam rumoribus tempus, quo ſeneſcant. Plerunque innocentes recenti inuidiæ impares. At ſi teneat exercitum, augeat vires, multa quæ prouideri non poſſint, fortuito in melius caſura.* [4] * *An feſtinamus cum Germanici cineribus adpellere, vt te inauditum & indefenſum planctus Agrippinæ, ac vulgus imperitum, primo rumore rapiant?*

De hoſte mortuo lætari, iniquæ mentis nota eſt; ſed diis ſacrificare, magna nequitia.

Fœminæ cultu ſuo ſuos affectus perhibent.

Inania famæ non pertimeſcenda.

Rumoribus relinquēdum tempus quo ſeneſcant.

Fortuita ſæpe cadunt in melius.

* An feſtinas litus

In principum funere nulli impēſius mœrent quam qui maxime lætātur.

Eſt tibi Auguſtæ conſcientia, eſt Cæſaris fauor, ſed in occulto: & periiſſe Germanicum nulli iactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.

Cos nobiliſſima inſula.

Conchylijs laudata.

Coæ veſtes.

Cos Aſclepiadarum, Hippocratis & Philetæ mater.

1 COVM INSVLAM.] Quæ nobiliſſima dicitur a Plinio, vbi vicinas Aſiæ inſulas deſcribit. Iuuenalis a conchylijs laudat, cum ait:

—— Spartana chlamys, conchylia Coa.

Inde Coæ veſtes. Propert. lib. 2. eleg. 1.

Siue togis illam fulgentem incedere Cois,
Hoc totum e Coa veſte volumen erit.

Eſt in Antholog. epigramma de laudibus huius inſulæ, quæ Aſclepiadas & Hippocratem Coum genuit: Tam claro filio beata. Etiam Philetam Poetam magno præditum iudicio, ait Strabo: & quem laudauit antiquitas & nunc requirit poſteritas.

Pagani magna reuerentia templa ingredientes.

Templa in gaudio velata fronde.

Etiam velleribus.

2 CÆDIT VICTIMAS, ADIT TEMPLA.] Quod magna reuerentia peragebant pagani. Ita enim Seneca Nat. Quæſt. 7. cap. 30. *Si intramus templa, compoſiti; ſi ad ſacrificium acceſſuri, vultum ſubmittimus, togam adducimus, in omne argumentum modeſtiæ fingimur,* &c. Vt autem templa & victimæ in luctu, ita & in gaudio. Diximus de aris ſupra: nunc de templis & victimis. Nam noſter in funere Germanici dixit. *Victimas atque aras Diis manibus ſtatuentes.* Et Annal. 14. de morte Agrippinæ. *Aditurum principem defunctæ templum.* In lætitia, libro eodem de vxore Piſonis. *Dehinc adire templa, cædere victimas, & lætitiam teſtari.* Et eodem libro. *Exin læti Capitolium ſcandunt, Deoſque tandem venerantur.* Sueton. in Calig. *Vt arbitrium ei omnium rerum tributum eſt, tanta lætitia publica, vt tribus proximis menſibus, ac ne quidem totis, ſupra centum ſexaginta millia taurorum cæſa tradantur.* Apul. 4. Met. *Conſenſit parentum tabulis etiam maritus nuncupatus ad nuptias officio frequenti cognatorum & affinium ſtipatus, templis & ædibus publicis victimas immolabat.* Ouid. 12. Met.

Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat
Vota Ioui.

Erat autem moris, & templa, & priuatas ædes in gaudio *velare fronde*, & feſtis *velleribus*. De fronde Satyricus 6.

Ornentur poſtes, & grandis ianua lauro.

De vellere Virgil.

Velleribus niueis, & feſta fronde reuinctum.

Et tapetis.

Etiam *tapetis*. Claud. 3. de raptu.

Pars aulæa tenent, alij prætexere ramis
Limina.

Sparſa floribus.

Spargebant etiam *floribus*. Iuuenalis Sat. 12.

—— omnes violæ iactabo colores.

Veſtibus ſubſtrata.

Etiam *veſtibus* ſubſtrata templa. Plutarch. in Alcib. vbi de Plinteriarum feſto. Quod apud Chriſtianos inualuit, vt Paulinus docet. Nolanus in natali S S. Fœlicis & Cetonis. Et in Actis Apoſt. cap. 14. *Coronas ante ianuas adferens.* Et certe Chriſtianorum configit oculos hæc Paganorum reuerentia erga templa, & in proſperis aduerſiſque gratiarum actio. Quanquàm D. Chryſoſtomus in Homilia, *Fides ſine operibus mortua*, eadem monet. *Stemus trementes & timidi demiſſis oculis, erecta vero anima gementes ſine voce iubilemus corde.* Sed fruſtra monet., plura non dico. nam mihi nulla in his rebus cenſura eſt; & ſi foret, caſſa foret, & caſca.

Oppoſita veſtis luctus & gaudij.

In luctu atrati.

In gaudio albati.

Diis inferis nigræ hoſtiæ. Superis albæ.

3 LVCTVM LÆTO CVLTV MVTAVIT.] Apud omnes fere gentes, opponuntur *veſtimenta luctus & gaudij*, & in luctu atrati, in gaudio albati Romani erant. Sic Diis inferis furuæ, Diis ſuperis albæ hoſtiæ cadebant. Apud Iudæos Iudith. cap. 16. *Exuit ſe veſtimentis lætitiæ.* Et longe ante Exod. 33. *Nullus ex more indutus eſt cultu ſuo* (id eſt ſolitis & lætis veſtimentis) *ſed lugubribus*: quippe hoc in luctu. Et Reg. lib. 2. cap. 14. de Tecuite fœmina. *Lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne vngaris oleo, vt ſis quaſi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum.* Liuius 33. *Quid aliud in luctu quam ornatum & purpurā ponunt? Id cum eluxerunt, ſumunt.* Dixi Romanos atratos in luctu. Et vere dixi. Halicarnaſſ. li. 4. *Lucretiæ corpus lectica nigris veſtibus ſtrata, deportatum* narrat. Et Iuuenal. Sat. 10.

Lugentium veſtis nigra.

Hæc data pœna diu viuentibus, vt renouata
Semper clade domus, multis in luctibus, inque
Perpetuo mœrore, & nigra veſte *ſeneſcant.*

Et Macrob. lib. 1. cap. 11. *L. Craſſo oratori fuit exprobratum in Senatu, murænam in piſcina domus ſuæ mortuam atratum luxiſſe vt filiam ſuam.* Et in Hadriano Xiphilinus ex Dione, narrat atratum eum fuiſſe per nouem dies in luctu. Apuleius 7. *Mater, pueri mortem deplorans, acerbo fletu, & lachrymoſa fuſcaque veſte contecta ambabus manibus trahens cineroſam canitiem, eiulans & exinde proclamans.* Varro apud Nonium. *Propinquæ adoleſcētulæ, proximæ amictæ nigello & capillo demiſſo funus ſequuntur.* Tibullus lib. 1. eleg. 2. ſcribit candida oſſa nigra veſte legi.

Incincta nigra candida veſte legat.

Piſani in obitu L. Cæſaris filij Auguſti edicunt, *vt omnes Piſani ciues ſint pullis amicti.* Et Ouidius 6. Metam. de Philomela & Progne.

Deripit ex humeris auro fulgentia lato,
Induiturque atras veſtes, & inane ſepulchrum
Conſtituit. Et idem lib. 4. de Thiſbe.

—— pulloſque & luctibus aptos
Semper habe fœtus.

D. Auguſtinus epiſt. 199. ad Ecditiam. *Quid abſurdius quam mulierem de humili veſte viro ſuperbire, cui te potius expediret obtemperare candidis moribus, quam nigellis veſtibus repugnare?* Nam de viduæ habitu heic loquitur. Iuuenalis.

Si magna Aſarici cecidit domus, horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia Prætor.

Prætexta pulla nulli alij licebat vti, quam ei qui funus faciebat, ait Feſtus in *Prætexta*. Et ſane alba veſtis indicium iucunditatis; atra, luctus & calamitatis. Perſius Sat.

—— ſint omnia protinus alba.

Et Vopiſcus in Tacito Imp. *Quo in principem lecto, ſenatores elati, lætitia albati ſederunt, atque albas hoſtias immolarunt.* Hippocrates in Aphoriſmis; τὰ μέλανα χόλικα, loquens de nigris excrementis ægrotantium virorum & morientium. nam nigrum, mortis ſymbolum. D. Cyprianus lib. de Mortal. *Conteſtarer aſſidue, & publice prædicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos acceſſione Dominica* (lego *iuſſione dominica*. Nam hoc dominus iubet, Exi miles de ſtatione) *de ſæculo liberatos; cum ſciam non eos amitti, ſed præmitti, recedentes, præcedere, vt proficiſcentes & nauigantes,*

Chriſtiani mortui non lugendi.

uigantes, deſiderari eos debere, non plangi. Nec accipiendas heic eſſe atras veſtes. Seneca de Octauia Augusti ſorore, *Aures ſuas*, ait, *aduerſus omne ſolatium clauſit, aſſiſtentibus liberis, nepotibuſque, lugubrem veſtem non depoſuit.* At illa veſtis atrata erat. Nam Paulus Iuriſconſultus ſent.1.tit.vlt. *Is qui luget abſtinere debet a conuiuiis, & ornamentis, & alba veſte.* Horatius 9. Epod.

Pagana mulier in luctu filij conſolationem non admittit.

Terra marique victus hoſtis Punico
Lugubre mutauit ſagum.

Et Terent. in Phorm. Non Græco tantum, ſed Romano more, in luctu funeris.

Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida,
Lachrymæ, veſtitus turpis.

Mos Chriſtianarum mulierũ ſepelire cum marito omnes ſeculi delicias.

Sed clariſſime D. Hier. ad Saluinam. *Tu vero*, inquit, *quæ in tumulo mariti, ſepeliſti omnes pariter voluptates, quæ litam ceruſſa & purpuriſſo faciem ſuper feretro eius lachrymis diluiſti, quæ pullam tunicam, nigroſque calceos, candidæ veſtis, & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti.* Qua re nihil clarius. ſed ingeminat eundem morem idem Diuus ad Principiam, vbi de Marcella vidua. *Ab hac*, inquit, *primum eſt confuſa gentilitas, dum omnibus putauit* (lego, *patuit*) *quæ eſſet viduitas Chriſtiana, quam & conſcientia, & habitu profitebatur. Illæ enim ſolent purpuriſſo, & ceruſſa ora ſua pingere, ſericis nitere veſtibus, ſplendere gemmis, aurum portare ceruicibus, & auribus perforatis, rubri maris pretioſiſſima grana ſuſpendere, flagrare muſco mure, maritos ita plangere, vt tandem dominatu eorum ſe carere lætentur; quæruntque alios, non quibus iuxta Dei ſententiam, ſeruiant, ſed quibus imperent. Vnde & pauperes eligunt, vt nomen tantum virorum habere mercantur, qui patienter riuales ſuſtineant, ſi muſſitauerint, illico proijciendi. Noſtra vidua talibus vſa eſt veſtibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret. Aurum, vſque ad annuli ſignaculum, repudiauit, & magis in ventribus egenorum, quam in marſupiis recondens.* Et ſane in luctu aurum repudiatum ſcribit. Ita Terent. in Heaut.

Vittam ponere.

Ceruſſam & purpuriſſum linquere.

Pullam induere.

Aureos calceos abiicere.

Nigellos aſſumere.

Viduæ laſciuientes.

Viduarum laſciuientium habitus.

Aurum repudiatum a Chriſtianis matronis.

Ad ſignaculum vſque.

Sine auro tuin ornatam
Ita vti quæ ornantur ſibi.

Eleemoſynas frequentius faciebant.

Loquitur de luctuoſa muliere. Etiam puellæ Deo votæ pullis veſtibus, & nigris calceis vtebantur, quia eis luctus perpetuus in voto. Idem Diuus de vitando ſuſp. contuber. *Inter laſciuas puellas, & comatos, linteatoſque iuuenes, furuarum veſtium puella gradieris.* Et addit. *Veſtis illa vilis, & pulla, animi iacentis indicium eſt.* De calceo, ſic eodem. *Caliga ambulantis, & nigella, & nitens, ſtridore ad ſe iuuenes vocat.* Et rurſus idem ad Iulianum. *Quæ læto vultu mores tulit filiarum. Quod*, inquit, *quadrageſimo die dormitionis earum, lugubrem veſtem mutaueris, & dedicatio Martyris, candida tibi veſtimenta reddiderit.* Sed & Claud. de raptu Proſerpinæ 3.

Votæ deo mulieres.

Nunc ſibi mutatas horret nigreſcere veſtes.

Nonius Marcellus. *Pullus color, eſt quem nunc Hiſpanum, vel Bæticum dicimus.* Varro 4. de vita P. R. *Vt dum ſupra terram eſſent, vicinis lugerent funere ipſo, vt pullis pallis amictæ.* Quidam putant *ſordidam veſtem* eandem cum *pulla*, ſed errant, ex L. 15. §. generaliter. D. de iniuriis, quæ ea diſtinguit. *infamiam alicui fieri, ſi ad inuidiam alicuius, veſte lugubri vtatur, aut ſqualLida, aut ſi barbam demittat, vel capillos ſubmittat.* Nam hæc omnia lugentium ſunt. Sed diſtincta fuit veſtis *lugubris* a *ſqualLida*. Apul. ſub Adriano, lib. 3. Met. de vidua. *Inter hæc*, inquit, *quædam mulier per medium theatrum lachrymoſa & flebilis, atra veſte contecta, paruulum quendam ſinu tolerans, decucurrit. Miſeremini*, inquit, *indigne caſorum, noſtræque viduitati, ac ſolitudini, de vinuicta ſolatium date.* Idem Apuleius loquens de cultu lugubri matronatum, etiam in ædibus priuatis, ſic ſcribit loco mendoſo lib. 2. *Illico*, inquit, *me produxit ad domum quampiam, cuius in ipſis foribus obſeptis, per quandam breuem poſticulam, initio vocat me, & conclaue quoddam obſeratis liminibus vmbroſum demonſtrabat.* Lego, *conclaue quoddam ceratis luminibus vmbroſum, demonſtrabat.* Nam ſi obſerata, & clauſa limina, quomodo vmbroſum conclaue exiſtimat, quod non videbat? Interpretor autem de cubiculo mulieris lugentis, in quo clauſis vndique feneſtris, nullum lumen ſubibat, præterquam vmbroſum, quod ardentia funalia reddebāt. Seruius ad 1. Æn. *Funalia*, inquit, *quæ intra ceram ſunt, & ita funus dictum a funalibus accenſis.* Hodie etiam principibus fœminis, apud nos illa vmbroſa conclauia ſunt in luctu; funalibus tantum ardentia. D. Ambroſius de viduitate. *Cum accenſis funalibus vox dicitur (nox ducitur* forte*) nonne pompæ funebris exequias magis putat, quam thalamum præparari?* Ita Martialis lib. 4. epig. 58.

In tenebris luges amiſſum Galla maritum:
Nam plorare pudet te, puto, Galla, virum.

Non inficior tamen in luctu *albatos* fuiſſe Romanos, ſed in *publico funere* tantum, & more Græco, dum exequiæ procedebant. Aliter enim atrati erant. Nam Sidonius lib. 5. epiſt. ad Thaumaſtum. *Incedunt albati ad exequias, politi ad Eccleſias, pullati ad nuptias.* Et his verbis exprobrat peruerſionem ritus apud eos: nam non albati, ſed pullati, ad exequias procedebant, & ad Eccleſias non culti ad elegantiam, ſed induti ad munditiem. in nuptiis vero non atrati, & pullati, ſed albati. Non ſileo tamen quod me Prudentius docuit, in Chriſtianorum defunctorum exequiis, velis albis Eccleſiam ornari conſueuiſſe, quod de publicis intelligo. Nam Hymno defunctorum, ſic ille:

Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos eſt.

Quod iuuat opinionem meam, in publico funere albatos, in priuato atratos fuiſſe. Et olim apud Francos matronæ in luctu velo albo amictæ. Hodie more Italico ex candidis atratæ prorſus. Verum candor in luctu & color albus apud Chriſtianos in funere, non amiſſos, ſed præmiſſos; non mortuos, ſed viuentes Chriſtianos demonſtrabant.

4 AN FESTINAMVS.] Male ſcriptum *feſtinamus*, cum hoc loco tantum de Piſone loquatur. Et ego cucurbita ſi crederem: nam adiicit, *vt te inauditum & indefenſum rapiant.* Celer in hoc actu, nullas partes habet: itaque lego, & ita corrigo. *An feſtinas littus cum Germanici cineribus appellere? vt te inauditum*, &c. Qui ſcilicet cineres, tibi maiorem mouebunt inuidiam. Ergo non eſt cunctandum, ſed delendum & emendandum, ſcripturientium vitium.

Tacitus correctus.

Ratio correctionis.

Haud mole magna Piſo promptus ferocibus, in ſententiam trahitur. miſſiſque ad Tiberium epiſtolis, *incuſat Germanicum luxus & ſuperbiæ: ſeque pulſum vt locus rebus nouis pateſieret: curam exercitus eadem fide qua tenuerit, repetiuiſſe.* Simul Domitium impoſitum triremi vitare littorum oram, præterque inſulas lato mari pergere in Suriam iubet. concurrentes deſertores per manipulos componit, armat lixas; traiectiſque in continentem nauibus, vexillum tironum in Suriam euntium intercipit. Regulis Cilicum vt ſe auxiliis iuuarent, ſcribit, haud ignauo ad miniſteria belli iuuene Piſone, quanquam ſuſcipiendum bellum abnuiſſet. Igitur [1] oram Lyciæ ac Pamphyliæ prælegentes obuiis nauibus, quæ Agrippinam vehebant, vtrinque infenſi arma primo expediere: dein mutua formidine, non vltra iurgium proceſſum eſt. Marſuſque Vibius nuntiauit Piſoni, Romam ad dicendam cauſam veniret. Ille eludens reſpondit, adfuturum vbi [2] prætor qui de veneficiis quæreret, reo atque accuſatoribus diem prædixiſſet. Interim Domitius [3] Laodiceam vrbem Syriæ adpulſus, cum hiberna ſextæ legionis peteret, quod eam maxime nouis conſiliis idoneam rebatur, a Pacuuio legato præuenitur. Id Sentius Piſoni per litteras aperit, monetque ne caſtra corruptoribus, ne prouinciam bello tentet. Quoſque Germanici memores, aut inimicis eius aduerſos cognouerat contrahit, magnitudinem imperatoris identidem ingerens, & Remp. armis peti: ducitque validam manum, & prælio paratam. Nec Piſo, quanquam cœpta ſecus cadebant, omiſit tutiſſima e præſentibus. Sed [4] caſtellum Ciliciæ munitum admodum, cui nomen Celenderis, occupat. Nam admiſtis deſertoribus, & tirone nuper intercepto, ſuiſque & Plancinæ ſeruitiis, auxilia Cilicum, quæ Reguli miſerant, in numerum legionis compoſuerat. Cæſariſque ſe legatum * teſtabatur *prouincia, quam is dediſſet, arceri, non a legionibus (earum quippe accitu venire) ſed a Sentio, priuatum odium falſis criminibus tegente:* [5] * *conſiſterent in acie, non pugnaturis militibus, vbi Piſonem ab ipſis parentem quondam appellatum, ſi iure ageretur, potiorem; ſi armis, non inualidum vidiſſent.* Tum pro munimentis caſtelli manipulos explicat, colle arduo & derupto. Nam cætera mari cinguntur. Contra veterani ordinibus ac ſubſidiis inſtructi. [6] hinc militum, inde locorum aſperitas. Sed non animus, non ſpes, ne tela quidem niſi agreſtia ad ſubitum vſum properata. Vt venere in manus, non vltra dubitatum, quam [7] dum Romanæ cohortes in æquum eniterentur: vertunt terga Cilices, ſeque caſtello claudunt. Interim Piſo claſſem haud procul opperientem oppugnare fruſtra tentauit: regreſſuſque, * & pro muris modo [8] ſemet afflictando, modo ſingulos nomine ciens, præmiis vocans, ſeditionem cœptabat: adeoque commouerat, vt ſignifer legionis ſextæ ſignum ad eum tranſtulerit. Tum Sentius occanere cornua, tubaſque, & peti aggerem, erigi ſcalas iuſſit, ac promptiſſimum quemque ſuccedere: alios tormentis haſtas, ſaxa, & faces ingerere. Tandem victa pertinacia Piſo orauit, vti traditis armis maneret in caſtello, dum Cæſar, cui Syriam permitteret, conſulitur. Non receptæ conditiones: nec aliud quam naues, & tutum in vrbem iter conceſſum eſt.

Vitanda bella ciuilia.

Quædā prouinciæ nouitatibus aptæ.

Qui petit Rempublicam, pro Republica ſe pugnare aſſerit.

Tutiſſima e præſentibus ſequenda.

Comprimēda vi ſeditio, & ſtatim: alioqui erumpit in ſcelus.

* teſtabatur vt prouincia.

* conſiſteret tantum in acie, non pugnaturos milites,

* & pro muris modo ſua caſtra metatus ad conflictandum, modo ſingulos

1 Oram

Lycia. *Pamphylia.*

1 Oram Lyciæ ac Pamphyliæ.] De Lycia diximus. At Pamphyliam D.Hieronym.ait eſſe *prouinciam Aſiæ,in qua Pergæ vrbs.* Et Dianæ fanum olim. Strabo 14. Et de ea fit mentio in epiſtolis D. Pauli, & in Act. Apoſtol. quæ ab Amphilochi ſocijs Calchantiſque ſua habuit initia, dum Troia redeuntes vna commiſcentur. Idem Strabo.

Duo prætores in vrbe primũ.

2 Prætor qui de veneficiis quæreret.]Duo fuere ordinarij in vrbe Prætores, vrbanus, & peregrinus: ille inter ciues, hic inter peregrinos cognoſcebat & ius reddebat. Alij tamen poſtea creati, ita vt 12. creauerit Auguſtus, Sylla vero quatuor ante Auguſtum; inter quos, vnus qui de veneficijs quæreret. Lego apud Liuium lib. 40. lib. 8. cognitionem de veneficijs ſuſceptam, ſed in priuato, & a maritis contra vxores, in quarum capita ius habebant. Poſtea illa cognitio ad prætores. Nam ita ſcribit libr. 14. *Commiſſum C. Clodio prætori, qui in locum Minutij ſuffectus erat, vt de veneficijs qui in vrbe, propinſve vrbem decem millibus paſſuum admiſſa eſſent, cognoſceret.* Tamen lego apud Feſtum, *veneficos 35. tribus non condemnare, quia ipſi indicta cauſa occiderentur.* Verba autem Taciti accipe, vt eludat Piſo, non vt reſpondeat.

Laodicea a Laodice.

3 Laodiceam.] Ab Laodice matre Seleuci Nicanoris, qui eam condidit. Strabo libro 17. Et vocat eam *portuoſam*, & optimo loco ſitam, ad oras maris, & præter cætera feracitate optimi vini conſpicuam. Fuit autem nobilis ciuitas Cœleſyriæ, & vocata eſt *Laodicea ad Libanum.* Plin. lib. 5. cap. 33. ideo Tacitus addit Laodiceam vrbem Syriæ. Nam altera eſt Laodicea in Aſia, quam idem author vocat *celeberrimam*, impoſitam Lyco flumini, latera alluentibus Aſopo, & Cypro; Primo appellata *Dioſpolis*, dein *Rhoas.* De ea D. Ioannes in Apocalyp. angelo Laodiceæ. *Scio opera tua; quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus eſſes, aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Premenda verba & exprimenda nimis. De ea dicetur infra, nam veniet in manum.

Dicta ad Libanum. *Altera in Aſia.* *Celeberrima.* *Ad Lycum.*

4 Castellum Celenderis.] Oppidum vocat Plinius libr. 5. cap. 27. & in regione Celendetite, *Celenderis ciuitas quæ portum habet*, ait Strabo 14. Hanc vrbem Ciliciæ principium quidam faciunt, non Coraſium, e quibus eſt Artemidorus. Strabo 14. Μελανία καὶ Κελένδερις πόλις.

5 Consisterent.] Senſus planus eſt, ſed verba non reſpondent; in quibus eſt aliquid quod poſſit deſiderari. legerem lubens: *Conſiſterent tantum in acie, non pugnaturos milites, vbi,* &c.

6 Hinc militum.] Excuſa bene ſtat. nam aſperitas, non tantum loci, ſed militis. Sic Horat. ode 1. *acrem militiam* dixit, id eſt *aſperam*: & alibi, *gnauus & aſper.* Et *ſæuitiam Centurionum*, noſter lib. 1. qui rigidi dicti, & aſperi. Muretus legit, *militum vis*, quod probarem, ſi *vi* legendum eſſet. Nam verbum *militum* recipit *vi*, non *vis*.

7 Dum Romanæ cohortes in æquum eniterentur.] Id eſt, vſque dum æquis locis adortæ eſſent Piſonianos milites. Nam in colle arduo & abrupto Piſo ſuas copias explicauerat: quem vbi cohortes Romanæ ſcanderent, paulum dubitatum fuit: vbi ex æquo ventum ad manus, tunc nulla dubitatio.

Tacit. correct.

8 Semet adflictando.] Non eſt credibile Piſonem virum arrogantis animi, & primæ nobilitatis & ex ſtirpe Numæ regis, nec fortunæ ſuccumbentem, ſemet afflictaſſe. Tum quod ſequentia non conueniant. Et niſi mea mens vapa eſt, locus hic ſtare, vt eſt, minime poteſt: cum ſit ſine apta verborum ſerie, & ſine ſenſu, & contra Piſonis mores & hiſtoriam. Lego igitur: *Et pro muris modo ſua caſtra metatus.* Nam *metari caſtra* vſitatum eſt noſtro authori, & alijs probis authoribus. Tacitus 3. Annal. *Caſtra metati, ſigna ſtatuunt.* Et ſupra: *Metanti caſtra Cæſari Angriuariorum defectio nuntiatur.* Quod fiebat *decempeda.* Cicero Philipp. 17. *Paxa peritus metator & callidus vrbem iam decempeda diuiſerat.* Sic Virg. dixit in Culice.

Metabat ſeſe circum loca.

Et metatis caſtris circa muros pugnabant. Inde *metatores* in L. 9. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. *metatores qui caſtra deſignant*, ait Iſid. 10. Orig. Inde titulus de metatis lib. 12. Cod. Salluſt. in Iugurth. *Cum ortu Solis caſtra metabatur.* Repoſui *ad conflictandum.* Nam illa verba ex vero ſenſu authoris. Et (*m*) quæ addenda erat verbo (*conflictando,*) eſt in principio verbi ſequentis (*modo.*) Et quod heic ſcribit, *ſua caſtra metatus, pro muris ad conflictandum:* author noſter, ſed alijs verbis, ſupra de eodem, *Pro munimentis caſtelli, manipulos explicat.* Et lib. 14. *Prælium pro muris auſi ſunt.* Et nota omnes litteras verbi (*ſemet*) ſigla eſſe. Nam *S* pro *ſua*, *C*, pro *caſtra*, *MET*, pro *metatus.* Sed litteram *C* in *E* verterunt. Sic in *S.C.* pro *Senatuſconſulto*, *E* pro *C*, exſcriptores repoſuere in his verbis, *Syriæ exſequutio*, pro *Syria, ex S C.* Tacitus infra Ann. Et ne mireris noſtrum acumen vel ſpernas, apud Feſtum *E* pro *C*, & *C* pro *E.*

Roma ereptũ bonum principem luget.

At Romæ poſtquam Germanici valitudo percrebruit, cunctaque, vt[1] ex longinquo aucta in deterius adferebantur, dolor, ira, & erumpebant queſtus. Ideo nimirum in extremas terras relegatum: ideo Piſoni permiſſam prouinciam: hoc egiſſe ſecretos Auguſtæ cum Plancina ſermones: vera prorſus de Druſo ſeniores locutos, diſplicere regnantibus ciuilia filiorum ingenia: neque ob aliud interce-

Imperantibus filij exoſi ſi ciuiles.

ptos, quam quia Populum Rom. æquo iure complecti, reddita libertate, agitauerint. Hos vulgi ſermones audita mors adeo incendit, vt ante edictum magiſtratuum, ante ſenatuſconſultum, ſumpto iuſtitio, [2] deſererentur fora, clauderentur domus, paſſim ſilentia & gemitus, nihil compoſitum in oſtentationem. Et quanquam neque inſignibus lugentium abſtinerent, altius animis mœrebant. Forte negotiatores, viuente adhuc Germanico, Syria egreſſi, lætiora de valitudine eius attulere. Statim credita, ſtatim vulgata ſunt. Vt quiſque obuius (quamuis leuiter audita) in alios, atque illi in plures cumulata gaudio transferunt; curſant per vrbem, moliuntur templorum fores. Iuuat credulitatem nox, & promptior inter tenebras adfirmatio. Nec obſtitit falſis Tiberius, donec tempore ac ſpatio vaneſcerent. Et populus quaſi rurſum ereptum acrius doluit.

Qui non luget palam, luget in occulto impenſius.

Rumore falſo plebs attollitur.

Falſa tempore ac ſpatio vaneſcunt.

1 EX LONGINQVO AVCTA.] Sic Tacitus. *Cuncta, vt mos famæ, in maius credita.* Annal. 3. Lucanus lib. 1.

-- Sic quoſque pauendo
Dat vires famæ, nulloque authore malorum,
Quæ fluxere timent.

Iuſtinus: *Fama rem in maius extollit & militum animos rerum nouitate terret.* Sed quia hic locus poſtulat, lubet ſanare & explicare Tertullianum in deſcriptione famæ: quæ certe elegans, ſed vitiata paulum. in Apologet. *Cur fama malum?* (quod Virgilianum eſt,) *quia velox? quia index? an quia mendax? Quæ, ne tunc cum aliquid veri adfert, ſine mendacij vitio eſt: detrahens, adijciens, demutans de veritate. Quid quod ea illi conditio eſt, vt non niſi cum mentitur, perſeueret? & tandiu viuit, quandiu non probat? Si quidem vbi probauit, ceſſat eſſe, & quaſi officio nuntiandi functa, rem tradit. Exinde res tenetur, res nominatur. nec quiſquam dicit (verbi gratia) Hoc Romæ aiunt factum, aut, Fama eſt, illam prouinciam ſortitum, ſed, Sortita eſt illa prouincia, &, Hoc factum eſt Romæ. Fama, nomen incerti,* (id eſt incertæ rei,) *non habet locum vbi certum eſt.* (id eſt vbi res certa eſt.) *An vero famæ credat, niſi inconſideratus? quia ſapiens non credit incerto. Omnium eſt æſtimare, quantacunque illa ambitione diffuſa, quantacunque aſſeueratione conſtructa, quod ab vno aliquando principe exorta ſit, neceſſe eſt. Exinde in traduces linguarum & aurium ſerpit, & ita modici ſeminis vitium, cætera rumoris obſcura.* (lego, *obſcurat*) *vt nemo recogitet, num primum illud os mendacium ſomniauerit, quod ſæpe fit, aut ingenio æmulationis, aut arbitrio ſuſpicionis, aut non noua, ſed ingenita quibuſdam mentiendi voluptas. Bene autem quod omnia tempus reuelat, teſtibus etiam veſtris prouerbijs, & ſententijs, ex diſpoſitione naturæ quæ ita ordinauit, vt nihil diu lateat, etiam quod fama non diſtulit.* Papin. in Theb.

Tertullianus correctus.

Egregia de famæ natura.

Fama per Aonium rapido vaga murmure campum
Spargitur in turmas, ſolito pernicior index,
Cum lugenda refert.

Author belli Troiani Anglus, qui falſo Dares Phrygius de quo dixi, ita de fama loquitur argute & ſapienter.

Et iam fama loquax rapiens ex ore potentum
Quod ferat in vulgus, placidas quod ſpargat in vrbes,
Prælia mota canens: illamne nocentis Auerni
Progeniem, cæliue rear? quæ murmura rerum
Occulta extenebrat, redditque latentia luci.
*Imo, quis e ſupera * contendet pace creatam* * contendat
Turbatricem hominum? quæ ſancta ſilentia Regū
In mundi perfert aures, & plebis in ora
Diſſipat arcanum curæ furata ſilentis?

Pulchra me hercule, nec huic ſæculo adſignanda. Noſtri Iuriſconſulti varie exagitant, an famæ ſit credendum. Sed qui famæ credit, plerumque mendaci & infami credit.

Qui famæ credit, infami credit.

2 DESERERENTVR FORA.] Sic Plinius de Regibus Taprobanæ inſulæ defunctis. *Rege conſumpto mæret plebs ignauo dolore: non cibos conuehit, non procedit, triſti tantum murmure glomeratur circa corpus eius, ſubtrahitur deductæ multitudini, alias ſpectantes examinantur, luctum non minuunt. Tum quoque ni ſubueniatur fame moriuntur.* En Barbarorum amor in reges.

Honores mortuo decreti.

Honores, vt quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti, decretique: vt [1] nomen eius Saliari carmine caneretur, [2] ſedes curules [3] ſacerdotum Auguſtalium locis, ſuperque eas [4] querceæ coronæ ſtatuerentur; ludos Circenſes eburna effigies præiret, neue quis Flamen aut Augur in locum Germanici, niſi gentis Iuliæ, crearetur. [5] Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & [6] in monte Syriæ Amano, cum inſcriptione rerum geſtarum, ac mortem ob Remp. obijſſe:

obijſſe: ſepulchrum Antiochiæ vbi crematus: tribunal[7] Epidaphne, quo in loco vitam finierat. Statuarum,[8] locorumue in * quis coleretur, haud facile quis numerum inierit. Cum cenſeretur[9] clypeus, auro, & magnitudine inſignis,[10] inter autores eloquentiæ, adſeruit Tiberius ſolitum, paremque cæteris dicaturum.[11] Neque enim eloquentiam fortuna diſcerni, & ſatis inluſtre, ſi veteres inter ſcriptores haberetur. Equeſter ordo cuneum Germanici appellauit, qui Iuniorum dicebatur: inſtituitque[12] vti turmæ Idibus Iulij imaginem eius ſequerentur. Pleraque manent, quædam ſtatim omiſſa ſunt, aut vetuſtas obliterauit. Cæterum recenti adhuc mœſtitia, ſoror Germanici Liuia, nupta Druſo,[13] duos virilis ſexus ſimul enixa eſt.[14] Quod rarum, lætumque etiam modicis penatibus, tanto gaudio principem adfecit, vt non temperauerit, quin iactaret apud patres, nulli ante Romanorum eiuſdem faſtigij viro geminam ſtirpem editam. Nam cuncta etiam fortuita ad gloriam vertebat. Sed populo tali in tempore id quoque dolorem tulit, tanquam auctus liberis Druſus domum Germanici magis vrgeret.

* queis

Eloquentia fortuna non diſcernitur.

Duos maſculos Liuia enixa ſimul.

1 Nomen eivs Saliari carmine.] Salij a *Salio Arcade*, qui cum Euandro in Italiam venit; quique ante Romam conditam, in ara maxima, Herculi ſacra ſaltauit: Saltatio autem illa erat ter humum quatere pede. Nam Horat. 4. od. 1.

In morem Salium ter quatiens humum.

Et lib. 1.

Neu morem in Salium ſit requies pedum.

Sic *Saltuares inſulæ dictæ* a ſaltando, *quoniam ad ſymphoniæ cantum & ad ictus modulantium pedum moueantur.* Plinius libr. 2. capite 97. Hanc autem ſaltationem vrbe condita tranſtulit Numa ad ſacra Gradiui Martis. Macrob. 3. Satur. cap. 12. Et Plutarchus a *Saliendo Salios* dictos ait in Numa. Et ſane placandis Dijs, ſaltationes, theatra, carmina, & circos inuenere in Italia Romani. Val. libr. 2. cap. 4. Quibus vſitatum fuit verbum, *amtruo & amtruo,)* id eſt, circumtrudo. Nam *truere* priſcis Romanis eſt trudere.

Præſul vt amtruat inde & volgu' redamtruat olli.

Nam ſaltatio & exultatio Saliorum incipiebat a Pontifice, & a vulgo ſequebatur. Quod nos Franci imitamur in his ſaltationibus quas vocamus vulgo *Branſles*. Nam agunt ſe & trudunt mutuo & circulariter ij qui ſaltant, vnuſque alterum trudit & alter retrudit. Et hæ ſaltationes a Iudæis, qui ante fuſilem vitulum ſaltabant. cap. 32. Exod. *Cum*, inquit, *appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum, & choros.* Et lib. 2. Reg. ita ſcribitur. *David & omnis domus Iſrael, ducebant arcam teſtamenti Domini, in iubilo, & in clangore buccinæ: cumque intraſſet arca Domini in ciuitatem, Michol filia Saul, proſpiciens per feneſtram, vidit regem Dauid ſubſilientem, atque ſaltantem coram Domino, & deſpexit eum in corde ſuo.* Ab illo claro fronte, paganorum turbulenti riuuli, & lutulenti. Salij autem poſtea inſtituti Romæ. Nam ita Liuius lib. 1. *Salios autem Marti Gradiuo legit, tunicæque pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam, æneum pectori tegumen, arma, quæ ancilia vocantur, ferre, & per vrbem ire canentes carmina, cum tripudijs, ſolennique ſaltatu iuſſit.* Quorum carminum interpres Ælius Stilo olim magiſter Varronis. At his carminibus nominari, valde laudabile erat. Sic *Mamurius Veturius, cum ancile fabricaſſet inſigne, petijt, vt Saliari carmine nomen ſuum caneretur.* Plutarch. in Numa. Et Seruius in 8. Æneid. *Famam cupit*, ait, *pro opera, videlicet, quod eſt votum illuſtrium virorum.* Varro tamen ait Salios, qui cantant Mamurium Veturium, ſignificare veterem memoriam. Quæ aliquis Grammaticotatos compoſuerit, non ego.

Salij a Salio Arcade.
Saltare ante aras antiquum Romanis.
Etiam Iudæis.

Numa Salios ad Gradiui Martis ſacra tráſtulit.

Nomina cantata Saliari carmine.

Quod honorificum.

2 Sedes cvrvles.] Quæ non modo ebore claræ, & dites, ſed etiam ſignis ornatæ. Ouid. de Ponto ad Pompeium:

Conſpicuum ſignis cum petit altus ebur.

Priuato autem & publico loco vtebantur, eratque ſedes inſignis: ſed illa contempta, data eſt poſtea Iulio Cæſari, non eborea, ſed aurea. Dio libr. 44. quæ a Vibio Rufo poſtea comparata, cum priuatus vteretur, illi tamen impune fuit. Quod mirum. Dio lib. 57. Is Vibius (quod obiter noto) Terentiam Ciceronis duxerat, malam & faſtuoſiſſimam fœminam. Nam vt Cicero ſcribit ad Attic. libr. 11. *Scelerate audio illam aliquid facere.* Hæc igitur, quæ vixit 103. annos, primum Ciceroni, mox Salluſtio eius hoſti, poſtea Meſſalæ nupſit, vt quaſi *per eloquentiæ gradus deuolueretur*, ait D. Hieronym. adu. Iouinian. Mox Vibio iuncta eſt. Et ſcribit Dio, *iſtum Vibium Rufum, ſub Tiberio Conſulatum geſſiſſe.* lib. 57. Quod non ſine ſcrupulo, quia in Faſtis nullus Vibius; forſan autem ſuffectus fuit. Sed redeo ad ſedem curulem, & dico, inter elogia M. Valerij Coruini, ſcribi a Plinio, *ſella curuli ſemel ac vicies ſediſſe.* At contra Q. Maximum. *Quæſtorijs enim comitijs inſtitutis cum illi in campo curulis ſe-*

Curulis ſedes ex ebore.

Signis ornata.

In priuatis & publicis locis, illa ſede vſi.

Aurea ſedes curuli ſucceſſit.

Virbius, ſeu Vibius.

Curulem Cæſaris emit impune.

des poſita eſſet, & eum Conſulem eſſe factum retuliſſent, eo mortuo nunciato, ſella ſublata eſt, nec ſedit poſtea vnquam niſi in tumulo. Cicero 7. famil. ad Curionem, epiſtola, Ego vero. Sic fortuna iſti paratam ſedem inuidit, alteri ſemel ac vicies tribuit.

Sella regia rege abſente vacua apud Frácos.

3 SACERDOTVM AVGVSTALIVM LOCIS.] Qui in templis, & in domibus priuatis erant. Et inde fluxit quod peruium apud Francos, vt abſente rege, ſella regia vacua, ſemper in penitiori conſilio cum repræſentet, quam occupaſſe, fas nulli: eſt enim maieſtatis principis imago.

Coronæ quercea. *Ex auro ſolido.* *Et ornatæ gemmis.*

4 QVERCEÆ CORONÆ.] Non ex ramo quercus defractæ, ſed ex auro ſolido factæ, ornatæque gemmis. Dio 44. nec poſitæ tantum in principum ſellis, ſed in arbore lauro, quæ ante principum ædes plantata, querceis coronis ornabatur. Et inde mos noſter in Palatio principis apud Francos Kalendis Maij quercum ſtatuere in Palatio principis, & priuatis etiam in ædibus virorum illuſtrium. Erat tamen moris, in ſella curuli vacua, coronam ſtatuere: quod veteres nummi demonſtrant.

5 ARCVS ADDITI.] De iſtis arcubus Suetonius in Claud. cap. 1. *Præterea Senatus inter alia complura marmoreum arcum cum tropæis via Appia decreuit, & Germanici cognomen ipſi poſteriſque eius dedit.* Quod ex vetuſtiſſimo Hebræorum more, ad Romanos fluxit. Quippe in luctu, 2. Reg. cap. 1. vbi Saul occidit, Philiſtæorum armis victus, ita ſcribitur. *Planxit Dauid huiuſmodi planctum ſuper Saul, & ſuper Ionatham filium eius, & præcepit, vt docerent filios Iuda, arcum: ſicut ſcriptum eſt in libro iuſtorum.* Id eſt, præcepit fieri arcum, cuius inſcriptionibus filij Iuda docerentur receptæ cladis Saul & Ionathæ memorias. Quippe arcus in luctu, & funere, vti in gaudio apud Romanos. Quod dixi: & iſtud addidiſſe, nec pudet, nec piget, cum ſpicilegium aliquid relinquat ſemper, quod poſt meſſem leuetur.

Heic Suria quæ Syria. *Mons Amanus.* *Diuidens Syriam a Cilicia.*

6 IN MONTE SYRIÆ AMANO.] Heic vocat *Syriam*, quam ſuperius *Suriam*; vt notes vtrumque in vſu. Sed de monte Amano, Cicero 5. ad Attic. epiſtola, *Saturnalibus. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit: qui mons erat hoſtium plenus ſempiternorum.* Dio Amani montis habet delineationem lib. 48. *Et Amanus mons in confinio eſt*, ait, *Syriæ, tantaque ſunt in eius tranſitu anguſtiæ, vt quondam portæ fuerint in eis, cum caſtello extructæ, ac nomen inde inditum.* Cicero 15. epiſt. famil. in radicibus huius montis aras Alexandri ſitas ſcribit. Et illum deſcribit Strabo initio lib. 11. Author certe dignus æuo ſempiterno. De hoc monte Dio in Adriano plura ſcribit, & id notabile, ortum & occaſum ſolis eodem momento in eo videri.

Daphne & Antiochia diſcreta. *Antiochia vrbs.*

7 EPIDAPHNE.] Liber Machab. 2. cap. 4 ſic habet: *Ipſe loco tuto ſe continens, Antiochiæ ſecus Daphnem.* Et noſter heic, *Antiochiam* ab *Epidaphne* diſparat, cum ait, *Antiochiæ ſepulchrum, tribunal Epidaphne poſitum.* Epidaphne autem pars eſt, & ſuburbium Antiochiæ. Et Antiochiæ porta erat, quæ Daphne dicebatur; qua ſcilicet iter erat ad Daphnem, de qua D. Hieron. in vita D. Ignatij, Catalogo ſcriptorum Eccleſ. Dio libr. 51. de Daphne ſuburbio Antiochiæ mentionem facit. Et Libanius ſcripſit de Daphne orationem luculentam, quam laudat Iulianus ſcribens ad eum. Author quoque Egeſippus libr. 3. cap. 5. Daphnem iſtud ſuburbium ſcribit vocari, quod perpetuam habeat viriditatem. Eamque deſcribit eleganter Sozomenus libr. 5. cap. 18. hiſtor. Eccleſ. atque templo Apollinis & oraculo valde commendatam fuiſſe apud paganos. Narrat & in eo lucum Daphnes: de quo 11. libro Cod. *de cupreſſis ex luco Daphnes.* Et credibile eſt, amœnum iſtud ſuburbanum, Germanicum ſubijſſe in aduerſa valetudine, in quo Baliſta vnus ex 30. tyrannis agrum habuit, vt ſcribit Spartianus. Quamuis autem Suetonius dicat *Antiochiæ obijſſe*, & noſter *Epidaphne*; idem eſt. Quippe nomine vrbis, etiam ſuburbia continentur, vt ait L. vt Alphenus. de verb. ſignif. D. Plinius quoque ita accipiendus eſt lib. 5. cap. 21. *Antiochia libera, Epidaphne cognominata.* Quod ſcribit ad differentiam eius Antiochiæ, quæ in Meſopotamia & Cilicia, de quibus dixi. Sunt autem quidam, qui pro *Epidaphne*, *Epiphane* legerent, ſed male. Nam duo ſunt, licet non longe ab Antiochia. de Epiphane, Cicero ad M. Catonem 15. famil. *Cum me diſcedere ab eo monte ſimulaſſem* (de Amano ſcilicet) *& alias partes Ciliciæ petere, abeſſemque ab Amano iter vnius diei, & caſtra apud Epiphanem feciſſem.* Cæterum ille lucus Daphnes, totus erat lauro arbore conſitus. Ideoque Auſonius vbi de Antiochia, ſcribit:

Tertia Phœbeæ lauri domus Antiochia.

quamquã cypariſſis frequens. Egeſippus enim 4. c. 1. ita ſcribit, *Amœniſſimum illud & celebre per Syriam Daphnes nemus cypariſſis intextum.* Et Seleucum Nicanorem eius conditorem facit, vt Iulianus Cæſar. Quod indicaui ſupra. Ammianus autem *Epidaphnes ſuburbium amœnum, & ambitioſum* vocat libr. 21. Et merito. Nam Syriæ reges in eo ſedem & oblectationem poſuerant.

Daphne ſuburbium. *Antiochia porta quæ Daphne dicta.* *Vrbis nomine ſuburbia continentur.* *Antiochia & cta Epidaphne.* *Epidaphne pro Epiphane male acceptum.* *Lauro conſitus locus qui Epiphane.*

Epidaphnes locus amœnus.

8 LOCORVMQVE.] Pagani enim colebant in larariis, magnos viros, vt in Alexandro Lampridius. *Coluit, inquit, in larario Chriſtũ.* Tertull. in Apolog. Idem de Tiberio memorat longe ante: poſtea de fortuna quam *Galba coluit in cubiculo.* Sunt de ea re apud authores veſtigia frequentia, quæ heic non exequor. Sed non ſilebo duo fuiſſe Lararia in potentiorum domibus. Nam ſcribit Lampridius. *Virgilium Platonem poetarum vocabat, eiuſque imaginem cum Ciceronis ſimulachro in ſecundo Larario locabat.* De primo: *Alexandrum Magnum inter diuos & optimos in Larario maiore conſecrauit.* Quod duo Lararia notat.

Clypei [illegible] apud reges Iudæos.

9 CLYPEVS.] In ſacris biblijs Clypeorum fit mentio, qui ex auro ſolido facti, repoſiti fuere in domo Libani a Salomone. Et hoc ad decorem magnificæ domus. *Sexcentos*, inquit, *auri ſiclos dedit in laminas vniuſcuiuſque ſcuti.* lib. 3. Reg. cap. 10. Poſtea populata

lata vrbe Hieroſolyma a Seſace rege Ægypti, ſublati fuere illi clypei, & pro aureis æreos repoſuit Roboam. Sed illi non ad magnorum virorum decus, ſed ad militum armaturam. *Mille*, inquit, *clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.* in Cant. Cantic. Nam rege ingrediente domum Dei, prætoria cohors portabat illos clypeos; regrediente, in armamentarijs reponebat. Lego etiam Machab. 1. *miſſum clypeum aureum mille mnarum a Iudæis ad renouandam ſocietatem Iudæorum cum Romanis.* Etiam lego paganos in templis clypeos ab hoſtibus captos ſuſpendiſſe. Silius lib. 10.

Clypei in templis paganorũ.

-- arma
Diripite, o pubes, templis, vos atria raptim
Nudate, & clypeos in bella refigite captos.

Quod obtinuit etiam longe ante. Nam de Philiſtæis libr. 1. Reg. cap. 31. vbi de armis Saul. *Poſuerunt arma eius in templo Aſtaroth.* Quod & Iudæi fecerunt 1. Machab. vbi ſcribitur. *Ornauerunt faciem templi coronis, & ſcutulis.* At clypei de quibus heic agitur, erant ad bibliothecarum decus magnorum virorum imagines pictæ. Quod a ſagata militia, ad togatam venit. Nam Troiano bello ſcuta effigiem geſtantis habebant. Plinius lib. 35. cap. 3. *Scutis qualibus apud Troiam pugnatum eſt continebantur imagines. Origo plenam virtutis faciem reddi cuiuſque in ſcuto, qui vſus illo fuerat.* Etiam in puppibus nauigantes ſua ſcuta habebant. Virg. 1. Æneid. *Scuta virum galeaſque.* poſtea togatis viris clypei, qui pictas, ſuas imagines in ſcutis habebant. Dico pictas, non effigiatas ex cera, aut ære, more ſimulachrorum quæ templis, aut foro, aut Palatio, aut porticibus & arcubus, aut atrijs reponebantur. Nam ſtatuæ ab imaginibus differunt. In atrijs, erant effigies auorum, in cubiculis amicorum, in bibliothecis virorum doctorum. Fuere autem publicæ Bibliothecæ, inuentum Piſiſtrati. Tertull. *Studio bibliothecarum Piſiſtratum æmularentur.* Sed hæ temporibus Auguſti, in clypeis pictæ, non ſculptæ. Quod docet L. 5. §. ſi id quod poſitum. D. de his qui deiecer. vel effud. *Nam pictor in tabula clypeum habebat emptoribus expoſitum.* Sueton. in Tito. *Apparet ſtatuarum & imaginum eius multitudine.* Originem huius rei apud Rom. tradit Plinius lib. 35. cap. 3. loco male ſano. *Suorum*, inquit, *clypeos in ſacro, vel publico priuatim dicare*, (id eſt more priuatorum, non ex Senatuſconſulto, & magiſtratibus,) *primus inſtituit, vt reperio, Appius Claudius, qui Conſul cum Seruilio fuit, anno vrbis 259. Poſuit enim in Bellonæ æde maiores ſuos, placuitque in excelſo ſpectari, & titulos honorum legi. Decora res vtique, ſi liberorum turba, paruulis imaginibus, ceu nidum aliquem ſobolis pariter oſtendat, quales clypeos nemo non gaudens fauenſque aſpicit.* Sed lego, *ſi liberorum turbæ, paruulis in imaginibus, ceu nidum aliquem ſobolis pater oſtendat.* Id eſt, ſi pater optimis moribus præditus, & factis virtutem docens, liberis ſuis oſtendat has paruas imagines, nidum eſſe familiæ, ad quem virtute ferente, & alas præbente, ſit eis volandum, & conquieſcendum. Sic *nidos* dixit Martialis libellorum thecas, quaſi nidos.

Etiam apud Iudæos.

Plin. correct.

Et explicatus.

Hos nido licet inſeras, vel imo,
Septem quos tibi miſimus libellos.

Nidi librorum.

Ita Q. Ciceroni *clypeata imago* data eſt, ait Macrob. 1. Saturn. cap. 3. *Et clypeatæ imagines vt priuatorum bibliothecis ponerentur, Aſinij Pollionis inuentum fuit.* Quod iam notaui. Iſti autem clypei, vt in Palatio ponerentur, fuit Auguſti commentum illuſtre, vti conijcio. Nam in re ſimili ita Suetonius in Auguſt. cap. 31. *Opera cuiuſcunque, manentibus titulis, reſtituit, & ſtatuas omnium, triumphali effigie, in vtraque fori ſui porticu, dedicauit. Profeſſus edicto*, inquit, *commentum id ſe, vt illorum velut exemplar, & ipſe dum viueret, & inſequentium ætatum principes exigerentur a ciuibus.* Quod Plinium explicat; nec dubito, quin ad ornatum ſuæ Baſilicæ, & in Baſilica ſuæ bibliothecæ, hos clypeos repererit, cum prius ad ornandas vtraſque fori ſui porticus triumphales, ſtatuas ille dedicauerit. Capio autem, quia de iſtis clypeis fit mentio, quod Horatius ſcribit Satyra 4. lib. 1.

Auguſti commentum ponere hos clypeos bibliothecis.

-- beatus Fannius vltro
Delatis capſis & imagine.

Vt imago picta fuerit, non ſculpta, nec efficta. Et interpretor Sueton. in Calig. cap. 16. vbi ita ſcribit. *Inter reliquos honores, decretus eſt ei clypeus aureus, quem quotannis, certo die, collegia ſacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu proſequente, nobilibuſque pueris, ac puellis carmine modulato, laudes virtutum eius canentibus.* Nam ad exemplum patris Germanici, filius Caligula huius clypei honorem ambiuit: voluit inter eloquentiſſimos cenſeri, tam veſana cupiditate, vt eſſet ridiculus: Quippe, teſte Dione, Domitium Afrum Caligulæ eloquentiæ laurum relinquentem, crimine maieſtatis abſoluit, putans abſurde, id ſibi pro meritis tribui, quod per fallaciam & ſannas Afer reliquiſſet. Cæterum noto *aureum clypeum* poni ad inſigne decus: cum Apollini cithara aurea a Poetis tribuatur. Sic triumphantibus aurei currus & aureæ ſtatuæ: ſic Ioui aurea corona, ſic delubrum aureum in quo ex topaſio quatuor cubitorum ſtatua Arſinoæ Ptolemæi Philadelphi vxoris repoſita. Plin. 37. cap. 8. Sic aurum in ſacris & in ſtatuis deorum. Et Horatius ipſe Alcæo elegantiſſimo Poetæ *aureum plectrum* dat.

Clypeus aureus Caligulæ.

Ad exemplum Germanici patris.

Aurea inſignia dona.

Et te ſonantem plenius aureo
Alcæe plectro.

Nam in auro ſumma gratia. Non omitto quod ſcribit in Tiberio Sueton. cap. 26. *Statuas atque imagines, niſi permittente ſe, poni, atque ea conditione, ne inter ſimulachra Deorum, ſed inter ornamenta ædium ponerentur.* Non modo autem clypei, & imagines claris oratoribus ponebantur, ſed etiam ſtatuæ ante Auguſtum, & poſt Auguſtum. Verum non in bibliothecis, in quibus ſoli clypei; ſed in foro, aut alijs locis. Nam Criſpo Paſſieno, oratori magno, ſtatua poſita eſt, & Hortenſio. De Hortenſio, noſter infra: de Paſſieno, Scholiaſtes Iuuenal. Sat. 4. ſic ſcribit, niſi ad Vibium Priſcum referas. *Plurimas ſponte cauſas, apud Centumuiros egit, pro quare, in Baſilica Iulia, eius ſtatua poſita eſt.* Vixit ille 80. annos,

Statua Paſſieni. Statua Hortenſii.

teſte Iuuenali hoc verſu:

Hic multas hyemes, atque octogeſima vidit
Solſtitia.

Dignus immortali vita, quia mortalem vitam bene tranſegit. Sic Poetas & oratores ornabant ſtatua, vt apud Iſconium. L. VALERIO. L. F. PVDENTI. HIC. QVOM. ESSET. AN. XIII. ROMÆ. CERTAMINE. SACRO. IOVIS. CAPITOLINI. LVSTRO. VI. CLARITATE. INGENII. CORONATVS. EST. INTER. POETAS. LATINOS. OMNIBVS. SENTENTIIS. IVDICVM. HVIC. PLEBES. VNIVERSA. MVNICIP. ISCONENSIVM. STATVAM. AERE. COLLATO. DECREVIT. CVRAT. R. P.

Germanicus eloquens.

10 INTER AVTHORES ELOQVENTIÆ.] Eloquentem Germanicum fuiſſe ſcribit Sueton. in Calig. cap. 3. *Ingenium*, inquit, *in vtroque eloquentiæ doctrinæque genere præcellens.* Et addit. *Orauit cauſas etiam triumphales.* Lego, *triumphalis.* Nam poſt triumphos pro clientibus ſuis patrocinabantur. ſed quid ait *in vtroque eloquentiæ doctrinæque genere?* An intelligit & loquendo & ſcribendo? an verſu, & ſoluta oratione? an quod Græce & Latine ſciret & ſcriberet recte, & loqueretur? vltimum placet. Sic Sueton. in Tito Veſp. cap. 3. *Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis poematibus, promptus, & facilis ad extemporalitatem vſque.* Id eſt, vt ex tempore & ſtatim componeret. Nam Germanicus comœdias Græcas ſcripſit, vt ait idem Sueton. ſed & epigrammata Græca, quorum vnum, & alterum, 1. Anthol. cap. 33. & cap. 70. extat. Plinius teſtis eſt de equo Auguſti, carmen Latinum compoſuiſſe lib. 8. cap. 42. Et D. Hieronym. cap. 1. in epiſt. ad Titum, Aratum ex Græco, in Latinum vertiſſe poſt Ciceronem. Priſcianus Grammaticus, qui vixit temporibus Iuſtiniani libr. de ponder. & menſuris, hunc verſum citat Germanici.

Et doctus.

Sueton. explicat.

Græcas ſcripſit comœdias.

Epigrammata Græca.

Libellum de equo Auguſti Latinum.

Vertit Aratum ex Græco.

-- Cur diuiſe lingua
Græcia percurram, potiuſque triangula dicam?

Citatque ex Cæſare in Arato, qui tamen non reperitur in Arateis Germanici quæ extant. Et Ouid. ſcribens ad Silium eius quæſtorem 4. de Ponto eleg. 8. doctum vocat.

Laudatur ab Ouidio.

Hic tibi nec docti deſunt, nec principis artes,
Mixta ſed eſt animo cum Ioue Muſa tuo.

Loquitur de Germanico. Et idem ad Solanum.

Surgit Iuleo iuuenis cognomine dignus,
Qualis ab Eoïs Lucifer ortus aquis.
Dumque ſilent, adſtat, ſtatus eſt vultuſque diſerti,
Spemque docens doctæ vocis amicus habet.
Mox vbi pulſa mora eſt, atque os cœleſte ſolutum,
Hoc ſuperos iures more ſolere loqui.
Atque hæc eſt, dicas, facundia principe digna,
Eloquio tantum nobilitatis ineſt.

Viden principum Romanorum ingenium? ne mirere eorum triumphos, ſed virtutes, & poſt fata laudes amplas & opimas.

Fortuna non facit eloquẽtes.

11 NEQVE ELOQVENTIAM FORTVNA DISCERNI.] Sic de Poetis dixit Horatius.

-- mediocribus eſſe Poetis
Non Dij, non homines, non conceſſere columnæ.

Habuit Germanicus pro præceptore Caſſium Syllanum, vt dixi iam. Nam Plinius ita lib. 34. cap. 7. *Duo pocula Calamidis manu cælata, quæ Caſſio Syllano auunculo eius, præceptori ſuo Germanicus Cæſar adamata donauerat, æmulatus eſt, vt vix differentia vlla eſſet artis.* Sic gratus in præceptorem Germanicus. Et illa gratia, gratiam animi notat, quæ poſt fata gratiam alteram & ſempiternam illi parauit.

Caſſius Syllan. præceptor Germanici.

Cui dat bina pocula.

12 VTI TVRMÆ IDIBVS IVLIIS IMAGINEM EIVS SEQVERENTVR.] Intelligit de equitum tranſuectione. Cuius inuentio debetur Q. Fabio Rulliano equiti Rom. voluit enim vt ab æde Honoris ad Capitolium omnes R. equites tranſueherentur ordinis recognoſcendi gratia. *Quod deſuetum Auguſtus renouauit*, vt Sueton. memorat, ſcribitque Plinius cap. 4. li. 15. olea coronatos omnes equites fuiſſe in illa tranſuectione, & honorem magnum oleæ maieſtatem R. præbuiſſe. De ea autem tranſuectione loquitur Iuriſconſultus L. 2. de in ius voc. his verbis, *Sed nec vocare eum qui equo publico in cauſa publica tranſuehatur.* Et noto etiam ad tempora Alexandri Mameæ, ſub quo Vlpianus vixit, tranſuectionem illam durauiſſe, & equum publicum equitibus omnibus fuiſſe, albiſque equis inſediſſe, vt dicit Plinius de viris illuſt. Quod mirum. Nam quinque millia equitum albis equis videre, non eſt peruium. Sed forſan ita fuit; quod Pollux & Caſtor ſemper in albis. Nam

Qua ad Alexandrum Seuerum vſque.

Alborum equorum quinque millia in tranſuectione.

-- nunc candidioribus ambo
Vectabantur equis,

ait Ouid. 8. Metamorphoſ. & eorum ſtella alba. Horat. od. 12. lib. 1.

Quorum ſimul alba nautis Stella refulſit.

Et temporibus imperatoris Tiberij facta recenſione hominum armigerorum, Romæ decies centena millia hominum armigerorum reperta ſcribunt. Quod notabile. Nec difficile tamen equiſonibus, naſcituris equis talem indere colorem. Nam in equorum equarumque pruritu & venere, ſi album colorem ſpectent, albi pulli naſcuntur. Et ideo protigæ admiſſarios ſpectandos in colore albo præbent, equaſq. albis pannis inuoluunt, quo id fiat. Præterea ſunt aquæ, quibus animalia aut nigra aut alba reddantur, ſi biberint. Plinius cap. 2. libr. 31. Sic Martialis libro 4. epigramm. 62. vbi Lycorin memorat, quæ nigra, candida fieri deſiderabat, & ex carbone creta, ſic ait:

Quod non mirum.

Quomodo equi albi gignantur.

Ex aquis primum qua aut albos, aut nigros potatæ faciunt equos.

Tibur in Herculeum migrauit nigra Lycoris,
Omnia dum fieri candida credit ibi.

Et Strabo lib. 6. ſcribit, *Crathim fluuium in Sicilia homines lotos cæſarie candidos facere.* Quin Medea, vt Fulgent. ſcribit Mythol. 2. florem inuenit qui candidos capillos in nigros, & nigros in albos verteret. Federicus Morellus regius Græcarum litterarum profeſſor, docuit me libro de thematibus, Conſtantinum Porphyrogenetem ſcripſiſſe Thomam Lycandum dono dediſſe Iuſtiniano decem millia ouium coloribus inter ſe diſcrepantium; mille nigras,

Deinde ex artificio equiſonum.

Equi candidi donũ mirabile.

le nigras, mille albas. mille cineritias, mille muſtelinas, mille flauas, mille variegatas, & maculis diſtinctas, totidem rubras, & totidem auratas. Quod facit ad huius loci notitiam. Et Tacit. de morib. Germ. *Proprium gentis equorum quoque præſagia ac monitus experiri. publice aluntur ijſdem nemoribus ac lucis, candidi & nullo mortali opere contacti: quos preſſos ſacro curru ſacerdos ac rex vel princeps ciuitatis comitantur, hinnituſque ac fremitus obſeruant, nec vlli auſpicio maior fides.* Strab. 17. ſcribit Arabũ reges & Nomadum centena pullorum millia quotannis alere, & pecudes nigras quot vellet facere Salluſtius. Tamen in Plinij loco, de viris illuſtribus, quin mendum ſubſit, non dubito, & puto ita ſarciri debere, vt legatur: *Equites Romani, Idibus Quintilibus ab æde Honoris, in trabeis, (non in albis,) equis inſidentes, in Capitolium tranſirent.* Talis autem tranſuectionis ſpecies, fit hodie Cæſarianorum equitum Pariſijs. Et nos vocamus, *La monſtre des Sergents à cheual.* Olim enim illi Cæſariani tam equites, quam pedites, erant Prætoriani milites principem ſtipantes pace belloque. Quorum egregie facta quædam ſub D. Ludouico viſuntur, & leguntur in valuis Eccleſiæ D. Catharinæ Pariſijs, antiquis litteris ſculpta. Nam ea ædes, ab his prælio quodam dubio vota eſt, & à voti debitoribus perſoluta, ibique ſepulturas ſuas habuere. Quod ſcribo Francis, vt norint res Francas. Nam multa multi ignorant in patriæ rebus: & hodie plurimi qui ſe veteres Francos profitentur, minus moribus, fide, pietate & probitate veteres Francos imitantur.

Emendatus ex veris Plinij locus.

Tranſuectio Cæſarianorum equitum Pariſijs.

Qui olim Cæſariani in Gallia.

15 DVOS VIRILIS SEXVS.] Quorum paulo poſt vnus extinctus eſt. Nam *boletis ortus*, ait Plin. 22. cap. 12. *occaſuſque omnis intra diem ſeptimum eſt.* At homines naturæ fungi ſunt, & boleti, humanarumque arborum pituitæ. ſic ille fœtus extinctus eſt. Tacitus 4. Annal. *Idem annus alio quoque luctu Cæſarem adfecit: alterum ex geminis Druſi liberis extinguendo.* Et hic eſt, qui quadrimus occidit; & de quo idem Tacitus infra eodem libro. Sic Burdigalæ de didymis extat epigramma, quorum vnus obierat. Nam ita eſt:

Duo gemelli ſunt vitæ rarioris.

Nam aut puerpera aut vnus ex gemellis extinguitur.

Quæ geminos peperit Lucillæ heic oſſa quieſcunt,
Vir viuum, extinctũ hæc retinet. ſic pignora ſecta.

Noto autem Caligulam alterum ex his gemellis nomine Tiberium poſtea ſuſtuliſſe, vt ſcribit Suetonius capite 14. Nam coheredem ei dederat Tiberius, eratque necis tempore prætextatus. Philo Iudæus eam mortem deſcribit in legatione ad Caium. Plinius autem libr. 7. cap. 4. *Editus geminis, raram eſſe, aut puerperæ, aut puerperio, præterquam alteri, vitam. Vitæ ſumma breuis*, ait Horatius, & breuis quidem, cum idem ſol, & eodem die, videat orientem & occidẽtem qui nouiter natus eſt.

14 QVOD RARVM.] Hypſipyle Iaſoni apud Ouid. iſtam raritatem explicat, & in raritate fœlicitatem.

Lætum eſt gemellam habere prolem.

Nunc etiam peperi, gratare ambobus Iaſon,
Dulce mihi grauidæ fecerat author onus;
Fœlix in numero quoque ſum, prolemque gemellam,
Pignora Lucina bina fauente dedi:
Legatos quos pæne dedi pro matre ferendos,
Sed tenuit ſeptas ſæua nouerca vias.

Addit Tacitus, *lætumque*, non abs re. Nam Verrius ex Feſto. *Minuitur populo luctus ædis dedicatione, cum Cenſores luſtrum condiderunt, & cum votum publice ſuſceptum ſoluitur. Priuatis autem cum liberi nati ſunt.* Nam periclitatur mater familias omni in partu. Quid in gemino?

Ter ad clypeum magis ſtarem in acie (dicebat Medea Euripidis,) *quam parturirem vel ſemel.*

Et addit: *cum honos in familia venit*, (lege familiam,) *cum parens, aut liberi, aut vir, aut frater ab hoſte captus, domum redijt, cum deſponſa eſt, cum propiore quis cognatione, quam is qui lugetur, natus eſt.* Sic luctus agnatione gemellorum in familia minuitur.

Eodem anno grauibus ſenatus decretis[1] libido fœminarum coërcita; cautumque ne quæſtum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus Eques Rom. fuiſſet. Nam Viſtilia prætoria familia genita[2] licentiam ſtupri apud ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarum aduerſum impudicas in ipſa profeſſione flagitij credebant.[3] * Exacta & a Titidio Labeone Viſtiliæ marito,[4] * cur in vxore delicti manifeſta vltionem legis omiſiſſet? atque illo prætendente ſexaginta dies ad conſultandum datos, nec dum præteriiſſe, ſatis viſum de Viſtilia ſtatuere. Eaque[5] in inſulam Seriphon[6] * abdita eſt. Actum &[7] de ſacris Ægyptijs, Iudaicisque pellendis. Factumque patrum conſultum, vt quatuor millia libertini generis ea ſuperſtitione infecta, quis idonea ætas,[8] in inſulam Sardiniam veherentur,[9] coercendis illic latrocinijs, &, ſi ob grauitatem cœli interiiſſent, vile damnum: cæteri cederent Italia, niſi certam ante diem profanos ritus exuiſſent. Poſt quæ retulit Cæſar[10] capiendam virginem in locum Occiæ, quæ ſeptem & quinquaginta per annos ſum-

Libido fœminarum repreſſa.

Fœminæ ob impudicitiam coercitæ.

* Exactæ (ſupplic pœnæ)
* cur enim

* abducta

Peregrina religio prohibita.

ma ſanctimonia Veſtalibus ſacris præſederat: egitque grates Fonteio Agrippæ, & Domitio Pollioni, quod offerendo filias, de officio in rep. certarent. Prælata eſt Pollionis filia, non ob aliud, quam quod [11] mater eius in eodem coniugio manebat. Nam Agrippa [12] diſſidio domum imminuerat: & Cæſar quáuis poſthabitam, decies ſeſtertij dote ſolatus eſt.

Paganorum ardor in offerendis Veſtæ virginibus.

1 LIBIDO FOEMINARVM COERCITA.] Qui Tertulliani locum de Pallio, huic loco aptauit Lipſius, recte aptauit. Nam particula eſt coercitæ libidinis fœminarum. Sed quia fœdatus eſt, enitar, vt purum & putum præſtem. *Habes ſpectare*, inquit, *quod Cæcinna Seuerus, grauiter Senatui impreſſit, matrona ſine ſtola in publico: Denique Lentuli Auguris conſultis, quæ ita ſeſe exauctoraſſet, pro ſtupro erat pœna. Quoniam quidem* (lego *quidam*) *indices, custodeſque dignitatis ſunt habitus; vt lenocinij factitandi impedimenta.* (Figo punctum, & addo) *non ſedulo quidem defecerunt*. lego, *Sed illa quidem defecerūt*. Quod interpretari lubet: nam locus ille Cæcinnæ Seueri, plane eſt orationis illius pars, quā habuit ſub Tiberio de vxoribus magiſtratuum in prouincias non ducendis. li. 3. infra. Et ſi integram haberemus, iam illam conqueſtionem videremus, *de matrona in publicum ſine ſtola prodeunte*. De Lentuli autem auguris Senatuſconſultis, nihil legi quidquam. Sed quod ait *Indices cuſtodeſque dignitatis habitus, vt lenocinij factitandi impedimenta*. Primum de habitu indice dignitatis, ſignant ſacræ litteræ, quæ docent Salomonem illum ſapientiæ plenum, omnes ſeruos habitu diſtinxiſſe, pro vario eorum munere & officio in domo principis. Nam cap. 9. Paralip. 4. ſic ait: *Vidit habitacula ſeruorum, & officia miniſtrorum eius, & veſtimenta eorum; pincernas quoque & veſtes eorum. At vnuſquiſque pro ſua dignitate debet veſtiri inter ingenuos*, vt ait noſter Iuriſconſultus de iniurijs. Et L. 15. §. *Si quis virgines appellaſſet, ſi tamen ancillari veſte veſtitas, minus peccare videtur: multo minus ſi meretricia veſte fœminæ, non matrum familiarum veſtitæ eſſent. Si igitur non matronali habitu fœmina fuerit, & quis eam appellauerit, vel ei comitem abduxerit, iniuriarum tenetur.* Quod vero addit *lenocinij impedimenta*, confirmat Horat. Satyra 2. libr. 1. Et docuit ante me Mercerus.

Tertullianus correctus.
Et explicatus.
Matrona in publico ſine ſtola, monſtrum.
Habitus cuſtodes dignitatis.
Salomon pro cuiuſque dignitate, ſeruos habitu diſtinxit.
Virgines ancillari veſte.
Matres familias meretricia veſte.

Matrona præter faciem nil cernere poſſis,
Cætera (ni Catia eſt) demiſſa veſte tegentis.
Si interdicta petes vallo circumdata (nam te
Hoc facit inſanum) multæ tibi tum officiunt res;
Cuſtodes, lectica, ciniſlones, paraſiti,
Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla,
Plurima, quæ inuideant pure apparere tibi rem.

Cur veſtimenta lenocinij ſint impedimenta.

Sed hæc putida latius non tango, nec prætextata verba me delectant.

2 LICENTIAM STVPRI.] Romanorum commentum fuit ſuffundere verecundiam peccantibus, vt ad virtutem reditus fieret. Sic Pantomimos nudo vultu, nulla perſona agere voluerunt, vt ab omnibus noſcerentur, & præ pudore, ad bonam redirent frugem. Nam *perſona, vt vultus eſt, etiam pudoris tegimen eſt*, ex Valer. lib. 2. cap. 5. *Perſonas*, ait Dio 61. *iuſſit detrahi, vt ab omnibus noſcerentur ludij Senatores.* Idem factitatum in meretricibus, & puticijs mulierculis, quibus vix dici poteſt, quam ſæpe iſtius verecundiæ igniculos excitarint. Quod ego percurram quamuis hæc turpia nauſeam faciant: ſed Cato ſecedat paulum a theatro. Ac primum, ad profeſſionem impudicitiæ vocabantur, qua nihil turpius, & obſcœnum magis, præſertim quibus natales ingenui. Nam ita Plautus in Pœnulo.

Suffuſio verecundiæ peccantibus.
Pantomimi detecto vultu, ad pudorem actu.
Idem in meretricibus.

Facerem indignum genere quæſtum.

Et ideo Ouid. vocat eas *profeſſas meretrices*, quod auget vitium. Nam in Faſtis ita ſcribit.

Numina vulgares Veneris celebrate puellæ:
Multa profeſſarum quæſtibus apta Venus.

Sic oratio Heliogabali, (ſi vera eſt:) *Vos quæ hanc religionem profeſſæ* (adloquitur meretrices) *nomina veſtra in matriculis ſcribenda publice tradidiſtis.* Et paulo poſt: *Profiteri & nomina dare ac prodire in publicum erubeſcunt.* Ergo iurabant & iuratas meretrices matronalibus veſtimentis diſpoliabant, quod turpe: pudor enim erat in iſta diſpoliatione. Erant autem diſpoliatarum tegmina ſtolæ, inſtitæ, pallæ: quæ talares ad verecundiam, quibuſque nudabantur. Nam Horatius Sat. 2. l. 1.

Meretrices diſpoliatæ indumentis matronalibus.
Meretrices aliter veſtitæ quā matronæ.

--Sunt qui nolint tetigiſſe, niſi illas
Quarū ſubſuta talos tegit inſtita veſte. Et eodem:
Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla
Plurima.

Quibus erat toga talaris.

Loquitur de matronali habitu, qui ad pedes, nec tantum longitudine diſpar, ſed & colore a meretricibus. Horát. lib. 1. epiſt. 18.

Vt matrona meretrici diſpar erit, atque
Diſcolor, infido ſcurræ diſtabit amicus.

Nam purpura, & auro interdicebantur ſcortilla, & curru, quia hæc præmia caſtitatis matronalis erant. Et ſane poſt veteris Reip. leges Domitianus apud Sueton. cap. 8. *probroſis fœminis lecticæ vſum ademit, iuſque capiendi legata & hereditates.* Sic Tertullianus diſtinguit matronas a publicis iſtis propudijs in Pallio, dum ſcribit. *Aſpice lupas popularium libidinum, nundinarias, etiam frictrices.* (ſic lego.) *Et ſi præſtat oculos abducere ab huiuſmodi propudijs, occiſæ in publico caſtitatis; aſpice tamen vel ſublimes etiam matronas. Sublimes* matronas dicit, quod curru vectæ, meretrices vero pedariæ. De auro & purpura, indicat idem author leges meretricibus interdixiſſe, libro de cultu fœminarum, dum ita fatur. *Quid minus habent illæ infelicisſimæ publicarum libidinum victimæ? Quas ſi quæ leges a matronis & matronalibus decoramentis coercebant*, (erat autem aurum, argentum & purpura, & currus. quod Liuius docet,) *iam certe ſæculi improbitas vſque ad errorem dignoſcendi coæquauit.* At Cato, de auro matronarum. *Mulieres*, inquit, *opertæ auro, purpuraque.* Sic diſtinctæ ergo habitu a matronis & cultu.

Purpuratæ matronæ, non meretrices.
Nec auratæ.
Nec curru vectæ.
Tert. explicat.

Crine diſtinctæ matronæ a meretricibus.

& cultu. Diſtinguebantur etiam *crine.* nam meretrices *flauo*, matronæ *crine nigro* vtebantur. Sic enim Iuuenalis.

Et flauo nigrum crinem abſcondente galero.

Et Martialis lib. 5. epigram. 69. vbi Leſbiam meretricem notat & pungit.

Arctoa de gente, comam tibi, Lesbia, miſi,
Vt ſcires quanto ſit tua flaua magis.

Id eſt, quanto tu eſſes ſpurcior meretrix. Non omitto tamen matronas temporibus Catonis, crinem rutilaſſe, & ad earum exemplum meretrices, vt probas imitarentur. Nulla enim tam appetit videri pudiciſſima quam quæ eſt putidiſſima. Sic enim Chariſius lib. 1. *Mulieres noſtræ capillum vngitabant, vt rutilus eſſet crinis.* Nec ſatis: nam matronæ etiam *vittis vtebantur*, & vittatæ erant, non meretrices. Tibullus l. 1. eleg. 6. -- *Nec vitta ligatos*

Impediat crines, nec ſtola longa pedes.

Togatæ meretrices.

Ita ſpoliatæ, nouo more amiciebantur: quippe imponebatur eis *toga*. Martial. lib. 6.

Sed patris ad ſpeculum tonſi, matriſque togatæ.

Id eſt, matris meretricis: nam meretrices in toga. Et idem lib. 10.

Thelin viderat in toga ſpadonem:
Damnatam Numa dixit eſſe mœcham.

Sic *togatæ mulieres*, dictæ meretrices, ab Horatio. —— *Quid inter*

Eſt in matrona, ancilla, peccesne togata?

Cur togatæ.

Sed quæro cur toga indutæ? cum & toga & ſtola fuerint talares? indutæ, vti conijcio, quod eſſet toga virile veſtimentum, & vt in virili habitu viderentur, quæ viroſæ fuiſſent

Togata, id eſt, meretrix.

virorum & maſculorum appetentiores, & ad coercendam ἀνδρομανείας: nam ἀνδρομανεῖς vocabant Laconicas virgines, quod nudæ publicis ſpectaculis ſe exhiberent: vnde verſus Euripidis in Andromache ad hunc ſenſum.

– Neque ſi velit quæpiam
Caſta eſſe, queat Spartana puella.
Quæ cum iuuenibus relinquentes domos
Nudis femoribus & tunicis diſſolutis,
Curſus palæſtraſque non tolerabiles mihi
Communes habent.

Sic hodie apud Francos, mulieroſis hominibus, qui binas vxores ducunt, geminum fuſum damus, & agimus ad furcas colu gemino latere ornatos, ad oſtendendam impudicitiam & muliercularum appetentiam. Togas

Togæ talares.

autem ſub Romulo, immo vigente veteri Rep. talares fuiſſe, non dubium, cum Quintilianus ſcribat *togam ad calceos vſque veteres demiſiſſe.* Quod ſi de virili, magis de muliebri. Et Martialis præfat. lib. 2. *dare togam ſaltanti* dixerat, pro re minime apta & conuenienti. Sed in meretricibus decurtata veſtimenta erant ad ignominiam magnam, & genua tantum contingebant. Ouid. in Faſtis.

Rite Deum colitis Latiæ matreſque nuruſque,
Et vos queis vittæ, longaque veſtis abeſt.

Meretricum togæ decurtatæ.

Id eſt meretrices: quippe decurtabantur ad ignominiam. Strabo criminis conuictos ſolere decurtari ſcribit apud, Indos, quemad-

Nuditas ignominioſa.

modum falſi teſtes ob ignominiam. Sic D. Hieronym. in Eſaiam cap. 20. *Nudandos peccatores quomodo Eſaias nudus ambularet, & fœditatem cernentibus, nudis natibus demonſtraret.*

At pagani *contra Solem Lunamque nudari vetabant.* Plin. 28. cap. 6. & Heſiodus lib. Opera & dies. *Cauendum eſt ne nudus aliquem deum offendas.* Scholiaſtes Iuuenal. *Si nudo vultu pudorem non capit, cooperta quomodo erubeſcat?* Memini apud Prophetam legiſſe me, *Reuelabo pudenda tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* Sic ignominia iuncta nuditati. Homerus Iliad. 2. Vir ſcm facit minantẽ Therſitæ verbera & nuditatem etiã auulſis pudendorum velaminibus ad ignominiam maiorem. Apud Mileſios, virgines quæ ſe ſuſpendio necaſſent, nudæ proponebantur, quo a tali ſcelere deterrerentur. Nuditas ergo ad verecundiam & pudorem, & ad ignominiam. Nam meretrices in theatro nudabantur: cumque forte Cato intraſſet, *tantiſper dum adfuit, ſcorta nudari noluerunt: tanta eſt virtutis authoritas.* Valer. Et ſane omnes

Et decurtatio.

Veneres nudæ ſculptæ & pictæ, vt illa Gazæa Venus nuda in quadriuio: quia ab omni parte vulgare illud proſtibulum viros aduenientes reciperet. Non ſilebo adulteras mulieres tonderi, mox ad genua decurtari, & per plateas ciuitatis circumduci, apud Francos. Boerius deciſ. 297. quod deſumptum eſt ex gloſſa cap. de Benedicto. 32. quæſt. 1. Sane Martialis togulam vocat curtum operimentum meretricum, lib. 3. epigram. 30.

Vnde tibi togula eſt, & fuſcæ penſio cellæ?
Vnde datur quadrans? vnde vir es Chiones?

Et verecundum erat apud antiquos decurtari. Idem author lib. 1. epigr. 92.

Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.

Sic l. 2. Reg. c. 10. *Tulit itaq. Hamon ſeruos Dauid, raſitque dimidiam partem barbæ eorum, & præſcidit veſtes eorum medias, vſque ad nates, & dimiſit eos. Erant* (addit) *viri confuſi turpiter valde.* Et Eſaiæ c. 20. *Nudam & diſcalceatam diſcoopertis natibus ad ignominiam Ægypti.* Hoc autem magis

Quæ in fœminis valde turpis.

putidum in fœminis, quibus velari decus eſt, & toto corpore celari. Tertull. in Pallio, vbi de tunicis Carthaginienſium. *Neque trans crura prodigæ, neque intra genua inuerecundæ.* Valerius inter militares ignominias, *iuſſit eũ toga laciniis abſciſſis amictum, diſcinctaque tunica nudis pedibus ambulare*, l. 2. de diſcip. milit. Si in viris turpe, quid in fœminis quibus velamentũ pro inſigni pudicitiæ? At toga non amictæ modo meretrices, ſed verſicolore centone, & veteri, ad ignominiam: Quippe Iuuenalis facit *Meſſalinam veteri centone tectam in lupanari.* Sic Arbiter ille nequitiarum. *Centonem anus vrbana iniecit.* Erantque etiam vilibus pannis & centonibus induti hiſtriones, quibus erat nullus pudor. Sic a matronis nuditate diſtin-

Apud Iudæos meretrices cum theriſtro.

guebantur, quæ moribus a matronali caſtitate deſciuerant. Apud Iudæos vultu velato theriſtro induebantur. Nam in Geneſi c. 38. vbi de Thamar, quæ habitum meretricium

Et in biuiis proſtantes.

ſumpſiſſet, *Depoſitis*, inquit, *viduitatis veſtibus, theriſtrum induit, ſeditque in biuio itineris,* (ibi enim proſtabant.) *Quam*, inquit, *cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem.* Et ſane Iſidor. l. 19. Etym. *meretricis ſignum fuiſſe, ait pallium lineum, quo matronæ in adulterio deprehenſæ induerentur.* Tertullian. in Pallio, vbi de Hercule in

ſinu Omphales laſciuiente, *theriſtrum ei* dat, quaſi meretrici. D. Hieronymus tamen *theriſtrum* vocat *æſtiualem veſtem, quo*, inquit, *tutiſsimo* (lego, *aptiſsimo*) *in æſtibus tegebantur vmbraculo*. 3. in Eſaiam. Sed redeo ad nauci mulieres, & proſtibula Romana, noſtræ mortalitatis quiſquilias, & ludibria putida. Ita ergo amictæ ad maiorem pudorem, turpi & obſcœno iureiurando profitebantur impudicitiam, æternum repudiato pudore, & verecundia, & eierata pudicitia: & vt maior eſſet ſuffuſio, coram Ædilibus, & populo coram, quod in actis publicis ſcriptum æternam eis ignominiam inurebat. Hoc facto, palam deducebantur in montem Cælium, & in luparum cellis & proſtibulorũ lupanaribus, in Saburra, vel Suburra, vel in Thuſco vico, vel in Capitolino cliuo, & Palatino ſiſtebantur. Quæ deductio plena erat verecundiæ. De hac autem deductione, Seneca pater li. 1. Controuerſ. 2. *Deducta es in lupanar, accepiſti locum, pretium conſtitutum eſt*. Locus autem præcipuus in Saburra non longe a mœnibus vrbis: ideo *Summœnianæ vxores* dictæ, quia ſub mœnibus. Martialis lib. 3. epigr. 81. [*Deductio meretricum publica.*]

Summœnianas inter vxores.

Et alibi:

Summœnianis inquinatior buccis.

Dicta autem eſt *Saburra*, quod eius ſolum eſſet ex arena pingui, ex qua *ſaburrari* naues ſolebant. Sic *ſaburratas vino* mulieres dixit Plautus in Ciſtell. metaphora ducta a nauibus. [*Vnde dicta Saburra.*]

Quæ vbi ſaburratæ *ſumus*,
Largiloquæ extemplo ſumus.

Varro tamen 4. de ling. Lat. *Saburram* dictam putat quaſi Sagurram *a Saguſano pago, mutata g, in b*. Et Feſtus ex Varrone. *Quod fuerit ſub antiqua vrbe, cui*, ait Varro, *teſtimonium poteſt eſſe quod ſubeſt, & loco qui terreus murus vocatur*. Et illa Saburra *feruens* dicitur, ſiue a feruida libidine, ſiue quod arena illa pinguis, ſole percuſſa, magnos redderet ardores. Sic enim Iuuenal. Sat. 2. [*Cur feruens.*]

Eſquilias a feruenti *migrare* Saburra.

Quæ etiam *clamoſa* dicta Martiali lib. 2. [*Clamoſa Saburra.*]

Clamoſa *Iuuenalis in* Saburra.

Ideo forſan meretrices *Suburranæ canes* dicuntur ab Horatio, in Canidiam, non modo propter ſalacitatem quæ in canibus, & inuerecundiam, quod palam coeant; ſed propter latratus & rixas, quæ lupanarium perpetuæ hoſpites. Sita autem erat *Saburra alto loco*, & iuxta Tiberim. Nam Martialis libro 10. [*Suburranæ canes.*] [*Saburra alto loco ſita.*]

Altum vincere tramitem Saburræ.

Ideoque *altæ feneſtræ* in Saburra. Martialis lib. 11. epigr. 62. [*Altæ feneſtræ in Saburra.*]

Quem cum feneſtra vidit a Saburrana,
Obſcœna nudum Leda, fornicem clauſit.

Et in principio *tonſtrix*. Idem lib. 2. 17. quod corrigo. [*Tonſtrix Saburrana.*]

Tonſtrix Saburræ faucibus ſedet primis,
Cruenta pendent que flagella tortorum,
Argique lethum multus (lego *multus*) *obſidet ſutor.* [*Martialis correctus.*]

Hæc autem tonſtrix valde auara. Nam Martialis ei obijcit, quod radat, non tondeat. Stabat autem ad depilationem meretricum & admiſſariorum. Idem l. 12. epigram. 32.

Nec plena turpi matris olla reſina,
Summœnianæ qua pilantur vxores.

Etiam priuatæ meretrices *tonſtrices* habebant, ſi res erant & opes. Nam Plautus in Trucul. Phroneſium meretrix.

Mihi dimidia eſt, tonſtricem meam
Sic mulcatam male. Et idem eodem.
- *Tonſtricem Suram*
Nouiſti noſtrã, quæ modo erga ædem hancce habet.

Sic ergo deducebantur lupæ meretriciæ populo comitante, & ſpectante, vt credo; quia hæc ad exemplum fiebant. Et noſter de damnatis lib. 14. *Cæſar populum edicto increpuit, atque omne iter quo damnati ad pœnam ducebantur, militaribus præſidijs ſepſit*. Sic Plautus in Moſtell. [*Deductio meretricia populo ſpectante.*]

O carnificinum cribrum quod credo fore,
Ita te forabunt patibulatu (lego *patibulandum*) *per vias.*

Id eſt vbi te ducent per vias & ſtimulis pungent crucifigendum. Nam ita ſolebant, & erat peruium. Apul. li. 3. in re ſimili. *Nec mora, cum paſſim populus procurrens, caueæ conſeptum, mira celeritate compleuit*. Puto etiam cum *tintinnabulis & tuba*, iſtam deductionem factam, vt omnes ad ſpectaculum impudicitiæ damnatæ, mœchæ cierentur; & ridendam omnibus propinarent. Sic enim factitatum in damnatis, vt Plaut. [*Cum tintinnabulis.*]

Extra portam Metiam currendum eſt prius,
Lanios inde accerſant duos cum tintinnabulis.

Et de *tuba*, Seneca pater lib. 2. Controu. 32. *Aſcendit Prætor tribunal inſpectante prouincia, claſſicum canitur*. Locus autem Saburræ vilis. Nam Romanum erat lupanar. Iuuenalis.

Intrauit calidum veteri centone lupanar.

Lupanar autem nomen conuitij & infamiæ. Catullus. [*Lupanar calidum.*]

Non aſsis facit, o blitum lupanar.

id eſt inſuaue & inſipidum. & *fama lupanaris, pro fœda & turpi*. Martialis l. 6. epig. 66.

Famæ non nimium bonæ puellam,
Quales in media ſedent Saburra.

Ibi habitabat omnium libidinum proluuies, quæ vndique Romam fluxa, *Ambubaiarum collegium*, dicta eſt ab Horatio Satyra 2. libr. 1. quia Baijs circa crepidines aquarum nudæ meretrices verſarentur, & Baias ambirent. Eratque locus amœniſſimus, & fouendis & nutriendis venereis iſtis amijs aptiſſimus. Martialis vocat *Saburranas puellas*.

Nota Saburranas inter Teleſina puellas. [*Puellæ Saburranæ.*]

Et *lupas*. Idem.

Abſcondunt ſpurcas hæc monumenta lupas.

Lupas vocant, quia mares vorarent. Tertullianus. *Aſpice*, (ait in Pallio) *lupas popularium libidinum*. quod tetigi ſupra. Etiam dicebantur *magiſtræ Saburranæ*. Sic enim Martialis lib. 11. epigramm. 79. [*Lupæ.*]

Ergo Saburranæ tironem trade magiſtræ:
Illa virum faciet, non bene virgo docet.

Et erant propudioſæ & antiquiores meretrices quæ iuuenes tam maſculos quam puellas docerent artes meretricias. Et *canes* dictæ, vt ſupra dixi. Horat. Epod.

Senem

Senem, quod omnes rideant, adulterum;
Latrent Suburranæ canes.

Quod inditum nomen propter inuerecundiam. Canes enim vt propudioſæ iſtæ palam coëunt, & vt canes rixantur, vt dixi. Ibi ergo deductæ, aſſignabatur locus in cella. *Cryptam* vocat Iuuenalis.

Locus meretricum.

Et ſolitus media cryptam penetrare Saburra.

Crypta.

Et Arbiter. *Ego ſum*, inquit, *ancilla Quartillæ, cuius vos ſacram cryptam turbaſtis.* Nam dixit ante, *in fornicem ſe eſſe deductam.* Etiam *fornicem* vocabant. Sic Curio *Bithynicum fornicem, Cæſarem Iulium appellabat.* Sueton. 49. Quod Horatius facit, ſed *olentem* addit in hoc verſu.

Fornix olidus.

Contra alius nullam niſi olenti in fornice ſtantem.

Luſtralis cella dicitur.

Luſtrales cellas, Plautus in Bacchid. dixit, quod ibi liberis luſtris ſtuderent.

Luſtrales cellas quæſiui ſedulo.

Carcer etiam.

Iuuenalis vocat *carcerem* Sat. 10. propter obſcuritatem, & anguſtias, ac ſordes.

Quod ſteterat multis in carcere fornicis annis.

Qui ſera obductus. Et velo.

Illa autem cella *ſera obducta*, & *velo.* Martialis:

-- Meretrix abigit teſtes, veloque, ſeraque,
Raraque ſummœni fornice, rima patet.

Et idem lib. 11. epigramm. 46.

Contentus non es foribus, veloque, ſeraque,
Secretumque iubes grandius eſſe tibi.
Oblinitur, minimæ ſi qua eſt ſuſpectio rimæ,
Punctaque laſciua quæ terebrantur acu.

Opere fornicato facta cella.

Erant autem illi fornices facti *opere concamerato*: vnde *fornix.* Horatius.

Quidam notus homo cum exiret fornice.

Vmbroſa.

Et *vmbroſus* erat.

Nigra fornicis oblitus fauilla.

Prudent. contra Symm. vbi de ſole.

-- Intrat
Carceris & rimas, & tetra foramina clauſi
Stercoris, & ſpurcam redolenti fornice cellam.

Turpes meretriculæ.

Quippe meretrices, vt dicebat Plautus in Neruolaria:

Scraptæ, ſcrupeæ, ſtratiuolæ, ſordidæ.

Lectulus meretricum teges vilis.

Et in eo *lectulus vilis*, & teges. Iuuenalis de Meſſalina.

Auſa Palatino tegetem præferre cubili.

Quæ ex iunco.

Quæ *ex iunco.* Martialis lib. 11. epigr. 33.

Nec tibi de bibula ſarta palude teges.

Plin. lib. 21. cap. 18. ſimilia præcipit & de iunco, quem *mariſcon* appellant, vt texant tegetes. In fronte autem cellulæ, inſcriptum meretricis nomen erat, & genus ad mouendam verecundiam. Nam ſic Martialis.

Inſcripta cella.

Intraſti quoties inſcriptæ limina cellæ.

Frõs inſcripta.

Seneca lib. 1. Controuerſ. 2. *inſcriptus eſt titulus.* Et non modo titulus in cella, ſed & in fronte damnatæ. *Nomen tuum*, inquit, *idem, pependit in fronte.* Quod fiebat, vt recordaretur ſui, & ſuorum, a quibus longe abeſſent.

In fronte ſcriptio ad memoriam.

Et in fronte *inaures.* Nam Ezechiel cap. 16. *Et dedi inaurem ſuper os tuum & circulos auribus tuis.* Nam in rebus bonis & ſacris recordatio, vt in turpibus. Et hoc ad memoriam inuentum, vt nomen fronte præferretur. Sic ſummus Pontifex, Dei nomen in fronte præferebat, & in pectorali, nomina filiorum Iſrael ad memoriam æternam. Et addo quod *nudæ proſtabant* putidæ illæ. Tacitus, in illo Tigillini conuiuio. *Crepidinibus ſtagni lupanaria adſtabant, illuſtribus fœminis completa; & contra ſcorta viſebantur nudis corporibus.* Iuuenalis de Meſſalina Sat. 6.

Scorta nuda.

-- Illa papillis
Conſtitit auratis, titulum mentita Lyciſcæ,
Oſtenditque tuum, generoſe Britannice, ventrem.

De illa *nudatione*, interpretor Horat. Satyra 2. lib. 1.

Adde heic quod mercem ſine fucis geſtat aperte:
Quod venale habet, oſtendit: nec, ſi quid honeſte eſt,
Iactat, habetque palam, quærit quo turpia celet.

Ignominioſum nudari.

Erat autem valde ignominioſum nudari, vt dixi. Et Ezechiel. 33. *Videns Moſes populum quod eſſet nudatus; ſpoliauerat enim eum propter ignominiam ſordis.* Sed nudas fuiſſe alio loco docet Horat. Sat. 7. lib. 2.

-- Sub clara nuda lucerna,
Quæcunque excepit turgentis verbera caudæ.

Nota inde lucernas habuiſſe, de quibus Poetæ ſæpe. Sed magis Arbiter ille proſtibularis. *Video quaſdam meretrices nudas, furtim ſpatiantes.* Martialis ille, liberis luſtris innutritus, nudam ſibi patere vxorem ſic cupit, hoc verſu lib. 11 epigramm. 10.

Faſcia te, tunicæque tegunt, obſcuraque palla;
At mihi nuda ſatis, nulla puella patet.

Leno dat proſtitutis veſtes.

Ergo in Saburram deductis, leno eis veſtimenta verſicoloria, & centones dabat. Non enim ſemper nudæ. Seneca l. 1. Contr. 2. *Stetiſti cum meretricibus, ſtetiſti ſic ornata, vt populo placere poſſes, ea veſte quam leno dederat.*

In ſtabulis meretrices.

Non prætereo meretrices in Saburra tantum non manſiſſe, ſed alijs locis. Præcipueque in ſtabulis Circi, ſed diobolares, vt opinor.

Et in Circo.

Nam in his ſtabulis equi nobiliores ad curſum alebantur. Vnde illis nomen *proſtibula.* Nona autem hora proſtabant populo, & ludis peractis: vnde *Nonariæ* dictæ a Tertulliano in Pallio.

Nonariæ dictæ.

Et vt dixi de Iudæis meretricibus, quæ in vijs, & biuijs, ita etiam Romanæ. De Iudæis meretricibus. Ezech. 16. *Ad omne caput viæ, ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ*: vnde verbum *ſemitarij mœchi*, apud Rom. quod in vijs aut ſemitis, diobolaria ſcorta, ſub oculis Iouis agitarent. Et contra *meretrix deuia*, apud Plautum in Pſeudolo. Etiam in plateis. Ezech. eodem loco: *Ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis.* Sic Catullus:

-- In biuijs & angiportis,
Glubit magnanimos Remi nepotes.

Etiam in *ripis fluminum* morabantur, vt apud Francos olim. Vnde verbum Gallicum *Bordeau*, ſed Romæ præcipue. Nam Saburra Tiberino fluctu abluta. Iuuenalis Satyra 5.

Aut glacie aſperſus maculis Tiberinus, & ipſe
Vernula, riparum pinguis torrente cloaca.

Ideo *amiæ* dictæ meretrices, quia amiæ ſunt molles piſciculi ludentes in fluminum ripis; quod faciunt ſcorta. Seneca 1. Controuerſ. 2. *Nuda in littore ſtetit, ad faſtidium emptoris: omnes partes corporis inſpectæ, & contrectatæ ſunt.* Ideo meretricum ſerui *aquarioli* dicti, tum quod in ripis morarentur, tum quod eis ad

Aquarioli ſerui meretricum.

eluendas ſordes, & ad purificationem aqua perpetua opus eſſet. Plautus:

Piſces ego credo qui vſque dum viuunt adlauant,
Diu minus lauari quam hæc lauat.

Et idem in Pœnulo:

Binæ ſingulis quæ datæ nobis ancillæ,
Eæ nos lauando eluendo operam dederunt,
Aggerundaque aqua ſunt viri duo defeſſi.

Id eſt, duo aquarioli, lenonum miniſtri. Feſtus & Iuuenal.

--Veniet conductus aquarius.

Nos laquais dicimus.

Vnde verbum *laquais* apud nos, vt opinor, quaſi *aquarioli.* Quidam ἀκολούθους dicunt, & ſequutuleios pueros, vt Arbiter dixit *ſequutuleiam mulierem.* Inde lenones, nos Franci, *Macariots,* vocamus, quaſi *miniſtros aquariolos,* & lenonum ſeruulos. Plautus in Pſeudolo aquariolum alloquitur, ſub perſona lenonis:

Etiam vocamus maquereaux.

Cur in ripis.

Tu qui vrnam habes, aquam ingere, face plenum ahenum
Sit cito.

Et Tertullian. in Apolog. *Primi erunt lenones, perductores, aquarioli.* Et ita cape verba Prophetæ Ezechiel. cap. 16. *Sedebit ad aquas ſolitudinis, & poſito vaſe diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti, & vſque ad verticem polluetur.* Nam in illo vaſe aqua ad mundandum, quod perpetuo ferebant. Statim enim a concubitu ſe purificabant mulieres, quæ concubitu polluebantur, vt de matre Auguſti dixit Sueton. Sic idem de iiſdem meretricibus dicebat in Pœnulo Plautus vere Plautiniſſimo ſale. *-- Salſa muriatica*

Eſſe autumantur, ſine omni lepore & ſine ſuauitate, niſi
Multa aqua vſque & diu macerentur.

Tintinnabula pulſata in complexu ſcortorũ.

Non omittam ad inſignem verecundiam, quod in amplexus admiſſario veniente, tum vndique tintinnabula pulſabantur, quibus tota vrbs iſtius turpitudinis teſtis admoneretur. Quod ſuſtulit Theodoſius, impellentibus Chriſtianis. Socrates enim innuit lib. 5. cap. 18. Et me mouet quod alia Theodoſij lege proſtitutæ ancillæ implorato Epiſcoporum Chriſtianorum auxilio liberabantur obſidione Lenonina, vt etiam aquarioli: & vindicabantur in libertatem. L. Lenones, de Spectacul. 11. Cod. Addendum etiam quod ſub Lenonibus imperioſis, & periuris, & propudioſis, inter minas & conuitia degerent, vt in illo Plauti loco in Pſeudolo comœdia.

Quod Theodoſius ſuſtulit.

Niſi carnaria tria grauida tergoribus oneri vberi hodie
Mihi erunt, cras quaſi Dircam olim (vt memorant) duo
Gnati Iouis deuinxere ad taurum, item hodie ſtringam ad carnarium, id tibi
Profecto taurus fiet.

Nec omitto ſtipis turpitudinem: quippe cogebantur pretium impuritatis & capturas exigere, & in publica tributa conferre. Erat autem captura nummus atque aſſis. Nam ita Lucillius.

Si nihil ad faciem & ſolum lupa proſtibulumque,
Nummi opus atque aſſis.

Iuuenalis de pretio & captura.

-- atque æra popoſcit.

Sic Ezechiel. 16. *Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona dabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum.* Seneca pater Controuerſ. 1. Controuerſ. 2. *Nemo,* inquit, *me attigit, domi lenonis rationes captura conuenict.* Lego, *Domini lenonis rationes capturæ conuenient.* Nam lenones rationes conficiebant de capturis. Plautus in Pſeudolo:

Meretricum capturæ in rationibus Lenonũ.

Niſi penus annuus hodie conuenit, cras populo proſtituam vos.

Lampridius ait Alexandrum vetuiſſe Lenonia vectigalia ſacris largitionibus inferri, ſed publicis ſumptibus deputaſſe. Oratio Heliogabali. *An meretricis nomen eas mouet, quod meretricis ineſt mentio, & mercenaria videtur opera?* Et in Perſa ſic leno virginem affatur.

Si te emam, mihi quoque lucridam confido fore.

Et Sueton. in Calig. cap. 40. ait, *Ex captura proſtitutarum exegiſſe, quantum quæque vno concubitu meruerat.* Quod vlcus recruduit & durauit ad Anaſtaſium imperatorem qui huiuſmodi ſpurcum tributum ſuſtulit. Euagrius lib. 3. cap. 39. Nec ſilendum quod Florentius præfectus Prætorio ſua impenſa ſuſtulit vectigal lenonum. Nam latifundium ſuum donauit Reip. ex quo lenonij redditus ſoluerentur. Nou. de Lenonib. Codice Theodoſ. Tit. 18. Non eſt leue quod Veſtalibus prodeuntibus, a lictoribus, vt dixi, huiuſmodi propudia ſummouebantur. Seneca pater. *Non ſine cauſa ſacerdoti lictor apparet, occurrenti tibi meretricem ſummouiſſet?* Et paulo ante. *Procedente hac, lictor ſummouere iubebitur? huic prætor via cedet? ſummum imperium Conſules, cedent tibi? Quæcunque meretrix proſtrata fuit, fugiet? Proſtant & proſtrantur & proſtituuntur* meretrices. Vnde illa vox Tertulliani, *Procumbentes victimæ.* Nec illud prætermittendum, caſtas fœminas meretricum ſocietate abhorruiſſe. Legi enim 5. Act. in Verrem, niſi fallor, matronam fœminam cum ſcortillum accumbentem vidiſſet iuxta Verrem, continuo abſceſſiſſe. Et hic mos erat Romanus, notatos omnes, ſeu virum, ſeu fœminam vitare. Sic Cicero in 1. Catil. *Quid quod aduentu tuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt? quid quod omnes Conſulares, qui tibi ſæpe ad cædem conſtituti fuerant, ſimulatque aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam atque inanem reliquerunt?* Poſtea tamen, & moribus euntibus peſſum, non ita diſtinctæ matronæ a meretricibus. Nam Tertullianus libro de cultu fœm. quem citaui, *ſe matronis meretrices in cultu & ornatu æquauiſſe* ſcribit *contra leges.* Hodie etiam matronis putidæ illæ fiunt, non æquales, ſed ſuperiores. Et vt ait Varro, *Thais Menandri, tunicam demiſſam habet ad talos.* Sed Heracleis poculis tibi propino forte has meretricias vappas. Tu vero ex tam multis elige quæ velis, ſi te excepi prolixius, precor vt melius. Nam heic liminis obſero tabellam. Et hæc ſcripſi vt vites, nec inuites iſtud obſcœnum ſcelus.

Meretrices ſummota ante Veſtales.

Caſtæ fœminæ viſu & ſocietate ſcortorum abhorrentes.

Viri probi improborum ſocietatis abſtinentiſſimi.

Meretrices hodie matronis ſuperiores.

3 EXACTA.] Lego, *exactæ,* ſupple, pœnæ. Nam ſupra dixit. *Satis pœnarum aduerſus impudicas in ipſa profeſſione flagitij credebatur.* Et Poeta.

Pœnarum

Pœnarum exactum ſatis eſt.

4 Cvr in vxore.] Lege ex veris, *Cur enim in vxore.* Nam in verbis, *cur in*, reperitur *enim.*

Tacitus correctus.

5 In insulam Seriphon.] Quæ vna ex Cycladibus, & quam nullo nomine Iuuenalis ſic deſcribit.

Periphraſis inſulæ Seripho.

Aut maris Ægæi rupem, ſcopuloſque frequentes
Exulibus magnis.

Sed nominatim Sat. 6.

——*cui vix in Cyclada mitti*
Contigit, & parua tandem caruiſſe Seripho.

Non ſileo omnes illas Cycladas, exiguas orbis particulas, & pæne freto obrutas aliquid ſingulare habuiſſe. nam iſta Seriphos, ranarum taciturnitate fuit mirabilis; Delos templo ſuo, & oraculo, etiam mercatu, & hominum naturali caluitie; Tenos aquarum abundantia; Myconos Gigantum ſepultura; Scyros Achillis educatione & miraculo lapidum, qui integri natant, fracti merguntur; Paros marmorum pulcherrimorum ortu; Naxos mulierum octauo menſe partu. Mirare ergo naturam in minimis ſibi placentem eaque ornantem & celſiora magnaque ſpernentem. Certe rerum natura nuſquam mirabilior quam in minutis, &, vt ait Plinius, *nuſquam magis quam in minimis tota eſt.*

Omnes Cyclades habuere quid præcipui.

6 Abdita.] Lege, *abducta.*

7 De sacris Ægyptiis Iudaicisqve.] Quæ duo ſunt diſtinguenda, vt diſtinguit Suetonius in Tiberio cap. 3. Et Euſebius de præparat. Euangel. Nam Ægyptij Apim, Serapim, Iſidem, Oſiridem & alia Sathanæ portenta colebant: Iudæi vero verum Deum. Falſa erat Ægyptiorum; vera erat Iudæorum religio. Iudæa, populus ſanctificatus; Ægyptus, populus maledictus & ad dæmonum ludibria abdicatus. Ab Ægyptiis Idolomania; a Iudæis Dei vera cultura & religio. Nam ab Iudæis noſtra Chriſtianitas, & vt ait Tertullianus, *Eorum oleaſtro inſiti ſumus.* Ideo Chriſtiani Iudæi dicebantur a Paganis & exteræ religionis hominibus. Nam in Actis Apoſtol. D. Paulum pro Iudæo Ægyptium appellabant cap. 21. *Nonne tu es ille Ægyptius qui populum concitaſti?* Et vocantur etiam Ægyptij Iudæi. Quia multa vterque populus habebat communia, vt fratri mortuo frater viuus ſemen ſuſcitaret, ſoror vtrumque fratrem haberet maritum: vterque populus circuncideretur, & alia multa quæ recenſuiſſe vanum eſt. Nam D. Ambroſ. epiſt. 77. Ægyptios ſe circuncidiſſe narrat more Iudæorum. Quod a Strabone deſumptum. Et Moſes Ægyptius fuit. Et circuncſio apud Ægyptios & Arabes & Phœaces & Æthiopes & Phœnices fuit. Et Strabo non religione, ſed regione diſtinctos ait; qui ſeipſum fallit, & nos ſi ei crederemus. ſed verum eſt, non modo Ægyptios ſe circuncidiſſe, ſed & Colchorum gentem & alios multos populos, ex Diodoro Siculo lib. 1. Et idem D. Ambroſius ſcribit libro de Abraham, non modo apud Colchos ſexum maſculinum circuncidi, ſed & fœminas, & vtroſque 14. anno. Porro Chriſtiani vocabantur Iudæi, vt L. Generaliter. §. finali, de Decurionibus. Sed & ab omnibus populis ita cenſebantur. Nam in Saturnino ita Spartianus. *Illi qui Serapim colunt, Chriſtiani ſunt & deuoti Serapi qui ſe Chriſti Epiſcopos dicunt.* Quod tamen falſum. Et paulo poſt idem. *Ille ipſe Patriarcha cum in Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Chriſtum.* Quod etiam falſum: ſed quis hæc mendaciorum portenta vanus refellat? De Iſide ſciendum eſt ex Seruio 8. Æn. *Eſſe creditum genium Ægypti, qui per ſiſtri motum, quod gerit in dextra, Nili acceſſus & receſſus ſignificat; per ſitulam, quam ſiniſtra retinet, oſtendit fluentiam omnium curarum:* vbi forte legendum *omnium æui rerum*, non *curarum.* De ea Ouid. 2. Am. eleg. 13.

Tertul. in Apolog.

Iſi Parætonium genitaliaque arua Canopi
Quæ colis, & Memphim palmiferamque Pharon.
Quaque celer lato Nilus delapſus ab aluo
Per ſeptem portus in maris exit aquas.

Romæ autem cultam fuiſſe, & templum habuiſſe extra vrbem, certum eſt: Ideo *Iſis Campenſis* Apuleio dicta, lib. 11. Metam. De ea extat inſcriptio vetus. Ego. Isis. svm. Ægypti. Regina. a. Mercvrio. ervdita. Qvæ. ego. legibvs. statvi. nvllvs. solvet. Ego. svm. Osiridis. s. ego. svm. frvgvm. prima. inventrix. ego. svm. Ori. regis. mater. ego. svm. in. astro. canis. refvlgens. mihi. Bvbasta. vrbs. condita. est. gavde. Ægypte. me. nvtristi. Eius ſtatua in vertice creſcentis Lunæ formam habet: nam pro Luna & Cerere cenſetur. Et Lucillius in Satyris.

Iſis Romæ culta. *Iſis Campenſis.*

——*Sanctu' Serapis,*
Iſis, & Harpocrates digito qui ſignificat ST.

Et de ea Iuuenalis.

——*Iſiacæ ſacraria Lanæ.*

Roma autem Pagana omnium earum religionum ſinus fuit. Teſtatur Prudentius Hymno D. Romani.

Deos Latinos, & Deos Ægyptios,
Queis Roma libat, queis Canopus ſupplicat.

Leo magnus ſermon. 1. in nati. D. D. Petri, & Pauli, loquens de vrbe Roma. *Illa*, inquit, *vt omnibus dominabatur gentibus, ita omnium gentium ſeruiebat erroribus, & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem.* Ideo Tertullian. ita Romanos affatur. *Apud vos, quiduis colere, ius eſt, præter verum Deum: quaſi non hic magis omnium ſit Deus, cuius omnes ſumus.* Inter illas autem falſas regiones, eminebat religio Ægyptiorum, in quam Iuuenalis pleno ore inuehitur: ac primum Romani, *vetuere in Capitolium Iſidem & Serapim inferri.* id eſt, *curia Deorum pulſi ſunt*, vt ait Tertullianus, & excuriati. Poſtea vero, Piſo & Gabinius, Ciceronis exturbatores, etiam eorum aras euerterunt eorum Conſulatu, vt idem ſcribit in Apolog. Dio autem lib. 4. narrat, *cum Iſidis ſacra fierent, examen apum Capitolio inſediſſe; quod aruſpicibus relatum, omnia Iſidis templa diruenda cenſuerunt.* Sub Auguſto ſcribit idem lib. 53. *Eum nunquam paſſum, vt intra vrbis pomœrium, Iſidis ſacra fierent.* Et ſane ab Ægyptiorum religione fuit alienior. Quippe in Ægyptum profectus, cum Apim vidiſſet, no-

Roma olim ſinus omnium falſarum religionum.

Iſis Capitolio expulſa, & curia Deorum.

Auguſtus oſor religionis Ægyptiæ.

luit accidere; dixitque *ſe Deos non beſtias adorare conſueuiſſe*. Suetonius in Aug. Tandem Agrippa vrbem regente, cum in ea ſacra Iſidis paulatim reciperentur, edicto vetitum, ne quis ea in ſuburbano vltra D. paſſus perageret.

Iſidis proceſſio in Apuleio.

Ritus autem Iſidis colendæ, eiuſque ſolemnis proceſſio, deſcribitur ab Apuleio lib. 11. Cuius ſacerdotes lino veſtiti, ſacra celebrabant. Suet. in Othone cap. 12. *Sacra Iſidis ſæpe in lintea & religioſa veſte palam celebrauit.* Sed addo D. Hieron. locum ad Lætam de ſacerdot. Iſidis.

Sacerdotes Iſidis & Cybeles guloſi.

Faciunt hæc, inquit, *cultores Iſidis & Cybeles, qui guloſa abſtinentia, Phaſidis aues, & fumantes turtures vorant; ne ſcilicet Cerealia dona contaminent.* Sed temporibus Domitiani, habuiſſe templum Iſidem, palam ex Martiale: verum extra vrbem, vt puto, & vltra D. paſſus, ex Agrippæ decreto de quo ſupra.

Hinc quoque & Ægyptus Memphitica templa frequentat,
Aſſidet & cathedris mæſta iuuenca tuis.

Erant autem aut *domeſtica*, aut *peregrina ſacra* Romæ. *Peregrina, quæ aut euocatis Diis, in expugnatione vrbium, Romam ſunt tranſlata; aut quæ ob quaſdam religiones, durante pace ſunt petita*: vt ex Phrygia, Matris magnæ; ex Græcia, Cereris; ex Epidauro, Æſculapij, quia coluntur eorum more, a quibus ſunt accepta. Domeſtica ſunt, Saturni, & Iouis, & aliorum deorum qui coluntur Romæ. Iudæorum vero ſacra, peregrina erant. Quæ aliquando pro Chriſtianorum ſacris accepta, aliquando pro meris Iudæorum ritibus, vt heic: quippe Chriſtiana fide nondum prædicata, quæ heic memorantur, a Tacito contigere. Seuerus Sulpitius Hiſt. 2. *Titus euertendum Iudæorum templum cenſebat, quo Iudæorum & Chriſtianorum religio tolleretur. Quippe has religiones contrarias ſibi, iiſdem tamen authoribus profectas, & Chriſtianos ex Iudæis extitiſſe: radice ſublata ſtirpem facile perituram.*

Iudæi a paganis execrati.

Rutilius autem his verſibus Iudæorum ſacra execratur, & eorum ritus.

Atque vtinam nunquam Iudæa ſubacta fuiſſet
Pompei bellis, imperioque Titi.
Latius exciſæ peſtis contagia ſerpunt,
Victoreſque ſuos natio victa premit.

Roma pulſi.

Intelligit enim de ſacris Iudaicis, quæ ſub Claudio etiam paſſa ſunt exilia. Nam Actuum 18. *Inuenimus quendam Iudæum, nomine Aquilam, Ponticum genere*, (id eſt ex Ponto Euxino). *qui nuper venerat ab Italia, & Priſcillam vxorem eius, eo quod præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Iudæos Roma* Tangit hæc Suetonius in Claudio 25. c. Sed neque vere, neque veris verbis, in excuſis vt arbitror: nam ait. *Iudæos, impulſore Chreſto, aſſidue tumultuantes, Roma expulit.*

Suetonius explicatus.

Sed quomodo *impulſore Chreſto*; cum Chreſtus, aut Chriſtus Dominus, iam ſub Tiberio ſuffixus, pretium redemprionis noſtræ perſoluiſſet, interque mortales eſſe deſiiſſet? Ergo non vere.

Chriſtus & Chreſtus idem.

Dixi autem *Chreſtus* aut *Chriſtus*; nam vtrumque in vſu. Ita enim Tertullianus in Apolog. *Cum perperam Chreſtianus pronuntiatur a vobis.*

Ita pronuntiabat paganitas.

Quod confirmat Suetonij lectionem, quę habet *Chreſtus*. Et certum eſt ita pronuntiaſſe, & ſcripſiſſe.

Martialis explicatus.

Nam Martialis lib. 9. in Chreſtum.

Catoniana Chreſte quod facit lingua.

Et idem de Chreſtillo epigram. 91. lib. 11.

Vis inter veteres Chreſtille, tuoſque poetas?

Puto autem *Chreſtum* iſtum fuiſſe Chriſtianum, vt nomen indicat, & mores quos Catonianos vocat, forſan a poeta fictum; tum quod inuehentem faciat in theatri & ſæculi mores. Quod commune Chriſtianis omnibus fuit. Sed de lingua quæ impingit, per calumniam id facit poeta paganus. *Nam calumniam pati, vere Chriſtianum eſt*, a paganis præcipue, & Magis & omnibus extraneis, ait Tertull. in Apolog.

Chriſtiani calumniati.

Sic Capitolinus de Pertinace. *Chreſtologum eum appellant, qui bene loqueretur & male faceret.* Nam talis erat de Chriſtianis opinio apud Paganos, quod per elegantia & pia verba religione abuterentur. Sic Dio 18. *Martiam Chriſtianam, Quadrati & Commodi pellicem* ſcribit. Sic Sueton. *Flauium Clementem patruelem Domitiani, nam Chriſtianum vocat, contemptiſſimæ inertiæ virum.*

Inertes dicti.

Sic Valens in L. Quidam. de Decur. Cod. vocat *Chriſtianos qui ſolitudinum erant cultores, veſaniæ ſectatores.*

Veſaniæ ſectatores.

Tertullian. in Apolog. narrat *a Paganis infructuoſos, inertes, & inutiles vocatos* fuiſſe Chriſtianos.

Infructuoſi.
Inutiles.
Impoſtores.

Vocat nos Vlpianus *Impoſtores*, L. 1. de var. & extr. cognit. De Chreſtillo vero, idem quod de Chreſto, iure ſentias: Chriſtianum etiam fuiſſe, ideoque hoc nomen ei impoſitum. Sed roges; ſi legi non debeat apud Sueton. *impulſore Chreſto*, quod longe ante Chriſtus mortem ſubierit: Quomodo ergo locum corrigas?

Suetonius correctus.

At corrigo, *De impoſtore Chreſto*, non *de impulſore, tumultuantes.* Et ſentio quid velit Suetonius. loquitur enim de rixa Chriſtianorum, cum Iudæis. Nam nunquam conuenit inter eos. Et Act. 14. *Diuiſa eſt multitudo ciuitatis, & quidam quidem erant cum Iudæis, quidam vero cum Apoſtolis.*

Iudæi cum Chriſtianis nunquam bene conuenientes.

Et hæc in Lycaonia. At in Theſſalonica Macedoniæ, *concitauerant Iudæi plebem, & principes ciuitatis in Paulum*: & in Aſiana Epheſi, *commota eſt ciuitas tota, & facta eſt concurſio populi in Paulum.* Act. 21. Sic Romæ. Et hoc eſt quod ſcribit Suetonius. *Iudæos de impoſtore Chreſto tumultuantes.* Chriſtiani enim impoſtores dicti, vt ipſe Chriſtus Saluator. Et D. Hieron. ad Furiam de virgin. ſeru. *Vbicunque*, inquit, *viderint Chriſtianum; ſtatim illud de triuio, ὁ Γραικὸς ἐπιθέτης, vocant impoſtorem, detrahunt.* Idem docet Iuriſconſultus L. 1. D. de extr. crimin. §. medico. his verbis. *vt vulgari verbo impoſtorum vtar*, id eſt Chriſtianorum, vti dixi iam. Et in Euangelio: *Recordati ſumus quod ſeductor ille dixit*, &c. & paſſim *impoſtorem & ſeductorem* vocant illum Iudæi.

Chriſtus ſeductor dictus.

Puto autem exſcriptorem virum Chriſtianum, & forte monachum (nam monachis exſcriptiones librorum debemus, & ſeruata per tot annos litterarum monimenta) exhorruiſſe ad verbum *impoſtoris* Chriſto impoſitum, & *impulſore* ſubſtituiſſe, de ἀχρειολογίᾳ non cogitãtem. Ait autem *de impoſtore Chriſto tumultuantes*, id eſt, tumultuantes Iudæi cum Chriſtianis de Chriſto, quem impoſtorem Iudæi vocabant. Rideat qui volet meum acumen; ſi quid tamen melius dederit, habebit me acceptorem & lubentarium. Sed obiicietur forſan, ſolos damnatos Iudæos fuiſſe. Et ſane ita factum; quia Iudæi

exoſi,

exoſi, vt peregrini & exteri: Chriſtiani vero vrbani, & ciues Romani. Pulſis autem Iudæis, pax erat in vrbe, quia Chriſtianis hoſtes illa abitione deerant, nec perinde tum ciuibus, vt cum extraneis agebatur. Tum etiam quod Iudæi ſemper inuiſi paganis, *quos verpos, & apellas, & recutitos vocabant, per ignominiam. Gens hodie diſperſa, palabunda, ſoli & cœli ſui extorris, vagans per orbem, ſine homine, ſine Deo, ſine rege, quibus ne patriam quidem terram ſalutare conceditur.* Tertullian. in Apolog. Martialis.

Iudæi apellæ dicti & verpi.

Et recutiti.

Nec recutitorum timet inguina Iudæorum.

Et idem Martialis lib.3. epig.8.

Abſciſſa eſt quare Samia tibi mentula teſta?

Nā gladiolo ex lapide aut teſta facto, abſcindebantur in circuncisione. Plin. lib.13. cap.4. *Iudæa gens contumelia numinum inſignis.* Ideo Iuuenalis, vbi de Iudæo, quem Ægyptium nominat Sat.1.

Quo gladio fiat circunciſio.

Iudæus vocatus Ægyptius.

—— auſus habere
Neſcio quis titulos Ægyptius, aut Alabarches.

Horat.1.Serm. Sat.5.

—— dedit riſuſque iocoſque,
Dum flamma ſine, thura liqueſcere limine ſacro
Perſuadere cupit. Credat Iudæus apella;
Non ego.

Cur gentes oderint Iudæos.

Heic *apellas* vocat Horatius, id eſt *ſine pelle & recutitos.* Prima autem cauſa odij paganorum in Iudæos, *verus Dei cultus*, & deteſtata idolomania. Secunda, *Circunciſio*, de qua dixi. Tertia, *quod a Deo præceptū erat, vitare paganos*, nec miſceri eis, ſacrificio, menſis, cubilibus, mercimoniis, matrimoniis aliiſque hominum rebus. Iuuenalis ideo ſic ſcribit Sat.14.

Verus Dei cultus, prima cauſa.

2. Circunciſio.

3. Vetitum gentium commercium.

Non monſtrare vias, eadem niſi ſacra colenti
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

Nam ne viam quidem monſtrabant paganis, vt nec iter ad fontem. Quod execratum execrationibus publicis. Cicero 3. offic. Et forte eo ſpectat illud Ennianum.

Homo qui erranti comiter monſtrat viam.

Ita Seneca 2. de Benef. *Ingrato homini nec conſilium dandum, nec aqua haurienda, nec via monſtranda.* Ideo Rutilius *querulos* vocat Iudæos, in Itiner.

Queruli Iudæi dicti.

Namque loci curam querulus Iudæus *agebat,*
Humanis animal diſſociale cibis.
Vexatos frutices, pulſatas imputat algas,
Damnaque libatæ grandia clamat aquæ.
Reddimus obſcœnæ conuitia debita genti,
Quæ genitale caput propudioſa metit:
Radix ſtultitiæ cui frigida Sabbatha cordi,
Sed cor frigidius religione ſua eſt.
Septima quæque dies turpi damnata veterno,
Quanquā (lego tanquā) *laſſati mollis imago Dei.*

Nemini niſi Iudæis monſtrabāt iter.

Author noſter ex Paganorum mente, 5. Hiſt. *Moſes quo ſibi in poſterum gentem firmaret, nouos ritus contrarioſque cæteris mortalibus indidit. Profana illic omnia quæ apud nos ſacra. Rurſum conceſſa apud illos quæ nobis inceſta.* Mox addit: *Separati epulis, diſcreti cubilibus, proiectiſſima ad libidinem gens, alienarum concubitu abſtinens. Inter ſe nihil illicitum: circuncidere genitalia inſtituere, vt diuerſitate noſcantur.* Quod verum eſt: nam Philo de Circunciſione ait inſtitutam vt Iudæi a cæteris noſcerentur etiam poſt vitam. Petron. Arbiter in Satyr.

Iudæus licet, & porcinum numen adoret,
Et cœli ſummas aduocet auriculas;
Ni tamen & ferro ſucciderit inguinis oram,
Et niſi nudatum ſoluerit arte caput:
Exemptus populo Graia migrabit ab vrbe,
Et non ieiuna Sabbatha lege premet.

Philo Iudæus lib. de fortitud. ait Arabes magno odio Iudæos proſequi, non alia ratione, quam quod Deum verum colerent. Noſter 5. Hiſt. *Orta per Ægyptum tabe, quæ corpora fœdaret, regem Ochorim adito Hammonis oraculo, remedium petentem purgare regnum, & id genus hominum, vt inuiſum Diis, alias in terras auehere iuſſum.* loquens de Iudæis. Spart. in Adriano: *Mouerunt ea tempeſtate Iudæi bellum, quod vetabantur mutilare genitalia.* Et in Seuero: *Iudæos & Chriſtianos fieri ſub graui pœna vetuit.* Sed ingens gloria Iudæis, & ab hoſte, & ore pagano. Quod Strabo vocat *δικαιοπραγοῦντες καὶ θεοσεβεῖς*. Iuſtitiæ & Pietatis cultores, lib.17. Et Iuuenalis Sat.14.

Sathanas oſor Iudæorum illos exſcindi cupit.

Pagani quieres Iudæos laudant.

Vt iuſtitiæ & pietatis cultores.

Quidam ſortiti metuentem Sabbatha patrem,
Nil præter nubes, & cœli numen adorant;
Nec diſtare putant humana carne ſuillam,
Qua pater abſtinuit, mox & præputia ponunt.

Paganis autem, vt dixi, ſumma fuit in Iudæorum gentem inuidia, quam deſtruere conati ſunt. nam ſic Machab. 1. *Scripſit rex Antiochus omni regno ſuo, vt eſſet omnis populus vnus, & relinqueret vnuſquiſque legem ſuam.* Vt in Eſdræ 2. cap.4.& 5. Etiam Florus lib.3. cap.5. *Vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens ſub aureo vti cœlo.* Loquitur de templo Hieroſolymitano, & de Iudæis, quos *impiam gentem* nominat. Sed neſcierunt pagani, Deum in iſto populo hereditatem ſuam poſuiſſe. Hæc ſcripſi excurrente ſtilo.

Tyranni, vt Antiochus, Iudæos omnes volunt ſubuertere.

Pagani vocant Iudæos impiam gentem.

8 In insvlam Sardiniam.] Quam *Sandaliotim* appellabat Timæus, vt ſcribit Plinius cap. 7. lib. 3. *ob ſoleæ ſimilitudinem:* Et *Ichnuſam* Græci. nam ſic Silius lib.12.

Sardinia Sandaliotis dicta.

Dicta Ichnuſa.

Inde Ichnuſa prius Graiis memorata colonis.

Salluſt. in fragm. *Sardinia in Africo mari, facie veſtigij humani, Ichneuſa appellata.* Martialis autem vocat *inſalubrem*, vt Cicero ad Q. fratrem. Et idem ſcribens 7.epiſt.fam. ad Fabium Gallum ait, *nunquam peſtilentiorem patria ſua hominem tuliſſe.* Sed interdum in medio Tibure Sardinia eſt. Contra vero, *Crotona ſalubrius*, pro re omni parte ſaluberrima. Varro de re Ruſtica, de Corſica idem tradit quod heic de Sardinia. Et Silius ita de Sardinia.

Serpentum tellus, pura, ac viduata veneno,
Sed triſti cœlo, & multa vitiata palude.

Claudian. de bello Gild. egregie illam deſcribit.

Humanæ ſpeciem plantæ ſe magna figurat
Inſula, Sardiniam veteres dixere coloni:
Diues ager frugum, Pœnos, Italoſque petenti
Opportuna ſitu: quæ pars vicinior Afris,
Plana ſolo, ratibus clemens; quæ reſpicit Arcton,
Immitis, ſcopuloſa, procax, ſubitiſque ſonora
Flatibus, inſanos infamat nauita montes.

Clariſſima inſula.

Apuleius ponit illam inter clariſſimas inſulas maris Tyrrheni, non iniuria; a qua Pop. Rom. vitæ ſubſidia, & fruges habuit.

9 Coercendis illic latrocinIIs.] Quæ latrocinia, non modo ex Sardi-

Corſica latronibus obnoxia.

nia, ſed a vicina Corſica erant. nam Strabo, qui hoc æuo viguit, ſcribit in Corſicæ montibus, plures qui latrociniis viuerent, feraſque immanitate ſuperarent, extitiſſe. Et ad id forſan reſpexit Tiberius. At in omnibus prouinciis Præſides erant aut alij magiſtratus qui latrocinia coercerent. *Et Præſes prouinciæ latrones conquirere debet.* L.13. de off. præſ. Milites autem erant ſtationarij huic rei deſtinati. Sic enim in Apolog. Tertull. *Latronibus veſtigandis per vniuerſas prouincias militaris ſtatio ſortitur.* Cumque hæc ſtatio non ſufficeret, placuit Tiberio vt quatuor millia libertini generis eo adueherentur coercendis latrociniis; reliqui cederent Italia. Non prætereo Salluſtium in fragmentis, vbi de Sardinia, ſtatim addidiſſe. *Genus militum ſtatim a pueritia ſuetum latrociniis.* Et puto noſtrum quæ hic ſcribit, a Salluſtio ſumpſiſſe, vt alia multa: qui non indecorus mutuator.

Ex primorum filiabus Veſtales.

10 Capiendam virginem in locvm Occiæ.] Ergo ex filiabus primariorum vrbis. Sic enim ſolebant. Seneca 1. Controu. 3. *In vrbe tam beata, cum tot ſuperſint virgines, cum tot principum filiæ ſint poſtulatæ.* Suetonius vero ita narrat de Auguſto, cap. 31. *Cum*, inquit, *in demortuæ* (Veſtalis ſcilicet) *locum, aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in ſortem darent, adiurauit, ſi cuiuſquam neptium ſuarum competeret ætas, oblaturum ſe eam.* Et ſane tum Auguſtus erat in ciuitate non modo princeps, ſed & in imperio.

Captæ per ſortes.

Capiebantur autem per ſortes, cum dicat Suetonius, *ne filias in ſortem darent.* Et hoc indicat Seneca eodem loco.

Nomen in vrnā coniectum.

Coniectum in vrnam nomen eius, non exiit, ſed eiectum eſt. Tempus erat non ſortiri, vrna purgata eſt.

Ex L. Papia.

Idque ex Lege Papia, qua cauebatur, *vt e populo virgines viginti legerentur, arbitratu Pontificis Max. ſortitioque ex eo numero fieret in concione.* Sed ea lex poſtea eſſe deſiit. Erat autem lex, *vt caſta e caſtis caperetur*, non tantum ex ſe caſta, ſed ex caſtis parentibus.

Veſtalis caſta, & ex caſtis parentibus.

Idem Seneca. *Si mater tua proſtitiſſet, tibi noceret, propter te liberis tuis ſacerdotium non daretur.* Et ſane fiebat inquiſitio in parentum mores.

Inquiſitio in mores parentum.

Et cui mater erat caſtior, & vniuira, ea præferebatur. Dicam infra.

Vniuirarum prælata filiæ.

Oportebat etiam *natam ex confarreato matrimonio, quod id maioris eſſet ſanctimoniæ.* Tacitus li.4. Annal. Et licet de Flamine agat, multo magis in Veſtali, cuius ſacerdotium inter Romanos ſacerdotes, magnum & ſanctiſſimum. *Patricios*, inquit, *confarreatis parentibus tres ſimul nominari.* Dicam eo loco quæ ſit illa Confarreatio.

Filia matrisque diuorterat, nunquam Veſtalis.

Noto interea, quod ſi mater diuortium feciſſet, ſumobatur nunquam ad ſacerdotium obeundum. Et hoc Tacitus innuit.

Nunquam peplum tangebat quæ diuorterat.

Sed addo: eas quæ diuortium feciſſent, nunquam manus admouiſſe peplis Veſtæ, vti neque Mineruæ faciendis, neque Fortunæ muliebris ſtatuam contigiſſe. Ver. Flaccus. Papin. lib. 10. de peplis.

Peplum etiam dono, cuius mirabile textum,
Nulla manus ſterilis, nec diſſociata marito
Verſarat calathis, caſtæ velamina Diuæ,
Haud ſpernenda ferunt.

Quid peplum.

At peplum iſtud, lineum erat, ſi bene coniicio. Sed Apuleio duce, qui appellat *linum puriſſimum rebus diuinis velamentum.* Et addit.

Ex qua materia.

mundiſſima lini ſeges, inter optimas terræ fruges exorta, non modo indutui & amictui, ſanctiſſimis Ægyptiorum ſacerdotibus, ſed opertui quoque in rebus ſacris vſurpatur.

Veſtalis nunquam ex captiuis.

Si virgo captiua fuiſſet, non capiebatur. Seneca. *Sacerdoti pro libertate vota facientis captiuæ mandabitis?*

Si ſerua. *Si corpore fœda.* *Si vitioſa.* *Si famoſa.*

Si ſeruitutem ſeruiiſſet, ſi malum in corpore, ſi vitium fœdum in animo, ſi famam malam habuiſſet. Sumebatur etiam patrima & matrima, nec minor ſex, nec maior decem annis. Multa alia notarunt alij; de quibus taceo nunc; ne me rhinocerotes feriant.

11 Mater eivs in eodem conivgio.] Quod honorabile apud Romanos. Ideoq. ſacris admotæ vniuiræ. Horat. 3. od. 14.

Vnico gaudens mulier marito,
Prodeat iuſtis operata Diuis.

Et idem 1. Car. od. 13.

Fœlices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diuulſus querimoniis
Suprema citius ſoluet amor die.

Vniuira laudatæ apud Rom.

Et Valerius cap. 3. de matr. ritu. *Exiſtimabant*, inquit, *eius matronæ ſyncera fide incorruptum animum, qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret; multorum matrimoniorum experientiam, quaſi illegitimæ cuiuſdam intemperantiæ, ſignum eſſe credentes.*

Secundum matrimonium primis Chriſtianis exoſum, caſtitatis magnis amatoribus.

Et idem cenſuere quidam ex noſtris primæ notæ Chriſtianis, quorum habemus orationem Græcam Apologeticam ad M. Aurelium, & Verum fratrem Imperatores, quos D. D. id eſt Diuos fratres vocant Iuriſconſulti. Sed id antequam Eccleſia de hac re ſtatueret. Et commode incidit in manum hic locus, quo de vniuiris emendarem locum Spartiani in Tito. *Quam*, inquit, *maiores noſtri iniuiriam ſacerdotem inter ſacratiſſimas fœminas adorarent.* Loquitur autem de Calpurnia, & legendum eſt, *vniuiram ſacerdotem.* Quod explicat D. Hieronym. aduerſus Iouin. in fine. *Antequam*, inquit, *religio noſtra fulgeret in mundo, legant vnicubas, quas vniuiras Spartianus vocat, ſemper habuiſſe inter matronas decus. Per illas Fortunæ muliebri ſacra fieri ſolitum. nullum ſacerdotem digamum, nullum flaminem bimaritum. Hierophantas quoque Athenienſium vſque hodie cicutæ ſorbitione caſtrari, & poſtquam in pontificatum fuerint electi, viros eſſe deſinere.* Hanc autem vniuiritatem (vt ita dicam) explicat Tertullianus libro de exhortat. caſt. & ait.

Tertullianus de vniuiris emendatus.

Monogamia apud Ethnicos ſummo in honore eſt; vt & virginibus legitime nubentibus, vniuira pronuba adhibeatur. Et ſi auſpici initium eſt. (lego, *Et ſic auſpicij initium eſt*, id eſt principium auſpicandarū nuptiarum) Adiicit.

Etiam explicatus.

Item in quibuſdam ſolemnibus & auſpiciis, vt prior ſit vniuiræ locus. (Quod heic noſter aperte declarat.) Extat inſcriptio vetus ad hanc rem quam non omitto. Lvcio. Asconio. Elpicano. sodali. Titi. vix. annos. xiiii. men. vi. d. xii. et. Liviæ. Rvffinæ. vxori. eivs. castiss. vixit. ann. lxxii. men. viii. d. vi. Qvæ. addicta. cineribvs. conivgis. adeo. fvit. vt. ad. secvndvm. nvllo. vnqvam. tempore. transire. volverit. qvamvis. div. svpervixeret. et. ætas.

posce-

POSCERET. ET. VALIDA. NATVRA. VIRILEMQ. SEMPER. SERVAVIT. ANIMVM. FIDEMQ. PVDICITIÆ. QVASI. MVTARE. COMPELLERET. ET. NE. BREVEM. DOMESTICAM. PVGNAM. CREDAS. POST. MARITVM. VIXIT. AN. L. MEN. VIIII. Q. PISO. ELPICANVS. P. PARENTIBVS. OPT. ET. SIBI. FECIT. Sed redeo ad Tertullianum qui addit. *Certe Flaminica non niſi vniuira eſt, quæ & Flaminis lex eſt.* id eſt eadem lege Flamen tenetur, qua & Flaminica, vt vterque ſit monogamos. *nam*, inquit, *ipſi Pontifici maximo, iterare matrimonia non licet; quod monogamiæ gloria eſt. Cum autem Deus ſummus, tantum Sathanas* (lego, *Tantillum Sathanas*) *ad perficiendum* (lego, *ad proficiendum*) *noſtra eſt prouocatio.* Id eſt, cum Deus ſit ſummorum omnium ſummus. (Tertullianus enim vocat *Deum ſummum magnum*, contra Marcionem) *Tantillum vero Sathanas* (nam Sathanas nihil dicitur, *ſine ipſo factum eſt nihil*, quia nihil illo vilius, nihil turpius, nihil abiectius, nihil deſpectius) *ad proficiendum*, id eſt vt magis proficiamus, quam pagani, & eamus ad perfectiores virtutes, & ad ſummam virtutum magis quam gentiles, qui ſunt mancipia Sathanæ, *noſtra eſt prouocatio.* Id eſt, nos prouocare debemus ad altiora & puriora conſequenda. Addit poſtea. *Immo ſuffuſio eſt pigriſſimorum ad continentiam Deo exhibendam.* id eſt, Erubeſcentia eſt pigrioribus, & tardioribus. *Quia*, inquit, *Diabolo qui antiſtant, nunc viduitate, nunc virginitate eiurant.* lego, *nunc viduitatem, nunc virginitatem iurant.* Quaſi dicat, pudor eſt antiſtites diaboli & paganitatis iurare viduitatem & virginitatem ſe ſeruaturos: nos vero, veri Dei filios, eiurare. *Nouerant virgines Veſtæ, & Iunonis apud Achaiæ Ganeum*, (vocat Ganeum in Achaia locum in quo Veſtales degebant) *& Atrocis apud Delphos, & Mineruæ, & Dianæ, quibus locis.* id eſt, *aliquibus locis.* Quærunt heic omnes, quis ille Atrox apud Delphos, & noſtra oracula ſilent. Conſtanter ita legi apud omnes manuſcriptos ait Pamelius. At ego puto Tertullianum *atrocem* appellare Apollinem per deridiculum. Solet enim, vt omnes Chriſtiani, iſtas numinum paganorum laruas, iocularitar inſectari. Sic *Ionem cygnum* vocat Tertullianus, ſic appellat Cluacinæ Veneris ſacerdotem, *antiſtitem latrinarum*, & alia multa, quæ paſſim Chriſtianorum libris occurrunt. *Atrocem Apollinem* vocat, vt Plautus ſuum Militem ſtolide ferocem, vocat *Truculentum.* Quanquam & ita apud paganos nominabatur. Quippe Homerus in Hymno Apollinis, ait Apollinem *horrendum fuiſſe omnibus Diis.* Et ſtatim ſuum carmen ab eius metu orditur.

Atrox Apollo dictus a Tertul.

Tertullianus irriſor paganæ deitatis.

Atrox, id eſt Truculentus.

ΜΝΗΣΟΜΑΙ οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο,
Ὅν τε θεοὶ κατὰ δῶμα Διὸς τρομέουσιν ἰόντα.

Apollo paganis minax.

MEMOR ero, neque obliuiſcar longe iaculantis Apollinis,
Quem & ipſi per domum Iouis metuunt euntem.

Et facit Delum vocantem Apollinem ἀτάσθαλον, proteruum. In eodem Hymno. Hic autem Nioben & natos angore & ſagittis confecit. Et Pauſanias ſcribit diſcerpſiſſe Linum. Vt etiam apud noſtros poetas, *Pharetra & arcu minax* dicitur. Ergo non modo *atrox*, & truculentus, ſed & *horrendus.* Quibus addo Euſebium lib. 5. de Præparat. Euang. cap. 14. *Qui crudeliſſimorum tyrannorum adulatorem facit Apollinem. Num Cypſellum beatum facit, qui alter Phalaris.* Et in verbo, *horrendum*, corrigo Apuleij locum de Apolline deprauatum lib. 11. Met. nam inquit, vbi agit de Iſidis pagana proceſſione. *nec mora, cum Dij dignati pedibus humanis incedere, prodeunt, hic horrendum, ille ſuperum comeator, & inferum.* loquitur de Mercurio & Apolline. Sed ita lego. *hic horrendus*, (id eſt Apollo) *tum ille ſuperum comeator, & inferum*; id eſt Mercurius. Apollo tamen, licet arcu & ſagittis truculentus, habet etiam citharam in manu, vt ſcias apud poetas, horrendum, & ſuauem, plagoſum & plagis ſanandis doctum & ſtudioſum. Etiam Apollo *tortor* nominatur apud Sueton. *Cæſarem plane eſſe Apollinem; ſed & tortorem.* quo cognomine is Deus, quadam in parte vrbis colebatur. 70. in Auguſto. Ita autem dicebatur, quod eius effigies in vndecima eſſet regione, loco in quo flagella tortorũ pendebant. Martialis l. 2. Item Apollo *Cœliſpex*, quod cœlum aſpiceret. Etiam eadem religione Apollo *Sandalarius*, a loco in quo ſandalia fiebant. Dignum certe iſto dæmone nomen.

Apuleius emendatus.

Apollo tortor.

Cur tortor.

Apollo Cæliſpex.

Apollo Sandalarius.

12 DISSIDIO DOMVM IMMINVERAT.] Nota quanti fecerint Romani in matrimonio bene concordes animos. Exiſtimauerunt enim, neminem optimum futurum Senatorem, immo neque ciuem, niſi qui bonus foret maritus. Et hæc fuit ſententia dia Catonis, quia ciuitas tota, domibus quaſi membris continetur, vt ſcribit Ariſtoteles in Politicis, & priuatarum domuum firma matrimonia Rempublicam firmam efficiunt. ideoque damnanda diuortia. Ideo in antiquo marmore: TERINTHOÆ. VALENTIANÆ. CONIVGI. INCOMPAR. ABVTIVS. TERTIVS. ANIMIS. MERENTISSIMVS. CVM. QVA. VIXIT. ANN. XXV. SINE. VLLA. QVERELLA. Certe ſine diuortio Roma diu fuit. Tertull. in Apolog. *Vbi eſt illa fœlicitas matrimoniorum, de moribus vtique proſperata?* Quia ſcilicet optumi mores optima reddunt matrimonia, & quia per annos ferme ſexcentos ab Vrbe condita nullum repudium Romana domus ſenſit. multa diuortia, multa vitia ſæculi arguunt, ſed pacata matrimonia bonos mores. Et turpe eſt quod de Albino dicebat Seuerus, *vxori odioſiſſimus, ſeruis iniuſtiſſimus, militibus atrociſſimus.* id eſt, nemini gratus.

Concordia in matrimonio vt laudata Romanis.

Roma diu ſine diuortio.

[1] Sæuitiam annonæ incuſante plebe, ſtatuit frumento pretium quod emptor penderet, binoſque nummos ſe additurum negotiatoribus in ſingulos modios. Neque tamen ob ea parentis patriæ [2] * delatum & antea vocabulum adſumpſit, acerbeque increpuit eos, [3] qui diuinas

* delatũ tunc & antea

Adulatores repreſſi.

Sub ambiguo principe odioſa oratio.

occupationes, [4] ipſumque dominum dixerant. [5] Vnde anguſta & lubrica oratio, ſub principe, qui libertatem metuebat, adulationem oderat. Reperio apud ſcriptores * ſenatoreſque eorumdem temporum, Adgañdeſtrij principis Chattorum lectas in ſenatu literas, quibus mortem Arminij promittebat, ſi patrandæ neci venenum mitteretur: [7] reſponſumque eſſe, *non fraude, neque occultis, ſed palam & armatum populum Roma. hoſtes ſuos vlciſci.* Qua gloria æquabat ſe Tiberius priſcis Imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum regem vetuerant, prodiderantque. Cæterum Arminius abſcedentibus Romanis, & pulſo Maroboduo, regnum adfectans, libertatem popularium aduerſam habuit: petituſque armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Rom. ſicut alij reges duceſque, ſed florentiſſimum Imperium laceſſierit: [8] prælijs ambiguus, bello non victus. Septem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ expleuit: caniturque adhuc barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui ſua tantum mirantur: Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incurioſi.

* ſenioreſque

Turpes literæ omnes quæ traditionem ſonant.

Publicæ libertatis aſſertor, mox proditor Arminius.

Græci ſua laudãt, aliena deſpiciunt.

1 SÆVITIAM ANNONÆ INCVSANTE PLEBE.] Romana plebs amiciſſima ſemper annonam minuentibus, augentibus autem inimiciſſima, atroxque flagellantibus, vt Dardaniis. nam Minutio Augurino, præfecto annonæ, quod farris modium ad eam vilitatem redegiſſet; vt aſſe veniret, ex collatitia ſtipe ſtatuam poſuit. Etiam Trebellius idem obtinuit, cui ob eam rem, in Palatio, & Capitolio ſtatuæ dicatæ ſunt. Quod ſcribit Plinius lib. 18, cap. 3. Et noſter *Fœnium Rufum ex vulgi fauore gratum fuiſſe, quia rem frumentariam ſine quæſtu tractauat.* lib. 14. *contra Cleandrum ſub Commodo, ob annonam flagellatam plebs interfecit.* Papinian. L. 17. de compenſat. D. *Ideo*, ait, *condemnatus, quod arctiorem annonam ædilitatis tempore præbuiſſet.* In annonæ penuria Claudium Imperatorem, fere vulgus lapidauit. Sueton. in Claudio. nam vulgus in fame, nec audit, nec exaudit, nec videt: inſtar eſt belluæ furentis. *Numquid bos non mugiet, ſi non habuerit herbam?* Iob dicebat.

Populus amat annonam minuentes.

Inſequitur flagellantes.

Plebs in fame bellua furens.

2 DELATVM ET ANTEA.] Lego, *delatum tunc & antea.* nam ſi ſolum delatum fuiſſet antea, alieniore tempore reſpuiſſet. verba ferunt, immo expoſcunt hanc correctionem, & in verbo *delatum* ineſt *tunc.*

Tacitus correctus.

3 QVI DIVINAS OCCVPATIONES.] Quam vere, Tacitus in Agricola; *Experti ſumus olim quid vltimum in libertate; nunc quid vltimum in ſeruitute experimur.* nam nihil olim ciue Romano liberius, nihil poſtea ciue Romano abiectius, & magis ſeruile. Non repeto, quæ libere dicta fuerunt libera rep. ſed libertate proſtrata, & iacente, etiam auſus orator Paſſienus Senatum Cæſari præferre, cum ita exordiretur. *P. C. & tu Cæſar.* Ponit Cæſarem poſt patres conſcriptos. Et Latro Portius præſente Auguſto, etiam de adoptione filiorum Agrippæ dixit, *hanc nobilitatem factam non natura, ſed adoptione.* Poſtea vero Plancis, Vitelliis, & adulationum cohorte omni aula corrupta, vitia pro virtutibus habita ſunt, ita vt poeta de migrando cogitans ſcripſerit Sat. 3.

Olim Romani quid vltimum in libertate experti.

Poſtea quid in ſeruitute.

Ciue Romano nihil liberius.

Roma verſa in adulationem.

Cedamus patria, viuant Artorius iſtic,
Et Catulus, maneant qui nigrum in candida vertũt.

Quæ ſunt adulatorum nomina a pane quærendo & a blãditiis & adulatione indita. nam eſurire & blandiri ſunt adulatorum virtutes. Noſter ipſe de adulationibus conqueritur his verbis libro tertio Annalium. *Tempora illa adeo infecta, & adulatione ſordida fuere, vt non modo primores ciuitatis, quibus claritudo ſua, obſequiis protegenda erat; ſed & omnes conſulares, & magna pars eorum, qui prætura functi, multique etiam pedarij Senatores, certatim exurgerent, fœdaque & nimia cenſerent.* Et quoties patrabatur inſigne ſcelus, toties diis gratiæ agebantur: tam putida erat omnium Quiritum ad ſeruitium vergentium adulatio. Inde fluxere illæ ſpurcæ voces *diuinarum occupationum.* Et vt noſter de Nerone ait, *formam principis vocemque Deum vocabulis appellantes.* Inde illa portenta verborum, quæ in libris Iuriſconſultorum & præcipue L. 12. Cod. *Sacri affatus, ſacrum Conſiſtorium, ſacrum laterculum, ſacra largitio, ſacræ domus, ſacra ſcrinia, ſacrum ſtabulum, ſacrum encauſtum.* Omnia ſacra in profanis & de profanis. Sed & alia putida, ſpecioſis verbis nominata. ita vt excrementa hominum in roſas, immo in quandam diuinam ambroſiam verterentur. Et quod mirere, etiam apud Chriſtianos principes, aulicis hæc faciẽtibus, proh dolor, principum meliorum venenis. Sic Theodoſius *ſuam æternitatem* dicit L. 23. de fabric. Cod. Theod. Valentinianus & Theodoſius & Arcadius his verbis L. 2. de fabric. Cod. *Æternitatem noſtram adoraturus dirigatur.* Sed gloſſa eleganter. *non ſunt æterni, nec adorandi.* Et recte Proſper lib. de promiſſ. & prædict. cap. 7. *Æterna cum dicitur quæ temporalis eſt, vtique nomen*

Virtutes paraſiticæ.

Quod Deo proprium, mortalibus homines tribuerunt.

Diuinitatem.

Sanctitatem.

Æternitatem.

Gloſſa elegans in adulatores.

Et Proſper elegantior qui Deo ſeruat quod homines illi rapiunt.

eſt

eſt blaſphemiæ: cum mortales, licet reges, in ea dicamur Diui, eiſque ſupplices dicunt, Numini veſtro, Altaribus veſtris, Perennitati veſtræ. Cætera quæ vanitas, non veritas tradidit, æque execrabilia ſunt. Dixere etiam *diuales conſtitutiones, diuale beneficium, diuinas aures.* Et omnes Imperatores, etiam turpiſſimi, pro Diuis habiti; non mortui tantum, ſed adhuc viuentes, & cœno vitiorum immerſi, vt Caligula crudelis beſtia, & non homo. Sic Herodi in Act. Apoſtol. *populus acclamabat, Dei voces, & non hominum.* & ἐν ἀτίμῳ periit: creduntque principes inconſulti inconſultis vocibus.

—— nam nihil eſt quod credere de ſe
Non poſſit, cum laudatur Diis æqua poteſtas.

Et eleganter Peſcennius Niger in Spartiano. *Scribe laudes Marij vel Hannibalis vel alicuius ducis optimi, vita functi; & dic quod ille fecerit, vt eum nos imitemur. Nam viuentes laudare irriſio eſt, maxime imperatores a quibus ſperatur, qui timentur, qui præſtare publice poſſunt, qui poſſunt necare, qui proſcribere. Se autem viuum placere velle, mortuum etiam laudari.* Socrates Chriſtianus, iniquo animo ferebat, Imperatores vocari δεσπότας, & ſane ingenuis pectoribus, ea indigna ſunt. Sic Martialis qui Domitianum Deum dixerat; poſtea ſub Nerua, blanditias execratur epig. 72. lib. 10. quod pono, vt habeat Chriſtianitas quod imitetur.

Chriſtiani indignantur dari hominibus quod Dei eſt.

Fruſtra blanditiæ venitis ad me,
Attritis miſerabiles labellis:
Dicturus dominum, Deumque non ſum.
Iam non eſt locus hac in vrbe vobis:
Ad Parthos procul ite pileatos,
Et turpes, humileſque, ſuppliceſque
Pictorum ſola baſiate regum.
Non eſt hic dominus, ſed Imperator,
Sed iuſtiſſimus omnium Senator:
Per quem de Stygia domo reducta eſt
Siccis ruſtica veritas capillis.
Hoc ſub principe, ſi ſapis, caueto
Verbis Roma prioribus loquaris.

Martialis poſtea tam ſincerus ſcriptor quam antea turpis adulator.

Scito inde, quid inter Domitianum & Neruam; quid inter Neronem & Traianum, intersit, immo generaliter quid inter bonos & malos principes. Et plerumque illis accidit quod de Geta Spartianus. *Sit Diuus, dum non ſit viuus.*

4 Ipsvmqve Dominvm.] Plinius præfat. nat. hiſt. vocat Titum *Dominum*: & Plinij nepos ſic Traianum appellat in epiſtolis. *Rogatus, Domine, a P. Accio Aquila.* lib. 10. Et vbi de Chriſtianis, *Solenne eſt mihi, Domine.* Et in Gordiano. *Domino filio & Auguſto Miſitheus ſocer.* Sed obſeruaui in Apuleio etiam patrem vocare *filium ſuum dominum.* Sed inter deos. Sic enim Iouem Cupidinem alloquentem facit. *Licet, tu, inquit, domine fili, nunquam mihi conceſſu Deum, decretum ſeruaris honorem.* En reuerentia Deorum gentilium: inter quos, pater Saturnus vorat filios, & heic, filius negligit patrem: imo patri dominatur. Milites in caſtris ad Senatum ſcribentes in Vopiſci Aureliano vocant Dominum. *Hunc,* inquiunt, *inter deos referte ſancti & domini Patres Conſcripti.* Quin, vt a publicis viris ad priuatos iter ſit, Symmachus pater ſuam filiam vocat *dominam*, lib. 6. epiſt. 68. *Interea domina filia*, &c. Et hæc ſunt reuerentiæ & venerationis nomina ſemper inter potentiores obſeruata.

5 Vnde.] Aliquid eſt in hac oratione quod claudicat. Tamen ea mens eſt Taciti, vt increpitis qui *diuinas occupationes* dixiſſent, metus patres inuaſerit: & inde breui & anguſta oratione, tamen lubrica & periculoſa, vſi ſint. Periculoſa, inquam, ſub principe, qui libertatem metuebat, oderat etiam adulationem.

Adulantium Senatorum metus.

6 Apvd scriptores, Senatoresqve.] Recte *ſeniores* reponunt non *ſenatores.* Sic Liuius lib. 7. *Repetitum ex ſeniorum memoria.* Et Suet. in Claud. cap. 15. *Illud quoque a maioribus natu audiebam.* Immo noſter de Druſo lib. 3. *Vera prorſus ſeniores loquutos: diſplicuiſſe regnantibus ciuilia filiorum ingenia.* Et lib. 13. *Adnotabant ſeniores.* Scripſit Tertull. in Pallio, *Et autumat ſuperiorum profanitas.* quod ad hanc rem facere putant. Errant; lego, *ſcriptorum profanitas.* Nam opponit ſcriptores profanos, ſcriptoribus ſacris. ſed aliquando *ſeniores* pro Senatoribus vſurpari, verum eſt, & indicat Liuius lib. 34. *publice ad ſeniores* (ita Senatum vocabant) *mandata habuiſſe.* Ora autem ſenum, ora ſunt lapſorum temporum, quæ in hac parte, audiri a Tacito potuere, cum a Tiberio ad Veſpaſianum, tantum ſexaginta annorum ſpatium interuenerit. Et ſi non viua voce audierit, a domeſticis commentariis eorum, potuerit didiciſſe. Sed non abeo, intacto Suetonio, cui tranſiens facio medicinam. habet autem in Auguſto cap. 79. vbi de forma & ſtatura Auguſti diſſerit: *Iulius*, inquit, *Marathus libertus eius, in memoriam eius, quinque pedum & dodrantis fuiſſe tradit*; vbi, pro *in memoriam eius*, lego, *in memorialibus eius.* id eſt in commentariis, quos ad memoriam ſcripſit. *Memorias* vocat Tertull. contra Iudæ. *Secundum memorias populus Iudæorum idolis ſeruiuit.* Et Octauius apud Minutium: *Specta, de libris memoria eſt.* Nec ſileo ex Gellio lib. 5. cap. 13. quod multum ad firmandam facit huius loci lectionem (*ſeniores.*) *Seniorum hominum*, inquit, *& Romæ nobilium, atque in morum diſciplinarumque veterum doctrina, memoriaque præſtantium diſceptatio quædam fuit, præſente & audiente me, de officiorum gradu, atque ordine.* Ergo memoria ſeniorum, hiſtoria viua, qui virtutes & ſapientiam quaſi ex viuo fonte ebulliant. De his loquens Iob 12. cap. *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.* Sed Tarſenſes iuuenes ſtulti & inconſulti ita ædibus Athenodori ſenis ſcripſerunt per riſum.

Seniores citati teſtes.

Suetonius correctus.

Seniores quid Romanos magna authoritatis.

Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, πορδαὶ δὲ γερόντων.
Res iuuenum, conſulta virum, crepitus ſeniorum.

Crepitus ſeniorum dixere pro *luſus iuuenum. opera virorum & ſapientia ſenum.* quibus addi poteſt, memoria ſenum: Nam anteacta ſæcula ſciunt & tenent. Et Martialis lib. 5. epig. 20.

Et laudant Catuli Iulia templa ſenes.

Et Rutilius.

Ee

Inſinuant natis qui meminere ſenes.
Et certe nulla certior quam ſenum parentum diſciplina. quos ſolus amor dat filiis doctores.
7 RESPONSVMQVE ESSE.] Lege *reſponſum eſt.* Sic ſolet noſter, vt lib. 1. *Reſponſum eſt non iure eum arma Romana inuocare.*
8 PROELIIS AMBIGVVS.] *Qui modo prælii victor, modo victus, ambiguam fortunam ſenſiſſet.* Sic Armeniam *ambiguam* vocauit, modo Parthis, modo Romanis parentem, & ſubditam.

Tacitus explicatus.

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librum ſecundum Annal. C. Cornelij Taciti.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER TERTIVS.

Maritalis amor omnia ſuperat.

NIHIL[1] intermiſſa nauigatione hiberni maris Agrippina[2] Corcyram inſulam aduehitur, littora[3] Calabriæ contra ſitam. Illic paucos dies componendo animo inſumit, violenta luctu, & neſcia tolerandi. Interim aduentu eius audito, intimus quiſque amicorum, & plerique militares, vt quique ſub Germanico ſtipendia fecerant, multique etiam ignoti vicinis e municipiis, pars officium in principem rati, plures illos ſecuti, ruere ad oppidum Brundiſium, quod nauiganti celerrimum, fidiſſimumque adpulſu erat. Atque[4] vbi primum ex alto viſa claſſis, complentur non modo portus & proxima maris, ſed[5] mœnia ac[6] tecta, quaque longiſſime proſpectari poterat,[7] mœrentium turba, & rogitantium inter ſe,[8] ſilentione an voce aliqua egredientem exciperent. Neque ſatis conſtabat quid pro tempore foret, cum claſſis paulatim ſucceſſit,[9] non alacri, vt adſolet, remigio, ſed cunctis ad triſtitiam compoſitis. Poſtquam duobus cum liberis[10] feralem vrnam tenens egreſſa naui,[11] defixit oculos, idem omnium gemitus: neque diſcerneres proximos, alienos, virorum, fœminarumve planctus, niſi quod comitatum Agrippinæ longo mœrore feſſum, obuij & recentes in dolore anteibant.

Etiam ſæuum mare.

Amor in funere & poſt funus.

IN LIBRVM III. ANNALIVM C. CORNELII TACITI Nouarum Cogitationum liber tertius.

1 NIHIL INTERMISSA NAVIGATIONE HIBERNI MARIS.] Quod valde cupidis tantum accidit. Nam Tacitus 4. Hiſt. vbi de Veſpaſiano: *Celerrimas nauium frumento onuſtas ſæuo adhuc mari commiſit.* Et de Cæſare Iulio Dio ait, hieme cum parte exercitus vela dediſſe ad Pōpeium expugnandum. 41. quod ex animo. Sueton. 18. in Claudio. *Nihil non excogitauit ad inuehendos etiam in tempore hiberno commeatus.*

Nam

Nam & negotiatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet. Et notat cupiditatem Horarius Sat.1.lib.1. vbi lucri cupidum hominem pingit his verbis.

—— cum te neque feruidus æſtus
Dimoueat lucro, neque hiems, ignis, mare, ferrum.

Nam quouſque Neptunus eum magnis poculis inuitauerit & naufragium fecerit, nunquam quieuerit. Sic Iuuenal. Sat. 4.

Stridebat deformis hiems, prædamque recentem
Seruabat; tamen hic properat.

Et idem Sat.6.

Mare clauſum hieme.

Menſe quidem brumæ quo iam mercator Iaſon
Clauſus, & armatis obſtat caſa candida nautis.

Id eſt, domus niuibus perfuſa, quæ retinet armatos & nauigationis cupientes, & iam ad iter paratos. Sic etiam Sat. 14. vbi de Coryco negotiatore, qui omni tempore nauigabat aduerſis ventis & Neptuno & Vertumnis.

Occurrunt nubes, & fulgura; Soluite funem,
Frumenti dominus clamat, piperiſque coempti:
Nil color hic cæli, nil faſcia nigra minantur.

Suetonius in Iul. cap. 4. hoc confirmat his verbis. *Huc dum hibernis iam menſibus traiicit, circa Pharmacuſam inſulam a prædonibus captus eſt.* Et 58.cap. *A Brunduſio Dyrrachium inter oppoſitas claſſes hieme tranſmiſit.* Noto autem hieme clauſa maria olim, & aperta verno tempore, mox æſtate & Autumno maria nauigata. D. Hieron. in epitaphio Paulæ. *Exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad eccleſias ſuas epiſcopis.* Vbi *apertum mare* vernum tempus indicat & primam nauigationem. Ouid. 4. Faſt. vbi de verno tempore & verna nauigatione ita ſcribit.

Et formoſa Venus, formoſo tempore digna eſt,
Vtque ſolet, Marti continuata ſuo eſt.
Vere monet curuas materna per æquora puppes
Ire, nec hibernas iam timuiſſe minas.

Antequam nauigatio veris inciperet, fiebat ſolenne ſacrificium: illeque dies vocabatur *Natalis dies nauigationis.* Ita enim Veget. *Poſt natalem nauigationis, qui ſolenni certamine publicoque ſpectaculo multarum gentium celebratur.* De æſtate Virg.3.Æneid.

—— vix prima inceperat æſtas,
Et pater Anchiſes dare fatis vela iubebat.

Lucillius.

Vir mare metitur magnum & ſe fluctibu' tradit.

Sed ante ver Paulinus de Valgio ſcribit. *Non expectato tempore ſoliti commeatus, ante æſtiuam temperiem onuſtum nauigium vi publica vrgente dimiſit.* De Autumnali nauigatione. Plinius lib.2. cap. 47. *Ante brumam ſeptem diebus, totidemque poſtea, ſternitur mare Halcyonum featuræ: & inde nomen hi dies traxere: reliquum tempus hiemat, nec tamen* (lego *nec tum*) *ſæuitia tempeſtatum concludit mare. Piratæ primum coegere mortis periculo in mortem ruere, & hiberna experiri maria. nunc idem auaritia cogit.* nam auara mens opum graria viram negligit, & pauper viuit vt diues moriatur. Ergo a 3. Idus Nouembris ad 6. Idus Mart. maria clauduntur, vt ait Veget. 1. de re milit. & L. ciuitas. de off.rect.pr.

Piratæ primi nauigationem tempore hiberno agitarunt.

Maria clauſa a 3. Idus Nouemb. ad 6. Idus Martij.

2 CORCYRAM INSVLAM.] Phæacum patriam vocat Satyricus: Dionyſius ſolum Alcinoi, quod pingue vocat. Tibullus lib.1.

Corcyra Phæacum patria.

Me tenet ignotis ægrum Phæacia terris.

Et nota eſt illa inſula Homeri verſibus. A qua nominati Corcyræi Neptunij prædones, nos vocamus *Corſaires.* Et ſane tota illa ora latrociniis infeſtiſſima olim. nam Liuius Iſtricos & Illyricos prædones memorat, pro ſæuis & crudelibus. Et non longe ab vrbe Dyrrachio, quam tabernam Italiæ vocat Catullus; vrbs bene munita quondam, ſed poſtea multas calamitates experta.

A Corcyra Corcyræi piratæ dicti.

Prædones Illyrici.

Vbi Calabria.

3 CALABRIÆ.] Quæ in extrema ora Italiæ. nam *omnis Italia*, ait Salluſtius in fragm. *coacta in anguſtias, ſcinditur in duo promontoria, Brutium, & Salentinum*: At Salentini in Calabria; quam *æſtuoſam* vocat Horatius lib. 1. od. 31.

Non æſtuoſæ grata Calabriæ
Armenta.

Armentoſa.

Eſtque cincta Hadriatico mari. Idem.

Hadrio cincta.

Fretis acrior Hadriæ
Curuantis Calabros ſinus.

Et Silius lib.8.

Additur his Calaber Salentinæque cohortes.

Ora amœna, ſed vitiis, quia deliciis, plena.

4 VBI PRIMVM EX ALTO VISA CLASSIS.] Sed quomodo internoſci potuit ex alto, in quo aliæ naues? ex atratis velis ſcilicet. Catullus.

Funeſtam antennæ deponant vndique veſtem,
Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes.

Nam vela alba vbi omnia fauſta. Ouid. Phyllis Demophoonti.

—— ſæpe putaui
Alba procelloſos vela referre Notos.

Et Homerus Iliados α.

—— ἱςία λευκὰ πέτασαν.

Alba vela extenderunt. hoc enim velorum epithetum eſt. De atratis velis ſatis nota eſt Ægei mors ex Hygino & Plutarcho in Theſeo, qui ex nigro velo exiſtimans Theſeum interiiſſe, dedit ſe præcipitem mari, quod poſtea Ægæum ab illo dictum. Ita ergo Agrippinæ funeſta claſſis internoſci potuit velorum atratis ſupparis. Nec omitto ſub Alexandro Magno incepiſſe velorum varios colores, quos Indi mirabantur: & purpurea vela Cleopatræ mirati ſunt Ionij fluctus in Actiaca pugna.

5 MOENIA.] De mœnibus ad proſpectum Homerus Iliados ζ.

Τοῖοι ἄρα Τρώων ἡγήτορες εἵατ' ἐπὶ πύργῳ.

Tales Troianorum proceres ſedebant in turri.

Et Iliados 22. facit Andromachen *e muris conſpicientem Hectorem mortuum ab Achille tractum.* Virgil. 7. Æn. de Camilla.

Illam omnis tectis agriſque effuſa iuuentus,
Turbaque miratur matrum & proſpectat euntem.

6 TECTA.] *Tectum* ſuperior pars domus quæ plana erat & ſine faſtigio. Nam faſtigia ſolis diis aut hominibus illuſtriſſimis & diis ſimilibus. Ideo omnia templa deorum faſtigiata, omnes ciuium domus planæ & ſine faſtigio. Quod planæ eſſent domus ciuium, nota eſt Senecæ patris conqueſtio. *Num viuunt contra naturam qui pomaria in ſummis turribus ſerunt? quorum ſiluæ in hortis domorum ac faſtigio nutant? inde ortis radicibus quo improbe cacumina*

Tectum quid ſit.

Horti in cacuminibus domorum. Et nemora.

egiſſent? Et alibi. *Alunt in ſummis domorum cacuminibus mentita nemora & nauigabilium piſcinarum freta.* Euſtathius in 10. Odyſſ. ait cacumina domorum aggeſtam ſuper trabes terram habuiſſe; & in eiuſmodi tectis cubari potuiſſe. Domus Iulij Cæſaris Romæ faſtigiata fuit ob celſitudinem viri. Nam vbi de ſomnio vxoris eius: *Collabi faſtigium domus eius Cornelia vxor ſomniauit.* & Cicero 2. Philipp. *Non maiorem honorem Cæſar conſequutus eſt ab Antonio, quam vt haberet puluinar, ſimulacrum, faſtigium.*

Solaria.

Solaria vocabant & ἡλιακά. L. pen. Cod. de ædif. priu. Suet. in Claud. cap. 10. *Prorepſit ad ſolarium proximum.*

Cœnacula.

Cœnacula etiam. Quod vero e tectis proſpectarent, vide D. Hieron. in Epitaphio Fabiolæ, epiſt. 30. *Non porticus, non imminentia deſuper tecta capere poterant proſpectantes.* Virg. lib. 12. Æn.

Iret vt ad muros, vrbique aduerteret agmen
Ocyus.

Et octauo.

Stant pauidæ in muris matres, oculiſque ſequuntur
Pulueream nubem & fulgentes ære cateruas.

Mœror ſuper mortuum.

7 MOERENTIVM TVRBA.] Sic Pedo de morte Druſi ad Liuiam ſcripſit.

Obuia turba fuit, lachrymiſque rigantibus ora
Conſulis erepti publica damna refert.
Omnibus ijdem oculi; par eſt concordia flendi.
Funeris exequiis adſumus omnis eques.

Et certe Plinius lib. 11. cap. 37. de oculis lachrymantibus dicit præclare. *Profecto in oculis anima habitat. Ardent, intenduntur, humectant, conniuent. hinc illæ miſericordiæ lachrymæ. Hos cum oſculamur, animum ipſum videmur attingere.* Illa autem turba mœrentium ſuos ritus habuit: Quippe ſolebant mœrentes ſuum caput deturpare, tam apud Græcos, quam Iudæos, & Romanos. Apud Iudæos. Iob 2. *Sciſſis veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum.* Et Catullus de nupt. Pelei & Thet. idem refert apud Græcos:

Deturpatio capitis. Sparſo puluere.

Canitiem terra, atque infuſo puluere fœdans.

Et Papinius.

—— hauſtaque informis arena
Queſtibus implet agros.

Proſtratione.

Ouidius 1. de Triſtibus de vxore in luctu ante lares procumbente & pauimentum verrente.

Illa etiam ante lares ſparſis proſtrata capillis
Contigit extructos ore tremente cibos.

Laceratione genarum.

Et Tullius 3. quæſt. Tuſc. *Pædores muliebres; lacerationes genarum; pectoris, femorum, capitis percuſſiones.* Et Papinius.

—— ſedet ipſe exutus honore
Vittarum nexu genitor, ſqualentiaque ora
Sparſus, & incultam ferali puluere barbam.

Et lib. 6. *—— ipſe regeſta*
Parthenopæus humo, vultumq. oculoſque madentes
Obruit.

Claud. 2. in Eutrop. vbi de Romanis.

Canitiem raram largo de puluere turpat,
Et lachrymis rugas implet anile gemens.

Prudentius in Hymno ieiunantium.

—— proque gemma, & ſerico
Crinem fluentem ſordibus ſpargit cinis.

Iudæi in fletu nudipedibus. Sacco induti.

D. Hieron. epiſt. 25. ad Paulam, de luctu Iudæorum. *Flentes hodie Iudæi, & nudatis pedibus, in cineres volutati, ſacco incubant: & ne quid deſit ſuperſtitioni, ex ritu vaniſſimo Phariſæorum, primum cibum lentis accipiunt.* Et Eſaias de Aſſur, id eſt de Aſſyriis multo breuius cap. 21. *Vocabit ad fletum, ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum ſacci.* Nam hæc erant luctus ornamenta: quod idem vates cap. 4. *Erit pro ſuaui odore fœtor; pro Zona funiculus; pro criſpante crine caluitium; pro faſcia pectorali cilicium.* Quæ omnia ſunt de viris puluere ſordidis. Idem de fœminis. nam Claudianus de raptu Proſerpinæ 3.

Tum laceras effuſa comas, & puluere canos
Sordida, ſidereæ raptus lugebat alumnæ.

Laceratio crinium.

Lacerabant etiam *crines.* Papin. Theb.

Flebilis interea vacuis comitatus ab Argis;
Fama trahit miſeras, orbæ, viduæque ruebant
Inachides, ſeu capta manus, ſeu vulnera cuique,
Par habitus cunctis; deiecti in pectora crines,
Accinctique ſinus, manant lacera ora cruentis
Vnguibus, & molles planctu creuere lacerti.

Pauimenti abſterſio crinibus.

Apul. 4. Met. *Quid lachrymis inefficacibus ora mea veneranda fœdatis? quid laceratis in veſtris oculis mea lumina? quid canitiem ſcinditis? quid pectora? quid vbera ſancta tunditis? Verrebant* etiam *crinibus templi humum, & aras.* Sat. 9. Theb.

Et aræ.

—— etiamnum in limine ſacro
Expoſitum, & gelidas verrentem crinibus aras
Linquit.

Silius lib. 6.

Templa verrentes matronæ.

Aſt aliæ laceris canentes crinibus, alta
Verrunt tecta Deum, & feris poſt fata ſuorum
Sollicitant precibus: requiem tenebræque dieſque
Amiſere.

Sic Liuius lib. 13. *Stratæ paſſim matres, crinibus templa verrentes.* Et hoc in luctu. D. Hieron. ad Paulam epiſt. 25. *Sancta Melania, calente adhuc mariti corpuſculo, duos filios amiſit. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, ſparſis crinibus, veſte conciſſa, lacerum pectus inuadere?* Quin in *ſanguine* occiſi amici aut parentis *comas* mulieres *deturpabant.* Papin. 3.

Hæ preſſant in tabe comas.

Oſcula data vulneribus.

Et *oſcula vulneribus dabant.* Silius.

Oſcula vulneribus figunt, ſuperoſque fatigant.

Hæc ergo mœrentium ſpecies apud Iudæos, Græcos, & Latinos. At nos Chriſtiani non lugemus defunctos, ſed perfunctos vitæ munere gaudemus. ad meliora tranſiiſſe.

8 SILENTIONE AN VOCE ALIQVA.] De *voce* notum ex Plauto in Sticho.

Ita me dij bene ament, meaſque mihi bene ſeruaſſint filias,
Vt mihi volupe'ſt, Pamphilippe, quia vos in patriam domum
Rediiſſe video re bene geſta ambos, te & fratrem tuum.

Et idem in Amphitruone.

ALC. *Ecaſtor equidem heic aduenientem illico*
Et ſalutaui & valuiſſeſne vſque exquiſiui ſimul,
Mi vir, & manum prehendi, & oſculum retuli tibi.

Silentium.

De *ſilentio.* Mœſtitiæ comes eſt ſilentium. Iob 2. *Sederunt cum eo in terra ſeptem diebus & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem eſſe vehementem. Poſt hæc aperuit Iob os ſuum.* Et Tacitus dolori & mœſtitiæ

iungit

iungit ſæpe ſilentium. *Modo per ſilentium mæſtus.*

9 Non alacri, vt adſolet, remigio.] Nam nautæ adpulſi celeumata alacria edunt, & voces iucundas quales ſunt hæ, Terram video. deinde feſta fronde, verbenis & velleribus naues ornabantur. Virg.

Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

Et lib. 6.

——iuuenum manus emicat ardens
Littus in Heſperium.

10 Feralem vrnam tenens.] Sinu videlicet, de quo dixi ſupra lib. 2. nunc dicam de vrna. Gellius lib. 7. cap. 5. vbi de Paulo hiſtrione. *Athenis*, inquit, *Electram Sophoclis acturus, geſtare vrnam quaſi cum oſſibus debebat.* Sic Martialis lib. 9. epig. 78.

Abſentem patri prætulit vrna rogum.

Et Dio vbi de Caligula lib. 59. ait, *Agrippinæ Lepidi oſſa in vrna dediſſe, iuſſiſſeque vt eam in ſinu per omnem viam, Romam vſque deferret.* Sed quomodo diſcreti cineres & oſſa defuncti a regiis cineribus? forte quia lino viuo inuoluerentur, quod integrum manet etiam intra flammas violentiores. Plinius lib. 19. cap. 1. Forte etiam quod arcis lapideis includerentur quibus vſta cadauera ſolos haberent defuncti cineres. Plinius autem de lino ita. *Regum inde funebres tunicæ corporis fauillam ab reliquo ſeparant cinere.* De arca lapidea, vbi de ſarcophago lapide: *Corpora condita in eo abſumi intra 40. diem.* Et hæc Plinius. Et Græci vocant ἀμίαντον, *linum*, quod flammis reſiſtit. Hæ vero vrnæ aliquando ex auro, vt dixi de martyrum cineribus ex D. Hieron. & ex Valerio, *Oſſa Pyrrhi aurea vrna incluſit.* & Capitolinus in Seuero. *Aliqui vrnulam auream tantum fuiſſe dicunt Seueri reliquias continentem.* Quod vſitatum Græcis. Nam Homerus Il. 24. ait Hectoris oſſa albentia ὀστέα λευκὰ collecta extinctis rogis & repoſita χρυσείην ἐς λάρνακα, *in auream vrnam*, purpureis peplis opertam. Aliquando ex argento, vt Romæ vrna Æmilij Pauli Papiniani Iuriſconſulti & Præfecti Prætorio, a ſenibus parentibus data. Sullæ Romani corpus lectica aurea delatum per Italiam more Regum, cum multa tibicinum copia equitumque & populorum multitudine humi datum. Cætera ex Plutarcho in Sulla. Aliquando ex *lapide alabaſtrite.* Herodianus enim lib. 3. Seueri reliquias alabaſtro conditas ait, & Romam allatas. licet Spartianus referat ex auro fuiſſe. Priſco autem æuo, non dubito quin *ex fictili* eſſent, vt conditoria defunctorum, cum & ſimpuuia, & vaſa Deorum tunc ex fictili. Plinius lib. 35. cap. 12. Et Iuuenalis quem emendo, hæc declarat hoc verſu.

Cum tamen a figulis munitam intrauerit vrbem.

Vbi lego *vrnam*, id eſt *ſepulchrum.* Plinius. *Quin & defunctorum ſeſe multi, fictilibus doliis condi maluere. Sicut M. Varro.* lib. 35. cap. 12. Poſtea creſcente luxuria, æs, aurum, & argentum, & alabaſtrum, lapideſque pretioſi locum habuere. nam, vt inquit Perſius Sat. 2.

Aurum, vaſa Numæ, Saturniaque impulit æra,
Veſtaleſque vrnas, & Thuſcum fictile mutat.

Scio *Chernitem lapidem*, ebori ſimilem, quo Darius conditus eſt, vſitatum olim fuiſſe. Et Porum in Pario lapide ſepultum, marmori candore ſimilem, & duritia admirabilem. Quid ſi etiam adhibitum fuerit vas plumbeum, quod ſeruandis vnguentis, quibus illi cineres madent, ſit aptiſſimum? Strabo ait Corinthi, cum Mummij milites etiam ſepulchra rimarentur, plurima inueniſſe fictilia oſtraceaq. toreumata, permulta etiam ænea. In his enim defunctorũ ſupellex. Non omitto hæc conditoria, *olla* vocata fuiſſe. Nam ita Interamnæ. Avilia. Hilara. olla. donata. Aliquando *conditoria.*

11 Defixit ocvlos.] In turbam ſcilicet adſtantem & mœrentem. Nam vt ait Seneca, *ſine ſpectatore plerumque ceſſat dolor.* Sed addit: *Nos vt in aliis rebus, ita in hoc quoque hoc vitium ad plurium exempla componi: nec quid oporteat, ſed quid ſoleat aſpicere. A natura diſcedimus, populo nos damus, nullius rei bono authori, & in hac re ſicut in omnibus inconſtantiſſimo.* Hæc Seneca epiſt. 99. Tamen Agrippinæ non fictum, ſed verum autumo fuiſſe dolorem.

[1] Miſerat duas prætorias cohortes Cæſar, addito vt magiſtratus Calabriæ, [2] Apulique, & [3] Campani, ſuprema erga memoriam filij ſui [4] munera fungerentur. Igitur tribunorum, centurionumque humeris cineres portabantur. Præcedebant [5] incompta ſigna, verſi faſces, atque [6] vbi colonias tranſgrederentur, atrata plebes, [7] trabeati equites, pro opibus loci [8] veſtem, [9] odores, aliaque funerum ſolennia cremabant. Etiam quorum * diuerſa oppida, tamen obuij, & victimas, atque [10] aras Diis Manibus ſtatuentes, lacrymis, & [11] conclamationibus dolorem teſtabantur. Druſus [12] Terracinam progreſſus eſt, cum [13] Claudio fratre, liberiſque Germanici, qui in vrbe fuerant. [14] Conſules, M. Valerius, & C. Aurelius (iam enim magiſtratum occeperant) & ſenatus, ac magna pars populi [15] viam compleuere, diſiecti, & vt cuique libitum, flentes. Aberat quippe adulatio, gnaris omnibus lætam Tiberio Germanici mortem male diſſimulari. Tiberius atque [16] Auguſta [17] publico abſtinuere, inferius maieſtate ſua rati, ſi palam lamentarentur. [18] Anne

Romanorum principum funera magnifice culta.

* diſperſa

Amorem teſtantur.

Palam lamentari principi indecorum.

Satius latere domi.

Ne falſi intelligerentur.

omnium oculis vultum eorum ſcrutantibus falſi intelligerentur? Matrem Antoniam non apud autores rerum, non diurna actorum ſcriptura, reperio vllo inſigni officio functam, cum ſuper Agrippinam, & Druſum, & Claudium, cæteri quoque conſanguinei nominatim perſcripti ſint: ſeu valetudine præpediebatur, ſeu victus luctu animus magnitudinem mali perferre viſu non tolerauit. Facilius crediderim, Tiberio & Auguſta, qui domo non excedebant, cohibitam: vt par mœror, & matris exemplo auia quoque & patruus attineri viderentur.

Tiberius & Liuia ſub matris & auiæ vero mœrore falſas lachrymas tegunt.

Princeps domi ſilet & ſedet.

Matris & auiæ prætextu quæ ablitæ.

1 Miserat dvas prætorias cohortes.] Poeta de iſto more, ita in funere Pallantis.

—— toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui ſupremum comitentur honorem,
Interſintque patris lachrymis.

Comitatus funereus.

Nam lugeri a multis, multum eſt defunctorum ſolatium, dicebant Pagani. Olim exequiæ nobiliores Romæ, quibus omnes intererant ordines. Apul. lib. 8. *Funus toto feralem pompam proſequente populo deducitur ad ſepulturam.* Et Tacit. 4. de Lucillio Longo. *Omnium Tiberio triſtium lætorumque ſocius vnuſque e Senatoribus Rhodij ſeceſſus comes. Itaque quanquam nouo homini cenſorium funus, effigiem apud forum Auguſti publica pecunia patres decreuere.* Quod honorabile defunctis & viuis mortalibus deſiderabile.

Apulia inaniſſima pars Italiæ.

2 Apvliqve.] Silius lib. 11. de Apulis.

—— ambiguus fallax mox Apulus armis.

Pars eſt Italiæ Apulia, & inaniſſima pars eius, ait Cicero 10. ad Attic. Ideo Seneca epiſt. 87. *deſerta Apuliæ* memorat. Quæ inſalubris regio, ſaltuoſa, & venationi apta. Ideoque Satyricus *canem* Apulam notat, vt Horatius *lupos*.

—— ſed prius Apulis
Iungentur capreæ lupis.

Horatius Sat. 5. lib. 1.

Incipit ex illo montes Apulia notos.

Italiæ pars non inſuauis quam Dauniam quondam dixere Græci, ait Strabo lib. 5. non frugibus quæſtuoſam, ſed ſaltibus vmbroſam.

Campanus ager terræ pulcherrimus.

Capua aratorum receptaculum.

Nundinæ ruſticorum.

3 Campani.] Florus 1. lib. cap. 16. *Omnium non modo in Italia, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt. nihil mollius cœlo. denique bis floribus vernat. nil vberius ſolo.* Ideo Campanum agrum vocat Cicero *orbis terræ pulcherrimum*, pro Lege Agraria. Et idem eodem; *Capuam receptaculum aratorum, ruſticorum nundinas, cellam, atque horreum Campani agri, eſſe voluerunt.* Plinius *fœlicem* vocat, lib. 3. cap. 5. *notum vbertatis fama*: nam ibi virtus Annibalis fracta, non armis, ſed luxu. Sic enim ait Seneca epiſt. 51. *Vim Annibalis hiberna ſoluerunt, & indomitum illum niuibus atque Alpibus virum eneruarunt fomenta Campaniæ.* Sic ſole tepente, non frigore vigente, gelu ſoluitur.

4 Mvnera fvngerentvr.] Non noue, nec ex Latinitatis portento: quippe ita Plautus in Trinummo.

Sequere, mea nata, vt munus fungaris tuum.

Et in Aſinaria. *—— munus adoleſcentuli Fungare.*

Et noſter infra lib. 4. *hominum officia fungi.* Quippe varius fuit in hoc ſermone modus.

In luctu inuerſa omnia.

5 Incompta signa, versi fasces.] In luctu enim omnia inuerſa. Et adeo affectata illa peruerſitas, vt etiam in defunctorum inſcriptionibus monumentariis litteras inuerterent. Nam in illo veteri tumulo exemplum. Ↄ. Tibvllvs. C. Sempronii. F. Mamercvs. L. Nepos. pro C. Tibvl. littera C inuerſa. Et hic locus vt alij multi monent nos in illo Plin. loco lib. 18. cap. 12. legendum, vbi de faba, *Peruerſe ſeri.* Nam de faba loquitur quæ funebris. Ideo ſeritur peruerſe. Et locus eſt apud Theocritum. Sic Seruius ad illum verſum Virgilij,

—— & verſis Arcades armis.

Lugentum, inquit, *more, mucronem haſtæ, non cuſpidem, contra terram tenentes.* Virgilius 1. Æneid.

—— verſa puluis inſcribitur haſta.

Sic Iuuenal. Sat. 1.

—— latum media ſulcum deducit arena.

Strias vocat Varro 1. de re Ruſt. *Qua aratrum vomere lacunam ſtriam facit, ſulcus vocatur.* Inde *ſtriatæ columnæ* quas vocamus *Colomnes crenelees.* & *ſulcatas columnas* iure diceremus. Euſebius de funere Conſtantini. Dixi iam de decurſionibus funerum, ſolere ad læuam fieri, non ad dextram, contra morem & ordinem decurſionum. Etiam contra ordinem Conſules vulgari ſede, non pro tribunali ſederunt. Dio enim in funere Auguſti lib. 56. ait, *Conſules loco ſolito non ſediſſe, ſed in ſubſelliis Tribunorum Pleb.* Quod Tacitus 4. Annal. confirmat. *Conſules ſede vulgari, per ſpeciem ſedentes.* Etiam *ſolito veſtitu* ait *Senatum non fuiſſe vſum.* nam Senatores equeſtri habitu proceſſerunt, & magiſtratus Senatoria prætexta, vt in Sullæ exequiis. Etiam *Conſules in trabea.* Quod mirum hoc æuo. Sic Claudian. 2. in Ruffin.

Omnia ceſſerunt Eunucho conſule monſtra.
Heu terræ cœlique pudor! trabeata per vrbes
Oſtentatur anus, titulumque effœminat anni.

Quippe Eunuchus tum Conſul. Dio 72. vbi de Commodo Imperatore, hoc ſenſu. *Cum eſſet obiturus munus gladiatorium, nos equeſtri veſte, & penula introduci iuſſit in theatrum: quo habitu, nunquam ante theatrum ingreſſi ſumus, niſi princeps e vita deceſſiſſet.* Et ſane apud eundem Ciceronem lego in Reip. calamitate, Senatoria veſte abiecta, induiſſe ſe habitu equeſtri, lib. 38. Quod in periculis Reip. fieri, idem docet lib. 39. Addo, vt omnia inuerſa putes, etiam in funere, *libauiſſe Diis inferis, poculo inuerſo, &*

ſuperis,

ſuperis, *ſemper ſupino.* Et ſi Ioui ſacrificarent, hoſtiæ porrecto in cœlum iugulo mactabantur: ſi Plutoni, demiſſo in ſcrobem. Etiam *auerſo vultu*, rogum accendebant propinqui: & *auerſa manu*, reſpergebant vino focos, & ſepulchra. In feralibus etiam incantamentis, illa auerſione vtebantur. Virg. Eclog. 8.

Fer cineres Amarylli foras, riuoque fluenti,
Tranſque caput iace.

Nemeſianus. ——*Ter thure vaporo*
Luſtrauit, cineresque auerſa effudit in amnem.

Et Valerius Flaccus libr. 7.

-- *luſtramina Ponto*
Pone iacit, rapidis adolentur cætera flammis.

Poſſem heic inſerere quod de peruerſa toga dixit Seneca, niſi iam attigiſſem. Sed addo, in omni malo Reip. ſucceſſu, ſolere faſces inuerti. Quod notat Tertullian. aduerſ. Pſych. vbi de Ethnicorum ταπεινοφρονεῖν. *Magiſtratus purpuras ponunt, faſces retro auertunt, precem indicant, hoſtiam inſtaurant.* Papinius autem de iſta peruerſitate, non faſcium tantum, ſed facium, libr. 5. Nam faces & faſces auertebant.

Motus Hymen, verſæque faces, & frigida iuſti
Cura tori.

Nam infauſto matrimonio faces auertebant In ſumma, ibi peruerſitas vbi mortui planctus & calamitas.

6 Vbi colonias transgrederentvr.] Suetonius de iſto more cap. 1. Claud. *Corpus eius per municipiorum coloniarumque primores ſuſcipientibus obuijs ſcribarum decurijs ad vrbem deuectum.* Itaque ſic Pedo ad Liuiam.

Colonia principum funus ducentes.

Funera ducuntur Romana per oppida Druſi,
Heu facinus, per quæ victor iturus erat:
Per quæ deletis Rhetorum venerat armis;
Hei mihi quam diſpar tunc fuit illud iter.

Diſpar certe, quia quem triumphantem expectabat, in vrna vidit iacentem; nec totum, ſed partiarium; nec hominem, ſed cinerem.

7 Trabeati eqvites.] An ergo inter atratas plebes illi equites in trabea, quæ ex purpura & cocco? non puto. Exiſtimoque tunc trabeas fuiſſe atratas, & ex nigro colore, ſed habuiſſe formam trabearum, quæ veſtimenta erant primū Regia, poſtea militaria & peculiaria equitibus Romanis, a trabibus intextis diſcoloribus, ex purpura & cocco. Bayfius de re Veſtiaria. nos dicimus *des Bandes.* Quamquam & Deorum & Regum & Ducum & Augurum trabea erat, ſi credimus Grammaticis. Eunapius in vita Iuliani, ait Trabeas proconſulum fuiſſe purpureas. Reges etiam Trabeati. Nam Virgilius ait de Pico rege 7. Æneid.

Ipſe Quirinali lituo paruaque ſedebat
Succinctus trabea.

Veſtes in funere.

8 Vestem.] Hac veſte, aut defunctum ornabant, crematuri; aut in defuncti rogos veſtem iaciebant, ambuſturi; aut cum veſte ſarcopagho imponebant, condituri. Virgil. 11. Æneid.

Tum geminas veſtes oſtroque auroque rigentes
Extulit Æneas: quas illi læta laborum
Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.
Harum vnam iuueni ſupremum mœſtus honorem
Induit; arſuraſque comas obnubit amictu.

D. Hieronym. in tradit. Hebr. vt Hebræum morem non præteream, ait *Notandum eſſe quod regibus cauſa reuerentiæ, combuſtiones veſtimentorum & aromatum fiebant.* Quod docet hunc morem antiquum valde. Nam 2. Paralip. cap. 16. *Sepelierunt eum in ſepulchro ſuo, quod foderat ſibi in ciuitate Dauid; poſueruntque eum ſuper lectum ſuum, plenum aromatibus, & vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia.* De Græcis Homerus Il. 22. inducit ita Andromachen loquentem in morte Hectoris.

-- ἀτὰρ τοι εἵματ' ἐνὶ μεγάροισι κέονται
Λεπτά τε καὶ χαρίεντα τετυγμένα χερσὶ γυναικῶν.
Ἀλλ' ἤτοι τάδε πάντα καταφλέξω πυρὶ κηλέῳ.
Atqui tibi tot veſtimenta in ædibus iacent,
Tenuiaque & venuſta, facta manibus mulierum.
Sed certe hæc omnia cremabo igne infeſto.

De Romanis. Valerius lib. 5. cap. 5. vt redeam ad Romanos vſus, ita ſcribit de fratre, qui fratrem in Settorij caſtris interemerat imprudens. *Prope caſtra tranſtulit, & pretioſa veſte opertum, rogo impoſuit.* Erant etiam veſtes, quibus non cremanda corpora amiciebantur, ſed condenda. Nam Plinius ipſe ſcribit libr. 30. cap. 17. vbi de aſcio lapide, *Corpora defunctorum condita in eo abſumi, intra 40. diem, exceptis dentibus. etiam ſpecula, & ſtrigiles, & veſtes, & calciamenta illata, omnia lapides fieri.* De veſtibus in rogum coniectis, Suetonius in Iulio cap. 84. *Tibicines, & ſcenici artifices, veſtem, quam ex inſtrumento triumphorum, ad præſentem vſum induerant, detractam ſibi, & diſciſſam, iniecere flammis.* L. vlt. §. vlt. de aur. & arg. leg. *Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcunque ſepulturæ meæ cauſa feram (lego ſeruaui) ex ornamentis lineas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis.* Et Tacit. de morib. Germ. *Struem rogi, nec veſtibus, nec odoribus cumulant.* Et ita interpretor noſtrum Iuriſconſultum L. veſtis. de aur. & arg. leg. cum ait: *Veſtimenta ſunt, quæ amiciendi, inſternendique, inijciendi, accubandique cauſa comparata ſunt.* Nam non modo vt accubantibus aut dormientibus inijciantur, ſed etiam in funere, vt inijciantur rogo cremandi. Quemadmodum etiam ſub nomine *inſternendi*, non ſolum ea veſtimenta intelligit, quibus lecti inſternuntur, ſed & ea, quibus, principibus aduenientibus, parietes & viæ ſternebantur, vt Saluatore Hieroſolymam ingrediente. fuit enim hic mos apud veteres, de quo Vopiſcus in Aureliano: *Ita pallium purpureum quod in honore eius expanſum fuerat decidit vt humeros eius tegeret.* Et de veſtimentis quæ ſternebantur aduenientibus in ciuitates principibus, ita Claudian. in Nuptijs Honorij & Mariæ.

Interpretatio L. veſtis. de aur. & arg. leg.

Stratoria veſtimenta.

Strata aduenientibus principibus veſtes.

Pars intecta croco velamina lutea Serum
Pandite, Sidoniaſque ſolo proſternite veſtes.

Et Plutarchus docet in Pompeio, & in Catone, ni fallor. Sic veſtimenta ſua, ſub pedibus Iehu, principes Iſrael poſuerunt, & acclamauerunt, *Viuat Rex.* 3. Reg. Etiam in ſpectacu-

lis aduenicnte principe deponebant lacernas, & aſſurgebant. Suetonius in Claudio. Et quidam etiam ex Chriſtianis detracta veſte orabant ad maiorem reuerentiam. Tertullian. libr. de Orat. quod ille non probat. Sic depoſitio veſtis, erat honoris præſtatio. Quod Suetonius oſtendit in Auguſto Dictaturam refutante, & genu flexo togam deponente.

9 Odores.] In ſepulturis odores varij. Nam ſepultura vt vnguine odoro perfuſa, ita ipſa corpora odoribus condita & perſperſa. Plinius libr. 13. cap. 1. *Is honos, & ad defunctos pertinere cœpit, & ſepulchra vnguentis perfuſa, vt corpora.* Idem 12. cap. 12. *Beatam Arabiam fecit in morte hominum luxuria, quæ Dijs intellexerat genita, adhibens vrendis defunctis.* Tertullian. in Apolog. *Sciunt Sabæi, pluris, & charioris ſuas merces Chriſtianis ſepeliendis profligari, quam Dijs fumigandis.* Et idem de reſurr. Carn. *Corpora medicata condimentis ſepulturæ Mauſoleis & monumentis ſequeſtrantur.* Lex etiam 12. Tabul. de illis odoribus canit, dum vetuit, *ne myrrhata potio mortuis inderetur; neue ſumptuoſi reſperſio fieret*, (lego *neue ſumptuoſior reſperſio fieret.*) Et ſumptuoſior erat, quæ conditionem heredis aut ſepelientis excedebat. Cato in ſepeliendo fratre nullis ſumptibus pepercit: ſed in vnguentis valde multa impendit, ait Plutarchus in Catone. Et hunc morem tangit Perſius his verſibus Sat. 3. Tabula 12. emendata.

Hinc tuba, candelæ; tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit.

Et in Euangelio de vnguento illo fragranti, ex ſpica nardi effuſo in caput Saluatoris. *Hæc*, inquit, *ad ſepeliendum me fecit.* libro 2. Paralip. de Aſa rege. *Poſuerunt eum ſuper lectum ſuum, quod erat plenum aromatibus & vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia.* Erat autem cedrinum vnguentum valde nobile condendis corporibus. *Cedri ſuccus*, inquit Plinius libr. 24. cap. 5. *defuncta corpora incorrupta æuis ſeruat, viuentia corrumpit, magna differentia; cum viuentibus vitam auferat, defunctis pro vita ſit.* Plautus tangit iſtis verſibus odoramentorum genera, quæ vt in vita, ſic in morte fuere in delicijs.

Omnium odor vnguentorum præ tua nautea eſt.
Tu mihi ſtacte, tu cinnamum, tu roſa,
Tu crocum, & caſſia es, tu bdellium.

Sed ſcriptura ſacra multo clarius, cap. 31. Exod. vbi aromatum ſpecies recenſentur, quæ in conficiendis vnguentis. Et Martialis clare iſto epigrammate 55. lib. 11. in quo de ſepultura.

Vnguenta, & caſias, & olentem funera myrrham,
Thuraque de medio ſemicremata rogo.
Et quæ de Stygio rapuiſti cinnama lecto,
Improbe de turpi, Zoile, redde ſinu.
A pedibus didicere manus peccare proteruæ.
Non miror furem, qui fugitiuus eras.

Apuleius 1. Apolog. *Nec tamen idcirco omnia ad nequiorem ſuſpicionem trahuntur, etſi thus, & caſiam, & myrrham, cæteroſque id genus odores funeri tantum emptos arbitreris, cum & medicamento parentur, & ſacrificio.* Papinius in Epicedio Pileti Vrſi.

-- odoriferos exhauſit flamma Sabæos
Et Cilicum meſſes, Pharijque exempta volucris
Cinnama, & Aſſyrio manantes gramine ſuccos.

Erat ex thure alterum odoramenti genus, in cremandis corporibus. Nam ita Plinius libr. 12. cap. 18. vbi de Arabia. *Beatam & eius odoribus, fecit hominum etiam in morte luxuria, quæ Dijs intellexerat genita, adhibens vrendis corporibus. Periti rerum aſſeuerant non ferre tantum anno fœtu, quam Nero princeps, nouiſſimo Poppeæ ſuæ die, concremarit.* Non ſileo & florum ſparſionem, alterum genus odoris. Nam ita Plinius in loco corrupto. *Florum quidem Populus Romanus honorem Scipioni tantum habuit, qui Serapio cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarij cuiuſdam negotiatoris. Ob id erat,* (lego, *Obijt dum erat*) *in tribunatu plebis admodum gratus, dignuſque Africanorum familia, nec erat in bonis funeris impenſa: Aſſes ergo contulit populus, quâque præferebatur, flores e proſpectu omni ſparſit.* Plinius correctus. Quippe in illa tumulatione ſparſiones, aut inſerti flores, aut ſoluti, inſerti coronis, faſciolis ex purpura, quas *lemniſcos* vocabant, aut ſoluti, & minime religati. Statius Epicedio in Glauciam.

Quod tibi purpureo triſtis rogus aggere creuit,
Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
Quodque Arabes, Pharijque (palam eſt, vidique) liquores
Arſuram lauere comam.

Sic Auguſtus, inquit Suetonius cap. 18. *corpus magni Alexandri prolatum e penetrali, cum ſubieciſſet oculis, corona aurea impoſita, ac floribus aſperſis, veneratus eſt.* Sic poſt fata virtus honorata gentibus & profanis. Quin mortuorum corpora corona capiti impoſita, & ex omni genere florum contexta honorabant. Quod indicat Iuſtinus martyr Apolog. 2. & non modo flore, ſed etiam fronde variarum arborum. Quod Varro docet dum ſcribit: *Cum ad ſepulchrum ferant frondes atque flores, addunt etiam lanam.* Forte legendum *lænam*, id eſt, laneam veſtem. Et erat habitus duplex qui ſupra tunicam veſtiebatur. Virgilius 4. Corpora aſperſa floribus.

-- Tyrioque ardebat murice læna.

Nam in funere veſtes ardebant, & quidquid erat in delicijs: quod tetigi ſupra.

10 Aras Diis manibus.] Cupreſſo ornatas. Nam funeribus cupreſſi, quæ ideo *atræ* dictæ. Virg. 6. Æneid.

Intexunt latera & ferales ante cupreſſos.

Et Ouid.

Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſo.

Et *vittis cæruleis*. vnde Virgil.

—— ſtant manibus aræ,
Cæruleis mœſtæ vittis.

Inuiſas cupreſſos vocat Horatius. Sed de his iam dixi.

11 Conclamationibus.] Mortui conclamabantur per interualla, *ne quis falleretur ſpiritu incluſo, putans mortuum eum qui viueret*, ait Seruius. Et Terentius ita intelligendus in his verbis. *Deſine, iam conclamatum eſt.* At

de illa

Eiulatio in luctu.

de illa conclamatione non heic agitur; ſed de obuiæ turbæ eiulatione. Eiuſque conclamationis apud Virgilium veſtigium eſt, in matre Euryali 9. Æn.

Euolat infœlix, & fœmineo vlulatu
Sciſſa comam, muros amens, atque agmina curſu
Prima petit: non illa virum, non illa pericli,
Telorumque memor: cœlum dehinc queſtibus implet.
Hoc fletu concuſſi animi: mœſtuſque per omnes
It gemitus.

Tunſa vbera.

Eſt etiam in Apuleio lib. 4. Met. *Quid infœlicem ſenectam fletu diutino cruciatis? quid ſpiritum veſtrum, qui magis meus eſt, crebris eiulatibus fatigatis?* Et idem lib. 5. *Ibi deflebant oculos & plangebant vbera, quoad crebris earum eiulatibus ſaxa cauteſque parilem ſonum reſultarent.* Parum viriles iſtas eiulationes vocat Horatius Epod. 1. Od. 10.

Et illa non virilis eiulatio.

Nam fœminatum eſt non virorum *eiulare.* Cicero Tuſcul. 2. *Eiulatus ne mulieri quidem conceſſus.* & hic nimirum fletus eſt quem 12. tabulæ in funeribus vetant adhiberi. Apud Ezechielem iſtæ conclamationes ſunt deſcriptæ, vbi de excidio Tyri. *Nautæ, & vniuerſi gubernatores maris, in terra ſtabunt, & eiulabunt ſuper te voce magna, & clamabunt amare, & ſuperiacient puluerem capitibus tuis & cinere conſpergentur.* Sed vulgo vulgariores ſunt eiulationes, & lamenta iſta. De quibus tamen Seneca vbi funera narrat & plebis eiulationes. *Stultius nihil eſt quam famam captare triſtitiæ.* quod verum.

Terracina oppidum Volſcorum.
Anxur dictũ.
In vertice montium & ſcopulis.

12. Terracinam.] Oppidum Volſcorum lingua *Anxur* dictum: de quo Silius lib. 8.

Queis Circæa iuga, & ſcopuloſi verticis Anxur,
Hernicaque impreſſo raduntur vomere ſaxa.

Horat. Sat. 1. lib. 1.

Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.

Martial. lib. 10.

Anxuris æquorei placidos Frontine receſſus.

Et idem eodem.

Anxur æquoreum.

--- æquoreis ſplendidus Anxur aquis.
Et non vnius ſpectator lectulus vndæ,
Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris.

Ergo *Anxur* in ſcopuloſo monte, velut ſpeculator maris & fluminis in mare procidentis.

Explicatus Tacitus.

13 Clavdio fratre.] Claudius eſt, quem poſtea fortuna, dum illudit humano generi, ad imperium euexit. *Quippe,* ait noſter, *fama, ſpe, veneratione potius omnes deſtinabantur imperio, quam quem futurum principem, fortuna in occulto tenebat.* Et vocat fratrem Druſi, quia Druſus eius ſororem duxerat Liuillam, quæ poſtea Seiano deſponſa. lib. 4.

Duo Meſſalæ Conſules.

14 Consvles M. Valerivs, et M. Avrelivs.] Duo Meſſalæ oratoris filij: de quibus dixi. Ille nomen familiæ retinens, hic per adoptionem, in Aureliorum familiam tranſlatus, & dictus M. Aurelius Cotta. Sub his fratribus conſulibus, factum fuit S.C. de quo in L. hos accuſare. D. de accuſat. Fuit & alterum, vt aiunt, de quo infra, vt Proconſules vxorum criminibus tenerentur. Sed non ea mihi mens. Tertium etiam fuit de quo l. 12. D. de accuſationib. §. ſi ſeruus. *Si ſeruus,* inquit, *reus poſtulabitur, eadem obſeruanda ſunt quæ ſi liber eſſet, ex S. C. Cotta & Meſſala conſulib.* Quod adnotaſſe Iuriſconſultis non erit ingratum.

S.C. ſub his Conſulib.

15 Viam complevere.] Sic Papinius.

Iam plangore viæ, gemitu iam regia mugit
Flebilis.

Nec abſurde gemebat Roma Germanicum, quem cœlum etiam inſolitis ignibus luxit, & facibus cœlo delapſis. Nam ſic Seneca Nat. quæſt. lib. 1. *Nec,* inquit, *Germanici mors, ſine tali denuntiatione fuit.* Ait enim. *Nos quoque vidimus non ſemel flammam ingentis pili ſpecie, quæ tamen in ipſo ſuo diſſipata eſt curſu.* Et ſæpe Principum fata ſidera prænuntiant, & prænuntiata ſæpe prima lamentantur.

Funebri pompa aderant mulieres.

16 Avgvsta.] Mulieres enim vrbanæ funera ſequebantur, vt dixi ſupra lib. 1. Sed heic etiam Principes fœminæ. Et Papinius confirmat lib. 6. Theba.

——Cinxere Lycurgum
Lernæi proceres, genitricem mollior ambit
Turba, nec Hypſipyle raro ſubit agmine.

Mulieres in funeris pompa ſeparatæ a viris.

Quo loci noto diſcretas à viris fœminas, vt apud Hebræos in progreſſu funeris, nec mixtim & glomeratim, ſed ſeorſum inceſſiſſe. Quod pompæ ordo poſtulat. Virg. lib. 3. de funere Polydori.

Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.

Vt ſcias Græcis & Latinis hunc morem fuiſſe quem Iliades Troia profugæ inuexerint. Idem poëta firmat lib. 11. in funere Pallantis. Sed mulieres riciniis vtebantur in funere. Varro apud Nonium. *Vt dum ſupra terram eſſent, riciniis lugerent.* *Ricinia* autem lugubres veſtes nigellæ. nam idem eodem: *in luctibus delicatiorem veſtem deponant, ricinia ſumant.* inde eſt apud nos *Rechiner* pro *lugere*, & vnus ex Andium priſcis Comitibus dictus eſt *Rechin* quaſi *Ricinius*, & lugubris malæque vir ſocietatis, nec iucundæ.

Abſtentio a publico poſt funus.

17 Pvblico abstinvere.] Poſt funeris deductionem, publico abſtinebant, præcipue fœminæ, quæ domi claudebantur. Iuuenalis de clauſa domo in funere.

Et domus occluſio.

Quandoquidem accepto claudenda eſt ianua damno,
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
Planguntur nummi, quam funera.

Apul. 4. Metam. *Et miſeri quidem parentes eius, tanta clade defeſſi, clauſæ domus abſtruſi tenebris, perpetuæ nocti ſe dedidere.* Epitaphium vetus Beneuenti. PARENTES. INFOELICISSIMI. AMISSIONE. EIVS. PERPETVIS. TENEBRIS. ET. QVOTIDIANA. MISERABILI. EIVLATIONE. DAMNATI. Sic in iuſtitio etiam clauſæ domus. Nam Tertullianus ait: *Balnea & tabernacula in nonam horam cluduntur.* contra Pſych. Idem Apul. lib. 1. Metam. deſcribit *flebilem matronam, foribus obſeptis, & in conclaui, relucentibus tantum funalibus, vmbroſa domo manentem.* Sed hæc abſtinentia *ex animi libidine, aut ex pietatis ratione,* ait l. Parentes. de his qui not. infam. D. id eſt ex lugentis voluntate, & ſecundum animi patientiam, id eſt, provt quiſque intentum dolorem ferre poterit.

Clauſæ domus in iuſtitio.
Vt in funere.

18 Anne.] Lege interrogando. *An ne omnium oculis, vultum eorum ſcrutantibus falſi intelligerentur?* Nam Dio 42. ridet ſimulationem Cæſaris, Pompeij fata lugentis viſo eius ca-

pite. Et ſane ex Taciti oraculo, *Nemo impenſius principem luget quam qui maxime lætatur.* Nero & Agrippina Claudium luxere plus diſſimulando quam plangẽdo. Dio idem ſcribit, Germanici funus omnibus dolori, ſoli Tiberio & Liuiæ, delectationi fuiſſe. Et quia oculis illa falſitas detegitur, recte dixit Gellius lib. 1. *Mores naturaſque hominum coniectatione quadam de oris & vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu ſciſcitari.*

Dies quo reliquiæ tumulo Auguſti inferebantur, modo [1] per ſilentium vaſtus, modo ploratibus inquies; plena vrbis itinera, [2] collucentes per campum Martis faces. Illic miles cum armis, ſine inſignibus magiſtratus, populus per tribus, concidiſſe Remp. nihil ſpei reliquum clamitabant, promptius, apertiuſque, quam vt meminiſſe imperitantium crederes. Nihil tamen Tiberium magis penetrauit, quam ſtudia hominum accenſa in Agrippinam, cum decus patriæ, ſolum Auguſti ſanguinem, vnicum antiquitatis ſpecimen appellarent, verſique ad cœlum ac deos, integram illi ſobolem, ac ſuperſtitem iniquorum precarentur. Fuere qui publici funeris pompam requirerent, compararentque quæ in Druſum patrem Germanici honora & magnifica Auguſtus feciſſet. Ipſum quippe aſperrimo hiemis, Ticinum vſque progreſſum, neque abſcedentem a corpore ſimul vrbem intrauiſſe: circumfuſas lecto [3] Claudiorum Iuliorumque imagines, defletum in foro, laudatum pro roſtris, cuncta a maioribus reperta, aut quæ poſteri inuenerint, cumulata. At Germanico ne ſolitos quidem & cuicunque nobili debitos honores contigiſſe. Sane corpus ob longinquitatem itinerum externis terris quoquo modo crematum, ſed tanto plura decora mox tribui par fuiſſe, quanto prima fors negauiſſet. [4] Non fratrem, niſi vnius diei via, non [5] patruum ſaltem porta tenus obuium. vbi illa veterum inſtituta? [6] præpoſitam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes & lacrymas, vel [8] doloris imitamenta.

Plebs quod ſentit de Rep. perdita profert.

Sed amor vulgi in Agrippinam pungit magis Tiberium.

Vulgi voces in Tiberium. Non feciſſe quod Auguſtus feciſſet olim.

Improuidæ voces vulgi non formidantis.

1 Per silentivm vastvs.] Quid ſi ita potius ſcriptum, *Per ſilentium mæſtus, modo ploratibus inquies*? Nam ſilentium & mœſtitia, comites. Et interdum noſter ſuam orationem ita componit, vt de mathematicis 1. hiſt. *genus hominum petentibus infidum,* (id eſt conſulentibus) *ſperantibus fallax.* Aliquando per oppoſita, vt Annal. 14. *modo per ſilentium defixus, ſæpe pauore exurgens.* Sed quid ſi legatur, *modo per ſilentium modeſtus, modo ploratibus inquies,* vt *modeſtus* opponatur *inquieti*? Apul. lib. 1. *inquieti procacitate præditum aſinum* dixit. Et ſilentium modeſtiam habet, ploratus inquietudinem. Tamen excuſa lectio, eſt Taciti vera ſoboles, qui in Agricola: *Vaſtum vbique ſilentium, ſecreti colles, fumantia procul tecta.* & lib. 4. Ann. *modo per vaſtum ſilentium*, quibus acquieſco. Nam ſtatim eodem libro: *Modo per vaſtum ſilentium incertos obſeſſores effecerat.*

Candelæ & faces in funere.

2 Collvcentes per campvm Martis faces.] Quæ funeribus adhibitæ ſemper. Lege Dionẽ, vbi de funere Auguſti, nam hæc ſcribit fuſe & luculenter. Apul. lib. 4. *Tedis, lucernis, cereis, ſebaceis, nocturni luminis inſtrumentis, clareſcant tenebræ.* Ouid. 3. Am. eleg. 8.

Funalia in mortualibus.

Ecce puer Veneris fert euerſamque pharetram,
Et fractos arcus, & ſine luce facem.

Idque in funere. Certe mortualia, ſemper funalia ſequuntur. Sic Virg. 6.

Auerſam tenuere facem.

Idque in funere. Et alter.

Funereæque dabant lumina mæſta faces.

Iſidorus. *Funus dictum a funibus accenſis quos ante feretrum papyris circundatos ferebant.* Habes veterum morem qui viget adhuc. Plinius 16. cap. 27. *Numerentur iure ſcirpi fragiles paluſtreſque, e quibus detracto cortice candelæ luminibus, & funeribus ſeruiunt.* Suetonius in Calig. 13. *Quamuis lugentis habitu & funus Tiberij proſequens, tamen inter altaria & victimas ardenteſque tedas inceßit.*

3 Clavdiorvm Ivliorvmqve.] Hos adoptione, illos natura habuit propinquos. Val. lib. 5. cap. 5. loquens de Druſo fratre Tiberij, & patre Germanici, de quo heic. *Cui*, inquit, *contigit, fraternum iugum, Claudiæ prius, nunc etiam Iuliæ gentis intueri decus.* Valerius vtrumque iungit, in Tiberio. Nam iura patris adoptantis tranſeunt in adoptatum.

In Germanico Claudiorum & Iuliorum decus.

4 Non fratrem.] Claudium intelligit, & in Claudio tantum, vim facit; quia Germanici frater germanus. Sic enim vocat Terentius fratres qui ex eiſdem patre & ma-

tre

tre, quique officio non debuit deſuiſſe. At frater & germanus frater, quaſi *fere alter*: ideo fraterna amicitia pro arctiſſima. *Quia vnus vterus, vnus ſanguis, vna natura eſt,* ait Quint. in declam.

-- *fratrem ne deſere frater.*

inquit Virgil. Et certe vbi rem chariſſimam ſignificabant, fratrem vocabant. Catull. in Carm. Thetidis & Pelei.

—— *Potius germanum amittere creui*
Quam tibi fallaci ſupremo in tempore deeſſe.

Virgil. 12. Æneid.

—— *Haud quidquam dulce meorum*
Te ſine frater erit.

Et Catullus ad Ortalum.

Numquam ego te vita frater amabilior,
Aſpiciam poſthac? at certe ſemper amabo.

Sic Chriſtiani ſe fratres appellabant. Tertull. quia ab vno patre Deo & Eccleſia matre. in Apologet. Salluſt. in Iugurth. *Quis amicior quā frater fratri?* At Druſus, adoptiuus tantum frater erat, & naturæ vincula fœdius, quam adoptionis rumpuntur, quamuis adoptio imitetur naturam. Queritur autem fratrem fratri deſuiſſe in funere, id eſt, in extremo & poſt mortem debito fratribus officio. Quippe *funus honor eſt mortuorum*, & vt ait Homerus Iliad. 23.

-- γέρας ἐστὶ θανόντων.

Tiberius Germanico natura patruus, adoptione pater.

5 PATRVVM.] De Tiberio cenſet, qui natura patruus, adoptione pater. Sed de naturæ iure, tantum controuerſiam facit. Patruus autem patris frater eſt, vt auunculus matris. Quod nos Iuriſconſulti docent, quorum hic puluis proprius.

Effigies principum in funere. Cupreſſi. 4. Sepulchralis mollis cameræ. Stramina in prima. Serta in ſecunda. Flores. Odores in tertia. Thus. Cinnamum. In quarta mortui corpus. Quæ aurata tota.

6 PRÆPOSITAM TORO EFFIGIEM.] Virgilius idem de Pallante, & Dio de Auguſto, Romano more, iſtiuſque tori ſolennia ambo exequuntur. Sed non omitto Papin. lib. 6. qui de iſto toro loquitur in tres partes diuiſo, & loquitur ſcienter.

Triſtibus interea ramis teneraque cupreſſo
Damnatus flammæ torus, & puerile feretrum
Texitur, ima virent agreſti ſtramina cultu,
Proxima ſtramineis operoſior area ſertis,
Et picturatus moriturus floribus agger:
Tertius aſſurgens Arabum ſtrue tollitur ordo,
Eoas complexus opes, incanaque glebis
Thura, & ab antiquo durantia cinnama bello.
Summa crepant auro, Tyrioque attollitur oſtro
Molle ſupercilium, tereteſque hinc vndiq. gemmæ
Irradiant.

Nam tori deſcriptio eſt, & molis, in qua torus impoſitus, & effigies in ſummo toro: quæ omnia accendebantur vna. Effigies autem erat ex cera, vt lectus ex ebore, auro ſtratus, & purpura. Et hic defunctorum vltimus ornatus, apud Quirites. Vide Spartianū in Seuero. De hoc ornatu meminit Homerus Iliad. ω. in fine, cum ait decima die cadauer Hectoris impoſitum ſummæ pyræ & crematum igne ſuppoſito. Nam tunc apud Græcos ignoratæ effigies mortuorum in rogis.

Carmina in funere. Antiquiſſima. Memorata Biblijs. Planctus dicta.

7 CARMINA.] Illa carmina in funere, ſunt antiquiſſima. Nam in Biblijs fit mentio carminis Dauid de obitu Saulis & Abner. cap. 1. & 3. l. 2. Regum. Et vocatur *planctus*: ibique carmina ſunt deſcripta valde elegantia. Fit etiam carminis funebris mentio apud Ezechielem 27. *Aſſument*, inquit, *ſuper te carmen lugubre, & plangent te.* Et ante Ezechielem, Hieremias luxit carmine lugubri Ioſiam regem. Sic apud Græcos, ait Gellius, lib. 10. cap. 18. vbi de Mauſolo, & Mauſoleo. *Certamen*, inquit, *laudibus eius dicundis fecit, ponitque præmia pecuniæ, aliarumque rerum bonarum ampliſſima. Ad eas laudes decertandas, veniſſe dicuntur viri nobiles ingenio, atque lingua præſtabili, Theopompus, Theodectes, Naucrites.* Quid ſi *Nauſicrates*? Idem tradit Plutarch. in conuiuio de Poetis tumulum Amphidamantis ambientibus & carmina recitantibus. Et Author Etymologici: ἐλεγεῖα ἐπὶ πάλαι ᾔδοντο. Apud Romanos, in funere illuſtrium virorum, luſit ingenium Poetarum, vt teſtatur Ouidius ad Meſſalam lib. 1. de Ponto, eleg. 8.

Apud Græcos & Romanos.

Apud Græcos viri illuſtres accedebant.

Apud Rom. item defunctis celebrandis.

Poetæ præcipui.

Cui nos & lachrymas, ſupremum in funere munus,
Et dedimus medio ſcripta canenda foro.

Tiberius imperator, vt ait Suetonius cap. 70. *ſcripſit conqueſtionem de morte L. Cæſaris*, id eſt *planctum*. Et Pedo luſit in morte Druſi, funebri carmine ad Liuiam. Tacitus infra, C. Lutorium narrat in morte Germanici, de quo heic, carmina compoſuiſſe. Quin, Germanicus ipſe viuens, vt erat inſignis Poeta, tam Græce, quam Latine, quod Anthologia teſtatur, de Auguſti equo mortuo aliquid ſcripſit, vt refert Plinius li. 8. cap. 42. At illa carmina, *in foro, & publice* recitabantur. Horatius Satyra 4. lib. 1.

Carmina in foro publice recitata.

Non recito cuiquam, niſi amicis, atque coactus,
Non vbiuis, coramue quibuſlibet. in medio qui
Scripta foro recitant ſunt multi, quique lauantes.

Nam exequiæ tranſuerſo foro fiebant, ſi illuſtrium eſſent virorum, & mortui foro ſiſtebantur, vt viui mortuique publicum curaſſe intelligerentur. Eccleſiaſtici 12. *Circuibunt eum in platea plangentes. Recitabant* etiam *mortualia carmina in priuatis domibus.* Et memorat Seneca pater verſus Sextilij Ennæ, de morte M. Ciceronis, apud Meſſalam recitatos coram Pollione eius hoſte in priuata domo. Seneca etiam filius ad Martiam. *Carmina*, inquit, *celebrandæ Marcelli memoriæ compoſita, alioſque ſtudiorum honores reiecit.* Apud Iudæos, vt etiam de Hebræorum Threnis aliquid addam ex 2. Paralip. cap. 35. *Vniuerſus Iuda, & Hieruſalem, luxerunt eum.* Loquitur de Ioſia Rege, & ait: *Omnes cantores, atque cantatrices, vſque in præſentem diem, lamentationes Hieremiæ ſuper Ioſiam replicant.* Ideo *lachrymoſa poemata Puppi,* dicuntur apud Horatium: quod præcipue in lugendis defunctis elego carmine ſe occupaſſet: quemadmodum & Linus apud Græcos, de quo Plutarchus in Muſica. Sunt enim quidam harum rerum peritiſſimi, vt de Frontone Caſſio ſcribit Plinius Nepos libr. 2. epiſtola *Solet. Omnia actionis ſuæ vela, vir mouendarum lachrymarum peritiſſimus quodam velut vento miſerationis impleuit.* D. Hieronym. alludit ad iſtum morem, de obitu Nepotiani. *Cum*, inquit, *inſtar lugubrium carminum ad fletus & gemitus audientium, pectora concitarunt.* Præficæ in hac parte non minimam partem habue-

Et in priuatis laribus.

Threni Hieremiæ poſt eius obitum cantati.

Lachrymoſa poemata Puppi.

Præficæ tibicines.

runt; de quibus idem D. Hieronym. in Hierem. cap. 9. *Hic mos vſque hodie permanet in Iudæa, vt mulieres ſparſis crinibus, nudatiſque pectoribus, voce modulata, omnes ad fletum concitent.* Quod ſcribo, vt a Iudæis, quaſi altis fontibus, paganos hauſiſſe intelligas ſapientiæ ſuæ pocula, & arcanas poſt Deum ceremonias. Nec omitto peſſimo more quoſdam qui ſe Chriſtianos vocabant, in funere lætari, inebriari, cachinnis ora diſſoluere, & diabolica carmina cantare, quod prohibitum Arelatenſi concilio, can. 5. Quamuis & hodie frigidioribus quibuſdam regionibus retineatur contra prohibitionem huius canonis quem ſpernunt.

8 Doloris imitamenta.] Refero hæc ad præficas & tibicines, quos *monumentarios ceraules* vocat Apul. quique non vere plangunt, ſed ſe plangere ſimulant, conducti ad excitandum dolorem: & plerumque quas ipſi non habent, ab alijs eliciunt veras, & intimas lachrymas. Plinius Nepos epiſtola *Regulus*. libr. 4. *Amiſſum luget inſane: nec dolor erat, ſed oſtentatio doloris*, id eſt, *imitamentum*, vt ait noſter. Lucillius ex Nonio Marcello de præficis:

Præficæ eliciunt lachrymas quas ipſæ non habent.

Conductæ flent alieno in funere præficæ,
Multo & capillos ſcindunt & clamant magis.

Etiam Nænias, canunt inconditum carmen compoſitum ab eis: canuntque illud ad tibias & fides Nonius in verbo Nænia. & ſic eliciunt lachrymas: ſed *lachrymæ nunquam fluunt tam lubenter, quam finguntur turpiter*, ait Seneca lib. 16. epiſt.

Gnarum id Tiberio fuit; vtque premeret vulgi ſermones, monuit[1] edicto, *Multos inluſtrium Romanorum ob Remp. obiiſſe, neminem tam flagranti deſiderio celebratum. Idque & ſibi & cunctis egregium, ſi modus adiiceretur:*[2] *non enim eadem decora*[3] * *principibus viris, & Imperatori populoque, modicis domibus, vt ciuitatibus. Conueniſſe recenti dolori luctum,* * *& ex mœrore ſolatia. Referendum iam animum ad firmitudinem,*[4] *vt quondam Diuus Iulius amiſſa vnica filia,*[5] *vt Diuus Auguſtus ereptis nepotibus abſtruſerint triſtitiam. Nil opus vetuſtioribus exemplis; Quoties populus Romanus clades exercituum, interitum ducum, funditus amiſſas nobiles familias* * *conſtanter tulerit?*[6] *Principes mortales, Remp. æternam eſſe. Proin*[7] *repeterent*[8] *ſolennia: & quia ludorum*[9] *Megalenſium ſpectaculum ſuberat, etiam voluptates reſumerent.*

Sed contemptæ.

* principibus viris, & Imperatori.

* ſed ex mœrore

Principes ſunt mortales. Reſpublica æterna.

* conſtanter tulit?

1 Edicto.] Quæ breuia erant & paucorum verborum. Vide edictum Aſſueri cap. 1. Eſther. Et Cyri, 1. Eſdræ 5. Darij, Danielis 9. Antiochi, 1. Machab. Auguſti, Lucæ 2.

2 Non enim eadem decora.] Noſter in fragm. lib. 5. in Aruntij morte. *Non eadem omnibus decora.* Nam quemadmodum in Tragœdijs, aut Tragicomœdijs, alius eſt principis habitus, quam ſerui; alia perſona Agamemnonis, alia Talthybij; alia Regis grauitas, quam proletarij: ita etiam in humanæ vitæ theatris, & in rebus gerendis reges habent alia decora, quam cæteri qui ex fæce vulgi: quorum nũquam debent obliuiſci, niſi prius obliuiſcantur ſui. Cicero 4. de Rep. dixit. *Nolo eundem Populum Rom. & imperatorem eſſe, & portitorem.* Seneca de Clement. libro 1. *Alia eſt conditio* (alloquitur Neronem) *eorum, qui in turba, quam non excedunt, iacent; quorum virtutes, vt appareant, diu luctantur & vitia tenebras habent. Veſtra facta, dictaque, rumor excipit, & ideo, nullis magis cauendum eſt, qualem famam habeant, quam qui qualemcunque meruerunt, magnam habituri ſunt.* Gregorius Theologus. *Non eadem reges & priuatos decere exiſtimamus: quod non eadem ſint dignitate. Priuatis enim vafre aliquid facere concedemus. Quem enim perſpicuum eſt vi nihil agere poſſe, huius vafrities veniam meretur. Regi autem cum valde turpe ſit, vi & potentia ſuperari, tum turpius minuſque decere arbitror vt callide & arte conata perficiat inſtituta.* Aurea verba, & ſententia vera, ſed parum obſeruata, imo damnata & ad vltimum littus relegata.

Aliud decet principem, aliud vulgum.

Principes decorum nunquam debẽt obliuiſci.

3 Principibus viris.] Si me genius Taciti non fallit, ſubeſt occultus error. Nam verba ſenſuſque non cohærent. Dico ex coniectura, putare me legendum. *Non enim eadem decora principi, vt imparibus viris, imperatori, populoque, modicis domibus, & ciuitatibus.* Et ſane tota hæc clauſula antitheſes habet. Et cur Principibus ſcripſiſſet, vt adderet ſtatim non interiecta antitheſi verbum, *imperatori*? Tacitus vno verbo ſuam mentem abſoluit, non repetit. Cæterum locus hic ex Salluſtij penu, qui in Catilin. ita ſcribit. *Sed alia alijs licentia eſt P. C. qui demiſſi in obſcuro vitam agunt. ſi quid iracundia deliquere, pauci ſciunt, fama atque fortuna eorum pares ſunt. Qui magno imperio præditi, in excelſo ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Ita in magna fortuna, minima licentia eſt. Talia multa dicebat priuatis deformia, nedum principi, neque infacundo, neque indocto, imo etiam pertinaciter liberalibus ſtudijs dedito.* Sueton. in Claud. 40. Et hic locus noctem habet, ni ſolem adhibeas: immo & errores, niſi manu & ingenio corrigas. Nam Manuſcriptorum ſol nobis occidit. Ita ergo lego, & interpungo, & interpretor, vt ne quid deſit. *Multos illuſtrium Romanorum ob Remp. obiiſſe, neminem tam flagranti deſiderio celebratum.* Clara hæc. *Idque ſibi, & cunctis egregium.*

Tacitus hic quis ſuppletur.

Tacitus correctus.

Differentia imperio principis & ſubditi.

Tacitus correctus & explicatus.

Sibi,

Sibi, videlicet, quia pater, & laus filij, patrem afficit. *Cunctis*, quia amor in principem, Reip. ſalus eſt & populi. *Si modus adijceretur*, id eſt, ſi hoc deſiderium eſſet temperatum, ſi intra terminos rationis ſiſteret ſe, nec ſupergrederetur. Sic Cæcinna libr. 1. *In armis ſalutem, ſed ea conſilio temperanda*. Mox addit: *Non enim eadem decora principi, vt imparibus viris, & imperatori populoque*. Id eſt, aliud decet principes viros, & ſublimes, qualis eſt imperator, aliud vulgus infimum. *Modicus domibus aut ciuitatibus*, lego, *vt ciuitatibus*. Id eſt aliud decet modicam domum, aut caſulam, aliud ciuitatem ſplendidam, aut honorificam. Opponit enim populum imperatori, & modicam domum vniuerſæ ciuitati. Heic figo punctum. *Conueniſſe recenti dolore luctum*. Id eſt, pulchrum fuit Populo Romano, in recenti dolore, Germanici mortem luxiſſe. *Et ex mærore ſolatia*. Lego, *ſed ex mærore ſolatia*: nec ſemper lachrymis indulgendum. Nam eo ſpectat Tiberius, vt luctum edicto tollat; nec enim illæ lachrymæ, & deſideria populi in Germanicum, illi placebant: Ideo dixit modum adduci debere. Et ſane olim tantus populi luctus fuit in morte Seruij Regis, vt effigies eius velauerint ne aſpicerentur. Ouid. in Faſtis. Adijcit author, *Sed referendum*. excludo illud, *ſed*, aſcititium, & lego, *Referendum iam animum ad firmitudinem*, id eſt, linquendi muliebres planctus, & molles queſtus, & ad virorum robur, & firmitudinem redeundum, vt quondam D. Iulius, &c. Odium enim, & gaudium, luctus, lætuſque cultus, ſuas vices poſtulant.

4 Vt qvondam divvs Ivlivs.] Explicat hoc Seneca ad Martiam, his verbis elegantibus. *C. Cæſar cum Britanniam peragraret, nec Oceano fœlicitatem ſuam continere poſſet; audiuit deceſſiſſe filiam, publica ſecum fata ducentem*. Quia coniugio eius poterat diſcordia Cæſaris & Pompeij, id eſt bellum ciuile formidandum Reip. ſopiri. *In oculis erat iam Cn. Pompeius, non æquo laturus animo, quempiam alium eſſe in Rep. magnum*, (id eſt, alium Pompeium quia Pompeius Magnus dicebatur,) *& modum impoſiturus incrementis, quæ grauia illi videbantur; etiam cum in commune creſcerent; tamen intra tertium diem, imperatoria obijt munia, & tam cito dolorem vicit, quam omnia ſolebat*. Sic Cæſarem decuit, quia magnis viris magnos animos natura dat.

Iulij Cæſaris in filiæ morte virtus.

5 Vt Divvs Avgvstvs ereptis nepotibvs.] Idem Seneca, eodem loco, iungit Iulio Cæſari Auguſtum, cum ait. *Diuus Auguſtus amiſſis liberis nepotibus, exhauſta Cæſarum turba, adoptione deſertam domum fulſit. Tulit tamen fortiter, tanquam eius tum res ageretur, cuius tum maxime intererat de Dijs neminem queri*. Quia, vt interpretor, in numerum Deorum poſtea additus eſt. Et ſi de Dijs fuiſſet queſtus, de ſe etiam queſtus fuiſſet. At de Deo nemo queritur, & qui queritur non ſapit. Cæterum, vt ad Auguſtum redeam; Pedo exequitur verſu alia funera Auguſtæ domus, ante Caium & Lucium filios; non minus eleganti verſu, quam Seneca proſa oratione. Nam crebris fortunæ ictibus caput Auguſti petitum fuit: vt ſcias altiſſimos montes fulmina quatere, & in frequenti clade verſari principes. Teſtis Pedo his verſibus.

Et D. Auguſti.

Explicatus Senecæ.

Cæſaris adde domum, quæ certe funeris expers,
Debuit humanis altior eſſe malis.
Ille vigil, ſumma ſacer ille locatus in arce,
Res hominum ex tuto cernere dignus erat.
Nec fleri ipſe ſuus, nec quenquam flere ſuorum,
Nec quæ nos patimur vulgus, & ipſe pati.
Vidimus erepta mærentem ſtirpe ſororis,
Luctus vt in Druſo, publicus ille fuit.
Condidit Agrippam, quo te, Marcelle, ſepulchro,
Et cepit generos iam locus ille duos.
Vix poſito Agrippa, tumuli bene ianua clauſa eſt,
Perficit officium funeris ecce ſoror.
Ecce, ter ante datis, (tumulo videlicet,) *iactura nouiſſima Druſus*
A magno lachrymas Cæſare quartus habet.
Claudite iam Parcæ nimium reſerata ſepulchra,
Claudite, plus iuſto iam domus iſta patet.

Auguſti domus debuit eſſe funeris expers.

In Auguſti domo multa funera.

Funus Marcelli nepotis, ſororis & generi.

Luctus Agrippæ.

Luctus Octauiæ ſororis.

Druſi priuigni.

Verſus elegantes ad noſcendos fortunæ ſæuientis turbines, & inuictum Auguſti animum, qui poſteris principibus pro doctore eſt diſſipandis fortitudine animi fatorum impetubus.

6 Principes mortales; Remp. æternam.] An ratione principum, qui moriebantur, & vrbis, quæ manebat? Roma & Reſpub. *æternæ* dictæ. Sane hoc epithetum ab Antonino Pio, deinde a Commodo Romæ additum frequenter, vt *æterna*, & *fortunata colonia* diceretur. Xiphilinus vbi de Commodo, & poſtea vbi de Seuero, & nummi veteres Antonini Pij ſæpe. Sub poſterioribus autem principibus, paſſim *Roma æterna* dicta eſt. Reperio enim illud frequenter apud Marcellinum, & Symmachum 1. epiſtol. & L. de Suarijs. Cod. Et apud Auſonium.

Cur principes mortales.

Roma æterna.

Roma æterna dicta ſub magno Conſtantino, & ſub Theodoſio.

Ignota æternæ ne ſint tibi tempora Romæ.

Et ad Proculum.

Vrbis ad æternæ deductam rege Quirino.

Vrbs æternabilis etiam appellatur L. 3. de collat. donat. in Codice Theodoſiano. Idem de aris & domibus principum. Nam in aris, hanc inſcriptionem ponebant, *Æternæ Dominationi*: & domos imperatorum vocabant *æternabiles*, L. ſancta. de locat. fund. iur. emph. libr. 10. tit. 3. Cod. Theod. Sed Roma æterna dicta eſt, vt arbitror, quando diua eſt habita. Nam & templa ei decreta, & conſtructa, vt in Aſia, & in ſuburbijs Romæ, vt dixi lib. 1. in principio. Me mouet quod poſt Auguſti conſecrationem, nummi cuſi ſunt, cum hac inſcriptione: Æternitas. Avgvsti. Et ſic Romæ æternitas poſt conſecrationem excogitata eſt. Ammianus Marcellinus lib. 13. refert Conſtantinum Imperat. *ardenter cupiuiſſe, vt ſententia aduerſus Athanaſium iudicio Liberij Roman. Pontific. firmaretur. Propter authoritatem*, inquit, *qua potiores ſunt æternæ vr-*

An dicta æterna quando templo culta.

bis epiſcopi. Et idem de eadem, *Vrbe,* inquit, *victura dum erunt homines Roma.* Et idem author eodem loquens de Orphito. *Regebat vrbem æternam vltra modum ſe efferens.* Sed hæc longe poſt Pium, non ante conſecrationem: tamen in paſſione D. Petri quæ fuit Romæ a Beato Lino conſcripta, reperio ſcriptum, *Contra æternis vrbis dominationem.* Et Plinius Nepos ſcribens ad Traianum his vtitur verbis. *Rogatus Domine a Nicenſibus publice,* epiſtola 95. libr. 10. epiſt. *per ea quæ mihi, & ſunt, & eſſe debent ſanctiſſima, id eſt per æternitatem tuam.* In nummis Auguſti inſcriptio eſt, *Templum æternitatis Auguſtæ*; ſed poſt conſecrationem tantum. Et de æternitate vrbis quæ ſcribo, non niſi per ἀπορίαν ſcribo, & per dubitandi & coniectandi modum. Nam non mihi pes in ſolido.

7 REPETERENT.] Sic Homerus dixit Iliad. 23.

-- λαοὶ δ' ἐπὶ ἔργα τράποντο.

Populi reuertantur ad opera.

Et hoc funere Patrocli peracto.

Solennia pro Solitis.

8 SOLENNIA.] Pro Solitis, quod noſtri Iuriſconſulti paſſim vſurpant L. Diuus. *Etſi,* inquiunt, *nihil ex ſolennibus eſt omittendum.* De reſt. in integr. D. Sic *ſolennia* dixere *iudiciorum, ſolennia teſtamentorum, ſolennia patrimoniorum.* At Tertullianus pro ceremonijs & ſacris operationibus vſurpat in Apolog. his verbis. *Veræ religionis homines, ſolennia Cæſarum, conſcientiæ potius, quam laſciuia celebrant.* Plautus etiam, *abſceſſi ſolens,* id eſt, vt ſoleo. & in Trucul. *Solens ſum,* id eſt *ſoleo.* Et *ſolentia* pro conſuetudine. Inde *ſolennitas a ſolito,* ait Iſidor. *id eſt firmo atque ſolido nominata,* libr. 6. Orig. Sed hæc ad Grammaticorum fortunatas inſulas relegamus.

Solens, id eſt ſolitus.

9 MEGALENSIVM SPECTACVLVM.] Megalenſes ludi primum pudici erant; ſed ad impudicitiam poſtea ſe verterunt, licentia hiſtrionum, vt puto. Nam ita Cicero de Aruſp. reſp. *Quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio noſtri maiores, ante templum in ipſo Matris magnæ conſpectu Megalenſibus fieri celebrarique voluerunt? Qui ſunt more inſtitutiſque maxime caſti, ſolennes & religioſi.* Sed arguit iſtorum ludorum impudicitiam, poſtea D. Auguſtinus lib. 2. cap. 4. de Ciuit. Dei, qui ſic inquit. *Veniebamus nos etiam aliquando adoleſcentes ad ſpectacula ludibriaque ſacrilegorum,* (forte *ſacrilegos* vocat, quod ea, quæ ad Deum pertinebant, eriperent, vt idolis darent,) *ſpectabamus arreptitios.* Et puto fuiſſe Gallos Corybantes, Deæ ſacerdotes, qui a dæmonibus corripiebantur furentes; nam Chriſtiani etiam energumenos, poſſeſſos & abreptos vocabant. Synodo Eliberina, 28. & in Canone Apoſtolorum, *habens dæmonem,* Can. 78. Addit poſtea: *Audiebamus Symphoniacos, ludis turpiſſimis, qui Dijs Deabuſque exhibebantur, & delectabamur. Cæleſti virgini,* (lego *cæleſti viragini,* nam de matre Deum loquitur, non de Diana, nec de Vrania. Et quomodo virgo quæ tot pepererat?) Sed *Berecynthiæ matri Deorum omnium, talia per publicum cantabantur a nequiſſimis ſcenicis, qualia non dico matrem Deum, ſed matrem quorumcunque Senatorum, vel quorumlibet honeſtorum virorum, immo vero qualia nec matrem ipſorum ſcenicorum deceret audire.* Et Herodianus: *Paſſim omnibus ludendi licentia permiſſa, ſic vt perſonas induant quas cuique libitum: Nullamque non magiſtratuum quoque imaginem, pro vt cuiuſque ſtudium, repræſentent.* Nam in illa repræſentatione vitia edebant eorum qui repræſentabantur & libidines. De iſto ſpectaculo ludorum Auſonius, vbi de ferijs Rom.

Ludi Megalenſes, id eſt magni.

Pudici olim.

Poſtea impudici.

D. Auguſtinus correctus.

Carmina impudica cantata Dijs Paganorū.

Nunc & Apollineos Tiberina per oſtia ludos,
Et Megaleſiacæ matris operta loquor.

Et Plautus in comœdia, quæ *Fretum* inſcribitur, ex Gellio lib. 3. cap. 3.

Arietini reſponſum magnis ludis dicitur.

Sunt autem Megaleſij, aut Megalenſes ludi, ita dicti, quod ex libris Sibyllinis accerſiti ſint ab Attalo rege Pergami, prope murum Megaleſium, vbi templum erat eius Deæ; & inde aduecti Romam. Male ergo, qui ita ſcribunt. *Ludi magni dicebantur, quod magnis Dijs, Ioui, Iunoni, & Mineruæ, & cæteris, ac magnis ſumptibus, & magna celebritate fierent.* Nam magni dicti, quod magnæ Deorum matri. His enim diebus, nullis permiſſum ſtipem cogere, præter Idææ matris famulis. Quibus epulabantur Senatores in Capitolio. Dio libro 48. & Agellius lib. 2. cap. 24. Quippe paganorum Dijs animus erat in patinis & cœnis ſplendidioribus delectabantur.

Tum exuto iuſtitio, reditum ad munia, & Druſus [1] Illyricos ad exercitus profectus eſt, erectis omnium animis petendæ * e Piſone vltionis, & crebro queſtu, quod vagus interim per amœna Aſiæ atque Achaiæ, adroganti & ſubdola mora, ſcelerum probationes ſubuerteret. Nam vulgatum erat miſſam (vt dixi) a Gn. Sentio famoſam veneficijs Martinam ſubita morte Brundiſij extinctam, venenumque nodo crinium eius occultatum, nec vlla in corpore ſigna ſumpti exitij reperta. At Piſo, præmiſſo in vrbem filio, datiſque mandatis, per quæ principem molliret, ad Druſum pergit, quem haud fratris interitu trucem, [2] * quam remoto æmulo æquiorem ſibi ſperabat. Tiberius quo integrum iudicium oſtentaret, exceptum comiter iuuenem,

* a Piſone

Vltio malorū expetitur a vulgo.

Falſum Tiberij ſenile ingenium.

* quin

nem, ſueta erga filios familiarium nobiles liberalitate auget. Druſus Piſoni, ſi vera forent quæ iacerentur, [3] præcipuum in dolore ſuum locum reſpondit: ſed malle falſa & inania, nec cuiquam mortem Germanici exitioſam eſſe. Hæc palam, & vitato omni ſecreto: neque dubitabantur præſcripta & a Tiberio, cum incallidus alioqui, & facilis iuuenta, ſenilibus tum artibus vteretur.

Tiberius ſenex verſutus Cæſarem Druſum ſuum filium ſuas artes edocet.

1 Illyricos exercitus.] Virgilius *Illyricos penetrare ſinus* dixit. Et Plinius *Illyricas gentes*, quas ignobiles nominat libr. 3. cap. 21. Claudian. in Eutrop.

Illyrici ignobiles.

—— *Vaſtator Achiuæ*
Gentis, & Epirum nuper populatus inultam,
Poſſidet Illyricos.

Prætenſi populi Adriæ, & Iſtro Alpibuſque contigui, interque Italiam & Germaniam iacentes.

2 Qvam remoto æmvlo.] Non placet excuſa lectio, quæ ſenſum obſcurum habet. Lego, *Quin remoto æmulo*: vt ſit Taciti mens; Piſonem ad Druſum profectum, quem fratris interitu, trucem & acerbum non ſperabat: quin remoto æmulo, id eſt, Germanico quem æmulum imperij dicebant, ſibi multo æquiorem Druſum, & beneuolentiorem ſperabat. Et hæc fuit profectionis cauſa. Sic lib. 4. dixit, vbi de *caritate annonæ. Nulla ex eo, culpa in principe, quin infæcunditati terrarum.* Et vtitur noſter ſæpe illo verbo, ab exſcriptoribus immutato, & deprauato multis in locis.

Tacitus correctus.

3 Præcipvvm in dolore svvm locvm respondit.] Id eſt, vt propinquitate præcipuus, ita præcipuum fore in dolore; & hunc eſſe ſuum locum, vt præcipue lugeat, quem præcipuum habuerit: ſed malle falſos & inanes eſſe rumores, ne cuiquam mors Germanici, exitium ferat. O vox quam a mente aliena, ſed ſapiens tamen, dignaque imperatorio ore, & Tiberio inter imperatores.

Piſo, [1] Dalmatico mari tramiſſo, relictiſque [2] apud Anconam nauibus per [3] Picenum, ac mox [4] Flaminiam viam adſequitur legionem, quæ [5] e Pannonia in vrbem, [6] dein præſidio Africæ ducebatur. Eaque res agitata rumoribus, vt in agmine atque itinere crebro ſe militibus oſtentauiſſet. Ab [7] Narnia, vitandæ ſuſpicionis, [8] an, quia pauidis conſilia in incerto ſunt? Nare ac mox Tiberi deuectus auxit vulgi iras, quia [9] nauem [10] tumulo Cæſarum adpulerat, dieque, & ripa frequenti, [11] magno clientium agmine ipſe, fœminarum comitatu Plancina, & [12] vultu alacres inceſſere. Fuit inter irritamenta inuidiæ [13] domus foro imminens feſto ornatu, conuiuiumque & epulæ, & celebritate loci nihil occultum. Poſtera die Fulcinius Trio Piſonem apud Conſules poſtulauit. [14] Contra Vitellius ac Veranius, ceterique Germanicum comitati * tendebant, nullas eſſe partes Trioni: * neque ſe accuſatores, ſed rerum indices & teſtes mandata Germanici perlaturos. Ille dimiſſa eius cauſæ delatione, [15] vt priorem vitam accuſaret, obtinuit: petitumque eſt a principe, cognitionem * exciperet: Quod ne reus quidem abnuebat, ſtudia populi & patrum metuens. contra, Tiberium ſpernendis rumoribus validum, & conſcientiæ matris innexum eſſe: veraque aut in deterius credita, iudice ab vno facilius diſcerni, odium & inuidiam apud multos valere. Haud fallebat Tiberium moles cognitionis, quaque ipſe fama diſtraheretur. [16] Igitur paucis familiarium adhibitis, minas accuſantium, & hinc preces audit, integramque cauſam [17] ad ſenatum remittit.

Dalmaticum mare.

Sagax vulgus Piſonis conſilia rimatur.

* intendebãt
* neque ſe eſſe accuſatores
* vt exciperet

Odium aut inuidia multos tenebat.

Vnus iudex facilius diſcernit odium & inuidiam quam multi.

1 Dalmatico mari transmisso.] De Dalmatia diximus: ſed Claudian. de iſto mari Dalmatico 3. Conſ. Honor. ita ſcribit.

Explicatus Tacitus.

Dalmaticas pariter proſtrauimus alas, (id eſt, equitum ordines qui in legionum alis.)
Ripæaque ſimul feſſos porreximus artus
In glacie.

Id eſt in ripa Dalmatici maris glacie constricta. Nam in Dalmatia magnum frigus.

Vatinius Ciceroni 1. epiſt. famil. epiſtola, *Si vales. Me frigus Dalmaticum quod illinc eiecit, etiam heic refrigerauit.* Rutilius in Itin.

Vrget Dalmaticos Eoo vertice fluctus.

Dalmatica tellus extraneis haud amica, ait Strabo, *quia extraneos tributis atterit.* Sed Dalmaticum mare, & ſuis, & extraneis eſt crudele.

Ancona.

2 APVD ANCONAM.] Quæ Græca ciuitas a Syracuſanis condita, qui tum Græci. Silius 8. de eius artificio ita ſcribit.

Stat fucare colus, nec Sidone vilior Ancon,
Murice nec Libyco, ſtatque humectata Vomano Adria.

Vere ciuitas libertatis, & ἐλευθερίας. Nam qui condidere, tyrannidem Dionyſij fugiebant.

3 PICENVM.] Agrum ſcilicet, de quo Cicero 8. ad Attic. *Non Picenus amiſſus, non patefactum iter ad vrbem. Bonum agrum ad omnia* dixere, a Picentia vrbe dictum & olim Surrentinæ vrbis & Silari amnis finibus contentum. Duo ſunt tamen Piceni. Picenus Neapolitanus, Picenus Anconitanus.

4 FLAMINIAM VIAM.] Quæ a porta Flumentana, Ariminum vſque ducebat. Liuius libr. 29. hanc M. Lepidus, & C. Flaminius ſtrauere: hic ab vrbe Ariminum vſque, ille ab Arimino ad Bononiam. Quod Strabo docet. Et hic eſt C. Flaminius, qui ad lacum Thraſymenum ab Hannibale cæſus fuit. In ea autem via multa ſepulchra: vnde Horatius.

Flaminia tegitur via.

Martialis lib. 4. epigramm. 64.

Illic Flaminiæ Salariæque
Geſtator patet eſſedo tacente.

Quippe ſepulchra extra vrbem, & in publicis vijs, vt viatoribus monumenta, monitoria eſſent, vitam eſſe iter ad mortem.

5 E PANNONIA IN VRBEM.] Dixi de nomine ſupra ex Dione. Eſt autem inferior, & ſuperior: & vocamus vtramque hodie Hungariam. Glandiferam ſcribit eſſe inferiorem Plinius l. 3. cap. 25. ſuperiorem vero irriguam valde.

6 DEIN PRÆSIDIO AFRICÆ DVCEBATVR.] Id eſt, vt iret legio in Africam futura præſidio huic parti terrarum. Nam in Africa duæ legiones, præter imperium Iubæ in Mauros, vt docuit noſter libr. 4. Et deducebantur legiones modo ex vicinioribus locis, modo ex longinquioribus, vti Reipub. vtilitas poſtulabat. Nam ſi longinquiores prouinciæ in firma pace degerent, vicinioribus periclitantibus, tunc ex vltimis imperij partibus deducebantur. Tacitus: *Miſſæ in Armeniam legiones, & aliæ pro Syria paratæ vltro irrumpere.* Et 4. Hiſtor. XIV. *legio e Britannia, tertia & prima ex Hiſpania accitæ.*

7 NARNIA.] A Nare Narnia, de quo dixi ſupra. De Narnia autem ciuitate Vmbriæ ita Silius libr. 8.

-- *duro monti per ſaxa recumbens*
Narnia.

Et Martialis epigramm. 92. lib. 7.

Narnia ſulphureo quam gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti vix adeunda iugo.

De eius autem ponte, ſic idem Poeta.

Sed iam parce mihi, nec abutere Narnia Quinto;
Perpetuo liceat ſic tibi ponte frui.

8 AN QVIA PAVIDIS.] Lego interrogatiuncula addita: & verum eſt quod ait, *Pauidis conſilia eſſe in incerto.* Ergo non apta conſilio pauida mens; & metus animi, conſilij ruina eſt. Pacatus in Panegyr. *Animos noſtros ſi ſubitis affectibus impares perinde lætitia ac dolor deprehendat, exterminat.* Sed notandum quod Salluſtius bello Iugurth. *Ex bono conſilio & prouidentia timorem gigni, vt ex ſtrenuitate & audacia temeritatem.*

9 NAVEM ADPVLERAT.] Vulgus vbi odit, omnia vertit in peius. Sic appulſo Piſone tumulo Cæſarum, hoc in contumeliam Cæſarum factum putat: Quorum vnum, nempe Germanicum, veneno ſuſtulerat: quod tum P. R. ferebat ægre, & arrogantiam Piſonis retundi cupiebat. Quod contigit. Sed puto eam fuiſſe reuerentiam præſtitam Cæſaribus, vt nemo hanc partem appelleret, qua eorum ſacer tumulus. Suetonius in Calig. 44. *Magnificas Romam litteras miſit, monitis ſæpe latoribus vt vehiculo ad forum vſque & curiam pertenderent: nec niſi in æde Martis ac frequente Senatu* COSS. *traderent.* Quod oſtendit non licuiſſe alteri quam Imperatori, quaſdam vrbis partes appellere. Sic omnes exteri, excepta Alexandrina naui, Italiam orbis dominam appellere expanſis velis non audebant. Quod docet Seneca epiſtol. 77. Cæſaris etiam, licet abſentis, ſellam contingere nefas, & in ea ſedere. Ob reuerentiam etiam ſtantes Cæſarem alloquebantur, in Senatu, vel alibi. Et in Senatu, de tribunalibus ſuis deſcendebant. Idem fuit de equo imperatorio, quem aſcendere nefas. Vopiſc. in Aureliano: *Cum in equum tranſire vellet, quia inuidioſum tunc erat vehiculis in ciuitate vti, equus eſt ei imperatorius applicitus, cui per feſtinationem inſedit. Sed vbi comperit, ſemet ad ſuum tranſtulit.* Idem de imperatoria ſella. Sola ergo menſa fuit, in qua ſedentes eos alloquerentur familiariter. Ideoque ingens gloria, principis menſa fuit. Suetonius Domit. cap. 11. & in Caligul. 39. In qua fabulari libere cum principe licuit & iocari. Idem Sueton. in Tiberio 42. & Claudio 8. Quod ſerui vocatores ſatis intelligentes, pretio conducti, principibus incognitos ad principis cœnas vocabant, vt de Apelle traditum ad Ptolomæi menſam vocato. Plinius libr. 35. cap. 10. Et Sueton. in Calig. 39. *Compererat prouincialem locupletem ducenta H-S. numeraſſe vocatoribus, vt per fallaciam conuiuio interponeretur. nec tulerat moleſte tam magno æſtimari honorem cœnæ ſuæ. Hinc poſtero die ſedenti in auctione miſit qui neſcio quid friuoli ducentis millibus traderet, diceretque cœnaturum apud Cæſarem vocatu ipſius.* Et Ammianus libr. 14. *Nomenclatores aſſueti hæc & talia venditare mercede accepta, cœnis quoſdam & prandijs inſerunt, ſubdititios, ignobiles, obſcuros,* lib. 14. Tanti principes æſtimarunt honorem cœnæ ſuæ.

næ ſuæ. *Nec immerito, cum principis menſa & thalamus inter hominum vota.* Virgilius. Eclog. 4.

Nec Deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.

Et 3. Reg. 2. *Filijs Berzelai Galaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in menſa tua.* Loquitur de regia menſa.

10 Tvmvlo Cæsarvm.] De quo Suetonius in Auguſto cap. 100. his verbis. *Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis, tunicati, & diſcincti, pedibuſque nudis, & in Mauſoleo condiderunt. Mauſoleum* vocat, quod noſter, *tumulum.* Dio idem narrat de parentum reliquijs, quas Caligula tumulo Cæſarum repoſuit. 59. *Conditorium* vocat Plinius libr. 7. cap. 16. *In conditorio*, ait, *Salluſtianorum aſſeruantur hortorum.* Et idem Suetonius in Veſp. cap. 23. *Cum*, inquit, *derepente, inter prodigia cætera, Mauſoleum Cæſarum patuiſſet, & ſtella in cælo crinita apparuiſſet.* Hoc autem Mauſoleum in ripa Tiberis, vt heic Tacitus ſcribit, & ab Auguſto conditum. Et ita Dio cenſet libr. 53. vbi de Marcelli obitu, a quo non longe ſepulchrum Adriani. Spart. Nemo autem Strabone melius hoc delineauerit libr. 5. quem ait in excelſis fundatum collibus, lapide candido & perpetuæ viriditatis arboribus coopertum, ad ſummum vſque verticem, & ad fluminis ripam exaggeratum, & in ſummo poſitum Auguſti ſimulachrum ex ære. Sub aggere autem ipſo, eſſe loculos eius, & cognatorum, & neceſſariorum; & a tergo, lucum amœnas continentem ambulationes. Loculi autem iſti forte *conditoria* dicta: quanquam & proprie *conditorium*, in quo corpus mortuum reconditur: ſed & mauſolea, & tumuli, etiam conditoria dici poſſunt. Quod vſurpatur a Petron. Arbitr. his verbis. *In conditorium etiam proſequuta eſt defunctum, poſitumque in hypogæo more Græco corpus cuſtodire cæpit.* Sic Cicero dixit *domi conditum Conſulatum* pro Muræna. Sed miror quomodo extare illorum Mauſolea voluerint teſtantia Deorum iſtorum interitum, cum in funeribus imagines eorum præferri vetuerint, non aliam ob cauſam, niſi quod funere imagines Deorum funeſtari credebant; & ne mortales fuiſſe crederentur.

Conditorium.

11 Magno clientivm agmine.] Moris erat, amicis, & primoribus appulſis, obuiam ire, magnaque lætitia excipere. Sic apud Horat. Plotius, Virgilius, & Varius occurrunt Mæcenati, Sinueſſæ. Horat. Satyra 5. libr. 1.

Poſtera lux oritur multo gratiſſima; namque
Plotius, & Varius, Sinueſſæ, Virgiliuſque
Occurrunt; Animæ quales neque candidiores
Terra tulit, neque queis me ſit deuinctior alter.
O qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!

Martialis libr. 3. epigramm. 44.

Occurrit tibi nemo quod lubenter.

Sed præcipue clientes obuiam ibant patronis, quibus omnem debebant reuerentiam. Dixi ſupra de principum, publicorumque virorum obuiatoribus, libr. 1. ſed de clientibus Claudian. 1. in Eutrop.

Pro victore redit, peditum vexilla ſequuntur,
Et turmæ ſimiles Eunuchorumque manipli,
Helleſpontiacis legio digniſſima ſignis.
Obuius ire cliens, defenſoremque reuerſum
Complecti.

Homerus 22. Odyſſ.

Mulieres iuerunt ex domo tedas in manibus tenentes.
Hæ quidem circumfundebantur & ſalutabant Vlyſſem,
Et oſculabantur amplectentes caput atque humeros, (id eſt extrema colli,)
Manuſque capientes.

Neque abeo quin iſtud inculcem; clientes patronos veneratos maxime, & e contra. Nam Gellius ex oratione M. Catonis, quæ mendoſa eſt. *Quid maiores*, inquit, *ſanctius habuere, quam defendendi pupillos, & clientem non fallere?* Ita enim lego: & firmant verba ſequentia. *Aduerſus cognatos pro cliente teſtatur: teſtimonium aduerſus clientem nemo dicit.* Et idem. *Patrem primum, poſtea patronum, proximum nomen habere.* Maſurius Sabinus libr. 3. iur. Ciuil. *In officijs*, inquit, *apud maiores, ita obſeruatum eſt, primum tutelæ, deinde hoſpiti, deinde clienti, tum cognato, poſtea affini.* Sunt enim officiorum gradus obſeruandi, & veſtigium reuerentiæ patronalis, de qua Iuriſconſulti, tit. de iur. patr. D.

12 Vvltv alacres incessere.] Indue vultum qualem ciuitas. Hoc præceptum eſto. Et nota, in principum luctu, riſum eſſe periculoſiſſimum, quamuis *nulli impenſius principes lugeant, quam qui maxime lætantur*, ait Tacitus. *In Caligulæ iuſtitio ridere capitale fuit*, ait Suetonius. & idem eodem. *Senatum populumque grauiſſimo obiurgauit edicto, quod Cæſare præliante & tantis criminibus obiecto intempeſtiua conuiuia celebrarent.* Vbi lego, *tantis diſcriminibus obiecto.* Si Piſo, ſi Plancina mœſto vultu inceſſiſſent, & Piſo & Plancina S. C. non corruiſſent. Erit exemplo Junioris Blæſi interitus de quo Tacitus in Hiſtorijs. Nam mœſto principe hilariter epulari lethum fuit.

13 Domvs foro imminens, festo ornatv.] Quia foro imminebat, ideo domus illa patuit omnium oculis, & præcipue plebeculæ, quæ ibi frequens, vt in velabro, & macello. At plebeculæ oculi lyncei ſunt & acutiſſimi. Terentianus Gnatho vbi de macello.

Plebecula frequens in foro.

Concurrunt læti mihi obuiam, cupedinarij omnes,
Cetarij, lanij, coqui, fartores, piſcatores.

Hi enim plebeculæ vltimi. Et Horatius Satyra 1.

—— Inde forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

Et alio loco:

Differtum tranſire forum, populumque iubebat.

Cæterum nitellas & munditias domuum, & earum ornamenta, feſtumque ornatum, vt ait noſter, paſſim apud bonos authores reperias: vt apud Homerum Odyſſ. 22.

Cura nitellarum domus.

Purgarunt thronos pulchros & menſas,
Aqua & ſpongijs multis foraminibus.

At Telemachus & bubulcus & ſubulcus
Scopis pauimentum affabrefactæ domus verrebant.

In Iuuenali Satyra 14.

Atria.

Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino
Atria diſpliceant oculis venientis amici?
Neu perfuſa luto ſit porticus? & tamen vno
Semodio ſcobis hæc emendat ſeruulus vnus.

Porticus.
Scobs.

Plautus ex Gellio cap. 12. lib. 18.

—— exi tu Daue: age
Sparge; mundum eſſe hocce veſtibulum volo.
Venus ventura eſt noſtra; nolo hoc pulueret.

Forte legendum pro *ſparge*, in ſecundo verſu, *ſterge*, pro *abſterge*, niſi de aquæ aſperſione agat. Et in Aſinaria.

Ianuæ purgatæ.
Araneæ columnis deiectæ.
Bullæ portarum lucentes.

Iuſſin ſceleſte ab ianua ſtercus hinc auferri?
Iuſſin columnis deijcier operas aranearum?
Iuſſin in ſplendorē dari bullas has foribus noſtris?
Nihil eſt.

Claudian. in nuptijs Honor. & Mariæ.

Hi noſtra nitidos poſtes obducere myrto
Contendant: pars nectareis aſpergere tecta
Fontibus, & flamma lucos adolere Sabæos:
Pars intecta croco velamina lutea Serum
Pandite, Sidoniaſque ſolo proſternite veſtes.

Et Iuuenalis Satyra 14.

Pauimentum verritum.
Argentum ductum.
Vaſa aſpera deterſa.

Verre pauimentum, nitidas oſtende columnas,
Arida cum tota deſcendat aranea tela.
Hic lauet argentum: vaſa aſpera tergeat alter,
Vox domini fremit inſtantis, virgamque tenentis.

Sed in Sticho Plauti, de mundicijs domus.

Arundines in ſcopis.

Efferte huc ſcopas, ſimul arundinem,
Vt operam omnium aranearum perdam, & texturam improbam,
Demamque earum omnes telas.

Et de *lectiſternijs* idem eodem.

Lecti ſtrati.

Ibi feſtinamus omnes lectis ſternendis, mundicijſq. Apparandis.

Toralia.

Et inter has mundicias *toralia*. Ouid. 8. Metamorphoſ.

-- in medio torus eſt de mollibus vlnis,
Impoſitus lecto ſponda, pedibuſque ſalignis.
Veſtibus hunc velant, quas non, niſi tempore feſto,
Sternere conſuerant.

Horat. ad Torqu. epiſt. 1.

-- ne turpe toral, ne ſordida mappa
Corruget nares, ne non & cantharus, & lanx
Oſtendat tibi te.

Etiam *elutio argenti*. Plautus in Pſeudolo. Erat enim argentum in lectis, & menſis.

Tibi hoc præcipio, vt niteant ædes: habes quod facias. propera, abi intro.
Tu eſto lectiſterniator, argentum eluito.

Horat. Satyra 4. lib. 2.

-- in ſcobe quantus
Conſiſtit ſumptus, neglectis flagitium ingens.

Aulæa prætenſa.

Nam mundiciarum cura magna. De *aulæis* Prudent. 2. in Symmach.

-- quæ feſtis ſuſpendam pallia portis?

Et Iuuenal. Satyra 6.

Vela domus.

-- pendentia linquit
Vela domus.

Horatius lib. 3. ode 29.

Mundæque paruo ſub lare pauperum
Cœnæ, ſine aulæis, & oſtro,
Sollicitam explicuere frontem.

Sueton. in Claudio 10. *Inter prætenta foribus vela ſe abdidit.* D. Baſilius diuitibus ait alicubi, exprobraturum Chriſtum, quod veſtierint parietes, & pauperes nudos habuerint. Et Salluſt. de Metello Pio. *Cum eum ad cœnam inuitaſſet, vltra Romanum, ac mortalium etiam morem, cum curabant,* (ſic lego,) *exornatis ædibus per aulæa, & inſignia, ſceniſque ad oſtentationem hiſtrionum fabricatis.* Et Macrobius de eodem, ex indice Metelli. *Domus ornata fuit, triclinia lectis eburneis ſtrata.* Etiam ædes *floribus* aſperſæ. Plautus.

Triclinia.

Lecti eburnei.
Flores ante ædes, & herbæ, & frondes.

Ocius pinge humum; conſperge ante ædes.

Et Catullus.

Sparge humum floribus
Suaueolentis amaraci.

Terentius in Adelphis.

— D. Accipe a me hunc ocyus,
Atque ante ianuam noſtram appone. M. Obſecro,
Humine? D. ex ara hinc ſume verbenas tibi;
Atque eas ſubſterne.

Et inter herbas verbenæ.
Poſtes coronati.
Corymbis ornati.

Etiam *coronæ poſtibus, & corymbi.* Iuuenal. Satyra 6.

-- necte coronam
Poſtibus, & denſos per limina tende corymbos.

Catullus in Nupt. Pelei & Thetid.

Nam quoſcunque ferunt campi, quos Theſſala magnis
Montibus ora creat, quos propter fluminis vndas,
Aura parit flores, tepidi fœcunda Fauoni,
Hos indiſtinctis plexos tulit ille corollis,
Queis permulta domus iucundo riſit odore.

Prudent. contra Symmach. 2.

Quo te ſuſcipiam gremio, lætiſſime princeps,
Quos ſpargam flores, quibus inſertabo coronis
Atria?

Coronæ.
Crocus.
Non modo domi, ſed in vijs.

Spargebant etiam *croco*. Idem Salluſtius eodem. *Simul croco ſparſa humus, & alia in modum templi celeberrimi.* Croco etiam viæ, vt domus ſternebantur. Suetonius in Caligul. *Sparſo per vias croco.* Vnguentis etiam perfuſæ domus, & fores, & feneſtræ. De domibus Catullus in Aty.

Vnguentatæ domus.
Fores.
Feneſtræ.

Mihi ianuæ frequentes,
Mihi limina tepida,
Mihi floridis corollis
Redimita domus erat.

Tepida dixit *limina*, propter vnguenta, & aquas odoratas. De vnguentis foribus aſperſis. Perſius Sat. 5. dixit.

Ideo tepida dicta limina.
Vdæ fores.

— dum Chryſidis vdas
Ebrius ante fores extincta cum face cantat.

Et Plautus eo alluſit dum vinum loco vnguenti, foribus lenæ infundit. Nam ſic in Curcul.

Eaque extemplo, vbi vino has conſperſi fores,
De odore adeſſe me ſcit, aperit illico.

De feneſtris idem. Perſius eodem loco.

Vnctæ feneſtræ.

Herodis venere dies, vnctaque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Et illæ mundiciæ ab atrienſi ſeruo curabantur. Columella libro duodecimo: *Atrienſes emundent ferramenta, deterſa nitidentur atque rubigine liberentur.* Præterea ad mundiciem,

Atrienſis ediũ ornator.

Ædes albatæ. tiem, ipſæ *domus albabantur*; quod docet D. Auguſt. Serm. 1. de nat. Dom. Etiam virentibus *lauris coronabantur poſtes, & lucernis ardebant*. De lauro Plinius lib. 15. cap. 30. *laurus gratiſſima domibus*. Catullus. *Lauri in poſtibus.*

Veſtibulum vt velatum
Fronde vireret.

Tertullian. in Apolog. *Recentiſſimis, & ramoſiſſimis lauris, fores præſtruebat.* Et idem. *Chriſtianus, nec ianuam laureis infamabit.* Et 2. ad vxor. *Prodit de ianua laureata, & lucernata; vt de nouo conſiſtorio libidinum.* Ideo prohibitum iſtud fuit Canon. non licet, 27. Quæſt. 7. *Non licet iniquas obſeruationes agere Calendarum, & otiis vacare gentilibus, neque lauro, aut viriditate arborum, cingere domos. Omnis enim hæc obſeruatio Paganiſmi eſt.* Lubet de hac re emendare locum Pacati in Panegyrico. *Quid portas virentibus ſertis coronatas, quid aulæis ardentes plateas?* (lego *tam ardentes*, id eſt micantes.) Plinius. *Cocco Gnidio, color cocci, magnitudo, grani piperis maior: vis, ardens.* lib. 28. cap. 9. Virgil. Æn. 6. *Ianua laureata. Lucernata. Quod prohibitum Chriſtianis. Pacatus correctus.*

—— iuuenum manus emicat ardens
Littus in Heſperium.

Et ardebant plateæ, non modo propter aulæa Tyrio murice tincta; ſed etiam propter ignes, qui feſtis diebus, in foro & plateis accendebantur. Vt etiam hodie mos iſte retinetur in lætitia publica. Et 1. Machab. cap. 1. *Ante ianuas domorum, & in plateis, incendebant thura, & ſacrificabant.* Papinius in Nupt. Stellæ. *Ignis publicus, & compitalis.*

Fronde virent poſtes, & feruent compita flammis.

Sic D. Chryſoſtom. orat. de Calend. Ianuar. *Lucernas in foro accenſas*, ait. Quod ab agris, in vrbem venit. nam Romani paſtores accenſo fœno Palilia celebrabant. Propert. Eleg. 1. lib. 4.

Annuaque accenſo celebrata Palilia fœno.

Et talis erat Perſarum mos, qui excelſis montibus, lignis inlatis, aram inſtruebant, cui rex ignem ſubiiciebat. Quod etiam Myſis conſuetum. nam ſpoliis hoſtium captis, & ſtrue erecta lignorum, rex cum purpura, toto ſpectante exercitu, ignem imponebat. Sed redeo ad ornatum domus. Rutil. 1. Itiner. de iſtis poſtibus coronatis. *Apud Perſas & Myſos.*

Feſta dies, pridemque meos dignata penates
Poſte coronato vota ſecunda colat.
Exornent virides communia gaudia rami:
Prouecta eſt animæ portio magna meæ.

Etiam Iudæi in Encæniis, ramis & templum, & tabernacula ornabant. Quod ab eis fluxit. Et in Act. Apoſtol. cap. 14. *Cum Lyſtris veniſſent Paulus, & Barnabas: vocabant Barnabam Iouem, Paulum Mercurium, tauros, & coronas ante ianuas offerentes:* vbi aliquando dubitaui; num legendum *lauros*, pro *tauros*, vt coronæ & lauri iungerentur. Sed in Græco aperte ταύρους. & de victimis interpretor immolandis, quaſi dij eſſent. nec tantum lauro ianuas ornabant; ſed myrto, & ſalice, & palmis, virguliſque malorum Perſicorum. Ioſephus lib. 3. Antiquit. Iudaic. Sic Ouidius in epiſt. Parid. Helen. *Deducta iſta feſtiuitas a Iudæis. Encænia Iudæorum ramalia. Ianuæ ornatæ myrto. Salice. Palmis. Virgulis malorum Perſicorum. Corymbis. Coronis.*

Ibis Dardanias ingens Regina per vrbes,
Teque nouam credet vulgus adeſſe Deam.
Quaque feres greſſus, adolebunt cinnama flammis,
Cæſaque ſanguineam victima planget humum.

De tedis & lucernis. Apuleius. *Domus lauris obſita, tedis lucida, conſtrepebat Hymenæum.* Tertullian. de Idololatr. *hi autem eorum quæ in hoſtiis adorantur, ad eos lucernæ, & laureæ pertinebant.* Papinius eleganter has mundicias domuum exequitur, lib. 1.

—— dictis parere miniſtri *Duo genera tapetum.*
Certatim accelerant. vano ſtrepit icta tumultu *Pingues & teretes.*
Regia; pars oſtro tenues auroque ſonantes
Emunire toros, altoſque inferre tapetas: *His menſæ ornatæ.*
Pars teretes leuare manu, & diſponere menſas;
Aſt alij tenebras, & opacam vincere noctem *Illis parietes.*
Aggreſſi, tendunt auratis vincula lychnis. *Lychni.*

Hæc de ornatu ædium plus ſatis.

14 Contra Vitellivs.] Diuinatio nominatur; quando pluribus certantibus, quis futurus ſit accuſator, expectatur iudicum ſententia de hac re. Sic diuinatio in Verrem. & in L. ſi plures. de accuſation. D. veſtigium extat. *Si plures*, inquit, *exiſtunt, qui eum in publicis iudiciis accuſare velint; iudex eligere debet eum qui accuſet, cauſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis, vel dignitatibus, vel ex eo quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta de cauſa.* Vide Gellium lib. 2. cap. 4. de illa diuinatione. Et certe in aliis cauſis iudex teſtimoniis aut tabulis aut aliis argumentis iudicat, heic diuinat. *Quid diuinatio. Explicata L. ſi plures. de accuſat. D.*

15 Vt priorem vitam accvsaret.] Nota morem Romanum, vt in crimine ratio haberetur anteactæ vitæ; & vt eſſent accuſatores diſquirentes in mores & priſtinam vitam accuſati. Notaui apud Plutarch. alicubi, fuiſſe gentes (& Perſas puto) quæ antequam reus condemnaretur, iubebant recitari quicquid ille probe geſſiſſet. magno hercle iudicio; nec minore indicio ſapientiæ. Et nunc memini lib. 7. apud Herodotum hæc ſcripta de Perſis. *Sandocem a Dario condemnatum ita ſaluum euaſiſſe quod eius merita in Rempublicam ſceleribus præualerent.* *Accuſatores in vitam rei. Rei ante condemnationem vita recenſita.*

16 Igitvr pavcis familiarivm adhibitis.] Sed, an illi familiares pro adſeſſoribus? Ita. Scio enim in iudiciis ſolitum adhibere familiares, & amicos, principem, vt & adhibebatur a ciuibus. *Auguſtus de parricidio filij Titi Arrij cogniturus, cum patre multi adhibiti amici.* Seneca 4. de Clement. cap. 25. *C. Aquilius de Viſellij Varronis teſtamento cogniturus, adhibuit in conſilium principes ciuitatis.* Val. Max. lib. 8. cap. 3. *Caſſius filium, qui legem Agrariam tulerat, adhibito propinquorum & amicorum conſilio, affectati regni crimine damnauit.* Idem lib. 5. cap. 8. Et Dio lib. 60. ait. *Claudium renouaſſe morem Tiberij de aſſeſſoribus principis, qui interciderat a Caprearum receſſu, & pro tribunali de cauſis cognouiſſe.* Sic Conſulibus adſeſſores. Noſter lib. 13. *Conſulum tribunalibus, Italia, & publicæ prouinciæ adſiſterent.* Dio de Adriano. *Nihil non conſulto Senatu faciebat. Ius aſſidue dicebat, cum primoribus ciuium, aliquando in palatio, nonnunquam in prandio.* interdum & ſæpius ex tribunali, vt quæ fierent publicarentur. *Tacitus explicatus.*

17 Ad Senatvm remittit.] Nam cognitio erat Senatus de Senatore reo, qualis erat Piſo. Sparti. in Adriano: *Excuſatu in*

Senatu quæ facta erant, iurauit ſe numquam Senatorem niſi ex Senatus ſententia puniturum. Hoc autem priuilegio hodie vtuntur Senatores Pariſienſes: quod datum a Regibus adimi non poteſt: eſt enim iſta lex æternæ authoritatis, quia æternæ rationis, & vinculum iuſtæ dominationis. Addit Spartianus. *Equites Romanos nec ſine ſe de Senatoribus nec ſecum iudicare permiſit. Erat enim tunc mos vt cum princeps de cauſa agnoſceret, Senatores & Equites Romanos in conſilium vocaret, & ſententiam ex omnium deliberatione proferret.* quod valde prudenter. Nam antiquum fuit in Rep. Equitum & Senatorum diſſidium. Ideo addit: *Execratus eſt principes qui minus Senatoribus detuliſſent. Si quando vero eſſet Romæ vel in prouinciis, adhibitis conſilio ſuo conſulibus atque Prætoribus ex optimis Senatoribus, &c.*

Atque interim Druſus rediens Illyrico, quanquam patres cenſuiſſent ob receptum Maroboduum, & res priore æſtate geſtas, vt ouans iniret, prolato honore vrbem intrauit. [1]* Poſtquam reo [2]T. Arruntium, [[3]* Fulcinium] Aſinium Gallum, [4]Æſerninum Marcellum, Sext. Pompei[illegible]m patronos petenti, iiſque diuerſa excuſantibus, M. Lepidus, & L. Piſo, & [5]Liuineius Regulus adfuere, arrecta omni ciuitate, quanta fides amicis Germanici, quæ fiducia reo, ſatin' cohiberet ac premeret ſenſus ſuos Tiberius, an promeret: iis haud alias intentior populus, [6] plus ſibi in principem occultæ vocis, aut ſuſpicacis ſilentij permiſit.

* Poſtquam autem
* M. Fulciniū

1 POSQVAM REO.] Lego, *poſtquam autem reo.* nam ita ſcriptum, *poſtqu*AM, & illud AM, *autem* ſignificat in manuſcriptis. *reus* autem eſt is cum quo agitur, L. 3. de iureiur. Sed *culpæ reus* vel *criminis* eſt qui accuſatus eſt. L. 2. §. qui hoc. ad L. Iul. de adult. Sic *reus facinoru*, L. 18. de quæſt. D. vt heic Piſo.

2 T. ARRVNTIVM.] Tres lego Arruntios, Senatorem, Medicum, & Hiſtriographum, & Arunculeium legatum in Iulio Suet. 25. Sed de Tito Arruntio nihil legi quicquam: quanquam & Titus Arruntius eſſe potuit. Alius me diligentior hæc excuſſerit. Arruntij autem ab Atrunte, teſtaturque Dionyſius Etruſca eſſe prænomina. Nam Arruntem Tolumnium Porſenæ filium memorant hiſtoriæ. Et Virgilius lib. 11.

——- *& fatis debitus Aruns.*

3 FVLCINIVM.] Tam diſerte ſcriptum eſt hoc nomen, vt de eo non ambigam. Et ſcriptum fuit, *M. Fulcinium.* Et puto, vt accuſatorem validum & eloquentem ſubtraheret aduerſariis, Piſonem hunc patronum petiiſſe; quippe & valebat venali eloquentia apud Senatum, & amicitia apud principem. nam quia nondum accuſator, ideo nondum præuaricator. Cæterum illud *M*, in fine verbi, *Arruntium* extat.

Marcellus Æſerninus.

4 ÆSERNINVM MARCELLVM.] Heredem eloquentiæ Pollionis aui. Seneca præfat. lib. 4. loquens de Pollione. *Audiui autem illum viridem, & poſtea iam ſenem, cum Marcello Æſernino, nepote ſuo, quaſi præciperet* (id eſt quaſi non declamaret, ſed declamandi præcepta daret. nam ſubiungit. *Audiebat illum dicentem, & primum quidem diſputabat de illa parte, quam Marcellus dixerat; prætermiſſa oſtendebat; tacita leniter implebat, vitioſa coarguebat.* Nam hic Æſerninus nepos erat Marcelli Æſernini quæſtoris, qui aduerſus Caſſium Longinum Hiſpaniam concitauerat, ambiguus quam in partem inclinaret, Cæſaris an Pompeij: palpator enim erat temporum. Dio 42. Et filiam Pollionis duxerat vxorem, ex qua hic Æſerninus. Dicam infra de Æſernini vitiis; heic ſatis de virtutibus: nam eius ingenium per vitia & virtutes[1] ambiguum. Tamen plus habuit vitiorum quam virtutum.

Heres eloquentiæ Pollionis.

Pollio Nepotis magiſter.

Seneca interpretatus.

Quis Liuineius Regulus.

5 LIVINEIVS REGVLVS.] Qui poſtea Senatu motus, & in exilium actus eſt, ob concitatam gladiatorio ludo ſeditionem. Noſter Ann. 14. Puto autem fuiſſe filium Licinij Reguli, ſeu potius *Liuineij Reguli*; vereor enim ne mendum ſit in Dione lib. 54. qui cum ex Auguſti ſententia, albo Senatorum fuiſſet expunctus, filio ſenatore manente, veſte lacera, & nudato corpore, venit in Senatum, ac cicatrices exceptas Reip. cauſa, oſtendit. Quod multi alij patres fecere. Et hoc, magnos habet aculeos ad mouendos animos.

Forte Liuineius legend. apud Dionem.

Vulnera pro Repub. magnos habent motus.

Tacitus explicatus.

Varia in Tacito lectio.

6 PLVS SIBI IN PRINCIPEM.] Ex Salluſtiana oratione, qui in Iugurthino. *Incredibile memoratu quantum plebes intenta fuerit.* Senſus eſt autem Taciti: Nunquam populus magis animum intendit, ad coniiciendum ex principis vultu, vtrum cohiberet ac premeret interiores affectus; an vero promeret. vel ita: Nunquam ſibi tantum iuris tribuit, in iudicando de occulta, id eſt difficili, & obſcura & recondita oratione, & voce principis, aut de eius ſilentio pleno ſuſpicionis & arcanæ nequitiæ. Non negabo tamen obſcuram, & tenebroſam eſſe orationem, immo corruptam. nam quid hoc? *Iis intentior populus, non alias plus ſibi permiſit in principem occultæ vocis, aut ſuſpicacis ſilentij.* Defectus enim orationis patet, & deſiderantur quædam. lego ita. *Iis intentior populus* (id eſt populus totus intentus in hac re) *non alias plus iuris ſibi permiſit in principem, occultæ detegendæ vocis, aut ſuſpicacis ſilentij.* Id eſt, populus nunquam magis fuit intentus in indaganda mente principis, in quem ſibi ius dedit, vt de obſcura eius oratione, & ſuſpicaci ſilentio iudicaret. nam vt ait Cicero pro Planco. *Aures populi, ſunt hebetes, ſed ocu-*

Aures populi hebetes.

Oculi lyncei.

los

los acres & acutos habet. Et male. Nam qui ſublimitatem ſcrutatur, opprimetur ab ea. Nimia curioſitas damnum parit. Tacitus infra in cauſa Lepidæ. *Haud facile quis deſpexerit illa in cognitione, mentem principis: adeo vertit, ac miſcuit iræ & clementiæ ſigna.* Cælius de Pompeio epiſt. famil. lib. 8. *Solet aliud ſentire, & loqui. neque tamen tantum valet ingenio, vt non appareat. quod cupiat.* Hoc autem expedit interdum, Proteos agere principes: quippe in publicæ maieſtatis theatro, multas perſonas inducere principes expedit.

Die ſenatus, Cæſar orationem habuit meditato temperamento: *Patris ſui legatum atque amicum Piſonem fuiſſe, adiutoremq. Germanico datum a ſe, autore ſenatu, rebus apud Orientem adminiſtrandis: illic contumacia & certaminibus aſperaſſet iuuenem, exituque eius lætatus eſſet, an ſcelere extinxiſſet, integris animis dijudicandum. Nam ſi legatus officij terminos, obſequium erga imperatorem exuit, eiuſdemque morte, & luctu meo lætatus eſt, odero, ſeponamque a domo mea, &* [1] *priuatas inimicitias, non principis, vlciſcar: Sin facinus in cuiuſcunque mortalium nece vindicandum detegitur,* [2] *vos* * *vero & liberos Germanici, & nos parentes iuſtis ſolatiis adſicite: ſimulque illud reputate, turbide & ſeditioſe tractauerit exercitus Piſo, quæſita ſint per ambitionem ſtudia militum, armis repetita prouincia, an falſa hæc in maius vulgauerint accuſatores. quorum ego nimiis ſtudiis iure ſuccenſeo. nam quo pertinuit, nudare corpus, & contrectandum vulgi oculis* * *permittere: deferrique etiam per externos, tanquam veneno interceptus eſſet, ſi incerta adhuc iſta, & ſcrutanda ſunt? Defleo equidem filium meum, ſemperque deflebo: ſed neque reum prohibeo quo minus cuncta proferat, quibus innocentia eius ſubleuari, aut ſi qua fuit iniquitas Germanici, coargui poſſit: voſque oro, ne, quia dolori meo cauſa connexa eſt, obiecta crimina pro adprobatis accipiatis. Si quos propinquus ſanguis, aut fides ſua patronos dedit, quantum quiſque eloquentia & cura valet, iuuate periclitantem. Ad eundem laborem, eandem conſtantiam accuſatores hortor. Id ſolum Germanico ſuper leges præſtiterimus, quod in curia potius quam in foro, apud ſenatum, quam apud iudices de morte eius* [3] *anquiritur. cætera pari modeſtia tractentur. nemo Druſi lacrymas, nemo mæſtitiam meam ſpectet, nec ſi qua in nos aduerſa finguntur.*

Qui temperat oratione, nec reum dānat nec abſoluit.

Iudicia ex conſcientia.

* vxorem &

Principis parentes patres ſunt principis.

* permittere?

Tiberij oratio valde principibus imitāda, quamuis falſa & dolis plena, ſed in iuſtioribus cauſis ſequenda.

1 PRIVATAS INIMICITIAS, NON PRINCIPIS, VLCISCAR.] Recte opponit *priuatas inimicitias*, inimicitiis principis. nam princeps perſona eſt publica, in qua, & a qua incolumitas rerum. Sic Apul. lib. 2. *Ex familia Plutarchi ambæ prognatæ ſumus, & eandem nutricem ſimul bibimus, & in nexu germanitatis vna coaluimus: nec aliud nos quam dignitas diſcernit; quod clariſſimas illa, ego priuatas nuptias fecimus.* Ait ergo; vt priuatus, non vt princeps, odero; quod de Germanici morte, & meo luctu ſit lætatus. Renuntiabo illi amicitiam, & ſeponam a domo mea, meiſque interdicam penatibus. Erit mihi [illegible] & [illegible]. *Nam magnorum principum magna clementia, & inde magna laus, magnus amor.* Cyril. Theodoſio. Sin patrauit facinus in caput cuiuſcunque ciuis, veluti Germanici quem veneno ſuſtulerit: *Vos vxorem, & liberos, & nos parentes iuſtis ſolatiis afficite.* Nec Abdera mea mens, in his verbis digladiandum putat, quæ plana ſunt. Ait autem: *Seponam a domo mea*, id eſt, amicitiam vt priuatus renuntiabo. Quod fecit Germanicus ſupra; quodque poſtea facturus eſt Tiberius, vt & fecit Diuus Auguſtus D. Silano, & Timageni.

Priuatæ & publicæ inimicitiæ.

Tacitus explicatus.

Idem correctus.

2 VOS VERO.] Illud *vero*, longe a vero eſt, & nota eſt ita ſcripta, *vxo*, pro *vxorem.* Quod notandum ad detegendam Tiberij nequitiam, non hominibus, nedum Romanis tolerandam. Nam quidquid agebat aut dicebat Tiberius, virtutis bonique ſpecie prætexebatur. Tum fœlix & beatus, ſi Auguſtum ita feciſſe poſſet intendere. Heic autem ſpecioſa verba ſunt ad commendationem vxoris & filiorum Germanici. Quæ aliter ſunt capienda quam vt dicebantur. Nam Tiberius fingit ſe vltorem fore Germanici ſui ex fratre Druſo per naturam nepotis, adoptione vero filij: quem tamen ſecretis ad Piſonem venenarium mandatis tolli veneno curauerat. Ergo vlciſcitur quem ſuſtulerat: & in cædis patratorem exurgit cui cædem mandauerat. Quod nequiſſimum eſt principis facinus. Deinde heic vxorem Agrippinam commendat & liberos Germanici, quos tamen omnes poſtea ſuſtulit, omnia iura flocci faciens vt ſibi ſoli per ſummam nequitiam ſatisfaceret. Nam Agrippinam fame, & Druſum cius filium, & Neronem poſtea ſuſtulit,

totamque Germanici fratris familiam. *Ita vt moriens Agrippina mater diras euomeret in Tiberium, & imprecaretur vt quemadmodum nurum, filium fratris & nepotes, domumque omnem cædibus compleſſet; ita pœnas nomini generique maiorum & poſteris exſolueret*, ait Tacit. lib. 6. Sola Agrippina matre Neronis relicta & Caio principe: illa vt Neronem orbi daret quouis dracone atrociorem; iſto, vt oſtenderet quid poſſet improbitas poteſtati & dominationi coniuncta. Nec ſatis Tiberio hæc per ſummam diſſimulationem exercuiſſe: inſuper Senatum excitat ad vlciſcendum ſcelus quod patrauit. *Nos, inquit, parentes iuſtis ſolatiis afficite:* id eſt, me patrem adoptione, vel patruum natura, filio meo orbatum & parentes ſolamini iuſtis veſtris iudiciis in facinoris authorem. nam pater adoptiuus, veri parentis loco eſt. Aliquando autem militariter parens accipitur, aliquando proprie, & vt Iuriſconſulti accipiunt, pro patre, auo, proauo, abauo, atauo, aliiſque aſcendentibus: militariter pro omni, qui ſanguine, aût cognatione nobis iungitur. D. Hieronymus Apol. 2. in Ruffin. & cap. veniens. de ſponſalibus. extra. Et ita hodie vſurpatur apud Francos, vt olim apud Romanos.

3 ANQVIRITVR.] Hoc verbum in noſtro authore frequens, vt apud Liuium, alioſque fœlicioris notæ authores. Noſter lib. 13. *Num prælia quoque & oppugnationes vrbium, & cætera belli quæ per magiſtros adminiſtrari poſſent, anquirebant?* Et Annal. 16. *Curatius anquiritur.* Sic Liuius lib. 2. *anquirere capitii* dixit. & lib. 6. de M. Manlio. *Sunt qui Duumuiros de perduellione anquirerent.* Apul. Apolog. 1. *Etiam ipſos piſcatores, qui omnium generum piſces arte anquirerent.* Et idem eodem. *Aut omiſſa anquirere, aut defecta ſupplere.* Tertullian. in Apolog. *Si vero de merito conſtet, non modo nihil odij detrahatur, ſed amplius acquiratur.* vbi legendum eſt, *anquiratur.* Nec antiquitatis illud aurum ſpernendum.

Verbum anquirere Tacito proprium. *Et bonis authoribus.* *Vt Liuio.* *Apuleio.* *Tertulliano.* *Qui correctus.*

Exin biduum criminibus obiiciendis ſtatuitur, vtque ſex dierum ſpatio interiecto reus per triduum defenderetur. Tum Fulcinius vetera & inania orditur, ambitioſe, auareque habitam Hiſpaniam. [1] quod neque conuictum noxæ reo, ſi recentia purgaret: neque defenſum abſolutioni erat, ſi teneretur maioribus flagitiis. Poſt quem Seruæus, & Veranius, & Vitellius conſimili ſtudio, ſed multa eloquentia Vitellius, obiecere: odio Germanici, & rerum nouarum ſtudio, Piſonem vulgus militum per licentiam & [2] ſociorum iniurias eo vſque corrupiſſe, vt parens legionum a deterrimis appellaretur: contra, in optimum quemque, maxime in comites & amicos Germanici ſæuiſſe: poſtremo ipſum deuotionibus & veneno peremiſſe: ſacra hinc & immolationes nefandas ipſius atque Plancinæ: petitam armis Remp. vtque reus agi poſſet, acie victum. Defenſio in cæteris trepidauit. nam neque [3] ambitionem militarem, neque prouinciam peſſimo cuique obnoxiam, ne contumelias quidem aduerſum imperatorem inficiari poterat. ſolum veneni crimen viſus eſt diluiſſe. Quod ne accuſatores quidem ſatis firmabant, in conuiuio Germanici, [4] cum ſuper eum Piſo diſcumberet, infectos manibus eius cibos arguentes. quippe abſurdum videbatur, inter aliena ſeruitia, & tot [5] * adſtantium viſu, ipſo Germanico coram id auſum. Offerebatque [6] familiam reus, & [7] miniſtros in tormenta flagitabat.

Error in accuſando inania dicere.

Petita armis Reſp. magnū crimen.

* adſtantium in viſu.

1 QVOD NEQVE CONVICTVM NOXÆ REO.] Id eſt ex qua re, etiam ſi fuiſſet conuictus Piſo, damnum nullum ei imminere poſſet, dummodo præſens crimen purgaret, neque probe defenſus, abſolui, ſi maiore crimine, id eſt maieſtatis crimine teneretur. Et ita conſtrue. *Quod conuictum*, id eſt, quod crimen, aut ſcelus obiectum, ſi conuictum foret, & probationibus iuſtis demonſtratum: *neque reo noxæ erat*, id eſt non faciebat, vt reus eſſet in noxa, *ſi recentia, & ab accuſatoribus nouiter obiecta purgaret. Neque defenſum*, id eſt ſi probe defenderetur, hoc ad abſolutionem profuturum erat. Sic gryphos iſtos diſſoluo, nitorque vt niteat mens authoris noſtri, nec vnquam obſcuretur.

Explicatus Tacitus.

2 SOCIORVM INIVRIAS.] Id eſt per deprædationem ſociorum, quos ſuppilabat, vt militibus erogaret. Amici autem P. R. in ſummo honore. Cæſar lib. 1. de bello Gallic. *Qui regnum in Sequanis obtinuit, a Senatu, P. Q. R. amicus appellatus eſt.* Dio vbi de Traiano. *Reges qui ſponte deditionem feciſſent, aut in fidem veniſſent, hos vt amicos habuit.* Et idem lib. 1. *Rex Iuba, ſocius, atque amicus P. Rom. dictus.* Iudæi Machab. 1. cap. 14. *appellati ſunt a Romanis amici, & ſocij, & fratres, & ſuſceperunt legatos Simonis glorioſe.* Auguſtus, ait Suet. 48. *Reges ſocios etiam inter ſemetipſos neceſſitudinibus mutuis iunxit, neque aliter vniuerſos quam membra parteſq. imperij curæ*

Iterum explicatus.

curæ habuit. Cæſar de Arioiuſto. *An inique, iniuſte aut ſuperbe a me factum, quod eum tanquam amicum ſociumque ad me vocaui?* Dio 38. Et Apoſtata Iulianus, de Argiuis. *Poſteris temporibus paruit Romanis, non tam victa, quam in ſocietatem, fœduſque adhibita.* Sed quia fœderum multa genera cum ſociis, ij demum ſocij magno honore habiti qui æquo iure conueniebant, quique ita fœderati erant, vt pace ac bello mutuo ſe iuuarent. quod paſſim apud Liuium. Et Valerius lib. 6. de fide publica. *Illam Curiam, mortalium quis concilium, & non Fidei templum dixerit. Quam vt ciuitas noſtra ſemper benignam præſtitit; ita in ſociorum quoque animis conſtantem recognouit.*

3 AMBITIONEM MILITAREM, NEQVE PROVINCIAM, PESSIMO CVIQVE OBNOXIAM, INFICIARI POTERAT.] Non poterat, inquit, inficiari Piſo, vulgus militum corrupiſſe, quo in Syria, per ambitionem remaneret; nec negare prouinciam male habuiſſe, quæ peſſimo cuique per eum obnoxia fuit. hiſque premebatur; ſed magis conſcientiæ vi, quæ eum ad necem compulit. *Nam militantibus viris ſumma eſt ambitio, bene audire apud milites, eorumque gratiam venari.* Suet. 67. de Iulio Cæſare. *Milites blandiori nomine commilitones appellabat. Quibus rebus & deuotiſſimos ſibi & fortiſſimos reddidit.* Prædas etiam militibus dabat, agros adſignabat. Idem Suet cap. 38.

4 CVM SVPER EVM PISO DISCVMBERET.] Oportuit triclinium fuiſſe, vt Piſo ſummo, Germanicus medio, Agrippina infimo loco, & in ſinu mariti diſcumberet. medius enim locus honoratior; nec Piſo alioqui editiorem locum ſumpſiſſet. Sic Sueton. in Calig. facit illum diſcumbentem inter vxorem, & Druſillam, vt vxor ſuperior, Druſilla inferior in eius ſinu eſſet. Cicero epiſt. vlt. lib. 9. ad famil. *Accubueram,* inquit, *hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaraui; Dices vbi? apud Volumnium Eutrapelium; & quidem ſupra me Atticus, infra Verrius, familiares tui.* Quod indicat, Ciceronem in medio, vt loco honoratiore, conſediſſe. In Bibliis: & cap. 9. lib. 1. Reg. aliter vſurpatum, ex Iudæorum more. nam honoratior in capite. Sic enim inquit. *Aſſumens itaque Samuel Saulem, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati. Erant enim quaſi triginta viri.* Et erat tritum in Iudæorum oraculis. *Ponam vos in caput non in caudam.* & contra: *in caudam, non in caput.* Samuel autem, qui cum illo diſcumbebat, erat in primo toro, & ſupra Saulem. nam adiicit. *Comedit Saul cum Samuele in die illa.* Quippe mos erat Iudæorum, primum locum dare Sacerdotibus, & Prophetis. Quod Chriſtus Dominus obiicit eorum poſteritati, dum ait: *Amant primos recubitus in menſis.* Et hoc tritum apud Paganos, apud quos *Pontificalis locus eſt primus*, vt ait Seruius 2. Æn. in principio. nec tantum *in menſis*, ſed *in viis*. De medio autem loco, Theocrit. Idyl. 25. facit Phyleum medium locum relinquentem aliis. Quod etiam tradit Plutarchus de M. Cicerone. Quod non obſeruatur in amicitia. *Nam amicitia ſemper pares accipit aut facit.* Vbi vero duo tantum, qui primus toro accumbebat, dignior habebatur, vt in nuptialibus cœnis. nam Catullus de marito & vxore.

Honoratior locus medius.

Sed inter tres viros.

Etiā triclinio.

Saul in domo ſacerdotis Samuelis.

Samuel altior Saule.

Sacerdotes regibus prælati apud Iudæos.

In menſis.

In viis.

Aſpice intus, vt accubans
Totus immineat tibi.

Vbi forte legendum *altus* non *intus*: & verbum *immineat* oſtendit. Et idem *altus*, qui *ſummus*, quamuis ſciam interiorem, & inferiorem comitem dici. Quod heic non quadrat. Sic Martialis pro inconſueto modo accumbendi marito & vxori ſcribit lib. 2. epig. 24.

Inter duos, dignior qui altior.

Catullus correctus.

Ad cœnam venies; ſed ſic diuiſa recumbes,
Vt non tangantur pallia noſtra tuis.

Et ſane vxores ſolæ cum viris accumbentes dicebantur *eſſe ad pedes maritorum.* Sic Apul. Met. *Cum dicto iubet vxorem decedere, vtque in eius locum aſſideam iubet.* At prius dixerat. *Commodum cœnare incipientem inuenio. Aſſidebat pedes vxor & menſa vacua, poſito cuius monſtratu, En, inquit, hoſpitium.* Plinius in grat. act. *Conuiuiis tuis immines*, id eſt ſummus aſſides. Apul. 6. Metam. *Nec mora, cum cœna nuptialis affluens exhibetur. Accumbebat ſummum* (id eſt altum & primum torum) *maritus, Pſychen gremio ſuo complexus, & cum ſua Iunone, Iupiter, & per ordinem Dij omnes.* Et idem 7. Metam. *In ſummo puluinari locatus, cœna & poculis magnis inauguratur.* Petron. Arbiter de Trimalcione. *Omnes diſcubuerant, præter ipſum Trimalcionem, cui locus, nouo more, primus ſeruabatur.* ait *nouo more*; quia conuiuij dominus, cedit loco conuiuis. Xiphilinus, vbi de Sardanapalo diſcumbente: *Habebat in ſinu amicam.* Iuuenalis Sat. 10.

Summum puluinar.

Dominus conuiuij in imo loco.

Amica in amicorum ſinu.

Spectent hoc nuptæ, iuxta recubante marito.

Et Sat. 2.

—— gremio iacuit noua nupta mariti.

Ergo medius locus, ſi tres ſint, eſt locus honoratior. Ideo Virgilius 1. Æn. ſcribit de Didone Regina.

—— mediamque locauit.

Ne mirere igitur, ſi Piſo ſupra Germanicum recumbit; nam tres erant. Non omitto olim vxores non accubuiſſe menſis, ſed ſediſſe. Valer. 2. cap. 1. *Fœminæ cum viris cubantibus ſedentes cœnitabant.* Quippe in accubitu eſt quid probroſum, mulieribus in ſeſſu honorificum aliquid. ſed cum moribus hoc euanuit. Quod libri & lapides docent.

5 ADSTANTIVM VISV.] Lubenter legerem, & ſane lego, *tot adſtantium in viſu*: id eſt, in oculis, & in adſpectu tot adſtantium, & tot circunſtantium hominum. Quod notabile. *Viſum* autem accipe pro oculis. Et Pedo docet, cum dicit.

Tacitus correctus.

Viſus pro oculis.

Aera pugnaci luctatus rumpere viſu.

Et Ouid 1. Metam.

—— & quæ natura negarat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Et Auſonius.

—— noſtros non admittentia viſus.

Nam ſyllaba *in* delituit in littera *m.* Plinius lib. 2. cap. 93. *Hierapolim Aſia*, pro *in Aſia.* & Apuleius 2. *Fortunam ſcæuam an ſæuam verius dixerim? miſer incidit.* vbi legendum, *fortunam in ſcæuam.* Et Spartianus in Adr. *Multis ingentia*

detulit munera, ſed nulli magis quam Hiberum. lego, *in Hiberum.*

Familia ſeruorum. 6 FAMILIAM.] Seruorum ſcilicet. nam ita dicuntur a Iuriſconſultis, vt iam dixi. Quamquam *omnes tam liberi, quam ſerui, & qui ſunt ſub poteſtate patrisfamilias, familiæ nomine contineantur.* L.195. de verb.ſignif. Sex. Pomp. *Familia antea in liberis hominibus dicebatur. Quorum dux & princeps generis vocabatur pater & mater familias. Vnde familiæ nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum, & familiares ex eadem familia. Poſtea hoc nomine famuli appellati.* Et addit. *Famuli origo ab Oſcis dependet, apud quos ſeruus Famel nominatur, vnde & Familia.*

In ſpecie.

In genere omnes liberi, & ſerui qui ſub patre familias.

7 MINISTROS IN TORMENTA FLAGITABAT.] Milites ſcilicet, qui ad exercendas quæſtiones, miniſteria præbebant, & carnifices. Quod petendum eſt a Prudentio, Hymno D. Hippolyti, vbi de carnifice, & vbi quoque de mulue. Plaut. in Capt. *Miniſtri milites ad coercendas quæſtiones.*

Iniicite huic actutum manicas maſtigiæ.

Et in Milite glor.

Ducite iſtum, ſi non ſequitur, rapite ſublimem foras:
Facite inter cœlum & terrã vt medius ſit. diſcindite,
Diſpendite hominem diuerſum.

Sed iudices per diuerſa implacabiles erant: Cæſar ob bellum prouinciæ inlatum; Senatus, [1] nunquam ſatis credito, ſine fraude Germanicum interiiſſe. * ſcripſiſſent expoſtulantes: [2] quod haud minus Tiberius quam Piſo abnuere. Simul populi ante curiam voces audiebantur, non temperaturos manibus, ſi patrum ſententias euaſiſſet. [3] effigieſque Piſonis traxerant in [4] Gemonias, ac diuellebant, ni iuſſu principis protectæ, repoſitæque forent. Igitur inditus lecticæ, & a tribuno prætoriæ cohortis deductus eſt: vario rumore, cuſtos ſalutis, an [5] mortis exactor ſequeretur. [6] Eadem * Plancinæ inuidia, maior gratia, [7] * eoque ambiguum habebatur quantum Cæſari in eam liceret. atque ipſa donec [8] mediæ Piſoni ſpes, ſociam ſe cuiuſcunque fortunæ, &, ſi ita ferret, comitem exitij promittebat. vt ſecretis Auguſtæ precibus veniam obtinuit, paulatim ſegregari a marito, diuidere defenſionem cœpit. Quod reus poſtquam ſibi exitiabile intelligit, an adhuc experiretur dubitans, hortantibus filiis durat mentem, ſenatumque rurſum ingreditur: redintegratamque accuſationem, infenſas patrum voces, aduerſa & ſæua cuncta perpeſſus, nullo magis exterritus eſt, quam quod Tiberium ſine miſeratione, ſine ira, [9] obſtinatum clauſumque vidit, [10] * ne quo adfectu perrumperetur. * Relatus domum, tanquam defenſionem [11] in poſterum meditaretur, pauca conſcribit, obſignatque & liberto tradit. Tum [12] ſolita curando corpori exequitur. Dein multam poſt noctem, egreſſa cubiculo vxore, opperiri fores iuſſit: & cœpta luce perfoſſo iugulo, iacente humi gladio, repertus eſt.

* ſæpiſſime ſententiis expoſtulantes:

Crimine pares, gratia impares.

* in Plãcinam inuidia, at maior gratia,

* eoque, *id eſt Piſoni*

Tiberius ſine miſeratione, ſine ira.

* ne quo affectus perrumperet.

* Vt relatus domum,

1 NVNQVAM SATIS CREDITO SINE FRAVDE GERMANICVM INTERIISSE, SCRIPSISSENT EXPOSTVLANTES.] Hic morbus Æſculapium non habuit. Et iacet hæc clauſula exanimis pæne. Puto tamen ita debere legi. *Senatus nunquam ſatis credito, ſine fraude Germanicum interiiſſe, & ſæpiſſime ſententiis expoſtulantes.* id eſt, dum dicunt ſententias. Nam ait iudices diuerſa ratione implacabiles, Cæſarem ſcilicet, & Senatum: Cæſarem, ob turbatam armis prouinciam: Senatum, quod expoſtularetur ſæpiſſime, nunquam & nuſquam credendum ſibi, Germanicum ſine fraude interiiſſe. Et hoc eſt quod infra ſubiungit, *Infenſas patrum voces*, quod ſcilicet ſæpiſſime expoſtularentur. Dixit autem *credito*, abſolute, vt infra eodem, *multum ante repetito.* Et poſtea. *Tiberius ſæpe apud ſe penſitato.* Et lego, *ſæpiſſime*, vt infra *crebro*, lib. 3. de Druſo. *Occultus odij, & crebro quærens.* Parum fuit, quin heic clitellas ferus abiicerem: ita me deluſit portentum verbi *ſcripſiſſent*: putabamque obſtruſum pro *ſæpius eſſent.* Itaque hic locus ſit mihi pro feſto Lucario.

Locus rediuiuus ex conclamato.

Verbũ, credito, ex vſu Taciti.

2 QVOD HAVD MINVS TIBERIVS, QVAM PISO ABNVERE.] Et cur abnuit Tiberius, non minus quam Piſo? quia Tiberij crimen erat, non minus quam Piſonis, Germanici cædes. Tiberius mandarat ſecretis nuntiis: Piſo exequutus erat clandeſtinis ſæuitiis: vterque noxius, vterque noxa. Sed Tiberius Piſone aſtutior, crimini ſe ſubtraxit, & Piſonem ſui flagitij miniſtrũ oppreſſit quod in vſu fuit huic Principi, & nihil tritius in Paganorum principũ hiſtoriis: Cædes imperant, imperatas & patratas abnuunt, nec imperaſſe ſe profitentur. Author euadit, executor plectitur. Sic cædes Poſthumi Agrippæ a Tiberio denegata. Sic Conſularis cædes a Claudio inficiata. Vno verbo, de iſtis Romanis

nis principibus, ex Plautino melle.

Scio quo vos pacto ſoleatis perplexarier,
Pactum, non pactum eſt; non pactum, pactum eſt
Quod vobis lubet.

3 Effigies divellebant.] Id eſt nidulis eruebant, proturbabant, diſrumpebant, & in partes diſtrahebant. Nam ſtatuis poſitis memorias hominum commendabant, auulſis euellebant. Sic dixit Ouidius *membra diuulſa* 3. de Triſt. Et Horat. ad Fuſcum 1. Epiſt. *Diuellere & ſignare.*

Eſt vbi diuellat ſomnos minus inuida cura?

id eſt, diſrumpat. Suetonius in Domitiano, *ſcalas inferri, clypeoſque & imagines eius, coram detrahi.* id eſt diuelli. nam tyrannis mortuis, aut trucidatis, eorum ſtatuæ nidis euellebantur. Etiam conflabantur. Nam Dio in Nerua. *Flagrabant adhuc odio in Domitianum ciues: quare ſtatuæ eius tum aureæ tum argenteæ in illius honorem conſtitutæ ſubito conflatæ ſunt. Arcus præterea in eiuſdem vnius titulum & nomen ſubſtructi euertuntur.* Et hanc diuulſionem ſtatuarum tangit Cicero ad Brutum, epiſtola *Meſſalam. Lepido,* inquit, *cum ſtatuam in Roſtris ſtatuiſſemus, iidem illam euertimus. nec tantum in ſtatuenda Lepidi ſtatua, factum eſt mali, quantum in euertenda, boni.* *Plus in Lepidi ſtatuenda ſtatua mali, quam in euertenda boni.* Nam *ſignis olim, & ſtatuis, elogiis, & hiſtoriis, aliiſque rebus virtus ipſa decorabatur*, ait Gellius lib. 3. cap. 7. quemadmodum ob vitium, ſtatuæ euertebantur; Capitolin. in Seuero. *Ita odio eum habuit vt & hoſtem publicum appellaret, & depoſitis ſtatuis eius per orbem terræ, graui eum inſigniret iniuria.* Nec euertebantur tantum, ſed etiam ærugine & luto fœdabantur, vendebantur, & ſubmergebantur. Etiam ignibus admouebantur. quod in Demetrio Phalereo notat Laertius, & ex Tertulliano in Apolog. *Statuæ euerſæ. Fœdatæ. Venditæ. Submerſæ. Mutatæ & fuſæ.* *Etiam admotæ igni in cacabos & trullas mutabantur, vt ſtatua Spur. Melij.* De luti iniectione Lamprid. in Heliogabalo. *Vbi primum lutati ſunt tituli ſtatuarum, milites omnes excuſſerunt.* De fractione triumphalium ſtatuarum & currus & equorum, Iuuenalis Sat. 4.

Ipſas deinde rotas bigarum, impacta ſecuris
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis.

Loquitur de thenſis. Sic populus Bruti ſtatuas rupit in funere Cæſaris; ſic Poppææ in illo Octauiæ repudio. noſter infra lib. 14. Et in hiſt. 1. *Ipſo Kalend. Ianuar. die diſrumpunt imagines Galbæ; quarta legio promptius, duodeuiceſima cunctanter.* Plinius in Panegyr. *Iuuabat illidere ſolo ſuperbiſſimos vultus, inſtare ferro, ſæuire ſecuribus, vt ſi ſingulos ictus, ſanguis, dolorque ſequeretur. Nemo tam temperans gaudij, ſeræque lætitiæ fuit, quin vltionis videretur, cernere laceros artus, truncata membra, poſtremo truces, horrendaſque imagines abiectas, excoctaſque flamma, vt ex illo terrore & minis, in vſum hominum, & voluptates mutarentur.* Et notandum magni principis, & egregij philoſophi, Demetrij dictum cum eius ſtatuæ euerterentur. *Virtutem meam non euerterunt.* Quippe in probos proborumque honores vitia plerunque ſæuiunt: ſed ſunt bruta fulmina magnos viros non tangentia.

4 Gemonias.] Quas a *gemitu* dictas ſuſpicor, quia in eis vltimi gemitus damnatorum. *Gemoniæ a gemitu.* Vocant autem eas *Gemonios gradus*, vt Plinius, vbi de Sabini cane loquitur. Alij, *Scalas gemonias* nuncupant. Alij, *Gemonias* tantum, vt heic noſter. *Gemonij gradus.* Et Suetonius in Tiberio, vbi de Agrippina; *Quod non laqueo ſtrangulatam in Gemonias abiecerit.* Quæ ſtabant non longe ab Auentino. *Quid?* Erant autem gradus, in quibus corpora necatorum nuda, & inſepulta, populo ſpectanda præbebantur: *Corpora tracta ad Gemonias.* mox vbi patuerant, & putruerant, vnco gutturi infixo trahebantur in Tiberim. Vnde iſtud: *Seianus ducitur vnco.* *Mox in Tiberim.* Et Valerius. *Corpus contumelia carceris, & deteſtanda Gemoniarum ſcalarum nota fœdauit.* lib. 6. cap. 3. vbi de M. Claudio. At Tacit. infra lib. 6. *Circumiecti cuſtodes* (loquitur de corporibus ad Gemonias tractis) *& in mœrorem cuiuſque intenti, corpora putrefacta adſectabantur dum in Tiberim traherentur.* Plinius ſummum pudorem ponit in iis. Sic enim 36. cap. 15. *Paſſim,* inquit, *concita nece Quiritibus tædium fugientibus nouum & inexcogitatum antea poſteaque remedium inuenit ille rex, vt omnium ita defunctorum figeret crucibus corpora ſpectanda ciuibus, ſimul & feris volucribuſque laceranda. Pudor R. nominis tunc ſubuenit.* Erant autem ad eorum cuſtodiam milites, ne ſcilicet propinqui corpora ſubtraherent, & ſepulturæ mandarent. *Miles cadauerum ſeruator.* Petron. Arbiter. *Miles qui cruces aſſeruabat, ne quis ad ſepulturam corpora diſtraheret iniuſſu magiſtratu.* Ita accipe verba Euangelij, de militibus qui ſepulchrum Chriſti ſeruabant, ne corpus tolleretur. Tertullianus ad Valent. *Alium ex alio, per gradus reuera Gemonios ſtructum.* De iſta autem tractione, poeta.

Sed ducis infandi rapidæ non hactenus iræ
Stare queunt; vetat igne rapi, pacemque ſepulchri
Impius ignaris nequicquam manibus arcet.

Talis fuit vox Auguſti in Suet. 13. *Vni ſepulturam precanti reſpondit, iam iſtam in alitum poteſtate fore.* Sed Auguſtus iuuenis paulo commotior; ſenex, clementior & moderatior.

5 Mortis exactor.] Non quod mortem exigeret, ſed quod mortem pateretur. Plautus in Pſeudolo dixit.

Neceſſe hodie Sicyoni me eſſe, aut cras mortem exequi.

Sic noſtri Iuriſconſulti in eodem verbo, *Exigere pœnam*, L. in delictis. §. cum dominus. de nox. actionib. Et vt *pœnam exigere* dicunt, ita *pœnam ſoluere*. Cicero 5. in Verrem. *Vt eas pœnas, quas proxime meruiſſet, ſolueret.*

6 Eadem Plancinæ invidia.] Lege cum fide, *Eadem in Plancinam inuidia, at maior gratia. Eadem inuidia,* ſcilicet quæ in Piſonem maritum. *Tacitus correctus.* Vterque enim natura inſolens, vt potentia ferox. *At maior gratia.* Plancinæ, ſcilicet, in Tiberium, quam Piſoni. Oratio & enormis Latinitas ſatis mendum arguit.

7 Eoque ambiguum habebatur.] Puto legi debere, *reoque ambiguum habebatur.* id eſt, Piſoni marito, tunc reo, ambiguum erat quantum Cæſari in eam liceret. Et noſter infra, de Piſone. *Quod,* inquit, *reus poſtquam ſibi exitiabile intelligit.* Arguit autem eam impudicitiæ cum Cæſare, & firmat infra, cum ſcribit. *Pro Plancina diſſeruit cum pudore & flagitio.* *Mariti de vxoribus, vix credunt.* Dixit autem *ambiguum*, quod mariti multa

interdum de vxoribus ambigunt, quæ etiam ſi certa, vix credant. Inde illa vox Vitellij ad Claudium Imperatorem peſſime illuſum a Meſſalina: *Diſsidium tuum noſti?* ſolus enim ignorabat quod in triuiis tota Roma cantabat. *Solemus*, ait D. Hieron. *mala domus noſtræ ſcire nouiſſimi, & vxorum vitia vicinis canentibus ignorare.*

Explicatus Tacitus.

8 MEDIÆ PISONI SPES.] Inter abſolutionem & condemnationem; inter triſtitiam, & lætitiam; inter vitam & mortem; inter bonam & aduerſam fortunam. nam adiicit. *Sociam ſe cuiuſcunque fortunæ promittebat.* Et verum quod promittebat. ſed vt ait Catullus,

—— mulier cupido quod dicit amanti;
In vento, & rapida ſcribere oportet aqua.

Nam muliere nil leuius; quique huic innititur, caducis innititur, & arundineo baculo.

Coniectura in Tacito.

9 OBSTINATVM.] Forte *obſirmatum* ſcriptum erat, cum prius dixerit, *Sine miſeratione, ſine ira.* Et cur *obſtinatum*, non *obfirmatum?* Nam primum in vitio eſt; alterum, in conſtantia. Tamen vt legenti ſit electio, Feſtus ait, *Obſtinat, id eſt obfirmat.*

10 NE QVO AFFECTV PERRVMPERETVR.] Immo lego, *Ne quo affectus perrumperet.* nam affectus intra nos ſunt, non extra. Tacitus 13. *Omnes affectus abſcondere didicerat.* loquitur de Octauia vxore Neronis. *Æqualem ſemper oportet eſſe Imperatoris animum. Nam mutari pro rerum varietatibus, mentis inſtabilis argumentum eſt*, ait Agapitus. pro *inſtabilitatis.* Verebatur autem ne verbis, ne vultu, aut alio quocunque modo, illud infimis viſceribus clauſum πάθημα perrumperet, & in apertum prodiret. Cuius populus erat perſpicax inquiſitor cum ſuis emiſſitiis oculis. Lego igitur, *ne quo affectus prorumperet.* & figo punctum. mox incipio clauſulam. *Vt relatus domum.* nam ex verbo, *vt*, illud, *tur*, finxerunt fictores peritiſſimi. Sic ſupra, *Et ſi caſus daretur*, pro, *& ſi caſus daret, vi auſurum.* dixi ſupra.

Ratio correctionis.

11 IN POSTERVM.] *Diem* ſcilicet. nam tertius aderat dies, a principe datus ad defenſionem; & ex triduo, iam duo exacti dies. Supra enim ita decretum, *Vt reus per triduum defenderetur. Poſterdie dicebant olim pro poſtridie, hoc eſt poſtero die.* Vetus Grammaticus. Et nota quod dies tres præſcribit Cæſar Piſoni ad ſe defendendum, vt Areopagitæ reis horas præſcribebant ad reum defendendum.

12 SOLITA CVRANDO CORPORI EXEQVITVR.] Id eſt lauat, cœnat. Sic Martialis de iſta cura, lib. 4. epig. 90.

Ratio omnis corporis curandi.

Prandeo, poto, cano, ludo, lauo, cœno, quieſco.

Et Lucillius:

Rador, ſubuellor, deſquamor, pumicor, ornor.

Eadem Plautus in Milite: ſed in fœmina.

Abiit ambulatum, dormit, ornatur, lauat,
Prandet, potat, occupata eſt.

Et Apul. 1. *Lectulo refoueo, cibo ſatio, poculo mitigo, fabulis permulceo.* En pulchrum lurconis acroama, & vita nebulone non indigna.

Princeps author cædis cædem in Piſonem vlciſcitur.

Audire ne memini ex [1] ſenioribus, viſum ſæpius inter manus Piſonis libellum, quem ipſe non vulgauerit: ſed amicos eius [2] dictitauiſſe, litteras Tiberij, & mandata in Germanicum *contineri: ac deſtinatum promere apud patres, [3] principemque arguere, ni eluſus a Seiano per vana promiſſa foret: nec illum ſponte extinctum, verum immiſſo percuſſore: quorum neutrum adſeuerauerim. neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui noſtram ad iuuentam durauerunt. Cæſar flexo [4] in mœſtitiam ore, ſuam inuidiam tali morte [5] * quæſitam apud ſenatum; crebriſque interrogationibus [6] * exquirit qualem Piſo diem ſupremum, noctemque exegiſſet. [7] Atque illo pleraque ſapienter, quædam inconſultius reſpondente, recitat codicillos a Piſone in hunc ferme modum compoſitos. *Conſpiratione inimicorum & inuidia falſi criminis oppreſſus, quatenus veritati & innocentiæ meæ nuſquam locus eſt, deos immortales teſtor, vixiſſe me, Cæſar, * [8] cum fide aduerſum te, neque alia in matrem tuam pietate: voſque oro liberis meis conſulatis, ex quibus Gn. Piſo qualicunque fortunæ meæ non eſt adiunctus, cum omne hoc tempus in vrbe egerit. M. Piſo repetere Syriam dehortatus eſt. atque vtinam ego potius filio iuueni, quam ille patri ſeni ceſſiſſet. eo impenſius precor ne meæ prauitatis pœnas innoxius luat. Per quinque & quadraginta annorum obſequium, per collegium conſulatus, quondam diuo Auguſto parenti tuo probatus, & tibi amicus, nec quicquam poſt hæc rogaturus ſalutem infelicis filij rogo.* De Plancina nihil addidit.

In hiſtoriis non aſſerenda dubia, ſed nec ſilenda flagitia.

* continerī.
* quæſitam ait apud ſenatū;
* a liberto quærit
* conſpicuum fide

1 Ex

Seniores.

1 Ex senioribvs.] Martial. lib. 2. epigram.26. de ſenioribus ita.

Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis artes,
Nec ſileant noſtri, prætereantque ſenes.

Nam in ſenum animis viuunt tempora; & ſenes, vinaque annis pretioſa fiunt. Sed dixi iam in fine libri ſecundi. Vnum addo apud Francos, quod noto obiter: *Seniores* pro *dominus* dici ob reuerentiam. Quippe eadem ſenioribus quæ dominis præſtita reuerentia: vt domini, poteſtate ſenes, canitie & ſapientia ſint reuerendi. Nam in veteribus monumentis & hodie domini vocantur noſtro idiomate *Seigneurs*, id eſt, Seniores, vt notes veterum Francorum mores valde Chriſtianos in ſenibus honorandis, & tam notabiles quam poſtea deuios. D. Auguſtinus in Pſalm.16. ait *Senectutem eſſe auram matutinam.* Merito. nam aura matutina noctis diſcutit tenebras, Senectus animorum paſſiones. Aura matutina fulgoris Solis prænuncia, & Senectus claritudinis & famæ initium.

2 Dictitavisse.] Id eſt, dictis crebrioribus aſſeruiſſe. Sunt autem priſca verba. nam Plautus in Epidico.

Dictitare, verbum Taciti.

Nihil moror vetera & vulgata verba,
Peratim dictitate, *at ego ſollutim dictitabo.*

Quod ait de verbo *ductito*, idem puta de verbo *dictito*. Hoc autem verbum noſtro authori frequens, vti bonis authoribus. Plautus in Trinummo.

Male dictitatur tibi vulgo in ſermonibus.

Cicero ad Lentulum 1. epiſt. ad fam. *Quem dictitant fracto animo fuiſſe.* Suetonius in Iulio, cap.30. *Cn.Pompeius ita dictitabat.* noſter infra. *Ob externas victorias, ea ſacrari dictitans.* Sic D. Ambroſius, vſurpat verbum *inquitare*, libro de Helia. *Bibamus, inquitant, pro ſalute Imperatorum.* Et Apuleius *loquitari*, 2. Florid. *Primum ſapientiæ documentum, meditari, condiſcere, loquitari, dediſcere.* Et hæc omnia verba, *dictitare, inquitare, loquitari*, verba ſunt eum matre Euandri nata, ſed Romano eloquio non indigna: quippe a fontibus Latini ſermonis orta.

Inquitare.

Loquitari.

Suetonius correctus.

3 Principemqve.] Sueton. hoc declarat cap.52. in Tiberio, loco mendoſo, his verbis. *Quem mox huius criminis reum, putant quidam, mandata prolaturum, niſi ſecreta obſtarent, per quæ multifariam increpitum, & per noctes creberrime acclamatum: Redde Germanicum.* Lego, & corrigo. *Quem mox huius criminis reum, putant quidam mandata prolaturum, ni Seianus ſecreto obſtaſſet. Propter quæ multis fori ianuis inſcriptum, & per noctes acclamatum, Redde Germanicum.* nam ita pendentes tabellas ponebãt in foro, deſignatrices & notatrices vitiorum. Ouidius 2. Faſt.

Tabellæ.

Inque foro, multa circum pendente tabella,
Signatur certa Curia quæque nota.

Et Propert.

I puer, & longa tabulam ſuſpende columna.

Columnæ autem in foribus domorum & templorum. Virg. 2. de foribus.

Amplexæque tenent poſtes atque oſcula figunt.

Et Lucanus.

Inſulaque in geminos diſcurrit candida poſtes.

Et Apul. 4. Met. *In ipſo veſtibulo nuptiarum & poſtes frondium ſertis cernere coronatos.* Suetonius 46. in Nerone. *Adſcriptum & columnis, iam Gallos eum cantando excitaſſe.* De templis Tibullus 1. Eleg. 2.

Et miſerum ſancto tundere poſte caput.

Et Varro in Modio. *Quid aliud eſt quod Delphica canat columna litteris ſuis?* Nonius.

4 In moestitiam ore.] Tiberius tamen in ſenecta *ſcæuus & ſæuus, & ſeuerus*, ait Plinius lib.15.c.22. vt a natura, non ab arte, id factũ putes: Nam, vt ait Plautus, *illi frons caperata ſeueritudine, vultuoſus erat, & triſtis.* Cicero de Orat. *Cũ effeceris ne quid ineptũ ſit, aut vultuoſum,* id eſt triſte. Nonius Marcellus in verbo *Vultuoſus*. Græci dicunt. *Ὥσπερ κοχλίας πμυσὰς ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς. Fronte ſemper corrugata & cochleata.*

5 Qvæsitam apvd Senatvm.] Error manifeſtus. nam verbo deficiente, hiat oratio. Et puto ita fuiſſe ſcriptum a Tacito. *Suam inuidiam, ait, tali morte quæſitam apud Senatum.* Verbumque, ait, abſumptum paribus litteris, & priore verbo *inuidiam.* Quod peruiũ in his libris. Sic a me hic tenebrio ſuperioribus libris luci reſtitutus fuit. Et reſtituetur infra aliis locis quibus latet ſui ipſius furunculus.

Tacitus emendatus.

6 Exqvirit.] Sed a quo? ſilet. Certum eſt tamen a liberto, vel ſeruo, cui traditi a Piſone codicilli: nam ſubiungit author. *Atque illo ſapienter pleraque, quædam inconſulto reſpondente, recitat codicillos.* Lego ergo, *a liberto exquirit.* Solebant enim codicilli dari libertis, quia fideliores erant patronis, & chariores, ob libertatem datam. Labeo Antiſtius, mori certus, per libertos nouiſſima mandata vxori & liberis perferenda tradit. Appianus de bello Ciuili. Et Iuuenalis Sat.6. vbi de diuortio.

Idem iterum.

Liberti codicillorum latores.

Chariores & fideliores patronis.

Collige ſarcinulas, clamat libertus, & exi.

At his libertis aliquando nulli fideliores, aliquando nulli infideliores.

7 Atqve.] Lego, *Ad quæ.*

8 Cvm fide adversvm te.] Non ſic Tacitus, & ſcribendum. *Conſpicuum fide aduerſum te,* id eſt, clara & aperta fide. Sic Ouid. Œnone Paridi.

Tacitus ex coniectura correctus.

Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit.

Conſpicuum fide.

Martialis lib. 1. epigram.2.

Heic vbi conſpicui venerabilis amphiteatri
Erigitur moles, ſtagna Neronis erant.

Conſpicuum nouitas, diuitiæque faciebant. Liuius lib.1. Et Ouidius. *Conſpicuum ebur.* & heic nota vnum ex ſiglis exſcriptoris: alia notabuntur infra. Nam verbum *cum*, *conſpicuum* facit.

Poſt quæ Tiberius adoleſcentem crimine ciuilis belli purgauit: [1] patris quippe iuſſa, nec potuiſſe filium detrectare: ſimul [2] nobilitatem domus, etiam ipſius, quoquo modo meriti, grauem caſum miſeratus. Pro Plancina cum [3] pudore & flagitio diſſeruit, matris preces obtendens: in quem optimi cuiuſque [4] ſecreti queſtus magis ardeſcebant.

Mala tamen patrum iuſſa in Remp. non obeunda, ſed plectẽda ſunt ſi exequãtur. Scelerati conuicti puniendi ſunt refra-

Id ergo fas auiæ, interfectricem nepotis aſpicere, adloqui, eripere ſenatui? quod pro omnibus ciuibus leges obtineant, vni Germanico non contigiſſe? Vitellij & Veranij voce defletum Cæſarem: ab Imperatore, & Auguſta defenſam Plancinam. proinde venena, & artes tam feliciter expertas verteret in Agrippinam, in liberos eius, egregiamque auiam, ac patruum ſanguine miſerrimæ domus exſatiaret? Biduum ſuper hæc imagine cognitionis abſumptum, vrgente Tiberio liberos Piſonis matrem vti tuerentur. Et cum accuſatores ac teſtes certatim perorarent, reſpondente nullo, [5] miſeratio, quam inuidia augebatur.

gante damnatione niſi de Rep. bene meriti.

Boni in bonos bene affecti, mali in malos.

Sed bonorum ſecreti queſtus, malorum aperti.

Pater imperio. Filius obſequio.

1 PATRIS QVIPPE IVSSA.] Quintilianus in quadam declamat. *Ideo vos genuimus,* ait pater, *vt nobis obſequamini.* nam præceptum eſt, *Aut ames parentem, aut feras,* ex P. Mimo. Et Comicus ille ſenex apud Terentium.

Non meum imperium revereri ſaltem? non pudere?

Vbi pater, ibi imperium; vbi filius, ibi obſequium. Sic ille Plautinus adoleſcens laudatur in Bacchid.

Obſequens obedienſq; eſt mori atque imperiis patris.

Et idem in Sticho.

Quid agimus, ſoror, ſi obfirmabit pater aduerſum nos? PA. pati

Nos oportet quod ille faciat, cuius poteſtas plus pollet.

Familia Piſonis nobilis.

2 NOBILITATEM DOMVS.] Quam ſupra tetigi. ſed ex Tacito melius noueris ſi quæ de Piſone ſcribit ſub Nerone agnoueris. Nam Tacitus Tacito pro ſole eſt. Ait ergo. *Is Calpurnio genere ortus ac multas inſigneſque familias paterna nobilitate complexus* (vide domus nobilitatem) *claro apud vulgū rumore erat per virtutem aut ſpecies virtutibus ſimiles. Namque facundiam tuendis ciuibus exercebat, largitionem aduerſus amicos, & ignotis quoque comi ſermone & congreſſu.* Et idem in hiſtoriis & de eadem etiam, de nobilitate commendat. *Piſo M. Craſſo & Scribonia genitus, nobilis vtrimque, vultu habituque moris antiqui & æſtimatione recta ſeuerus, deterius interpretantibus triſtior habebatur. Ea pars morum eius quo ſuſpectior ſollicitis, adoptanti placebat.*

Tacitus explicatus.

3 PVDORE ET FLAGITIO.] *Pudore,* quod matris preces prætenderet, vt illa abſolueretur: quod erat putidum. deinde quod per adulteria & libidines, haberet illam ſibi charam Tiberius. *Flagitio,* quod ita ſui filij adoptiui necem inultam ſineret, principemque reip. charum clarumque, & vtilem, magnoque ſcelere peremptum, non vindicaret. At principi ignominioſum matrem Reipublicæ præponere, & quod peſſimum facinus eſt, alienam vxorem corrumpere. Flagitium, principem filium multa virtute florentem & per inſidias ſublatum inultum ſinere.

4 SECRETI QVESTVS ARDESCEBANT.] Id eſt, omnes boni de Plancina conquerebantur magno, ſed clandeſtino odio. Atque forſan ita dicebant.

Στῆχε δίκης ἄποιν, ἔχθρα τοὶ ἐν ἀνθρώποις ὕβρεις.

Pœna luenda tibi eſt: adfert iniuria cladem.

Et infra eodem. *Promptum quod multorum intimis queſtibus tegebat.*

5 MISERATIO QVAM INVIDIA AVGEBATVR.] Dubitaui aliquando an non addendum eſſet, *magis miſeratio quam inuidia augebatur.* nam ita Latini ſolent. Tamen lib. 4. infra. *Claris maioribus quam vetuſtis.* pro, *Claris magis maioribus quam vetuſtis.* Et poteſt dici ſcriptionem eſſe Taciti. Veritus ſum tamen ne illud, *magis,* a verbis illis, *maioribus* aut *miſeratio,* abſumptum eſſet, vel omiſſum in his locis, quod ſatis ſuppleretur ex forma ſcribentis. Sed eſt forma loquendi frequens Salluſtio vti Liuio, & noſtro, qui vtriuſque imitator eſt. Et forſan exſcriptoris abbreuiatio qui quod ſatis intelligitur non ſcribit. Quod etiam ſolet facere in aliis verbis. Nam pro *operæpretium,* ponit tantum *pretium.*

Forma ſcriptionis in Tacito.

[1] Primus ſententiam rogatus [2] Aurelius Cotta conſul (nam referente Cæſare magiſtratus eo etiam munere fungebantur) nomen Piſonis [3] radendum faſtis cenſuit: partem bonorum publicandam, pars vt Gn. Piſoni filio concederetur, iſque [4] prænomen mutaret. [5] * M. Piſo exuta dignitate, & accepto quinquagies ſeſtertio * in decem annos [6] relegatur, conceſſa Plancinæ incolumitate, ob preces Auguſtæ. Multa ex ea ſententia mitigata ſunt a principe: ne nomen Piſonis faſtis eximeretur, quando M. Antonij, qui bellum patriæ feciſſet, * Iulij Antonij qui domum Auguſti violaſſet, manerent: & M. Piſonem ignominiæ exemit, conceſſitque ei paterna bona; ſatis firmus, vt ſæpe memoraui, aduerſum pecuniam, & tum pudore abſolutæ Plancinæ placabilior. Atque idem cum Valerius Meſſalinus ſignum aureum in æde Martis Vltoris, [8] Cæcina Seuerus aram Vltioni ſtatuendam cenſuiſſent, pro-

* Et M. Piſo

* vt decem in annos relegaretur,

* Iuli Antonij

prohibuit: ob externas ea victorias ſacrari dictitans; domeſtica mala [9] * triſtitia operienda. Addiderat Meſſalinus, Tiberio, & Auguſtæ, & Antoniæ, & Agrippinæ, Druſoque, ob vindictam Germanici, grates agendas, omiſeratque Claudij mentionem: & Meſſalinum quidem L. Aſprenas ſenatu coram percunctatus eſt, an prudens præteriſſet? ac tum demum nomen Claudij adſcriptum eſt. [10] Mihi quanto plura recentium, ſeu veterum reuoluo, tanto magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obuerſantur. Quippe fama, ſpe, veneratione potius omnes deſtinabantur imperio, quam quem futurum principem [11] fortuna in occulto tenebat.

*triſti ſilentio operienda.

Domeſtica mala triſti ſilentio operiunda & mœſtitia.

1 PRIMVS SENTENTIAM.] Quod honorificum, vt minus honorabile vltimo loco cenſere. Et vocabantur *homines primæ ſententiæ*: Spartian. in 30. Tyrannis, vbi de Piſone. *Aurelius Fuſcus Conſularis primæ ſententiæ.* Sueton. in Claud. cap. 9. *Nunquam non in Senatu nouiſſimus Conſularium ſententiam dixit, tanto magis ignominiæ cauſa poſt omnes interrogatus.* Et dixi de his ſupra. Sed addo; olim primum rogatum ſententiam, qui a Cenſore princeps Senatus extitiſſet; poſtea aliam fuiſſe libertatem Conſulum in roganda ſententia, ſeu ſtudio quodam, ſeu neceſſitudine aliqua adducti, vt quem vellent, honoris gratia ſententiam rogarent, & eum ordinem qualem vellent imponerent initio magiſtratus, Calendiſque Ianuariis, nec toto Conſulatu inuerterent. Inuertit tamen Iulius Cæſar. nam imperio rapto hunc ordinem abrupit. Sueton. in Iul. cap. 21. *Poſt nouam affinitatem, Pompeium, primum rogare ſententiam cœpit, cum Craſſum ſoleret, eſſetque conſuetudo, vt quem ordinem interrogandi ſententias Conſul Cal. Ianuar. inſtituiſſet, eum toto anno conſeruaret.* Tiro Tullius M. Ciceronis libertus *de ea re Cæſarem reddidiſſe rationem in Senatu*, ſcribit, vt ait Gellius lib. 4. cap. 10. Vbi tamen deſignati quidam eſſent Conſules, primi ſententiam rogabantur; iſque prior, qui priore loco Conſul eſſet declaratus. Tacitus infra. *Exemit Druſum Conſulem deſignatum dicendæ primo loco ſententiæ.* Et Salluſtius. *Iunius Silanus* (ait in Catil.) *primus ſententiam rogatus, quod eo tempore Conſul deſignatus erat.* Si Cæſar adeſſet, Conſul primus rogabatur; poſt deſignati Conſules; mox qui ſenior erat inter Senatores. Sed hæc pro arbitrio Conſulis. Dio lib. 59. ait, *Caligulam in odium M. Silani ſoceri ſui, voluiſſe, vt Conſulares æquo iure cum reliquis Senatoribus cenſerent, ſecundum ordinem magiſtratus; ne ab eo qui erat ſenior, prior ſententia rogaretur.* En noui iuris repertor gener, quo ſocero dignitatem eriperet. Non prætereo quod Papinianus narrat, L. ſexta de Decurionib. & eorum filiis, vt antiquiores primi rogentur ſententiam: ſed præferri interdum iuniores qui pluribus ſuffragiis honore decurionatus eodem tempore decorati ſunt tanquam potiores: & etiam præferri iis qui numero liberorum ſunt aucti. Patres enim in ferendis ſententiis & albo ſcribendo, & in proceſſu & conceſſu præferuntur filiis, L. in albo. Cod. de decurionib. Et eos qui priuilegium habent ſummæ dignitatis. Minus prætereo quod Dio ſcribit li. 56. *Germanico a Dalmatis redeunti datum, vt primus ſecundum Conſulares, diceret ſententiam, licet is non prætor.* Et Druſo, Tiberij filio, vt ante Prætorios. Addoque poſtea prohibitum iis ab Auguſto, promere ſententiam in Senatu, ne ex eius & iuſſu, & ſenſu, prompſiſſe viderentur. quod hanc legem Papiniani illuſtrat.

Honoratior primus ſententiam dicit.

Qualis princeps Senatus.

Claudius vltimus in ſententia roganda.

Poſtea Conſulum in arbitrio.

Qui quam formam initio dederant, ſeruabant.

Cæſar interuertit modum.

Deſignati Conſules primi rogabantur.

Et is prior, qui primus Conſul.

Caligula vi odij, formam mutat.

2 AVRELIVS COTTA CONSVL.] Miror, primum rogatum fuiſſe ſententiam Aurelium Cottam, cum M. Valerius Meſſala frater eum præcederet ætate & dignitate. Nam fuit in eodem magiſtratu prior: quippe noſter author ſupra. *Conſules M. Valerius & M. Aurelius.* Erant enim fratres, vt dixi: Sed plerumque is error apud ſcriptores, vt apud Sueton. in Veſpaſ. cap. 2. Q. *Sulpitium poſtponit Poppæo, inuerſo ordine.* Forte tamen is fuit Tiberij animus, quod Aurelium Cottam, ſuæ ſæuitiæ miniſtrum, haberet in præcipua parte amicitiæ. Tamen Iuriſconſultus L. 4. de off. proconſ. & L. 12. de accuſ. D. loquens de his duobus Conſulibus, *Cottam* primum nominat, licet ætate minorem. Sic

Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt.

Cotta licet minor ætate & dignitate, fratrem præit in dicenda ſententia.

Principis voluntas lex eſt.

3 RADENDVM FASTIS.] Apud Hebræos tritum, *Dele me de libro vitæ.* Qua re quid infame magis? ſed quid magis damnoſum? Apud Romanos. Valer. lib. 2. cap. 9. *L. Antonium Cenſores Senatu mouerunt, quod quam virginem vxorem duxerat, repudiaſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito.* Quod ignominioſum fuit, vt maxime glorioſum faſtis addi. nam noſter ſupra. *M. Piſonem ignominia exemit, quia cenſuerant faſtis radendum. Quod Tiberius noluit.* Cicero pro Publ. Sextio. *Iidem Conſules (ſi appellandi ſunt Conſules quos nemo eſt qui non modo ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendos non putet.)* Et idem ad Brutum epiſt. quæ incipit *Meſſalam. Ego enim D. Bruto liberato, cum lætiſſimus ille ciuitati dies illuxiſſet, idemque Bruti caſu natalis eſſet, decreui, vt in faſtis ad eum diem Bruti nomen adſcriberetur.* Socrates lib. 6. cap. 5. hiſt. Eccleſ. ait, *Eutropium ſic faſtis Conſularibus deletum.* Quæ ſane magna erat labes, & ignominia; magnum denique dedecus.

Faſtis radi ignominioſum.

Faſtis addi glorioſum.

4 PRÆNOMEN MVTARET.] Ad ignominiam, quia pater *Cneus* vocabatur. Sic vetitum Manliis, ne poſtea *Marci* vocarentur, apud Liuium. Et ſane hic Piſo Marcus Lucij prænomen poſtea ſumpſit, & fuit præfectus

Prænomina ad infamiam ſublata.

Africæ. nam Dio lib. 59. *L. Piſo Cn. Piſonis & Plancinæ filius Africam regebat, veritus ne is ad nouas res conſurgeret, homo animi plenus, ac præterea copias magnas, & ciuiles, & peregrinas habiturus, in duas partes prouincia diuiſa, exercitus alteri, & Numidas mandauit.* Atque ita hodie etiam fit.

5 M. Piso exvta dignitate.] Lego, *& M. Piſo.* quem Dio ait fuiſſe animoſum, & Tacitus *non ignauum ad miniſteria belli.* Cæterum quod ait *exuta dignitate*, ignominiam ſignat & nudationem. Sic 2. Machab. cap. 4. *Andronicum purpura exutum, per totam ciuitatem iubet circumduci, & in eodem loco in quo ſacerdotem Oniam honore ſpoliauerat, & in eodem loco in quo in Oniam impietatem commiſerat, & ſacrilegium, vita priuari.* Nudatio autem probroſa erat, vt docui, vbi de meretricibus, lib. 2. & ita probroſos equites, *nudos* vocabant, quod Cenſorum iudicio notati eſſent, & honore ſpoliati. Sueton. in Iul. cap. 41. Inſignibus enim ſpoliabantur. Sic Seneca lib. 1. Controuer. 3. vbi de Veſtali damnata. *Cuius*, inquit, *vitam carnifex rupit.* nam cum ruptura, fiebat illa diſpoliatio, quæ nota erat indignationis. Quod vero ait, *ignominia exemit*, Val. lib. 2. cap. 7. hanc ignominiam notat his verbis. *O ſpectaculum admirabile! Rutilianus, & magiſter equitum, & victor, ſciſſa veſte, ſpoliatoque corpore, lictorum verberibus lacerandus.* Dio 59. ait fractam & dilaceratam fuiſſe eius veſtem: vt exuuias honoris & dignitatis notes.

Nudi equites.

Nudatio reis fiebat cum ignominia.

6 Relegatvr.] Quia ſupra dixit, *concederetur*, etiam legendum puto, *relegaretur*; quæ mens fuit Lipſij. Ideoque repono, *vt decem in annos relegaretur.* nam Taciti vera manus.

7 Satis firmvs adversvs pecvniam.] Id eſt ſatis validus, ne pecuniæ amore vinceretur; illam libenter cuicunque merito erogans. Quod tamen mutauit poſtea parciſſimus princeps. Et nota, quod ſæpe vitia ſe exerunt, ne virtutes ſe eſſe mentiantur. Tacitus in fine lib. 1. *Erogandæ per honeſta pecuniæ cupidus, quam virtutem diu retinuit, dum cæteras exueret.* Nam auiditate imperandi ſpeciem virtutum obtrudimus vitiis celatis.

8 Cæcinna Severvs.] Qui Myſiæ præſes, Brencos, Pannonicam gentem, prope Smyrnæum vicit. Et is eſt de quo Tertullianus in Pallio. *Habes ſpectare quod Cæcinna Seuerus.* Qui certe vir fuit virtutis amans, & vitiorum hoſtis: Quippe non modo priſcæ pudicitiæ exactor, ſed etiam rapinarum oſor ingens, vt qui vxorium comitatum in prouincias, cenſeret prohibendum, magno Reipub. commodo. Sic infra Tacitus. *Complures per prouincias quadraginta ſtipendia expleuit, cum coniuge bene concors, & ſex liberorū pater.* Et ideo putem eundem eſſe qui lib. 1. vocatur Aulus Cæcinna. nam Cæcinnarum prænomen, *Aulus*, vt & *Licinius*. Cic. 6. famil. & dixi ſupra. Forte *Aulus Seuerus Cæcinna* dictus fuit. Potuere tamen hi duo eſſe fratres, &, quod contigit ſæpe, vterque per 40. annos in eodem caſtrorum ambitu, eodemque contubernio manſiſſe vna. Nam affines & parentes in iiſdem caſtris contubernales, quo maior eſſet vis legionum. Cicero ad Q. fratr. epiſt. *Sextius*. lib. 2. *Spero ante hiemem nos contubernales.* Idem pro Q. Ligario. *Hæc ego noui propter communes neceſſitudines quæ mihi ſunt cum L. Tuberone. domi vna eruditi, militiæ contubernales, affines, in omni denique vita familiares.* Et Salluſt. in bell. Iugurth. de filio Metelli Numidici. *Is eo tempore contubernio patris militabat.*

Cæcinna Seuerus.

Brencorum victor.

Quis fuerit.

Contubernia plerumque ex affinibus & proximis.

Quo maior vis legionum.

9 Tristitia.] Quid ſi, *triſti ſilentio operiunda?* Sic ſupra eodem, *abſtruſerint triſtitiam*, pro *operierint.* Et verbum *triſtitia* male locatum eſt, vt operiat, cum maxime detegat. At vero ſilentium, licet triſte, aperit, vt operit patientia.

10 Mihi qvanto.] Sic Velleius lib. 2. *Quis fortunæ mutationes, quis dubios rerum humanarum caſus, quis non diuerſa præſentibus, contrariaque expectatis, aut ſperet, aut timeat?* Egregie Seneca. *Momento mare vertitur: eodem die vbi luſerunt, nauigia ſorbentur.* epiſt. 4.

Ludum inſolentem ludere pertinax:

ait Horatius de Fortuna.

Momentanea omnia ſub cælo.

Fortuna inſolentes ludos ludit.

11 Fortvna in occvlto.] Nam Θεῶν δύναμις μεγάλη, ait Tragicus poeta. *Magna Deorum potentia.* & pulchre Titus Veſpaſianus *cum duo aduerſus eum coniuraſſent, dixit fato dari imperium: itaque monuit vt abſiſterēt. Multi tyranni ſederūt in throno, & inſuſpicabilis* (id eſt is de quo nemo ſuſpicatur) *portabit diadema.* Eccleſiaſtici cap. 2. Noſter hiſt. 1. *Occulta lege fati & oſtentis ac reſponſis deſtinatum imperio Veſpaſianum.* Et certe plerumque aliud agentibus & cogitantibus fata dant imperia. Etiam dormientibus, vt iocos fortunæ notes. Nam *Dij*, ait Plautus, *nos quaſi pilas habent.* Et fortunæ lubricas ambages & reciprocas viciſſitudines quis non nouit?

Dormientibus dat imperia.

Paucis poſt diebus Cæſar author ſenatui fuit, Vitellio, atque Veranio, & Seruæo ſacerdotia tribuendi. Fulcinio ſuffragium ad honores pollicitus, monuit ne [1] facundiam violentia præcipitaret. Is finis * fuit in vlciſcenda Germanici morte, non modo apud illos homines, qui tum agebant, [2] * etiam ſecutis temporibus vario rumore iactata. Adeo maxima quæque ambigua ſunt; alij quoquo modo audita pro compertis habent; alij vera in contrarium vertunt; & gliſcit vtrunque poſteritate. At Druſus vrbe egreſſus, repetendis auſpicijs, mox [3] ouans introijt. Paucoſque poſt dies [4] Vipſania mater eius exceſſit,

Maximaque que ambigua & ambiguis ſermonibus iactantur.

* in vlciſcēda

* ſed etiam

vna

⁵vna omnium Agrippæ liberorum miti obitu. Nam cæteros manifeſtum ferro, vel creditum eſt, venenoaut fame extinctos.

Facundia præcepi.

1 FACVNDIAM VIOLENTIA PRÆCIPITARET.] D. Hieronym. ad Ruſt. monachum epiſt. 4. *Vbertatem Gallici nitoremque ſermonis, grauitas Romana condiret; nec calcaribus in te, ſed frenis vteretur. Quod & in diſertiſſimis viris Græciæ legimus, qui Aſianum tumorem Attico ſale ſiccabant, & luxuriantes flagellis vineas, falcibus reprimebant, vt eloquentiæ torcularia, non verborum pampinis, ſed ſenſuum, quaſi vuarum expreſſionibus redundarent.* Vere, & ex facundiæ tripode. Nam facundia grauitate temperanda, moderanda & frenãda eſt, non præcipiti decurſu incitanda. Et idem in dicendi arte atque in Marte cenſendum. *Nihil minus in perfecto duce quam feſtinationem temeritatemque conuenire.* Sueton. 25. in Auguſt. quod ad oratorem recte traxeris.

Grauitas miſcẽda eloquentiæ.

Tacit. correct.

2 ETIAM SECVTIS TEMPORIBVS.] Lego, *Sed etiam ſecutis temporibus.* Nam ita ſcriptum, vt opinor: *Qui tum agebant etiam ſequutis temporibus.* & illud (*Et*,) verbi (*etiam*) maioribus litteris ſcriptum, geminatur, vt infra, vbi de Cordo, *non modo libertatis, etiam libido impunita*: pro, *ſed etiam.* Et ſane (*s*) in fine *libertatis*, & verbum *et*, principio verbi, *etiam*, faciunt *ſet*, pro *ſed.* Et ſunt notarũ artes: quas qui ignorat, in his libris valde errat. Illud autem, *ſed*, paulo poſt non omittit. Nam addit. *Non modo Caſſij & Bruti, ſed etiam mei meminerunt.*

3 OVANS INTROIIT.] Ergo pedes & cum corona myrtea, nec trabeis aut toga picta indutus, ſi priſcorũ Romanorũ mores ſequutus eſt. Nam Dionyſius *pedeſtrem* vocat *triumphum*, vbi de Aulo Manlio ouãte loquitur, & *minorem triumphum* Plinius lib. 4. cap. 15. ad differentiam *maioris triumphi*, qui in aureo curru, & equis albis; ideo dictus *Curulis triumphus.* Sueton. in Auguſt. 23. Florus de ſeruili triumpho lib. 3. *Fuit de ſeruis ouatione contentus, ne dignitatem triumphi, ſeruili inſcriptione violaret.* Nam tituli frequentes in triumphis. *Peregrinationem ſuburbanam* vocabat Tiberius apud noſtrum infra, & Panegyricus dictus Conſtantino Conſtantini filio. Salluſtianos in hortos ire, peregrinatio non expeditio putabatur. *Vt Venereum triumphum* Gellius, libr. 5. cap. 6. De Poſthumo Tuberto, ſic Plinius lib. 16. cap. 4. *Primus ouans vrbem intrauit, myrto redimitus.* Nam pro laurea myrtus, quæ & a lauro ſecunda corona eſt. Et Suetonius in Auguſt. 22. *Bis ouans vrbem ingreſſus eſt poſt Philippenſe, & rurſus poſt Siculum bellum.* Nam de ciuibus victis agere triumphum, non triumphare eſt, ſed crudelitatem ſuam profiteri. Lucanus lib. 1. Ciuilium.

Ouatio pedeſtris.

Quæ minor triumphus.

Et pedeſtris.

Peregrinatio ſuburbana Tiberio.

Venereus triumphus.

Bella geri placuit nullos habitura triumphos.

Id eſt, bella ciuilia. Quod ſi idem Auguſtus Achaicum egit triumphum, non tam de M. Antonio ciue victo, quam de Cleopatra extranea deque Ægyptijs profligatis triumphauir. Quippe bellis ciuilibus gladij poſt cædem non ſpectabantur, ſed occulebantur. Nec nomen imperatorium ſumebatur, nec faſces nona lauro inſertabantur, nec triumphabatur. Dio 41. Vnde Capitolinus in Seuero triumphum reſpuit, ne de ciuili victoria triumphare videretur. De corona myrtea, ita Plinius libr. 15. cap. 29. *Quanquam Craſſus, laurea, non myrtea corona ſit vſus deuicto Spartaco: repetijtque auſpicia, quia ingreſſu vrbis imperio ſe abdicauerat: nec illa die vlla maior poteſtas in vrbe, quam triumphantis.* Valer. libr. 2. cap. 8. At moris erat, (vt obiter notem) ab imperatore ouaturo, vel triumphum ducturo Cõſules inuitari ad cœnam, deinde rogari, vt venire ſuperſederent: ne quis illo die, quo ille triumpharit, maioris in eodem conuiuio, eſſet imperij. Et dixi, ingreſſu vrbis imperium abrogari. Sic Sueton. in Iul. cap. 18. *Pacata prouincia, ad triumphum ſimul, conſulatumque diſceſſit; ſed cum editis iam comitijs, ratio eius haberi non poſſet, niſi priuatus vrbem introijſſet, & ambienti vt legibus ſolueretur, multi contradicerent, coactus eſt triumphum, ne conſulatu excluderetur, dimittere.* Quod valde illum torſit, vt conijcio. Nam ambitioſo homini, honorum mille montes non ſufficiunt.

Tamen non ſemper fuit obſeruatum.

Mos triumphãtium deponere imperium per vrbis ingreſſum.

4 VIPSANIA EXCESSIT.] Ab illa matre non diſſimilis, quæ ſoſpite filio viſo, ſtatim expirauit. Nam vidit filium Druſum ouantem: vidit filius Druſus expirantem.

5 VNA OMNIVM AGRIPPÆ LIBERORVM MITI EXITV.] Non hæc fruſtra: nam licet Liuiam Iuliæ filiam, ex M. Agrippa, L. Æmilio Paulo nuptam, miti exitu defunctam appareat: noſter tamen fame oppreſſam tacite innuit, cum ait, *Auguſtæ ope ſuſtentatam* (in Trimetro inſula ſcilicet, in qua exul ob adulterium,) *quæ florentes priuignos, cum per occultum ſubuertiſſet, miſericordiam erga afflictos palam oſtentabat.* Auguſta enim vt priuignos, ſic priuignorum ſobolem oderat: & palam ipſam Iuliam matrem ſuſtentare videbatur, quam fame clanculum enectam, ait noſter lib. 1. ſupra. Sic erga Iuliam neptem eius filiam egit. Quod credibile, tam ex moribus Auguſtæ, quam ex matris interitu. Addo etiam, illam Iuliam, memoria matris, potuiſſe diſplicere Tiberio ſua natura ſæuo, & vltionum cupienti, inuiſæque matris inuiſam ſobolem ægre ſuſtinenti.

Vipſania ex liberis Agrippæ ſola miti exitu.

Iulia filia Auguſti fame oppreſſa.

Et altera Iulia, eius filia.

Eodem anno Tacfarinas, quem priore æſtate pulſum a Camillo memoraui, bellum in Africa renouat: vagis primum populationibus & ob pernicitatem inultis: dein vicos exſcindere, trahere graues prædas: poſtremo haud procul Pagyda flumine, cohortem Romanam

tanis: *Satiſfecimus nomini noſtro: ante nos rerum natura victa eſt.* Seneca pater Suaſ. 2. Ducis generoſi eſt, ſeu ſtet, ſeu cadat, hoſtem ſpectare ſemper. Hæc tua vox nouiſſima, o Bayarde Francorum decus, qui Patauinenſi clade ictus ad mortem & prælio ſubductus, non longe imperterrita ora, & iam deficientia lumina hoſtem verſus tibi ſtatui imperaſti. Salue & vale. hoc erit elogium tuæ virtutis.

Deſertio ducis ingens ſcelus apud Rom.

5 Desertvs svis caderet.] Quod erat aliud flagitium: idque inſigne. Nam P. Aurelij Pecuniolæ, quod memorant, a ducis improuidentia: iſtud a militum ignauia. Idem Valer. eodem loco. *Quin grauius Senatus tulit, quod L. Petilium Conſulem, fortiſſime, aduerſus Ligures pugnantem, occidi milites paſſi eſſent, legioni neque ſtipendium anni procedere, neque æra dari voluit, quia pro ſalute imperatoris, hoſtium telis ſe non obtulerant.* Egregie ad ſalutem ducis, & victoriæ adeptionem. Nam in duce tota legio.

Decimatio.

Vetus apud Rom.

6 Decimvm qvemqve fvste necat.] Sic Tertullianus ad Scapulam, de iſta decimatione. *Totam Carthaginem decimabis?* Et idem ſupra. *Quid tota Carthago paſſura eſt? decimanda a te, cum propinquos, cum contubernales ſuos, vnuſquiſque cognouerit.* Et illa decimatio vetus apud Rom. Nam Liuius libr. 2. ait *Appium Conſulem milites decimaſſe*: fitque eius mentio apud Cicer. oratione pro Cluentio, his verbis: *Statuerunt ita maiores noſtri, vt ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur, vt metus ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Non vituperamus,* ait Varro. περὶ ἰσαγωγῆς, *cum ſciamus digitum præſcindi oportere ſi ob eam rem gangrena non ſit ad brachium ventura.* Et Dio etiam tradit idem factitaſſe M. Antonium, qui militem ſuum decimaſſet. Et Domitium Caluinum, in milites, qui ducem deſeruerant. Sueton. in Calig. 48. *Conſilium iniit nefandæ atrocitatis, legiones quæ poſt exceſſum Auguſti ſeditionem mouerant contrucidandi. Vixque a tam præcipiti cogitatione reuocatus inhiberi nullo potuit modo quin decimare velle perſeueraret.* Et ita interpretor quod ſcribitur libro Eſther cap. 9. *Nulla eſt ciuitas in qua dies Phurim* (id eſt ſortium,) *non obſeruentur a Iudæis.* Nam paulo ſuperius dixit, *Aman miſit Phur, id eſt quod noſtra lingua vertitur in ſortem, vt occideret illos atque deleret.* Quod innuit decimare voluiſſe, & decimum quemque ex Iudæis ſorte ducendum ad necem, vt metus ad omnes, pœna ad paucos veniret. Idem, ſed ex ingenio Dæmonum, quod accidit apud Pelaſgos. Nam Dionyſ. Halicar. memorat libr. 1. *Pelaſgos peſte vexatos omnia ſua animalia perdidiſſe, vtque ceſſaret lues vouentibus illis præſtantiora omnia inter terræ fruges Dijs ſacrificaturos; non tamen feciſſe, ſed reſeruiſſe. Ergo graſſante peſte truculentius oracula cecinerunt hominum decumas eſſe mactandas.* Idem narrat Euſebius de præpar. Euang. ſed pulchre Tacitus Hiſt. 1. de iſta decimatione. *Acceſſit callide vulgatum, temere creditum, decimari legiones.*

7 Vt vexillvm.] Non diſpar quod in Iulio ſcribit Suetonius cap. 68. *Vna ſextæ legionis cohors præpoſita caſtello, quatuor Pompeij legiones, per aliquot horas ſuſtinuit, pæne omnis confixa multitudine hoſtilium ſagittarum, quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta ſunt.* Et Velleius de Q. Metello. *Pertinacia ducis, quem moriturum miſerat militem, victorem recepit.* tantum effecit mixtus timori pudor, ſpeſque deſperatione quæſita.

Decus ſeruati ciuis ciuica corona.

Ciuica materia vilis, ſed honore grandis.

Vocatur honeſtum donum.

Et teſtis vitæ & ſalutis accepta.

8 Servati civis.] Noſter idem ſcribit lib. 12. de M. Oſtorio: *Qua pugna, inquit, filius legati, M. Oſtorius, ſeruati ciuis decus meruit?* id eſt ciuicam coronam; *materia vilem, ſed honore inſignem, quam ciuis ciui a quo ſeruatus eſſet, in prælio, teſtem vitæ ſaluti ſque perceptæ dabat.* Horatius in epiſtol. *Honeſta dona* vocat.

—— *donis ornatur honeſtis.*

Martialis libr. 4. epigramm. 58.

O cui Tarpeias licuit contingere quercus,
Et meritas prima cingere fronde comas.

Claudianus de iſto more ita in laud. Stil. 3.

Mos erat in veterum caſtris vt tempora quercu
Velaret, validis fuſo qui viribus hoſte
Caſurum potuit morti ſubducere ciuem.

Ciuica Ciceroni cenſa.

De corona autem ait Gellius libr. 5. cap. 6. *Conſulium Tiberium Cæſarem; an qui ciuem ſeruaſſet, & duos hoſtes interfeciſſet, ſed locum in quo pugnabat, non retinuiſſet, ciuica dignus eſſet? & reſpondiſſe, dignum; quod locus retentu peſſimus, & iniquus pugnanti. L. Gellius ciuica M. Tullium Ciceronem dignum cenſuit; quod eius arte & vigilantia, fuiſſet compreſſa Catilinæ coniuratio. Et Craſſus, ſe, quod eſſet Senator, quod ciuis, quod liber, quod viueret, Ciceroni debere.* 1. ad Attic. epiſt. *Vereor.* Addo de ciuica corona verba Plinij; tum quod mendoſa, tum quod leges contineant ciuicæ coronæ non tritas; ſed mehercule elegantes. Is ergo libr. 16. cap. 4. ſic ſcribit. *Hinc ciuicæ coronæ virtutis militum inſigne clariſſimum: Iampridem vero & clementiæ Imperatorum: poſtquam bellorum ciuilium profluuio,* (ita docui eſſe legendum,) *meritum cœpit videri ciuem nõ occidere.* Id eſt, vt interpretor, illo velut torrente rapido bellorum ciuilium, quo ſanguis ciuilis exundans per omnia ferebatur, tunc ciuem non occidiſſe cœpit aliquod meritum videri. Addit: *Cedunt his murales vallareſque, & aureæ, quanquam pretio antecedẽtes.* Et in fine capitis addit. *Ciuica iligna,* id eſt ex ilice, quod genus frondis affine eſt quercui. *Poſtea magis placuit ex æſculo Ioui ſacra? variatumque & cum quercu eſt:* id eſt non tantum ex æſculo, ſed alio genere quercus, *ac data vbique, quæ fuerat, cuſtodito tantum honore glandis,* Imperatori videlicet. *Additæ leges arctæ, & ideo ſuperbæ,* (ſcilicet leges de corona ciuica) *quaſque conferre libeat cum illa Græcorum ſumma,* (id eſt cum corona, quæ ex oleaſtro, quæque ſumma & præcipua eſt apud Græcos,) *quæ ſub ipſo Ioue datur,* (id eſt ſub dio, & ſub oculis Iouis,) *cuique muros patria gaudens rumpit.* Nam victor vrbem intrabat ruptis muris, & ad inſtar victoris. Nero cum Neapolim intraret, quadrigis albis, & rupto muro Græcia rediens, intrauit. Vitruuius præfat. lib. 9. hoc docet his verbis. *Nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Ne-*

Plinius emendatus.

Ciuica virtutis inſigne clarum.

Plinius interpretatus.

Ciuica iligna.

Mox ex æſculo.

Vbique data.

Leges ciuicæ.

Et ſub dio.

Ruptis patriæ muris.

mea vicissent Græcorum, maiores ita magnos honores conſtituerunt; vti non modo in conuentu ſtantes cum palma & corona, ferant laudes, ſed etiam cum reuertantur in ſuas ciuitates, cum victoria triumphantes, quadrigis in mœnia, & in patriam inuehantur, e reque publica, perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruantur. Ciuem ſeruare, hoſtem occidere, vtque eum locum in quo ſit actum, hoſtis obtineat eo die. (recte *obtineret* vetus liber,) *vtque ſeruatus fateatur,* (ſe ſcilicet ſeruatum. Nam ita Ennius.

Plus eſt ciuem ſeruare, quam hoſtem occidere.

Qui vicit victor non eſt niſi victu' fatetur.

Ciuis fatetur ſe ſeruatum.

Ergo manum dabant, & porrectio manus erat confeſſio victoriæ. Manus vocem ſupplebat. Mox addit: *alias, teſtes non proſunt: vt ciuis fuerit,* (puto legendum,) *vt ciues fuerint,* (ſcilicet ſeruator, & ſeruatus,) nam addit. *Auxilia quamuis rege ſeruato, id non dant, nec creſcit honos idem, imperatore conſeruato: quoniam conditores in quocunque ciue ſummum eſſe voluere. Accepta corona, licet vti perpetuo. Ludos ineunti, ſemper aſſurgi, etiam ab Senatu in more eſt. Sedendi ius in proximo Senatui: vacatio munerum omnium ipſi, patrique & auo paterno.* Cicero 3. de legib. *Coronam virtute partam, & ei qui peperiſſet & eius parenti ſine fraude eſſe lex impoſitam iubet.* Et adijcit Plinius. *O mores æternos, qui tanta opera honore ſolo donauerint, & cum reliquas coronas auro commendarent, ſalutem ciuis in pretio eſſe noluerint, clara profeſſione, ſeruari quidem hominem nefas eſſe lucri cauſa.* O Paganitas, quam nobis magnorum præceptorum magiſtra es!

Campus victori maneat oporte.
Vterque ſit ciuis.
Auxiliaribus non datur.
Idem honos ſeruato imperatori.
Nec creſcit.
Ciuica vſus perpetuus.
Ei aſſurgitur.
Etiam a Senatu.
In quo ſedem habet.
Vacatio munerum.
Ipſi, patrique & auo paterno.

9 Decvs.] Valer. de his triumphis. *Ad quercum pronæ manus porriguntur, vbi ob ciues ſeruatos corona danda eſt; qua poſtea Auguſtæ domus ſempiterna gloria triumphant.* Claud. 3. de laud. Stilicon.

Salus ciuis pretium non habet.

Mos erat in veterum caſtris, vt tempora quercu
Velaret, validus fuſo qui viribus hoſte
Caſurum potuit morti ſubducere ciuem.

Nam homini hominem ſeruaſſe humanitatis gloria eſt: ſed ciui ſeruaſſe ciuem, & humanitatis & fraternitatis decus eſt.

Quid pura haſta.

10 Hasta.] Pura ſcilicet, id eſt *ſine ferro.* ſic in Aureliano. *Haſtas puras decem, vexilla bicoloria quatuor.* Et Gellius lib. 2. cap. 11. ait, *Sicinium Dentatum, donatum fuiſſe torqnibus tribus, coronis octo, haſtis duodeuiginti.* Dixi prius de torque & corona; lib. 2. Et nunc dico tria fuiſſe haſtarum genera; vnum iudiciarium, alterum militare, tertium donatile ſeu donaticum. De *iudiciario*: Cato in Seneca vocat illam *haſtam ciuilem & Prætoriam*, lib. de breuit. vitæ. *Quos*, inquit, *haſta Prætoris infami lucro & quãdoque ſuppuraturo exercet.* Et 12. ad Att. epiſt. 1. *Emptionẽ ab haſta* vocat Cicero. Erant autem *fiſcales*, & *cẽturionales*, & *Prætoriæ*. Dicam infra. De haſta autẽ militari: ab ea *haſtati milites* dicti, & *haſtam iacere.* Varro 4. de ling. Lat. haſtam illam dici, *quod ſtans ferri ſoleat.* Et *Quiris* Saliorum lingua, ſeu *Curis*, vnde Iuno *Curitis*, id eſt, *haſtata.* De donatica. Suetonius 28. in Claud. *Poſidem ſpadonem Britannico bello haſta pura donauit.* Feſtus: *Romani fortes viros ſæpe haſta donarunt.* in verbo *Haſta. Pura* autem dicta vt *pura veſtis*, in qua nihil eſt aſſutum, *pura toga, purum vas*, ſine emblemate: ſic illa ſine ferro. Ex militaribus autem quædam templis ſuſpenſæ. Inde apud Liuium ſæpe: *Haſtæ per ſe motæ.* Et, *Pontifices haſtas motas nuntiauere*, lib. 40. Quædam etiam militares haſtæ erant quibus iugum conficiebatur, quod victi ſubirent. Vnde Liuius 3. qui hunc morem explicat, vt in Caudina clade.

11 Qvestvs magis.] Quo ſcilicet in ſpeciem, militum gratiam ſibi pararet illa conqueſtione; quæ falſa tamen; ideo addit, *quam offenſus.* Nam præualente imperatoria poteſtate iam nemo audebat ciuicas dare, neque ea dona largiri, quæ libera rep. militibus erogabantur: nec ipſi quidem duces triumphabant. ideo *magis queſtus, quam offenſus.* Quippe nunquam fuit ingratum principibus ſuam augeri reuerentiam. At augebatur, quod ſine iuſſu eius ciuica corona non dabatur. Ergo queſtus eſt per ſpeciem modeſtiæ: ſed ſi aliter factum, maieſtatem ſuam violatam conqueſtus, ad vltionem ſe paraſſer.

Cur queſtus ſit Tiberius.

12 Stativis castris.] *Caſtra ſtatiua* vocat, quibus ſtandum eſt, & verbum *hærebat* ſatis declarat. Opponitque vagis, & diſcurrentibus: nam ſuperius dixit. *Spargit bellum, Numidis obſidia aſpernantibus, vbi inſtaretur, cedens, ac rurſum in terga remeans.* Dicimus *Vaga caſtra, Vn camp volant.* Sic Cicero dixit *ſtatiuum præſidium* Philipp. 12. *Hæc mea ſedes eſt, hæc vigilia, hæc cuſtodia, hoc præſidium ſtatiuum.* Et idem 7. in Verrem. *Pulcherrimo Syracuſarum loco, ſtatiua ſibi caſtra faciebat.* Sic *ſtatarium prandium*, & *ſtatariæ comœdiæ.*

Statiua caſtra.
Statiuum præſidium.
Statiuum prandium.
Stataria comœdie.

13 Apronivs Cesianvs.] Quem puto Apronij tum Africæ proconſulis filium, & ſub eo militantem. Nam filij milites in contubernio patris imperantis militiam diſcebant: Sic Q. Fabius ſub P. Rutilio ſocero ſuo in Sicilia. Valer. de diſc. milit. hic loco patris, ille filij. Sic ſub Poſtumio Tuderte filius eius fuit. Idem eodem. vt ſub Manlio Torquato, Torquatus filius, vt alij.

Apronius Aproniȷ̃ filius proconſulis Africæ.

[1] At Romæ Lepida, cui ſuper [2] Æmyliorum decus L. Sulla, ac Gn. Pompeius proaui erant, [3] defertur ſimulauiſſe partum ex P. Quirinio [4] diuite atque orbo. adijciebantur [5] adulteria, venena, [6] quæſitumque per Chaldæos in domum Cæſaris, defendente ream [7] Manio Lepido fratre. Quirinius poſt dictum repudium adhuc infenſus, [8] * quamuis infami ac nocenti miſerationem addiderat. [9] Haud facile quis deſpexerit illa in cognitione mentem principis: adeo vertit, ac miſcuit iræ

Adulteria Lepidæ.
Princeps in illa cognitione tectus.
* quantumuis

&

& clementiæ ſigna, deprecatus primo Senatum ne maieſtatis crimina tractarentur. Mox[10] M. Seruilium e conſularibus, alioſque teſtes inlexit ad proferenda quæ velut reticere[11] voluerat: [12] idemque ſeruos Lepidæ, cum[13] militari cuſtodia haberentur, tranſtulit ad conſules: neque per tormenta interrogari paſſus eſt de his quæ ad domum ſuam pertinerēt. [14] Exemit etiam Druſum conſulē deſignatum dicendæ primo loco ſententiæ. quod alij ciuile rebantur, [15] ne cæteris adſentiendi neceſſitas fieret. quidam ad ſæuitiam trahebant; neque enim ceſſurum, niſi[16] damnandi officio. Lepida ludorum diebus qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris fœminis[17] ingreſſa, lamentatione flebili maiores ſuos ciens, [18] ipſumque Pompeium, cuius ea monimenta & adſtantes imagines viſebantur, tantum miſericordiæ permouit, vt effuſi in lachrymas ſæua & deteſtanda Quirinio clamitarent, cuius ſenectæ atque orbitati & obſcuriſſimæ domui deſtinata quondam vxor L. Cæſari, ac Diuo Auguſto nurus, dederetur. dein tormentis ſeruorum patefacta ſunt flagitia, itumque in ſententiam[19] Rubellij Blandi, a quo[20] aqua atque igni arcebatur. Huic Druſus adſenſit. quanquam alij mitius cenſuiſſent. Mox Scauro, qui filiam ex ea genuerat, datum, ne bona publicarentur. Tum demum aperuit Tiberius compertum ſibi etiam ex P. Quirinij ſeruis veneno cum a Lepida petitum.

Principum facta trahuntur aut in bonam vel malam partem.

1 At Romæ Lepida.] Suetonius vocat hanc Lepidam *generoſiſſimam*, cap. 49. in Tiber. Nec mirum, cum prognata ab Æmilijs & ex Lepidorum ſanguine qui ſummi in Rep. Rom. Cicero de prouinc. Conſular. *Præſertim cum ego omnium meorum conſiliorum atque factorum exempla ex ſumnorum hominum factis ſemper cenſuerim petenda. An non M. ille Lepidus, qui bis conſul & Pontifex Max. fuit, non ſolum memoriæ teſtimonio, ſed etiam Annalium litteris & ſummi Poetæ voce laudatus eſt?*

Lepida generoſiſſima.

2 Æmiliorum decus.] Quod ſummum fuit Romæ. Et inde Iuuenal. Sat. 8.

—— pictos oſtendere vultus
Maiorum, & ſtantes in curribus Æmilianos.

Et ſane M. Æmilius Lepidus princeps fuit Senatus. Cicero pro C. Rabirio. Alter Æmilius Pontifex & L. Æmilius Paulus deuicto rege Perſe memorabilis, alijque multi hiſtoria Romana celebres. Itaque Claudianus, vt dedecus oſtendat imperij, Eutropium Eunuchum patientis, ſic ſcribit.

Martius Eunuchi repetet ſuffragia campus?
Æmilios inter ſeruatoreſque Camillos
Eutropius?

Quod ridiculum plane.

Æmiliorum decus Romæ.

3 Defertur simulaviſſe partum.] Iuuenalis Sat. 6. de iſta trita mulierum fraude.

Tranſeo ſuppoſitos, & gaudia, votaque ſæpe
Ad ſpurcos decepta lacus (forte detecta) *atque inde petitos*
Pontifices, Salios, Scaurorum nomina falſo
Corpore laturos.

Et ſuppoſiti partus exemplum in Plauti Ciſtellaria extat.

Suppoſitio partus.

Ex ſuppoſitis quidam ferunt magna nomina.

Quæ ſæpe mecum mentionem fecerat,
Puerum aut puellam alicunde vt reperirem ſibi,
Recens natum eapſe, quod ſibi ſupponeret,
Vbi mihi poteſtas primum euenit illico,
Feci eius ei, quod me orauit, copiam.
Poſtquam puellam eam a me accepit, illico
Eandem puellam peperit, quam a me acceperat,
Sine obſtetricis opera, & ſine doloribus:
Item vt aliæ pariunt, quæ malum quærunt ſibi.

Ad comprimendum iſtud ſcelus fuit lex Cornelia de falſis. & de hac ſuppoſititione eſt L. hi tamen. §. nam & filius. de accuſat. Inter Romuli leges, ait Plutarchus, vna fuit, qua liceret eijcere vxorem, ſi alienam prolem pro ſua ſubdidiſſet. quod ſcelus domos confundit, & rem ſubtuit tam publicam quam priuatam.

Suppoſiti partus pœna. Ex L. Cornelia; Et ex L. Romuli.

4 Divite atque orbo.] Quæ ſuppoſitionis cauſæ ſunt, vt ſub ſpecie ementiti partus, & falſi heredis, vxores ſteriles gaudeant de facultatibus maritorum, & inde ſibi faciant pulmentarium.

Ratio ſupponendi partum.

5 Adulteria, venena.] Martial.

Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito.

Nam veneficia, adulteriorū ſequelæ; ab vno ad alterum graditur ſcelus. Quod Rhetores in ſuo puluere tractant. Et Seneca lib. Contr. 6. *Adulterium veneficio deprehendi.* Tritum enim eſt. *Adultera: ergo venefica.* Ideo inualuit apud Indos, vt marito mortuo vxores ſimul cremarentur, quo deterrerentur maritorum veneficijs, neue ſperarent marito ſublato adulterorum amplexibus potituras. Strabo 14.

Veneficia comites adulterij.

6 Quæsitumque per Chaldæos in domum Cæsaris.] Crimen ſub

Inquiſitio in Cæſaris domum ingens ſcelus.

Tiberio ingens; & fere ſub omnibus principibus, & ſub Tiberio, Liboni, Lepidæ, alijſque quamplurimis obiectum & vindicatum. Tertullian. in Apolog. eos qui de capite Cæſarum conſultant, ita his verbis arguit: *Eadem officia dependunt, & qui aſtrologos, & aruſpices, & augures, & magos de capite Cæſarum conſuliant: quas artes, vt ab angelis deſertoribus proditas, & a Deo interdictas, ne ſuis quidem cauſis adhibent Chriſtiani. Cui autem opus eſt perſcrutari ſuper Cæſaris ſalute, niſi a quo aliquid aduerſus illam cogitatur, vel optatur, aut poſt illam ſperatur, & ſuſtinetur? Non enim ea mente de charis conſulitur, qua de Dominis. Aliter curioſa eſt ſollicitudo ſanguinis, aliter ſeruitutis.* Viden vt ſalutem principum Catholici Chriſtiani tueantur? non ita Nouatiani. Memorabile eſt in Tacito 16. Annal. Seruiliæ exemplum, quæ de incolumitate patris ſui Chaldæos conſuluerat; quod Nero traxit in crimen maieſtatis. *Nullos* (inquit illa) *impios deos, nullas deuotiones, nec aliud infælicibus precibus inuocaui, quam vt hunc optimum patrem, tu Cæſar, & vos patres ſeruaretis incolumem.* Sed Neroni crudeli pro victima cecidit tanta pietas. De his Mathematicorum conſultoribus priuatis ita D. Auguſtinus in Pſalm. 91. *Fidelis, cur conſulis Mathematicum? Et ille: Recede a me; ipſe mihi prodidit res meas. Nam perdidiſſem & in planctu remanſiſſem. Homo bone, nonne ſignas te ſigno crucis? Et lex omnia iſta prohibet. Gaudes quia res tuas inueniſti. Non es triſtis quia tu periſti.* De paganis Capitolinus in Seuero: *Multos etiam, quaſi Chaldæos aut vates de ſua ſalute conſuluiſſent, interemit; præcipue ſuſpectos, vnumquemque idoneum imperio, cum ipſe paruulos adhuc filios haberet: idque dici ab his, vel crederet, vel audiret qui ſibi augurabantur imperium.* Et idem eodem: *In Sicilia quaſi de imperio, vel vates, vel Chaldæos conſuluiſſet, reus factus eſt apud Præf. Præt. quibus audiendus datus fuerat. Iam Commodo veniente abſolutus eſt, calumniatore in crucem acto.*

Veteribus exoſa Chriſtianis.

7 Manio Lepido fratre.] Exemplum fraternæ beneuolentiæ, *quæ nulla acerbitate fortunæ vileſcit, habetque experimentum certius quo miſerius.* Valer. de fratr. ben. Nam *ſoror & frater eadem partes viſcerum matris, vnus vterus, vna natura*, ait Quintilianus. Fuit autem moris adoleſcentibus Rom. aut defendere parentes reos vel affines, aut laudare mortuos, aut accuſare qui eos accuſaſſent, vt fecit Cotta, vt Sulpitius, alijque multi.

8 Quamvis infami.] Lege, *quantumuis infami.* Quia maritus quantumuis offenſus vxori deeſſe non debuit: cuius ſcelus præſtabat occuluiſſe quam publicaſſe: ſic mater Corneliæ matris Gracchorum, *cum viro ſuo ancillulam ex ſuis gratam animaduerteret, diſſimulauit: Ne domitorem Africæ, & tertiæ terrarum partis, reum maritum impudicitiæ faceret.* Val. de fid. vx.

9 Havd facile.] Tiberius non diſpar in hoc iudicio a tabula Zeuxidis, in qua Athenienſium dæmonem pinxit varium, iracundum, iniuſtum, glorioſum, humilem, ferocem fugacemque, & omnia pathemata præferentem. Plin. 35. cap. 10.

10 M. Servilivm Consvlarem.] Fuit enim Conſul ſub Auguſto, cum L. Ælio Lamia; & poſt eum alter Seruilius, qui ſub Tiberio; ſed poſt iſtam Lepidæ accuſationem. Et ab his duobus Lamiani & Seruiliani horti. Plin. de Seruilianis: *Veſtam ſedentem laudatam in Seruilianis hortis, duaſque chamæteras,* id eſt ſeruulas, *circa eam, quarum pares in Aſinij monumentis ſunt.* libro 36. cap. 5. nos dicimus *Camerades*, ou *Filles de chambre*.

11 Volverat.] Legendum puto *voluerant.* Nam referri debet ad Seruilium, & alios teſtes; non ad Tiberium: quippe ille, licet Senatum fuiſſet deprecatus, ne maieſtatis crimen tractaretur; cupiebat tamen tractari, & ad illud detegendum, teſtes & M. Seruilium delegerat. Et hæ Tiberianæ erant artes. *Tacitus correct.*

12 Idemqve.] Non placet hæc lectio: ſed lego, *Is denique.* Nam poſt ſtrophas, & antiſtrophas, tandem narrat eum ſeruos Lepidæ, a militari, ad conſularem cuſtodiam tranſtuliſſe. *Iterum correct.*

13 Militari cvstodia haberetvr.] Cuſtodiæ aliquando pro *vinctis*, & his, qui cuſtodiuntur; aliquando pro his, qui cuſtodiunt: aliquando pro loco in quo aſſeruantur. De *vinctis*. Tertullian. in Apolog. *Vtique non deeſſet vobis in auditione cuſtodiarum, & damnatione, ſanguis humanus.* De his qui cuſtodiunt. Idem Apolog. *Cuſtodia porro diſiecta.* Et ita vſurpatur L. 2. ex quibus cauſ. maior. Cod. & L. 2. de exactor. trib. Cod. 10. De loco in quo aſſeruantur vincti. Columella libr. 1. *An ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ & munitæ ſint.* Opponuntur autem inter ſe *cuſtodia militaris, & carcer.* Nam eodem titulo de exactorib. tribut. *Carcer*, inquit, *eſt pœnalium; carcer eſt noxiorum hominum; ideo continentur aperta, & libera, & in vſum hominum inſtituta cuſtodia militari.* Dixit *in vſum hominum*, quia qui ſunt in carcere, hominum ſocietate non vtuntur: quod faciunt plerumque qui ſunt in militari cuſtodia. Nam Actuum 24. *Iuſſit Centurioni cuſtodire Paulum, & habere requiem, nec quenquam de ſuis prohibere miniſtrare ei.* & 27. eodem. *Humane autem tractans Iulius Paulum, permiſit ad amicos ire, & curam ſui agere.* Tertullian. contra Pſychicos. *Quem*, inquit, *& facultate liberæ cuſtodiæ, aliquandiu furtim, in omnibus balneis, quaſi baptiſmate melioribus, audiebat.* At de iſta libera cuſtodia, ſæpe D. Hieronym. in epiſtol. Et Salluſt. bello Catilin. *Igitur perlectis litteris, cum prius omnia ſigna ſua cognouiſſent, Senatus decernit, vti abdicato magiſtratu, Lentulus itemque cæteri in liberis cuſtodijs habeantur.* Tamen aliquando qui in cuſtodia militari erant, amicorum frequentia non vtebantur. D. Ignat. epiſtola 4. *Vehementer cupiui venire ad vos, verum non eſt in hominis poteſtate via eius. Impedit enim meam voluntatem militaris cuſtodia quæ non permittit vltra progredi.* Erant autem qui cuſtodiebantur aut in cuſtodia carceris, aut in cuſtodia militari, aut in cuſtodia Conſulum, ſeu magiſtratuum, aut in

Cuſtodiæ verbum quid notet. *Aliquando cuſtoditos.* *Aliquando cuſtodiendos.* *Cuſtodia militaris & carcer oppoſita.* *Cuſtodiæ militaris libertas.* *Diverſæ reorum cuſtodiæ.*

Cuſtodia carcerum.

aut in cuſtodia fideiuſſorum, aut in cuſtodia ſui. Cuſtodia carceris erat rigidiſſima:

Quæ rigidiſſima.

& huius aſperitates complectitur Tertullianus libro de reſurrect. carn. his verbis: *Age iam, quid de ea ſentis*, (ſcilicet carne) *cum pro Chriſtiani nomine fide in medium extracta,*

Tertullianus correctus.

& odio publico expoſita, decertat, cum in carceribus maceratur teterrimo lucis exilio, penuriâ mundi, (lego *penuria immundi*,) *ſquallore, pedore, contumeliâ victus. Nec ſomno quidem libera*; (*quippe etiam cubilibus vincta*) *ipſiſque ſtramentis lancinata.*

In carcere onerati catenis.

Sed nec iſta tantum patiebantur; ſed etiam in carcere onerabantur catenis; aut ſimplicibus, aut duplicibus; etiam triplicibus interdum. De ſimplicibus,

Simplicibus interdum.

noſter libro ſexto. *Iulius Celſus Tribunus in vinclis laxatam catenam, & circumdatam in diuerſum tendens, ſuam ipſe ceruicem perfregit.* De duplicibus.

Duplicibus.

Actuum 21. *Iuſſit Paulum ligari duabus catenis.* De triplicibus. Suetonius in Nerone.

Triplicibus.

A vinculis triplicium catenarum dixere cauſam. Et idem alio loco. *Triplicibus catenis oneratus.* Et non modo colla catenis ligata,

Quæ colla, manus, & pedes ligabant.

ſed & manus, & pedes. Prudent. hymno 1. de corona.

Hæc loquentes, obruuntur mille pœnis martyres.
Nexibus manus vtraſque flexus inuoluit rigor:
Et Chalybs attrita colla grauibus ambit cyclis.

Has autem duplices, & triplices catenas,

Suſtulit catenas Conſtantinus.

ſuſtulit Conſtantinus: & eſt lex in Cod. Theodoſ. de cuſtod. & exhibitione reorum. Et notandum in carcere etiam alium fuiſſe carcerem; eumque interiorem. Diuus Auguſtiuus in Ioannem, explicans locum Euangelij,

In carcere alius carcer.

Mitte eum in tenebras exteriores, inquit: *Mittuntur in carcerem, & in ipſo carcere, non omnes, ſed in ima carceris detruduntur.*

Qui interior.

Herodotus libro 3. ἐν ὀρύγμῃ ἔδησε, compingunt in ſubterraneam foſſam, ibique detinent ob neſcio quod delictum. Sic Varro

Tullianum inferior carcer.

Tullianum dici putat, *quaſi in meditullio, & media tellure*: Erat enim carcer interior carceris. Apul. 4. Metamorphoſ. *Retrorſum abducunt pagani, ſtatimque vinctos in Tullianum compingunt.* Et de Tulliano Salluſtius meminit, vt Dio libro 45. facitque Vibium Calenum exprobrantem Ciceroni, quod nepotem Lentuli, principis Senatus, interfeciſſet in

Peierarium, quia peieraſſe Chriſtiani cenſebantur qui libellum obtuliſſent.

Tulliano. Et tale fuiſſe puto *Peierarium*, de quo Diuus Cyprianus tam ſæpe, & in quod trudebantur Chriſtiani, qui formidine ſupplicij, aut libellum principi exhibuerant, quos libellaticos Chriſtiani vocabant, aut poſtulatitios: quique poſtea ſceleris pudore

Interioris carceris deſcriptio.

perculſi, audacter confitebantur nomen Chriſti. Deſcribitur hic locus a Prudentio hymno D. Cypriani.

Ducitur ante alios Proconſule perfurente vinctus,
Antra latent Tyriæ Carthaginis altius repoſta,
Conſcia Tartareæ caliginis, abdicata ſoli.

D. Paulus in carcerem carceris detruſus.

In interiorem illum carcerem Diuus Paulus detruſus eſt Actuum 16. *Nam*, inquit ſcriptura, *miſerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodiri*, id eſt, vt diligenter cuſtodiret eos. Et addit: *Qui cum tale præceptum accepiſſet, miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno.* Dicebatur autem iſtud lignum

Cataſta.

cataſta. de qua Martialis:

Sed quos arcanæ ſeruant tabulata cataſtæ.

Tertullianus ad martyr. vocat interiorem illum carcerem cuſtodiarium. *De carcere*, inquit, *in cuſtodiarium, ſi forte tranſlatos eſſe exiſtimatis; habet vincula, ſed vos ſoluti Deo eſtis.*

Cuſtodiarium.

Et hæc *cuſtodia aſpera* dicitur a Tacito libr. 13. principio: quemadmodum, *libera cuſtodia*,

Cuſtodia aſpera.

delicata vocatur, vt dixi ſupra, & in ea *æſtuare carcerem* dixit Tertullianus in Apologetic. quaſi ſit *æſtuarium patientiæ*. Hic autem carcer vocabatur *publica cuſtodia*. Sic Quint. declam. noua 277. *Damnatus aliquis, cuſtodia publica continetur, carcer continetur*; id eſt, de hoc poterit cũ voluerit ſupplicium ſumere magiſtratus: id eſt, in carcere eſt vt tantum aſſeruetur, &

Æſtuare carcerem quid Tertulliano?

de eo vt libuerit capiatur ſupplicium. Et Cicero ad Quint. fratr. 1. *In cuſtodiam Epheſi tradidit*; ſed an in publicam, vel in piſtrinum?

Carcer cuſtodia publica.

non ſatis ex litteris eius intelligere poſſumus. Sed Romæ, primum vnicus carcer,

Romæ primum carcer vnus.

quod certum: poſtea multi. Iuuenalis Satyra 3.

Viderunt vno contentam carcere Romam.

Sed miſſo iſto carcere redeundum ad cuſtodiam militarem, de qua heic agitur. Diuus Ignatius huic cuſtodiæ datus eſt, qui milites ſui cuſtodes *leopardos* nominat in epiſtola quadam.

Cuſtodes leopardi dicti à Sancto Ignatio.

D. etiam Paulus cuſtodiendus datus eſt militibus in Act. Apoſtol. 23. Et de illa cuſtodia militari cape L. 4. ſi quis cautionib. §. 1.

Cuſtodia militaris quæ?

Nam ita Paulus libr. 5. ſentent. titulo de pœnis, non ſine mendo ſcribit. *Qui cuſtodiam militi proſequenti magna manu excuſſerint*, (lego, *maligna manu excuſſerint*: nam abbreuiatura eſt. Et parua manu

Paulus I. C. correct. Et explicatus.

etiam excuti poteſt; aitque *militi proſequenti*, quod miles cuſtos vinctos catenis pone ſequeretur,) *capite puniuntur.*

Milites vinctorum catenas tenebant.

Diuus Hieron. ſcribens ad D. Auguſt. *Sub militum cuſtodia*, inquit: & L. 17. de erogat. milit. ann. *Cum*, ait, *ſæpe contingit ad cuſtodiam milites deputari.* noſter Annal. 6. ait Druſum detentum in Palatio, cuſtodia militari. Et *Rubrico Fabato*, inquit idem, *cuſtodes additi.* milites autem vinctorum catenas tenebant, ne effugerent.

Olim duo milites ad cuſtodiam deputati.

Quod non explico latius, quia aliorum iam ſcriptiones docuere. Sed dico, non minus quam duobus olim militibus, datos fuiſſe ad

Plures etiam.

cuſtodiam, ex L. vltim. de cuſt. & exhib. reorum. Quanquam & plures multo darentur: immo etiam antea pauciores. Nam D. Pau-

Interdum vnus

lus, vnico duntaxat militi commendatus eſt Act. 28. his verbis. *Cum autem veniſſemus Ro-*

De vno teſtimonia.

mam; permiſſum eſt Paulo manere cum cuſtodiente ſe milite. Et in paſſione D. Cypriani. *Ductus eſt ſuſceptus Cyprianus a ſtratore cuſtodiendus.* Erat

Quid ſtrator.

autem *ſtrator* officium proconſulis. Spartian. in Caracalla. *Cum eum in equum ſtrator eius leuaret.* Sic ſtratores in carceribus, L. 1. de cuſt. reor. qui ſtrata curabant vinctorũ, & cibaria,

De duobus. De duobus vero militibus eodem libr. cap. 12. *Petrus in medio duorum militum dormiebat.* *De pluribus. Vt de duodecim.* Quo loci etiam agit de pluribus : nam ita inquit. *Miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum.* Et de maiore turba eodem cap. 23. *Vocatis duobus centurionibus, dixit: Parate milites ducentos, vt eant vſque Cæſaream, & equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos, a tertia hora noctis, & iumenta præparate, vt imponentes Paulum, ſaluum perducerent ad Fœlicem.* *De maiore turba.* Addo, datos aliquando Tribunis, aliquando centurionibus, aliquando militibus in cuſtodiam. *Cuſtodia quandoque Tribunis data.* De Tribuno, noſter. *Præſcripſiſſet Tribuno cuſtodiæ adpoſito.* Etiam 14. de Pollione. *Iulia prætoriæ cohortis Tribuno, cuius cura attinebatur, damnata.* De centurione, Actuum 24. *Iuſſit centurioni cuſtodire eum.* *Et centurionib. Et militibus. Exempla.* De milite Seneca epiſt. 5. *Quemadmodum eadem catena, & cuſtodem & militem copulat.* Venio ad cuſtodiam Conſulum aut magiſtratuum. *Cuſtodia Conſulum.* Dio ait Catilinam ſe obtuliſſe cuſtodiendum Ciceroni Conſuli, ſed Conſulem reſpuiſſe, libro 37. Et Liuius ſcribit, *Ebulum, iuſſum migrare ad Conſulis clientem*: vbi puto legendum *clientelam*, pro cuſtodia. l. 39. Etiam de magiſtratuum cuſtodia, noſter l. 4. Ann. vbi de Gallione. *Et magiſtratuum.* *Retrahitur,* inquit, *in vrbem, cuſtoditurque domibus magiſtratuum.* Idem ſcribit Dio, de Aſinio Gallo, lib. 58. D. Hieronym. contra Vigil. *Senatoriæ videlicet dignitatis ſunt, non inter homicidas teterrimo carcere; ſed in libera honeſtaque cuſtodia in fortunatorum inſulis, & in campis Elyſiis recluduntur.* *Cuſtodia fideiuſſorum.* Locus eſt de cuſtodia, etiam fideiuſſorum, L. Diuus. tit. de cuſtod. & exhib. reorum. Diuus Pius ad epiſtolam Antiochenſium Græce reſcripſit, *Non eſſe in vincula conijciendum, qui fideiuſſores dare paratus eſt. De cuſtodia reorum, Proconſul æſtimare ſolet, vtrum in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel fideiuſſoribus committenda, vel etiam ſibi.* Nec omitto reos qui cuſtodiæ dabantur, cuſtodias militum de ſuo ſoluiſſe. *Cuſtodia ſui ipſius.* Quod me Diuus Clemens Romanus libro quinto cap. 1. monuit. *Si quis,* inquit, *Chriſtianus propter nomen Chriſti & fidem in Deum & charitatem, ad ludum, aut ad beſtias, aut ad metalla ab impijs damnetur, ne eum deſpiciatis. Quin potius mittite ei ex labore, ac ſudore veſtro ad victum, & ad ſoluendum mercedem militibus, vt ab eis alleuetur & curetur.* Nec tranſeo martyrum vincula & catenas maxime a Chriſtianis honoratas. Nam Tertullianus: *ad oſculanda martyrum vincula carcere incluſorum reptabant Chriſtiani.* libro ſecundo ad vxor. Quæ omnia digeſſi, plena antiquitatis & forſan non pœnitenda.

14 EXEMIT DRVSVM CONSVLEM DESIGNATVM DICENDÆ PRIMO LOCO SENTENTIÆ.] Sic Seneca in Ludo, *Primus interrogatur ſententiam Iulius pater: Is deſignatus erat in Calendas Iulias poſtmeridianus Conſul.* *Deſignatus Conſul primus rogatus ſententiam.* De ea re dictum iam: niſi quod noto decus fuiſſe primum rogari ſententiam. Cicero 10. ad Attic. epiſtola, *Et res. Tacita eſſe poterit in id dignitas noſtra? pati poterunt oculi mei cum Gabinio ſententiam dicere? & quidem illum rogari prius?*

15 NEC ÆTERIS.] Ita Gallus Aſinius libro primo. *Si primo loco cenſueris, Cæſar, habebo quod ſequar.* Et indicium eſt, ſi non iam mortuæ, ſaltem morientis libertatis. Nam tunc Reſpub. nihil erat quam vana appellatio, & nomen ſine corpore ac ſpecie. Et pro legibus voluntas Cæſarum erat, vt dicebat Cæſar Iulius, apud Sueton. in Iulio.

16 DAMNANDI OFFICIO.] Id eſt *per officij ſpeciem*, vt illam damnaret. *Tacitus interpretatus.* Quippe magnorum eſt principum decus,

Si parum caſtis inimica mittant
Fulmina lucis.

17 INGRESSA.] An delatis inter reos, & atratis, & ſordidatis, theatrum patebat? *Delatis reis theatra non prohibita.* Theatrum in luctu, importuna delectatio, intempeſtiua voluptas. Patebat tamen atratis. ſed ex ſuperiore loco. Martialis lib. 4. epigr. 2. *Atrati ſpectabant.*

Spectabat modo, ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Cum plebs, & minor ordo, maximuſque
Sancto cum duce candidus ſederet:
Toto nix cecidit repente cœlo;
Albis ſpectat Horatius lacernis.

Tamen nemini pulla prætexta licebat vti, niſi funus ducenti, ait Verrius Flaccus. & Suetonius in Auguſto cap. 44. *Sanxit ne quis media cauea pullatorum ſederet.* Tiberius tamen, ait Dio libro 57. *ludis cum plueret, pulla ipſe pinula indutus, effecit, ne quis alius veſtem inconceſſam vſurparet.* Calpurnius Piſo.

Venimus ad ſedes, vbi pulla ſordida veſte,
Inter fœmineas ſpectabat turba cathedras.

Quod oſtendit deſuetudinem eius moris. Et patebat theatrum reis. *Conſulatus petitio reis prohibita.* Nam reus, nondum conuictus, vti honoribus prius quæſitis poterat. *Catilina, repetundarum reus,* inquit Salluſtius, *Conſulatum petere prohibitus eſt; priſtinos honores retinere non prohibitus eſt.* *Cæteri honores permiſſi.* Et certe ante damnationem nemo pro damnato eſt.

18 IPSVMQVE POMPEIVM.] Ergo Pompeij theatrum erat. At de iſto theatro, Martialis lib. 10. epigr. 51.

Sed nec Marcelli, Pompeianumque, nec illis
Sunt triplices thermæ, nec fora iuncta quater.

Quamquam reuera non fuit Pompeij theatrum, ſed Demetrij eius liberti. Sed quia Pompeius verebatur ne ſi P. R. id ſciret, liberti potentiæ inuideret, vt Pompeium traduceret; Demetrius patroni nomen theatro indidit, quod ſuis ſumptibus extruxerat. Dio 39. Idem Martialis lib. 6. epigram. 9.

In Pompeiano dormis Leuine theatro,
Et quereris ſi te ſuſcitat Oceanus?

Oceanus Cenſor, ſub Domitiano videlicet, de quo ſæpe Martialis. Tertullianus ita in Apologetic. *Pompeius Magnus toto ſuo theatro minor.* vocat autem illud theatrum, *ar-*

cem

Arx omnium turpitudinum.

cem omnium turpitudinum. Et noſter libr. 14. *Erant qui Cn. quoque Pompeium incuſatum a ſenioribus ferrent, quod manſuram theatri ſedem poſuiſſet.* Sed vnde hoc quod Tacitus & Tertullianus *theatrum* vocant; Plinius vero *amphitheatrum*? Nam diuerſa hæc, & nomine, & forma, & muneribus. Amphitheatrum enim quaſi theatrum duplex. Sic Calpurn. Eclog. 7.

Theatrum Pompeij amphitheatrum Plinio dictum.

Et geminis medium ſe molibus alligat ouum.

Amphitheatrũ a theatro diſtat nomine, forma, & muneribus.

Theatrum ſemicirculum facit; amphitheatrum circulum totum, ſed ouatum. in amphitheatro venationes, & gladiatores; in theatro ſaltatores, vel ſalturiones & pantomimi. Cur ergo id factum? quia in templum Veneris ipſe Pompeius ſuum theatrum mutaſſet: Ideoque ex theatro, quod fere hemicycli forma erat, amphitheatrum fecit, clauſum vndique, & ouatum. Sic enim idem Tertullianus. *Cum illam arcem omnium turpitudinum extruxiſſet, veritus quandoque memoriæ ſuæ cenſoriam animaduerſionem, Veneris ædem ſuperpoſuit, & ad conſecrationem, edicto populum vocans, non theatrum, ſed Veneris templum nuncupauit. Cui ſubiecimus gradus ſpectaculorum.* Ita damnatum, & damnandum opus, templi titulo prætexuit, & diſciplinam ſuperſtitione eluſit. Theatri autem formam Martianus Capella ita delineat libr. 6. vbi de Italia: *Si a primis Alpibus dextrum latus, & prolixi montis brachium contempleris, prominentias vtrinque componens, theatrum quoddam ſpectare videaris vndatum:* Lunata quippe, & quodam hemicyclo in promontorium memoratum circumfertur Italia. Dio 43. ait Cæſarem Iulium theatrum ædificaſſe ad venationem; & quia vndique ſedes haberet, ſcenaque careret, amphitheatrum dictum fuiſſe. Non abſurdum eſt Cæſarem ad imitationem Pompeij hoc excogitaſſe. nam Cæſar Pompeij æmulus, & ex æmulatione hoſtis.

Cauſa. *Ratio.* *Forma theatri.*

19 Rvbellii Blandi.] Qui Tiberio poſtea progener. Nam Iuliam duxit Druſi & Liuillæ filiam. Noſter Annal. 6. *Tot vulnibus funeſta ciuitate, pars mœroris fuit, quod Iulia, Druſi filia, quondam Neronis vxor, denupſit in domum Rubellij Blandi, cuius auum Tiburtem equitem Roman. plerique meminerant.* Iuuenalis Satyra 8. huius nominis meminit, vti omnes excuſi & manuſcripti. Quin vetus interpres firmat eam lectionem. Tamen altioris notæ homines legunt, *Rubelli Plaute*, non *Rubelli Blande*. Certe loquitur de filio huius Blandi, cum ſcribit:

Quis Rubellius Blandus progener Tiberij. *Eius auus eques Tiburtinus.*

Vt te conciperet quæ ſanguine fulget Iüli,
Non quæ ventoſo conducta ſub aggere texit.

Firmata Iuuenalis excuſa lectio.

Et de eo qui ſub Nerone viuebat; cum addit.

Hoc ſatis ad iuuenem, quem nobis fama ſuperbum
Tradit, & inflatum, plenumque Nerone propinquo.

Duo ergo in veteri lectione me retinent: manuſcripti omnes, qui *Rubelli Blande* habent; & vetus Interpr. qui ita legit. Tum quod iſte Rubellius Blandus, de quo Iuuenalis, ſtupidus, & ineptus. Nam verba Poetæ demonſtrant.

Propter duas cauſas. *Manuſcriptus codex exprimit.* *Vet. Interp. Iuuenal. ita legit.* *Et quod Rubellius Blandus truncus, Rubellius Plautus cordatus homo.*

——: *at tu*
Nil niſi Cecropides; truncoque ſimillimus Hermæ.

Nam vt de Gallo dicebat Ammian. Marcell. *gentilitate Conſtantini nominis efferebatur in faſtus.* Ille autem; de quo Tacitus, Rubellius Plautus, induſtrius, & Muſarum amantiſſimus. Nam de eo ita Tacitus. *Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otij, ſed veterum Romanorum imitamenta præferre, aſſumpta etiam Stoicorum arrogantia, ſectaque quæ turbidos, & negotiorum appetentes faciat.* Et vbi de eius interitu. *Doctores ſapientiæ Cœranum Græci, Muſonium Tuſci generis, conſtantiam opperiendæ mortis ſuaſiſſe.* Meminit Seneca pater Blandi equitis Romani & Rhetoris, quia Rhetoricam docebat. præfat. libro ſecundo Controuerſ. huius noſtri auum forſitan qui Tiburtinus eques, vt ait noſter lib. 6. Annal.

20 Aqva atqve igni arcebatvr.] De hac pœna meminit Cicero 11. famil. ad D. Brutum: & Imperatores, L. 1. de diuortijs, & L. 24. de donat. inter vir. & vxor. Cod. ſucceſſitque in eius locum deportatio, L. 2. de pœnis. Sic *deportata mulier*, L. 5. de bon. damn. Deportati autem, iacturam faciebant ciuitatis, & libertatis, Inſtit. de capit. diminut. Eiſque certus locus adſignabatur, in quo degerent, omnibus vitæ commodis ſpoliati: Ideoque mors dicitur: ſed ciuilis, quæ naturali longe triſtior, & acerbior, quia famæ & exiſtimationis iacturam habet. Et noſter infra de Antiſtio vetere: *Aqua atque igni interdictum reo; adpoſitumque, vt teneretur inſula, neque Macedoniæ neque Thraciæ proxima.*

Pœna interdictionis aquæ & ignis. *Cui deportatio ſucceſſit.* *Deportatus ciuitate carebat.* *Mors dicta deportatio.*

At enim haud multum diſtanti tempore Calpurnij Piſonem, Æmylij Lepidam amiſerant. Solatio adfecit Diuus Sillanus Iuniæ familiæ redditus. Caſum eius paucis repetam. Vt valida Diuo Auguſto in Rempub. fortuna, ita domi improſpera fuit, ob impudicitiam filiæ ac neptis, quas vrbe depulit, adulteroſque earum morte aut fuga puniuit. Nam [1] culpam inter viros ac fœminas vulgatam graui nomine [2] læſarum religionum, [3] ac violatæ maieſtatis appellando, clementiam maiorum, ſuaſque ipſe leges egrediebatur. Sed aliorum exitus, ſimul cætera illius ætatis memorabo, ſi [4] * effectis

Fortuna Auguſti proſpera domi, Reip. improſpera.

* effectis quæ intendi

in quæ tendi, plures ad curas vitam produxero. Diuus Sillanus in nepti Auguſti adulter (quamquam non vltra foret ſæuitum, quam vt amicitia Cæſaris prohiberetur) exilium ſibi demonſtrari intellexit. nec niſi Tiberio imperitante deprecari Senatum, ac principem auſus eſt, [5] M. Sillani fratris potentia, qui per inſignem nobilitatem & eloquentiam præcellebat. Sed Tiberius grates agenti Sillano patribus coram reſpondit, ſe quoque [6] lætari quod frater eius e [7] peregrinatione longinqua reuertiſſet, idque iure licitum, quia non Senatuſconſulto, non lege pulſus foret: ſibi tamen aduerſus eum integras parentis ſui offenſiones: neque reditu Sillani diſſoluta quæ Auguſtus voluiſſet. Fuit poſthac in vrbe, neque honores adeptus eſt.

Qui nomine boni facti peregrinatur, non culpandus: qui contra, non recipiendus.

In re obſcæna verbum culpa.

1 Cvlpam.] Cicero 9. famil. epiſt. *Amo.* ſic ſcribit. *Memini diſertum conſularem ita eloqui: Culpam maiorem, an illam dicam? Quid potuit obſcœnius?* Ergo noſter recte & honeſte in re obſcœna, dixit *culpam*, & recte *vulgatam*. Nam primum culpam vocat Virgil.

—— Hoc prætexit nomine culpam.

Deinde vulgatam dicit inter viros & fœminas. Iuuenalis.

Iamdudum hoc vetus eſt alienum, Poſtume, lectum
Concutere.

Vetera vxoria.

Sic Iuſtinianus in præfat. Digeſtorum, dixit *vetera vxoria*, quod eſſet vetus ducere vxorem. Vetus ſane, & peruetus. Nam res vxoria, ab mundi cunis, etiam ab ortu primo telluris.

2 Læsarvm religionvm.] Quia eſſet Tiberius Tribunus plebis, & ſummus Pontifex: ideoque inuiolabilis non in perſona tantum, ſed in familia. Cicero pro Sextio de ſanctitate Tribunitiæ poteſtatis. *Itaque fretus* (inquit) *ſanctitate Tribunatus cum ſe non modo contra vim & ferrum, ſed etiam contra verba atque interceſſionem legibus ſacratis eſſe armatum putaret.* De Pontificum poteſtate, *qui ſummæ Reip. præeſſe ſoliti*, ait Cicero pro Domo ſua. Et Dionyſ. 2. *Nullius poteſtati ſunt obnoxij: in eorum poteſtate omnium ſalus, omnium dignitas.*

3 Ac violatæ maiestatis.] Quia princeps caput Reipub. A quo omnium aut languor aut ſanitas. Nam eo florente floremus, eo labente labimur: & vt in capite totus homo eſt, ita in imperatoris perſona totum imperium.

Tacitus interpretatus.

4 Effectis in qvæ tendi.] Id eſt, vt interpretor, peractis ijs quæ mente concepi, & quibus animum intendi, ſi ad plures annos vitam produxero; vt ſcilicet producti dies ſufficere poſſunt ad plura negotia peragenda. Poeta.

Pectora magna duas non admittentia curas.

Eſt tamen in illa oratione neſcio quid, quod Tacitum non ſapit, & vapide ſe habet. Quid ſi ita ſcriptum erat, *effectis ijs quæ intendi?* vos arbitri eſtote. Et tranſpoſitio eſſe poteſt, quæ frequens in hoc authore. Cuius rem habemus & ſenſum, verba non habemus. Recte autem dicit *effectis*. Nam ita Diuus Bernardus ſecundo capite Meditationum. *Sicut in cælo ſtella coruſcans velociter currit, & repente deficit, & ſicut ſcintilla ignis ſubito extinguitur, & in cinerem redigitur:*

Sic cito finitam datur iſtam cernere vitam.

Dum enim libenter & iucundiſſime metatur homo in mundo, diuque ſe victurum arbitratur, ac multa in longa tempora diſponit agenda, ſubito in mortem rapitur, & ex improuiſo, anima aufertur a corpore. Sic homo bulla in aquis, pyralis in igne, fulgur in aere, in terra boletus, ſed nullius ſucci, aut perexigui ſæpe.

Familia Sillanorum clariſſ.

5 M. Sillani fratris potentia.] Iam tetigi de hac familia, quam Plinius libr. 18. cap. 3. Nat. Hiſtor. *clariſſimam Sillanorum familiam* appellat. Dio quoque 59. ait Tiberium in tanto honore iſtum M. Sillanum habuiſſe, vt de appellationibus eo iudice factis, nunquam cognoſcere voluerit, ſed appellationum cauſas ad eum remiſerit. Quod valde honorificum. Fuit tandem Caligulæ ſocer, quem *pecudem auream* vocabat, gener nequam & a Cæſaribus degener. Vtque erat ille peſſimum cor, ſic ei nulla virtus ſapiebat; præſertim illo corruptiſſimo ſæculo. Sed quæro ſi ille *pecus aurea* dictus eſt a Caligula, cur eum tantopere metuebat? nam in ignauo nihil eſt quod metuas. Tacitus 4. Hiſtor. ſic de illo. *Mox C. Cæſar turbidus animi, ac M. Sillanum obtinentem Africam metuens.* Sed Caligula vecors, & ignauus, qui omnia virtutis inſignia quiſquilias putabat. Sic Agrippæ nomen, & alterum virtutis cognomen, ſpreuit miſer, vt caligæ militaris nomen vile & deſpectum acciperet. Tacitus autem principio libr. 13. ait de M. Sillano, *Dominationibus alijs faſtiditum*, id eſt, vt puto, contemptum a Caligula: ſi ſit Sillanus ille Caligulæ ſocer. Nam ambigo: cum Dio faciat eum ſibi inferentem manus, ob virtutem ludibrio habitam. Itaque ad Neronem peruenire non potuit. Et forte ille Sillanus fuit, qui cum Aſiatico Conſul, ſub Claudio. Et de quo Dio l. 60. *qui paterno exemplo probus ridiculus fuit improbis iſtius ſæculi viris.* Nam inſaniente

Reuerentia a Tiberio M. Sillano præſtita.

Qui Caligulæ ſocer.

Et quem auream pecudem vocabat.

Ipſe vero pecus.

Sed is contemptor virtutis.

Alter fuit is de quo Tacit. 13. Annal.

Quippe ante Neronis tempora ſe occidit.

Tamen is, vt alter, ridiculus improbis.

ævo

æuo, quis virtutem non rideat? Hodie exempla non deſunt.

6 Lætari.] Sed ne fidas. Nam Tiberius in oremel, in corde fel gerit. Nec mare tam incertum, quam eius voluntas tecta & ad crudelitatem prona. Id enim reconditum habebat in pectore: Nullius principis arcana ſciri debere: quod docuit & experiendum dedit.

7 Peregrinatione longinqua.] Sic voluntarium exilium *peregrinationem* vocabat Caligula, Tiberij crudelis diſcipulus, & magiſtro crudelior, vt ait Philo in Flaccum. Contra Cicero vocabat itinera Philoſophorum & peregrinationes Pythagoræ, Platonis, Empedoclis & aliorum ad viſendos Perſarum Magos, *exilium potius quam peregrinationem.* 5. de finib. Et Dio 38. ex Philiſci ſententia Ciceronem exulem conſolantis. *Exilium*, inquit, *peregrinatio quædam eſt cum infamia coniuncta. Sed ſi exilij cauſa iuſta eſt, tunc exilium non infame, ſed nobile & glorioſum cenſetur. Quis enim Ariſtidis & Solonis, & Ciceronis & Senecæ exilia nomine Reip. ſuſcepta culpauerit?* Sic D. Silanus non abſolutus, quem Tiberius *redonauit Quiritem,*

Dijs patrijs Italoque cælo.

Relatum deinde de moderanda [1] Papia Poppæa, quam ſenior Auguſtus poſt Iulias rogationes [2] [incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario] ſanxerat. [3] nec ideo coniugia & educationes liberum frequentabantur, præualida orbitate. Cæterum multitudo periclitantium gliſcebat: cum omnis domus delatorum interpretationibus ſubuerteretur: vtque antehac flagitijs, ita tunc legibus laborabatur. Ea res admonet, vt de principijs iuris, & quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum peruentum ſit, altius diſſeram. Leges compoſitæ ad augendum ærarium. [4] Vetuſtiſſimi mortalium nulla [5] * mala libidine, ſine probro, ſcelere, eoque ſine pœna aut coërcitionibus agebant: neque præmijs opus erat, cum honeſta ſuopte ingenio peterentur, & vbi nihil contra morem cuperent, nihil per metum [6] * vetabantur. [7] At poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtia ac pudore, ambitio & vis [8] * inſidebat, prouenere dominationes, multoſque apud populos æternum manſere. Quidam ſtatim, aut poſtquam Regum pertæſum, [9] leges maluerunt. Hæ primo rudibus hominum animis ſimplices erant. maximeque fama celebrauit [10] Cretenſium, quas Minos; [11] Spartanorum, quas Lycurgus, ac mox Athenienſibus [12] quæſitiores iam & plures Solon perſcripſit. Nobis Romulus, vt libitum, imperitauerat: dein Numa religionibus & diuino iure populum deuinxit, repertaque quædam a Tullo & Anco: ſed præcipuus, Seruius Tullius * ſanctor legum fuit, queis etiam reges obtemperarent. Pulſo Tarquinio, [13] aduerſum patrum factiones multa populus [14] * parauit, tuendæ libertatis, & firmandæ * concordiæ: creatique decemuiri, & accitis quæ vſquam egregia, compoſitæ duodecim tabulæ, finis æqui iuris. Nam ſecutæ leges, etſi aliquando in maleficos ex delicto, ſæpius tamen diſſenſione ordinum, & apiſcendi inlicitos honores, aut pellendi claros viros, aliaque ob praua per vim latæ ſunt. [15] Hinc Gracchi, & Saturnini turbatores plebis, [16] nec minor largitor nomine Senatus Druſus, corrupti ſpe, aut inluſi per interceſſionem ſocij.

* innata libidine,
* vetabatur,
* inſidebant
* ſancitor
* patrauit
* concordiæ cauſa:

Ideo irritæ.
Delatores mala gens.
Nunquam ſatis legibus coercita.
Origo legum apud gentes.
Legum vitia.

1 Papia Poppæa.] Cuius multa fuere capita: cum in L. capite. de rit. nuptiar. Iuriſconſultus memoret eius legis 35. caput. Hanc autem vocat Horatius in Carmine ſæculari *feracem legem*, quia ſit lex de maritandis ordinibus, a qua alma fœcunditas ciuium & vbertas Reip. neceſſaria, hoſtibus formidanda. Tertullianus in Apologetic. ſublatam ait a Seuero, his verbis. *Num vaniſſimas Papias leges, quæ ante liberos ſuſcipi, quam Iuliæ matrimonium contrahi, poſt tantæ authoritatis ſenectutem, heri Seuerus, conſtantiſſimus principum, excluſit?* Et ſane illæ leges diſplicuere bonis, & Chriſtianis in primis, qui-

Papiæ Poppææ capita multa.
Quæ a Seuero ſublata.
Tertulliano authore.
Leges illa Chriſtianis exoſa.

bus quia virginitas magis in pretio, quam
Vt Tertulliano. nuptiæ; ideo cogi ad matrimonij iuga videbatur durum. Tamen non deſpiciebant nuptias, ſed comparatas virginitati ſubdebant.
Et D. Hieron. Ideo dicebat D. Hieronymus. *Aliæ ſunt leges Chriſti, aliæ Cæſaris. Aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit.* ludens a Paulo Apoſtolo ad I.C. Paulum. Et ſane Tert. 1. ad vxor. *Nubamus quotidie, & nubentes, in die illo deprehendamur, vt Sodoma, & Gomorrha. Nam illi, non vtique nuptias, & mercimonia ſolum agebant: ſed cum dicit, nubebant, & emebant, inſigniora ipſa carnis, & ſæculi vitia definit; quæ a diuinis diſciplinis plurimum auocant: alterum per laſciuiendi voluptatem; alterum, per acquirendi voluntatem.* Sane ducere vxorem, & in Chriſto philoſophari, diuerſa ſunt. Tamen eſt quoddam iter medium quod teneas ex Menandro, apud Strabonem lib. 7. Nam ſic Thracem inducit temulentum & dicentem. *Vxorem ex nobis ducit nemo, nedum vt plerique vndecim, & duodecim, & amplius. Quod ſi quaternas quinaſve ducat, ſubuerſio plane eſt,* ἀζυγία. At hymenæi prorſus expers, infœlix & ἄνυμφος dicitur. Et ideo noſter ita: *Nullum aliud probis viris ſolatium, quam ex matrimonio. Crede mihi tu quiſquis es. Datur a Deo vxor prudens viris bonis vt ſolatium: iniquis plerumque, vt flagellum.* ibid.

Incitare pro excitare. 2 INCITANDIS COELIBVM POENIS.] Ponit *incitandis*, pro *excitandis*. Sic idem infra de Seiano. *Vim præfecturæ, antea modicam, intendit*, id eſt, *extendit*. Excitantur autem leges in delinquentes, vt in L. Iulia de adulterijs. Conſtantinus L. cum vir. *Inſurgant*, inquit, *leges, armentur iura gladio*. Quod vere eſt excitare leges, vel incitare, vt loquitur noſter. De his autem cœlibum pœnis, ita Tertullianus de monog. *Legibus Iulijs agi credunt,*
Cœlibum pœnæ ſublatæ. *& exiſtimant cœlibes, & orbos, ex teſtamento Dei ſolidum non poſſe capere.* Hæ autem pœnæ ſublatæ. tit. Cod. de infirm. pœn. cœlib. poſt Seuerum imperatorem. nec iniuria, cum matrimonia libera eſſe debeant.

3 NEC IDEO.] Firmat Plinius Iunior 4. epiſtol. *Si quod.* in his verbis quibus ſuum ſæculum culpat. *In hoc functus eſt officio optimi ciuis, quod fœcunditate vxoris, large frui voluit, eo ſæculo, quo pleriſque etiam ſingulos, filios orbitatis præmia, graues faciunt.* Nam naturæ præmia oderant, ſimul cum fœminis.

4 VETVSTISSIMI MORTALIVM.] Author fictitius belli Troiani ſub falſo nomine Cornelij Nepotis, hæc exequitur his verbis, veriſſimis, & magno vate non indignis.

Vetuſti ſæculi forma.
Quin vetus efflueret in regnum mobile mundus,
Terrarumque notas victrix detergeret vnda.
Emerſit cum Sole fides, mox cætera dudum
Nacta fugam virtus, terris offenſa profanis,
Iam mundo meliore, redit: prudentia nunquam
Velox, indulgens pietas, patientia victrix,
Strenua ſimplicitas, hilaris pudor, ardor agendi
Sobrius, & nullo mutans conſtantia caſu.
Non vaga pax aderat, (lego, *aberat*) *rerum concordia cuſtos,*
Iuſtitiæ, rectique tenor, ſine iudice ſtabant,
Viſuræ populos, & Deucaliona ſorores,
Poſcebantque ducem.

En aurei ſæculi lumen, hoc ferreo æuo magis optandum, quam conſequendum. Nam vt dicebat quidam Paganus, *in ipſius mundi natalibus meruerunt deos habere, vel faciles, vel reges.*

5 MALA LIBIDINE.] Legendum puto *innata libidine*: licet malam libidinem apud noſtrum legerim, & verbum *mala* ſubſtitutum heic pro *innata*. Tacitus vtitur aliquando verbo *inſita*, pro *innata*, vt hiſt. 1. *Inſita mortalibus natura propere ſequi quæ piget inchoare.* Et 2. *inſita mortalibus natura recentem aliorum fœlicitatem ægris oculis adſpicere.* Sed legendum eſſe *innata*, arguit quod ſequitur, *cum honeſta ſuopte ingenio peterentur*: & vbi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabatur.

6 VETABANTVR.] Lego, *vetabatur*. Et librarij error eſt.

7 AT POSTQVAM EXVI ÆQVALITAS.] Æqualitas, Reip. vita; vt inæqualitas, *Æqualitas, vita Reip.*
mors. Inde enim animorum diſcordia, & ab *Inæqualitas, mors.*
ea excidium. Plautus in Trinummo:

Mores nequam perduxerunt legem in poteſtatem ſuam.

Firmat Salluſtius 1. Hiſtor. a quo hæc mutuatus. *Nobis primæ diſſenſiones vitio humani ingenij euenerunt: Quod* (pro *quia*) *inquies, atque indomitum, ſemper in certamine libertatis, aut gloriæ, aut dominationis agit.*

8 INSIDEBAT.] Melius, *inſidebant*, vt ambitionem, & vim contineat. Sic noſter plura plurali verbo comprehendit.

9 LEGES MALVERVNT.] Horatius Satyra 5. lib. 1.

Iura inuenta, metu iniuſti, fateare neceſſe eſt,
Tempora ſi, faſtoſque velis euoluere mundi.

Et ſane licet libido peſſima res ſit: tamen bonarum legum aliquando genitrix, ſed apud bonos. Inde illud Heluidij Priſci 15. Annal. *Vſu probatum eſt leges egregias, & exempla honeſta apud bonos ex delictis naſci.*

10 CRETENSIVM, QVAS MINOS.] *Creta regnum Minois.* Ideo Virgilius Cretam appellat *Minoia regna* lib. 3. & ἑκατόμπολιν Hom. 2. Iliad. Et ſunt cunæ, & tumulus Iouis, ait Tertullianus: & ita *Cunæ Iouis.* fabulantur Poetæ. Itaque Iuuenalis feſtiue, *Cretenſes lagenas* vocat *Iouis municipes.* Satyra *Municipes Iouis lagenæ.* 14. & *Criſpini municipes ſiluros,* Satyra 4. quod ab Alexandria grandes ſiluri. Et Martialis etiam, qui Thebanas lacernas, *Cadmi* vocat *municipes*, lib. 10. epigr. 87.

Cadmi municipes ferat lacernas.

Sic ludunt Poetæ, nec inſipide ludunt.

11 SPARTANORVM, QVAS LYCVRGVS.] Quorum valde commendata fuit *Spartana Reſpub. laudabilis.* Reſpub. a Lycurgo inſtituta. Cicero 2. Tuſcul. de Lacedæmonijs: *Illis magis palæſtra, Eurotas, ſol, puluis, labos, militia in ſtudio eſt, quam fertilitas barbara.* Et Paterculus libr. 1. *Eius ætatis clariſſimus Graij nominis Lycurgus Lacedæmonius, vir regij generis, fuit ſeueriſſimarum iuſtiſſimarumque legum author, & diſciplinæ clementiſſimæ vir.* Titus Liuius. *Spartam, non operum*

rum munificentia, ſed diſciplina, inſtitutiſque memorabilem ſcribit, 45. Nam dura & horrida Laconum diſciplina fuit; habuitque homines acres in reſpondendo, & iudicando, magiſque in bellando fortes. Vnde illi quondam imperium in Græcos. Nec iniuria cum *patientem Lacedæmonem* nominet Horat. 1. Carm. Nam cui patientia, ei ſumma ſapientia. Quæ digna terrarum imperio.

Quæſitior pro exquiſitior.

12 QVÆSITIORES IAM ET PLVRES.] Pro *exquiſitiores*, id eſt magis exquiſitas. Et infra eodem noſter. *Qua quæſitior adulatio fuit.* Solon autem dictus a Cicerone *ſapientiſſimus Athenienſium.* pro Roſc. Amer. a quo legum fontes, non modo Athenienſium, ſed Romanorum, parantur, & perpetrantur.

13 ADVERSVM PATRVM FACTIONES.] Hæc omnia Salluſtius 1. hiſt. exequitur. *Neque amplius quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio, & bellum graue cum Hetruria poſitum eſt, æquo & modeſto iure agitatum: Dein ſeruili imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo, more regio conſulere, agro pellere, & cæteris expertibus ſoli, in imperio agere: quibus ſæuitiis, & maxime fœnoris onere oppreſſa plebes, cum aſſiduis bellis, tributum ſimul, & militiam toleraret, Auentinum inſedit.* Cicero tamen partes Senatus tuetur; & iure, de Oratore li. 1. his verbis. *Quæ vero addidiſti, non modo Senatum ſeruire poſſe populo, ſed etiam debere; quis hoc philoſophus tam mollis, tam languidus, tam eneruatus, tam omnia ad voluptatem corporis doloremque referens, probare poſſet? Senatum ſeruire populo, cum populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem quaſi quaſdam habenas tradidiſſet? Itaque hæc cum a te diuinitus dicta eſſe arbitrarer, P. Rutilius Rufus homo doctus & philoſophiæ deditus non parum commode, ſed etiam turpiter & flagitioſe dicta eſſe dicebat.*

Verbum Patrare aptius in ſeditionibus,

14 PARAVIT.] Quid ſi *patrauit*? Nam in his ſeditionibus, magna flagitia. Et hæc omnia a Salluſt. in fragm. 1. hiſt. a quo noſter mutuatus eſt, nullo fœnore.

Cur Gracchi & Saturnini plebeij.

15 GRACCHI ET SATVRNINI.] Nam *Tiberius Gracchus ſtatum Reip. conuulſit*, ait Cicero de Aruſp. reſp. & eodem loco, narrat cur ille & L. Saturninus, populares facti fuerint. *Non alio certe vſu, quam vt vulgi animos, ad res turbidas agerent.* Et bene Velleius his verbis: *Hoc initium in vrbe Roma ciuilis ſanguinis, gladiorumque impunitatis fuit. Inde ius vi obrutum, potentiorque habitus prior, diſcordiæque ciuium, antea conditionibus ſanciri ſolitæ, ferro diiudicatæ, bellaque non cauſis inita, ſed prout eorum merces fuit. Quod haud mirum. nam non ibi conſiſtunt exempla, vnde cœperunt.* Quæ exſcripſi, quia exſcriptu digna. Et Salluſtius ita. *Pauci potentes, quorum in gratia plerique conceſſerant, ſub honeſto patrum, aut plebis nomine, dominationes adfectabant, bonique & mali ciues appellati, non ob merita in Remp. omnibus pariter corruptis; ſed vti quiſque locupletiſſimus, & iniuria validior, quia præſentia defendebat, pro bono ducebatur.*

Cur largi in plebem.

16 NEC MINOR LARGITOR.] Cicero exequitur contra Rullum largitiones Tiberij Gracchi, cuius profuſio, fuit ſtatus Reip. euerſio. Et quot viſcerationes, tot ictus in Remp. tot Reip. lacerationes.

* diuerſa adſciſcerentur,

Ac ne bello quidem Italico, mox ciuili omiſſum, quin multa & * diuerſa ſciſcerentur, donec L. Sulla dictator abolitis vel conuerſis prioribus, cum plura addidiſſet, otium ei rei haud in longum parauit, ſtatim turbidis Lepidi rogationibus: neque multo poſt Tribunis reddita licentia quoquo vellent populum agitandi. Iamque non modo in commune, ſed in ſingulos homines latæ quæſtiones, & corruptiſſima Rep. plurimæ leges. Tum Gn. Pompeius tertium conſul corrigendis moribus delectus, & grauior remediis quam delicta erant, ſuarumque legum autor idem ac ſubuerſor, quæ armis tuebatur, armis amiſit. Exin continua per viginti annos diſcordia, non mos, non ius, deterrima quæque impune, ac multa honeſta exitio fuere. Sexto demum conſulatu Cæſar Auguſtus potentiæ ſecurus quæ triumuiratu iuſſerat, aboleuit, deditque iura [1] queis * pace & principe vteremur. [2] acriora * ex eo vincla, inditi cuſtodes, & lege Pappia Poppæa præmiis inducti * viſi a priuilegiis parentum ceſſaretur, velut parens omnium * populus vacantia teneret. Sed altius penetrabant, vrbemque & Italiam, & quod vſquam ciuium corripuerant: multorumque exciſi ſtatus, & terror omnibus intentabatur, ni Tiberius ſtatuendo remedio, [3] * quinque conſularium, quinque e prætoriis, totidem e cætero ſenatu ſorte duxiſſet, apud quos exoluti plerique legis nexu, modicum in præſens leuamentum fuere.

Non grauiora ſint morbis remedia.
Turpis qui author legũ ipſe ſubuerſor eſt.
Armis natæ, armis abolitæ leges.
Pulchrum in principe elogium, pater & princeps.
Populus Rom. parens omnium.

* patre ac principe
* exitio
* vt ſi
* populus R.
* quinque e conſularibus, tum quinque e prætoriis,

1 QVEIS PACE ET PRINCIPE VTEREMVR.] Id eſt, (vt interpretari poteſt) quibus eo principe ad pacis firmitudinem, & ſecuritatem vteremur. Quippe non modo

domi, ſed foris, extra & intra, ſtatum Reip. firmauit. Sed ea ſunt futilia, & legendum: *Queis patre & principe vteremur.* Quod rectius & verius. Nam quorſum pacem & principem author componeret? Et huc ſunt referenda verba Auguſti quaſi patris, qui dicebat duas ſe habere filias delicatas, Iuliam & Rempublicam. Horat. 3. Carm. oda ad Auguſtum.

Heic ames dici pater atque princeps:
Neu ſinas Medos equitare inultos
Te duce Cæſar.

Et Virgil. 9. Æneidos.

Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.

Plinius lib. 37. cap. 2. Hiſtor. vbi de Nerone. *Memoranda res, tanti Imperatorem & patrem patriæ bibiſſe.* Martialis lib. 1.

Cum verus patriæ diceris eſſe pater.

Extat vetus marmor in libro Inſcriptionum vetuſtatis. IMPERATOR. CÆSAR. AVGVSTVS. PARENS. COLONIÆ. DEDIT. Tertullianus in carmine Antithe. contra Marcionem, de Deo.

Vnum hunc eſſe patrem per quem ſunt omnia facta,
Qui zelat populum ſummo pietatis amore,
Vt pater, & ſancte vult omnem viuere carnem.

Claudianus 3. de laud. Stilic.

——ſed nunquam tanto ſe gratia fudit
Aſſenſu. quis enim princeps hæc omnibus egit
Obſequiis, ſeſe dominum patremque vocari?

Et longe ante Ouidius qui vixit tempore Auguſti.

——princeps diceris atque pater.

Idem ad Auguſtum.

Tu domini nomen, principis ille tenet.

Tertul. in Apologet. *Gratius eſt nomen pietatis quam poteſtatis. etiam familiæ magis patres quam domini vocantur.* Horat. 1. lib. 5. epiſt.

Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes.

2 ACRIORA EX EO VINCLA.] Quid hæc verba, *ex eo*, ſibi voluut? lego: *At acriora exitio vincla, inditi cuſtodes.* vt notet delatores ipſo exitio exitiores. Quippe delatores honeſto nomine *legum cuſtodes*, ſed re vera legum hominumque euerſores dicebantur. Quod vero ita delatores nominentur, firmat noſter hoc libro infra, vbi de delatoribus: *Subuerterent potius iura quam cuſtodes eorum amouerent. Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum & pœnis numquam ſatis coercitum, per præmia eliciebantur.* Et lib. 4. vbi de Nerone Germanici filio. *Interdum voces procedebant, quas adpoſiti cuſtodes exceptas auditaſque, &c.* Et lib. 6. *Circumiecti cuſtodes in mœrorem cuiuſque intenti corpora putrefacta adſectabantur.* De exitio. Tacitus, ſuiipſius interpres. *Multorum exciſi,* inquit, *ſtatus, & terror omnibus intendebatur.* ob delatores ſcilicet. Quod autem dicit *acriora vincula*, dicit eo modo, quo *acrior cuſtodia* ab eo dicta. Et ex hoc loco noto Auguſtum cuſtodes legibus adhibuiſſe, qui poſtea delatores dicti. Nam ſpecioſa nomina turpibus factis prætendere, iamdudum hoc vetus eſt. Noſter hæc firmat paulo ſuperius. *Cæterum,* inquit, *multitudo periclitantium gliſcebat, cum omnes domus delatorum interpretationibus ſubuerterentur.* Loquitur enim de temporibus Auguſti.

3 QVINQVE CONSVLARIVM.] Lego, *Quinque e numero conſularium, tum quinque e prætoriis, &c.* Si quis tamen aliter ſentit, cum calcitronibus non contendo.

Per idem tempus Neronem e liberis Germanici iam [1] ingreſſum iuuentam commendauit patribus, vtque munere capeſſendi vigintiuiratus ſolueretur, quinquennio maturius, quam per leges [2] Quæſturam peteret, non ſine irriſu audientium, poſtulauit. Prætendebat ſibi atque fratri decreta eadem, petente Auguſto. Sed neque tum fuiſſe dubitauerim qui eiuſmodi preces [3]* occulti inluderent: [4] ac tamen initia faſtigij Cæſaribus erant, magiſque in oculis vetus mos, & priuignis cum vitrico leuior neceſſitudo, quam auo aduerſum nepotem. Additur pontificatus, & quo primum die forum ingreſſus eſt, [5] congiarium plebi, admodum lætæ quod Germanici ſtirpem iam puberem aſpiciebat. Auctum dehinc gaudiũ nuptiis Neronis & Iuliæ Druſi filiæ. Vtque hæc ſecundo rumore, ita aduerſis animis acceptum, quod filio Claudij ſocer Seianus deſtinaretur. Polluiſſe nobilitatem familiæ videbantur, ſuſpectumque iam nimiæ ſpei Seianum vltro extuliſſe.

* occulte

1 INGRESSVM IVVENTAM.] Tacitus videtur tres tantum ætates facere; pueritiam, iuuentam, & ſenectutem. Vt pueritia ad annum 12. in fœminis, ad 14. in maribus. Iuuenta ad 46. annum, & deinceps ſenectus. Suetonius. *Iuliam primum Octauio ſororis ſuæ filio, tantumque pueritiam egreſſo, dedit.* in Auguſt. ca. 63. quod Iuſtinianus facit; licet alij, vt Hippocrates, aliter diuidant. Scribit enim noſter de Nerone lib. 14. *Certe finitam Neroni pueritiam, & robur iuuentæ adeſſe.* Capio autem heic iuuentam pro pubertate, quæ in maribus incipit anno 14. Quippe adiicit. *Plebi admodum lætæ, quod Germanici ſtirpem iam puberem aſpiciebat.* Quin confundit iuuentam atque adoleſcentiam noſter. nam 1. libro in principio, ait. *Marcellum ſororis ſuæ filium, admodũ adoleſcentem, pontificatu, & curuli ædilitate extulit.* Et poſtea. *Marcellum flagrantibus plebis ſtudiis intra iuuentam ereptum.* nam 9. Conſulatu Auguſti, duxit Iuliam Marcellus,

Tacitus 3. tantum ætates facit. Pueritiam. Iuuentam. Et ſenectutem.

Aliquãdo confundit Tacitus iuuentam & adoleſcentiam.

cellus. 10. Pontifex, & Ædilis factus eſt. 11. obiit. ergo 17. annos natus. Sic Velleius, vbi de Druſo, fratre Tiberij, qui annum attigerat 30. quo mortuus eſt; vocat tamen adoleſcentem. Et noſter author, vbi de Druſo, Tiberij filio. *Modica de moribus adoleſcentis, neque in falſum aucta retulit. Eſſe illi coniugem, tres liberos, eamque ætatem, qua ipſe quondam a diuo Auguſto, ad capeſſendum hoc munus vocatus ſit.* Sane Marcellus I. C. in illa quæſtione legati, his verbis relicti: *Omnes iuuenes quos in miniſterio habeo, dari volo. Reſpondit, eum iuuenem poſſe exiſtimari, qui adoleſcentiæ exceſſiſſet ætatem; quoad inter ſeniores poſſet numerari.* L. 69. §. vlt. de Leg. 3. Illa autem adoleſcentiæ ætas 14. annus, L. 15. de excuſ. tut. Cod. Taciti autem diuiſio, habet vetuſtatem ipſam ſibi adſtipulantem. nam Gellius ſcribit, ex Tuberonis hiſtoriis, *Seruium Tullium Regem P. R. pueros eſſe voluiſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim. Atque inde ab anno 17. quo idoneos iam eſſe Reip. arbitraretur, milites ſcripſiſſe, eoſque ad annũ 46. ſeniores appellaſſe.* ideoq; tres tantum feciſſe ætates, pueritiam, iuuentam, & ſenectutem. Aliter Pythagoras, qui ita humanam ætatem diſtinguebat. *Puer viginti annos implet adoleſcens, viginti iuuenis, viginti ſenex: dicebatque ætates anni temporibus accommodari, vt veri puer, æſtati adoleſcens, autumno iuuenis, hiemi ſenex aptari poſſent.* Ægyptij vitam hominis centeſimo anno contineri cenſebãt, vt ſcribit Plinius lib. 11. cap. 37. *Et cor augeri per ſingulos annos in homine, ad binas drachmas ponderis ad quinquageſimum annum accedere, ab eo detrahi tantundem, & ideo non viuere hominem vltra 100. annum.* Diuerſi omnes; ſed illa diuerſitas, quadã ratione nixa. nec prætereo Senecam ipſum Philoſophi patrem Tacito conſentire. *Sub eodem*, inquit, *pueritia fato eſt, eadem inuentus cauſa cadit, optamus & plerique mortem.* Suaſor. 2. Sed iuuentam diuidit noſter, in primam, & extremam. De prima lib. 11. *Prima iuuenta conſulatus & dictaturas.* De extrema, ſic dixit lib. 5. *Extrema ſenecta liber.* Vide Cenſorinum de die natali, qui aliter ætates diſtinguit.

Taciti diuiſio nixa authoribus.

Per vigenaria ætas.

2 QVÆSTVRAM PETERET.] Quæſtura ianitrix fuit reliquarum dignitatum. Cicero 3. de leg. nam ad Ædilitatem, Præturam, & Conſulatum, viam faciebat. Sic in Albino Capitolin. *Quæſturæ gratia illi facta eſt, qua conceſſa Ædilis non amplius quam 10. diebus fuit, quod ad exercitum feſtinanter mitteretur. Deinde Præturam egit ſub Commodo famoſiſſimam. Conſul a Seuero declaratus eſt.* Vides ordinem dignitatum? Qui neceſſario ſeruandus erat. Nam ſic Liuius lib. 32. *Comitia per M. Fuluium & M. Curium Tribunos plebis impediebantur. Quod T. Quintium Flaminium Conſulatum ex Quæſtura petere non patiebantur, iam Ædilitatem Præturamque faſtidiri, nec per honorum gradus documentum ſui dantes nobiles tendere ad Conſulatum, ſed tranſcendendo medio ſumma imis continuare.* Et ſane memorat Tullius alicubi, Mamercum hominem ditiſſimum, eque Scaurorum proſapia, repulſum a conſulatu, quod per Satyram prætermiſſa Ædilitate conſulatum petiiſſet. Tacitus autem 11. Annal. ait diſerte, *nullum fuiſſe tempus certum petendæ quæſturæ.* Quin ita ſcribit de quæſtura. *Apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctiſque ciuium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratum: Ac ne ætas quidem diſtinguebatur; quin prima iuuenta Conſulatum ac dictaturam inirent.* Et recte dixit *apud maiores.* nam poſtea certa ætas definita, lege Villia annali. Vnde Ouidius 1. Faſt.

Immo nec in aliis magiſtratibus.

Poſtea fixit.

Legibus eſt ætas vnde petatur honos.

Sed quæ fuerit, ambiguum. nam Liuius, dum nimium ſilet, in nocte nos relinquit. Quidam 27. alij 21. & alij 25. Recte omnes: quippe pro ratione temporum hæc variarunt. Addo etiam, perſonarum. nam de 27. vt Gracchi, & 29. vt Cato Vticenſis, & 31. vt Cicero, non dubium. Quin ex Cicerone, & aliis, ante decennium quam quis militauerit, magiſtratus petere non potuiſſe. De 21. Tiberius ipſe pro exemplo eſt; ſed venia a ſenatu petita. De 25. alij docuerunt. Nec omittendum quod Dio 54. ait, inter quæſtorios Auguſtum expendiſſe quæſtorios omnes, & qui 35. annum ſuperaſſent, ſi cenſum haberent, ſenatores feciſſe. Etiam ex quæſtoriis tribunos plebis adlegit, qui nondum 40. annum attigiſſent. Hæc autem omnia pro ratione temporum atque perſonarum. Nam in tempeſtate aliud agunt nautæ, aliud in malacia.

Sed quæ ſit, incertum apud authores.

Principes legibus ſoluti.

3 OCCVLTI INLVDERENT.] Lego, *Occulte ei inluderent*: & meo iudicio melius, & verius.

Per coniecturam correctio Taciti.

4 AC TAMEN,] Bene pro *attamen.* Ita priſci. Quod autem dicit initium faſtigij, intelligit Cæſares ab his dignitatibus ſuas magnitudines ſolitos auſpicari; vt hi gradus primi fuerint ad imperij celſitudinem.

Per magiſtratus Cæſares ad culmen imperij iere.

5 CONGIARIVM PLEBI.] Solebant potentiores, vt iam dixi, aliquid vulgo largiri diebus ſolennioribus, nobilioribuſque vitæ actionibus, vt ineundis nuptiis & magiſtratibus & ſacerdotiis: quod hic author poſtea nobis demonſtrauerit. Et Cæſares in capeſſendo imperio congiaria dabant. Tertullianus in Apolog. Etiam in *ſumenda toga virili.* Dio de Caligula. *Militibus, & plebi iuſſit dari nummos, quos ipſe in ſumenda virili toga, non perſoluiſſet.* De priuatis. Plinius lib. 10. epiſtola, Qui virilem. *Qui*, inquit, *virilem togam ſumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magiſtratum, vel opus publicum dedicant, ſolent totam bulen atque etiam a plebe non exiguum numerum vocare, binoſque denarios, vel ſingulos dare.* Vetus inſcriptio. *ſanctiſſimis communicipibus ſuis, D. D. Quorum dedicatione ſingulis decurionibus 11. 111. Auguſtalibus & colonis cœnam dedit.* Et alia. *Impetrato loco ex decreto ordinis, ſtatua fouens memoriam pietatis honorauit, datiſque ſportulis dedicauit.* Apuleius Apolog. 2. *Placuerat in ſuburbana villa potius vt coniungeremur, ne ciues denuo ad ſportulas conuolarent; cum haud pridem Pudentilla de ſuo quinquaginta millia nummum in populum expunxiſſet, ea die, qua Pontianus vxorem duxit, & hic puerulus toga eſt inuolutus.* Congiarium militibus aliquando etiam imperatores largiebantur, vt poſt triumphum. Sic Cicero 16. ad Attic. epiſtola, Cum ſciam. *Hæ*, inquit, *congiarium ab Antonio accipere noluerunt, vt hic quidem narrat;*

Congiaria potentiorum.

Diebus ſolennioribus.

Etiam Cæſarum.

Qui militibus erogabant.

& eiconuicium grande fecerunt, concionantemque reliquerunt. Et illa congiaria plebis & militum, inter modos euertendæ reip. *Cæſar plebi oleum, frumentum, prandia, epulas, viſcerationem, pro congiario dedit*, ait Sueton. in Cæſare Iulio cap. 38. militi vero nummos, & agros. Martialis de congiario lib. 8. epigr. 76.

Omnis habet ſua dona dies, nec linea diues
Ceſſat, & in populum multa ruina cadit.
Nunc veniunt ſubitis laſciua numiſmata nimbis;
Nunc dat ſpectatas teſſera longa feras;
Nunc implere ſinus ſecuros gaudet, & abſens
Sortitur dominos; nec laceratur auis.

Quid ſi ſecundo verſu legatur, *multa pruina cadit?* Nam veluti argenteus imber illa ſparſio. Non male tamen *ruina*, quia ruit. vnde Virgil.

Fluctibus oppreſſos Troas cœlique ruina.

id eſt, fulmine & imbre cadente cœlo. De ſacerdotio cuius gratia fiebat plebi liberalitas, Suet. in Claud. *Seſtertium octogies pro introitu noui ſacerdotij coactus impendere.* Et Tertul. in corona. *Proxime facta eſt liberalitas præſtantiſſimorum imperatorum. Expungebantur milites laureati.*

Fine anni conceſſere vita inſignes viri, [1] L. Voluſius, & Salluſtius Criſpus. Voluſio vetus familia, neque tamen præturam egreſſa. Ipſe conſulatum intulit, cenſoria etiam poteſtate legendis equitum decuriis functus, opumque queis domus illa immenſum viguit, primus adcumulator. Criſpum equeſtri ortum loco C. [2] Salluſtius rerum Romanarum florentiſſimus autor, ſororis nepotem in nomen adſciuit. Atque ille quanquam prompto ad capeſſendos honores aditu, Mæcenatem æmulatus, ſine dignitate ſenatoria multos triumphalium, conſulariumque potentia anteiit, diuerſus a veterum inſtituto, per cultum & munditias, copiaque & affluentia luxu propior. Suberat tamen vigor animi ingentibus negotiis par, eo acrior quo ſomnum & inertiam magis oſtentabat. Igitur incolumi Mæcenate proximus, mox præcipuus cui ſecreta imperatorum inniterentur, & interficiendi Poſthumi Agrippæ conſcius. Ætate prouecta ſpeciem magis in amicitia principis quam vim tenuit. Idque & Mæcenati acciderat: fato potentiæ raro ſempiternæ; [3] an ſatias capit aut illos cum omnia tribuerunt, aut hos, cum iam nihil reliquum eſt quod [4] * cupiant?

Salluſtius ſimia Mæcenatis.
Sine dignitate dignitates omnes regebat.
Sed vigens animis.
Multi ſpeciem magis quam vim a Principis amicitia tenent.
Quia potētia nutat.
Quia ſatias capit.
Quia nihil eſt quod detur, nihil quod capiatur.
* capiant.

1 Lvcivs Volvsivs.] Saturninus ſcilicet; Sic enim vocat Plinius lib. 7. cap. 48. Cuius familia, tam a Voluſiis, quam a Saturninis, & vetus, & nobilis fuit: ideo recte Tacitus ſubiungit. *Voluſio vetus familia.* nam Valerius, qui cum Bruto reges expulit, vocabatur *Voluſius*, aut *Voleſus*, vt alij volunt. Sed *Voluſium* ſcribit Carolus Sigonius & tutatur. Probus in prænominibus *Voleſum & Valeſium* iungit, & *Voleſum Valerium* nominat. De eo, ſic Liuius lib. 1. *Spurius Lucretius cum P. Valerio Voluſi filio Romam venit.* Et Cicero pro A. Cluentio L. Voluſianum *ſummo ſplendore hominem* vocat, *& virtute præditum:* Et ſane Valeriorum ſoboles & Meſſalarum a Voluſis. Rutilius de Meſſala in Itinerario.

Qui Voluſi antiquo deriuat ſtemmate nomen,
Et reges Rutulos, teſte Marone, refert.

Quod Tacitus profitetur heic, & Libellus D. Auguſti *de Voleſo Meſſala*, qui ait fuiſſe antiquam familiam. Quod Iuuenalis teſtatur his verſibus Sat. 8.

At vos Troiugenæ vobis ignoſcitis, & quæ
Turpia Cerdoni, Voluſos, Brutumque decebunt?

Iungit Voluſos, & Brutum; quia ambo Conſules, primique conſulatus initiatores; ideoque peruetuſti. De Saturninorum autem proſapia, Cicero vocat pro Planco Cn. Saturninum *ornatiſſimum atque optimum virum;* eiuſque patrem prætorem fuiſſe memorat. Et Valerius, *Nobilem puerum Saturninum*, lib. 9. cap. 1. anno vrbis conditæ 701. Tertullianus ad Scapulam, meminit vnius *Vigilij Saturnini*, qui primus in Africa, gladium egit contra Chriſtianos; vnde lumina amiſit. Quamuis & de nomine *Vigilij* dubitem, num legendum ſit *Voluſij*. Suet. 38. in Calig. memorat *Aponum Saturninum prætorium virum.* Et de Apono Saturnino Tacitus in hiſtoriis. Etiam inter noſtros Iuriſconſultos Saturninum habemus, qui *Venuleius Saturninus* citatur a Modeſtino, L. vlt. de cuſtodia & exhib. reorum. Nam & in familia Iuriſconſultorum eſt etiam L. Voluſius Metianus, de quo ſæpe in Pandectis. Sunt autem Tacito tres Voluſij, Saturnini nominati. Primus, de quo hoc loco; quique ſub Tiberio deceſſit, M. Valerio, & M. Aurelio Cotta Coss. Alter ſub Nerone, vt tertius. Sunt autem notanda Taciti verba de iſta familia; *non egreſſam Præturam*; cum tamen illa Dictatores, & Conſules habuerit ſæpe: Quippe Poplicola primus cum Iunio Bruto Conſul, filius fuit Voluſij Valerij; & ille Conſul quartum. Alter Conſul etiam, qui contra Hordonium cecidit: Tertius, qui ad lacum Regillum etiam Conſul. Et dictatores, qualis fuit M. Valerius anno 260. Quod teſtatur Liuius 2. Paſſimque iſti Voluſij in hiſtoriis,

&

& Conſules, & Dictatores leguntur. Cur ergo noſter ſcribit *primum in eam familiam intuliſſe Conſulatum iſtum Voluſium?* An intelligit de Saturninis, non de Voluſiis, quorum quidam Tribuni pleb. quidam Prætores, nulli Conſules? Tamen legimus ſub Auguſto Vigellium Saturninum Conſulem anno vrb. Cond. 741. Sed ſuffectum M. Valerio Meſſalæ: ideoque vnus ſuffectus, ordinarij nulli; vt inter Tacitum & faſtos concordiam ineamus. Ad iſtum autem Voluſium pertinet quod ſcribit Plinius de Macrobiis, his verbis. *M. Perpenna, & nuper L. Voluſius Saturninus, omnium quos in Senatu ſententiam rogauerant, ſuperſtites fuere.* Nam ad tertium retuliſſe non eſt animus, quia nunquam ille Conſul fuit; nec nominatur a Tacito vt Conſul, nec Conſularis, neque locum habet in Faſtis. Ait autem Tacitus noſtrum, de quo heic loquitur, *illarum opum cumulatorem extitiſſe, quibus illa domus viguit immenſum.* Itaque ad illum referendum eſt, quod Nero Senecæ dicebat 14. Annal. *Sed quantum Voluſio longa parſimonia quæſiuit, tantum in te mea liberalitas explere num poteſt?* De ſecundo qui non L. ſed Q. dictus eſt, & qui ſub Nerone fuit, veriſimile eſt loqui Plinium, cum ita ſcribit lib. 7. cap. 14. *Notum e Cornelia Scipionum gente Voluſium Saturninum qui Conſul fuit, genitum poſt ſexaginta duos annos.* nam pater eius grandæuus qui ſuperfuerit omnibus quos ſententiam rogauerit. Sed mendoſus locus eſt: Quippe Voluſij & Saturnini non ex Corneliorum & Scipionum gente; ſed ille Voluſius Saturninus Conſul fuit cum Cornelio ex Scipionum gente imperante Nerone, anno Cond. Vrb. 809. Et hoc innuit Plinius; ideo corrigo verba corrupta, & lego. *Notum, cum Cornelio Scipionum gentis, Voluſium Saturninum, qui Conſul fuit, genitum poſt ſexaginta duos annos.* vt notet Conſulem fuiſſe cum Cornelio Scipione. Et ſane fuit. ſed quid ſi potius ita ſcriptum? *Notum e Cornelia Scipionum gentis Voluſium Saturninum, qui Conſul fuit, genitum poſt ſexaginta duos annos.* Vt genitus fuerit ille Voluſius ex matre, quæ Cornelia dicebatur, vt mater Gracchorum quoque ex Corneliorum gente? Quod veriſimile eſt. Sed probatio deeſt. Itaque tranſeo, & venio ad tertium, de quo Annal. 13. *L. Voluſius egregia fama conceſſit, cui tres & nonaginta anni, ſpatium viuendi, præcipuæque opes bonis artibus, & inoffenſa tot imperatorum malitia fuit.* Et ad eum refero quod ait Plinius lib. 11. cap. 38. vbi de profluuio ſanguinis. *Profluuium vni fit in naribus homini, aliis nare altera, aliis vtraque, quibuſdam per inferna, multis per ora ſtato tempore, vt nuper Macrino Viſco, viro Prætorio, & omnibus annis Voluſio Saturnino vrbis præfecto, qui nonageſimum etiam exceſſit annum.* Nam ad primum Voluſium non refero, quia diſerte Tacitus ſcribit, *hunc noſtrum vixiſſe tres & nonaginta annos*, & Plinius, *exceſſiſſe nonageſimum annum.* De primo, grandæuum quidem narrat idem author: Sed annos non numerat, quod in iſto facit; & conueniunt Plinius & Tacitus. Vnum obiici poteſt; quod Plinius dicat eum *præfectum vrbi*; quod ſiluit Tacitus; quamuis Piſonem præfectum vrbi nominauerit lib. 2. Sed interdum hæc dignitatis inſignia omittit, vt in Haterio, & Arruntio, & Mamerco Scauro, aliiſque. Quod autem addit, *opumque quibus illa familia immenſum viguit, primus accumulator:* id ſcribit, quia opes tempore parantur. Ideo Iuno dicitur θυγάτηρ μεγάλου Κρόνου, id eſt magni temporis filia. nam non niſi per longa tempora & ætatem longam parantur diuitiæ, quæ tamen momento intereunt.

2 SALLVSTIVS.] Seneca præfat. lib. 3. Contr. *Orationes*, inquit, *Salluſtij in honorem hiſtoriarum leguntur.* Macrob. lib. 2. ca. 9. vocat eum, *grauiſſimum alienæ luxuriæ obiurgatorem, & cenſorem:* quamuis ipſe ἄσωτος, & popino, lurcoque ingens. Dio 43. ait grauiter notatum Salluſtium, quod cum ſociorum prædatores grauiter ſcriptis perſtrinxiſſet, in id crimen incidit. Tamen fuit a Cæſare abſolutus. Nam Numidiæ prædo fuit. *Æmulum Thucydidis* nominat Paterculus. Et Lactantius ait *bene ſcripſiſſe; ſed male vixiſſe, & ſuam ſententiam, vitæ prauitate diſſoluiſſe.* Quod verum. Sic vita a ſcriptionibus diſpar. *Patuit eius elegantia multorum reprehenſionibus*, ait Gellius lib. 4. cap. 15. *Nec tanta claritas ſine inuidis eſſe potuit.* Varro in adulterio a Milone correptum, & loris diſruptum, largitaque pecunia relictum ſcribit. Sed plus Varro, vita, litteris, & fide dignus illi nocuit, quam Milo. Habuit autem Lenæum Pompeij magni libertum, patroni acrem vltorem; quod de Pompeio male ſcripſiſſet. Sed male vixiſſe, ſibi nocuit; recte ſcripſiſſe, profuit Reip. & aliis multis.

Salluſtius ſcriptis clarus, vita turpis.

Æmulus Thucydidis.

A Milone loris cæſus.

3 AN SATIAS.] Per interrogatiunculam hæc legi debent. Et dic vbi legeris:

Ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς χάρις διαρρεῖ;
Quam velox mortalibus gratia effluit?

Hæc Sophocl. in Aiace. Idque firmatur ex Bibliis. *Omnes morimur, & ſicut aquæ dilabimur.* 14. cap. 2. Reg. Nam homo bulla. Et Ouidius egregie 2. Met.

—— ſed nulla potentia longa eſt.

Ideo Horatius de fluxa mulierum fide ita ſcribit. *—— heu quoties fidem*
Mutatoſque deos flebit & aſpera
Nigris æquora ventis
Emirabitur inſolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea?

Nam ad fortunam iure traxeris quod de fœminis ſcribit: quia fortunam fœminam fingunt & ita pingunt. Et hercle illæ Principum ſatietates mirandæ, quas paucis aut nullis detegunt, niſi quibus familiaritate, aut conſilij ſocietate, aut odij vicinitate iunguntur, aut alio vinculo.

4 CVPIANT.] Lego, *capiant*; cum dixerit ſupra: *aut illos qui omnia tribuerunt.* nam ſunt contraria, *tribuere*, & *capere*: & magis eſt, *capere*, quam *cupere*. *Capere cum effectu* dicunt Iuriſconſulti L. 4. de verb. ſignif. noſter iſtas antitheſes frequentes habet, in quibus tamen multa ſunt menda, quæ correximus in iſto authore.

Sequitur Tiberij quartus, Druſi ſecundus conſulatus patris atque

filij [1] collegio inſignis. Nam biennio ante, Germanici cum Tiberio idem honor neque patruo lætus, neque natura tam connexus fuerat. Eius anni principio Tiberius quaſi firmandæ valetudini in Campaniam conceſſit, longam & continuam abſentiam paulatim meditans, ſiue vt, amoto patre, Druſus munia conſulatus ſolus impleret. At forte parua res magnum ad certamen progreſſa præbuit iuueni materiem apiſcendi fauoris. [2] Domitius Corbulo prætura functus de L. Sulla nobili iuuene queſtus eſt ad ſenatum, quod ſibi inter ſpectacula gladiatorum [3] loco non deceſſiſſet. Pro Corbulone ætas, patrius mos, ſtudia ſeniorum erant: contra, Mamercus Scaurus, & L. Arruntius, aliique Sullæ propinqui nitebantur: certabantque orationibus, & memorabantur exempla maiorum, qui iuuentutis irreuerentiam grauibus decretis notauiſſent: donec Druſus apta temperandis animis diſſeruit, & ſatisfactum Corbuloni per Mamercum, qui [4] patruus ſimul ac vitricus Sullæ, & oratorum ea ætate vberrimus erat. Idem Corbulo [5] plurima per Italiam itinera fraude mancipum, & incuria magiſtratuum interrupta, & imperuia clamitando, executionem eius negotij libens ſuſcepit. quod haud perinde publice vſui habitum, quam exitioſum multis, quorum in pecuniam atque famam damnationibus, & [6] haſta ſæuiebat.

Iuuentutis arrogantia a ſenibus arguenda.

Nimia ſedulitas turbat Remp.

Collegium 3. faciunt. *Quid Collegia apud Iuriſconſultos.* *Artificum.* *Nationum.* *Magiſtratuum.*

1 Collegio insignis.] *Collegium tres faciunt*, aiunt noſtri Iuriſconſulti, L. prætor. §. ſi quis. de vi bon. rapt. L. Neratius. de verb. ſignif. Sed heic duo tantum, collegium faciunt. Verum apud Iuriſconſultos; *Collegia, ſunt corpora ſiue artificum, vt pictorum, fabrorum; ſiue operariorum, vt nauiculariorum; ſiue nationum, vt Iudæorum.* At heic ſunt ſocietates magiſtratuum, vt Senatorum, Quæſtorum, Pontificum, Augurum, quæ inter duos conſiſtere poſſunt; vt inter duos Conſules, qui ideo collegæ dicuntur. Et ita IuriſconſultusL. Collegarum. de verb. ſignif. *Collegarum appellatione cenſentur, qui ſunt eiuſdem poteſtatis.*

Quis Domitius Corbulo. *Eius virtutes.*

2 Domitivs Corbvlo.] Vir ingenio acer, corporis robore præſtans, magnus Senator, Imperator ſummus. De eius corpore ſunt verſus Iuuenalis Sat. 3.

Corbulo vix ferret tot vaſa ingentia, tot res
Impoſitas capiti, quas recto vertice portat
Seruulus infœlix.

Corpore ingens vt animo.

Hæc de corpore. At de eius animi viribus, noſter lib. 15. & ſatis ampliter de militari arte libris ſequentibus. Eius ſtratagemata refert Iulius Frontinus, pleriſque locis, vt lib. 2. & lib. 4. nominaturque inter authores a Plinio lib. 6. vt litteratum fuiſſe intelligas. Ad eum iſtud pertinet: *Dolabra* (id eſt *operibus*) *hoſtem vincendum.* Frontinus lib. 4. Stratag. cap. 19. Seneca autem, non cad. iniur. eius mentionem facit, dum ait *Corbulonem, generum Naſonis*, (id eſt Ouidij Naſonis) *Fidium Cornelium ſolitum vocare ſtruthionem depilatum.* Certe quæ de illo tradunt authores, magna ſunt & miranda; fœlixque ſi alium principem quam Neronem habuiſſet, a quo trucidatus eſt turpiter & infideliter. Et vt eius matrem non prætercam, ita de ea Plinius 7. cap. 5. *Veſtilia, C. Herditij ac poſtea Pomponij atque Orphiti clariſſimorum ciuium coniux. Ex his, quatuor partus enixa. Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suillium Rufum vndecimo, Corbulonem ſeptimo, vtrumque conſulem; poſtea Cæſoniam C. Principis vxorem octauo. In quo menſium numero, genitis, intra quadrageſimum diem maximus labor grauidis.*

Fœlix ſi alium principem habuiſſet.

Cano capiti aſſurgito.

3 Loco non decessisset.] Præceptum Dei eſt ad Iudæos: *Coram cano capite conſurges.* c. 20. Leuit. Et pro maledictione ſumma, Baruch 4. *Adduxit gentẽ ſuper eos qui non ſunt reueriti ſenem.* quod fluxit ad Paganos, quibus venerabile nõ minus caput ſenũ: honos illis in via, honos in conuiuio, honos in conſilio, honos in omnibus: Idque tam apud Græcos, quam Latinos. De Græcis Gellius lib. 2. cap. 15. de Latinis Valerius lib. 2. cap. 2. *Inuitati*, inquit, *ad cœnam, diligenter quærebant quinam eo conuiuio eſſent interfuturi, ne ſenioris aduentum diſcubitu præcurrerent, ſublataque menſa, priores conſurgere, & abire patiebantur.* Ex quibus apparet; cœnæ quoque tempore, quam parco, & quam modeſto ſermone, his præſentibus ſoliti ſint vti adoleſcentes. Valer. de matr. ritu. *Senectuti iuuentus ita cumulatum & circunſpectum honorem reddebat, vt tanquam adoleſcentium, maiores natu, communes patres eſſent.* Iuuenalis.

Honos ſenibus apud paganos. *Tum apud Græcos quam Latinos.*

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat.

Ideo noſter adiicit. *Pro Corbulone ætas, patrius mos, ſtudia ſeniorum erant.* nam Calliſtratus I. C. ſcribit in L. ſemper. de iure immunit. *Semper in ciuitate noſtra, ſenectus venerabilis fuit. maiores enim noſtri, eundem pæne honorem ſenibus, quem magiſtratibus, tribuebant.* Ita in libro Prouerb. *Corona dignitatis ſenectus, quæ in viis reperietur.* Id eſt, illa corona reperietur in viis vrbium bene inſtitutarum; per quas qui graditur

Senectus corona dignitatis. *Explicatus liber Prouerbiorum.*

graditur homo ſenex, ſalutatur. Et eodem cap. 20. *Exultatio iuuenum, fortitudo virorum, & dignitas ſenum canities.* Sic Syneſius 1. de prouid. *ait Ægyptios ſenibus de via & de ſubſellio decedere.* Eſt enim in illa deceſſione magnus honos. Plaut. in Trinum.

Apud Ægyptios reuerendi ſenes.

Decedã ego illi de via, de ſemita, de honore populi.

Auguſtus, ait Sueton. 43. *ſpectandi confuſiſſimum & ſolutiſſimum morem correxit, ordinauitque, motus iniuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos, conſeſſu frequenti, nemo receperat.* Augebat autem crimen Syllæ, quod vir Prætorius eſſet Corbulo. Arnob. 7. contr. gent. *Si quiſquam viſo potentiſſimi nominis, atque authoritatis viro, via decedat, aſſurgat, caput reuelet, vehiculoque deſiliat, tum deinde ſalutet.* Quod magiſtratibus faciebant Romani. nam Sueton. 3. in Tiber. *Solebat aſſurgere, & decedere de via magiſtratibus.* Et Seneca epiſt. 64. *Si Conſulem videro, aut Prætorem, equo deſiliam, caput aperiam, ſemita cedam.* Et idem eleganter vbi de magnis viris, epiſt. 65. *Tantis nominibus ſemper aſſurgo.* Papinius lib. 1. Theb. alludit ad hunc morem, his verſibus.

Viæ ceſſio. Aſſurrectio. Capitis nudatio. Vehiculi abdicatio. Salutatio.

—— trepiduſque aſſurgit honori
Numinis, & recto decedit limite cœli.
Inferior volat vmbra Deo.

Nec tantum is honor in publico, ſed & in priuato. Saluianus de Prouid. Dei 3. *Intra ianuas non modo illuſtrium poteſtatum, ſed etiam præſidum aut præpoſitorum non omnes paſſim intrare præſumunt, niſi quos aut iudex vocauerit, aut negotium traxerit, aut ipſa honoris proprij dignitas introire permiſerit.* Aſſurgere autem honoratis viris ſolebant. Et Dio ſcribit 36. Acilium conſulem iuſſiſſe Lucij Luculli ſellam, qui tum Prætor erat, confringi, quod ei non aſſurrexiſſet. Sed Lucullum ea de re nullo modo commotum de iure cum ſuis collegis reſpondiſſe. Sic Sueton. in Claud. cap. 6. *Spectaculis aduenienti aſſurgere, & lacernas deponere ſolebant.* nam Chriſto Saluatore Hieroſolymam intrante, veſtimenta deponebant. Et ita accipe locum Tertulliani libro de Orat. *Quoſdam poſitis penulis, orationem facere*, ad maiorem reuerentiam. Cape etiam Plutarchum qui Catoni aduenienti ſtrauiſſe veſtimenta ſcribit. Ita orantes Pagani faciebant. Et hic honor magiſtratuum, nomen eſt, cuius debitores ſumus omnes. Non omitto hanc veſtis depoſitionem, etiam apud Francos in vſu eſſe. Quippe vaſſalus vbi domino fidem & homagium præſtat, depoſito pallio & pileo, enſe & calcaribus, & de geniculis iunctiſque manibus in pura tunica ad reuerentiam maiorem ſolennia fidelitatis verba pronuntiat. Nos dicimus, *Faire hommage en pur corps.* Sed hæc extra Annales Taciti.

4 Patrvvs ac vitricvs Svllæ.] Nota heic, Mamercum patruum ac vitricum Sullæ. Sed contra, nota olim Cornelium Sullam vitricum Mamerci apud Plin. lib. 30. cap. 15. nam filius M. Æmilij Scauri, qui princeps Senatus dictus eſt, habuit Sullam vitricum; de quo ita Plinius, vbi de Scauri theatro. *Non patiemur duos Caios, vel duos Nerones, ne hac quidem gloria famæ frui: Docebimuſque etiam inſaniam eorum victam priuatis opibus M. Scauri; cuius neſcio an Ædilitas maxime proſtrauerit mores ciuiles, maiuſque ſit Syllæ malum tanta priuigni potentia, quam proſcriptio tot millium.* nam Sulla turpis crudelitate, Scaurus vero luxu, & proſtrata caſtitate. Hic autem Mamercus Scaurus & Sullæ vitricus eſt is de quo Plin. 1. cap. lib. 37. *Dactylothecam primus omnium habuit Romæ priuignus Syllæ Mamercus.* Et a Tacito vocatur, *opprobrium & dedecus maiorum.* & lib. 6. Annal. *Inſignis*, inquit, *nobilitate & orandis cauſis, vita probroſus.* Nec omittendum Mamercum vitricum fuiſſe parentis loco Sullæ, priuignumque Sullam fuiſſe loco filij. Et affectu paterno aliquando priuignos vitrici priuignaſque perſequi, vt in L. 15. de neg. geſt. D. & §. adfinitatis. & §. ſocrum. Inſt. de Nupt. & L. Ariſto. de nupt. D. Quod Phocylides firmat & Philo Iudæus. Ideo Ouidius ita de priuigna in Ponto.

Nam tibi quæ coniux, eadem mihi filia pæne eſt:
Et quæ te generum, me vocat illa virum.

Id eſt, vxor mea.

5 Plvrima per Italiam itinera.] Dio ſcribit, Corbulonem magiſtratibus & Senatui moleſtum fuiſſe, quod frequenter de iſtis itineribus quereretur: Verum ſub Caligula, eam ob rem, Conſulatum meruit; ſub iniquo principe. Fuit autem veteribus Romanis magna itinerum cura. Nam lex Viaria Sempronij nota eſt, lata a Caio Sempronio; Q. Cæcilio Metello Baleatico, & Tito Quintio Coſs. qua cautum erat, vt viæ Italiæ munirentur, lapidibuſque milliaria diſcernentibus notarentur, pontibuſque ſtruerentur. Plutarch. in Gracch. & Dio lib. 53. Cum vero Auguſtus videret neglectas vias, & itinera; curauit, vt a patribus propriis ſumptibus reficerentur. Et Flaminiam ille deſumpſit ſibi quam reficeret; quod præſtitit. vnde illa ſtatua ſupra aras, in ponte Tiberis, & Arimini. Eſt & ad hanc rem in noſtri iuris centonibus L. Ædiles. de via publica; in qua non eſt legendum, *Et quæ*, ſed *Vt quæ. ſecundum ciuitates ſunt viæ vtiq. adæquarētur, & effluxiones non noceant domibus, & pontem faciant vbicunque oportet.* Quæ lex eſt Papiniani. Scribit autem Liuius lib. 41. in fine, *Q. Fuluium Flaccum, & Aulum Poſthumum Albinum Cenſores, primos omnium, vias ſilice ſternendas in vrbe, & extra vrbem glarea ſubſternendas, marginandaſque locauiſſe.* Sed de viis ſternendis heic non agitur. Imo de imperuiis & præruptis & clandeſtinis itineribus, quibus merces illicitæ a redemptoribus ad hoſtes transferebantur, vt oleum, vinum, liquamen, ſiue garum & oxygarum, arma, ferrum, cotes, ſales. Ideo littora & itinera cuſtodiebantur. Tit. de littorum & itiner. cuſtod. 12. Cod. Et in Gallia leges ſunt ne ad vicinas gentes ſpecies noſtræ deportentur. Hi autem qui conducunt, dicuntur redemptores viarum, vt redēptores operum. nam Feſtus ait *eos, qui quid præbendum, vendumque conduxerunt, redemptores dici.* Ita redemptores pontis, L. penult. D. locati. *Redemptor huius pontis*, inquit, *portorium exigebat.*

Corbulo moleſtus. quod probe munere fungeretur. Tamen inde ſibi adſciuit conſulatum. Sub iniquo etiā principe. Sic inuito eius virtus agnoſcitur. Viaria lex Sempronij. Vt viæ muniretur. Lapidibus notarentur. Pontibus ſtruerentur. Inde Sempronio ſtatua. Et ſupra aras. In ponte Tiberis. Qui primi in vrbe vias ſtrauerunt. Redemptores viarum. Et operum. Et pontium. Tacitus interpretatus.

6 Hasta sæviebat.] Loquitur de

mancipibus, ſeu redemptoribus: qui quia conductas operas non præſtiterant, aut vias recte, apte, & vtiliter non munierant, a Corbulone inſectabantur, tam pecuniarum, quam famæ iactura, & pignoribus captis. Accipio autem heic pecuniam, pro bonis, vt Iuriſconſulti qui nomine pecuniæ omnes res, tam mobiles, quam res ſoli complectuntur, & tam corpora, quam iura. L. pecuniæ. de verb. ſignif. D. Ait autem, *in pecuniam atque famam:* vt non modo ciuiliter, ſed & criminaliter, omnibuſque viis ſit redemptores inſequutus. Et heic haſta capitur pro auctione publica, quam Tertullian. in Apolog. *haſtarium* vocat, cum dicit. *In haſtario vectigales habetis.* Et idem eodem. *Sub eadem voce præconis, ſub eadem haſta, ſub eadem annotatione Quæſtoris diuinitas addicta conducitur.* Dicam alibi de illa haſta, vbi vnum addidero: proprie hoc verbo vſum in fraude mãcipum. Nam hæc fiſci erãt. Inde tit. de iure haſtę fiſcalis, Cod. Sub corona captiui, ſub haſta res fiſci Haſta venalitatis iudicium.

Pecunia pro bonis.
Vt apud Iuriſconſultos.
Haſtarium.

Neque multo poſt miſſis ad ſenatum literis Tiberius motam rurſum Africam incurſu Tacfarinatis docuit, iudicioque patrum deligendum proconſulem, gnarum militiæ, corpore validum, & bello ſuffecturum. quod initium Sext. Pompeius agitandi aduerſus M. Lepidum odij nactus, vt ſocordem, inopem, & maioribus ſuis dedecorum, eoque etiam [1] Aſiæ ſorte depellendum incuſauit, aduerſo ſenatu, qui Lepidum mitem magis quam ignauum, [2] paternas ei anguſtias & nobilitatem ſine probro actam, honori * quam ignominiæ habendam ducebat. Igitur miſſus in Aſiam. Et de Africa decretum vt Cæſar legeret cui mandanda foret. Inter quæ Seuerus Cæcinna cenſuit, ne quem magiſtratum, cui prouincia obueniſſet, [3] vxor comitaretur: multum ante repetito, concordem ſibi coniugem, & ſex partus enixam: ſeque quæ in publicum ſtatueret domi ſeruauiſſe, cohibita intra Italiam, quanquam ipſe * pluris per prouincias quadraginta ſtipendia expleuiſſet. *haud enim fruſtra placitum olim, ne fœminæ in ſocios, aut gentes externas traherentur. ineſſe mulierum comitatui quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad ſimilitudinem barbari inceſſus conuertant: non imbecillem tantum, & imparem laboribus ſexum; ſed ſi licentia adſit, ſæuum, ambitioſum, poteſtatis auidum, incedere inter milites, habere ad manum centuriones:* [4] *præſediſſe nuper fœminam exercitio cohortium, decurſu legionum: cogitarent ipſi quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura vxoribus obiectari: his ſtatim adhæreſcere deterrimum quemque prouincialium: ab his negotia ſuſcipi, tranſigi:* [5] *duorum egreſſus coli, duo eſſe prætoria, peruicacibus magis & impotentibus mulierum iuſſis, quæ Oppiis quondam, aliiſque legibus conſtrictæ, nunc vinclis exolutis, domos, fora iam & exercitus regerent.*

Nobilitas proba, licet pauper, honoranda, non deſpicienda.
Magiſtratus vxor non ſequitur iturum in prouincias.
Mulier impar laborib. corpore imbecillis, tamẽ ſæua, ambitioſa, poteſtatis auida domi maneat.
Molles armis imperant & exercitibus fœminæ temporibus corruptis.
* potius quam
* plureis

1 Asiæ sorte.] Atqui de Aſia heic non agebatur, ſed de Africa. Nota ergo aut in ſcriptura vitium, aut exemplum quod pro ſententia, aliud quiduis quod e rep. eſſet, libere dici poſſet; etiam ſi ad quæſtionem propoſitam non faceret. Quod notauit noſter in Hortalo lib. 2. *Non ideo a maioribus conceſſum eſt egredi aliquando relationem, & quod in commune conducat, loco ſententiæ proferre.*

2 Paternas angvstias.] Quia patri curta res familiaris. Et Tacitus infra memorat, *Lepidum patienter tuliſſe paupertatem, & tandem ad infinitas opes perueniſſe.* Quem vnum fuiſſe natura bonum inter Senatores Dio memorat, elogio non indecoro. nec mirũ ſi Sextus Põpeius ita in Lepidum ſæuierit; cum de Scipione & Aſello ita ſcribat Lucillius.

Scipiadæ magno improbus obiiciebat Aſellus,
Luſtrum illo Cenſore malum infœlixque fuiſſe.

Et cum apud Gellium lib. 18. ſic de Cn. Lentulo ſcribatur. *Per incertum ſtolidiorne eſſet, an vanior.* Et de Cn. Cornelio Scipione, Valerius. *Cui cum Hiſpania prouincia obueniſſet; Senatus ne illuc iret edixit, quod recte facere neſciret.* Val. lib. 6. c. 3. Sed Lepidus heic, plene ſuum decus habuit, cum *magis mitem, quam ignauũ*, Senatus illum iudicauerit. *Ignauus eſt qui ſegnis, torpidus, effœminatus, & ſine ingenio.* Verr. Flaccus.

3 Vxor comitaretvr.] Fœminarum enim vulgare crimen, & morbus argentagina. Et vxores Proconſulum, & Præſidum, ita male audiebant. Sic Iuuenal. Sat. 8.

Si tibi ſancta cohors comitum, ſi nemo Tribunal
Vendit Acerſicomes; ſi nullum in coniuge crimen:
Nec per conuentus, & cuncta per oppida curuis
Vnguibus ire parat, nummos raptura Celæno.

Vocat harpyas, illas Proconſulum vxores. Sic accipio Martialis epigramma.

Fœminæ auri appetentiſſimæ.
Celæno rapax mulier.

Gentibus

Gentibus in Libycis vxor tua, Galle, notatur
Immodicæ fœdo crimine auaritiæ;
Sed mera narrantur mendacia, non ſolet illa
Accipere omnino; quid ſolet ergo? dare.

Explicatus Martialis.

id eſt porrigere, vt L. cum vir. ad l. Iuliam, de adult. Cod. *Viris porrectura quod cupiatur.* Notat enim vt impudicam & auaram. Et ait *omnino*, id eſt omnia, & ab omnibus, & paſſim accipiens: quod interpretari debet ex Iuriſconſulti Vlpiani verbis, L. ſolent. de offic. Proconſ. & legat. D. qui de hac magiſtratuum rapacitate ita ſcribit. *Valde inhumanum eſſe ab omnibus accipere, ſed paſſim viliſſimum, & omnia auariſſimum.* Adiicit autem Iuriſconſultus. *Proficiſci autem proconſulem, melius quidem eſt, ſine vxore, ſed & cum vxore poteſt. Sciat tamen Senatum, Cotta & Meſſala* Coss. *cenſuiſſe futurum, vt ſi quid vxor eorum, qui ad officia proficiſcuntur, deliquit, ab ipſis ratio, & vindicta exigatur.* Quid ait, *Cotta & Meſſala* Coss.? Certe noſter author heic ad conſulatum refert; quartum Tiberij, & ſecundum Druſi filij eius, anno Vrb. Cond. 784. An quod in cognitione Piſonis & Plancinæ vxoris, Cotta & Meſſala Conſulibus fuerit de iſto crimine antea tractatum? Plancina enim mulier impotens, & auara, donis & muneribus, prouinciam peſſimo cuique obnoxiam fecerat. Sed an id Tacito omiſſum, quod de maioribus criminibus, vt de morte Germanici, tunc Senatus in Piſonem cenſuiſſet? minime, quippe ita ſi eſſet, Valerius Meſſala (quo Conſule res erat deciſa) rurſus in diſquiſitionem non adduxiſſet; quod heic facit. nec Cæcinna ſenator Senatuſconſultum omiſiſſet, cuius irrita fuit, & caſſa ſententia: immo nec Senatus author fuiſſet eludendæ ſententiæ Cæcinnæ. Et certe nondum de hac re fuiſſe Senatuſconſultum factum, palam eſt. Ac neque Cotta, & Meſſala Coss. neque poſt Tiberio & Druſo. Quod ſatis innuit noſter, ſed poſtea & ſub Cornelio Cethego, & Viſellio Varrone Conſulibus, C. Silio & Galla vxore, repetundarum accuſatis. *Meſſalinus Cotta*, inquit Tacitus, *cenſuit cauendum Senatuſconſulto, vt quanquam inſontes magiſtratus, & prouincialibus vxorum criminibus neſcij, perinde quam ſuis, plecterentur.* Nos certe Vlpianum celebrem Iuriſconſultum Lethæo poculo propinaſſe putamus. nam quod Cuiacius refert, legendum forte, *Cotta Meſſalino conſulente*: non admittitur hæc loquendi forma, & Iuriſconſulti locus nimium diſerte ſcriptus eſt. Cæterum gratiſſimus eſt, ſemperque fuit, coniugum bene conuenientium comitatus, & contra fortunæ aſperitates, magnum medicamentum. Sic vxor Hannibalis apud Silium.

Iuriſconſultus lapſus in hiſtoria.

Qui excuſari non poteſt.

Nam a Tacito conuincitur.

Comitatus coniugum gratus.

Hanibalis vxor apud Silium.

Mene oblite tua noſtram pendere ſalutem
Abnuis inceptis comitem? Sic fœdera nota,
Primitiæque tori? gelidoſne aſcendere tecum
Deficiam montes, coniux tua? Crede vigori
Fœmineo: caſtum haud ſuperat labor vllus amorem.
Sin ſolo aſpicimur ſexu; ſexumque relinquis;
Cedo equidem, nec fata moror.

Papinius Achilleid. 4. in fine.

Catonis Martia.

Quin age duc comitem. Cur non ego Martia tecum
Signa feram?

Et idem ad Claudiam vxorem.

Sed ſatis hoc, coniux. ſatis hoc dixiſſe, creauit
Me tibi, me ſocium longos adſtruxit in annos.

Et Virgil. 2. Æneid.

Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum.

Ouid. 1. Triſt. el. 3.

Te ſequar & coniux exulis exul ero.

Claudianus 3. de Laudib. Stiliconis ad hæc alluſit. —— *Stilico tua Ianus ornet*
Limina, teque ſimul rediens in caſtra reuehat.
Hunc bellis comitare fauens, hunc redde togatum
Conſiliis.

Et ſane, vt de Abiis ſcribit Strabo, lib. 7. *Qui vitam cœlibem ac ſine coniugio agit, imperfectam vitam agit & dimidiatam.* Et Homerus Proteſilai domum, quia foret abſque coniuge, dimidiatam vocat. δόμος ἡμιτελής. Tamen ſunt antiquitatis quædam veſtigia, quibus paret olim Romanos vxores ſecum duxiſſe: vt Alliæ vxoris Titi Labieni quæ comitata eſt eum apud Aruernos, & ibi deceſſit. D. tamen Hieronymus ad Euſt. de virg. ſeru. ita ſcribit. *Nemo miles pergit ad prælium cum vxore.* Sic Moyſes Deuteron. 3. *Dominus Deus veſter, dat vobis terram hanc, in hereditatem. Expediti, præcedite fratres veſtros, filios Iſrael, omnes viri robuſti, abſque vxoribus, & paruulis, atque iumentis.* Seneca lib. 9. Controu. 2. *In hoc te cum vxore non miſimus.* Alloquitur Flaminium Prætorem rapaciſſimum. Et ſane Sulpitius in Dial. de Mirac. D. Martini; ita eum facit loquentem. *Contemptibilem reddit exercitum, ſi virorum cohortibus, turba fœminarum miſceatur. Miles in acie, miles pugnet in campo; mulier ſe intra murorum munimenta contineat: habet & illa gloriam ſuam, ſi pudicitiam ſeruarit: cuius hæc prima virtus, & conſummata victoria, non videri. Sunt hæc impedimenta, non expeditiones.* Noto autem etiam Auguſtum adeo ſeuere diſciplinam militarem exercuiſſe, vt non permitteret, legatos vxores interuiſere, niſi grauate, & hibernis menſibus. Suetonius in Auguſt. cap. 22. Licet ille tam ſeuerus, ſæpe comite Liuia, Orientem & Occidentem peragrauerit. quod Druſus lib. 1. militibus exprobrat. Nec prætereo; vxores, vſque ad portam, non vltra, comitatas maritos exeuntes in prouincias. Sic enim Seneca Controu. 2. lib. 9. *Hic eſt Flaminius, qui exiturus in prouinciam, vxorem a porta dimiſit. Nam vlterius prodiiſſe turpe.* Sed hæc vetere Rep. poſtea inuerſi mores, & ſubuerſi. Quippe ita Virgil. Eclog. 10.

Ad prælium ſine vxore.

Sine vxoribus in caſtris legati Romani ſub Auguſto.

Tamen cum Liuia ille in prouinciis.

—— *tua cura Lycoris*
Perque niues alium, perque horrida caſtra ſecuta eſt.

4 PRÆSEDISSE NVPER.] Hæc in Agrippina damnabat Tiberius lib. 1. Sed quæ heic memorat de Plancina, Piſonis vxore, damnat Dio 59. in Cornelia Caluiſij Sabini ſub Caligula. Et fuit etiam mulier quædam, quæ in caſtris ſtuprum paſſa ſit a militibus. quod ſcribit Valerius. Adeo curioſitas pudicitiæ infeſta eſt. vt in Dina, Geneſis 34. Et quid mulier in caſtris, niſi belli dedecus?

5 DVORVM EGRESSVS COLI.] Egredientem enim Prætorio ducem comitabantur; & vti in vrbe magiſtratuum comitatus inſignis, ita in caſtris; in quibus, ni fallor, ſuas

Duorum ſalutationes in caſtris.

ſalutationes mane exercebant, & etiam veſpere. Sueton. in Aug. cap. 60. *Prouincias peragranti* (ſcilicet Auguſto) *quotidiana officia, togati, ac ſine regio inſigni, more clientum, reges ſocij præſtiterunt.* Sic Liuius lib. 39. de Conſulibus in vrbe. *Poſtquam lictorem in veſtibulo, turbamque conſularem, & Conſulem ipſum conſpexit, prope exanimata eſt.* Nam vt Conſulares Conſulem, ita ducem Caſtrenſia officia comitantur. Et poſt ducem ſalutatum oportebat etiam ducis vxorem ſalutare: ideo duorum egreſſus colebantur. quod verum eſt.

Officia caſtrenſia comitata ducem.

Paucorum hæc adſenſu audita plures obturbabant. neque relatum de negotio, neque Cæcinnam dignum tantæ rei cenſorem. mox Valerius Meſſalinus,[1] cui parens Meſſala, ineratque imago paternæ facundiæ, reſpondit:[2] * *Multa* * *duritie veterum*[3] *melius & lætius mutata. Neque enim, vt olim, obſideri vrbem bellis, aut prouincias* * *hoſtilis eſſe, & pauca fœminarum neceſſitatibus concedi, quæ ne coniugum quidem penates, adeo ſocios non onerent: cætera promiſcua cum marito: nec vllum in eo pacis impedimentum. bella plane accinctis obeunda, ſed reuertentibus poſt laborem*[4] *quod honeſtius, quam vxorium leuamentum? At quaſdam in ambitionem, aut auaritiam prolapſas. Quid? ipſorum magiſtratuum nonne pleroſque variis libidinibus obnoxios? non tamen ideo neminem in prouinciam mitti. corruptos ſæpe prauitatibus vxorum maritos, num ergo omnes cælibes integros? placuiſſe quondam Oppias leges, ſic temporibus Reip. poſtulantibus: remiſſum aliquid poſtea, & mitigatum, quia expedierit. fruſtra noſtram ignauiam alia ad vocabula transferri: nam viri in eo culpam, ſi fœmina modum excedat. Porro ob vnius, aut alterius imbecillum animum, male eripi maritis conſortia rerum ſecundarum aduerſarumque: ſimul ſexum natura inualidum deſeri, & exponi*[5] *ſuo luxu, cupidinibus alienis: vix*[6] *præſenti cuſtodia manere inlæſa coniugia; quid fore, ſi per plures annos in modum diſſidij obliterentur? Sic obuiam irent iis quæ alibi peccarentur, flagitiorum vrbis meminiſſent.* Addidit pauca Druſus de matrimonio ſuo. Nam principibus[7] adeunda ſæpius longinqua imperij. Quoties diuum Auguſtum in Occidentem, atque Orientem meauiſſe comite Liuia? ſe quoque in Illyricum profectum, &, ſi ita conducat, alias ad gentes iturum, haud ſemper æquo animo, ſi ab vxore chariſſima, & tot communium liberorum parente diuelleretur. Sic Cæcinnæ ſententia eluſa.

Conſul Meſſalinus pro vxoribus ducendis in prouincias verba facit.

* Vertenda multa

* ab duritie veterum in melius

* hoſtiles eſſe.

Viri culpa eſt ſi vxor peccet.

Principes comitibus vxoribus comeāt.

1 Cvi parens Messala.] Dixi de eo ſupra lib. 1. & lib. 2. ſed, an de induſtria vocat heic filium Meſſalæ, vt eius eloquentiam, quaſi ſucceſſionis iure, ad eum deuolutam notet? an vt diſcriminet ab aliis Valeriis? Quippe inter Valerios, Poplicolæ, Flacci, Læuini, Potiti, omnes in vetere Republica celebres, magniſque imaginibus magni.

Cur Tacitus addat filium fuiſſe Meſſala.

2 Mvlta dvritie vetervm.] Syneſius ait epiſtola 57. *Multas res neceſſarias tempus adinueniſſe, & correxiſſe.* Ἰατρὸς χρόνος, inquit ille. Quod eſt verum: Quippe ætas tota in vertigine eſt, indurat, emollit, firmat, diruit, *mutat quadrata rotundis*, ait poeta.

Tota natura in varietate.

3 Melivs et lætivs mvtata.] Lego, *in melius*. Et ita ſcriptum fuit a Tacito. nam in vltima littera verbi, *veterum*, illud *in*. Apuleius. *Altum ſoporem deſcenderat*, pro *altum in ſoporem deſcenderat*.

Tacitus correctus.

4 Qvod honestivs.] Sic alibi noſter dixit. *Nullum aliud probis viris ſolatium, quam ex matrimonio.* Et in Alexio Comneno iſtud firmat Nicetas, cum ait, *maritos ſapientes, plenam fœlicitatem iudicare in humanis rebus, inculpatam habere cum vxoribus viuendi ſocietatem.* Quod certe verum eſt; libidinum hircis licet aliter ſentientibus, & deteriora olentibus.

Solatia ex matrimonio.

5 Svo lvxv.] Quid hæc ſibi volunt? auſculto. nam veri ſenſus, nec vola, nec veſtigium vllum eſt. Lego autem, *Exponi in ſuo luxu cupidinibus alienis.* Nam ſic vſitatum Tacito qui in oppoſitis ludit frequens, vt docui ſupra. opponit enim alienum ſuo luxui. Id eſt; tum demum cum ſuo luxu ciuitas ipſa ſtagnaret, & periret, non ſe amplius ſuſtinens, cupidinib. alienis vxores relinquere. Quippe ardente luxu, ardent & Veneris flagitia; & in luxu audaciores adulteri; vt fœminæ appetentiores voluptatis. Sic enim Iuuenalis.

Tacitus explicatus.

——*ad quas nam Claudius aras!*

Cecinit hæc poeta omnia luxu profligante. Lego autem, *In ſuo luxu*, quod vltima ſyllaba verbi *exponi*, illud, *in*, comprehendat.

6 Præsenti cvstodia.] *Mariti vxorum cuſtodes*, ait Cicero pro Muræna. *Mulieres propter infirmitatem conſilij, maiores in poteſtate tutorum eſſe voluerunt. hi inuenerunt genera tutorum, quæ poteſtate mulierum continerentur.* Loquitur

Mariti cuſtodes vxorum.

quitur enim de maritis, quibus plerumque vxores imperant; vt Meſſalina Claudio; immo & Terentia ipſi Ciceroni, qui ſua vulnera ſub aliorum perſonis ridebat habuit enim Terentiam pro flagello. Sic Plautus aptiſſime in Caſina.

—— quod me tanto vir opere orabat meus,
Liberæ ædes vt ſibi eſſent, Caſinam quo deduceret,
Nunc adeo nequaquã arceſſam, ne qua ignauiſſimus
Liberi loci poteſtas ſit vetulo verruecibus.

Sed hanc tutelam ſuſtulit poſtea Claudius Imperator. Cato in Liuio lib. 34. *Maiores noſtri nullam, ne priuatam quidem rem, agere fœminas ſine authoritate voluerunt; in manu eſſe parentum, fratrum, virorum. nunquam ſaluis ſuis exuitur ſeruitus muliebris. Et cuſtodiam tutelam* appellat. Sic in Francia mulieres nobiliores olim maritos vocabant, ſuos *Barones*, id eſt *cuſtodes*. Vt in Flandrorum veteri hiſtoria, vbi de rege Ludouico VIII. apud Anglos detento, quem ſibi auxilio futurum acciuerant. Ita accipe epigram. Martial. lib. 10. epigr. 69.

Tutela cuſtodia dicta.
Apud Romanos.
Etiam apud Francos.
Baro cuſtos apud Francos.
Teſtimonia in authoribus.

Cuſtodes das Paula viro, non accipis ipſa.
Hoc eſt vxorem ducere Paula virum.

Et Plautus in Aulul.

Quem quondam Ioni Iuno cuſtodem dedit.

Alij tamen cuſtodes dabantur mulieribus, de quibus dicam, vbi de Meſſalinæ cuſtodia agendum erit.

7 ADEVNDA SÆPIVS LONGINQVA IMPERII.] Vt Auguſto & Traiano & Hadriano, & M. Aureliano Imperatoribus. Ideo ita ſcripſit Florus, iſtius temporis poeta.

Ego nollem Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

Et reſpondet Cæſar.

Ego nollem Florus eſſe,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.

Et veteri Rep. nullus erat vxorum comitatus: ſed abeuntes viros in prouincias ad portam vſque ciuitatis, vt dixi, proſequutæ, non vlterius procedebant, ſed ſtatim reuertebantur domum cuſtoditura & liberos: quod Horatius de Regulo ſcribit od. 5. lib. 3. Et Seneca quadam Controuerſia, vt dixi ſupra. Quod locum habuit vigente Rep. veteri. Poſtea & ea occidente Pompeius vxoris comitatum habuit, quam tamen in Leſbo reliquit. Plutarchus in eius vita. Et Auguſtus Liuiam duxit comitem bellorum & peregrinationum, vt Germanicus ſuam Agrippinam. Inde militaris diſciplinæ exitium & totius imperij Romani.

Et proximi ſenatus die, Tiberius per literas caſtigatis oblique patribus, quod cuncta curarum ad principem reiicerent, M. Lepidum & Iunium Blæſum nominauit, ex queis proconſul Africæ legeretur. Tum audita amborum verba, intentius excuſante ſe Lepido, cum valetudinem corporis, [1] ætatem liberum, nubilem filiam obtenderet; intelligereturque etiam, quod ſilebat, auunculum eſſe Seiani Blæſum, atque eo præualidum. Reſpondit Blæſus ſpecie recuſantis, ſed neque eadem adſeueratione, & conſenſu adulantium auditus eſt. Exin promptum, quod multorum intimis queſtibus tegebatur. Incedebat enim deterrimo cuique licentia, impune probra, & inuidiam in bonos excitandi, [2] arrepta imagine Cæſaris: libertique etiam ac ſerui, patrono vel domino [3] cum voces, cum manus intentarent, vltro metuebantur. Igitur [4] C. Ceſtius ſenator diſſeruit; [5] *Principes quidem inſtar deorum eſſe,* [6] *ſed neque a diis niſi iuſtas preces ſupplicum audiri: neque quenquam in Capitolium, aliave vrbis templa perfugere, vt eo ſubſidio ad flagitia vtatur. Abolitas leges, & funditus verſas, vbi in foro, in limine curiæ ab Annia Rufilla, quam* [7] *fraudis* * *ſub iudice damnauiſſet, probra ſibi & minæ intendantur, neque ipſe audeat* [8] *ius experiri, ob effigiem Imperatoris oppoſitam.* Haud diſſimilia alij, & quidam atrociora circunſtrepebant: precabanturque Druſum, daret vltionis exemplum, donec accitam conuictamque attineri [9] publica cuſtodia iuſſit.

Potentioribus ne te miſceas.

* Alias iudice

1 ÆTATEM LIBERVM.] Lege, *Ætatem, liberos, tum nubilem filiam obtenderet. Ætatem,* quod ille ætate eſſet grauis: *liberos*, quod minores, & plures haberet, quibus pro cuſtode eſſet: tum *nubilem filiam*, cui maritum quærere deberet. Hoc enim parentum votum & vetulorum, vt de vita migraturi locabiles filias maritis relinquant. Cicero poſt reditum. *Quid dulcius hominum generi a natura datum eſt, quam qui cuique liberi? Mihi vero & propter indulgentiam meam & propter excellens ingenium vita mihi chariores.*

Tacitus correctus.

2 ARREPTA IMAGINE CÆSARIS.] Deorum priuilegia homines vſurparunt. Ita vt recte Tertullianus ſcribat in Apolog. *fictilium Deorum idolatriam, recidiſſe in Cæſares:*

Quippe ſuas ſtatuas voluerunt adorari, vt apud Chaldæos, & Babylonios, ille Nabuchodonoſor libro Danielis. Noſter infra li. 4. de Agrippina. *Vitio ſtruebatur, quod perfugerat ad ſtatuam Auguſti.* Et Liuius de Magio ſcribit, qui ad ſtatuam Ptolomæi regis confugerat. lib. 23. Eſt & titulus in iure, *de his qui ad ſtatuas confugiunt.* Cod. Cape de hac re L. 38. de iniuriis, & L. 28. de pœnis. D. Primo autem tomo Conciliorum, in concilio Epheſino; hæc Theodoſij verba ad ſtatuas referuntur. *Maiores noſtri, ne aliquo modo timore perculſis, humanitas denegata videretur, in noſtris quoque ſtatuis, aram ſalutarem conſtituerunt.* Quod explico, conſtituiſſe vt ſtatuæ Imperatorum aris

In aris ſtatuæ.

locarentur, quas pro baſi haberent, quia aræ olim pro aſylis, vt apud Virgil. 2. Æneid. &

Aſyla principũ.

effigies principum, pro Diis. Et addit, quod

Statuæ principis phylacterias tetigiſſe pro aſylo erat.

non eſt peruium. *Ita vt ſi qui vel extrema inſignium noſtrorum lineamenta forte contigiſſent, hi contra omnes aduerſæ fortunæ impetus tuti, munitique cenſeremur.* Nam & ſtatuæ complexus, propter regum maieſtatem, tantum præſidij miſeris conciliat, quantum opis debet illis eſſe paratum, qui ſalutis cauſa, ad ſacroſancta altaria confugiunt. D. Ambroſius 5. Hexam. *Sola ære fuſa principum capita & ducti vultus de ære vel de marmore ab hominibus adorantur.* Sic Sueton. dixit in Tiber. *Statuam Auguſti amplecti, populumque ac Seianum auxilio vocare.* Nec tantum ſecuritas erat in ſtatua amplectenda:

Amplexus ſtatuæ pro Aſylo.

ſed ſi nomen Cæſaris pronuntiaretur. Apuleius lib. 3. *Mihi ſero quidem, ſedulo tamen, ſubuenit ad auxilium ciuile decurrere, & interpoſito venerabilis principis nomine, tot ærumnis me liberare.*

Pronunciatum Cæſaris nomen.

Quod Tertullianus confirmat ad Valent. cum ait. *Tam importune filia occurriſſet, vt inclamaret in eam ἰὼ. ἰού. quaſi Porro Quirites, aut fidem Cæſaris.*

Explicatus Tertullianus.

Et ſane Quiritum tale olim fuit priuilegium. Sic ille Terentianus Sannio.

> *O populares, ferte miſero, atque innocenti auxilium;*
> *Subuenite inopi.*

Nam licet a Græcis ſit Comœdia illa; tamen loquitur Romanorum more. Philoſtratus autem ait Tiberium ἄσυλον ἀνδρίας vocatum. Et

Tiberius vocatus Aſylum hominum.

Suetonius in Aug. cap. 35. cecidiſſe narrat ſeruum circa ſtatuam Auguſti. Et alibi. *Effigiem Auguſti amplecti, populumque ac terrarum auxilia vocare.* Nam Diis olim, aut Deorum ſtatuis, hominibus homines dederunt. Tamen in Suet. 17. Aug. *Antonium iuuenem maiorem de duobus Fuluiæ genitis ſimulacro D. Iulij, ad quod poſt multas & irritas preces confugerat, abreptum interemit.* Quod crudele.

3 CVM VOCES, CVM MANVS INTENTARENT.] Sic noſter infra in re eadem. *Vt ne æquo cum patronis iure agerent, ſententiam eorum conſultarent, an verberibus manus vltra intenderent, impellerentve, pœnam ſumi diſſuadentes.* Et noſter lib. 4. de Druſo. *Druſus impatiens æmuli & animo commotior, orto forte iurgio intenderat Seiano manus, & contra tendentis os verberauerat.* Et vbi de Annia Rufilla, ſic Tacitus. *Probra ſibi, ac minæ intenduntur.* Quæ fuit manumiſſorum ingratitudo turpis, nunquam ſatis legibus coercita: ſummaque irreuerentia in patronos. Lex 2. de libert. eorumque liber. Cod.

Tacitus explicatus.

ait hoc eſſe, *erigere ceruicem aduerſus dominum.* De qua re Plinius infra. Et Cocceius Nerua imperator ex Dione, *ſeruos & libertorum plurimos, qui dominis ac patronis inſidias fecerant, ad vnum occidi iuſſit: & ne ſerui de cætero dominos criminarentur, edicto vetuit.*

4 C. CESTIVS SENATOR.] Non eſt Tacito nouum ita ſcribere. nam Annal. 1. *Fius Aurelius Senator.* Et 4. Annal. *Effigies ſita in domo Iunij Senatoris.* Et 12. *Deferente Iunio Lupo ſenatore.* Annal. 6. *Facta,* inquit, *patribus poteſtate ſtatuendi de Cæcilio ſenatore.* Sic *Ceſtium ſenatorem* nominat. Et forte quod eiuſdem nominis alter Ceſtius, non ſenator, vt alter Cæcilius.

Tacitus ſcriptus Taciti.

Ille etiam Annal. 6. *Ceſtium patrem* citat, ad *filij Ceſtij* differentiam. *Ceſtium,* inquit, *patrem dicere in ſenatu quæ ſibi ſcripſiſſet.* Et ſuſcepit Ceſtius accuſationem. Forte pater ſenator, & filius non ſenator. Sic vſitatum apud authores. nam Seneca in Controuerſ. ſæpe memorat *Ceſtium patrem,* vt a filio diſtinguatur. Et etiam Seneca filius, qui epiſt. 98. ita ſcribit. *Sextius pater latum clauum Iulio dante repulit.* Ergo pater, & Senator, ad filij differentiam, & eius qui non erat ſenator. Salluſtius bello Catilin. *Lucius Senius ſenator, in ſenatu recitauit.* Et Gellius lib. 7. cap. 14. *In ſenatum introducti, vſi ſunt interprete Cæcilio ſenatore.* Quanquam legit Macrobius *Cælio,* lib. 1. cap. 5. Atque vbi ſenatoria dignitate exuti, ita notantur apud authores, vt apud Sueton. cap. 39. in Iul. *A. Calpenius ſenator quondam.* Idem Sueton. & ſenatorem nominat Sextium. Idem in Tiberio cap. 6. *Poſt reditum in vrbem a M. Gallio ſenatore adoptatus.* Noſter Annal. 6. *Grauius Martianus ſenator.* Et 13. *Carinas Celer ſenator.* Non inficior tamen, ſæpe ſenioris nomine vſum Tacitum. Quod firmaui ſupra in fine libri 2. Sed heic nihil muto. Et in iure noſtro, *Celſus pater,* L. 39. D. mandati, a *Celſo filio* diſtinctus. L. 1. de reſcind. vend. Etiam Quint. diſcernit Galliones nominibus patris, & filij. cap. 1. lib. 3. Inſt. Seneca in Ludo. *Primus interrogatur ſententiam Iulius pater.* Et Martialis lib. 4. epigr. 63. de matre.

Cur ſenatus additur.

Ita etiam additur verbum, pater.

> *Cum petit a Baulis mater Cærelia Baias,*
> *Occidit inſani crimine merſa freti.*

Et Sueton. in Auguſto cap. 71. *Cœnaui, mi Tiberi, cum iiſdem: Acceſſerunt conuiuæ Vinitius, & Siluius pater.* Ergo in iſto albo nihil muto, quia nec mutanda veritas. Sed addo: Nomen iſtud potuiſſe eſſe familiæ nomen in qua Senatores cognominarentur.

5 PRINCIPES QVIDEM INSTAR DEORVM.] Vere, & ex veri oraculis. *humanos Deos* Plautus vocat aptiſſime, qui in ictu oculi, & paulo momento moriuntur. ὁ βασιλεὺς ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπων. *Rex, velut humanus Deus eſt.* Seneca de Clement. lib. 1. *Ego ex omnibus mortalibus placui, electuſque ſum, qui in terris, Deorum vices fungerer.* (loquitur ſub perſona Neronis imperantis) *quid cuique fortuna datum velit, meo ore pronunciat.* Et principes boni ſunt hominibus Dij apotropæi: principes mali ſunt noxæ. De Alexandro contra Perſas ituro, cum oracula conſulerent Amphictyones.

Principes inſtar Deorum.

Humani Dij.

Seneca de Nerone.

> Τιμᾶτε βροτοῖσ' ἐν σώμασι νηπιάχου αἰὰν,

Ὃς

Ἐν γὰρ τάχει ἀνέστησε Ζεὺς ἑκάτερον, ἀγαγὼν
Εὐδαίμων θνητοῖσιν Ἀλέξανδρον βασιλῆα.
Corpore mortali velatum extollite regem,
Quem pater ille Deum præſtantum ſtirpe parentum
Seuit Alexandrum cuſtodem iuris in orbe.

Apuleius de Deo: *Quod eſt in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, dux in vrbe, dux in exercitu, hoc eſt in mundo Deus.* Sed idem dicas de rege. Et Iupiter rex dicitur & nutritor regum.

Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς ἀρχὴ πάντων ἠδὲ τελευτή.
Iupiter rex, Iupiter principium omnium & finis idem.

Hæc Græci: ſed Latini de Deo ita, vt Horatius 1. Car. od. 12.

— nihil maius generatur ipſo,
Nec viget quidquam ſimile aut ſecundum.

Et idem 3. Car.

Qui terram inertem, qui mare temperat,
Ventoſum, & vrbes regnaque triſtia,
Diuoſque mortaleſque turbas
Imperio regit vnus æquo.

Abietes vocantur illi principes a D. Hieronymo. *Cedri Libani* a D. Auguſtino in Confeſſ. *Propter eminentiam, cupreſſi ſunt ſuper myricas.* De iſta humana deitate, ſic Plinius libr. 7. cap. 7. *His*, inquit, *principijs naſcuntur Tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius exiſtimas, ſed partum: Tu, cuius in victoria ſemper eſt mens: Tu qui te Deum credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti, atque etiam hodie minoris? Nam odore lucernulæ extinctæ iſti Dij maiorum gentium poſſunt in vtero extingui.* Sic cadaueroſa illa numina, vitæ cum periculo naſcuntur, cum periculo viuunt, & momento periculis inuoluuntur, vt homines reliqui. Ergo pagani principes Deos appellauere. Sed non ab ipſis hæc diſciplina, ſed a Iudæis. Nam 20. Exodi: *Si dixerit ſeruus, Diligo dominum meum, & vxorem, & liberos, non egreditur liber: offeret enim dominus Dijs.* id eſt principibus, & magiſtratibus. Et in Pſalmis. *Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Quod in Deuteronomio exprimitur, & quod etiam Chriſtiani imitati ſunt. D. Cyrillus Alexandr. libello ad Reginas, de recta in dominum Deum fide, ſcribit *Deos multos, & dominos multos eſſe in cælo, & in terra*; quemadmodum D. Paulus 2. Corinth. cap. 8. Et eadem refert altero libello ad Theodoſium. *Vos*, inquit, *omni terreno faſtigio ſuperiores, ampliſſimarum dignitatum fontes eſtis; vos humanæ fœlicitatis principia, & origines. Clementiſſimis maieſtatis veſtræ nutibus nemo non ad iuſtam honeſtamque viuendi rationem promouetur.* Ideo regia vita, Deorum vita. θεῶν βίος. Euripid. in Archelao. Et Horatius Sat. 6. lib. 2.

Nam te ſcire Deos, quoniam contingis, oportet.

Id eſt, quoniam principibus proximus es. Et principes Deorum numina ſumebant, vt Caligula, qui ſe Iouem Olympium dicebat, Alexander Iouem Ammonem, Auguſtus Phœbum: vnde verſus.

Impia dum Phœbi Cæſar mendacia ludit.

6 SED NEQVE A DIIS.] Illa ſententia ſcripta a Paganis, nobis Chriſtianis oculos configit. Seneca epiſtol. 10. *Nihil Deum roges, niſi rogare poſſis palam: nunc enim quanta dementia eſt hominum? Turpiſſima vota Dijs inſuſurrant: Si quis admouerit aurem, conticeſcent: & quod ſcire homines nolunt, Deo narrant. Vide ergo ne hoc præcipi ſalubriter poſſit. Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat: ſic loquere cum Deo, tanquam homines audiant.* Et Tertullianus vno verbo: *Cum memoria Dei præceptorum, ſtruendas eſſe petitiones, ne quantum a præceptis, tantum ab auribus Dei longe ſimus.* Eleganter certe Plautus in Amphitr.

Dij honeſte & iuſte precandi.

Authores pagani.

Quid apud Chriſtianos?

Vno verbo Tertullian.

Iuſte ab iuſtis, iuſtus ſum orator datus,
Nam iniuſta a iuſtis impetrare non decet.
Iuſta autem ab iniuſtis petere, inſipientia eſt:
Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent.

Plauti aurea ſententia.

Quod non tantum apud Deum inualuit, ſed & apud homines probos; apud quos iniuſta petere, ſumma impudentia. Tradit Fulgoſius lib. 1. cap. 6. in Vulcanali colle iuxta Agrigentum viridia ligna quæ aræ ſuperimponebantur, ſi preces iuſtæ eſſent, ſponte ignem concipere; ſi iniquæ, nullum ſignum ignis concipiendi edere. Auguſtus apud Suet. 42. *Non promiſſum flagitanti turpitudinem & impudentiam edicto exprobrauit.* Et ſic Plinius in præfat. ad Veſpaſianum. *Inde illud nobile M. Ciceronis ſuſpirium: O te fœlicem, Marce Porci, a quo rem improbam petere nemo auderet.* Nam iniuſta petitio moleſta eſt oratio & importuna.

7 FRAVDIS SVB IVDICE DAMNAVISSET.] Lego, *ſub indice.* Et *index eſt, qui alicuius facinoris, cuius ipſe ſit particeps, & conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita.* Aſcon. in Ver. Illa autem impunitas, *indicium* dicebatur, quod aliquando præſenti, vel promiſſa pecunia ſtipulabatur. Vlpianus L. 4. de condit. ob turpem cauſam. *Si tibi indicium dedero, vt fugitiuum meum indices, vel furem rerum mearum, non poterit repeti quod datum eſt.* Nam præconibus indicia ſoluebantur. Paul. 1. ſent. tit. 31. *Ob indicium comprehendendi furis præmium promiſſum.* Apul. *Indicinam* vocat lib. 7. & de ea eſt L. 15. de præſcrip. verbis. D. Sic idem Apul. 6. *Conueniat Mercurium prædicatorem, accepturus ab ipſa Venere ſeptem ſuauia.* Et Plaut. in Mercat.

Tacitus correctus.

Quid Index.

Certum eſt præconem iubere iam quantum eſt conducier
Qui illam inueſtigent, inueniant.

Dicitur Græcis ἀναφορὰ, Latinis, *Notoria indicatio.* Non prætereo quod habebant patroni in libertos, & libertas (qualis erat illa Annia Rufilla Ceſtij liberta) aliquam coercitionem, L. 7. ad S. C. Syllan. & præfectus vrbi, etiam iuriſdictionem habebat inter libertos & patronos, cum ſcilicet patroni querebantur ſe contemptos a libertis, L. 1. §. cum pater. de offic. præt. & in prouincijs præſides. Sed hæc poſt tempora Tiberij. Fuit autem Romæ priuata iuriſdictio patris in filios, patris famil. in ſeruos, mariti in vxorem, patroni in libertum. Quibus vinculis Roma viguit; ſed diſſolutis, diſſoluta abijt ciuitatis diſciplina, cum qua ruit.

Iuriſdictio patroni in libertos.

Domini in ſeruos.

Patris famil. in filios.

Mariti in vxorem.

Præfectus vrbi index inter ſeruos & patronos.

Ius experiri.

8 IVS EXPERIRI.] Id eſt, apud iudices agere. Sic Paulus L. 1. de in iùs vocando. D. & Cicero pro Cæcinna. *Homines inermes, qui ad constitutum iuris experiundi gratia veniſſent.* Et *experiri ius*, eſt; pati; vt de re controuerſa iudex cognoſcat. Nam Nonius Marcellus. *Experiri; pati eſt.* Virgil. 9.

—— Experto credite quantus
In clypeum inſurgat, quo turbine torqueat haſtam.

Id eſt paſſo.

Publica cuſtodia carcer.

9 PVBLICA CVSTODIA.] De qua dixi ſupra, vbi de militari cuſtodia. Apuleius libr. 6. Metamorphoſ. *Plane ſeruum eius ibidem in hoſpitio repertum, ſcelerum conſiliorumque ſeruilium, futurum indicem, per magiſtratus in publicam cuſtodiam receptum*: id eſt in carcerem. Et Cicero ad Q. fratrem. *In cuſtodiam tradit ſed an in publicam, an in piſtrinum, non dixit.* Cuſtodelam pro *cuſtodiam* dicebant antiqui, & *cuſtoditionem* pro opera cuſtodiæ.

Et Conſidius Æquus, & Cælius Curſor equites Roman. quod fictis maieſtatis criminibus [1] Magium Cæcilianum prætorem petiuiſſent, autore principe, ac decreto Senatus puniti. Vtrunque in laudem Druſi trahebatur: ab eo in vrbe inter cœtus & ſermones hominum obuerſante, ſecreta patris mitigari. Neque luxus in iuuene adeo diſplicebat. huc potius intenderet, [2] diem [* ædificationibus,] [3] noctem conuiuijs traheret, quam ſolus & nullis voluptatibus auocatus mœſtam vigilantiam, & malas curas exerceret. Non enim Tiberius, non accuſatores fatiſcebant. Et Ancharius Priſcus Cæſium Cordum proconſulem Cretæ poſtulauerat repetundis, addito maieſtatis crimine, quod tum omnium accuſationum complementum erat. Cæſar Antiſtium Veterem e primoribus [4] Macedoniæ abſolutum adulterij, increpitis iudicibus, ad dicendam maieſtatis cauſam retraxit, vt turbidum, & Rheſcuporidis conſilijs permiſtum, qua tempeſtate Cotye fratre interfecto, bellum aduerſus nos voluerat. Igitur aqua & igni interdictum reo, adpoſitumque vt teneretur inſula; neque Macedoniæ neque Thraciæ opportuna. Nam Thracia diuiſo imperio in Rœmetalcen & liberos Cotyis, * quis ob infantiam tutor erat Trebellienus Rufus, inſolentia noſtri diſcors agebat, neque minus Rhœmetalcen, quam Trebellienum [5] incuſans, popularium iniurias inultas ſinere. [6] Cœlaletæ, [7] Odruſæque, [8] & alij, validæ nationes, arma cepere, ducibus diuerſis, & paribus inter ſe per ignobilitatem: quæ cauſa fuit, ne in bellum atrox coaleſcerent. Pars turbant præſentia, alij [9] montem Hæmum tranſgrediuntur, vt remotos populos concirent. Plurimi ac maxime compoſiti regem, [10] vrbemque Philippopolim a [11] Macedone Philippo ſitam, circumſidunt. Quæ vbi cognita [12] P. Velleio (is proximum exercitum præſidebat) alarios equites ac * leuis cohortium mittit in eos, qui [13] prædabundi, aut adſumendis auxilijs vagabantur. Ipſe robur peditum ad exoluendum obſidium ducit. [14] Simulque cuncta proſpere acta, cæſis populatoribus, & diſſenſione orta apud obſidentes; regiſque opportuna eruptione, & aduentu legionis. Neque aciem aut prælium dici decuerit, in quo ſemermes ac palantes trucidati ſunt, ſine noſtro ſanguine.

Margin: *Iuueni principi quædam concedenda, vt peiora vitet.* — * ludis & factionibus, — * queis — * leueis

Magius nomen Romanum.

1 MAGIVM CÆCILIANVM.] Romanum nomen. Cicero 4. famil. *Magium ſeipſum interfeciſſe.* Et 13. ad Attic. epiſtola, Commodum. *Nunc vero cum Magio conſtet.* Et in antiqua inſcriptione. L. MAGIVS. SIBI. TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT. A Magis forte dicti, qui apud Aſſyrios magna in fama ob aſtrorum peritiam.

2 DIEM ÆDIFICATIONIBVS.] Lego, *diem ludis & factionibus, noctem conuiuijs, traheret*: ludis, in theatro; factionibus, in amphitheatro; conuiuijs, domi. pro quibus *ædificationibus* finxerunt. Nam carnificinæ gladiatorum amantiſſimus Druſus, quam heic vocat *ludos*. Et ſane ſanguis fuſus, ludus paganis. Sic de Traiano Dio. *In theatrum gladiatores inducit:*

ducit, & in certamen compoſiti. His enim magnopere delectabantur. Dixit autem noſter, *vili ſanguine nimis gaudens*, id eſt, gladiatorum ſanguine quo nihil vilius. Ideo Druſiani gladij acutiſſimi dicti. Dio libr. 57. Qui Druſum vocat *hominem impuriſſimum, & extremæ ſæuitiæ.* Quia cæde gauderet, qua maculabatur aſſidue. Dixi iam de factionibus libro 1. in fine: de ludis vero gladiatorijs, multa apud Tacitum & apud authores reperias. qui fiebant in amphitheatro, in quo *ferrum, aut culter, id eſt gladiator, aut venator* exercebatur. Factiones autem accipio hiſtrionum, quæ in theatro, & quæ in Circo inter aurigas frequentes, praſinorum, venetorum, & aliorum agitatorum, quorum inſaniebat amore Druſus, vt poſtea Nero, cui non omnino diſpar. Et ſane talium factionum Nero flabellum fuit, aut tuba potius. De Druſo vero, Dio lib. 57. in hunc ſenſum, *Intantum deditus hiſtrionibus, vt eos ad tumultuandum legeſque Tiberij de eis latas detrectandum concitauerit.* Fuit autem quidam qui legeret *cædificationibus* (id eſt *faciendis cædibus*,) *curam impenderet*, vt *munificem* dicunt Iuriſconſulti, qui munera facit, & exhibet. L. 18. de verb. ſignif. *ſignificem*, qui ſigna & ſtatuas. Apuleius de Deo Socratis. Et ad eius imitationem Sidonius Apollin. Et *ædificem* apud Tertullian. qui ædes faciat. Ad quorum imitationem potuit fingi *cædifex*. Sed alia Taciti oratio, quam exſcriptor corrupit.

Signifex. *Ædifex.*

Romani ad diurnam ſtellam potantes.

3 Noctem conviviis.] Quod tritum apud Romanos. Plautus in Menæch.

Mihi, tibi, atque illi iubebo iam apparari prandium,
Inde vſque ad diurnam ſtellam matutinam potabimus.

Iudæi a mane ad veſperam. *Romani etiā ad mediam noctem tantum.* *Teſtimonia.*

Iudæi temperantiores, tantum a mane ad veſperam. Nam Eſaias 5. *Væ qui conſurgitis mane, ad ſectandam ebrietatem, & potandum vſque ad veſperam.* Romani interdum ad mediam noctem, & ad lucem interdum. Propertius.

Irradiat medios in mea vina dies.

Prudentius in pugna Luxuriæ.

Et tum peruigilem ructabat marcida cœnam
Sub lucem: quia forte iacens ad fercula, raucos
Audierat lituos.

Suetonius in Claudio cap. 28. *Epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat.* Quod dicunt eſſe tempeſtiuum conuiuium. Nos alibi tractabimus. Quintil. noua declam. 260. *Ductus æqualitate*, (id eſt *ductus ab æqualibus & ſocijs*) *iſte iniit paulo tempeſtiuiora conuiuia.* Iuuenalis de Mario.

Tempeſtiuum conuiuium. *Pocula ab octaua hora.*

Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur Dis
Iratis.

Quod ſuſtulit Adrianus, inquit Spartianus, *Ante octauam, ait, horam in publico neminem niſi ægrum lauari paſſus eſt.* At lauatio inter cœnæ anteambulones. Seneca de breuit. vitæ. *Non ſunt illi longi dies, ſed inuiſi: At contra; quam exiguæ noctes videntur, quas in complexu ſcortorum aut vino exigunt!* Idem libr. 4. nat. quæſt. *Quæ huius rei cauſæ ſunt, niſi inteſtinum malum, & luxu corrupta præcordia, quibus nullum interuallum, quo interquieſcerent, datum eſt, ſed prandia cœnis vſque in lucem productis, ingeſta ſunt, & diſtentos copia ferculorum, ac varietate, comiſſatio altius merſit.* Plinius libr. 15. cap. 21. de ebrijs. *Solem orientem non vident, & minus diu viuent*, (lego *viuunt*.) Cicero in Piſonem ait, *nunquam vidit Solem orientem, & occidentem.* quia ſcilicet luminibus & animo, præ vino caligaret, vel quia Sole oriente dormiret, occidente diſcumberet. Sic Seuerus Sulpit. 1. de miracul. D. Martini, vbi loquitur de duobus monachis quos Temperantia Chriſtiana aluerat. *Vnum eorum ſol nunquam vidit epulantem, alterum nunquam iratum.* Plinius autem eodem loco tangit hoc vitium Druſi. *Non aliter Druſus*, inquit, *Cæſar, regeneraſſe patrem Tiberium ferebatur*: loquitur de vinolentia. Et exiſtimo medicum illum maxime gratum fuiſſe Tiberio, de quo Plutarchus in hoc ſenſu. *Is Druſus medicum habebat, qui cum bina ante potum amygdala manducaſſet, omnes poculis ſuperabat in comiſſationibus. Cum aliquando deprenſus ſine amygdalis fuiſſet, ne pauxillum quidem bibere valuit.* Et hoc Plinius alicubi memorat, firmatque iſtud factum notabile magis, quam imitabile. Non abſiſto, ſed pono iſtum Lucillij ex Satyris panniculum aduerſus gumias & guloſos.

Prandia cœnis & cœnæ comiſſationibus admixta ad primum Solem. *Helluones Solem orientem, nec occidentem vident.* *Cur ita.* *Medicus Druſi ingens potator.* *Amygdala ebrietatem comprimentia.*

O Lapathe, vt iactere, neceſſe eſt cognitu' qui ſis.
In quo Lælius' clamores ſophos ille ſolebat
Edere, compellans gumias ex ordine noſtros,
O Publi, o Gurges, Galloni, & homo miſer (inquit,)
Cœnaſti in vita nunquam bene: cum omnia in iſta
Conſumis ſquilla atque acipenſere cum decumano.
Lælius præclare & recte Sophos, illaque vere.

4 Macedoniæ.] Florus 1. bello Maced. *Affectator quondam imperij populus.* Nam vt Carthaginenſes, ſic Macedones orbis imperium ambiuerunt. Quod tenuerunt ſub Alexandro: At Pœni, licet ſub Hannibale, ad Pœnos orbis imperium inclinaret: conuenit tamen inter eos, vt tertio bello a Romanis vincerentur.

5. Incusans.] Forte *incuſabant*, quamuis excuſa poſſit tolerari. Et exſcriptorem terruit & deterruit a vera lectione, quod eſſet ſcriptum, *Thracia incuſabant.* Sed Taciti mos eſt, vt ſupra. *Senatus ſæpiſſime expoſtulantes.* & libro 1. *Iuuentus pontem cœptantes arcebant.* Quod vt Tacito peruium, ita Salluſtio & Liuio vſitatiſſimum.

6 Coelaletæ.] Celletæ Plinio libro 4. cap. 11. per ſyncopen ita dicti, vt alijs authoribus Cœllaletæ. Et ita Autololi, qui alijs Autoli, multique alij populi.

Odryſij Thraces.

7 Odrusæque.] Odryſij apud Poetas ſæpe pro Thracibus, pars pro toto. 2. in Ruffin. Claudian.

Da caput Odryſiis truncum, mereantur Achiui.

Et idem de bello Getico.

—— Nil profuit Hæmus
Odryſius.

Quorum potentia, ad Euxinum pontum vſque protenſa, Thucydide authore etiam nunc memoratur.

Tacitus correctus.

8 Et alii.] Lego *Abij*, qui in radicibus Hæmi montis. nec fruſtra: nam etiam

ſuperaſſe Hæmum memorat noſter, quo aliæ nationes ad bellum traherentur. *Gens optima*, Straboni 3. Geograph. *hominesque probi. qui ſpreto auro, aurique commercio, agriculturam exercebant, nec vicinis nationibus miſcebantur.* Stephanus ait, populos eſſe Thraciæ, ad Abianum amnem. Et idem Strabo interpretatur, *Abios duri victus homines*, l. 7. atque Homerum γαλακτοφάγους appellare, & mortalium iuſtiſſimos fuiſſe. quod ſupra omnes titulos.

Ab Abiano amne.

8 Diversis et paribus.] Lubenter legerem: *Ducibus diuerſis, ſed paribus inter ſe per ignobilitatem.* Et forte tranſpoſitio eſt. Cæterum vt (*S*) in fine verbi, & dictio, *Et*, ſequitur, lege pro *Sed.* ſic ſolent manuſcripti.

9 Montem Hæmum.] Qui, vt aiunt, a ſanguine Gigantum fuſo dictus. Nam ſanguis αἷμα, apud Græcos. Et ibi cæſos Gigantes memorant. Scricchius Rodornus 2. Memoriar. ſcribit fuiſſe homines Gigãtes quondam corpore proceriſſimos, vt ſcribitur Numer. 13. 35. & Amos 2. & 9. fortes, veloces & rei bellicæ peritiſſimos. Fuiſſe etiam cunctorum metum, & odium. Viri tamen dicuntur in Biblijs ſibi confidentes, qui ſe ſupra reliquos homines eſſe putant & Deos. Etiam latrones audaciſſimos & arrogantiſſimos, de quibus Ouid. 1. Metamorphoſ.

Hos pater vt ſumma vidit Saturnius arce,
Ingemuit.

crebriſque fulgurum ictibus peremit. Inde mons Hæmus a ſanguine Gigantum quo immaduit totus. D. Hieronymus. *Gigas quaſi γηγενής, id eſt Terrigena, aut terra genitus. Raphaim vocantur ab Hebræis.* Et vere terra geniti, qui ſunt *robur ſine prudentia*, vt noſter dicebat de Iuuene Agrippa libro primo. Gigantes enim fuiſſe olim patet ex Biblijs. Deuteron. 2. *Terra Gigantum reputata eſt, & in ipſa olim habitauerunt Gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomin. Populus multus, & magnus; & proceræ longitudinis.* Et eodem. *De Enacim ſtirpe, vt quaſi Gigantes crederentur.* Et c. 3. eodem. *Solus Og reſliterat de ſtirpe Gigantum. Monſtratur lectus eius ferreus qui eſt in Rabath filiorum Ammon. nouem cubitos habet longitudinis & quatuor altitudinis, ad menſuram cubiti virilis manus.* Et addit: *Terra Bazan, terra Gigantum.* Homer. 7. Odyſſ. principio, ſcribit Eurymedontem Peribœæ patrem ſuperbis Gigantibus imperitaſſe, quos agreſtes vocat gentes & ἄγρια φῦλα Γιγάντων. Sed Lucillius egregie de Homero.

Multa homines portenta in Homero verſificata
Monſtra putant, quorum in primis Polyphemu' ducentos
Cyclops longu' pedes, & porco huic manu bacillum,
Quam malus naui, in corbita maximus illa.

Et Plinius de ætate Claudij imperat. *Proceriſſimum hominem ætas noſtra Diuo Claudio principe Gabbaram nomine ex Arabia aduectum IX. pedum & totidem vnciarum vidit.* Idem eodem. *In Creta terræ motu rupto monte inuentum eſt corpus ſtans 46. cubitorum, quod alij Orionis, alij Oti fuiſſe arbitrãtur. Oreſtis corpus oraculi iuſſu refoſſum 7. cubitorum fuiſſe monumentis creditur.* Virg. ergo Georg. 3. de Hæmo qui a ſanguine dictus, ſic ſcribit.

—— Bis ſanguine noſtro
Æmathiam, & latos Hæmi pingueſcere campos.

Lucanus 10.

Audax Theſſalia, quæ nuper rupe ſub Hæmi,
Heſperiæ cunctos proceres, acremque Senatus,
Pompeiumque ducem, cauſa ſperare vetante,
Non timuit.

Hunc montem, adeo altum ſcribit Polybius, vt vtrumque mare, ab eius culmine conſpici poſſit. Et quidam interpretabatur vtrumque mare, Ægæum, & Adriaticum pelagus: quod falſum eſſe vere Strabo docet. Nam Adriaticum mare nimis diſtat: & Hungaria excelſa, viſum impedit. Sed puto eſſe Ponticum & Ægæum, & de ijs Polybium ſenſiſſe, ita vt immerito Polybium reprehendat Strabo in hac parte. Sed

Duo maria ſpectane.

Id eſt Ægæum & Ponticum. Ita Polybius cenſet.

Strabo de Ægæo & Adriatico cenſet intellexiſſe: & reprehendit, ſed immerito.

Cædimus, inque vicem plagis conſumimus hoſtem.

10 Vrbemque Philippopolim. A Philippo Macedone conditam, patre Alexandri, cum antea *Poneropolis* diceretur: Poſtea a ſitu *Trimontium* dicta. Plinius libro 4. cap. 11. Non eſt illa, quæ celebris fuit clade Bruti, & de qua Ouidius 15. Metamorphoſ.

Æmathijque iterum madefient cæde Philippi.

Et Horat. 2. epiſt. ad Iul. Florum.

Vnde ſimul primum me dimiſere Philippi.

Quippe hæc *Philippi* dicta, illa *Philippopolis.* hæc in Theſſalia, illa in Thracia ſita. De Philippis dixit Florus. *Philippicis campis, vbi imperij generis humani fata commiſſa ſunt. Nunquam vllo loco tantum virium Populo Romano, tantum dignitatis, fortuna vidit. Hi ſunt campi, quibus victa virtus, ſub fortuna concidit.* Eleganter, & vere. De Philippopoli, locus eſt in Actis Apoſtol. cap. 16. quæ in Macedonia ad Stridonem fluuium. *Nauigantes a Troade recto curſu venimus Samothraciam, ſequenti die Neapolim, & inde Philippos, quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas, colonia.*

11 Macedone Philippo.] Quem Iuuenalis *pallidum* vocat hoc verſu.

Philippus Macedo.

Adde & Baſcandas, & mille eſcaria, multum
Cælati, biberat quo pallidus emptor Olynthi.

Lego *pallidus*, quia fugiens impalluit: vnde Alcmonis in eum verſus ex Plutar. in vita Alexandri. Et eſt *Philippus Macedo*, quod notat vetus interpres, *princeps ingens, ſed ira ſua minor, quæ Demoſtheni lethum dederit.* Claudian. de illo in bello Getico.

Pallidus.

Et ira ſua minor.

Nequicquam Æmathiam pepulit ſpes vana Philippum,
Vt velut afflictos ferro tentaret inerti.

Seneca pater vocat illum *carnificem Græciæ* 10. Controuerſ. 5. nam nemo tam crudeliter Græcos tractauit atque Philippus. Huic vni dedit natura, vt Alexandrum Macedonem gigneret dominum & domitorem orbis.

12 P. Velleio.] Suſpicor fratrem fuiſſe Velleij Paterculi: quippe ſe, & fratrem memorat Tiberio chariſſimos, & ab Auguſto ad Præturam nominatos. Scriptor enim, Caius nominabatur, & auus Caius. Et, puto, etiam pater, qui ſe interfecit, quod iam ſenex, & graui ætate, & corpore, Druſum ſe-

Publius Velleius.

Frater forte Velleij Patercul.

qui

qui non poſſet, digreſſum Neapoli, & Bruti partes ſequentem. Tamen, qui ſecus ſenſerit, iniuriam mihi non fecerit.

13 PRÆDABUNDI, AUT ADSUMENDIS AUXILIIS VAGABANTUR.] Quæ ex ſuperioribus authoris verbis intelligi debent. Nam dixit ſupra. *Pars turbant præſentia*, id eſt ea, quæ habebant ad manum, & quibus inhærebant. *Alij montem Hæmum tranſgrediuntur vt remotos populos conciteni.* Et præſentibus, opponit remotos populos, pro more ſuo. Sic eſt turbidorum ingenium, vt proxima, & remotiora, & omnia ſi queant ſubleuent.

14 SIMULQUE.] Aut ego fallor, aut legendum, *Suntque cuncta proſpere acta*, quia literarum vicinitate decepti.

[1] Eodem anno Galliarum ciuitates ob magnitudinẽ æris alieni rebellionem cœptauere: cuius extimulator acerrimus [2] inter Treueros [3] * Iulius Florus, [4] apud Æduos Iulius Sacrouir. Nobilitas ambobus, & maiorum bona facta, eoque [5] Romana ciuitas olim data, cum id rarum, nec niſi virtuti pretium eſſet. Ii ſecretis conloquijs, ferociſſimo quoque adſumpto, aut quibus ob egeſtatem, ac metum ex flagitijs maxima peccandi neceſſitudo, [6] componunt Florus Belgas, Sacrouir propiores [7] Gallos concire. Igitur per conciliabula & cœtus ſeditioſa diſſerebant, de continuatione tributorum, grauitate fœnoris, ſæuitia ac ſuperbia præſidentium: & diſcordare militem audito Germanici exitio: egregium reſumendæ libertati tempus, [8] ſi ipſi florentes, quam inops Italia, quam imbellis vrbana plebes, nihil validum in exercitibus, niſi quod externum, cogitarent. Haud ferme vlla ciuitas intacta ſeminibus eius motus fuit. Sed erupere primi [9] Andecaui, ac [10] Turonij. Quorum Andecauos [11] Acilius Auiola legatus excita cohorte, quæ Lugduni præſidium agitabat, coërcuit. Turonij legionario milite, quem [12] Viſellius Varro inferioris Germaniæ legatus miſerat, oppreſſi, eodem Auiola duce, & quibuſdam Galliarum primoribus, qui tulere auxilium, quo diſſimularent defectionem, [13] magiſque in tempore efferrent. Spectatus & Sacrouir intecto capite pugnam pro Romanis ciens, oſtentandæ, vt ferebat, virtutis. Sed captiui, ne inceſſeretur telis, adgnoſcendum ſe præbuiſſe arguebant. Conſultus ſuper eo Tiberius aſpernatus eſt indicium, aluitque dubitatione bellum.

*Iulus Florus.

1 GALLIARUM.] Quarum encomium iſtud apud Solinum. *Galliæ fœlices prouentibus pecorum, & omnem ad vſum, omni animantium fœtu beatiſſimæ.* fœliciores tamen ingeniorum prouentu quæ habuit, & copioſiſſima, & elegantiſſima ſemper. Sed quia nullum eſt aurum tam putum quod ſcoria vacare poſſit: Dio ita de Gallis libr. 39. Hiſtor. *Inconſulto omnes Galli ad quaſcumque res cupiditate feruntur. ita neque audaciæ, neque timoris modum ſciunt: ſed ab audacia in ſubitum metum & a metu in temerariam audaciam.* Sed aliter Vopiſcus de Saturnino. *Saturninus oriundus fuit Gallijs ex gente hominum inquietiſſima, & auida ſemper vel faciendi principis, vel imperij.* At hæc de priſcis Gallijs, alioqui magnarum virtutum conſcijs. *Dites Gallias* vocat noſter, *ſed imbelles.* Credo his temporibus, quibus effœta earum virtus. Tamen ipſa Roma Gallorum virtuti pæne ſuccubuit, nec Pœnus tam valido pede contriuit. Cicero de Prou. Conſul. *Nemo ſapienter de Rep. noſtra cogitauit, iam inde a principio noſtri imperij, quin Galliam maxime timendam huic imperio putaret.* Et robur Gallorum memorat idem de aruſp. reſp. *Nos*, inquit, *numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec caliditate Pœnos, nec artibus Græcos.* Sic 4. Carm. Horatius.

Te non pauentis funera Galliæ.

Nam Gallos olim, nec cœli tonantis crepitus, nec terræ motus, nec maris fluctus terruerunt. Ariſtot. 3. de moribus ad Nicomachum. Ideo Poeta Latinus dixit:

—— ſternet Pœnos Gallumque rebellem.

Non *imbellem.* Et noſter de moribus Germ. *Validiores olim Gallorum res fuiſſe ſummus authorum D. Iulius tradit: eoque credibile, etiam Gallos in Germaniam tranſgreſſos.* Strabo de Gallis libr. 5. *Vniuerſa natio Martis ſtudio & animorum gaudet impetu conſecrandæ pugnæ, alacritate integra.* Eorum ſoboles Alexandro dixit aliquando: *Nihil metuere ſe, præterquam ſi cœlum ruat.* Nam ab reliquo orbe ſua virtute tutos ſe arbitrabantur. Strabo lib. 7. Olim *Germanias inuictam gentem ceciderant*, ait Seneca de ira, 1. Cui poſtea per Francorum in Gallias

Galliarum laus a Solino.

irruptiones, iuncti fœliciter, & veluti *eadem in arbore congermaneſcentes*, magna rediuiuæ virtutis monumenta reliquerunt. Liuius libr. 8. facit T. Quintium, ita de Gallis loquentem. *Non me præterit (milites) omnium quæ Aſiam colunt gentium Gallos fama belli præſtare. Inter mitiſsimum genus hominum ferox natio peruagata, bello prope orbem terrarum ſedem cœpit. Procera corpora, promiſſæ & rutilatæ comæ. Vaſta ſcuta, prælongi gladij: Ad hæc cantus ineuntium prælium & vlulatus, & tripudia, & quatientium ſcuta in patrium quendam morem: horrendus armorum ſtrepitus; omnia de induſtria compoſita ad terrorem.* Nam Franci à Germanis, *quibus*, dicebat vetus author Seneca, *quid animoſius? quid ad incurſum acrius? quid armorum cupidius? quibus innaſcuntur, innutriunturque, & quorum vnica illis cura eſt, in alia negligens. Quid induratius ad omnem patientiam? vt quibus magna ex parte, non tegumenta corporum prouiſa ſunt, non ſuffugia aduerſus perpetuum cœli rigorem.* Ex his duobus populis Francogallia, cuius gens, totum Orientem magno terrore perculit: perculſura etiam poſthac, ſi auitæ virtuti hæreat, nec temporum cedat nequitijs.

Laus Germania a Seneca.

2 INTER TREVIROS.] De his Cicero ad Trebatium ludit ambigue: *Treuiros vites cenſeo Audio capitales eſſe.* Loquitur enim de Treuirenſi ciuitate, quæ tum hoſtis P. R. ideo *capitalem* vocat: ſed iſta occulit ſub nomine Triumuirum Capitalium, qui Romæ gerebant magiſtratum, & de criminibus cognoſcebant. Ei vero Auſonius inter claras vrbes locum dedit non immerito. Nam aut illa, aut nulla, iſto elogio digna.

Treuiri capitales.

3 IVLIVS FLORVS.] Is eſt, ad quem ſæpe Horatius ſcribit, & de quo ita libr. epiſtol. 2.

Flore bono claroque fidelis amice Neroni.

Cui data erat ciuitas Romana: nam ille Treuir. Sed vt eſt Barbarorum leuis & mobilis animus, illam ſcidit amicitiam, & ex amico factus hoſtis eſt, vt Arminius, vt Segimundus Segeſtis filius, multique alij Romanis armis eruditi, qui poſtea deſciuerunt. Me mouent, quod contemporanei Horatio, quod litterati, quod Auguſtum ſequentes. Et alia epiſtola ſcribit:

Iuli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Auguſti priuignus, ſcire laboro.

Et loquitur de Tiberio.

4 APVD ÆDVOS.] Qui *Æduſii* Stephano, & de quibus Cæſar in commentarijs belli Gallici fuſe. *Æduici* Auſonio, in Parentalibus.

Æduí dicti Stephano Æduſii.

Tarbellæ matris, patris & Æduici.

Sunt autem Ædui, Sequanorum populi inſignes, vt olim, & virtute memorabiles. Burgundos hodie vocamus.

5 ROMANA CIVITAS.] Olim *virtutis pretium*, ait Tacitus: quod eſt veriſſimum. Sic enim Q. Ennium ciuem fecit Q. Nobilior, qui cum patre ſuo in Ætolia militauerat. Cicero in Brutum. Sic Theophanem Mitylenæum Pompeius. Sic etiam Metellus Pius alios multos. Quod docet Cicero pro Archia Poeta. Iulius ipſe Cæſar, *omnibus medicinam profeſsis, & liberalium artium profeſſoribus ciuitatem dedit.* Sueton. cap. 42. Etiam *Alaudæ legioni vniuerſæ.* idem eodem. Sed quod virtuti prius datum, poſtea datum fauori & gratiæ, immo pecuniæ; quod turpe. Dio libro ſexageſimo ſcribit, *Claudium multis ciuitatem dediſſe, multis Meſſalinam vendidiſſe, & ſeruos eius.* Ideo ius illud, magno quondam honore donatum, poſtea pecunia venditum, viliſſimum factum. In Actis Apoſtol. cap. 22. centurio dicebat. *Ego multa ſumma hanc ciuitatem emi. Ego autem* (dicebat Diuus Paulus) *natus ſum.* Et Dio lib. 44. ait M. Antonium, poſt mortem Iulij Cæſaris, multis ciuitatem hanc vendidiſſe. Certe florente Rep. immo iam Auguſto Remp. calcante, data rarenter, vt ex ciue Romana & peregrino natus, non fieret ciuis Romanus, ſed peregrinus. Vlpianus tit. 5. fragm. Et Liuius lib. 3. *Eo die, L. Manilio Tuſculano, probantibus cunctis, ciuitas data eſt.* De Auguſto Suetonius ait. *Tamen quibuſdam vrbibus, ſi de populo Romano bene meruiſſent, aut Latinitatem, aut ciuitatem dabat Auguſtus.* cap. 47. Quod in Rep. locum habebat; nam ſocijs regibus, & ciuitatibus, ciuitas Romana pro præmio conceſſa eſt. Scribit Dio, *Auguſtum ſupremis ſuis mandaſſe, & libello ſcripſiſſe, ne ciuitatis ius paſsim daretur*, lib. 56. cum Cicero ſcripſiſſet pro Balbo, *Ex omnibus ciuitatibus, viam eſſe ad ciuitatem Romanam.* Et egregie Symmachus. *Ciuitas noſtra omnium ciuitatum parens facta eſt.* Sed poſtea, maximum illud donum, maxime viluit. Quippe Claudius omnibus Gallis dedit. Et tunc, vt ait Dio lib. 60. *parui adeo conſtabat, vt vitreis fragmentis comparari poſſet.* M. Philoſophus, poſtea conceſſit omnibus, qui ſub orbe Romano eſſent. Quod narrat Aurelius Victor. Et poſt eum Caracalla. L. in orbe Romano. de ſtatu hom. D. Noto autem nomina noua ſumpſiſſe, vbi fierent Romani ciues. Cicero famil. 13. epiſtola quæ incipit, *Caius. Nomen*, inquit, *Anieni conſecutus eſt, quod homine nullo plus eſt vſus, quam Flauo Anieno meo.* Et idem in epiſtola, cuius initium, *Cum Demetrio*, inquit: *Rogatu meo ciuitatem a Cæſare impetrauit; itaque nunc P. Cornelius vocatur.* Multa autem habebant priuilegia ciues Romani; ideoque ius ciuitatis auidius proſequebantur. Illaque priuilegia, *nulla lege adimi poterant, vbi parta ſemel*, vt ait Cicero pro Cæcina. Inuitus autem nemo poterat amittere, imo neque retinere, vt inquit idem pro Balbo. Primum enim liberi maxime fiebant. Nec illam libertatem perdere, niſi ad pretium participandum ſe venundari paterentur. Quod tractatur in iure, titulo de ingenuis. Deinde de eorum capite ſolus Populus Romanus iudicabat. Liuius l. 6. Nec virgis cædi aut torqueri poterant, aut ſecuri percuti, niſi Populo Romano iudice, idque comitijs centuriatis, ex L. Valeria, Horatia, & Porcia. Cicero pro Sextio. ſoli adlegi milites poterant legionibus Romanis: Soli vti toga, ſoli in vrbe honores habere; ſoli in poteſtate filios, & in eos ius vitæ, & necis, multaque alia quæ heic inſerere faſtidium eſt. Vt de foro Romano

Ciuitas Romana olim virtutis pretium.

Clariores Romani ciuitatem dabant magnis viris.

Ius ciuitatis fauore datum.

Poſtea pecunia.

Sub Auguſto datum rarius.

Niſi valde merentibus.

Ciuitatibus pro præmio ius ciuitatis.

Et Socijs & regibus.

Claudius dedit omnibus Gallis.

Et fragminibus vitreis conſtabat.

Philoſophus omnibus qui ſub orbe Romano.

Priuilegia ciuium magna.

Inuitus ciuitatem amittit nemo.

Maxima libertas in ciue Romano.

P. R. ſolus de capite ciuis iudicat:

Non virgis cædi, non ſecuri percuti ſine P. R. licentia.

Soli milites in Rom. legionib.

Ius vitæ & necis in liberos.

ro Romano quo vtebantur ciues. Nam vt ſcribit Cato de re Ruſt. *Ciuis Romanus manult in ſuo litigare foro, quam in alieno, & municipali.* Vis elogium ciuis Romani ab antiquo Poeta,

Ciue Romano nil cluit in vita rectius.

6 COMPONVNT.] Hæc verba, vt ait Cicero in Arato,

Contegit obſcurus circum præcordia veſper.

Tacitus correctus. *Componunt*, inquit noſter, *Florus Belgas, Sacrouir propiores Gallos concire.* Puto ita ſcriptum. *Ii ſecretis conloquijs ferociſſimos quoſque adſumptos, aut quibus ob egeſtatem, ac metum ex flagitijs maxima peccandi neceſſitudo, componunt.* Id eſt conglobant, & conglomerant, & in vnum congerunt. Et fixo puncto, incipio clauſulam. *Florus Belgas, Sacrouir propiores Gallos conciuere.*

7 GALLOS.] Senones ſcilicet; de quibus Florus, vbi de bello Gallico. Dixi ſupra.

8 SI IPSI FLORENTES.] Video verbum Taciti; ſed heic an corruptum, an alienum, vt autumant? Nam libr. 1. *Tiberij Caijque res florentibus ipſis ob metum falſæ.* & ſupra eodem. *C. Salluſtius rerum Romanarum florentiſſimus author.* Et vbi de Sabino. *Non vt cæteri, florentis domus amicus.* Sic Plautus in Menæch.

Solus benefactis tuis me florentem facis.

Taciti mens, non ſcriptura. Sed rem, & mentem Taciti an ſatis bene exprimit? Nam vult dicere: egregium tempus reſumendæ libertatis, ſi ipſi fortes, & alacres, & animoſi. Quod verbum, *florentes*, vt aiunt, non exprimit ſatis. legunt quidam, *ipſi flagrantes*, id eſt ardentes, & incipiunt clauſulam a verbis, *Quam inops Italia.* Tamen ne quid diſſimulem, ſtat ſatis, & ſtat bene ibi vbi eſt. Lucretius libro primo, florentes flammas dixit hoc verſu, pro ardentibus. Florentes flammæ, pro flagrãtes.

Bina lucernarum florentia lumina flammis.

Et Papinius 2. Theb.

—— arcano florentes igne ſmaragdos.

Sed quid ſi his locis *florentes*, pro *flagrantes* ſcriptum? Minime. Nam flos arborum gaudium eſt arborum & robur: & flos alacritas vini, cui contraria vappa eſt. Plinius lib. 15. & Cicero in Oratore, *florentes copijs militum.*

9 ANDECAVI.] Vbertate magnorum ingeniorum, & frugum prouentu, prouincia fœlix: de qua Cæſar comment. belli Gall. ſæpe. Et *Andes* ab eo dicuntur. Brito autem qui ſub Philippo Auguſto rege Franciæ vixit, Poeta certe non ineruditus, & præceptor Caroli, filij Philippi Auguſti regis, fratriſque Ludouici VIII. ita cecinit, de Andeganenſibus, & Turonibus Philippid. l. 12. quos iunxit, vt heic noſter. Andes vberrima ingeniorũ. Brito ſub Philippo Auguſto.

Andegauenſis eques, Turonique, & quiſquis ab vſque
Carnoto, laudis aliquid, vel honoris habebat.

Et idem libr. 8.

Pictauos, Turones ſibi ſubdat, & Andegauos.

Et hi tres iuncti verſu, vt ſunt contignatione regionum, Franciæ noſtræ, non inamœnæ partes, immo maxime commendabiles, & Ligeris ſola amœnitate diuiſi. Beatus Rhenanus ſcribit nomen Andegauorum extare, etiam hodie in Hercynio ſaltu, & nominari *Andegaſt*; Thermaſque Andegauicas optimas vulneribus ſanandis.

10 TVRONII.] Turonij Gallica Tempe, ob cœli temperiem, & amœnitatem ſoli. Quos idem Brito lib. 3. Philip. deſcribit his verſibus non inamœnis. Turoni Tempe Gallica.

Inde iter accelerat Turonis feſtinus in vrbem, Turonum deſcriptio.
Quam geminum nitida flumen circumfluit vnda:
Hinc Liger, inde Carus: medio ſedet inter vtrumque
Clara ſitu, ſpecioſa ſolo, iucunda fluentis;
Fertilis arboribus, vberrima fruge, ſuperba
Ciue, potens clero, populo numeroſa, referta
Diuitijs, lucis & vitibus vndique lucens.
Quam ſacroſancti præſentia corporis ornat
Præſulis eximij Martini: gloria cuius
Omnibus Eccleſiis ſummum decus accumulauit.

At corpus iſtud D. Martini, adeo veteribus Francis, & vere Chriſtianis venerandum, ciuili rabie, & improba Caluiniſtarum manu exuſtum eſt. quod horrendum omnibus pijs, impijs non iniucundum.

11 ACILIVS AVIOLA.] Qui ſub Claudio Conſul fuit, cum Aſinio Marcello, & quo Conſule obijt idem Claudius. Ideo *conſularem* eum Plinius vocat, vt Valerius libr. 7. cap. 32. atque viuum exuſtum. Sed eum ipſum non fuiſſe intendit vir magnus, quod eandem hiſtoriam ſcripſerit Valerius, qui ſub Tiberio vixit, & temporum eſſe putat ignorantiam. Ego vero eundem eſſe exiſtimo; primo, quod in Faſtis nullus alius Auiola Conſul illo æuo. Secundo, quod inter Tiberium & Neronem, ſub quo Auiola exuſtus eſt, tantummodo ſexdecim annorum ſpatium fuit. Potuit autem Valerius vixiſſe ad Neronem vſque. Sed objicient viuenti Tiberio ſua dedicaſſe. Volo: ſed eo mortuo potuit ſua auxiſſe, & Auiolæ exemplum adieciſſe. Plinius cum 10. librum naturalis hiſtoriæ ſcriberet, ait. *Cum hæc proderem, Agrippina coniux Claudij Cæſaris, turdum habuit imitantem ſermones hominum.* Et tamen lib. 7. ait, *Neronem toto principatu, hoſtem generis humani fuiſſe.* Quod oportuit addidiſſe poſt 10. librum ſcriptum, & poſt mortem Neronis. Ideoque poſt Agrippinæ necem. Nam ei Nero ſuperfuit. Multa poſſem aggerere de his qui poſt publicata volumina ea auxerunt: ſed ad Auiolam redeo. Seneca de Auiola mentionem facit in Ludo. *Quid actum ſit in cœlo Aſinio Marcello, & Acilio Auiola* COSS. *anno nono, initio ſæculi fœliciſſimi, volo memoriæ tradere.* Sint hæc non arguendi, ſed veri eruendi notæ. Cæterum Leopard. 9. cap. 2. narrat, Erim Armenium natione Pamphylium multis acceptis vulneribus ad decimum vſque diem inter mortuos relictum, & duodecimo ad ſepulturam illatum in rogo reuixiſſe, ac mira quædam ſibi viſa dum examinis iaceret, narraſſe. Quis ille Auiola. Idem de quo Valerius. Sub Claudio Conſul. Ratio prima, quod nullus alius Auiola in Faſtis. Secunda, quod inter Tiberium & Neronem tantum ſexdecim anni. Potuit auxiſſe librum poſt illum vulgatum. Seneca poſt Claudij mortem facit Auiolam Conſulem.

Varro Viſellius. Forte Varronis ſoboles doctiſſ. Roman.

12 Viſellivs Varro.] Qui Conſul poſtea ſub Tiberio, cum Sexto Cornelio. Cethego, & de quo noſter infra libro quarto. Varronis forſan ſoboles, quem *doctiſſimum Romanorum* dixit Cicero, & vere dixit.

13 Magisqve in tempore efferrent.] Id eſt augerent, diſſimulantes interim, dum ſe occaſio præberet exuendæ ſimulationis, & agendi palam. Nam a vulpe ad leonem fit progreſſus. *Fatuus ſtatim indicat iram ſuam; qui vero diſſimulat, ille callidus eſt.* Prou. 12. Et Homerus 1. Iliados facit principem recoquentem iras & effundentem vbi tempus daret & occaſio.

Interim Florus inſiſtere deſtinatis, pellicere alam equitum, quæ conſcripta Treueris, militia diſciplinaque [1] noſtra habebatur, vt [2] cæſis negotiatoribus Romanis bellum inciperet. Paucique equitum corrupti, plures in officio manſere.[3] Aliud vulgus obæratorum aut clientium arma cepit, petebantque ſaltus, quibus nomen [4] Arduenna, cum legiones vtroque ab exercitu, quas Viſellius, & C. Silius aduerſis itineribus obiecerant, arcuerunt. Præmiſſuſque cum delecta manu Iulius Indus e ciuitate eadem, diſcors Floro, & ob id nauandæ operæ auidior, inconditam multitudinem adhuc diſiecit. Florus incertis latebris victores fruſtratus, poſtremo viſis militibus, qui effugia inſederant, ſua manu cecidit. Iſque Treuerici tumultus finis. Apud Æduos maior moles exorta, quanto ciuitas opulentior, & [5] comprimendi procul præſidium.[6] Auguſtodunum caput gentis armatis cohortibus, Sacrouir occupauerat, [7] nobiliſſimam [8] Galliarum ſubolem liberalibus ſtudijs ibi operatam, vt eo pignore parentes propinquoſque eorum adiungeret. Simul arma occulte fabricata iuuentuti diſpertit. Quadraginta millia fuere, quinta ſui parte legionarijs armis, cæteri cum [9] venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela ſunt. Adduntur e ſeruitijs gladiaturæ deſtinati, quibus, more gentico, [10] continuum ferri tegimen [11] (Crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Augebantur hæ copiæ vicinarum ciuitatum vt nondum aperta conſenſione, ita viritim promptis ſtudijs, & certamine ducum Romanorum, quos inter ambigebatur, vtroque bellum ſibi poſcente: mox Varro inualidus ſenecta viginti Silio conceſſit.

1 Nostra habebatvr.] Tacitus Annal. 11. *Armis, equiſque in patrium noſtrum morem exercitus.* Nam auxiliares, & ſocij pleríque inſtructi armis Romanis. Silius libro 16.

—— veteres tribuere magiſtros
Militiæ, qui diſperſas ſine lege cateruas
Veſtro formarent ritu ad certamina Martis.

Romani fruſtrati dum Barbaros ſuam militiam docent.

Quod Romani vtile putauerunt, vt amœnioribus & ciuilioribus moribus inſtructi, barbari manſueſcerent, iiſque fierent coniunctiores. Sed in ea re vani: quippe ad ſuos reuerſi, vbi exuta manſuetudine, priſtinam vitam induerunt, artibus Romanis edocti, ſuam barbariem aduerſus arma Romana, Romana induſtria tutati ſunt: nec peiores & infeſtiores Armenijs, & Baſtonibus, vſquam ſunt experti Quirites, qui Romanam diſciplinam erant Romanis in caſtris aſſequuti.

2 Cæsis negotiatoribvs Rom. bellvm inciperet.] Quod fuit Barbaris frequens, non autem Romanis, qui nunquam, præterquam labante Rep. & vi ambitioſorum ciuium bellum geſſerunt, niſi denunciatum & indictum. Et lex erat, *Ne quis pro arbitrio bellum indiceret.* Quippe turbatus orbis poterat in Romanos ſtatim irruere. Dio 39. Sed Iulius Cæſar & Lucullus & Pompeius ſtimulante ambitione ſæpe bella ex bellis ſeuerunt. Vnde illud Dionis de Iulio Cæſare li. 39. *Maiori quam vllus vnquam imperator rerum gerendarum cupiditate flagrabat.* M. Tullius 3. offic. *C. Marius Q. Metallum criminatus eſt ad Populum R. quod bellum produceret.* Ritus autem belli indicendi memorantur a Liuio libro primo, vbi de clarigatione agit, deque flagrantis, & ferratæ haſtæ in hoſtium agros iniectione. Vide Macrobium etiam de inuocatione hoſtilium Deorum in Saturnal.

Quod

Quod Gentiles pleriſque principibus Chriſtianis iuſtiores arguit. Dixi autem morem fuiſſe barbaris incautos negotiatores Romanos aggredi. vere dixi; & Dio firmat. 55. *Nam Mithridates*, ait, *alteram Armeniam incurſans cæteraſque regiones, multos Romanorum ijs regionibus vagantes ex improuiſo ad ortos interficit, nonnullos prælio victos cædit; plæraque loca magna celeritate recipit.* Et notandum negotiatores iſtos ante caſtrorum portas ſua habuiſſe tabernacula, & extra pomerium caſtrorum. Ideoque barbari ab ijs bellum incipiebant.

3 Aliud vvlgvs.] Si aliud, vbi primum? vere Æolij vtres. Nam de primo, nihil noſter. ergo nec de ſecundo. Lego itaque. *Aliunde vulgus obæratorum, vt clientum* (non *aut clientum*) *arma cepit.* Nam ſi (*aut*) legas, in re certa ſequitur incertitudo. Idque in hiſtoria; quod magnum vitium eſt. Obærati autem tumultuum auidi, quo melius creditores euadant, aut rapinis diſſutas res ſuas reſarciant. Clientes autem accipio eos, qui patronorum iura exſoluere non poterant; iungitque obæratis, non inſuauiter. Quippe clientes, ſi patroni bello capti eſſent, tenebantur liberare; ſi filias pauperes reliquiſſent, eas elocare: Calendis Ianuarijs, & Saturnalibus, muneribus honorare. Aliaque multa ad venerationem iuris patronatus, & libertatis data, quæ æſtimari non poteſt.

Tacitus correctus.

Abſurditas lectionis excuſa.

Iura patronis a clientibus præſtita.

4 Ardvenna.] Hodie vocamus *Les Ardennes. Hercynium iugum* a Plinio, & *Hercynius ſaltus. Hercyniæ*, inquit, *ſiluæ roborum vaſtitas æuis & congenita mundo prope immortali ſorte miracula excedit.* libr. 16. cap. 2. hiſt. nat. Florus libr. 1. de bello Lat. *Idem nemus Aricinum, quod Hercynius ſaltus.* Et de bello Hetruſco. *Interim ſaltus in medio, ante inultus plane, quaſi Caledonius, vel Hercynius, adeo tunc terrori erat.* Sane Hercynia etiam hodie, non modo vetuſtate, ſed & arborum proceritate, & denſitate mirabilis, ſoluſque aſpectus terrorem habet.

Arduenna ſilua.

Nemus Aricinum.

Hercynius ſaltus.

5 Et comprimendi procvl præsidivm.] Intelligo quid velit; ſed verba non quadrant. Ait enim præſidium Romanum abfuiſſe longius ab Æduis, quod ille tumultus comprimeretur: Quippe Lugduni, aut in ripa Rheni, præſidium erat propinquius. At Auiola iam Lugdunenſe præſidium traxerat ad Arduennos ſaltus, aduerſus Iulium Florum. Ideoque vix tam cito comprimi poterat. Sed illa verba, *comprimendi procul præſidium*, non mihi ſatisfaciunt: ſuntq. Tacito inuſitata. Legerem lubenter, *comprimendis ijs procul præſidium.* Id eſt, longius erat præſidium quo comprimerentur. Sic dixit Salluſtius: *Metello procul agente, longa ſpes auxiliorum.* Et Apul. 2. Metamorphoſ. *Nec præſidis longinqua auxilia leuare ciuitatem tanta clade poſſunt.*

Tacitus correctus.

6 Avgvstodvnvm.] De quo Cæſar in Comment. belli Gallici ſæpe.

7 Nobilissimam.] Lego, *etiam nobiſſimam*, nam vltima ſyllaba verbi *compererat*, id ſonat. in manuſcriptis *at* pro *ac*, ſed exſcriptores repoſuere &c.

Iterum correctus.

8 Galliarvm sobolem liberalibvs stvdiis.] Ita interpretor verba D. Hieronymi ad Ruſt. monach. epiſtola 4. *Poſt ſtudia Galliarum*, inquit, *quæ vel florentiſſima ſunt, miſit Romam, non parcens ſumptibus, & abſentiam filij, ſpe ſuſtinens futurorum, vt vbertatem Gallici, nitoremque ſermonis grauitas Romana condiret.* Quod a Quintiliano deſumptum, qui iungendas Latinas Græcaſque literas præcipit, vt in Græcis quidquid duriuſculum, ac veluti barbarum eſt, Latinæ linguæ amœnitate ac dulcore temperetur. Ergo apud Æduos, florentiſſima Galliarum ſtudia, quæ etiam apud Maſſilienſes, de quibus dicam infra. Cæterum Sacrouir, barbaro more, ſibi oppignorauerat iuuentutem, Muſis operam nauantem: quod a noſtris Iuriſconſultis damnatur; præcipue apud Bartolum, in tractatu de Repræſalijs. Legi tamen apud Monſtreletium, Ludouicum XI. regem Francorum, nobiliores exterorum adoleſcentes, Pariſijs Nauarrico Gymnaſio litteris operam dantes pro pignore cepiſſe. Quod ſemel factum ſemper improbatum eſt. Et ita me pro iuribus Regijs patrocinante fuit iudicatum a Senatu Parienſi. Strabo libr. 4. de Gallis ait eos mercede collata præceptores alere, qui ſapientiam profiteantur, & φιλέλληνας nominat *Græcorumque ſtudioſos* quos imitabantur, pretioque ſibi vinciebant & aureis catenis. Claudianus itaque *doctos* vocat Gallos 4. Honorij conſulatus Panegyrico.

Gallia liberalibus ſtudijs florens.

Studentes pro pignore Sacrouiro.

Quod prohibitum de iure. Tamen Ludouicus XI. contra ius egit.

> *Illuſtri te prole Tagus, te Gallia doctis*
> *Ciuibus, & toto ſtipauit Roma Senatu.*

Et de Gallo Cato Cenſor 2. Originum: *Pleraque Gallia, artes duas induſtrioſiſſime perſequitur, rem militarem & argute loqui.* Inde dicta Satyr. Poetæ Gallia

> ——— *Nutricula cauſidicorum.*

Et ſane L. Plotium genuit M. Tullij præceptorem omnium Romanorum eloquentiſſimi. Sic enim Seneca 2. Controuerſ. in præfat. *Primus omnium Latinus Rhetor Romæ fuit puero Cicerone Plotius.* Et Cicero, (vt Suetonius narrat de Claris Rhetoribus,) ita ad Titinnium. *Equidem memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpiſſe L. Plotium quendam, ad quem cum fieret concurſus, & quod ſtudioſiſſimus quiſque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctiſſimorum virorum authoritate qui exiſtimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe.* Fuit etiam Gallus Votio Montanus, de quo Martial.

> *Docti patria Narbo Votieni.*

Sed & fuit Rufus, de quo Iuuenalis Satyra 7.

> *Sed Ruffum atque alios: cædit ſua quemque voluptas.*
> *Ruffum qui toties Ciceronem Allobroga dixit.*

Vbi Scholiaſtes. *Gallus*, inquit, *fuit, & valde diſertus.* M. etiam Antonius Gnipho fuit

Gallus vir magni ingenij & memoriæ ſingularis. Sed quomodo docti Galli cum *indociles* dicti ſint? Diuus Hieronymus ita reſpondet Prooemio 2. ad Galatas. *Non mirum eſt ſtultos, & ad intelligentiam tardiores Galatas appellatos, cum & Hilarius Latinæ eloquentiæ Rhodanus, Gallus ipſe & Pictauis natus in hymnorum carmine Gallos indociles vocet. Et quod nunc oratorum fertiles ſunt, non tam ad regionis diligentiam quàm ad Rhetoricum clamorem pertinet; Maxime cum Aquitania Græca ſe iactet origine, & Galatæ non de illa parte terrarum, ſed de ferocioribus Gallis ſint profecti.* Non prætereo Phauorinum Arelatenſem Adriani ſæculo mirabilem, & qui tria ſibi mirabilia contigiſſe dicebat; quod Gallus litteras Græcas didiciſſet; quod Eunuchus cauſam adulterij dixiſſet; & quod Cæſarum hoſtis longius vixiſſet. Cæteros qui addiderit, non commentarium ſed commentarios ediderit. Nec ſilendum tamen quod Ioannes Viterbienſis ſcribit Commentarijs in Beroſum. *Neque Galli a Græcis, ſed potius a Gallis Græcia & Aſia litteras & diſciplinas conſequutæ fuerunt.* Addo de Gabiniano Gallo homine, quod me Diuus Hieronymus docuit, eum eloquentiſſimum fuiſſe, quemque numerat cum Tullio & Quintiliano & Gallione. Præfat. 8. lib. in Eſaiam. Sed in claris Suetonij Grammaticis iſte ſol deliquium paſſus eſt, ſoloque indice D. Hieronymo memorabilis exiſtit hoc æuo.

9 VENABVLIS, ET CVLTRIS, QVÆQVE ALIA VENANTIBVS TELA SVNT.] *Lanceæ.* Vt ſunt lanceæ. Apuleius libr. 8. *Poſtremos poplites lancea feriens*: idque in venatione. Et *Venabulum.* paulo ſuperius. *Cape venabulum, ego ſumo lanceam.* loquitur de venatu. Item iacula: nam idem eodem. *Prior Neoptolemus, iaculum quod gerebat, inſuper dorſum beſtiæ contorſit.* *Arcus. Sagittæ.* Item arcus & ſagittæ. Virgil. 1. Æneid.

Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum,
Venatrix.

Et noſter infra de venatione Perſarum. *Pharetra telis onuſta.* Erant autem venabula, longiore & latiore ferro. Quod Martialis indicat, & a quo, velut æs alienum, ſumpſi. Nam inquit:

Venabula lato ferro.

Si directa geres longo venabula ferro,
Hic minus in grandem cominus ibit aprum.

Strabo tamen libr. 4. ait, *Armatura pro corporum proceritate æqualis. Gladius longus a dextro dependens latere: Clypeus longus, haſtæ ad proportionem, & Meris, peltæ genus eſt, id eſt iaculi. Arcubus etiam plerique vtuntur & fundis. Eſt & illis ſparo ſimilis fuſtis, qui manu, non phalarica iaculatur.*

10 CONTINVVM FERRI TEGIMEN.] Loricam Gallorum intelligit, quæ primum cum eſſet ex corio crudo, poſtea *bellica pectoralia ex ferro ſuccuderunt*, ait Varro 4. de ling. Lat. Sed ita, *vt tunicam haberent anellis ferreis contextam*, ait idem. Nos dicimus, *Cotte de mailles.* Qui vſus inualuit apud nos, ad hæc vſque tempora, & omnium principum, & nobilium imagines armatæ ſiue in ſepulchris poſitæ ſeu columnis ſtantes viſuntur in iſta toga. Non auſim tamen profiteri, inuentum eſſe Gallorum, quia etiam olim hic mos apud Orientales. Sic enim Machab. cap. 6. libro primo: *Adſtiterunt mille viri in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum.*

11 CRVPPELLARIOS.] Niſi exiſtimarem eſſe verbum vere Gallicum, quod verum eſt, ſed antiquiſſimum; putaſſem legendum *rupellarios*, quod quaſi rupes *impenetrabiles eſſent accipiendis ictibus*, vt ait noſter. nam adijcit, *Paulum moræ attulere ferrati, reſiſtentibus laminis.* quod de iſtis ferratis crupellarijs intelligitur. Et habet quid ſimile, quod Hiſt. 1. *Ferreis*, inquit, *laminis*, (loquitur de armatura Germanorum,) *aut præduro corio conſertum, vt aduerſus ictus impenetrabile, ita impetu hoſtium prouolutis, inhabile ad reſurgendum.* Plinius de his qui fortitudine præcellebant, lib. 7. cap. 20. *Vidimus Athanaſium nomine, prodigioſæ oſtentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurniſque quingentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi.* Quod certe mirabile. Putaui legendum aliquando *ſcrupedarios*, quod ita armati incederent ægre, & quaſi ſcrupis hærentes. Sed in iſta nocte, nec Luccius Iupiter aliquid luminis attulerit. Dominus Genebrardus Archiepiſcopus Aquenſis, de cuius pietate & doctrina tam in Græcis, & Hebræis, quam Latinis literis tota Gallia gloriatur; meam firmat ſententiam cum ſcribit Chronic. libr. 2. vbi de lingua Gallica. *Apud Antiquos ſcriptores multa extant vocabula quibus item hodie Galli & nulli alij vtuntur, vt Leuca, Beco, Crupellarius, Carra, Bracca, Baccinum, Soldurius: Apud Ammian. Marcellinum, Suetonium, Tacitum, Gregorium Turonenſem, Sidonium Apollinarem. Nam leucam Galli dicunt*, vne lieuë; *becum*, bec; *carram*, char; *braccam*, braye; *baccinum*, baſſin; *ſoldurium*, ſouldoyer ou ſoldat. De iſtis autem crupellarijs, aliud dicam alias: ſed quod Plautus ſcommate militari milites vocat *ferriteribaces* viros, quod ferrum tererent. Sed *ferrum terere*, & *ferratum eſſe*, diuerſa ſunt.

Crupellarij. *Rupellarij.* *Scrupedarij.*

At Romæ non Treueros modo & Æduos, ſed quatuor & ſexaginta Galliarum ciuitates deſciuiſſe, adſumptos in ſocietatem Germanos, dubias Hiſpanias, cuncta ('vt mos famæ) in maius credita. Optimus quiſque Reip. cura mœrebat, multi, odio præſentium & cupidine mutationis, ſuis quoque periculis, lætabantur: increpabantque Tiberium, quod in tanto rerum motu, libellis accuſatorum in-

inſumeret operam. *An Iulium Sacrouirum, maieſtatis crimine, reum in Senatu fore? extitiſſe tandem viros qui cruentas epiſtolas armis cohiberent: miſeram pacem vel bello bene mutari.* Tanto impenſius in ſecuritatem compoſitus, neque loco, neque vultu mutato, ſed, vt ſolitum, per illos dies egit: [2] altitudine animi, an compererat modica eſſe, & vulgatis leuiora? Interim Silius cum legionibus duabus incedens, præmiſſa auxiliari manu, vaſtat Sequanorum pagos, qui finium extremi, & Æduis contermini, ſocijque in armis erant. Mox Auguſtodunum petit propero agmine, certantibus inter ſe ſigniferis, fremente etiam gregario milite, ne[3] ſuetam requiem, ne ſpatia noctium opperiretur: viderent modo aduerſos, & aſpicerentur; id ſatis ad victoriam.

1 VT MOS FAMÆ, IN MAIVS CREDITA.] Papinius 4. Theb.

Fama pauorum matrix, & cumulatrix.

Accumulat crebros turbatrix fama pauores.

Et idem author, Hiſtor. l. 3. *Famam ingeminare acceptos rumores.* Qui mos fluuijs, idem eſt famæ. *Vires accreſcit eundo.*

Fama vires acquirit eundo.

2 ALTITVDINE ANIMI.] Legendum *altitudine an animi*, vel *altitudine animi, an quia compererat modica eſſe, & vulgatis leuiora?* Sic enim Tacitus ſolet, & vtriuſque non deſunt exépla apud noſtrum & authores. Apud Varronem li. 5. de ling. Lat. *Quintanæ an Septimatiæ ſunt futuræ.* Apud noſtrum lib. 2. *Metune inuidiæ, an ratus conſcientiam facti, ſatis eſſe?* & lib. 14. *Nihilne in Rep. clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur?* Et 12. *Socordiane Claudij an vinolentia?* lib. 11. *Adeo neminem*, pro *adeone neminem.*

Tacitus correctus.

3 NE SVETAM REQVIEM, NE SPATIA NOCTIVM.] Id eſt, ne in ea expeditione ratio vlla haberetur, & quietis militaris, & modi progrediendi militariter. Nam certus erat militibus modus iter faciendi, & certa milliaria, quibus exactis, quieſcebant. Dixi ſupra. Sed addo quod Plautus in Pſeudolo ait.

Tacitus explicatus.

Quin hinc comitamur gradibus militarijs?

Gradus militares.

Nam *horis quinque æſtiuis 20. milliaria conficiebant*, ait Vitruuius 1. libr. Sed vbi cupido, nec mora, nec requies.

3 Duodecimum apud lapidem Sacrouir, copiæque patentibus locis apparuere. In frontem ſtatuerat ferratos, in cornibus cohortes, a tergo ſemermos. Ipſe inter primores equo inſigni adire, memorare veteres Gallorum glorias, quæque Romanis aduerſa intuliſſent: quam decora victoribus libertas:[1] quanto intolerantior ſeruitus iterum victis? Non diu hæc, nec apud lætos. Etenim propinquabat legionum acies; inconditique, ac militiæ neſcij oppidani, neque[2] oculis, neque auribus ſatis competebant. Contra Silius, etſi præſumpta ſpes hortandi cauſas exemerat, clamitabat tamen, *pudendum ipſis, quod Germaniarum victores, aduerſum Gallos tanquam in hoſtem ducerentur. Vna nuper cohors rebellem Turonium, vna ala Treuerum, paucæ huius ipſius exercitus turmæ profligauere Sequanos. Quanto pecunia dites & voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Æduos[3] euincite, & fugientibus conſulite.* [4] Ingens ad ea clamor, & circumfudit[5] eques, frontemque pedites inuaſere. Nec cunctatum apud latera. Paulum moræ attulere ferrati,[6] * reſtantibus laminis aduerſum pila & gladios. Sed miles correptis ſecuribus & dolabris, vt ſi murum perrumperet, cædere tegmina, & corpora. Quidam trudibus, aut furcis inertem molem proſternere. Iacenteſque nullo ad reſurgendum niſu, quaſi exanimes linquebantur. Sacrouir primo Auguſtodunum, dein, metu deditionis, in villam propinquam cum fidiſſimis pergit. Illic ſua manu, reliqui mutuis ictibus occidere. Incenſa ſuper villa omnes cremauit.

* reſiſtentibus laminis

Tacitus correctus. *Ratio correctionis.*

1 QVANTO INTOLERANTIOR.] Huius loci ſenſus eſt, *Quantum decora libertas victoribus, tanto eſt intolerantior ſeruitus, præcipue iterum victis.* Opponit enim libertatem ſeruituti, & decus victoris, turpitudini victorum. Noſter plerumque ita finit ſuas exhortationes militares, vt libr. 1. *Quid aliud ſibi reliquum, quam tenere libertatem, aut mori ante ſeruitium?*

2 OCVLIS NEQVE AVRIBVS SATIS COMPETEBANT.] Sic Salluſtius: *Septimium, neque animo, neque lingua ſatis compotem.*

3 EVINCITE.] Hic locus puncto diſtinguendus, & ita legendus. *Quanto pecunia dites, & voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Æduos. Euincite, & fugientibus conſilite.* Nam in fugientem canes inſiliunt acrius inſtantque auidius.

Clamor militaris. *Cato in militia clamat acriter, ferit fortiter, nec fugit turpiter.* *Clamor militaris vetuſtiſſimus.*

4 INGENS AD EA CLAMOR.] De clamore militari, qui ἀλαλαγμα Græcis, & vnde illud Gallicum, *Crier l'alarme*, multa & peruia ſunt in libris. Titus Liuius libr. 33. *Raro alias tantus clamor dicitur in principio pugnæ exorſus: nam forte vtraque acies ſimul conclamauere.* Sic Cato Portius apud Plutarch. dicebat, in prœlijs ſolere ſe *clamare acriter, ferire fortiter, nunquam recedere turpiter.* Notat idem in Flaminio, militarem clamorem in Macedonas. De quo ita Gellius lib. 1. cap. 11. *Quid ille vult ardentiſſimus clamor militum Romanorum, quem in congreſſibus præliorum fieri ſolitum, ſcriptores Annalium memorauere? Contrane inſtitutum fiebat antiquæ diſciplinæ tam probabile? An tum etiam gradu clementi & ſilentio eſt opus cum ad hoſtem itur, in conſpectu longinquo procul diſtantem? Cum vero prope ad manus ventum eſt: tum iam e propinquo hoſtis, & impetu propulſandus, & clamore terrendus eſt.* Cæſar de bello Gall. l. 7. *Committitur prælium, vtrinque clamore ſublato.* Sed vetuſtiſſimus eſt clamor iſte militaris, & Hebræis frequens. Nam 1. Reg. cap. 17. *Conſurgentes viri Iſrael, & Iuda, vociferati ſunt, & perſecuti ſunt Philiſtæos.* Sed & longe ante, in libro Ioſue 8. *Vociferantes, & mutuo ſe cohortantes perſecuti ſunt eos.* Sæpe apud Homerum, & apud Græcos, clamorem legas exercitus Troianorum: quem imitatus eſt Virgilius apud Latinos. De Græcis Homerus.

Apud Iudæos, Græcos, & Latinos.

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν.

Clamore ingenti Troes ſonituque fremebant.

Et Virgilius.

Tollitur in cœlum clamor, verſique viciſſim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.

Velleius 2. lib. vbi de Pub. Scipione Africano. *Cum interrogatus Tribuno Carbone, quid de Tiberij Gracchi cæde ſentiret? reſpondit Si is occupandæ Reipub. animum habuiſſet, iure cæſum. Et cum omnis concio acclamaſſet. Hoſtium, inquit, armatorum clamore non territus, qui poſſum veſtro moueri, quorum nouerca eſt Italia?* Liuius libr. 4. *Clamor indicium primum fuit, quo res inclinatura eſſet; excitatior, crebriorque ab hoſte ſublatus, Romanis diſſonus impar.* Et l. 7. *Clamorem tollere iuſsit militibus.* Et l. 8. in pugna aduerſus Latinos. *Clamore ſublato principia Latinorum perturbant.* Vbi forte, *proturbant.* Quod eſt Apuleio frequens verbum, & quo etiam vſus eſt Tacitus, & idem Liuius vbi de pugna ad Thraſymenum. *Romanus clamore prius vndique orto, quam ſatis cerneret, ſe circumuentum eſſe ſenſit.* Cicero 2. Tuſcul. *Quid exercitatio legionum, quid ille concurſus, clamor, quam laboris eſt?* Tertullianus ad Martyr. *De tunica ad loricam, de ſilentio ad clamorem, de quiete ad tumultum.* Loquitur de militibus Chriſti. Salluſt. Catilin. *Maxumo clamore, infeſtis ſignis concurrunt.* Ergo hic clamor, Iudæis ſolitus, Græcis, & Latinis, id eſt hominum præcipuis & illuſtrioribus nationum.

Clamor victoriæ index. *Proturbare.* *Tertullianus explicatus.*

5. EQVES.] Legendum puto, *equites*: nam adijcit, *frontemque pedites inuaſere.* Tamen aliquando ita ſcribit: *Conſules, patres, eques.* Sed heic alia ratio: quia iungit *pedites*, ideo *equites* puto ſcripſiſſe.

Tacitus correctus.

6 RESTANTIBVS.] Lego, *reſiſtentibus laminis*: & ſequentia docent, cum ait. *Miles correptus ſecuribus, & dolabris, vt ſi murum perrumperet.*

Tum demũ Tiberius ortũ patratumq. bellum ſenatui ſcripſit. Neque dempſit, aut addidit vero, ſed fide ac virtute legatos, ſe conſilijs ſuperfuiſſe. Simul cauſas cur non ipſe, non Druſus profecti ad id bellum forent, adiunxit, magnitudinem imperij extollens; neque decorum principibus, ſi vna alteraue ciuitas turbet,[1] * omiſſa vrbe, vnde in omnia regimen. Nunc quia non metu ducatur, iturum, vt præſentia ſpectaret, componeretque. Decreuere patres[2] vota pro reditu eius,[3] ſupplicationeſque, & alia decora. Solus Dolabella Cornelius dum anteire cæteros parat,[4] abſurdam in adulationem progreſſus, cenſuit vt ouans e Campania vrbem introiret. Igitur ſecutæ Cæſaris litteræ, quibus ſe non tam vacuum gloria prædicabat, vt poſt ferociſſimas gentes perdomitas, tot receptos in iuuenta, aut ſpretos triumphos, iam ſenior peregrinationis ſuburbanæ inane præmium peteret. Sub idem tempus, vt mors[5] Sulpitij Quirinij[6] publicis exequijs frequentaretur, petiuit

* omiſiſſe vrbem,

tiuit a ſenatu. Nihil ad veterem & patriciam [7] Sulpitiorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud municipium [8] Lanuuium, ſed impiger militiæ, & acribus miniſteriis conſulatum ſub diuo Auguſto, mox, expugnatis per Ciliciam [9] Homonadenſium caſtellis, inſignia triumphi adeptus, [10] datuſque rector C. Cæſari Armeniam obtinenti. Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat: quod tunc patefecit in ſenatu, laudatis in ſe officiis, & incuſato [11] M. Lollio, quem autorem C. Cæſari prauitatis & diſcordiarum arguebat. ſed cæteris haud læta memoria Quirinij erat, ob intenta (vt memoraui) Lepidæ pericula, ſordidamque & præpotentem ſenectam.

1 Omissa vrbe.] Non eſt oratio integra, vt excuſa eſt. Lego igitur. *Neque decorum principibus, ſi vna altera've ciuitas turbet, omiſiſſe vrbem, vnde in omnia regimen.* Quod egregie dictum a Tiberio. Nam *celſior fortuna celſa loqui & ſentire debet.* Am. Marc. 17. & iſtud eſt quod Cicero tantopere arguit Pompeium, quod omiſerit vrbem, qua relicta tota Reſpublica periit. Scriptum autem fuit *omiſſe*; pro *omiſiſſe*. Omiſiſſe autem vrbem, culpa fuit Cn. Pompeij. nam inde ſuum, & patriæ exitium vidit. dixi ſupra.

2 Vota pro reditv eivs.] Qualia apud Dionem ſæpe legas. Et de quorum ritu iam ſuperius dixi, lib. 2. Nec iſta addidiſſe ingratum erit, cum aliquid ſit quod emendetur apud Martialem. Horatius de reditu Auguſti.

Vota Horatij pro reditu Auguſti.

Diuis orte bonis optime Romule,
Cuſtos gentis abes iam nimium diu,
Maturum reditum pollicitus, patrum
Sancto concilio redi.

Et Martialis de reditu Domitiani, quem corrigere, & iuuat, & vacat lib. 10. epig. 6.

Martialis correctus in reditu Domitiani.

Fœlices, quibus vrna dedit ſpectare coruſcum
Solibus Arctois ſideribuſque ducem.
Quando erit ille dies, quo campus, & arbor, *& omnis*
Lucebit Latia culpa feneſtra nuru?
Quando moræ dulces, longuſque a Cæſare puluis,
Totaque Flaminia Roma videnda via?
Quando eques, & picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis, & populi vox erit vna, Venit?

In quo lego 3. verſu, *quo lampas, & arbor*, non *campus, & arbor.* Intelligit enim de lampadibus, quæ feneſtris accendebantur, & de lauro arbore, qua virebant feſtis diebus ianuæ, & feneſtræ domorum: & de quibus Iuuenalis Sat. 10.

Explicatus.

Et matutinis operatur feſta lucernis.

Sed dixi ſupra. Repoſuerunt autem, *campus*, quia *arbor* ſequebatur. quod ſat eſt: nec cramben bis pono. Corrigo & in eodem poeta aliud epigramma de eodem reditu, libri 8. epigrammate 15. Nam corrigendi & emendandi nunc me tenet impetigo & cacoëthes.

Dum noua Pannonici narratur gloria belli,
Omnis & ad reducem dum litat ara Iouem;
Dat populus, dat gratus eques, dat thura Senatus,
Et ditant Latias tertia dona tribus.
Hos quoque ſecretos memorabit Roma triumphos,
Nec minor iſta tua laurea pacis erit.
Quid tibi de ſancta credis pietate tuorum?

Martialis iterum correctus.

„ *Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos.*

Lego quarto verſu.

Et dicant Latiæ tres tria dona tribus.

Ratio correctionis.

id eſt, dedicant. Vt ita ſit ſenſus: Pro reditu Domitiani, omnes dant dona, & thura, Senatus, eques, & populus. nam Pomponius Iuriſconſultus, L. 2. de orig. iur. ſcribit in tres partes diuiſam fuiſſe vniuerſam multitudinem P. Romani; & illæ tres partes, tribus vocabantur. Papinius in Siluis.

—— *gaudent turmæque, tribuſque,*
Purpureique patres.

Illæ ergo tribus, vt erant tres, tria dicarunt dona; id eſt vouerunt Diis tria dona, & ſpeciatim populus, eques, & Senatus thura dederunt. Sed dices poſt Romulum, multas alias additas tribus. non inficior. Erant enim 35. & amplius; ſed hæ 35. illis tribubus inſunt. Repoſui autem *dicant*, pro *dedicant*, non *ditant.* namquid hoc ſibi vult, *ditant Latias tertia dona tribus?* Immo illa dona *non ditant*, cum diminuant, & pauperent, vt inquit Perſius Sat. 2.

Cur repoſitum, dicant, non, ditant.

Rem ſtruere exoptas cæſo boue, Mercuriumque
Arceſſis fibra; Da fortunare Penates,
Da pecus & gregibus fœtum. Quo peſſime pacto?
Tot tibi cum in flammas iunicum omenta liqueſcant?

Repoſui autem *dicant*; quod votorum verbum eſſet ſolēne, *Dedit, Dedicauit.* Et repoſui, *tres tria dona tribus*; vt vnaquæque tribus ſuum donum dedicarit. *Tertia* enim *dona* heic non conueniunt, cum potius eſſent quatuor dona, nam Populus, eques, & Senatus tres dederunt; deinde tribus, quæ quarta dona faceret, non tertia. Qui ſecus ſenſerit, & me docuerit, gratus erit. Cæterum noto votorum tempore neminem lugeri. Spartianus in Ælio Vero hoc me docuit: *Lucius Ceionius Commodus Verus Ælius Cæſar (nam his omnibus nominibus appellatus eſt) periit. Sepultuſque imperatorio funere: neque quidquam de regia in morte habuit dignitate. Et quia Calendis Ianuariis periit, iuſſus ab Adriano, quia vota interueniebant, non lugeri.*

3 Svpplicationesqve.] Quæ *ſupplicationes*, vel, vt ait Tertull. *ſupplicamenta*, lib. de fug. in perſeq. aliquando plurium dierum, maximeque honorabiles iis pro quibus ſupplicabatur. *Primis enim Reip. temporibus fuit ad vnum alterumve diem illa ſupplicatio.* Poſtea vero creſcente adulatione, creuit *gratulationis genus.* Sic enim vocat ſupplicationem Cicero 4. in Catilin. Solebatque decerni victoribus

& legatis: Sed Ciceroni togato data eſt in honorem. Idem eodem loco. *Quæ ſupplicationes aliquando per decem patrimos, & matrimos, totidemque virgines habitæ.* Iulius Obſequens *Patrimos & Matrimos* vocat, qui adhuc patrem & matrem haberent, nulloque adhuc funere eſſent maculati. Pueri autem & puellæ ſeorſum canebant laudes, illi Apollinis, hæ Dianæ. Nam ſic Horat.

Dianam teneræ dicite virgines.
Intonſum pueri dicite Cynthium.

Et in carmine ſæculari.

Supplices audi pueros Apollo,
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas.

Et ille cantus conſultis Sibyllinis verſibus. Idem poeta:

Tempore ſacro,
Quo Sibyllini monuere verſus
Virgines lectas puerosque caſtos
Diis quibus ſeptem placuere colles
Dicere carmen.

Et tripudiabant in morem Saliorum: Idem poeta 4. Carm. 1.

Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In morem Salium ter quatient humum.

Et hæc firmat Obſequens libro de prodigiis, qui aliquando plures, aliquando pauciores pueros & puellas adhibitas tradit. *Supplicia* autem, non ſupplicationes Apuleius vocat libro de Deo Socratis. *Vnde,* inquit, *& religionum obſeruationibus, & ſacrorum variis ſuppliciis, fidei impertienda eſt.* Et idem 11. Metam. *Tunc cuncti populi tam religioſi, quam prophani vannos onuſtos aromatis, & huiuſmodi ſuppliciis certatim congerunt.* Et idem eodem. *Suppliciis, gratiis perſolutis.* Ita Salluſt. de bello Catilin. *In ſuppliciis Deorum magnifici.* Et noſter infra. *Supplicia Diis.* Idem eodem. *Neque ſuppliciis muliebribus, auxilia Deorum parantur.* Sed cur ſupplicia? Quia ex bonis damnatorum & ſupplicio affectorum, ſacrificia, & ſupplicationes iſtæ. Iſidorus lib. 5. *Dicebantur ſupplicia, ſupplicamenta. & ſupplicium dicitur, de cuius damnatione delibatur aliquid Deo: vnde & ſupplicare.* Verrius in Feſto. Eius ſupplicationis formula extat 14. Philipp. Cuius ſunt hæc verba in fine. VTI. OB. EAS. RES. BENE. FORTITER. FOELICITERQ. GESTAS. C. PANSA. A. HIRCIVS. COSS. IMPERATORES. ALTER. AMBOVE. AVT. SI. ABIERINT. M. CORNVTVS. PRÆTOR. VRBANVS. SVPPLICATIONES. PER. DIES. L. AD. OMNIA. PVLVINARIA. CONSTITVAT. Dio 43. *Decreuit Senatus vt 40. dies in honorem Cæſaris ſacrificaretur, quamuis primum per 15. poſtea per 18. dies.* Et aliquando fiebat tantum in vna æde, ſeu templo; aliquando in omnibus templis, & delubris, & puluinariis. Quod apud Titum Liuium animaduerti poteſt. Iulius Cæſar *gloriabatur plurium, quam quiſquam vnquam dierum, ſe ſupplicationes impetraſſe.* Sueton. in Iul. cap. 24. & Cicero 14. Philipp. *His rebus,* ait 7. de bell. Gall. *Cæſaris literis cognitis, Romæ dierum 20. ſupplicatio indicitur.* Quæ fiebant populo coronato. Cato apud Gellium lib. 6. cap. 4. *Vt populus ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta, coronatus veneat.* Sed de his ſatis. Niſi quod addo, nunquam bellis ciuilibus decretas ſupplicationes. Cicero 14. Philippica. *Nunquam,* inquit, *ciuili bello ſupplicatio decreta eſt. Decretam dico? Ne victoris quidem literis poſtulata eſt.* Quod notandum. Et vt notes vnde ortæ ſupplicationes, & quibus de cauſis: ita Horat. 1. Car. od. 2.

Quem vocet diuum populus, ruentis
Imperi rebus; prece qua fatigent
Virgines ſanctæ minus audientem
Carmina Veſtam?
Cui dabit partes ſcelus expiandi
Iupiter? tandem venias precamur
Nube candentes humeros amictus,
Augur Apollo.

Nam Apollini Roma dicata, quaſi illam fundauerit.

Roma ſi veſtrum eſt opus, Iliæque
Litus Etruſcum tenuere turmæ.

Sed ſpectat poeta Troiam, a qua Romani & Roma. Nam Æneas author Romanæ gentis.

4 ABSVRDAM IN ADVLATIONEM.] Certe abſurda adulatione nihil abſurdius. Nam vt in Muſica ſonus abſurdus, maximum vitium facit: ſic in adulatione. Et nulla ars æque ſuis præceptis innititur, vt adulatio. Qui enim artis Grammaticæ regulas non ſeruat, in ſolœciſmos incidit. Qui adulatoriæ artis præcepta non ſeruat, labitur a gratia principum, ad odia Variniana prorſus: aut ad contemptum ingenuis hominibus nunquam tolerandum.

5 SVLPITII QVIRINI.] Dixi iam de illo. Et puto illum Syriæ præſidem fuiſſe, & coluiſſe Tiberium, Rhodi agentem, & eundem eſſe, de quo in D. Lucæ Euang. cap. 2. *Hæc autem,* ait, *deſcriptio (orbis* ſcilicet*) quæ facta ſub Auguſto, in Syria, præſide Cyrino.* Vbi puto legendum *præſide Quirinio.* Ioſephus enim *Quirinum* vocat, Antiquit. lib. 18. cap. 7. vt etiam Euſebius 1. hiſt. Eccleſ. cap. 2. Quidam *Quirinium* nominant, vt Suetonius in Tiber. ca. 49. *Condemnatam Lepidam generoſiſſimam fœminam in gratiam Quirini.* Tamen placet *Quirinus,* non *Quirinius,* cum *Cyrinum* dicat D. Lucas, non *Cyrinium.*

6 PVBLICIS EXEQVIIS.] Apuleius 2. Metam. de his publicis exequiis ita. *Ecce iam vltimum defletus, atque conclamatus proceſſerat mortuus, ritúque patrio, vtpote vnus de optimatibus, pompa funeris publici denotabatur per forum.* Et explicat partim, quæ ſit illa pompa publici funeris. Nam lib. 8. Metam. ait. *Funus toto feralem pompam deducente populo, deducitur ad ſepulturam.* Sed & in funere publico, imagines familiares, lectus cum effigie defuncti, luctus in vrbe, laudatio pro Roſtris, carmina in foro, & in Campo Martio ſepultura. Licet alij etiam aliis in vrbe locis. Quod notaui ſupra lib. 1. Et hos ritus tangit noſter in Germanici funere, & his verbis. *Fuere qui publici funeris pompam requirerent; compararentque quæ in Druſum,*

Supplicia pro ſupplicationibus.

Supplicationes olim vnius diei.

Deinde biduanæ.

Poſtea triduanæ.

Eũ quinquagenariæ.

Aliquando in vna æde.

Aliquando in omnibus templis.

Quis Sulpitius Quirinus.

Syriæ præſes.

Is eſt qui a D. Luca Cyrinus dictus.

Ioſephus Quirinum vocat.

Quirinum Sueton.

Pompa & exequiæ publicæ.

Publicè dictæ quòd totus populus ſequeretur.

Imagines.

Lectus.

Effigies.

Laudatio pro roſtris.

Carmina.

In Cãpo Martio ſepultura.

Vel in vrbe.

Druſum, fratrem Germanici honora & magnifica Auguſtus feciſſet: ipſum quippe aſperrimo hiemis Ticinum vſque progreſſum, nec abſcedentem a corpore, ſimul vrbem intrauiſſe, circumfuſas lecto Claudiorum, Iuliorumque imagines, defletum in foro, laudatum pro Roſtris; cuncta a maioribus reperta, aut quæ poſteri inuenerint, cumulata. Animaduerto etiam in illis publicis exequiis, primum inceſſiſſe Senatum. Nam Quintil. noua Declamat. 329. *Corpus illud efferimus omnibus, tibique ipſi damnatum, publicis ſcilicet exequiis efferentes. Hoc agite; Ducatur ingens funeris pompa. Eat primus Senatus, & ordo ille ſanctiſſimus (quanquam recepta libertate lætus) vultus tamen, habituſque ad mæſtitiam transferat.* Additque ad alterum indicium publici funeris. *Dum maxima multitudo, dum vniuerſus denique populus luſtret atque ambiat rogum.* Aliquando etiam cum publicis exequiis tumuli publici decernebantur: aliquando etiam ſtatuæ. Cicero Philip. 9. Et in publicis funeribus, pompa, deſignator, & præco. Addo, quod in funere publico, etiam exteræ nationes lugebant. Sueton. in Iul. cap. 84. *In ſummo publico luctu, exterarum gentium multitudo, circumlatum ſuo quæque more lamentata eſt; præcipueque Iudæi, qui etiam noctibus continuis buſtum frequentarunt.* Nam vnaquæque gens a Scythicis feritatibus aliena, ſciuit exequias eſſe mortalium & viuentium munus, erga defunctos, & iam immortales.

Senatus primus incedebat. — *Luſtratio rogi.* — *Statuæ.* — *Luctus exterarum nationum.*

7 SVLPITIORVM FAMILIAM.] *Quæ per maiores honorum gradus, Conſulatum, ſcilicet, Cenſuram, Dictaturam, triumphoſque, & alia decora, magna celebritate decucurrit.* Liuius, & Cicero Philip. 9. Illaque virtus, etiam ad fœminas tranſiit. Et de Sulpitia probatiſſima matrona, Liuius meminit lib. 39. quam *nobilem, & grauem fœminam* vocat. Et Plinius lib. 7. cap. 35. *Pudiciſſima fœmina, ſemel matronarum ſententia iudicata eſt, Sulpitia Paterculi filia, vxor Fuluij Flacci: Electa ex centum præcipuis, quæ ſimulachrum Veneris, ex Sibyllinis libris dedicaret.* Grande decus apud Romanos. Sic D. Mariam Caſſoboliten quæ Chriſtum tulit & peperit, D. Ignatius θεόφορον & *ſapientiſſimam* vocat, & πολυμαθεστάτην, *omnibus diſciplinis inſtructiſſimam.* vt Chriſtianas Paganis non ceſſiſſe, ſed omnibus virtutum monilibus ſuperaſſe iure exiſtimes, & illam reuerearis.

Sulpitiorum familia nobilis. — *Etiam per fœminas.*

8 LANVVIVM.] Oppidum Romæ finitimum. Cicero in Agrar. in quo Iunonis ædes, Liuius lib. 1. Et draco pro tutela: vnde Propertius.

Lanuuium annoſi vetus eſt tutela draconis.

Portæ autem Lanuuij pro re obſcœna, prouerbij loco habitæ. Sed valeant illæ obſcœnitates: has Veneris cloacas non habitamus, & ſacra Eleuſina heic fiunt.

Lanuuium oppidum. — *Cui draco pro tutela.*

9 HOMONADENSIVM CASTELLIS.] Plinius libri 5. cap. 27. *Simili modo omnibus, qui eadem compoſuere, ignorata eſt illi contermina* (Ciliciæ ſcilicet) *gens Homonadum, quoniam intus oppidum Homona. Cætera caſtella quadraginta quatuor inter aſperas cautes & conualles latent.* De his caſtellis cape hunc locum. nam ad hæc labra, illæ lactucæ. Et ab Homona vrbe Homoneæ dictæ mulieres. Vnde vetus iſta inſcriptio. ATHIMETVS. PAMPHILI. TIB. CÆSARIS. AVGVS. L. L. ANTEROCIANVS. CLAVDIÆ. HOMONEÆ. CONLIBERTÆ. ET. CONTVBERNALI.

Gens Homonea.

10 DATVSQVE RECTOR. C. CÆSARI.] Tres lego rectores C. Cæſaris, Auguſti filij, Lollium, Quirinum, & præceptorem quendam innominatum, quem Auguſtus in profluentem mergi iuſſit, quod exteris regibus, adoleſcentis conſilia proderet. Nam magna eſt hæc, & deteſtanda perfidia, quam *non Tethys, non pater abluat Oceanus*, ait poeta. Et puto fuiſſe Dionyſium Græcum hominem & ſcientem, quem profectionis comitem dederat filio Auguſtus, vt ex Plinio apparet. ſed nihil adfirmo. Quod ſi ille fuerit, ſcribo audacter homine docto & iniquo nihil in terris eſſe nequius nec iniuſtius.

Tres rectores C. Cæſaris Auguſti filij. Lollius. Quirinus. Et tertius in profluentem iactus.

11 MARCO LOLLIO.] Codex Beati Rhenani habet *Marco Folio.* quod abſurdum, & legendum eſt, *Marco Lollio.* Idem error apud Senecam in Controuerſiis, vbi *Folio* ſcriptum pro *Lollio.*

Fine anni [1] C. Lutorium Priſcum equitem Romanum poſt celebre carmen, quo Germanici ſuprema defleuerat, pecunia donatum a Cæſare, corripuit delator, obiectans ægro Druſo compoſuiſſe, [2] quod ſi extinctus foret, maiore præmio vulgaretur. Id C. Lutorius in domo [3] P. Petronij, ſocru eius Vitellia coram, multiſque inluſtribus fœminis [4] per vaniloquentiam legerat. [5] Vt delator extitit, cæteris ad dicendum teſtimonium exterritis, ſola Vitellia nihil ſe audiuiſſe adſeuerauit. Sed arguentibus ad perniciem plus fidei fuit. Sententiaque Haterij Agrippæ conſulis deſignati indictum reo vltimum ſupplicium. [6] Contra M. Lepidus in hunc modum exorſus eſt. *Si. P. C. vnum id ſpectamus, quam nefaria voce C. Lutorius Priſcus mentem ſuam, & aures hominum polluerit, neque carcer, neque laqueus, ne* [7] *ſeruiles quidem cruciatus in eum ſuffecerint. Sin flagitia & facinora* [8] *ſine modo ſunt, ſuppliciis ac remediis principis moderatio, maiorumque & veſtra exempla temperant, & vana a ſceleſtis, dicta a maleficiis differunt: eſt locus ſententiæ per quam neque huic*

*delictum impune ſit, & nos clementiæ ſimul ac ſeueritatis non pœniteat. Sæpe audiui principem noſtrum conquerentem, ſi quis [9] ſumpta morte, miſericordiam eius præueniſſet. Vita C. Lutorij [10] in integro * eſt, qui neque ſeruatus in periculum Reipub. neque interfectus [11] in exemplum ibit. ſtudia illi, vt plena vecordiæ, ita inania & fluxa ſunt; nec quicquam graue, ac ſerium ex eo metuas, qui ſuorum ipſe flagitiorum proditor, non virorum animis, ſed muliercularum adrepit. Cedat tamen vrbe, & bonis amiſſis aqua & igni arceatur. Quod perinde cenſeo, ac ſi lege maieſtatis teneretur.* Solus Lepido Rubellius Blandus e conſularibus adſenſit. Cæteri ſententiam Agrippæ ſecuti. Ductuſque in carcerem Priſcus, ac ſtatim * exanimatus. Id Tiberius ſolitis ſibi ambagibus apud ſenatum incuſauit, cum extolleret pietatem [12] quamuis modicas principis iniurias acriter [13] vlciſcentium, deprecaretur [14] tam præcipitis verborum pœnas, laudaret Lepidum, nec Agrippam argueret. [15] Igitur factum S. C. ne decreta patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur, idque vitæ ſpatium damnatis prorogaretur. Sed [16] non ſenatui libertas ad pœnitendum erat, neque Tiberius interiectu temporis mitigabatur.

* eſto;

* exanimatus eſt.

1 C. LVTORIVM PRISCVM.] In Cod. Beati Rhenani eſt, *C. Lutorium*: ſed legendum, *Caium Lutorium Priſcum*. Et in hoc nòmine gratulor ante me emendatum Plinium lib. 7. cap. 39. Sed illum obſcuriorem elucido, & interpretor. Loquitur autem Plinius de pueris forma egregiis, qui magno fuere empti: interque eos de Peſonte, qui non ob elegantiam formæ, ſed ob libidinem veniit. *Hoc,* inquit, *pretium belli,* (lego *belluæ*, quia opponit hominem belluæ, quod veniſſet ob libidinem) *non hominis fuit. Tam hercule quam libidinis, non formæ, Peſontem e ſpadonibus Seiani III. M. D. mercante Sutorio Priſco* (pro, *Lutorio Priſco.*) *Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli vacabat.* lego, *quo illam arguere nulli vacabat*: id eſt vt interpretor, durante iuſticio, quo Prætor tria verba ſilebat, Do, Dico, Addico; & quo iura in ciuitate conticebant. Et credo illam emptionem factam in funere Germanici, iuſticio indicto; eque illa pecunia, quam Lutorio Priſco, ob factitata in Germanici obitu carmina, Cæſar dederat. Nam poetæ verſibus ſibi principum gratias conciliant. Sic Athenodorus Tarſenſis M. Antonij triumuiri gratiam habuit, quod carmen de Philippenſi victoria ſcripſiſſet, illumque Tarſenſibus præfecit gymnaſiis. Sic Oppiani carmen ſibi reditum in patriam dedit ab Antonino, & verſuum ſuorum opimam gratiam.

Lutorius Priſcus.

Plinius explicatus.

2 QVOD SI EXTINCTVS FORET.] Quod carmen, videlicet ſi foret extinctus Druſus, maiore præmio vulgaretur: id eſt ampliorem mercedem tuliſſet a Tiberio, quia ſcriptum putaretur in luctu Druſi filij. Sic Lutorio lucri captura, lethi captura fuit. Et certe auerſo Apolline hæc ſcripſit poeta Lutorius.

Tacitus explicatus.

3 P. PETRONII.] Capio hunc Petronium, pro eo, qui temporibus Auguſti, præfectus Ægypti fuit, quique perrexit in Æthiopiam. De quo Plinius lib. 6. cap. 29. vbi de Æthiopia. *Intrauere in eam Romana arma D. Auguſti temporibus, duce P. Petronio, & ipſo equeſtris ordinis præfecto Ægypti.* Quo loci vides, Plinium nominare illum *Publium*, cum Tacitus, & Dio 53. *Caium* vocent. Plinius autem ait illum *Candacem reginam, ad Elephantinam vſque cuncta populantem, repreſſiſſe, & Tanapam Æthiopiæ regiam occupaſſe, & ad accipiendas pacis conditiones, Candacem coegiſſe.* Quod magnum, & de Romanis antea non auditum.

P. Petronius præfectus Ægypti.

A Plinio Publius.

A Tacito Caius dictus.

Candacem reginam repreſſit.

Eius regiam cepit.

Conditiones illi impoſuit.

4 PER VANILOQVENTIAM.] Alata & pennata verba, ἔπεα πτερόεντα dixit Homerus, Odyſſ. 4. quia facile euolarent. *Quod ſilere voles, primus ſile,* ait Mimus. & hoc firmat Rex ſapientiſſimus omnium in Eccleſ. cap. 10. *In cogitatione tua, regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti, quia & aues cæli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annunciabit ſententiam.* Ideo *qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt.* Prouerb. 10. Et recte Nilus. *Loquere Deo multa, & hominibus pauca.* λάλει τῷ θεῷ πολλὰ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὀλίγα.

5 VT DELATOR EXTITIT.] Sum ſæpe miratus in hoc authore tam celebri, & tantæ notæ, tam multa menda relicta a tot tantiſque viris, magnis hercule, atque glorioſis, qui illum tractarunt. Puduitque interdum incidiſſe me in barbariſmos non modo, ſed & Latini ſermonis vitia ſtupenda, nec noſtro authore digna: Qui, ſi quiſquam alius inter priſcos authores, clare, nitide, ſcripſerit, & Latine prorſus, ſcripſit ille, licet conciſe. Multa etiam obſcura, & nulla luce aperta, & detecta, qualia ſunt huius loci verba, quæ facem requirunt. nam clara eſſe nemo ſanus dixerit. Et verbum *extitit*, demonſtrat. quia accuſator iam extiterat. Quippe dixit ſuperius, *Corripuit delator.* Ego ita legendum cenſeo, *vt delatori reus extitit.* Quod a Iuriſconſultis explicatur. Quippe ſi accuſator non bene accuſationis libellum, & cætera quæ ſolennia erant in accuſatione,

Tacitus correctus.

cuſatione, peregiſſet, rei nomen abolebatur. L. libellorum. §. quod ſi. de accuſat. & inſcrip. D. vbi omnia ſolenniter eſſent peracta, *reus dicebatur exiſtere, & tunc apud Prætorem interrogabatur, & in crimen inquirebatur.* Aſconius 5. in Verrem. Et ex eo tempore reus *inter reos receptus* dicebatur. L. 31. ad Leg. Iul. de adulter. Et ita accipiendus eſt hic locus, & macula repurgandus.

6 Contra M. Lepidvs.] Probat oratio quæ ſequitur, hunc M. Lepidum ſapientem virum fuiſſe, & multa in melius flexiſſe, vt ait Tacitus. Quod officium eſt magni viri & ſapientis.

Seruorum cruciatus.

7 Serviles crvciatvs.] Qui certe varij apud varios authores; vt *colaphi.* Seneca in Ludo. *Producit teſtes qui viderant, flagris, ferulis, colaphis vapulantem.* Iuuenalis Sat. 9.

Colaphi.

Nos colapſum incutimus lambenti cruſtula ſeruo.

Et Petronius Arbiter. *Colaphis obiurgare puerum.* Seneca de Ira: *Nec contenti, colaphis, in aquam præcipitarunt.* Plaut. in Rudent.

Colaphos in cerebro obtrudam tuo.

Et ita l. 4. de iniur. D. Et *pugni.* Martialis in Apophor.

Peccantis famuli pugno ne percute dentes.

Pugni.

Pugno percutere, eſt manu clauſa, ſed *colaphiſare,* eſt aperta manu os batuere, & *depalmare,* vt ſcribit Gellius. Horat. lib. 1. Sat. 3.

Vnguibus, & pugnis, dein fuſtibus; atque ita porro
Pugnabant armis.

Vtrumque aliquando iungitur, vt *ducere pugnum ſeruo. Adiicere colaphum ſeruo.* Quintilianus lib. 6. cap. 4. Et *fuſtes,* de quibus legi alicubi. *Si ciuis, in ius ducito; ſi ſeruus, fuſte abigito;* Et apud Plautum in Aſinaria.

Fuſtes.

Apud fuſtitudineas ferri crepidinas inſulas,
Vbi viuos homines mortui incurſant boues.

Et in Aulul.

Ita me miſerum, & meos diſcipulos, fuſtibus male contuderunt.

Iuuenalis Sat. 9.

—— *ſumere ferrum,*
Fuſte aperire caput, candelam apponere valuis
Non dubitat.

Virgæ.

Virgæ. Idem in Aſinaria.

Mihi in mundo ſint virgæ, aut Atrienſi.

Alibi etiam; & in Caſina, ſi memini, vocat ſeruum *virgarum laſciuiam,* quod quaſi per laſciuiam incuteſent & inſiliant in eum virgæ. Nec tantum virgis cædebantur; ſed *habenis.* Horat. epiſt. 2. lib. 2.

Habenæ.

In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.

Quæ lora dicebantur. Terentius in Adelphis. *Loris liber?* Etiam *flagellis,* quæ ex funibus. Horatius.

Ibericis peruſte funibus latus.

Flagra oſſillata & nodata.

Et illa flagella interdum *catenata,* & *nodata,* & *oſſillata*: *Catenata pecudum oſſibus,* vt pro nodis intortis eſſent. Apul. 8. Metam. Et ponebant ipſi flagellaturi ſuas tunicas. nam Plautus in Perſa.

Poſitio tunicarum in flagellatione.

—— *vbi captum eſt flagrum,*
Dum ponit tunicas, quanta afficitur iniuria?

Prudent. in Hymno D. Hippolyt. vbi de catenis. *Ad vincula.* Sic etiam Plautus. *O catenarum colone.* Eccleſiaſtici 23. *Seruo malo tortura &*

Catenæ ad vincula.

compedes. Et *carcer.* nam *carceris cuſtodem* per improperiũ ſeruum nominat Paut. in Caſina. Et Tertullian. cap. 58. de reſurrect. carn. quem corrigo. *Oro te, ſi famulum tuum libertate mutauerit, quia eadem caro, atque anima permanebunt, quæ flagellis & compedibus, & ſtigmatibus obnoxiæ retro fuerunt; Idcircone illas eadem pati oportet?*

Carcer.

Fames. Apul. 9. Metam. *Et mortem violentam, & famem comminatus ſerui.* Iuuenalis.

Fames.

Seruorum ventres modio caſtigat iniquo.

Molæ. Plautus in Pœnulo.

Quos ego detrudam ad molas.

Eccleſiaſtic. 33. *Cibaria & virga & onus aſino: panis & diſciplina & opus ſeruo.* Et in Pſeudolo.

Molæ.

Det nomen ad molas coloniam.

Puteus. Plautus in Aulul.

—— *comprehendite,*
Vincite, verberate, & in puteum condite.

Puteus.

Seneca de Ira. Quod oſtendit puteum iſtum non hypogæum fuiſſe, vt putat vir magnus. Puteos autem λάκκους dicebant. *Saluaſti me a deſcendentibus in lacum.* Et Pſal. 39. *Eduxit me de lacu miſeriæ.* Nam puteos lacus appellabant. D. Hieron. in Lamentationibus Hieremiæ. *Lacus dicitur cuius fundus latet dum in vnam foueam circundatus includitur: ſed quantum ſit profundus abſconditur.* Etiam *caudex.* Idem in Pœnulo.

Caudex.

Vos ego iam detrudam ad molas; inde porro ad puteum,
Atque ad robuſtum caudicem.

Caudex idem, vt opinor, quod *cataſta,* quod ferrum terant. *Suſpenſio.* Plautus in Amphit.

Suſpenſio.

Neque ego hac nocte longiorem me vidiſſe cenſeo,
Niſi item vnam, verberatus quam pependi perpetem.

Forte, perpetim pro, *perpetuam & continuam.* Aut per pedem. nam *pedibus pendere* dixit; vt *pependi perpetim,* pro perpetua nocte. Et in Caſina.

Plautus correctus.

Vt ſortitio eueniat in me, vt quidẽ pedibus pendeas.

Et in Moſtell.

Verberibus cædere lutum pendens.

Et,

Nudus vinctus centum pondo es cum pendes per pedes.

In Trucul.

Rogitem ego vos verberans pendentes ſimul.

Ferula, vt L. 1. Cod. ad S. C. Syllanianum. *habena, vel ferula* cædi. *Stimuli.* Plautus in Menæch.

Ferula. *Stimuli.*

At ego te pendentem fodiam ſtimulis triginta dies.

Et in Moſtell.

O carnificinum cribrum quod credo fore,
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, ſi huc reueniat ſenex.

Crux. Idem in Bacchid.

Crux.

Credo hercle aduenien, nomen mutabit mihi,
Facietque extemplo Cruciſalum me ex Chryſalo.

Et Horatius.

At neminem occidi; non paſces in cruce coruos.

Et *pix.* Lucretius lib. 3.

Pix.

Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ.

Nam ſtillante igne pice membra ſeruorum adurebant. Inde Plaut. in Captiuis.

Atra pix agitot apud Carnificem.

Frigus. Plautus in Menæch.

Frigus.

Recorder id, qui nihili ſunt, quid iis pretij
Detur ab ſuis heris, ignauis, improbis
Viris; verbera, compedes, molæ, magna
Laſſitudo, fames, frigusque durum.
Hæc pretia ſunt ignaniæ.

Ignis.

Ignis. Silius de ſerui pœna lib. 3. Lucretius vocat *tædas.* Cicero in Topicis. *Nam & verberibus torti & in igne fatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipſa dicere.* Petron. Arbiter in Satyrico, *Ignis,* inquit, *accipiat.* Et addit: *immo hanc pœnam grauiſſimam credimus, vbi ſeruis iraſcimur.* Vnde poeta. *Quem ſi læſeris, viuus ardebis.* Corrigo locum Tertulliani ad Scapulam de igne inflicto Chriſtianis, vt ſeruis. *Pro tanta innocentia,* inquit, *pro tanta probitate, pro iuſtitia, pro fide, pro veritate, pro Deo viuo cremamus.* (lego, *pro Deo, viui cremamur.*) *Quod nec ſacrilegi, nec hoſtes publici, vel maieſtatis rei, pati ſolent.* Seneca vbi de Caldariis. *Hoc quoque nobiliſſimi Ædiles fungebantur officio intrandi* (lege *inſtruendi*) *ea loca quæ populum receptabant, exigendique munditias, & integram ac ſalubrem temperaturam, non ſicut quæ nuper inuenta eſt ſimilis incendio; adeo quidem, vt conuictum in aliquo ſcelere ſeruum viuum lauari oporteat.* Id eſt loco ignis, deducendus ſeruus in hæc balnea, quibus tam calida eſt aqua, vt lauantes vſtulentur. Sunt etiam *laminæ,* ſiue ferreæ, ſiue æreæ, quæ candentes, ſeruorum corporibus applicabantur. Plautus in Aſinar.

Tertullianus correctus. *Seneca correctus.* *Explicatus.* *Laminæ.*

Perfidiæ laudes, gratiasq. habemus merito magnas
Cum noſtris ſycophantiis, dolis, aſtutiiſque,
Scapularum confidentia, virtute vlmorum freti,
Qui aduorſum ſtimulos, laminas, cruceſque compedeſque,
Neruos, catenas; carcereis, (pro *carceres*) *numellas, pedicas, boias,*
In doctoreſque acerrimos, gnaroſque noſtri tergi.

Id eſt Carnifices. Iuuenalis Sat. 14.

Tum fælix quoties aliquis tortore vocato
Vritur ardenti duo propter lintea ferro.

Apud Francos, ſunt loco laminarum forcipes candentes, queis damnatorum brachia, dente flammante carpuntur, & aduruntur, vt etiam lilij impreſſio cum candente ferro. Noto etiam ab Iuriſconſultis, fugitiuis pedes, vt falſariis, manus ſolitas amputari, L.3.Cod. de furtis. L.3. Cod. de ſer. fugit. Et Sueton. in Claud. Etiam notis frontem ſignari, & in beſtiarum cauernas demitti. Sic Seneca de Ira. *Varia vinculorum genera, varia pœnarum: lacerationes membrorum, inſcriptiones frontis, & beſtiarum immanium cauernæ.* Extat in Apuleio 8. Metam. ſerui pœna, non vulgaris; quem dominus, nudum & melle illitum arbori ficulneæ alligauit, & cuius in carioſo ſtipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant, vt periret earum morſiunculis. Sed quid tam multis? dedi tribus vrſis quod ſatis eſſet: ſed eſt calamo meo laſciuia condonanda.

Fugitiuo pes abſciſſus. Furaci & falſario manus. *Notis compuncti.* *In cauernas beſtiarum demiſſi.* *Pœna inſueta ſerui.*

8 Sine modo svnt, svppliciis et remediis.] Non puto ſana hæc; & ſunt obſcuriſſima, & trunca. Itaque lego, *Siſtere flagitia, quæ ſine modo ſunt, ſupplicia & remediis. principis moderatio, maiorumque & veſtra exempla, temperant, & vana a ſceleſtis, dicta a maleficiis, differunt.* Id eſt, vt totum locum illuſtrem: Si ſpectare velimus quam nefaria voce ſe polluerit Lutorius, qui dixerit Druſo ægro hoc carmen compoſuiſſe, quod in Germanici morte vulgauerit: & ſi mortuus fuiſſet Druſus, potuiſſe maiori pretio vulgari; nullæ pœnæ ſuffecerint. Nam hæc verba ſunt hominis, Druſi exitium imperatoris filij lucri gratia cupientis. Itaque his verbis ſe polluit. Polluit etiam audientium aures, cum apud Romanos ſceleſta facta oculos, ſceleſta dicta aures polluerent; quod lib.1. demonſtraui. Si ergo hæc ſpectare velimus, nulla pœna delictum recte puniuerit; non ſi ſeruiles omnes adhibeantur, quæ erant grauiſſimæ. Nam maieſtas læditur. Si vero (ita enim lego, *ſi. u.* ex quo *ſin* fecerunt) facinora & flagitia quæ ſine modo ſunt, vt ſcelus & flagitium Lutorij qui mortem Druſi optauit, qui Principem Tiberium eluſit, quem argento emunxit ſenem; cui impoſuit: ipſius principis moderatio temperat, quia ſæpe conqueſtus eſt reos ſuam præueniſſe miſericordiam: & maiorum veſtraque exempla leniunt, vita Lutorij in integro ſtet. nam Lepidus tendit ad Lutorij pœnas minuendas, quod non eſt aſſequutus. Ait ergo. Si omnia quæ Lutorius meruit penſitentur, omnes pœnæ non ſuffecerint: ſed ſi in ſuppliciis, & delictorum remediis (nam pœnæ ſcelerum medicamenta) quæ ſine modo ſunt, id eſt quibus ſatis magna pœnarum acerbitas dari non poteſt, etiam princeps ſuam adfert moderationem, & veſtra, maiorumque exempla, id poſtulant, id eſt Senatuſconſulta a vobis & a maioribus facta, & iudicia iſtas pœnas leniant, vt vana a ſceleſtis, dicta a maleficiis differunt: locus eſt ſententiæ, per quam puniatur delictum, & ſeueritatis non pœniteat. Nam iſte eſt verus Lepidi ſenſus. Ait autem *vana a ſceleſtis, dicta a maleficiis:* quia aliud *dicere,* aliud *facere.* In factis manus peccat, in dictis lingua, cuius ictus vani ſunt & innoxij. Sunt enim volatica verba: ideo lenius puniri debent. Etiam in cauſa maieſtatis & ſub Auguſto verba neglecta, ſub Tiberio punita, etiam acerbiter & inhumane prorſus.

Tacitus correctus.

9 Svmpta morte.] Quid ſi *ſubita morte miſericordiam eius præueniſſet?* nam in his mortibus vnus ictus hominem debet abſoluere. quia non erat cunctandum. nam cunctatio damnoſa, bonorum addictione in fiſcum, & carnificis manus iniectione. Qui ſpirantes adhuc trucidabat; vt de Caio Piſone noſter. *Receptus eſt reus, & non peractus ob mortem opportunam.* De Granio Martiano. *Vim vitæ ſuæ attulit.* De Vibuleno noſter libro 6. *In ipſa curia depromptum ſinu venenum hauſit, prolapſuſque ac moribundus feſtinatis lictorum manibus in carcerem raptus eſt, fauceſque iam exanimis laqueo vexatæ.* Tamen excuſa lectio mihi non diſplicet.

10 In integro esto.] Quid ſi *ſtet?* nam ſic Cicero dixit ad Varronem. *Stet nobis illud.* epiſt.2. lib. 9. famil. Plautus in Trinummo. *Atqui nunc abs te ſtat.* Et in Milite Glor. *In ſtatu ſtat ſenex.* Stare autem *in integro,* eſt manere in integro. Sic Iuriſconſulti dicunt

Stare in integro eſt manere in integro.

manere

manere in ſuo ſtatu. Sed nec diſplicet verbum *eſto.* Quippe Horatius Sat.6.lib.1. *Namque eſto.* Tacitus 15. Annal. *Veſtra vis & gloria in integro eſto.* quod confirmat noſtram lectionem. Plinius. *Eſto: ſit tanta ventri cum eo ſocietas.* Et Florus 1. cap. 1. *Heic templum eſto*, inquit, *Stator Iupiter.* Sed, inquies, ſcriptum eſt in manuſcripto, *vita Lutorij in integro ſtet*: id eſt ſuperſit, non tollatur, ſed relinquatur.

Ψυχῆς γὰρ οὐδέν ἐστι τιμιώτερον.

Nihil enim eſt vita pretioſius.

ait Euripid. in Alceſt.

11 In exemplvm ibit.] Pœnæ damnatorum ad exemplum, apud Romanos. Quintilianus Declamat. 274. *Quoties noxios crucifigunt, celeberrimæ eliguntur viæ, vbi plurimi intueri, plurimi commoueri hoc metu poſſunt. Omnis enim pœna non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum.* Noſter lib. 12. *Meritum quidem nouiſſima exempla Mithradatem.* Et in epiſtola Catholica B. Iudæ. *Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates, ſimili modo & fornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes.* Et ſane hæc exempla a lege Dei. Nam in Numeris, *Erit mulier in maledictionem & in exemplum omni populo.* Et Deut. 29. *In exemplum ſubuerſionis Sodomæ & Gomorrhæ.* Et 3. Reg. 9. *Domus hæc erit in exemplum.* Et 2. Paralip. *Tradam vos in exemplum cunctis populis.* Iob 17. *Factus ſum exemplum coram eis.* Et Eccl. 19. *Extolletur in exemplum maius.* Nahum 3. *Oſtendam gentibus nuditatem tuam, & ponam te in exemplum.* In Seneca patre lib. 1. Controu. 5. *Sumatur de illo ſupplicium, conſtituatur in conſpectu publico, cædatur, tota die pereat, qui tota nocte peccauit.* Quæ vocabantur *exempla.* Sic Terentius.

Quæ futura ſunt exempla in eum indigna.

In Adelph. & in Eunucho, *In te exempla fient.* Plautus in Moſtel.

Exempla edepol faciam ego in te. RAN. *Quia placeo, exemplum*
Experis.

Quintilianus 267. *Videlicet egregium exemplum ciuium futurus es, qui ſic viuis, vt damnari potueris.* D. Cyprian. de lapſ. *Plectuntur quidam quo cæteri corrigantur. exempla ſunt omnium, tormenta paucorum.* Et Seneca vbi de Caligula, qui nocte equitem Romanū iuſſerat decollari. *Animaduerſiones*, inquit, *quo notiores, plus ad exemplum, emendationemque proficiunt.* Et Seneca pater lib. 9. Controu. 2. vbi tale factum reprehendit, quale illud Caligulæ. *At nunc*, inquit, *a prætore lege actum eſt ad lucernam. Sic ad lucernam decollaſſe Romanos Senatores*, dixit Seneca filius lib. 3. de Ira. Ideo & ad exemplum. Damnatis etiam tituli; quod Iuriſconſulti tradunt, L. ſi duo. §. vlt. de Iureiur. Et Suetonius in Domitiano. *Impie loquutus parmularius.* Lamprid. in Alexand. *Fumo perit, qui fumum vendidit.* Ideo etiam cadauera punitorum, in crucibus relinquebantur ad certum tempus. L. vlt. de cad. punit. Ideo etiam cum tintinnabulis carnifices damnatos ducebant ad ſupplicium, quo quiſque moneretur, & ſequeretur qui vellet. Plautus:

Cum tintinnabulis ducent patibulandum per vias.

Pœna ad exemplum. Apud Rom. Teſtimonia. Apud Chriſtianos. Lege agere ad lucernam. Ad lucernam decollare. Damnatis tituli. Corpora damnata crucibus relicta. Cum tintinnabulis patibulandi.

Et in Trucul.

Niſi ſi tintinnabulis vultis vos adduci viros.

Ideo tuba occinebat, quo conuocatio fieret populorum, vt docet Seneca pater lib. 9. Controu. 2. Et hæc omnia ad exemplum. Vnus patitur, omnes docentur. Et a vitiis fit documentum ad virtutem veniendi: vt qui viuentes vitioſis exempla fuiſſent, mortui & affecti ſupplicio exempla eſſent ad virtutem, non modo improbis, ſed & probis.

Tuba populus vocatur.

12 Qvamvis.] Nota ingenium Tiberij. Haterius Lutorium morti addixerat, Lepidus vitæ. Haterij ſententia probata fuerat a Senatu; Lepidi improbata. Ecce Tiberius diſſimulator ingens. Pietatem patrum extollit, acriter vlciſcendum iniurias principis modicas. Deprecatur tamen tam præcipites pœnas verborum Lutorij, cum tamen Agrippam eius ſententiæ authorem non argueret. Viden falſi ſenis artes & ſtrophas?

13 Vlciscentivm deprecaretvr.] Legendum, *Vlciſcentium tum deprecaretur.* nam illa duo, *cum*, &, *tum*, ſæpe mutuo ſe ſequuntur in authore noſtro.

Tacitus correctus.

14 Tam præcipitis.] Pro *præcipites.* nam ita ſcribitur *præcipiteis*, & *plebeis* pro *plebis.* Quod eſt tritum in manuſcriptis.

15 Igitvr factvm S.C. ne decreta patrvm ad ærarivm.] Leges & Senatuſconſulta in æs incidebātur, & in ærario reponebantur. Sic Machabæorum 1. vbi loquitur de Senatuſconſulto Romano. *Deſcripſerunt in tabulis æreis, & poſuerunt in titulis in monte Sion.* Seneca de Benef. cap. 4. *Magis illa conſtitutio rata erit, quam ſi in æs inciſiſſem.* Diuus Cyprianus. *Sint licet in ære inciſæ leges duodecim tabularum: tamen inter ipſas leges peccatur, inter ipſa iura delinquitur.* Idem dicitur L. 8. ad Leg. Iul. pecul. Et ita interpretor L. *Qui tabulam æneam leges continentem.* Plin. lib. 34. cap. 1. *Vſus æris ad perpetuitatem monumentorum iampridem tranſlatus eſt: tabulis æreis, in quibus conſtitutiones publicæ inciduntur.* Tales fuerunt Ancyranæ, quas D. Auguſtus tulit: tales Lugdunenſes, quas D. Claudius in æs cudi iuſſit, quæque ad hunc vſque diem durant. Et hanc curam primum Ædiles habuere, & Tribuni plebis: ſed cum per apparitores id facerent, & per incuriam peccatum eſſet, munus tranſlatum eſt ad Quæſtores. Quod firmat Agellius lib. 13. cap. 13. & Pomponius I. C. L. 2. de orig. iur. ait Ædiles præpoſitos ædibus, quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat. Noſter Annal. 13. *Addidit Piſo aduerſus tribunos pleb. ne mulctam ab iis dictam Quæſtores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menſes referrent.* Lex autem Theodoſij de 30. diebus legitur L. ſi vindicari. de pœnis, & apud Socratem, & Sozomenum. Et apud Ruffinum lib. 2. cap. 18. ſed poſtea fuit abrogata a Nicephoro Bononiate. Lego apud Plinium lib. 29. cap. 1. *De exilio non niſi die 40. quinque electis viris dicatur tabula.* Hunc autem morem tractat lib. 13. cap. 13. Et Liuius & Valer. Max. Item alij.

Leges in æs inciſæ. Apud ærarium depoſitæ. Æs ad perpetuitatem monumentorum. Ancyranæ tabulæ. Ædilium cura primum fuit. Et tribunorum pleb. Quod ad quæſtores fluxit. Plebiſcita ad ædiles. Mox ad quæſtores. Lex Theodoſij de 30. diebus. 40. die de exilio datur tabula.

16 Non senatvi libertas.] Id eſt, Senatus, qui iam cenſuerat necandum, liber-

Sententia ſemel dicta non retractatur.

tatem & mutandæ ſententiæ ius non habebat, ob metum Tiberij; tum etiam quod ſemel decreta, retractari non poſſint. Denique quod etſi ſententiæ pœnituiſſet, tamen tempus dubium Tiberium non mitigabat, & fruſtra aliud cenſuiſſent.

[1] C. Sulpitius, D. Haterius conſules ſequuntur. Inturbidus externis rebus annus, domi [2] ſuſpecta ſeueritate aduerſum luxum, qui immenſum proruperat ad cūcta * quis pecunia prodigitur. Sed alia ſumptuū, quamuis grauiora, diſſimulatis plerunq. pretiis occultabantur; ventris, & [3] ganeæ paratus adſiduis ſermonibus vulgati, fecerant curam, ne princeps antiquæ parſimoniæ [4] durius aduerteret. Nam incipiente C. Bibulo, cæteri quoque ædiles diſſeruerant, ſperni ſumptuariam legem, vetitaque vtenſilium pretia augeri in dies, nec mediocribus remediis [5] reſiſti poſſe. & conſulti patres integrum id [6] negotium ad principem diſtulerant. Sed Tiberius ſæpe apud ſe penſitato, an coerceri tam profuſæ cupidines poſſent: num coercitio plus damni in Rempub. ferret, [7] quam indecorum adtrectare quod non obtineretur, vel retentum ignominiam & infamiam virorum inluſtrium poſceret: poſtremo litteras ad ſenatum compoſuit, quarum ſententia in hunc modum fuit.

* queis

Sulpitius Galba pater Galbæ Imper.

1 C. Svlpitivs.] Galba eſt, & pater Galbæ Imperatoris. Dio lib. 57. Sic nominatur a Plinio lib. 33. cap. 2. Corrigo de eo Suetonium ita loquentem cap. 3. in Galba. *Pater Conſulatu functus, quam breui corpore, atque etiam gibber, modicæque in dicendo facultatis, cauſas induſtrie actitauit.* Quæ verba inter ſe pugnant: pugnant etiam cum Macrobio lib. 2. ca. 6. qui ſcribit, *Galbam eloquentia clarum, ſed quem habitus, vt ſupra dixi, corporis deſtituebat.* Itaque lego, *Immodicæque in dicendo facultatis.* Lollij vox erat, *Ingenium Galbæ male habitat:* quia in paruo & curuo corpore, magnum gerebat ingenium, & rectum. Et ſane multi ſales dicuntur de hoc gibbo Galbæ: Quippe eo agente cauſam apud Auguſtum, & frequenter dicente, *Corrige me ſi quid reprehendis. Ego,* inquit Auguſtus, *monere te poſſum, corrigere non poſſum.* hoc Macrob. lib. 2. cap. 4. Et idem eodem cap. 6. *Orbilius Grammaticus eundem Galbam irriſit acerbius. Prodierat Orbilius in reum teſtis; quem Galba vt confunderet, diſſimulata profeſſione eius, interrogauit, Quod artificium facis? Reſpondit, In ſole gibbos fricare ſoleo,* id eſt gibberes & gallinarum pullos, Galbæ gibbum irridens, & figurate corripiens gibbum. De Galbæ nomine, quod nobile, ita Silius lib. 8.

Suetonius correctus.

Pater Galbæ eloquens.

Ingenium Galbæ ingens in corpore paruo & curuo.

Auguſti dictum in patrem Galbæ.

Sal Orbilij Grammatici in Galbam.

Galba nobilis.

Iamque per Etruſcos legio completa maniplos,
Rectorem magno ſpectabat nomine Galbam:
Hinc genus orditur Minos, immixtaque tauro
Paſiphae, clarique dehinc ſtant ordine patres.

Et ſane Galbarum nomen apud Romanos primum honorabile, mox imperatorium.

Suſpectus, pro, deſpectus.

2 Svspecta.] Pro *deſpecta.* Dixi principio lib. 1.

3 Ganeæ paratvs.] Id eſt, apparatus gulæ. Sic Cicero *ganearum nidorem* dixit orat. in Piſon. Hunc Tertullianus in Apolog. obiicit paganis. *Quoniam,* inquit, *illæ leges abierunt, ſumptum & ambitionem comprimentes, quæ centum æra* (loquitur de Lege Fannia Centuſſi) *non amplius ſubſcribi iubebant, nec amplius quam vnam inferri gallinam, eamque non ſaginatam.*

Tertullianus explicatus.

Lucillius.

In quos (loquitur de guloſis) *Lælius clamores ſophos ille ſolebat*
Edere, compellans gumias ex ordine noſtros.

Sic Cato dixit. *Qui antea obſonitauere, poſtea centenis obſonitauere.* Feſtus in verbo, *Obſonitare:* Quippe *edacitas in quibuſdam, gula in aliis, natura eſt,* ait Sulpitius Dialogo 1. de miracul. D. Martini. Nota autem ex Plinio lib. 33. cap. 2. cum Bibulo, de quo hic Tacitus agit, Galbam fuiſſe Ædilem. Ita enim ſcribit. *C. Sulpitius Galba, dum iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, queſtus eſt in Senatu vulgo inſtitores huius culpæ defendi annulis.* nam ſi non ædilis, quomodo queſtus eſt in Senatu de popinis? Erat enim eorum munus. Iuuenalis de ædile Vlubrenſi, & de menſura.

Galba ædilis cum Bibulo.

Ædiles de popinonibus querebantur in ſenatu.

Erat eorum munus.

—— ius dicere, vaſa minora
Frangere, pannoſus vacuis Ædilis Vlubris.

Vaſa frangebāt eminoris menſuræ.

Et de opſonio Ædilis apud Apuleium; quod illis abſtulit poſtea Claudius, *quia inquilinos prædiorum ſuorum, contra vetitum cocta vendentes, mutaſſent.* lego *mulctaſſent.* Sueton. in Claud. Erat autem Galba, non ille conſul; nam adoleſcentem facit; nec filius Conſulis, qui Imperator fuit, cum C. Sulpitium vocet, non Seruium, nec Lucium; ſed frater erat Imperatoris Galbæ, qui Caius dictus, quique prohibitus a Tiberio anno ſuo ſortiri proconſulatum, voluntaria morte obiit. Sueton. in Galba. Quod autem ait *iuuenalem,* pro *iuuenilem,* ita loquebantur, & ait, *iuuenalem famam,* quod vnuſquiſque iuuenis apud Romanos, famam captaret ex facto memorabili. Sic *iuuenalia,* Iuuenalis Sat. 11.

Et opſoniorum defectus.

Quod illis abſtulit ſapiens Claudius.

Quis ille Galba de quo Plinius.

Plinius explicatus.

Iuuenalis fama.

—— iuuenalia membra
Sufficiunt.

Quod vero addit, *inſtitores huius culpæ annulis defendi;* ſignificat eſſe equites. Et certe illi omnes gurgites, & helluones, & profundiſſimæ gulæ ſinus, ex equitum ordine, Apicij, Vedij, Polliones, Octauij, Alledij, Nomentani, aliique librorum cenſuris notati. Et

Lurcones Romani ex equitū ordine.

inſtitores culpæ vocat; quaſi dicat, popinario negotio præpoſitos. Sic enim Iuriſconſulti vocant inſtitores L. 5. de inſtitoria. D. quod explicare lubuit. Sed addo Plinium videri diſcrepare a Tacito, cum quæ de popinis acta fuerunt, Galba & Haterio Coss. reponat in ſequentem annum, & ſub Antiſtio & Aſinio Pollione. Verum iſta popinaria querela, contra equeſtris ordinis ventres, ſub Galba & Haterio; ſed vnitas equeſtris ordinis, & Senatus, ſub Antiſtio, & Pollione.

Plinius & Tacitus compoſiti.

Qui diſsidentes.

4 DVRIVS ADVERTERET.] Lego *animaduerteret*. Et verbum *durius* id ſuadet.

5 RESISTI POSSE.] Placet valde correctio Florent. Cod. *ſiſti poſſe*. nam ita erat ſcriptum, *mediocribus remedIs iſti poſſe*, pro *remediis ſiſti poſſe*. S, littera in fine verbi *remediis*, ſupplet.

6 NEGOTIVM AD PRINCIPEM.] Nam, vt ait Sophocles in Electra.

> Τοὺς ἐκ Διὸς εἰκὸς ἐστὶ πάντ᾽ ὁρᾷν.
> *Natos Ioue veriſimile eſt omnia cernere.*

Quod infra Tiberius docet. *Nemo refert quod Italia externæ opis indiget: hanc curam ſuſtinet princeps.* Nam Princeps cordatus Reipublicæ Atlas, qui imperij pondus ſuſtineat.

7 QVAM INDECORVM.] Ita legendum eſt: *Plus damni in Remp. ferret, quam commodi, indecorum attrectare quod non obtineretur, vel retentum*, &c. Ideo Plinius lib. 37. cap. 2. vbi de capite Cn. Pompeij Magni margaritis compoſito, ita ſcribit. *Ex margaritis, Magne, tam prodiga re & fœminis reperta, quam gerere te fas non ſit, hinc fieri tuos vultus? Sic te pretioſum videri?* Addit. *Ius videmur perdidiſſe corripiendi gemmata potoria & varia ſupellectilis genera.* Sed ſi hæc ita ſunt, valeant vitia, pereant virtutes. Recte ſane Plinius lib. 4. epiſt. Eia. *Hæc reducere non niſi ſeueri; at reducta exercere, etiam leuiſsimi poſſunt.* Et Auguſtus prudenter dixit & acute, *habere ſe duas delicatiſsimas filias, Iuliam, & Remp.* Reſpublica enim interdum, nec vitia, nec remedia pati poteſt, vt dicebat Liuius. Interim noto magni eſſe principis, non modo ſuam, ſed & cæterorum ciuium exiſtimationem tueri. nam hominis, & perditi, & diſſoluti, non curare quid de ſe quiſque ſentiat. Ideo in rebus agendis hæc clauſula frequens. *Salua exiſtimatione. Integra exiſtimatione.* Modeſtinus L. 21. de tut. dat. ab his. & L. 3. de ſuſp. tut. & L. 48. D. Mandati. Et ſemper exiſtimatio noſtra tuenda eſt. L. 15. §. vlt. de vſurp. Euodius in defenſione Symmachi. *Auarus laudis animus eſt, & fauorem deſiderat ſudore mercari.* Virgil. 9. Æn.

> *Eſt hic, eſt animus lucis contemptor, & iſtum*
> *Qui vita bene credat emi quo tendis honorem.*

Nam qui decus perdidit, abit omnium rerum naufragus.

*Cæteris forſitan in rebus P. C. magis expediat me coram interrogari, & dicere quid e Rep. cenſeam. In hac relatione ſubtrahi oculos meos melius fuerit, ne denotantibus vobis ora, ac metum ſingulorum qui pudendi luxus arguerentur, ipſe etiam viderem eos, ac velut deprehenderem. Quod ſi mecum ante viri ſtrenui ædiles conſilium habuiſſent, neſcio an ſuaſurus fuerim omittere potius præualida, & adulta vitia, quam hoc adſequi, vt palam fieret, quibus flagitiis impares eſſemus. Sed illi quidem officio functi ſunt, vt cæteros quoque magiſtratus ſua munia implere velim. Mihi autem neque honeſtum ſilere, neque proloqui expeditum, quia non ædilis, aut prætoris, aut conſulis partes ſuſtineo. Maius aliquid & excelſius a principe poſtulatur: & cum recte factorum ſibi quiſque gratiam trahat, vnius inuidia ab omnibus peccatur. Quid enim primum prohibere, & priſcum ad morem recidere adgrediar? [1] villarumne infinita ſpatia, familiarum numerum, & nationes? [2] argenti & auri pondus? [3] æris, [4] tabularumque miracula? promiſcuas viris & fœminis veſtes? atque illa fœminarum propria, *quis [5] lapidum cauſa pecuniæ noſtræ ad externas, aut *hoſtilis gentes transferuntur? Nec ignoro [6] in conuiuiis, & circulis incuſari iſta, & modum poſci. Sed ſi quis legem ſanciat, [7] *pœnas indicat, iidem illi ciuitatem verti, ſplendidiſſimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem clamitabunt. Atqui ne corporis quidem morbos veteres, & diu auctos, niſi [8] per dura & aſpera coerceas. Corruptus ſimul & corruptor, æger & flagrans animus, haud leuioribus remediis reſtinguendus eſt, quam libidinibus ardeſcit.*

* queis
* hoſtileis gentes
*& pœnas indicet. iidem

1 VILLARVMNE INFINITA SPATIA.] Horatius ode 15. lib. 5.

> —— *non ita Romuli*
> *Præſcriptum, & intonſi Catonis*
> *Auſpiciis, veterumque norma:*
> *Priuatus illis cenſus, erat breuis;*
> *Commune, magnum.*

Priuatus olim cenſus breuis. Commune magnum.

Idem Horatius 4. Epod. exprobrat mille iugera quæ libertus poſſidet.

> *Sectus flagellis hic triumuiralibus*

Præconis ad faſtidium
Arat Falerni mille fundi iugera,
Et Appiam mannis terit.

Liberti qui ararent iugera.

Duo iugera in veteri Rep. Rom. priſcis.

Duo iugera priſcis Romanis ſatis erant, illiſque laureatis aratoribus. Et hæc male coluiſſe, erat probrum. Plinius lib.18.cap 2.confirmat. *Bina tum iugera P. Romano ſatis erant, nulliq. maiorem modum attribuit. Quo ſcilicet modo ſeruos paulo ante principis Neronis, contempto huius ſpatij viridario, piſcinas iuuat habere maiores, gratumq. ſi non aliquem & culinas.* Et ſane omnes frugi, pauco iugere fuere contenti. Horatius eos imitatur.

Etiam triumphantibus. *Laureata arata.* *Omnes frugi pauco iugere contenti.*

Hoc vnum in votis, modus agri non ita magnus.

Iuuenalis etiam duo iugera militibus. Sat.11.

In diuiſione agrorum, duo iugera militi.

Tandem pro multis vix iugera bina dabantur
Vulneribus; merces hæc ſanguinis, atque laboris:
Nunc modus hic agri, noſtro non ſufficit horto.

Poſtea 7. iugera. *Ex L. Licinia.* *Quam author Licinius Stolo violauit.* *Et damnatus eſt.* *Ex lege Sempronia 50.* *Ne villa fundum, ne fundus villam deſideret.* *Latifundia.* *Tres liberti Claudij ſemiſſem Africæ poſſidentes.*

Lege Licinia, 7. iugera viritim data ſunt. Et tamen Licinius Stolo incidit in legem quam tulerat. nam mille iugera poſſedit, cum filio, & damnatus eſt. Liuius li.7. *Fuit ea iam luxuriantis Reip. menſura*, ait Plinius lib.18. cap 3. Sed Lege Sempronia, luxuria Romanos inundauit, & ex agro publico, quinquaginta poſtea permiſſa ſunt. Quod mirum. Sed ex alieno corio, agriſque captiuis. Quippe priſci modum agri ſeruandum exiſtimauere, ſatiuſque eſſe minus ſerere, & melius arare: vnum quærebant, ne villa fundum, aut ne fundus villam deſideraret. Quod accidit Scæuolæ & Lucullo. nam fundus Scæuolæ villa carebat; Luculli villa, fundo. Poſtea latifundia in vſu, & ad infinitum vſque. *Latifundia*, inquit Plinius eodem, *perdidere Italiam; iam vero & prouincias. Sex domini ſemiſſem Africæ poſſidebant, cum interfecit eos Nero princeps.* Loquitur, vt puto, de libertis Claudij principis. Seneca epiſt.89. *Hoc quoque parum eſt, niſi latifundiis veſtris maria cinxiſtis; niſi trans Hadrianum. Ægæumque veſter villicus regnet.* Martialis libro 3.

Sunt tibi (confiteor) diffuſi iugera campi,
Vrbanique tenent prædia multa lares.

Et libri 5. epigram.13. Perſius Sat.2.

Diues arat Curibus quantum non miluus oberret.

Ideo idem author ſcribit.

Nunc Licini in campos.

Licinij campi.

Et vocat latifundia *Licini campos*, propter vaſtitatem. Sed Iuuenalis Sat.14.

—— *ergo paratur*
Altera villa tibi, cum rus non ſufficit vnum,
Et proferre libet fines, maiorque videtur,
Et melior vicina ſeges: mercaris & hanc, &
Arbuſta, & denſa montem qui canet oliua.

Am.Marcel.lib.14. *Alij patrimonia in immenſum extollunt, cultorum vt putant feracium multiplicantes annuos fructus, quæ a primo ad vltimum ſolem ſe abunde iactitant poſſidere.* Hi latifundiarij a propheta execrantur. apud Eſaiam. *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vſque ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ?* cap.5. Auiditas habendi, indicium eſt ruendi.

2 ARGENTI ET AVRI PONDVS.] Recte. nam vt ait Remmius Palæmon Grammaticus (qui male vocatur Remeus in Plinio lib. 33. cap.3.) lib. de Ponderib.

—— *Pondus rebus natura locauit*
Corporeis. elementa ſuum regit omnia pondus.

Dicit autem *pondus auri & argẽti* ex veteri more; quia vtrumque non numerabatur, ſed appendebatur. Donatus in Phormione in verbo, *Vnciatim. Cum*, inquit, *expenſa pecunia ferretur, more veterum, non, vt nunc, annumeraretur.* Et veſtigium manſit ad tempora Conſtantini & vltra. Tit. de Ponderatorib. & auri illatione, Cod. lib.10. Sic in l. 20. D. *aurum ponderare.* Sic *pondus argenti*, L. 30. §. certis. D. ad l. Falcid. & *pondus auri & argenti*, L. 1. §. vlt. & L. 19. de aur. & arg. leg. D. Sed Plinio nemo clarius lib. 33. cap. 3. *Proximum*, inquit, *ſcelus fecit, qui proximus ex auro denarium ſignauit: quod & ipſum latet authore incerto. Populus R. ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem deuictum vſus eſt. libra as erat: vnde etiam nunc libella dicitur, & dupondius adpẽdebatur aſſis. Quare æris grauis pœna dicta, & adhuc expenſa in rationibus dicuntur. Item impendia & dependere. Quin & militum ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandæ, & penſatores libripendes dicuntur. Qua conſuetudine in his emptionibus quæ mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur. Argentum* autem *& aurum inter tributa*, vt in titulis de auro coronatio & de auri publici proſequutoribus. Et noſter vbi de Gallis tributarias ſpecies enumerat, Annal. lib.1. *Cyprus æs pendebat*, Titulo de collat. æris. *alij arma, equos, aurum*, ait Tacit. Virgilius eadem formula vſus eſt qua Tacitus in hoc verſu.

—— *argenti eſt mihi pondus*
Infecti, factique ſimul.

Silius lib. 13. etiam imitator & ſimia.

Nec modus argento, cælataque pondera facti
Tantum epulis auri.

Iuriſconſulti, aurum & argentum diuidunt in *factum*, & *infectum*, L. 19. §. vlt. L. 27. §. 1. de aur. & arg. leg. Factum eſt quod fabricatum in vaſa aut imagines, ἀργύρωμα dictum. vel quod ſignatũ. licet diſparentur l.19. de auro & arg. leg. Nam *Monetale* dicitur Apuleio 7. Met. Et Sen. *Libentius donabo argentum factum quam ſignatum*, 1. de Benef. 11. Infectum autem rude eſt & in maſſa cum laminis. Plinius lib. 33. cap.11. *Libras 32. argenti Africanus ſequens heredi reliquit: poſtea victa Numantia, & deleta, idem Africanus in triumpho militibus* XVIII. *millia pondo dedit.* O viros illo Imperatore dignos, quibus hoc ſatis fuit. frater eius Allobrogus primus omnium, mille pondo habuit. Apud eundem authorem videris progreſſum luxuriæ: Itaque ſubſiſto.

3 ÆRIS.] *Obiecit accuſator Camillo, quod ærata oſtia haberet in domo*, ait Plinius lib.34. cap.3. Et apud Romanos æris multus vſus. nam ex ære fores, vt apud Barbaros. Virgil.2. Æn. de Troianis qui olim Barbariæ pars.

Ærata oſtia. *Ex ære fores.*

Ipſe inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, poſteſque a cardine vellit
Æratos.

Et Tibullus eleg. 2. de Romanis.

Stridet, & æratas excubat ante fores.

Et ex ære bullæ in foribus. Etiam in militum balteis. Plautus ſæpe. & attia ærata, ob æris ſtatuas, & imagines. Ouid. 6. Faſtor.

Bullæ æreæ in portis. *Ideo fores æratas dicebant.*

Vidimus ornatos ærata per atria, picta
Veſte, triumphales occubuiſſe ſenes.

Et

Et idem eodem.

Quæ nunc ære nitent, ſtipula tunc tecta virebant,
Et paries lento vimine tectus erat.

Æs in candelabris. *In capitellis etiã columnarum.* *Menſarum pedibus.*

Luxuries æris in candelabris, in columnarum capitellis, & pedibus; etiam in columnis, in lectorum, menſarumque pedibus, vt tricliniis, & abacis; quæ omnia legendis authoribus paſſim videas, & colligas, & peculiariter in Plinio. Sed Homerus domum Menelai æratam deſcribit in Odyſſea.

Luxuries in picturis. *Quas diſtrahendas dicebat Agrippa.* *Tamen ipſe poſtea ſua legi vim fecit.*

4 TABVLARVMQVE.] Iuriſconſulti picturas tabulas appellant. L. vlt. de ædilit. edicto. D. & diſtrahendas cenſebat Agrippa in commodum Reip. Salubri certe, ſed non exaudita ſententia; licet ille poſtea tempora ſequutus, opera ſua publica, multis ſignis & ſtatuis, & picturis decorauerit. Nemo Plinio melius picturæ pretia eſt perſequutus. Proinde vide Nat. hiſtoriæ 35. & reliquos libros. Nam hic author mihi pro miraculo.

Luxus Romanus in pretioſis lapidibus. *Quos geſtabant in corpore & extra corpus.*

5 LAPIDVM CAVSA.] In quibus luſit totus Oriens, & ludit adhuc hodie. Etiam & Aſia & Africa tota. Athenæus lib 4. Dipnoſoph. Πέρσαι, Μῆδοι καὶ πάντες Ἀσιανοί. Imo totus orbis. Et, vt ait Plinius libro 11. capite 37. *tantus luxus fuit, vt non modo toto corpore, ſed & extra corpus, in iis lapidibus laſciuirent.* Nam Theophraſtus lib. de lapidib. lapides reponit inter inſtrumenta luxus; & inter lapides, *vniones*. *Calculos* vocant quidam veteres, vt Soſipater lib.1. *Dicitur*, inquit, *illi ineſſe calculus, vbi concha prægnãs eſt, quem nos margaritũ vocamus*. Quamuis a Iuriſconſultis ſeparentur, L. 29. §. gemmæ. D. de aur. & arg. leg. Tertullianus vocat *puſtulas*, de hab. mulieb. & *maris poma*, & *verrucas duras*, & *rotundas*. Etiam *gemmas* vocat Propertius.

Vniones dicti guttæ, calculi, margaritæ, gemmæ, lapilli, puſtulæ, maris poma, verrucæ, grandines, nuclei concharum, & germina, baccæ.

Et legitur rubris gemma ſub æquoribus.

Et *grana*, & *grandines* dicuntur, & *nuclei concharum partus*. Auſonius in Moſella *germina*.

——*concharum germina baccas.*

Franci dicunt *bagues*, quas Latini *baccas*. Nec male Tertullianus ait, *ab angelis deſertoribus, has lapidum monſtratas inſanias. Lumina*, inquit, *lapillorum, quibus monilia variantur, circuli ex auro, quibus brachia arctantur, & medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorantur*, libro de habitu muliebri. Plinius lib. 9 cap. 35. *Parum erat ſcilicet in guttas condi maria* (vocat *vniones, guttas*) *ni manibus, auribus, capite, totoque corpore a fœminis iuxta, viriſque portarentur.* Non male idem Plinius qui vniones eſſe fœminis ſcripſit pro lictore, eodem loco. Et ait lib. 11. cap. 32. loquens de auribus. *Non in alia parte fœminis maius impẽdium quam in lapillis. in Oriente quidem, & viris aurum geſtare auribus decus exiſtimatur.* Martialis lib. 9. epig. 3. de mulieribus.

Geſtati a viris & fœminis.

Splendet Erythræis pellucida mœcha lapillis.

Quippe e mari rubro vniones. Et hodie piſcantur in inſula Ormus vicina Erythræi maris. Idem lib. 8. epig. 33.

Lapilli Indiarũ germina.

Cedet Erythræis eruta gemma vadis.

De viris, gemma ornatis, Virgilius 5. Æneid. vbi de balteo.

——*tereti ſubnectit fibula gemma.*

Et idem 10. Æn.

Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti.

De fœminis. Martialis lib. 11. epig. 50.

Nunc plorat ſpeculo fallax ancilla relicto.
Gemma vel a digito, vel cadit aure lapis.

Et Horatius lib. 2. Sat. 3.

Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet vt decies ſolidum exſorberet, aceto
Diluit inſignem baccam.

Petronius Arbiter.

Guttura nunc aliæ magnis monilibus ornent,
Aut gemmas aptent capiti; tu ſola placere,
Vel ſpoliata potes.

D. Hieronymus ad Ruſticum. *Ibi naſcuntur carbunculus, & ſmaragdus & margaritæ candentia, & vniones, quibus nobilium matronarum ardet ambitio.* Et idem epiſt. 12. vocat *fœminarum genus nugarum geſtiens, moniliumque ac nitellarum.* Tamen Zenobia *omnium nobiliſſima orientalium fœminarum*, &, vt Iulius Capitolinus aſſerit, *ſpecioſiſſima*, dicebat Aureliano qui omnibus gemmis ornatam volebat quo duceretur in triumphum: *Ego gemmarum onera ferre non didici.* Sed nec erat fœmina niſi ſexu; animo certe vir, & vir ingens. Ouidius 10. Metam. ——*modo grata puellis*

Fœminarũ genus nugarum geſtiens.

Munera fert illi conchas, tereteſque lapillos,
Et paruas volucres, & flores mille colorum,
Lilia, perpictaſque pilas, & ab arbore lapſas
Heliadum lacrimas. ornat quoque veſtibus artus:
Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo:
Aure leues baccæ, redimicula pectore pendent.
Cuncta decent: nec nuda minus formoſa videtur.

Sed primum dicendum de crinibus lapillorum ſcrupis oneratis. Nam idem Plinius de Lollia lib. 9. cap. 35. *Vidi ſmaragdis margaritiſque opertam* (Lolliam ſcilicet) *alterno textu, fulgentibus toto capite & crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus digitiſque.* Et ait idem author, *Margarita a fœminis reperta.* Sic etiam Papinius.

Lapilli in crinibus. *Et a fœminis inuenti.*

——*gemmatis aut cingunt tempora vittis.*

Loquitur de nubente muliere. Quod autem ſcribit *gemmatis vittis*, nos vocamus *Serre-teſtes*, faſcias capitales, aut vincla crinium, quæ ex auro & lapidibus, & granis vnionum. Martialis lib. 5.

Perque caput ducti lapides, per colla, manuſque,
Et pedibus niueis fulſerunt aurea vincla.

Et Iuuenalis Sat. 6.

Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,
Cum virides gemmas collo circundedit, & cum
Auribus extentis magnos commiſit elenchos.

Auribus.

Ezechiel. 16. *Dedi inaurem ſuper os tuum & circulos auribus tuis & coronam decoris in capite tuo.* D. Hieronymus ad Lætam. *Caue ne collum auro, & margaritis premas, nec caput gemmis oneres.* De fronte apud Eſaiam 3. *gemmas in fronte pendentes.* De auribus. Seneca de beata vita. *Quare vxor tua locupletis domus cenſum auribus gerit?* Tertullianus per irriſionem ſic ſcribit 1. de cultu fœminarum. *Scrupuloſa Deus vulnera auribus intulit, & tanti habuit vexationem operis ſui?* Sic Plinius ante Tertullianum, in præf. lib. 12. nat. hiſt. *Vnionem in rubri maris profundo, ſmaragdum in ima tellure quæri. Ad hoc excogitata ſunt aurium vulnera.* Vocat autem Tertullianus *vulnera ſcrupuloſa* a ſcrupis. *Scrupi* enim ſunt arenæ grana, quæ interdum calceos intrant,

Fronte. *Vulnera auriũ.* *Quid ſcrupi.*

& pedem lædunt. Lapides autem pretioſos per depreſſionem *ſcrupos* vocat, *& ſcrupulos. Inaures* dicuntur a Iuriſconſultis L. 26. de aur. & arg. leg. D. Hieron. ad Demetriadem. *Vt taceam*, inquit, *de inaurium pretiis, candore margaritarum, rubri maris profunda teſtantium, ſmaragdorum virore, ceraunicrum flammis, hyacinthinorum pelago; ad quæ ardent & inſaniunt ſtudia matronarum.* Silius li. 12. de lapidibus pretioſis.

Quale micat, ſemperq. nouum eſt, quod Tyberis auro
Paſcit ebur, vel qui miro candoris honore,
Lucet in aure lapis, rubris aduectus ab oris.

Curtius lib. 9. *Pendebant ex auribus inſignes candore & magnitudine lapilli.* Et Antiquitas duos aut tres memorat: vnum Iulij Cæſaris, quem Setuiliæ donauit: Alterum quem hauſit Cleopatra: Tertium quem ſcidit Auguſtus, vt duabus Veneris auribus apponeret. Et Seneca, *quem corrigo, de benef. 7. *Video vniones non ſingulos, ſingulis auribus comparatos: iam enim exercitatæ aures oneri ferendo ſunt: iunguntur inter ſe, & inſuper alii binis ſupponuntur.* Addit. *Non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat, niſi bina, aut terna patrimonia auribus ſingulis ſuſpendiſſent.* D. Hieron. epiſt. 10. *Veſtire cum Ioſeph variis indumentis; perfodiantur aures tuæ cum Hieruſalem ſermone Dei; pretioſa ex illis nouarum ſegetum grana dependeant.* & allegorice loquitur. nam Chriſtiani has aurium plagas exhorruere, quod apud illos paſſim legas. D. Cyprianus Tertulliani diſcipulus de hab. virg. *An voluit Deus vulnera auribus inferri, quibus innocens adhuc infantia, & mali ſæcularis ignara crucietur?* nam infantes, ex quo nati, auribus apud paganos perforabantur, ſiue maſculus, ſiue fœmina; ſed fœmina vtraque aure, maſculus dextra tantum. Quod Iſidorus me docuit Orig. lib. 19. cum ait. *Inaures ab aurium foraminibus nuncupatæ, quibus pretioſa genera lapidum* (quid ſi grana lapidum?) *dependent: harum vſus in Græcia. puellæ vtraque aure, pueri tantum dextra gerebant.* Et Iuuenalis de liberto diuite Sat. 1.

Chriſtiani aures foratas exhorrent. — *Infantibus natis aures perfoſſa.* — *Si fœmina, vtraque auris.* — *Si maſculus dextra tantum.*

Cur timeam dubitemve locum deſcendere? quamuis
Natus ad Euphratem, molli quod in aure feneſtræ
Arguerint, licet ipſe neget?

Tertullianus de pueris confirmat, cum libro eodem ſubiicit. *Tanti Deus habuit cruciatus infantiæ tunc primum dolentis, vt ex illis ad ferrum nati corporis cicatricibus grana neſcio quæ penderet, quæ plane Parthi per omnia quæque ſua bullarum vice inſerunt.* Xenophon tamen apud Laertium exprobrauit Apollonidi, quod perforatis eſſet auribus; quamuis vna aure tantum. Apuleius de dogm. Plat. dicit Platonem nobilem philoſophum & nobili genere ortum, aurem perforatam habuiſſe. *Auri tantum*, inquit, *quantum puer, nobilitatis inſigne, in auricula geſtauit.* nam auro pendebant inſerti huiuſmodi lapides. Inde prouerbium.

Parthi per omnia lapillos gerunt. — *Plato aures habuit foratas.* — *Inaures auro pendulæ.*

Nequā aurū eſt auris quod vi vehementius ambit.

Ideo aurum nequam quod auribus vim infert. nam *auris* pro *aureis*. Quod ex Lucillio. *Capito ait nequam eſſe aurum, quod aures lædat, vel pondere inaurium, cum pars nobiliſſima auris inciditur: vel ex auro intelligi pecuniam, cuius reſpectu, & nimia cupiditate, homines ad peccandum adduci.* Plinius lib. 11. cap. 37. *Nec alia*, inquit, *in parte fœminis maius impendium margaritis dependentibus. In Oriente quidem viris aurum geſtare eo loci, decus exiſtimatur.* Iuriſconſultus: *Ornamenta muliebria ſunt quibus mulier ornatur. veluti inaures, armillæ, viriolæ, annuli præter ſignatorios & alia quæ ad aliam rem nullam parantur niſi corporis ornandi cauſa.* Vide legem 26. de auro & arg. leg. D. Hieron. de inſtit. filiæ ad Lætam. *Caue ne aures eius perfores.* Et dixit aures in plurali, in fœmina; vt Apuleius & Iuuenalis in ſingulari loquitur de maſculo. D. Cyprianus de habitu Virg. *Non inferantur auribus vulnera, nec brachia includat, aut colla de armillis & monilibus pretioſa catena. Sint a compedibus aureis pedes liberi, crines nullo colore fucati, oculi conſpiciendo Deo digni.* Tamen notaui in Macrobio, viros habuiſſe vtraſque aures foratas. Vetuſtiſſimus certe mos, cuius in Bibliis teſtimonium habemus. nam libro Iob, quem vixiſſe ſub lege naturæ teſtantur omnes, ei amici & parentes, inaures dedere ad ſolatium. Et poſt legem naturæ. Exod. 32. *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque & filiarum veſtrarum auribus, & adferte ad me.* Et libro Geneſis longe ante. *Dij Laban habebant inaures aureas.* Et libro eodem. *Inaures aureæ Rebecæ a ſeruulo dantur, in pignus & arram matrimonij.* Et Iudicum 8. *Inaures aureas Iſraelitæ habere conſueuerunt.* Et foratas aures Plautus in Pœnulo, *annulatas* vocat. Iuuenalis ſupra, oſtendit tritum apud Babylonios: Sed & apud Arabas. Petron. Arbiter. *Pertunde aures, vt videamur Arabes.* Et apud Græcos. Plutarchus in dictis memorabil. nam cum Cicerone orante, Octauius, qui Afer erat, ſe non intelligere dixiſſet: *Mirum*, ait Cicero, *quia aures bene foratas habeat.* Et hoc etiam recitat Macrobius lib. 7. cap. 3. De collo D. Hieron. ad Pammach. in obitu Paulinæ. *Vxoris ardentes gemmæ, quibus antea collum & facies ornabantur, egentium ventres ſaturant.* Iuuenalis Sat. 2.

In oriente claris viris, aurum in auribus geſtare. — *D. Hieronym. explicat.* — *Vtraque aures maſculis foratæ.* — *Apud Iudæos.* — *Dij inaures aureas habentes.* — *Et Iſraelitæ.* — *Annulatæ aures.* — *Apud Babylonios.* — *Apud Græcos.* — *Gemmæ Chriſtianis mulieribus datæ pauperibus.* — *Apud Romanos.*

—— accipient te
Paulatim qui longa domi redimicula ſumunt
Frontibus, & toto poſuere monilia collo.

Plinius. *Habeant fœminæ in armillis, digitiſque totis, collo, auribus: ſpiris diſcurrant catenæ circa latera, & inſerta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant; vt in ſomno vnionum quoque conſcientia adſit.* Valerius lib. 5. cap. 2. *Sanxit vti fœminis ſemita viri cederent, confeſſus plus ſalutis Reip. in ſtola quam in armis fuiſſe, veteribuſque aurium inſignibus, nouum vitæ diſcrimen adiecit.* De brachiis dixi ex D. Cypriano libro de hab. virg. *Lacerti quoque & brachia margaritis ornata erant*, ait Curtius lib. 9. Et Tertullianus in Pallio, *matronas fortibus viris armillas eripuiſſe.* Legi alicubi in Apuleio, *redit ad armillam*, pro, redit ad artes muliebres. De digitis ita Plinius. *Hos* (loquitur de vnionibus) *digitis ſuſpendere, & binos, ac ternos auribus, fœminarum gloria eſt*, lib. 9. cap. 35. Tertullianus de hab. mul. *In ſiniſtra per ſingulos digitos ſaxis ſingulis ludit.* Petron. Arbiter.

Mulieres cum gemmis dormiunt. — *Gemmæ in brachiis.* — *In collo.* — *Armillæ fortibus viris ereptæ a fœminis.* — *Redire ad armillam.* — *In digitis lapides.*

Fulgentes manibus videre gemmas.

De mammis, ita Iuriſconſultus: *Cum ornamenta mamillarum ex tympanis & margaritis triginta*

quatuor

quatuor legaſſe, L. 32. de aur. & arg. leg. Nam *tympana* & *elenchi*, in libris noſtris, duo genera vnionum. *Tympana*, quia more tympanorum, ventre plano, capite acuminato. *Elenchi*, quia pyxidum in morem, in longitudinem rotundati. Et σαλαγμοί. Nam σαλαγμὸς Græcis, *gutta eſt. Stalagmium*, ait Verrius Flaccus ex Feſto, *genus inaurii videtur ſignificare. Cæcilius in Carine cum ait. Tum ex auro eius, ſtalagmiū domi habeo.*

In cingulis. De cingulis, ſeu ſemicinctijs. Plinius. *Diſcurrant catenæ circa latera, & inſerta margaritarum pondera.* De habit. mulieb. Tertullian. *Gemmarum quoque nobilitatem vidimus Romæ de faſtidio Parthorū & Medorum cæterorumque gentilium ſuorum, coram matronis erubeſcentem, niſi quod nec ad oſtentationem fere habentur. Latent cingulo ſmaragdi.* D. Hieronym. ad Marcellam epiſt. 23. *Cingulum non auro gemmiſque diſtinctum*, *In vaginis gladiorum.* *de vaginis gladioli pendentis.* Idem de habitu mulieb. *Cylindros vaginæ ſuæ ſolus gladius ſub ſinu nouit, & in peronibus vniones emergere de luto cupiunt.* Ita Perſius.

In calceis & peronibus.

—— Donant arcana cylindros.

De pedibus. Plinius. *Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt. Neque enim geſtare iam margaritas, niſi calcent, ac per vniones etiam ambulent, ſatis eſt.* Sic Martialis 12. epigr. 49.

Calcatuſque tuo ſub pede lucet onyx.

Et Seneca Caligulam fecit in ſocculis gemmas habentem. De benef. ni fallor. Hæc in corpore, ſed extra corpus in ædificijs. Noſter *In ædificijs.* de domo Neronis. *Extruxitque domum, in qua haud perinde gemmæ & aurum miraculo eſſent.* D. Hieronym. epiſt. 13. *Quæ vtilitas parietes fulgere gemmis, & Chriſtum in paupere, (lege in pauperie) fame periclitari?*

In conuiuijs loquaciorum Garrulitas. 6 IN CONVIVIIS ET CIRCVLIS.] Quibus loquaciorum liberiores fabulæ, & omni *lingulacorum* generi: nam in conuiuijs & circulis otioſiores ſua capita conſerebant. De conuiuijs. Iuuenal. Sat. 1.

It noua, nec triſtis per cunctas fabula cœnas.

Et Papin. 8. Theb.

—— Nullis deeſt ſua fabula menſis.

Plinius de viris illuſtribus. *Apuleij caput, Rabirius quidam Senator per conuiuia in ludibrium circumtulit.* D. Hieronym. *In conuiuio ſæcularium, contra ſanctorum ieiunia proclamare.* Et hæc contra Vigilant. Martialis autem lib. 10. epigramm. 62.

Nec calculator, nec notarius velox
Maiore quiſquam circulo coronetur.

Et idem lib. 7. epigramm. 96.

Te conuiuia, te forum ſonabit,
Ædes, compita, porticus, tabernæ.

Horat. Epod. 11.

Heu me, per vrbem, (nam pudet tanti mali,)
Fabula quanta fui! conuiuiorum & pœnitet.

Vt in circulis. Seneca de beneficijs 6. cap. *Alter apud proximum circulatorem reſedit, & dum vagus, atque erro vernaculis congregatur, & ludit, tranſeuntem Platonem quem non quæſierat, inuenit.* Liuius *Vtrumque iungit Liuius.* vtrumque iungit libr. 4. *In omnibus circulis, atque etiam ſi Dijs placet, in conuiuijs, ſunt qui exercitus in Macedoniam ducant.* Et hunc imitatus noſter Annal. 6. *Perinde in foro, in conuiuio quaque de re loquuti incuſabantur.* Et ſane in vtroque & loquacitas, & libertas. Cicero 1. ad Attic. 2. epiſtola, *Accepi. Attamen in oppreſſione ſermo, in circulis dumtaxat, & in conuiuijs eſt liberior.* Apuleius circulos explicat his verbis 2. Metamorphoſ. *Die quodam cum frequentis populi circulo ſeptus, coronæ circumſtantium fata donaret.* Id eſt, adſtanti popello quæ cuique euētura eſſent prædiceret more Chaldæorum. Et libr. Eccleſiaſtici cap. 50. *Circa illum corona fratrum, quaſi plantatio cedri in Libano: ſic circa illum ſteterunt quaſi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria ſua.* *Circuli deſcriptio ab Apuleio.* D. Hieronym. in Apolog. ad Domin. *Hunc dialecticum demus veſtræ & Plauinæ familiæ columen*, (loquitur de monacho inſigniter perdito: nam vt ait D. Auguſtinus, *nullibi meliores, nullibi nequiores*) *non legiſſe quidem* κατηγορείας *Ariſtotelis, non* περὶ ἑρμηνείας, *non* τοπικὰ, *non ſaltem Ciceronis* τόπους, *ſed per imperitorum circulos, & muliercularum* συμπόσια *ſyllogiſmos texere, & quaſi ſophiſmata noſtra, callida argumentatione diſſoluere.* Idem eodem. *Non eſt grande in Domino garrire per circulos, & medicorum tabernas, & de mundo ferre ſententiam*, Accipit *medicos* pro chirurgis, vt apud noſtros Iuriſconſultos accipitur. *Medici pro chirurgis.* Sic Martial. *linguam* dixit *circulatricem*. Et libro 2. epigram. 86.

Scribat carmina circulis Palæmon.

Corona & circulus, idem. Et hos circulos alibi coronam vocat, vt libr. 1. epigramm. 42.

—— Quod otioſæ
Vendit qui madidum cicer coronæ.

Et lib. 2. epigramm. 6.

Hæc ſunt ſingula quæ ſinu ferebas
Per conuiuia, cuncta per theatra.

Libri 7. epigramm. 71.

Vnctæ det fauor arbiter coronæ.

Sed in hac corona, corona nulla.

7 POENAS INDICIT.] Lubens legerem, *& pœnas. Indicit idem ille ciuitatem verti, ſplendiſſimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem clamitabit.* Nam ſingulari pluralem adiungere, non placet.

8 PER DVRA ET ASPERA COERCEAS.] *Dolor eſt* etenim, *medicina dolori*, ait Poeta. & *Magnis morbis magna remedia.* Quod medicamentū nō ſanat, ignis ſanat, ait Hippocrates. Huic orationi Auidius Caſſius aſſentitur, ita ſcribens ad generum. *Marcus homo ſane optimus, qui dum clemens dici cupit, eos patitur viuere quorum ipſe non probat vitam. Vbi L. Caſſius cuius nos fruſtra tenet nomen? Vbi Marcus ille Cato Cenſorius? Vbi omnis diſciplina maiorum, quæ olim quidem intercidit tantum, nunc vero nec quæritur: M. Antoninus philoſophatur, & quærit de Clementia, & de animis, & de honeſto, & iuſto: nec ſentit pro Rep. Vides multis eſſe opus gladijs, multis elogijs, vt in antiquum ſtatum publica forma reddatur?* Tamen principi turpia multa ſunt ſupplicia; vt medico multa funera: & qui timere deſierint, odiſſe incipient.

Tot a maioribus repertæ leges, [1] *tot quas Diuus Auguſtus tulit, illæ*

obliuione, hæ (quod flagitioſius eſt) contemptu abolitæ ſecuriorem luxum fecere. Nam ſi velis quod nondum vetitum eſt, timeas[2] *ne vetere. At ſi prohibita impune tranſcenderis,*[3] *neque metus vltra, neque pudor eſt.*[4] *Cur ergo olim parſimonia pollebat? quia ſibi quiſque moderabatur, quia vnius vrbis ciues eramus,*[5] *ne inritamenta quidem eadem intra Italiam dominantibus. Externis victorijs aliena, ciuilibus etiam noſtra conſumere didicimus. Quantulum iſtud eſt, de quo Ædiles admonent?*[6] *quam, ſi cætera reſpicias, in leui habendum? At hercule, nemo refert quod Italia externæ opis indiget, quod vita Populi Romani per incerta maris & tempeſtatum quotidie voluitur. ac niſi*[7] *prouinciarum copiæ & dominis & ſeruitijs, & agris ſubuenerint, noſtra nos, ſcilicet, nemora, noſtræque villæ tuebuntur? Hanc P. C. curam ſuſtinet princeps. Hæc omiſſa, funditus Rempub. trahet. reliquis intra animum medendum eſt. Nos pudor, pauperes neceſſitas, diuites*[8] **ſatias in melius mutet. Aut ſi quis ex magiſtratibus tantam induſtriam ac ſeueritatem pollicetur, vt ire obuiam queat, hunc & laudo, & exonerari laborum meorum partem fateor. Sin accuſare vitia volunt, dein cum gloriam eius rei adepti ſunt,*[9] *ſimultates faciunt, ac mihi relinquunt: credite P. C. me quoque non eſſe offenſionum auidum, quas cum graues, & plerunque iniquas pro Rep. ſuſcipiam, inanes & inritas, neque mihi aut vobis vſui futuras iure deprecor.*

* ſatietas

1 Tot qvas Divvs Avgvstvs.] De iſtis legibus Auguſti ſumpruarijs Florus, vitioſo loco, loquitur. *Auſus*, inquit, *tandem C. Auguſtus*, (lego, *Cæſar Octauius Auguſtus*,) *Ianum claudere*. Mox addit. *Hinc conuerſus ad pacem, pronum in omnia mala, & in luxuria fluens ſæculum, grauibus, ſeuerisque legibus multis coercuit*. Leges autem ſunt medicamenta vitiorum Reip. Et ſapienter Tacitus, qui in hac Tiberij oratione, comparationes ducit a morbis. Nam, vt ait D. Auguſtinus Pſalmo 113. *Quod eſt medicus, hoc eſt princeps; vel potius, plus quam medicus. Medicus enim ſalute artem comparat; princeps, proprijs penſulis.*

Florus correct.

Lex medicamentum.

Medicus princeps.

2 Ne vetere.] Illud *vetere*, non alienum eſt a me, & puto ita ſcriptum fuiſſe.

3 Neqve metvs vltra.] D. Auguſtin. Pſalmo 49. *Complures quidem peccatores, donec viderint fieri poſſe vt lateant, facile in animum inducunt, vt in viam redeant: quando vero bonam apud multos exiſtimationem perdiderunt, incidunt nonnulli deinceps in deſperationem, & labuntur in impudentiam.* Inde illud Ciceronis, *Vbi ſit perditus pudor, grauiter impudentem eſſe oportere.*

Multi perdita fama bonam frugem negligunt.

4 Cvr ergo olim parsimonia?] Quæ ſane maxima fuit apud Romanos Curijs & Fabricijs tum degentibus. Et ait Valer. Max. libr. 2. cap. 5. *Bonæ valetudinis eorum, quaſi quædam mater erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab immoderato Veneris vſu auerſa.* O αὐτάρκεια, quam diues, tua ſufficientia contenta.

5 Ne irritamenta qvidem.] Lego, *ne irritamenta quidem nondum intra Italiam dominantibus.* Putoque ita ſcriptum fuiſſe a Tacito; nam excuſa, & obſcurior, & abrupta; nec oratio bene iuncta. Deinde, quid hoc, *irritamenta eadem?* Nam ante de irritamentis, nullum verbum. Eſt ſane tertia ratio cur parſimonia pollebat. Prima, quia vnuſquiſq. ſibi moderabatur; id eſt ad frugalitatẽ vitam componebat. Secunda, quia vnius vrbis ciues erant; degenres ſcilicet ſub eadem legum diſciplina, quam quiſque reuerebatur. Tertia, quod nondum erat ſubacta Græcia, & Aſia, aliæque gentes luxuriæ matrices; & quod Italia tam parca eſſet, nec luxu affluens, nullaque vigerent irritamenta luxus, in qua tantum Romani dominabantur. Nam *Aſia*, inquit Liuius, *imbellis, & eius amœnitas fugienda viris Martijs.* Ita lego, non *Martis*: quaſi dicat; Vbi eas ſubegimus, tum iure belli, quæ præclara in bonis habuere, ſuppilauimus, & per luxum conſumpſimus: ciuilibus vero bellis, non modo aliena, ſed etiam noſtra. Iuuenalis in iſta exterorum præda, me iuuat, qui ſcribit Satyra 11.

Liuius correct.

Externis bellis externa rapta. Ciuilibus & externa & domeſtica conſumpta.

Vrbibus euerſis, prædarum in parte reperta
Magnorum artificum frangebat pocula miles.

Rapinæ militũ Rom. in externos.

Et Satyra 8.

——— Miſerere inopum ſociorum.
Oſſa vides regum vacuis exſucta medullis.

Cicero pro lege Manil. *Difficile eſt dictu, Quirites, quanto in odio ſimus apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eos hoc anno miſimus cum imperio, iniurias, ac libidines.* Romani primum temperantiæ magiſtri, mox omnium rapinarum ſinus.

Socij ad medullas exſucti.

Romani odioſi exteris per rapinas.

6 Qvam.] Quid ſi ſcriptum erat, *quoniam*, vt exiguitatis ratio redderetur? Forte abbreuiatura vocis id adulterium patrauit. Tamen excuſa non moleſta eſt.

Tacitus correctus.

7 Provin-

7 PROVINCIARVM COPIÆ.] *Magnæ vrbes magnis adiutoribus egent. Conſtantinopolis, vetuſto nomine Byzantium, ſuppeditabat antiquitus Athenienſibus annonam. Poſtea onerariæ naues Ægypti totaque Aſia, & Syria & Phœnice Byzantium explere non poterant. Tanta erat multitudo.* Eunap. in Ædeſio. Sic Roma eguit frumento prouinciarum. Cicero appellat *prouincias frumentarias*, ad Attic. 9. & pro domo ſua. ac intelligit de frumentatione, quæ in Italiam ſingulis annis ad Populi Rom. victum deferebatur; quam *copiam* vocat noſter, de qua eſt Lex 12. §. vlt. de re militari. D. Multæ autem prouinciæ ad hoc onus. Et quondam Italia Romæ ſubueniebat. Nam cum Roma ſe intra Romam contineret, ab Æquis, & Volſcis, & Etruſcis petitum frumentum ſcribit Liuius lib. 2. *Multa blandimenta plebi per id tempus a Senatu data. annonæ vt frumenti, in primis habita cura. ad frumentum comparandum, miſſi, alij ad Volſcos, alij ad Æquos.* Etiam ex Campania. idem Liuius. *Eadem vrbi cum pace laxior annona redijt, & aduecto ex Campania frumento.* Apuleius de mundo. *Alius ad Minutiam frumentatum venit.* Quid ſi legendum ſit *ad Minutium*, vt intelligat de Minutio Augurino præfecto annonæ, & cui ſtatua ænea data eſt a P. R. quod ad vilitatem ſummam frumentum redegiſſet? de quo Plinius libr. 18. cap. 3. Vel quid ſi legendum *ad Numiciam*, pro *Minutiam*. Nam via eſt Numicia, vicina Appiæ viæ, de qua Horatius.

Prouinciæ frumentariæ. *Frumentatio.* *Copia.* *Italia Romæ altrix.* *Æqui & Volſci Romam alunt.* *Et Campani.*

Brunduſium Numici melius via ducat, an Appi.

Et ſæpe *Minutia* pro *Numicia*. Attamen, *Minutiam viam* ſcribit Cicero 9. ad Attic. epiſtol. *Natali.* Sane puto *Minutium* poni apud Apuleium pro diribitore frumenti. Idque nomen a Minutio Augurino tractum: niſi *frumentaria via* dicta ſit *Minutia*. Sed redeo ad frumentationem. Poſtea Sicilia aduectum frumentum eſt. Cicero in Verr. & 15. ad Attic. epiſt. *Rure. Caſſius in Sicilia, frumentum emendum, & ad vrbem mittendum curaret.* Sic Hiero Rex frumento iuuit Pop. Romanum. Liuius libr. 22. Ex Africa. Rutilius in Itiner. 1.

Et Sicilia. *Hiero Siculus frumentum mittit Romã.* *Ex Africa.*

Quin & fœcundas tibi conferat Africa meſſes,
Sole ſuo diues, ſed magis imbre tuo.

Et Horatius lib. 1. ode 1.

Illum, ſi proprio condidit horreo
Quicquid de Libycis verritur areis.

Claud. de laudib. Serenæ.

-- Phariæ ſegetes & Punica meſſis
Caſtrorum deuota cibo.

Iuuenalis Satyr. 8.

—— Parce & meſſoribus illis
Qui ſaturant vrbem, circo, ſcenæque vacantem.

Vbi lego, *ſaturant turbam*. Quod alibi tangam. Et Claudianus de laud. Stilicon. 2.

Nec prius auditas Rhodanus iam donat ariſtas,
Vt mihi vel Maſſyla Ceres, vel Gallica proſit
Fertilitas, meſſeſque ferat nunc humidus Auſter,
Nunc Aquilo, & cunctis diteſcant horrea ventis.

In Commodo Spartianus. *Claſſem Africanam inſtituit, quæ ſubſidio eſſet, ſi forte Alexandriæ frumenta ceſſarent.* Et hanc claſſem Commodianam & Herculeam vocauit. Idem in Peſcennio Nigro. *Tantum fecit proficiſcens,* (loquitur de Seuero,) *vt legiones ad Africam mitteret, ne eam Peſcennius occuparet, & fame Pop. Rom. perurgeret, & videbatur id facere poſſe per Libyam Ægyptumque vicinas Africæ, difficili licet itinere ac nauigatione.* Ager Biſanus in Africa, valde commendatur a Plinio ob fertilitatem. libr. 4. cap. 4. *Regio*, inquit, *fertilitatis eximiæ cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente.* Et de frumento Africæ fit mentio L. 50. D. mandati. & L. 74. L. 75. de verb. obligat. D. Prudentius in Symmach. 2.

Ager Biſanus in Africa valde ferax. *Frumentum Africa.*

Reſpice num Libyci deſiſtat ruris arator
Frumentis onerare rates, & ad oſtia Tibris
Mittere triticeos in paſtum plebis aceruos:
Num ve locuturi ſulcator ſoluere campi
Ceſſet frugiferas Lilybæo ex littore cymbas?

Ait *locuturi campi*, propter oracula. Sic *loquaces quercus*. Horat. Sat. 3. lib. 2.

Damnato populo paria, atque epulum Arri
Frumenti, quantum metit Africa.

Ex Sardinia. Horatius lib. 1. ode 31.

-- Non opimas
Sardiniæ ſegetes feracis.

Ex Sardinia.

Ideo Valerius Siciliam & Sardiniam, *benigniſſimas vrbis noſtræ nutrices* vocat. lib. 7. cap. 6. & horrea Romana, ex Ægypto, quæ nutrix aliquando vberque circumflui orbis. Idem Rutilius eodem.

Ex Ægypto.

Æternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet,
Altricemque ſuam fertilis orbis alat.

Et in illa ſeditione Photini contra Iulium, arſere in Alexandria primum bibliotheca Ptolomæi, mox granaria & frumentaria penus qua Romana ciuitas alebatur: quod fuit incomparabile damnum P. Romano litterarumque ſtudioſis, qui hanc iacturam hodie lacrymantur. Martialis lib. 10. epigr. 74.

Non me ſpicifer capit Nilus.

Aurelius Victor in Epitome, ait Auguſti temporibus, *ex Ægypto, vrbi annua ducenties centena millia frumenti allata.* Sed inter Ægypti prouincias feracior Thebais. Plinius lib. 18. cap. 18. de frumento. *Excellentius Thebaidis regionis, quoniam paluſtris Ægyptus.* De fœcunditate Ægypti Cicero pro L. Agrar. *Demigraturos in illa loca noſtros homines, propter agrorum bonitatem, & omnium rerum copiam.* In Geneſi, illa fame, quæ ſub Ioſepho, prouido illo diſpenſatore, prope contriuit orbem, omnes ab Ægypto frumentum petebant. Alexandria præcipue frumentorum in Popul. Rom. valde liberalis: ideo magnis donata priuilegijs. L. 2. de frum. Alexand. Cod. 11. & L. 7. de Alexandr. prin. Lego in Seneca epiſtola 77. habuiſſe Alexandrinam frumentationem præcoces naues, quæ eius aduentum nunciarent expanſis velis, & eas tabellarias nominaſſe. *Solis enim*, inquit, *licet ſupparum intendere, quod in alto omnes habent naues.* Id eſt, vt explico, quia Italia orbis domina, nemo ex peregrinis nationibus expanſis velis, ſed ſubmiſſis appellebat, excepta naui Alexandrina, quæ frumento iuuabat Italiam. Et legi apud Vlpianum in fragm. ad Leg. Viſelliam, quæ ſub Claudio lata eſt, *Libertum, ciuem Romanum fieri, qui nauem fabricaſſet, & in ea frumentum in*

Et Alexandria. *Alexandrinæ naues præcoces.* *Tabellariæ naues.* *Explicatus Senecæ filius.* *Expanſis velis Italiam orbis dominam nemo appellit.* *Exceptis Alexandriæ frumentarijs nauibus.*

Ex Aſia frumentum.

vrbem aduexiſſet. De Aſia. Cicero pro L. Manilia. *Aſia vero tam opima eſt, & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat.*

Fertilis regio.

Ex Gallia. Cuius leuiſſimũ frumentum.

De Gallia. Plinius libr. 18. cap. 7. *Ex his generibus, quæ Romam inuehuntur, leuiſſimum eſt Gallicum.* Claudianus in Eutrop. libro primo.

Quæ ſuſcepta fames, quantum diſcriminis vrbi,
Ni tua, vel ſoceri nunquam non prouida virtus,
Auſtralem Arctois penſaſſet frugibus annum?
Inuictæ Rhodani Tiberina per oſtia claſſes,
Cyniphÿſque ferax Araris ſucceſſit ariſtis.

Ex Hiſpania.

De Hiſpania. Idem eodem.

Teutonicus vomer, Pyrenæique iuuenci
Sudauere mihi, ſegetes mirantur Iberas
Horrea, nec Libyæ ſenſerunt damna rebellis:
Iam Tranſalpina contenti meſſe Quirites.

Ex Ponto laudata ſeges. Sed non venit Romam.

Ex Sardi ciuitate Aſiæ.

Plinius Natural. Hiſtor. libr. 18. cap. 7. ait Ponticum a Græcis frumentum laudatum, ſed in Italiam non perueniſſe. Ex Sardi etiam ciuitate Aſiæ. Prudent. in Symmach.

Non det vela fretis, Romana nec horrea rumpat,
Sardorum congeſta vehens granaria claſſis.

Ex Bœotia, Cypro, Eubœa. Ex Balearibus inſulis. Et Creta. Et Chio.

Ex Bœotica, Cypro, Eubœa, quæ circa Cayſtrum, eque Balearibus inſulis, quod dicitur Balearicum. Plinius ibidem. Credo & ex Creta, & Chio, & Græcia tota, aduectum frumentum Romam, & ex omnibus agris vectigalibus, qui Populo Romano decumas pendebant, & quos redimebant a fiſco aratores, exſoluebantque penſionem indictam horreis reponendam, in ſubſidium plebis, aut militum. Quod curantibus annonam, valde gratioſum fuit. Nam Plinius in Gratiar. act. ita ſcribit. *Inſtar ergo perpetui congiarÿ reor affluentiam. annonæ huius aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriæ, quam pulſus ambitus campo, exactus hoſtis mari, Oriens triumphis, Occidenſque luſtratus.* Quin vltra Boryſthenem, & extremos Polonos: Epitaphio tit. Plaucij. *Scytharum quoque regem de Cherſoneſi, qui eſt vltra Boryſthenem, obſidione ſummoto prius ex ea prouincia magno tritici modio annonam P. R. adleuauit.* At locus in quo aduectum frumentum reponebatur, Æmiliana dicebatur. Sueton. in Claud. cap. 18. *Cum Æmiliana pertinacius arderent,* &c. Verrius Flaccus in verbo, Semproniana. *Ex lege Gracchi ad cuſtodiam frumenti Semproniana horrea.* Inde *porta frumentaria.* Varro 3. de re Ruſt. *Aedificia eorum qui habitant extra portam frumentariam, aut in Aemiliana.* Et erant recipiendis granis horrea multa in vrbe; vt horrea Aniceti, Varganteij, & Galbiana, & Domitiani Auguſti, & Seiani.

Horrea Romana Aemiliana dicta.

Porta frumentaria.

Horrea Aniceti.

Varguntij. Galbiana. Seiani. Domitiani.

Vinum Romæ ex Co inſula & Chio.

Non omitto ex Italia celebre, & e Græcia vinum ſolitũ aduehi. Nam Varro l. 2. de re ruſt. *Frumentum locamus,* inquit, *qui nobis aduehat, qui ſaturi fiamus, ex Africa & Sardinia. Nauibus vindemiã condimus ex inſula Coa & Chia:* nam vnum demum Auguſtorum ſtudium, vt vrbs Roma vino abundet, & frumento: ſed frumento in primis. Sic enim Caſſiodorus 6. Var. in formula præf. annonæ. *Tui ſiquidem ſtudÿ eſt, vt ſacratiſſimæ vrbi præparetur annona, vbique redundet panis copia, & tam magnus populus, tanquam vna menſa ſatietur: per officinas piſtorum, ciboſque diſcurris, penſum & mundiciem panis exigis, nec vile iudices, vnde ſe poſſit Roma laudare.*

Et ex Italia tota.

Et de illa vini copia, cape quod Suetonius in Aug. *Querentem de inopia & caritate vini populum, ſeueriſſima coercuit voce, ſatis prouiſum a genero ſuo Agrippa perductis pluribus aquis ne homines ſitirent.* En Romana penus, quæ frumentarione, & vinalibus conſtabat. Non omitto de Tit. Cæſio Primo, qui procurator annonæ.

Cæſius hic, idemque Titus Primuſque vocatur,
Qui largæ Cereris meſſes fructuſque renatos
Digerit in pretium: cui conſtat fama fideſque.
Ac cui diuitias nectit pudor: ire per altos
Conſuetus portus cura ſtudioque laboris:
Littora qui præſtat feſſis fidiſſima nautis.
Notus in vrbe ſacra, notus quoque finibus illis
Quos Vmber ſulcare ſolet, quos Tuſcus arator.

In veteri Lapide.

8 SATIAS MVTET.] Eſt legendum meo iudicio: *Nos pudor pauperes, neceſſitas diuites, & ſatias in melius mutent.* Pudor a luxu retrahit pauperem, cui paupertas immineat, non ſine verecundia. Neceſſitas diuitem, cui parere oporteat, vel ſatietas luxus. Nam χρόνος εὐμαρὴς θεός. *Tempus facilis Deus.* Verbum autem, *ſatias*, Salluſtianum eſt. Nam Hiſtor. 3. *Ex inopia graui ſatias facta, vertentibus ſe rebus in rerum Natura.* Nam rota Natura rota eſt & vertigo, curſuſque & recurſus ſuos habet. Tertullian. in Pallio, quem emendo. *Habitum vertere naturæ totius ſolenne munus eſt.* Sic lego, non *mutus*. *Totum in Natura verſi forme eſt.* Ita Varro dixit libr. 8. de ling. Lat. *non abſurdam eſſe quarundam vocum mutationem, cum cælum & terra, aer & mare ſæpe mutentur.*

9 SIMVLTATES FACIVNT, ET MIHI RELINQVVNT.] Sic D. Cyprianus dixit de ſceleratis. *Poſtquam ſua ſcelera fecerunt.* Quamquam heic Merceri laudo ingenium, qui legendum putauit *fugiunt*; cuius lectionis eum poſtea pœnituerit. Legi poteſt, *effugiunt.* Exiſtimo enim illud eſſe, quod dixit paulo ſuperius Tiberius. *Cum recte factorum ſibi quiſque gloriam trahant, vnius inuidia ab omnibus peccatur.* Accipit autem ſimultates pro odijs, ac ſi diceret; Qui in magiſtratu ſunt, dum inuehuntur in vitia, & vitioſos, & legibus coercendos clamitant, ſibi laudem quærunt, quod eſt veriſſimum; ſed vbi leges impares luxui, & tanta luxuriantium ſeges eſt, vt caſtigari non poſſint; tunc illa odia quæ exſuſcitarunt, effugiunt, ab ijſque ſe ſubtrahunt, & relinquunt mihi ſorbenda & glutienda. Et recte ſubdit. *Credite P. C. me non eſſe offenſionum auidum.* Quod oſtendit eſſe legendum, *effugiunt.* Et ſane Regia ſollicitudo eſt de ſubditis bene mereri.

Merceri laudatum ingenium.

Tacitus correctus.

Ratio correctionis.

Auditis Cæſaris literis, remiſſa ædilibus talis cura. luxuſque menſæ a fine Actiaci belli, ad ea arma, [1] quis Serg. Galba rerum ſummam adeptus

adeptus eſt, [2] per annos centum profuſis ſumptibus exerciti paulatim exolcuere. Cauſas eius mutationis quærere libet. [3] Dites olim familiæ nobilium, aut claritudine inſignes, ſtudio magnificentiæ prolabebantur. Nam etiam tum [4] plebem, ſocios, regna colere, & coli licitum: vt quiſque opibus, domo, paratu ſpecioſus, per nomen & clientelas inluſtrior habebatur. Poſtquam cædibus ſæuitum, & [5] magnitudo famæ exitio erat, cæteri [6] ad ſapientiora conuertere: ſimul noui homines e municipijs & colonijs, atque etiam prouincijs in Senatum crebro adſumpti domeſticam parſimoniam intulerunt. & quanquam fortuna vel induſtria plerique pecunioſam ad ſenectam peruenirent, manſit tamen prior animus. Sed præcipuus adſtricti moris author [7] Veſpaſianus fuit, antiquo ipſe cultu victuque. obſequium inde in principem, & æmulandi amor, validior quam pœna ex legibus & metus: niſi forte rebus cunctis ineſt quidam velut orbis, vt, quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur; nec omnia apud priores meliora, ſed noſtra quoque ætas multa laudis & artium [8] imitanda poſteris tulit. verum hæc nobis [9] * maiores: certamina ex honeſto maneant.

* in maiores:

1 Q V I S.] Lege, *Queis Sergius Galba rem Rom. adeptus eſt.* pro, *quibus.*

2 P E R A N N O S C E N T V M.] Diſce inde verum quod promit Valer. Max. libr. 2. cap. 6. *Aliquanto faciliorem virtutis ad luxuriam, quam luxuriæ ad virtutem tranſitum eſſe.* Nam deſcenditur facilius & aſcenditur difficilius. Vitium in imo, virtus in ſublimi. In vitia labimur præcipites, ad virtutes aſcendimus anhelantes & ſuſpirioſi.

3 D I T E S O L I M.] Lego, *dites olim familiæ nobilitate, & claritudine inſignes.* Nam diuitiæ aut ex nobilitate, aut ex claritudine, quas ſequuntur. Nobilitas a maioribus, claritudo a militia. Noſter lib. 4. Annal. *Mandabatque honores, nobilitatem maiorum, claritudinem militiæ, illuſtres domi artes ſpectando.*

4 P L E B E M.] Romanam ſcilicet, quam Iulius Cæſar officijs, largitionibus, clientelis coluit: iuuatque iſtas particulas & ſcrupos excutere, quia aut officiunt, aut proficiunt. Et principis magni officium eſt plebem non ſpernere, ſed beneuolum ſibi reddere. Nam plebeculæ amor principis tutamen eſt. Inde ciuilia principum ingenia in Populum Romanum ſæpe in hoc authore & Suetonio alijſque hiſtoriæ Auguſtorum authoribus.

Ciuilibus belli potentiores obnoxij periculis.

5 M A G N I T V D O F A M Æ E X I T I O E R A T.] Id eſt; quanto quis ciuilibus bellis, dignitate, nobilitate, opibus, & fama potior, tanto magis in periculo. Quod vſu venit. Et ſæpe famæ magnitudo, principibus magnis exitium tulit magnum, dum æmuli reges hunc ſplendorem non ferũt. Exempla non deſunt, nec alibi, nec apud Tacitum ingentia & crudelitate notabilia. Inuidit Saul Dauidi, quod gloria apud Iudæos præualeret.

6 A D S A P I E N T I O R A.] Lege, *ad ſapientiam ora conuertere*: Id eſt, *ad frugalitatem, & ſolicitudinem, vt tectius, & cautius, & parcius viuerẽt.* Nam hac itur ad virtutes, & ad ſecuritatem malis temporibus, quibus ignorari ſumma laus eſt & ſecuritas bonis.

7 V E S P A S I A N V S.] Parſimoniæ exemplar, quam priuatus induerat, nec exuit princeps: & de quo iſtud Velleij Paterculi iure dixeris; *Facere recte ciues ſuos, princeps optimus faciendo docuit.* Et certe in Veſpaſiano, ſola culpatur pecuniæ cupiditas. At qui populum temperantem habere volet, temperantem principem habeat. Pedo ad Liuiam.

Veſpaſianus parſimoniæ exemplar.

Ex temperanti principe plebs temperans.

An melius per te virtutum exempla petemus
Quam ſi Romanæ principis edis opus?

Dio lib. 57. vbi de Tiberio. *Geſtabant eo tempore permulti etiam viri, veſtem purpuream. quanquam vetitum eſſet iampridem: id neque reprehendit in quoquam Tiberius, neque mulctauit; tantum ludis cum plueret, pulla ipſe penula indutus effecit, ne quis etiam alius veſtem inconceſſam vſurparet.* Ita princeps exemplum eſt in Rep. aut virtutis, aut vitiorum; *Vtque in corporibus, ſic in imperio, grauiſſimus eſt morbus, qui a capite diffunditur in cætera membra*, ait Plinius lib. 4. epiſtola, *Interfui.* Parſimonia igitur Veſpaſiani priuati gloria fuit. At imperantis tale ex Tacito elogium fuit. *Veſpaſianus acer militiæ, anteire agmen, locum caſtris capere, noctu, diuque, conſilio, ac ſi res poſceret, manu, hoſtibus obniti, cibo fortuito, veſte habituque vix a gregario milite diſcrepans; prorſus ſi auaritia abeſſet, antiquis ducibus par.* Nam vt imperio maximus, tamen exemplo maior fuit.

8 I M I T A N D A.] Vereor ne non legendum ſit, *imitamenta*, quæ vox authori noſtro ſemper in manu. Sic ſupra, *Imitamenta doloris.* Et in his verbis, *irritamenta, impedimenta, imitamenta*, alijſque eiuſdem terminationis, Taciti ſcriptura ſuas habet voluptates.

Coniectura in Tacito.

9 M A I O R E S C E R T A M I N A.] Scripſiſſe,

in maiores certamina, Tacitum, tam verum eſt, quam ipſa veritas; & illud *in*, littera ſequenti, *m*, abſumptum, ad compendium; quod exſcriptores faciunt ſæpe, & ſatis probatum, qui manuſcriptos legunt. Vis exemplum? Vnum pono ex Suetonio & in eodem verbo, *Maiores*, cap. 50. in Tiberio. *Admonuit, maioribus, nec fœminæ conuenientibus negotijs, vt abſtinerent*: vbi legendum, *vt maioribus negotijs abſtinerent*. Nam *vt* in littera *m*, & delendum *vt*, quod præcedit *abſtinerent*. Profero alterum ex penu Salluſtij 3. Hiſtor. *Fiducia gnaritatis locorum fugam ſparſi. In* deſideratur, & legendum, *in fugam ſparſi*. Sed ineſt litteræ *m*, quæ in fine verbi, *locorum*. *in* & *m*, habent pedum ſimilitudinem, & eandem ſpeciem ſcriptionis. Tacitus 2. Annal. *Vt ſi murum ſuccederent*, pro *in murum*. Idem etiam eodem. *Obiectum aggerem eniteretur*, pro, *obiectum in aggerem eniteretur*. Hoc autem pueri docebantur in ſcholis. Prudentius in hymno D. Caſſiani.

Tacitus correctus.

In ſcholis pueri notas docebantur.

Verba notis breuibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta præpetibus ſequi.

Scribendo ſcilicet. Et Auſonius alicubi.

Puer notarum præpetum.

Ouidius.

Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Quod vero ait, *Poſteram ætatem multa tuliſſe artium imitamenta*: Ille author qui de bello Troiano ſcripſit, confirmat eleganti verſu:

—— Tempora certe
Virtutem non prima negant, non vltima donant.
Cumque duplex ætas varios contendit in vſus:
Hæc viget, illa iacet: hæc pullulat, illa fatiſcit.

Tiberius fama moderationis parta,[1] quod * ingruentis accuſatores repreſſerat, mittit literas ad Senatum, * quis poteſtatem tribunitiam Druſo petebat. Id ſummi faſtigij vocabulum Auguſtus reperit, ne regis aut dictatoris nomen adſumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera[2] imperia præmineret. Marcum deinde Agrippam ſocium eius poteſtatis;[3] quo defuncto, Tiberium Neronem delegit, ne ſucceſſor in incerto foret: ſic cohiberi prauas aliorum ſpes rebatur; ſimul modeſtiæ Neronis, & ſuæ magnitudini fidebat. Quo tunc exemplo Tiberius Druſum ſummæ rei admouet, cum incolumi Germanico integrum inter duos iudicium tenuiſſet. Sed principio litterarum veneratus deos, vt conſilia ſua Reip. proſperarent, modica de moribus adoleſcentis, neque in falſum aucta retulit: eſſe illi coniugem & tres liberos, eamque ætatem, qua ipſe quondam a Diuo Auguſto ad capeſſendum hoc munus vocatus ſit. Neque nunc propere, ſed per octo annos capto experimento, compreſſis ſeditionibus, compoſitis bellis, triumphalem & bis conſulem, noti laboris participem ſumi. [4] Præceperant animis orationem patres, quo quæſitior adulatio fuit. nec tamen repertum, niſi vt effigies principum, aras deum, templa & arcus, aliaque ſolita cenſerent: niſi quod M. Sillanus ex contumelia conſulatus, honorem principibus petiuit: dixitque pro ſententia, vt publicis, priuatiſque monimentis, ad memoriam temporum,[5] non conſulum nomina præſcriberentur, ſed eorum qui tribunitiam poteſtatem gererent. Atque Haterius cum eius diei Senatus conſulta[6] aureis litteris figenda in curia cenſuiſſet, deridiculo fuit, ſenex fœdiſſimæ adulationis[7] * tantum infamia vſurus.

* ingruenteis
* queis
* tantulū hāc infamiam viſurus.

1 Qvod ingrventes accvsatores represserat.] Sed quo in crimine accuſatores? Puto in luxu: de quo apud Senatum Ædiles querebantur. Et illos coruos iam cadaueribus inhiantes repreſſiſſe Tiberium: quod, vt dicebat, *præualidis remedijs vitia eſſent ſuperiora*. Quod non ex animo fecit Tiberius, qui crudelis, ſed vt crudelitati aliquid daret interualli, illam breui maiore vi reſumpturus. Nam ſparſione aquæ ignis magis inardeſcit.

Repreſſi delatores a Tiberio.

2 Imperia.] Lego, *imperio*; id eſt poteſtate. Sic Cicero: *Prouinciæ ſunt ſine imperio*. Ad Attic. libr. 7. epiſtola, *Dionyſius*. Liuius libr. 37. vbi de P. Licinij, & Fabij Pictoris rixis. *Imperia inhibita vltro citroq.* id eſt poteſtas.

Tacitus correctus.

3 Qvo defvncto.] Puto a Tacito ſcriptum fuiſſe, *Eoque defuncto*. Nam verborum ſeries ſatis indicat, & illa oratio claudicans, nec Tacito ſueta.

Coniectura in Tacito.

4 Præcepe-

4 Præceperant animis.] Id eſt, antequam Tiberius hanc orationem ore proferret, patres mente conceperant qualis futura eſſet; ideoque ſe in adulationem totos compoſuerunt, quam exquiſitis artibus, in dicenda ſententia protulerunt. O Romule, Romule, dic vbi Romanum decus? Vbi leges Athenienſium, quæ adulatores capitali ſupplicio affecerunt?

Tacitus explicatus.

5 Non Consvlvm nomina.] Moritari Conſulatus omen. Et ſane poſtea obtinuit, vt non per Conſulatus, ſed per Imperij annos numeratio fieret. Quod arguit tempora putidis adulationibus fœda.

6 Avreis litteris.] Quod tamen non nouum: quippe ſuperioris ætatis hæc adulatio fuit. Nam Dio lib. 44. ait *decreta in honorem Iulij Cæſaris, argenteis columnis, aureiſque litteris præſcripta, & ædibus Iouis Capitolini collocata.* Prudentius lib. de coronis hymno 1. meliori iure ſcripſit.

Aurea littera.

Iulij Cæſaris edicta litteris aureis.

Scripta ſunt cælo duorum martyrum vocabula,
Aureis, quæ Chriſtus illic adnotauit, litteris.

Et D. Hieron. acute ad Euſtoch. de virginit. ſeruan. *Aurum liqueſcit in litteras.* quamuis de ſcriptura, non de ſculptura. Martialis lib. 11. epigramm. 6.

Scriptus es æterno nunc primum Iuppiter auro,
Et ſoror, & ſummi filia tota patris.

Plinius de Zeuxide lib. 35. cap. 9. *Opes quoque tantas acquiſiuit, vt in oſtentatione earum Olympiæ aureis litteris, in palliorum teſſeris, nomen ſuum intextum oſtentarit.* Sueton. in Nerone cap. 10. *Pars carminum aureis litteris, Ioui Capitolino dicata.* De argenteis, Xiphilinus teſtis. Tradit enim Neronis orationem, quam nouo principatu habuit, argento inciſam, & columnæ argenteæ impoſitam. Sic adulatio, ſic luxus creuit; virtus & fortuna Romana decreuit.

Litteræ aureæ in texturis veſtium.

7 Tantvm infamia vsvrvs.] Heic velut auream victoriam geſtit Veritas. Nam lego, *tantum infamiæ viſurus.* Vt ſcilicet ille capularis & adulator, & ſilicernium iam citatum mortis vadimonijs, non diu ſit viſurus tantum dedecus. Sed quid ſi legatur, *tantum infamiæ viſurus?* pro, tantulum temporis hanc infamiam viſurus. Quod verbum frequens authoribus. Cicero ad Attic. 4. epiſtola, *Occupationum. Mihi ne ſeruile nihil videatur eſſe, in quo tantulum intereſſet.* Et idem eodem, epiſtola, *Multa. Dices, tantulane cauſa?* Idem error in eodem verbo apud Tertullian. de exhortat. caſtit. quod ſupra monui. *Deus ſummus tantum Sathanas,* pro *tantulum Sathanas.* Apuleius, *tantillulum animalis,* pro minutulo animali. Ait ergo Haterium decrepitum ſenem tantulum hanc infamiam viſurum. Et ſane non diu hāc infamiam vidit: quippe qui quarto poſt anno occiderit, Cn. Lentulo Getulico, & Caluiſio Sabino Coss. noſter lib. 4. Nec placuere verba, *infamia vſurus.* nam Haterio in quem vſum illud S. C. ſcribi litteris aureis? & quomodo iſta infamia vti potuit? Sæpe autem in authoribus menda in his verbis, *viſurus,* & *vſurus,* reperias. Adnotabo vnum ex mea palæſtra, & ex Iuriſconſultorum ſiluis, L. 2. §. is eſt Quintus. de orig. Iuris. loquitur de Tuberone I. C. *Sermone,* inquit, *antiquo vſus, affectabit ſcribere,* vbi lego, *ſermone antiquo viſus affectauiſſe ſcribere.* Non diſſimulo tamen, verbo *vſurum,* Tacitum vſum non longe a noſtra ſententia Hiſtor. 2. *Difficile eſt temperare fœlicitati, qua te non putes diu vſurum.* Sed heic Haterio nihil ſatum quod ſuccideret.

Tacitus correctus.

Ratio correctionis.

Adulator Haterius ſtatim occidit.

Viſurus & vſurus, confuſa ſæpe.

Correctus Pomponius de Orig. iuris.

Inter quæ prouincia Africa Iunio Blæſo * prorogata. [1] Seruius Maluginenſis Flamen dialis, vt [2] Aſiam ſorte haberet, poſtulauit, fruſtra vulgatum dictitans, [3] *non licere Dialibus egredi Italia: neque aliud ius ſuum quam Martialium, Quirinaliumque Flaminum: porro ſi hi* [4] *duxiſſent prouincias, cur Dialibus id vetitum? nulla de eo populi ſcita, non in libris ceremoniarum reperiri. Sæpe Pontifices Dialia ſacra feciſſe, ſi Flamen valitudine, aut munere publico impediretur. duobus & ſeptuaginta annis poſt Cornelij Merulæ cædem neminem ſuffectum: neque tamen ceſſauiſſe religiones. Quod ſi per tot annos poſſit non creari, nullo ſacrorum damno, quanto facilius abfuturum ad vnius anni proconſulare imperium?* [5] *Priuatis olim ſimultatibus effectum, vt a pontificibus maximis ire in prouincias prohiberentur: nunc deum munere* [6] *ſummum Pontificum* [7] *etiam ſummum hominum eſſe,* [8] *non æmulatione, non odio, aut priuatis* [9] *adfectionibus obnoxium.* Aduerſus quæ cum augur Lentulus, alijque varie differerent, eo decurſum eſt, vt Pontificis Max. ſententiam opperirētur. Tiberius dilata notione de iure Flaminis, decretas ob tribunitiam Druſi poteſtatem ceremonias temperauit, nominatim arguens inſolentiam ſententiæ aureaſque litteras cōtra patrium morem.

* prorogata eſt.

1 Servivs Malvginensis.] Cuius vetuſta familia in Faſtis legitur. Nam L. Cornelius Maluginenſis cum Q. Fabio Vibulano Conſul anno ab vrbe Cond. 294. & M. Cornel. Maluginenſis inter decemuiros Tribunit. poteſt. 303. qui poſtea Conſul 337. cum Papirio Craſſo, a quibuſdam Sextus, non Seruius dicitur. Sed male: nam Sextum Maluginenſem nuſquam legas, ſed Seruium Maluginenſem, qui in Faſtis ſæpe. Et dicitur *Ser-*

Maluginenſis vetus familia.

Non Sextus, ſed Seruius Maluginenſis.

uius Cornelius Maluginenſis, non *Magulinenſis*. *Maluginenſis, cum ancilijs*. Et in Faſtis. *P. Cornelius Seruij F. L. N.* Cossvs Cos. *Anno 294.* & *M. Cornel. Seruij F. L. N. Decemuir primum & iterum*. Et ſemper in authoribus *Maluginenſis*, non *Magulinenſis*. Putoque *Maluginenſes*, dici corrupte pro *Maniluuienſes*, vt *Meſſala*, pro *Meſſana*. Nam *in ſacris*, ait Sex. Pompeius, *Maluuia, pro eo qui manus non lauit*: vnde, *maluuiæ* pro *manibus non lotis*, vt *pelluuiæ* pro *pedibus*.

2 Asiam sorte haberet.] Papinius ad Criſpinum 5. Syluar.

Mille vrbes Aſiæ ſortito rexerit anno.

Vt notes illuſtre eius imperium cui Aſia ſorte obuenerit. Nam mille vrbes rexiſſe prorſus regale eſt. Tota autem Aſia minor conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. De Phrygibus dicitur: *Phryges plagis fiunt meliores*. De Myſis: *Vltimus Myſorum*, pro deſpectiſſimo. De Carib. *Nil niſi cum periculo fit apud Cares.* De Lydis, omnes ſerui verſipelles & nequam in Comœdijs Græcorum & Latinorum. Cic. pro Flacco. Eius deſcriptio apud Homerum 2. Iliad.

Terra ſinu medio Pontum iacet inter & Hellen,
Ceu fundo prolata maris.

vt ait Valerius 2. Argonauticon.

Diales non a die.

3 Non licere Dialibus.] Qui non a die dicti, vt per iocum traxit olim Cicero, qui Conſulem Dialem dixit, quod vno die Conſul fuiſſet, apud Macrob. libr. 2. Sed *a Dio*, inquit Feſtus, a quo hominibus vita dari putabatur. Fuit autem adeo ſedula antiquitas nauandi operam continuam Reip. vt ab ea recedere vix liceret. Nam *Prætori* abnoctare vrbe non licebat, vt adeuntibus copia eſſet perpetua. L. 2. de verb. ſignif. nec *Præſidi prouinciæ*. L. illud. de offic. præſ. Et Dio libr. 39. Nec *Tribuno pleb.* Gellius l. 13. cap. 12. Nam Seruilius Caſca Tribunatu eiectus, quod abnoctaſſet: Nec *Flamini Diali*, vt ſemper præſto eſſet operando Ioui. Valer. libr. 1. cap. de Relig. *Metellus Pont. Maximus Poſthumium Conſulem, eundemque Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne a ſacris diſcederet, mulcta indicta vrbem egredi non paſſus eſt. Religionique ſummum imperium ceſſit: quod tuto ſe Poſthumius Martio certamini commiſſurus non videbatur ceremonijs deſertis.* Plutarchus Rom. quæſtion. 113. huius ſacerdotij multos ritus adfert: & Gellius, vti etiam Liuius 1. lib. qui ita ſcribit: *Flaminem Ioui aſſiduum, ſacerdotem creauit*. Notandumque non iuraſſe Dialem in leges; quia omne iuſiurandum illi prohibitum. Idem Gellius lib. 10. cap. 15. Nam iniurato credebatur, tanta erat ſacerdotij reuerentia, apud rudes in vera pietate Paganos.

Sed a Dio. Qui hominibus vitam dabat vt putabant. Priſci continui in Rep.

Abnoctare non licebat, Pretori vrb. Præſidi prouinciæ. Tribuno plebis. Seruilius Caſca tribunatu eiectus, quod abnoctaſſet. Flamini Diali.

Ducere prouincias, pro ducere ſorte prouincias.

4 Dvxissent provincias.] Pro, *ſortiti eſſent prouincias*, vt ait Cicero de prouinc. Conſular. Et ſorte ducti, in prouincias mittebantur, ait Cælius ad Ciceronem 8. famil. epiſt. *Etſi*. Forte autem dixit *ducere prouincias*, pro *ducere ſorte prouincias*: quemadmodum & dicimus *ducere vxorem* ſimpliciter, pro *ducere vxorem domum*. Perſius.

Sic ducere vxorem.

—— *Nerio iam tertia ducitur vxor.*

Sortiri prouincia dicitur, quæ ſorte, vel ſortitione deferebatur. L. 1. de offic. Quæſt. D. Sic *ſortita matrimonia*, vt L. cum te. Cod. de inoff. donat. & *ſortita virum* Cod. de nuptijs, L. 10. Num etiam quod illas prouincias, immo & dignitates ſuas, haberent quaſi vxoris loco, vt eas ornarent, amarent, nihilque probri in eas admitti paterentur? Sed quid ſi legas, vt ſcrupulum tollas omnem? *Hi indulſiſſent prouincias*. Nam verbum *vetabitur*, mihi pro indice eſt, & veram lectionem puto. Sunt enim oppoſita. Cicero ad Attic. 12. epiſt. *De Cælio. Non ſeruire indulgente me, ſed tamen repugnante.* Idem Cicero 9. ad Att. epiſtola, *Tres. Admones ne nimis indulgenter, & vt cum grauitate potius loquar.* Sic dixit Iuriſconſultus, *indulgere aduocatos petentibus*, L. 9. §. aduocatos. D. de offic. Proconſ. *Et indulgere eſt concedere, dare, tribuere, indulgere actionem.* L. 1. §. ſi quis. D. ſi is qui teſtam. *indulgere auxilium*, L. 10. §. 1. de fideiuſſor. D. Non prætereo vſitatas ſortes a Romanis, multis in Reip. partibus. Nam ſorte Veſtales lectæ. Tacitus 3. Annal. Et Suetonius in Iulio cap. 31. *Ambirent multi ne filias in ſortem darent. Sortes in iudicijs dirimendis.* D. de Iudic. L. in iſtis. Sortes *in prouincijs obtinendis*, L. 1. D. de offic. quæſt. Sortes *in iudicibus dandis*. Suetonius. *ſorte iudex in reum ductus*. In Cæſare Iulio. *ſorte gladiatores dimicabant*. Idem in Octauio cap. 13. *Sorte legionibus agri adſignati*. Cicero. *Æqualiter ait ſorte agros legionibus adſignandos.* epiſt. Quod. libr. 11. Etiam ſortitione facta cogebatur Senatus. Cicero 5. famil. epiſtol. 2. *Recordare quam cito Senatum die illo facta ſortitione coegerim.* Sortitio *in pœnis*. Sic pro Cluentio. *Sortitione in quoſdam animaduerteretur.* Hæ autem ſortes, aut *talos iaciendo*, aut *digitis micando*, aut in *teſſeram mittendo*. Sic enim de diuinat. 2. Cicero ſcribit: *Quid enim ſors eſt? Idem quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras.* Apud Iudæos ſortes indicio petito a Deo. Sic Reg. 1. cap. 14. *Domine Deus Iſrael, da indicium. Quid eſt, quod non reſponderis ſeruo tuo hodie?* Et in electione D. Matthiæ, idem in Actis Apoſtol. cap. 1. *Et dederunt ſortes eis.* Et harum ſortium grandis authoritas, apud Romanos. Cicero 3. in Verrem. *Si hæc perturbare velimus, totam rem periculoſiſſimam reddemus.* Sed de prouinciarum ſortitione, ita Verrius Flaccus ex Feſto. *Parare inter ſe munus dicebatur, cum ſortitio fiebat a magiſtratibus Populi Romani, vter magiſtratus veram rem fugere deberet, qui inter ſe comparabant de rebus lege mandatis. Itaque in Senatu & in comitio quoque ſortiri aut inter ſe parare ſolebant vtrum exire, vtrum domi manere oporteret: Nam Conſulibus æque ac Prætoribus nouis, in prouinciam ire, atque ex ea rem gerere: Contra abire, prioris anni magiſtratibus opus erat: Lege etiam cauebatur, vt certos intra dies, deſignati magiſtratus prouincias pararent.*

Coniectura in Tacito.

Sortes vſitatæ Romanis. Sortes in legendis Veſtalibus. Sort in iudicijs dirimendis. Prouincijs obtinendis. Iudicibus dandis. In gladiatoribus committendis. Agris diuidendis. Senatoribus cogendis. Pœnis infligendis.

5 Privatis olim simvltatibvs.] Quæ bis interuenere inter Q. Metellum ſummum Pontif. & Poſthumum Albinum Dialem, & inter P. Licinium, & Q. Fabium Pictorem, etiam Pontificem, & Dialem.

Geminatæ ſimultates.

lem. Nam *ea eſt hominum labes vt ſimulationum inuolucris tegatur vniuſcuiuſque Natura.* Cicero 1. ad Q. fratrem.

6 Svmmvm Pontificvm.] Scio Pontifices plures fuiſſe, & ex his vnum ſummum: ſed ſcio appellatum *Summum Pontificem*, non *ſummum Pontificum*; & *Pontificem Maximum*, non *Pontificum Maximum*. Noſter infra. *Vt Pontificis Maximi ſententiam opperiretur.* Plinius epiſtol. *Petentibus*. lib. 10. *Te Domine Maximum Pontificem conſulendum putaui, quid obſeruare me velis. Patrem ſacrorum* vocat Tertullian. in Apologet. Et Apul. *primarium ſacerdotem*, 11. Meta. Sic olim *Maximum Prætorem*, non *maximum prætorum*, cum qui maximi imperij ſit: alij quia ſit ætatis maximæ. Verrius ex Feſto. Et *maiorem Conſulem*, penes quem faſces ſint. Cicero de Aruſp. reſp. *P. Scæuolam Pontificem Maximum.* Liuius libr. 1. *Pontificem maximum legit.* Feſtus etiam *Pontificem maximum.* Tertullianus de præſcrip. *Summum pontificem.* Tamen Martialis lib. 6.

Pontifices plures. *Vnus ſupremus.* *Vocatus ſummus Pontifex.* *Non ſummus pontificum.*

Cenſor maxime, principumque princeps.

Et Virgilius *ſummum Deorum*, Iouem vocat.

Summe Deum.

Et Seneca pater Suaſor. vocat Pompeium *ſummorum ſummum.* vt Tertullian. vocat *Deum ſummum, a quo ſecundi, & poſt quem primi imperatores.* Apuleius fine libri 11. Metamorphoſ. ita ſcribit. *Denique poſt dies pauculos Deus Deorum magnorum potior & maiorum ſummus, & ſummorum maximus, & maximorum dignator Oſiris.* Sed ratio ita ſcribendi Tacito fuit, quod quia imperatorem *ſummum hominum* vocaret, ita etiam *ſummum pontificum* diceret, luſitque in eo pro animi libidine. Porro ſummi Pontifices a plebe creabantur Romæ. Cicero pro lege Agraria. Deinde a patribus. Liuius libr. 4. Et eorum munus Annales conficere, quibus hoſtijs, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent iubere, ſacra omnia exſcripta ſignataque excipere, publica priuataque edicere; multaque alia quæ apud Liuium libr. 1. aliiſque locis reperias, & notanter: *Vt ob dira quæ in vrbe, aut Capitolio viſa, obſecratio haberetur, eamque Princeps iure Pont. Max. commonito pro roſtris populo præiret.* Sueton. 22. in Claud.

Principum princeps Cæſar dictus. *Iupiter Deorum ſummus.* *Pompeius ſummus ſummorũ.*

Summum autem pontificatum iunxit Auguſtus ſummo imperio, vt res ſoli & cœli vna curaret, præeſſetque humanis, & diuinis. Nam Feſtus ita. *Pontifex Maximus, iudex, atque arbiter habetur rerum diuinarum humanarumque.* Quod viguit apud Paganos. Et multi reges pagani, regnum & ſacerdotium habuerunt. Virgilius.

Cur Auguſtus iunxerit ſummum Pontificatum imperio.

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq. ſacerdos.

Ouidius de eodem 13. Metamorphoſ.

Reges ſacerdotes.

Hunc Anius, quo rege, homines, antiſtite, Phœbus
Rite celebratur.

Inter Chriſtianos, non laicis, ſed ſacerdotibus, vt Petro Apoſtolo, Petrique ſucceſſoribus, Eccleſiæ Chriſti oues commiſſæ ſunt. Vnus Melchiſedech reperitur in Biblijs, ante legem, qui habuerit regnum & ſacerdotium. Nam in lege Hieroboam Rex Schiſmaticus, & Hæreticorum anteambulo vtrumque rapuit; Menelaus vendidit, 2. Machab. At ſummo pontificatu, & regia majeſtate, nil apud nos anguſtius, & ſublimius. Sed vterque apud Chriſtianos diſtinctus, nec mixtus, nec confuſus vnquam. At nemo D. Bernardo melius in Conſideratio. lib. *Age indagemus quis ſis, quam geras pro tempore perſonam in Eccleſia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, ſummus Pontifex: tu princeps Epiſcoporum, tu heres Apoſtolorum: tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Tu es cui claues traditæ, oues creditæ ſunt.*

7 Etiam svmmvm hominvm esse.] Tertullianus ad Scapulam, ex veterum Chriſtianorum diſciplina, non ex nouorum hominum officina, ita elegantiſſimis verbis & paucis obſequium Chriſtianorum in reges exequitur. *Colimus imperatorem, quomodo & nobis licet, & illi expedit, hominem a Deo ſecundum, & quicquid eſt a Deo conſecutum, & ſolo Deo minorem.* Nam de Deo recte ille qui dixit,

Colebant imperatorem.

Quo minor eſt quiſquis maximus eſt hominum.

Sic Sueton. 31. in Aug. ait Auguſtum, *proximum a Dijs immortalibus honorem memoriæ ducum præſtitiſſe.* Et Poeta Venuſinus 3. Car. 6.

Dijs te minorem quod geris imperas.
Hinc omne principium; huc refer exitum.
Dij multa neglecti dedere
Heſperiæ mala luctuoſa. Et lib. eodem.
Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis.

Nam vt ex recta ſiderum obſeruatione pendet recta nauigatio: ita ex Dei cognitione optima imperiorum gubernatio. Quod Eccleſia Catholica omnes reges docuit & docuerit ſemper. Et recte in libro Iob, *Sub quo curuantur qui portant orbem.* Id eſt reges omnes Deo obſequentes. Quod nouit tota Chriſtianitas, & præcipue regum Chriſtianiſſimorum nobiliſſima & pijſſima ſeries, quæ a Clodouæo ad Ludouicum XIII. hodiernum principem, Francorum orbem, fide integra, & præcipua inter reges claritudine tenuit per 1200. annos & amplius. Et pulchre D. Cyrillus Alexandrinus, vocat reges, *ſimulachra diuinæ maieſtatis,* (ſcribens ad Theodoſium,) *& vmbras celſitudinis diuinæ.* Concilij Epheſini Tom. 1. Et Baſilius Diaconus eodem Tomo, *miniſtros, & vicarios Dei*, ſcribens ad Theodoſium & Valentinianum. Et regna Chriſtiana *regni cæleſtis imagines.* Eſt epigramma Græcum, & vltimum in Anthologia, vbi ait *Imperatorem, ita regem eſſe mortaliũ, vt eſt Iupiter immortalium.* Sed Deus immortalis mortali imperatore præpollet. *Et pro eius ſtatu perpetuo vniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animaduertit propenſius pendere.* Quod deſumptum ex dictis B. Bonifacij martyris. Et ſane quemadmodum dixit D. Ambroſius 5. Hexam. *totum hominem in capite eſſe, ita totum imperium in principe.*

8 Non æmvlatione.] Lego, *æmulationi.*

9 Adfectionibvs.] *Affectus*, lego, licet *affectiones* pro affectibus interdum. Noſter

charitates vocat alibi, id eſt vxores, liberos, in quos charitate naturali ferimur. Capitolinus: *Affectus ſuos vnice dilexit, filios & nepotem, vltra morē; filiā & neptē religioſe.* Et Spart. in Auidio: *Nec tamen Antoninus grauiter eſt iratus rebellione cognita, nec in eius liberos & affectus ſæuijt.* Apuleius de Philoſophia dixit *affectibus: Chariſſimis*, inquit, *orbatus affectibus.* Sed de affectionibus *auitam affectionē* dixit I.C. L.67. §.1. de rit. nupt. D. Sic *affectiones parentū & affinium*, L.4. §. vlt. D. de re milit. quas *affectus* vocat poſtea, vt *affectus patris* L.21. § Largius. de ann. legat. Non ignoro tamē *affectionis* verbum eſſe Latinum. Nam Cicero 2. de Inuent. *affectionem* animi dixit. Et ex *affectione*, locus apud Rhetores. *Affectus* tamen placet, non *affectionibus*. Nam noſter vtitur eo verbo. Et Cicero Affectuum animi ſpecies recenſet (in Bruto.) ad quos auditores ſunt impellendi. Tacitus vere: *Dominationis ius fratre, & filio potius. Cupido dominandi cunctis affectibus potior eſt.* lib. 15. Quem ſequor. *Tacito vtitur verbo affectus.*

Recitatæ & Druſi epiſtolæ [1] quanquam ad modeſtiam flexæ, pro ſuperbiſſimis accipiuntur. *Huc recidiſſe cuncta, vt, ne iuuenis quidem tanto honore accepto, adiret vrbis deos, ingrederetur Senatum; auſpicia ſaltem gentile apud ſolum inciperet.* [2] *Bellum, ſcilicet, aut diuerſo terrarum diſtineri, littora & lacus Campaniæ tum maxime peragrantem:* [3] *ſic imbui rectorem generis humani, id primum e paternis conſilijs diſcere. Sane grauaretur aſpectum ciuium ſenex imperator, feſſamque ætatem, & actos labores prætenderet: Druſo quod niſi ex adrogantia impedimentum?* Sed Tiberius vim principatus ſibi firmans, [4] imaginem antiquitatis ſenatui præbebat, [5] poſtulata prouinciarum ad diſquiſitionem patrum mittendo. Crebreſcebat enim Græcas per vrbes licentia atque impunitas [6] aſyla ſtatuendi. Complebantur templa peſſimis ſeruitiorum. Eodem ſubſidio obærati aduerſum creditores, ſuſpectique capitalium criminum receptabantur. Nec vllum ſatis validum imperium erat coërcendis ſeditionibus populi, flagitia hominum vt ceremonias deum protegentis. Igitur placitum, vt mitterent ciuitates iura, atque legatos. Et quædam quod falſo vſurpauerant ſponte omiſere. Multæ vetuſtis ſuperſtitionibus, aut meritis in Populum Romanum fidebant. Magnaque eius diei ſpecies fuit, quo Senatus maiorum beneficia, ſociorum pacta, [7] regum etiam, qui ante vim Romanam valuerant, decreta, ipſorumque numinum religiones introſpexit, libero, vt quondam, quid firmaret, mutaretve.

1 QVANQVAM.] Similes dictiones ſe abſorbuerunt. Lego, *quæ quamquam.*

2 BELLVM SCILICET.] Lege audenter, *belli vi.* Et in verbo illo deprauato Tertullianus corrigendus, vbi de chamæleonte. *Ridebis*, inquit, *illico audaciam, & Graciam nominis.* Lege, *& Graci vim nominis.* In eodem etiam verbo, corrigo Aurelium Victorem in Commodo, vbi de veneno, *cuius fruſtrata per cibum*, inquit. Vbi legendum, *Cuius vis fruſtrata per cibum.* Dicit enim venenum propter cibum, nullum habuiſſe effectum, aluo ſoluta. In authoribus paſſim hæc vulnera reperias, non vero medicinam. *Tertullianus correctus. Itemque Aurelius Victor.*

3 SIC IMBVI RECTOREM HVMANI GENERIS.] Nam inſtitutio principis, aut bona multa, aut plurima mala portendit. Verumque illud, *Aut Alcides, aut noxa.* Homerus in Odyſſ. ſub perſona Vlyſſis.

Ἐξ εὐηγεσίης ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ.

Ob rectum imperium populi eſt ſors tota beata.

Mea ætas & profeſſio, dicebat Balliſta, *longe ab imperio ſunt. Sed ego quod negare non poſſum, bonum principem quæro. Sed quis tandem eſt qui Valeriani locum implere poſſit?* Spart. in Macriano. Et idem de Ingenuo: *Erat fortiſſimus ac Reip. neceſſarius, ac militibus acceptiſſimus, quod imperantes vehementer monet.*

4 IMAGINEM ANTIQVITATIS SENATVI.] Sic Claudian. 1. de laud. Stilic. *Poſtulata prouinciarum ad Senatum.*

Neglectum Stilico totiam per ſæcula morem
Retulit, vt ducibus mandarent prælia patres,
Decretoque togæ fælix legionibus iret
Teſſera.

5 POSTVLATA PROVINCIARVM AD DISQVISITIONEM PATRVM.] Cicero pro domo ſua. *Itane vero? tu prouincias conſulares, quas C. Gracchus, qui maxime vnus popularis fuit, non modo non abſtulit a Senatu, ſed etiam vt neceſſe eſſet, conſtitui per Senatum legē ſanxit?* Poſtea inuerſa iſta, & ad ſe traxit princeps quod habebat Senatus. Tamen Tiberio regnante, nec dum firmato, ſpecies fuit libertatis, quæ paulo pōſt ſubruit.

6 ASYLA STATVENDI.] Aſylorum initium a Iudæis, quæ poſtea per totum Orbem. *Aſyla a Iudæis.*

Nam

A Iudæis ad Chriſtianos.

De Iudæorum Aſylis.

Nam quæ habuit paganitas, Chriſto & Chriſtianis ſurripuit. Chriſtianitas autem a paganis male poſſeſſa vindicauit: Quippe illa pro aſylis, ſuas Eccleſias habuit. Apud Iudæos, erant vrbes, ſeu oppida, refugij, & aræ pro aſylis. De *oppidis* in Leuitico, cap. 25. ita ſcriptum eſt. *De ipſis oppidis, quæ Leuitis dabitis, ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata, vt fugiat ad ea qui fuderit ſanguinem*, (inuitus ſcilicet.) De *Ara*, teſtimonium habes 3. Reg. c. 2. *Fugit Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris Domini: Nuntiatumque eſt regi Salomoni.* Et lib. 1. Machab. cap. 10. *Quicunque confugerint in templum, quod eſt Hieroſolymis, & in omnibus finibus eius obnoxij Reges, in omni negotio dimittantur.* Vide Ioſephum 3. Antiquit. cap. 7. & Philonem Iudæum libro, *Quod omnis probus liber ſit.* Qui ſeruis ad aſyla confugientibus ait, eam libertatem dari ex æquo vt liceat contendere cum aduerſarijs, magnaque inique libertate vti, nec deeſſe qui ex æquo heris reſponſent, ſed vt in cauſa meliore, ſuum ius fortiter tueantur. De *paganorum aſylis*, accipio caput 1. libr. 2. Machab. *Nam in templo Naneæ, quod erat aſylum, Antiochus interfectus eſt.* Et eodem libro cap. 4. *Onias ſummus ſacerdos Iudæorum, cum eſſet Antiochiæ, ſecus Daphnen*, (id eſt in Epidaphne,) *& de aſylo procedere ſuaſus eſſet.* Interpretor autem hoc aſylum de templo Apollinis, in quo aſylum erat, & quod de cœlo tactum, Iuliani temporibus conflagrauit. Sozomenus lib. 5. cap. 18. Ab Andronico interfectus eſt. Sunt autem de paganorum huiuſmodi aſylis, multa apud authores, de quibus pauca dicam. Ac primum de aſylis intelligendum quod ſcribit Vlpianus L. 2. de in ius vocando. D. *In ius vocari non poſſe, qui propter loci religionem, inde ſe mouere non poſſunt.* Plutarchus in Fabio Maximo, de his mentionem facit. Et Liuius lib. 35. *In fine*, inquit, *templum eſt Apollinis Delij, imminens mari, eo iure ſanctum, quo ſunt templa, quæ Græci aſyla vocant.* Illa autem Græcorum aſyla a Cadmo inuenta cum Thebas conderet; alij dicunt ab Hercule. Herodot. 2. Sic templum Epheſinum Dianæ, ius habuit aſyli, quod produxit Alexander ad ſtadium. Sed ab Auguſto poſtea ſublatum eſt. Strabo 14. Apud Athenienſes, ſepulchrum Theſei, aſyli etiam ius habuit. Et Neptuni templum, ad quod Demoſthenes confugit. De iiſdem Græcorum aſylis etiam occinit Virgilius 2. Æneid.

Aſyla apud paganos.

Aſylum in Epidaphne.

De aſylis Roman.

Græcorum.

Et iam porticibus vacuis Iunonis aſylo
Cuſtodes lecti Phœnix, & dirus Vlyſſes
Prædam aſſeruabant.

Signa deorum amplexa.

Plautus in Rudente.

Quid iſtuc eſt, obſecro, negotij, quod duæ muliercule
Heic in Fano Veneris, ſignum flentes amplexæ tenent,
Neſcio quem metuentes miſeræ?

Nam erat moris ſigna illa Deorum amplecti in aſylis, vel aras. Sic Virg. 2. Æneid. de Hecuba: more etiam Græco.

Heic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum,
Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ,
Condenſæ, & Diuum amplexæ ſimulachra tenebant.

Plautus in Moſtell.

Sed tu quid iſtuc confugiſti in aram inſcitiſſimus?

Apuleius libr. 11. ait *aras fuiſſe, quæ auxilia vocabant*, id eſt aſyla, vt interpretor. Et de Romanorum aſylis, ita Titus Liuius lib. 1. vbi de Romulo. *Locum qui nunc ſeptus denſis ſentibus, inter duos lucos aſylum aperit: eo ex finitimis populis, turba omnis auida nouarum rerum perfugit.* Et Dio lib. 47. *Priuilegium Auguſto datum, ne quis impunitatis cauſa, in eius ſacellum confugiens, inde eijceretur, aut abriperetur. quod nemini, ne Deo quidem tributum ante, iis quæ ſub Romulo acta ſunt exceptis.* Suetonius cap. 37. de aſylis memorat quæ heic noſter recenſet. Et Seruius ad 2. Æneid. ait: *Ius aſyli fuiſſe non omnibus datum templis, ſed his tantum, quibus conſerrationis* (lego *conſecrationis*) *ius eſſet.* Et memorat Gellius ſeruos maleficos, obæratos, & vinctos, ſi Flaminis ædes introiiſſent, ſolui conſueuiſſe, lib. 10. cap. 15. vt notes ædes ſacerdotum pro aſylis. Cicero pro domo ſua, comparat vniuſcuiuſque domum aſylo. *Hoc*, inquit, *perfugium eſt, ita ſanctum omnibus, vt inde abripi nefas ſit.* Vt autem aris auellerentur, ſolebant pagani confugientes ad aras ignibus circumdare. Sic enim Plautus in Rud.

Mos retrahendi ab aſylis.

Igne ara circumdata.

DAE. *Quid facies?* LA. *Volcanum adducam, is Veneris eſt aduerſarius.*

Et paulo poſt.

Immo haſce ambas heic in ara vt viuas comburam.

Sic in Moſtellaria.

Iam iubebo ignem & ſarmenta, carnufex, circumdari.

Tacitus infra eodem. *Supplicibus Amazonum, quæ aram inſederant, ignouiſſe.* Tangebant autem cornu altaris, Nam ſic in aſylo fecit Ioab. *Tangebat*, inquit, *cornu altaris.* 3. Reg. 2. De Chriſtianorum aſylis, notandum Carthaginenſi ſynodo tertia, ni fallor, miſſos ad imperatorem Theodoſium legatos, qui deprecarentur, vt Eccleſijs immunitatem daret, & ad eas confugientes etiam ob quodcunque ſcelus eſſent ſecuri. Et Concilio Epheſino Theodoſius maior hanc immunitatem dedit Eccleſijs Chriſtianorum, vt non modo altare, & ſeptum Eccleſiæ, (nam vt ſepta habebant templa paganorum, veluti ſeptum Erycinæ Veneris, ita templa Chriſtianorum habuere,) ſed & ſi quid exiſteret vlterius, vſque ad poſtremas Eccleſiæ fores, quæ precaturis primo occurrunt, aſylum eſſet. Quo loci noto quod egregium notatu eſt; Chriſtianos imperatores ingreſſuros templum arma reliquiſſe pro foribus, & diadema, & extra chorum conſediſſe. Concilij Epheſini lib. 5. Poſtea Concilium Toletanum, & Tributienſe extra Eccleſiæ ſeptum 30. paſſus definiuere ſecuritatis cauſa, per totius Eccleſiæ ambitum. Et ſane apud paganos, *Tribunis datum Romæ, vt eos inuocantibus, non modo intra pomœrium, ſed vltra ad ſtadia ſeptem, & dimidium, tanquam aſyla eſſent.*

Aſyla Chriſtianorum.

Eccleſiæ.

Altaria.

Septa.

Et ſi quid vltra ad poſtremas fores.

Illud vltra ad 30. paſſus definitum.

Vnde apud Chriſtianos Eccleſiæ cœmeterijs concluſa.

Alaricus pro aſylo habuit, Eccleſiam D. Petri Romæ.

Aſyla apud Francos.

Vt apud omnes Chriſtianos.

Dio. Huius autem ſpatij veſtigia extant etiam hodie, in Catholicorum Eccleſijs, quæ cœmeterijs ambiuntur, & concluduntur. Sunt enim cœmeteria Eccleſiæ pomœria, intra quæ immunitas illa fuit olim maxima. Lego etiam apud Sozomenum lib. 9. cap. 9. *Alaricum Roma vi capta, pro aſylo templum D. Petri Apoſtolorum principis, habuiſſe; omnibuſque illuc adactis pepercisse ob reuerentiam magni fidei Catholicæ præconis.* Quod mirum in Rege barbaro & Gotho: ideoque qui Chriſtianorum templa violatunt, Gothis iniquiores. D. Auguſtinus epiſtola 187. arguit Bonifacium Comitem, qui de Eccleſiæ aſylo hominem rapuiſſet. Inualuit etiam apud Francos iſta Eccleſiarum immunitas: quippe cautum Concilio Aurel. 1. ne rei ab atrijs Eccleſiæ abſtraherentur. Quod ad noſtra tempora durauit, quibus ob legi factas fraudes, hæc abſtulit, & peior auis ætas peiora ſanxit. Extat ſane titulus in Cod. de his qui ad Eccleſ. confug. Et in capitulis Caroli Magni libr. 5. cautum, *ne reus ad Eccleſiam confugiens abſtraheretur.* Et idem etiam prohibitum in Concilio Moguntino. Si tamen quis per inſidias hominem occiderit; inde auelli debet. Exod. 21. Et hercle, Eccleſia aſylum eſt viuorum, & mortuorum. Nam nullibi, aut ibi ſalus, & ſecuritas.

7 REGVM ETIAM.] Idem Cicero in oratione pro Sextio, ait *Senatum habuiſſe ciuitates exteraſque nationes in tutela, & de earum iniurijs conqueri ſolitas in Senatu, in quo legatos excipiebant.* Regibus etiam Senatum, *coronam auream pateramque dediſſe, eboream ſellam & ſceptrum tribuiſſe, palmatamque togam obtuliſſe,* & plurima alia. Quibus addo: Regum nominandorum munus ad Senatum pertinuiſſe, quod Magnis largitionibus emebatur. Et exprobrat Cæſar Lentulo diſſidia cum eo habuiſſe, quo regum nominandorum curam haberet. Quia honorificum valde, & priſco Reip. æuo vſurpatum paſſim. Hoc autem Tiberius voluit renouari, vt populi gratiam venaretur, & Senatus beneuolentiam. Nam hoc vnum ſibi quærunt principes, cum cætera habeant ampliter & abunde: & vt etiam crederet P. R. principatum a Reipub. priſcis inſtitutis non diſcedere. Ait autem *Regum:* nam a Senatu Rex appellari elogium ingens. Cæſar lib. 1. de bello Gallico. *Quod rex appellatus eſſet a Senatu, quod amicus, quod munera ampliſſima miſſa. Quam rem & paucis contigiſſe, & a Romanis pro maximis hominum officiis conſueſſe tribui decebat.* Narrat Liuius vbi de Scipione, Maſſiniſſam *Regem appellaſſe, & pro tribunali adſtante exercitu multa honorifica de eo dixiſſe.*

Primi omnium Epheſij adiere memorantes,[1] non, vt vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos; eſſe apud ſe[2] Cenchrium amnem,[3] locum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidam,[4] & oleæ, quæ tum etiam maneat, adniſam, edidiſſe ea numina: deorumque monitu ſacratum nemus. Atque ipſum illic Apollinem poſt interfectos[5] Cyclopas[6] Iouis iram vitauiſſe. Mox[7] Liberum patrem bello victorem, ſupplicibus[8] Amazonum, quæ aram inſederant, ignouiſſe. Auctam hinc,[9] conceſſu Herculis,[10] cum Lydia potiretur, ceremoniam templo,[11] neque Perſarum ditione diminutum ius.[12] Poſt Macedonas, dein nos ſeruauiſſe.[13] Proximo Magnetes,[14] L. Scipionis, &[15] L. Sullæ conſtitutis nitebantur. quorum ille[16] Antiocho, hic Mithridate pulſis, fidem, atque virtutem Magnetum decorauere, vti[17] Dianæ Leucophrynæ perfugium inuiolabile foret. Aphrodiſienſes[18] poſthac, & Stratonicenſes dictatoris Cæſaris, ob vetuſta in parteis merita, & recens Diui Auguſti decretum adtulere. Laudati quod Parthorum inruptionem, nihil mutata in Populum Romanum conſtantia, pertuliſſent.

Delos ſacra paganis.

Et inter paganos regibus Perſicis.

1 NON VT VVLGVS CREDERET DIANAM ATQVE APOLLINEM DELO GENITOS.] Vt vulgus? immo quod æui memoria & litteræ tam Græcæ quam Latinæ teſtantur. Cicero 3. in Verrem. *Ne poſtea quidem potuiſti accipere, quod eſt memoriæ proditum ac litteris, Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum temporibus exactis, fugiſſe Delum, atque ibi Apollinem atque Dianam peperiſſe. Qua ex opinione illa inſula eorum Deorum ſacra putatur, tantæque authoritatis & religionis ſemper fuit, & eſt, vt ne Perſæ quidem cum bellum toti Græciæ, Dijs, hominibuſque indixiſſent, & multo nauium numero claſſem ad Delum appuliſſent, quidquam conarentur, aut violare, aut attingere.* Manilius ex Varrone lib. 6. de ling. Lat.

Latona, parit caſto complexu Iouis, Deli, deos geminos.

Id eſt Apollinem & Dianam. Et idem de Delo quæ vmbilicus credita terrarum.

O ſancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum obtines.

Nam ita putabant, ſed falſo. Sibylla de Delo ita ſcribit, Δῆλος ἄδηλος. Delos immota. Tibullus lib. 2. eleg. 3.

Delos vbi nunc, Phœbe, tua eſt, vbi Delphica Pytho?

Cæterum

Cæterum ſcribunt ante huiuſmodi partum Delum inter vndas male ſecuram fluctuaſſe, ſed editis iſtis numinibus immotam ſtetiſſe quatuor affixam columnis in petra ſolido ex adamante, eamque glorioſam reddidiſſe circumfuſas Cycladas, & ſacra,& euerſa Corinthus. Quod narrat Strabo lib. 10. & ob reuerentiam, nec Delo canis alitur, nec cadauer ſepelitur. Claudianus.

Hæſit Apollineo Delos Latonia partu.

Horatius.

Delon maternam.

Apuleius de dogmate Plat. *Natus eſt*, inquit, *Plato die qua apud Delum, Latona fertur Apollinem & Dianam peperiſſe.* Tamen Homerus in Hymno Apollinis, ait Apollinem Delo, Dianam Ortygia genitam: Sed multi Ortygiam eſſe putant Delon. Contra heic noſter, qui Homero adſtipulari videtur pro parte. Non omitto quod me docuit D. Hieronymus ſcientiſſimus litterarum. Quod fatentur omnes ſingularis doctrinæ veteres nouis crepantibus. Illam Epheſinam Dianam non eſſe venatricem, quæ arcum teneat, & ſuccincta ſit; ſed illam *multimammam, quam Græci πολύμαστον vocant.* epiſtola ad Paulam, & Euſtoch. quæ ad Epheſios & ἀνδρείαν, id eſt virago dicta eſt, vt etiam Pallas. quod Minutio Felice didiciſſe facile mihi perſuadeo, nec a vero abeo.

Diſſentiunt authores in ſa-tu Latonæ.

Quæ ſit Diana Epheſiorum.

Non venatrix.

Sed altrix & multimamma.

2 Cenchrivm amnem.] De illo flumine multa Strabo 14. deque tota iſta fabula; atque in hunc ſenſum. *Paulo ſupra mare a portu Panormitano eſſe Ortygiam lucum omnis generis materiæ pulcherrimum, præſertim Cypariſſo, & per eum Cenchrium amnem fluere, in quo dicunt Latonam ex partu lotam. nam in hoc loco fabulantur & partum eius, & nutricem Ortygiam, & adytum in quo peperit, & proximam oleam, ad quam tradunt eam ſtatim poſt partum, acquieuiſſe.* Non omitto ex Plinio, eſſe etiam propter Cenchreas non fluuium, ſed portum. nam ita ille. *Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur ſinus. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc anguſtiarum termini longo & ancipiti nauium ambitu, quas magnitudo plauſtris tranſuehi prohibet. Quam ob cauſam perfodere. Nauigabili alueo anguſtias tentauere Demetrius rex, dictator Cæſar, Caius princeps, Domitius Nero, infauſto vt omnium patuit exitu cœpta.*

Cenchrius amnis.

3 Locvm Ortygiam.] Fuiſſe lucum nemo dubitauerit, qui legerit Strabonem lib. 14. *Paulo*, inquit, *ſupra mare eſt Ortygia lucus omnis generis materiæ pulcherrimus.* Olim autem Delos Ortygia dicta: quod deſueuit. Et etiam Ortygia nutrix Apollinis. Ideo bene correctum, *lucum*, pro *locum*. Et firmat noſter infra, cum inquit. *Deorum monitu ſacratum nemus.* Quod erat vſitatiſſimum paganis, ſed deſumptum a patribus piis. nam *Abraham plantauit nemus in Berſabeæ, & inuocauit ibi nomen Dei æterni.* Quod paganitas idolis ſuis tribuit. Inde Deuter. 12. *Diſſipate aras eorum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite.* Nec eſt apud poetas frequentior ſeges, quam iſtorum lucorum Diis ſacratorum, quique templa deorum ambiebant. Virgil. 1.

Probata correctio Lipſij.

Lucorum conſecratorum antiquitas a piis patribus.

Paganitas ſacrat lucos idolis.

Lucus in vrbe fuit media, lætiſſimus vmbra.
Heic templum Iunoni ingens, Sidonia Dido
Condebat; donis opulentum, & numine Diuæ.

Lucus Iunonis.

Silius libro 1. qui eius imitator.

Vrbe fuit media ſacrum genitricis Eliſæ
Manibus, & patria Tyriis formidine cultum,
Quod taxi circum, & piceæ ſqualentibus vmbris
Abdiderant; cœlique arcebant lumine templum.

Et idem lib. 2. de oraculo Ammonis Iouis.

—— corniger Ammon
Fatidico pandit venientia ſæcula luco.

Lucus Ammonis.

Claudianus in Panegyr.

—— cæſa Tomini Iouis augure luco
Arbore præſaga tabulas animaſſe loquaces.

Lucus Iouis.

Et Euſebius in vita Conſtantini lib. 2. cap. 5. ait Licinium in luco quodam ſua idola coluiſſe. Sed totus lucus ille, & minime lucens qui ibi colebatur. Porro idem mendum in Suetonio, vbi legitur *loco* pro *luco*, 19. in Othone. *ad Caſtoris (quod loco nomen eſt) vicit.* Fuiſſe autem *lucum* teſtatur Tacitus Hiſtor. 2. *locus Caſtorum vocatur.* Et lego apud Suet. *ad Caſtores* non *ad Caſtoris, quod luco nomen eſt.* Vt apud nos, *Lucus Caſtorum* non longe a Pariſiis, quem dicimus vulgo, *la foreſt de Bieure.* Et ſane caſtorum vita in lucis.

4 Et oleæ.] Catullus in carmine ſæculari.

Magna progenies Iouis,
Quam mater prope Deliam
Depoſuit oliuam.

Oliua conſcia partus Latonæ.

Quamuis Homerus non iuxta *oliuam*, ſed iuxta *palmam*, Latonam genuiſſe dicat, & prope Inopi fluenta. Lege Hymnum Apollinis in Homero, idq. principio lego autem, *Edidiſſet ea nomina.* Nam ita exigit oratio.

5 Cyclopas.] De quibus vide Homerum Odyſſ. libro 9. & Virgilium lib. 3. Æneid.

6 Iovis iram.] Eius Iouis, qui Saturni & Rheæ filius. nam trecentos fuiſſe Ioues ſcribit Varro, omnes in orbe cultos. Saturnius autem Iupiter Cyclopas & Gigantes profligauit, totum orbem monſtris purgauit, monſtrum ipſe, fuitque ei auxiliaris Apollo in Gigantomachia. Cæterum iram Iouis poetæ tam Græci quam Latini memorant. Quippe quæ Iunonem & Aten cœlo, Aiacem mari, Gigantes terris Phlegræiſque campis peſſum dederit: & ita de illa Homerus vbi Iupiter Iunonem alloquitur vt tacita ſedeat & ei obediat, ne eam dij omnes iuuare non poſſint qui ſunt in Olympo, ſi quãdo in eam manus iniecerit. Iliad. lib. 1. Et Ouid. lib. 3. Met.

Trecenti Ioues culti.

Iupiter Saturni & Rheæ filius Deorum ſummus.

Ille pater rectorque deum, cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem.

7 Libervm patrem.] *Quæ appellatio Deo conuenit*, inquit Seneca de Benef. lib. 4. Et putat idem, Bacchum Liberum dici, quod reddat animum curis liberum, faciatque nos ad omnes conatus magis audaces, & vegetiores. Ouidius in Faſtis.

Liberi appellatio Deo conueniens.

Cur Liber Bacchus.

Cura fugit multo diluiturque mero.

Horat. 1. Car. 6.

—— nunc vino pellite curas.

Et idem ait ex veris.

—— diſſipat Euius
Curas edaces.

Amazonũ gẽs, Scythica.
8 AMAZONVM.] Scythica gens, plane animo virilis in muliebri corpore, & celebris vſque adeo, vt quæcunque viribus & animo præſtaret, diceretur Amazon. Virgilius de Camilla, lib. 11.

Quæ viribus & animo valent, Amazones dictæ.

At medias inter cædes exultat Amazon.

Quæ ideo ita dictæ quia vnius mammæ eſſent, altera inuſta quæ dextra fuit, ne ſagittationi officeret. Et idem.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Amazones hæreticorum ſunt proſtibula.
Nero Princeps *Amazonem circumtulit.* Plin. 34. cap. 8. a viro in fœminam mutatus per ſumma dedecora. D. Hieronymus in Iouinian. lib. 2. in fine. *Habes in caſtris tuis Amazonas exerta mamma, & nudo brachio, & genu, venientes contra ſe viros ad pugnam libidinum prouocantes.*

Martis filiæ.
Seruius eas facit Martis filias, Æn. 11. Alij Neptuno genitas. Salluſtius. *Campi Themiſcyrij quos habuere Amazones. a Tanai flumine, incertum quamobrem digreſſæ.* De his plura Iuſtinus. Sed egregium quod auxere ſuam Remp. ſine viris, & virorum contemptu claræ euaſere multis prouinciis in Aſia domitis, vrbibuſque exſtructis, Epheſo, Smyrna, Myrrhina & Papho. Stephanus lib. de vrbibus. Imo ſubacta tota Aſia, & Ponto. Vnde Valerius 5.

Amazones Scythia digreſſæ.

Sed cur? incertum eſt.

—— eſt vera propago
Sanguinis, eſt ollis genitor Deus.

Equis autem vſas, priores mortalium aiunt. Et ideo Virgilius ſuam Camillam facit equo exultantem & ſuperbientem inter cædes. Fuere ante bellum Troianum & durante bello, cum Priamus contra eas militauerit Ionum ſocius, vt ex Homero liquet, qui de Pentheſilea egregia narrat & egregie.

9 CONCESSV HERCVLIS.] Ille eſt Hercules qui ex Alcmena & Ioue natus eſt. nam alij multi fuerunt, ait Cicero 3. de nat. Deor. Is autem in Aſia multum verſatus eſt. Et tali hoſpite Aſia olim fœlix: quæ tertia terrarum pars fuit, hodie quarta eſt, America nunc patente. Plin. 11. cap. 7. *Quærat nunc aliquis vnus ne Hercules fuerit & reliqua vetuſtatis ſitu obruta.* Vt notes varietatem rerum.

Hercules in Aſia verſatus.

Lydia Mæandri ſpiris amœna.
10 CVM LYDIA.] Quam *perfuſam flexuoſi Mæandri recurſibus, ſuper Ioniam procedere, non inamœnis ſpiris* ſcribunt Plinius & Strabo. Et Homerus poſuit Mæones pro Lydis. Poetæ autem Phrygas Lydos vocant, vt & Cares Lycios, licet ſint diuerſi. Strabo 14.

Tacitus explicatus.
11 NEQVE PERSARVM DITIONE.] Id eſt cum Perſæ Aſiam occuparent. nam Perſarum imperium magnum fuit. Eſther 1. cap. loquens de Aſſuero Perſarum rege. *Regnauit*, inquit, *vſque Æthiopiam, ſuper centum & viginti ſeptem prouincias.* Quod magnum eſt. Eſt autem Aſſuerus, Artaxerxes Longimanus Darij & Paraſitidis filius: Princeps ingens.

12 POST MACEDONAS.] Id eſt poſtquam orbis imperium a Macedonibus abiit ad Romanos. nam Claudianus de laudib. Stilicon. lib. 3.

Series Imperiorum ex Claudiano.

Sic male ſublimes fregit Spartanus Athenas,
Atque idem Thebis cecidit. Sic Medus ademit
Aſſyrio, Medoque tulit moderamina Perſes.
Subiecit Perſen Macedo; ceſſurus & ipſe
Romanis. hæc auguriis firmata Sibyllæ.

Plures Magneſiæ. Mæandrica. Theſſalica. Magneſia a Sipylo.
13 PROXIMO MAGNETES.] Eſt illa Magneſia Mæandri cognomine inſignis, a Theſſalica Magneſia orta. nam in Macedonia, ſunt etiam Magnetes. Eſt etiam altera Magneſia in Aſia, quæ a Sipylo dicta. De qua diximus lib. 2. Vide Strabonem lib. 14.

Scipio Naſica.
14 L. SCIPIONIS.] Eſt Scipio Naſica, frater P. Cornelij Scipionis Africani, & qui ſe Aſiaticum voluit cognominari, vt Africano fratri par cognomen haberet, de parte orbis deuicta. *A iurato Senatu*, inquit Plinius lib. 7. cap. 34. *vir optimus ſemel a condito æuo iudicatus.* Quem tamen D. Hieronymus *hebetioris fuiſſe ingenij*, ait libro 1. in Danielem.

Vir optimus dictus iudicio Senatus a condito æuo.

Hebetioris ingenij, ait D. Hieronymus.

Elogium Syllæ.
15 L. SYLLÆ.] De quo libro 1. & is eſt, *qui pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in homine nunquam fuit, fœdauit turpiter*, ait Florus. Vnde & *Syllas* a crudelitate denominamus. Et *ſyllaturit* qui crudeliter agit.

Antiochus 8. Syriæ rex.
16 ANTIOCHO.] Eſt Antiochus Magnus octauus Syriæ rex. De quo D. Hieronym. cap. 11. in Danielem.

17 VTI DIANÆ LEVCOPHRYNÆ.] Strabo 14. vbi de Magneſia agit, loquitur de Dindymis, de quibus profert Heſiodi teſtimonium:

Qualis in Autumni fœcundo vitibus agro
Bœbiados ſtagnante lacus ſe lauit in vnda,
Quæ ſacrata colit præcelſaque Dindyma virgo.

Hoc in loco, ait, erat fanum Dindymenæ matris. Denique nunc fanum non ſtat, propterea quod vrbs in alium locum ſit tranſlata. In noua vrbe Dianæ Leucophrynæ fanum eſt, quod & ædis magnitudine & multitudine rerum dedicatarum ab Epheſo ſuperatur: artificio vero & ſtructuræ concinnitate circa ædem longe præſtat. magnitudine omnia Aſiæ fana excellit.

18 POSTHAC.] Lego, *poſthæc.*

19 DECRETVM.] Ita lege. *Stratonicenſes Dictatoris Cæſaris ob vetuſta in partes merita, & recens D. Auguſti, decreta tum attulere.*

Sed [1] Aphrodiſienſium ciuitas, Veneris, [2] Stratonicenſium, Iouis, & [3] Triuiæ religionem tuebantur. Altius [4] Hierocæſarienſes expoſuere, [5] Perſicam apud ſe Dianam, delubrum [6] rege Cyro dicatum. & memorabantur [7] Perpennæ, Iſaurici, multaque alia imperatorum nomina, qui non modo templo, ſed duobus millibus paſſuum eandem ſanctitatem tribuerant. [10] Cyprij [11] tribus delubris, quorum vetuſtiſſimum [12] Paphiæ Veneri author Aerias, poſt filius eius Amathus Veneri Amathuſiæ, & Ioui Salaminio [13] Teucer, Telamonis patris ira profugus,

gus, poſuiſſent. Auditæ aliarum quoque ciuitatum legationes. [14] Quorum copia feſſi patres, & quia ſtudiis certabatur, conſulibus permiſere vt perſpecto iure, & ſi qua iniquitas inuolueretur, rem integram rurſum ad ſenatum referrent. Conſules ſuper eas ciuitates, quas memoraui, apud Pergamum, [15] Æſculapij compertum aſylum retulerunt: cæteros obſcuris ob vetuſtatem initiis niti. Nam Smyrnæos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicauerint: Tenios eiuſdem [16] carmen referre, quo ſacrare [17] Neptuni effigiem, ædemque iuſſi ſint. Propiora [18] Sardianos, Alexandri victoris id donum: neque minus [19] Mileſios [20] Dario rege vti, ſed cultus numinum vtriſque, Dianam aut Apollinem venerandi. Petere & Cretenſes ſimulachro diui Auguſti. Factaque ſenatuſconſulta [21] queis multo cum honore, modus tamen præſcribebatur. iuſſique ipſis in templis [22] facere aras ſacrandam ad memoriam; [23] neu ſpecie religionis in ambitionem delaberentur.

Aphrodiſiæ plures. *Vna in Caria.* *Altera in Cilicia.*

1 APHRODISIENSIVM CIVITAS, VENERIS.] Liberi populi dicti a Plinio li. 5. ca. 29. & a Liuio vocatur eorum vrbs Aphrodiſias lib. 33. & 37. Eſt autem vna in Caria, altera in Cilicia; vtraque autem in Aſia, quod hunc locum poſſit ambiguum reddere. Sed de Carico Aphrodiſio capiẽdus heic Tacitus. Et legendus libro 2. hiſt. qui templum deſcribit & Deam ibi cultam *non effigie humana, ſed velut latiore orbe, qui initio tenuem in ambitum metæ modo exurgit: cuius rei ratio in obſcuro eſt.* Sed puto ignem eſſe qui ſemper acuminatus exurgit & altiora petit. Quia ipſa Venus ignis eſt & rapidiſſimus. Niſi pro ouis accipias quæ metas Circi faciebant: oua autem Veneri dicata, ob partus qui a Venere. Hinc *Ledæus partus* pro ouo.

2 STRATONICENSIVM.] Qui in Caria. nam ita Liuius lib. 33. *Stratonicam Cariæ, atque alias vrbes, Rhodiis dedit.*

Diana Triuia. *Cur?*

3 TRIVIÆ.] Dicta *Triuia*, quod in Triuiis coleretur, ait Varro. Tamen aliis τρίμορφος, quod Luna in cœlis, Diana in terris, Proſerpina apud inferos dicebatur. Prudent. contra Symmach. lib. 1.

—— cum Luna eſt, ſubluſtri ſplendet amictu:
Cum ſuccincta iacit calamos, Latonia virgo eſt:
Cum ſubnixa ſedet ſolio, Plutonia coniux.

Alij quod in cœlo tribus viis moueatur, in altitudinem, latitudinem & longitudinem. Horatius *diuam Triformem* nominat. Et certe Diana Lucina & Hecate vel Proſerpina vocata a Poetis.

Vrbes ob Cæſarum fortunam conſtructæ. *Hierocæſareæ plures.*

4 HIEROCÆSARIENSES.] Ab Hierocæſarea: fuere enim vrbes plurimæ, quæ ad venerationem & memoriam fortunæ Cæſarum tam alte ſe extollentis conderentur: vt Cæſarea Auguſtæ, Cæſarea Paleſtinæ, Cæſarea Mauritaniæ, Cæſarea Decapolis. hæc Hierapolis ante dicta, & in honorem Cæſaris Hierocæſarea, de qua ſupra aliquid delibaui. Duo habet quæ iure quis miretur; os Plutonium ſolis exectis Gallis non periculoſum; & aquam lapideſcentem quæ poculenta ſit. Strabo 13.

5 PERSICAM APVD SE DIANAM.] Vt enim Perſæ Mithram, id eſt Solem venerabantur, ita Lunam. de qua Strabo.

Cyri vita fœlix. *Mors infœlix.*

6 REGE CYRO.] De quo Iuſtinus, Herodotus, & Xenophon. Et de quo etiam lib. 1. Ezechiel. Is fuit primus rex Perſarum, imperio fœlix, ſed fine miſerabilis: ſic ludente in caput regum fortuna.

7 PERPENNÆ.] Recte *Perpennæ*, ſic enim nominatur a Floro epitom. lib. 59. & a Valerio. quod nomen Romanum eſt: Et meminit Plinius lib. 7. M. Perpennæ qui noſter eſt & inter Macrobios repoſitus: cuius epitaphium extat eiuſmodi. *Vixi quemadmodum potui: quare mortuus ſim neſcio.* Perpennæ autem quaſi *pernicis pennæ & alte volantis.* Cicero in Verrem 3. de M. Perpenna mentionem facit & Cenſorem vocat. Valerius nominat *ruborem Conſulatus*, de crudelit. in Aſia autem habuiſſe imperatorium nomen Perpennas Tacitus heic ſcribit. Etiam *Conſules.* lego *& Cenſores.* In Salluſtio quidam ex his vocatur *Dominus Perperna.* Sic enim hiſtor. 3. *Igitur diſcubuere, Sertorius inferior, in medio ſuper eum L. Fabius Hiſpanienſis Senator ex proſcriptis, in ſummo Antonius: Et infra ſcriba Sertorij Verſius,* (forte *Vertius*) *& alter ſcriba. Mæcenas in imo, medius inter Tarquinium, & dominum Perpernam.* Legunt *Ouinium Perpernam,* melius quam *dominum.* nam Quiritibus inuſitatus eſt hic titulus; nec homini Romano conuenit. Itaque Varro: *Nomina*, inquit, *multa habemus ab vtroque pecore, Portios, Ouinios, Caprilios. A maiore, equitios.* 2. de re Ruſt. Hic autem Perpenna Marcus eſt de quo noſter loquitur, qui P. Craſſo ſucceſſit exercitui & conſulatui, quique capto Ariſtonico & Romam miſſo bellum abſoluit. Strabo 14. *Ariſtonicus autem in carcere mortuus eſt, & Perperna morbo abſumptus.*

8 ISAVRICI.] Publius eſt Seruilius Iſauricus, qui Iſauros prædones Ciliciæ domuit, ſibique inde cognomentum dedit. Et de quo Florus lib. 93. Iſaurorum autem multi authores meminere, vt Spart. in 30. Tyrannis, in Trebelliano. *Iſauris ſibi ducem quærentibus Tre-*

bellianum factum ducem: quem cum alij archipiratam vocaſſent, ipſe ſe imperatorem appellauit. De iis eſt L. vlt. Cod. de quæſt. Amm. Marcell. 14. *Iſauri quibus vſitatum eſt ſæpe pacari, ſæpeque inopinis excurſibus cuncta miſcere, ex latrociniis occultis alente impunitate adoleſcentem in peius audaciam, ad bella grauiora prorumperunt.* In odium Iſauricorum latrociniorum, nec feriatum olim fuit Idibus Paſchæ, ex L. die. de feriis. Cod. Ammianus Marcellinus multa de Iſauris principio librorum qui manſerunt, & D. Briſſonius ad L. dominico. de ſpectaculis, plura de iis.

9 Dvobvs millibvs passvvm.] In ambitu ſcilicet, vt Eccleſiis Chriſtianorum 30. paſſus in ambitu poſtulauere patres Concilij Toletani 12. quod ſcripſi ſupra.

Cyprus tota Venerea. *Macaria dicta ob affluentiam.* *Et locuples dicta Ciceroni.* *Cyprus maxima inſula.*

10 Cyprii.] Cyprus tota Venerea. Ideo poeta, Venerem alloquens, *Sperne*, inquit, *dilectam Cyprum*. Et *Macaria* dicta, id eſt beata, ob affluentiam. Cicero 5. ad Attic. epiſtola quæ incipit, Saturnalibus. Cyprorum ciuitas locuples, a qua euocari ciues non poterant. Plinius lib. 5. cap. 31. *Pamphylium mare, ignobiles inſulas habet. Cilicium, ex quinque maximus Cyprum.*

11 Tribvs delvbris.] Scilicet ius aſyli ſeruari poſtulabant. Et *delubra* vocabantur priſcis *a diluendo*, quia in delubris fontes eſſent, & aquarum fluxiones quibus ablucrentur. *Delubra*, inquit Vetus Grammaticus, *quibus homines peccata ſua diluunt.* Sed Quintus Aſconius Pædianus Ciceronis interpres, *Delubra*, inquit, *multarum ædium ſub vno tecto a diluuio pluuiæ munitarum.*

12 Paphiæ Veneri.] In inſula Cypro, (quæ Κεραστὶς olim ceu *cornuta* dicta) multæ vrbes amœniſſimæ, & Venere, immo Ioue, vt aiunt, digniſſimæ. Paphus, Amathus, Salamis; quæ tres, aſyli ius habebant. Virgilius 10. Æn. inducit Venerem ita loquentem.

Paphus vrbs Cypri.

Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera,
Idaliumque nemus.

13 Tevcer.] Frater Aiacis Telamonij, de quo ſæpe Homerus, Iliados 8. & in Odyſſ. cui Agamemnon pollicetur, ſi Pergama ruant, primum poſt ſe honorabile donum. De eo Horat.

Teucer Salamina patremque
Cum fugeret, tamen vda Lyæo
Tempora populea fertur vinxiſſe corona.

Aiacis nothus erat frater, ſagittator egregius & ἀμύμων, id eſt eximius.

14 Qvorvm.] Melius *Quarum*, vt ad legationes referatur. nam dixit. *Auditæ aliarum quoque nationum legationes.*

15 Æscvlapii compertvm asylvm.] De quo multa poetæ fabulantur. *Is vitæ humanæ longitudinem ſtellis acceptam retulit, & in eius templo theriacæ remedium inſculptum, quo magnus Antiochus eſt vſus.* *Æſculapius.*

16 Carmen referre.] Nam carminibus ſua oracula vulgabant, vt patet ex oraculis Sibyllæ, & Euſebio de Præparat. Euang. Tibullus lib. 2. eleg. 5.

Carmine prodita oracula.

Te duce, Romanos nunquam fruſtrata Sibylla eſt,
Abdita quæ ſenis fata canit pedibus.

Id eſt heroico verſu.

17 Neptvni.] Ægæi ſcilicet. nam his locis Neptunum ſedem habuiſſe, poetæ canunt. vt Homerus Iliad. Sic Virgil. 3 Æneid. *Neptunus Ægæus.*

——*gratiſſima tellus*
Nereidum matri & Neptuno Ægæo.

Nam in Ægeo ſedem habere putabant.

Loquitur de Delo, cui proxima Tenos, de qua heic noſter, & vtraque in Ægæo mari.

18 Sardianos.] Quæ Sardis in latere Tmoli montis, prius *Timoli* dicti in Lydia. *Sardis.*

19 Milesios.] Dixi ſupra vbi de Mileto libro 2.

20 Dario rege vti.] Proxime ſupra dixit *niti*; ideo non damno verbum *vti*, ad cauendam repetitionem, quæ nuſquam in hoc authore. nam ad aſylum ſuum firmandum nomine & authoritate Darij regis vtebantur. De Dario autem rege, vide Iuſtinum. *Excuſa probata.*

21 Qvis mvlto cvm honore.] Verbum *Tamen*, ſuſpicionem iniicit legendum eſſe non *queis*, ſed *quamuis* hoc ſenſu. Petierant Cretenſes, qui templum & ſimulachrum D. Auguſto dicauerant, vt ius aſyli ſibi tribueretur. conceſſum Senatuſconſultis: quæ quamuis Auguſto eſſent valde honotifica; tamen præſcriptus fuit aſyli modus & ambitus intra quem eſſet immunitas. *Coniectura in Tacito.*

22 Facere aras.] Egregie mea ſententia in Florentino Cod. *figere æra.* nam in ære memoria ſacrabatur. Horatius.

Exegi monumentum ære perennius.

23 Nev specie religionis in ambitionem.] Duplex cauſa heic aras conſtituendi. prima, ad Auguſti memoriam: Secunda, ne prætextu huius aſyli ſe efferrent ſupra vicinas vrbes. Illa enim ambitio deprimebatur, quod in operandis ſacrificiis multi ſumptus, & multæ victimæ his aris cædendæ eſſent. ideo indictæ.

Duæ cauſæ aras conſtituendi. Prima ad memoriam Auguſti. Secunda, ne tumeſcerent: nam magno ſumptu conſtabat illa ararum poſitio.

Sub idem tempus Iuliæ Auguſtæ valitudo atrox, neceſſitudinem principi fecit feſtinati in vrbem reditus, ſincera adhuc inter matrem filiumque concordia, ſiue [1] occultis odiis. Neque enim multo ante, cum haud procul theatro Marcelli effigiem diuo Auguſto Iulia dicaret, Tiberij [2] nomen ſuo poſtſcripſerat. Idque ille credebatur, vt inferius maieſtate principis, graui & diſſimulata offenſione abdidiſſe. Sed tum [3] ſupplicia diis, ludique Magni ab ſenatu decernuntur, quos Pontifices, & Augures, & [4] Quindecimuiri, Septemuiris ſimul & ſodalibus Auguſtalibus ederent. Cenſuerat L. Apronius vt Fæciales quoque [5] iis ludis præſiderent. Contradixit Cæſar, diſtincto ſacerdotiorum

tiorum

tiorum iure, & repetitis exemplis. Neque enim vnquam Fæcialibus hoc maieſtatis fuiſſe. Ideo Auguſtales adiectos, quia proprium eius domus ſacerdotium eſſet, pro qua vota perſoluerentur. Exequi ſententias haud inſtitui, niſi inſignes per honeſtum, aut notabili dedecore. quod præcipuum munus Annalium reor: ne virtutes ſileantur, vtque [6] prauis dictis factiſque ex poſteritate & infamia metus ſit. Cæterum tempora illa adeo infecta, & adulatione ſordida fuere, vt non modo primores ciuitatis, quibus claritudo ſua obſequiis protegenda erat, ſed omnes conſulares, magna pars eorum, qui prætura functi, multique etiam pedarij ſenatores certatim exurgerent, [7] fœdaque & nimia cenſerent. Memoriæ proditur, Tiberium quoties curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui ſolitum, O HOMINES AD SERVITVTEM PARATOS! Scilicet, etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam proiectæ ſeruientium patientiæ tædebat.

Coniectura in Tacito.

1 OCCVLTIS ODIIS.] Quid ſi, *occultis odiis*? nam ad hanc rem, nemo Tiberio doctior: & hæc lectio mihi valde probatur.

Ambitioſa principum cupido.

2 NOMEN SVO POSTSCRIPSERAT.] Nam in ſacrandis ſtatuis, nomen dicantis inſcriptum erat, & eius Dei cui dicaretur, & cauſa cur dicaretur. Sic in antiqua inſcriptione. IOVI. STATORI. HERCVLI. VICTORI. M. VLPIA. NERVA. TRAIANVS. CÆSAR. VICTO. DECEBALO. DOMITA. DACIA. VOTVM. SOLVIT. ASPICE. ROMVLE. PATER. GAVDETE. QVIRITES. VESTRA. ISTA. EST. GLORIA. Ab initio principatus, non grauiter tulit Tiberius, poſt Senatum nominari. nam Paſſienus, vt ait Seneca pater, cum ante Senatum & Tiberium cauſam ageret: *Patres Conſcripti*, inquit, *& tu Cæſar.* Submiſit Imperatorem patribus. Regnandi vetus, moleſte tulit, nec pertulit. Cur enim anteponi ſibi velit, quem componi non patiatur? Inter priuatos Filius & Filia in inſcriptionibus præferuntur. AVRELIA. VITALIÆ. PIISS. MATRI. Et. VERANIVS. ET. CONSTANS. PATRI. OPTIMO. Sed non licet in principem, quod inter priuatos, & iam mortuos.

Volunt præponi omnibus. poſtponi nemini.

Ac ne componi quidem.

3 SVPPLICIA DIIS.] Quippe hic paganorum mos in lætitia, & luctu, diis ſupplicare. Idem putat de Chriſtianis D. Ambroſius. *Siue parcis, ſiue flagellas, ſemper Deus meus es.* Diuus Auguſtinus Pſal. 1. ſic ait, *De ipſo malleo tribulationis, quoties animæ ſanctæ Deo diſpenſante tunduntur, in nullo murmurant, in nullo penitus contradicunt, magis humiliter veluti ductiles tubæ proclamant: Iuſtus es, Domine, & iuſta iudicia tua.* De paganorum lætitia. Virgil. 1.

——ſimul Ænean in regia ducit
Tecta, ſimul diuum templis indicit honorem.

De luctu idem eodem.

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant,
Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis.

Quod Chriſtianis, pro monitore eſt. nam *in aduerſis, Dei voluntas non diſcutienda* (ait D. Hieron. contra Pelagian.) *ſed cum gratiarum actione patienda.* Et noto Paganos adeo de cultu deorum ſollicitos, vt peregre proficiſcentes & redeuntes diis ſupplicarent, ſiue re bene geſta, ſeu male. Exempla in Plauti Sticho.

Deos ſalutatum atque vxorem modo intro deuortor domum.

Et eodem.

Cum bene re geſta ſaluus conuortor domum,
Neptuno grates habeo & Tempeſtatibus.

Et in Amphitr.

——nunc vero mihi in mente fuit
Dis aduenientem gratias pro meritis agere atque adloqui.

4 QVINDECIMVIRI.] Tota hæc clauſula inflexa eſt & deorta, quam reddo priſcæ rectitudini, & ita lego. *Quos Pontifices, & Augures, cum Quindecimuiris, & Septemuiris, ſimul & ſodalibus Auguſtalibus ederent.* Et ita iſte depexus, & luxatus, & laceratus locus ſarciendus eſt.

Præſidere cum accuſatio.

5 IIS LVDIS PRÆSIDERENT.] Vides verbum *præſiderent* cum datiuo? aliis locis cum accuſatiuo reperies. *has prouincias præſiderent. Italiam præſideret. littus præſidebant*, libro ſequenti.

6 PRAVIS DICTISQVE EX POSTERITATE ET INFAMIA METVS SIT.] Et ea cauſa fuit cur Caligula T. Labieni, Cordi Cremutij, Caſſij Seueri ſcripta Senatuſconſultis abolita requiri voluerit, & eſſe in manibus, lectitarique permiſerit. Addiditque *maxime ſua intereſſe, vt facta quæque poſteris traderentur.* nam infamiæ magni ſunt aculei. Sic Iuriſconſultus dixit. *Si quis librum ad alicuius infamiam pertinentem ſcripſerit.* L. 5. §. ſi quis librum. de iniur. *& ſi carmen conſcripſerit.* L. 15. §. qualiter. de iniur. D. Cicero de iſto metu, lib. 2. famil. epiſt. *Cupio. Quid vero hiſtoriæ de nobis ab anno D. C. prædicarunt? quas quidem ego magis vereor, quam eorum hominum, qui hodie viuunt, rumuſculos.* hæc de metu ob praue facta. De gloria ob bene geſta, idem 5. famil. epiſtola *Coram. Nos cupiditas incendit, vt viui gloria noſtra perfruamur.* Nam *fama ſæpius poſt fata & rarius in vita*, ait Martialis. Quippe *homines ſingulis momentis opinione mutantur.*

7 FOEDAQVE ET NIMIA.] Nam adu

Adulatio dulce venenum.

latoribus honeſta & inhoneſta laudare mos eſt, ait noſter. *Adulatione* autem, inquit D. Hieronymus ad Celant. *nihil eſt quod facilius corrumpat mentes hominum, nihil quod tam dulci, & molli vulnere animum feriat.* Sed tum Romæ adeo frequens, vt puderet etiam Cæſares. *O homines ad ſeruitutem natos*, dicebat Tiberius.

Paulatim dehinc ab indecoris ad infeſta tranſgrediebantur. [1] C. Sillanum proconſulem Aſiæ repetundarum a ſociis poſtulatum Mamercus Scaurus e conſularibus, Iunius Otho Prætor, Brutidius Niger Ædilis ſimul corripiunt, obiectantque violatum Auguſti numen, ſpretam Tiberij maieſtatem. Mamercus antiqua exempla iaciens, [2] L. Cottam [3] a Scipione Africano, [4] Ser. Galbam a [5] Catone Cenſorio, P. Rutilium a [6] M. Scauro accuſatos: videlicet, Scipio & Cato talia vlciſcebantur, aut ille Scaurus, quem proauum ſuum, opprobrium maiorum Mamercus infami opera dehoneſtabat. [7] Iunio Othoni litterarium ludum exercere vetus ars [8] fuit, mox Seiani potentia ſenator, obſcura initia impudentibus auſis [9] * propolluebat: [10] Brutidium artibus honeſtis copioſum, & ſi rectum iter peragerct, ad clariſſima quæque iturum, [11] feſtinatio extimulabat, dum æqualeis, dein ſuperiores, poſtremo ſuaſmet ipſe ſpes anteire parat. Quod multos etiam bonos peſſum dedit, qui ſpretis quæ tarda cum ſecuritate, [12] * præmatura, vel cum exitio properant.

** perpolluebat:*

** ad præmatura,*

1 C. Sillanvm Proconsvlem Asiæ.] Ea prouincia ſæpe Sillanis obuenit, vt heic C. Sillano. Et Plinius lib. 7. cap. 13. *D. Auguſtus in reliqua exemplorum raritate, neptis ſuæ nepotem vidit genitum, quo exceſſit anno, M. Sillanum, qui cum Aſiam obtineret poſt Conſulatum Neronis principis ſucceſſione* (lego *ſuggeſtione*) *veneno eius interemptus.* Idem Plinius lib. 2. cap. 35. de oſtento ſcintillæ e ſtella cadentis. *Vidit hoc Licinius Sillanus Proconſul cum comitatu ſuo.* Silet vbi Procōſul fuerit; ſed puto in Aſia, quæ Syllanis ſæpius data. & a manuſcriptis abeſt *Licinius*, quamuis & fuerit eius nominis *A. Licinius Nerua Sillanus*, qui Conſul fuit ſub Auguſto, cum Q. Cæcilio Metello Cretico Sillano. Dio. Quamuis verum Sillanorum nomen *Iunius*.

Aſia Sillanis frequens.

Plinius correctus.

Licinius Sillanus in Aſia proconſul.

Nomen Sillanorum, Iunius.

2 L. Cottam.] Quem *ſubagreſtem, & agreſti voce delectatum*, Cicero ait 3. de orat.

Cotta ſubagreſtis orator.

3 A Scipione Africano.] Cuius elogium habes in Bruto apud Ciceronem. Sed Silius eleganti verſu eius gloriam ita perſequitur.

Salue inuicte parens, non conceſſure Quirino
Laudibus, & meritis non conceſſure Camillo:
Nec vero cum te memorat de ſtirpe Deorum,
Prolem Tarpeij mentitur Roma Tonantis.

Proles Tarpeij Iouis.

Sic claudit ſuum opus de bello Punico. Et Titus Liuius lib. 23. diuina potius quam humana in eum congerit; vt etiam Velleius, qui ita ſcribit. *Non quiſquam vllius gentis hominum, ante eum clariore vrbium exeidio, nomen ſuum perpetuæ commendauit memoriæ: quippe exciſa Carthagine ac Numantia, ab alterius nos metu, ab alterius vindicauit contumelia.* Florus in Punico ſecundo. *Miſſus cum exercitu Scipio, cui tam grande de Africa nomen fata decreuerant.* Et ſane vocatur *Romanus deſtinatum fulmen*, quod creuit in exitium Africæ, nomen ex malis eius habiturum.

Elogium Scipionis Africani a Floro.

Romanis fulmē deſtinatum.

In exitium Africæ.

4 Sergivm Galbam.] De cuius vi in eloquendo Cicero in Bruto, deque eius diligentia in commentando.

Eloquentia Sergij Galbæ.

5 Catone.] Idem Cicero 1. de Orat. *M. Cato Q. Galbæ grauis inimicus.* Et ſane illa virtus hoſtem non habuit, niſi vitium.

Cui Cato inimicus grauis.

6 M. Scavro.] Cicero loco de Ridicul. 2. de orat. pro re maxime ridicula ſcribit, vt cum M. Scaurus accuſaret Rutilium ambitus. Idem Cicero 1. de orat. multa egregia dicit de Scauro, qui ſane magnus extitit orator. *Conſul*, inquit in Bruto, *deſignatus M. Scaurus a Publ. Rutilio ambitus poſtulatus, & abſolutus, accuſatorem ſuum eiuſdem criminis poſtulauit.* Dicitur autem Mamercus ex prænomine Æmiliæ gentis. Et nomen Romanum eſt, quod in Æmilio docet Plutarchus. Aiunt autem Pythagoræ filium Mamercum dictum, a quo Mamercus dictus poſtea filius Numæ. Mamercus autem apud Oſcos eſt Mauors.

Ridiculi boni accuſatores.

Accuſatorem Rutilium accuſat Scaurus.

7 Ivnio Othoni.] De quo Seneca pater ſæpe. Fuit autem Iunius Otho pater, & fuit Iunius Otho filius. De filio heic, quem in controuerſiis quæ ſuſpicioſe dicendæ eſſent, bellum declamatorem facit. lib. 2. Controu. 1.

8 Fvit.] Lego, *ars fuit. is mox Seiani potentia Senator.*

9 Propollvebat.] Verbum, *Propolluere* apud Martialem legitur lib. 1. epigram.

Nec tamen obſcuro propolluit ora veneno.

Propolluere verbum apud Martialem.

Sed qui legit *perpolluebat*, verba Taciti nouit. nam *perpopulare, peruigere, perornare, permanere* ſcribit ſæpe, & *perpolluere*, pro, omnino & in totum polluere. obſcura enim origo, licet per ſe non polluat; ſi tamen improbitati iungatur, turpis & polluta, immo perpolluta eſt: Quippe ingenuitas, ſi labatur in vitia, ſibi pro monitore eſt vt reſipiſcat, & ſequatur

Perpolluere ad Tacitum accedit.

auorum,

auorum, proauorum, & atauorum monumenta, quæ oculis recurrunt ad frugem. Turpis vero origo, ſi vitiis deturpetur, perpolluitur. nam quod excitet, nihil habet. Plautus.

Qui bono ſunt genere nati, ſi ſunt ingenio malo,
Suapte culpa degeneres abeunt, genus ingenium improbant.

Tamẽ manuſcripti authoritas æterna, in quo legitur *Prætor pollueret*, totum me huic lectioni addixit, qui antea legebam *præpullebant*. Et ita Taciti ager runcandus, & ruſpandus.

Brutidius nobile ingenium.
Ambiguum inter vitia & virtutes.

10 BRVTIDIVM.] Nobile ingenium; ſed ex elogio Taciti, *inter vitia & virtutes, ambiguum*. De eo Seneca lib. 1. Controu. 1. *Brutidius hoc colore vſus eſt: Acceerſitum a domino ſeruum, vt dominicæ libidini paparium faceret:* nam agebatur de ſeruo adultero, quem dominus in cubiculo ſuo reperiſſet. Sed vt in via, deciduum quid colligam: quæro quid ſibi vult dictio, *paparium? pararium* reponunt; ego vero iſtud *paparium* non muto; & ita ſcriptum exiſtimo, vt *pulparium*, & *pulmentarium*. Cibum enim fuiſſe opinor, quo ſumpto, vires reſarcirentur. *Papare*, edere eſt. Plautus in Epid.

Paparium.
Pararium.
Paparium cibus quo vires reſarcirentur.

Nouo liberto opus eſt quod papet. PE. *Dabitur, prabebo cibum.*

Quid Papare.
Nutricum more alere.

Papare autem nutricum eſt, quæ vbi cibum dutiuſculum dente mollinerint, indunt in os infantis, quem glutiat; inde *paparium*, quod ad papandum, id eſt edendum, præbeatur, non ad ſugendum. Varro.

Mammam lactantis ſugentem paſcere pupum.

Papi ſenes infantes.
Cur ita.

Et *papos ſenes* apud Varronem & Auſonium accipio infantes ſenes, quod propter ætatem caſcam eadem cura adhibenda ſit illis, quæ infantibus nutriendis vbi delirant, naturaque ipſa decidit. Vſurpat etiam in poculis Satyricus, cum ait, *-- prægustat pocula papas.*

Vocat ergo *paparium*, cibum illum, quem libidinibus languentes, & elumbes viri capiunt, quibus ſuas vires reficiant. Nam, vt ait D. Hier. 2. aduerſ. Iouin. ex verbis Iouiniani, *Viribus opus eſt ad libidinem*. Et Sapiens Salomon. *Noli dare vires tuas extraneæ mulieri*. Apud nos datur paparium nouis maritatis, quod nouæ nuptæ *inſenlum* vocant. Sed ſunt hæc plebeculæ laſciuientis riſus & ſcommata. Sic Martial.

Cum ſit anus coniux, cum ſint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis, quam ſatur eſſe potes.

Bulbi Venerei cibi.

Ouid. 2. de Remed. Amor. docet cauendos omnes meretricios cibos & Suburrana edulia.

Et erucæ.

Ecce cibos etiam, medicinæ fungar vt omni
Munere, quos fugias, quoſque ſequare, dabo.
Daunius an Libycis bulbus tibi miſſus ab oris,
An veniat Megaris; noxius omnis erit.
Nec minus erucas aptum eſt vitare ſalaces,
Et quicquid Veneri corpora noſtra parat.

Plin. 10. Nat. hiſt. cap. 63. *Auiditas coitus putatur cibis fieri, ſicut viro eruca, pecori cepa.* Vnde Columella in Horto.

Excitet vt Veneri tardos eruca maritos.

Iuuenalis Sat. 9.

—— tu tantum erucis imprime dentem.

Sed Petronius Arbiter clare, *Curaui diligentius noxioſiſſimum corpus, balneoque præterito, modica vnctione vſus, mox cibis validioribus paſtis* (forte *bulbis*) *coeblearumque ſine iure ceruicibus, hauſi parcius merum.* forte, *paratius*, id eſt cum vnguentis paratum. Mox addit. *hinc ante cibum, legitima ambulatione compoſitus, cubiculum intraui:* Quippe erucæ, & bulbi in papario, ad reparanda naturæ deliquia, vt cum ſuas vires receperint, ſtatim in fœminas per copulationem transfundant; & elutriant, aut (vt familiarius dicam) tranſuaſent. nam virile ſemen, *hominis vires* dicitur a Sapiente. *Noli vires tuas dare mulieri inſenſatæ*. Certum eſt ex antiquorum monumentis, nuptiali cœna ſolitum parari ferculum, ex bulbis pineiſque nucleis, eruca, & pipere, quod ſponſo edẽdum daretur; ſponſæ vero malum cotoneum, quo odoratiorem ſpiritum haberet. Et hoc erat *paparium*. Meretrix ita loquitur apud Futium ſcriptorem comœdiarum. *Myrrhinum mihi adfers, quo virilibus armis occurram fortiuncula.* nam odoratis liquoribus vinum miſcebant veteres Romani, vt myrrha, quibus eſſet fortius, & qui biberent fortiores. Valerius Antias in fragm. *Cum liquoribus odoratis quid ſi effundiſſent flagrantia pocula.* Vinum enim, & præcipue myrrhatũ, vel odoratum, venereum calcar eſt. Apuleius 2. *His & huiuſcemodi colluctationibus ad confinia lucis vſque peruigiles egimus, poculis interdum laſsitudinem refouentes, & libidinem incitantes & voluptatem integrantes.* Sed ad papariũ redeo. Potuit ergo ille cibus fieri ex antriſco, ſeu cherophilo, quod Venere fatigato corpori aptiſſimus ſit. Plin. lib. 22. cap. 18. & lib. 26. ca. 10. Idemque dixit de bupreſtis potu, qui maxime accendit ad coitũ: ideoque Græci ſalaciſſimi, gratam bupreſtim habuerunt. Idem agit ſcãdix, quæ cum aſphodelo & antriſco inualuit apud Ægyptios, Venerea palæſtra nobiles: & ex aſphodelo panẽ cõficiebant. Petronius Arbiter idem tradit de ſatyrio, & Matthiolus. Et vt ſcias eſculẽtorum & poculẽtorum nominibus iſtas libidines appellati: ipſe Arbiter inducit meretriculam ita loquẽtem. *In promulſide libidinis meæ probe militabit.* Vbi vocat *promulſidem* vaſculũ muliebre, pro *promulſidario*. Eſt autem *promulſidarium* vas, in quo potio ex mulſo. Sed quid huic cœno immoror? *Virgo ſum*, dicebãt olim, *nupta verba non loquor*. imo luparũ verba nõ loquor. Et me extrico his ſpurcitiis mihi male gratis, & niſi me iſte vrgeret author ſemper tacẽdis. Redeo ad Brutidiũ, qui Apollodorũ habuit magiſtrũ li. 1. Cõtrou. 1. & quem *pallidulum* vocat Iuuenalis; vt recte notatum eſt. Sed cauſam dico, quod eſſet ex amicis Seiani, qui vbi ſpe decidit præceps, vncoq; ductus eſt in Tiberim: ille caſus affecit & pene confecit omnes eius amicos, adeo vt lõge poſt pallidali incederẽt, quia amicitia Seiani, crimen erat læſæ maieſtatis. Iuuenalis inter iſtos amicos Brutidium ponit: qui præ timore Martis aram petebat, quæ prope portam Capenam, ſeu Fõtinalem portam, & qua iter erat ad campos, vt ait Liuius. nam Iuuenalis ex rumore dicebat Sat. 10.

Ex quo paparia confecta.
Brutidij magiſter Apollodorus.
Amicus Seiani.
Cur pallidulus dictus a Iuuenale.

—— perituros audio multos;
Nil dubium; magna eſt fornacula. pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.

Vbi legerem lubẽter, *-fugit ocyus aram.* Quaſi in ara Martis præſidiũ inuẽturus, quod Seiani

Iuuenalis correctus.

Et explicatus. fuiſſet amicus. Quod autē *pallidulum* vocat, id præ metu facit, qui pallorem gignit. Et vocat ſuū Brutidiū, aut quod ſanguine, aut amicitia ei iunctus foret, vel quod illū habuerit in declamādo magiſtrū & authorem, vel quod eius libros aſſidue legeret. Non inficior tamen moris fuiſſe diſcipulis, magiſtros ſuos imitari, vt in Arceſilao docet Diogen. Laert. Ideoque Brutidiani palloris hæc vera ratio. Lego etiam in Iuuenalis eodem loco.

Quam timeo victus ne pœnas exigat Aiax,
Vt male defenſus.

Quidam legebāt *vietus*, & Aiacem putabant Tiberiū Imperatorē. Sane loquitur de Tiberio ſene. *Vietus* autem eſt lāguidus ſenex, & ætate feſſus. Gnatho in Terentio. *Vetus, vietus, veternoſus*, &c. Sed bene *victus*, nam poſtea addit, *Vt male defenſus*. Et ideo *victus*, nihilque mutandum. *Sciani potentia Brutidius ædilis.* Sed addo; quod forte illa Sciani potentia, Brutidium ædilem fecerat, vt eadem Othonē euexerat ad Præturā: iungitq; ambos noſter, quaſi vnius Sciani potentiæ clientes.

11 FESTINATIO EXTIMVLABAT.] Quid ſi *extenuabat*? vt quo magis alta cuperet, tanto magis deprimeretur. Tamen *extimulabat* ex cenſu & ſenſu Taciti, dū addit. *Suas res anteire parat*. Nam in eo ſtimulus & in ſtimulo propeperantia imprudens. Quippe vetus eſt verbū: *Non quam cito, ſed quam bene*. Non abeo quin Suetonij locū de illa præcipiti facundia vitioſum & quaſi prodigioſum procurē. locus eſt 53. in Calig. *Ex diſciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attēdit, quantumuis facundus & promptus*. Vbi pro *quantumuis*, lego, *quam tamen is imminuit facundus, ſed promptus*. id eſt iracundus & præceps. quod Brutidij vitium fuit, & quæ ſequuntur in Suet. firmant. *Vtique, inquit, ſi perorandum in aliquem eſſet, irato & verba & ſententiæ ſuppetebant.*

12 PRÆMATVRA VEL CVM EXITIO PROPERANT.] *Tacitus correctus.* Non bene ſtant hæc verba. nam quid iſtud, *properant præmatura*? lego igitur, *ad præmatura vel cum exitio properabant*. *Ratio correctionis.* Sic libro 13. *& falſa exterritum*, pro, *ad falſa exterritum*. Scio tamen quibuſdam in libris has prætermitti particulas quia facile ſuppleantur. Sed hæc ex ingenio ſcribentis. Vt ex ingenio dicentis ſuppreſſæ olim tales particulæ. Suet. 86. in Aug. 3. *Necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neque præpoſitiones verbis addere, neque coniunctiones ſæpius iterare dubitauit: quæ detractæ afferunt aliquid obſcuritatis, etſi gratiam augent*. Verbum autem *peſſum dedit* ſatis docet legēdum eſſe *properabant*. Martialis li. 5. epig. 10. etiam iſtam feſtinationem damnat, cum ſcribit.

Vos tamen o noſtri ne feſtinate libelli;
Si poſt fata venit gloria, non propero.

Lego, *mox propero*. Nam *properare aliud eſt, & aliud feſtinare. Qui vnumquodque mature tranſigit, is properat. Qui multa ſimul incipit, neque perficit, is feſtinat*. Feſtus.

Auxere numerum accuſatorum Gellius Publicola, & [1] M. Paconius; ille quæſtor Sillani, hic legatus. Nec dubium habebatur, ſæuitiæ, captarumque pecuniarum teneri reum. Sed multa adgerebantur etiam inſontibus periculoſa, cum ſuper tot ſenatores aduerſos, facundiſſimis totius Aſiæ, eoque ad accuſandum delectis reſponderet ſolus, & orandi neſcius proprio in metu, [2] qui exercitām quoque eloquentiam debilitat, non temperante Tiberio, quin premeret [3] * voce, vultu, [4] eo *(* voce vt vultu,)* quod ipſe celeberrime interrogabat. Neque refellere, aut eludere, dabatur. ac ſæpe etiam confitendum erat, ne fruſtra quæſiuiſſet. Seruos quoque Sillani, vt tormentis [5] * interrogentur, actor publicus *(* interrogarentur,)* mancipio acceperat. Et ne quis neceſſariorum iuuaret periclitantem, maieſtatis crimina ſubdebantur, vinclum & neceſſitas ſilendi. Igitur petito paucorum dierum interiectu, defenſionem ſui deſeruit, [6] * auſis *(* ante miſſis ad Cæſarem)* ad Cæſarem codicillis, quibus inuidiam & preces miſcuerat. Tiberius quæ in Sillanum parabat, quo excuſatius ſub exemplo acciperentur, libellos diui Auguſti de Voleſo Meſſala eiuſdem Aſiæ proconſule, factumque in eum ſenatuſconſultum recitari iubet. Tum L. Piſonem ſententiam rogat. Ille multum de clementia principis præfatus, aqua atque igne Sillano interdicendum cenſuit, ipſumque in inſulam Gyarum relegandum. Eadem cæteri, niſi quod Gn. Lentulus [7] ſeparanda Sillani materna bona, quippe alia parente geniti, reddendaque filio dixit, adnuente Tiberio.

1 M. PACONIVS.] Paconij Agrippini Stoici Philoſophi pater, qui ob maieſtatis crimen, in exilium actus eſt, vt filius. De eius autem filio Paconiano infra locus eſt. Meminit Cicero cuiuſdam Paconij, ad Q. Fratrem his verbis. *Niſi forte me Paconij neſcio cuius hominis,*

nis, ne Græci quidem aut Myſi aut Phrygis potius querelis moueri putas, aut Tuſcenij hominis furioſi ac ſordidi vocibus. Sed is longe a moribus noſtri Philoſophi.

2 Qvi exercitam qvoqve eloqventiam debilitat.] Quare nihil verius; inde illud antiqui cuiuſdam viri verbum. *Cogita te coram hominibus, non coram Diis verba facere.*

Tacitus correctus. Vultus inter tormenta.

3 Voce, vvltv.] Lego, *voce vt vultu.* vt lib. 1. ſupra, *verba, vultus.* pro, *verba vt vultus.* nam vultus inter tormenta. Seneca de Ira li. 3. *Torſerat per omnia, quæ in rerum natura triſtiſſima ſunt, fidiculis, talaribus, equuleo, igne, vultu ſuo.* Sic Horatius Sat. 7. lib. 2.

—— Auſer Me vultu terrere.

Gellius cap. vltimo lib. 1. vbi de Plutarcho ſeruum ſuum cædente. *Quid? verbero, num tibi ego iraſci videor? Ex vultune meo, an ex voce, an ex colore, an ex verbis, correptum me ira intelligis?* Nam hæc quatuor iracundæ & iratæ & irritatæ mentis indicia ſunt.

4 Eo qvod.] Ratio eſt, quomodo voce premeret reum Tiberius. *eo quod ipſe creberrime interrogabat.* nec aliud quid addendum. Et Vlpianus L. 1. de Quæſt. D. §. qui quæſtioné. vbi tractat quomodo ſit reus interrogãdus. Nam *videndum ne interrogatio ſit magis condemnantis quam interrogantis.* Eſt enim interrogantium communis ſcopulus. in quem naufragantur.

Abbreuiatura quæ irrepſit in textum.

5 Interrogentvr.] Recte *interrogarentur,* non *interrogentur,* abbreuiatura eſt, quæ pura, & pura, irrepſit in textum.

Tacitus correctus. Licet vſus verbo, auſus, ſæpe.

6 Avsis ad Cæsarem codicillis.] Si ſcriptum fuiſſet, *auſus ad Cæſarem codicillos,* agnouiſſem Taciti manum. Sed quid hoc, *auſis codicillis?* lege, *ante miſſis ad Cæſarem codicillis.* nam (*a*) ſiglum eſt. Scio Tacitum verbo *auſus* ſæpe vſum. vt Annal. 2. *Precatuſque Druſum vt ſe eadem auſum.* Et Annal. 6. vbi de Getulico. *Auſum mittere ad Cæſarem litteras.* Et Annal. 6. *non auſis aciem hoſtibus.* Quin alij authores, vt Martialis lib. 3. epigr. 19.

Dum perit. o facinus, auſa quod vrſa fuit.

Verum non verba, ſed mentem noſtri authoris requiro. Sic *cudere monetam: cudere litteras* pro exarare, & *cudere fallaciam* pro cõponere. apud Comic. D. Hieron. in epitaph. Paulæ. *Prolixior liber cuduur.* Et epiſt. ad Euſtoch. vt iſta *quæ notariorum ſtylo cudimus.* Et author vetus Chriſtianus qui de Aſſumptione B. Virg. ſcripſit. *Multorum patrum ſtudia, miro cuderunt eloquio.* nam omnes probi & frugi veteres, & Chriſtiani Virginem Deiparam, maxime ſunt venerati. Loquor de puris putis Chriſtianis veteribus. Nam qui eam negat, Chriſtum abnegat: nec filium amat qui matrem odit. D. Auguſtinus. Vos videritis o Catharorum vertices ampliſſimi, ſi diis placet, & honeſtiſſimi.

Cudere litteras. Cudere fallaciam. Cudere libros.

Tacitus explicatus.

7 Separanda Sillani materna bona.] Locus non ſine cruce, quem vt facilem faciam & planum, ita interpretor. Tres fuere Sillani, auus, pater & filius. Auus, duas duxit vxores, primam & ſecundam. Ex prima, habuit Sillanum patrem; ex ſecunda, nullos liberos. Sillanus ex primo matrimonio, filium habuit Sillanum: Secunda vxor aui, cum ab eo nullos liberos haberet, priuigni filio, quaſi nepoti, ſua bona dedit donatione puto cauſa mortis vel inter viuos. Poſtea illa deceſſit. filio autem impubere, cum Sillanus pater idemq; filij tutor his bonis vteretur, reus factus eſt, & damnatus in inſulam. Lentulus cenſuit ſeparanda bona materna, reddendaque filio eius, quod ei ſecunda vxor aui donaſſet: Quippe ex alia parente Sillanus pater erat genitus. Nec fiſcus in bonis donatis a nouerca filio priuigni quidquam habuit. Ait autem recte, *ſeparanda Sillani materna bona,* nam & bona matris nouercæ, quæ loco matris eſt, penes eum erant. Bona matris ſucceſſorio iure, bona nouercæ, quod filius impubes eſſet, cuius erat tutor. Dixi in bonis donatis filium nihil habuiſſe. Et vere dixi. quia filius Sillani rei non deliquiſſet, & pater in rebus donatis nullum habuit dominium, cum ea non ſuo, ſed nomine tutoris poſſideret. Sic vbi de damnatione Lepidæ ſupra; Scauro datum qui filiam ex ea genuerat, ne bona publicarentur.

At Cornelius[1] Dolabella dum adulationem longius ſequitur, increpitis C. Sillani moribus addidit, *ne quis vita probroſus, & opertus infamia prouinciam ſortiretur, idque princeps diiudicaret. Nam a legibus delicta puniri. Quanto fore mitius in ipſos, melius in ſocios, prouideri ne peccaretur?* Aduerſum quæ diſſeruit Cæſar: *non quidem ſibi ignara quæ de Sillano vulgabantur, ſed* [2] *non ex rumore ſtatuendum. multos in prouinciis* [3] *contra quam ſpes aut metus de illis fuerit, egiſſe. excitari quoſdam ad meliora magnitudine rerum, hebeſcere alios neque poſſe principem ſua ſcientia cuncta complecti; neque expedire, vt ambitione aliena trahatur. ideo leges in facta conſtitui, quia futura in incerto ſint. ſic a maioribus inſtitutum, vt ſi* * *antiſſent delicta, pœnæ ſequerentur. ne verterent ſapienter reperta, & ſemper placita. ſatis onerum principibus, ſatis etiam potentiæ:* [4] *minutura, quoties gliſcat poteſtas;* [5] *nec vtendum imperio, vbi legibus agi poſſit.* Quãto rarior apud Tiberium popularitas, tanto lætioribus animis accepta. Atque ille prudens moderãdi, ſi propria ira non impelleretur, addidit, [6] inſulam Gyarũ immitem & ſine cultu hominũ

* anteciſſent

eſſe: darét[7] Iuniæ familiæ, & viro quondã ordinis eiuſdem,[8] Cytheram potius concederet. Id ſororem quoque Sillani Torquatam priſcæ ſanctimoniæ virginem expetere. In hanc ſententiam facta diſceſſio.

Dolabellæ adulatrices ſententiæ.
Vt Cottæ crudeles.
Ideo Dolabella, quaſi doloſa vel dolis illita labella.

1 DOLABELLA.] Cuius adulatoriæ ſententiæ ſemper, vt Cottæ crudeles. nam Tacitus ſupra. *Solus Dolabella Cornelius abſurdam in adulationem progreſſus, cenſuit, vt ouans vrbem introiret.* Quod adulatorium, ne quidem Tiberius ſorbere potuit. Heic, idem poculum propinat, quod Tiberius refutat, & improbat cordate, & ſapienter. nam C. Silij mores increpabat Dolabella, qui eius collega fuerat in Conſulatu, quemque debebat reuereri & tueri. hunc damnabat potius ex crudelitate quam æquitate.

Famæ non creditur a Iuriſconſultis.
Aliter poeta.
Fama tandiu viuit quandiu mentitur.

2 NON EX RVMORE STATVENDVM.] Quod nec Iuriſconſulti faciunt, maxime in rebus ſeriis. l. vbi. de iure dot. D. Aliter tamen poeta Martialis lib. 7. quia poeta: Nam ait.

Credo tibi, verum dicere, fama, ſoles.

Sed non ſic Virgilius 4. qui de fama ſcribit.

—— pariter facta atque infecta canebat.

Nec diſſimiliter Tertullianus Iuriſconſultus qui dicebat *famam tamdiu viuere, quandiu mentitur.* præcipue in bonos. nam in viros probos, nunquam calumnia deeſt; deeſt qui de calumnia recte iudicet. vt vela omnes ventos excipiunt: ſic aures vulgi. non ita Cicero (nam nec ille inter vulgi betas) qui calumniatum Catonem ita defendit. *Tu bibaculum Catonem vocas? Idem eſt*, inquit, *ac ſi diceres Catonem aleatorem & perduellem.* Sed pauci Cicerones. At hæc famigeratio, ſiue honeſtet, ſiue collutuler probos, non tangit de conſcientia ſua ſecuros apud Deum. Quamuis exiſtimationem non curare ſit animi negligentis.

3 CONTRA QVAM SPES AVT METVS IN PROVINCIIS EGISSE.] Ita Silius de Scipione Africano, quem Senatus imparem huic bello propter iuuentam putabat, ſi Silio credimus.

Anxia turba patrum quaſſo medicamina mæſti
Imperio circumſpectant, diuoſque precantur,
Qui laceris auſit ductor ſuccedere caſtris:
Abſterret iuuenem patrios, patruique piare
Optantem manes, triſti conterrita luctu,
Et reputans annos cognato ſanguine turba.

Sed virtus præuenit annos, & ſpem vulgi. vt in ſuperiore Africano, *qui vix egreſſus annos pueriles patrem bello ſaucium ſeruauit; & duplici gloria conſpicuam coronam, Imperatore ſimul & patre ex ipſa morte rapto, meruit.* Valer. Max. 5. cap. 4.

Imperia vt domus.
Vbi multum ſuperficies ſe erigit, a fundamẽtis deſeritur.

4 MINVTVRA.] Recte, *minui iura quoties gliſcat poteſtas.* Euenit enim Imperiis, quod domibus extructis. Vbi enim nimium ſe erigunt ſuperficie, fundamenta illas deſerunt, & cadunt præcipites. Nota eſt Sapientis alba ſententia. *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis; antequam glorificetur, humiliatur.* Potuit tamen legi, *imminutura*, vt ſcilicet onus & potentia, ſi gliſcat poteſtas, imminuantur. nam poteſtas quæ ſe erigit, nec curat onera, nec potentiam veram, tota in friuolis verſatur. vt ille Imperator, cum nuntiaretur ei Gallias defeciſſe: Quaſi, inquit, ſine bracchatis illis viuere non poſſimus. Sapienter hercle, & ex ingenio magno ſcilicet.

Exaltatio regũ humiliatio eſt.
Potentia quæ onera non curat, ruina eſt.

5 NEC VTENDVM IMPERIO, VBI LEGIBVS AGI POSSIT.] Ita Polybius 6. *Ille reip. ſtatus optabilis & firmus eſt, in quo & priuatim ſancte innoxieque viuitur, & publice iuſtitia atque clementia vigent.*

Gyarus inſula.
Breuis.
Viculus tantum piſcatorum.

6 INSVLAM GYARVM.] Quam D. Hieronymus horridam & deſertam ſcribit. Et de qua Satyricus.

Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum.

Erat autem exigua, cum *breues Gyaras* appellet. Et ſane Strabo viculum tantum fuiſſe innuit lib. 10. piſcatorum tuguriolis conditum. Virgil. 3. Æn. ita de illa inſula.

—— Mycone celſa Gyaroque reuinxit.

Philo Iudæus in Flaccum ait Gyarum ſterilisſimam omnium inſularum in Ægæo mari ſitam: eo Flaccum fuiſſe deportatum, ſed pro Gyaro Andrum permiſſam. Puto autem fuiſſe inſulam, in qua Aiax Oileus ſuperum contemptor fulgure & fragminibus ſcopulorum ruit. nam Homerus 4. Odyſſ. Gyras vocat, aitque Gyræam petram fulminibus abſciſſam, cuius fruſtum vnum in caput Aiacis, alterum autem in mare decidit. Gyras vero petricoſas fuiſſe memorat. Ideo immitem & ſine hominum cultu vocat heic Tiberius.

Gyræ petræ.
Quibus Aiax Oileus conciditur.
Superum contemptor.

7 IVNIÆ FAMILIÆ.] Quæ nobiliſſima & antiquiſſima, & in qua multi Conſules, & Prætores. Inter quos M. Iunius Sillanus, qui Scipioni Africano proprætor & adiutor datus eſt; mox factus Conſul. Liuius lib. 23. Et ex illa Iunia Marcelli quam grauiſſimam atque optimam fœminam vocat Cicero 15. ep. fam. epiſtola, *Marcellum*.

Iuniorum familia nobiliſſima & antiquiſſima.
M. Iunius Sillanus Scipionis Africani proprætor.
Mox Conſul.

8 CYTHERAM POTIVS CONCEDERET.] Lego, *Cytheram vt potius concederet.* nam finis verbi, *Cytheram*, (vt) habet quod abſorbuit exſcriptor. Eſt autem inſula Cretæ vicina, & *alta* dicitur a Virgilio lib. 10. Feſtus ait in eam appulſam Venerem concha vectam, cum nouiter orta eſſet mari. vnde Cytherea dicitur Venus. Eſt etiam Cythera vrbs Cypri, de qua ſupra. Vnde Cytheris, & Cytherius dictus Antonius quia Cytheridis amator. 15. ad Atticum, epiſtola *Tandem.* quam ſecum aperta lectica portabat.

Tacitus correctus.
Quæ Cythera inſula.
Cretæ vicina.
In quam Venus aduecta.

Poſt auditi [1] Cyrenenſes, & accuſante [2] Anchario Priſco, [3] Cæſius Cordus repetundarum damnatur. [4] L. Ennium equitem Romanum maieſtatis poſtulatum quod [5] effigiem principis [6] promiſcuum ad vſum argenti vertiſſet, recipi Cæſar inter reos vetuit, [7] palam aſpernante

nante Ateio Capitone, quaſi per libertatem: *non enim debere eripi patribus vim ſtatuendi, neque tantum maleficium impune habendum: ſane lentus in ſuo dolore eſſet, Reip. iniurias ne largiretur.* Intellexit hæc Tiberius vt erant magis quam vt dicebantur, perſtititque intercedere. Capito inſignior infamia fuit, quod humani diuinique iuris ſciens, [8] egregium publicum, & bonas domi artes dehoneſtauiſſet. Inceſſit dein religio quonam in templo locandum foret donum, quod orp valitudine Auguſti equites Romani vouerant [9] Equeſtri Fortunæ. nam etſi [10] delubra eius deæ multa in vrbe, nullum tamen tali cognomento erat. repertum eſt ædem eſſe apud Antium quæ ſic nuncuparetur, cunctaſque ceremonias Italicis in oppidis, templaque, & numinum effigies [11] iuris atque imperij Romani eſſe. Ita donum [12] apud Antium ſtatuitur. Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper reſponſum aduerſus Seruium Maluginenſem Flaminem Dialem promſit Cæſar: recitauitque decretum pontificum. *Quoties valitudo aduerſa Flaminem Dialem inceſſiſſet, vt Pontificis Maximi * arbitrium, ne pluſquam [13] binoctium abeſſet, dum ne diebus publici ſacrificij, neu ſæpius, quam bis eundem in annum.* * Quæ principe Auguſto conſtituta ſatis oſtendebant, annuam abſentiam & prouinciarum adminiſtrationem Dialibus non concedi; memorabaturque [14] L. Metelli Pontificis Maximi exemplum, qui Aulum Poſthumium Flaminem attinuiſſet. Ita ſors Aſiæ in eum, qui conſularium Maluginenſi proximus erat, conlata.

* arbitrium eſſet,
* Quæ a principe

1 CYRENENSES.] De Cyrenenſi regione Silius lib. 15.

Cyrenenſis regio.

Te quoque Cyrenes vidit conterrita tellus
Permixtum Pœnis; & vix credenda furentem,
Magnum Dardaniæ Læli decus, omnia fælix
Cui natura dedit, nullo renuente Deorum.

Cyrene vrbs.

Heic autem loquitur de vrbe Cyrenæ, quæ mater magnorum Philoſophorum, & matrix olim Sapientiæ.

2 ANCHARIO PRISCO.] Ancharius, nomen Romanis vſurpatum. nam lego apud Ciceronem, *Q. Ancharium Tribunum pleb. mox prætorem factum,* in oratione pro Sextio. Succeſſitque Piſoni in prouincia. Idem in Piſonem. Et Ancharia vxor patris Auguſti ex qua ſuſtulit Octauiam maiorem. Sueton. in Aug. cap. 4. Sed an Priſcus hic Lutorio Priſco coniunctus? dubitatur.

Ancharius nomen factum Romanum.
Q. Ancharius Tribunus pleb. & prætor.
Ancharia vxor patris Auguſti, ex qua Octauia maior.

3 CÆSIVS CORDVS.] Forte Cremutij Cordi frater, de quo lib. 4. infra. Fuit etiam olim Cordus author Theſeidis tragœdiæ infœlix, qui vulgo & male Codrus dicitur; quique ſub Auguſto vixit: & de quo Virgilius 6. Æneid.

Cæſius Cordus forte frater Cremutij Cordi.
Cordus tragœdus.

——ſedet, æternumque ſedebit
Infœlix Theſeus.

Et Iuuenalis Sat. 1.

——rauci Theſeide Cordi.

Sed an ſanguine iſtum attinuerit, inter auos atauoſque cenſitus, alij diſcutient. Dico interim *Cordum* vocari, non *Codrum*, ab veteri interprete Iuuenalis, & vitioſum poetam ab eo nominari. Dicti *Cordi* quod tardius ſeneſcerent. oppoſiti *ſenecionibus* qui maturius ſeneſcunt. Vnde *corda frumenta* Feſto. Fuere autem Cordi & Cordij Romæ, vnde *M. Cordius* in nummis.

4 L. ENNIVM EQVITEM ROMANVM.] Proles, quantum ſuſpicor, Q. Ennij poetæ, ita forte dicti Ennij, ab Enna ciuitate Siciliæ: vnde *Ennienſium nemus*, quod *vmbilicum Siciliæ* vocat Cicero in Verrem. De Ennio tamen poeta, ita ſcribit Mela. *Rudias Apuliæ, ſeu Calabriæ oppidum Ennio ciue nobile.* Et firmat Cicero in Rullum cum *Rudium hominem* vocet. Euſebius tamen *Tarentinum* putat. Sed verſu neque Rudius neque Tarentinus. Habet hoc elogium apud antiquos.

Ennij.
Ab Enna ciuitate.
Quæ vmbilicus Siciliæ.

Enni poeta ſalue, qui mortalibus
Verſus propinas flammeos medullitus.

Cicero ita de illo pro Archia. *Iam vero ille qui cum Ætolis Ennio comite bellauit Fuluius non dubitauit Martis manubias Muſis conſecrare.* Nam benignitas Fuluij Ennium Romanis conciliauit, Ennius Fuluium & Romam Muſis.

5 PROMISCVVM.] Verbum Iuriſconſultorum. ſic *promiſcuus vſus* L. 1. §. 1. de penu legata. Id eſt vſus communis, in quo nulla diſcretio, nulla differentia, nullum diſcerniculum. & l. Quamuis. Cod. de furtis, *Promiſcua vtilitas, promiſcua conditio.* Sic dixit Salluſt. cui illa vox familiaris, *promiſcua habere diuina & humana iura.* Et Liuius 3. *more pecudum ferarumque promiſcue in concubitus ruere.*

Promiſcuum, verbum Iuriſconſultorum.

6 EFFIGIEM PRINCIPIS.] Non dicatam ſcilicet, vt dictum eſt ſupra lib. 1. in fine. nam ſi dedicata, crimen fuiſſet; ideo Tiberius,

Effigies non dedicata.

recipi inter reos, vetuit. & quid ſi per fictam modeſtiam? cuius ille doctor magnus, gnaruſque iſtius nobilis & laudabilis principum Rom. panurgiæ.

Tacitus explicatus.

7 Palam aspernante qvasi per libertatem Ateio Capitone.] Id eſt refutante & reiiciente. Sic Iuriſconſultus: *non aſpernatur conſilium Prætoris.* L. 8. de Collationibus. Quod autem ait, *quaſi per libertatem,* indicat a Capitone prolata verba ſpeciem habuiſſe libertatis, ſed re vera adulatoria fuiſſe; vt tum demum maxime adularentur, cum adulari non viderentur. idque pro ſuo more: nam adulatio tecta, ingens virus. Et malus vbi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus. Author epiſtolæ ad Demetriadem de virgin. ſeruanda. *Sæpe adulantium reſiſtimus verbis ad faciem, & in ſecreto mentis fauemus, maximumque fructum cepiſſe nos ducimus, ſi vel fictis laudibus prædicamur.* Vere & ex oraculis Chriſtianorum.

Adulatio tecta virus ingens.

Publicum. Leges publici. Publicum Aſiaticum. Publicum euerſum.

8 Egregivm pvblicvm.] Sic Seneca. *Quiſquis publicum exercet,* libro, Non cad. iniur. Et Tacitus lib. 1. *Leges cuiuſque publici.* Sic Iuriſconſultus L. fideicommiſſa. §. interdictum. de leg. 3. Val. Max. *Publicum Aſiaticum* pag. 293. Quintilian. Declamat. *publicum euerſum* pag. 229.

Variantis fortunæ varia nomina.

9 Eqvestri Fortvnæ.] Pro varietate rerum, & perſonarum, varia nomina Fortunæ Romani indiderunt, vt Dubiæ, Plebeiæ, Maſculæ, Bonæ ſpei, Blandæ, Auerruncæ, Virginis, Conuertentis, Beneſperantis, & alia multa. nam vt ait Plinius in Pſeud.

Centum doctum hominum cõſilia hæc deuincit Dea
Fortuna: atque hoc verum eſt, perinde vt quiſque fortuna vtitur,
Ita præcellet, atque exinde ſapere eum omnes dicimus.

Fortuna humanorum negotiorum rea.

Quouſque, inquit Calpurnius Declamat. 50. *facimus fortunam humanorum negotiorum ream?* Seruulus Plautinus ita de Fortuna in Mercatore.

Diuum atque hominum quæ ſpectatrix & hera eadem es omnibus,
Spem ſperatam quia obtuliſti hanc mihi, grates ago.

Et in veteri epitaphio. C. Ivlii. Polybii. D. Avg. lib. Anthvs. saltvm. Fortvnæ. opiferæ. restitvit. pro. salvte. Polybii. f. liberalis. patr. p. Plinius lib. 2. cap. 7. *Toto,* inquit, *mundo, & locis omnibus, omnibuſque horis, omnium vocibus, Fortuna ſola inuocatur: vna nominatur, vna accuſatur, vna agitur rea, vna cogitatur: ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conuitiis colitur. Volubilis, a pleriſque vero, & cæca etiam exiſtimata: Vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorum fautrix: huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, ſola vtramque paginam facit, adeoque obnoxij ſumus ſortis, vt fors ipſa, pro Dea ſit, qua Deus probetur incertus.* Libuit exſcripſiſſe propter elegantiam rei & verborum. habuit autem Fortuna, vt dixi, varia cognomina: heic *equeſtris* dicitur, vt apud Apuleium, *Fortuna videns* lib. 11. Metam. Liuius lib. 41. ait fuiſſe ædem Fortunæ equeſtris in vrbe, quod noſter negat: & forte tum cum ſcripſit, non extabat. Nam quam multa & magna paulo momento ſubruunt? Noto autem ob cultũ Fortunæ ſingulis annis coronas oblatas. Nam veteri in epitaphio.

Fortunæ deſcriptio elegans.

Fortuna videns. In vrbe Fortuna equeſtris ex Liuio, quod Tacitus negat.

Omnibus hic annis votorum more ſuorum
Centenas adicii numero creſcente coronas,
Fortunæ ſimulacra colens & Apollinis aras.

10 Delvbra eivs Deæ mvlta in vrbe.] Quale fuit iſtud quod Fortunæ fortitudinum dedicauit Ancus. Plutarch. de fortuna Roman. Quale aliud Seruij Fortunæ priuignæ. Idem Quæſt. Rom. Plebeiæ fortunæ. Ouid. 6. Faſt. paruæ fortunæ. Plut. Quæſt. 74. Fortunæ muliebris. Dionyſius lib. 8. Fortunæ obſequentis, Fortunæ viſcoſæ, barbatæ, malæ: quæ omnia nomina apud authores reperiuntur. Etiam fortuna Natalis habuit ſuam dignationem.

Fortuna fortitudinum. Fortuna priuigna. Plebeia. Parua fortuna. Muliebris. Obſequens.

11 Ivris atqve Imperii Romani esse.] Simile eſt quod Iuuenalis ſcribit.

Si quid Palphurio, ſi credimus Armillato,
Quidquid conſpicuum pulchrumque ex æquore toto eſt;
Res fiſci eſt vbicunque natat.

Quod non capit Chriſtus, rapit fiſcus. Et hi Palphurius & Armillatus Procuratores Cæſaris, quantum coniicio, qui cæteris ſpoliatis cuncta domino Cæſari addicerent, tyrannidis miniſtri & ædificandæ architecti prauæ dominationis.

Antiana fortuna.

12 Apvd Antivm.] De Antiana Fortuna, ſic Horatius 1. od.

Fortuna gratum quæ regis Antium.

Et Antium *dictum, quod in Latio promineret in fronte telluris,* ſe demittens verſus mare; *vt capilli in fronte mulierum, demittuntur in vultum, & ideo Antiæ dicuntur.* Sext. Pomp. *Antiæ capilli muliebres, demiſſi in frontem, appellati ex Græco videntur; & capronas vocant, quaſi caperonas, & a capite pronas:* vnde vox nobis *Caperon* aut *Chaperon,* quod in vultum dimittat ſe a capite.

Coniectura in Tacito. Maſurius Sabinus Iuriſconſultus. Binoctium pro vna nocte conceſſum Diali. Et bis anno.

13 Binoctivm abesset.] Lego, *tum abeſſet, & dum ne diebus publici ſacrificij, neu ſæpius quam bis eodem anno.* Puto autem hæc referri debere ad id quod ſcribit Gellius lib. 10. cap. 15. *Maſurium Sabinum ſcripſiſſe alia quædam Flamini Diali remiſſa, & gratiam aliquot cerimoniarum factam.* cuius heic veſtigiũ, vt opinor. Nam binoctium pro vna nocte conceſſum eſt in aduerſa valetudine, quo Flamen Dialis vrbe abeſſe poſſet, & bis in anno: quod ſub Auguſto decretum fuit. Apud Chriſtianos ſi vltra ſex menſium tempus peregre abſit epiſcopus, non morbo, non Imperatorio aut Patriarchæ iuſſu abſens, priuatur honore epiſcopatus. Sardicenſis Syn. 1. & 2. can. 16. Et 1. Carthag. Et 12. Sardic. *Qui ad prædia ſua Epiſcopus proficiſcitur extra territorium ſita, non vltra tres ſeptimanas in eis moram faciat.*

Fortuna Q. Metellum Pontificem vt maritum coluit.

14 L. Metelli Pontif. Max.] Quem Fortuna vti maritum ſuum coluit: quippe, vt ait Plinius lib. 7. *Quindecimuir agris diuidendis, magiſter militum, bis Conſul, Dictator, Pontifex, & triumphalis, qui Punico bello primus elephantos duxit in triumphum. Q. Metellus eius filius ſcripſit decem maximas res optimaſque conſummaſſe eum,*

Fortuna fœlix Metelli.

in quibus

in quibus conſequendis ſapientes vitam exigerent. Voluiſſe enim primarium bellatorem eſſe, optimum oratorem, fortiſſimum imperatorem, auſpicio ſuo maximas res geri, maximo honore vti, ſumma ſapientia eſſe, ſummum Senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere, & clariſſimam in ciuitate eſſe. Hæc ait contigiſſe illi, nec vlli alij poſt Romam conditam. Taxatur a Macrobio vt luxurioſus nimium in Pontificalibus cœnis, lib. 5. cap. 9. Sed quis perfectum & abſolutum inter mortales repererit? Vere dictum:

Contigit illi quod nemini poſt conditam vrbem.
Luxurioſus in cœnis.

Quam totus homuncio nil eſt.

15 A. POSTHVMIVM FLAMINEM ATTINVISET.] Attinuit, & licet Poſthumius Conſul, *tamen religioni imperium ceſsit*, ait Valer. de relig. cap. 1. Quod inualuit ſemper apud Romanos, & ſapientes, & religioſos imperiorum regendorum magiſtros. Sic cornicum Chriſtianarum acumen configit paganitas. Nec *aliunde orbis Romanorum imperio ceſſit quam quia Religionem colerent*, ait Cicero.

Religioni imperium cedit.

Iiſdem diebus Lepidus[1] a Senatu petiuit vt[2] baſilicam Pauli, Æmilia monumenta, propria pecunia firmaret, ornaretque. [erat etiam tum in more publica munificentia.] Nec Auguſtus[3] arguerat[4] Taurum,[5] Philippum,[6] Balbum, hoſtiles exuuias, aut exundanteis opes ornatum ad vrbis, & poſterum gloriam conferre. quo tum exemplo Lepidus, quanquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit. At Pompeij theatrum igne fortuito hauſtum, Cæſar extructurum pollicitus eſt; eo quod nemo e familia reſtaurando ſufficeret, manente tamen nomine Pompeij. ſimul[7] laudibus Seianum extulit, tanquam[8] labore, vigilantiaque eius tanta * vis vnum intra damnum ſtetiſſet. Et cenſuere patres[9] effigiem Seiano, quæ apud theatrum Pompeij locaretur. neque multo poſt Cæſar cum Iunium Blæſum proconſulem Africæ triumphi inſignibus attolleret, dare id ſe dixit honori Seiani, cuius ille auunculus erat. Ac tamen res Blæſi * dignæ decore tali fuere. Nam Tacfarinas quanquam ſæpius depulſus, reparatis per[10] intima Africæ auxilijs,[11] huc adrogantiæ venerat, vt legatos ad Tiberium mitteret, ſedemque vltro ſibi atque exercitui ſuo poſtularet, aut bellum inexplicabile minitaretur.

* vis ignium

* indignæ

1 A SENATV PETIVIT.] Quod traditur a Iuriſconſultis. Nam in reparando opere publico, vel extruendo, poteſtas a principe, vel Senatu requirenda eſt; etiam ſi priuata impenſa fiat: nec nomen fas inſcribere niſi venia petita, L. vrbem Romam. L. is qui iudices. de operib. publ. Cod. & vſque ad 15. annos de operis vitio tenetur. L. omnes eodem. Cauetque de reponendis ſtatuis quas reparando operi dempſerat. Non omiſerim quod ſcribit Plinius libr. 34. cap. 6. ſtatuas circa forum omnes, quæ non eſſent populi, aut Senatus ſententia poſitæ, per Cenſores Scipionem & Popilium ſublatas, ne quis honores ſibi temere, & eorum inſignia ſibi vindicaret. Et licet inuidia ſit prohibere aliquem fructu munificentiæ ſuæ, hoc eſt inſcriptione ſui nominis, tamen abſque principis authoritate fieri nefas. L. 2. D. de operibus public.

Qui reparat aut extruit opus publicum, poteſtatem habeat a principe.
Vel a Senatu.
Venia petita nomen inſcribat.
Caueat ad 15. an. de reparando.
Et de ſtatuis reponendis quas dempſit.

2 BASILICAM PAVLI.] Papin. in Syl. *regiam* vocat in hoc verſu.

——Sublimis regia Pauli.

Loquitur de illa Baſilica Cicero 4. ad Attic. epiſt. 16. his verbis. *Paulus in medio foro Baſilicam iam pæne texuit, iiſdem antiquis columnis: illam autem quam locauit facit magnificentiſſimam. Quid quæris? nil gratius illo munimento, nil glorioſius.* Plinius l. 37. c. 15. inter magnifica ponit Baſilicã Pauli columnis Phrygijs mirabilem. Et, vt credo, de ea intelligit lex quæ incipit, *Baſilicam inauratam, & marmoribus decoratam liberam volumus in perpetuum manere.* De operib. publ. Cod. Dio 54. *Pauli porticus incendio abſumpta, ignisque ab ea ad Veſtam vſque graſſatus: ita vt ſacra a reliquis Veſtalibus, (nam ſumma ſacerdos excæcata erat,) in Palatium ſint tranſlata, & in domum Flaminis Dialis.* Hæc autem porticus fama quidem ab Æmilio, qui erat ex genere Æmilij, qui porticum ſtruxerat, refecta eſt; re vera ex pecunia Auguſti, & amicorum Æmilij.

Baſilica Pauli.
Regia dicta.
Phrygijs columnis mirabilis.
Ignis porticum abſumpſit.

3 ARGVERAT.] Recte a Lipſio, *arcuerat*, eiuſque ſententia ducor ego, vt neruis alienis mobile lignum. Et idem erat mendum, L. 3. de re milit. Cod. 12. Quod fœliciter emendauit Iacob. Cuiacius præceptor meus.

4 TAVRVM.] Statilium Taurum intelligit, rectorem quondam Italiæ, & præfectum vrbi, Auguſto in Gallias profecto, & Amphitheatri ſtructorem; qui bis Conſul, & triumphalis, & cuius abneptem duxit Nero. Suetonius in Nerone cap. 35.

Quis Statilius Taurus.
Rector Italiæ.
Præfectus vrbi.
Amphitheatri ſtructor.
Bis Conſul, & triumphalis.

5 PHILIPPVM.] Qui *Martius* dictus eſt. Nam Suet. in Aug. c. 29. *Multa a multis extructa ſunt; ſicut a Martio Philippo ædes Herculis, &*

Philippus Martius.

patrem tuum; Satrio, inquam, clienti Seiani, & paterno hoſti, & Cordi accuſatori, quaſi ex liberalitate ſua prædam.) *Iraſcebatur illi ob vnum aut alterum liberius dictum, quod tacitus ferre non poterat. Seianum in ceruices noſtras ne imponi quidem, ſed aſcendere.* Id eſt a Tiberio non tam imponi Seianum Populi Rom. ceruicibus, quam Seianum vi, & authoritate, & dolis in eas aſcendere. Quod dictum fuit per alluſionem ſtatuarum, quæ aſtragalis ſubleuantur, vt nidulis ſuis collocentur ab architectis. Sed pergo. *Decernebatur* (ait) *illi ſtatua, in Pompeij theatro ponenda, quod exuſtum Cæſar reficiebat. Exclamauit Cordus, tunc vere theatrum perire.* Id eſt, non incendio perire, a quo ſeruauerat eum Seianus, ſed dedecore, quod illa Seiani ſtatua inter tot nobilium & clarorum imagines, & cum ſtatua Pompeij Magni reponeretur. Recte Plinius epiſt. 2. epiſt. *Officium. Si defunctorum imagines domi poſitæ, dolorem noſtrum leuant, quanto magis hæ, quibus in celeberrimo loco non modo ſpecies & vultus illorum, ſed honore etiam & gloria refertus?* Addit Seneca. *Quis ergo non diſrumperetur ſupra cineres Cn. Pompeij conſtitui Seianum, & in monumentis maximi Imperatoris conſecrari peſſimum militem?* *Peſſimum* dicit *militem* reſpectu Pompeij magni imperatoris, vt oppoſitis luderet: nam alioqui induſtrius erat & gnauus, nec deſpiciendus miles. Quid ſi ſcriptum erat, *puſillum militem*, vt opponeretur *puſillus magno*, & *potenti*? Sic enim Cicero 5. famil. epiſtola *Si vales. Ne qui potentiſſimorum hominum conſpirationem neglexerit, is puſillorum obtrectationes non ſpernat.* Sic Tertullian. contra Hermog. dixit *puſillitatem. quæcumque poteſtas ei quam puſillitas competit.* Mos autem erat decernere ſtatuas clarioribus viris, eaſque togatas, & ad talos demiſſas. Nam togam Romani ad calceos vſque demittebant, vt Græci pallium, ait Quintil. lib. 11. cap. 3. Illæque ſtatuæ velabantur. Vnde ſtatuæ togatæ & palliatæ. Et dabantur ob bene merita. Sic enim Cicero Philip. 9. *Maiores noſtri ſtatuas multis decreuerunt, ſepulchra paucis.* Sic Apuleio libidinoſo aſello ſtatua eſt a Carthaginenſibus decreta

Cur dictus peſſimus miles Seianus.
Reſpectu Pompeij Imp.
Tamen Seianus non peſſimus miles.
Quid ſi, puſillus miles, legatur?
Statua ob benemerita.
Paganis.

ob bene merita. Inde illa gratiarum actio, quam habuit Florid. 2. Et Victorino qui ex Pagano factus poſtea Chriſtianus. D. Auguſt. Confeſſ. 8. cap. 2. vocat eum *doctiſſimum ſenem, omnium doctrinarum peritiſſimum, quique philoſophorum tam multa legerat, diiudicauerat, dilucidauerat.* Doctorem vocat tot nobilium Senatorum, qui etiam ob inſigne præclari magiſterij, quod ciues huius mundi præclatum putant, ſtatuam Romano foro meruerat & acceperat. Sed aliter noſtri Chriſtiani. Sic enim Prudentius contr. Symmach. 2.

Aliter Chriſtiani.

> *-- ſtatuas effingere vile eſt*
> *Virtutem; nil vile decet, nam vile quod ætas*
> *Eruit.*

Et ſane ſtatuæ intereunt vi, tempeſtate, & vetuſtate, vt homines; ſed Chriſtiana virtus æternum viuit. Illa autem ſtatuarũ ſeges frequentiſſima Romæ ſub Claudio. Nam licebat omnibus qui vellent pictura, ære, & lapide ſuas effigies publicare, vt edixerit ne quis priuatus iniuſſu Senatus hoc ageret, niſi aliquod opus ædificaſſet, aut refeciſſet: & Traiani ſtatuæ, quod frequentes in vrbe, herbæ parietariæ vocabantur. Ea lege ipſe vſus eſt.

10 INTIMA AFRICÆ.] De quibus Silius libro 1.

> *Sed qua ſe campis ſqualentibus Africa tendit,*
> *Serpentum longo coquitur fœcunda veneno:*
> *Fœlix qua pingues mitis plaga temperat agros,*
> *Nec Cerere Ennæa, Phario nec victa colono.*

Nam Africa interior tota ſterilis, & recocta ſole, etiam ſolitudinibus vaga: ſed circa oras, feraciſſima & vberrima, qua ſpectat Hiſpaniam.

Africa interior ſolitudinibus vaga.
Et infœcunda.
Circa oras vberrima.

11 HVC ADROGANTIÆ VENERAT, VT LEGATOS.] Nam Romani ab hoſte armato, nedum a prædone, nullas conditiones recipiebant. Cæſar libro 5. de bell. Gall. *Non eſſe conſuetudinem P. R. vllam accipere ab hoſte & armato conditionem. ſi ab armis diſcedere velint, ſe adiutore vtantur, legatoſque ad Cæſarem mittant. ſperare ſe pro eius iuſtitia quæ petierint impetraturos.*

Non alias magis [1] ſua populique contumelia Rom. indoluiſſe Cæſarem ferunt, quam quod [2] deſertor, & prædo hoſtium more ageret. [3] ne Spartaco quidem poſt tot conſularium exercituum clades inultam Italiam vrenti (quanquam [4] Sertorij, atque Mithridatis ingentibus bellis labaret Reſp.) datum, vt pacto in fidem acciperetur, nedum pulcherrimo Populi Rom. faſtigio, latro Tacfarinas [5] pace & conceſſione agrorum redimeretur. Dat negotium Blæſo, cæteros quidem ad ſpem proliceret arma ſine noxa ponendi, ipſius autem ducis quoquo modo potiretur. Et recepti ea venia plerique. mox aduerſum artes Tacfarinatis, haud diſſimili modo belligeratum. Nam quia ille robore exercitus impar, furandi melior, * pluris per globos incurſaret, eluderetque, & inſidias ſimul tentaret, tres inceſſus, totidem agmina parantur, ex * quis Cornelius Scipio legatus præfuit, qua prædatio [6] in Leptinos & ſuffugia [7] Garamantum. alio latere ne

*plureis
*queis

[8] Cirtenſium pagi impune traherentur, propriam manum Blæſus filius duxit. Medio, cum delectis caſtella & minutiones idoneis locis imponens, dux ipſe arcta & infenſa hoſtibus cuncta fecerat: quia quoquo inclinarent, pars aliqua militis Romani in ore, in latere, & ſæpe a tergo erat. multique eo modo cæſi, aut circumuenti. Tunc tripartitum exercitum plures in manus diſpergit, præponitque centuriones virtutis expertæ, nec, vt mos fuerat, acta æſtate, retrahit copias, aut in hibernaculis[9] veteris prouinciæ componit: ſed vt in limine belli diſpoſitis caſtellis per expeditos, & ſolitudinum gnaros mutantem[10] mapalia Tacfarinatem proturbabat; donec fratre eius capto, regreſſus eſt, properantius tamen, quam ex vtilitate ſociorum, relictis per quos reſurgeret bellum. Sed Tiberius pro confecto interpretatus, id quoque Blæſo tribuit, vt imperator a legionibus ſalutaretur, priſco erga duces honore, qui bene geſta Rep. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur. erantque plures ſimul imperatores, [11] nec ſuper cæterorum æqualitatem. conceſſit quibuſdam & Auguſtus id vocabulum, ac tunc Tiberius Blæſo.

1 Sva popvliqve contvmelia Rom.] Somnolentiam eſſe exſcriptoris, nemo non videt, quæ frequens in his libris, cum tranſpoſitionibus. Sic apud Tertullian. in Apolog. *Iam de cauſa innocentiæ conſiſtam.* pro, *de cauſæ innocentia conſiſtam.* Et apud noſtros Iuriſconſultos. L. vlt. de ſolut. D. *Qui mandatu meo, poſt mortem meam ſtipulatus eſt.* pro, *qui mandatu meo ſtipulatus eſt. poſt mortem meam recte ſoluitur.* Quod notauit Cuiacius 1. obſ. 5. cap. 37. Peruium vulnus; ſed peruia medicina. Cæterum in verbis, *Populi Romani contumelia*, auget ſcelus & audaciam Tacfarinatis. Nam Populus Romanus ſemper cum amplitudine vitiorum, aut virtutum nominatur. D. Bernardus de Conſid. 4. cap. 2. *Quid de Populo loquar? Populus Romanus eſt. Nec breuius potui, nec expreſſius. Quid tam notum populis quam proteruia & faſtus Romanorum? Gens inſueta paci, tumultui aſſueta. Gens immitis & intractabilis, & adhuc ſubdi neſcia, niſi cum non valet reſiſtere.* Hæc de vitijs. at de virtutibus habes plena manu apud authores. Nec ignorat quiſquam per vitia & virtutes populorum eſſe progreſſus.

Somnus exſcriptoris & tranſpoſitio.

Cur Tacfarinas deſertor.
Cur prædo.
Differentia inter hoſtem & prædonem.
Cum hoſte legitimo, bellum indicitur.
Poſt clarigationem.
Poſt Deorum euocationem.
Et iniecta teda.
Cum latrone, non iure, ſed vi, & ferro.
Cum hoſte legitimo fœdus
Cum prædone nunquam.
De hoſte triũphatur, de latrone nunquã.

2 Desertor et prædo.] Deſertor, quia olim in militia Romana fuit Tacfarinas, vt dixit ſupra. Prædo autem, quia Africam vagis incurſionibus populabatur. Eſt autem in iure Romano magna differentia inter legitimum hoſtem, & prædonem, ſeu latronem. Nam cum legitimo hoſte nunquam pugnatur, niſi bello indicto, poſt clarigationem, & poſt euocatos hoſtium Deos, iniectaque tæda: cum latrone, non ex iure, manu conſertum, ſed tantum ferro. L. 9. ex quib. cauſ. maior. L. 118. de verb. ſignif. D. Cum legitimo hoſte, feritur fœdus; adhibito ſacrificio; cum prædone, nunquam. Legitimo hoſte deuicto, victor triumphat; latrone aut prædone deuicto, non triumphat ex antiquo iure Quiritum: poſtea tamen ouatione, non triumpho vſi ſunt, & in myrtea corona, non lauro. hoſti captiuo, parcitur plerumque; prædoni, nunquam. hoſti capto, interdum prouincia redditur adempta libertate: latroni capto, crura franguntur. Qui a latronibus captus eſt, ciuitatem non perdit, & teſtari poteſt: qui captus ab hoſte legitimo, vtrumque amittit. Ab hoſtibus captus libertatem amittit, & fit ſeruus. L. 1. D. de leg. 3. Ab latronibus captus, manet liber, L. 19. §. a piratis. D. de cap. & poſtlim. reuerſis. In latronem inquiritur & animaduertitur, etiam die Paſchæ. Vt contra Iſauros, L. prouinciarum. de ferijs. Cod. Non ita cum hoſte. Et Syneſius epiſtola 132. *Non par eſt*, ait, *eos vocari hoſtes, ſed latrones aut graſſatores, aut ſi quod nomen tale contemptius & ignobilius eſt. Nam prædone, nil abiectius eſt.* Spartianus in Firmo dicebat Aurelianum in edicto ſuo non ſcripſiſſe: *quod tyrannum occidiſſet, ſed quod latrunculum quendam a Rep. remouiſſet.* Er in oratione Heliogabali. *Inter vos atque alios tanta eſt differentia, quanta inter milites & graſſatores, iuſtumque bellum & latrocinium.*

Si triumph[...] ouatur [...]
Hoſti parcitur [...] nunquam præ[...] doni.
Hoſti redditur aliquando prouincia; latroni crura frangantur.
Captus a latronibus ciuitatem non perdit, & teſtatur.
Qui ab hoſte vtrumque.
In latronem inquiritur.
Et die Paſchæ animaduertitur.
Non cum hoſte.

3 Ne Spartaco qvidem.] De quo Claudian. in bello Getico.

——Vilis Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus, & igne,
Conſulibuſque palam toties congreſſus, inertes
Exuerit caſtris dominos, & ſtrage pudenda
Fuderit imbelles aquilas ſeruilibus armis?

Spartacus prædonum dux, Seruorum [...]te ſignanus.

Vocat Florus, *ſeruilium armorum dedecus*, & ita de Spartaco ſcribit l. 3. *De ſtipendiario Thrace miles, de milite deſertor, inde latro, deinde in honorem virium gladiator, qui defunctorum quoque ducum prælio funera Imperatorijs celebrant exequijs, captiuoſque circa rogum, iuſſit armis depugnare; quaſi plane expiaturus omne præteritum dedecus, ſi de gladiatore munerator fuiſſet.* Id eſt, exhibitor muneris. Nam munerarios appellabant

labant qui munus populo exhiberent, id eſt paria gladiatoria, aut aliud ſimile.

Sertorij virtus. 4 SERTORII.] Qui a Floro dicitur, *omnibus belli militiæque artibus par.* lib. 93. & libr. 96. *Magnus dux, & aduerſus duos Imperatores* Fata Sertorij. *Pompeium & Metellum, ſæpe par, vt frequentius, victor, ad vltimum, deſertus, & proditus.* Nam in conuiuio interfectus eſt, octauo ducatus ſui anno. vir magni animi, vtinam Reipub. amantis.

5 PACE ET CONCESSIONE.] Agros enim petebat, vt hoſtis victus, & non latro: atque ita tacite commercium cum Romanis petebat. Quod locum tantum habebat in hoſte legitimo. Tacit. 4. Hiſt. *Dirempta belli commercia.* L. mulier. de capt. & poſtlimin. reuerſ. D.

Leptis ciuitas, Quæ ſingula talenta, ſingulis diebus ſoluit. 6 IN LEPTINOS.] Liuius lib. 34. de Lepti. *Vna eorum ciuitas Leptis: ea, ſingula in dies talenta vectigal Carthaginenſibus dedit.* Quod mirum. Sil. Ital. lib. 3.

Tabraca tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis,
Æaque Trinacrios Afris permiſta colonos,
Et Tingin rapido mittebat ab æquore Lixus.

Garamantes, Atroces. 7 GARAMANTVM.] Silius 12. de Garamantibus, qui incolæ Africæ.

——*Vbi belliger Aſtur,*
Atque vbi atrox Garamas, ſæuuſque tetenderit Hanno. Et libr. 10.
Et Nomas, & Garamas, & Celtæ, & Maurus, & Aſtur.

Sed egregie Lucan. libr. 4. Ciuilium.

——*Miſſi Garamante peruſto*
Marmaridæ volucres, æquaturuſque ſagittas
Medorum, tremulum cum torſit miſſile Mazax.

Huius autem regionis caput Garama, ait Iſidorus, inter Cyrenenſem & Æthiopiam, vbi fons ille, diei calore frigidus, noctis frigiditate calidus. in Geograph. Strab. Et Silius libro primo Dipſadibus infeſtos commemorat his verſibus.

Quique atro rapidas efferueſcente veneno
Dipſadas immenſis horrent Garamantes arenis.

Cirta. Syphacis ſedes. 8 CIRTENSIVM PAGI.] Cirta Syphacis ſedes, & regia dicta a Liuio libr. 30. *Cirta*, inquit, *caput regni Syphacis erat, eoque ſe ingens vis hominum ex fuga contulerat.* Et cape de Cirtenſes. Cirta, quod ait Silius de Scipione.

Exigit e ſtratu corpus, vultuque ſereno
Scipio contendit Maſſyli ad limina regis.

Regia Cirta. Id eſt ad Cirtam, in qua regia erat Syphacis. Hiſtoriæ Carthaginenſis collationis. *Cirta vrbs Numidæ nobiliſſima & potentiſſima quondam*, ait Mela, *domus regum Iubæ & Syphacis.*

9 VETERIS PROVINCIÆ.] Plinius li. 4. cap. 4. *Ea pars*, inquit, *quam Africam appellamus, diuiditur in duas prouincias, veterem & nouam diſcretas foſſa.* Dio explicat lib. 43. dum ait. *Ea pars Libyæ, quæ circa Carthaginem ſita, a Romanis Africæ dicebatur. Vetus prouincia dicta eſt, quod iam olim ſubacta eſſet. Numidiæ autem, quia recens debellata eſſet, nouæ prouinciæ nomen inditum eſt.* Et ſub Claudio, etiam ſectæ Africæ partes. Nam Mauritaniam, in duas partes diuiſit, Tingitanam & Cæſarienſem, & duos equites eis præpoſuit. Dio 59. Sic etiam Seuerus imperator diſparauit Angliam & Scotiam, aliaſque orbis partes prius contiguas.

10 MAPALIA.] *Afrum nomen*, ait Victor Vticenſis. *Sepultum corpus Cypriani in loco qui Mapalia vocabatur occupauit.* libr. 1. Hiſt. 1. Mapalia. Virgil. 3. Georg.

Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua verſu
Proſequar, & raris habitata mapalia tectis?

Attegia Maurorum. Iuuenalis vocat *Maurorum attegias.* Satyr. 14. Et Virgil. 1. Æneid. *Magalia* pro *Mapalia*. *Magalia dicta*, ait Iſid. 15. cap. 22. *quaſi Margaria, quia Magar Punicis quaſi noua villa.* Erant autem Punicæ caſæ, & Maurorum domus, calamo paluſtri tectæ. Plinius 16. cap. 37. *Mapalia ſua ſcirpo Mauri tegunt: proximeque æſtimanti, hoc videantur eſſe, quod inferiore Nili parte, papyri ſunt vſui.* Magalia Virg. Quid mapalia. Caſæ paluſtri calamo tectæ. D. Hieronym. in Præfat. Amos. *Hic Propheta quem in manibus habemus fuit de oppido Thecue, quod ſex millibus ad meridianam plagam abeſt a ſancta Bethleem, quæ mundi genuit Saluatorem, & vltra non eſt viculus, ne agreſtes quidem caſæ, & furnorum ſimiles quas Afri appellant Mapalia.* Sed Silius libr. 17. mapalium tecta deſcribit.

Caſtra leui calamo, laminaque intorta paluſtri,
Qualia Maurus amat, diſperſa mapalia paſtor.

Et libro 2.

Agmina venatu, & cerata mapalia fulgent.

Cerata vocat, quod colore ceræ flaueſcant calami, qui mapalia tegebant, quique vbi exaruere, in flauum ex viriditate vertuntur. De iſtis mapalibus Seuerus Sulpit. Dialogo 1. de mirac. D. Martini. *Paruum tugurium inter arenas conſpicio, cuius tectum, (vt ait Salluſtius,) quaſi carina nauis.* Salluſt. in Iugurth. *Ædificia Numidarum agreſtium, quæ Mapalia illi vocant, oblonga, incuruis lateribus tecta, quaſi nauium carinæ ſunt.* Quod ſcribo, vt formam mapalium agnoſcas. Tamen Cato ex Feſto libro 4. Orig. *Mapalia vocantur vbi Mauri habitant, ea quaſi cohortes rotunda ſunt.* En Authorum diſſidium: *Mapalia oblonga, mapalia rotunda.* Mapalia oblonga. Incuruis lateribus. Salluſtij & Catonis rixæ circa Mapalia. Ille oblonga: hic rotunda. Quod autem *cohortes* vocat, lego cortes, intelligo enim de auium ſepto. Nam ſic Varro. *In vnaquaque domo cortem facere, poterimus, in qua paſcere ciconias, grues, pauones, gallinas dabitur ad vſus quotidianos.* Cohortes pro Cortes. Solebant ruri cortem habere. Et cortis aues dixit Martialis: nos dicimus *Baſſe court*, quæ dictio omnibus Francis nobilibus ſatis nota. ſed apud nos cortes quadratæ, apud Mauros orbiculatæ, vel oblongæ, vel ouatæ, pro libidine ædificantium. Nam pro animi arbitrio vnuſquiſque ſibi nidum parat. Eademque forma Indi Occidentales & omnes Peruuiani ſua habent mapalia, furnorum in modum fabricata, vel in orbem. Lucanus 4. ciuilium.

Et ſolitus vacuis errare mapalibus Afer
Venator, ferrique ſimul fiducia non eſt.

11 NEC SVPER CÆTERORVM ÆQVALITATEM.] Aut fallor, aut ſeipſam fallit ſcriptura, mendax forſitan. Senſum ſi aſſequor, ita eſt. Vt Blæſum Imperatorem Tiberius fecerit, priſco honore erga eos, qui Rempub. bene geſſiſſent: ita vt tunc & in Rep. plures eſſent imperatores: ſed nullus *ſuper cæterorum æqualitatem*; id eſt, vt interpretor, Tacitus explicatus. nullus inter eos eſſet ſuperior, quique potentia præpolleret, & haberet imperium in

ciues, quale haberet Cæſar. Niſi velit innuere, omnes illos imperatores æquales inter ſe, excepto Cæſare, qui vnus ſuper cæterorum æqualitatem, ius habet. Sed ita interpretando, verba Taciti non ſuffecerint, & aliquid deſideraretur. *Nam omnes æquales erant.*

12 Blæso postremvm.] Valde placeet vt clauſula incipiat. *obiere eo anno.* Sic enim ſolet author, vt hoc libro. *Fine anni conceſſêre vita inſignes*, id eſt, inſignes viri. Sic ſibi ipſi medicinam facit Tacitus.

Poſtremum obiere eo anno viri inluſtres, [1] * Aſinius Salonius, M. Agrippa, & Pollione Aſinio auis, fratre Druſo inſignis, Cæſarique progener deſtinatus. Et Capito Ateius, de quo memoraui, principem in ciuitate locum ſtudijs ciuilibus adſecutus, ſed auo centurione Sullano patre prætorio. Conſulatum ei adcelerauerat Auguſtus, [2] vt Labeonem Antiſtium iiſdem artibus præcellentem dignatione eius magiſtratus anteiret. Namque illa ætas duo pacis decora ſimul tulit. ſed Labeo incorrupta libertate, & ob id fama celebratior. Capitonis obſequium dominantibus magis probabatur. Illi quod præturam intra ſtetit, commendatio ex iniuria: huic quod conſulatum adeptus eſt, odium ex inuidia oriebatur. Et Iunia ſexageſimo quarto poſt Philippenſem aciem anno ſupremum diem expleuit, [3] Catone auunculo genita, C. Caſſij vxor, M. Bruti ſoror. Teſtamentum eius multo apud vulgum rumore fuit: quia in magnis opibus, cum ferme cunctos proceres cum honore nominauiſſet, Cæſarem omiſit. quod ciuiliter acceptum. neque prohibuit quo minus laudatione pro roſtris, cæteriſque ſolennibus funus cohoneſtaretur. Viginti clariſſimarum familiarum imagines antelatæ ſunt, Manlij, Quintij, aliaque eiuſdem nobilitatis nomina: ſed præfulgebant [4] Caſſius atque Brutus, eo ipſo, [5] quod effigies eorum non viſebantur.

** Aſinius Salonius*

1 Asinivs Saloninvs.] Scripſi lib. 1. mirari me quod Aſinius Gallus, huius Aſinij Salonini pater, nuſquam & nunquam Saloninus vocaretur. Quod iterum ſcribo, & me latius explico. Certum eſt a Salone deuicta, partum nomen Aſinio Pollioni. De iſta autem Salone, fit mentio in epiſt. D. Hieronymi. Et certum etiam impoſuiſſe hoc nomen filio ſuo: ſed Seruius, hunc filium præmature defunctum ſcribit ad eclog. 4. Virgilij. Alij contra, eſſe Aſinium Gallum Magnum oratorem, qui poſt Tiberium Vipſaniam duxerit, & ex qua hunc Saloninum Aſinium Gallum, Aſinium Agrippam, Aſinium Celerem habuerit. Nihil certius, hunc Aſinium Saloninum, patre Aſinio Gallo, ex Vipſania natum, cum heic Tacitus diſerte ſcribat, auos illi fuiſſe M. Agrippam, & Aſinium Pollionem; hunc paternum, illum maternum auum videlicet, & inſignem fuiſſe fratre Druſo, quem ſcilicet, ex Tiberij matrimonio Vipſania genuerat: ſed miror & authores, & Tacitum ipſum, Aſinium Gallum Saloninum non appellare. Quippe de eo multi fecere mentionem. Plinius libr. 13. cap. 15. Dio libr. 57. & 58. Sueton. D. Hieronymus in Chronic. Tertullianus in Pallio, Seneca in Controuerſ. Tamen illi conticuerunt omnes, de nomine Salonini. Sed inter omnes Tacitus, & præter ſuum morem, quia diligentiſſimus & exactiſſimus ſcriptor, qui in alijs non ſilet, quod in illo ſiluit: quippe Lentulum, Getulicum nominat, & Sillanum Creticum, & Valerium Meſſalinum. Etiam ſingulorum dignitates adſcribit, Conſulem, Conſularem, Prætorem, Prætorium, Legatum, Præfectum: nec ſilet prouincias. Quod ad hiſtoriæ veritatem multum facit. Cur igitur Gallum Aſinium Saloninum non nominat? Et cur filio, dat cognomen ab auo partum, quod pater non tulit? Et ſi ſemel Aſinius Gallus, Pollionis filius, hoc nomen accepit, quomodo exuit, cum ſit nomen dignitatis, & honoris, & familiæ quoddam decus, & monumentum? Vos, Docti, qui omnia ſcientiarum profunda ſulcaſtis, in hoc æſtu, ſiſtite me in portu: gratias vobis egero. Nam habeo quod dubitem; quod decernam non habeo. Niſi metu Tiberij hoc nomen depoſuerit Aſinius quia Vipſaniam ægre tulerit Aſinio nupſiſſe.

Cur Aſinius Saloninus dictus nepos, non pater. Aſinius Pollio Salonem vicit. Poſtea filius eius dictus Saloninus. Hic filius defunctus immature. Tamen ſunt, qui Aſinium Gallum Saloninum putent. Qui Vipſaniam duxit. Orator ingens. Ex ea aiunt hunc Saloninũ qui Aſinius Gallus. Et Aſinium Agrippam. Et Aſinium Celerem habuiſſe. Hic Saloninus ex Aſinio Gallo. Et frater Druſi. Nam Vipſania nupta Tiberio, ex quo Druſus.

Mox Aſinio Gallo, ex quo Saloninus ille. Tamen de Salonini nomine conticent omnes. Etiam Tacitus contra ſuum morem. Nam exactiſſimus ſcriptor.

2 Vt labeonem Antistivm.] Iuriſconſultum magnum, & virum probum, longe remotum a Capitonis ingenio, quem hoſtem habuit. Nam Capito palpator fuit temporum, & captator perſonarum, ſimilis Vibieno Criſpo, de quo Iuuen. Sat. 3.

Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem: nec ciuis erat, qui libera poſſet
Verba animis præferre, & vitam impendere vero.

Labeo Antiſtius magnus Iuriſconſultus. Vir probus. Longe a Capitonis ingenio. Qui eius hoſtis. Capito palpator temporum. Captator perſonarum.

Labeo

Labeo vero contra, libertatis amans, etiam vſque ad periculum, & pro ea contumax, quæ Iuriſconſultorum virtus fuit ſingularis. Talis enim fuit M. Porcius Cato iuris Romani conſultiſſimus, & *incertum an propter Reip. amorem & libertatem magis preſſerit eum nobilitas, an ille agitauerit nobilitatem*, vt ait Liuius.

Labeo libertatis amans ad periculum.
Vt omnes I. C. M. Porcius Cato.

Certe P. Rutilius Senator Tribunos militares innocentia ſua equitumque ambitionem retudit acriter. Et etiam magnanimiter, qui ſecundus a Catone in tuenda Reip. libertate.

Rutilius.

Caſelius Aulus I. C. *doctus & ſapiens, nec prece, nec pretio compelli potuit, vt de his rebus, quas Triumuiri ſtatuerant, formulam ederet.* ait Valerius lib. 8. cap. 2.

Caſelius.

Quemadmodum & Seruius Sulpitius, etiam alter Iuriſconſultus, qui Cæſaris auſis viriliter reſtitit; & eius exemplo Labeo.

Seruius Sulpitius.

Nam cum Senatus, adulatione ſumma, cenſeret excubandum pro foribus Auguſti: *Ego*, inquit *Labeo*, *excubitor fui nunquam, quia ſomnolentior.* Et cum poteſtas fieret illi Senatum legendi ab Auguſto, Lepidum legit, hoſtem Auguſti. Interrogatuſque num eſſent alij digniores, *Suum*, inquit, *cuique iudicium eſt.* In quo corrige Sueton. & pro (*an eſſent*,) lege (*num eſſent.*) Horatius Poeta, qui vti Capito, inter aulicos, & ſalſos, & falſos fuit, *ſtultum Labeonem* nominabat, quod oblatum conſulatum ab Auguſto reſpuiſſet. Satyr. 3. Sed fuit ſapiens inſania. Nam aliud eſt virum bonum agere, aliud adulatorem: aliud Iuriſconſultum, aliud mancipium togatum & aulicum. Nec ſolus reſpuit Conſulatum, cum alter coætaneus, & vt Labeo, etiam Iuriſconſultus Q. Mutius idem fecerit, L. 2. de Orig. iur. Sextus etiam pater a D. Iulio oblatum latum clauum reſpuit. Seneca epiſt. 98. de Labeone. Petronius Arbiter Labeonem inter Iuriſconſultos ponit.

Libertas Labeonis contra Auguſtum.
In legendo Lepido.
Et damnandis Senatorum excubijs.
Inde ſtultus dictus.
Ab Aulico Horatio.
Et Conſulatum reſpuit oblatū.
Vt Mutius Scæuola.
Et Sextus pater oblatum latum clauum a Iulio.

Iuriſconſultus paret, non paret habeto,
Atque eſto quicquid Seruius, aut Labeo.

Ait autem Tacitus *intra præturam ſtetiſſe*, quod verum eſt: eiuſque dignitatis gratia, ſcripſit librum *de prætore vrbano*. Nam ſuam Spartam ornare voluit. Hic autem liber citatur L. 19. de verb. ſignif. Eius pater ciuilibus bellis Reip. partes ſequutus, ſibi violentas manus attulit, poſt factum teſtamentum, & ſcrobe parata in tentorio. Appianus de bello ciuili. Alter fuit Labeo prætura, & proconſulatu in prouincia Narbonenſi functus: & is eſt de quo Plinius lib. 35. cap. 4. Sed corrige Plinium in nomine: vocat enim *Aterium Labeonem*, vbi legendum eſt, *Antiſtium Labeonem*. Quod erat verum nomen familiæ. Sic enim Gellius libri 1. cap. 12. Sic Pomponius de Orig. iur. L. 2. Fuit autem & *Claudius Labeo*, de quo noſter hiſtor. 4. Sed exterus ille, non Romanus ſanguis. Et *Pacuuius Labeo*, ad quem ſcripſit Aſinius Capito. Gellius libri 5. cap. 21. Cæterum ille Labeo, de quo Plinius, artem picturæ excoluit, diuinis cognatam ingenijs. Nec omitto de Labeone I. C. quod *Lentulus poſt factum teſtamentum, Codicillos primum fecerit & inuenerit, quos Auguſtus probauerit, Labeo rationibus iuris confirmauerit.* Inſtit. de Cod.

Stetit intra præturam.
Inde liber de pratore vrbano.
Pater Labeonis ciuilia bella ſecutus.
Seipſum necauit.
Filius prætor & proconſul in Narbonenſi prouincia.
Plinius correctus.
Labeo, de quo Plinius; pictor fuit.
Codicillorum inuentum confirmauit.

Sane probo & docto Iuriſconſulto in ciuitate, nil vtilius: ſed rara auis. Nam *lata via ad nefas omnes ierunt.*

3 CATONE AVVNCVLO.] Loquitur de Catone Vticenſi, non vero de Cenſorio. De quo Lucani elogium non tacebo, quia inſigne, & de inſigni viro, & qui fuit vitiorum flagrum, apud Paganos.

Cato inſignis & vitiorum flagrum.

-- Hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, ſeruare modum, finemque tenere,
Naturamque ſequi, patriæque impendere vitam;
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo:
Huic epulæ viciſſe famem, magnique Penates
Summiſiſſe hiemem tecto, pretioſaque veſtis
Hirtam membra ſuper Romani more Quiritis
Induxiſſe togam: Venerisque huic maximus vſus
Progenies; vrbi pater eſt, vrbique maritus;
Iuſtitiæ cultor, rigidi ſeruator honeſti:
In commune bonus, nulloſque Catonis in actus
Subrepit, partemque tulit, ſibi nata voluptas.

Catonis elogiū a Lucano, inſigne hercle.

Hæc ſunt elogia Catonis qui *furentium principum armis medius interueniens, alijs Pompeium offendentibus, alus Cæſarem, ſimul laceſſit duos.* Seneca epiſtola 14. Sed nemo de Catone Cæſarum hoſte, melius quam Auguſtus Cæſar: Quippe cum in domum veniſſet, in qua habitauerat Cato; & Strabo abſurde de Catone loqueretur, *Quiſquis*, inquit, *præſentem ſtatum ciuitatis commutari non volet, & ciuis, & vir bonus eſt.* Magna laus ab hoſte. Sed inuitis vltro erumpit veritas, & in hoc verbo magnæ calamitatis ſolatium. Petronius Arbiter.

Pellitur a populo victus Cato; triſtior ille eſt,
Qui vicit: faſceſque pudet rapuiſſe Catoni.
Namque hoc dedecori populo, morumque ruina.

Velleius Cæſarum Cliens, ita de Catone 2. Hiſtor. *Hic genitus proauo M. Catone, principe illo familiæ Porciæ.* Et is eſt Cato, de quo Plinius. *Cato hominum ſummus in omni vſu.* lib. 15. cap. 39. & cuius tanta fuit authoritas, vt ſcripſerit lib. 29. cap. 1. *Eius authoritati triumphus atque cenſura minimum conferunt, tanto plus in ipſo eſt. Obijt DCV. anno vrbis noſtræ, LXXXV. ſuo.* Mox addit: *Homo virtuti ſimillimus, & per omnia, ingenio Dijs, quàm hominibus propior, qui nunquam recte fecit, vt facere videretur: ſed quia aliter facere non poterat: cuique id ſolum viſum eſt rationem habere, quod haberet iuſtitiam: omnibus humanis vitijs immunis, ſemper fortunam in ſua poteſtate habuit.* Cicero, Catonem Vticenſem, *ſuum heroem* vocat 1. ad Attic. epiſtola *Magna.* & ait, *cum ſibi eſſe pro centum millibus.* Salluſtius in Catil. comparat cum Cæſare. At Cato habuit tantum virtutis, quantum Cæſar fortunæ.

Cato Ciceronis heros.
Cui pro centum millibus fuit.

4 CASSIVS ATQVE BRVTVS.] Aurea duo nomina. Eſt autem Silio Bruti Philippenſis elegantiſſime picta tabella libro 8. quamuis de altero Bruto ſcribere videatur.

Elogium Bruti Philippenſis, ſub perſona alterius Bruti.

Maxima tot populis rector fiducia Brutus
Ibat, & hortando notum accendebat in hoſtem.
Læta viro grauitas, & mentis amabile pondus;
Et ſine triſtitia virtus. non ille rigoris

Oo

Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat,
Nec famam læuo quærebat limite vitæ.

Vir per virtutem amandus, & æternum venerandus, quem fortuna inſolens, immerenter certe contriuit.

Damnatis imaginem in funere ſublatæ. 5 QVOD EFFIGIES EORVM NON VISEBANTVR.] Quia ſcilicet damnati Senatuſconſultis. Ideo ſuperius in damnatione Libonis, ſententia fuit Cottæ, *Ne imago Libonis exequias poſterorum comitaretur.* Ratio autem huius inſtituti in Quintiliano declamat. 274. *Non ſatis*, inquit, *putauerunt maiores, eas pœnas aduerſus tyrannum conſtituere, quas poſſit excipere in vita. Multos magis tangit ſepultura. Ad cogitationem poſt ſe futurorum, plerique grauius mouentur.* Et hercule peſſimis viris, hæc prohibere ſalutare eſt; ſed in bonis, peccare eſt: vt in Caſſio & Bruto; quorum decus demptis imaginibus viget adhuc animis hominum & vigebit dum virtus erit. *Cur vetitæ imagines in funere damnatorum.*

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librum tertium Annal. C. Cornelij Taciti.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER QVARTVS.

Fortuna turbatrix bene compoſitæ Reip. & domus principis.

CAIO Aſinio, C. Antiſtio Coſs. nonus Tiberio annus erat [1] compoſitæ * Reipub. florentis domus (nam Germanici mortem inter proſpera ducebat) cum repente turbare fortuna * cœpit, ſæuire ipſe, aut ſæuientibus vires præbere. Initium & cauſa penes Ælium Seianum cohortibus prætorijs præfectum, cuius de potentia ſupra memoraui. Nunc originem, mores, & quo facinore [2] dominationem captauerit, expediã. Genitus [3] Vulſinijs, patre Seio Strabone equite * Romano, & prima iuuenta [4] C. Cæſarem [Diui Auguſti nepotem] ſectatus, non ſine rumore [5] Apicio diuiti & prodigo ſtuprum venumdediſſe. Mox Tiberium varijs artibus deuinxit adeo, vt obſcurum aduerſum alios, ſibi vni incautum, intectumque efficeret. Non tam ſolertia (quippe ijſdem artibus victus eſt) quam deum ira [6] in rem Romanam, cuius [7] pari exitio viguit, ceciditque. Corpus illi laborum tolerans, animus audax, ſui obtegens, in alios criminator. iuxta adulatio & ſuperbia, palam compoſitus pudor. Intus ſumma apiſcendi libido, eiuſque cauſa, modo largitio & luxus, ſæpius induſtria, ac vigilantia, haud minus nôxiæ, quoties parando regno finguntur. Vim præfecturæ modicam antea intendit, [8] diſperſas per vrbem cohortes vna in caſtra conducendo, vt ſimul imperia acciperent, numeroque & robore, & viſu inter ſe, fiducia ipſis, in cæteros * metus [9] crederetur. Prætendebat laſciuire militem diductum. Si quid ſubitum ingruat, maiore auxilio pariter ſubueniri, & ſeuerius acturos, ſi vallum ſtatuatur procul vrbis inlecebris.

Seiani morũ pulchra deſcriptio.

Cur Prætoriæ cohortes Romæ locatæ.

* Reip. & florentis.
* cœpit, & ſæuire ipſe.
* Romano erat.
* metus & terror ederetur.

IN

IN LIBRVM IIII. ANNALIVM C. CORNELII TACITI *Nouarum Cogitationum liber quartus.*

1 COMPOSITÆ REIPVBLICÆ.] Sic in nummis ſæpe, R. P. C. id eſt, *Reip. componendæ*, vel *compoſitæ & conſtituendæ*, vt de Octauio. CÆSAR. D. F. (id eſt *Diui filius*) PONTIF. III. VIR. R. P. C. Et in veteri inſcriptione. IMPERATOR. CÆSAR. COS. DESIGN. TERT. IN. R. P. C. ITERVM. MVRVM. TVRRESQVE. FECIT. Quæ formula vetus in antiquis inſcriptionibus.

Nota R. P. C. pro Reipub. Conſtituendæ.

2 DOMINATIONEM CAPTAVERIT.] Codex Florentinus habet, *raptum perit.* Ideo lego, *rapere tentauerit.* Et vera eſt lectio. Vtitur autem verbo *rapere*, vt vim notet: Quippe ad inuadendam dominationem, vi opus eſt, & arma quatienda. Aliud eſt *rapere*, aliud *clepere. clepit*, qui clam capit & furtim; ſed *rapit*, qui vi & violentia inuadit. Auguſtus de L. Arruntio. *Et ſi caſus daret, vi auſurum.* Nam *non ignauia magna imperia quæruntur*, inquit ille.

Tullianus cectus.

3 VVLSINIIS.] De iſtis Vulſinijs, Tertullianus in Pallio meminit. *Tuſcia Vulſinios priſtinos deuſta.* vbi lego, *per vſtrinos deuſta*: niſi legas *per priſtinos*, id eſt, *vetuſtos*. Quippe a Vulſinijs, totius incendium Tuſciæ. Nam tota Tuſcia nemoroſa tunc erat, præcipue circa Vulſinios. Iuuenalis Sat. 3.

Iſinij vſtrini ſti.

uſcia nemoroſa. ulmine deuſta.

Quis timet, aut timeat gelida Præneſte ruinam?
Aut poſitis nemoroſa inter iuga Vulſinijs?

Fulmen igitur, cum de cœlo in Vulſinijs cecidiſſet, & ita conflagraſſent, igne in vicinũ nemus graſſante, tota deuſta eſt Tuſcia. Firmat hoc idem Tertullianus in Apolog. *Sed nec Tuſcia, atque Campania*, inquit, *de Chriſtianis querebatur, cum Volſinios de cœlo tactos; Pompeios de ſuo monte perfudit ignis. Vſtrini* autem dicuntur incendiarij qui vrunt, quique ignem ſubijciunt, aut immittunt. *Opulentiſſimum* fuiſſe *oppidum* tradit Plinius lib. 2. cap. 52. *inuentaſque in eo verſatiles molas.* Sed Valerius elegantiſſime de vrbe Volſiniorum. *Erat*, inquit, *opulenta, erat moribus, & legibus ornata, Etruriæ caput habebatur: ſed poſtquam luxuria prolapſa eſt, in profundum iniuriarum & turpidinis decidit, vt ſeruorum ſe inſolentiſſimæ dominationi ſubijceret.* Qua re nihil miſerius: ſed quid turpius?

Qui Vſtrini.

Volſiniorum opulentum oppidum.

4 C. CÆSAREM D. AVGVSTI NEPOTEM SECTATVS.] *Sectatus*, & forte euntem in Armeniam; vnde rediens, obijt.

5 APICIO DIVITI ET PRODIGO.] Idem exprobrat Apelli tragœdo Philo Iudæus de legat. ad Caium, *quod florem ſuum Heliconi vendidiſſet.* Et talis fuit Q. Opimius apud Lucill.

Quintus Opimius ille Iugurthini pater huius
Et formoſus homo fuit, & famoſus, vtrumque.
Primo adoleſcens, poſtremo huc direxit ſeſe.

Authores priſci hunc Apicium lurconem crebris ictibus feriunt. Seneca. *Modo Licinium diuitijs, Apicium cœnis, Mæcenatem diuitijs prouocat.* Vbi fruſtra pro *Licinio*, reponunt *Licinium Craſſum*, cum idem author *Licinium* diſparet a *Craſſo*, his verbis. *Ad ſummam quem voles mihi ex his, quorum nomina cum Craſſo, Licinioque numerantur, in medium licet protrahas.* Is autem neſcio an Licinius Cæſaris libertus, vel Licinius Stolo, qui quia mille iugera poſſidebat, iure damnatus eſt. Vterque autem valde diues. Et ille libertus fuit euerriculum & ſagena Galliarum, qui 14. menſes excogitauit in anno, quod ſingulis menſibus, eſſet Gallis tributum pendendum. Dio l. 54. Sed de Apicio ita Scholiaſt. Iuuenal. *Apicius*, inquit, *author præcipiendarum cœnarum, qui ſcripſit de iuſculis.* Tertullianus in pallio, ita de illo. *Taceo Nerones, & Apicios.* Et ſane, idem Iuuenalis interpres, *Neronem*, dicit *glutonem*, *vt Domitianus ſub nomine Neronis lateret.* Quippe Domitianus lurco ingens: vnde Sulpitia.

Apicius diues. Licinius diues. Apicius comiſſator. Mæcenas delicioſus.

Male in Seneca poſitum, Licinium Craſſum, cum de Licinio Stolone intelligat.

Apicius lurco.

Non trabe, ſed tergo prolapſus & ingluuie albus.

Plinius lib. 9. cap. 17. *M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus*, id eſt ad omnem luxus artem & induſtriam. Sic Iuuenalis vbi de paupere, qui cœnas facit vnctiores. Sat. 11.

Ad luxum natus.

—— Quid enim maiore cachinno
Excipitur vulgi, quam pauper Apicius?

Et Satyra 4. *—— multa videmus,*
Quæ miſer, & frugi non fecit Apicius.

Frugi vocat Apiciũ præ luxuria ſuorum tẽporũ. Seneca de beata vita nõ ſine mẽdo. *Aſpice Nomentanum & Apicium terrarũ ac maris, vt iſti vocãt, bona conquirẽtes, & ſuper menſam recognoſcentes omnium gentium animalia: vide hos eoſdem* (lego *hos eodem*, id eſt, ex eadem) *menſa & lectis ſuis ſpectantes popinam ſuam: Aures vocum ſono, ſpectaculu oculos, ſaporibus palatum ſuum delectantes: Mollibus lenibuſque fomentis totum laceſſitur eorum corpus: & ne nares interim ceſſent, odoribus varijs inficitur locus ipſe, in quo luxuriæ parentatur*, id eſt per luxuriam. Nam luxuria his voluptatibus viuit, non moritur. Sed qui ſe his delicijs immergunt, ſeipſos ſepeliunt, & viuos viuenteſque ſe morti mancipant. Ait autem, *odoribus varijs inficitur locus ipſe*: alludẽs ad tumulos, quibus flores ſparguntur & vnguenta effunduntur, vt ſcilicet ſit popina, bibaculorum & epulonum ſepulchrum; ibique parentetur. Sic D. Hieronymus dicebat, *Otium ſine litteris eſſe hominis viuentis ſepulturam.* Sed Iuuenalis nobis patrocinatur in hac interpretatione, cum ait, inde ſubitaneas mortes oriri, vt oriuntur plerumque.

Interpretatus Iuuenalis.

Seneca correctus & interpretatus.

Lurcones quaſi in popinis ſepulti pro mortuis habentur.

Otium ſine litteris viui hominis ſepultura.

Non præmaturi cineres, nec funus acerbum
Luxuriæ: ſed morte magis metuenda ſenectus.

Faciunt autem tres Apicios. Sed a M. Apicio, puto omnes Apicios appellatos, qui decoxerant aut profuderant in cœnis ſua patrimonia. Sic vetus Interpres Iuuenalis addit quartum, Apicium Galbam, ſub Tiberio ſcurram & decoctorem. Et ſane vnum Socratem tellus dedit, dedit autem plures Apicios, plures edones, & phagones, & patrimoniorum voragines. Qui ſi cœlum & terram coquere & maria ſorbere potuiſſent, feciſſent vt neque cœlum, nec terra, nec mare eſſet. Nam gula infernus eſt qui non ſatiatur. Et laudanda Salomonis ſobrietas ſic docentis. *Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos & in neceſſaria domus tuæ & ad victum ancillis tuis.* Prou. 27. Nam Iudæi lacte nutriebantur, agninis pellibus veſtiebantur, hœdorum venditorum pretijs ditabantur. Idem eodem.

Tres Apicij.

Sed a M. Apicio omnes helluones dicti Apicij.

Apicius Galba quartus.

Confirmata ſuperior correctio.

6 IN REM ROMANAM.] Nota ex hoc loco, recte ſuperiore libro repoſitum, *Seruius Galba rem Romanam adeptus eſt.* Et eodem lib. infra. *Diſperſo rumore, rem Romanam ab alijs lacerari.* Nam Tacitus ſibi ipſi Sol, & lumen.

Tacitus interpretatus.

7 PARI EXITIO VIGVIT CECIDITQVE.] Id eſt, viuens & moriens Remp. damnis affecit. Vita enim & mots Seiani, multis viris de Rep. bene meritis, exitio fuit. Vere aſpis, qui viuus Reip. nocuerit:

Mortuus obfuerit multu poſt fata venenis.

Sic Spartian. in Tito tyranno dixit. *Non tam bono quam Reip. malo ſeptem diebus imperauit.*

Iulius Cæſar Prætorias cohortes in vrbe locat.

Seianus extra vrbem.

Ita alibi factũ.

8 DISPERSAS PER VRBEM.] Aurelius Victor ita ſcribit. *Prætorias* (cohortes ſcilicet,) *quæ diſperſæ proximis in municipijs, ſeu Romæ, quæque per domos habebantur, in caſtra apud vrbem redegit, qua tenebantur, præfecturam appellans, vel Agentes in prætorio.* Loquitur de Iulio Cæſare. Seianus vero extra vrbem locauit, prætendens laſciuire militem diductum. Quod non modo factum Romæ, ſed & in alijs vrbibus, quibus milites inerant ad tutelam vrbium & magiſtratuum. Lego enim Actu. 14. *milites præſidis caſtra habuiſſe extra vrbem*, in his verbis. *Cum non poſſet certum cognoſcere præ tumultu, iuſſit duci eum in caſtra.* Nec ſane commodum, ciues inter milites verſari. Quod noſter ſatis aperte exequitur initio lib. 4. Hiſtor. & in fine tertij.

Differentia metus & terroris.

9 CREDERETVR.] Lego, *metus & terror ederetur.* Et Tacitus ipſe author vbi de Seiano lib. 4. *Fiducia ipſis, in cæteros, metus crederetur.* Et in Agricola. *Metus autem & terror infirma vincula charitatis.* Homerus: λιμός τε φόβος τε. Pſaltes: *Timor & tremor apprehenderunt.* Et Apuleius: *Mineruam duo pueri muniebant, terror, & metus.* (t) & (r) prima & vltima littera, *terror.* Sic *d. c.* pro *donec. d. t.* pro *dumtaxat.* Sed pro *t* poſuere *c* propter confinium & ſimilitudinem literarum. Apud Virgilium autem, Seruius putat differentiam eſſe inter *metum & terrorem*, quod is alijs incutiatur, ille nobis. Sed hæc ex ſomnijs Grammaticorum. Puto metum terrore leuiorem. Terror enim, validus eſt motus & concuſſio, quæ nos agat extra mentem, & faciat quaſi deuios, & errantes. Metus eſt leuior & lenior motus, & agitatio magis remiſſa. Et Timor tremoris pater. Ouid. de Tremore hoc indicat, 10. Met.

Poplite deciduo genua intremuere, fugitque
Et color, & ſanguis, animuſque reliquit euntem.

Et Martian. Capella lib. 8.

Ceſſimque formidantes
Abeunt pedes tremore.

Et non modo pedes, ſed lingua, *quæ tertiata & quartata verba tunc loquitur*, vt ait Cato. Plautus in Mercat.

Amori decedunt hæc quæ dixi minus,
Inſomnia, ærumnæ, error, terror, & fuga.

Varro 5. de ling. Lat. *Metuo mentem, quod amando motam amoueo.* Lege: *Metuo, mentem quodammodo motam, a Moueo.* Et ita Lucret. de terrore quem *maiorem metum* vocat. Nã ſic ſcribit lib. 3.

Verum vbi vehemẽti magis eſt cõmota metu mens,
Conſentire animam totam per membra videmus:
Sudores itaque & pallorem exiſtere toto
Corpore, & infringi linguam, vocemque aboleri,
Caligare oculos, ſonere aures, ſuccidere artus.
Denique concidere ex animi terrore videmus
Sæpe homines.

Ouid. 4. Metamorphoſ. ordinem ſequens, ante terrorem pauorem ponit.

——*Luctus comitatur euntem,*
Et pauor, & terror, trepidoque inſania vultu.

Addit Varro: *Tremo dictum a ſimilitudine vocis, quæ tunc cum valde timetur apparet. Tunc enim in corpore pili, vt ariſta in ſpica hordei, horrent.* Putaui aliquando legendũ, *cuderetur*; ſed fruſtra, licet ſpeciem magnam haberet illa correctio.

Ambientis imperium Seiani gradus.

* in militares animos,

Vt perfecta ſunt caſtra,[1] inrepere paulatim * militares animos, adeundo, appellando: ſimul centuriones ac tribunos ipſe[2] diligere. Neque ſenatorio ambitu abſtinebat, clientes ſuos honoribus aut prouincijs ornando: facili Tiberio, atque ita prono, vt ſocium laborum, non modo in ſermonibus, ſed apud patres & populum celebraret,[3] colique per theatra & fora effigies eius,[4] interque principia legionum ſineret. Cæterum plena Cæſarum domus,[5] iuuenis filius, nepotes adulti moram cupitis adferebant. & quia vi tot ſimul corripere intutũ, dolus interualla ſcelerum poſcebat;[6] placuit tamen occultior via, & a Druſo incipere, in quem recenti ira ferebatur. Nam Druſus impatiens æmuli, & animo commotior, orto forte iurgio intenderat Seiano manus, & contra[7] tendentis os verberauerat. Igitur cũcta tentanti promtiſſimum viſum ad vxorem eius Liuiam cõuertere. Quæ ſoror Germanici,[8] formæ initio ætatis indecoræ, mox pulchritudine præcellebat. Hanc, vt amore incenſus, adulterio pellexit, & poſtquam[9] primi flagitij potitus eſt, neque fœmina, amiſſa pudicitia, alia abnuerit, ad coniugij ſpem, conſortium regni, &[10] necem mariti impulit. Atque illa, cui auunculus Auguſtus, ſocer[11] Tiberius, ex Druſo liberi, ſeque ac maiores, & poſteros[12] municipali adultero fœdabat, vt pro

Qui in alium quid molitur, coniugem primum corrumpit.

Mox aliud parat matrimonium.

honeſtis

honeſtis & præſentibus flagitioſa, & incerta expectaret. Sumitur in conſcientiam [13] Eudemus amicus ac medicus Liuiæ, ſpecie artis frequens ſecretis. Pellit domo Seianus vxorem [14] Apicatam; ex qua tres liberos genuerat; ne pellici ſuſpectaretur. Sed magnitudo facinoris metum, prolationes diuerſa interdum conſilia adferebant.

Medici ſcelerum admixti nequitijs.

Et diuertit ab vxore.

1 INREPERE PAVLATIM MILITARES ANIMOS.] Lego, *in militares animos.* Nam *in* in littera *m*, verbi *paulatim.* Id eſt pedetentim ſe inſinuare animis militum eorumque gratiam quærere, adeundo vel appellando: Adeundo qui præcipuæ eſſent authoritatis, appellando quibus non eſſet par poteſtas; omneſque demulcendo & ſibi conciliando.

2 DILIGERE.] Pro *deligere.* Sic ſupra: *Inſulam Bataniam prædilectam*, id eſt ante delectam. Et, *Centuriones tum dilegit.* Et 4. Hiſtor. *Mauroſque ad eam cædem dilegerat.*

Sacrificatum Seiano.

3 COLIQVE PER THEATRA EFFIGIES EIVS.] *Quia ei ſacrificabatur in theatris*, inquit Dio. *Ideo Tiberius viri exitium iam animo concipiens, edixit, ne cui, præterquam Dijs, ſacrificaretur.* Et ſane ille Deus, ſtatim nihil. Superius autem dixit in theatro Pompeij poſitam Seiani effigiem. At illæ effigies venerabantur thure: etiam igne accenſo, & cereis, & coronis ex lauro & floribus, & adoratione, & victimarum iugulatione: quod nefas. Sed adulatio quid non deſignat?

In principijs ſigna, & in ſignis effigies Cæſarum.

4 INTERQVE PRINCIPIA LEGIONVM.] Quibus & Iulij Cæſaris, & Auguſti, & Tiberij effigies, etiam Martis & deorum viſebantur. Eratque ſpecies templi, vt dixit noſter. Principia enim caſtrorum legionibus pro templis erant, quibus Armorum numina colebantur.

5 IVVENIS FILIVS.] Druſus ſcilicet, & nepotes adulti, id eſt filij Germanici, Nero, & Druſus.

6 PLACVIT TAMEN.] Lege, *placuit tum occultior via.*

7 OS VERBERAVERAT.] *Principes*, inquit Bleſenſis, *non litibus exaſperandi, ſed temperantius & mollius corrigendi.* Epiſt. ad Capellan. reg. Siciliæ. Sunt enim leones, quorum ferociam ſi irritaueris, cito & dentes & vngues nimium crudeles ſenſeris. Homerus Il. β.

-- Θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος.

Ira magna eſt ab Ioue nutriti regis.

Et Claudius olim conqueſtus eſt, *Barbarum & ſuperiumentarium ex induſtria ſibi adpoſitum, vt ſe quibuſcumque de cauſis quam ſæuiſſime coerceret.* Sueton. in Claudio c. 1. Certe ex Plautina amœnitate, in Bacchidibus.

Leniter qui ſæuiunt ſapiunt magis.

Nec ſunt irritandi crabrones. Nam quod *eſt in venenatis venenum, in iratis & irritatis ira eſt*: ait D. Baſilius. Et addit. *Quemadmodum torrentes per caua loca fluentes, quidquid occurrit ſecum trahunt: ſic iratorum impetus violenti. Nam non canities veneranda, non conuictus, non genus, non propinquitas, non accepta beneficia eos retinent.*

8 FORMÆ INITIO INDECORÆ.] Sic fit ſæpiſſime in iſto fœminarum genere. Nam natura, ad inſtar pictorum, labore, tempore, & ſtudio, tabularum ſuarum vitia rudeſque lineas emendat, & inuenuſta componit ad elegantiam. Qui puer formoſus fuit, in ſenecta deformis plerumque: contra deformis iuuenis, pulcher ſenex. Sic natura ludit. Dio Meſſalinam Claudij ſcribit huius formæ æmulam extitiſſe: ideoque exilium illi ſtruxiſſe, tum quod puteret adulterijs, & ſæpius ſola cũ Claudio patruo ageret. & inter adulteros Senecã ponit qui ideo in exilium actus cum Iulia quam necauit. l. 60. Non omittendum etiam in pulchrioribus naturam næuos quoſdam relinquere, vt pulchritudine nimia non inſoleſcant. Lucillius:

Natura pictrix.

Compernam aut varam fuiſſe Amphitrionis ἄκοιτιν
Alcmenam, atque alias: Ledam ipſam deniq. nolo
Dicere.

Et certe habent frequenter inſigne quid ad moderationem gloriæ:

Verrucam, næuum, punctum, dentẽ eminulũ vnum.

Tacitus emendatus.

9 PRIMI FLAGITII.] Non puto hæc ſana; & ſuſpicor legendum, *primitijs flagitij.* Nam *primitiarum* verbo ſæpe vtũtur & noſter & Latini authores; alioqui oratio defectum haberet. Tacit. 4. Hiſt. *metallorum primitiæ nullis fornacibus victæ.* Vocat autem *primitias flagitij*, quaſi primos progreſſus ſceleris, vt Papinius 5. Theb.

Quid primitiæ flagitij.

Primitias egomet lachrymarum, & cædis acerbæ,
Ante tubas, ferrumque tuli.

Apuleius 1. Apolog. *Iſte vero, nec Dijs rurationis, qui eum paſcunt, ac veſtiunt, ſegetes vllas, aut vitis, aut gregis primitias impertit.* En paganorum gratia in Deos, licet non deos. Sic *Primitias muſti dicebant quæ Sacrima vocabant*, ait Feſtus: ſic *primitias meſſis*, quas *præmeſſes* nominabant, quia ante meſſem has demeterent dijs ſacrandas.

10 NECEM MARITI IMPVLIT.] Vide vitiorum ſcalas & gradationes, & exhorre: corrupta mente ad contemptum mariti, a contemptu mariti ad odium, ab odio ad adulterium, ab adulterio ad veneficia, & necem; a veneficijs ad matrimonium adulterinum; a matrimonio, ad ſpem imperij; ab illa ſpe imperij, ad noua crimina, & nefanda in Principem: quæ famem, & exitium Liuiæ, Seiano adultero carnificem, vncum, & fœdam mortem pepererunt. *Sic Fortuna ſæuo læta negotio* ſibi plaudit inter mortalium ruinas.

Scalæ & gradus ſcelerum.

11 TIBERIVS SOCER.] Quia maritum habuit Druſum, filium Tiberij & Vipſaniæ, M. Agrippæ filiæ, & Pomponiæ Atticæ, quæ Pomponium Atticum patrem habuerat, ad quem epiſtolæ ad Atticum. Et lego Olympum eius lecticarium fuiſſe. Nam in ſepulchretis vetuſtatis ita eſt: OLYMPVS. LIVIÆ. LECTICARIVS.

Cur Tiberius ſocer.

Municipalis adulter, id eſt vilis.

12 MVNICIPALI ADVLTERO.] Ad augendam turpitudinem. Nam vt dixi ſupra libro 1. municipes erant paleæ ciuibus Romanis. Sic Martialis Memphiticum ſeſſorem fœminæ cuidam exprobrat. Sic Catilina Ciceronem *municipalem equitem* dicit. Sic Cicero pro L. Sylla. *Ipſe materno genere municipalis, honeſti ac nobiliſſimi generis, ſed tamen Aſculani.* vt notes municipales ab ciuibus Romanis longe honoribus abſuiſſe.

Medici ſæpe magnorum ſcelerum conſcij.

13 EVDEMVS MEDICVS.] Sæpe medici magnorum facinorum, vt virtutum, conſcij & artifices, Apuleio teſte li. 10. *Conuenit quendam notæ perfidiæ medicum, qui iam multarum palmarum ſpectatus prælijs, magnas dextræ ſuæ trophæa numerat*: Sic Charicles medicus, venarum Tiberij callidus attrectator: ſic Valens adulter & Meſſalinæ corruptor. Plinius de iſto Eudemo mentionem facit his verbis. *Iam vero*, inquit, *& adulteria in principum domibus, vt Eudemi in Liuia, Druſi Cæſaris*, (de quo hic) *item Valentis, in qua dictum eſt regina*; id eſt in *Meſſalina*. Et *reginam* vocat, quod regio iure vteretur in ciues Romanos. Nam inſcio Claudio cui imperabat, non vt vxor, ſed vt domina, in cuiuſcunque Senatoris caput ſæuiebat. Vocat etiam Reginam ad inuidiam, vt Martialis Neronem regem. Et certe illa regina multas excitauit Romæ tragœdias.

Charicles. *Valens.* *Eudemus.* *Cur Meſſalina regina dicta.*

Apicata vxor Seiani.

14 APICATAM.] Quæ miſera coniuctu vxor, & partu mater infœlix, quæq. victima fuit facinorum mariti. Nam eiecta domo & matrimonio ſpoliata, quot liberos peperit, tot ſub carnifice vidit: etiã, quod horteſcas, ſtupratam virgunculam ante annos & nece inſtante, idque a carnifice. Demum poſt detecta Seiani adulteria, & Liuiæ, ſibi mortem conſciuit. Dio lib. 58. Longe fœlicior morte, quam vita. Similis deſperatio infœlicis matris in marmore vetuſto apud Camertinos. *Caia Tibull. C. Sempronij, F. Mamerci neptis inferno Plotoni Tricorpori oxori chariſſimæ tricipitique Cerbero munus meum ferens, damnatam dedo animam, viuamque hoc me condo monumento, ne obrutis domo lapſa filijs ſex, quos P. Scipio patrijs Camertibus a ſalo & Libya incolumes petierat, in deſolata orbitate ſuperſim miſera. Vixi Anno L. M. I. Dieb. Horas ſcit nemo. Quietem poſteri ne inuideant. Qui ſecus, manes ſentiat iratos. Vale Vita. in Fronte. P. XX. in agr. P. XXXIX.* Simile autem pæne nomen Apicatæ in veteri Inſcriptione. *Picatia Theotenia mater C. Cornelio Habendo F. & ſibi.* Et vt notes, non vulgare nomen.

Victima facinorum mariti. *Fœlicior morte quam vita.*

15 LIBEROS.] Tiberium Gemellum videlicet, quem ſuſtulit Caius, & Iuliam Rubellij Blandi poſtea vxorem. De Tiberio Gemello Philo in Flaccum, ſcribit Flaccum audita morte Tiberij nepotis Caij conſortis, & a Caio intercempti adeo mœſtum fuiſſe, vt diu humi iacuerit & animi deliquium paſſus fuerit.

Commendata beneuolẽtia in liberos fratris.

Interim anni principio Druſus ex Germanici liberis [1] togam virilem ſumſit. quæque fratri eius Neroni decreuerat Senatus, repetita. addidit orationem Cæſar multa cum laude filij ſui, quo patria beneuolentia in fratris liberos foret. Nam Druſus (quanquam arduum ſit [2] eodem loci potentiam & concordiam eſſe) æquus adoleſcentibus, aut certe non aduerſus habebatur. Exin vetus & ſæpe ſimulatum proficiſcendi in prouincias conſilium refertur. Multitudinem veteranorum prætexebat imperator, & delectibus ſupplendos exercitus. Nam voluntarium militem deeſſe. ac ſi ſuppeditet, non eadem virtute ac modeſtia agere: quia plerunque inopes ac vagi ſponte militiam ſumant. Percenſuitque curſim numerum legionum, & quas prouicias tutarentur. Quod mihi quoque exequendum reor, quæ [3] tum Romana copia in armis, qui ſocij reges, quanto ſit [4] anguſtius imperitatum.

Concordia & potentia eodem loci rara.

Quæ copia Romanorum in armis.

Bullati pueri.

1 TOGAM VIRILEM SVMPSIT.] Pueri Romani, in pueritia bullam ferebant. Vnde Poeta.

Bullatis pueris nec iam cantantur Ephebi.

Prætextati.

Etiam prætextam: vnde prætextati dicti. Catullus.

Euge prætextate puerule.

Prætexta purpurea.

Quæ prætexta pupurea erat. Sic enim Perſius Satyra 5.

Cum primum pauido cuſtos mihi purpura ceſſit.

Et ſacra erat veſtis: quippe Quintilianus declamat. 340. ait, *Sacrum prætextarum quo ſacerdotes velantur, quo magiſtratus, quo infirmitatem pueritiæ ſacram facimus, ac venerabilem.* At vbi pubertatem attigiſſent, bullas ſuſpendebant laribus. Quod notat Horatius, prætextam relinquebant, & togas ſumebant. ac tunc Veſticipes dicebantur. Apul. Apolog. 2. *Inueſtem a nobis accepiſti: veſticipem illico reddidiſti.* Et deuirginati dicti. Nonius ex Varrone in verbo *virgines. Puer vtrum eſſet deuirginatus.* Quo verbo vſus eſt Iuriſconſultus L. vlt. de off. præf. vt Petron. Arbiter in Satyr. & in Canone. Sacra ſcriptura dicit in virginibus *frangere mammas.* Ezechiel. 22. *fractæ ſunt mammæ pubertatis eius.* Lucillius de illa ætate hoc verſu:

Inde porectato, (id eſt ephebo) chlamydes ac barbula prima.

Toga virilis pura.

Erat autem illa toga pura, id eſt nullis limbis

bis aſſuta, diuerſa a puerorum veſte. Sic Cicero ad Attic. 5. epiſt. Saturnalibus. *Ego cum Laodiceam venero, Quinto ſororis tuæ filio, togam puram iubebo dari*. Et Catullus ad Manlium.

Tempore quo primum veſtis mihi tradita pura eſt,
Iucundum cum ætas florida ver ageret.

Gellius lib. 18. ca. 4. *Cum iam adoleſcentuli Romæ, prætextam & puerilem togam mutaremus, magiſtroſque tunc noſmetipſis exploratiores quæreremus.* Prudentius Καθημερ.

Ætas prima crepantibus
Fleuit ſub ferulis; mox docuit toga
Infectum vitiis, falſa loqui non ſine crimine.

Correcta.

Dicebatur *recta*, a recto filorum textu. Plinius lib. 8. cap. 48. *Prima*, inquit, *texuit rectam tunicam.* Loquitur autem de Caia Cæcilia, ſeu Tanaquile.

Libera toga dicta.

Dicebatur aliquando *libera toga*, quod Liberalibus feriis daretur. Ouidius in Faſtis.

Siue quod es Liber, veſtis quoque libera per te
Sumitur, & vitæ liberioris iter.

Virilis toga.

Nam cuſtodia ſoluebantur pueri. *Virilis* etiam *toga*, vt heic, & Ciceroni pro Seſtio his verbis. *Cui ſuperior annus virilem patris, & prætextam populi iudicio, togam dederit.*

Cur virilis toga dicta.

Sic Tacitus heic *virilem* vocat, quia virilem ætatem ingredientibus dabatur. Et capiebatur non ante annum 14. vt ſupra de Nerone filio Germanici. Tamen interdum anno 15. vt M. Aurelius Imperator. Interdum 16. vt M. Cicero, & Ciceronis filius, & Auguſtus, vt ait Suetonius cap. 8. in Auguſto. Interdum anno 17. quia, vt aiunt Iuriſconſulti, pueritia finitur anno 17. Interdum 18. vt Galba Imperator. Et interdum 19. vt Caligula.

Toga virilis alba.

Erat autem alba illa toga. nam Perſius Sat. 5.

Permiſit ſparſiſſe oculos iam candidus vmbo.

Et Papinius 5. Syluar.

—— albentique humeros induxit amictu.

Illa ſumpta ducti in Capitolium.

Sic ergo toga virili induti, ducebantur in Capitolium, gratias Diis acturi. Sic Claudius, *Togæ virilis die, circa mediam noctem, ſine ſolemni officio, lectica in Capitolium latus eſt.* Suetonius in Claud. cap. 2. Et Carbo eo die quo in Capitolium virili toga ſumpta ductus eſt, eodem die hoſtem patris ante Quirites accuſauit.

Mores hominũ aliquando a veſte pura accuſati.

Inde mores hominum aut boni aut mali ſpeculabantur, quos a pura toga aut laudabant, aut accuſabant; id eſt a prima iuuenta, ad reliquos vitæ annos. Firmat hoc Cicero 7. ad Attic. Epiſt. *Quid opus. Habebamus*, inquit, *in manibus, Antonij concionem habitam 10. Calend. Ianuar. in qua erat accuſatio Pompeij vſque a toga pura.*

Veſticipes per annum ſub toga manum continebant.

Illa autem ſumpta, veſticipes anno integro modeſtiæ cauſa, manum ſub toga continebant, nec in humerum togam regerebant. Quod innuit Cicero pro Cælio. *Nobis*, inquit, *olim annus ad cohibendum brachium toga conſtitutus.*

Virgines etiam vt adoleſcentes.

Quod etiam virgines faciebant, vt Tertullianus me docuit libro de virgin. vel.

Tertullianus correctus.

nam vbi diſcernit nuptam a virgine, ait, *nuptam pallium extrinſecus iactare*, id eſt in humerũ. *Iam*, inquit, *conſilium formæ a ſpectaculo petunt, & faciem moroſiorem lauacro macerant; forſitan etiam aliquo medicamine interpolant, pallium extrinſecus iactant, calceum ſtipant multiformem, plus inſtrumenti ad balneas deferunt.* Quintil. lib. 2. cap. 3. *Geſtu neceſſe eſt vſos eos. alio, quorum brachium, ſicut Græcorum, veſte continebatur.* Et eodem loco.

Toga pura virgines & tyrones induti.

Toga pura tyrones induuntur, nouæque nuptæ. Inde *tyrocinium* dictus ille dies, quo virilem ſumebant togam. Ouidius in Faſtis.

Ergo vt tyronum celebrare frequentia poſſit,
Viſa dies dandæ non aliena togæ.

Poſt annum primum deducebantur in forum ad cauſas centumuirales, ſed etiam aliquo ex ſenibus eos producente, ne quid irreuerenter & temere facerent. nam Plinius 2. epiſtola *Verum. Ante memoriam meam (ſi ita maiores natu ſolebãt dicere) ne nobiliſſimis quidem adoleſcentibus locus erat, niſi aliquo conſulari producente, Tanta veneratione pulcherrimum opus colebatur. nunc refractis pudoris & reuerentiæ clauſtris, omnia patent omnibus; nec inducuntur, ſed irrũpunt.*

Forma apud Germanos ſumendi virilis habitus.

Apud Germanos formam ſumendæ virilis togæ, noſter deſcribit, prorſus virilem. de morib. German. *In ipſo concilio, vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus, ſcuto frameaque iuuenem ornant. hæc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos.* Dignus Germanis habitus. nam in armis adoleſcunt, in armis ſeneſcunt & moriuntur. Non omitto in honorem togæ virilis adeptæ vouiſſe quid libertos dominis. Nam ita vetus inſcriptio. L. RAGONIO. L. F. POP. VRMATIO. TVSCENIO. QVINTIANO. DOMINO. AD. HONOREM. TOGÆ. VIRILIS. OFFELIVS. SERV. ARK. puto, *arcarius* qui arcas cuſtodit, & is eſt qui *capſarius* etiam dicitur. Sed pergimus ad reliqua.

2 EODEM LOCI POTENTIAM ET CONCORDIAM ESSE.] Quod rarum.

Concordia & potentia rara comites.

Tacitus lib. 6. *Nihil abnuentem dum dominationis ius apiſceretur*, ita legendum. Deinde *Regni cupido*, ait noſter Annal. 12. *fratre & filia potior.* Et idem 13. *Antiquas fratrum diſcordias, inſociabile regnum exiſtimantes.* Silius lib. 16. ni fallor.

Pro ſceptro armatis committunt prælia dextris.

Nam, vt ait Papinius 2. Theb.

—— dulcis amor regni, blandumque poteſtas.

In eodem thoro maieſtas, & concordia nunquam accubuere. Ac ne eodem rogo poſt mortem. Teſtis Polynicis & Eteoclis communis rogus. de quo Ouid. in Ibim.

Et noua fraterno veniet diſcordia fumo,
Quem vetus accenſa ſeparat ira pyra.

3 TVM ROMANA COPIA.] Lego, & lubenter lego, *Quæ tum Romana copia in armis.* quod expreſſit verſu Claudianus in Epithalam. Palladij.

—— quæ Sarmaticis cuſtodia ripis,
Quæ ſæuis obiecta Getis, quæ Saxona frenat,
Vel Scotum regio, quantum cinxere cohortes
Oceanum, quanto pacatur milite Rhenus.

Marcellus refert *Copem* dici pro *Copioſo*. Plautus in Pſeudolo.

Me glorioſum faciam & copi pectore.

Et Pacuuius in Peribœa:

O multimodis vane dubiũ & proſperũ copem diem.

Pro copioſo. Copia autem pro abundantia.

4 ANGVSTIVS IMPERITATVM.] Nam ſub Auguſto Horatius 4. Car. 15.

—— veteres reuocauit artes,
Per quas Latinum nomen & Italæ

Creuere vires: famaque & imperi
Porrecta maieſtas ad ortum
Solis, ab Heſperio cubili.

Poſtea vero anguſtius imperitatum fuit. Nam ad inſtar ædificij ſua vi cadentis tota illa & vaſta compages dominationis poſtea ſubruit, niſi quod ſub Traiano paulum reualuit & amplior facta eſt.

[1] Italiam [2] vtroque mari duæ claſſes, [3] Miſenum apud, & Rauennam, proximumque [4] Galliæ littus roſtratæ naues præſidebant, quas Actiaca victoria captas Auguſtus in oppidum Foroiulienſe miſerat valido cum remige. Sed præcipuum robur Rhenum iuxta, commune in Germanos Galloſque ſubſidium, octo legiones erant. [5] Hiſpaniæ recens perdomitæ tribus habebantur. [6] Mauros Iuba rex acceperat, donum populi Rom. Cætera Africæ per duas legiones, parique numero Ægyptus: [7] dehinc * initio ab Suria vſque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum ſinu ambitur, quatuor legionibus coercitum, [8] * accolis [9] Hibero, Albanoque, & aliis regibus, qui magnitudine noſtra proteguntur aduerſum externa imperia, & Thraciam, Rhœmetalces, ac liberi Cotyis: ripamque Danubij, legionum duæ in Pannonia, duæ in [10] Mœſia attinebant: totidem apud Dalmatiam locatis, quæ poſitu regionis a tergo illis, ac, ſi repentinum auxilium Italia poſceret, haud procul accirentur: quanquam inſideret vrbem proprius miles, tres vrbanæ, nouem prætoriæ cohortes, [11] Etruria ferme [12] Vmbriaque delectæ, aut [13] vetere Latio, & [14] colonis antiquitus Romanis. At [15] apud idonea prouinciarum ſociæ triremes, alæque & auxilia cohortium: neque multo ſecus in iis virium: ſed perſequi incertum [16] fuit: cum ex vſu temporis huc illuc mearent, gliſcerent numero, & aliquando minuerentur.

* initio

* a Colchis.

1 Italiam.] De qua ita Plinius lib. 3. cap. 5. magnifice, & vere. *Nec ignoro ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito, ſi breuiter, atque in tranſcurſu ad hunc modum dicatur terra omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine Deum electa, quæ cælum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum diſcordes feraſque linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret: breuiterque vna omnium gentium patria fieret.* Sic Rutilius in Itinerario.

Italiam rerum dominam qui cingere viſu,
Et totam pariter cernere mente velit;
Inueniet quernæ ſimilem procedere frondi,
Artatam laterum conueniente ſinu.

Virg. 2. Georg.

Sed neque Medorum ſiluæ, ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, nec Indi,
Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

Fœlix terra orbis Imperio; fœlicior, Chriſtianitatis magno ſacerdotio. Nam *quod non ſubdidit armis, tenet religione & pietate. quo vinculo nil fortius & ſtrictius.* Quod ſcripſit D. Paulinus.

Italia fœlix Imperio; fœlix, ſacerdotio Chriſtianitatis.

2 Vtroqve mari.] De quo Rutilius.

In Latium variis damnoſa anfractibus intrat
Tyrrheni rabies, Hadriacique ſali.

Nam vtroque mari intercluditur; vnde illi tot commoda. Sic Arabia Perſico ſinu & freto rubro circundata reddit imaginem Italiæ dominæ orbis, cuius lucra ingentia ex duorum marium concurſu.

Italia vtroque mari ſupero & infero cluditur.

3 Misenvm.] Qui mons, & portus, de quo Virgilius 6. Æn. & Silius 12.

Nec non Miſenum ſeruantem Idæa ſepulchro
Nomina, & Herculeos videt ipſo in limine Baulos.

4 Galliæ littvs.] Narbonenſis ſcilicet. nam tota illa pars Galliarum, Narbonenſis dicta, a *Narbo Martio colonia: agrorum cultu, virorum, morumque dignatione, amplitudine opum, nulli prouinciarum poſtferenda.* Plinius lib. 3. cap. 4.

Vnde Narbonenſis prouincia.

Et eius laus.

5 Hispaniæ recens perdomitæ.] Intelligit de Cantabris Hiſpaniæ populis ferociſſimis, ab Auguſto domitis recenter. Horatius.

Cantabri pars Hiſpaniæ.

Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra.

Hodie vocamus *Biſcains*. Gens docta ferre Soles & Aquilones, famemque, & quidquid diri Mars vehit. Addo quod ingenioſa & pugnax magniſque virtutibus clara. Sed quid ait, *recens perdomitæ?* cum longe ante de domita Hiſpania alij triumpharint, vt Pompeius? Reſpondet Liuius his verbis. *Hiſpania prima Romanis initia prouinciarum, poſtrema omnium noſtra demum ætate ductu auſpicioque Auguſti Cæſaris perdomita eſt.* libro 28. Id eſt ad extremum domita. nam aliæ partes longe ante, & pars legionum ad continentem Hiſpaniam in Gadibus, & apud Tarteſſum. nam vt ait Salluſtius, *Tarteſſus Hiſpaniæ ciuitas, quam nunc Tyrij mutato nomine, Gadir habent.* nos hodie dicimus *Cadix*, itinerum laborumque Herculis

Martia gens.

culis vltimum ſolum. Horat. 2. Odar.

Septimi Gades aditure mecum.

Et hodie non longe a Tarteſſo monte. Nam Gibaltar eſt mons Tarteſſus.

6 Mavros Ivba rex acceperat donvm P. R.] Filius Iubæ, cuius pater victus a Iulio Cæſare in Africa cum Petreio, poſt epulas lautiores, concidit mutuis vulneribus, manu Petreij acceptis. Euaſit is filius in Regem magnum & eruditum; ita ludente fortuna in rebus humanis. imo ita Deo volente. Et citantur eius libri ſæpe a Plinio in Indice, de quo libri 5. cap. 1. ita ſcribit. *Iuba Ptolomæi pater, qui prius vtrique Mauritaniæ imperauit, ſtudiorum claritate memorabilior, etiam quam regno, ſcripſit de expeditione Arabica, volumina dicata C. Cæſari*, inquit idem lib. 6. cap. 28. Accipe tamen Caium Cæſarem, non Caligulam, ſed Caium filium M. Agrippæ, & Iuliæ filiæ Auguſti, quem Auguſtus adoptauerat. Sic enim Plinius 6. cap. 27. Præmiſit (loquitur de Dionyſio) *ad commentanda omnia in Orientem D. Auguſtus ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicaſque res maiore filio.* Et lib. 12. cap. 14. *Iuba rex iis voluminibus quæ ſcripſit ad C. Cæſarem Auguſti filium ardentem fama Arabiæ.*

Iuba pater. Iuba filius. Ille victus a Iulio Cæſare vulneribus mutuis concidit cum Petreio. Iſte captiuus & in triumphum ductus, & regno reſtitutus euaſit in magnum regem. Plus ille ſcientia profuit, quam potentia. Vtrimque magnus.

7 Dehinc initio ab Svria.] Lego, *inito ab Suria.* id eſt ſi inieris ab Suria. Nam noſter ſæpe *inire* verbo vtitur. Et eſt vetus loquendi forma apud Latinos tracta ab Hebræis. nam Reg. 1. cap. 15. *Percuſſitque Saul Amelech ab Heuilla donec venias ad Sur quæ eſt e regione Ægypti.* Et Gregorius Turonenſis lib. 5. hiſt. Francorum. *Tunc inito placito ad Baſilicam Martyris ſancti conueniunt.*

Tacitus correctus.

8 Accolis.] Legendum, *ac cum Colchis, Ibero, Albanoque.* nam hi tres populi vicini ſunt, & a Ptolomæo & Strabone lib. 10. aliiſque Geographis vna numerantur in tractu Caucaſi; & ideo *Caucaſiæ nationes* dictæ. Oroſius 1. hiſt. *Caucaſus inter Colchos & Albanos.* Noſter libro 6. Annal. vbi de Albanis & Iberis, ſtatim *Colchorum* meminit, his verbis. *Nam Iberi Albanique ſtatuoſos locos incolentes duritiæ patientiæque magis inſueuere.* Mox addit. *Vacuoſque Colchos repetiuit.* Claudianus 1. de laud. Stilic.

-- miſtis heic Colchus Iberis,
Heic mitra velatus Arabs.

Legebam ante, *ac cum illis*, pro *accolis*, quod etat ſcriptum, ſed ad poſteriores meditationes magis inclino. Plinius de vir. illuſtr. vbi de Pompeio, *Colchos* recenſet, *Heniochos, Caſpios, Iberos*, de quo infra dicam vna ſerie. Et Ptolomæus ait Colchos habere ab ortu Iberiam & Albiam vſque in Caſpium. Plin. Nat. hiſt. li. 6. poſt deſcriptam Colchorum regionem incipit cap. 10. *Planitiem omnem a Cyro vſque Albanorum gens tenet, mox Iberum. Vltra ſunt Colchicæ ſolitudines.* auroque & argēto & minio Colchidem dicit eſſe fœcundiſſimam. inde Aurei velleris fabula. Ita cape Hor. in Epod. vbi de Canidia.

Herbaſque quas Iolchos atque Iberia.

Vbi lego.

Herbaſque quas & Colchos atque Iberia
Mittit venenorum ferax.

Nam vicina Colchidi Iberia: Et hi populi vicini inter Pontum & mare Caſpium non longe a Phaſi flumine. Agathias hæc perſequitur graphice, aitque Lazos olim Colchicos dictos, quorum maximum fuit his temporibus imperium. & fuit Ægyptiorum colonia. Nam cum Seſoſtris totam Aſiam ſubegiſſet, aliquam exercitus ſui partem ibi reliquit. Iberus autem & Albanus Syria & Euphrate non intercluduntur; ſed populi ſunt inter Euxinum & Hyrcanum mare.

9 Hibero.] Ruffinus 10. cap. ſuæ hiſtoriæ. *Iberorum gens quæ ſub axe Pontico iacet.* Et ab iſtis Hiberis Ponti vicinis, orti Hiberi Hiſpaniæ populi, inquit Plinius lib. 3. c. 1. Et Philo Iudæus, vbi de Caligula Imperio Romano potiunte, & copias eius oſtendente. *Pedeſtres*, ait, *equeſtreſque & nauales copias reditus affluentes, tanquam e fonte perpetuo poteſtatem in partes præcipuas orbis eius, qui proprie habitabilis dicitur, duobus finitis fluminibus Euphrate Rhenoque; hoc diſiungente Germaniam & feroces nationes, illo Parthiam Sarmaticaſque gentes ac Scythicas, nihilominus mitiores Germanicis.* At Hiberi a Scythis non longe, qui hodie Georgiani a nobis dicti, non a terræ cultu, vt autumant, ſed quod D. Georgius Cappadox eques his partibus valde enituerit. Nam Georgiorum nomen, nouum nomen.

10 Moesia.] Claudianus de laud. Stilicon. 1.

—— quis enim Myſos in plauſtra feroces
Repplulit, aut ſæua Proponti cæde tumentes
Baſternos vna potuit delere ruina?

Myſi feroces. Qui in plauſtris.

Florus. *Myſi, quam feri, quam truces fuerint, quam ipſorum etiam barbari barbarorum, horribile dictu eſt. Vnus ducum ante aciem poſtulato ſilentio: Qui vos, inquit, eſtis? reſponſum inuicem, Romani gentium domini. Et ille, Ita, inquiunt, fiet, ſi vos viceritis. Accipit omen Craſſus.* Myſi autem ſunt Getæ, quos Salluſtius dicit a Lucullo eſſe ſuperatos. Et illorum memor fuit Homerus lib. 24. Iliadis, a quibus Priamum narrat donatum mulis ſubiugalibus & vngulis maxime præſtantibus & validis, quos vocat κρατερώνυχας ἐντεσιεργούς. *Enſiferos* idem poeta appellat & *pugnantes cominus armis.* Iliados 1.

Myſorum interrogatio a Romanis elegans. Reſponſio eadem.

11 Etrvria.] *Cæleſtium prodigiorum perita*, inquit Liuius libro 1. Et Cæcinna ſcripſit de Etruſca diſciplina. Plinius in Indice lib. 3. *A ſacrifico autem ritu lingua Græcorum, Tuſcia nominata eſt.* Idem Plin. lib. 3. cap. 5. Penes Etruſcos olim imperium latum; nam, vt inquit idem Liuius, *terra marique eorum opes patuere.* libro 5. Ideo poeta vbi de Mantua, 10. Æn.

Ipſa caput populis: Tuſco de ſanguine vires.

Etruria prodigiorum perita. Thuſcia a ſacrifico ritu. Latium olim Thuſcorum Imperium.

12 Vmbriaqve.] Vmbrorum gens Italiæ antiquiſſima; ſed ab Etruſcis victa & diſpoliata. nam ſcripſit Plinius Vmbrorum trecenta oppida ab iis diruta: Et ab Vmbro fluuio, dictos Vmbros opinor. hi computabant diem a meridie in meridiem. Et ita Silius libro 8. de eorum ſitu.

—— canis venientes montibus Vmbri.

Id eſt, a montibus niue albicantibus.

Qui Vmbri. Victi ab Etruſcis. Dicti ab Vmbro flauio.

13 Vetere Latio.] Sic dictum, quod in eo Saturnus latuiſſet. Virgilius 8. Æn.

—— Latiumque vocari
Maluit; his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Cur Latium dictum.

Car recte Colonijs.

14 Colonis.] Legunt recte *Colonijs*. nam ita ſcriptum erat, *ColonIs*. Et hic erat ſcribendi modus. Sic Verrius ex Afranio.

Is (pro *iis*) *pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Pœni.*

Et in verbo *Supernali*. Idem in verbo, *Nouæ curiæ. Res diuinæ fiunt in veteribus curIs*, id eſt *curiis*. nam tum non geminabatur, vt dixi. Sic ex Pomponio in Adelphis citat.

Di te perdant, Antipho, quia vnde hoc vnguentum ſit quæris;
Atqui lepidum vnde vnguentum, niſi ex Seplaſia?

Et Ennius *DIs dicatum* pro *Diis*, in verbo, *ſacroſanctum*. Idem Verrius Flaccus in verbo *Satura. Lex tis alis rebus conferta*. pro *Lex ex multis aliis rebus confecta*. Quæ, licet minutula, ſi non intelligas, fruſtra vetuſtos authores Romanos legas.

15 Apvd idonea provinciarvm.] Id eſt apud prouincias, quæ loco & ſitu idoneæ triremibus erant.

16 Fvit.] Pro *fuerit*; quia abbreuiatura eſt mera.

Abbreuiatura quæ irrupit in textum.

[1] Congruens crediderim recenſere cæteras quoque Reip. partes, quibus modis ad eam diem habitæ ſint: quando Tiberio mutati in deterius principatus initium ille annus attulit. Iam primum publica negotia, & priuatorum maxima apud patres tractabantur: dabaturque primoribus diſſerere, & in adulationem lapſos cohibebat ipſe. Mandabatque honores, nobilitatem maiorum, claritudinem militiæ, inluſtres domi artes ſpectando, vt ſatis conſtaret, non alios potiores fuiſſe. Sua conſulibus, ſua prætoribus ſpecies. Minorum quoque magiſtratuum [2] exercita poteſtas, legeſque, ſi maieſtatis quæſtio eximeretur, bono in vſu. At frumenta, & pecuniæ vectigales, [3] cætera publicorum fructuum, ſocietatibus equitum Romanorum agitabantur. Res ſuas Cæſar [4] ſpectatiſſimo cuique, quibuſdam ignotis, ex fama mandabat: [5] ſemelque adſumpti tenebantur, prorſus ſine modo, cum plerique iiſdem negotiis [6] inſeneſcerent. Plebes acri quidem annona fatigabatur. Sed nulla in eo culpa ex principe. Quin infœcũditati terrarum aut aſperis maris obuiam iit, quantum impendio, diligentiaque poterat. & ne prouinciæ nouis oneribus turbarentur, vtque vetera ſine auaritia aut crudelitate magiſtratuum tolerarent, prouidebat. corporum verbera, ademptiones bonorum aberant. Rari per Italiam Cæſaris agri, [7] modeſta ſeruitia, intra paucos libertos domus: ac ſi quando cum priuatis diſceptaret, forum & ius.

Romani ſtatus tabulæ.
Tam pace.
Quam bello.
Tiberij de Imperio curæ.
Domus Imperatoris modeſtis ornata ſeruitiis.

Congruens verbum authoribus vſitatum.

1 Congrvens.] Sic noſter lib. 1. Sic Apuleius Apolog. 2. *Ne quid auribus tuis & doctrinæ tuæ congruens reticuerim*. Et idem lib. 7. Metam. *Eſt enim congruens tuis conatibus, contra noxiam conſcientiam ſeruare ſecuritatem.* Plinius Iunior lib. 4. epiſt. *Cauſæ negant congruens eſſe.* Et idem li. 10. de Iſelaticis. *Aiũt enim congruẽs eſſe.* Iuriſconſultus in L. obſeruare. de offic. præf. & leg. Dixit etiam *congruens*. noſter, non modo *congruens*, ſed *congruentius* ſcribit, vt libro 2. *congruentius his Interamnates diſſeruere.* Et hæc omnia congrue, & apte ex Latina lingua.

Eductus, pro educatus.

2 Exercita.] Pro *exercitata*, vt apud Plautum, *eductus*, pro *educatus*, in Milite.

O lepidum ſenem, ſi quas memorat virtutes, habet;
Atque equidem plane eductũ in nutricatu Venereo.

Exercitus, pro exercitatus.

Immo & *exercitus*, pro *exercitatus*. Idem in prologo Mercatoris.

Multo opere immundo ruſtico ſe exercitum.

Agri fructuarij.

3 Cætera pvblicorvm frvctvvm.] Sic *agros fructuarios* vocat Cælius familiar. Cicer. epiſt. 8. epiſt. *Sic tu.*

Officium boni principis, commendatos fide & probitate rebus præponere.

4 Spectatissimo cviqve ignotis ex fama mandabat.] Id eſt, ſibi incognitis, ſed ex fama notis, res ſuas gerendas dabat Tiberius, ſi probitatis eſſent perſpectæ. Nam viros probos fama aperit, vel in terræ cauis.

Tenebantur, pro retinebantur.

5 Semelqve adsvmpti tenebantvr.] Pro *retinebantur*; vt apud Symmach. de Baſil. trad. *Illa ara, concordiam tenet omnium; illa ara, fidem connectit ſingulorum.* Noſter ita ſcribit 1. Annal. de Piſone: *Vt abeuntium precibus, vel authoritate teneretur.* id eſt retineretur. Et quod heic de Tiberio narrat, egregium factu eſt in regendis imperiis. nam magiſtratuum mutatio, frequens eſt ciuium vexatio & Reip. diſtractio.

Magiſtratuum diuturnitas vtilis Reip.

6 Insenescerent.] Nec tantum in rebus principis, ſed & in rebus Reip. quibus adſciti ſemel, nunquam reuocabantur. Suetonius & Tacitus.

Modeſtia ſeruorum Domitiani; ſi vera eſt.

7 Modesta servitia.] Martialis de Domitiano; ſed vereor ne adulatorie lib. 9. epigram. 81.

Oderat ante ducum famulos turbamque minorem,
Et Palatinum Roma ſupercilium:
At nunc, tantus amor, cunctis, Auguſte, tuorum,
Vt ſit cuique ſuæ cura ſecunda domus.
Tam placidæ mentes, tanta eſt reuerentia noſtri,
Tam pacata quies, tantus in ore pudor:

Nemo

Nemo ſuos (hæc eſt aulæ natura potentis)
Sed domini mores, Cæſarianus habet.

Idem Martialis de impotentia libertorum Cæſaris, libro 1. epigram. 32.

Vexat ſæpe meum Patrobas confinis agellum:
Contra libertum Cæſaris ire times.

Tamen Patrobum, non Patrobam vocat Tacitus libro 1. hiſtor. Huius autem nominis fuit Chriſtianus quidam nominatus a D. Paulo epiſtola ad Romanos. *Salutate*, ait, *Aſyncritum, Phlegontem, Hermem, Patrobam.* & fortaſſis idem eſt, nam a Nerone ad Domitianum non longa ætas, & D. Paulus cecidit ſub Nerone. Plinius libri 19. cap. 6. *Fama eſt equeſtris ordinis reum, ex procuratione, a Tiberio principe accerſitum, in ſumma deſperatione, ſucco porri ad trium denariorum argenteorum pondus, hauſto, confeſtim expiraſſe ſine cruciatu.* Ita Tiberius, ſua compeſcebat ſeruitia, & ſeruitiorum magiſtros ſuos procuratores, quod eſt principum exemplar non leue. Et laudat Plinius in Grat. actione. Noſter in vita Agricolæ eleganter. *Cæterum animorum prouinciæ prudens ſimulque doctus per aliena experimenta parum profici armis ſi iniuriæ ſequerentur, cauſas bellorum ſtatuit exſcindere a ſe ſuiſq. orſus: primũ domũ ſuam coercuit, quod pleriſq. haud minus arduum eſt quam prouinciã regere. Nihil per libertos ſeruoſque publicæ rei, non ſtudiis priuatis, nec ex cõmendatione aut precibus centuriarũ milites aſcire, ſed optimum quẽque fideliſſimũ putare: omnia ſcire, non omnia exequi.* Et ſane ex Catonis documẽtis illud eſt: *Familia ne mala ſit laborandum eſt.*

Pulcherrimum Tiberij exemplum in procuratorem ſuum.

Quæ cuncta non quidem [1] comi via, ſed horridus ac plerunque formidatus, retinebat tamen, donec morte Druſi verterentur. Nam dum ſuperfuit, manſere: quia Seianus incipiente adhuc potentia, bonis conſiliis noteſcere volebat, & vltor metuebatur, non occultus odiis, & crebro querens *incolumi filio adiutorem imperij alium vocari, & quantum ſupereſſe vt collega dicatur? Primas dominandi ſpes in arduo; vbi ſis ingreſſus, adeſſe ſtudia & miniſtros: extructa iam ſponte præfecti caſtra, datos in manum milites: cerni effigiem eius in monumentis Gn. Pompeij: communes illi cum familia Druſorum fore nepotes:* [2] *precandam poſt hæc modeſtiam, vt contentus eſſet.* Neque raro, neque apud paucos talia iaciebat; & ſecreta quoque eius corrupta vxore prodebantur. Igitur Seianus maturandum ratus, deligit venenum, quo paulatim inrepente, fortuitus morbus adſimilaretur. Id Druſo datum per Lygdum ſpadonem, vt octo poſt annos cognitum eſt. Cæterum Tiberius per omnes valitudinis eius dies, nullo metu, [3] an vt firmitudinem animi oſtentaret? etiam defuncto, necdum ſepulto [4] curiam ingreſſus eſt, conſuleſque ſede vulgari per ſpeciem mœſtitiæ ſedentes, honoris, locique admonuit, & effuſum in lacrymas ſenatum, victo gemitu, ſimul oratione continua erexit.

Vnius principis mors multa vertit in Rep.

Primæ dominandi ſpes in arduo.

At ingreſſis multa ſtudia.

Druſus veneno tentatus.

Tiberius in Senatum venit amiſſo filio.

1 COMI VIA, SED HORRIDVS.] Id eſt ciuiliter & honeſte, ſed cum aſperitate. Inde illud carmen in Tiberium.

Aſper, & immitis: breuiter vis omnia dicam?
Diſpeream, ſi te mater amare poteſt.

Sed longe melius & auguſtius, Titus Veſpaſianus apud Suetonium cap. 8. *Non oportere quemquam a ſermone principis triſtem diſcedere.*

Mores Tiberij.

2 PRECANDAM MODESTIAM.] Sic ex neceſſitate ſibi Deos & Deas fingebant, vt in Seneca 1. Controu. Controu. 7. *Adde, Pietas, ſi ſancte vixi, & innocenter.* Terent. in Hecyra.

Metuo ne Philumelæ magis morbus aggraueſcat;
Quod te Æſculapi, & te Salus, ne quid ſit huius oro.

Sic Horat. ode 4. lib. 5.

Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas.

Et noſter ſupra, *Experiretur Clementiam Romanam.* Sed hæc numina, palearum ſunt culmina, quæ ſine firmitudine, ſine ope, ſine commodo. Vnicum enim tutamen DEVS.

Dij ficti & facti ex neceſſitate.

3. AN VT FIRMITVDINEM.] Lego interrogando. Sic Liuiam hortatur Pedo poſt tumulatum Druſum filium.

Princeps ſit fortis.

Alta mane, ſupraque tuos exurge dolores,
Infragilemque animum quo potes vſque tene.

Quod eſt principis virtus & gloria.

4 CVRIAM INGRESSVS EST.] Quod arguit ingentes animos. nam, vt ait idem Pedo ad Liuiam.

— facile eſt, quamuis hoc contigit, omnes
Alterius luctu grandia verba loqui.

Sed in ſuo dolore difficile; vt heic Tiberius. Seneca Suaſor. 2. idem dicit de Potamone. Qui locus, quia deprauatus eſt, exſcribetur. *Potamon*, inquit, *magnus fuit declamator Mitylenis, qui eodem tempore viguit, quo Leſbootes magni nominis, & nomini reſpondentis ingenij: in quibus quanta fuerit animorum diuerſitas in ſimili fortuna, puto vobis indicandum; multo magis, quia ad vitam pertinet, quam ſi ad eloquentiam pertineret: vtrique filius iiſdem diebus deceſſit. Leſbootes ſcholam ſoluit, nemo vnquam ampliore animo ſe geſſit. Potamon a funere filij, contulit ſe in ſcholam.* Sed quid ait, *ampliore animo ſe geſſit?* nam ſcriptura contra mentem Senecæ eſt, & contra veritatem rei. Lego, *nemo vnquam puſilliore animo ſe geſſit.* nam ſcriptum pſiliore, & ex vl-

Potamon & Leſbootes duo nobiles declamatores.

Animi diuerſi. Ambo & iiſdẽ diebus filios perdidere.

Leſbootes ſcholam ſoluit.

Potamon a funere declamauit.

Seneca correctus.

tima ſyllaba verbi *vnquam*, & ex illo verbo *pſiliore*, finxerunt *ampliore*. Idem author, hanc mollitiem exprobrat Q. Haterio, de quo ſupra diximus. nam in præfat. lib. 4. *Haterium ſcio*, inquit, *tam imbecillo animo mortes filiorum tuliſſe, vt non tantum recenti dolori cederet, ſed veteris & oblitterati memoriam ſuſtinere non poſſet.* Hæc cum ſcriberem, de obitu duarum filiarum mihi renuntiatum eſt: Quo perculſus cum dolori & naturæ ſua iura ſoluiſſem, libuit tituli, & tumuli vice hæc ſcripſiſſe; quod ne ſit ingratum, rogo te lector.

Haterius vecors.

D. O. M.

SPARGE FLOSCVLOS, VIATOR, VIRGVNCVLARVM DOLCIBVS EXOVIIS, ET DA ROSAS ROSIS. VERNABANT NVPER TERRIS GEMINÆ SORORES, CEV DVO LILIA ALBENTIA INTER POMETA CVRIORVM, AVT ROSETA FABRICIORVM DOMVS. VNO CAVLE SVRGEBANT, VNO COLORE FVLGEBANT, VNO ODORE SPARGEBANT QVIDQVID DELICIARVM VER PARIT: VOLTV FLORIDÆ, CVLTV NITIDÆ, FORMA PRÆSTANTES, INGENIO NON INELEGANTES: AMBÆ PARENTVM AMOR ET VOLVPTAS. SED, O NEQVITIAS FATI CRVDELES! MORS VOLTVRIA ET PRÆDATRIX TENELLOS ISTOS HVMANÆ MORTALITATIS FLORES CRVDOS ADHVC ET ADHVC SIGNATOS VIXQ. AMABILE DECVS EXPLICANTES, MILVINIS VNGVIBVS SVRPVIT DISRVPITQ. TRVCVLENTIVS. QVÆRIS NOMEN? GABRIELLA ADOLTIOR, MARGARETVLA INFANTIOR: HÆC LEPIDVLA, ET ACVTVLA, ET DICAX; ILLA QVIETVLA, ET BLANDVLA, ET PVDENS: VTRAQ. AD FRVGEM NATA, ET ALTA. AVRELIORVM FAMILIA HOS REIPVBLICÆ DEDERAT SORCVLOS, PROBIS OPTANDA, IMPROBIS HORRENDA, REIP. NON POENITENDA. CRESCEBANT PATERNA IN ÆDE CEV ALBENTES DVÆ VIOLÆ CATONVM IN HORTVLIS: ET ECCE, VT SVNT OMNIA IN CASV, RAPIDVS CIVILIVM BELLORVM VORTEX, HANC FAMILIAM TRAHIT, RAPIT, DISRVMPITQ. ET VARIAS SPARGIT IN ORBIS PARTES. PARVM SOAVITER, INQVIES, IMMO ASPERITER PLANE ET CRVDELITER. PATER RAPITVR IN BELGIVM, MARGARETVLA SYLVANECTVM, GABRIELLA HÆRET LVTETIÆ DESOLATÆ MATRIS IN AMPLEXIBVS: INDE SOLATIVM ET FRATRVM CONSORTIVM; SED QVOS ANGORES, QVAS INIVRIAS, QVAS TEMPORVM INTEMPERIAS NON PERTVLERE? CVMQ. IN VIRGVNCVLARVM MOLLIA PECTVSCVLA, AH! TOT IMPARIA VIOLENTIS INCVRSIBVS, TANTI MOLESTIARVM IMBRES NON GVTTATIM, SED TORRENTIVM IN MODVM AMPLITER ET CREBRITER, ET ACERBITER IMPLVERENT, NEC FACERENT MODVM, TANDEM TENERIORVM VIOLARVM INSTAR, QVÆ AVSTRALIVM NIMBORVM VNDOSOS POLSVS NON SVSTINENT, VTRAQ. CECIDIT FRACTA CAVLE, DETVRPATA FLORE, DETVRBATA CALICE, ET ODORE DISPOLIATA, PVRPVREISQ. ET NATIVIS NVDATA COLORIBVS. VIN' FACINORIS PONDVS? ETIAM RVPTO ORDINE NATVRÆ, QVOD GEMAS, ET SCELVS NOTES. NAM MARGARETVLA PRIOR, QVÆ TENERIOR; GABRIELLA POSTERIOR, QVÆ MATVRIOR; HÆC PLEVRESI, ILLA CONTAGIOSA FEBRE MORIVNTVR. O CALAMITOSOS FATORVM INSOLTVS; ETIAMNE MISEROS PARENTES SOPERASSE TAM CHARÆ SVBOLIS FVNERIBVS? AT SOPERSVNT ET INTREPIDI, SOPERFVTVRI ETIAM IMPIETATI, NEQVITIIS, ET FVRORIBVS, SI CHRISTVS VOLET. LVGENT ABLATAS, SED GAVDENT BEATAS, ET SPERANT RESVRRECTIONI DESTINATAS AD GLORIAM. VIATOR, QVIS SPERET DE VITA LONGIVS? EN INFANTES ET VIRGVNCVLÆ VIX VIVENTES MORIVNTVR. HABES MEA DAMNA; TV TVA CVRA COMMODA, ET ABI IN REM TVAM. VALE.

Non

Non quidem ſibi ignarum poſſe argui, quod tam recenti dolore ſubierit oculos ſenatus: vix propinquorum adloquia tolerari, vix diem aſpici a pleriſque lugentium; neque illos imbecillitatis damnandos; ſe tamen fortiora ſolatia e complexu Reipub. petiuiſſe. [1] miſeratuſque Auguſtæ extremam ſenectam, rudem adhuc nepotum, & vergentem ætatem ſuam, [2] vt Germanici liberi, vnica præſentium malorum leuamenta, inducerentur, petiuit. Egreſſi conſules firmatos alloquio adulcſcentulos, deductoſque ante Cæſarem ſtatuunt. Quibus adprehenſis, *Patres Conſcripti, hos,* inquit, *orbatos parente, tradidi patruo ipſorum, precatuſque ſum (quanquam eſſet illi propria ſuboles) ne ſecus quam ſuum ſanguinem foueret, ac tolleret,* [3] *ſibique & poſteris confirmaret. Erepto Druſo, preces ad vos conuerto, diiſque & patria coram obteſtor, Auguſti pronepotes, clariſſimis maioribus genitos ſuſcipite, regite, veſtram, meamque vicem explete. Hi vobis Nero & Druſe parentum loco: Ita nati eſtis, vt* [4] *bona malaque veſtra ad Remp. pertineant.* Magno ea fletu & mox [5] precationibus fauſtis audita. Ac ſi modum orationi poſuiſſet, miſericordia ſua, gloriaque animos audientium impleuerat. Ad vana & toties inriſa reuolutus, de reddenda Rep. vtque conſules ſeu quis alius regimen ſuſciperent, vero quoque & honeſto fidem dempſit. Memoriæ Druſi eadem quæ in Germanicum decernuntur, pleriſque additis, vt ferme amat poſterior adulatio. Funus imaginum pompa maxime inluſtre fuit, cum origo Iuliæ gentis Æneas, omneſque Albanorum reges, & conditor vrbis Romulus, poſt Sabina nobilitas, [6] Appius Claudius, cæteræque Claudiorum effigies longo ordine ſpectarentur.

Conſules monet vt ſolitos honoris locos reſumant.

Se ſolatia e Rep. petere.

Parui principes inducti in Senatum.

Patribus commendati.

Fingit Tiberius ſe reddere velle Remp. quam retinet.

1 Miseratvsqve Avgvstæ extremam senectam.] Nam

Τί πατρὸς θάλλοντος εὐκλείας τέκνοις
Ἄγαλμα μεῖζον, ἢ τί πρὸς παίδων πατρί;

Quod patre florente gloriæ filiis ornamentum maius? vel quod a filiis, patri?

2 Vt indvcerentvr petivit.] Quod erat moris inducere, & commendare. Sempronius Aſellio in Annal. loquens de Graccho. *Orare cœpit vt ſe defenderent, liberoſque ſuos: eum quem virilis ſexus tum habebat, produci iuſſit, populoque commendauit prope flens.* De inductione. *Inducti ſunt in Senatum pater & filius Vibij.* noſter infra.

3 Sibiqve et posteris commendaret.] Id eſt, ita innutriret, & edoceret, vt ſibi quæque poſteritati pro ſuſtentaculis haberet. Plinius tamen 3. epiſtolar. epiſtola *Officium. Præcipere qualis eſſe debeat princeps, pulchrum quidem & oneroſum, ac prope ſuperbum; laudare vero optimum principem, ac per hoc poſteris velut e ſpecula lumen quod ſequantur oſtendere, idem vtilitatis, habet adrogantiæ nihil.*

Tacitus explicatus.

4 Bona malaqve vestra ad Remp. pertineant.] Dies enim natalis principum, aut feſtus Reip. aut nefaſtus: Si boni naſcuntur, deliciæ orbi fiunt; ſin mali, excidium & luctus, & populorum ſtrages. *Cum impius ſumpſerit principatum, gemet populus.* Prou. Et idem. *Rex iuſtus erigit terram, iniuſtus deſtruet eam.* cap. 29. Et c. 20. *Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Diſſipat impios rex ſapiens & incuruat ſuper eos fornicem.*

Principum natalis aut fauſtus & feſtus Reip. aut infauſtus.

5 Precationibvs favstis.] De iſtis precationibus corrigo & explico locum Tertulliani in Apolog. *Ipſos Quirites, ipſam vernaculam ſeptem collium plebem conuenio* (id eſt Romanam plebem, quia Romæ ſeptem colles) *an alicui Cæſari ſuo parcat illa lingua Romana* (id eſt lingua Romanæ plebis, quæ in loquendo maxime libera) *teſtis eſt Tiberis, & ſcholæ beſtiarum.* lego, *ſcholæ beſtiariorum*, quas Seneca vocat ludum beſtiariorum, epiſt. 70. Citat autem Tiberim teſtem, quod nautæ, Tiberis ripam incolentes, procaces ſint, & feri, vt omnes Neptuni filij, & deficiente frumento, Cæſari non parcant. Adiicit. *Nam ſi pectoribus ad tranſlucendum quandam ſpecularem materiam natura obduxiſſet, cuius præcordia non apparerent, noui ac noui Cæſaris ſcenam in congiario diuidendo prædeſiderantis?* ita enim lego, non *præſidentis*. Et ſic interpretor. ſi natura hominũ pectora finxiſſet ex lucidiſſima materia; ita vt intima cuiuſque præcordia oculis cerni & intueri poſſent: cuius non apparerent prædeſiderantis populi, id eſt magno deſiderio cupientis noui ac noui Cæſaris ſcenam in diuidendo congiario? id eſt, vt ſemper & continua ſerie, nouum regimen, nouum Cæſarem, nouum Imperium capeſſeret, qui noua congiaria largiretur? Sic enim ſolebant ad mulcendam plebem, hianti plebeculæ aliquid in os obtrudere. Perſius Sat. 6.

Tertullianus correctus & explicatus.

Nautæ procaces & feri.

Congiaria Cæſarum ad mulcendam plebem.

—— oleum artocreaſque popello
Largior, an prohibes?

Vocatque noui ac noui Cæſaris ſcenam, quod verſatiles ſcenæ eſſent & mutarentur in theatris ſubitario machinamento, ſtatimque

Scena verſatilis in theatro.

aliam picturæ faciem oſtenderent.id eſt aliud regimen orbis, & in nouo regimine nouum congiarium. mox adiicit. *Etiam illa hora, qua acclamant.*

De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos.

Qui verſus, veteris eſt cuiuſdam poetæ. Franci dicunt Gallice, *Viue le Roy.* Viuat rex, dicebant Hebræi in Bibliis. Paſſim autem iſtæ lætæ acclamationes leguntur in libris, vt in 12. Cod. L. 1. de veteranis, quæ corrigenda eſt. *Cum introiiſſent*, inquit, *principia* (lege *cum introiiſſet*; nam ſolus aderat Conſtantinus) *& ſalutatus eſſet a Præfectis, & Tribunis & viris eminentiſſimis, acclamatum eſt. Auguſte Conſtantine, Deus te nobis ſeruet: veſtra ſalus, noſtra ſalus; vere dicimus, iurati dicimus.* Notandum autem quod in vrbe Bellouacorũ data hæc lex, quæ a Iulio Cæſare, & longe ante Iulium floret, etiamnum hodie in Gallia, cum potentiſſimæ vrbis elogiis. Sed vt redeamus ad acclamationes; in Xiphilino lib. 72. legas a Senatu factas in gratiam Commodi: Quinetiam declamatores ſuas habuere erga magiſtros. nam Tertullianus ait Philoſophum declamantem de viro forti, cum fœliciter peroraſſet, ſtatim diſcipulos acclamaſſe ζεῦ, vel φεῦ. Et Seneca pater præfat. lib. 9. loquens de declamator. *Cum ventum eſt in forum, & deſiit illos ad omnem geſtum plauſus excipere, aut deficiunt, aut labant.* Dio lib. 60. ait Claudium acclamationes ſibi fieri prohibuiſſe. Et Suetonius in Othone, *Inter fauſtas acclamationes, strictoſque gladios ad principia venit.* cap. 8.

L. 1. de veter. Cod. correcta.

Acclamationes in aduentu principum.

Ciuitas Bellouacorum.

Declamationes in Senatu vt in caſtris.

Declamatoribus acclamationes facta a diſcipulis.

6 APPIVS CLAVDIVS.] Recte *Attus.* nam licet Appius dictus, tamen Romanum poſtea nomen cœpit poſt Sabinum, vt ſcribit Liuius lib. 2. Et de iſto Clauſo Virgil. 7. Æn.

Ecce Sabinorum priſco de ſanguine, magnum
Agmen agens Clauſus, magniq. ipſe agminis inſtar,
Claudia nunc a quo diffunditur & tribus, & gens
Per Latium.

At heic author noſter de Sabina nobilitate verba facit.

Appius Clauſus.

Qui poſtea Claudius.

Claudiorum gens.

In tradenda morte Druſi quæ plurimis maximeque fidis autoribus memorata ſunt, retuli: Sed non omiſerim eorundem temporum rumorem validum adeo, vt nondum exoleſcat. Corrupta ad ſcelus Liuia, Seianum [1] Lygdi quoque ſpadonis animum ſtupro vinxiſſe: quòd is Lygdus ætate atque forma charus domino, interque primores miniſtros erat. deinde inter conſcios, vbi locus veneficij, tempuſque compoſita ſunt, eo audaciæ prouectum, vt verteret, & occulto indicio Druſum veneni in patrem arguens, moneret Tiberium, vitandam potionem quæ prima ei apud filium epulanti offerretur. Ea fraude tum ſenem, poſtquam conuiuium inierat, exceptum poculum Druſo tradidiſſe. Atque illo ignaro, & iuueniliter hauriente, auctam ſuſpicionem, tanquam metu & pudore, ſibimet inrogaret mortem, quam patri ſtruxerat. Hæc vulgo iactata, ſuper id, quod nullo autore certo firmantur, prompte refutaueris. Quis enim mediocri prudentia, nedum Tiberius tantis rebus exercitus, inaudito filio exitium offerret, idque ſua manu, & nullo ad pœnitendum regreſſu? quin potius miniſtrum veneni excruciaret, autorem exquireret, inſita denique etiam in extraneos cunctatione, & mora aduerſum vnicum, & nullius ante flagitij compertum vteretur. Sed quia Seianus facinorum omnium repertor habebatur, ex nimia charitate in eum Cæſaris, & cæterorum in vtrumque odio, quamuis fabuloſa & [2] * immania credebantur, atrociore ſemper fama erga dominantium exitus. Ordo alioqui ſceleris per Apicatam Seiani proditus tormentis Eudemi, ac Lygdi patefactus eſt. Neque quiſquam ſcriptor tam infenſus extitit, vt Tiberio obiectaret, cum omnia alia conquirerent, intenderentque. Mihi tradendi arguendique rumoris cauſa fuit, vt claro ſub exemplo falſas auditiones depellerem, peteremque ab iis, quorum in manus cura noſtra venerit, ne diuulgata, atque incredibilia auide accepta [4] veris neque in miraculum corruptis antehabeant.

Seianus ſpadonem Lygdũ ſtupro ſibi vinxit.

Non eſt credibile patrem veneno filium tentaſſe.

* inania

Homo hiſtoricus etiã falſos arguit rumores.

Facile nõ credenda quæ falſa.

1 LYGDI QVOQVE SPADONIIS ANIMVM.] Eſt apud Martialem epigramma de Lygdo & Iulia; ad iſtum Lygdum & Liuiam, ſeu Liuillam noſtram pertinens. quod fugit interpretes Martialis. Nam multis in locis *Iuliam* pro *Liuiam* ſcribunt, non authores,

thores, ſed interpolatores, vti notauimus ſupra ex Plinio. Ita ergo Martialis.

Quis te Phidiaco formatam Iulia celo,
Vel quis Palladiæ non putet artis opus?
Candida non tacita reſpondet imagine Lygdos,
Et placido fulget viuus in ore decor.

Vbi lego tertio verſu,

Candidus haud tacita reſpondet imagine Lygdos.

Nam Lygdus mas, licet ſpado, non fœmina. Et dicit *candidus*, vt ſuſpiceris Linillam fuſcam fuiſſe. Et ſane Tacitus deformem narrat, ſed tempore deformitatem eius a natura, arte emendatam. Idem Martialis lib. 6. epigram. 39. de Lygdo, qui pro quolibet amaſio accipitur.

Ex concubino natus eſt tibi Lygdo.

Hoc genus ſpadonum videtur fluxiſſe ab Aſſyriis: quamuis Cicero 1. de orat. a Syris & Ægyptiis. nam ſic Claudianus 1. in Eutrop.

—— ſeu prima Semiramis aſtu
Aſſyriis mentita virum, &c.

Aſſyrij reges ſpadonibus comitati.

Et ſane in Bibliis Aſſyrij reges ſpadonibus comitati, qui vocabantur *Bagoes.* nam ita Iudith 4. *Tunc aſcendit Vagao* (pro *Bagao*) *cubiculum.* & loquitur de ſpadone cubiculario Holophernis. Curtius libro 5. vbi de Dario. *In ſedem*, inquit, *Cyri beneficio Bagoe caſtrati hominis admiſſus eſt.* Et Eſther 2. *Irati ſunt Bagathan & Tares duo Eunuchi regis.* Et Daniel. 1. *Ait Rex Aſphenes præpoſito Eunuchorum vt introduceret de filiis Iſrael & de ſemine regio, & tyrannorum pueros, in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia.* Plinius de hoc nomine ita ſcribit lib. 14. cap. 4. *Bagon: ita enim vocant ſpadones.* Et Ouid. Amor. lib. 2. eleg. 9.

Qui Bagoes dicti.

Quem penes eſt dominam ſeruandi cura Bagoe.

Dicuntur etiam *effœminati.* 3. Reg. cap. 4. *Fuerunt effœminati inter eos, feceruntque abominationes gentium.* Ideo Horat. 1. Car. 37. dixit.

Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum.

Et *gentium abominationes* ſunt turpitudines libidinum quibus paganitas immerſa non modo in fœminis, ſed & in maſculis tota eſt imbubinata & imbulbinata, vt loquar cum Lucillio. Nam *imbulbinari* eſt ſtercore boum conſpergi & deturpari. Illi autem ſpadones aut naſcebantur, aut fiebant, vt aiunt Iuriſconſulti. naſcebantur, vt Dorotheus ille inſignis; de quo Euſeb. lib. 7. cap. 26. & fiebant vt pretioſiores redderentur, quod ſcribit Claudianus in Eutrop. Quintilianus autem declamat. 340. *Quam multa facere poſſit aduerſus puerum mango iratus? aut illi fortaſſe pretium exciſa virilitate producet, aut ob infœlicis contumeliæ annos venierit in aliquod lupanar.* Quod firmat Seneca de benef. cap. 13. Plinius etiam vbi de Peſonte adoleſcente, Seiani ſpadone, a Nerone empto, lib. 7. qui certe dedecorum pretioſus emptor. Fuit autem prohibitũ a Domitiano, & Nerua, & Adriano, emaſculare pueros, & poſtea a Conſtãtino, ſub capitis pœna, L. 1. de Eunuch. De Domitiano, Papinius in Syluis.

Spadones aut facti aut nati.

Facti vt eſſent pretioſiores.

Prohibitum vt fierent.

Qui fortem vetat interire ſexum.

Petronius Arbiter.

Perſarum ritu male pubeſcentibus annis
Surripuere viros, exſectaque viſcera ferro
In Venerem fregere; atque vt fuga mobilis æui
Circunſcripta mora, properantes differat annos,
Quæris ſe natura, nec inuenit.

Nutriebantur ruri.

Nutriebantur autem ruri ſpecioſi & pretioſi adoleſcentes, ex quibus illi ſpadones fiebant. Quod teſtatur Martial. lib. 3. epigram. 57.

Et pædagogo non iubente laſciui
Parere gaudent villico capillati;
Et delicatus opere fruitur Eunuchus,
Nec venit inanis ruſticus ſalutator.

In domo regis hortos habebant.

Apud Chaldæos reges Eunuchi in domo regis ſuos hortos habebant. Plinius lib. 13. ca. 4. vbi de regia palma. *Seruantur Babylone natæ in horto Bagoe: ita vocant ſpadones, qui apud eos etiam regnauere.* Dixi caſtrari ſolere. Sic Quintil. lib. 5. Inſtit. cap. 12. *Exciſa virilitate formæ puerorum lenocinantur.* Martialis ad Hylum.

Vt fierent Eunuchi caſtrabantur.

Væ tibi, dum ludis caſtrabere. Iam mihi, dices;
Non licet hoc, quid tu? quod facis, Hyle, licet?

Claudianus 1. in Eutrop.

—— rapitur caſtrandus ab ipſo
Vbere; ſuſcipiunt matris poſt viſcera pœnæ.
Aduolat Armenius, certo mucrone, reciſos
Edoctus mollire mares, damnoque nefandum
Aucturus pretium; fœcundum corporis ignem
Sedibus exhauris geminis; vnoque ſub ictu
Eripit officium patris, nomenque mariti.

Etiam ab vbere.

Aſſyrius caſtrator.

Tertullianus contra Valent. ita emaſculationem iſtam proſequitur metaphorice in numeris. *Interim in tricenario fœcunditas tota deficit; Caſtrata eſt vis, ac poteſtas, & libido genitalis, quaſi non & numerorum tanta adhuc coagula ſupereſſent, & nulla alia de pædagogio nomina.* Pædagogia enim, dicebantur multorum caſtratorum puerorum familiæ. Seneca pater, quem corrigo. *Omnes cibos habebo ſuſpectos, omnes potiones, trium pædagogia.* lego, *tremam pædagogia:* Id eſt, metu veneni, ſuſpectam habebo omnem potionem; immo etiam tamdiu timidus ero, nec de fide pædagogij ſecurus: quippe pædagogia miniſtrabant menſis. Eius verbi meminit L. quæſitum. de inſtructo & inſtrum. legato. *Si inſtructum*, inquit, *fundum legaſſet, & pædagogia quæ ibi habebat, &c.* Inde verbum *Page*; quod Cuiacius primus adnotauit, ne quis eius gloriam ſuppilet. Et hodie, non modo vſus, ſed & nomen in regum aulis & familiis retinetur, & ſunt nobilium puerorum, non caſtratorum tamen, familiæ. Romanis autem pædagogiorum frequens turba apud Principes. Martialis de Domit.

Pædagogia caſtratorum familiæ.

Seneca correctus.

Pages apud Francos dicuntur.

Eorum vſus & nomen hodie. Sed nõ caſtrantur.

Cæſar habet noſter ſimiles tibi mille miniſtros,
Tantaque ſidereos vix capit aula mares.

Domitianus pædagogiorum familiis delectatus.

Nam vni dederat Domitianus vt Ver, alteri vt Æſtas & Autumnus & Hiems cognominarentur. Vide Martialem. Tertullianus de Corona vbi de pædagogiis. *Eſt & alia militia regiarum familiarum.* Sueton. de Tito. *Suſpecta eius libido, propter exoletorum & ſpadonum greges.* Ridet Tertullianus Adrianum in Apolog. qui Antinoum, vnum ex iſto grege, Deum fecerit. *De pædagogiis*, inquit, *neſcio quem cinædum, Deum facitis.* Erat autem multitudo & familia ingens; ideo *greges puerorum* Seneca vocat. Et Apuleius de Deo Socratis, *numeroſiſſimas* nuncupat *familias.* Seneca etiam *agmina* epiſt. 115. Erant autem congeſta ex omnibus nationibus. nam idem author eodem.. *Per nationes & colores illa*

Et ante eum Titus.

Adriani Antinous.

Deus factus.

Eorum ſpadonum familia ingens.

Greges puerorum vocat Seneca.

Qui ex omnibus collecti nationibus.

Et per colores compoſiti & deſcripti.

Ideo nomenclatores habebant.
Ex Ægypto præcipui.

agmina deſcripta haberet. Præcipue autem petebantur ex Ægypto. nam Martialis.

Niliaco primum puer hic naſcatur in oris:
Nequitias tellus ſcit dare nulla magis.

Criſpinus ſpado Ægyptius diues.
A Domitiano eques factus.

Sic Criſpinus, in quem Iuuenalis tantopere inuehitur, Ægyptius erat, qui e tali pædagogio, ad ingentes diuitias prouectus a Domitiano fuit. nam Sat. 4.

Succinctus patria quondam, Criſpine, papyro.

Et Sat. 1.

Cum pars Niliacæ plebis, cum verna Canopi
Criſpinus, Tyrias humero reuocante lacernas,
Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum.

Petronius Arbiter. *Pueris,* inquit, *Alexandrinis aquam nobis infundentibus.* Ex Catina etiam ciuitate Siciliæ.

Oſce ſenex, Catinæque puer, Cumana meretrix.

Ex Africa.

Petebantur etiam pueri elegantes & lepidi, ex Africa. nam ſic Iuuenalis Sat. 5.

—— tu Getulum Ganymedem
Reſpice cum ſities.

Ex Aſia.

Et ex Aſia; vt idem docet poeta.

Flos Aſiæ ante ipſum pretio maiore paratus,
Quam fuit & Tulli cenſus pugnacis, & Anci.

Ex Græcia.

Et e Græcia. Martialis lib. 4. epigram. 66.

Nec tener Argolica miſſus de gente miniſter.

Qui pulchriores pueri, illi emebantur.

Pulchri autem maxime emebantur. nam Iuuenal. Sat. 10. *—— nullus Ephebum*
Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus.

Et Martialis.

Grex tuus Iliaco poterat certare cinædo.

Id eſt Ganymedi. & ſerui pueri Byrrhenæ a pulchritudine laudantur in Apuleio. Iuuenal. Sat. 9. *—— ſed tu tenerum, & puerum te,*
Et pulchrum, & dignum cyatho, cœloque putabas.

Capillati dicti.

D. Hieronym. ad Demetriad. *Eunuchorum ac ſeruorum mores magis eligantur, quam vultuum elegantia.* Magnus autem honos erat illis in capillis; ideo *capillati* dicuntur. Catullus epig. 35.

Tu præter omnes vnus de capillatis
Cuniculoſæ Celtiberiæ fili.

Quia decor & honos in capillis.
Calamiſtrati dicti Apuleio.
Cincinnatuli dicti Hieronymo.
Compti.

Petronius Arbiter de Trimalcione. *Inter pueros capillatos ludentem pila.* Et *calamiſtrati* etiam dicti. Sic enim libro de Deo Socratis, vocat Apuleius. Et libro 2. Metam. *Pueri calamiſtrati, pulchre induſiati, gemmas in pocula formatas, vini vetuſtate frequenter offerentes.* Illos D. Hieron. epiſt. 8. ad Demetr. vocat *cincinnatulos,* & *calamiſtratos,* & *comptos.* Claudian. in Eutrop.

Crinitos inter pueros pubemque canoram.

Criniti Claudiano.

Seneca epiſt. 120. *Crinitus puer.* Corrigo de iſtis crinibus epigramma Martialis.

Hos tibi Phœbe vouet totos a vertice crines.

Martialis correctus.
Poſt capillorum fluxam luxuriã tondebantur.

Vbi lego *tortos,* non *totos,* quia calamiſtrati illi capilli, & retorti. Poſt autem luxuriam capillorum tondebantur anno 14. vt ait Porphyrio in Horatium. Martialis.

Grata pudens meriti tulerit cum præmia pili,
Quamprimum longas Phœbe recinde comas;
Dum nulla teneri ſordent lanugine vultus;
Dumque decent fuſæ lactea colla iubæ:
Vtque tuis longum dominuſque puerque fruatur
Muneribus, tonſum fac cito, ſero virum.

Pilata cohors dicta a Martiale.
Comatuli a D. Hieron.

Idem Mart. *pilatam cohortem* vocat a *pilis,* li. 10. *Comatuli* etiam dicti a B. Hieronymo; & erat eorum cultus valde delicatus. Ideo a Tito Imperatore *delicati* vocati, ait Sueton. nam illis facies tecta ne frigus vultum læderet. Seneca epiſt. 123. *Omnium pædagogia oblita facie vehuntur, ne Sol, ne frigus, teneram cutem lædat. Turpe eſt neminem eſſe in comitatu puerorum, cuius ſana facies medicamentum non deſideret.* Lectica etiam vehebantur, vt apud Petron. Arbitrum, & Senecam epiſt. 123. & apud Iuuenalem. Porro eorum cultus inſignis, nam veſtiebantur magnifice & molliter. Marcellus 26. *Tunica auro diſtincta, induti a calce in pubem, purpureis induti tegminibus pedum.* Seneca de vita beata. *Quare pædagogium pretioſa veſte ſuccingitur?* Et idem de animi tranquill. *Perſtringit animum apparatus alicuius pædagogi, diligentius quam iam intra primatum larem veſtita, & auro culta mancipia, & agmen ſeruorum nitentium.* Etiam bullati erant. Plinius lib. 35. cap. 3. *Honeſtius viri pædagogiis id damus* (loquitur de auro) *bullaque diues puerorum formæ conuenit.* Ita recte, non *balinearum,* vt excuſa eſt. Torques etiam habebant in collo. D. Ambroſius. *Calamiſtratos & torquatos habent in miniſterio. ipſi promiſſa barba, illi remiſſa coma.* Ea autem miniſteria in cubiculo vt ſæpe. Vide L. 4. de præpoſit. ſacri cub. Cod. & de Caſtrenſiariis. Claudian. in Eutrop.

Cultus eorum delicatus.
Ideo delicati dicti.
Facies tecta ne frigus læderet.
Ne Sol.
Et medicata.
Lectica vecti.
Magnifice veſtiti & molliter.
Etiam bullati.
Plinius correctus.
Et torquati.
Eunuchi & in cubiculis.
Vt ſæpe.

Militia Eunuchi nunquam progreſſa cubile.

Et Seneca. *Tranſeo puerorum infœlicium greges, quos poſt conuiuia aliæ cubiculi contumeliæ expectant.* Apuleius. *Gregatim pueros eximia forma in cubiculo circa lectum ſtantes.* Martial. lib. 12. epigram. 99.

Rumpis, Baſſe, latus, ſed in comatis
Vxoris tibi dote quos paraſti.

Et idem eodem epigram. 88.

Triginta tibi ſunt pueri, totidemque puellæ.

Et munus facere ventum & abigere muſcas.
Flabellis.
Quæ praſina aliquando.
Et ex myrto.
Et ex pauonum cauda.

Quorum munus erat *facere ventum.* Martial. lib. 3. epig. 80.

Stat exoletus, ſuggeritque ructanti
Pinnas rubentes, cuſpideſque lentiſci,
Et æſtuanti tenue ventilat frigus,
Supina praſino concubina flabello,
Fugatque muſcas myrtea puer virga.

Terent. in Eunucho.

—— venit vna.
Heus tu, inquit, Dore, cape hoc flabellum,
Et ventulum huic facito dum lauamur.

Et Claudian.

Patricius roſeis pauonum ventilat alis.

Ventilatio apud Chriſtianos in ſacris operibus.
Et flabella ex lino.

Hæc in Eutrop. Iſta autem ventilatio in Chriſtianorum liturgiis locum habuit, cum ex vtroque latere altaris, duo Diaconi flabellis ex lino confectis, aut pauonum cauda muſcas abigerent, ne quid turpe accideret. Clemens Romanus Conſt. Eccleſ. Martialis.

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas,
Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit.

Morientibus flabella.

Etiam illa flabella morientibus. D. Hieron. in epith. Paulæ, vbi de Paula moriente. *Ipſa flabella.* (id eſt Euſtochium) *aſſidere lectulo, flabellum tenere, ſuſtentare caput, puluillum ſupponere, fricare pedes, manu ſtomachum confouere.* Inde prouerbium, *facere ventum,* pro, aliquid amœni ſuggerere. Plautus in Milite.

Facite ventum vt gaudeam.

Cuſtodes dati thalamis.

Sed ad ſemitam redeo. Dabantur etiam *cuſtodes thalamis.* Claud. in Eutrop.

—— cum omnibus vnica virtus

Eſſet

Eſſet in Eunuchis thalamos ſeruare pudicos,
Solus adulteriis creuit.

Et ad gemmas ſeruandas.

Deputabantur etiam *ad ſeruandas gemmas.* Idem poeta.

Præfecti ſed adhuc gemmis veſtique dabantur
Cuſtodes ſacroque adhibere ſilentia ſomno.

Præibant dominis.

Etiam ſequebantur.

Quod in Vagaone Holophernis lib. Heſter luculente deſcribitur. Etiam *præibant dominis* in via. D. Hieron. ad Furiam. *Noli ad publicum ſublimis procedere, & ſpadonum exercitu præeunte vidnarum circumferre libertatem. Sequebantur* etiam *dominos.* Martial. 2.

Quem grex togatus ſequitur & capillatus.

Adſtabant Neroni cantanti.

Puluillos præbebant.

Etiam *cantando adſtabant dominis.* Suetonius in Ner. cap. 20. *Operam nauarent cantanti ſibi inſignes pinguiſſima coma, & excellentiſſimo cultu, nec ſine annulo leues.* Lego apud Apul. *puluillos* ad ſedem matronæ dominæ miniſtraſſe. Sic enim ille. *Eunuchi confeſtim puluillis compluribus ventoſe tumentibus pluma delicata terreſtre nobis cubitum præſtruunt.* Sed præcipue *menſis adſtabant præcincti.* Horatius.

Adſtabant menſis.

Et præcincti.

Præcincti recte pueri, comptique miniſtri.

Et Martialis lib. 8. epigram. 58.

Adſtabat domini menſis pulcherrimus ille
Marmorea fundens nigra Falerna manu.

Et idem libri 12. epigram. 67.

Argẽtum atque aurũ non ſimplex Delphica portat:
Stant pueri, dominos quos precer eſſe meos.

D. Ambroſius lib. 4. ad Irenæum. *Ad luxuriam deriuandam putant, vt calamiſtratos & torquatos habeant in miniſterio.* Eorum apparatum Philo Iudæus exequitur libro de vita contemplat. *Minores,* inquit, *pisteri, pincernas agunt, grandiores, aquam inferunt, loti, ac nitidi, fucatique ac cincinnati: alunt enim capillitium, vel omnino intonſi, vel a fronte tantum, præſectis in orbem crinibus, tenuiſſimas candidaſque præcincti tunicas, anteriore parte ad genua demiſſas, poſteriore ad poplites.* Iuuenalis Sat. 10.

Idem habitus cunctis, tonſi, rectique capilli,
Atque hodie tantum propter conuiuia pexi.

Etiam puellarũ pedagogia.

Quæ adſtabant menſis.

Nec tantum pueri, ſed & puellæ *in menſarum miniſteriis.* Seneca epiſt. 113. *Hinc puerorum perſpicuos* (a veſte ſua pellucida ſcilicet) *cultu atque forma greges, hinc fœminarum.* Apuleius 2. Metam. *fercula copioſa, puellæ ſcitule miniſtrantes.* Virgilius 1. Æn.

Centum aliæ totidemque pares ætate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponant.

Vt matellam præberent.

Seneca epiſtola 47. *Cum ad cœnandum diſcumbimus, alius ſputa deterget, alius reliquias temulentorum ſubditus colligit, alius pretioſas aues ſcindit; pectus & clunes, certis ductibus circumferens manum eruditam, in fruſta excutit. Infœlix qui huic rei vni viuit, vt altilia decenter ſecet, niſi quod miſerior eſt qui hoc voluptatis cauſa docet, quam qui neceſſitatis diſcit.* Petronius Arbiter. *Duo ſpadones in diuerſa parte circuli ſtabant, quorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat ictus.* nam illi beatuli ſi quando in menſa ad vrinam vrgerentur, matellas manu pædagogiorum poſcebant, digitis pro voce crepantibus. Sic etiam L. 12. § ſi inſtrum. de fundo inſtr. & inſtrum. legato. *Pædagogia quæ in fundo haberet, cum ibi veniſſet, præſto eſſent ad triclinium.* Hæc habes de ſpadonibus & pædagogiis pranſa & parata. Vtere ſodes.

Tacitus correctus.

2 IMMANIA.] Ita legendum eſt. nam addit. *Ne diuulgata aut incredibilia auide accepta veris, neque in miraculum corruptis antehabeant.* Vtitur tamen noſter verbo *inania* ſæpe: vt ſupra. *neque inania famæ pertimeſcenda.* Sed *immania & incredibilia, & in miraculum corrupta,* ſimilia ſunt.

3 APICATAM SEIANI.] Putaui aliquando, *Seiani* verbum, gloſſema eſſe, cum ſatis pateret Apicatam fuiſſe vxorem Seiani. nam antea Tacitus ſcripſit: *pellit domo Seianus vxorem Apicatam.* Sed memini vxores Romanas vocari ex maritorum nomine, vt diſcernerentur. Sic Terentia Ciceronis, Cornelia Gracchi, Claudia Antiſtij lib. 8. cap. 13. Liuia Rutilij, Plinio lib. 7. cap. 48. Portia Bruti Lucano, & Terentia Mæcenatis. Quod obtinuit apud Hebræos etiam in viris. nam D. Hieron. in Paralipom. *Vocatur Caleb Euphrata. quod Caleb fuerit vir Euphrata.*

Interpretatus Tacitus.

4 VERIS NEQVE IN MIRACVLVM CORRVPTIS.] Id eſt, vt non præponant vulgata & incredibilia veris & non corruptis effictiſque quaſi ad miraculum.

Populus falſus in funere Druſi.

Cæterum [1] laudante filium pro roſtris Tiberio, ſenatus populuſque habitum ac voces dolentum ſimulatione magisquam libens induebat, domumque Germanici reuireſcere occulti lætabantur. Quod principium fauoris, & mater Agrippina ſpem male tegens perniciem accelerauere. Nam Seianus vbi videt mortem Druſi inultam interfectoribus, ſine mœrore publico eſſe, [2] ferox ſcelerum, & quia prima prouenerant, volutare ſecum, quonam modo Germanici liberos peruerteret, quorum non dubia ſucceſſio. Neque ſpargi venenum in tres poterat, egregia cuſtodum fide, & pudicitia Agrippinæ impenetrabili. Igitur contumaciam eius inſectari, vetus Auguſtæ odium, recentem Liuiæ conſcientiam exagitare, vt ſuperbiam fœcunditate ſubnixam popularibus ſtudiis inhiare dominationi, apud Cæſarem arguerent. Atque hæc callidis criminatoribus, inter quos [3] delegerat Iulium Poſthumum per adulterium Mutiliæ Priſcæ inter intimos auiæ, & conſiliis ſuis perido-

Criminatores falſi in aula Tiberiana.

neũ: quia Priſca in animo Auguſtæ valida, anum ſuapte natura potentiæ anxiam inſociabilem nurui efficiebat. Agrippinæ quoque proximi inliciebantur, prauis ſermonibus tumidos ſpiritus perſtimulare.

Laudatio defuncti in funere.

1 LAVDANTE FILIVM PRO ROSTRIS.] Quod obtinuit rep. florente ſub Conſulibus, & ſub Imperatorib. etiã illa ſeneſcẽte. imo moriẽte. Sed verũ. D. Hier. de obitu Nep. *Moris quondã fuit vt ſuper cadauera defunctorum parentum in concione pro Roſtris liberi dicerent, & inſtar lugubrium carminum, ad fletus & gemitus audientium pectora conciliarent. Et rerum in nobis ordo mutatus & in calamitatem noſtram perdidit ſua iura natura; quod exhibere ſenibus iuuenis debuit, hoc iuueni exhibemus ſenes.* Ait *Iuuenis*, & merito. Nam iuuenibus ſeruatum munus. Adeo vt nondum puberes laudarent mortuos parentes. Suet. 5. in Aug. *Duodecimum annum agens auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit.* Illæ autem laudationes pro roſtris tantum in publico funere: quod oſtendimus ſupra. Quintilianus noua declamat. 329. *An aliquis etiam roſtra conſcendet, & qui ſupremus claris ciuibus honor habetur, aduocata populi concione, laudes eius, quem in foro ſepulturi ſumus, continet?* lege, *concinet?* Seneca pater Suaſor. vlt. *Quoties magni alicuius mors ab hiſtoricis narrata eſt, toties fere totius conſummatio vitæ, & quaſi funebris laudatio redditur.* Vocabant autem iſtas laudationes Epitaphia: quod idem Seneca teſtatur, cum de Liuio ſcribit. *Ciceroni (vt Græco verbo vtar) Liuius hoc* ἐπιτάφιον *reddidit.* Et ita D. Hieronymus *laudationes* Paulæ, *epitaphium* vocat, vt aliorum ſanctorum. Idem Diuus (nam hoc loco ab eius authoritate diſcedere non poſſum) ſcribit ad Nepotian. in hæc verba. *Vt præferantur imagines in funere, ita in funeraria oratione maiores recenſebantur.* ſcribitque idem his verbis. *Præcepta ſunt Rhetorum, vt maiores eius, qui laudandus eſt, & eorum geſta altius repetantur, vſque ad ipſum per gradus ſermo perueniat, quo videlicet auitis paterniſque virtutibus illuſtrior fiat, & aut non degeneraſſe a bonis, aut mediocres ipſe ornaſſe videatur.* Et ſane vt lucerna, quæ oleo myrrhino claruit, etiam extincta bene olet: ſic vir qui in virtute vixit, poſt fata. Et in memoria æterna iuſtus eſt.

Laudationes pro Roſtris.

Quintilianus correctus.

Epitaphia.

Prælatæ imagines in funere.

Maiores in oratione recenſiti.

Et cur.

2 FEROX SCELERVM.] Vt *ferox animi, ferox odij* dixit noſter, & ſimilis ſcriptio in Apuleio. Sed in Salluſtio ſæpe. 2. hiſt. *Ipſe animi atrox.* & idem 4. *Tetrarchas & reges territos animi firmauit.* & eodem. *Impotens nimiuſque animi eſt.* Ait autem *ferox ſcelerum*, quod in ferociam degenerent qui ſceleribus & peſſimis factis aſſueſcunt. Quippe ſibi parant ex aſſuetudine ſecuritatem & audaciam, quouſque vltor Deus laneis pedibus gradiens, ſed armata manu, incautam ferit atteritque ſubruitque arrogantiam.

Imperator negotia pro ſolatiis habere debet.

At Tiberius nihil intermiſſa rerũ cura, negotia pro ſolatiis accipiens, ius ciuium, preces ſociorum tractabat. Factaque, autore eo, ſenatuſconſulta, vt ciuitati [1] Cibyraticæ apud Aſiam, [2] Ægirenſi apud Achaiam motu terræ labefactis ſubueniretur remiſſione tributi in triennium. Et Vibius Serenus proconſul vlterioris Hiſpaniæ de vi publica damnatus, [3] * ob atrocitatem temporum, in [4] inſulam Amorgum deportatur. [5] * Carſius Sacerdos reus [6] tanquam frumento hoſtem Tacfarinatem iuuiſſet, abſoluitur. * eiuſdem criminis C. Gracchus. Hunc comitem exilij admodum infantem pater Sempronius in inſulam [7] * Cercinam tulerat. Illic adultus inter extorres & liberalium artium neſcios, mox per Africam ac Siciliam mutando ſordidas merces ſuſtentabatur. Nec tamen effugit magnæ fortunæ pericula. Ac ni [8] Ælius Lamia, & L. Apronius, qui Africam obtinuerant, inſontem protexiſſent, [9] claritudine infauſti generis, & paternis aduerſis foret abſtractus.

Hoſtem frumento iuuans abſoluitur.

Gracchorum infauſta familia.

* & ob latrocinia & vim templorum.

* Et Chariſius

* vt eiuſdem criminis reus C. Gracchus.

* Cercinam intulerat.

Sybaritæ helluones.

Cybaritæ.

Sybaritarum ruina pro miraculo.

Cibyratici canes pro acribus.

Accuſatores canes dicti.

1 CIBYRATICÆ.] Fuere quondam Sybaritæ, fuere etiam Cybaritæ, ſeu Cibyratæ, vel Cybiri maiores & minores. Sybatitæ in Europa, & in Sicilia nobiles helluones, qui prouerbio locum fecere. Nam menſa Sybaritarum pro luxurioſa, & intemperanti. Sed illa vrbs delera eſt, & auditum Olympio monte eius excidium pro miraculo fuit: poſtquam 25. vrbes ſibi ſubiecìſſet, & contra Crorioniatas 300. millia hominum duxiſſet. Cibyritæ autem in Aſia, de quibus heic, & a quibus *Cibyratici canes* pro viuidis & acrioribus. Et Cicero in Verrem, duos fratres in perſequendo Verre ardentes, *Cibyraticos canes* nominat. Cibyrenſis autem adminiſtratio inter maximas Aſiæ cenſetur. Horatius ad Numicum 1. epiſtol. eorum meminit.

Ne Cybaritica, ne Bithyna negotia perdas.

Aliquando enim Cybaritæ, aliquando Cibyratæ. Quod in authoribus deprehendas.

2 ÆGIRENSI.] Quæ in Achaia vrbs fuit. Plinius lib. 4. c. 5. Et de qua Strabo 8. Ægiram ſupra tumulũ ſitam ſcribit. Eſt etiam Ægirum agri Methymnæi vicus in Æolica, ſed nil ad noſtram Ægiram quæ licet in tumulo ſita, tamen Neptuni furentis rabiem non euaſit. De ea meminit Philo alicubi, ſi non contra Flaccum, & ſcribit maris impetibus euerſam.

Tacitus correctus.

3 Ob atrocitatem temporvm.] Verbo *atrociatus* vtitur Suetonius in Tiberio cap. 48. Et in Caligula 6. *Auxit gloriam defuncti etiam atrocitas inſequentium temporum.* Et Iuriſconſulti dixere *atrocitatem iniuriarum*, l. 3. de ferijs, l. 5. D. ad l. Pomp. de particid. *Non debet*, inquit, *patria poteſtas in atrocitate conſiſtere.* Sed temporum atrocitas in vim publicam non cadit: nec lectum id a me, nec intellectum vnquam. Quod vero Serenus in caput ciuis Romani ſæuierit, ſpreta prouocatione, non legitur, nec colligitur ex verbis Taciti. Deinde ſæuierit licet, non eſt atrocitas temporum, ſed hominum. nec heic *morum atrocitas* apte legi poteſt. Ita ergo lego: *Vibius Serenus, proconſul vlterioris Hiſpaniæ, de vi publica damnatus eſt, & ob latrocinia, & vim tẽplorum in inſulam Amorgum deportatur.* In manuſcriptis ita ſcribitur, *Damnatus. ſt.* pro *damnatus eſt.* Iſta autem latrocinia templorum, familiaria Romanis ſocias prouincias regentibus. Martialis lib. 1. epigramm. 7.

Latrocinia templorum ſueta Romanis.

Templa vel arcano demens ſpoliauerat auro.

Dirũ facinus.

Et ſane latrocinium audax, rapere templa Deum. Idem Martialis li. 6. epigr. 72.

Romani ſacrilegi.

Fur notæ nimium rapacitatis,
Compilare Cilix volebat hortum:
Ingenti ſed erat, Fabulle, in horto
Præter marmoreum nihil Priapum.
Dum non vult vacua manu redire,
Ipſum ſurripuit Cilix Priapum.

Vis publica continet expilationem templorum & ſacrilegia.

Loquitur de Cilice. Nam Cilices ad rapinas & nati, & facti. Hoc autem in vim publicam cadit. Nam vis publica continet ſacrilegium & expilationem templorum. L. hi qui alienas ædes, ad L. Iuliam de vi, & L. hac lege. de ſacrilegio. vt aliis pleriſque locis. Talis fuit Verres, talis M. Fuluius. Et noſter de Pedio Blæſo libr. 14. *Motus Senatu Pedius Blæſus accuſantibus Cyrenenſibus, violatum ab eo theſaurum Æſculapij.* Dixi talia latrocinia templorum familiaria Romanis. Vere dixi, Romano ſcribente authore. ſic enim Iuuenalis Satyr. 13.

Confer & hos, veteris qui tollunt grandia templi
Pocula adorandæ rubiginis, & populorum
Dona, vel antiquo poſitas a rege coronas.

At ſacrilegas Circuncellionum manus, vidit & ſenſit miſera Gallia, & expauit, vt Africa quondam.

Amorgos vna e Sporadibus.

4 Insvlam Amorgvm.] Vnam e Sporadibus, quam etiam a generoſiſſimis canibus laudat Oppianus libr. 1. de venat. Sed glorioſa Simonide Poeta Iambico, qui mirus in mouenda miſeratione: de quo Quintil. lib. 10. cap. 1.

A canibus laudata.

Carſius nomen falſum.

5 Carsivs sacerdos.] Non puto verum & Romanum nomen; *Carſius*. Lego autem, *Chariſius ſacerdos.* quo nomine viuus celebris ex Iuriſconſultorum familia dictus eſt, vt alij multi: Aurelius Arcadius Chariſius qui libros edidit de muneribus ciuilibus, & de off. præf. præt. Et Soſipater Chariſius qui Grammaticas inſtitutiones ſcripſit, de quo Verr. Flacc. ſæpius. Et Chariſius, qui Titus dictus, ac ſub Auguſto Triumuir monetalis.

6 Tanqvam frvmento hostem Tacfarinatem ivvisset.] Quod læſæ maieſtatis crimen eſt. L. cuiuſque, ad L. Iuliam maieſt. D. Lib. 1. Machab. *Præliantibus non dabunt neque ſubminiſtrabunt triticum, arma, pecuniam, naues.* Sunt verba ſocietatis initæ inter Iudæos & Romanos. cap. 8. Et imperatores Valentinianus & Gratianus prohibẽt ad Barbaricam oleum, aut liquamẽ, aut vinũ, ne guſtus quidem gratia, portari. in Cod. L. Ad Barbaricam. De his quæ exporr. non deb. Nec ſine ratione: nam vt ait Plin. libr. 12. cap. 1. *Galliæ hanc primam habuere cauſam ſuper fundendi ſe Italiæ, quod ficum ſiccam, & oleum vuaſque Helico ex Heluetijs ciuis eorũ ſecum tuliſſet.* Quæ verba, forſan ita accipi poſſunt, vt ſocijs præliantibus, ſocij non ſubminiſtrẽt frumẽtum. hoſtibus ergo minus. Minus autẽ proprie heic hoſtem vocat, cum hoſtis ſit, cui legitime bellum indictum ſit. Sed ſuperius graſſatorem & prædonem dixit. Capitolinus in Seuero. *Antiochenſibus fuit iratior, quod & adminiſtrãtem ſe in Oriẽte riſerunt, & Nigrum etiam victum iuuerant.* Paulus I. C. *Cotem ferro ſubigendo: & neceſſaria hoſtibus venundari, vt ferrum, & frumentum, & ſales, non ſine capitis periculo licet.*

7 Cercinam tvlerat.] Lego, *intulerat.* Cercina autem inſula eſt Libyci ſeu Africani littoris, de qua Strabo lib. 2. & quæ non longe a Syrtibus.

8 Ælivs Lamia.] Is eſt Lamia, ad quem Horatius in Odis, & in cuius hortis Caligula ſepultus eſt. *Ælius Lamia.*

Æli vetuſto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne faſtos.

Nobile certe elogium, quod meruit. Nam Tacitus de illo libr. 6. *Extremo anni mors Ælij Lamiæ, funere Cenſorio celebrata, qui adminiſtrandæ curiæ exolutus, vrbi præfuerat. Genus illi decorum, viuida ſenectus, & non permiſſa prouincia laudem addiderat.* Ælij autem a Sole dicti. nobile nomen apud Romanos. Et Lamiæ forſan, quod a Lamia Beli vxore originem haberent. Nomen autem Lamiæ vſurpatur a Hieremia Propheta in Threnis pro ſtrigibus. *Lamiæ*, inquit, *nudauerunt mammas, lactauerunt catulos ſuos.* Et ſane Iſidorus lamias interpretatur *mulieres puerorum diſcerptrices.* Philoſtratus *Lemures & Laruas.* D. Hieronymus eo loci, Lamias ait *habere humanam faciem, ſed corpus equinum: eoque notari hæreticorum hypocriſim, qui fingunt virtutum opera, nec veraciter agunt.* Seneca lib. 7. Controuerſ. 6. facit mentionem filij Lamiæ. Et idem, corruptis verbis, ait *Pollionem pro Lamia orationem dediſſe.* Suaſor. 6. *Solent*, inquit, *ſcholaſtici, declamatores ponere, an promittente ſalutem Antonio, orationes comburat. Hæc inepte ficta cuilibet videri poteſt.* Lego, *At hæc inepte ficta cuilibet videri poſſunt.* Et illud, *at*, in fine ſuperioris dictionis. Addit. *Pollio vult illam veram videri.* (Lego, *Pollio vult illa vt vera videri.*) *Ita enim dixit in illa oratione, quam pro Lamia dedit.* Fuit etiam L. Lamia Prætorius, qui vt Auiola rogo reuixit. Plinius li. 7. *L. Lamia declamator.* *L. Lamia, qui rogo reuixit.*

Pp iiij

cap. 51. Sed quo tempore, non video. Cæterum habuit hic Auiola elegantes hortos, in quibus, Coloſſus pictura Neronis, poſtea incendio abſumpta eſt: & qui ab eius nomine, Lamiarij horti dicti. Idem author lib. 35. cap. 7. Alter Lamia, (nepos huius Lamiæ, forſan) Domitij Corbulonis filiam ſibi vxorem iunxerat, ſed illam Domitianus rapuit, abduxitque viro, prædo inſanus, & concordis matrimonij corruptor. Sueton. in Domitiano cap. 1. Vnum noſtri Lamiæ elogium eſt inſigne ab Horatio, quod Muſis amicus. l. 1. Odar. Nam qui Muſas colit, & gratias ſibi parat invita, & poſt vitam æternitatis memoriã.

Horti Lamiarij.

Lamia Corbulonis gener cuius vxorem Domitianus rapuit.

9 CLARITVDINE INFAVSTI GENERIS.] Quod fortuna cladibus magnis afficit, vt in Gracchi patris obitu voluntario, in filiorum nece, in Gracchi Conſulis clade ad Thraſymenum lacum, alijſque eius familiæ ſurculis, qualis hic Gracchus, eiuſque pater fuere. Claritudo autem eſt famæ; nobilitas autem, generis.

Cur infauſtum genus.

Is quoque annus legationes Græcarum ciuitatum habuit, [1] Samijs Iunonis, Cois [2] Æſculapij delubro vetuſtum aſyli ius, vt firmaretur, petentibus. Samij decreto [3] Amphictyonum nitebantur, queis præcipuum fuit rerum omnium iudicium, qua tempeſtate Græci conditis per Aſiam vrbibus ora maris potiebantur. Neque diſpar apud Coos antiquitas. Et accedebat meritum ex loco. Nam ciues Romanos templo Æſculapij induxerant, cum iuſſu regis Mithridatis apud cunctas Aſiæ inſulas, & vrbes trucidarentur. Varijs dehinc, & ſæpius irritis prætorum quæſtibus, poſtremo Cæſar de immodeſtia hiſtrionum retulit. Multa ab ijs in publicum ſeditioſe, fœda per domos tentari: [4] Oſcum quoddam ludicrum leuiſſimæ apud vulgum oblectationis, eo flagitiorum & virium veniſſe, vt authoritate patrum coercendum ſit. Pulſi tum hiſtriones Italia.

Aſyli ius petentes ciuitates.

Immodeſtia hiſtrionum publica & priuata fœdat.

1 SAMIIS.] Duæ erant Sami; vna vicina Aſiæ, non longe ab Epheſo. Altera vicina Thraciæ, quæ Samothracia dicta. Heic loquitur de prima. De ſecunda, nos aliquid delibauimus. Accipe autem de prima verſum Virgilij.

Poſthabita coluiſſe Samo.

In ea ſcribit Varro, *Iunonem altam, & educatam, ac ipſi nupſiſſe Ioui. Vnde Iunoni tam chara, ex Poetarum fabulis.*

Duæ Sami. *Epheſina.* *Et Thracica.*

2 ÆSCVLAPII DELVBRO.] De inſula Coo diximus. Romani autem ſæpe Æſculapio vota vouerunt, ſed in Epidauro, non in Coo. quod apud Liuium videre poſſis. Tamen Æſculapij templum ibi fuit. Strabo 14. non in vrbe, ſed in ſuburbano multis donis opulentum, inter quæ eſt Antigonus Apellis. Inerat etiam Venus nuda & emergens. Sed hæc Diuo Cæſari dicata eſt. Nam D. Auguſtus D. Patri poſuit, vt generis parentem. Et pro illa ſtatua remiſſa Cois talenta centum.

Æſculapius Epidaurij incola.

3 AMPHICTYONVM.] Celebre ſeptem ciuitatum Græciæ concilium, ab Amphictyone Heleni filio dictum, & de quo ſæpe apud Demoſthenem.

4 OSCVM QVODDAM LVDICRVM.] Oſcos dici apud Romanos, notum eſt, qui fœdo ore loquerentur, & pro turpibus perſonis pantomimi ſemper habiti, qui ideo, *Oſci* vere nominati.

Oſce ſenex Catinæque puer, Cumana meretrix.

Tamen Martialis ait Latinum fuiſſe probrum, cum ſcribat 9. epigram. 29.

Sed nihil a noſtro ſumpſit mea vita theatro,
Et ſola tantum ſcenicus arte feror.

Vt ſcilicet arte ſcenicus fuerit, & moribus Cato. Quod rariſſimum. At Oſcorum ludionum nomine, certum eſt multa genera nebulonum contineri. Nam Apuleius 4. Florid. ludit in eorum nominibus. *Mimus hallucinatur, Comœdus ſermocinatur, Tragœdus vociferatur, funirepus periclitatur, præſtigiator furatur, hiſtrio geſticulatur; Cæterique omnes ludiones oſtentant populo, quod cuiuſque artis eſt.* Et ſane a paruis initiis, ad infinitos progreſſus euaſere, quod oſtendam modo. Dicti ſunt autem *Oſci*, quod ab Oſcorum regione Romam venerint, & Oſce loquerentur: id eſt non bene Latine. Dicti etiam *Ludiones*, quod Ludos facerent: vt apud Ouidium.

Cur ludiones.

Ludius æquatam ter pede pulſat humum.

Et *Ludia*, de fœminis etiam dicitur, vt apud Iuuenalem Satyr. 6.

Fœminæ ludiæ.

--Quid vidit, propter quod ludia dici
Suſtinuit?

Et *ſaltatores*, quod ſaltarent in geſtu faciendo. Lactant. inſtit. lib. 1. cap. 12. *non comœdum in pronuntiando, ſed ſaltatorem in geſtu faciendo.* Et inde corruptum verbum emendo, quod nobiles animos vſque torſit, apud Plinium lib. 7. cap. 12. *Eiuſdem familiæ Scipioni, poſt eum cognomen Salucio mimus dedit.* Lego, *Salturio*, non *Salucio*. Nam ſalturiones dicti mimi, quod comœdias & tragœdias ſaltarent: Qui temporibus Auguſti, Romæ multum valuere, licet aliquando repreſſi. Nam non modo eos pertulit, ſed Romam induxit, auxitque primus lucare, de quo dictum ſupra: quia vulgus non modo circa ſe detinerent, ſed & Romanorum

Cur ſaltatores. *Plinius emendatus.* *Auguſtus hiſtrionum author & fautor.* *Cur Auguſtus illis fauerit.*

Romanorum etiam primores viros emollirent ad ferendum Cæſarum imperium. Ideo Cæſar Auguſtus habuit chariſſimos. nec ſiluit Bathyllus, qui aliquando *ei neceſſarios Pantomimos eſſe* dixit; tum etiam quod Mæcenas amore iſtius Bathylli teneretur, cuius amicitia apud Auguſtum maxime inualuit. Erant autem *depilati* omnes ludiones, & *capite raſo*. Itaque Plautus ita in Aulul.

Bathyllus hiſtrio ſe ſuoſque Auguſti votis neceſſarium dixit.

Dromo deſquama piſces.

Et poſtea.

Glabriorem reddes mihi, quam volſus ludius eſt.

Nullo capillo.

Nam omnes erant in nuda capitis area & decaluati. Nonius Marcellus in verbo *Caluitur. Tractum*, inquit, *a caluis mimis, quod ſint omnibus capillis vacui.* In theatro autem, centonibus & panniculis erant induti. Inde apud Martialem *Panniculus* ſeruus Latini hiſtrionis, quod indutus panniculis. lib. 2. epigr. 72.

Hiſtriones panniculati.

Os tibi præciſum, quanto non ipſe Latinus
Vilia Panniculi percutit ora ſono.

Et libri 5. epigramm. 62.

O quam dignus eras alapa, Mariane, Latini.
Te ſucceſſurum credo ego Panniculo.

Erant etiam *intecti vultu*, nec perſonati, vt alij hiſtriones ob pudorem: idque ad exemplum veterum ludionum. Inde *perſonata fabula* apud Feſtum: Noto etiam vſos fuiſſe *fibula*: nam ita Martialis lib. 7. epigramm. 81.

Intecti vultu in theatro.

——*Tam grandis fibula veſtit,*
Vt ſit comœdis omnibus vna ſatis.

Et fœminæ mimæ in theatro nudabantur. Nam Valer. lib. 2. cap. 10. *P. Romanus vt mimæ nudarentur, Catone ſpectante, poſtulare erubuit.* Tantus autem fuit illorum hiſtrionum comitatus, vt non modo viri, ſed & fœminæ, equites, patricij, Senatores eos ambirent & ſequerentur. De Senatoribus, noſter libr. 1. *Senatoribus vetitum ingredi domos pantomimorum.* De Patricijs, Seneca epiſtola 47. *Nobiliſſimi iuuenes mancipia ſunt Pantomimorum.* De equitibus. *ne ingredientes in publicum equites Romani cingerent.* De promiſcua virorum & mulierum multitudine, Suetonius in Tiberio cap. 35. *Ex iuuentute vtriuſque ordinis, profligatiſſimum quemque quo minus in opera ſcenæ arenæque edenda, Senatuſconſulto teneretur, famoſi iudicij notam ſponte ſubiiſſe.* Nec tantum adulti, ſed & impuberes, quod Iuriſconſulti produnt his verbis, *poſſe & impuberem operas dare, ſi ſit hiſtrio.* L. 7. de operis libert. D. Seneca lib. 7. nat. quæſt. cap. 32. *Priuatim vrbe tota ſonat pulpitum. In hoc viri, in hoc fœminæ, tripudiant mares inter ſe.* Lego, *Mariti inter ſe.* Nam dixit ſupra. *In hoc viri, vxoreſque contendunt, vter det latus illis. Latus* autem *dare*, eſt comitem ſe facere. Sic Iuuenal. Sat. 3. lib. 1.

Viri hiſtrionũ amatores. Fœminæ. Senatores. Patricij. Equites. Adulti. Impuberes. Ad latus quid.

Diuitis hic ſerui cludit latus, ingenuorum
Filius.

Et Papin. ad Abaſcantium. *Præterea latus omne diuinæ domus ſemper demereri.* Valer. lib. 5. cap. 1. de Paulo Æmilio & Perſa, ita vſurpauit verbum, *latus: Introductum in tabernaculum lateri ſuo proximum, in concilio ſedere iuſſit.* D. Hieronym. lib. 1. Daniel. cap. 7. ait *reginam* dici *latus regis*, & ita interpretatur ex Hebræorum ſententia, quod eſt in Daniele. *Quærebant occaſionem, vt inuenirent Danieli ex latere eius*: Id eſt, *inuenirent ex parte reginæ, quæ regi ad latus, quod calumniarentur.* Sic Suetonius in Claudio cap. 24. *Eunti & reuertenti latus texit.* Valer. lib. 2. cap. de Senator. *Iuuenes Senatus die vtique aliquem ex patribus conſcriptis, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam deducebant, affixique valuis expectabant, donec reducendi officio fungerentur.* Sed Auguſti tempore, non Senatores, ſed pantomimos comitabantur. Magnus fuit illorum fauor. Seneca epiſt. 29. *Si te videri celebrem ſecundis vocibus vulgi, ſi intranti tibi, clamor, plauſus, pantomimica ornamenta obſtrepuerint, ſi tota ciuitate te fœminæ, puerique laudauerint, quidni ego tui miſerear?* Et ſane tantus fuit fauor, & tanta gratia, vt etiam ſub Caio, cuius improbitate nimium viguerunt, non modo imperatorem haberent, fautorem & ſpectatorem, ſed etiam actorem. Nam idem Seneca de Ira libro 1. *A Cæſare Caio imitabantur ſtudioſius quam ſpectabat.* Ita legendum. Lego in vita Iuuenalis compoſita a vetuſtiori interprete, *Hiſtriones in delicijs aulæ fuiſſe, adeoque inualuiſſe gratia, vt eorum commendatione fautores ad magna munera eueherentur.* Nam Iuuenal. Sat. 7. loquens de Paride.

Regina Regis latus. Ex Daniele. Iuuenes ad latus aut poſt terga Senatorũ. Comitabantur euntes in curiã. A Curia reducebant domum. Magnus fauor hiſtrionum. Et plauſus & celebritas. Imperator Caligula Pantomimus. Hiſtriones in delicijs aulæ. Hiſtrionum fautores ad dignitates euecti.

Ille & militiæ multis largitur honorem.
Semeſtri vatum digitos circumligat auro;
Quod non dant proceres, dabit hiſtrio.

Et addit.

Præfectos Pelopea facit, Philomela Tribunos.

Scholæ pantomimorum.

Porro vt ab Epicuro Epicurei, ita etiam ab eorum nominibus diſcipuli dicti: nam Seneca Nat. Quæſt. *Quanta cura laboratur, ne cuius Pantomimi nomen intercidat? Stat per ſucceſſores Pylades & Bathylli domus: harum artium multi diſcipuli ſunt, multique doctores.* Prodigioſas opes habebant, vt de Aſopo tragœdo traditur, eiuſque filio, in cuius menſa ingentia patrimonia & vniones vno hauſtu ſorbebantur. Martialis de ingenti pecunia eis donata, lib. 10. epigramm. 74.

Illius artis multi diſcipuli. Opes pantomimorum. Aureorum ſacci pantomimis dati.

Centum merebor plumbeos die toto,
Cum corpus vna quindecim graues hora
Feruentis auri victor afferat ſaccos?

Sic Suetonius ait Caligulam Cythico agitatori dediſſe in comiſſatione vicies L L S. cap. 55. Horatius 2. epiſt. 1.

Geſtit enim nummum in loculos dimittere, poſt hoc
Securus cadat, aut recto ſtet tabula talo.

Erant illis domus Romæ, & ſæpe ſcribebantur heredes: vnde illa inofficioſi querela in iure noſtro, ſi turpes perſonas poſthabitis ſororibus & fratribus, defuncti ſcripſiſſent. At eorum filiæ magna dote locabantur. Nam Seneca. *O fœlices viros puellarum, quibus P. R. loco ſoceri fuit. Beatioreſne iſtos putas, quorum Pantomimæ decies ſeſtertio nubunt, quam Scipionem, cuius liberi a Senatu tutore ſuo in dotem æs graue acceperunt?* Horat. 1. Serm. Sat. 2.

Domus Romæ pantomimis. Qui heredes ſcripti. Et quorum filiæ magna dote locatæ.

Vt quondam Marſæus amator Originis ille,
Qui patrium mimæ donat fundumque laremque.

Quin viduæ Senatorum, etiam Senatorum vxores pantomimis copulabantur. Iuuenalis lib. 1. Satyr. 6.

Viduæ Senatorum pantomimis nuptæ.

Et vxores Senatorum.
* Pro *Iulium* i.pantomimũ.
Appia ex genere Appij.
Hippia quod in ea equitarent viri.
Mulier Hippo dicta.

*Nupta Senatori comitata eſt Hippia ludum**
Ad Pharon, & Nilum, famoſaque mœnia Lagi:
Prodigia & mores vrbis damnante Canopo.

Vbi legunt *Appia*, quod eſt nomen fœminæ Romanæ nobilis. Nam ille ab Appijs Claudijs forſan. Et Cicero in deſpectũ iſtius nobilitatis, vocat *Appietatẽ*, l.1. Ep. ad Att. Tamen *Hippia* non male, quod in illa ludij equitarent. Fuit etiam Græca fœmina Hippo nomine, ait Valerius lib. 6. cap. 1. vbi de externis. Quæ omnia ſcripſi ad explicandam vim vitetque in quas pantomimi deuenerint, vt ait noſter. At Plinius lib. 9. cap. 25. ait filium & heredem Tragœdi Æſopi Claudium, ſingulos vniones in conuiuio vorandos dediſſe. Nam immenſis donationibus, ad prodigioſas opes ferebantur. D. Auguſtinus 100. tractatu in Ioannem cap. 16. conqueritur quod hiſtrionibus multa bona donarentur. *Donare*, inquit, *res ſuas hiſtrionibus, vitium eſt immane, non virtus. Illa ſanies Romæ recepta, & fauoribus aucta, tandem collabefecit bonos mores, & ciuitates perdidit, coegitque imperatores ſæpius eos expellere.* Nam ſub Auguſto, aliquando fuſtigati, ſub Tiberio eiecti, a Caio reuocati; iterum eiecti a Claudio, reuocati a Nerone, ſed remoti a ſacris certaminibus. Sublati poſtea a Domitiano, poſt reducti a Nerua, deiecti a Traiano: & in ludijs iſtis, fortuna ludos ſuos fecit. De his dicemus, vbi de Mneſtero dicemus.

Expulſi pantomimi.
Reuocati.
A diuerſis imperatoribus.

Idem annus alio quoque luctu Cæſarem * adficit, alterum ex geminis Druſi liberis extinguendo: neque minus * morte amici. Is fuit Lucillius Longus omnium illi triſtium lætorumque ſocius, vnuſque e Senatoribus Rhodij ſeceſſus comes. Ita quanquam nouo homini, [1] cenſorium funus, effigiem apud forum Auguſti publica pecunia patres decreuere: apud quos etiam tum cuncta tractabantur; adeo vt [2] procurator Aſiæ [3] Lucillius Capito, accuſante prouincia, cauſam dixerit, magna cum adſeueratione principis, non ſe ius, niſi [4] in ſeruitia & pecunias familiares dediſſe: quod ſi vim prætoris vſurpaſſet, manibuſque militum vſus foret, ſpreta in eo mandata ſua, audirent ſocios. Ita reus, cognito negotio, [5] damnatur. Ob quam vltionem, & quia priore anno in C. Sillanum vindicatum erat, decreuere Aſiæ vrbes [6] templum Tiberio, matrique eius, ac Senatui: & permiſſum ſtatuere. Egitque Nero grates ea cauſa patribus atque auo, lætas inter audientium adfectiones, qui, recenti memoria Germanici, illum aſpici, illum audiri rebantur. aderantque iuueni modeſtia, ac forma principe viro digna, notis in eum Seiani odijs ob periculum gratiora.

* adfecit,
* mors

Ex geminis Druſi vnus raptus: quod Natura ſolet vulgariter.

Aſia tota adulatrix.

Modeſtia ac forma viro principe digna.

Quid Cenſoriũ funus, quæſtio eſt.
Deciſa nondũ.
Peculiare ijs qui cenſores fuiſſet.
Cur igitur hic Lucillio Longo, homini nouo, nec e Cenſorum ſobole?
Sed princeps voluit: quod ſat eſt.
Deducebatur iſtud funus in forum Romanũ, per ſacram viã, & pro Roſtris laudatio.
Puto iſtud funus Cenſorium dictum, quod Cenſorum imagines ducerentur, & pro roſtris laudarẽtur.

1 Censorivm fvnvs.] Quid ſit *Cenſorium funus*, ſub iudice lis eſt. Et hæc quæſtio in litterario foro deciſa nondum; vtraque pars ſuos habet patronos, & teſtes. Capitolinus in Pertinace. *Funus imaginarium ei & cenſorium ductum eſt.* vt heic, *Cenſorium funus, effigiem apud forũ.* At funus iſtud deducebatur in forũ Romanũ per Sacrã viã, & ibi pro Roſtris defuncti cadauere poſito, laudabantur. Dionyſ. l.4. Et capio funus Cenſorium, in quo omniũ imagines Cenſorum procederẽt ordine, omneſq. qui tum fuiſſent Cenſores; quod aſpectu amœnum. Et hic honos Cenſoribus datus, nõ in vita tantum, ſed poſt mortem. Quod non habuit locum in cæteris muneribus. Certum eſt in Rep. eos qui Cenſuram exercuerant, Cenſorio funere poſt mortem ornatos. Sed ſub Tiberio, quo imperante, nulla fuit, niſi quam princeps daret, cenſura. Quid ergo Cenſorium funus, datum Lucillio Longo, nouo homini, qui nec Cenſor, nec e cuiuſquam Cenſorum ſobole? Sed ſatis eſt placuiſſe hoc principi, qui honorum fons.

2 Procvrator.] Ex vultu videtur Poeta denotare procuratorem, dum ſcribit.

—— Gnauus, & aſper,
Procuratorem vultu qui præferat ipſo.

Erat autem liberum cuique ex iure Ciuili, Procuratorem agendis negotijs legere, aut ſeruum, aut ingenuum, aut libertum. Cæſar Iulius Balbo Cornelio Procuratore vſus eſt, & Oppio Auguſtus, itemque Licinio, vt Antonius Manio. Et Cæſares poſteri, aliquando equitibus Romanis, & aliquando libertis vſi ſunt. Quod paſſim viſitur in libris. Sed qui dicebantur procuratores Cæſaris in prouincijs? Iuriſconſ. L. 35. ex quibus cauſ. maior. *Procurator eſt Cæſaris, non ſolum cui rerum prouinciæ cuiuſcumque Procuratio mandata erit, ſed & is, cui rerum, quantumuis non omnium.* Et hi procuratores, *principum Procuratores.* nominabantur, viceque præſidis fungebantur; quod introduxit Claudius, vt dicemus infra. Sic L. 2. Cod. de pœnis: *Procurator Cæſaris vicem Præſidis tuetur.* Et L. 25. D. de adqu. vel omitt. heredit. *Procurator Cæſaris vice præſidis fungetur.* Officium autem præcipuum, & munus erat in

Procuratorum vultus aſper & gnauamens.
Ii aut ingenui, aut ſerui, aut libertini.
Quis procurator Cæſaris in prouincijs.
Procurator Cæſaris primum rem Cæſaris curabat.

patrimonio

Item rem Reip. Procurator rei Dominicæ. Procurator Reip.

Res principis ſeparata a re Reip. Tamen Auguſtus vſus vtraque. Vocantur in iure homines Auguſtiſsimæ domus. Apud Francos Gens du Roy. Catholici procuratores, Le Procureur General. Habebant Cæſarianos pro officialibus. Dicimus Sergens. Capito procurator Cæſaris in Aſia. Vt Tacitus procurator Cæſaris in Belgio. Cuius ſocer Agricola vtrumque auum habuit procuratorem Cæſaris apud Foroiulienſes. Hi procuratores Cæſaris plerumque equites aut liberti. Serui procuratoris ex iure ciuili. Procuratores primi tantum in ſeruitia & pecunias principis. Poſtea ius habuere dandi iudicis.

patrimonio principis procurando: (nam in prouincijs agros & villas habebat princeps,) & in bonis Reip. adminiſtrandis: nam vulgaria ſunt nomina in libris Iuriſconſultorum, *procurator rei Dominicæ*, vel *domus Dominicæ*, & *procurator Reip.* Res enim principis ſeparata eſt a re Reip. quamuis Auguſtus, vt ait Dio, rebus Reip. vt ſuis, vſus fuerit: hodie apud nos vtriuſque commixtio eſt. Capitolinus in D. Pio. *Procuratores ſuos modeſte ſuſcipere tributa iuſſit, excedentes modum rationem factorum ſuorum reddere coegit.* At hi procuratores rei Dominicæ, vocantur *homines Auguſtiſsimæ domus noſtræ* ab imperatoribus, L. 1. de Cond. & procurat. ſiue *actorib. præd. fiſci.* Cod. Nos dicimus Gallice, *Les gens du Roy.* Et Catholici procuratores, etiam dicti ſunt apud nos, *Le Procureur General.* vt 12. Cod. de procurat. & conduct. domus Auguſtæ. Et ex conſtitutionibus poſteriorum imperatorum. In veteri autem libro, qui Cameræ computorum Pariſijs, dicitur a Philippo Pulchro, *Catholicus iuris conditor.* epiſtola ad Archiepiſcopum Senonenſem. Cæſarianos autem, pro officialibus habent, quos dicimus *Sergens.* Debemuſque iſtud nouiſſimum Cuiacio acceptum. Ergo Capito procurator Cæſaris in Aſia. Et author noſter Tacitus, nunquam certe tacendus, dum litteræ vigebunt, fuit Cæſaris procurator in Belgio: vti Agricola eius ſocer, vtrumque auum procuratorem Cæſarum habuit apud Foroiulienſes. Erant autem plerumque aut equites, aut liberti, quanquam vt in priuatorum rebus adhiberi poterant, etiam procurationibus rei principis ſerui. Nam procuratores ſerui eſſe poterant ex iure Ciuili. Et Tertullianus ad vxor. *Habet in latere Diaboli ſeruum procuratorem domini ſui, ad impedienda fidelium ſtudia, & officia.* Puto in Apologet. apud eundem in verbo *procurantes*, eſſe mendum. Nam ait. *Itaque oportere & procurantes*, (lego, *procuratores*, Cæſaris videlicet) *& præfectos, & præſides pariter inſpici.* Spartianus in Adriano: *Procuratores*, inquit, *latius euagantes coercuit.* Et ſane fuit inter eos qui eodem principe Craſſum Frugi egreſſum inſula quaſi res nouas molientem occiderent. Ideo Spartianus ita ſcribit: *Circumiens prouincias procuratores & præſides pro factis ſupplicio affecit, ita ſeuere vt accuſatores per ſe crederetur immittere.* Et idem in Albino loquens de Commodo: *Super hoc ad meos procuratores litteras miſi ſignatas ſigno Amazoniæ, & cum opus fuerit rationalibus dabis, ne te non audiant, cum de ærario volueris imperare.* Noto autem procuratorum vetuſtum munus. Nam apud Perſas mentio fit in libro Eſther cap. 8. *Scriptæ ſunt epiſtolæ regis ad Principes procuratoreſque & iudices qui centum viginti ſeptem prouincijs ab India vſque ad Æthiopiam præſidebant.*

Et audiendi rationes inter fiſcū & principem. Inde rationales dicti.

Capitones in Aſia munera exercuerunt. Parum liberaliter.

3 Lucillius Capito.] Noto iſtos Capitones in Aſia præcipue ſua munera exercuiſſe, vt hic de quo noſter, & ille de quo Iuuenalis Sat. 8.

> *Et Capito & Tutor ruerint damnante Senatu*
> *Piratæ Cilicum.*

Et Fonteius Capito, qui Proconſul in Aſia. Noſter infra eodem libro.

4 In servitia et pecunias familiares.] Quod obtinuit tantum Iulio Auguſto & Tiberio imperantibus. Sed latius creuit iſtud ius poſteris tēporibus: Quippe data eſt eis poteſtas dandi iudices, in rebus fiſco adiudicatis, & audiendi rationes inter fiſcum & priuatos: ideo Rationales dicti in iure. quæ paſſim ex imperatorum legibus colliguntur. Non tamen de crimine cognoſcebant, nec miniſterio militum vtebantur, ne vſurpare poteſtatem præſidis viderentur; ſed poſtea, vt dixi, vſi ſunt Cæſarianis: quod docebimus infra.

5 Damnatur.] Dio ait exulem factum, l. 57.

6 Templum Tiberio, matrique eius, ac Senatui.] Lege, & luge; mortales fiunt a mortalibus Dij immortales, proh nefas! & poſt mortem: ſed vbi eſt Deitas, ſi mortalitas? & vbi diuinitas, ſi virtus abeſt? Tiberius, hircus libidinoſus, Liuia ambitioſa anus, inter Diuos reponuntur. Id facit Senatus adulator, & inter Senatores Scauri, per omnia corporum concaua libidinem recipientes. Eane templis numina ponuntur, & adorantur? Idque in Aſia magna parte orbis? Quis orbem, aut quis orbis partem non dicat furere? Senatus Chriſtum deum reſpuit, & expuit vt Tiberium deum faceret. Vide Tert. in Apologet.

Romani veterum matrimoniorum moris obliti. Cauſa prima incuria virorum & fœminarum. Difficultates cerimoniarum. Et quia ius paternę poteſtatis ſolueretur. Sacerdotes honorandi. Imo excitādi ad capeſſendum munus

Sub idem tempus de Flamine [1] Diali in locum Seruij Maluginenſis defuncti legendo, ſimul roganda noua lege diſſeruit Cæſar. Nam *patricios* [2] *confarreatis parentibus genitos tres ſimul nominari, ex quis vnus legeretur vetuſto more: neque adeſſe, vt olim, eam copiam, omiſſa confarreandi adſuetudine, aut inter paucos retenta. pluresque eius rei cauſas adferebat, potiſſimam penes incuriam virorum, fœminarumque. Accedere ipſius ceremoniæ difficultates, quæ conſulto vitarentur, &* [3] *quando exiret e iure patrio, qui id Flaminium apiſceretur, quæque in manum Flaminis conueniret.* [4] *Ita medendum Senatus decreto, aut lege, ſicut Auguſtus quædam ex horrida illa antiquitate ad præſentem vſum flexiſſet.* Igitur tractatis religionibus, placitum, inſtituto Flaminum nihil demutari. Sed lata lex, qua Flaminica Dialis [5] ſacrorum cauſa in poteſtate viri, cæ-

Auguſta in theatro inter Veſtales.

tera promiſcuo fœminarum iure ageret. Et filius Maluginenſis patri ſuffectus:[6] Vtque gliſceret dignatio ſacerdotum, atque ipſis promptior animus foret ad capeſſendas ceremonias, decretum Corneliæ virgini, quæ in locum Scantiæ capiebatur, LLS XX. & quoties Auguſta theatrum introiſſet, vt[7] ſedes inter Veſtalium conſideret.

Quid confarreatum matrimonium.

1 DIALI.] *Qui maximæ dignationis inter* XV. *Flamines*, ait Verrius ex Feſto.

2 CONFARREATIS PARENTIBVS.] Id eſt, ex eo mattimonio, quod per confarreationem fiebat, nata. Omnia autem matrimonia apud primos & veteres Romanos, & præcipue Pontificum, confarreata erant, & *farracia* dicebantur. Sed paulatim regione Pagana euaneſcente deſueuerunt, vt Halicarnaſſeus ſcribit libro 1. Antiquit. manſitque illa confarreatio ſolum inter Pontifices, Dialeſque & eos qui ſacris paganorum operabantur. Ideo bene Boetius, qui confarreatum matrimonium, tantum ſacerdotibus fuiſſe ſcribit, contra hunc locum. Sed hoc temporibus poſterioribus. Et *nouæ nuptæ farreum præferebant*, ait Plinius lib. 2. & lib. 18. Et farre victimas aſpergebant: fiebatque mola ſalſa adhibita, quæ farre & ſale conſtabat. Valer. lib. 2. cap. 5. Eſt autem *far*, purum frumentum, quod omnibus ſacrificijs miſcebatur, antequam thus reperiretur. Quod Ouidius docet 1. Faſt. Arnob. lib. 4. *Vxores Dij habent, atque in coniugalia fœdera, conditionibus veniunt antequæſitus: vſu, farre, coemptione, genialis lectuli ſacramenta conducunt. Habent ſperatas, habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſpōſas.* Arnobius vtitut verbo *ſacramenta*; reſpiciens ad Chriſtianorum verba, & fidem, qui ſacramentum matrimonium vocant.

Omnia vetera matrimonia confarreata.

Quod euanuit.

Solis pontificibus nubentibus relicta.

Quid far.

Explicatus Tacitus.

3 ET QVANDO EXIRET.] Defectum locum puto, licet aliter alij ſentiant. Ideo lego, *Quoniam inde exiret a iure patrio*, &c. Nam ex duobus verbis, *quoniam inde*, finxerunt *quando*. Quod explico. Loquitur ergo de matrimonio confarreato, quod neceſſarium erat inter patrem & matrem Flaminis, aut Flaminiæ, ſi Flamines vellēt haberi. At deſueuerat, & deſuetudinis tres rationes adfert Tiberius, quarum prima, incuria virorum & fœminarum. Recte. Nam ita fert hominum natura, vt a pietate facile recedant, Dei munerum facile obliuiſcantur. Ideo apud Iudæos inſtituti dies Sabbathi, vt homo creationis ſuæ, totiuſque mundi qualibet hebdomada recordaretur. Ideo etiam inſtituta feſta Paſchæ, Tabernaculorum, & aliæ ſolemnitates introductæ, vt ſingulis annis beneficiorum Dei memor eſſet. Secunda deſuetudinis ratio, difficultas ceremoniarum: quippe in hoc confarreationis matrimonio, & far, & ſal conquirenda, & mola ſalſa conficienda, & victimæ cædendæ, aliaque multa quæ ad ſacrificia pertinerent. Tertia ratio quod Flamen, vel Flaminia patria poteſtate exirent, quod durum patribus Romanis: quippe patris poteſtas, in qua iura vitæ & necis in filios, inter antiquiora, & præclariora Romanorum iura, immo ſolis conceſſa Romanis. Nam cæteræ nationes, illa poteſtate non vtuntur: ideo ſolutio illa patriæ poteſtatis, maxime Romanos afficiebat; & hoc eſt quod ait in hæc verba, *Et quoniam inde exiret iure patrio.* Sane Veſtales in patria poteſtate non erant. quod Feneſtella notauit: poterantque Veſtales condere teſtamentum. Et ex Iuriſconſultorum diſciplina, militia non ſoluit ius patriæ poteſtatis, ſed ſacerdotium ſoluit. Etiam ex iure Chriſtianorum Imperatorū. Nam Epiſcopi, nec ſunt in patris poteſtate. Authēt. Sed Epiſcopalia. de Epiſcopis & clericis. Cod. Magiſtratus & milites ſunt in patris poteſtate. Quintilianus noua declam. 186. *Nihil non facere debuiſti*, (ait pater filio,) *ſecundum meam voluntatem. Obijcio tibi munus lucis: iactat ſe poteſtas illa patrum etiam in magiſtratus, & magiſtratus in victores. Crede hoc vinculo paternæ poteſtatis Rem Romanam diu viguiſſe, & domi, & foris.*

Confarreati matrimonij deſuetudo.

Tres rationes deſuetudinis.

Prima, incuria. Homo obliuioſus beneficij.

Ideo feſti dies inſtituti.

Vt Sabbatha.

Secunda ratio difficultas.

Quippe quærenda far, ſal, & victima.

Tertia quod extincta iaceret paterna poteſtas.

Veſtales ſoluta a patria poteſtate.

Quæ teſtamentum condebant.

Militia non ſoluit ius patriæ poteſtatis.

Sacerdotium ſoluit.

Epiſcopi non ſunt in poteſtate.

Magiſtratus ſunt in patria poteſtate.

Et triumphales.

4 ITA MEDENDVM.] Puto ſcriptum fuiſſe. *Itaque aut medendum Senatus decreto, aut lege.* Et nota differentiam decreti, & legis, vt decretum ſit Senatus, lex ſit principis.

Tacitus correctus.

Lex principis eſt.

Decretum Senatus.

5 SACRORVM CAVSA IN POTESTATE VIRI.] Qui confarreato matrimonio iungebatur, vir fiebat pater familias, vxor mater familias; ideoque vxor non erat in poteſtate viri. Nam vulgata vox in nuptijs veterum Romanorum, quorum matrimonia erant confarreata pęne omnia, *Vbi tu Caius, ego Caia.* Placuit tamen heic, vbi de ſacris ageretur, vt vxor illa Flaminis, licet mater familias, eſſet in poteſtate viri, in cæteris vteretur iure aliarum fœminarum, quæ matresfamilias. Nam matresfamilias erant ſui iuris, ſeu puberes, ſeu impuberes. Et inde verba L. 34. ſoluto mattimonio. *Titius in ſua poteſtate eſſe dicit, ipſa ſe matremfamilias.* Et Iuriſconſultus in L. vlt. de lib. exhib. *Cum audis matremfamilias, accipe notæ authoritatis fœminam.* Et ſane fuere olim & veteres Sabinæ plenæ authoritatis in liberos, plenæ in exteros.

Ex matrimonio confarreato, hinc paterfamilias, inde materfamilias dicebantur.

Vnde vox, Vbi tu Caius, ego Caia.

Quantum ad ſacra vxor Flaminis in poteſtate viri eſt.

In alijs rebus non eſt.

Explicata lex 34 ſolut. matr.

6 VTQVE GLISCERET DIGNATIO SACERDOTVM.] Quorum in omni & vera & falſa religione & a condito mundo fuit reuerendus vertex. Apud Iudæos legis ſcientia eis addicta eſt, & quos tangere nefas, quibuſq. obſequij ius erat ſub pœna mortis. Deuteronomij 16. Et ita accipe quod Oſeæ 4. capite. *Populus tuus ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti*; id eſt perditus, conclamatus & addictus morti. Nam ita lex ſcripta: *Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, decreto iudicis morie-*

Sacerdotum dignatio.

Apud Chriſtianos & paganos.

Et Iudæos.

tur

tur homo ille, & auferes malum de Iſraël. Quid dicent Chriſtianę Reip. turbatores. Ergo deſpectus ſacerdos Deum vltorem habet. Apud Chriſtianos dicti *regale ſemen*, *vncti Domini.* D. Hieronym. ita ſcribit, ex antiqua Chriſti diſciplina. *Abſit vt de ſacerdotibus quidquam dicam, qui ſacrum Chriſti corpus ſacro ore conficiunt.* Audin veterum Chriſtianorum fidem? Idemque ait ante eos ſedere nemini licuiſſe. Tertullianus *quotidie corpori Domini manus admouiſſe.* Nam ſic libr. de Idolol. de preſbyteris qui artificio ſuo viuebant: *Eas manus admouere corpori Domini quæ dæmonijs corpora conferunt.* Id eſt, vt ſtatuarius, qui & preſbyter, poſt confectum Domini corpus conficiat etiam Idoli ſtatuam. Et valde fuiſſe honoratos narrat in exhortat. ad Caſtit. *Nonne*, inquit, *& laici ſacerdotes ſumus? Scriptum eſt. Regnum quoque nos & ſacerdotes ideo & patri ſuo fecit. Differentiam inter ordinem & plebem conſtituit Eccleſiæ authoritas.* Apud paganos, ita habet liber Geneſis, vbi de ſacerdotibus Ægyptijs, & eorum priuilegijs. *Ex ea die quinta pars in Ægypto ſoluitur abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.* cap. 47. Nam a decimis ſacerdotes immunes. Decimas cinnamomi Æthiopes ſacerdotibus, & Aſſabino Deo perſoluebant, vt Arabes Sabi Deo decimas thuris. Plinius libr. 12. cap. 19. & 13. Et Virgilius de illa veneratione ſacerdotum.

Liberi ſacerdotes apud Ægyptios a præſtationibus.

—— *Curſuſque dabit venerata ſecundos.*

Sic Homerus Iliad. α. reuerendum ſacerdotium dicit, αἰδεῖσθαι δ' ἱερῆα. Ideo ſceptrum gerebant & coronam, vt ibidem ſcribit Poeta. eumque honorem illis præſtari ſcribit Vlpianus, quod honori omnipotentis Dei potiſſimum deferatur. Sic Papinius libro 5. Silu. ad Abaſcantium. *Qui bona fide colit Deos, amat & ſacerdotes. Apud Barbaros Getas*, inquit Strabo libro 7. *Sacerdos Deus dicitur, & mons ſacer.* Sic *reges abietes.* Hieronym. libr. 4. cap. 14. in Iſaiam. ἱερὸν pro magno dixere veteres, & ἱερὰ ἄγκυρα maior eſt anchora. Vnum addo, & nihil amplius, ex Pomponio Iuriſconſulto, quod feriat ſacerdotum oſores, interpretandi legum ſcientiam apud Collegium Pontificum fuiſſe, & ex eo creari ſolitum, qui ſingulis annis præeſſet priuatis. Quod fuit a Iudæis deſumptum. De honore ſacerdotum Chriſtianorum, Clemens Romanus libr. 2. & D. Chryſoſtomus dialogo de honore ſacerdotali. Quæ ſcribo, vt ſoricina nænia confoſſiores reddantur hi, qui ſe tot & tãta millia ſacerdotũ Catholicorum vno anno apud Francos iugulaſſe ſuis libris gloriantur, inepte, turpiter & nequiter. Et eſt valde maleficum genus iſtorum hominum.

Apud Romanos qui honor eis defertur, a Deo defertur.

Apud Græcos Homerus.

Apud Getas ſacerdos mons ſacer & Deus dicitur.

Veſtales in theatro.

7 SEDES INTER VESTALIVM.] Suet. ſcribit in *Theatro Veſtalibus Auguſtum dediſſe locum iuxta prætoris tribunal.* Recte: cum pudicitiæ, naturalis tutor ſit magiſtratus. Quod alij ante me dixerunt. Sed idem Sueton. in Nerone c. 12. ſcribit. *Ad Athletarum ſpectaculum inuitaſſe & Virgines Veſtæ, quod Olympiæ quoq. Cereris ſacerdotibus ſpectare concederetur.* In Athletarum certaminibus, non miror; in pantomimorum libidinibus miror. Miror & in theatro, in quo impudica omnia. Nam improbæ voces ſpargebantur, turpes motus ſpectabantur, etiam meretrices nudabantur, vno verbo Floralia agebantur. D. Cyprianus epiſt. 2. ad Donatum hæc de theatro ingerit, nec ſine bile. *Morum quanta labes? quæ probrorum fomenta? quæ alimenta vitiorum? Hiſtrionum geſtibus inquinari, videre contra fœdus iuſque naſcendi, patientiam incertæ turpitudinis elaboratam. Euirantur mares, honor omnis, & vigor ſexus, eneruati corporis dedecore mollitur, pluſque illis placet quiſquis virum in fœminam magis fregerit. In laudem creſcit crimen ex crimine, & peritior, quo turpior iudicatur.* Ouidius paganus 2. Triſt. eleg. 1. id firmat, & contra paganos.

Inter Athletas non mirum.

Inter pantomimos mirum.

Nam in theatro ſpurca omnia.

Probra theatri a D. Cypriano.

Quid ſi ſcripſiſſem mimos obſcœna iocantes,
Qui ſemper iuncti crimen amoris habent?
In quibus aſſidue cultus procedit adulter,
Verbaque dat ſtulto callida nupta viro?
Nubilis hæc virgo, matronaque virque puerque
Spectat, & ex magna parte Senatus adeſt;
Nec ſatis inceſtis temerari vocibus aures,
Aſſueſcunt oculi multa pudenda pati.
Cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum,
Plauditur; & magno palma fauore datur.

Certe Prudentius contra Symm. Veſtales in Circo ſedẽtes facit gladiatorijs ludis, & rider.

Gladiatorijs ludis Veſtales in Circo.

Inde ad conſeſſum caueæ Pudor almus, & expers
Sanguinis it Pietas, hominum viſura cruentos
Congreſſus, morteſque & vulnera vendita paſtu,
Spectatura ſacris oculis; ſed & illa verendis
Vittarum inſignis phaleris, fruiturque laniſtis.

Quæ omnia parum conuenienter fiunt ſpectantibus oculis Virginum. At Maſſilienſes magis caute & ſapienter, *qui iuuenes a ſpectaculis arcebant, ne mollibus verbis, aut impuro geſtu, pudicitia corrumperetur.* Quid de virginibus, & virginibus ſacris, ſanxiſſe creditis? Auguſtus etiam: *Iuuenes nocturnis ſpectaculis prohibuit, niſi in comitatu propinquorum.* Fuit ſane noſtrorum Chriſtianorum aduerſus paganos perpetua controuerſia de Veſtalibus in theatrum inductis. Arnob. lib. 4. *Sedent in ſpectaculis publicis, ſacerdotum omnium magiſtratuumque collegia, Pontifices Maximi; & maximi curiones: Sedent Quindecimuiri laureati, & Diales, cum apicibus Flamines: Sedent Augures, interpretes diuinæ mentis & voluntatis; nec non caſtæ virgines perpetui nutrices & conſeruatrices ignis*, &c. Nota quod Chriſtianitas proborum omniũ morum nutrix & matrix, vt contra improborum religionis peruerſa falſitas & impura religio.

Maſſilienſes ſapientiores Romanis arcebant iuuenes a theatris.

Et cur.

Auguſtus iuuenes nocturnis ſpectaculis arcuit.

Arnobij vox de ſacerdotibus paganis theatra conſcendentibus.

Cornelio Cethego, Viſellio Varrone Coſs. Pontifices, eorumque exemplo cæteri ſacerdotes, cum pro incolumitate principis vota ſuſciperent, Neronem quoque & Druſum ijſdem dijs commendauere, non tam charitate iuuenum, quam adulatione: quæ, mo-

[*Nimia aut nulla adulatio idem moribus corruptis.*]

ribus corruptis, perinde anceps ſi nulla, & vbi nimia eſt. Nam Tiberius haud vnquam domui Germanici mitis, tum vero æquari adoleſcentes ſenectæ ſuæ, impatienter indoluit: accitoſque Pontifices percunctatus eſt, num id precibus Agrippinæ, aut minis tribuiſſent. Et illi quidem quanquam abnuerent, modice perſtricti; etenim pars magna e propinquis ipſius, aut primores ciuitatis erant. cæterum in Senatu oratione monuit in poſterum, ne quis mobiles adoleſcentium animos præmaturis honoribus ad ſuperbiam extolleret. Inſtabat quippe Seianus, incuſabatque, diductam ciuitatem, vt ciuili bello. eſſe qui ſe partium Agrippinæ vocent: ac ni [1] * reſiſtatur, fore pluris: neque aliud gliſcentis diſcordiæ remedium, quam ſi vnus alterve maxime prompti ſubuerterentur. Qua cauſa C. Silium, & Titium Sabinum adgreditur: amicitia Germanici perniciosa vtrique. [2] Silio, & quod ingentis exercitus ſeptem per annos moderator, partiſque apud Germaniam triumphalibus Sacrouiriani belli victor, quanto maiore mole procideret, plus formidinis in alios diſpergebatur. Credebant plerique auctam offenſionem ipſius intemperantia [3] immodice iactantis, ſuum militem in obſequio durauiſſe, cum alij ad ſeditiones prolaberentur: neque manſurum Tiberio imperium ſi ijs quoque legionibus cupido nouandi fuiſſet. Deſtrui per hæc fortunam ſuam Cæſar, imparemque tanto merito rebatur. [4] Nam beneficia eo vſque læta ſunt, dum videntur exolui poſſe: vbi multum anteuenere, pro gratia odium redditur.

[*Nequis mobiles adoleſcentium animos præmaturis honoribus ad ſuperbiam tolleret.*]

[* *reſiſtant vi, fore plureis;*]

[*Silius & Sabinus ob amicitiam Germanici rei.*]

[*Iactantia quæ principem ferit noxia eſt.*]

[*Beneficia grata vbi exſolui poſſunt: vbi non, ingrata ſunt & odioſa.*]

[*Tacitus correctus.*]

1 Ac ni resistatvr.] *Niger eſt, Romane caueto.* Lego, *ac ni reſiſtat vi, fore plures.* Simile vlcus in verbo paſſiuo apud Tertullian. in Apologet. *Cum mulieres vſque adeo vino abſtinerentur,* (pro *abſtinerent, vt*) *matronam ob reſignatos cellæ vinariæ loculos, inedia necarint.* Habes vitioſas ſcriptiones, ne deſpice correctiones.

[*Et Tertullian.*]

2 Silio et qvod.] Illud, *&*, prima fronte excutiendum mihi videbatur; ſed eſt reliquum verbi *ſcilicet*, quod legendum eſt poſt *Silio.* Nam ad conficiendum verbum, *ſcilicet*, repetenda ſunt verba, *sili*, & littera, *o*, pro, *c*, cui addendum verbum, *&*, vt fiat *ſcilicet.* Et eſt veſtigium notarum, quæ ſunt in hoc authore.

3 Immodice iactantis.] Ex eodem fonte clades Antonij primi. Nam ita noſter libr. 4. Hiſtor. *Vt infeſtum tumidumque inſectabantur, adiunctis prioris vitæ criminibus: neque ipſi deerat arrogantia,* (id eſt, per arrogantiam) *vocare inſenſas, nimius commemorandus quæ meruiſſet.*

4 Nam beneficia.] Vere dictum. Seneca enim epiſt. 19. *Leue æs alienum debitorem facit, graue inimicum.* Et in Eccleſiaſtico 29. *Multi præſtiterunt moleſtiam ijs qui ſe adiuuerunt: pro honore & beneficio, reddidere contumeliam: Cum accipiunt, oſculantur manus dantis.* Breuius nos. *In mutui datione amicus, in ſolutione hoſtis.* Et egregie Martialis.

Odiſſe quam ſoluiſſe vilius conſtat.

[*Leue æs alienum facit debitorem; graue, inimicum.*]

[*Maleficium pro beneficio.*]

[*Qui alteri per ſuum dedecus gratificatur, iniquus eſt.*]

Erat vxor Silio Soſia Galla, charitate Agrippinæ inuiſa principi. Hos corripi, dilato ad tempus Sabino, placitum: immiſſuſque Varro conſul, qui paternas inimicitias obtendens, odijs Seiani per dedecus ſuum gratificabatur. Precante reo breuem moram, dum accuſator conſulatu abiret, aduerſatus eſt Cæſar: ſolitum quippe magiſtratibus, diē priuatis dicere: nec infringendū conſulis ius, cuius vigilijs niteretur, ne quod Reſp. detrimentū caperet. Propriū id Tiberio fuit, ſcelera nuper reperta priſcis verbis obtegere. Igitur multa adſeueratione, quaſi aut legibus cum Silio ageretur, [2] aut Varro conſul, aut illud

[*Scelera noua priſcis verbis tecta.*]

Reſp.

Reſp. eſſet, coguntur patres, ſilente reo, vel ſi defenſionem cœptaret, non occultante cuius ira premeretur.[3] conſcientia belli, Sacrouir diu diſſimulatus, victoria per auaritiam fœdata, & vxor Soſia arguebantur. Nec dubie repetundarum criminibus hærebant. ſed cuncta quæſtione maieſtatis exercita. & Silius imminentem damnationem voluntario fine præuertit. Sæuitum tamen in bona, non vt ſtipendiarijs pecuniæ redderentur, quorum nemo repetebat. ſed liberalitas Auguſti auulſa, computatis ſingillatim quæ fiſco petebantur.

Crimine maieſtatis accuſati qui de repetundis tenebantur.

1 MVLTA ADSEVERATIONE.] Sic noſter Annal. 6. *Scipiones Silani & Caßij adſeueratione multa cenſebant*. Et libr. Annal. 11. *Deierauit e Rep. id eſſe*. Et Annal. 1. *Laturum ſententiam palam, & iuratum*. Sed tene quod Claudianus de reis ſe excuſantibus 4. Conſ. Hon.

Extruite immanes ſcopulos, attollite turres,
Cingite vos fluuijs, vaſtas opponite ſiluas.
Garganum Alpinis Apenninumque niualem,
Permixtis ſocietate iugis, & rupibus Æmum
Addite Caucaſeis, inuoluite Pelion Oſſæ;
Non dabitis murum ſceleri.

2 AVT VARRO CONSVL, AVT ILLVD RESP. ESSET.] Quod explico, quia ſubobſcurum. Tiberius dixerat, cauerent ne quid Reſpublica detrimenti caperet. Noſter premit hæc verba. *Quaſi*, inquit, *aut Varro Conſul eſſet, aut illud eſſet res publica, de quo Silius accuſabatur*. Nam Varronis odium non erat res Reip. nec ad Remp. iuuandam faciebat, immo contra Remp. erat, nec tum Varro Conſul erat. Et accuſatio Silij, non alia ex re, quam quod Germanicum dilexiſſet viuentem, & poſt fata. Quod non accuſari debebat, ſed præmiari. Dixit autem, *priſcis verbis, Tiberium ſcelera ſua obtegere*, quia formula erat priſca in Senatu, ſi de rebus magnis conſulerent, vt a Conſulibus monerentur, ne quid Reſp. detrimenti caperet. Et erat illud Tiberij regale velum, noua crimina tegere antiquis moribus, & verbis.

Tacitus explicatus.

Tiberij noua ſcelera veteri legum velamine tegere.

3 CONSCIENTIA BELLI.] Id eſt, vt interpretor, cum ſciret ſatis bellum moueri, & in partibus eſſe Sacrouirum; diſſimulaſſe tamen; forte vt bellum longius traduceret, aut vt Sacrouiro gratificaretur. Et verbum *conſcientia*, heic pro occulta ſcientia. Sic Annal. 6. *Liberti vnius conſcientia vtebatur*. Similis diſſimulationis Ruffinum arguit Claudianus 1. in Ruffin.

—— miſſis deſcendit Sarmata Dacis,
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes, patriumque bibens Mæotin Alanus,
Membraque qui ferro gaudet pinxiſſe Gelonus,
Ruffino collecta manus: vetat ille domari,
Innectitque moras, & congrua tempora differt.

Sed diſſimulatio quæ contra Remp. peſſima res.

Tacitus explicatus.

Conſcientia pro occulta ſcientia.

Ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit. Soſia in exilium pellitur, Aſinij Galli ſententia, qui partem bonorum publicandam, pars vt liberis relinqueretur, cenſuerat. Contra M. Lepidus quartam accuſatoribus ſecundum neceſſitudinem legis, cætera liberis conceſſit. Hunc ego Lepidum[1] temporibus illis grauem, & ſapientem virum fuiſſe comperio. Nam pleraque ab ſæuis adulationibus aliorum, in melius flexit: neque tamen temperamenti egebat, cum æquabili authoritate, & gratia apud Tiberium viguerit.[2] Vnde dubitare cogor, fato & ſorte naſcendi, vt cætera, ita principum inclinatio in hos, offenſio in illos: an ſit aliquid in noſtris conſilijs,[3] liceatque inter abruptam contumaciam, & deforme obſequium pergere iter ambitione, ac periculis vacuum. At Meſſalinus Cotta haud minus claris maioribus, ſed animo diuerſus, cenſuit,[4] cauendum Senatuſconſulto, vt quanquam inſontes magiſtratus & culpæ alienæ neſcij, prouincialibus vxorum criminibus, perinde quam ſuis plecterentur.

M. Lepidus homo grauis & ſapiens.

Multa flectebat in melius.

Propenſio amoris in principe aut odij, an fato data ſit, an natura.

1 TEMPORIBVS ILLIS GRAVEM.] E Salluſtiana amœnitate, qui ſic ſcribit bello Iugurthino. *Sed in ea difficultate Metellum non minus quam in rebus hoſtilibus magnum & ſapientẽ*

virum fuiſſe comperio. Quod autem ait Lepidū in melius multa flexiſſe, argumentum eſt ſapientiæ. Nam ita Claudianus de prudenti rerum & nauo moderatore.

-- velut arbiter alni,
Nubilus Ægæo quam turbine verſat Orion,
Exiguo claui flexu, declinat aquarum
Verbera, nunc recta, nunc obliquante carina
Callidus, & pelagi cœlique obnoxius iræ.

Et recte Am. Marc. lib. 16. *Vt periculis virtutem impigram eſſe cognouit & audacem, ita cum res poſtulat, regibilem & conſultam.* Vno verbo,

Rura, vrbes, naues, ſapientia ſola gubernat.

2 VNDE DVBITARE COGOR.] Ne dubita, Tacite: nam nec dubitationi locus eſt. Magna illa mens, quæ cuncta fecit, quæ facta regit & gubernat, dat creatis hominibus ſapientiam, qua inter abruptam contumaciam, & deforme obſequium pergant iter ambitione ac periculis vacuum. *Ego Dominus* (dicebat ad Abraham) *qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram iſtam, & poßideres eam.* Geneſ. 15. Et de Thobia. *Dedit illi Deus gratiam in conſpectu Salmanaſar Regis.* 1. cap. & Daniel. 1. *Dedit Deus Danieli gratiam, & miſericordiam in cōſpectu principis Eunuchorū. Loquebar,* ait Rex Dauid, *de mādatis tuis in conſpectu regū, & non confundebar.* Et 18. c. 1. Reg. *In omnibus vijs ſuis Dauid prudenter agebat, & Dominus erat cum eo: vidit itaq. Saul quod prudens eſſet nimis, & cœpit cauere eum.* D. Auguſtin. in Matth. c. 14. *Si tu es, inquit D. Petrus ad Chriſtum, iube me venire ad te ſuper aquas. Et quia ipſe erat, audiuit petentem, vocauit ambulantē, erexit emergentem.* D. Hieron. *Per ſingulos homines prouidentia Dei currit; in animalibus generalis quædam eſt prouidentia, non particularis.* Habac. c. 1. Et idem. *Errant qui prouidentiam Dei tollunt, Deū nec boni, nec mali authorē eſſe dicentes; hoc eſt quod nec bona bonis, nec mala malis reddat; ſed quod fortunæ cuncta regantur arbitrio, & caſu ferantur incerto.* cap. 1. Soph. Et hæc fuit Taciti opinio, non explaudenda tantum, ſed in vltimas terras amandanda & releganda.

Prouidentia Dei erga homines.

Quæ eos regit.

Non fortuna.

Exaltat & humiliat.

3 LICEATQVE.] Lego, *liceat quo inter abruptam contumaciam.* Tacitus firmat in Agricola. *Sciant quibus moris illicita mirari, poſſe etiam ſub magnis principibus magnos viros eſſe, obſequiumque ac modeſtiam, ſi induſtria ac vigor adſint, eo laudis excedere quo plerique per abrupta, ſed in nullius rei poſt vſum, ambitioſa morte inclaruerunt.*

4 CAVENDVM S.C.] Et ſane cautum fuit, *vt viri prouincialibus vxorum criminibus tenerētur.* Quod infra Tacitus firmat. Fuit autem in veteri Rep. tanta veteribus Romanis conſciētia, vt prouincijs regundis etiā æs ſumerent alienum; nedum raperent aliena. Sic enim Valer. l. 2. c. 3. *Continentiæ tantum tribuebatur, vt multorū æs alienū, quia prouinclas ſincere adminiſtrauerant, a Senatu perſolutum ſit: nam quorum opera publicam authoritatem ſplendorem ſuum procul obtinuiſſe viderant, eorum dignitatem domi collabi, indignum, ſibique deforme eſſe arbitrabantur.* Sub Auguſto, ſalaria certa in prouincias euntibus data: nec tamen prouinciæ potuere manus Capitonum, & ceterorum miluorum euadere, propenſo ad auaritiam hominum ingenio.

Viri vxorum criminibus tenentur.

Actum dehinc de Calpurnio Piſone nobili ac feroci viro. Is namque, vt retuli, ceſſurum ſe vrbe ob factiones accuſatorum, in ſenatu clamitauerat, & ſpreta potentia Auguſtæ, trahere in ius[1] Vrgulaniam domoque principis excire auſus erat. Quæ in præſens Tiberius ciuiliter habuit.[2] Sed in animo reuoluente iras, etiam ſi impetus offenſionis languerat, memoria valebat, Piſonemque[3] Granius ſecreti ſermonis incuſauit aduerſum maieſtatē habiti. Adiecitque in domo eius venenum eſſe, eumque[4] gladio accinctum introire curiā. Quod vt atrocius vero tramiſſum. Cæterorum, quia multa cumulabantur, receptus eſt reus, neque peractus ob mortem opportunam. Relatum & de Caſſio Seuero exule, qui ſordidæ originis,[5] maleficæ vitæ, ſed orandi validus, per immodicas inimicitias vt iudicio iurati Senatus Cretam amoueretur, effecerat: atque illic eadem actitando,[6] recentia veteraque odia aduertit, boniſque exutus,[7] interdicto igni atque aqua, ſaxo Scriphio conſenuit. Per idem tempus Plautius Siluanus prætor, incertis cauſis, Aproniam coniugem in præceps iecit. tractuſque ad Cæſarem ab L. Apronio ſocero,[8] turbata mente reſpondit, tanquam ipſe ſomno grauis, atque eo ignarus, & vxor ſponte mortem ſumpſiſſet. Non cunctanter Tiberius pergit in domum;[9] viſit cubiculum, in quo reluctantis & impulſæ veſtigia cernebantur. Refert ad Senatum, datiſque iudicibus Vrgulania Siluani auia pugionem nepoti miſit. Quod perinde creditum quaſi principis monitu, ob amicitiam Auguſtæ cum Vrgulania. Reus fruſtra tentato ferro, venas præbuit exoluendas. Mox

[10] Numan-

[10]Numantina prior vxor eius accuſata, [11]inieciſſe carminibus & veneficijs vecordiam marito, inſons iudicatur.

1 Vrgvlaniam.] Eius ſanguis *Plautia Vrgulanilla*, de qua Sueton. in Claud. cap. 26. fuit enim prima vxor Claudij. *Diuortium*, inquit, *fecit cum Herculanilla ob libidinum probra*. Nam ante *Plautiam Herculanillam* meruerat, vbi legitur *Vrgulanilla*. Sic enim Torrentius, & inter Plautios Vrgulani.

Principum iras habent ſua tempora.

2 Sed in animo revolvente iras.] Homerus 1. Iliad. hoc confirmat, qui principum docet iras timendas, quas pro tempore diſſimulent, ſed poſtea grauiter exequantur. Et hoc eſt, quod ait noſter. *Etiam ſi impetus offenſionis languerat*. Sic Cicero dixit 10. epiſt. famil. *Multa ſimulent oportet inuiti & diſſimulent cum dolore*. Nam qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare. dicebat Ludouicus XI. Francorum Rex, ea ſola Latinitate magnus Grammaticus, & Rex ingens. Nam qui non tegit, non bene regit.

Granius, Romanum nomen.
Granius medicus.

3 Granivs.] Bene meo iudicio repoſitum *Granius*, & eſt nomen Romanum. Plinius in Indice inter authores *Granium medicum* nominat. In coniuratione Bruti in Cæſarem, Granio dixit Brutus cum Senatum intraret, *Quid agis Grani? Sed tu Brute*, (reſpondit,) *quid agis*? Lucillius etiam.

Granius Siluanus.

Conijcere in verſus dictum præconi' volebam
Grani. Pro *præconis Grani*.

Et Tacitus 15. Annal. *Granium Siluanum* reponit inter primarios Neronianæ coniurationis. Apul. Apolog. 1. *Pro mea Pudentilla aduerſus Granios agere*. Et in lapidibus. *Donace vxor Q. Liciniano Graniano Flamini Auguſt.* Et Valer. lib. 9. de ira & odio. *Quod Granius princeps huius coloniæ pecuniam a decurionibus ad refectionem Capitolij promiſſam cunctantius daret*. Et apud Macrob. c. 15. *Granius Licinianus*. Ita ergo legendum, nos monet verbum, *incuſant*, quod ſequitur, vt eum accuſatorem Piſonis fuiſſe merito dicas.

Enſis longior.
Pugio breuior.

4 Gladio accinctvm introire cvriam.] Cape gladium iſtum, non pro enſe, ſed pro pugione. Enſis erat longior, pugio breuior: Pugio in latere dextro, vel in collo, vel ſub axilla: enſis in ſiniſtro. Dixi ſupra. De iſto etiam pugione, vide quod eſt apud Sueton. in Auguſto cap. 35. *Ferro cinctum, præſediſſe, & lorica ſub veſte munitum, neminemque admiſſum Senatorum, niſi prætentato ſinu*. Et idem in Calig. c. 12. ſcribit, *intraſſe ſe cum pugione in cubiculum Tiberij dormientis, & miſericordia correptum, abiecto ferro diſceſſiſſe*. In Claud. c. 35. *Salutatoribus ſcrutatores ſemper adpoſui*, id eſt, qui ſcrutarentur, an eſſent accincti pugione. Ioſephus 12. Antiq. ait *pugionem recuruum*, & de ſica intelligit. Sed apud Romanos rectus non obliquus fuit: vt patet ex numiſmate Bruti, in quo eſt pileus & duo pugiones cũ inſcriptione, LIBERTAS. Quod in reliquis nũmis viſitur.

Auguſti de Senatu timor.
Et Claudij.

5 Maleficæ vitæ.] Eurip. in Med.

Ἐμοὶ γὰρ ὅστις ἄδικος ὢν σοφὸς λέγειν
Πέφυκε, πλείστην ζημίαν ὀφλισκάνει.
Mihi quiſque iniuſtus cum ſit, peritus in dicendo
Eſt, maxima pœna dignus videtur.

6 Recentia veteraqve odia advertit.] Id eſt, in ſuam perniciem vidit cumulata odia, tam recentia, quam vetera. Nam Iuſtitia Deo aſſidet ſcelerum vindex vltrixque malorum. Vbi eſt impietas, ibi ſit iudicium.

Vir linguoſus non dirigetur in terra.

7 Interdicto igni atqve aqva, saxo Seriphio consenvit.] Vere Pindarus in Olymp. 1. *Noxa ſequitur crebro maledicos*: & vt inquit Sapiens, Prouerb. 13. *Qui inconſideratior eſt ad loquendum, ſentiet mala*. Nota autem veſtigium in differentia relegationis & deportationis hoc loco. Nam Caſſius Cretã amotus eſt, & relegatus poſtea, deportatuſque Seriphum, in qua vix contectus moritur. Sic Caſſij morbus, deportatione ſanatus.

8 Tvrbata mente.] Lege, *turbatam mente*; vt ad vxorem referatur, non ad Plautium. Nam turbatam fuiſſe innuit, & cum ipſe ſomno grauis eſſet, ideo dormiẽte & ignaro eo illa ſe præcipitauit. Ita autem ſcriptum fuit, *turbata Mente*, vt, *M*, duabus dictionibus ſeruiret. Et ita in Suet. *Niſi ante per ſe portus exploraſſet*: vbi legendum: *perſæpe portus exploraſſet*. De iſta mentis turbatione Virg. 4. Æn.

Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes.

Vide Plin. l. 28. c. 2. Etiã angues rũpere. Lucill.

Iam diſrumpetur medius, iam vt Marſu' colubras
Diſrumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

9 Viſit cvbicvlvm.] Philo Iudæus de Legat. ad Caium, ait Tiberium callidum ſenem & in noſcitandis occultis hominum voluntatibus perſpicaciſſimum fuiſſe: Nec minus prudentia quam potentia inſignem: quod hic locus aperit. Et videnda eſt L. 1. §. ſi vir & vxor, & L. ſi quis graui. §. ſi maritus, ad S. C. Sillanianum, & L. fin. ad L. Corn. de ſic.

Tacitus explicatus.

10 Nvmantina prior eivs vxor.] Cum qua oportuit interueniſſe diuortium, aut ſponte alteri marito virum ceſſiſſe: quod fiebat paſſim. Ait autem carminibus & veneficijs inieciſſe vecordiam marito; id eſt dementaſſe. Lucanus lib. 6.

Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni
Excantata perit.

Quomodo Numantina relicta.

Iuuenalis ita huius criminis Cæſoniam ream facit, Sat. 6.

Et furere incipias vt auunculus ille Neronis,
Cui totam trimuli frontem Cæſonia pulli
Infudit. Quæ non faciet, quod principis vxor?

Aut ceſſione.
Quia vecordiam iniecere marito.

Porro Tacitus ait *inieciſſe vecordiam*, id eſt amentiam, marito. Sic Apuleius 8. Met. *Amẽs & vecordia percita, curſuq. bacchata furibũdo*.

Sic Cæſonia Caligulam.

11 Iniecisse.] *Magi turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac ſine vllo veneni hauſtu violentia tantum carminis interimunt*. Auguſtinus lib. de ciuit. Dei. Vide Concilium Agathenſe, Can. 4. *Perquirendum*, inquit, *ſi aliqua fœmina ſit, quæ per quædam maleficia, & incantationes mentes hominum ſe turbare poſſe dicat*. Virg. Eclog. 8.

Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris
Experiar ſenſus.

Plinius ait Lucullum *amatorio periſſe*. li. 25. c. 3.

Is demum annus Populum Romanum longo aduerſum Numidam Tacfarinatem bello abſoluit. [1] Nam priores duces ſibi impetrato triumphalium inſigni * ſufficere res ſuas crediderant, hoſtem omittebant. Iamque tres laureatæ in vrbe ſtatuæ. & adhuc raptabat Africam Tacfarinas, auctus Maurorum auxilijs, qui Ptolemæo Iubæ filio iuuenta incurioſo, libertos regios, [2] & * ſeruilia imperia bello mutauerant. Erat illi prædarum receptor, ac ſocius populandi rex Garamantum, non vt cum exercitu incederet, ſed miſſis leuibus copijs, quæ [3] ex longinquo in maius audiebantur: ipſaque e prouincia vt quis [4] fortunæ inops, moribus turbidus, promptius ruebant. quia Cæſar poſt res a Blæſo geſtas, quaſi nullis iam in Africa hoſtibus, [5] reportari Nonam legionem iuſſerat; nec proconſul eius anni P. Dolabella retinere auſus erat, iuſſa principis magis quam incerta belli metuens. Igitur Tacfarinas diſperſo rumore, rem Romanam alijs quoque ab nationibus lacerari, eoque paulatim Africa decedere, ac poſſe reliquos circumueniri, ſi cuncti, quibus libertas ſeruitio potior, incubuiſſent, auget vires, poſitiſque caſtris, Thubuſcum oppidum circunſidet.

* vt ſufficere ad res ſuas

*ſeruitia impigra ad bellum inuitauerant.

Rumoribus rebellio augetur.

Mox obſidione Thubuſci.

Exſcriptorum facinora in libris.

1 Nam priores dvces sibi.] Ita lego: *Nam priores duces ſibi impetrato triumphalium inſigni, vt ſufficere ad res ſuas crediderant, hoſtem omittebant.* Repoſui, *vt*, quod præcedentis verbi ſyllaba vltima contineretur. Et facit verum authoris ſenſum. Quod autem adieci, *ſufficere ad res ſuas*, ideo feci quod ſcriptio excuſa requirebat verbum *ad*. At vero ſi legas, *ſubſiſtere*, nihil requiritur. Nam Apul. 4. Met. *vt ei medela ſalubri poſſem ſubſiſtere.* Non negauerim tamen Apuleio frequentem eſſe talem ſcriptionem. Sic enim ille. *Monumentum mariti contendit*, pro, *in monumentum mariti*. Et, *oſtium accedit*, pro *ad oſtium*, lib. 1. Metamorph. Apud Tertullianum Rhenanus miratur ſæpe deeſſe particulas minutulas, & coniunctiuas orationis ſenſuſque: quas noſter Tertullian. contr. Hermogen. vocat *fibulas ad connexum orationis, & coniunctiuas particulas.* Nec fruſtra, cum prioribus ſyllabis contineantur interdum, interdum notis ſcriptæ ſint, quas exſcriptores non vt ſuperfluas, ſed vt ſatis intellectas ad breuitatem omittunt, aut quia notarum neſcij: quod in noſtro exſcriptore palam eſt. Sed quid moror? cum etiam ſæpe in Tacito hæc labes reperiatur, vt Annal 3. *falſa exterritam*, pro *ad falſa exterritam*. Et lib. 4. *ſæpe mœnia vrbis adſidens*, pro *ad mœnia vrbis*. quod, an ex authoris ſcriptione, an exſcriptorum affectata omiſſione fiat, & quod ſatis intelligantur, lector tute iudices. Puto ego non ex ignorantia notarum, ſed ex notarum abbreuiatura. Quod autē addit, *hoſtem omittebant*, Agathias valde reprehendit, & ita de Narſete loquitur. *Vir ille* (inquit) *neque victoria præter modum inſoleſcens, indecenter efferebatur. Neque quod alijs accidere ſolet poſt labores otio voluptatique ſe tradebat.* Hiſtor. 1.

2 Servilia imperia bello mvtaverant.] Inſigne exſcriptorum flagitium. Et quæ ſunt hæc imperia ſeruilia? ſeruus imperator pro monſtro eſt: lege, *ſeruitia impigra ad bellum inuitauerant*: Quæ genuina eſt lectio, & quam repono. Nam in excuſa lectione verus ſenſus ſtare non poteſt; quod fatebuntur qui Tacitum triuerunt: & ni vera eſt lectio, *Fas ſit mihi ſpernere Phœbum*. Pollio 10. famil. Ciceronis, epiſtola, *Quo tardius. Non modo nationes, ſed etiam ſeruitia concitaturum.* Vopiſcus in Aureliano: *Monetarij authore Fælciſſimo vltimo ſeruorum rebelles ſpiritus extulerunt.* At inuitatio illa ad rebellionem deſcribitur a Ioſippo Gorione lib. 2. cap. 4. belli Iudaici. *Circuiuit*, inquit, *omnes vrbes Iudæ & Galileæ, clamauitque in plateis vrbium, & ſcriptis quoque miſſis inſinuauit, illis apud quos non fuerat dicens. Quicumque liber a domino ſuo eſſe cupiat, aut qui iniuriam paſſus eſt in terra ſua, aut quiſquis ſeruus eſt optatque manumitti, aut qui rebellis eſt patri dominoque ſuo, vel domo iudicij, aut qui exactores debitorum timet, aut qui veretur ne in manus iudicum incidat propter effuſum a ſe ſanguinem innocentem, ideoque in ſiluis & montibus vagatur ſolitarius, aut qui propter malum capitis criminis accuſatus eſt, quicunque denique velit prædam aut, iniuriam inferre, ſcortari, furari, occidere, comedere, & bibere ſine labore manuum, is veniat ad me.* Hæc ſunt verba Simeonis filij Belial. *Et collecti ſunt ad eum circiter viginti millia.* Silius lib. 10.

Seruitia armantur, nec claudit caſtra ſaluti
Depoſitus pudor.

Tacitus infra. *Ad libertatem ferocia ſeruitia vocabat. Impigra* dixi: ſic noſter ſæpe, idque ex Salluſtio. Sic Cicero pro Fonteio, *virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem.* Et certe *in bello tria bono militi requiruntur*, inquit Cicero 3. de Rep. *fortitudo, impigritas, patientia.* Non. Marcell. in verbo *Impigritas*.

Tacitus correctus.

3 Ex

3 Ex longinqvo in maivs avdiebantvr.] Id eſt maiores eſſe dicebantur, quo longius aberant. Ea in ſignificatione ſcripſit Tertullianus de Pallio, vbi de Sodomorum agro, *Solus audiebat*. Id eſt ſolus celebrabatur, ſolus ſpargebat memoriam ſui. Putaui ſic aliquando legendum, *in maius augebantur*. nam ſupra, vbi de fama, *quæ ex longinquo aucta*. Sed excuſa lectio mihi pro vera eſt.
4 Fortvnæ inops.] Lego, *fortuna*. nam adiicit, *moribus turbidus*. vt ſint in eodem caſu. Quamuis vtrumque caſum recipiat. Nam Liuius, *inops conſilij* dixit lib. 3. Sed dixit etiam, *inops dicendi ſapientia*, lib. 6.
5 Reportari nonam legionem ivsserat.] *Reportari*, pro *remitti*. Noue ſatis. Sed ita infra, *deportare lauream*, pro *reportare*. Quod notaui lib. 2. & ſupra. *Ita Serenus Amorgum deportatur*.

Reportari pro remitti.

6 Thvbvscvm oppidvm.] Corrupte forſan. nam *Tubuſuptum* nominat Plinius, in deſcriptione Tingitanæ prouinciæ, lib. 5. cap. 2. niſi mendoſa ſit lectio. & puto ſcriptum fuiſſe *Tubuſtum* pro *Tubuſuptum* per abbreuiationem, pro quo repoſuere *Tubuſcum* mutata *t* in *c* per ſcripturæ confinium.

At Dolabella, contracto quod erat militum, terrore nominis Romani, & quia Numidæ peditum aciem ferre nequeunt, primo ſui inceſſu ſoluit obſidium, locorumque opportuna permuniuit: ſimul principes Muſulanorum defectionem cœptantes ſecuri percutit. Dein quia pluribus aduerſum Tacfarinatem expeditionibus cognitum, non graui, nec vno incurſu conſectandum hoſtem vagum, excito cum popularibus rege Ptolemæo, quatuor agmina parat, quæ legatis ac tribunis [1] * data: & prædatorias manus delecti Maurorum duxere. Ipſe conſultor aderat omnibus. Nec multo poſt adfertur Numidas apud caſtellum ſemirutum, ab ipſis quondam incenſum, cui nomen Auzea, poſitis mapalibus, conſediſſe fiſos loco, quia vaſtis circum ſaltibus claudebatur. Tum expeditæ cohortes, alæque quam in partem ducerentur ignaræ, cito agmine rapiuntur. [2] * Simulque cœptus dies, & concentu tubarum, ac truci clamore aderant ſemiſomnos in barbaros, præpeditis Numidarum equis, aut diuerſos paſtus pererrantibus. [3] * ab Romanis confertus pedes, diſpoſitæ turmæ, cuncta prælio prouiſa: hoſtibus contra omnium neſciis, non arma, non ordo, non conſilium, ſed pecorum modo, trahi, occidi, capi. Infenſus miles memoria laborum, & aduerſum [4] eludentes optatæ toties pugnæ, ſe quiſque vltione & ſanguine explebant. Differtur per manipulos Tacfarinatem * omnes notum tot præliis conſectentur: nonniſi duce interfecto requiem belli fore. At ille delectis circum ſtipatoribus, vinctoque iam filio, & effuſis vndique Romanis, ruendo in tela, captiuitatem haud inulta morte, effugit. Iſque finis armis impoſitus.

Munera boni ducis. *Primum obſidionis Liberatio.* *Locorum adiacētium munitio.* *In hoſtem irruptio.*

* dat. Atque
* Simulatque cœptus dies eſt, concentu
* At Romanis
* vt apud omnes

1 Data.] Lego, *dat. At prædatorias manus, delecti Maurorum duxere*. Sic corrigendum puto: vt Mauri electi ad ducendas copias eorum qui prædas exercuerant.

Tacitus correctus.

2 Simvlqve coeptvs dies.] Id eſt, cum primum illuxit & cœpit dies. Et puto ita ſcriptum: *ſimulatque cœptus dies eſt, concentu tubarum*. nam illud, *&*, non reſpondet. Et ſæpe notaui in hoc authore, *&*, pro *eſt*. ſic exſcriptori placuit.

Tacitus explicatus.

3 Ab Romanis.] Legendum puto. *At Romanis confertus pedes, diſpoſitæ turmæ*. Id eſt, pedites per acies formati, adunati, & conglobati, quaſi inituri prœlium; & equitū cohortes etiam diſpoſitæ. Quæ verba authoris.

Correctus Tacitus & explicatus.

4 Elvdentes optata toties pvgna.] Ne credas ita Tacitum ſcripſiſſe. Scripſit hæc qui Tacitum obſcuriorem fieri gauderet. Vera lectio eſt, *& aduerſum eludentes, optata toties pugna*, (ſupple, *contingente*) *ſe quiſque ſanguine & vltione explebant*. Dixit *eludentes*, quia mox in equis ſcirent aduerſari, & ſtatim refugere. Titus Liuius 35. *Numidæ adequitare, dein refugere*. Strophas & antiſtrophas norunt in pugnis Numidæ. Et idem Liuius 21. lib. *Apparuit equitatu meliorem Pœnum eſſe*.

Idem correctus & explicatus.

Dolabellæ petenti abnuit triumphalia Tiberius, Seiano tribuens, ne Blæſi auunculi eius laus obſoleſceret. Sed neque Blæſus ideo illuſtrior; & huic negatus honor gloriam intendit. Quippe minore

minore exercitu, inſigneis captiuos, cædem ducis, bellique confecti famam deportarat. Sequebantur & Garamantum legati raro in vrbe viſi. quos, Tacfarinate cæſo, perculſa [1] gens, & culpæ neſcia ad ſatisfaciendum populo Rom. miſerat. Cognitis dehinc Ptolemæi per id bellum ſtudiis, repetitus ex vetuſto more, miſſuſque e ſenatoribus qui [2] ſcipionem eburnum, togam pictam, antiqua patrum munera daret, [3] regemque & ſocium, atque amicum appellaret. Eadem æſtate mota per Italiam ſeruilis belli ſemina fors oppreſſit. Autor tumultus T. Curtiſius quondam prætoriæ cohortis miles, primo cœtibus clandeſtinis apud Brundiſium, & circumiecta oppida: mox poſitis propalam libellis ad libertatem vocabat agreſtia per longinquos ſaltus & ferocia ſeruitia: cum velut munere deum tres biremes adpulere ad vſus [4] commeâtium [5] illo mari. Et erat iiſdem regionibus Curtius Lupus quæſtor, cui [6] prouincia, vetere ex more, Cales euenerat. Is diſpoſita claſſiariorum copia, cœptâtem tum maxime coniurationem diſiecit. Miſſuſque a Cæſare propere [7] Staius tribunus [8] cum valida manu, ducem ipſum, & proximos audaciæ in vrbem traxit iam trepidam ob multitudinem familiarum, quæ gliſcebar immenſum, [9] minore in dies plebe ingenua.

1 GENS ET CVLPÆ NESCIA.] Garamantum vulgus innoxium. Sed rex Garamantum in culpa: quippe prædarum receptor. Quod noſter dixit ſupra. At

Peccata Regum luit populus; peccata populi rex non luit.

Quidquid delirant reges, plectuntur Achiui,

ait Venuſinus Poeta; non contra. Et ſunt reges qui bella mouent quæ ſubditi luunt.

2 SCIPIONEM EBVRNVM.] Vere mos ex antiquo, qui apud Liuium ſæpe notatur. nam inter inſignia Regum *diadema* & *ſceptrum.* Sic Florus de M. Antonio, qui Cleopatræ Romanum Imperium promiſerat, quaſi facilius eſſet Partho obſequi quam Romanis imperatoribus. *Aureum*, inquit, *in manu baculum ad latus & in acie purpurea veſtis ingentibus obſtricta gemmis. Diadema aderat, vt regina rex ipſe frueretur.* De ſceptro heic agam; nam de diademate dixi ſupra, & incipiam ab Africanis Regibus, de quibus heic agitur. Liuius lib. 30. *Maſiniſſam Numidam auxiliarium Regulum, in caſtris poſt victoriam in concione donaſſe aurea corona, patera, ſella curuli, ſcipione eburneo, toga purpurea, & palmata tunica.* Et apud Silium Italicum, ita habitus Syphacis deſcribitur. Liuius lib. 31. *Dona*, inquit, *ampla data quæ ferrent regi, vaſa aurea, argenteaque, toga purpurea, & palmata tunica, cum eburneo ſcipione, & toga prætexta.* Quæ fuere vetuſtiſſima Regum inſignia. nam idem author lib. 1. ait Tarquinium Romanorum regem vſum fuiſſe toga picta, ſella eburnea, & geſtaſſe coronam auream, & ſceptrum eburneum in ſummitate habens aquilam, & iis donatum fuiſſe ab Hetruſcis. Sceptrum autem fuiſſe regium inſigne Papinianus docet Theb. 12.

Mos gerendi ſceptra. Et ſcipiones. Inſignia regũ. Diadema. Et ſceptrum. M. Antonio aureus in manu baculus. Id eſt ſceptrum. Purpurea veſtis, & gemmata. Diadema. Maſiniſſa donat munera Regulo. Auream coronam. Pateram. Sellã curulem. Scipionem eburneum, togam purpuream. Et tunicam palmatam. Syphacis habitus in Silio. Chlamys. Sceptrũ in leua. Sceptrum habẽs aquilam in vertice. Sceptrũ inſigne regium.

Accipe nate tui noua libamenta triumphi;
Accipe & hoc regimen dextræ (id eſt ſceptrum) *frontiſque ſuperbæ*
Vincula, quæ patri nimium geſtanda dediſti:
Regem, te Regem triſtes Eteocleos vmbræ
Aſpiciant.

Et Tertullianus contra Iudæos. *Quis omnino Regum, inſigne poteſtatis ſuæ* (ſic enim eſt legendum) *humero præfert, vt non aut capiti diadema, aut in manu ſceptrum, aut aliquam propriæ veſtis notam?* Hæc igitur ſceptra Regibus benemeritis dabat populus Rom. Ideo Claudianus de bell. Gild. ita ſcribit de eo.

Tertullianus correctus. Sceptra data a Rom. regibus benemeritis. Sceptrorũ dator pop. Rom.

Ille diu miles populus, qui præfuit orbi,
Qui trabeas, & ſceptra dabat: quẽ ſemper in armis
Horribilem gentes, placidum ſenſere ſubactæ.

Horribilis in armis, placidus extra arma.

Sane ſceptrorum ferendorum mos perantiquus Regibus. nam de ſceptro Pharaonis in Geneſi, fit mentio, & Moyſis in Exodo, qui vti populi Iudaici ductor virgam gerebat in manu, vt etiam Aaron eius frater, omneſque principes Iſrael. Philo Iudæus de magiſtratibus. *Alij*, inquit, *quidam reges bacillo quod manu tenent, pro ſceptro vtuntur.* Temporibus Homeri etiam ſceptra in manibus Regum & principum, quod ex primo Iliad. colligi poteſt. Sed ante Græcos iſtos, homines Diis ſceptra tribuebant. nam Apul. de Iunone. *Caput ſtringebat candidum, diadema ferebat, & ſceptrum.* lib. 10. Metam. Et Mars pro ſceptro haſtam habet in nummis. Putatque Trogus 43. lib. apud Iuſtin. *ſceptra Regum haſtas fuiſſe.* Propheta Baruch, de Diis Aſſyriorum cap. 6. *Sceptrum habent vt homo & ſicut Iudex regionum.* Verum iam dixi lib. 1. Sed ex qua materia ſceptra illa? primum ex ligno. Homerus Iliad. 1. Et Virgilius Homeri imitator.

Perantiquus ſceptrorum vſus. Sceptrum Pharaonis. Sceptrũ Moyſis. Sceptra Græcorũ principum apud Homer. Diis ſceptra. Vt Iunoni in Apuleio. Mars haſtam pro ſceptro gerit. Iudices etiam ſceptra habebant. Materia ſceptrorum. Lignum.

Vt ſceptrũ hoc (*ſceptrũ dextra nam forte gerebat*)
Nunquam fronde leui fundet virgulta, nec vmbras,
Cum ſemel in ſyluis ima de ſtirpe reciſum
Matre caret, poſuitque comas, & brachia ferro:
Olim arbos.

Virgam ferream memorat Pſaltes in Pſalmis pro Imperio inclementi & ſeuero. Dio, ni fallor, vocat *columnam*, *ςύλον*, quod illa virga ad formam columnæ fuerit facta. *Baculum* alij authores, quod deſignant loci ſuperius adducti.

Quod

Sceptrum columna dictum.

Quod vero illa columna ſceptrum fuerit, coniicio, quod poſt ſellam ſtatim illam nominet: At apud authores, ſemper ſellam auream & ſceptrum reperias. Aliorum eſto iudicium.

Regum Indiæ ſceptra ex ebeno. *Virgæ indices Imperij.* *Baculus pro ſceptro.* *3 virgæ in ſacris ſcript.* *Virgæ ſceptra pædagogorum.* *Sceptra lignea clauis æreis notata.* *Ebur etiam materia ſceptrorum.*

Indi autem reges non ex alia materia, quam ex ebeno ſceptra geſtabant. Et erant illa ſceptra, virgæ, dominationis indices, & imperij argumenta. Blæſenſis Serm. in Adu. *tres virgas in ſacris ſcripturis ſe obſeruaſſe* narrat: *virgam ſuſtentationis in ſenibus, virgam dominationis in Regibus, virgam caſtigationis in præceptoribus.* Et ſane Martialis virgas præceptorum vocat *ſceptra pædagogorum.* Et hæ virgæ olim ex ligno. Illa autem *lignea ſceptra* clauis æratis ornata, vt docet Homerus Iliad. 24. Poſtea *eburneis ſceptris* vſi ſunt etiam Romani reges. nam Dionyſius inter ea quæ ab expulſis Roma regibus relicta ſunt, quibuſque Conſules vti noluerunt, *ponit trabeam purpuream auro intertextam, coronam auream, ſceptrum eburneum.* Et Iuuenalis vbi de inſigni Regio.

—— ſceptro quæ ſurgit eburno.

Et inde ærea ſceptra.

Æreis etiam ſceptris vſi ſunt, vt a Virgilio notatur in deſcriptione ſceptri Euandri.

—— nunc artificis manus ære decoro
Incluſit, patribuſque dedit geſtare Latinis.

Mox argentea.

Et *argenteis*, vt libro 3. ſcribit Florus his verbis. *Ipſe veſte purpurea, argenteoque baculo* (id eſt ſceptro) *& regium in morem fronte redimita.*

Etiam aurea. *Virga Aſſueri aurea ſceptrum erat.*

Etiam *aureis*: vnde tam ſæpe apud poetas *aurea ſceptra.* Itaque interpretor illam Aſſueri, id eſt Artaxerxis *virgam*, quam manu gerebat, libro Eſther, pro *ſceptro aureo.* Sic aureo ſceptro vſa Cleopatra, quod ad Auguſtum miſit, vt ſcribit Dio. Et addo variis gemmis lapidibuſque eam ornatam. Quod tradit Plinius lib. 36. cap. 2. cum ait, *Neronem ſceptra, perſonas, & cubicula viatoria, lapidibus ornaſſe pretioſis.*

Sceptra a reginis etiam geſtata.

Ea autem ſceptra non modo a regibus; ſed & a reginis geſtabantur. nam Virgilius 1. Æn.

Præterea ſceptrum, Ilione quod geſſerat olim
Maxima natarum Priami.

Cæterũ iurabant per ſceptra, quod Homerus & Virgilius teſtantur. Valerius in Argonaut.

Hanc ego magnanimi ſpolium Didymaonis haſtam,
Quæ neq; iam frõdes virides, neq; proferet vmbras,
Vt ſemel eſt auulſa iugis, ac matre perempta
Fida miniſteria, & duras ſubit horrida pugnas,
Teſtor.

A ſacerdotibus.

Nec tantum reges & reginæ; ſed & ſacerdotes, & iudices ſceptris vtebantur. Vide Homerum 1. Iliad. vbi de ſacerdote Apollinis filiam repoſcente. de filiis regum, 1. Reg. 14. *Guſtans guſtaui in ſummitate virgæ quæ erat in manu mea, paululum mellis.* De filiabus, Virgil. de Ilione, quod modo retuli. Et idem Homer. 20. Iliad. id firmat.

Sceptra in capite aquilas habebant. *In pede hippopotamum, ciconiã, roſas, lilia.*

Cæterum quædam ſceptra aquilam in capite habebant, quædam ciconiam, & in imo hippopotamum, in quibuſdam mala, roſas, lilia. Vt apud Francos regum ſuorum amatores. Nam ita Claudianus 1. de laudib. Stilic. *—— prouincia miſſos*

Expellet potius, fallax quam Francia reges
Quos dederis.

Fallacem vocat quod nondum Chriſtiana.

Regale nomen clarum.

3 Regemqve.] *Regale nomen magnum & ſanctum videtur his qui Reges ſunt, aut qui viuunt in regno*, ait Cicero pro Lege Manil. Et ſane reges ſunt mundi vertices, quorum oculi in ſubditos. Nam relata ſunt Rex & Grex. Grex regem, Rex gregem ſpectat, aut ſpectare debet. Ita vere βασιλεὺς baſis populi, imo vita.

Et ſanctum. *Socij pop. Rom.*

4 Commeantivm.] Quid ſi *commeatuum?* quæ vera lectio, id eſt annonæ & victus. nam commeatus ita accipiuntur, & in probis authoribus, & apud Iuriſconſultos, & interpretor de frumento, quod Aſia deferebatur in vſum P. Romani. firmatque meam opinionem, quod ex authore noſtro milites adeſſent claſſiarij aduehendo huiuſmodi frumento. Et ſæpe in vltimis Codicis libris fit huiuſmodi commeatus mentio.

5 Illo mari.] Adriatico ſcilicet.

Cales ciuitas. *Cales prouincia.*

6 Provincia Cales.] Silius lib. 8. meminit huius nominis in his verſibus.

Nec cedit ſtudio vicinus ſanguine miles,
Quem genuere Cales, non paruæ conditor vrbis
(Vt fama eſt) Calais, Boreæ quem rapta per auras
Orithya vago Geticis nutriuit in antris.

Et Virg. 7.

—— quique Cales linquunt, amniſque vadoſi
Accola Volturni, pariterque Saticulus aſper.

Cales vrbs apud Gallias.

Et ſane in Flaminia eſt ciuitas quæ Cales dicitur, & in Gallia, altera huius nominis quam Salluſtius a Perpenna captam memorat. De Italica ſæpe Cicero ad Attic. & oratione Agraria in Rullum. *Tuſculum*, inquit Cicero, *cum Calibus.* Quibus locis non de prouincia & adminiſtratione ſyluarum, ſed de prouincia Callium & vrbe quæ in Campania loquitur. Varro 2. de re ruſt. *Qui per calles*, inquit, *ſylueſtres longinquos, ſolent comitari in hiberna & æſtiua.* Et Cato ita de callibus lib. 2. de re Ruſt. cap. 10. *Neque ſenes neque pueri callium difficultatem ac montium arduitatem atque aſperitatem facile ferunt.* De illa autem prouincia, quæ erat minimi negotij ita Sueton. 19. in Iulio. *Vt prouinciæ minimi negotij, id eſt ſiluæ calleſque futuris conſulibus decernerentur.* Cicero pro Seſtio. *Numquam Catilina cum e pruinis Apennini atque e niuibus illis emerſiſſet, atque æſtatem integram nactus Italiæ calles atque paſtorum præclara ſtabula cepiſſet. Caudicalem prouinciam* vocat Plautus Pſeudolo. Et de ea dixi aliquid lib. 1.

Cæcilius poeta Statius dictus.

7 Staivs.] Numquid *Statius?* nam Romanum nomen fuit, & ita vocatus Quinti fratris libertus quidam, epiſt. 1. Q. fratris. *Statij*, inquit Gellius lib. 4. cap. 20. *ſerui dicti; ideo eques ille interrogatus cur ille tam mũdus ſtrigoſum equum haberet: Ego me curo, inquit, equum meũ Statius.* Sic Cæcilius Comicus poeta, *Statius* dictus eſt. Sic Papinius Statius, nobile ingenium a Neronis æuo apud nos adhuc viuidum & vigens. Tamen apud Perſium Sat. 2. eſt *Staius.* *—— eſt ne vt preponere cures*

Hũc cuiquam? cuinam? vis Staio? an ſcilicet hæres?

Staius, inquit vet. Scholiaſt. *tutor pupillaris.* Ergo *Staius* & *Statius* in vſu. Ergo nihil muto.

8 Cvm valida.] Lego, *Qui cum valida manu.*

9 Minore in dies plebe ingenva.] Periculoſum Reip. ſi ſerui ſe, & ingenuos numerent: quippe ſeruorum maior, quam ingenuorum numerus.

Iiſdem conſulibus miſeriarum, ac ſæuitiæ exemplum atrox. Reus pater, accuſator filius.[1] Nomen viri, Q. Vibius Serenus. In ſenatum inducti ſunt, ab exilio retractus, inluuieque ac ſqualore obſitus, & tum catena vinctus perorante filio. Præparatur aduleſcens multis munditiis, alacri vultu, ſtructas principi inſidias, miſſos in Galliam * concitores belli, index idem & teſtis dicebat. Adnectebatque Cæci- *concitatores
lium Cornutum prætorium miniſtrauiſſe pecuniam; qui tædio curarum, & quia periculum pro exitio habebatur, mortem in ſe feſtinauit. [2] At contra reus nihil infracto animo obuerſus in filium, quatere vincula, vocare vltores deos, vt ſibi quidem redderent exilium, vbi procul tali more ageret, filium autem quandoque ſupplicia ſequerentur. Adſeuerabatque innocentem Cornutum, & [3] * falſa exterritum. *ad falſa
Idque facile intellectu, ſi proderentur alij. Non enim ſe cædem principis, & res nouas vno ſocio cogitaſſe. Tum accuſator [4] Gn. Lentulum, & Seium Tuberonem nominat, magno pudore Cæſaris, cum primores ciuitatis, intimi ipſius amici, Lentulus [5] ſenectutis extremæ, Tubero defecto corpore, tumultus hoſtilis, & turbandæ Reip. accerſerentur. Sed hi quidem ſtatim exemti. In patrem ex ſeruis quæſitum. & quæſtio aduerſa accuſatori fuit, qui ſcelere vecors, ſimul vulgi rumore territus, [6] robur & [7] ſaxum, aut parricidarum pœnas minitantium, ceſſit vrbe. ac retractus Rauenna [8] exequi accuſationem adigitur, non occultante Tiberio vetus odium aduerſum exulem Serenum. Nam poſt damnatum Libonem, miſſis ad Cæſarem literis, exprobrauerat, ſuum tantum ſtudium ſine fructu fuiſſe: addideratque quædam contumacius, quam tutum apud aures ſuperbas, & offenſioni proniores. ea Cæſar octo poſt annos retulit, medium tempus varie arguens, etiam ſi tormenta, peruicacia ſeruorum, contra eueniſſent. Dictis dein ſententiis, vt Serenus more maiorum puniretur, quo molliret inuidiam, interceſſit. Gallus Aſinius, Gyaro aut [9] Donuſa claudendum [10] cenſere; id quoque aſpernatus eſt, egenam aquæ vtramque inſulam referens, dandoſque vitæ vſus, cui vita concederetur. Ita Serenus Amorgum reportatur. Et quia Cornutus ſua manu ceciderat, actum de præmiis accuſatorũ abolendis, ſi quis maieſtatis poſtulatus ante perfectum iudicium ſe ipſe vita priuauiſſet. Ibaturque in eam ſententiam, ni durius, contraque morem ſuum palam pro accuſatoribus Cæſar inritas leges, Remp. in præcipiti conqueſtus eſſet. Subuerterent potius iura, quam cuſtodes eorum amouerent. Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam ſatis coercitum per præmia eliciebantur.

1 Nomen viri, Q. Serenvs.] Ille eſt Serenus templorum prædo & ſpoliator in Hiſpania; de quo ſupra. *Quis Vibius Serenus.* Cæterum locum iſtum, poſt tot magnos viros, ita emendo. *Nomen vtrique Vibius Serenus. In Senatum inducti ſunt.* Sic Tacitus lib. 6. *Minutius & Thermus inducti.* *Tacitus emendatus poſt tot magnos viros.* Et Plinius Nepos lib. 2. epiſt. *Solet. Martianus inductus eſt abſente Priſco.* deinde addit. *Ab exilio retractus, illuuieque ac ſquallore obſitus, & tum catena vinctus pater, orante filio,* (ex quo finxerunt, *perorante filio:* nam ita ſcriptum, *ptr* pro *pater.*) *Præterea paratus adoleſcens multis mundiciis. Is alacri vultu ſtructas Principi inſidias,* &c. Adieci, *Is*, quod ſæpe peccatur in hac parte ab exſcriptoribus, qui geminanda pro ſimplicibus accipiunt. nam *is* in fine verbi, *mundiciis.* Cæterum non inficior *perorare* optimum verbũ eſſe & apud oratores frequentiſſimum. Nam pars vltima orationis *Peroratio.* Suet. in Calig. 53. *Eloquentiæ plurimum attendit, quam imminuit feruidus & promptus. Vtique ſi perorandum in aliquem eſſet, irato & verba & ſententiæ ſuppetebant.* Iuriſconſulti *perorare cauſam* pro *abſoluere* dixerunt, vt L. 6. D. de quæſt.

Si

Si perorata cauſa abſolutio fuerit ſequuta. & L.14. de bon. liber.D.

Iterum emendatum.

2 At contra reus nihil infracto animo.] Lego, *At contra reus nihil, INfracto animo.* id eſt, *quin infracto animo.* Et vera eſt lectio. Infra. *Quin ipſe compoſitus alias.* & docui ſupra.

3 Falsa exterritum.] Pro, *ad falſa.* Sed eſt exſcriptoris abbreuiatio. dixi ſupra. Poteſt tamen legi, *falſo exterritum.*

Lentulus Senator delatus quod inſidias feciſſet Tiberio. Ridet accuſatus. Non credit Tiberius. Qui ſe vita indignum negauit, ſi ei inſidiaretur tam mite ingenium.

4 Gneum Lentulum.] Dio 57. ait, *Lentulum vnum ex ſenatoribus, hominem natura manſuetum ac tum magno admodum natu, accuſatum a quodam, quod inſidias Imperatori tetendiſſet: ad id Lentulus (aderat enim) cachinnum ſuſtulit. Tiberius autem admurmurante ad hæc Senatu, vita ſe indignum negauit, ſi ei Lentulus infenſus eſſet.* Sed hic Lentulus, an Augur, an Getulicus? contra morem ſuum, Tacitus, nullo titulo dignatur; quod nebulam facit.

5 Senectutis extremæ.] Cui

—— *telum imbelle, ſine ictu.*

ait Virgilius 2. Æneid. nec tumultibus apta ætas.

Robur quid? Romanus carcer. Tullianum locus in carcere.

6 Robur.] Sic Apuleius de iſto Robore. *O ſubtilitas digna carcere, & robore.* Apol.2. Erat autem Romanus carcer ſic dictus, & omnium carcerum antiquior. De quo Salluſtius bello Catil. *Eſt in carcere locus, quod Tullianum appellatur, vbi paululum aſcenderis ad læuam circiter XII. pedes humi depreſſus: Eum muniunt vndique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus vincta, ſed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis ſic eius facies eſt.* De iſto autem carcere, intelligit Iuuenalis, cum ſcribit his verſibus.

Vnus olim carcer Romæ.

Fœlices proauorum atauos, fœlicia dicas
Sæcula, quæ quondam ſub Regibus, atque Tribunis,
Viderunt vno contentam carcere Romam.

Vnde Tullianũ. Cur robur dictus. Robori inſunt quæ carceri. Profundæ radices. Cortex craſſiſſimus.

Nam Anco Martio regnante, ædificatus iſte carcer. Liuius lib.1. iſque in media vrbe fuit, & foro imminens; Tullius Rex partem addidit, quæ ſub terra: inde Tullianum. Sed cur *robur* dictus ille carcer? dictus, ni fallor, a robore, arborum fortiſſima & antiquiſſima. Iſidorus lib.17. *Generaliter Robur dicitur ex omni materia, quidquid eſt firmiſſimum.* Habet robur duo, quæ huic carceri conueniant; profundiſſimas radices, & corticem, quo tegitur, craſſiſſimum, & fortiſſimum. *Robora*, inquit Plinius,15.c.36. *ſuas radices in profundum agũt, & robori cortex craſſiſſimus, & ſcaber.* Idem in Carcere: nam vltra robur, *Tullianus eſt carcer* qui ita dictus Varr.4.de ling.Lat. quod in meditullio, id eſt in media tellure; & hic profundiſſimus eſt locus. Dixi, vbi egi de militum cuſtodia. De craſſitudine cõuenit Feſtus in dictione *Robur.* Et ſane ſaxis ingẽtibus ſtructus erat. Sic Plautus dixit *robuſtum carcerem*, in Curcul. Et notat Feſtus, vt ſcripſi ſupra, *ſolitos cõiici ſeruos in arcas robuſteas, & includi, vt illis communicaret nemo. Inde robur in carcere, vt in arca prius:* Quippe illæ arcæ ex robuſtiſſimo caudice. Itaque Horatius dixit.

Carcer robuſtus. Arca robuſtea.

Robuſtæque fores.

Quod ex robore factæ, eaque materia arborum duriore. Sic Gellius ſcribit lib.2. cap. 20. *Scipionem roboraria appellaſſe viuaria, & ferarum viuentium ſepta, quod tabulis roboreis munita eſſent,* omnium lignorum fortiſſimis & craſſiſſimis.

Roboraria.

Saxum Tarpeium.

7 Saxum.] Tarpeium ſcilicet. Aliter *Tarpeia rupes.* Silius lib.3.

Aurea Tarpeia ponit Capitolia rupe.

Etiam *ſcopuli Tarpeij.* Idem libro 2.

Tarpeios iterum ſcopulos, præruptaque ſaxa
Scandatis licet, & celſam migretis in arcem.

Florus lib. 6. *Manlius affectans regnum de ſaxo Tarpeio deiectus eſt.* Horatius.

——*Audes*
Deiicere e ſaxo ciues.

Mons Tarpeius dictus Palæmoni Grammatico libro de ponderib. & menſuris. quem

Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites.

Martialis lib.9. epig.2.

Tarpeia ſummi ſaxa dum patris ſtabunt.

Quid exequi accuſationem. Quod accuſator tenetur.

8 Exequi accusationem.] Id eſt, vt loquuntur Iuriſconſulti, *reum peragere.* ex S.C. Turpiliano; alioqui incidit in pœnam legis. *Peregiſſe autem non videtur, niſi & condemnauerit, aut abſolutus erit.* L.2. ad Leg. Iul. de adulter.

Donuſa viridis Virgilio.

9 Donusa.] Eſt Donyſa Virgilio, quam *viridem* vocat 3. Æn. vna Spotadum, quæ Donuſa heic dicitur, non longe a Rhodo. Plinius libri 4. cap.12.

Tacitus correctus.

10 Censere.] Lego, *cenſuerat.*

Delatorum gẽs exitioſa.

11 Sic delatores, genus hominum exitio repertum.] Martialis ita de delatoribus.

Turba grauis paci, placidæque inimica quietis,
Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes.

Præmia delatorum aut a lege aut a principe. Quæ a lege laudanda, nam inde criminum meſſis.

Quod autem ait, *Per præmia delatores eliciebantur:* maxime hoc viguit ſub Tiberio, cui pulchrum fuit per delatores totam nobilitatem ſubruere. Et ad eum eſt iſtud Am. Marcel. principio lib.14. de Conſtantio. *Nec vox accuſatoris vlla, licet ſubditi, in his malorũ quærebatur aceruis, vt ſaltem ſpecie tenus crimina præſcriptis legum committerentur: quod aliquoties fecere principes ſæui.* Plinius epiſt. 2. epiſt. *Adſum. Non minora præmia, immo maiora, nequitia & improbitas, quam pudor & virtus, habent.* Et hoc ſub Domitiano, Tiberij in cruore natantis ſimia: ſub quo *parietes arcanorum ſoli conſcij timebantur.* Suet. in Domit. Erant tamen quædam præmia delatoribus, aut a lege conceſſa, aut a principe: Quæ a lege, honeſta, & ad publicum commodum; quæ a principe, contra. Nam quæ ad comprimendam graſſantium meſſem reperta erant, laudanda valde; quæ ad ciuium ſtragem inuenta, vituperanda. nam verum eſt quod ait D. Auguſtinus Serm. de Abſalom. *Scelera dum non reſecantur, increſcunt, & in augmenta facinorum proſilitur, quoties ſecura impunitate peccatur.* Sic noſter de Sereno loquens paulo ante: *Studium ſuæ accuſationis, ſine fructu eſſe querebatur.* Id eſt præmia delatorum ſibi non dari, & accuſationis commoda. Sed quam Tiberius a M. Philoſopho diuerſus. ſic enim ſcribebat ad Senatum. *Vos oro atque obſecro P. C. vt cenſura veſtra depoſita meam pietatem clementiamque ſeruetis, imo veſtram. neque quemquam vllum Senatus occidat, nemo Senatorum puniatur, nullius fundatur ſanguis viri nobilis deportati, redeant proſcripti, bona recipiant. Vtinam poſſem multos ab inferis excitare.*

His tam adſiduis tamque mœſtis modica lætitia interiicitur, quod C. Cominium equitem Romanum probroſi in ſe carminis conuictum Cæſar precibus fratris, qui ſenator erat, conceſſit. Quo magis mirum habebatur, gnarum meliorum, & quæ fama clementiam ſequeretur, triſtiora malle. Neque enim ſocordia peccabat, nec occultum eſt, quando ex veritate, quando adumbrata lætitia facta imperatorum celebrentur. quin ipſe compoſitus alias, & * velut [1] eluctantium verborum, ſolutius, promptiuſque eloquebatur quoties ſubueniret. At [2] P. Suillium quæſtorem quondam Germanici, cum Italia arceretur conuictus [3] pecuniam ob rem iudicandam cepiſſe, amouendum in inſulam cenſuit, tanta contentione animi, vt & iurando obſtringeret e Rep. id eſſe. Quod aſpere acceptum ad præſens, mox [4] in laudem vertit, regreſſo Suillio, quem vidit ſequens ætas præpotentem, venalem, & Claudij principis amicitia diu proſpere, nunquam bene vſum. Eadem pœna in Catum Firmium ſenatorem ſtatuitur, tanquam falſis maieſtatis criminibus ſororem petiuiſſet. Catus, vt retuli, Libonem inlexerat inſidiis, deinde iudicio perculerat. Eius operæ memor Tiberius, ſed alia prætendens, exilium deprecatus eſt. Quo minus ſenatu pelleretur, non obſtitit.

* elector anxius ſuorum verborum,

1 ELVCTANTIVM VERBORVM.] Lego, *Et velut elector anxius ſuorum verborum.* Et ita ſcriptum erat. *Elect. anx. um verborum.* nam verba excuſa, noctes ſunt, & tenebræ; nec ſenſum habent. Tacitus de Tiberio Annal. 13. *Tiberius artem callebat, qua verba expenderet imis validus ſenſibus, & conſulto ambiguus.* Ideo *elector anxius verborum*, repoſui; quod ipſum & audientes angerent. Et me iuuat noſter Annal. 1. *Tiberio*, inquit, *in rebus, quas non occuleret, ſeu natura, ſeu adſuetudine, ſuſpenſa ſemper & obſcura verba*, id eſt anxia. quæ Auguſtus *fœtores verborum* nominabat. Suet. 86. Damnat Seneca Oratorem quendam qui tecto genere dicendi vteretur. Et D. Hieronym. aduerſ. Ruffinum ſic ſcribit. *Scripta tua relegens, Heraclitum me legere putabam.* Erat enim Heraclitus ſcotinographos & tenebricoſus. Idem Diuus ad Damaſum Papam. *Mihi ſufficit ſic loqui vt intelligar.* Paulus Iuriſconſultus de reb. dub. D. *Reſpondit eum qui ambiguo ſermone vtitur, & aliud quam vult dicit; neque id dicere, quod vox ſignificat, quia non vult; neque id quod vult, quia id non loquitur.* Sic Quintil. libro 11. Inſtit. *Oderit reum verba aucupantem, & anxium de fama ingenij, & cui eſſe diſertum vacet.* Diogenes Laertius Epicurum commendat, ob perſpicuitatem orationis; & quod verbis propriis & ſimpliciſſimis vteretur. Et certe ſimplici & lucida oratione nil elegantius, nil diſertius, nil ornatius.

Tacitus correctus. *Tiberius verbis ambiguus.* *Orator tecto vtens genere dicendi.* *Epicurus in ſcribendo perſpicuus.*

2 P. SVILLIVM.] Ad quem Ouidius ſcribit libro 4. de Ponto.

Dij tibi ſunt, Cæſar iuuenis, tua numina placa,
Hac certe nulla eſt notior ara tibi.

Ille autem Cæſar iuuenis, erat Germanicus, quem νεώτερον Γερμανικὸν vocat libro 7. Strabo. Porro iſte Suillius forſan filius P. Suillij fuit, qui Cammunios, & Venonios gentes Alpium ſubegit ſub Auguſto. Dio libro 54. Nec repugnant tempora, & eadem prænomina & cognomina.

Quis Suillius. *Ouidius explicatus.*

3 PECVNIAM OB REM IVDICANDAM CEPISSE.] Petronius Arbiter in Satyrico.

Ergo iudiciam nihil eſt niſi publica merces,
Atque eques in cauſa qui ſedet, empta probat.

Videant Iuriſconſulti L. venale. de re iudicata. Cod. & de corrupto iudice pedaneo eſt L. 38. §. iudices. de pœnis. D. Peſcennius Niger *addidit Conſiliariis ſalaria, ne eos grauarent quibus aſſidebant: dicens iudicem, nec dare debere nec accipere.* Nam vt ait Horat. Sat. 2. lib. 2.

—— male verum examinat omnis
Corruptus iudex.

Et iſtud ius a 12. Tab. fluxit, vt ait Agellius lib. 20. cap. 1. *Si iudex, arbiter ve iure datus, pecuniam ob rem iudicandam acceperit, capite pœnas luat.* Poſtea lege repetundarum puniti iudices, & in exilium acti, aut ſeuerius puniti. Alexander Seuerus dicebat paratum ſemper ſe habere digitum, quo furi iudici oculos confoderet. D. Hieron. in epiſtola ad Titum ait, *Cuidam cum laudaret iudicem, quod fur non eſſet, virum grauem dixiſſe; Tu laudas ſeruum, quod non ſit fugitiuus?* nam ex debito officio, nemo debet laudari; ſed ſi vltra debitum aliquid agat, id laudabile. Cicero pro Rabirio Poſthumio. *Potentiſſimo & nobiliſſimo Tribuno plebis M. Druſo vnam in equeſtrem ordinem quæſtionem ferenti; Si quis ob rem iudicatam pecuniam ſumpſiſſet: aperte equites Rom. reſtiterunt. Quid? hoc licere volebant? Minime: neque ſolum hoc genus pecuniæ capiendæ turpe, ſed etiam nefarium arbitrabantur.* Dio lib. 39. *Magnus eo tempore numerus Romæ erat qui iudicandi cauſa pecunias acciperent.* Quod de aliis dici poteſt. Et Capitolinus in Seuero. *Accuſatos a prouincialibus iudices*

Iudices fures.

probatis

probatis rebus grauiter puniuit. Et ſane nihil homini litiganti periculoſius quam ſi venalem iudicem aut gratioſum repererit. Et, vt ait Poeta Sat. 13.

—— improba quam ſi
Gratia, fallacis Prætoris vicerit vrnam.

Nam gratiæ vel ambitionis & auaritiæ ſuſpicionem ſubire Prætor non debet. L. 25. §. quid ergo. D. de fideic. libertat. D. Et Cicero 2. in Verrem. *Inuentus eſt Senator qui cum iudex eſſet in eodem iudicio ab reo pecuniã acciperet.* Et eodem. *Equito iudicante per* 50. *annos ne tenuiſſima quidem ſuſpicio acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam eſt conſtituta.* Idem author inter corruptos ponit Q. Calidium equitem, P. Septimium Senatorem, Q. Hortenſium Prætorem, C. Herennium, C. Pompilium, quorum venalitas liberiore indignatione puniri debuit. Auth. Nouo iure. de pœnis iud. qui mal. iudic. L. Non dubium. de teſtament. Cod. L. omnes. Cod. ad L. Iul. repet. vt L. Quoniam. de appellat. Plinius lib. 35. cap. 12. *Q. Coponium inuenimus ambitus damnatum quia vini amphoram dediſſet dono ei, cuius ſuffragij latio erat.* Sed nec me reprimo quin referam diuina Apuleij verba, 10. Metam. *Quid ergo miramini? Viliſſima capita, imo forenſia pecora, imo vero togati vulturij, ſi toti nunc iudices ſententias ſuas pretio nundinantur? Cum rerum exordio inter Deos & homines agitatum iudicium corruperit Gratia, & originalem ſententiam magni Iouis conſiliis electus iudex, ruſticanus & opilio, lucro libidinis vẽdiderit, cum totius etiam ſuæ ſtirpis exitio.* Loquitur de Paride qui Venerem dum Iunoni & Palladi præfert, Troiæ & Priamo exitium adfert.

4 IN LAVDEM VERTIT.] Quis vertit? Tiberius? Is iam obierat, abieratque quo nos omnes, & vnde negant redire quenquam, nam morte finierat. Quis igitur vertit? ætas ſequens. Sed niſi corrigas & interpungas, oratio repugnat. Ita lego. *Quod aſpere acceptum in præſens, mox ad laudem vertit, regreſſo Suillio, quæ eum vidit ſequens ætas.* Lego, *quæ eum vidit*, non *quem.* Et eſt eadem culpa frequens in hoc authore, & in iſto verbo idem mendum iam indicaui ſæpius.

Pleraque eorum quæ retuli, quæque referam, [1] parua forſitan & leuia memoratu videri non neſcius ſum. Sed nemo Annales noſtros cum ſcriptura eorũ [2] contenderit, qui veteres populi Romani res cõpoſuere. Ingentia illi bella, expugnationes vrbium, fuſos captoſque reges, aut, ſi quando ad interna præuerterent, diſcordias conſulum aduerſum tribunos, agrarias frumentariaſque leges, plebis & optimatium certamina [3] libero egreſſu memorabãt. Nobis in arcto & inglorius labor. Immota quippe, aut modice laceſſita pax, mœſtæ vrbis res, & princeps proferẽdi imperij incurioſus erat. Non tamen ſine vſu fuerit, introſpicere illa primo aſpectu leuia, * ex quis magnarum ſæpe rerum [4] motus oriuntur. Nam cunctas nationes & vrbes populus, aut primores, aut ſinguli regunt. delecta ex his & conſtituta Reip. forma laudari facilius, quam euenire, vel ſi euenit, haud diuturna eſſe poteſt. Igitur vt olim plebe valida, vel cum patres pollerent, noſcenda vulgi natura, & quibus modis temperãter haberetur, ſenatuſque & optimatium ingenia qui maxime perdidicerant, callidi temporum & ſapientes credebantur: ſic cõuerſo ſtatu, [5] neque alia rerum, quam ſi vnus imperitet, hæc cõquiri tradique in rem fuerit: quia [6] pauci prudentia, honeſta ab deterioribus, vtilia ab noxiis diſcernunt, plures aliorum euentis docentur. cæterum vt profutura, ita minimum oblectationis adferunt. Nam ſitus gentium, varietates præliorum, clari ducum exitus retinent ac redintegrant legentium animum. Nos ſæua iuſſa, continuas accuſationes, fallaces amicitias, perniciem innocentium, & eaſdem [7] exitu cauſas coniungimus, obuia rerum ſimilitudine, & ſatietate. Tum quod antiquis ſcriptoribus rarus obtrectator. neque refert cuiuſquam, Punicas Romanaſve acies lætius extuleris. At multorum, qui Tiberio regente pœnam vel infamias ſubiere, poſteri manent. Vtque familiæ ipſæ iam extinctæ ſint, reperies qui ob ſimilitudinem morum aliena malefacta ſibi obiectari putant. Etiam gloria ac virtus infenſos habet, [8] vt animus ex propinquo diuerſa arguens. Sed ad incœpta redeo.

* ex queis

1 Parva.] Et ſane immorari quiſquiliis hiſtoricum hominem non decet. Cato 4. Orig. ex Gellio lib. 2. cap. 28. *Non lubet ſcribere quod in tabula apud Pontificem Max. eſt, quones annona chara, quoties Lunæ, aut Solis lumini caligo. aut quid obſtiterit* Plinius li. 5. epiſt. vbi de hiſtoria, epiſt. *Suades. Huic pleraque humilia & ſordida, & ex medio petita.* notat hiſtoriographum vilem.

Salluſtius author & miniſtrator verborū Tacito.

2 Contenderit.] E Salluſtianis hortis flos iſtius verbi. Et noſter Annal. 13. *Adnotabant ſeniores, (quibus otium eſt vetera & noua contendere.)* & Annal. 12. *ſuam quæque nobilitatem, formam, opes contendere. Contendere,* ait Nonius, *eſt comparare.* Licinius Macer in epiſt. ad Senatum. *Illi ſuam vitam mecum contendunt, quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera, vt nouæ cicatrici locus non ſit.* Quod impiis accidit, ſemper & æternum cum piis litigantibus & præliantibus. Hoc autem verbum frequens Lucillio.

—— vt contendere poſſem
Theſtiadas Ledæ, atque Ixionas Archilochiæ.

Tacitus correctus.

3 Libero egressv.] Lego, *liberiore greſſu.* nam nota eſt, & illud *egreſſu,* vt ſorex indicium facit erroris. Addit autem, *nobis in arcto,* vt opponat liberiori greſſui arctum. Simile mendum in 12. Tab. *Sumptuoſi reſperſio;* pro *ſumptuoſior reſperſio.* Et in 1. Dial. Sulpitij de mirac. D. Martini. *Erat,* inquit, *Eccleſia vilibus texta virgultis, non multo ambitior, quam noſtri hoſpitis tabernaculum.* Vbi legendum, *non multo ambitioſior.* frequens lappa in libris.

Ambigua lectio in Tacito.

4 Motvs.] Poteſt probari verbũ *monitus,* pro *motus:* Quippe inter illa duo, magna affinitas. nam Ouid. de Ponto lib. 4. eleg. 11. iungit.

Qui monet, ille mouet.

Sic autem noſter Annal. 11. *Quorum monitu redintegratas cerimonias.* Et facit quod Suetonius in Aug. cap. 28. ſcribit. *In euoluendis vtriuſque linguæ authoribus, nihil æque ſectabatur, quam præcepta & exempla publice vel priuatim ſalubria; eaque ad verbum excepta erant.* (lego, *eaque quæ ad verbum excerpta erant) aut ad domeſticos, aut ad exercituum prouinciarumque rectores, aut ad vrbis magiſtratus plerumque mittebat; prout quiſque monitione indigeret.* Inde illi *monitus.* Papin. etiam Achill. 1. vſus eſt hoc verbo ea in ſignificatione.

Suetonius correctus.

Digreditur multum cunctata in limine mater;
Dum repetit monitus, arcanaque murmura figit.

Tamen *motus* verbum, heic mihi pro vero eſt. Ait enim author ſuam ſcriptionem totam verſari *in ſcribendis ſæuis Tiberij iuſſis,* accuſationibus continuis, fallacibus amicitiis, pernicie innocentium; quæ leuia ſunt, ſi conferantur cum plebis & patrum certaminibus, Agrariis legibus, Conſulum diſcordiis. Sed ex his leuibus magnos motus oriri interdum. Quod veriſſimũ eſt. nam inde diſtractio a Principis beneuolentia, coniurationes crebræ, bella in principem, & interdũ poſt diſſidium excidiũ. Tamen nulla mihi contradicendi cupido.

Metus, non monitus, placet, Explicatus Tacitus.

——- trahit ſua quemque voluptas.

5 Neqve alia rervm.] Recte, *Neque alia re Romana,* Lipſio notatum. Auſonius firmat cum ſcribit.

Imperium, litem, Venerem, cur vna notet res?

Virgilius 6. Æn.

Hic rem Romanam, magno turbante tumultu,
Siſtet eques.

Et Ammianus Hiſtoricus, vti Poetæ. *Quorum aſperitate poſt multiplices pugnarum ærumnas ſæpe res Romana vexata.* Plura non ſcribo: nam res ipſa ſatis ſe tuetur. Verum non omitto in verbo *Re* ita emendaſſe me Suet. cap. 19. in Iulio. ſcribit enim; *Qua cognita re optimates quos metus cœperat nihil non auſurum,* &c. vbi lego, *Quo cognito, Reip. optimates.* Et ita locum mendoſum reſtituo.

6 Pavci prvdentia.]

Προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ
Κέρδος λαβεῖν, οὐδὲ νοῦ σοφοῦ.
Prouidentia nihil hominibus eſt
Quæſtu quæſtuoſius, neque mente ſapiente.

Sed illo quæſtu nihil vilius: & ſapientia hodie diobolaris & diſcalciata & pannoſa eſt.

7 Exitv cavsas.] Probo, *exitij cauſas,* quæ ob crimen læſæ maieſtatis frequentiores. Vt ſub Opilio Macrino, & Caracalla, ſub quo *minxiſſe, vbi ſtatua eius eſſet, & ſtatuis coronam detraxiſſe, capitale erat.* Spartianus in Antonino Caracalla.

8 Vt animvs ex propinqvo diversa argvens.] Id eſt, offenduntur celebratione, & laude clarorum virorum; ac ſi laus virtutis cum eorum imparitate componeretur, & propius illis admota oſtenderet, argueretque palam quam ab illis viris eſſent diuerſi. Sunt enim, vt ait noſter, *qui ægris oculis alienas laudes aſpiciunt.*

Tacitus explicatus.

Cornelio Coſſo, Aſinio Agrippa Coss. [1] Cremutius Cordus poſtulatur, nouo, ac tunc primum audito crimine, quod editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Caſſium Romanorum vltimum dixiſſet. Accuſabant [2] Satrius Secundus, & Pinarius Natta, Seiani clientes. [3] Id *perniciabile reo, & Cæſar truci vultu defenſionem accipiens. quam Cremutius relinquendæ vitæ certus, in hunc modum exorſus eſt: [4] *Verba mea P. C. arguuntur; adeo factorum innocens ſum; Sed neque hæc in principem, aut [5] principis parentem, quos lex maieſtatis amplectitur. Brutum, & Caſſium laudauiſſe dicor. Quorum res geſtas cum plurimi compoſuerint, nemo ſine honore memorauit. [6] Titus Liuius eloquentiæ ac fidei præclarus in primis, Gn. Pompeium tantis laudibus tulit, vt Pompeianum eum Auguſtus appellaret.*

Crebri accuſatores indicium pereuntis Reip.

* perexitiabile

Bonos laudaſſe crimen.

Neque

Neque id amicitiæ eorum offecit.[7] *Scipionem,*[8] *Afranium, hunc ipſum*[9] *Caſſium, hunc Brutum, nuſquam latrones & patricidas, quæ nunc vocabula imponuntur,*[10] * *ſæpe vt inſignis viros nominat. Aſinij Pollionis ſcripta egregiam eorumdem memoriam tradunt. Meſſala Coruinus imperatorem ſuum Caſſium prædicabat. Et vterque opibuſque atque honoribus peruiguere. Marci Ciceronis libro quo Catonem cœlo æquauit, quid aliud dictator Cæſar, quam reſcripta oratione, velut apud iudices, reſpondit?*[11] *Antonij epiſtolæ, Bruti conciones, falſa quidem in Auguſtum probra, ſed multa cum acerbitate habent. Carmina Bibaculi & Catulli referta contumeliis Cæſarum leguntur. Sed ipſe diuus Iulius, ipſe diuus Auguſtus & tulere iſta, & reliquere, haud facile dixerim, moderatione magis an ſapientia.*[12] * *Namque ſpreta exoleſcunt: ſi iraſcare, adgnita videntur. Non attingo Græcos, quorum non modo libertas,*[13] * *etiam libido impunita. Aut ſi quis aduertit, dictis dicta vltus eſt. Sed maxime ſolutum, & ſine obtrectatore fuit, prodere de iis, quos mors odio aut gratiæ exemiſſet. Num cum armatis Caſſio & Bruto, ac Philippenſes campos obtinentibus, belli ciuilis cauſa populum per conciones incendo?*[14] *An illi quidem ſeptuageſimum ante annum perempti,*[15] *quo modo imaginibus ſuis noſcuntur, quas nec victor quidem aboleuit, ſic partem memoriæ apud ſcriptores retinent?*[16] *ſuum cuique decus poſteritas rependit. Nec deerunt, ſi damnatio ingruit, qui non modo Caſſij & Bruti, ſed etiam mei meminerint.*

* ſed ſæpe vt inſignes

Scripta libera liberaliter excipienda, & excepta.

Tam apud Romanos.

* Nam quæ ſpreta,
* ſed etiam

Quam Græcos.

Victor Cæſar ſcripta hoſtiũ non aboleuit.

1 CREMVTIVS CORDVS.] Celebre ingenium authoribus & nomen, vt Plinio in Indice, qui ſæpe eum citat. citat & Suetonius cap. 35. in Aug. Et eius eſt iſtud quod ſcribit Plinius lib. 16. cap. 26. *Cremutius author eſt nunquam virere arborem ex qua Phyllis ſe ſuſpenderit.* Eorumque familia a Cordis: nummumque argenteum ſe vidiſſe Carolus Sigonius ſcribit cum hac inſcriptione. M. CORDVS. Sed præcipue Seneca in Conſolatione ad Marciam Cordi filiam. Cuius locum & interpretari, & emendare non grauabor, quia dignus emendatione, etiam poſt tot graues & magnos viros, quibus vindemiatoribus, ero racemator. Loquitur de Cremutio Cordo, *qui cum decretam audiſſet Seiano ſtatuam in theatro Pompeij, exclamauit, Vere theatrum Pompeij perire:* vnde illi accuſatio & voluntaria mors per inediam. *Quis*, inquit, *non rumperetur ſupra cineres Cn. Pompeij conſtitui Seianum, & in monumentis Maximi Imperatoris, conſecrari peſſimum militem?* (lego lubēter, *puſillum militem.* vt *puſillus* opponatur *maximo.* nam Seianus non erat peſſimus miles, ſed *gnauus, & induſtrius, & vigilans,* vt ait Tacitus ſupra. Dixi reponendum, *puſillum militem*; ſic Iuuenalis Sat. 15. dixit.

In Seneca coniectura.

Seianus erat gnauus miles.

Terra malos homines nunc educat, atque puſillos.

Id eſt molles & delicatos, quales ſunt puſæ & iuuenculæ. Plautus in Pſeudolo de puellis.

Vos, quæ in munditiis, mollitiis, deliciiſque ætatulam agitis.

Sed pergo. addit poſtea Seneca. *Cõſecratur* (lego, *conſectatur*; id eſt magna vi & velocitate ab accuſatoribus agitur, quaſi a canibus venaticis: Poſtea enim vocat illos canes. vt Cicero 6. in Verr. *Cibyratas fratres Verris accuſatores,* vocat *Cibyraticos canes,* vt dixi ſupra. mox addit. *Subſcriptio* (id eſt, componitur libellus accuſatorum, cum ſubſcriptione: nam ſic ſolebant. L. 3. de accuſat. *Subſcribere debebit, qui dat libellos.* Subiungit. *Et acerrimi canes quos illi, vt ſibi vni manſuetos, omnibus feros haberet, ſanguine humano paſcebat, circumlatrare etiam hominem illum imparatum incipiunt.* Itane imparatum Cremutium, tot præceptis philoſophię munitum, tot hiſtoriarum lectione, tot Tiberiani temporis atrocibus exemplis firmatum? Ne puta. Lego, non *imparatum*: ſed *imperatori tum adlatrare incipiunt.* Id eſt Tiberio, quem vrgebant, lancinabant, impellebant in exitium Cordi. Addit, *Quid faceret?* (Cordus ſcilicet.) *ſi viuere vellet, Seianus rogandus erat; ſi mori, filia: vterque inexorabilis. Conſtituit filiam fallere: Vſus itaque balneo. Et quo plus* (lego, *Et ei quo plus*) *imponeret, in cubiculum quaſi guſtaturus contulit* (lego, *ſe contulit*: in cubiculo enim edebant, & cubabant) *& dimiſſu pueris* (qui ſemper ad pedes domini recumbentis) *quædam per feneſtram, vt videretur comediſſe, coniecit. A cœna deinde, quaſi iam ſatur, in cubiculo, continuit*; (lege, *quaſi iam ſatiatus ſe in cubiculo continuit.* id eſt, recõditus in cubiculo, quaſi bene pranſus & prandio ſatiatus, aut guſtatione. Nam in guſtatione prandium.) *Alteroque die, ac tertio idem fecit: Quarto, ipſa infirmitate corporis, faciebat indicium.* non ita. ſed lego. *Quarto, ipſa infirmitatis corporis, facies dabat indicium*; (id eſt ipſemet, ſuo ore, infirmitatem ſui corporis prodebat.) *Complexus itaque te, Chariſſima, inquit, filia, & hoc vnum tota celata vita,* (id eſt, cui vnum hoc, tota vita celaui tantum) *iter mortis ingreſſus ſum; & iam medium fere teneo; Reuocare me non debes, nec potes. Atque ita lumen omne præcludi iuſſit, & ſe in tenebris condidit. Cognito conſilio eius, publica voluptas erat, quod e faucibus auidiſſimorum luporum educeretur præda. Accuſatores Seiano*

Accuſatores canes dicti.

Libellus accuſatorius.

Subſcriptio.

Balneum ante guſtationem.

Pueri ad pedes.

Facies indicium infirmitatis.

Quartus dies media, medius mortis curſus.

Morientibus lumen domus præcludebatur.

authore, adeunt Conſulum tribunalia, queruntur mori Cordum, vt interpellarent quod coegerant. Quid ſi legendum, *vt impellerent quod coegerant?* Id eſt, negotium accuſationis ab eis coactum, & compactum, & conglobatum impellerent & ad exitum perducerent. niſi legas, Et *interpellabant, quod cogerent.* id eſt, ita interpellabant Conſules, vt cogerent. Nec erat interpellatio, ſed vis, ſed coactio, & violenta impulſio. Quanquam locus ſuſpicione non vacat. Quod ſequitur, facit ad meam interpretationem. *Adeo,* inquit, *illis Cordus videbatur effugere.* nam ideo cogebant. *magna res erat in quæſtione, an morte rei perderētur: Dum deliberatur, dum accuſatores iterum adeunt, ille ſe abſoluerat.* Et ait, *An morte rei perderentur.* id eſt, An per mortem effugerent rei iudicium, & abſoluerētur. Vtitur verbo *perderentur,* quod ille bolus e faucibus accuſatorum effugiſſet; perditāque prædam vocat, accuſatoribus quaſi coruis inhiantibus, & deceptis. nam ſuperius dixit. *Quod e faucibus luporum educeretur præda.* Cæterum quod quarto die medium mortis iter temere ſe dicebat Cordus, conuenit cum multis authoribus. Et Plinius lib. 7. ait, *Quatridui inediam, maiorem eſſe mortis partem in corpus receptæ.* Sui tamen quaſi oblitus idem lib. 11. c. 53. ait. *Homini non vtique ſeptimo lethalis inedia: duraſſe & vltra vndecimum pleroſque, certum eſt.* Sed primo loco, de frequenter accidētibus loquitur: ſecundo, de his quæ raro. Non prætereo tamen, eſſe herbam, quæ Scythice vocatur, quæ comeſta, famem in duodenos dies, ſine corporis damno, poſſit prorogare. Idem Plinius lib. 25.

Rei morte perditi accuſatoribus.

Plinius ſui oblitus.

Per 7. dies inedia homo moritur.

2 Satrivs Secvndvs et Pinarivs.] Vterque Senecæ memoratus, ille in Conſol. ad Mart. iſte epiſt. 122. De primo, dixit Lipſius; ſed quod ſcribit Seneca: *Patrem tuum Seianus clienti ſuo Satrio Secundo congiarium dedit:* explico, id eſt, dono dedit. Solebant enim congiaria dari populo a principe, quaſi munera. Tacitus vbi de Nerone. *Donum faceret generi mortalium remiſſionem vectigalium.* Annal. 15. De ſecundo, ita Seneca. *Recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poeta, & amicitia Tiberij, & frigore notus: Ortus & Occaſus libentiſſime inſerebat.* Id eſt, iungebat Ortui Solis Occaſum, quia per totum diem recitabat. *Itaque cum indignaretur quidam, illum tota die recitaſſe, & negaret accedendum ad recitationes eius; Natta Pinarius ait, Numquid liberalius poſſum agere? Paratus ſum illum audire ab ortu ad occaſum.* Sed quid ſibi volunt hæc verba, *amicitia & frigore notus?* Interpretor, Tiberiū ardentius illum, poſt vero remiſſius coluiſſe. Et ſic Iuriſconſulti friguſculum nominant inter virum & vxorem, ſi paullum diuertant, mox reuertantur, L. 32. §. ſi diuortium. D. de don. inter vir. & vxor. Sic Latini hominum actiones, aut intentiores, aut remiſſiores nomine caloris & frigoris deſignant. Dixi ſupra. Cælius epiſt. *Non dubito.* 8. famil. Cicer. *Quod tibi ſupra ſcripſi Curionem frigere; iam calet: nam feruentiſſime concerpitur.* Et Cicero ad Brutum epiſtola, *Mirabiliter.* lib. 11. famil. *Plane iam, Brute, frigeo.* ὄργανον *enim meum erat Senatus, id eſt iam diſſolutum.* Et idem ad Trebatium, 7. famil. epiſt. *Accepi. An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem ſuppeditare?* Cæterum iſtum Pinarium coniicio fuiſſe filium Pinarij equitis, quem Auguſtus iuſſit interfici.

Explicatus Seneca.

Congiariū dari reum accuſatoribus.

Id eſt pro præda.

Amicitia & frigus.

Quid frigus.

In amicitia.

3 Id perniciabile reo.] Putant quidam legendum, *perexitiabile reo.* nam Tacitus 6. Annal. *Quod maxime exitiabile tulere illa tempora.* Et quod ait *maxime exitiabile,* reddit heic vno verbo, *perexitiabile.* Velleius. *Pæne exitiabilem omnibus cladem intulit.* Et idem. *Perductaque ad exitiabilem famem, neque inſtantem ſuſtinere, neque facientibus copiam pugnandi, dirigentibuſque aciem, auſa congredi.* Et noſter lib. 6. *Probra corporis, exitialem in ſuos, infenſum Reip. animum obiecit.* Ludit in his verbis interdum noſter. nam dixit *impenetrabile,* Annal. 12. *Oſtorius circumſpectis quæ impenetrabilia.* Et *inexplicabile;* Annal. 1. *Inexplicabile bellum Tacfarinatis.* Et *inſociabile. Inſociabile regnum,* vbi de Druſo, & Germanici liberis. Seneca *irremediabile.* epiſt. 113. Et Statius *lethabile.*

Ergo quid Auſoniæ pater auguſtiſſimus vrbis
Ius tibi tergeminæ dederat lethabile prolis?

Sic authores in quibuſdam verbis ſibi placent, vt homines etiam ſobrij quibuſdam cibis. Sed Tacitus nunquam ſcripſit *perexitiabile:* & in authoribus bonis nunquam reperias. A pernicie autem *perniciabilis,* vt ab exitio *exitiabilis.* Sed Tacitus ſcribit *magis exitiabile,* non *perexitiabile.*

Taciti correctio reiecta.

Perexitiabile.

Tacitus a ſe & ſuis verbis correctus.

Verba ficta Tacito.

Impenetrabile.

Inexplicabile.

Inſociabile.

Irremediabile, Senecæ verbum.

Lethabile Statio.

4 Verba mea P. C. arguuntur; adeo factorum innocens ſum.] Nam verba olim in crimen Maieſtatis non veniebant. Sic Dauid, 1. Reg. cap. 17. *Quid feci? numquid non verbum eſt?* Nam a verbo factum late diſtinguitur. Seneca de Benef. *Dicta impune erant, facta ſub Auguſto arguebantur.* Magnum interuallum, peccare facto an dicto.

5 Principis parentem.] Nota iam tum maieſtatis leges egreſſas perſonam imperatoris, & tractas ad matrem, & ad filias, imo ad totam principis domū. Sane in iure noſtro, lex maieſtatis, tam Auguſtum quam Auguſtam ſpectat. *Auguſta enim iiſdem legibus vtitur, quibus Princeps.* L. princeps. de leg. Etiam tracta eſt ad Conſiſtorianos, & Concilij principis partes, quod partem facerent corporis Cæſaris. L. quiſquis. ad L. Iul. maieſt. Cod. Et nil tā facile luxuriat, quam illa ſeges, præcipue corruptis temporibus. quæ ideo mala ſeges dici poteſt, quod valde luxuriet.

Lex maieſtatis ad Auguſtam.

Etiam ad ſacri Conſiſtorij patres.

6 Titvs Livivs.] Quem Seneca vocat *candidiſſimum omnium ingeniorum æſtimatorem.* Suaſor. 6. Et noſter lib. 4. *Titus Liuius eloquentiæ ac fidei præclarus in primis.* Et D. Hieronym. in prologo Galeato, ſic de illo ſcribit eleganter. *Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, vt viderent, ex vltimis orbis partibus aduenere: & quos Roma magnitudine ſui, ad ſe non traxerat, vnius hominis fama perduxit.* Quæ magna laus celebris ingenij. Tamen Caligula Patauinitatem ei obiicit. Sueton. in Caio 34. vt Virgilio ſtupiditatem & doctrinam paucam. Sed huic iudici non credimus. Imo Quintiliano qui cum Herodoto illum componit, vt Salluſtium Thucydidi.

Liuius candidiſſimus ingeniorum æſtimator.

Thucydidi. Et ſane orbi tam profuit & prodeſt Liuij Patauinitas, quam vrbi & orbi nocuit Caij Caligulæ crudelitas.

Qui ille Scipio. 7 SCIPIONEM.] Intelligit Scipionem, qui victo Pompeio, dux partium fuit in Africa, & Pompeij ſocer, & qui in Macedonia legatus quondam: de quo Seneca pater Suaſor. 6. non ſine graui mendo. *Scipio*, inquit, *cum gladium poni iuſſus foret, dicitur abdidiſſe ſe. Quærentibus qui in nauem tranſierant militibus Imperatorem: Imperator, inquit, bene ſe habet. Victus vocem victoriæ miſit.* Sed ſi abdidit ſe (quod eſt indicium vecordiæ) quomodo tantis animis dicitur ſe occidiſſe a Seneca epiſt. 24. In manuſcript. ſcribitur. *Cum gladium ponit, abdidit ſe.* Et in margine ſcriptum. *Cum gladium ponere iuſſus eſſet, dicitur abdidiſſe ſe.* Sed & exſcriptor, & corrector lapſi ſunt; nec hæc ignauia in Scipione credenda vt ſe abdiderit. *Seneca in Suaſor. emendatus.* Corrigo ita, & lego authoribus mihi fauentibus. *Cum gladium ponere iuſſus eſſet, dicitur abdidiſſe in ſe,* id eſt in pectus condidiſſe. Sed ante *Ratio emendationis.* efflatum ſpiritum, *quærentibus qui in nauem tranſierant militibus Imperatorem, Imperator, inquit, bene ſe habet. Victus vocem victoriæ emiſit.* *Explicatus Seneca.* ita legendum, non *victoriæ vocem.* Sic Valer. lib. 3. cap. 2. qui mihi aſtipulatur. *Cum animaduertiſſet nauem, qua vehebatur, ab hoſtibus captam, gladio præcordia ſua transuerberauit; ac deinde proſtratus in puppi, quærentibus Cæſarianis militibus vbinam eſſet Imperator: reſpondit, Imperator bene ſe habet; tantumque eloqui valuit, quantum ad teſtandum animi fortitudinem ſatis erat.* Sit *Confirmatio correctionis & explicationis.* Florus alter mihi ſponſor. *Iam Scipio naue fugiebat, & aſſequutis hoſtibus, gladium per viſcera exegit. Et vbi eſſet, quodam requirente, reſpondit hoc ipſe tum: Bene ſe habet Imperator.* Itaque correctio iſta authoritate ſuffulta eſt. valeat, & maneat. Hæc autem ſunt Scipionum fata, qui ab iis, quos ſeruauerant, interempti. Sic enim ille Scipio Africanus Æmilianus, qui in lectulo repertus eſt mortuus. *Et de cuius morte*, ait Valerius, *nulla habita eſt quæſtio, cuiuſque corpus velato capite elatum eſt, cuius opera ſuper totum terrarum orbem Roma extulerat caput, quique vitam digniſſimam egerat, quæ nullius ad id tempus, præterquam auito fulgore, vincebatur.* Qui & Africanus a P.R. poſt deuictam Carthaginem damnatus eſt & ingratiſſimo animo poſt contuſos ferociſſimos hoſtes & Africam ſubactam vrbe Roma pulſus in Linterno conſenuit magno probro populi R. En ingrata patria. Et quod magis mirum, accuſante eum Marco Catone Vticenſi. De quo ita Poeta 4. Car. 8.

Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam Calabræ Pierides: neque
Si chartæ ſileant quod benefeceris,
Mercedem tuleris.

8 AFRANIVM.] L. eſt Afranius, qui Conſul fuit, & in Hiſpania legatus, quem Cæſar poſt victoriam Pharſalicam, iuſſit interfici: Dio lib. 41. dignus meliore fato, niſi quod Rep. moriente, mortuus eſt.

9 CASSIVM, HVNC BRVTVM NVSQVAM LATRONES.] Suetonius in Clariſſ. Grammat. vbi de Albutio Silo ita ſcribit. *Cum M. inſuper Brutum, cuius ſtatua in conſpectu erat, inuocaret, legum ac libertatis authorem & vindicem, pæne pœnas luit.* Poeta de Bruto ſcribit ingenue his verſibus.

——ſcelus quo nomine dicent
Qui Bruti dixere nefas?

Tacit. 14. *Poſtquam cuncta ſcelerum pro egregiis accipi videt, exturbat Octauiam.* Sed ſunt facinora adulationis, quæ vitia pro virtutibus habet. *Virtus pro vitiis habita.* Loquitur autem Iuuenalis de Bruto Philippenſi, non de Bruto Tarquinienſi. Et ad hanc rem facit quod Tacit. Hiſtor. 1. *Placuit ignoſcentibus verſo nomine quod auaritia fuerat videri maieſtatem, cuius tum odio bonæ leges peribant.* Ideo ſcribit Horatius.

——erit ille fortis
Qui perfidis ſe credidit hoſtibus.

Cicero ſcribens Cæcinnæ ait, *admirari ſe ſolere grauitatem, & iuſtitiam, & ſapientiam Cæſaris, qui nunquam niſi honorificentiſſime Pompeium appellat.* *Cæſar de Pompeio hoſte nil niſi honorifice.* Quod viro magno dignum. Nam digna dignis.

10 SÆPE.] Lego, *ſed ſæpe.*

11 ANTONII EPISTOLÆ.] Habes vnius reliquias apud Sueton. cap. 69. in Aug. In qua videbis quid poſſit vinum odio mixtum. nam non aliter ſcribit in Auguſtum, quam ſi temulentus, & hoſtis. Iulius Cæſar multo ſapientius qui de Pompeio nil vnquam niſi honeſtum dixerit.

12 NAMQVE SPRETA.] Lego, *nam quæ ſpreta.* vt ſubaudias *ſunt.*

13 ETIAM LIBIDO.] *Sed etiam libido.*

14 AN ILLI.] *Nam illi.* *Tacitus correctus.*

15 QVOMODO.] *Quo modo.*

16 SVVM.] *Suum cuique.* 10. Philip.

[1] Egreſſus dein ſenatu, [2] vitam abſtinentia finiuit. [3] Libros per ædiles cremandos cenſuere patres; & manſerunt occultati & editi. [4] Quo magis ſocordiam eorum inridere libet, qui præſenti potentia credunt extingui poſſe etiam ſequentis æui memoriam. Nam contra, punitis ingeniis gliſcit autoritas. *Punitis ingeniis gliſcit authoritas.* Neque aliud externi reges, aut qui eadem ſæuitia vſi ſunt, niſi dedecus ſibi atque illis gloriam peperere. Cæterum poſtulandis reis, tam continuus annus fuit, vt [5] feriarum Latinarum diebus præfectum vrbis Druſum auſpicandi gratia tribunal ingreſſum adierit Calpurnius Saluianus in Sextum Marium. *Accuſator intempeſtiuus punitus exilio.* Quod a Cæſare palam increpitum cauſa exilij Saluiano fuit. Obiecta publice [6] Cyzi-

cenis [7] incuria ceremoniarum diui Auguſti, additis violentiæ criminibus aduerſum ciues Rom. Et [8] amiſere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant circumſeſſi, nec minus ſua conſtantia, quam præſidio [9] Luculli pulſo rege. At Fonteius Capito, qui proconſul Aſiam curauerat, abſoluitur, comperto [10] ficta in eum crimina per Vibium Serenum. neque tamen id Sereno noxæ fuit, quem odium publicum tutiorem faciebat. Nam vt quis diſtrictior accuſator, velut ſacroſanctus erat: leues, ignobiles pœnis adficiebantur.

Accuſatores diſtrictiores ſacroſancti ſub Tiberio.

Poſt poſtulata Senatu abibant qui rogauerant.

1 Egressvs deinde senatv.] Quod ſolebant cauſa perorata, vt oſtendit Sueton. in Iul. cap. 34. Sic Liuius lib. 27. *Talia conqueſtos, cum excederent templo, vt poſt poſtulata eorum Patres conſuli poſſent.* Et Gellius lib. 7. cap. 3. *Legati poſtquam intromiſsi ſunt, verbiſque ſuppliciter pro ſua cauſa factis, de curia exceſſerunt.* Conſultis autem patribus, reducebantur in Senatum. Idem eodem. *Reductus in curiam legatus.* Sic in L. Proximo. de his quæ in teſtam. del. *Antoninus Cæſar remotis omnibus, cum deliberaſſet.*

Poſt deliberationem reducebantur.

Mors per abſtinentiam truculentiſsima

Frequens ſub Tiberio.

Quo regnante multi fame conſumpti.

Cordus.

Agrippina.

Druſus Agrippinæ filius.

Liuilla.

Nerua Cocceius.

Gallus Aſinius.

2 Vitam abstinentia finivit.] Iſto æuo multi ita perierunt, vi partim, & partim ſponte, vt hic Cordus, & Agrippina mater, & Druſus eius filius, Liuilla, Cocceius Nerua, Aſinius Gallus; etiam amici Aſiatici, ad inediam eum hortabantur. At illa mors truculentiſſima. Oppianus 3. Piſcat.

Ὡς οὐδὲν λιμοῖο κακώτερον, οὐδὲ βαρείης
Γαστέρος, ἣ κρατέει μὲν ἐν ἀνθρώποισιν ἀπηνής.

Quam nihil eſt fame peius, neque moleſto
Ventre, qui dominatur inter homines, immitis & impacatus.

Apuleius 8. Metam. *Inedia denique miſera, & incuria ſqualida tenebris imis abſcondita cum luce iam tranſegerat.* Tertullianus in Apologetico. *Nonne & ipſius Lycurgi leges a Lacedæmoniis emendatæ, tantum authori ſuo doloris inuſſerunt, vt ſeceſſu inedia de ſemetipſo vindicarit?* Sic viri magni inedia corruerunt; vt inter eos Pomponius Atticus Satrius eques Rom. ad quem epiſt. Cicer. Et Silius Italicus. Seneca epiſt. 87. de Marcellino. *Triduo abſtinuit, & ipſo cubiculo, poni tabernaculum iuſſit.* Suet. in Tiberio cap. 10. *Pertinacius retinentibus cibo per quatriduum abſtinuit.* Euſebius ex Philone Iudæo, & ipſe Philo de vita contemplatiua ſcribunt quoſdam ex aſceteriis per 6. dies famem tolerauiſſe, alios per tres dies, idque amore contemplationis & ſcientiæ. Eodem fato Cordus obiit, cui fortuna atrox in iuſtiſſima cauſa. Et ſane acerba mors eorum qui immortale aliquid parant. Eſt apud Suet. de clar. Rhet. *L. Albutius Silius, qui vomica affectus, conuocata plebe, cauſiſque propter quas mori deſtinaſſet diu ac more concionantis redditis, cibo abſtinuit.* Quod fatum magis crudele quia voluntarium.

Lycurgus inedia mortuus.

Pomponius Atticus.

Silius Italicus.

Marcellinus.

3 Libros per Ædiles cremandos.] Nouam pœnam appellat Seneca præfat. lib. 10. vbi de libris Labieni diſſerit incendio abſumptis, cum tamen longe ante libri Numæ, Vulcano addicti fuiſſent, vt oſtendit Valerius; & ex Suetonio *Auguſtus fatidicos libros ſupra duo millia cremauit.* Et Catullus de Voluſi Annalibus.

Annales Voluſi cacata charta,
Infœlicibus vſtulanda lignis.

Et alibi.

Libros tardipedi deo ſacrauit.

Sed de noua pœna eſt pro ratione ſtudiorum ſcripta comburi. Pono Senecæ verba, quia corrupta valde, & obſcura, quæque interpretatione egeant. *Excogitata eſt,* inquit, *noua pœna: effectum eſt enim vt omnes eius libri incenderentur* (manuſcriptus habet *comburerentur.*) *Res noua & inſueta, de ſtudiis ſupplicium ſumi. Bono hercle publico, ita in pœnas ingenioſa crudelitas, poſt Ciceronem inuenta eſt.* (Quod ridendo dicit, & ironicos) *Quid enim futurum ſi ingenium Ciceronis triumuiris licuiſſet proſcribere? Sunt Dij immortales lenti quidem, ſed certi vindices generis humani.* (Manuſcript. habet *iudices*, & recte. Nam addit.) *& magna exempla in caput inuenientium regerunt, vt iuſtiſsima patiendi vice, quod quiſque alieno excogitauit ſupplicio, ſæpe excipiat ſuo. Quæ vos, o dementiſsimi homines* (alloquitur inimicos Labieni per quos libri conflagrarunt) *tanta vecordia agitat? Parum videlicet in pœnas notæ crudelitatis eſt?* id eſt, non ſufficiebant vobis vulgatæ pœnæ, & crudelitates, quibus culpæ puniebantur; nouæ vobis erant excogitandæ? *Conquirite in voſmetipos noua, quibus pereatis.* Id eſt, ſi nouitas in pœnis tam grata vobis eſt, conquirite nouas pœnas in veſtra capita, & punite quod nouiter deliquiſtis, & in iſta pœna perite, & morimini. *Ac ſi quid ab omni patientia rerum, Natura ſubduxit, ſicut ingenium memoriamque nominis;* id eſt, ſi quid eſt, quod natura pati nihil poſſit, vt ſunt ſcripta, & ingenia hominum, quæ patibilia non ſunt. *Inuenite quemadmodum ad eandem rem perducatis corporis mala.* Id eſt, vt quemadmodum flamma & igne ſanantur mala corporis, ita etiam veſtri animi vitia & ingenia veſtra peccantia, flamma & ferro corrigantur, & puniantur; & dixit *ad eandem rem*; id eſt *ad emendationem & pœnam.* Mox addit. *facem ſtudiis ſubdere, & in monumenta diſciplinarum animaduertere, quanta & quam non contenta certa materia ſæuitia eſt? Dij melius quod eo ſæculo iſta ingeniorum ſupplicia cœperunt, quo & ingenia deſierunt.* Apud Græcos longe ante Protagoræ libri cremati ſunt, & in foro, & ſub præconis voce, & a ſingulis inueſtigati qui illos habebant. Diogen. in Protagora. Tacitus in vita Agricolæ. *Non modò in ipſos authores, ſed in libros quoque ſæuitum: delegato triumuiris miniſterio, vt monimenta clariſs. ingeniorum foro ac comitio vrerentur; ſcilicet illo igne vocem P. R. & libertatem Senatus, & conſcientiam aboleri arbitrabantur.* En capita mille helleboris

Libri cremati apud Græcos.

purganda,

purganda. Et vere ſapiens Alexander Seuerus Lampridio. *Amauit literatos homines, eos valde reformidans ne quid de eo aſperum ſcriberent.*

4 QVO MAGIS.] Quod euenit. Nam Suetonius in Calig. cap. 16. *Titi Labieni, Cremutij Cordi, Caſſij Seueri ſcripta Senatuſconſultis abolita, requiri, & eſſe præ manibus, lectitarique permiſit, quando maxime intereſſet, vt facta quæque poſteris tradantur.* Quod certe vnicum fuit Caligulæ rectum iudicium. Nec omitto poſt Cordum fuiſſe, qui Brutorum, Caſſiorum, Catonum imagines domi haberent, vt Titinius Capito: quod Plinius teſtatur libr. 1. epiſtol.

Caligula parcit ſcriptis.

5 FERIARVM LATINARVM DIEBVS.] Qui dies erant *conceptiui*, non *ſtatiui*. Itaque Horatius epiſt. 7. lib. 1.

Latinarum dies conceptiui.

——*iubetur*
Rura ſuburbana indictis comes ire Latinis.

Ait autem *indictis*, quod a Conſule indicerentur. Origo a Tarquinio VII. Superbo. Et nomen a Latinis populis, cum quibus icto fœdere, & tauro ſacrificato partes Latinis darentur, & 24. vrbibus Italiæ. Nec Conſules in prouinciam ituri, ante ibant, quam Latinæ feriæ indicerentur: & male ceſſiſſe ſcribit Dio 46. ante ferias Latinas profectis. Manebat autem ſemper vnus, qui ferijs Latinis ius diceret. Dio lib. 40. *Eo tempore præfectus vrbi ad ferias Latinas non eſt creatus; ſed id munus quidam prætores, qui in vrbe, exercuerunt.* Tamen Auguſtus, vnum tantum prætorem ad ferias Latinas conſtituit, libr. 54. Pomponius Iuriſconſultus L. 2. de Orig. iur. vbi de prætoribus. 18. *erant in vrbe. Et hæc*, inquit, *quoties in vrbe ſunt magiſtratus. Quoties autem proficiſcuntur, vnus relinquitur, qui ius dicat. Is vocatur præfectus vrbi, qui præfectus olim conſtituebatur. Poſtea feriarum Latinarum cauſa, introductus eſt, & quotannis obſeruatur.* Gellius lib. 14. cap. 7. ait dubitatum fuiſſe, an Præfectus vrbi, Latinarum cauſa, ius haberet cogendi Senatum. Quod viſum eſt Capitoni & Tuberoni. Sed aliter Mutius Scæuola.

Qui a Conſulibus indicebantur.

Ergo Latinarum.

6 CYZICENIS.] Cyzicum, vel Cyzicus, in Aſia, & Bithyniæ ciuitas eſt, de qua Valer. Argon. 2.

Cyzicum in Aſia.

Libertati damno mulctatum.

Nec procul ad tenuis ſurgit confinia Ponti,
Vrbs placidis demiſſa iugis, rex, diuitis agri
Cyzicus.

De ea Suetonius in Tiber. cap. 37. *In ciues Roman. violentius quiddam auſus, publice libertatem ademit, quam Mithridatis bello meruerant.* Vnde infra Tacitus: *Quomodo libertatem amiſerint.* Cicero pro L. Muræna ita. *Cum totius impetus belli ad Cyzicorum mœnia conſtitiſſet, eamque vrbem Mithridates Aſiæ ianuam ſibi fore putauiſſet, qua effracta & reuulſa tota pateret prouincia; perfecta ab Lucullo hæc ſunt omnia vt vrbs fideliſſimorum ſociorum defenderetur.*

Quod violentius auſi in ciues Rom.

7 INCVRIA CEREMONIARVM D. AVGVSTI.] Quod ſcilicet inchoatum Auguſto templum, non perfeciſſent. Dio lib. 57. nec indictas ceremonias peregiſſent.

Tacitus a Dione explicatus.

8 AMISERE LIBERTATEM.] Ergo ſuas leges vna cum libertate amiſere. Quod eſt peruium in authoribus: contra libertate non ablata leges ſeruare. Silius Italicus:

Quid libertatem ciuitatibus amittere.

Libertas populis pacto ſeruata, decuſque.

Qua amiſſa, etiam illud decus amiſſum. Sed poſt bellum Mithridaticum oportuit Cyzicenos amiſiſſe libertatem, cum Auguſtus eis reſtituerit. Dio lib. 54.

9 LVCVLLI.] Quem *Vlyſſem ſtolatum* vocabant.

10 FICTA IN EVM CRIMINA.] Quibus innocentia impetitur latenter, ſed quibus euadit victrix potenter & luculenter, teſte D. Auguſtino qui ſic ſcribit Sermone de Ioſeph vendito. *Gaude Innocentia, & exulta, quia vbique illæſa, vbique ſecura, ſi tentaris, proficis; ſi humiliaris, augeris; ſi pugnas, vincis; ſi occideris, coronaris. Tu in ſeruitio libera es, in periculo tuta, in cuſtodia læta: Tibi omnis magiſtratus addicitur, tibi vniuerſa militia ſubiugatur: Te potentes honorant, ſuſpiciunt principes, magnates exquirunt. Etiam illi te nonnunquam deſiderant, qui impugnant: Tibi boni parent, mali inuident, Zelantur æmuli, inimici ſuccumbunt; nec vnquam poteris victrix non eſſe, etiam ſi tibi iuſtus iudex defuerit.* Et idem author Serm. de Abſalon. *O Innocentia, quantum apud reos periculi ſuſcipis? quantum malitiæ per flagitioſos incurris?* Experti hæc ſcribunt, & cum ſapiente dicunt. *Oculi Domini ſuper timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, vmbraculum meridianum.* Eccleſ. 33.

Elogium innocentiæ.

11 VIBIVM SERENVM.] Filium ſcilicet, impurum calumniatorem patris, & delatorem prodigioſum. Nam pater in exilium retractus, hoc impuro capite accuſante & Romæ graſſante, & in bonorum vitam per delationes inquirente. Quem tamen trucidaſſe, non audiſſe oportuit. Quis enim ferat accuſantem quem de vitæ dono authorem habet?

Filius accuſans patrem traducitur.

Per idem tempus Hiſpania vlterior, miſſis ad Senatum legatis orauit, vt exemplo Aſiæ delubrum Tiberio matrique eius extrueret: qua occaſione Cæſar, validus alioqui ſpernendis honoribus, & reſpondendum ratus ijs, quorum rumore arguebatur in ambitionem flexiſſe, huiuſcemodi orationem cœpit: *Scio P. C. conſtantiam meam a pleriſque deſideratam, quod Aſiæ ciuitatibus nuper* [1] *idem iſtud petentibus non ſim aduerſatus. ergo & prioris ſilentij defenſionem, & quid in futurum ſtatuerim ſimul aperiam. Cum Diuus Auguſtus ſibi atque*

[2] *vrbi Romæ templum apud Pergamum ſiſti non prohibuiſſet, qui omnia facta, dictaque eius vice legis obſeruem, placitum iam exemplum promptius ſecutus ſum, quia cultui meo veneratio Senatus adiungebatur. Cæterum vt ſemel recepiſſe, veniam habuerit, ita per omnes prouincias effigie numinum ſacrari, ambitioſum, ſuperbum. & vaneſcet Auguſti honor, ſi promiſcuis adulationibus vulgatur.*[3] *Ego me P. C. mortalem * eſſe, & hominum officia fungi, ſatiſque habere, ſi locum principem impleam, & vos teſtor, & meminiſſe poſteros volo. Qui ſatis ſuperque memoriæ meæ tribuent, **[4] vt maioribus meis dignum, rerum vestrarum prouidum, conſtantem in periculis, offenſionum pro vtilitate publica non pauidum credant. Hæc mihi in animis veſtris*[5] *templa, hæ pulcherrimæ*[6] *effigies, & manſuræ. Nam quæ ſaxo ſtruuntur, ſi iudicium poſterorum in odium vertit, pro ſepulcris ſpernuntur. Proinde ſocios, ciues, &*[7] *deos & deas ipſas precor, hos vt mihi ad finem vſque vitæ, quietam & intelligentem humani diuinique iuris mentem duint: illos, vt quandocunque conceſſero, cum laude & bonis recordationibus, facta atque famam nominis mei proſequantur.* Perſtititque poſthac ſecretis etiam ſermonibus aſpernari talem ſui cultum. quod alij modeſtiam, multi quia diffideret, quidam vt degeneris animi interpretabantur.[8] Optumos quippe mortalium altiſſima cupere.[9] Sic Herculem & Liberum apud Græcos, Quirinum apud nos deum numero additos. Melius Auguſtum qui ſperauerit. Cætera principibus ſtatim adeſſe. vnum inſatiabiliter parandum,[10] proſperam ſui memoriam. Nam contemptu famæ, contemni virtutes.

Tiberius quē Deum dicebant Romani ſe mortalem fatetur.

* eſſe ſcio.

* ſi maioribus

Pulchra oratio Tiberij & digna principe.

Optimi mortalium alta cupiunt.

Contemptu famæ contemnuntur virtutes.

1 Idem istvd.] Sic ſupra, *ſui ipſius exercitus*, vbi de Silio.

2 Vrbi Romæ templvm.] Quod non modo apud exteras gentes extructum habuit olim, ſed & in ipſa vrbe Roma, vt docet Prudentius in Symmach. & dixi lib. 1.

Templum vrbis Romæ.

3 Ego me P. C. mortalem esse.] Lege, *mortalem eſſe ſcio.* Idem dicebat Sapientiæ penus ille Salomon Hieroſolymorum Rex, cap. 7. libr. Sapient. *Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis hominibus omnibus, & ex genere torrens*, (lege *torrentis*) *illius, qui prior factus.* Id eſt Adam qui & fons, & fluuius omnium hominum. Vocatur autem torrens, quia torrentis more vita hominis cito currit & rapitur ad mortem, ſtatim tumidus & humidus, ſtatim ſiccus & puluis. Addit. *Et in ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore, coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis & delectamento ſomni conueniente. quia ſicut ſomnium iſta voluptas cito adeſt, abeſt cito. Et ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans, in inuolumentis nutritus & curis magnis. Nemo enim ex regibus habuit aliud natiuitatis initium. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. Propter hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui, & datus eſt mihi ſpiritus Sapientiæ, & præpoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.* Quæ adeo ſimilia ſunt huic Tiberianæ orationi, vt mutuo ſumpſiſſe a Iudæo rege, Paganum dicas. Sed nec incognita Homero qui Odyſſ. 7. ita ſcribit:

——οὐ γὰρ ἔγωγε
Ἀθανάτοισιν ἔοικα, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
Οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, ἀλλὰ θνητοῖσι βροτοῖσιν.

——Non enim ego
Immortalibus ſimilis ſum, qui cælum latum habitant,
Neque corpore, neque indole, ſed mortalibus hominibus.

Et recte ille qui adulatori dixit:

Non ſum de ſuperis: quid me immortalibus æquas?

Quod ex Homero deſumptum ſumpſit apoſtata Iulianus epiſtola ad Iamblichum.

4 Vt maioribvs meis.] *Si maioribus meis.*

5 Templa.] Quia imperatores poſt mortem templis colebantur. quod libr. 1. docuit, paſſimque prouinciæ omnes illis templa ſtruebant, & dedicabant; poſtea etiam viuis, vt in fine libri 15. Annal. noſter.

6 Effigies.] Nam in templis effigies Dei, cuius nomini templum erat extructum.

7 Deos et deas.] Deos intelligit ſuperos & inferos, qui fauere vitæ hominum exiſtimabantur a Paganis. & *deas* delendum quidam cenſent, quod non æquum eſt: quippe Deorum Dearumque mentio frequens & coniunctim apud paganos, vt apud Terent. in *execratione.*

Dij te Deæque perduint.

Et in *ſupplicatione* idem.

Quod te per Deos Deaſque oro.

Sic

Sic noſter infra libro 6. *Quid vobis ſcribam P. C. aut quomodo ſcribam, aut quid omnino non ſcribam? ita me Dij Deæque peius perdant, quem perire quotidie ſentio, ſi ſcio.* Et ſunt tyrannorum ſecreta conſcientiæ tormenta. Dio de Hadriano. *Sic quidem mortuus eſt Hadrianus ſæpius inuocata morte, ſed fruſtra, & ſæpe ſeipſum occidere voluit.* Nam qui vitam inuolentibus eripuere; vbi mori volunt non poſſunt. Et vita quæ cæteris data eſt ad voluptatem, eis cedit in pœnam. Quippe mori volunt, fata nolunt. Nota autem Tiberio formulam fuiſſe vſitatam in ſcribendo & loquendo, Deos Deaſque nominare. Nam ita l. 4. *Proinde ſocios, ciues, Deos, & Deas ipſas precor.* Auguſtus vero tantum Deos memorabat. Nam ita Senatui reſpondit apud Suetonium in Auguſt. 58. *Compos factus votorum meorum, P. C. quid habeo aliud Deos immortales precari, quam vt hunc conſenſum veſtrum ad vltimum vitæ finem mihi perferre liceat?* Et in Tib. 21. *Attenuatum te continuatione laborum cum audio, Dij me perdant, niſi cohorreſcit corpus meum.* Virg.

Dijque, Deæque omnes ſtudium quibus arua tueri.

8 OPTVMOS QVIPPE MORTALIVM ALTISSIMA CVPERE.] Plinius ait, *Naturam ſublimitatis auidam*, vbi de ſmilace loquitur, niſi fallor; nam teneriores plantæ, quo ferantur in altum, ingentia robora grata vicinitate quærunt, brachiolis cingunt, & debilitatem ſuam aliena firmitudine ad cœlum vſque ferunt. Quamuis, vt ait Poeta,

Nomen in æternum paucis mens ignea donat,
Quos pater æthereis cæleſtum deſtinat oris.

Sic hederæ, quas ideo *ambitioſas* vocat Horatius 1. Carm.

Laſciuis hederis ambitioſior.

Nam hederæ procera aſtringitur ilex,

Lentis adhærens brachijs.

Et Cicero recte. *Natura caduca eſt: niſi fulta ſit ad terram fertur, eademque, vt ſe erigat, claiculis ſuis quaſi manibus, quidquid eſt nacta complectitur.* Quod commune eſt cuiuſcumque conditionis hominibus. Nam, vt ait Horat.

- fulgente trahit conſtrictos gloria curru
Non minus ignotos generoſis.

Sed ex Syneſio in epiſtola 64. *Grandia ne appetas, ne non conſequutus contriſteris, vel conſequutus inuidos contriſtes.* At vere Valer. libr. 8. cap. 14. *Nulla tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.* D. Auguſtinus in Confeſſionibus ait, *gloriam ex omnibus peccatis nouiſſimam abs ſe receſſiſſe.* Et Horatius ſapienter 1. Carm. 6.

Conamur tenues grandia.

Ideo apud Senecam patrem hiſtoria eſt notabilis de Senecione qui ideo Grandio dictus, *quod grandia amaret: itaque calceos grandes calciabat; ſeruos nolebat habere, niſi grandes; argentea vaſa non niſi grandia; ficus, niſi mariſcas, non edebat; concubinam niſi grandem non habebat.* Seneca Suaſ. 2.

9 SIC HERCVLEM.] Poeta Horatius eodem genio dixit.

Hac arte Pollux, & vagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas.
Quos inter Auguſtus recumbens,
Purpureo bibit ore nectar.

10 PROSPERAM SVI MEMORIAM.] Symmach. de tradit. Baſil. *Amari, coli, diligi, maius imperio eſt.* Et certe qui imperat, cum odio ſubditorum populorum, non imperium eſt, ſed mors.

Natura auida ſublimitatis.

Amari, coli, diligi, maius imperio eſt.

At Seianus nimia fortuna * ſocors, & muliebri inſuper cupidine incenſus, promiſſum matrimonium flagitante Liuia, componit ad Cæſarem[2] codicillos.[3] Moris quippe tum erat, quanquam præſentem, ſcripto adire. Eius talis forma fuit: *Beniuolentia patris Auguſti, & mox plurimis Tiberij iudicijs ita inſueuiſſe, vt ſpes votaque ſua non prius ad deos, quam ad principum aures conferret. Neque fulgorem honorum vnquam precatum. Excubias ac labores, vt vnum e militibus, pro incolumitate Imperatoris malle. Attamen quod pulcherrimum adeptum, vt coniunctione Cæſaris dignus crederetur. Hinc initium ſpei. Et quoniam audiuerit Auguſtum in conlocanda filia nonnihil etiam de equitibus Romanis conſultauiſſe: ita ſi maritus Liuiæ quæreretur, haberet in animo amicum ſola neceſſitudinis gloria vſurum. Non enim exuere impoſita munia. ſatis æſtimare firmari domum aduerſum iniquas Agrippinæ offenſiones. Idque liberorum cauſa. Nam ſibi multum, ſuperque vitæ fore, quod tali cum principe expleuiſſet.*

* ſecurus ſui,

Scripto non verbis adeundi principes.

Matrimonia paganorum liberorum cauſa.

1 NIMIA FORTVNA SECORS.] Lego, *ſecurus ſui.* Scriptum erat *ſecurs*, pro *ſecurus ſui.* Id eſt fiducia nimius. Nam *ſecors* in Seianum non cadit, quem *laboris patientem, & vigilantem* dixit. Sed illa ſecuritas cæca, in præcipitium trudit iſtos confidentes. Ita D. Hieron. dixit cap. 32. in Hierem. *Vbertas ſecuritatem, ſecuritas negligentiam, negligentia contemptum parit.* Vettius Flaccus ſecordiam capit pro ſtultitia. Vnde Cato. 6. Orig. *ob immenſam*, ait, *timiditatem ac ſocordiam, cauſa erat, ne quid negotij publici, vel priuati gereretur.* Iuuenalis Sat. 10. hæc de Seiano.

—— Qui nimios optabat honores,
Et nimias poſcebat opes; numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata, vnde altior eſſet
Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ.

Securitas autem illa induxit Seianum, vt de

Tacitus emendatus.

Ratio emendationis.

Securitas Seianum perdidit.

matrimonio Liuiæ ſcriberet, & principis affinitate dignum ſe putaret. Qui lectionem excuſam firmant, vitreis aciebus, & pugionibus plumbeis nituntur.

Nomen generale codicillorum.

2 Codicillos.] Codicillorum nomine, capiuntur ea quæ ſunt ſcripta, in membrana, vel charta, vel in ebore. Sic Catullus eo nomine vſus eſt in epigrammate.

Mœcha putida redde codicillos,
Redde putida mœcha codicillos.

Quomodo capiantur a Iuriſconſultis.

Iuriſcõſulti autẽ accipiunt codicillos pro ſcriptura, qua quis vltimam ſuam voluntatẽ profitetur, non adhibita tanta ſolennitate, quam quæ requiritur in teſtamentis. Quod ſcripturæ genus inualuit Auguſti temporibus, & ad hæc noſtra tempora viguit & vigebit. Inſtitut. de Codicillis. lib. 2.

Non voce, ſed ſcripto, Cæſares aditi.
Macrobius correctus.

3 Moris tvm erat, qvanqvam præsentem, scripto adire.] Habes exempla in authoribus, vt in Macrobio lib. 2. cap. 4. *Cum ei quidam libellum trepidus offerret; & modo proferret manum, modo retraheret: Putas, inquit, te aſſem elephanto dare?* Quid ſi legas, *offam elephanto dare?* niſi *aſſam* legas, vt de aſſa carne intelligatur. Et nota hunc libellum tantum de ſtipe, quam non viua voce, ſed libello petijt. Suetonius. *Promiſcuis ſalutationibus admittebat, & plebem tanta comitate adeuntium deſideria excipiens.* Tit. cap. 53. Et hæ ſunt imperantium artes laudandæ. Sueton. in Claud. 5. *Inſtantius legitimos honores petenti id ſolum codicillis reſcripſit: quadraginta aureos in Saturnalia & ſigillaria ſe miſiſſe ei.* Et vt planus fiat hic mos, lubet ſubijcere ex veteri marmore huiuſmodi petitiones, & ſcriptas in fine, imperatoris reſponſiones exceptas a magiſtro libellorum præſente. Cvom. ante. hos. dies. conivgem. et. filivm. amiserim. et. pressvs. necessitate. corpora. eorvm. fictili. Sarcophago. commendaverim. donec. qvietis. locvs. qvem. emeram. ædificaretvr. via. Flaminia. inter. milliarivm. ii. et. iii. evntibvs. ab. vrbe. parte. læva. Rogo. Domine. permittas. mitti. in. eodem. loco. in. marmoreo. Sarcophago. qvem. mihi. modo. comparavi. ea. corpora. colligere. et. qvando. ego. esse. desier. pariter. cvm. eis. ponar.

Feretrvm. fieri. placet.
Ivbentivs. Celsvs. promagister.
Svbscripsi. ii. nonas. Novembris.
Antio. Pollione. et. Opimino.
Kos. ordinales. Severo. et.
Sabino. Kos.

Hæc autem ſupplicatio Cæſari fiebat, quia Cæſar Pontifex Maximus.

Ad ea Tiberius, laudata pietate Seiani, ſuiſque in eum beneficijs modice percurſis, cum tempus tanquam ad integram [1]*conſulationem petiuiſſet, adiunxit: *Cæteris mortalibus in eo ſtare conſilia, quid ſibi conducere putent. Principum diuerſam eſſe ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. Ideo ſe non illuc decurrere, quòd promptum reſcriptu: poſſe ipſam Liuiam ſtatuere [2]* nubendum poſt Druſum, an in penatibus iiſdem tolerandum haberet: eſſe illi matrem & auiam, propiora conſilia. ſimplicius acturum; de inimicitijs primum Agrippinæ, quas longe acrius arſuras, ſi matrimonium Liuiæ, velut in partes domum Cæſarum diſtraxiſſet: ſic quoque erumpere æmulationem fœminarum, eaque diſcordia nepotes ſuos conuelli. Quid ſi intendatur certamen tali coniugio? Falleris enim, Seiane, ſi te manſurum in eodem ordine putas; & Liuiam quæ C. Cæſari, mox Druſo nupta fuerit, ea mente acturam, vt cum equite Romano ſeneſcat. Ego vt ſinam, crediſne paſſuros, qui fratrem eius, qui patrem, maioreſque noſtros in ſummis imperijs videre? Vis tu quidem iſtum intra locum ſiſtere. Sed illi magiſtratus & primores qui, te inuito, perrumpunt, omnibuſque de rebus conſulunt, exceſſiſſe iam pridem equeſtre faſtigium, [3] longeque * anteiſſe patris mei amicitias non occulti ferunt, perque inuidiam tui me quoque incuſant. At enim Auguſtus filiam ſuam equiti Romano traderemedicatus eſt. Mirum hercule ſi cum * in omnis curas diſtraheretur, immenſumque attolli prouideret, quem coniunctione tali ſuper alios [4] * extuliſſet, [5] C. Proculeium & quoſdam in ſermonibus habuit, * inſigni tranquillitate vitæ, nullis Reip. negotijs permiſtos. Sed ſi dubitatione Auguſti mouemur, quanto validius eſt, quod Mar. Agrippæ, mox mihi conlocauit? Atque ego hæc pro amicitia non occultaui. Cæterum neque tuis, neque Liuiæ deſtinatis aduerſabor.*

Primũ laudatur a Tiberio qui non exauditur.

Deinde deliberãdum pu-tas.

Vulgus, quid conducat ſibi; Princeps, quid glorioſum quærit.

Conſilium, an vidua iterum nubat, an in penalibus mariti ſtet.

Mater & auia propiora viduæ conſilia.
Æmulatio fœminarum.
In repetitione nuptiarum certamina fœminarum.
Principes ſibi eligunt viros quietos, non negotioſos, ne turbentur.

* nubendum-ne
* anteiſſe
* in omneis
* extollere voluiſſet,
* inſigneis

bor. Ipſe quid intra animum volutauerim, quibus adhuc neceſſitudinibus immiſcere te mihi parem, omittam ad præſens referre. Id tantum aperiam, nihil eſſe tam excelſum, quod non virtutes iſtæ, tuúſque in me animus mereantur. Datoque tempore vel in Senatu, vel in concione non reticebo.

Princeps Seianum palpat breui trucidaturus.

Quid Cõſultatio apud Iuriſconſultos.

1 CONSVLTATIONEM.] Iuriſconſulti *Conſultationem* vocant *id omne, de quo conſulitur princeps a magiſtratu, vel priuatu.* L. 1. §. 1. de Appellationibus. D. Sic Ouidius de Ponto, vbi de Sexto Pompeio, vtitur verbo *Conſulere.*

Aut feret Auguſto ſolitam natoque ſalutem,
Deque parum noto conſulet officio.

Emendata lex 6 de offic. proc. D.

Sic in L. 6. de offic. proconſ. D. *Arrius Seuerus, quia dubitabat, ad imperatorem Seuerum retulit. Ad quam conſultationem ſucceſſor eius* (lege, *ſucceſſori eius*) *Benidio* (pro *Venidio*) *Quieto reſcripſit.* Huiuſmodi autem conſultationes vt in toto Iuſtiniani & Theodoſij Codice ſparſæ ſunt; ita in Plinio Nepote viſuntur paſſim in epiſtolis ad Traianum.

Tacitus correctus.

2 NVBENDVM.] Lege, *nubendumne poſt Druſum.*

3 LONGEQVE ANTISSE.] Id eſt, Auguſtum patrem meum nullum equitem æque promouiſſe per amicitiam, nec tot commoda tuliſſe, atque tu a me tuleris.

Explicatur.

4 EXTVLISSET.] Tu lege, *extollere voluiſſet.*

Proculius. Proculeius a Dione. Deſtinatur Auguſto gener. Mæcenas & Proculeius duo ocelli Auguſti. Miſſus ad Cleopatram.

5 C. PROCVLEIVM.] *Proculium* vocat Dio. ſed male. Et fuit is Auguſto chariſſimus. Iuuenalis.

Quis tibi Mæcenas, quis nunc erit aut Proculeius?

Iungit illos, quia Auguſti duo ocelluli, & imperatoriæ maieſtatis chara latera. Miſſus fuit ad Cleopatram, (vt ſcribit Dio) quo viuam in poteſtatem Auguſti pertraheret: nec potuit. *Nã hæc mulier Ægyptia,* vt ait Florus, *ab ebrio imperatore M. Antonio pretium libidinũ, Romanũ imperium petierat.* Tradit Plinius, *Actiaco bello, Auguſtum ab illo petiuiſſe inſtanter, ſi victor foret Antonius, vt illum occideret.* Perijt autem hauſto gypſi poculo. Quod tradit Plinius, & longe poſt Auguſtum.

Gypſo perijt.

Rurſum Seianus [1] non tam de matrimonio, ſed altius metuens tacita ſuſpicionum, vulgi rumorem, ingruentem inuidiam deprecatur. Ac ne adſiduos [2] * in domum cœtus arcendo infringeret potentiam, aut receptando, facultatem criminantibus præberet, huc flexit, vt Tiberium ad vitam procul Roma amœnis locis degendam impelleret. Multa quippe [3] * prouidebat, ſua in manu aditus, litterarumque magna ex parte ſe arbitrum fore, cum [4] per milites commearent: mox Cæſarem, vrgente iam ſenecta, ſecretoque loci [5] * mollitum, munia imperij facilius tramiſſurum: minui ſibi inuidiam, adempta ſalutantium turba, ſublatiſque inanibus, [6] vera potentia augere. Igitur paulatim negotia vrbis, populi adcurſus, multitudinem adfluentium increpat, extollens laudibus quietem & ſolitudinem, queis abeſſe tædia & offenſiones, ac præcipua rerum maxime agitari.

* ineuntium domum

* præuidebat,

* emollitum,

Seianus Tiberium procul vrbe pellit vt ſibi ſoli inſeruiat.

Sublatis inanibus vera potentia augeri ſatius.

1 NON TAM DE MATRIMONIO.] Recte, *non iam*: id eſt, non iam ſollicitus, nec cogitans de matrimonio; ſed ne Tiberius ſuſpicax nimium & perſpicax, inquireret quid moliretur Seianus, & quid cogitaret in inuadendo imperio. Ergo littera *t* non mihi littera, ſed litura in hac parte.

Viſitatio indicium beneuolentiæ.

2 IN DOMVM COETVS ARCENDO.] Noue & inſolenter. Nec ita ſcriptum a Tacito; ſed iſto modo *Ne aſſiduos ineuntium domum cœtus arcendo.* Id eſt, dum cœtus ſalutantium domo arcet Seianus. Puto autem verbum *in* ſiglum fuiſſe ab exſcriptore poſitum, quo ſignificaret legendum eſſe, *ineuntium.* Et multæ ſunt ſimiles notæ in authore noſtro, vt libro 11. *Qui a Rep. nulla niſi pacis emolumenta peterent*, pro, *qui a quieta Repub.* & *obſidio*, pro *obſidem ideo.* & *ad proximos*, pro, *apud proximos.* Fuit autem apud Romanos, magnum beneuolentiæ indicium, domum alicuius pergere inuiſendi gratia. Sic enim Cicero ad Metium 11. epiſt. epiſtol. *Nondum. In reliquis officijs cui tu tribuiſti, excepto Cæſare, præter me, vt domum ventitares horaſque multas ſæpe ſuauiſſimo ſermone conſumeres.* Et repoſui, *ineuntium domum.* Sic enim Cicero pro Deiotare. *Tu illius domum inire: tu vetus hoſpitium renouare voluiſti.* Sic *inire viam*; ſic *conuiuium*, apud authores: ſic *inire vrbem* Tacitus.

3 PROVIDEBAT.] Legendum eſt *præuidebat.*

Milites miſſi ad Cæſarem offerans ſe comiti.

4 PER MILITES COMMEARENT.] De iſto militum commeatu, multi in Iure loci. Sed in L. 13. de re milit. 12. Cod. apertiſſimus locus. *Si*, inquit, *imperator de militibus quiſquam miſſus a Numero, vel a Tribuno, ad comita-*

niſi qui prius meruerat dignitatem? Cum poſterior etiam ſi eiuſdem honoris prætendat auſpicia, cedere tamen illius temporis Conſuli debeat, quo ipſe non fuerat. Non ſileo etiam putare quoſdam *pittacia* eadem eſſe cum *albo*, quod facile mihi non perſuadeo, quia *pittacia* ſunt breues inſcriptiones, & breuia elogia, quæ cum albo nihil habent commune. ſic *pittacia*, doliorum inſcriptiones dicuntur apud Petron. in Satyr. Fit autem *pittaciorum* mentio in Can. Pittacium. & Can. 12. Concil. Carthag. 1. in quo legitur *oppitacia*. Et in Synodo 2. Romana ſub Symmach. 3. Canone, & L. 5. de erogat. milit. annonæ. Cod. Puto autem *Pittacia* dici quaſi *pictacia*, quod ex tabellæ pingerentur, aut albo, aut rubro: inde iſtud Quintil. lib. 12. cap. 3. *Alij ſe ad album & rubricas transtulerunt.* Album eſt λεύκωμα Græcis. Minium vel rubrica μίλτος. Et ita Poeta.

-- *ſiquid Maſuri rubrica notauit.*

Pittacia.

Auditæ dehinc Lacedæmoniorum &[1] Meſſeniorum legationes de iure templi[2] Dianæ Limenetidis, quod ſuis a maioribus, ſuaque in terra dicatum Lacedæmonij firmabant annalium memoria, vatumque carminibus; ſed Macedonis Philippi, cum quo bellaſſent armis ademptum, ac poſt C. Cæſaris & M. Antonij ſententia redditum. Contra Meſſenij veterem inter Herculis poſteros diuiſionem Peloponeſi protulere, ſuoque regi[3] Dentheliatem agrum, in quo id delubrum, ceſſiſſe, monimentaque eius rei ſculpta ſaxis & ære priſco manere.[4] quod ſi * vatum, annalium ad teſtimonia vocentur,[5] plures ſibi, ac locupletiores eſſe: neque Philippum potentia, ſed ex vero ſtatuiſſe. Idem regis Antigoni, idem[6] imperatoris Mummij iudicium: ſic Mileſios permiſſo publice arbitrio, poſtremo Atidium Geminum prætorem Achaiæ decreuiſſe. Ita[7] ſecundum Meſſenios datum. Et[8] Segeſtani ædem Veneris montem[9] apud Erycum vetuſtate delapſam reſtaurari poſtulauere, nota memorantes de origine eius, & læta Tiberio. ſuſcepit curam libens[10] vt conſanguineus. Tunc tractatæ[11] Maſſilienſium preces, probatumque[12] P. Rutilij exemplum. namque eum legibus pulſum[13] ciuem ſibi Smyrnæi addiderant. quo iure Volcatius Moſchus exul[14] * in Maſſilienſes receptus, bona ſua Reip. eorum, vt patriæ reliquerat.

* vatum vt annalium teſtimonia aduocentur,

* inter Maſſilienſes

1 Messeniorvm.] A Meſſena ciuitate Peloponeſi, cui longum diſſidium fuit cum Lacedæmonijs, poſt longam amicitiam, tandemque ab ijs peſſime tractata, & crudeliter. Sic ſe vertunt amicitiæ in odia aſpera. Noto autem Latinis *Meſſanam* pro *Meſſena* dici, & apud Græcos *Meſſam* pro *Meſſenam*, quod eſſet vicina agro Laconico. Strabo lib. 8.

Meſſenij vnde. Male habiti a Lacedamonijs.

2 Dianæ Limenetidis.] De iſto fano Strabo lib. 6. Vocatur autem Limnitis, quod in palude iſtud fanum; & ad Limnas in quibus culta illa Diana. Nam cum Lacedæmonij ad facienda ſacra virgines Limnas miſiſſent, ſtupratæ ſunt, & qui auxilio venerant occiſi, & hæc cædes condito templo expiata.

3 Dentheliatem agrvm.] Procul dubio ager Dentheliates in Thracia, vt populi Thraciæ. Tamen in Macedonia eos ponit Cicero: *Dentheleti*, inquit, *populi Macedoniæ*. in Piſonem. Sed Macedonia Thraciæ vicina: immo Macedonia pars Thraciæ. Quod vero, ſit apud Thraces, Strabo l. 7. Dio l. 51. *Hactenus nihil erat cum Romanis rei. Poſtquã vero Hæmo monte ſuperato, in regimen Thracum Dentheliatarum, quibuſcum P. R. fœdus erat, incurſionem fecerunt.* Et alibi. *Ibi demum Craſſus, cum vt Scythæ Dentheliatarum regi luminibus capto, auxilium ferret.* Sed apud Meſſenios eius nominis eſſe potuit; cum idem nomen, pluribus locis conueniat.

Ager Dentheliates. In Thracia. Tamen ponit apud Meſſenios Tacitus.

Potuere duo eſſe eiuſdem nominis.

4 Qvod si vatvm, Annalivm.] Lego, *Quod ſi vatum vt Annalium.* Et ſuperius dixit. *Firmabant Annalium memoria, vatumque carminibus.* Et illud *vt* immixtum vltimæ ſyllabæ verbi *vatum.*

Tacitus correctus.

5 Locvpletiores esse.] Sed quid ſi ſcriptum fuerit, *plures ac locupletiores eſſe*? Non aſſero: ſed nec diſſero.

6 Imperatoris Mvmmii ivdicivm.] Is eſt L. Mummius, qui Corinthi deſtructor, & extraneæ picturæ mirator, quam viſendam & amandam propoſuit Populo Roman. Nam tabulis & vaſis authoritatem dedit Romæ. Liuius l. 14. Plinius. Strabo libr. 8. ait eum fuiſſe excellentem animi magnitudine.

Mummius Corinthi deſtructor. Tabulis & vaſis authoritatem dedit.

7 Secvndvm Messenios datvm.] Poterat legi, *Secundum Meſſenios ius datum.* Tamen recte *datum*, quod ſignificat latam ſententiam. Nam ſic Iuriſconſulti: *Contra libertatem dabit*: id eſt, contra libertatem ſententiam feret. L. 27. de lib. cauſa. Et ita apud authores vſurpatur, vt apud Senecam patrem, *dixerunt dare ipſos ſecundum aduerſarium Albutij.* præf. lib. 7.

Tacitus interpretatus. Dare ſimpliciter pro dare ſententiam. Apud authores. Et Iuriſconſultos.

8 Segestani.] A Segeſta ſeu Ægeſta,

Sſ

Segeſta oppidum Siciliæ. Ab Ænea conditum. Vrbs cognata Pop. Rom.

ciuitate Siciliæ. Ciceto 6. in Ver. *Segeſta in Sicilia, oppidum ab Ænea conditum*; & vocat idem *cognatam vrbem Populi Rom.* 7. in Ver. *Ægeſtam* ſcribit Strabo.

Nummus de Eryco monte. Sepimentum in Eryco. Explicatus Apuleius.

9 Apvd Erycvm.] Cuius imago extat in nummis, Veneris vultum vna parte exprimens, altera, Erycum montem, qui ſepimentum habet. Dictum ita ab Eryce Butæ & Veneris filio. Et ita accipe Apuleium cum ait libr. 1. Florid. *Colliculus ſepimine conſecratus.* Strabo ita de iſto monte. *Eryx collis excelſus habitatur in quo Veneris templum locatum eſt, quod ſingulari veneratione colitur: antiquitus mulierum frequentia refertum, illius miniſterio dicatarum, quas, & e Sicilia, & extremis regionibus multi locarent. Hac vero tempeſtate ſicut ipſa colonia viduata colonis eſt.* De Eryco autem monte, Cicero in Verr. Et Papin. in coma Earini.

Dicitur Idalios Erycis de vertice lucos
Dum petit, & molles agitat Venus aurea cygnos,
Pergameas intraſſe domos.

Et idem in epitaph. Stellæ.

Idaliaſque domos Erycinaque templa ſubiret.

Mons altus, in quo matri Æneas templum ſtruxit.

Silius *altum montem* vocat, in quo Æneas matri templum ſtruxerit, & quem Dædalus ornauerit. Vnde illa dicta *Erycina* Horat.

Siue tu mauis Erycina ridens.

Poſtea & Claudij temporibus collapſo vetuſtate templo ex ærario P. R. refecit Claudius Sueton. 25. in Claud.

Tiberius conſanguineus Veneris. Totus enim Venereus. Iulius & Auguſtus Cæſares Venere orti.

10 Vt consangvinevs.] Per Auguſtum ſcilicet, in cuius familiam tranſijt, vi adoptionis. Filius enim adoptiuus, tranſibat in familiam patris adoptiui. ipſe autem Auguſtus, vt Iulius Cæſar, a Venere orti, qui nimium Venerei omnes.

Maſſilia vrbs Galliæ nobilis. Etiam hodie.

11 Massiliensivm.] Vrbs nobilis Galliæ, & hodie inter æternum vernantia Franciæ lilia, flos illibatus. Memorata Græcis & Latinis magna celebritate. Sed Maſſaliam Græci vocant, non Maſſiliam. Strabo ſcribit petroſo loco ſitam, verum portu elegantem. l. 4. eximiamque magnitudine, & pulcherrimis cinctam mœnibus. Sic de illa Silius libr. 15. —— *Occurrunt mœnia, Graio*

Condita, Maſſiliæ, populis accincta ſuperbis,
Barbarus immani quæ territat accola ritu,
Antiquæ morem patriæ, cultuſque habitumque
Phocais armiſonas inter tenet hoſpita gentes.

A Phocenſibus condita.

Nam a Phocenſibus condita, vt ſcribit *Ath. Dipnoſoph. lib. 13. & Liuius lib. 34. *A Phocea vnde & Maſſilienſes oriundi.* Quod firmat Gellius libr. 10. cap. 16. *Qui ab Harpalo*, inquit, *Regis Cyri præfecto, ex terra Phocide fugati ſunt, alij Veliam, partim Maſſiliam condiderunt.* Tamen non ſine controuerſia hæc opinio, de qua Brodæus Anthol. 27.3. *Varro trilingues Maſſilienſes vocat*, ait D. Hieron. proœm. 2. ad Galat. quod Græce, Latine, & Gallice loquantur. Valer. extern. inſt. *ſeueritatis cuſtodem acerrimam* nominat. Et ſane memorat multa in ea bene conſtitutæ Reip. monumenta. At contra *nauigare Maſſiliam* dixit Athenæus lib. 12. pro ire in peſſimos & turpes mores, quos Maſſilienſibus exprobrat. Et Plaut. in Caſ. mores Maſſilienſes pro ſpurcis vocat. Sed hæc omnia longe poſt. At vbi Chriſtum induit, fœlix ciuitas, tunc exuit ſe omnibus paganitatis vitijs, nec alia vſquam de maiori morum integritate, & in fidem Catholicam ardenti amore, poteſt gloriari. Strabo de ea multa & glorioſa memorat li. 4. Nec tamen ad merita ſatis. Sed Saluianus Epiſc. Maſſilieñſis legẽdus eſt, qui Chriſtianitatis eius initijs multa ſcribit memorabilia quę adhuc extant.

Nauigare Maſſiliam, pro ire ad turpiſſimos mores. Vbi Chriſtum induit, vitia exuit. Vrbs valde Catholica.

12 P. Rvtilii.] Quem Cicero de Orat. *innocentiſſimum, & doctiſſimum, & Philoſophiæ deditum* nominat: Atque in Bruto, *magnum de iure reſpondendi munus ſuſtinuiſſe, eiuſque operam atque induſtriam, propterea gratiorem fuiſſe.* Improſperæ tamen innocentiæ exemplar fuit, qui falſo accuſatus, & iniquo iudicio damnatus exilium paſſus eſt in Aſia, & a patria longe. Sic Seneca 5. de Benef. *Rutilius innocẽtiæ pretium tulit, in Aſia latere.* c. 17. Velleius: *P. Rutilium virum non ſæculi ſui, ſed omnis æui optimum, in ijs quæ pro Senatu moliebatur, Senatum habuiſſe aduerſarium.* Nam nec caruit eius innocentia calumnijs: quippe Theophanes finxit eius hortatu Mithridatem Romanos omnes in Aſia trucidaſſe. Quod falſum: Et ipſe Rutilius euaſit, mutata toga in extraneum cultum. Quod vero *doctiſſimum* nominat; iure id factum, & citatur a Plinio in Indice, teſtaturque Plutarchus in Pomp. ſcripſiſſe illum hiſtorias, vti Suetonius c. 89. in Aug. libros de modo ædificiorum. Lego autem illum *Iuriſconſultum*, & Romæ Conſulem, & in Aſia Proconſulem, L. 2. de orig. iur. eiuſque meminit Vlpianus L. qui penum. de pen. leg. §. *Sed Rutilius*, inquit, *is Valerius, qui de ludo gladiatorum C. Aurelij Scauri doctoribus accerſitis, cum eſſet Conſul cum C. Manlio, vitandi atque inferendi ictus rationem inuenit.* de milit. inſt. Vir probus, ſed improba fortuna actus. Nam hominum ictus vitare docuit, fortunæ ictibus ſuccubuit.

Rutilius innocentiſſimus & doctiſſimus. Philoſophiæ deditus. Etiam magnus Iuriſconſultus. Exemplar improſpera fortunæ. Nam falſo accuſatus. Et damnatus. Et exul factus. Calumnijs impetitus. Citatur a Plinio. Hiſtoriographus. Romæ Conſul. In Aſia proconſul.

13 Civem sibi Smyrnæi addiderant.] Narrat Cicero pro Balbo, iure ciuili, neminẽ duarũ ciuitatũ ciuẽ eſſe poſſe. Quod verum eſt. Sed addit, in calamitate viris clariſſimis accidiſſe, vt Q. Maximo, C. Lænati, Q. Philippo, Nuceriæ, C. Catoni Tarracone, Q. Cæpioni, P. Rutilio Smyrnæ, vt ciues eſſent exterarum ciuitatum. Vir fuit litteris Græcis eruditus; ſed quod eruditus innocentia, potior omni litteratura.

Rutilius Rufus ciuis Smyrnenſis in exilio. Iuriſconſultus magnus. Clarus innocentia quæ potior iuriſprudentia.

14 In Massilienses receptvs.] Mendum puto; nec erro: nam nec Latinitas iſta ingenua eſt: & exiſtimo legendum, *inter Maſſilienſes eſt receptus.* nam *in* pro *inter*. Exẽplo Rutilij, qui Romanus licet; Smyrnenſis ciuis habitus eſt: quod docui ſupra ex M. Tullio.

Tacitus correctus.

Magnæ opes bene & innocenter partæ & bene toleratā paupertas.

Obiere eo anno viri nobiles, Gn. Lentulus, & L. Domitius. Lentulo ſuper conſulatum & triũphalia de Getulis, gloriæ fuerat [1] bene tolerata paupertas, dein magnæ opes innocenter partæ, & modeſte habitæ. Domitium decorauit pater ciuili bello [2] maris potens, donec Anto-

nij

nij partibus mox Cæſaris miſceretur. Auus Pharſalica acie pro optimatibus ceciderat.[3] Ipſe electus cui[4] minor Antonia Octauia genita in matrimonium daretur. Poſt exercitu flumen Albim tranſcendit, longius penetrata Germania, quam quiſquam priorum. eaſque ob res inſignia triumphi adeptus eſt. Obijt & L. Antonius multa claritudine generis, ſed improſpera. Nam patre eius[5] * Iulio Antonio ob adulterium Iuliæ morte punito, hunc admodum adoleſcentulum ſororis nepotem[6] ſepoſuit Auguſtus * in ciuitatem Maſſilienſem, vbi,[7] ſpecie ſtudiorum, nomen exilij tegeretur. habitus tamen ſupremis honor: oſſaque tumulo Octauiorum inlata, per decretum Senatus.

Princeps mulier matrimonio data loco præmij.

Honeſtum exilium ſtudiorum ſpecies.

* Iulo Antonio

* ciuitate in Maſſilienſium,

1 Bene tolerata paupertas.] Nam quod in auro ignis, idem in purganda & experiunda virtute paupertas. Ideo

Anguſtam, amici, pauperiem pati
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat.

Vita, inquit D. Auguſtinus, in Pſalmo 6. *plena eſt ſudoribus, ac veluti quoddam gymnaſium, ſeu locus, in quo pueri exercentur; otiumque & remiſſio plures perdit homines: propterea nobis laborem & inquietudinem admiſcet Deus, vt tanquam quibuſdam frenis caſtigetur acrimonia mentis & vigilantia. At paupertas*, inter hos frenos. Quod & Cato Portius firmat. *Vita*, inquit, *humana, prope vti ferrum eſt. Ferrum ſi exerceas, conteritur; ſi non exerceas, tamen rubigo inficit. Itidem homines exercendo videmus conteri; ſi nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio.* Et pulchre de paupertate idem Auguſtinus. *Pauperi plus eſt cœlum ſtellatum videre, quam diuitis tectum inauratum.* in Lucam 16. Ideo egregie Poeta Hor.

—— rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter vti,
Duramque callet pauperiem pati,
Peiuſque letho flagitium timet,
Non ille pro charis amicis
Aut patria timidus perire.

Cur vita plena miſerijs ex ſchola Chriſtianorum.

Paupertas frenum mentis.

2 Maris potens.] Sic Virgil. 1.

— tempeſtatumque potentem.

Et hæc ſcribit author, quod Maſſilienſes vicerit ciuili bello. Dio lib. 41.

Potens maris. Tempeſtatum potens.

3 Ipse electus.] Lego, *Ipſe dilectus*, pro *electus*. Sic noſter, *dilectos milites*, & *inſula prædilecta*.

4 Minor Antonia Octavia genita.] Quid ſi ſcriptum fuit, *cui tum minori, Antonia Octauia genita in matrimonium daretur?* Nec enim 25. annos forſan attigerat. Tamen nihil habeo, quod aliunde coniectem reſarciẽdo loco palã deprauato: & ſi hoc non ſanat, *inſanabile vulnus mihi æternũ manet.*

5 Ivlio Antonio.] Lege fidenter, *Iulo Antonio*, & is eſt ad quem ſcribit Horatius libro 4. Carminum Odam 2. quique fuit M. Antonij filius illius Triumuiri, cuius mors ob mores fuit corruptos & perditam adulterijs adoleſcentiam.

6 Seposvit in civitatem Massiliensem.] Ita ſcriptum a Tacito fuit: *ſepoſuit ciuitate in Maſſilienſium*, & de iſta interpoſitione iam dixi lib. primo ſub his verbis, *effigiem Tiberij inditam.*

7 Specie stvdiorvm.] Cicero pro Flacco, Maſſiliam vocat, *nouas Galliarum Athenas, litterarum & ciuilitatis emporium.* Tacitus autem ait Maſſiliam fuiſſe *Agricolæ ſocero ſedem ac magiſtram ſtudiorum; & locum eſſe* ait *Græca comitate & parſimonia prouinciali mixtum, & bene compoſitum.* Seneca de Clement. c. 25. libr. 1. narrat Apollodorum declamatorem, qui reus veneficij fuerat, & ab Aſinio Pollione fuerat defenſus, cum damnatus eſſet, Maſſiliæ docuiſſe. Ita Auguſtus heic Iulium Antonium Maſſiliam relegat ſpecie ſtudiorum: & prius idem Auguſtus Titi Arrij filium deprehenſum in parricidio, Maſſiliam etiam relegauerat. Salluſtius in Catil. *Quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiuerit, fortunæ cedere; Maſſiliam in exilium proficiſci, non quod tanti ſceleris reus eſſet, ſed vti Reſpub. quieta foret, neue ex ſua contentione ſeditio oriretur.* Hæc fuit Catilinæ oratio, ſpecioſa, ſed mendax. Strabo lib. 4. teſtatur ſua tempeſtate nobiliores Romanos, pro Attica peregrinatione Maſſiliam proficiſci: nam primores vrbis, ad Philoſophiæ & eloquentiæ artes ſe dediderant, vere φιλέλληνες, & ita Græcorum ſtudioſi, vt etiam contractus in illa ciuitate, Græcis verbis ſeriberentur; priuatimque & publice litterarum haberet profeſſores. Frugales etiam & temperantes memorat. Nam σωφροσύνη perpetua ſtudiorum comes.

Maſſilia, Athenæ Galliarum.

Litterarum & ciuilitatis emporium.

Agricolam docuit.

In ea Græca comitas & parſimonia.

Apollodorus Maſſiliæ.

Iulius Antonius.

Titi Arrij filius parricida.

Græcorum amans Maſſilia.

In ea contractus Græce ſcripti.

Temperantes.

Ijſdem conſulibus, facinus atrox in citeriore Hiſpania admiſſum a quodam agreſte, nationis Termeſtinæ. is prætorem prouinciæ L. Piſonem pace incurioſum ex improuiſo in itinere adortus, vno vulnere in mortem adfecit: ac pernicitate equi profugus, poſtquam ſaltuoſos locos attigerat, dimiſſo equo, per derupta & auia ſequenteis fruſtratus eſt. neque diu fefellit. nam prehenſo, ductoq. per proximos pagos equo, cuius foret, cognitum. & repertus cum tor-

mentis edere conſcios adigeretur, voce magna, ſermone patrio, [1] fruſtra ſe interrogari clamitauit. Adſiſterent ſocij ac ſpectarent. nullam vim tantam doloris fore, vt veritatem eliceret. Idemque cum poſtero ad quæſitionem retraheretur, eo niſu proripuit ſe cuſtodibus, ſaxoque caput adflixit, vt ſtatim exanimaretur. Sed Piſo Termeſtinorum dolo cæſus [2] habetur: qui pecunias e publico [3] * interceptas, acrius, quam vt tolerarent barbari, cogebat.

Barbari pertinacia in ſilendo vero.

* imperceptas

1 FRVSTRA SE INTERROGARI.] In re non abſimili, ſic Silius eleganti verſu.

At Pœni ſuccenſi ira, turbataque vultu,
Et ſæuis gens læta, ruunt, tormentaque portant:
Non ignes, candenſque chalybs, non verbera paſſim
Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,
Carnificeſque manus, penituſque infuſa medullis
Peſtis, & in medio lucentes vulnere flammæ
Ceſſauere: ferum viſu, dictuque, per artem
Sæuitiæ, extenti quantum tormenta iubebant,
Creuerunt artus, atque omni ſanguine rupto,
Oſſa liquefactu fumarunt feruida membris.
Mens intacta manet, ſuperat, ridetque dolores,
Spectanti ſimilis; feſſoſque labore miniſtros
Increpitat, dominique crucem clamore repoſcit.

Noſter de Epichari infra idem dicit. Sed hæc, volæ, ſi cum martyrum Chriſtianorum conſtantia componantur.

2 HABETVR.] Lege, *habebatur.*

Tacitus correctus, & interpretatus.

3 INTERCEPTAS.] Somnium verbi. Si interceptæ, ergo iam coactæ: ſi iam coactæ, & interceptæ, an iterum cogebantur? ne puta. Nam inſolitum iſtud. Sed lege, *tum præceptas*; id eſt iam imperatas exſolui. Nam illa pecunia, primum præcipiebatur, poſt præceptionem exigebatur, & percipiebatur; & quia acrius & immodeſtius, ideo in iras exſurgebant, & immodeſtiam exigendi vindicabant gladio vltore, cuius ictus in caput Piſonis. Suetonius tamen vtitur verbo *interceptas*; nec reprobus eſt apud Latinos iſte nummus. *Stephanus*, inquit, *Domitillæ procurator tum interceptarum pecuniarum reus.* 17. in Domit. Non inficior tamen Tacitum in his vocabulis ludere interdum, vt *interceptas* & *imperceptas* ſcribit, & *imperuia* libr. 3. *Imperuia clamitando.* & *indubia*, vt libr. 14. *indubiam innocentiam.* Et libr. 1. *imprompta*, vt *imprompto Armenio.* Sed heic nulla verbi compoſitio eſt. Eſt autem mendum ſimile in Sueton. cap. 93. Claud. *Veteres & perceptas cerimonias reuerendiſſime coluit.* Vbi Eraſmus *receptas*, alij *præceptas*, alij *perceptas*. Et bene *præceptas*. Salluſt. 1. Hiſtor. *Mons Ballera præceptus a Luſitanis.*

Ludus Taciti in verbis.

Intercepta.

Impercepta. Imperuia, indubia.

Imprompta.

[1] Lentulo Getulico, C. Caluiſio Coss. decreta triumphi inſignia Poppæo Sabino, contuſis Thracum gentibus, qui montium editis [2] inculti, atque eo ferocius agitabant. Cauſa motus ſuper hominum ingenium, quod pati delectus, & validiſſimum quemque militiæ noſtræ dare aſpernabantur, ne regibus quidem parere, niſi ex libidine ſoliti, aut ſi mitterent auxilia, ſuos ductores præficere, nec niſi aduerſum accolas belligerare. Ac tum rumor inceſſerat fore, vt diſiecti, alijſque nationibus permiſti diuerſas in terras traherentur. Sed antequam arma inciperent miſere legatos, amicitiam obſequiumque memoraturos, & manſura hæc ſi nullo nouo onere tentarentur: ſin vt victis ſeruitium indiceretur, eſſe ſibi ferrum, & iuuentutem, & promptum libertati, aut ad mortem animum. ſimul caſtella rupibus indita, conlatoſque illuc parentes, & coniuges oſtentabant, bellumque impeditum, arduum, cruentum minitabantur. At Sabinus, donec exercitus in vnum * conduceret, datis mitibus reſponſis, [3] dum [4] Pomponius Labeo e Mœſia cum legione, rex Rhœmetalces cum auxilijs popularium qui fidem non mutauerant, veniret: addita præſenti copia, ad hoſtem pergit, compoſitum iam per anguſtias ſaltuum. [5] Quidam audentius apertis in collibus viſebantur, quos dux Romanus acie ſuggreſſus haud ægre pepulit, [6] ſanguine barbarorum modico, ob propinqua ſuffugia. Mox caſtris in loco communitis, valida manu montem occupat, anguſtum, & æquali dorſo continuum vſq. ad proximum caſtellum,

Bellum pro tributis coactis.

Violenta tributa violentos motus pariunt.

* conduceret, & datis

quod

*attamen incondita

quod magna[7] vis armata, * aut incondita tuebatur. ſimul in ferociſſimos, qui ante vallum, more gentis, cum [8] carminibus & tripudijs perſultabant, mittit delectos ſagittariorum. Ij dum eminus graſſabantur, crebra & inulta vulnera fecere, propius incedentes eruptione ſubita turbati ſunt,[9] receptique ſubſidio [10] Sugambræ cohortis, quam Romanus promptam ad pericula, nec minus cantuum & armorum tumultu trucem haud procul inſtruxerat.

Thraces victores dum epulantur victi.

1 Lentvlo Getvlico.] Cn. Lentuli Getulici filio: patris autem obitum paulo ante retulit noſter.

Tacitus emendatus.

2 Incvlti, atqve eo ferocivs.] Verba hæc defectum habent. Nam verbum, *atque*, ſatis arguit. Legendum eſt, *vt occulti atque armati eo ferocius actitabant.* Nam occultus hoſtis & armatus omnem exerit rabiem, quod clam putet ſuum factum. Scio verbum *inculti* & *inconditi*, in vſu eſſe Taciti, ſed quæ ſequuntur hæc ſuadent. Nam noſter addit infra. *Iam per anguſtias ſaltuum quidam audentius apertis in collibus viſebantur*: ergo antea occulti. Tum quod *inculti* verbum parum heic faceret ad hiſtoriam. Et addidi *armati*: quod hoc verbum, *atque*, imperfecto ſenſu, deſiderare videbatur aliquid. Nam poſtea exprimit noſter, dum ait, *Magna vis armata tuebatur.* Si quis tamen intacto authore commodiorem ſenſum ex corruptis verbis expreſſerit, faciat, non obſtabo.

3 Dvm.] Lege, *datis militibus reſponſis dimittit.* Et incipe ita clauſulam. *Vbi Pomponius Labeo e Mœſia cum legione, rex Rhemetalces cum auxilijs popularium, qui fidem non mutauerant, venerunt, addita præſenti copia,* &c.

Labeo prætor in Myſia 8. per annos.

4 Pomponivs Labeo.] Qui octo per annos in Myſia prætor. Sed pecuniæ amore captus, & cum vxore corruptus, quæ mira cupiditate flagrabat: tandem reus, vna cum coniuge, ſibi violentas manus attulit. Dio 58. Vbi par crimen, ibi par pœna.

Auarus, rapax. Cum vxore reus ſe necat.

Tacitus correctus.

5 Qvidam.] Lege, *quidam autem audentius apertis in collibus viſebantur.*

6 Sangvine.] Legendum, *ſed ſanguine.*

7 Vis armata, avt incondita.] Ita lege, *vis armata, attamen incondita.* In manuſcriptis *atn*, vnde *aut* fecere.

8 Carminibvs et tripvdiis.] Ad fiſtulas pugnabant Lacedæmonij, vt teſtatur Plutarch. libr. de ira. Thraces ad carmina, & tripudia, quod miror Homerum ſiluiſſe. Pugnas enim pro ludo habebant. Sidonius.

Pugnabant Lacedæmonij ad fiſtulas.

Ad carmina & tripudia Thraces.

Thraces pugnas habebant pro ludo.

> *Mox pugnam ludunt iaculis: hos ſuggerit illis*
> *Nutrix plaga iocos.*

Ideo Thracia *Mauortia terra* dicta Virgil. 3. Georg. & Strabo libr. 7. ἱππημολγοὺς Thraces dictos ait, id eſt *equarum mulſores*, ob generoſitatem ſcilicet. Et Liuius *impauidam gentem*.

Thracia Mauortia terra dicta.

Equarum mulſores.

Impauida gens.

> *Virtutem gens tota bibit.*

ait idem Sidonius.

> —— *Rapto ditata iuuentus*
> *Iura colit gladij.*

Sed ille gladius, parum, vel nunquam, rationis comes.

9 Receptiqve.] *Intercepti* legendum puto; & ex præcedente lectione, præcedentes litteras recuperandas.

10 Svgambræ cohortis.] Nota his temporibus Sugambros in Romanorum caſtris, quos detonſos fuiſſe ſcribit Claudianus 1. in Eutrop.

Sugãbri in Romanorum caſtris.

Detonſi.

> *Militet vt noſtris detonſa Sugambria ſignis.*

Sed cur detonſos? Quia capillitium, Francorum more, quos ſocios habebant, velut inſigne libertatis, Sugambri præferebant. tunc ergo obſequij cauſa depoſuerunt. Quod Claudianus confirmat 4. Conſul. Honor.

Cur ita.

Quia non amplius liberi.

Capillitium libertatis inſigne Francis.

Sugambri & Franci ſocij.

> *Ante ducem noſtrum, flauam ſparſere Sugambri*
> *Cæſariem, pauidoque orantes murmure Franci.*

Et idem in Ruffin.

> *Ante pedes humili Franco triſtique Sueuo*
> *Perfruor, & noſtrum video Germanice Rhenum.*

Sed capillitium poſuerunt, vt reſumerent. Aimoinus Monachus.

Tranſlata dehinc caſtra hoſtem propter, relictis apud priora munimenta Thracibus, quos nobis adfuiſſe memoraui, ijſque permiſſum vaſtare, vrere, trahere prædas, dum populatio lucem intra ſiſteretur, noctemque in caſtris tutam & vigilem capeſſerent. Id primo ſeruatum: mox verſi in luxum & [1] rapti opulentia, omittere ſtationes, laſciuia epularum, aut [2] ſomno & vino procumbere. Igitur hoſtes, incuria eorum comperta, duo agmina parant, quorum altero populatores[3] * inuaderentur, alij caſtra Romana adpugnarent, non ſpe capiendi, ſed vt clamore, telis, ſuo quiſque periculo intentus, ſonorem alterius prælij non acciperet. tenebræ inſuper delectæ augendam ad formidinem. Sed qui vallum legionum tentabant, facile pelluntur.

* inuaderent vi,

Nox formidinem auget.

Thracum auxilia repentino concurſu territa, cum pars munitionibus adiacerent, plures extra[4] pabularentur, tanto infenſius cæſi, quanto perfugæ & proditores ferre arma ad ſuum patriæque ſeruitium incuſabantur. Poſtera die Sabinus exercitum æquo loco oſtendit, ſi barbari ſucceſſu noctis alacres prælium auderent. & poſtquam caſtello, aut coniunctis tumulis non digrediebantur, obſidium cœpit per præſidia, quæ opportune iam muniebat: dein foſſam, loricamque contexens, quatuor millia paſſuum ambitu amplexus eſt. tum paulatim, vt aquam pabulumque eriperet, contrahere clauſtra, arctaque circumdare. & ſtruebatur agger, vnde ſaxa, haſtæ, ignes propinquum iam in hoſtem iacerentur. ſed nihil æque quam ſitis fatigabat, cum ingens multitudo bellatorum, imbellium vno reliquo fonte vterentur.

Fame & ſiti victi Thraces.

[5] * Simul æque armenta (vt mos barbaris) iuxta clauſa egeſtate pabuli exanimari: adiacere corpora hominum, quos vulnera, quos ſitis peremerat: pollui cuncta ſanie, odore, contactu. Rebuſque turbatis malum extremum diſcordia acceſſit, his deditionem, alijs mortem, & mutuos inter ſe ictus parantibus. Et erant qui non inultum exitium, ſed eruptionem ſuaderet: neque ignobiles, quamuis diuerſi ſententijs. Verum e ducibus, Dinus prouectus ſenecta, & longo vſu vim atque clementiam Romanam edoctus, ponenda arma, vnum adflictis id remedium diſſerebat. Primuſque ſe cum coniuge & liberis victori permiſit. ſecuti ætate aut ſexu imbecilli, & quibus maior vitæ quam gloriæ cupido. At iuuentus Tarſam inter & Tureſim diſtrahebatur. vtrique deſtinatum cum libertate occidere. ſed Tarſa properum finem, abrumpendas pariter ſpes, ac metus clamitans, dedit exemplum, demiſſo in pectus ferro. Nec defuere qui eodem modo oppeterent. Tureſis ſua cum manu noctem opperitur, haud neſcio duce noſtro. Igitur firmatæ ſtationes denſioribus globis. & ingruebat nox nimbo atrox, hoſtiſque[6] clamore turbido, modo per vaſtum ſilentium incertos obſeſſores effecerat, quum Sabinus circumire, hortari, ne ad ambigua ſonitus, aut ſimulationem quietis, caſum inſidiantibus aperirent, ſed ſua quiſque munia ſeruarent immoti, teliſque non in falſum iactis. Interea barbari cateruis decurrentes nunc in vallum manualia ſaxa, præuſtas ſudes, deciſa robora iacere: nunc virgultis, & cratibus & corporibus exanimis complere foſſas: quidam pontes & ſcalas ante fabricati inferre propugnaculis, eaque prehenſare, detrahere, & aduerſus reſiſtenteis cominus niti. miles contra deturbare telis, pellere vmbonibus, muralia pila, congeſtas lapidum moles prouoluere. His partæ victoriæ ſpes; & ſi cedant, inſignitius[7] flagitium: illis extrema iam ſalus, & adſiſtentes pleriſque matres & coniuges, earumque lamenta addunt animos: nox alijs in audaciam, alijs ad formidinem opportuna: incerti ictus, vulnera improuiſa: ſuorum atque hoſtium ignoratio: & montis anfractu repercuſſæ velut a tergo voces, adeo cuncta miſcuerant, vt quædam munimenta Romani, quaſi perrupta, omiſerint. Neque tamen peruaſere hoſtes, niſi admodum pauci. cæteros, deleto promptiſſimo quoque aut ſaucio, adpetente iam luce truſere ad ſumma caſtelli, vbi tandē coacta deditio, & proxima ſponte

* Simul equi atque armenta

Diſcordia militum cæde peior.

Victis maior vitæ cupido quam gloriæ.

Deſcriptio inſignis caſtelli & populi vulnerati.

[8] inimicorum

[8] inimicorum recepta. Reliquis quo minus vi aut obſidio ſubigerentur, præmatura montis Hæmi & ſæua hiems ſubuenit.

Florentina correctio optima. 1 RAPTI OPVLENTIA.] Placet valde correctio Florentina, *Raptis opulenti*. quia apud eos, *viuitur ex rapto*.

2 SOMNO, AVT VINO.] Duo ſocordiæ fratres. Sic Homerus Thraces Rheſi ſocios ab Vlyſſe & Diomede trucidatos ait in ſomno & vino. Quod Claudianus memorat 6. Conſul. Honor.

—— dapibuſque ſimul, religataque ſomno
Thracia ſopiti penetrauerit agmina Rheſi.

Ita Virgilius imitatus eſt in ſuo Rhamnete & Serrano, quos memorat *in tapetibus altis, toto perflantes pectore ſomnum, multoque iacentes membra Deo victos*. Et 2. Æn.

Inuadunt vrbem ſomno vinoque ſepultam.

Tacitus correctus. 3 INVADERENTVR.] Non mihi perſuadeo ita ſcriptum, ſed, *inuaderent vi, alij caſtra Romana adpugnarent*. Eadem menda ſupra lib. 1. *Si caſus daretur, auſurum*. pro, *ſi caſus daret, vi auſurum*. Dixi iam, nec repeto.

4 PABVLARENTVR.] Laudo Florentinam correctionem, *Palarentur*. *Florentina lectio probata.*

5 SIMVL ÆQVE] Lego, *ſimul equi atque armenta*. nam in manuſcripto, *qui* & *que* vicinitate confuſi, & per notas ſcripti, turbas fecerunt librariis. Apud Liuium, vbi ſcriptum, *In quibus vtrique & alia onera*: recte Valla correxit, *In quibus viri, equique & alia onera*. Et de iſta pecorum & hominum ſub eodem tecto ſtatione Iuuenalis. *Tacitus emendatus.*

Et pecus, & dominos, communis clauderet vmbra.

6 CLAMORE TVRBIDO.] Lego, *clamore turbido modo, modo per vaſtum ſilentium*.

7 FLAGITIVM.] Sed, vt ait Tacitus 2. *quibus temere collectis non dux, non caſtra ſunt, nec eſt in victoria decus, nec in fuga flagitium*.

8 INIMICORVM.] *Incolarum* recte; licet illi etiam inimici: Sed non deleo *inimicorum*.

At Romæ commota principis domo, vt ſeries futuri in Agrippinam exitij inciperet, Claudia Pulchra ſobrina eius poſtularur, [1] accuſante Domitio Afro. Is recens prætura, modicus dignationis, & quoquo facinore properus clareſcere, crimen impudicitiæ, adulterũ Furnium, [2] veneficia in principem & deuotiones obiectabat. Agrippina ſemper atrox, tum & periculo propinquæ accenſa, pergit ad Tiberium, ac forte ſacrificantem patri reperit. [3] Quo initio inuidiæ, *Non eiuſdem*, ait, *mactare diuo Auguſto victimas, & poſteros eius inſectari: non in effigies mutas diuinum ſpiritum transfuſum,* [4] *ſed imaginem veram cæleſti ſanguine ortam intelligere diſcrimen,* [5] * *ſuſcipere ſordes. fruſtra Pulchram præſcribi, cui ſola exitij cauſa ſit, quod Agrippinam ſtulte prorſus ad cultum delegerit, oblita Soſiæ ob eadem adflictæ*. Audita hæc raram occulti pectoris vocem elicuere; correptamque Græco verſu admonuit, [6] ideo lædi, quia non regnaret. Pulchra, & Furnius damnantur. Afer primoribus oratorum additus, diuulgato ingenio, & ſecuta adſeueratione Cæſaris, qua [7] ſuo iure diſertum eum appellauit. Mox capeſſendis accuſationibus, aut reos tutando proſperiore eloquentiæ, quam morum fama fuit, niſi quod ætas extrema multum etiam eloquentiæ dempſit, dum [8] feſſa mente retinet ſilentij impatientiam.

Afer quoquo facinore properus clareſcere.

* ſuſpicere ſordes.

1 ACCVSANTE DOMITIO AFRO.] Qui fuit turpis eloquentiæ mucro, quo multi diſerti & magni viri cecidere. De eo Plinius Nepos lib. 2. epiſt. *Verum. Affectabar Domitium Afrum, cum apud Centumuiros diceret grauiter & lente: hoc enim illi actionis genus erat*. Fallacem & callidum fuiſſe ſcribit Dio lib. 59. narratque magnum ſubiiſſe periculum ſub Caio, quod calliditate vitauerit. nam cum imaginem Caio ſtatuiſſet, in qua ſcripſiſſet 27. anno iam alterum Conſulatum gerere: Caius exiſtimans ſcripta hæc in ſuam contumeliam, accuſauit eum coram Senatu, & ex ſcripto longiſſimam habuit orationem. Sed Afer ſecum reputans, ſi eloquentia vinceret, procul dubio ſe periturum: ſtupefactum ſe tam diſerta oratione dixit; & per ſingulas partes, cum eam magnis laudibus extuliſſet, humi ſe proſtrauit, veniam precatus, dixitque ſe Caium magis oratorem metuere, quam Imperatorem. Quod excipiens Caius & ſe victorem geſtiẽs, vt erat vecors, reſpondit de eloquentia perdita & recuperata eum tantum damnaſſe, & ſpoliaſſe. Vixit ad Claudium vſque. nam cum Iulium Gallicum Claudius inuiſum haberet, & poſt peroratam cauſam (erat enim inſignis orator) iuſſiſſet in fluuium mergi: quidam ex Gallici clientibus Afrum deprecatus eſt, vt ſuam etiam cauſam oraret. *Quis*, inquit, *tibi dixit Gallico me meliorem natatorem eſſe?* Quod etiam narrat Dio, qui vbi noſtram hiſtoriam attigit, Claudiam Pulchram non nominat,

Afer turpis eloquentiæ mucro.
Fallax & callidus.
Vt vitam arte redemerit.
Vt Caligulam irriſerit.
Iulius Gallicus inſignis orator.
In fluuium merſus.
Claudia Pulchra.

Quomodo Afer in gratiam rediérit cum Agrippina Germanici. Tiberius Atreus dictus. Et cur? Etiam Atrides.

ſed mulierem quandam dicit, refertque rediiſſe Afrum in gratiam cum Agrippina, quam cum in via repetiſſet, ceſſiſſetque ei, putans illa id feciſſe per verecundiam & honorem, vocauit ad ſe, dixitque non illi ſe ſuccenſere, ſed Atreo, id eſt Tiberio. Ita enim eum appellabat propter crudelitatem: & quod M. Æmilius Scaurus in Tragœdia quadam Atreum nominaſſet. Et ita accipe Iuuenalem Sat. 4. vbi de ingenti mulo capto, & Domitiano oblato ſcribit.

Itur ad Atridem.

Et Aiax.

Id eſt, ad Domitianum, qui crudelitate Atrides & Tiberio par. Vocatur etiam Aiax, id eſt, furioſus, ab eodem poeta Sat. 10.

Quam timeo victus ne pœnas exigat Aiax.

Et ita putat Iuuenalis interpres: quo duce habeo quod ſequar.

Veneficia in imagine cerea.

2 VENEFICIA IN PRINCIPEM ET DEVOTIONES.] Puto iſta veneficia fuiſſe in cerea imagine, qualis fuit illa Canidiæ & Saganæ veneficarum, quam ſe vidiſſe, Horatius teſtatur Sat. 8. lib. 1.

Effigies cerea. Effigies lanea.

Lanea & effigies erat, altera cerea; maior
Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem:
Cerea ſuppliciter ſtabat, ſeruilibus vtque
Iam peritura modis.

Tacitus correctus. Inuidia in re. Inuidia in verbis.

3 QVO INITIO INVIDIÆ.] Melius, ni fallor, & accommodatius ad mentem Taciti, *quæ initio inuidiæ*: immo intelligentius, vt reſpiciat magis perſonam loquentis, & inuidiam facientis, quam locum. Sed nota vocare *inuidiam* illa verba quæ inuidiam, & ideo diuidiam pariant, vt res etiam. Quod ſæpe apud illum, vt libro 2. *Inuidiam ac preces miſcuerat.* Et infra. *Inuidiam ac preces orditur.* Et lib. 15. *Magna cum inuidia Senatum ademit.* Multi alij ſcriptores ita ſcripſerunt, vt Seneca pater Suaſor. 2. *Pollio dicebat*, (loquens de Aretio Fuſco) *Non erat ſuadere, ſed inuidere.* Quod ita interpretor, vt qui prolixa oratione omnia complecteretur, inuidiam faceret reliquis ac ſi nihil ſcirent, nihil haberent quod loquerentur. D. Hieronymus de obitu Hilar. *Quid mihi inuidiam facis, homini peccatori, atque mendico?* Pedo Albinouanus ad Liuiam, vt Poetas citem, ita ſcribit.

Seneca pater interpret. Inuidia homini mendico facta. Inuidia apud authores. In Pedone.

Obſcuros delubra tenent, pudet ora colentum
Aſpicere, inuidiæ quam meruere metu.

Martiale.

Et Martialis.

Non fuit hæc domini vita, ſed inuidia.

Iuuenale.

Iuuenalis Sat. 15.

—— terra Memphitide ſicca;
Inuidiam faciant nolenti ſurgere Nilo.

Papinio.

Papinius etiam 3. Theb.

—— longoque examine matres
Inuidiam planxere Dijs.

Et libro 6. *——ſenſere Pelaſgi*
Inuidiam; & lachrymis excuſant crimen obortis.

Libro 7.

Inuidiam riſit pater; & iam poplite flexo
Sternentemque manus tranquillus ad oſcula tollit.

Libro 9.

Et nunc ille meas ingentem plangit ad aras
Inuidiam, ſurdaſque fores & limina laſſat.

Petronio Arbitro. Quintiliano. Tertulliano.

Et vt ad oratores me conuertam; Petronius Arbiter. *Inundatus hac Eumolpus inuidia.* Loquitur de oratione aduerſus eum habita. Et Quintilianus noua declamat. 174. *Non dico quo loco; nec adhuc ad tractatum huius inuidiæ accedo.* Tertullianus de fuga in perſequ. *Malo inuidiam ei facere, per voluntatem ipſius pereundo, quam bilem, per vitam meam euadendo.* Idem contra Pſych. *Annuo ritu, ſaccis velati, & cinere conſperſi, idolis ſuis inuidiam ſupplicem obtiniant.* Lego, *ſaccu velati, & cinere conſperſi idolis ſuis inuidiam ſupplices obiiciunt.* Romani autem, non modo has inuidias & malas orationes formidabant, ſed etiam laudes nimias, quas *faſcinum* vocabant. Plinius lib. 7. cap. 2. *In eadem Africa eſſe familias effaſcinantium, vt Iſigonus, & Memphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata* (id eſt, oues & agni) *areſcant arbores, emoriantur infantes.* Virgil. Eclog. 7.

Tertullianus correctus. Romani inuidiā vitabant. In malis verbis. Etiam in multa laude.

Aut ſi vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Faſcinum. Laus infœlix.

Quod Tertullian. de virgin. vel. oſtendit, cum ſcribit. *Nam eſt aliquod etiam apud Ethnicos metuendum, quod faſcinum vocant, infœlicioris laudis & gloriæ enormis euentum.* Lucilius.

Nec laudare hominem quemquam.

Faſcinum inuidiæ medicus. Faſcinum in triumphantium curru. Et puerorum collo. Verba præfata contra faſcinū.

Eam ob rem *faſcinum* Plinius vocat *inuidiæ medicum.* lib. 28. cap. 4. Itaque a victoribus & triumphantibus geſtabatur in curru, & puerorum collo ſuſpendebatur, & ad depellendam harum laudum inuidiam, quædam verba præfabantur, proſpera in ſe declinata, vt ait Feſtus. *Præficine extrema producta ſyllaba, ne puella faſcinetur.* Ideo Titinius in Setina, & Plautus in Aſin.

Præficine hoc nunc dixerim?

Caligula cap. 59. apud Suet. *Re ſacra Neptuno ac Diis aliis facta, liuori etiam, ne qua inuidia, vt aiebat, premeretur.* Et Varro 6. de ling. Lat. *Pueris turpicula res in collo quædam ſuſpenditur ne quid obſit bonæ ſcæuæ cauſa, vnde Scæuola appellatur. Præbias dicebant etiam a præbendo, quod ſit tutum, & quod remedia ſint in collo pueri.* D. Hieron. in Ruffin. conqueritur, quod *obliquis laudibus Ruffinus eum inſectetur.* Sic Ouid. in epiſt. Didonis.

Non ego ſum tanti quanti meditaris inique.

Obliqua enim laus, vituperium eſt.

Tacitus interpretatus.

4 SED IMAGINEM VERAM.] Id eſt, ipſum Auguſtum, iam cœlo gaudentem, veramque imaginem ſanguine cœleſti ortam. nam a Venere ſanguis iſte. Ideo non lego *ſe*, vt Agrippina de ſe loquatur, ſed de Auguſti ſpiritu, iam inter diuos habito.

Coniectura emendatus Tacitus. Explicatus. Suſcipere pro Suſpicere in authoribus frequens error. D. Hieron. emend.

5 SVSCIPERE SORDES.] Aptius & melius, *ſuſpicere*, ſi mentem authoris ſpectes; ait enim non effigiem Auguſti mutam, ſed mentem eius cœleſti ſanguine ortam, intelligere & ſuſpicere ex alto ſordes, id eſt, dedecus ab alto intueri ſuæ illatum familiæ. Et hic error, multorum authorum error eſt. nam in epiſt. 63. D. Cypriani, pro *ſuſcipitur*, reponendum *ſuſpicitur*. Et apud D. Hieron. epiſt. 2. ad Nepotianum. *Eſto ſubiectus Pontifici tuo, & quaſi animæ parentem ſuſcipe.* Lege, *ſuſpice*, id eſt, reuerere, intuere cum honore. Nam Chriſti, & veteris Chriſtianæ philoſophiæ primum ἀξίωμα fuit, reuereri Epiſcopos & ſacerdotes. Quod Gallia in vſu habuit olim: At hodie

Epiſcopos

Epiſcopos & ſacerdotes contumeliis aſpergere, imo cædere, ex nouo Catharorum Euangelio vitıus eſt.

6 IDEO LÆDI.] Apte repoſuit codex Florentinus, *Num ideo*. Quia ſine verbi, *admonuit*, *num* reperitur. Et iſta per interrogatiunculam ſunt efferenda. Sic Calpurnius 6. Declamat. *Num dominari inſtar ſeruitutis eſt?* Et nota magnos doloris eſſe aculeos. *Dolor nimius*, ait D. Bernardus epiſt. 1. *non deliberat, non verecundatur, non conſulit rationem, non metu dignitatis damnum, legi non obtemperat, iudicio non adquieſcit, modum ignorat & ordinem.* Græca autem verba non extant, ne apud Suetonium quidem. Sed non omitto filiolam vocaſſe Agrippinam, quod nurus eſſet; ideoque loco filiæ, L. vlt. Cod. de verb. ſignif.

Suo iure diſertus.

7 SVO IVRE DISERTVM.] Sic Seneca fil. in Ludo. *P. Petronius Claudiana lingua diſertus.* Et apud Senecam patrem, Meſſala de Portio Latrone dicebat: *ſua lingua diſertus eſt.* lib. 2. Contr. 4. Et Martial. præfat. lib. 2. Epigram. *Curione non egent, contenta ſunt ſua, id eſt, mala lingua.* Cicero ad Attic. lib. 13. epiſt. *Pollex. Bruti Catone lecto, ſe ſibi viſum diſertum.* Idem libro 1. de orat. *M. Buculeius, homo ſuo iudicio ſapiens.* vt in epiſtolis, *Balbus ſuo iudicio ſapiens videtur.* Ait autem, *ſuo iure diſertus*, id eſt, pro ſua facultate diſertus, & quantum potuit aſſequi. Sic enim videtur explicare Seneca. Et Agellius lib. 19. cap. 15. *Adoleſcens hic ſine controuerſia diſertus eſt.* Quod ridendo dictum, quia ſi haberet controuerſam eloquentiam, non ita eſſet.

Sua lingua.

Suo iudicio ſapiens.

Sine controuerſia diſertus.

8 FESSA MENTE RETINET SILENTII IMPATIENTIAM.] Horatius epiſt. 1. lib. 1.

Solue ſeneſcentem mature ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

Virgil. in Bucolicis.

Omnia fert ætas, animum quoque.

At ſeni oratori iſta tacendi impatientia grande vitium eſt. Cicero 1. de oratore. *Solet Roſcius dicere, ſe quo plus ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos & cantus remiſſiores eſſe facturum. Neque hoc te Craſſe fallit, qui iam diu multo dicis remiſſius & lenius quam ſolebas, Subſidium belliſſimum eſſe exiſtimo ſenectuti otium.* Et certe ille oratorum occaſus non ita floribus eloquẽtiæ gratus & commodus, vt ætatis ortus & amœnum iubar. Illique oratori qui ſenex a dicendo non recedit, inclama quod dux ſeni militi: *Parce ferro miles.* Nam vt ait Virg. 5.

—— gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet, frigentque effætæ in corpore vires.

Princeps fœmina nõ paruum Reip. præmium.

At Agrippina peruicax iræ, & morbo corporis implicata, cum viſeret eam Cæſar, profuſis diu, ac per ſilentium lachrymis, mox inuidiam & preces orditur: ſubueniret ſolitudini, daret maritum, habilem adhuc iuuentam ſibi: neque aliud probis quam ex matrimonio ſolatium: [1]* eſſe in ciuitate, Germanici coniugem, ac liberos eius * recipere dignaretur. Sed Cæſar non ignarus quantum * ex Repub. peteretur, ne tamen offenſionis aut metus manifeſtus foret, ſine reſponſo, quanquã inſtantem, reliquit. Id ego a ſcriptoribus annalium non traditum reperi in [2] commentariis Agrippinæ filiæ: quæ Neronis principis mater vitam ſuam & caſus ſuorum poſteris memorauit. Cæterum Seianus mœrentem & improuidam altius perculit, immiſſis qui per ſpeciem amicitiæ monerent, paratum ei venenum, vitandas ſoceri epulas. Atque illa ſimulationum neſcia, cum propter diſcumberet, non vultu aut ſermone flecti, nullos attingere cibos, donec aduertit Tiberius, forte, an quia adiuuerat? idque quo acrius experiretur, poma, vt erant adpoſita, laudans, nurui ſua manu tradidit. Aucta ex eo ſuſpicio Agrippinæ, & intacta ore [3] ſeruis tramiſit. Nec tamen Tiberij vox coram ſecuta; ſed obuerſus ad matrem, *non mirum*, ait, *ſi quid ſeuerius in eam ſtatuiſſet, a qua veneficij inſimularetur.* Inde rumor, parari exitiũ: neque id imperatorem palam audere, ſecretum ad perpetrandum quæri.

Probis ex matrimonio vnicum ſolatiũ.

* eſſe ſe in ciuitate,
* reſpicere
* e Republica

Seiani in Agrippinam dolus.

Tacitus correctus.

1 ESSE IN CIVITATE.] Lego, *eſſe ſe in ciuitate, Germanici coniugem, & liberos reſpicere* (non *recipere*) *dignaretur.* id eſt, Romæ degere ſe, in qua tot nobilium ſanguis, cui matrimonio dari poſſit; dignaretur reſpicere Germanici coniugem & liberos. Nihil altius cogitat Abdera mens mea, cum ſint hæc tam clara quam Deliæ ſortes.

2 COMMENTARIIS AGRIPPINÆ FILIÆ.] Omnes priuati, niſi indiligentes haberi vellent, & ſocordes apud Rom. de rebus domeſticis commentabantur. Cicero pro Cœlio, ait *eſſe hominis parum frugi nullas tabulas conficere.* Conficiebant autem aut de rebus geſtis, aut de domeſticis rationibus. Spartianus in Adriano. *Suos apud Italiam Scipionum temporibus reſediſſe in libris vitæ ſuæ Adrianus ipſe commemorat.* Sed Cicero parum ſinceritatis habuiſſe multos tales arguit commentarios. *Multa*, inquit, *ſcripta ſunt in eis quæ*

facta non ſunt, falſi triumphi plures, Conſulatus genera etiam falſa, & a plebe tranſitiones, cum homines humiliores in alienum eiuſdem generis infunderentur genus, vt ſi ego me a M. Tullio eſſe dicerem, qui Patricias cum Seruio Sulpitio Conſul fuit decimo poſt exactos reges. At principes vtriuſque ſexus ſibi commentarios ſcribebant. Liuius Numæ & Seruij Tullij cõmentarios memorat; etiam Eumenis, de belli apparatibus, libro 42. & Cicero pro Rabirio. *Ex annalium*, inquit, *monumentis atque ex Regum commentariis conquiſierat.* Sic Hanno Carthaginenſis citatus a Plinio libri 5. cap. 1. Sic *Sylla ſuarum rerum commentarios ſcripſit*; inquit Gellius libri 1. cap. 12. Sic Iulius Cæſar ſuos, qui hodie extant ingenui non ſpurij: & ita Auguſtus. Nec ſatis: nam apud Suetonium monebat filiam & neptes, *nihil eloqui quod non in commentarios redigi poſſet.* Et Auguſtus ipſe ſcripſit aliqua de vita ſua. Sueton. cap. 85. Pliu. 18. Nat. hiſt. cap. 15. *Per eruum Diuum Auguſtum curatum epiſtolis ipſius memoria extat.* Memorantur Tiberij Commentarij apud eundem ca. 61. & Domit. cap. 20. In iure noſtro *commentarij principis* fit mentio L. 32. ex quib. cauſ. maior. Et tit. de tut. & rat. diſt. D. monet Iuriſconſultus *tutores vt diligenter commentarios conficiant*, L. 1. §. officio. Et ſæpe apud Plinium Iuniorem in epiſtolis. Cape autem commentarios, quos de vita ſua ſcribebant: vt infra commentarij Claudij, quos de vita ſua ſcripſerat 8. voluminibus, vt ait Sueton. cap. 41. in Claud. Et Plinius lib. 12. cap. 17. diſtinguit hiſtorias Caij a morte Iulij Cæſaris cœptas, a commentariis, qui citantur lib. 5. in Indice. Ita Tertullianus aduerſus Pſychicos vocat D. Lucæ commentarios, Euangelium quod de vita Chriſti habemus. Et in Bibliis, qui Cyri commentarij memorantur, ſunt commentarij de eius vita. In Eſdra. Quemadmodum autem Caius maritus, ita Agrippina coniux ſuos commentarios confecit. quam ideo nominat noſter Agrippinam filiam, vt diſtinguat a matre Agrippina, quæ vxor fuit Germanici, longe diſpar a filia, caſtitate & moribus. Plinius commentarios iſtos citat lib. 7. cap. 8. nec fruſtra: nam Auguſtus maxime collaudabat eius ingenium. Cæterum vtraque imperandi auidiſſima & puerperio nocens, quod mater Caligulam pepererit, natricem generis humani: Filia, Neronem ſuum, veluti venenum, orbi propinauerit. Hos autem commentarios in tabulinis recondebant. quibus effigies eorum aſſeruabantur, erantque in atrio domus, vt notaui ſupra ex Plinio lib. 2.

Commentarij rerum priuatarum. *Numæ & Seruij regum.* *Eumenis regis.* *Auguſti.* *Tiberij.* *Commentarij principis.* *Claudij commentarij.* *Diſtincti ab hiſtoriis.* *Cyri commentarij.* *Agrippina filia.* *Agrippina mater.* *Agrippina Germanici.* *Agrippina Claudij.* *Vtriuſque comparatio.*

3 SERVIS TRAMISIT.] Qui retro & a pedibus accumbentium. Et ita accipe Horat. Sat. 8. lib. 2.

His vbi ſublatis puer alte cinctus, acernam
Gauſape purpureo menſam pratexit, & alter
Sublegit quodcunque iaceret inutile.

Cicero lib. 8. epiſtol. ad Attic. *Pollucem ſeruum a pedibus meum, Romam miſit.* Petronius Arbiter. *Tandem ergo diſcubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus niuatam infundentibus, aliiſque inſequentibus ad pedes & paronychia cum ingenti ſubtilitate tollentibus.* Sic Dio memorat lib. 49. Pomponium Conſulem ad pedes Caligulæ accubantis, quos oſculabatur, ſeruus vti, & togatum mancipium. Quod Suetonij cap. 27. in Caio ſcriptura firmat, his verbis. *Qui ſummis honoribus functos*, (intelligit de Pomponio) *ait ad pedes Caij ſuccinctos linteo ſtetiſſe.* Martialis lib. 3. in Zoilum.

Ipſe retro flexus ad pedum turbam.

Idem lib. 12. epig. 89.

Bis Cotta ſoleas perdidiſſe ſe queſtus,
Dum negligentem ducit ad pedes vernam.

Serui ad pedes. *Pomponius Conſul ſeruus ad pedes Caligulæ.*

Sed Cæſar quo famam auerteret, adeſſe frequens ſenatui, legatoſque Aſiæ ambigentes quanam in ciuitate tẽplum ſtatueretur, * pluris per dies audiuit. Vndecim vrbes certabant pari ambitione, viribus diuerſæ; neque multum inter ſe diſtantia memorabant de vetuſtate generis, ſtudio in populum Rom. per bella Perſei & Ariſtonici, aliorumque regum. Verum [1]Hypæpeni, Trallianique Laodicenis ac Magnetibus ſimul * tramiſſi, vt parum validi. ne [2]Ilienſes quidem cum parentem vrbis Romæ Troiam referrent, niſi antiquitatis gloria pollebant. Paulum addubitatum, quod [3]Halicarnaſſij mille & ducentos per annos nullo motu terræ * mutauiſſe ſedes ſuas, viuoque in ſaxo [4]fundamenta templi adſeuerauerant. [5]Pergamenos (eo ipſo nitebantur) ædem Auguſto ibi ſitam ſatis adeptos creditum. [6]Epheſij Mileſiique, hi Apollinis, [7]illi Dianæ ceremonia occupauiſſe ciuitates viſi. Ita Sardianos inter Smyrnæoſque deliberatum. Sardiani [8]decretum Ethruriæ recitauere, vt conſanguinei. Nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos ob multitudinem diuiſiſſe gentem: Lydum patriis in terris reſediſſe: Tyrrheno datum nouas vt conderet ſedes. Et ducum e nominibus indita vocabula, illis per Aſiam, his in Italiam: auctamque adhuc [9]Lydorum opulentiam, miſſis in Græciam populis, cui mox a Pelope

Vrbes vndecim de ambitione certant.

* plureis

* tranſmiſſi

* nutauiſſe

Quod faciunt etiam pagi hodie.

lope

lope nomen, ſimul litteras imperatorum, & icta nobiſcum fœdera bello Macedonum, vbertatemque fluminum ſuorum, temperiem cœli, ac dites circum terras memorabant. At Smyrnæi, repetita vetuſtate, ſeu Tantalus Ioue ortus illos, ſiue Theſeus diuina & ipſe ſtirpe, ſiue [10] vna Amazonum condidiſſet, tranſcendere ad ea, * quis maxime fidebant, [11] in pop. Rom. * officiis, miſſa nauali copia non modo externa ad bella, ſed quæ in Italia tolerabantur: ſeque primos templum vrbis Romæ ſtatuiſſe, [12] M. Porcio conſule, magnis quidem iam Romani populi rebus, nondum tamen ad ſummum elatis, [13] ſtante adhuc Punica vrbe, & validis per Aſiam regibus. ſimul L. Sullam teſtem adferebant, grauiſſimo in diſcrimine exercitus ob aſperitatem hiemis, & penuriam veſtis, cum id [14] Smyrnam in concionem nuntiatum foret, omnes qui adſtabanr, [15] detraxiſſe corpori tegmina, noſtriſque legionibus miſiſſe. Ita rogati ſententiam patres, Smyrnæos prætulerunt. Cenſuitque Vibius Marſus vt [16] M. Lepido, cui ea prouincia obuenerat, ſuper numerum [17] legaretur, qui templi curam ſuſciperet. Et quia Lepidus ipſe deligi ſe per modeſtiam abnuebat, Valerius Naſo e prætoriis ſorte miſſus eſt.

* quis
* officia,

Vrbs Punica Carthago maxime offecit Romæ.

Hypæpa vbi.

1 HYPÆPENI.] Ab Hypæpa, quæ, vt ait Strabo lib. 13. ciuitas eſt Tmolo in Cayſtri campum deſcendens, non longe ab Epheſo. Et in ea parte Hypæpenos Plinius locat lib. 9. cap. 29. Stephanus ſcribit ita dictos quod ſub Æpo monte ſiti ſint. Ouid. de Arachne.

Orta domo parua paruis habitabat Hypæpis.

Explicatus Plinius.

Ilienſes claritas orbis.

2 ILIENSES.] A quibus *claritas orbis*, id eſt, *Romanum Imperium*. Plinius lib. 5. cap. 30. Ideo Ouidius ita cecinit 1. Faſtor. de Ilio.

Victa tamen vinces, euerſaque Troia reſurges.
Obruet hoſtiles iſta ruina domos.
Vrite victrices Neptunia Pergama flammæ:
Nunc minor hic, toto eſt altior orbe cinis.

Ilienſium priuilegia.

Magniſque priuilegiis vtuntur Ilienſes in iure noſtro Romano, L. non ſolum. de excuſat. & L. 1. ad municip. Vocat illos Suetonius cap. 24. in Claud. *Romanæ gentis authores.* Et apud Virgil. 1. Æneid. de Ænea.

Authores Romanæ gentis.

Ilium in Italiam portans, victoſque Penates.

Nero Ilienſium patronus.

Græce declamãtem Roma audiuit.

A Romanis honorati.

Nero fuit Ilienſium patronus, quem Græce declamantem Roma audiuit. Tacitus infra lib. 12. Et Liuius libro 38. *Ilienſibus Rheteum & Gergithum addiderunt, non tam ob recentia vlla merita, quam originum memoria.* Virgilius in laudem Ilienſium exclamauit.

O patria, o diuum domus Ilium, & ingens
Gloria Dardanidum.

3 HALICARNASSI.] Quorum conditor Anthes. Strabo lib. 8. Metropolis Cariæ, & ſuo Mauſoleo nobilis olim, non tam Mauſolei ſtructura quam amoris coniugalis memoria.

Hiulca Taciti oratio excuſa.

Correcta.

4 FVNDAMENTA TEMPLI ADSEVERAVERANT.] Non ad guſtum meum iſta lectio; & forſan ita ſcriptum fuit. *Viuoque in ſaxo fore fundamenta templi adſeuerauerant.* nam, *viuo in ſaxo fundamenta templi adſeuerauerant*, oratio eſt hiulca, quæ verbum quærit. *Adſeuerare* autem Gallice dicimus *Aſſeurer:* & conſtanter affirmare & aſſeueranter. Et ita verti poteſt: *Ils affermoient que les ſondemens du temple ſeroient aſſis ſur pierre viue.*

Duo Pergama. Cretæ.

Et Aſiaticum.

5 PERGAMENOS.] Eſt Pergamum Cretæ oppidum: eſt oppidum Aſiæ Pergamum, de quo heic noſter, *quod intermeat Selinus amnis, præfluit Cetius, profuſus Pindaſo monte.* Plinius. D. Hieron. ad Chromatium epiſtola 43. *Etſi alicui Ptolomæus maria clauſiſſet, tamen rex Attalus membranas a Pergamo miſerat, vt penuria chartæ pellibus penſaretur. Vnde & Pergamenorum nomen, ad hunc vſque diem, tradente ſibi inuicem poſteritate ſeruatum eſt.* Nos Franci dicimus *du parchemin.* Nec ſileo quod tradit Plinius, Pergami quotannis edi gallorum gallinaceorum ſpectacula, veluti gladiatorum paria. quod fit adhuc hodie in puerorum ſcholis, forſan ad memoriam Pergamenorum qui pergami inuentores, vnde bibliothecæ inſtructæ. Quod per tranſennam tango. Et quod Pergameni ſuo pergameno gloriantur, vt Ægyptus papyro. Nam Ouidius ſcribit lib. 15. Met.

A Pergamo pergamenæ pelles.

Succedit papyro.

Dicimus du parchemin.

Paria gallorum gallinaceorũ pro ſpectaculo Pergami.

Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili.

Certe non prætereunda memoria rei qua conſtat immortalitas hominum.

6 EPHESII MILESIIQVE.] *Metropolis Aſiæ Epheſus*, inquit D. Hieron. de qua Poeta Lucanus lib. 8.

Ipſe per Icarios ſcopulos Epheſumque relinquens.

Dionyſius in deſcriptione orbis vocat *maritimam Epheſum magnamque vrbem Dianæ.* Et Epheſum interpretantur Hebraice, *Conſilium meum in ea.* vel certe, *Anima mea in ea.* præfat. ad Epheſ. epiſtola ad Paulum præfat. libri 3. Et Strabo, vt heic noſter, Epheſios Mileſioſque coniungit. *Epheſus*, inquit, *& Miletus, optimæ vrbes, & clariſſimæ.* Duris Eleates epigrammate Græco, inter Ionicas, vrbem vocat celeberrimam Epheſum. Amazonum opus: quippe Amazones diu in Aſia regnauere. D. Ignatius Martyr vocat πολυπόθητον ὄνομα, *exoptatiſſimum nomen*, quod ἔφεσις Græce ſit *deſiderium.*

Epheſus, id eſt, Conſilium meũ. vel Anima mea.

Epheſij & Mileſij coniuncti.

Plinius nominat *alterum lumen Aſiæ*. In deſcriptione Aſiæ. Miletum autem, a qua Mileſij, vrbs eſt in Ionia a Mileto condita. Vnde Lucanus. —— *in Aſide terra*

Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomen.

7 Illi Dianæ cerimonias.] De qua in Actis Apoſtol. *Magna Diana Epheſiorum*, cap. 19. Et quam Demetrius vaticinabatur *ruituram Euangelij Chriſtiani fulguribus & tonitruis*. D. Hieron. epiſt. ad Epheſ. Quod attigi ſupra.

Diana Epheſiorum.

8 Decretum Hetruriæ recitavere ut consanguinei.] Adſtipulatur Horatius Lydos migraſſe in Italiam, dum ait.

Lydi in Italia.

Non quia Mæcenas Lydorum quidquid Hetruſcos
Incoluit fines, nemo generoſior eſt te.

Et ſane Herodotus libro 1. hoc perſequitur eodem pede quo noſter, aut non multum diſſimili.

9 Lydorum opulentiam.] Quæ magna fuit, & ex illa Lydorum vitia, quæ etiam magna, quæque in prouerbium abiere. nam Phæaces & Lydi voluptatis mancipia, qui in curanda cute operoſiſſimi. *A Lydis autem Ludij dicti*, inquit Tertullianus libro de ſpectacul. Et Lydi ludios genuere. De Lydorum affluentia poeta Claud.

Lydi opulenti. Ideo voluptuoſi.

Qui prouerbio locum faciunt.

—— *laxet rutilos tibi Lydia fontes,*
Nunquam diues eris, nunquam ſatiabere quæſtu.
Semper inops quicunque cupit.

10 Vna Amazonum condidisset.] Strabo lib. 14. *Smyrna Amazon fuit, quæ Epheſum tenuit. Ab ea & homines, & vrbs dicitur.* Amazones autem in Aſiam traieciſſe ait Homerus 2. Iliad. Nec vana plane fabula Græcanica.

Amazones in Aſia.

11 In populum Rom. officiis.] Qui hæc legerit, licet *tranſcendere*, pro *tranſcendere* legerit, ſana eſſe non dixerit. Lego, *tranſcendere ad ea queis maxime fidebant in populum Rom. officia: iis miſſa nauali copia*, &c. Et hæc officia fuere tot in popul. Romanum beneficia, quod copias militares miſiſſent.

Tacitus correctus.

12 M. Porcio.] Catone ſcilicet illo inſigni heroe, quem *paganis Diis ſapientiorem & grauiorem* dicit fuiſſe Tertullianus aduerſ. gentes. Et Plinius lib. 7. cap. 27. ait, *tres ſummas res perfeciſſe, vt maximus Orator, maximus Imperator, maximus Senator diceretur.* Addo, *magnus arator, & agricola.* quod eius ſcripta ſatis declarant.

Cato paganis Diis prælatus a Tertulliano.

13 Stante adhuc Punica urbe.] Quæ diu de principatu orbis cum vrbe Roma quæſtionem habuit, nec obtinuit. Horat. ideo vocat *inuidam*.

Non vt ſuperbas inuidæ Carthaginis
Romanus arces vreret.

Et Silius libro 1.

—— *da, Muſa, decus memorare laborum*
Antiquæ Heſperiæ: quantos ad bella crearit,
Et quos Roma viros; ſacri cum perfida pacti,
Gens Cadmæa ſuper regno certamina mouit.
Quæſitumque diu qua tandem poneret arce
Terrarum fortuna caput.

Quæſitum; ſed ſecundum Romam, ius datum a ſuperis. Velleius ait illam vrbem magis inuidia imperij Romano nomini inuiſam, quam vllam ob noxam. Sed habet habuitque & habitura eſt laudem quam Carthago inuidere potuit, habere nunquam poterit.

14 Smyrnam in concionem nuntiatum foret.] Illa oratio non Romana eſt. Lego: *Cum id Smyrnæorum in concione magna nuntiatum foret.* Et hoc catharticum do Tacito ad purgationem.

Correctus Tacitus.

15 Detraxisse corpori tegmina.] Quod eſt indicium humanitatis ſingularis. Sic in Bibliis, cum Iſraelitæ diſcordes captiuos in bello fratres cepiſſent, hortante propheta, omnes nudos veſtierunt, & calceauerunt, & cibis refecerunt, & potu. Dein fatigatos vnxerunt, inualidoſque omnes, aut vulneribus debiles, iumentis impoſuerunt, & adduxerunt in Hiericho, libro Iudic. Athenæus lib. 1. Dipnoſoph. Telliam ſcribit Agrigentinum quingentos hoſpites rigente hieme ſuſcepiſſe, & ſingulis pallium & tunicam exhibuiſſe. Et Dio in Caracalla ait Chilonem eius educatorem a militibus balneo ereptum, & ad necem captum, chlamyde ſua operuiſſe. Eadem Apuleio mens Metam. lib. 1. *Vnam* (inquit ille bonus vir) *e duabus laciniis meis exuo, eumque propere veſtio.* Cæterum miles Romanus nullis ſtipendiis primum militabat, ſibique ſuo ſumptu veſtimenta parabat; poſtea hieme hoſtilem vrbem obſeſſuro, data ſunt veſtimenta, inquit Liuius. Canon autem dandatum veſtium a Calend. Septembris ad Calend. Aprilis; dabanturque ex adærātione militari quinque partes militibus in ære, & ſexta in panno: quique hæc ſoluebant, Gynæciarij dicebantur in Tit. de milit. veſte. Cod. Et Octauiam ſcribunt ad Antonium profectam, militibus dediſſe veſtimenta. Inde illud Aureliani Imperatoris de militari inſtitutione: *Veſtis noua veterem excludat.* Sed hæc ſub Imperatoribus. Illa autem veſtis militaris *chlamys* dicebatur, vt liquet ex Plauto in Curcul.

Humanitas eſt veſtire nudos.

Exemplum a Iudæis.

A Tellia Agrigentino.

A Caracalla, qui præceptorem operit.

Primum Romanus miles ſuis ſtipendiis militabat.

Poſtea veſtimenta data.

Quia hieme.

Calendis Septembr.

Et Calendis April. veſtes data militi.

Gynæciarij.

Octauia militibus dat veſtimenta.

Quæratis chlamydem & machæram hanc
Vnde ad me peruenient.

16 M. Lepido.] Is eſt Lepidus, qui *a Pompeio ſecors dictus, & Aſia indignus*; vt ait Tacitus ſupra: licet a Senatu defenſus & Senatus iudicio dignus fuerit indicatus. Totus autem hic locus pro ſcopulo eſt natantibus ſtudioſis. At ego ita lego, & emendo. *Cenſuitque Vibius Marſus, vt cum M. Lepido, cui ea prouincia obuenerat*, &c. Lego, *cum Marco*: nam *t*, in fine litteræ *vt* pro *c*, in manuſcriptis, & in littera *M*, eſt *v*, & *M*, quod facit *cum*. nec eſt quod dubites. Probabo ex Suetonio de Clar. Grammat. *C. Albutio Silo. M. inſuper Brutum cuius ſtatua in conſpectu erat.* Lege, *cum Marcum*. nam in littera *o* & *M*, eſt *cum*. Idem mendum infra lib. 6. vbi legitur, *Scauro Mamerco ſimul*. nam legendum, *Scauro cum Mamerco*; & delendum *ſimul*. Quippe is qui putabat defectum eſſe coniunctionis, addidit verbum *ſimul*, non exiſtimans eum eſſe in littera *o* dimidia, & in littera *M* quæ habet *v* & *M*. dicam infra. Sic in XII. tab. SI VOLET, SVO VIVITO. NI SVO VIVIT, QVI EM HABEBIT, &c.

Tacitus correctus.

EM.

ᴇᴍ. pro ᴇᴠᴍ. nam ineſt ᴇᴠᴍ. & in his ſcopulis doctiores ſunt naufragati.

Tacitus correctus. 17 LEGARETVR.] Puto etiam legendum, *delegeretur* (pro *deligeretur*) *ſupra numerum, qui templi curam ſuſciperet.* Nam poſtea addit. *Deligi ſe per modeſtiam abnuebat.* *Ratio correctionis.* Sic olim fecit Varro poſt pugnam Cannenſem Cenſor electus; quod reſpuit, eiuſque gloriæ ceſſit. Gloria namque Crocodilus, fugientem ſequitur, ſequentem fugit. At gloria Lepidi fuit: primo, quia ab Senatu electus: ſecundo, quia abſenti delatum munus. Tertio, quia cura erat templi Tiberio dicati, qui imperator, ac tũ imperans, a quo fulgor in homines. Quarto, quod qui Aſiæ prouincia indignus a Pompeio iudicatus erat, is nõ modo iſto munere, ſed etiam aliis honoribus augeretur. Nam virtutis arbor ſucciſa repullulat, & grandior exurgit. *Quinque modi honoris ſuſcepti a Lepido.*

Inter quæ diu meditato, prolatoque ſæpius conſilio, tandem [1] Cæſar in Campaniam, ſpecie dedicandi templum apud Capuam [2] Ioui, apud Nolam Auguſto, ſed certus procul vrbe degere. Cauſam abſceſſus, quanquam ſecutus plurimos autorum ad Seiani artes retuli, quia tamen cæde eius patrata, ſed poſtea annos pari ſecreto coniunxit, plerunque permoueor, num ad ipſum referri verius ſit, ſæuitiam ac libidinem cum factis promeret, locis occultantem. *Tacitus de errore ſuo non tacet vt verum dicat in ſcribendo.* Erant qui crederent in ſenectute quoque corporis habitum pudori fuiſſe; quippe illi [3] prægracilis & * incurua proceritas, [4] nudus capillo vertex, [5] vlceroſa facies, ac plerunq; medicaminibus interſtincta. *Imperatoris Tiberij cadaueroſa facies.* ** in curuo* & Rhodi ſecreto vitare cœtus, recondere voluptates inſuerat. Traditur etiam matris impotentia extruſum, quam dominationis ſociam aſpernabatur, neque depellere poterat, cum dominationem ipſam donum eius accepiſſet. Nam dubitauerat Auguſtus Germanicum ſororis nepotem, & cunctis laudatum, rei Romanæ imponere, ſed precibus vxoris euictus, Tiberio Germanicum, ſibi Tiberium adſciuit; idque Auguſta exprobrabat, * repoſcebat. ** & repoſcebat.*

Tacitus emendatus. 1 CÆSAR IN CAMPANIAM.] Scribo, *iit in Campaniam*: Et verbum *iit* ſub *in*, notis comprehenſum.

Iterum emendatus. 2 IOVI APVD NOLAM.] Lego, *Ioui, vt apud Nolam Auguſto.* nam in dictione *Ioui*, poſtremis verbis *vt* reperitur. Et illud *ad*, mera nota eſt, pro *apud*, vltima & prima littera.

Diſſidium Taciti & Suetonij pacatum vna littera. 3 PRÆGRACILIS ET INCVRVA PROCERITAS.] Si legatur, *prægrandis & incurua proceritas*, pro *minime curua*, Suetonij & Taciti diſſidium abit. Res tranſacta eſt inter Pelidem & inter Atridē paucis litterulis mutatis. Quod non eſt abſurdum. Nam dicimus *incruentum*, ſiue cruore: *incorruptum* ſine corruptione: *inconditum*, ſine condimento: *incuruum*, ſine curuitate. *Tiberius prægrandis.* At *prægrandem* Tiberium fuiſſe Suetonius fatetur, dum ſcribit *Statura fuiſſe, quæ iuſtam excederet. ſtaturas* autem *hominum nihil magis quam amplitudo commendat.* Plin. 1. epiſt. 20. Et Velleius de Tiberio, ita. *Tiberius Claudius Nero innutritus cæleſtium præceptorum diſciplinis, iuuenis, genere, forma, celſitudine corporis, optimis ſtudiis, maximoque ingenio inſtructiſſimus.* *Prægrandis* autem *proceritas*, eſt ingens proceritas. Sic in Apuleio 1. Metam. *Inenormis proceritas, ſucculenta gracilitas.* Lucillius.

Quod gracila eſt (pro *gracilis*) *pernix, quod pectore puro,*
Quod puero ſimilis.

Pectore ait *puro*, quia nondum mammæ turgebant, ideoque puero ſimilis virgo, de qua loquitur. Sed quid ſi legatur veteri lectione retenta, *Prægracilis & in curuo proceritas.* Quod vitia, non laudes corporis Tiberij heic deſignat Tacitus: & dedecus potius quam dotes, quādo etiā & *caluum*, & *facie vlceroſum* nominat? Et optime legitur *in curuo*, quoniā homines proceri, vbi ſenuere, plerumque curuantur. Ita Crates curuum ſe & gibboſum ſenecta iocabatur, ait Diog. Laert. Et Ouid. in arte Am.

Longius inſidias curua videbit anus.

D. Auguſtinus Homil. 38. *Quid amas in ſene? incuruum corpus, album caput, rugas in fronte, contractam maxillam?* Quod firmat Comicus. Nam ita ait in Eun.

Accurrit ad me quam longe, quidem incuruus,
(lege quidam incuruus) tremulus, labiis demiſſis.

Et Cicero in Verr. *Erat Steſichori ſtatua ſenilis, incurua, ſummo artificio facta ab illo, vt putant.* Sed egregie Lucillius.

Quod deformis ſenex ac podidus & podagroſus,
Quod mancus, miſer, exilis, ramice magno.

Sic de Antonino Pio Spartianus dixit. *Cum eſſet longus,* (id eſt prægracilis) *& ſenex, tilianis tabulis* (hoc eſt rabulis ex tilia arbore confectis) *in pectore poſitis faſciabatur.* *Longurij.* Et ita Tiberius ſenex multa arte ſui corporis vitia diſſimulabat & corrigebat. nec longe abeſt Suetonius, qui ſcribit eum *inceſſiſſe ceruice rigida, & obſtipa, adducto fere vultu.* Qui licet alibi Tiberium faciat corpore robuſto & amplo; *Tiberius iuuenis altus & rectus.* dici tamen poteſt, eum non ſenem, ſed adultum pinxiſſe. quod diſſidium tollit. nam ſæpe duobus elegantibus pictoribus accidit, vt *Senex curuatus.* diuerſi ſint in eodem vultu, quando alter iuuenem, alter ſenem depingit. Si quis tamen retineat verbum *Prægracilis*, non obluctor, quia vitium eſt in homine, & vitia Tiberij deſcribit author. *Authorū quidā ſenem pinxerūt Tiberium: Quidam iuuenem.* Eſt autem homini ſeni pulchrum, non gracilem eſſe: quod in Claudio

Tt

firmat Suetonius cap.39. qui ita ſcribit. *Dignitas formæ non defuit vel ſtanti, vel ſedenti, ac præcipue quieſcenti,* (lego ac præcipue equo inſidēti:) *nam & prolixo, neque exili corpore erat.* Id eſt, longo, non tamen gracili. Et ſane vt ſenes curuantur, ita etiam macreſcunt & gracileſcunt plerumque. Plinius lib. 1. epiſt. 10. vbi pulchrum ſenem deſcribit. *Ad hoc,* inquit, *proceritas corporis, decora facies, demiſſus capillus, ingens & cana barba.* Et ita (ait Plut. lib. menſæ quæſt.) Auguſtus dicebat Nicolaum philoſophum vultu paulum rubentem gracilemque & oblongum ſenem, ſed ſermone ſuauiſſimum, ſimilem palmarum dactylis qui oblongi & graciles & dulciſſimi ſunt. itaque vocabat tales dactylos Nicolaos: quod nomen eis manſit. Contra Cicero in Bruto. *Erat,* inquit, *eo tempore ſumma gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue collum.* Hos *longurios* vocant, & *perticas.*

Caluitium deforme.

4 NVDVS CAPILLO VERTEX.] Notat Tiberij caluitium, quod vocatur a Græcis & a Plinio inter Latinos, alopecia, quia vulpium morbus eſt peculiaris: & idem vocat *depilationem*, & interdum *pilorum profluuium*, interdum etiam *capillorum procidentias*, & *capitis aream.* deformem ſemper; & per petulantiam quibuſdam priuatis obiectam: ſed Cæſaribus magis: Quippe Silenos poetæ caluos faciunt; ideoque in Sympoſio Iuliani, Silenus Iulium Cæſarem pulchrum vocat per ironiam, & ſibi capite perſimilem, quia caluus. At in principibus forma maxima laudata, vt deformitas illaudata, cuius pars caluitium. De priuatis Martialis lib. 1. epigram. 73.

In priuatis. *In principibus.*

Caluus cum fueris, eris comatus.

Et lib. 5. epigram. 50.

Vidiſſem modo forte cum ſedentem
Solum te, Labiene, tres putaui.
Caluæ me numerus tuæ feſellit.

Et libri 3. epig. 92.

Cum tibi trecenti Conſules Vetuſtina,
Et tres capilli, quattuorque ſint dentes.

Iulius Cæſar caluus. *Stommata in Iulium ob caluitiem.* *Tiberius caluus.* *Caligula caluus.* *Galba caluus.*

De Cæſaribus. Suetonius in Cæſare Iulio. *Caluitij deformitatem iniquiſſime ferebat obtrectatorum iocis obnoxiam.* Et de illo notum eſt ſcomma militare: *Mœchum caluum adducimus.* Tiberium Seianus ridebat, quia caluus erat, & omnia caluorum miniſterio in Floralibus menſis fieri voluerat ad noctem vſque. Dio lib. 58. Exprobrat Seneca caluitium Caligulæ libro, Non cad. iniur. in Sap. Et Suet. 50. in Calig. *fronte lata & torua, capillo raro ac circa verticem nullo.* Galba caluitio poſt fata ridiculus fuit. Sueton. 21. Et Otho galericulum capiti propter raritatem capillorum aptauit. Domitianus *caluus Nero* dictus eſt a Tertulliano in Apolog. Et illi *area & caluitium* obiectum. Suetonius. Auſonius vero ita de illo.

Domitianus caluus Nero.

-- quem caluum dixit ſua Roma Neronem.

Sed hæc excerpſit a Iuuenale, qui primus ita Domitianum vocauit Sat. 4. Et notum eſt illud in Opilium Macrinum ex Capitolino.

Ipſe etiam caluus mœchus fuit inde maritus.
En Pius, en Marcus; nam Verus non fuit ille.

Ad ſummum Apuleius narrat *Venerem ſi calua eſſet, ne quidem Vulcano placituram.* 2. Metam. Petron. Arbiter exprobrat fœminæ.

Quod ſolum formæ decus eſt, cecidere capilli,
Vernanteſque comas triſtis abegit hiems.

Quanquam & templum fuerit Romæ Veneri Caluæ. Martialis lib. 10. epig. 57. de Plautia.

Hoc tandem ſita prurit in ſepulchro
Caluo Plautia cum Melanthione.

In capillitio forma decus.

Scite Apuleius, qui in capillamento fœmineo, fœmineū decorem locat, vt in maſculis Apol. 1. Et Anacreon in laudatione Veneris cuius pulchritudinem ponit in capillamento. Et ſane mulierum capillatura eſt virorum captura. Vnde capilli dicti *Reticula Veneris.* Cornelius Nepos obiicit Caluo, *calda fuiſſe depilatum, ſeu decaluatum.* Et Cicero, Cæſonium *Caluentium* vocauit L. Piſonem, vt opinor, quod eſſet caluus & puerorum maſturbator. ideoque vtitur verbo *Cæſonij* a cædendo, quod eſt putidum verbum. Orat. de prouinc. Conſular. At defluuium iſtud *mulieribus rarum,* inquit Plinius, *viris frequens.* Martialis tamen ſæpe mulieribus caluitium exprobrat; vt in illo verſu lib. 2. epig. 33.

Cur non baſio te, Philenis? calua es:

Et lib. 1. epig. 28.

Væ Glabrana, væ tibi Miſella.

Inde Calanticæ nomen in mulieribus, quod caluas tegerent. nam *Calantica* quaſi caluariæ theca. Iuriſconſultus L. 27. in f. de aur. & arg. legat. D. *Pileus virorum, Calantica fœminarum, quas mitras vocant.*

5 VLCEROSA FACIES.] De illa facie Iulianus in Cæſarib. luſit, aitque cicatricibus abundaſſe Tiberium & vitiligine, impreſſaſque cuti labes & notas habuiſſe, etiam plagas graues & vibices ex intemperantia & cruditate, lepræ & impetiginis in modum inuſtas. Quod verum. ſed quas habuit Tiberius in cute, habuit Iulianus in animo & multo fœdiores & deformiores. Quod D. Gregorius Nazianz. ſcribit, mihi author laudatus, quia laudabilis & ſincerus & Catholicus.

Nerua iuriſconſultus. — Curtius Atticus. — Græci ſtudioſi. — Vera falſis tecta in motibus ſiderum.

[1] Profectio arcto comitatu fuit, vnus ſenator conſulatu functus [2] Cocceius Nerua, cui legum peritia: [3] eques Romanus, præter [4] Seianum, ex inluſtribus [5] Curtius Atticus. Cæteri liberalibus ſtudiis præditi, ferme Græci, quorum ſermonibus leuaretur. Ferebant periti cœleſtium, iis motibus ſiderum exceſſiſſe Roma Tiberium, * vt reditus illi negaretur. [6] Vnde exitij cauſa multis fuit, properum finem vitæ coniectantibus, vulgantibuſque. neque enim tam incredibilem cauſam [7] prouidebant, vt vndecim per annos libens patria careret. Mox patuit breue confinium artis, & falſi, veraque quam obſcuris tegerentur.

* quibus reditus

tur. Nam in vrbem non regreſſurum, [8] haud forte dictum. [9] Cæterorum neſcij egere, cum propinquo rure, aut littore, & * ſæpe mœnia vrbis adſidens extremam ſenectam compleuerit. Ac forte illis diebus oblatum Cæſari anceps periculum auxit vana rumoris, præbuitque ipſi materiem cur amicitiæ, conſtantiæque Seiani magis fideret. Veſcebantur in villa, cui vocabulum Speluncæ, mare Amuclanum inter Fundanoſque montes, natiuo in ſpecu. eius os lapſis repente ſaxis, obruit quoſdam miniſtros. Hinc metus in omnes, & fuga eorum qui conuiuium celebrabant. Seianus genu, vultuque & manibus ſuper Cæſarem ſuſpenſus oppoſuit ſeſe incidentibus, atque habitu tali repertus eſt a militibus qui ſubſidio venerant. Maior * ex eo, & quanquam exitioſa ſuaderet, vt non ſui anxius, cum fide audiebatur. Adſimulabatque [10] iudicis partes aduerſus Germanici ſtirpem, ſubditis qui accuſatorum nomina ſuſtinerent, maximeque inſectarentur Neronem proximum ſucceſſioni, & quanquam modeſta iuuenta, plerunque tamen quid impræſentiarum conduceret, oblitum, dum a libertis & clientibus apiſcendæ potentiæ properis extimulatur, vt erectum & [11] fidentem animi * oſtenderet: velle id pop. Rom. cupere exercitus. Neque auſurum contra Seianum, qui nunc patientiam ſenis, & ſegnitiem iuuenis iuxta inſultet.

* ſæpe prope mœnia

Vnum Seiani in principem benefactum multis malefactum fuit.

* ex eo fides,

Malum ſe rupium concilium.

* ſe oſtenderet:

Profectio arcto comitatu.

1 PROFECTIO ARCTO COMITATV.] Claudian. in Ruſſin. de priuata profectione.

Stipatus ſociis; circumque armata clientum
Agmina, priuatis ibant famulantia ſignis.

Ampliſſimus Gracch. 3000. homines.

Contra Gellius ait, *Gracchum in comitatu, non minus quam tria millia hominum habuiſſe*: quod eſt mirum. Sed in ciuitate turbida & in partes diſtracta.

Cocceius Nerua. Iuriſconſultus. Magnus rebus occupatus.

2 COCCEIVS NERVA.] Iuriſconſultus, de quo Horatius Sat. 5. lib. 1.

——*interea Mæcenas aduenit, atque*
Cocceius; miſſi magnis de rebus, vterque
Legati, auerſos ſoliti componere amicos.

Eius villa.

De cuius villa meminit idem eodem.

Hinc nos Cocceii recipit pleniſſima villa,
Quæ ſupereſt Claudi caupona s.

Pleniſſimam vocat, nullius rei indigam; vel *pleniſſimam*, quod amplum comitatum recepiſſet. Forte legendum *planiſſima villa*, quod in magna planicie fuerit. Etiam Nerua Labeonis diſcipulus fuit, tam amatus ab Auguſto, quam præceptor exoſus.

Diſcipulus Labeonis. Ab Auguſto amatus.

3 EQVES ROMANVS.] Lego, *eques Romanus nullus præter Seianum*. nam in vltima ſyllaba verbi *Romanus*, verbum *nullus*.

4 SEIANVM.] Poſt verbum *Seianum*, lego, *tum ex illuſtribus*. Et verbum *tum*, in vltima ſyllaba verbi prioris.

5 CVRTIVS ATTICVS.] Lege, *tum Curtius Atticus*. Credo ex nepotibus Pomponij Attici Ciceronis amici, cuius Vipſaniam neptem ex filia, duxerat ante Iuliam Tiberius. Ad eum Ouidius forte, quæ ſcribit Martialis ad vnum ex poſteris Attici, hoc carmen.

Attice facundæ renouas qui nomina gentis,
Nec ſinis ingentem conticuiſſe domum.

6 VNDE EXITII CAVSA MVLTIS.] Sic Claudian. de bello Getico.

O ſemper tacita ſortes ambage malignæ,
Euentuque patens & noxia vatibus ipſis
Veri ſacra fides.

Nã odioſa Veritas, ob quã Micheas propheta colaphum tulit & carcerem pertulit. Reg. 3.

7 PROVIDEBANT.] Legendum *præuidebant*. nam in præuiſu, non prouiſu, hæc res tota.

8 HAVD FORTE.] Haud fruſtra. id eſt, non temere dictum, quia nunquam poſtea Romam reuerſus.

9 CÆTERORVM NESCII EGERE.] Obſcura verba & mendoſa forte. Quid ſi ſcriptum, *Cætera vt futurorum neſcij egere?* Id eſt, coniectarunt futura ignorãtes, vulgaruntque breui Tiberium moriturum. Sic Virgilius.

Tacitus correctus.

Neſcia mens hominum fati ſortiſque futuræ.

Et elucidatus.

Et Horat. 3. Carm. 29.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus,
Ridetque ſi mortalis vltra
Fas trepidat.

Non eſt veſtrum ſcire tẽpora nec momẽta, ait Saluator CHRISTVS. & prudenter Paganus poeta.

Quocumque ingrederis, ſequitur mors corpus & vmbra.

Suetonius de eadem re. *Seceſſum Campaniæ petiit, conſtanti & opinione & ſermone pæne omnium, quaſi neque rediturus vnquam, & cito etiam mortem obiturus*. Quod euenit; ſed non ex vulgi ſententia: nam neque Romam amplius rediit, & pæne oppreſſus eſt: quippe Suetonius ita de eo. *Sed & paucos poſt dies iuxta Terracinam, in Prætorio, cui Spelunca nomen erat, incœnante eo, complura & ingentia ſaxa, fortuito ſuperne delapſa ſunt*. Corrigo Sueton. & lego, *in cœna ante eum*. & Tacitus firmat, qui ſcribit, *veſcebantur in ea*. Et ſi Tacitum legas, meam correctionem probes. Quam autem *villam* nominat Taci-

Suetonius correctus.

tus; *Prætorium* vocat Suetonius. *Et Prætorium, tabernaculum Prætoris fuit olim dictum.* Feſtus. Et ab eo *tabernaeulum patrisfamil.* in quo moratur; præeſtque familiæ domeſticus Prætor. Verbum enim *Prætoris*, non ad magiſtratum tantum, ſed ad omnes qui præſunt. Iſidorus 15. *Prætorium eo quod ibi prætor ſedeat ad diſcutiendum litigantium negotium.* Ita apud Columellam *Prætorium* in ruſticis prædiis. Sic apud Palladium. & diſerte apud Vlpianum, *Seruitutes prædiorum eſſe officere prætorio vicum*, L. 2. de ſeruit. ruſt. præd. Illud autem prætorium erat cultius & ſplendidius ædificatum aliqua parte prædij ruſtici, ibique paterfamil. morabatur. Martialis lib. 10.

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum.

Et erant *Prætoria voluptatis domicilia*, L. 199. de verb. ſignif. D. Hoc autem cauebant Romani, ne villa fundum, neue fundus villam deſideraret. Ideo Iuriſconſultus L. 19. §. 1. D. de leg. 3. ait *prædia fuiſſe cum prætorio.* Et Virgilius in agris, inque apum aluearijs, *prætoria* ponit, cum ait. ——*circum prætoria denſæ.*

Et alludit ad caſtrorum morem. Suetonius in Calig. cap. 37. *In extractionibus prætoriorum atque villarum, omni ratione poſthabita, nihil tam efficere concupiſcebat, quam quod poſſe effici negaretur.* Idem in Tito cap. 8. *Cuncta prætoriorum ſuorum ornamenta operibus ac templis deſtinauit.*

10 Ivdicis partes.] Non tollo. nam & iudex & index. *Iudex*, quia idem cum principe & cum Senatu: quippe totus Senatus ei adulabatur, & parebat vt principi. *Index* vero non per ſe, ſed per interpoſitas perſonas, quas vti indices ſubiiciebat. *Iudex & index.*

11 Fidentem animi ostenderet.] Lego, *fidentem animis ſe oſtenderet.* nam *s* repetenda, & *o* pro *e*. Porro ſimilis eſt domeſticorum exhortatio apud Philonem Iudæum in Flaccum.

Hæc atque talia audienti, nihil quidem prauæ cogitationis, ſed interdum voces procedebant contumaces, & inconſultæ: quas adpoſiti cuſtodes exceptas auctaſque cum deferrent, neque Neroni defendere daretur,[1] diuerſæ inſuper ſolicitudinum formæ oriebantur. Nam alius occurſum eius vitare, quidam ſalutatione reddita ſtatim auerti, plerique inceptum ſermonem abrumpere; inſiſtentibus contra, inridentibuſque qui Seiano fautores aderant. Enimuero Tiberius toruus, aut falſum renidens vultu, ſeu loqueretur, ſeu taceret[2] iuuenis, crimen ex ſilentio, * ex voce. ne nox quidem ſecura, cum vxor vigilias, ſomnos, ſuſpiria matri Liuiæ, atque illa Seiano patefaceret. Qui fratrem quoque Neronis Druſum traxit in partes, ſpe obiecta principis loci, ſi priorem ætate & iam labefactum demouiſſet. Atrox Druſi ingenium, ſuper cupidinem potentiæ, & ſolita fratribus odia. Accendebatur inuidia, quod mater Agrippina promptior Neroni erat. Neque tamen Seianus ita Druſum fouebat, vt non in eum quoque ſemina futuri exitij meditaretur, gnarus præferocem, & inſidiis magis opportunum. Fine anni exceſſere inſignes viri, Aſinius Agrippa[3] * claris maioribus, quam vetuſtis, vitaque non degener. Et Q. Haterius familia ſenatoria, eloquentiæ quoad vixit, celebratæ. Monimenta ingenij eius[4] haud perinde retinentur. Scilicet, impetu magis, quam cura vigebat. Vtque aliorum meditatio & labor in poſterum valeſcit, ſic Haterij canorum illud & profluens, cum ipſo ſimul extinctum eſt.

Turpis Seiani proditio in ſtirpem Germanici.

* ex voce etiã coniectabat

Frater inuidẽs fratri quod mater ei fauerer.

* claris magis maioribus,

Haterius orator minus legitur, quia impetu magis quam cura vigeret.

1 Diversæ insuper solicitudinum formæ oriebantur.] Ita lege: *Diuerſæ eum ſuper ſolitudinum formæ oriebantur.* nam quid *inſuper*, ſibi vult? Et correxi *ſolitudinum* non *ſolicitudinum*, quia ſtatim illas ſolitudines deſcribit, cum ait, *nam alius oceurſum eius vitare.* Sic Seneca. *Circa bene fortunatos, ingens turba; circa male fortunatos, ingens ſolitudo.* Repoſui *eum ſuper*, pro *ſuper eum*, Neronem ſcilicet, vſitato ſcribendi modo apud Tacitum, qui *ripam ad Euphratu*, ſcribit. Dixi ſupra.

Tacitus correctus.

Correctionis ratio.

Forma ſcribendi Tacito eadem eum Salluſtio.

2 Ivvenis.] Lege, *& iuuenis crimen.*

3 Claris maioribvs.] Libenter legerem, *claris magis maioribus, quam vetuſtis.* Sed lib. 3. *miſeratio quam inuidia augebatur.* nec putem errorem eſſe librarij, quaſi fuerit ſcriptum, *magis miſeratio*: quippe Salluſtiana eſt imitatio, & authori noſtro frequens. Sic enim lib. 5. *Nec memoriam noſtri per mœrorem quam læti retineatis*, id eſt, potius quam læti, aut, magis quam læti. Etiam lib. 12. *Ne dubia tentaret armis.* Sic enim lego; *non dubitaret, quam incruentas conditiones mallet.* pro, *potiuſquam incruentas conditiones mallet.*

4 Havd perinde.] Id eſt, non perinde in libris, vt in labiis, eius viguit eloquẽtia. nam verba fluunt, quanto maiore impetu, tanto maiore attentione & auditorum plauſu. non ita libri: nam in otio, & cum iudicio ponderantur. Et lego, *Monimenta tamen ingenij.*

M. Licinio,

M. Licinio, L. Calpurnio Coss. ingentium bellorum cladem æquauit malum improuiſum. Eius initium ſimul & finis extitit. Nam cœpto apud [1] Fidenam amphitheatro Atilius quidam libertini generis, quo ſpectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per ſolidum ſubdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem ſuperſtruxit, vt qui non abundantia pecuniæ, nec municipali ambitione, ſed in ſordida mercede id negotium quæſiuiſſet. Adfluxere auidi talium, imperitante Tiberio, procul voluptatibus habiti, virilis ac muliebris ſexus, omnis ætas, ob propinquitatem loci effuſius. Vnde grauior peſtis fuit, conferta mole, dein conuulſa, dum ruit intus, aut in exteriora effunditur: immenſamque vim mortalium ſpectaculo intentos, aut qui circum adſtabant præceps trahit, atque operit. Et illi quidem quos principium [2] ſtragis * in mortem adflixerat, vt tali ſorte cruciatum effugere. Miſerandi magis quos, abrupta parte corporis, nondum vita deſeruerat, qui per diem viſu, per noctem vlulatibus & gemitu, coniuges aut liberos noſcebant. Iam cæteri fama exciti, hic fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari. Etiam quorum diuerſa de cauſa amici, aut neceſſarij aberant, pauere tamen: neque dum comperto quos illa vis perculiſſet, latior ex incerto metus. Vt cœpere dimoueri obruta, * concurſus ad exanimos * complectentium, oſculantium. Et ſæpe certamen ſi confuſior facies, & par forma, aut ætas errorem adgnoſcentibus fecerat. Quinquaginta hominum millia eo caſu debilitata vel obtrita ſunt. Cautumque in poſterum ſenatuſconſulto, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res; neue amphitheatrum imponeretur, niſi ſolo firmitatis ſpectatæ. Atilius in exilium actus eſt. Cæterum ſub recentem cladem patuere procerum domus, fomenta, & medici paſſim præbiti. Fuitque vrbs per illos dies, quanquam mœſta facie, veterum inſtitutis ſimilis, qui magna poſt prælia ſaucios largitione, & cura ſuſtentabant.

[Margin: Theatri Fidenatis lapſus.]

[Margin: *ſtatim morte miſera afflixerat, acti tali ſorte]

[Margin: * concurſus fuit *complectentium aut oſculantium certamen erat,]

[Margin: 50. millia hominum fracta vel obtrita in Theatri lapſu.]

[Margin: Fomenta debilitatis a domibus procerum.]

1 Fidenam.] Virgil. 6. Æn.
—— *vrbemque Fidenam.*
Fidenates autem euertit Mamercus Æmilius Dictator. Liuius lib. 4.

[Margin: Fidenæ. *Quas euertit Mamercus Æmilius.*]

2 Stragis in mortem adflixerat.] Lege: *Et illi quidem, quos principium ſtragis, ſtatim morte miſera adflixerat; acti tali ſorte, cruciatum effugêre.* ſ & m, pro *ſtatim*, principium & finis dictionis: & m pro *miſeranda.* nam ſigla ſunt exſcriptori peruia. Noto autem hunc locum a Dione ſuppilatum, vbi de terræ motu Antiocheno loquitur. *Hi omnium miſerrimi erant, vt pote quibus aut viuere aut ſubito mori negaretur.*

Nondum ea clades exoleuerat, cum ignis violentia vrbem vltra ſolitum adfecit, deuſto monte Cælio. feralemque annum ferebant, & omnibus aduerſis ſuſceptum principi conſilium abſentiæ, qui mos vulgo, fortuita ad culpam trahentes, ni Cæſar obuiam iſſet, tribuendo pecunias ex modo detrimenti. Actæque ei grates apud ſenatum ab inluſtribus: famaque apud populum, quia ſine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam & vltro accitos munificentia iuuerat. Adduntur ſententiæ, vt mons Cælius in poſterum Auguſtus appellaretur, quando cunctis circum flagrantibus, ſola Tiberij effigies ſita in domo Iunij ſenatoris inuiolata manſiſſet. *Eueniſſe id olim Claudiæ Quintiæ, eiuſque ſtatuam* [1] *vim ignium bis elapſam maiores apud ædem Matris*

[Margin: Ignis in monte Cœlio.]

[Margin: Cæſaris liberalitas iis caſibus.]

Claudij accepti Diis. *Quod bis eorum ſtatuæ ignes ſint elapſæ.*

deum conſecrauiſſe: ſanctos acceptoſque numinibus Claudios: & augendam ceremoniam loco, in quo tantum in principem honorem dij oſtenderent. Haud fuerit abſurdum tradere, montem cum antiquitus [2] Querquetulanum cognomento fuiſſe, quod talis ſyluæ frequens, fœcunduſque erat: mox Cælium appellatum a Cæle Vibenna, qui dux gentis Etruſcæ cum [3]* auxilium appellatum ductauiſſet, ſedem eam acceperat a Tarquinio Priſco, ſeu quis alius regum dedit. Nam ſcriptores in eo diſſentiunt. Cætera non ambigua ſunt, magnas eas copias [4] per plana etiam ac foro propinqua habitauiſſe, vnde Thuſcum vicum e vocabulo aduenarum dictum.

* auxilium Apellat um ductauiſſet,

Statuæ ex buxo. *Et ex ære.* *Contra vim ignium.*

1 VIM IGNIVM BIS ELAPSAM.] Quia forſan ex buxo ſtatua illa vel ex ebeno: quæ ignibus imperuiæ arbores. Plinius lib. 16. cap. 16. vti buxum deſcribit. *In igne quoque duritia ferri, quæ nec flamma, nec carbone vſtibilis.* ita lego, non *vtilis.* forſan etiã illa ſtatua ex ære: quippe æratæ ſtatuæ paſſim viſebantur. Vt marmoreæ: quibus vis flammis reſiſtendi: quamquam & fulminibus plerumque tactæ liqueſcant.

Porta Querquetulana. *Collis Cælius.* *Porta Cælia.* *Porta Viminalis.* *Mons Viminalis.* *In monte Cælio vimina.* *Et fagi.* *Lucus fageus.* *Iupiter fagutalis.*

2 QVERQVETVLANVM.] Querquetulanam portam memorat Plinius lib. 16. ca. 10. *Colle,* inquit, *in quem vimina petebantur.* Et Tacitus putat eſſe collem Cælium, & portam Cæliam. Sed ſi vimina ab eo petebantur, nunquid porta Viminalis, & Viminalis mons? Onufrius exiſtimat citius credendum Varroni, quam Tacito. Ego puto vimina etiam in monte Cœlio fuiſſe, vt fagi aliquando fuerunt, locuſque fageus: vnde & *Iupiter Fagutalis.* Idem Plinius eodem.

Tacitus correctus. *Quid Appua.*

3 AVXILIVM APPELLATVM DVCTAVISSET.] Quid ſi legatur: *Cum auxilium Apella tum ductauiſſet?* Et hæc vera ſcriptura. nam Appua, ſeu Apella, vrbs fuit Etruriæ ad Macrum flumen: vnde Appuani Ligures. De quibus Liuius lib. 40. *In Appuanos Ligures exercitum induxerunt.* Catullus.

At Voluſi annales Apuam porgentur ad ipſam.

Vrbes diminutiuis nominibus vocatæ.

De Apella Cato ſcribit in Originib. Et noto vrbes diminutiuis nominibus olim appellauiſſe, vt *Sueſſulam* pro *Sueſſam* apud Liuium, & *Appiolam,* & *Ameriolam,* & *Atellam,* & *Puteolos,* apud eundem libro 1. Ita heic noſter *Apellam,* pro *Appuam,* vt *Aminulam* pro *Amina,* quæ eſt apud Vmbros. Silius lib. 8.

—— *pauper ſulci Cerealis Abella.*

Et idem.

—— *obſeſſæ campo ſqualente Fregellæ.*

Cætera exempla libris cluſa a ſtudioſis reperiantur. Fuit & *Pella* apud Macedones, a qua ortus Alexander, vnde *Pellæus iuuenis* dictus Iuuenali. Nam obſcuriores loci generoſiorum cunæ fuere, vt Ithaca Vlyſſis.

Planicies in monte Cælio.

4 PER PLANA ETIAM.] Fuiſſe planiciem in hac parte, teſtatur Varro de vita P. R. Et fuit quondam cum legerem, *per planiciem, ac foro propinqua loca habitauiſſe.* Sed intacta ſunt hæc per me.

Accuſatorum vis & pernicies.

Varus Quintilius Cæſaris propinquus & diues.

Sed vt ſtudia procerum, & largitio principis aduerſum caſum ſolatium tulerant, ita accuſatorum maior in dies & infeſtior vis ſine leuamento graſſabatur. corripueratque Varum Quintilium diuitem, & Cæſari propinquum Domitius Afer Claudiæ Pulchræ matris eius condemnator, nullo mirante quod diu egens, & parto nuper præmio male vſus, plura ad flagitia accingeretur. P. Dolabellam ſocium delationis extitiſſe miraculo erat; quia claris maioribus, & Varo connexus, ſuam ipſe nobilitatem, ſuum ſanguinem perditum ibat. Reſtitit tamen ſenatus, & opperiendum imperatorem cenſuit. Quod vnum vrgentium malorum ſuffugium in tempus erat. At Cæſar dedicatis per Campaniam templis, quanquam edicto monuiſſet, ne quis quietem eius irrumperet, concurſuſque oppidanorum, diſpoſito milite, prohiberentur, [1] peroſus tamen municipia, & colonias, omniaque in continenti ſita, [2] Capreas ſe in inſulam abdidit, trium millium freto ab extremis [3] Surrentini promontorij [4] diiunctam. [5] Solitudinem eius placuiſſe maxime crediderim, quoniam importuoſum circa mare, [6] & vix modicis nauigiis pauca ſubſidia. Neque adpulerit quiſquam niſi gnaro cuſtode. Cœli temperies hieme mitis, obiectu montis, quo ſæua ventorum arcentur. [7] Æſtas in Fauonium obuerſa, & aperto circum

Cæſar vetat inquietari ſe.

Et in Capreis ſe recondit.

pelago

pelago peramœna. Proſpectabatque pulcherrimum ſinum, antequam [8] Veſuuius mons ardeſcens faciem loci verteret. Græcos ea tenuiſſe, Capreaſque Thelebois habitatas fama tradit.

Interpretatus Tacitus & correctus.

1 PEROSVS TAMEN.] Non *peroſus*, ſed *peruaſus tamen municipia*. Sic enim lego; vt licet irrumpi quietem ſuam prohibuerit, & diſpoſito milite, concurſum vitauerit; tamen municipia permeans, ad Capreas ſe receperit.

Capreæ.

2 CAPREAS.] De Capreis Papinius in Protrept.

Prima ſalutauit Capreas, & margine dextro
Sparſit Tyrrhenæ Mareotica vina Mineruæ.

Mareotica vina.

Iuuenalis Satyr. 10.

Rupes Caprearum.

Principis anguſta Caprearum in rupe ſedentis
Cum grege Chaldæo.

Cur anguſta rupes Caprearũ.

Auguſta dicta, quod ibi Tiberius Auguſtus otium ageret. Sed quid ſi legatur, *anguſta rupe*, per iniuriam? quod ſtricta & anguſta eſſet, & indigna principe? Sedere autem heic non accipio impudice, quanquam per omnia concaua corporis & dabat & recipiebat libidinem Tiberius: ſed de conſultationibus cum Thraſyllo alijſque mathematicis habitis, quas noſter infra proſequitur. Quod ſcribo contra mentem veteris interpretis, quem mendoſum in hac parte corrigo. *Capreis*, inquit, *inſula in Campania*. Virgilius.

Interpretatus Iuuenalis.

-- Teleboum Capreis dum regna teneret.

Et addit. *Significat ducem turpiter vixiſſe Capreis Tiberium, qui Seianum velut tutorem habuiſſet.* Scribe. *Significat diu eum turpiter vixiſſe Capreis Tiberium.* Claudianus de ſede Caprearum & Tiberio, ita ſcribit 2. in Eutrop.

Correctus vetus ſchol. Iuuenalis.

Priſca recenſitis euoluite ſæcula faſtis,
Quid ſenis infandi Capreæ, quid ſcena Neronis
Tale ferunt?

Plinius ait, *Tiberij principis arce nobiles fuiſſe Capreas*, lib. 3. cap. 6. ſed eius libidinibus plus abominabiles quam nobiles. *In ijs autem quondam habitarunt Sirenes*, vt ait Seruius, *quarum vna cantu, altera tibijs, tertia lyra ad naufragium certum nauigantes alliceret.* Sed volatiles illæ meretrices Tiberio ſtatario ſeni minus nocentes.

Surrentum.

3 SVRRENTINI PROMONTORII.] Seneca 6. natur. quæſt. *Pompeios celebrem Campaniæ vrbem, in qua ab altera parte Surrentinum, Sabianumque litus; ab altera Herculanenſe conueniunt, mareque ex aperto conductum amœno ſitu cingit.* Plinius lib. 3. cap. 5. Surrentum cum promontorio Mineruæ, Sirenum quondam ſede. Inde Surrentina vina. Nam in *illo Campaniæ ſinu*, ait Plinius idem, *incipiunt vitiferi colles, & temulentia nobili ſucco per omnes terras inclito*: atque vt veteres dixere, *ſummum Liberi patris cum Cerere certamen.*

Vbi certamẽ Liberi patris cum Cerere.

4 DIIVNCTAM.] Lego, *diſiunctam.*

5 SOLITVDINEM.] Ita lege: *ſolitudinem eius placuiſſe ei maxime crediderim.*

6 ET VIX MODICIS.] Lege: *Et vix in modicis nauigijs parta ſubſidia*; Id eſt, adeo importuoſum eſſe mare, vt etiam minima nauigia ſubſidio eſſe non poſſint.

7 ÆSTAS IN FAVONIVM.] Legendum, *Æſtate*: cum dixerit ſupra, *hieme mitis.*

8 VESVVIVS MONS.] Qui *Veſeuus* interdum, & interdum *Veſuuius*, & *Veſeuius* apud authores. De quo Martialis libr. 4. epigr. 44. Et Silius ita libro 12.

Veſuuius mons.
Veſeuus dictus.

Monſtrantur Veſeua iuga, atque in vertice ſummo
Depaſti flammis ſcopuli, fractuſque ruina
Mons circum: atque Ætnæ fatis certantia ſaxa.

Legi poteſt, *Saxis certantia ſaxa*; quod eſſent immenſæ altitudinis: niſi legas *fatis*, quod eadem fata haberent cum Ætnæ monte, vt ſcilicet ſaxa ignea volueret Veſuuius, & ignium globos. Virgilius Ætnæ flammas ita deſcribit Veſuuianis germanas.

Silij correctio per coniecturã. Interpretatus.

—— Horrificis iuxta tonat Ætna ruinis:
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo & candente fauilla,
Attollitque globos flammarum & ſidera lambit:
Interdum ſcopulos auulſaque viſcera montis
Erigit eructans, liquefactaque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæſtuat imo.

Et hæ flammæ inter prodigia. Idem 1. Georg.

-- Quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam?
Flammarumque globos, liquefactaque voluere ſaxa?

Plinius ſcripſit ad authorem noſtrum Veſuuij flammas, quem hodie *Vulcani ollam* nuncupant, inquit Glaber Rodolphus, & de quo Papinius ad Claud. vxor.

Veſuuius Vulcani olla.

Non adeo Veſuuus apex, & flammea diri
Montis hiems, trepidas exhauſit ciuibus vrbes.

Deſcriptum Veſuuium habes apud Strabonem lib. 5. magnum authorem hercle & ſapientem virum. Mons flammarum eructatione notabilis & deteſtabilis, qui Plinium ſui ſæculi decus abſorbuit.

Principum mutatæ actiones & mutata conſilia.

Modo dediti ad curas publicas.

Modo ad otium malum & occultos luxus.

Sed tum Tiberius [1] duodecim villarum nominibus, & molibus inſederat, quanto intentus olim publicas ad curas, tanto occultior in luxus, & malum otium reſolutus. Manebat quippe ſuſpicionum, & credendi temeritas, quam Seianus augere etiam in vrbe ſuetus, acrius turbabat, non iam occultis aduerſum Agrippinam, & Neronem inſidijs. queis additus miles nuntios, introitus, aperta, ſecreta velut in annales referebat, vltroque * ſtruebantur qui monerent, perfugere ad Germaniæ exercitus, vel celeberrimo * fori effigiem Di-

* inſtruebantur
* fori loco

ui Auguſti amplecti, populumque ac Senatum auxilio vocare. Eaque ſpreta ab illis, velut pararent, obiiciebantur.

Duo oppidula Capreis ſub Auguſto.

Vnum ſub Domitiano vel Traiano.

1 Dvodecim villarvm nominibvs.] Strabo lib. 5. ait Capreatum duo antiquitus fuiſſe oppidula; nunc vero vnum, quod Neapolitani occupauere. Addit Auguſtum magnificentiſſimis ibi ſtructis ædificijs peculiare ſibi feciſſe receptaculum. Quod de Tiberio Auguſto interpretor, non de Auguſto anteceſſore. Tamen Tacitus duodecim villas addidiſſe ſcribit: nec id extra magnificentiam Auguſtorum. Sed quid ſcribunt de duodecim villarum nominibus? Nugæ ſunt hæc nomina: lege, *duodecim villarum nemoribus & mollioribus inſederat*, non molibus. Nam mollia nemora dixit pro tranquillioribus & dulcioribus & placidioribus. Vt Poeta dixit, *molles* ſomnos.

- molleſque ſub arbore ſomni.

3. Georg. Mollia vina pro non aſperis ſed dulcioribus. Et author dixit de Capreis, *cœli temperies hieme mitis*.

Iunio Sillano, & Silio Nerua Coss. fœdum anni principium inceſſit, tracto in carcerē inluſtri equite Romano [1] Titio Sabino ob amicitiam Germanici. Neque enim omiſerat coniugem, liberoſque eius percolere, ſectator domi, comes in publico, poſt tot clientes vnus, eoque apud bonos laudatus, & grauis iniquis. Hunc Latinius [2] Latiaris, [3] Porcius * Cato, [4] Petitius Rufus, [5] M. Opſius prætura functi adgrediuntur, cupidine conſulatus, ad quem nonniſi per Seianum aditus. Neque Seiani voluntas niſi ſcelere quærebatur. Compoſitum inter ipſos, vt Latiaris, qui modico vſu Sabinum contingebat, [6] strueret dolum, cæteri teſtes adeſſent: deinde accuſationem inciperent. Igitur Latiaris iacere fortuitos primum ſermones: mox laudare conſtantiam, quod non vt cæteri, florentis domus amicus, adflictam deſeruiſſet: ſimul honora de Germanico, Agrippinam miſerans diſſerebat. Et poſtquam Sabinus (vt ſunt molles in calamitate mortalium animi) effudit lacrymas, iunxit queſtus, audentius iam onerat Seianum, ſæuitiam, ſuperbiam, ſpes eius: [7] ne in Tiberium quidem conuicio abſtinet. Ijque ſermones, tanquam vetita miſcuiſſent, ſpeciem arctæ amicitiæ [8] facere. Ac iam vltro Sabinus quærere Latiarem, ventitare domum, dolores ſuos quaſi ad fidiſſimum deferre. [9] Conſultant quos memoraui, quonam modo ea plurium auditu acciperentur. Nam loco, in quem coibatur, ſeruanda ſolitudinis facies, & ſi pone fores adſiſterent, metus viſus, ſonitus, aut forte ortæ ſuſpicionis erat. Tectum inter & laquearia tres ſenatores, haud minus turpi latebra, quam deteſtanda fraude ſeſe abſtrudunt, foraminibus & rimis aurem admouent.

In principem Sabini amicitia vt ſcelus punita.

* Latro.

Sed laudata a probis, quāuis grauis iniquis.

Seiani volūtas non niſi ſcelere colebatur.

Inſignis Latiaris perfidia.

Vetita vbi dicta, faciunt amicitias.

Turpis latebra Senatore indigna.

Titius Sabinus eques. Germanici amicus. Indicta cauſa raptus & necatus.

Gemoniarum deſcriptio.

1 Titio Sabino.] Quem indicta cauſa in carcerem coniectum & necatum, narrat Dio lib. 58. ſcribitque multa de eius cane, qui cadaueri abiecto adſtitit. Plinius aliter paulo narrat, & fuſius lib. 8. cap. 4. vocatque Conſules Appium Iunium, & P. Silium. Solebant autem extincta corpora, in Gemonias trahi, nuda publicari, & putiſcentia in Tiberim proijci. Pedo Albinouanus.

Spiritus ille minax, & Druſi morte ſuperbus,
Carnifici in mæſto corpore dandus erit:
Conſiſtam; lætiſque oculis, lætuſque videbo
Strata per obſcœnas corpora nuda vias.

En Gemoniarum ſolennia. Quæ a gemendo dictæ, ni fallor, vt ſcripſi. Gemoniarum autem locus in Auentino prope ædem Iunonis Reginæ: a quibus deturbabantur præcipites damnati. Valer. lib. 6. cap. 3. *Corpus*, inquit, *contumelia carceris & deteſtanda Gemoniarum ſcala fœdauit*. Scalas vocat quas alij gradus, vt Tacitus noſter heic, & Plinius 8. cap. 40. Sed de his dixi iam.

2 Latiaris.] Quadruplator.

3 Portivs Cato.] Non ita, vt opinor: nam his temporibus Portios Catones non memini: ſed vnum tantum aut duos, ſi tamen Catones. Vnus ille Iſteius Cato noſter in hiſtorijs: nec tamen ex Portia familia, niſi me fallit meus genius. Nam vt nomen iſtud ſtetit ſtante Rep. ſic ea vaneſcente, euanuit.

Portius Latro.

euanuit. Sed eſt Portius Latro, vt conijcio, de quo Seneca pater tam multa, & apud Horatium.

Nomentanus erat ſuper ipſum, Portius infra.

Tamen verbum *Cato*, cognomen Portiæ eſt familiæ, & cognomen inſigne. Nam vnus Cato virtute omnem nobilitatem Romanam ſuperauit. De quo Lucillius.

-- vetus ille Cato dignum quemcumque laceſſim
Appellare quod ipſe ſibi non conſcius eſſet.

Tamen lego ſub Auguſtis in veteri inſcriptione. M. PORTIO. CATONI. XV. VIR. S.F. LEG. AVGG. PR. PR. Id eſt *Auguſtorum.* Prætor autem fuit ille Latro, vti Brutidius Ædilis, coætaneus Latronis, & inſignis declamator. Etiam poſtea Prætor. Seneca filius, quem ab exilio redeuntem Agrippina Prætura ornauit: & licet Seneca Prætorem non nominet Latronem; quin tamen poſtea extiterit, nihil officit. Plinius vocat Portium Latronem, clariſſimum inter magiſtros dicendi, traditque eius adſectatores cumino vſos, quo ſibi pallorem exemplo magiſtri conciliarent. libr. 20. cap. 14. Sic Horat. epiſtol. 3. lib. 1.

Seneca prætor.

Qui clariſſimus inter magiſtros dicendi.

Eius diſcipuli cuminum edebant.

Vt fierent pallidi.

Nam Latro pallidus.

—— Quod ſi
Pallerem, caſu, biberent exangue cuminum.

Et Perſius de illo pallore Sat. 1.

En pallor, ſeniumque, o mores.

Sic ille Caſſius Parmenſis, vbi de Orpheo ſtudioſo Muſarum.

—— Muſæ pallebat amore.

Quod ſtudioſorum proprium eſt, & a Pallade omnes Palladij & litterarum ſectatores pallidi ſunt.

Diſcipuli muſarum pallidi. Vt Caſſius Parmenſis.

4 PETITIVS RVFVS.] Quid ſi, *Petilius Rufus*? Memini de Petilijs legiſſe me vnum qui Tribunus fuit plebis Ciceronis tempore; & alterum de quo in orat. pro Milone: immo & plurimos in Liuio Conſules & Tribunos pleb. inter quos duo Petilij tribuni pleb. Africani Scipionis hoſtes. Petitium ergo Rufum non agnoſco. Fuit Titius Rufus, quem Caligula morti addixit, quod dixiſſet Senatum aliter loqui, aliter ſentire. Dio libr. 59. Conuenit æuum, conuenit nomen huic noſtro. Quid ſi *Publ. Titius Rufus* dictus eſt? nam plura prænomina tulere Romani.

Petilius Rufus.

5 M. OPSIVS.] Oppios legi: Opſios non legi. & fit mentio Oppij hominis Cæſari valde familiaris, 6. famil. & Oppij Galli apud Valer. de rar. teſtament. & apud Plinium L. Oppius, lib. 14. cap. 4. Et C. Oppius, Sueton. in Iul. cap. 53. Is eſt de quo in familiar. Cicero.

Oppij gens Romana.

6 STRVERET DOLVM.] D. Auguſtinus, Pſalmo 119. *Nulla grauior tentatio quam in doloſum hominem incidere: Is enim eſt vel quauis fera truculentior. Ea enim id quod eſt, & eſſe cernitur. Hic autem obtento velo probitatis, & manſuetudinis, ſæpe virus occultat, vt nec facile poſſint deprehendi inſidiæ.*

Dolus in authorem.

Doloſo viro nil crudelius.

7 NE IN TIBERIVM.] Lege, *nec in Tiberium.* nam e pro c & c.

8 FACERE.] Quid ſi *fecere*? Aptius.

9 CONSVLTANT.] Lego, *Conſultant ij quos memoraui.* nam verbum *ij* in fine verbi *conſultant.* Ij autem ſunt Portius Latro, Petilius Rufus, M. Opſius: ſi vera ſunt eorum nomina.

Tacitus correctus.

Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum & in cubiculum trahit. Præteritaque & inſtantia, quorum adfatim copia, ac nouos terrores cumulat: Eadem ille, & diutius, quando mœſta, vbi ſemel prorupere difficilius reticentur. Properata inde accuſatio; miſſiſque ad Cæſarem litteris, ordinem fraudis, ſuumque ipſi dedecus narrauere. Non alias magis anxia[1] & pauens ciuitas, etiam aduerſum proximos. Congreſſus, colloquia, notæ ignotæque aures vitari; etiam muta atque inanima, tectum, & parietes circunſpectabantur. Sed Cæſar ſolennia incipientis anni[2] Kal. Ianuarias[3] epiſtola precatus vertit in Sabinum, corruptos quoſdam libertorum, &[4] petitum ſe arguens, vltionemque haud obſcure poſcebat. Nec mora, quin decerneretur; & trahebatur damnatus, quantum[5] obducta veſte, & adſtrictis faucibus niti poterat, clamitans, *Sic inchoari annum, has*[6] *Seiano victimas cadere.*[7] *Quo intendiſſet oculos, quo verba acciderent, fuga, vaſtitas, deſeri itinera, fora: & quidam regrediebantur, oſtentabantque ſe rurſum, id ipſum pauentes quod timuiſſent. Quem enim diem vacuum pœna,*[8] *vbi inter ſacra & vota, quo tempore*[9] *verbis etiam profanis abſtineri*[10] *mos eſſet, vincla & laqueus inducantur?*[11] *Non imprudentem Tiberium tantam inuidiam adiſſe: quæſitum meditatumque, ne quid impedire credatur, quo minus noui magiſtratus, quo modo delubra & altaria, ſic carcerem recludant.* Secutæ inſuper litteræ, grates agentis, quod hominem in-

Mœſta difficiliùs reticentur.

ſenſum Reipub. puniuiſſent, adiecto, trepidam ſibi vitam, ſuſpe-ctas inimicorum inſidias, nullo nominatim compellato. Neque ta-men dubitabatur in Neronem & Agrippinam intendi.

Tacitus corre-ctus.

1 Et pavens civitas etiam adversvm proximos.] Procul dubio miſere fœdatus, & deturpatus locus. In manuſcriptis aiunt ſcriptum fuiſſe, *egens ciuitas aduerſum proximos.* Ego lego, *Et pauore ſe tegens ciuitas etiam aduerſum proximos.* Nam *s* vltima verbi *ciuitas*, repetenda in verbo *ſe*, & illud *e* pro *t* & *e*. Lipſius huic correctioni locum & initium dedit mihi. Cæterum hiſtoriæ congruit hæc correctio. Nam tantus in ciuitate timor erat, vt etiam proximos vitarent, aut ſe tegerent ab eis. Et ſe explicat Tacitus lib. 6.

Et interpreta-tus.

Neque, inquit, *propinquis, aut amicis adſiſtere, aut illachrymari, ac ne viſere quidem diutius dabatur, ſed circumiecti cuſtodes, & in mærorem cuiuſque intenti corpora putrefacta aſſectabantur, dum in Tiberim traherentur, vbi fluitantia ripis adpulſa non cremare quiſquam, non contingere audebat. interciderat ſortis humanæ commercium, vi, metu: quantumque ſæuitia gliſceret, tantum miſericordia arcebatur.* Sed noto hominum mores mutare imperia, quorumdam non mutare. Nam Tiberius ante principatum bonus dictus. Ita enim de illo Horatius.

Flore bono claroque fidelis amice Neroni.

Hic vero & poſt imperium tyrannide horrendus. Nero principio imperij omnes principes moderatione eſt ſupergreſſus: fine imperij omnes crudelitate. Idem dicas de alijs multis. Agathocles autem ſuam mentem ſemper retinuit, apud Græcos, vt apud Latinos D. Pius, M. Philoſophus, & alij quorum non longa ſeries.

Sæuitia ſub Tiberio & ſuſpiciones.

2 Kalend. Ianvarias.] Kalendæ omnes apud Romanos feſtæ. Quod non ab illis, ſed a Iudæis introductum ex lege Dei. nam 1. Reg. cap. 20. *Venerunt Calendæ, & ſedit Rex ad comedendũ panem.* Sacrificabant enim & conuiuabantur Sabbathis, & Calendis, & cæteris ſolennitatibus holocauſtum offerebant mane & veſpere. Quod fluxit ad Chriſtianos. Nam Concilio Nanetenſi can. 13. *Quando preſbyteri per Calendas ſimul conueniunt, poſt peractum diuinum myſterium ad neceſſariam collationem, non quaſi ad plenam refectionem; ſed quaſi ad prandium: ibi ad tabulas reſideant.* At inter omnes Calẽdas, Calendæ Ianuariæ fuere celebres, & per totum Romanum orbem. vt innuit Libanius in ἐκφράσει Καλανδῶν. Columella vocat Ianuarium *principem menſem Romani anni*, libr. 11. cap. 2. Prudentius contra Symmach.

Feſta Calend. a Iudæis.
Suppilauit paganitas.
Sacrificia & conuiuia Calendis.
Mane & veſpere.
Fluxit ad Chriſtianos.
Collatio Chriſtianorum ſacerdotum Calendis.
Celebres Calendæ Iani.

—— Iano etiam celebri de menſe litatur
Auſpicijs epuliſque ſacris, quas inueterato
Heu miſeri ſub honore agitant, & gaudia ducunt
Feſta Calendarum: ſic obſeruatio creuit
Ex atauis quondam male cœpta; deinde ſequutis
Tradita temporibus, ſeriſque nepotibus aucta.

Fuere autem deſideratæ ſolennes illæ Calendæ quatuor de cauſis. Quia annum aperirent, quia opera omnia inchoarent, quia Iano illas Calendas dicarent, & quia duo templa Æſculapij & Iouis in inſula Tiberina dedicarent. Quod eſſent deſideratæ, Libanius ſcribit; nec minus quam terra a nauigantibus. Quod vero annum aperirent, Auſon. de menſibus.

Cur celebres.
Quod annum aperirent.

Primus Romanas ordiris Iane Calendas.

Et Arnobius contra Gentes libr. 4. *Incipiamus ergo ſolenniter ab Iano & nos patre.* Alludit enim ad aperturam anni. D. Hieronym. in Ezech. *Iuxta 70. Interpretes decimus menſis qui Hebraice appellatur* טבת *& apud Ægyptios* τυβί, *apud Romanos Ianuarius dicitur, eo quod apud illos anni ſit Ianua; omni calore ſublato, hiberni frigoris obtinet principatum.* Quod opera omnia inchoarent. Seneca epiſtol. 83. *Ille tantus pſychrolutes, qui Calendis Ianuarijs in Euripum ſaltabam, qui anno nouo quemadmodum ſcribere, legere, dicere* (forte *diſcere*) *aliquid, ſic auſpicabar in virginem inſilire.* Et virginem fontem interpretor, quia Virgo fons Romæ. Et quia fontes omnes pro virginibus habuit Pagana antiquitas; vt dicam alibi. Et forte ille Euripus erat fons, qui virgo appellabatur, non longe a Roma: immo Romam inductus per aquæductus Agrippæ. Plinius lib. 37. cap. 15. Quod vero die Calendarum menſis Ianuarij opera omnia inchoarent, tradit Ouidius 1. Faſtor.

Quod opera inchoarent.
Interpretatus Seneca.

Tempora commiſi naſcentia rebus agendis,
Totus ab auſpicijs ne foret annus iners.
Quiſque ſuas artes ob idem delibat agendo,
Nec plus quam ſolitum teſtificatur opus.

Quod autem ille dies Iano dicatus, vide Macrob. Saturnal. 1. cap. 13. & Ouid. 1. Faſt.

Quod Iano dicatus dies Calend. Ianuar.

Iane tibi primum thura merumque fero.

Et eleg. 4. libr. 1. de Ponto.

Ergo vbi Iane biceps longum reſeraueris annum,
Pulſus & a ſacro menſe December erit.

Sic Poeta Septimius Afer.

Iane pater, Iane tuens, diue biceps, biformis;
O chare rerum ſator, o principium Deorum,
*Stridula cui limina, cui cardines * tumultus,*
Cui reſerata mugiant aurea clauſtra mundi.

* Lego, *tumultuant.*

Quod autem duo templa dedicarent, idem Ouid. eodem.

Quod duo templa dedicaſſent.

Sacrauere patres hac duo templa die.

Illa die tota ciuitas læto cultu, populuſque in toga candida. Nam Libanius narrat, hunc togam eluere, illum ſumere mutuam, vt ſcilicet ſint omnes albati. Loquitur enim de plebe. Horat. Sat. 11. lib. 2.

Tota ciuitas illo dies læto cultu.

Ille repotia, natales, alioſve dierum
Feſtos, albatus celebret.

Ouid. 1. Faſtor. eleg. 2.

Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.

Id eſt quia dies alba, ideo albatus populus. Claud. 6. Conſ. Honor.

Indigenas habitus natiua palatia ſumunt.

Et non modo albatus populus, ſed & coronatus omnibus diebus ſolemnibus. Tertullianus de corona. *Coronatur & vulgus nunc ex principalium proprietatum exultatione, nunc ex municipalium ſolemnitatum proprietate, & ex*

Coronati hac die.

omnis

omnis publicæ lætitiæ luxuria captatrix. Lego: *& ex omnibus publicæ lætitiæ luxuria captatrix.* Quidã tamen illa die in triumphali veſte. Dio l.54. *Datum eſt M. Vinitio, qui triumphum reſpuerat, vt Calendis Ianuarijs triumphali veſte vteretur.* Ita ornatus Capitolium ſcandebat, & conſules nouos, huc pergentes comitabatur. Ouidius.

Quidam in triumphali veſte. *Capitolij ingreſſus.* *Populus Conſules ſectatur.*

Cernere iam video rumpi penetralia turba,
Et populum lædi deficiente loco.

Conſules in purpura & cum faſcibus.

Conſules autem erant in purpura cum faſcibus. Nam idem Poeta.

Iamque noui præeunt faſces, noua purpura fulget,
Et noua conſpicuum pondera ſentit ebur.

Libanius ait magnam partem ciuium in purpura fuiſſe, putoque tunc, purpuram frequentiorem, quam Augusti & Tiberij temporibus. Et Papinius 16. Conſ. Domitiani.

Purpureique patres; lucemque a Conſule ducit
Omnis honos.

Tibullus ad Meſſalam lib. 4.

Nam modo fulgentem Tyrio ſubtegmine veſtem
Indueras oriente die duce fertilis anni.

Faſces & ſigna laureata recenter.

Et faſces cum noua lauro, vti etiam ſigna. De ſignis autem idem.

Atque ſuas ad ſigna iubet reuireſcere lauros.

De faſcibus Martialis lib.10. epigr. 10.

Cum tu laurigeris annum qui faſcibus intres
Mane ſalutator limina mille teras.

Odoratii ignes.

Odores etiam multi. Ouid. 1. Faſt.

Cernis odoratis vt luceat ignibus æther,
Et ſonet accenſis ſpica Cilisſa focis?

In foro. *Lucernæ.*

Ignis in foro. D. Chryſoſtomus in oratione de Calend. Ianuar. *Tota vrbs laureata & lucernata.* D. Ambroſius Serm. 90. *Coronatur ciuitas tota, fit lætitia militantibus atque priuatis.* Et de *lucernis* Tertullian. de Idol. *Lucerna pro floribus, & laurus in poſtibus.* Idem Tertullian. ad vxor. libr. 2. *Moratur Dei ancilla cum laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus dæmonum, omnibus ſolennibus regum, incipiente anno, incipiente menſe, nidore thuris agitabitur? & procedet de ianua laureata & lucernata, vt de nouo conſiſtorio libidinum publicarum?* In Capitolio boues immolabant iniuges. Ouidius eodem.

Immolatio boum. *Iniugum.* *Et Faliſcorum.*

Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci,
Quos aluit campis herba Faliſca ſuis.

Et ad Sextum Pompeium l.4. de Põto eleg. 4.

Colla boues niueos certæ præbere ſecuri,
Quos aluit campis herba Faliſca ſuis.

Lucillius.

Cretatumque bouem duci ad Capitolia magna
Vidimus, euinctum tomicæ canabina.

Pro niueis *cretatos* dicit ob candorem cretæ. Vota Conſulum, exceptionem Senatus, gratias actas Cæſari, & reditionem in domum idem perſequitur his verſibus.

Vota Conſulũ. *Excepta a Senatu.* *Reditio in domum.*

Cumque Deos omnes, tum quos impenſius æquos
Eſſe tibi cupias, cum Ioue Cæſar erit:
Curia te excipiet, patreſque ex more vocati
Intendent aures ad tua verba ſuas.
Hos vbi facundo tua vox hilarauerit ore,
Vtque ſolet tulerit proſpera verba dies:
Egeris & meritas ſuperis cum Cæſare grates,
Qui cauſam, facias cur ita ſæpe, dabit:
Inde domum repetes toto comitante Senatu,
Officium populi vix capiente domo.

Tibullus etiam ad Meſſalam lib. 4. de votis Calend. Ianuar. loquitur hoc verſu.

Cum largita tuis ſint multa ſilentia votis.

Et Suetonius in Tib. cap. 54. *Vt comperit ineunte anno, pro eorum ſalute vota ſuſcepta.* Loquitur de filijs Germanici. Sed Cæſar in curuli ſella reſidens, ſtrenas recipiebat, pro æde Iouis Capitolini. Quod fiebat ex more Regum gentium, vt Perſarum, & hodie ea in Aſia maiori, & apud Chinenſes conſuetudo: quod apud Iudæos etiam inualuit, ſtatim vbi Regia poteſtas introducta. Nam 1. Reg. cap. 16. *Tulit Iſai aſinum plenum panibus, & lagenam vini, & hædum de capris vnum, & miſit per manum Dauid filij ſui Sauli.* Idem de Abigaile 2. Reg. Suetonius cap. 57. in Aug. *Die Calendarum Ianuar. pro æde Capitolini Iouis, cum paululum curuli ſella præſediſſet, honore abijt, ſuffecto alio in locum ſuum.* Et etiam abſenti Strenas in Capitolio iaciebant. Ex quibus Apollinem fecere Sandalarium, & Iouem Tragœdum. *Strenæ* autem *a ſtrenuis viris dictæ*, vt Nonius inquit; licet aliter Feſtus, qui, *ſtrena*, ait, *a Trena, quod bina & terna veniat.* Sueton. in Caligula. *Edixit ſtrenas ineunte anno ſe recepturum, ſtetitque in veſtibulo ædium Calend. Ianuar. ad captandas ſtipes.* Et ante Caligulam, Tiberius cap. 34. *Prohibuit ſtrenarum commercium, ne vltra Calendas Ianuarias exerceretur.* Et de Tiberio Dio lib. 57. *Strenam oblatam Calendis Ianuarijs reſpuit, edictumque propoſuit, in quo non Latina voce vſus.* Sed pergo, & ſcribo, poſteris temporibus, vt ſub Arcadio & Honorio dari imperatoribus aurum obryzum, L. vnica, de oblat. votorum. 12. libr. Cod. Quod explicant imperatores in illa lege, *vna* ſcilicet *libra auri & ſolidis obryzatis quæ offerebatur principi:* Id eſt, in auro probe decocto & perpurgato in igne: vt eodem colore rubeat, quo ignis. Vt ergo ſtrenas accipiebant imperatores; ita etiam dabant populo. Iuuenalis Satyr. 7.

Vota pro imperatori & ſobole eius. *Strenæ Cæſari data.* *Sedenti in curuli.* *Pro æde Iouis Capitolini.* *Etiam abſenti data.* *Ex ſtrenis Apollo Sandalarius.* *Et Iupiter Tragœdus.* *Vnde ſtrena dicta.* *Strenas reſpuit Tiberius.* *Strenæ datæ populo.*

—& cum ſe verterit annus,
Accipe victori populus quod poſtulat aurum.

Et quinque aureos fuiſſe ait vetus interpr. Iuuenal. viritim. Quos non modo princeps, ſed & ſenatores largiebantur; vt notat Libanius; & tunc princeps ciuem oſculabatur. Cæterum conuiuia publica & priuata hac die exercebantur, & munera mittebant. De conuiuijs extat Papinij Silua de epulo Domitiani quod 16. Conſulatu dedit. Tertullianus de Idol. *Saturnalia & Ianuariæ, & Brumæ, & Matronalia frequentantur, munera commeant, ſtrenæ conſonant, luſus, conuiuia conſtrepunt.* Quod maxime reprehendit D. Chryſoſtomus ſermone ad populum Antiochenum & de Calend. Ianuar. homilia. Et fuit etiam prohibitum apud Chriſtianos, ſed fruſtra, luxuria non cedente. Nam Can. 26. quæſt. 7. *Non obſeruetis*, inquit, *dies qui dicuntur Aegyptiaci,* (id eſt, quibus Ægyptios conſulere de bona malaque fortuna per paganiſmum licebat,) *aut Calendas Ianuarias; in quibus cantilenæ quædam & comiſſationes, & ad inuicem dona donantur; quaſi in principio anni, boni facti augurio, aut aliquos menſes, aut tempora, aut dies, &*

Quinque aurei viritim. *Conuiuium Calendis Ianuarij.* *D. Chryſoſtomus Ianuar. Calendas culpat.* *Damnatæ a Chriſtianis Calendæ Ianuar.*

Et aliæ feſtiuitates.

annos, aut Lunæ Soliſque curſum (*proſperent* forte addendum,) *quia qui hæc, & quaſcumque diuinationes, aut fata & auguria obſeruat, aut attendit, aut conſentit obſeruantibus inutiliter & ſine cauſa, magis ad ſui damnationem, quam ad ſalutem tendit.* Et in Can. Si quis. eodem. *Si quis Calendas Ianuarias & Brumam, more paganorum colere, vel aliquid plus noui facere propter nouum annum, aut menſas cum dapibus, vel epulis in domibus præparare, & per vicos & plateas cantationes & choros ducere præſumpſerit; quæ magna iniquitas eſt coram Deo, anathema ſit.* Quod ideo adſcripſi, quia Canon contineat omnes paganorum huius diei ſolennitates, quas noſtri Chriſtiani damnarunt, vt D. Ambroſ. Sermon. 2. de Calend. Ianuar. D. Maximus Taurinenſis, & inter Græcos D. Chryſoſtomus homil. etiam de Calend. Illa autem dona erant mella, caricæ, caryotides, & dulcia omnia, etiam ſtips. Ouidius 1. Faſtor.

Dona Calendarum.

Quid vult palma ſibi, rugoſaque carica? (dixi)
Et data ſub niueo condita mella cado?
Omen, ait, cauſa eſt vt res ſapor ille ſequatur,
Et peragat cœptum dulcis vt annus iter.
Dulcia cur dentur video, ſtipis adijce cauſam,
Pars mihi de feſto ne labet vlla tuo.
Riſit, &, o quam te fallunt tua ſæcula, dixit,
Qui ſtipe mel ſumpta dulcius eſſe putas?
Vix ego Saturno quanquam regnante videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.

Prætoreis in Megalenſi purpura.
Populare ſacrum illa die.

Prætor illo die in Megalenſi purpura, cuius ſumptibus fiebat populare ſacrum; id eſt, vt interpretor, ſacrum pro omnium ſalute ciuium. Martialis lib. 10. epigr. 41.

Menſe nouo Iani veterem Proculeia maritum
Deſeris, atque iubes res ſibi habere ſuas.
Conſtatura fuit Megalenſis purpura centum
Millibus, vt nimium munera parca dares,
Et populare ſacrum bis millia dena tuliſſet;
Diſsidium non eſt hoc Proculeia: lucrum eſt.

Semper læta Calendæ Ianuar.

Cæterum ſemper a Poetis ille nouus annus lætus habitus eſt, vt apud Statium.

Læta bis octonis accedit purpura faſtis
Cæſaris, inſignemque aperit Germanicus annum,
Atque oritur cum ſole nouo, cum grandibus aſtris,
Clarius ipſe nitens.

Et Claudianus 3. de Conſul. Honor.

Tertia Romulei ſumant exordia faſces;
Terque tuas ducas bellatrix Roma Curules;
Feſtior annus eat, cinctuſque imitata Gabinos
Diues Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis.

Non omitto quod iurabant in acta; nec modo probabant quæ acta erant, ſed quæ acturi eſſent imperatores. Dio libro 57. *Initio tamen id ſibi fieri non permiſit Tiberius, quamuis in Auguſti acta iurauerit & ſacramento reliquos adegerit*: ſed ſatis erat quod Auguſti acta probabant eius adoptionem ab Auguſto factam, & conſequenter imperium. Sed reſto heic, ne dicas, Quid mihi cum longis tibijs?

3 Epistola precatvs.] Non precatur Cæſar, ſed imperat. Et quid hoc, *Precatus epiſtola Cæſar ſolemnia incipientis anni, Kal. ſcilicet Ianuarias*? Et quid precabatur? Lego, *auſpicatus*: quippe magnis auſpicijs annum incipiebant Romani. id eſt, Kal. Ian. Claudianus de 4. Conſul. Honor. Et Suetonius in Nerone. *Auſpicanti Calendis Ianuarijs, annulum Sporus muneri obtulit.* Meam ſarturam firmat Tacitus, ſtatim qui adijcit: *Sic inchoari annum? has Seiano victimas cadere?* Nam magna cura annum inchoabant: quod oſtendi ſupra.

Tacitus correctus.
Auſpicia Calendis Ianuar.

4 Petitvm.] Perite qui *petitum* repoſuit pro *peritum*: & monueram prius.

5 Obdvcta veste et adstrictis favcibvs.] Ne videretur, neue audiretur clamans. In Ammiano ſimile facinus, vbi de Clematio. *Formula miſſa lethali odio, crimine nullo, vt contectus idem Clematius, nec hiſcere, nec loqui permiſſus occideretur.* principio lib. 14. In veteri declamat. *Non oculis iudicaſſetis; nec continuo ſtrictis faucibus rapiendus ad ſupplicium veneficus videretur, qui nunc etiam ſpolia occiſi hominis tenet.* Dixi de iſto modo lib. 2. in verbis, *vinctum clauſo ore*. Sed addo de obductione, quod Cicero pro Rabirio: *Carnifex ferox, & obductio capitis, & nomen ipſum crucis abſit, non modo a corpore ciuium Romanorum, ſed etiam a cogitatione, oculis, auribus.* In XII. tab. *I lictor, manum* EMDO (id eſt in eum) *iacito, caput obnubito; infælici arbori ſuſpendito.* Et hoc eſt quod Chriſto Saluatori crucifigendo & obnubilato ob crucifixionem clamabant Iudæi. *Propheti ſa nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſsit?*

Obductio oris.
Res exoſa Rom.
Cur Chriſtus Saluator obnubilatus linteo.

6 Seiano victimas cadere.] Dixi ſupra, Calend. Ianuarijs fieri ſacrificia in Capitolio, & multas victimas immolari: bonaque nomina etiam inſpici eorum, qui victimas deducerent. quod etiam faciebant tum cum annus menſe Martio inciperet. Plutarch. in Quæſt Rom. quæſt. 30. & 31. De victima, Tert. in Corona. *Ecce annua votorum nuncupatio, quid videtur? prima in principijs; ſecunda in Capitolijs. Accipe poſt loca & verba; hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis, vouemus eſſe futurum.* Alludit ergo ad ſacrificia quæ fiebant Kalendis Ianuarijs, quibus quemadmodum Ioui victimas, ita Seiano barbaro Ioui homines immolarent. Quod nefas: nam puritas in ſacris. Ideoque a ſanguine humano oportuit manus habere puras: ſanguis enim fuſus inquinat & polluit. Virgilius 3. Æneid.

Calend. Ianuar. victimæ.
Bona nomina in victimis deducendis.

— atro liquuntur ſanguine guttæ,
Et terram tabo maculant.

Mox addit.

Parce pias ſcelerare manus.

De votis; non concipiebantur, niſi manibus ablutis & corporum purificatione.

Ora manuſque tua lauimus Feronia lympha.

ait Satyra 5. lib. 1. poeta Venuſinus. Et Mantuanus vates.

-- donec me flumine viuo
Abluero.

Itaque iure exprobratur a Sabino quod contra fas patrabatur. Plato in Alcibiade, ait *puritate animorum & precibus placari deos.* Et Liuius libr. 48. *Cum omnis præfatio ſacrorum eos quibus non ſunt puræ manus ſacris arceat, vos penetralia veſtra contaminari cruento latronis corpore ſinetis?* Recte ſane ille.

Ne

Ne credas placare Deum ſi cæde litatur.

Seneca ſcribit nullum eſſe tempus quo nocens perire non debeat. Sed nullum eſt tempus quo innocentia tueri non debeat, præcipue feſtis diebus. Seneca 9. contr. 2.

7 QVO INTENDISSET.] Scribe hæc maioribus litteris, vſque ad verba, *Quem enim*, quæ minoribus ſcribenda litteris. Nam eſt continuatio attonitæ plebis. Et nota verum iſtud Publij Mimi.

Amicos res opimæ parant, aduerſæ probant.

8 VBI INTER SACRA ET VOTA.] Sueton. in Tib. cap. 61. hæc firmat: *Animaduerſum*, inquit, *in quoſdam ineunte anno nouo*, id eſt, *accuſati ſunt damnatique cum liberis, & vxoribus.* At Valentinianus & Theodoſius Imperatores Calendarum Ianuariarum conſuetos dies vacare a iure dicundo, & otio mancipari voluerunt. Sacra autem & vota illa, de quibus heic Tacitus, fiebant pro ſalute principis, nouo ineunte anno. Martialis lib. 8. epigram. 8.

Principium des Iane licet velocibus annis,
Et renoues vultu ſæcula longa tuo:
Te primum pia thura rogent, te voce ſalutent,
Purpura te fœlix, te colat omnis honor.

Male igitur Calendis Ianuar. inter victimarum cruores, funditur humanus ſanguis. Et 1. Reg. cap. 11. ita ſcriptum: *Non occidetur quiſquam in die hac, quia hodie fecit Deus ſalutem in Iſrael.* Plinius libri 8. nat. Hiſtor. cap. 40. vbi de noſtri Sabini nece memoranda tradit. *Super omnia*, inquit, *in noſtro æuo actu Popul. Rom. teſtatum Appio Iunio & Publ. Silio* Coss. *cum animaduerteretur ex cauſa Neronis, Germanici filij, in Tit. Sabinum, & ſeruitia eius: vnius ex his canem nec a carcere abigi potuiſſe, nec a corpore receſſiſſe, abiecto in gradibus Gemonijs, mœſtos edentem vlulatus, magna Pop. Rom. corona circumſtante: ex qua cum quidam ei cibum abiecisſet, ad os defuncti tuliſſe: Innatauit idem cadauere in Tiberim abiecto, ſuſtentare conatus, effuſa multitudine ad ſpectandam animalis fidem.* Ideo M. Tullius 2. de nat. deor. *Canum tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, quid ſignificet aliud niſi hominum cauſa eſſe generatos?* Plinius ibidem ait Hieronis regis canem domini rogo immerſiſſe ſe, & ibi perijſſe. Curtius libr. 9. mira narrat de canibus, quæ videris ſi vacat. Et ſane maieſtatem Dei feræ ſentiunt, quam homines non verentur. Sed addo, Tiberium ſummum Pontificem fuiſſe tunc cum Sabinus necaretur, quem puras humano ſanguine manus, præſertim iſto die habuiſſe decuerit. Nam ita Titus Imperator cap. 9. Sueton. in Tito: *Pontificatum Maximum ideo ſe profeſſus accipere, vt puras ſeruaret manus, fidem præſtitit, nec author poſthac cuiuſquam necis, nec conſcius.* Sed inter Tiberium & Titum magna parietum moles, magna diſcrimina.

9 VERBIS ETIAM PROFANIS.] Id eſt, alienis a ſacrorum myſterio. *Profanum*, ait Macrob. 3. Saturn. cap. 3. *quod extra fanaticam cauſam.* Ouid. 1. Faſtor. *Quid profanum.*

At cur læta tuis dicuntur verba Calendis,
Et damus alternis accipimuſque preces?

Vnde iſtud Orphei.

ἑκὰς ἑκὰς ἐστὲ βέβηλοι.

Et Poeta Latinus reddidit his verbis.

—— *Procul hinc, procul eſte profani.* *Profani ſacris alieni.*

Propertius libro 3.

Sacra facit vates, ſint ora fauentia ſacris.

Et Tibullus eleg. 2. lib. 2.

Dicamus bona verba: venit Natalis ad aras.
Quiſquis ades, lingua vir mulierque faue.

Nec etiam prætor his diebus tria verba profari audebat, *Do, dico, addico.* Quæ ſunt verba licitationum. Sic in L. vlt. de ferijs. *Prætoris horrida vox ſileſcat.*

10 MOS ESSET.] *Mos eſt*, ita lego, *& vincla, & laquens.*

11 NON IMPRVDENTEM.] Siſte hæc omnia: nec repono *prudentem*, quia hæc conſcio Tiberio agi, populus exprobrat, & queritur. Ergo inſipientiam Tiberij non arguit, ſed ſæuitiam. Et ſunt procacia plebis vrbanæ ingenia patienda principibus, de quibus tanto liberius loquuntur, quanto viuunt imprudentius, nec damna bonorum timent: imo nec vitæ quam per miſerias & labores ægram trahunt. Tamen verba vulgi ſpernunt, principum vero ponderant, & in aculeos eorum exurgunt. Dio narrat Gallum hominem cum videret Caligulam obſtipo capite Iouem imitantem tenentemque fulgur, altum riſiſſe. Cumque ab eo quæreret quorſum rideret, quidue ſe videre putaret: Magnas nugas, inquit. quod ei impune fuit, quia extraneus & de fæce vulgi. *Excuſa firmata.*

Ni mihi deſtinatum foret, ſuum quæque in annum referre, auebat animus antire, [1] ſtatimque memorare exitus, quos Latinius atque Opſius, cæterique flagitij eius repertores habuere, non modo poſtquam C. Cæſar rerum potitus eſt, ſed incolumi Tiberio: qui ſcelerum miniſtros vt peruerti ab alijs nolebat, [2] ita plerunque ſatiatus, & oblatis in eandem operam recentibus, veteres & prægraues adflixit. Verum has, atque alias ſontium pœnas in tempore trademus. Tum cenſuit Aſinius Gallus, cuius liberorum Agrippina matertera erat, petendum a principe, vt metus ſuos Senatui fateretur, amouerique ſineret. Nullam æque Tiberius, vt rebatur, ex virtutibus ſuis [3] quam diſſimulationem diligebat. Eo ægrius accepit, recludi quæ premeret. *Princeps in diſſimulationis ſuæ arcem ſtruit. Detectus fuit.*

Lentus in meditando, acerbus in exequendo.

Sed mitigauit Seianus non Galli amore, verum vt cunctationes principis [4] * aperirentur, gnarus lentum in meditando, vbi prorupiſſet, triſtibus dictis atrocia facta coniungere. Per idem tempus Iulia mortem obijt, quam neptem Auguſtus conuictam adulterij damnauerat, proieceratque in inſulam Trimerum, haud procul Apulis littoribus. Illic viginti annis exilium tolerauit, Auguſtæ ope ſuſtentata; quæ florentes priuignos cum per occultum ſubuertiſſet, miſericordiam erga adflictos palam oſtentabat.

* operiretur.

1 MEMORARE EXITVS QVOS LATINIVS. Notum eſt P. Mimi verbum. *Ab alio expectes, alteri quod feceris.* Et veterum Chriſtianorum vetus manet elogium in Alexandro Mammæa apud Lampridium: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Nam Quintilianus ex penu ſapientiæ iſtud edixit: *Colite homines innocentiam, & impunitatem de peccatis ne conceperitis. Licet enim nullius præſentia extiterit, tamen ille fuſus per omnes rerum naturæ partes ſpiritus adfuit: erat erat illic potentior teſtis.*

2 ITA PLERVMQVE.] Sic ſuſtulit Veſcularium Libonis inſidiatorem, ſic Coſconium, ſic Trionem Fulcinium Piſonis accuſatorem. Et noſter, *Lætius acceptum ſua exempla in conſultores recidiſſe*, libr. 6. *idque fato potentiæ raro ſempiternæ. Sed an ſatias capit illos cum omnia tribuerint, aut hos, cum iam nihil reliquum eſt, quod cupiant?* Vere certe, & ex ingenio principum. Quippe *plerumque gratæ principibus vices*, ait poeta. Sed verius quod ex Dei iuſta vltione, quia potentia data in ciuium perniciem abutantur: quam vlciſcitur innocentiæ vindex Deus.

Malum Conſilium in conſultorem.

3 QVAM DISSIMVLATIONEM.] Nam, vt ait Dio libro 57. Tiberius pro certiſſimo habebat, nemini principis animum cognitum eſſe debere, eamque cognitionem maximam eſſe malorum cauſam: contra, diſſimulationem ingentia parere commoda regnantibus. vnde illud Ludouici XI. ad Carolum VIII. filium, *Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare.* Nam ex Latina lingua nihil aliud diſcendum regnantibus dicebat ille rex ingens diſſimulator, & regum aſtutiſſimus.

4 APERIRENTVR.] Legendum puto *operiretur*: & veram lectionem puto. Nam quia Tiberius nullam ex virtutibus ſuis magis probabat quam diſſimulationem; Seianus eius affectibus inſeruiens, etiam operiebat. Sed ἀχάριστος ὄλοιθ᾽, ait Euripides in Medea, ὅτῳ πάρεστι μὴ φίλους τιμᾶν, καθαρὰν ἀνοίξαντα κλῇδα φρενῶν. *Ingratus pereat cui animus fuerit nequaquam amicos colere, aperiens candidam clauem corporis.*

Eodem anno Friſij Tranſrhenanus populus pacem exuere, noſtra magis auaritia quam obſequij impatientes. Tributum ijs Druſus iuſſerat modicum, pro anguſtia rerum, vt in vſus militares coria boum penderent, non intenta cuiuſquam cura, quæ firmitudo, quæ menſura: donec Olennius e primipilaribus, regendis Friſijs impoſitus, [1] terga vrorum delegit, quorum ad formam acciperentur. Id alijs quoque nationibus arduum, apud Germanos difficilius tolerabatur, queis ingentium belluarum feroces ſaltus, modica domi armenta ſunt. Ac primo boues ipſos, mox agros, poſtremo corpora coniugum, aut liberorum ſeruitio tradebant. Hinc ira & queſtus. Et poſtquam * non [2] ſubueniebat, remedium ex bello. Rapti qui tributo aderant [3] milites, & [4] patibulo adfixi. Olennius infenſos fuga præuenit, receptus caſtello, cui nomen Fleuum: & haud ſpernenda illic ciuium, ſociorumque manus [5] littora Oceani præſidebat. Quod L. Apronio inferioris Germaniæ * proprætori cognitum, vexilla legionum, e ſuperiore prouincia peditumque & equitum auxiliarium delectos acciuit: ac ſimul vtrumque exercitum Rheno deuectum Friſijs intulit, ſoluto iam caſtelli obſidio, & ad ſua tutanda digreſſis rebellibus. Igitur proxima æſtuaria aggeribus & pontibus, traducendo grauiori agmini, firmat. Atque interim repertis vadis alam Caninefatem, & quod peditum Germanorum inter noſtros

Liuia priuignos florẽtes occulte ſubruit, ſubrutos palam gemit & opem fert.

Rebellionem parit auaritia.

Obſequium pacem.

Deſtitutis auxilio barbaris bellum pro remedio eſt.

* nemo ſubueniebat.

* proprætori vt cognitum.

noſtros merebat, circumgredi terga hoſtium iubet. Qui iam acie compoſiti pellunt turmas ſociales, equiteſque legionum ſubſidio miſſos. Tum tres leues cohortes, ac rurſum duæ, dein tempore interiecto, acrius eques immiſſus, ſatis validi, ſi ſimul incubuiſſent; per interuallum aduentantes, neque conſtantiam addiderant turbatis, & pauore fugientium auferebantur. *Cethecio Labeoni legato quintæ legionis, quod reliquum auxiliorum tradit. Atque ille, dubia ſuorum re, in anceps tractus, miſſis nuntijs vim legionum implorabat. Prorumpunt quintani ante alios, & acri pugna hoſte pulſo, recipiunt *cohortis, alaſque feſſas vulneribus. Neque dux Romanus vltum ijt, aut corpora humauit, quanquam multi tribunorum, præfectorumque, & inſignes centuriones cecidiſſent. Mox compertum a transfugis nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennæ vocant, [6] pugna * in poſterum extracta, confectos: & aliam quadringentorum manum, occupata Cruptoricis, quondam ſtipendiarij, villa, poſtquam proditio metuebatur, mutuis ictibus procubuiſſe.

*Cethego

*cohortis

* in poſtremum

1 Terga vrorvm.] Virgil. 3. Georg. de vris.

Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Terga vrorum pro tergis boum.

Eſt autem crudele Friſijs impoſuiſſe vrorum terga pro boum tergis. Nam in Friſia nulli vri qui in Maſouiæ & Lituaniæ nemoribus Scytharumque lucis frequẽtes, non apud Friſios. vri autem Græcis incogniti. Plin. l. 2. Similis crudelitas notatur apud Spartianum in Baliſta tyranno, cui medetur Valerianus imperator. *Non*, inquit, *prouincialem, non poſſeſſorem cogat illic frumenta vbi non habet, dare; illic equum, vbi non poteſt paſcere. nec eſt vlla alia prouiſio melior, quam vt in locis ſuis erogentur quæ naſcuntur: Ne aut vehiculis, aut ſumptibus Remp. grauent. Galatia frumentis abundat, referta eſt Thracia, plenum eſt Illyricum: illic pedites collocentur.* Vros autem *ſilueſtres tauros eſſe putant, pelle nigros, ingenti barba conſpicuos, & corpore procero præſtantes, cornibuſque mirabiles, ex quibus cyathos prægrandes conficiunt.* Hæc Cæſar de bell. Gall. *Bubalos* vocat Agathias lib. 1. Hiſtor. *aratori boui ſimiles, ſed ſilueſtres, & montanos, & cornibus ingentes, quibus ſi arbores impetu feriant, ſubuertunt & illidunt terris.* Cardanus de ſubtilitate tauros Pæonios vocat lib. 10.

2 Non svbveniebat.] Lege, *Nemo noſtrum ſubueniebat.* Et hic locus poſtulat, vt ſigla notes his libris inſerta. Nam *non* continet duo verba in vnum collecta: *no* pro *nemo*; *n* vero ſignat *noſtrum*, vt ſit, *nemo noſtrum ſubueniebat.*

Opinatores milites.

3 Milites.] Qui *opinatores* poſtea dicti, L. miſſi. de exact. trib. Tributa indicebantur a principe, a peræquatoribus ex æquo imponebantur, ab opinatoribus exigebantur. Si quis autem non ſoluiſſet, eius ſumptibus miles opinator manebat in prouincia.

4 Patibvlo adfixi.] Id eſt cruci: hoc enim ſonat verbũ *adfixi.* Plautus in Perſa.

Tu me defigas? te cruci propediem adfigent alij.

Apul. 3. Metamorph. *patibulo te affigi iuberet.* Nam ſerui nequam crucibus & patibulis, vt alij etiam, ſuffigebantur. Suet. in Iulio ſcribit Cæſarem Iulium prædones crucibus ſuffixiſſe: Etiam tyrannorum ſtatuæ crucibus addictæ, quod a Celſo tyranno habuit initium. *Corpus eius*, inquit Spart. *a canibus conſumptum eſt, & nouo iniuriæ genere imago in crucem ſublata, præſultante vulgo quaſi patibulo ipſe Celſus videretur affixus.* Et Eſther cap. 8. vbi de Amano. *Suffixus patibulo quod erat altitudine quinquaginta cubitorum.* Nec tantum ſerui, ſed & liberi, & ſummæ dignitatis viri ſuffigebantur, vt Aman. Cicero ait Polycratem Samium tyrannum in crucem actum, 5. de Finib. & Herodotus lib. 4.

5 Littora Oceani præsidebat.] Sic ſæpe apud noſtrum in accuſatiuo, *Italiam præſidebat.*

Præſidere cum accuſatiuo.

6 Pvgna in postervm extracta.] Lego, *in poſtremum*, vt omnes milites ad poſtremum vſque dimicaſſent. Quod fit vbi magnis animis pugnatur. Iuſtin. libr. 1. Hiſt. de Cyri & Semiramidis prælio. *In qua victoria* (ait) *illud memorabile fuit, quod neque nuntius tantæ cladis ſuperfuit.* Dio de P. Craſſo, M. filio. *Hi*, inquit 39. Hiſt. *ad internecionem cæſi ſunt.* Ergo ad poſtremum extracta pugna. Tertullianus illo verbo vſus eſt lib. de cultu fœmin. vbi ſe *poſtremiſſimum omnium* Chriſtiana humilitate facit. Et erat conuitium apud Paganos. Nam Apul. 3. Met. *Tune vltima* (ſcilicet mulierum) *non ceſſas ſubinde lectorum iuuenum capillamenta ſurripere?* Tacitus ita hoc verbo, etiam vſus eſt lib. 14. *Adulatione nouum, patientia poſtremum!* Et alibi vocat vltimum vt in Agric. *Quid vltimum in ſeruitute eſſet.* Sic dixit Tert. eleganter de Hermogene, *Quorum Hermogenes extrema linea eſt*, quia erat pictor qui a Catholica ad Hæreſim defecerat: ideo vſus eſt artis pictoriæ verbis. Idem Apuleius 4. Met. *Etiamne tu buſti cadauer extremum, & vitæ dedecus primum, & Orci faſtidium ſolum. Sic nobis otioſa domi reſidens luſitabis?*

Clarum inde inter Germanos Friſium nomen, diſſimulante Tiberio damna, ne cui bellum permitteret. Neque Senatus in eo cura, an imperij [1] extrema dehoneſtarentur. Pauor internus occupauerat animos, cui remedium adulatione quærebatur. Ita quanquam diuerſis ſuper rebus conſulerentur, aram clementiæ, aram amicitiæ, effigieſque circum Cæſaris ac Seiani cenſuere: crebriſque precibus efflagitabant, viſendi ſui copiam facerent. Non illi tamen in vrbem aut propinqua vrbi digreſſi ſunt: ſatis viſum omittere inſulam, & in proximo Campaniæ aſpici. eo venire patres, eques, magna pars plebis, anxij erga Seianum, cuius durior congreſſus, atque eo per ambitum, & ſocietate conſiliorum parabatur. Satis conſtabat, [2] auctam ei adrogantiam, fœdum illud in propatulo ſeruitium ſpectanti. Quippe Romæ ſueti diſcurſus, & magnitudine vrbis, incertum quod quiſque ad negotium pergat. Ibi campo, aut littore iacentes, nullo diſcrimine, noctem ac diem, iuxta gratiam, aut [3] faſtus ianitorum perpetiebantur. donec [4] * idque vetitum. Et reuenere in vrbem trepidi, quos non ſermone, non viſu dignatus erat. Quidam male alacres, quibus infauſtæ amicitiæ grauis exitus imminebat. Cæterum Tiberius neptem Agrippinam Germanico ortam, cum coram Gn. Domitio tradidiſſet, in vrbe celebrari nuptias iuſſit. In Domitio ſuper vetuſtatem generis, propinquum Cæſaribus ſanguinem delegerat. Nam is auiam Octauiam, & per eam Auguſtum auunculum præferebat.

Senatus non curat imperij dehoneſtamenta.

Tota Roma ſeruit Seiano fœda ſeruitute.

Cuius illum tædeat aliquando.

Senatores in littore iacentes vt ſerui Seiani.

* id quoque

Ianitores.

1 EXTREMA.] Quid ſi *externa*? nam ſubdit. *Pauor internus occupauerat animos.* Et opponit *externa internis.* Quod ei frequens. Lectio tamen excuſa non diſplicet. Tu lector iudica.

2 AVCTAM EI ADROGANTIAM.] Quæ præcipitij vrgentis, vergentiſque, & propinqui caſus eſt prænuncia, vt breui in Seiano parebit. Claudianus in Ruff.

Deſinat elatis quiſquam confidere rebus,
Inſtabileſque deos, ac lubrica numina diſcat.

Nam ante caſum, tumet animus, & ſe exaltat. Et ex ore Regis maxime ſapientis: *Qui exaltat oſtium, quærit ruinam.* Pron. 17. *Homo totus, ſuperba putredo,* ait D. Aug. 4. Confeſſ.

3 FASTVS IANITORVM.] De quibus multa apud authores. Et in veteri marmore. M. ANTONIVS. FOELIX. INSVLARIVS. Id eſt, ianitor & ſeruator domus ſeu inſulæ. Petron. Arbiter. *In aditu inſtabat oſtiarius praſinatus.* Et noſter infra libro 6. *Seiani ianitoribus noteſcere, pro magnifico accipiebatur.* & Annal. 15. *deductus a ianitoribus.* Loquitur de Milicho. Plautus in Menæch.

Fœmina ianitrix.

—— Heus ecquis heic eſt ianitor?
Aperite; atque heic Erotium euocate ante oſtium.

Et in Curculione de Ianitrice fœmina.

Anus heic ſolet cubitare, cuſtos, ianitrix.

Et in Euangelio D. Ioann. *Dixit Petro ancilla oſtiaria.* ϗ εἶπε τῷ θυρωρῷ. Et ianitores ſeu ianitrices pone oſtia cubabant. Apul. 1. Metamorphoſ. *Ianitor pone oſtium ſtabuli cubitans.* Sic vocat Plinius *lauros ianitrices Cæſarum,* quia in portis Cæſarum poſitæ. Seneca epiſt. 80. *Intuere,* inquit, *illas potentum domos, illa tumultuoſa rixa ſalutantium limina, multum habent contumeliarum, vt intres; plus, cum intraueris.* Intelligit de faſtu ianitorum. Et idem epiſt. 43. *Vix quenquam inuenias, qui poſſit aperto oſtio viuere; ianitores conſcientia noſtra, non ſuperbia oppoſuit.* Et Sueton. in Aug. 19. *Lixa quidam ianitoribus deceptis noctu deprehenſus eſt.* Apul. 1. *Ecce in ipſo momento ianitor introrupit exerte clamitans.* At illi ianitores habebant virgas, aut arundines poſtibus adfixas, vt patet ex Petron. Arbitro; quas nominat *geſtamen ianitoris.* Seneca libro. 2. de tranq. *Quid ergo? non accedet ſapiens ad fores, quas durus ianitor obſidet?* Ita Seneca loquitur de gratia, aut faſtu ianitorum. Etiam erat illis canis. Suetonius in Vitellio. *Confugitque in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane.* Nam *ad ædium cuſtodiam poſitus canis. Quia canes latratu dant ſigna; & vt ſigna canunt.* Varro 6. de ling. Lat. ideo canes dicti. Sed a κοινωνίας dictos puto; quod ſint hominum amiciſſimi, & ad ſocietatem eorum facti. Sane Columella 7. cap. 12. hoc firmat, cum inquit: *Quis hominum clarius aut tanta vociferatione beſtiam vel furem prædicat quam ille latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt vigilantior? quis denique vltor aut vindex conſtantior?* Quod vero poſiti canes ad oſtiorum cuſtodiam, oſtendit Homerus Odyſſ. 7. qui in Alcinoi domo æreis muris cincta & æreo pauimento, & argenteis poſtibus, ait fuiſſe aureos & argenteos canes a Vulcano fabrefactos. In Satyrico Petronius Arbiter. *Ad ſiniſtram,* inquit, *intrantibus, non longe ab oſtiarij cella, canis ingens, catena vinctus in pariete erat pictus, ſuperque quadrata littera ſcriptum.*

Lauri ianitrices Cæſarum.

Ianitores virgas habebant fixas poſtibus. Geſtamen ianitoris.

Caue,

Caue, caue, canem. Et Suetonius de clar. Rher. docuit me; *L. Otacillum Pilitum ſeruiſſe, qui oſtiarius veteri more in catena fuit. Nam Ianitores* in catena. Ouidius 1. Amor. eleg. 6.

Ianitor indigne dura religate catena.

Et pura aqua potabantur. Idem eadem.

— ſic nunquam dura religere catena,
Nec tibi perpetuo ſerua bibatur aqua.

De his oſtiarijs eſt L. 12. §. idem reſpondit. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat. vt notes Iuriſconſultos de his Ianirotibus meminiſſe.

4 IDQVE.] Lego, *id quoque.* Nam non modo a limine arcebantur; & ideo vetabantur ingredi, ſed per campos iacentes, faciliorem expectabant ingreſſum. quod etiam vetitum eſt. *Tacitus correctus.*

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librum quartum Annal. C. Cornelij Taciti.

C. CORNELII TACITI AB EXCESSV DIVI AVGVSTI

ANNALIVM LIBER QVINTVS.

RVBELLIO [1] & Fuſio Coss. quorum vtrique Geminus cognomentum erat, [2] Iulia Auguſta mortem obijt, ætate extrema, nobilitatis per Claudiam familiam, & adoptione Liuiorum Iuliorumque clariſſimæ. Primum ei matrimonium & liberi fuere cum Tiberio Nerone, qui [3] bello Peruſino profugus, pace inter Sex. Pompeium ac triumuiros pacta, in vrbem redijt. Exin Cæſar cupidine formæ aufert marito, incertum an inuitam: adeo properus vt ne ſpatio quidem ad enitendum dato penatibus ſuis grauidam induxerit. Nullam poſthac ſobolem edidit, ſed ſanguini Auguſti per coniunctionem Agrippinæ & Germanici adnexa, communes pronepotes habuit; [4] ſanctitate domus priſcum ad morem, [5] comis vltra quam antiquis fœminis probatum, [6] mater impotens, [7] vxor facilis, & cum artibus mariti, [8] ſimulatione filij bene compoſita. Funus eius modicum, teſtamentum diu inritum fuit. [9] laudata eſt pro roſtris a C. Cæſare pronepote qui mox rerum potitus eſt.

Forma in muliere maſter raptus. Libidinis impetus motas honeſtatis rumpit. Cæſarum vis in ciuium matrimonia. Quæ quia iniuſta ſine prole ſunt. Exemplar Regalis fœminæ.

IN LIBRVM V. ANNALIVM C. CORNELII TACITI Nouarum Cogitationum liber quintus.

De Chriſti paſſione controuerſie.

1 RVBELLIO ET FVFIO COSS.] Quidam legunt, *Rubellio, & Fuſio Conſulib.* vt Beatus Rhenanus: & eſt epiſtola Ciceronis quæ incipit, *Aulum Fuſium vnum ex meis intimis familiarem tibi commendo.* Alij legunt, *Rubellio & Fuſio.* De quibus loquitur Tertullianus aduerſus Iudæos vti & Lactantius, lib. 4. Inſtit. traditque his Conſulibus Chriſtum Saluatorem paſſum, id eſt, Tiberij 16. Chriſti 33. quod Diuus Auguſtinus ſequutus eſt cap. vlt. libr. 18. de ciuit. Dei. Licet alij alia ſentiant. Nam quidam Seruio Sulpitio Galba & Cornel. Sylla Coss. id eſt Tiberij 20. Chriſti 37. Quidam Cn. Domitio Ahenobarbo & A. Vitellio, vt Caſſiodorus. Id eſt Tiberij 19. Chriſti 38. Priori ſententiæ etiam ſuffragatur D. Hieronym. 1. in Daniel. cap. 9. & ait Africanum huius opinionis extitiſſe. Quod habuit ab Euſebio; & forſan a ſe qui Africanum legerit. Verum alij ſunt qui referunt ad annum quo Tiberius V. & Seianus Conſules extitere; qui

Quidam geminis Conſulibus.

Quidam Seruio Sulpitio Galba & Sylla Coss.

Quidam Ahenobarbo, & Vitellio.

Alij Tiberio & Seiano.

nam ex Druſo priori marito, Tiberium & Druſum; ex Auguſto, nullos liberos habuit: Pedo Albinouanus inducit illam optantem condi manibus Tiberij, quod non euenit; tunc enim vetulus hircus in Capreis capras ſuas liguriebat.

Hoſpite te ſaltem moriar, Nero, tu mea condas
Lumina, & excipias hanc animam ore pio:
Atq; vtinam Druſi manus altera, & altera fratris,
Formarent oculos, comprimerentque meos.

Sed hæc ante principatum Tiberij. nam poſtea inuiſus æque matri, vt mater filio, peſſimis & luctuoſis exemplis.

3 BELLO PERVSINO PROFVGVS.] Totam hanc hiſtoriam belle deſcribit Velleius; nec pudet exſcribere verba, quia mendoſa, & quia ad authoris noſtri intelligentiam aptiſſima. *Per eadem tempora*, inquit, *exarſerat in Campania bellum, quod profeſſus eorum qui perdiderant agros, patrocinium ciebat Tib. Claudius Nero Prætorius & Pontifex Tiberij Cæſaris pater, magni vir animi, doctiſſimique ingenij.* Suſpecta verba: nam a natura ingenium, non a doctrina. Lego. *Itaque magni vir animi, dilectiſſimique ingenij.* Addit. *Id quoque aduentu Cæſaris ſepultum atque diſcuſſum eſt. Quis fortunæ mutationes, quis dubios rerum humanarum caſus ſatis mirari queat? Quis non diuerſa præſentibus, contrariaque expectatis, aut ſperet, aut timeat? Liuia nobiliſſimi & fortiſſimi viri Druſi Claudiani filia, genere, probitate, forma Romanarum eminentiſſima, quam poſtea coniugem Auguſti vidimus, quam transgreſſi ad eos.* (lege *quam transgreſſi ad Deos*; id eſt, Auguſti Dei facti, quia Deus factus eſt Auguſtus) *ſacerdotem, & filiam, tum fugiens, mox futuri ſui Cæſaris arma, cuius bimum hunc Tiberium Cæſarem, vindicem Romani Imperij futurum, nunc eiuſdem Cæſaris filium geſtans ſinu, per auia itinerum, vitatis militum gladiis, vno comitante, quo facilius occultaretur, fuga peruenit ad mare, & cum viro Nerone profecta in Siciliam eſt.* Hiſtoria notabilis, & fortunæ gyris memorabilis. Sed quid ait, *Tiberium eiuſdem Cæſaris filium geſtans ſinu?* An Tiberius erat Auguſti filius? Imo Neronis Druſi: nec dum Liuia Auguſto nupta erat quam fugiebat: & Druſum maritum comitabatur. Lege ergo. *Tiberium Cæſarem vindicem Romani imperij futurum, nunc eiuſdem Cæſaris filium.* Nam tunc non erat, ſed adoptione facta poſt matrimonium Liuiæ, fuit Auguſti filius. Et illud *nunc*, in fine verbi *futurum*, & principio verbi *eiuſdem*, in quo e pro c.

Suſpecta verba. *Immo corrupta.* *Nam ingenium a natura, non a doctrina.* *Liuia laus.* *Et fortuna.*

4 SANCTITATE DOMVS.] Quod Pedo ſcribit.

Quid tibi nunc mores proſunt, actumque pudice
Omne æuum, & tanto iam placuiſſe viro?
Quidque pudicitia, tantum inuiolata bonorum
Vltima ſit, laudes inter vt illa tuas?
Quid tenuiſſe animum contra ſua ſæcula rectum,
Altius & vitiis exeruiſſe caput?

Lege 2. verſu, *tam placuiſſe viro*; & vir eris: Et 3. ſupple *egiſſe* inuiolata pudicitia tantum bonorum. Nam dixerat primo verſu, *actumque pudice omne æuum.*

Mores. *Pudicitia.* *Pedo correctus.*

5 COMIS.] Idem Pedo Albinou.

Non nocuiſſe vlli, fortunam habuiſſe nocendi,
Nec quenquam neruos extimuiſſe tuos.

Pedo explicatus.

Id eſt, vires; nam in neruis, vires corporis. Terent. in Eunucho.

Digna adeo eſt vt neruos intendas tuos.

Sed nota Iuliam Auguſtam, non ſibi tantum, & ſuis, ſed populo Rom. & Auguſto marito, valde illa comitate profuiſſe. nam Imperium Auguſtus amiſiſſet, ſi edoctam a Liuia comitatem non habuiſſet. Quod Dio teſtatur.

Auguſti magiſtra Liuia. *In clementia.*

6 MATER IMPOTENS.] Et ſane magna erat Romanarum authoritas in liberos, magna etiam in viros: In viros, quod matresfamilias dicerent viris, *Vbi tu Caius, ego Caia; vbi tu dominus, ego domina.* Sic δέσποινα dicta maritis Græcis, *hera, regina & domina.* Sic L.34. ſolut.matrim. *Titius in ſua poteſtate eſſe dicit, ipſa ſe matrem familias*, id eſt, extra poteſtatem viri. Et L.38.vlt.de lib. exh. *Cum audis matrem famil. accipe notæ authoritatis fœminam. Et in familia vna eſt tantum materfamilias.* Feſtus. De poteſtate vero in liberos, Horatius lib.3. ode 6.

—— *Seueræ*
Matris ad arbitrium reciſos
Portare fuſtes.

Inde vulgatum carmen in Tiberium.

—— *breuiter vis omnia dicam?*
Diſpeream ſi te mater amare poteſt.

Ideo Tacitus ait de Caprearum ſeceſſu. *Traditur matris impotentia extruſum.* Martialis lib. 12. epigram. 14.

Genus aucte lucri diuites habent iram.
Odiſſe, quam donare vilius conſtat.

Nam etſi mater, tamen odit potius quam quidquam liberis largiatur. Nec abnuo aliquam eſſe matris in familia poteſtatem poſt imperium patris. dico *imperium*, quippe Comicus.

Non imperium meum reuereri ſaltem, non pudere?

Sed poteſtas matris a iure naturæ, poteſtas patris a iure naturæ & iure ciuili. Nam vitæ & necis imperium eſt, quod a iure ciuili Romanorum tantum, non cæterarum gentium. At vero de illa impotentia, locus eſt deprauatus Suetonij cap.51. *Hos & cuſtoditos tamdiu, & exprobratos tam inſeſte* (lego *tam manifeſte*. nam coram recitauerat: & *m* in fine verbi, *tam*, eſt principium verbi, *manifeſte*:) *adeo grauiter tulit, vt quidam putent inter cauſas ſeceſſus, hanc ei vel præcipuam fuiſſe.* mox addit. *Toto quidem triennio, quo viuente matre adfuit*, (lego *abfuit*, Roma videlicet; & abfuit latitans in Capreis, vel oberrans vrbem, nec intrans) *ſemel omnino eam, neque amplius quam vno die, ac pauciſſimis vidit horis, ac mox, neque ægre, abeſſe curauit.* Eſt veſtigium in Claudio huius impotentiæ ca. 3. in Suet. *Auia Auguſta pro deſpectiſſimo ſemper habuit: non affari, niſi rariſſime; non monere, niſi acerbo & breui ſcripto, aut per internuncios ſolita.*

Impotens mater. *Suetonius correctus.* *Et explicatus.*

7 VXOR FACILIS.] Quia viro patiebatur omnia. Quin, vt norat procliuem ad virguncularum amores, clam ſubminiſtrabat conquiſitas vndique, vt Suetonius ſcribit in Aug. cap.71. Et in ea falſum apparuit, quod ſcribit Calpurnius 9. declamat. *Qui fieri poteſt vt mala fuerit vxor, quæ tam bona mater eſt?* Fuit tamen cum Auguſto in friguſculo per aliquot dies; ſed ceſſit viro, & cum eo in gratiam rediit, vnde Concordiæ templum Romæ.

Facilis viro. *Dura filio.*

8 Simvlatione filii bene composita.] Id eſt, bene edocta, facta & formata non modo ad artes Auguſti mariti, quæ certe magnæ fuerunt ad capeſſendum & retinendum imperium, ſed etiam quæ Tiberij filij ſimulationes adijceret; miras hercle, & vix credibiles.

9 Lavdata est pro rostris.] Dixi libro 1. Et de iſta laudatione Pedo, vbi de Germanico.

Denique laudari ſacrato Cæſaris ore;
Et merui lachrymas, eliciuique Deo.

Sic Plinius: *Litteræ illius Dei gemunt*; id eſt, Auguſti. Sed nec tantum Iulia laudata, ſed & arcu decorata, quod nulli ante eam contigit mulierum. Dio lib. 58. Non indigna arcu & laudatione, quæ laudanda egiſſet & digna imperatrice muliere.

Tiberius gannit Capreis. Nec matris funeribus adeſt tyrannus. Quia nõ mutat mores. Quin minuit decreto, honores a Senatu datos. Ficta modeſtia mali filij. Irridere præpotentes non tutum. Et lõga apud eos memoria irriſionis eſt.

At Tiberius quod ſupremis in matrem officiis defuiſſet, nihil mutata amœnitate vitę magnitudinem negotiorum per litteras excuſauit: honoreſque memoriæ eius ab ſenatu large decretos, quaſi per modeſtiam imminuit, paucis admodum receptis, & addito ne cœleſtis religio decerneretur: ſic ipſam maluiſſe. quin & parte eiuſdem epiſtolæ increpuit amicitias mulichres, Fuſium conſulem oblique perſtringens. is gratia Auguſtæ floruerat, aptus alliçiendis fœminarum animis, dicax idem, & Tiberium [1] acerbis facetiis inridere ſolitus, quarum apud præpotentes in longum memoria eſt. Cæterum ex eo prærupta iam & [2] vergens dominatio. nam incolumi Auguſta erat adhuc perfugium: quia Tiberio inueteratum erga matrem obſequium, neque Seianus audebat auctoritati parentis anteire: [3] tunc velut frenis exoluti proruperunt. miſſæque in Agrippinam ac Neronem litteræ, quas pridem allatas & cohibitas ab Auguſta credidit vulgus. haud enim multum poſt mortem eius recitatæ ſunt. verba inerant quæſita aſperitate, ſed non arma, non rerum nouarum ſtudium, amores iuuenum, & impudicitiam nepoti obiectabat: in nurum, ne id quidem confingere auſus: adrogantiam oris & contumacem animum incuſauit, magno ſenatus pauore ac ſilentio: donec pauci, *quis nulla ex honeſto ſpes, & publica mala ſingulis in occaſionem gratiæ trahuntur, vt referretur poſtulauere, promptiſſimo Cotta Meſſalino cum atroci ſententia. ſed aliis a primoribus maximeque a magiſtratibus trepidabatur: quippe Tiberius etſi infenſe inuectus, cætera ambigua reliquerat. * queis

Qui atrox ſententia non vacat inſipiẽtia.

De principe facetiæ ſunt lethales.

1 Acerbis facetiis.] Quod periculoſum illuſtribus viris, non vulgo. Nam in homine vulgari ſpernuntur; in illuſtri vindicantur. Dio lib. 59. Lyſander Megarenſi legato dicebat, *Magna ciuitate magna tua verba egent.* Nam ab imbecilla ciuitate tam magnifica legatorum verba prodire non debebant. Perſius Sat. 1.

Nam quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas?

Ne per iocum quidem premenda.

Principes ne per ludum quidem pungendi ſunt, & qui familiaris eſt principi, naſum ponat, ſi naſum habet. Sic noſter ſupra de Veſtino. *Sæpe aſperis facetiis illuſus, quæ vbi multum ex vero traxere, acrem ſui memoriam relinquunt.* Simiarum geſticulationes leonibus ſunt exoſæ. Idem poeta Perſius.

Vos o patricius ſanguis, quos viuere ius eſt,
Occipiti cæco, poſticæ occurrite ſannæ.

Hadrianus ſenex *irridentem Senatum, necari iuſſit*, ait Victor. Et recte Euripides in Iphig.

Πονηρὸν γλῶσσ' ἐπίφθονον σοφή.
Lingua arguta odioſum malum.

Recte etiam noſter 4. Annal. *Contumacius loqui, non eſt tutum apud aures ſuperbas, & offenſioni proniores. Damnabantur*, ait Capitolinus in Seuero, *plerique cur iocati eſſent, alij cur tacuiſſent, alij cur pleraque figurata dixiſſent, vt eſſet imperator vere nominis ſui, vere Pertinax, vere Seuerus.* Sic Caſſius ſcribens de Sexto Pompeio ad Ciceronem. *Nos quidem illum deridemus: Sed vereor ille ne nos gladio* ἀντιμυκτηρίσειν. Et recte Ceſtius apud Senecam patrem Suaſor. 1. *Aliter loquendum coram regibus, aliter in libera ciuitate: etiam inter reges ipſos, diſcrimen eſſe, quoſdam magis aut minus, rerum vſum habere, veritatem facti ſic deprauarunt, Alexandrum ex his eſſe.* Sed quę monſtra verborum? locus aduocat meam manum. vetus manuſcriptus habet. *Quoſdam magis aut minus vſus veritatem facti Alexandrum ex his eſſe.* Repono. *Quoſdam magis aut minus oſos veritatem fateri; Alexandrum ex his eſſe.* Monui Schotum. Non ſileo quod veteres Franci facetias effutire vocabant *gaber*, a Gaba ſcilicet, Tiberij nobili ſcurra. hodie dicimus *Gaber* aut *Bouffonner*. *Paraſitos etiam gabas vocamus*, inquit vetus interpr. Iuuenal. Sat. 4. in verbo *Gaba*. Et puto dici *Gabas* a *Gabatis*, id eſt, ſcutellis

Seneca patris correctus.

Facetias facere Galli dicunt gaber & bouffonner.

Galba ſcurra Tiberij.

tellis largioribus & profundioribus, quas ſectantur huiuſmodi Gabæ & Paraſiti. nam Martialis lib.7. epigram. 47.

Tranſcurrunt gabatæ, volantque lances.

Correctus in hoc verbo Martialis. Extat in hoc verbo epigramma eiuſdem Martialis emendandum lib.1.epigram.42.

* *Qui Galbam ſalibus tuis, & ipſum*
Poſſes vincere Sextium Caballum.

Et explicatus. Vbi lego *Gabam*, non *Galbam*. Et me iuuat idem lib. 10. epig. 101. quod etiam corrigo in hoc verbo.

Elyſio redeat ſi forte remiſſus ab agro,
*Ille ſua fœlix Cæſare * Galba vetus,*
*Qui Capitolium pariter, * Galbamque iocantem*
*Audierit; dicet: Ruſtice * Galba tace.*

* *Lege* Gaba
* *Lege* Gabamque
* *Lege* Gaba

Vnde Gabæ dicti. In quo legendum eſt *Gaba*. Loquitur enim de Gaba mortuo, quem ſuo ſub Cæſare; id eſt, ſub Tiberio, dicit fuiſſe fœlicem; propter ſales Tiberio gratos. Nec finio quin addam vnum Senecæ filij epigrammatis fragmentum factum ad rem noſtram, graphice, & ad principum cauendas ſannas.

Quare tollo iocos, non eſt iocus eſſe malignus,
Nunquam ſunt grati qui nocuere ſales.

Nam vt ait Martialis lib.1. epigram.42.

Non cuicunque datum eſt habere naſum,
Ludit qui ſtolida procacitate,
Non eſt Ceſtius ille, ſed Caballus.

2 Vergens.] Locus hic non eſt ſincerus: Ideo lego: *Cæterum eo prærupta inualuit & vigens dominatio.* Lego, *vigens*: nam nimiam potentiam notat. *Vigens* enim quaſi *vi agens. Vi geritur res*, inquit Ennius. Sic *vigens* dixit Cicero *Pythagoræ nomen, vt præ eo nulli alij docti viderentur.* Ita etiam dixit *prærupta*: quod Tacitus ipſe interpretatur dum ſcribit. *Tunc veluti frænis exſoluti proruperunt.* Et eſt verbum in hac re a Tacito vſurpatum, vt de Seiani potentia. *Pari exitio viguit, ceciditque.* Nam ex Horatiano carmine. *Tacitus correctus. Cur vigens dominatio dicta. Vnde illud verbum.*

—— valet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus.

3 Tvnc velvt frenis.] Eadem res fere a Velleio deſcribitur lib. 2. his verbis, *Potentiæ Romanorum prior Scipio viam aperuerat. luxuriæ poſterior aperuit: quippe remoto Carthaginis metu, ſublataque Imperij æmula, non gradu, ſed præcipiti curſu, a virtute deſcitum, ad vitia tranſcurſum; vetus diſciplina deſerta, noua inducta; in ſummum a vigiliis, ab armis, ad voluptates, a negotiis, in otium conuerſa Ciuitas.* Et hæc eſt Imperiorum vertigo, & ſublimitatis cliuus.

Fuit in ſenatu Iunius Ruſticus,[1] componendis patrum actis delectus a Cæſare,[2] eoque meditationes eius introſpicere creditus: is fatali quodam motu (neque enim ante ſpecimen conſtantiæ dederat) ſeu praua ſolertia, dum imminentium oblitus incerta pauet, inſerere ſe dubitantibus, ac monere conſules ne relationem inciperent: differebatque, breuibus momentis ſumma verti poſſe,[3] dandumque interſtitium pœnitentiæ ſenis. Simul populus[4] effigies Agrippinæ ac Neronis gerens, circunſiſtit curiam,[5] feſtiſque in Cæſarem ominibus falſas litteras & principe inuito exitium domui eius intendi clamitat. ita nihil triſte illo die patratum. ferebantur etiam ſub nominibus conſularium fictæ in Seianum ſententiæ, exercentibus pleriſque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum, vnde illi ira violentior, & materies criminandi: *ſpretum dolorem principis, ab ſenatu deſciuiſſe populum: audiri iam & legi nouas conciones, noua patrum conſulta: quid reliquum niſi vt caperent ferrum; & quorum imagines pro vexillis ſecuti forent, duces imperatoreſque deligerent?* Igitur Cæſar repetitis aduerſum nepotem & nurum probris, increpitaque per edictum plebe,[6] queſtus apud patres quod fraude vnius ſenatoris imperatoria maieſtas eluſa publice foret, integra tamen ſibi cuncta poſtulauit. nec vltra deliberatum quo minus non quidem extrema decernerent, id enim vetitum, ſed paratos ad vltionem vi principis impediri teſtarentur. *

Inſperatum conſilium rebus dubiis. *Populus velox ad motum.* *Ex motu ad cædem.*

1 Componendis Patrvm actis.] Variæ actorum ſpecies, & actuariorum; & quot iuriſdictiones fuere, tot acta reperias in libris Iuriſconſultorum. Acta autem ad rei veritatem & memoriam. nam Seneca 2. de Benef. cap.9. *Beneficium in acta non mitto*; id eſt, oblitterari volo, nullaque memoria celebrari. Tibullus ad Meſſalam. *Acta omnibus iuriſdictionibus. Acta ſunt veritatum matrices. Explicatus Seneca.*

Vt noſtrum tantis inſcribam nomen in actis.

Acta Senatus. Sic *acta Senatus*, de quibus abunde dictum a Lipſio. Sic *acta triumphorum* quæ citat Plinius in libro 6. & lib.37. De *actis populi*, meminit idem lib. 10. cap.2. vbi de Phœnice, & vbi de Sabini cane. De *aliis actis*, lib.7. cap. 53. De iiſdem actis populi, author noſter lib.12. Annal. *Quos terminos Claudius poſuerit, facile cognitu ex P. Rom. & publicis actis præſcriptum.* De *actis præfecti caſtrorum* Tertullianus in Corona. *Res apud acta & reus apud præfectos.* De *actis Cenſus* in Euangelio D. Lucæ, principio, vbi *Cyrinus*, pro *Acta triumphorum. Acta populi. Acta præfecti caſtrorum. Acta cenſus.*

Modus profitẽdi apud acta. Quirinus ſcribitur, vti dixi: & profitẽdi modum apud acta, tãgit Tertullianus cõtra Marcion. lib. 5. *Profeſſio, inquit, apud acta, in qua nemo ſibi profeſſor teſtis eſt; alius ſcribit, alius ſubſcribit, alius obſignat, alius acta refert.* Et in iure noſtro celebrantur *acta procuratoru Cæſaris, præſidum, & magiſtratuum*: immo de *actis publicis*, & *priuatis*, fit ſæpe mentio apud noſtros Iuriſconſultos, quæ ab his peti poſſunt. De *actis* autem *Senatus* teſtimonium citat Suetonius in Octauio. *Vt Senatus*, inquit, *actis continetur*. Et Valer. lib. 7. cap. 2. *Nunc ad Senatus acta tranſgredior.* Quis autem hic Ruſticus fuerit, ambigo. nam patrem fuiſſe Iunij Ruſtici Arulani, qui Thraſeæ, & Heluidij Priſci laudes ediderit, non mihi facile perſuadeo, quia Tacitus non ſiluiſſet; hunc autem quaſi ignotum hominem deſcribit: & nos ignotum præterimus, ſed non ignota virtute.

Acta procuratoris Cæſaris. Præſidum. Magiſtratuum. Acta publica. Acta priuata. Acta Senatus.

Quis hic Ruſticus.

Incertum.

Tacitus explicatus. 2 Eoqve meditationes eivs.] Id eſt, ſolitas ſuſpiciones Tiberij, quas habebat aduerſus Senatum, ſpeculari intro, & in Senatu rimari curioſe, ſiue eruptione quadam animi, diuina certe, incitatus (nam antea nihil firmitudinis quiquam vnquam ediderat) ſiue ſtudio prauo, & parum ſolerti, reformidabat incerta, & certorum, & imminentium obliuiſcebatur. Sic explico, & facem do obſcuritati Taciti.

3 Dandvmqve interstitivm.] Vt ſunt hæc excuſa, & rectum ſenſum, & integram orationem habent; ſed vt Florentina lectio præ ſe fert, videntur Manuſcripti verba longe aliena ab excuſis. Ego in iſta nocte, lampadem poſco. mea enim mens, heic caligat, nec mihi lux eſt.

4 Effigies Agrippinæ.] Sic ſolebat pop. Rom. geſtiens; quod noſter author exequitur lib. 14. *Effigies Poppææ proruunt, Octauiæ imagines geſtant humeris, ſpargunt floribus, foroque ac templis ſtatuunt.* Proruebat vulgus effigies in odio, erigebat in gaudio. Sic de Piſone ſupra. *Diuellebant ſtatuas.* Dixi eo loci.

5 Festisqve in Cæsarem ominibvs.] Muretus legit, *fauſtis*. Recte, & ex Romano more, & Romanæ orationis vſu, & præcipue Taciti, qui libro 4. *Precationibus fauſtis*. & in formula erat, *Quod bonum, fauſtum, fælixque ſiet.* non *feſtum*. Sic Amm. Marcellinus. *Plebs vniuerſa cum vicinitate finitima imperatorem clementem appellans & fauſtum.*

6 Qvestvs apvd patres, qvod.] Lego, *queſtus eſt apud patres*.

[1] Quatuor & quadraginta orationes ſuper ea re habitæ, ex quis ob metum paucæ, plures adſuetudine, [2] *mihi pudorem aut Seiano inuidiam allaturum cenſui.*

Ab amore ad odium itur facile apud Reges. *verſa eſt fortuna, & ille quidem* [3] *qui collegam & generum adſciuerat, ſibi ignoſcit. cæteri quem per dedecora fouere,* [4] *cum ſcelere inſectantur.*

Quid miſerius, accuſari ob amicitiam, an amicum accuſare. *miſerius ſit ob* [5] *amicitiam accuſari, an amicum accuſare haud diſcreuerim. non crudelitatem, non dementiam cuiuſquam experiar, ſed liber & mihi ipſi probatus antibo periculum. vos obteſtor ne memoriam noſtri per mœrorem* [6] *quam læti retineatis, adiiciendo me quoque iis, qui fine egregio publica mala effugerunt.* Tunc ſingulos vt cuique [7] adſiſtere, alloqui animus erat, retinens aut dimittens partem diei abſumpſit. multoque adhuc cœtu, & cunctis intrepidum vultum eius ſpectantibus, cum ſupereſſe tempus nouiſſimis crederent, [8] gladio quem ſinu abdiderat incubuit. Neque Cæſar vllis criminibus aut probris defunctum inſectatus eſt, cum in Blæſum multa fœdaque incuſauiſſet.

1 Qvatvor et qvadraginta.] En facinus Taciti, in ſua viſcera ſæuientis, & illæ ob metum abſciſæ Annalium partes. De quibus dixi in præfatione. Idque ob Domitiani ſæuitiam, cuius crudelitas immenſa bonos viros & de vita bene meritos viuere non paſſa eſt. nam, vt ſuſpicor, quæ de fine Tiberij his libris dicta erant, verebatur, ne ob ſimilitudinem morum, de ſe dicta crederentur. maluit ergo author ſe ipſum abſcindere, & abſciſionis luctum nobis & ſequentibus ſeculis relinquere. Nam Tiberius quo ſenior, eo ſæuior, iſtiſque libris vt eius finem tractabat, ita & crudelitatis exceſſus.

2 Mihi pvdorem.] Quiſquis eſt, qui hanc habuit orationem, cordatus erat dignumque pectus iſtis Papinij verſibus.

Tu tamen egregius facti, mentiſque, nec vnquam
Indignum paſſure ſitum, qui comminus auſus
Vadere contemptum regis, quãquam ampla veniret
Libertas, ſancire viam. quo carmine dignum,
Quo ſatis ore tuis famam virtutibus addam
Augur amate Diis?

Certe turpe eſt viro bono, Rep. perdita, viuere.

Nec mortem metuit qui ſcit contemnere vitam.

Sed ſtationem deſerere antequam dux imperet, nefas. Deus eſt qui dat & repoſcit animas. Eius eſt claudere cuius aperire. Abraham pater eſt viuentium. Quis viuet cum Abrahamo, ſi cum Abrahamo non moritur? & ad formam Abraham? Mors grande bonum. Sed huius boni datio ad Deum tantum pertinet. Itaque qui ex Iudæis ſibi manus inferebant, manibus amputabantur, ſepultura viduabantur, Saulis imitatores

imitatores erant deſperati & inuiſi. Hæc Ioſippus Gorionis filius, lib. 1. cap. 9. qui concludit. *Veniens non vocatus ad Regem, reprehenditur, & eſt veritas mera & digna homine Deum timente.*

3 QVI COLLEGAM GENERVM ADSCIVERAT.] Taxat Tiberium, quem pœnituit Seianum collegam & generum adſciuiſſe; notatque *imprudentiæ* & *crudelitatis*; *imprudentiæ*, quod ignotum adeo dilexerit; *crudelitatis*, quod ſibi dum ignoſcit, amicos Seiani tam crudeliter punierit.

4 CVM SCELERE.] Lego, *eum ſcelere inſectantur.* nam ad verbum *quem* referenda eſt dictio *eum. Cæteri*, inquit, *quem per dedecora fouere, eum ſcelere inſectantur.* Arguit quoſdam Senatores, qui *per dedecora*, id eſt, per adulationem, Seianum fouerunt quem poſt fata ſcelere inſectabantur. Sed mortalium ea mens eſt: amant quos fortuna colit, odere quos odit. vnde Horat. de Fortuna,

Te ſpes & albo rara Fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat,
Vtcumque mutata potentes
Veſte domos inimica linquis.
At vulgus infidum & meretrix retro
Periura cedit. diffugiunt cadis
Cum fæce ſiccatis, amici.

Et vere illud ex ſacris litteris. *Eſt amicus & amicus. Sed verus amicus contra hoſtem accipiet ſcutum.*

5 OB AMICITIAM ACCVSARI.] *Nec enim amicitia crimen eſt; ſed eſt a Natura: immo iungit amicitias ſimilitudo morum, & neſcio quo modo inter ſe animorum numina vident, nec quiſquam amare in alieno poteſt, niſi quod tacitus probat.* Declamat. 307. Quintil. Sic Menander Comicus ob amicitiam Phalerei Demetrij pæne concidit. Diog. Laertius. Nec in amicitiæ iura ſæuitur, niſi luctuoſis tyrannorum temporibus; vt heic imperante Tiberio. Non abnuo in amicos perduellionum, vet. Rep. ſæuitum. Val. Max. lib. 6. cap. 3. Sed rarius, niſi ex delicti ſocietate, & vt pœna ingens a crimine deterreret.

[margin: ...nicitia crimẽ ...eſt.]
[margin: ...ud Tyran... crimen eſt.]

6 QVAM LÆTI RETINEATIS.] Ait *quam læti*, pro, *potius quam læti*, Salluſtiano more. niſi *magis* ſuppleatur. Id eſt, Sitis mei memores, non tam dolentes meum fatum, quam læti, me meis manibus ab hac tyrannide eripuiſſe. Nam acerba eſt omni homini ingenuo ſeruitus. vel, quod probo magis: Memineritis mei magis per ea quæ aſperiter pertuli & cum magnitudine animi quam ea quæ cum lætitia viuens tranſegi. Nam virtus in arduis, magis hominem probat. *Vir enim a virtute, mulier a mollitie.* Et ſequentia firmant cum addit: *adiiciendo me quoque iis qui fine egregio* (id eſt, laudabili & cum virtute coniuncto) *publica mala effugerunt.* Sic enim exiſtimabant egregium finem, ſi ſua manu morerentur.

[margin: ...citus expli... ...us.]

7 ADSISTERE.] Legendum, *Tum ſingulos vt cuique haud ſiſtere, aut alloqui animus erat, retinens, aut dimittens:* Id eſt, dimittens quibus non erat animus ſiſtere; retinens quibus erat animus alloqui. Et hæc duo verba oſtendunt apertum vulnus: nec animaduerſum. Nam alloquia ægritudinum ſunt malagmata. Horat. Epod. 13.

[margin: Et correctus.]

Illic omne malum vino, cantuque leuato
Deformis ægrimoniæ, dulcibus alloquiis.

Nam παραμυθία alloquium eſt. Ideo alloquiis Iudæi afflictos ſolabantur, & comedebant panem cum eis: quod dixi ſupra.

8 GLADIO INCVBVIT.] *Romana mors* dicitur. Quod Martialis oſtendit lib. 1. epig. 79. quem corrigo.

[margin: Romana mors gladio occumbere.]

Indignas premeret peſtis cum tabida fauces,
Inque ipſos vultus ſerperet atra lues;
Siccis ipſe genis flentes hortatus amicos,
Decreuit ſtygios Feſtus adire lacus:
Nec tamen obſcuro pia polluit ora veneno,
Aut torſit lenta triſtia fata fame;
Sanctam Romana *vitam ſed morte peregit,*
Dimiſitque animam nobiliore rogo:
Hanc mortem fatis magnis præferre Catonis
Fama poteſt: huius Cæſar amicus erat.

[margin: Martialis correctus.]

Dixit *nobiliore rogo*, Quamquam nemo nobilis qui præ impotentia & impatientia ſibi lethum ciet. Nam pati ſatius & glorioſius quam ſua manu cadere. Qui deſperat, Deum exaſperat, nec bonum credit. At qui patitur, patiendo clementiæ Dei innititur. Vtque iniuſſus miles ſtationem non deſerit; ſic nec bonus vir vitam. Apud Paganos *vetant leges Iouis*, ait Poeta: apud Chriſtianos, leges CHRISTI. Puto autem gladium hunc fuiſſe pugionem. Cæterum noto in vſu tales mortes fuiſſe apud Romanos non modo, ſed & apud Maſſilienſes, quibus, qui Senatui ſexcentorum cauſas iuſtas expetendæ mortis aperuiſſet, ei cicuta ex publico dabatur. *Cognitione*, inquit Valerius, *virili beneuolentia temperata, quæ nec egredi vita temere patitur, & ſapienter excedere cupienti, celerem fati viam præbet, vt vel aduerſa, vel proſpera nimis vſus fortuna* (*vtraque enim finiendi ſpiritus via, illa ne perſeueret, hæc ne deſtituat, rationem præbet*) *comprobato exitu terminetur.* Petronius Arbiter.

[margin: Ratio correctionis.]

Vna eſt nobilitas argumentumque caloris
In mortem timidas non habuiſſe manus.

Et Apuleius lib. 8. ait *hoc eſſe animam virilem perflare.*

Relatum inde de P. Vitellio & [1] Pomponio Secundo. illum indices arguebant, clauſtra ærarij cui præfectus erat, & militarem pecuniam rebus nouis obtuliſſe: huic a [2] Conſidio prætura functo obiectabatur [3] Velij Galli amicitia, qui punito Seiano in hortos Pomponij quaſi fidiſſimum ad ſubſidium perfugiſſet. neque aliud periclitantibus auxilij quam in fratrum conſtantia fuit, qui vades extitere. mox crebris [4] prolationibus ſpem ac metum iuxta grauatus Vitellius, petito per ſpeciem

[margin: Princeps in mortuum nõ ſæuit.]

[margin: Amicitia crimen læſæ Maieſtatis.]

ſtudiorum [5] ſcalpro, leuem ictum venis intulit, vitamque ægritudine animi finiuit. At Pomponius multa morum elegantia, & ingenio inluſtri, dum aduerſam [6] fortunam æquus tolerat, Tiberio ſuperſtes fuit. Placitum poſthac vt in reliquos Seiani liberos aduerteretur, vaneſcente quanquam plebis ira, ac pleriſque per priora ſupplicia lenitis. igitur portantur in carcerem, filius imminentium intelligens, [7] puella adeo neſcia, vt crebro interrogaret, *quod ob delictum, & quo traheretur? neque facturam vltra. &, poſſe ſe pùerili verbere moneri.* Tradunt temporis eius auctores, quia triumuirali ſupplicio affici virginem inauditum habebatur, a carnifice [8] laqueum iuxta compreſſam: exin obliſis faucibus id ætatis corpora in Gemonias abiecta.

Liberi impuberes & virgunculæ in crimen cadũt Maieſtatis.

Pomponius Secundus. *Nunquam ructauit.* *Seruus principũ fœdus.* *Vates.* *Et ciuis clariſſ.* *Conſularis.*

1 POMPONIO SECVNDO.] Quem ructaſſe nunquam ſcribit Plinius lib. 7. cap. 19. vir ſuo ſæculo celebris. Dio tamen in eo narrat neſcio quid fœdæ ſeruitutis. Idem Plinius vocat eum *vatem ciuemque clariſſimum*, lib. 13. cap. 12. Et alibi *Conſularem*. De eo Quintil. Inſtit. lib. 9. cap. 5. Et eius eſt quod ait Seneca epiſt. 3. *Quidam adeo in latebras refugerunt, vt putent in turbido, quidquid eſt in luce.* Plinius Secundus in epiſt. ad Marcum, de vita Q. Pomponij Secundi: *Duo volumina edidit Plinius maior, a quo ſingulariter amatus. hæc memoriæ amici quaſi debitum munus exoluit*, ait eius nepos.

Amicitiæ debitum exſolutum.

Conſidius Proculus. *Canis delatorius Tiberij.* *Statim exanimatus.*

2 CONSIDIO.] Conſidius eſt Proculus, vnus ex Tiberij canibus delatoriis, qui quod aliis intriuerat, ipſe exedit. nam diem ſuum Natalem celebrans, ſtatim captus raptuſque in Curiam, ſtatim exanimatus eſt. Tacitus lib. 6. De hoc genere vltionum in delatores, Sat. 10. Iuuenalis.

——periuros audio multos;
Nil dubium: magna eſt fornacula.

Sane æquum eſt, vt quod aliis pararunt excidium, in id incurrant.

Correctus Tacitus. *Ælius, non Velius Gallus.* *Gallus Arabiã peragrat armis.*

3 VELII GALLI.] Numquid *Ælij Galli*? nam ita dictus eſt ille Gallus Romanorum poſtremus, qui Romana arma intulit in Arabiam, temporibus Auguſti: Caius enim Auguſti filius, Arabiam tantum deſiderauit, & ſpectauit: Gallus autem illam peragrauit, oppidaque multa diruit, quod ante eum nemo. Vide Plin. lib. 7. cap. 28. Et forte hic Gallus filius huius Galli, qui idcirco *Ælius*, non *Velius* dictus eſt, vt opinor. *Ælius* Straboni, *Ælius* Plinio cæteriſque Hiſtoriographis & authoribus: *Velij* tamen apud Romanos fuere. Vnde *Velinus* lacus & *Velia* tribus, & *Velina* Nympha. Sed de Veliis alibi.

Protelare eſt differre. *Prolatare idem.*

4 PROLATIONIBVS.] *Protelationibus* dicunt Iuriſconſulti. nam *protelare litem*, eſt prorogare, proferre. L. rem non nouam. de Iud. Cod. *Protelare*, ait Feſtus, *eſt longe propellere.* Et Catullus.

Protelo rigido meo cecidi.

Sed quid ſi *prolatationibus*? Nam *prolatare* eſt protendere: & veram eſſe ſcripturam puto.

Qui ſcalpro interierint. *Scotus.* *Euagrius.*

5 SCALPRO.] Scotus vir acutus inter omnes ſui temporis philoſophos diſcipulorum ſuorum ſcalpris crudeliter interiit: dignus certe meliori & tranquilliori fato. Vt Euagrius etiam Antiochenus epiſcopus, quod hiſtoria Eccleſiaſtica memorat. Vide hymnum D. Caſſiani Mart. graphiis confoſſi apud Prudent. *Iulius Cæſar graphio vnius ex ſicariis ſuis, brachium traiecit*, ait Sueton. in Iul. Graphia autem illa ex ferro olim, mox ex oſſe.

Iulius graphio ſicarium ſuum traiecit. *Graphia ex ferro.* *Quædam ex oſſe.*

6 FORTVNAM ÆQVVS TOLERAT.] Nam hoc eſt præceptũ ex Muſarum tripode.

Χρὴ δ' ὅςις εἰ οὐ καρτερεῖν Θεοῦ δόσιν.
Oportet æquanimiter ſuſtinere quod dat Deus.

7 PVELLA ADEO NESCIA.] Iuuenilis animus non dolet.

Νέα φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ,

ait Euripid. *Et rident ſub cultro infantes*, ait D. Hieron. de infantibus, quos Herodes trucidauit, de quibus Auguſtus acute, *malle ſe porcum eſſe Herodis, quam infantem.* Nam vt Iudæus, parcebat porcis, quos non edebat; infantibus non pepercit, quos gladio hauſit. Sed re vera paganus erat, non Iudæus. Verum ſe Iudæum finxit, quo Mariamnem acciperet in vxorem. nam *præceptum erat Iudæis, Iudæis tantum nubere, non exteris.* Noto etiam pueros, Deorum paganorum in tutela fuiſſe; & pro miraculo habuiſſe quod fures, qui æneam aliquando pueri ſtatuam nocte accipere pararent, non potuerint, ſed propter ſtatuam interierint: quod Martialis narrat.

8 LAQVEVM IVXTA COMPRESSAM.] Strabo lib. 6. ait filias Dionyſij Tyranni a Locrenſibus ſtupratas, mox ſtrangulatas, deinde vſtulatas: quod crudele. Idem in puero narrat Dio lib. 47. nam pueros necare apud Romanos inauditum. Quod ſumptum ab Hebræis. Numer. 31. *Mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, iugulate; puellas vero, & omnes virgines fœminas ſeruate vobis.* At vero puerorum innocentia, & infirma ætas, ſacra apud Romanos, & prætextati ſacri habiti. Sic Quintil. declamat. 34. loquens *de prætexta, quia*, inquit, *pueritiæ infantiũ ætatem ſacrã facimus, ac venerabilem.* Itaque neque pueri neque puellæ debuere contrectari apud Romanos. Suet. in Claud. 34. *Sero ac vix remiſit ne fœminæ, prætextatique pueri & puellæ contrectarentur.* Lucillius.

Inauditum necare pueros. *Apud Hebræos.* *Neque puellas.* *Prætextati ſacri.* *Puerorum ætas ſacra apud Rom.*

Virginis hoc pretium, atq; hunc reddamus honorem.

Sic Horatius, vt Canidiæ ſcelus augeret incantatricis, & ad omne nefas procliuis, inducit eam magicis artibus prætextatum perimentem, in Epod. Poteſt aptari huic rei quod ait Iuuenalis Sat. 14.

Nil dictu fœdum, viſuque hæc limina tangat,

Intra

Intra quæ puer eſt.

Vt poſſet occidi per virum faciebant. Quia illa ætas ſancta, & pura: ideo pura puris: tamen filia Caligulæ trucidato patre & Cæſonia matre confoſſa a Centurione parieti illiſa eſt. Suet. 59. in Calig. Et hoc magnæ indignationis indicium eſt. *Et puellam comprimebant.* Et ideo apud Hebræos de Babylonis ſemine iniquo. *Beatus qui allidet paruulos tuos ad petram.* Huius autem inſtituti multæ ſunt rationes. *Dabantur toga viriles pueris, vt viri cenſerentur.* Vna, quod *Lupa Remo Romuloque infantibus pepercerit*, quos aluit. Et hoc videtur notare Martialis lib. 2. epigram. 75. vbi de leone, qui duos puerulos diſcerpſerat.

Ratio quod lupa pueris pepercerit.

Exclamare libet: crudelis, perfide, prædo,
A noſtra pueris parcere diſce lupa.

Quod virginibus honos. Altera ratio eſt *virginitatis honos.* quod in Veſtalibus comprobatum fuit quibus obuij magiſtratus *faſces demittebant*, ait Seneca. & D. Hieron. imo triumphantes. Idem lib. 1. aduerſus Iouinianum. nam virginitas habuit apud paganos etiam ſua priuilegia, non in puellis tantum, ſed & in pueris. *Tiberius tamen noui iuris repertor, induxit noue vt laqueum iuxta comprimeretur.* Et geminum induxit ſcelus, ſtuprum & homicidium. Quamuis vetus interpres Iuuenal. Sat. 10. *ex Senatus ſententia compreſſam* dicat, vt iure cæſa videretur. *Seiani filia Senatus ſententia damnata.* Et iſtius virginitatis priuilegij veſtigium eſt apud Tacitum, vbi de Britannico, quem cum cogitaret Nero interficere: *Crebris*, inquit, *ante exitium diebus, illuſiſſe pueritiæ eius Nero ferebatur.* Vt iam non puer, neque purus, ſed corruptus haberetur; & iam non ſacer, ſed prophanus. Eſt aliud commentum notabile in Dione lib. 47. nam Triumuiri in proſcriptione, cum puerulum prætextatum interficere vellent; *prætexta poſita, virilem togam vt indueret, perſuaſerunt, ac deinde necarunt.* Quod Tiberius imitatus eſt. De quo vere dixeris quod Quintilianus declamat. 313. *Leges mutare vt occidas, & crudeliter interpretari ius, quod a magiſtratibus ſcriptum eſt, cuius animi eſt?* Cæterum Sueton. de eodem facinore, ita ſcribit. *Quia more tradito nefas eſſet virgines ſtrangulari, vitiata eſt prius a carnifice, deinde ſtrangulata.* cap. 60. in Tiber. Dignum facinus Tiberio. Sic idem. *Cæſar Iulius, quia neque ſuffixurum ſe cruci piratas iurauerat, iugulare prius iuſſit, mox ſuffixit.* cap. 74. in Iul. Certum eſt apud barbaros ſolum, hanc puerorum necem vſitatam. nam Dio 42. de Pharnace. *Amiſium vrbem cum diu reſtitiſſet, vi expugnatam diripuit, omnibus impuberibus interfectis.* vt notes impietatem & ſcelus crudele. Neque ſilendum Heliogabali pudendum & abominandum ſcelus, qui *magicis addictus incantamentis cædit humanas hoſtias, lectis ad hoc pueris nobilibus & decoris per omnem Italiam patrimis & matrimis, vt maior eſſet in vtroque parente dolor.* O ingenioſam ſæuitiem.

Per idem tempus Aſia atque Achaia exterritæ ſunt, acri magis quam diuturno rumore, Druſum Germanici filium apud Cycladas inſulas, mox in continenti viſum. *Seruus Druſo mortuo ſimilis.* & erat iuuenis haud diſpari ætate, quibuſdam Cæſaris libertis velut agnitus, per dolumque comitantibus, alliciebantur ignari fama nominis, & promptis Græcorum animis ad noua & mira.[1] quippe elapſum cuſtodia pergere ad paternos exercitus, Ægyptum aut Syriam inuaſurum fingebant ſimul, credebantque. Iam iuuentutis concurſu, iam publicis ſtudiis frequentabatur, lætus præſentibus & inanium ſpe, cum auditum id Poppæo Sabino. Is Macedoniæ tum intentus, Achaiam quoque curabat. Igitur quo vera ſeu falſa antiret,[2] Toronæum Thermæumque ſinum præfeſtinans, mox Eubœam Ægæi maris inſulam &[3] Piræeum Atticæ oræ, dein[4] Corinthienſe littus, anguſtiaſque Iſthmi euadit: marique alio Nicopolim Romanam coloniam ingreſſus, ibi[5] demum cognoſcit, ſolertius interrogatum quiſnam foret. dixit ſe M. Sillano genitum. & multis ſectatorum dilapſis, aſcendiſſe nauem, tanquam Italiam peteret. ſcripſitque hæc Tiberio. neque nos originem finemve eius rei vltra comperimus.

1 QVIPPE LAPSVM.] Lego, *elapſum.* nam e dictionem præcedentem finiens, incipit ſequentem.

2 TORONÆVM THERMÆVMQVE SINVM.] A Torone oppido, quod eſt in Macedonia, vt Thermæum a Therme, quod item eſt in Macedonia. De his duobus, Plinius lib. 4. cap. 10. Strabo lib. 7.

3 PIRÆEVM ATTICÆ ORÆ.] *Piræus Athenarum portus, & emporium*, inquit Strabo lib. 9. *ampliſſimum ſane, & quadringentarum nauium capaciſſimum.* Sic Ouidius. *Piræus portus Athenarum.*

——— Piræaque tuta receſſu.

Plaut. in Bacchid.

Ibo in Piræum, viſam ecquæ aduenerit
In portum ex Epheſo nauis mercatoria.

Plutarchus ait eſſe Athenarum oculis quaſi *paleam quandam.* Nec omitto quod Cicero

ſcribit epiſt. 3. ad Att. lib. 7. *Venio ad Piræa: in quo magis reprehendendus ſum quod homo Romanus, Piræa ſcripſerim non Piræum (ſic enim omnes noſtri loquuti ſunt) quam quod [in] addiderim. Non enim [in] hoc vt oppido præpoſui, ſed vt loco.* Et Sulpitius ſcribens ad Ciceronem 9. fam. *Ex Aſia rediens cœpi regiones circum circa proſpicere. Poſt me erat Ægina, ante Megara, dextra Piræus, ſiniſtra Corinthus.*

4 Corinthiense littvs, angvstiasqve Isthmi.] Qui deſcribitur a Strabone libro 8. Et de quo Apul. 10. *Cenchreas peruado: quod oppidum adeunt nobiliſſimæ coloniæ Corinthienſium. Adluitur autem Ægæo & Saronico mari, vbi portus etiam tutiſſimum nauium receptaculum magno frequentatur populo.* Plin. 4. lib. 4. *Anguſtiæ vnde procedit Iſthmos appellantur in eo loco irrumpentia e diuerſo maria a Septentrione, & exortu eius omnem latitudinem vorant, donec contrario curſu æquorum tantorum in quinque M. paſſuum interuallo exeſis vtrimque lateribus, exeſa ceruice Peloponeſum contingat Hellas.* Cæterum non omitto Homerum Corinthi meminiſſe in Catalogo. Quam locupletiſſimam Strabo vocat ob emporium Iſthmo imminens & duos portus, quorum vnus Aſiæ, alter Italiæ vicinus, magno mercatorum concurſu, Malea relicta propter rigidos ventorum flatus. Nam prouerbium erat olim, *Maleam cum deflexeris, domeſticorum obliuiſcere.* Eſt autem differentia inter Corinthios & Corinthienſes.

Tacitus correctus.

5 Demvm cognoscit.] Puto legendum, *De homine cognoſcit.*

Diſcordia conſulum.

Exitu anni diu aucta [1] diſcordia conſulum erupit. nam facilis capeſſendis inimicitiis & foro exercitus, vt ſegnem Regulum ad opprimendos Seiani miniſtros oblique perſtrinxerat. ille niſi laceſſeretur modeſtiæ retinens, non modo retudit collegam, ſed vt noxium coniurationis ad diſquiſitionem trahebat. Multiſque patrum orantibus, ponerent odia in perniciem itura, manſere infenſi ac minitantes, donec magiſtratu abirent.

Odia magiſtratuum dānoſa Reip.

Concordi magiſtratu nil vtilius Reip.

Craſſi & Domitij conſulatus iurgiis frequēs.

Craſſi item & Pompeij.

1 Discordia Consvlvm.] Quæ luctus eſt, & exitium Reip. nam concordi magiſtratu, nihil Reip. vtilius. vt contra: quod Liuius oſtendit libro 40. *Inter hos,* inquit, *viros nobiles inimicitiæ erant, ſæpe multis, & in Senatu, & ad populum, acrioribus celebratæ certaminibus.* Sueton. cap. 19. in Iul. *Pompeio M. Craſſum reconciliauit veterem inimicum ex Conſulatu, quem ſumma diſcordia ſimul geſſerant.* Et Plinius lib. 17. cap. 1. *Nobiliſſimarum gentium ambo, Craſſus atque Domitius, Cenſuram poſt Conſulatum ſimul geſſere anno V. C. DLXII. frequentem iurgiis, propter diſſimilitudinem morum.* Mirum quod P. R. duos diſcordes maxime in Conſulatu etiam iunxerit in cenſura: ſcilicet vt ex eorum diſcordiis quid maxime, vtile eſſet Reip. oriretur. Nam ex conflictu eluceſcit veritas. Contra vero Fuluius nobilior *Conſul factus, cum M. Æmilio Lepido, ſtatim ex inimiciſſimo, amiciſſimus ei factus eſt.* Hæc Cicero de Prou. Conſul. *Et Aulus Poſthumus Cenſor, cum Quinto Fuluio, propter grauem oculorū morbum, cum gerere cenſurā non poſſet; Poſthumus author fuit, vt publice ſupplicaretur pro valetudine collegæ,* vt ait Verrius Flaccus. Quod certe laudabile. Nam *bonum publicū priuatis ſimultatibus impeditur,* ait noſter Ann. 14.

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librum quintum Annal. C. Cornelij Taciti.

C. COR-

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER SEXTVS.

CN. Domitius & Camillus Scribonianus conſulatum inierant, cum Cæſar tramiſſo [1] quod Capreas & Surrentum interluit freto, [2] Campaniam [3] * prælegebat, ambiguus an vrbem intraret, ſeu quia contra [4] deſtinauerat, ſpeciem venturi ſimulans, & ſæpe in propinqua digreſſus, [5] aditis iuxta Tiberim hortis, [6] ſaxa rurſum & ſolitudinem maris [7] repetiit, pudore ſcelerum & libidinum? quibus adeo indomitis exarſerat, [8] vt more regio pubem ingenuam ſtupris pollueret. nec formam tantum & decora corpora, ſed in his modeſtam pueritiam, [9] in aliis imagines maiorum incitamentum cupidinis habebat. [10] tuncque primum ignota ante vocabula reperta ſunt, [11] ſellariorum & ſpintriarum, ex fœditate loci ac multiplici patientia. præpoſitique ſerui qui quærerent, pertraherent, dona in promptos, minas aduerſum abnuentes, & ſi retinerent propinquus aut parens, vim, raptus, ſuaque ipſi libita velut in captos exercebant.

prælegebat. At ambiguus

Tiberius vetus hircus libidinibus ardens.

Corruptor ingenuæ pubis, donis aut minis vtens ad ſcelus.

IN LIBRVM VI. ANNALIVM C. CORNELII TACITI Nouarum Cogitationum liber ſextus.

1 QVOD CAPREAS ET SVRRENTVM INTERLVIT FRETO.] Aliquando Capreæ in continenti Italiæ fuerunt; ſed abruptæ poſtea aut æſtu maris, aut terræmotibus: Nec mirum, cum aquæ multum conuertatur in terras, & terræ multum in aquas: quæ eſt naturæ conuerſio frequens; de qua Anacreon in odis, & Ouidius 15. Met.

Capreæ abruptæ a continenti Italiæ. Vel æſtu maris, vel terræ motibus.

Vidi ego, quod fuerat quondam ſolidiſsima tellus,
Eſſe fretum; vidi factas ex æquore terras.
Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa, Pharoſque,
Et Phœniſſa Tyros; quarum nunc inſula nulla eſt.

Strabo lib. 1. vbi de Leſbo, ait eſſè, *qui Leſbum ab Ida abruptam fuiſſe crediderint, ſicut a Miſeno Prochytam, & Pithecuſam, & ab Athenæo Capreas, & ab Regio Siciliam, & Oſſam ab Olympo.* Et *Rhagadas, id eſt, effractas, ideo nominatas, quoniam ad Caſpias portas terræ motu tellus fracta ſit.* Quod autem dicit Strabo, *ab Athenæo Capreas*, noſter dicit, *quod Capreas & Surrentum interluit freto.* nam Athenæum promontorium tunc dicebatur. Strabo lib. 5. *Athenæum quaſi Mineruium; quidam Prenuſſum appellant promontorium: Quippe in eius apice, Mineruæ ſacellum eſt, quod Vlyſſes ædificauit.* Ouid. 15. Metam.

Lesbos. Prochyta. Pythecuſa. Rhegium. Oſſa.

Inde legit Capreas, promontoriumque Mineruæ,
Et Surrentino generoſos palmite colles.

2 CAMPANIAM.] *Omnium*, ait Florus, de bello Samnitico, *non modo Italiæ, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt. nihil mollius cælo; denique bis floribus vernat. Nihil vberius ſolo: Ideo Liberi Cererisque certamen dicitur. Nihil hoſpitalius mari.* Itaque tradunt Campaniam fuiſſe Cannas Hannibalis, vt refert Florus, & Seneca. Silius Italicus lib. 8. de Campania.

Iam vero quos diues opum, quos diues auorum,
Et toto dabat ad bellum Campania tractu.

3 PRÆLEGEBAT.] Poſt verbum *Prælegebat*, figo punctum, & lego. *At ambiguus an vrbem intraret.* nam verbum *At* in fine dictionis *prælegebat*; repetendum erat. Et nota totam hanc clauſulam male interpunctam, ideoque tenebricoſam. Et niſi ita legeris, inuolutum nebulis ſenſum habueris, & aliquid

Tacitus correctus.

deſideraueris ex natiua Taciti ſcriptione.

4 DESTINAVERAT.] Lege, *Seu quia contra deſtinauerat, ſpeciem venturi ſimulans.*

Horti Cæſarum iuxta Tiberim.

5 ADITIS IVXTA TIBERIM HORTIS.] De his hortis meminit Plinius lib. 15. cap. 30. ſed corrupta lectione, quam ideo pono. *Sunt*, inquit, *& circa Diuum Auguſtum euenta eius* (loquitur de lauro) *digna memoratu; namque Liuiæ Druſillæ, quæ poſtea Auguſta matrimonij nomen accepit, cum pacta eſſet illa Cæſari gallinam conſpicui candoris, ſedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæſam, intrepideque* (lege intrepidamque) *miranti*, (ſcilicet gallinam) *acceßit miraculum, quoniam teneret roſtro laureum ramum onuſtum ſuis baccis. Conſeruari alitem & ſobolem iuſſere aruſpices, ramumque eum ſeri, atque rite cuſtodiri. Quod factum eſt in villa Cæſarum, fluuio Tiberij* (lego *Tiberis*) *impoſita, iuxta nonum lapidem, Flaminia via, quæ ob id vocatur ad Gallinas, mireque ſilua prouenit. Ex ea triumphans poſtea Cæſar, laurum in manu tenuit, coronamque capite geßit, ac deinde Imperatores Cæſares cuncti: Traditusque mos eſt, ramos quos tenuerint* (Imperatores ſcilicet) *ſerendi: Et durant ſiluæ nominibus ſuis diſcretæ* (vt ſcilicet vna ſit Auguſti, altera Tiberij, altera Caij, &c.) *fortaßis ideo mutatis triumphalibus: Quia manu triumphantium geſtarentur*: Id eſt, quod diuerſi triumphalium tituli, vt vnus de Britannia, alter de Germania, & per eorum nomina diſtinguerentur.

Gallina alba in ſinum Liuiæ lapſa.

Plinius correctus.

Saxa in Capreis.

6 SAXA RVRSVM.] Sane Strabo lib. 5. ait a promontorio Athenæi, ad Capreas, excurſum eſſe breuiſſimum: ſed exiguas quaſdam eſſe inſulas ſaxoſas atque deſertas quæ occurrant, & quas Sirenas vocant.

7 REPETIIT PVDORE.] Figo punctum in verbo *reperiit.* & ita incipio clauſulam. *Pudore*, &c.

Quid more regio agere.

8 VT MORE REGIO.] Salluſt. 1. hiſtor. *More Regio agere* apud Rom. ait eſſe *libidinari & more tyrannorum agere.* Et Cicero 1. Catilinaria, *crudeliter & regie factum eſſe* dixit, pro immaniter. Et ad Atticum 10. *Regnum*, inquit, *non modo Romano homini, ſed ne Perſæ cuiquam tolerabile*..epiſtola, *Et res ipſa.* Quod explicat his verbis Tertullian. de Pallio. *Phyſconem & Sardanapalum tacendum eſt*: (lego *tacere commodum eſt*) *qui niſi inſignes libidinum, alias Reges nemo noſcet. Tacendum autem ne quid & illi de Cæſaribus quibuſdam veſtris obmuſsitent, pariter propudioſis. Nec magnæ forte conſtantiæ mandatum ſit impuriorem Phyſcone, molliorem Sardanapalo, Cæſares deſignare, & quidem ſub Nerone.* Quod debet interpretari ex Diogene Laertio in Pittaco. Phyſcones enim & Gaſtrones vocabant, qui eſſent pingui aqualiculo. Qualis fuit Agag rex Amalec, qui pinguiſſimus, cap. 15. Reg. 1. & Ptolomæus rex Ægypti, qui ſororis ſuæ Cleopatræ vir fuit, quem Iuſtinus ventroſum nominat, vt Iuriſconſulti *ventroſum parietem*, qui ventrem faciat. Nam Iuſtinus 38. *ſagina ventris belluæ ſimilem* fuiſſe dicit. Et dicitur φύσκων quod ventroſum eſt. Sed redeo ad Regium morem. Sane 1. libro Reg. inter libidines regias, hoc ponitur. *Tollent vxores veſtras.* Et Virgilius ad hanc rem.

Tertullianus interpretatus.

Phyſcones & Gaſtrones.

Libidinari regium.

Quid ſoceros legere, & gremiis abducere pactas?

Tacent ſacræ litteræ de pube ingenua, ne ſcelus doceant. noſter autem *pubem ingenuam* vocat adoleſcentes ingenuos, vt ingenuorum perſona maius faciat nefas. nam de ſeruis palam eſt. Seneca de ſeruis epiſt. 47. *In cubiculo vir, in conuiuio puer.* hoc igitur genus hominum, *qui in viris per viros noua monſtra conquirunt* (vt ait D. Cyprianus) vocare licet *feles puerarias.* nam *virginarias feles* nominat Plautus in Perſa virginum corruptores: Et de talibus tyrannis, qui florem adoleſcentum ingenuorum vel puerorum delibant, Lucianus in Nauigatione: *Megapenthes filius Lycidæ defloratis virginibus in ingenuam pubem irruit*: & Apuleius 2. Florid. his verbis. *Verum hæc quidem ſtatua eſt cuiuſpiam puberum, qui Polycrati tyranno dilectus, Anacreonta Teium amicitiæ gratia cantillat.* Claudian. de Tiberio, vetere hirco. 4. Conſul. Honor. ſic dixit.

—— quem dura Neronis
Funera, quem rupes Caprearum tetra latebat,
Inceſto poſſeſſa ſeni?

Nam ſeu libidine, ſeu in effundendo ſanguine ingenuo Tiberius atrox & dirus. Et vt dicebat Varro in Bimargo.

Hunc ſcena ſenem Latina vidit dirißimum.

Si quis autem huius loci velit interpretationem ſcire, legat Sueton. cap. 44. videbit quid Cæſarum & præcipue Tiberij impudicitia patrarit. At ſapientiores & moderatiores multo priſci Romani. nam Gellius lib 15. c 12. *Si vlla meretrix domum meam introiuit, aut cuiuſquam ſeruulus propter me ſollicitatus eſt.* Hæc dicebat C. Gracchus apud eundem. Sed M. Cato aliter morem Regium accipit, pro ferocia & crudelitate. *Dixi*, inquit, *a Decemuiris parum ſibi bene cibaria curata eſſe, iußit veſtimenta detrahi, atque flagro cædi. Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc ſeruitutem ferre poteſt? Nemo hoc rex auſus eſt facere.* lib. 10. cap. 3. Sic ille Terentianus Sannio.

Regnumque heic tu poßides Æſchine?

Salluſt. in Iugurth. *Impune quælibet facere, id eſt, regem eſſe.* Et in Catilinario bello. *Regibus, boni quam mali ſuſpectiores ſunt.* Et apud Lucillium de Granio.

—— Granius autem
Non contemnere ſe, & reges odiſſe ſuperbos.

Cicero 1. ad Attic. epiſt. *Quæris. Quouſque hunc regem feremus?* Horat. Sat. 7. lib. 1.

—— cur non
Hūc regem iugulas? operū hoc mihi crede tuorū eſt.

Nam Romanis ad libertatem natis Regia poteſtas ſemper pro tyrannide, nullo modo patienda videbatur. Non prætereo diuturnitatem Imperij Tiberio hanc ſuperbiam attuliſſe. Et ſane initia eius ciuilia, ſed finis crudelis. nam ſolent Imperia ex ouibus, leones gignere, vbi diuturna ſunt, niſi virtute contineantur. Sic Tiberios, Caligulas, Nerones, & Domitianos, ex hominibus, fecit belluas & immanes. *Vetus Reſpublica Valentinum, quod velut alter rex, puerum prætextatum, & ingenuam virginem corrupiſſet, & poetico ioco ſuam turpitudinem publicaſſet, accuſatione Coſconij remouit.* Valer. de

iudic.

iudic. publ. lib. 8. Huius tyrannicæ turpitudinis veſtigium eſt lib. 2. Machab. cap. 4. de Antiocho Nobili, imo ignobili & opico. *Auſus eſt*, inquit, *ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere, & optimos quoſque epheborum, in lupanaribus ponere*. Strabo de Dionyſio tyranno, ait ornatas, & deſponſatas virgines vitiaſſe, & depudicaſſe, & in maritorum thalamos irrupiſſe. quod infandum ſcelus, & nulla non arte piandum. Idem factitauit Caligula. Dio 59. Sed quid non auſus ille qui neque vir neque fœmina?

9 In aliis.] Lege, *in illis*. nam ſupra dixit *in his*; ideo ſubiungit, *in illis imagines maiorum incitamentum cupidinis haberet*. Quod exprimit hominem mirifice improbum, cui voluptas ſit non modo ad voluptatem & vt nobiliora corpora pollueret, ſed etiam elegantiores animos, & ex clarioribus familiis ortos. D. Hieron. ad Euſtoch. de virg. ſeruand. *Palma vitiorum eſt honeſta polluere*. Sane improba libido & nequam, naturæ puritatis decus quærit contaminare & deturpare.

Tacitus correctus.

Ratio correctionis.

10 Tuncque.] Legendum ex Florentino MS. *tunc quæ primum ignota vocabula reperta ſunt*. Et tolle illud *ante*: quippe gloſſema eſt. nam explicatio eſt verbi, *primum*, quæ irrepſit in contextum.

11 Sellariorum et spintriarum.] Cape ſpintrias pro libellis portentoſæ libidinis, quales noſtro tempore Aretinus exhibuit, quos Caligula, ne mergeret profundo, exoratus eſt. Martialis lib. 12. epig. 43. de Sabelli verſibus loquens talia portenta libidinum ita deſcribit.

Sellarij & ſpintriæ.

Sunt illic Veneris nouæ figuræ:
Quo ſymplegmate quinque copulentur,
Qua plures teneantur a catena.

Sed hæc putida tacenda; & finio, vbi addidero, *ſpintrias* eſſe armillarum genus quo mulieres vtebantur, aurique flexuris concatenatum. Quod ad portentoſas libidines inſulſe aptarunt viri qui in naturæ corruptione fœda & in ſuccerdis ſuas faciunt cogitationes & delitias. Et ſunt plures huius artificij operarij, quam honeſtæ copulationis.

At Romæ principio anni quaſi recens cognitis Liuiæ flagitiis, ac non pridem etiam punitis, atroces ſententiæ dicebantur, in effigies quoque ac memoriam eius. & bona Seiani [1] ablata ærario, vt in fiſcum cogerentur, [2] tum retulere [3] Scipiones. Hæc & Sillani & Caſſij iiſdem ferme aut paulum immutatis verbis adſeueratione multa cenſebant, cum repente Togonius Gallus dum ignobilitatem ſuam magnis nominibus inſerit, per deridiculum auditur. Nam principem orabat deligere ſenatores, ex queis viginti ſorte ducti & ferro accincti, quoties curiam iniſſet, [4] ſalutem eius defenderent. [5] crediderat nimirum epiſtolæ, ſubſidio ſibi alterum ex conſulibus poſcentis, vt tutus a Capreis vrbem peteret. Tiberius tamen ludibria ſeriis permiſcere ſolitus, egit gratias beneuolentiæ patrum: *ſed quos omitti poſſe? quos deligi? ſemperne eoſdem? an ſubinde alios? &* [6] *honoribus perfunctos, an iuuenes? priuatos an e magiſtratibus? quam deinde ſpeciem fore ſumentium in limine curiæ gladios? neque ſibi vitam tanti, ſi armis tegenda foret*. Hæc aduerſus Togonium, verbis moderans: neque vltra abolitionem ſententiæ ſuadere. [7] At Iunium Gallionem qui cenſuerat vt prætoriani actis ſtipendiis, ius apiſcerentur in quatuordecim ordinibus ſedendi, violenter increpuit, velut coram rogitans, quid illi cum militibus? quos neque dicta imperatoris, neque præmia niſi ab imperatore accipere par eſſet, repperiſſe prorſus quod diuus Auguſtus non prouiderit, an potius diſcordiã & ſeditionem a ſatellite Seiani quæſitam? qua rudes animos nomine honoris ad corrumpendum militiæ morem propelleret. hoc pretium Gallio meditatæ adulationis tulit, ſtatim curia, deinde Italia exactus. & quia incuſabatur facile toleraturus exilium, [8] delecta Leſbo inſula nobili & amœna, retrahitur in vrbem, cuſtoditurq. domibus magiſtratuum.

Ridiculus nebulo qui ſe magnis nominibus inſerit.

Adulatoriæ Senatorum ſententiæ.

Vita principis armis tecta intuta eſt.

Miles ab imperatore dicta aut præmia recipit, non ab aliis.

Adulatores Senatores moti Senatu & in exilium acti.

1 Ablata ærario, vt in fiscum.] Diuiſum erat ærarium a fiſco. Nam ærarium Reip. erat, fiſcus principis. veteri Rep. vnum tantum fuit ærarium, & vnus Quæſtor. Aſſumpto ad imperiũ Auguſto alterũ cum principis Quæſtore fuit ærariũ fiſci. Tamẽ Dio ait Auguſtũ hęc duo iunxiſſe cum Reip. ærarium oneribus Reip. nõ ſufficeret. Sed ſub poſterioribus imperatoribus diſtinctũ fuit & diſparatum: quod heic Tacitus oſtendit. Nã ita Spar-

tianus in Adriano. *Damnatorum bona in fiſcum priuatum redigi vetuit omni ſummâ in ærario publico recepta.* Plin. in Paneg. *Fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum qua ærarium cohibes.* Et Seneca fiſcum Cæſaris vocat, quod illi ſit peculiaris. Et res fiſcales proprias Cæſaris, L. 2. Ne quid in loc. publ. Nota autem adulatorium iſtius temporis tranſlatis ad Principem quæ erant Reipub. Sic Romæ in inſcriptione veteri. THERMAS. FISCI. SVI. SVMPTV. COEPTAS.

2 TVM.] Qui ſubeſſe heic malefactum putat, recte putat. *Tacitus correctus.* Eſt enim exſcriptorum facinus, qui *tum* pro *Triumuiri* ſcripſerunt, ita ſcriptum erat, *III viri.* *Et explicatus.* Triũuiros autẽ ait *retuliſſe, vt ablata ærario bona Seiani, in fiſcum cogerentur*: quæ vera eſt mens Taciti. Sed qui illi Triumuiri? Capio de tribus viris Prætoriis. De quibus Dio lib. 55. quique ærarij militaris curam habebant. nam, vt ait Suetonius cap. 49. in Aug. *Ærarium militare cum vectigalibus nouis inſtituit.* At illi Triumuiri vt principi gratificarentur, vtque eius fiſcum augerent, retulerunt, per adulationem forte, vel quod tunc fiſcus eſſet in anguſtiis, vt Seiani bona, non ærario, ſed fiſco addicerentur. nam ærarium eſt Reip. fiſcus eſt principis. Simile mendum eſt in Seneca patre Suaſor. 6. quod detexi, placetque exſcribere, quia locus vlceribus plenus eſt. *Seneca pater correctus.* *Ab armis*, inquit, *ad arma diſcurritur. foris victores, dum trucidamur, dum in ſanguine inteſtinus hoſtis incubat.* Lege. *Foris victores, domi trucidamur: domi in ſanguine inteſtinus hoſtis incubat.* Quod P. Schoto indicaui, viro litterato & ob pietatem reuerendo. *Quis non hoc P. Romani ſtatu Ciceronem, vt viuat, cogi putat? Rogabis Cicero turpiter Antonium?* Lege interrogando. *Fruſtra. non te ignobilis tumulus abſcondet. Idem virtuti tuæ qui finis eſt immortalium* (id eſt, nullus finis.) *Humanorum operum cuſtos memoria manus viri, vita perpetua eſt.* Ita vetus Codex. In excuſis eſt, *quæ manſuri vita. At humanorum operum cuſtos memoriis, contra manus Triumuiri* (id eſt Antonij) *vita perpetua eſt. In omnia ſæcula te ſacratum dabunt.* Sic in Sueton. Domitianus. *Secretum ſibi horarum ſumere ſolebat.* vbi recte, *horarum iii.* id eſt, *horarum trium*, vt repoſuere viri docti. Et iam correxi li. 1. in verbo *Triumuiri*, Florum, vbi de Iulo M. Antonij filio. Sed in eodem verbo mendum eſt apud Scholiaſt. Iuuenal. Sat. 8. in verſum:

Inde Dolabella, atque hinc Antonius.

Antonius (inquit Scholiaſtes) *trium Antoniorum corruptor.* *Tres Antonij. A Triumuiro corrupti.* Lege, *Antonius Triumuir Antoniorum corruptor.* nam fuerunt tres Antonij fratres, M. Triumuir, Caius, & Lucius. Cicero Philip. 10. ait *C. Antonium duorum fratrum ætatibus interiectum.* Eſt & in Suetonio 39. Claudij idem error. *Multos*, inquit, *ex iis quos capite damnauerat, poſtero ſtatim die, & in concilium, & ad aleæ luſum admoneri iuſſit: & quaſi morarentur vt ſomniculoſos per nuncium increpuit.* vbi lego, *in concilio triumuirorum.* loquitur enim de triumuiris capitalibus. & lego *admoueri*, non *admoneri*. *Cicero 1. de Legibus emendatus.* Sane in numeris latent magna apud authores malefacta, vt apud Ciceronem lib. 1. de Legib. *Nec*, inquit, *Manilia lege ſinguli, ſed ex iis tres arbitri fines regemus*: vbi pro *ſed ex iis*, legendũ, *ſed ex duodecim tabulis.* nam ita ſcriptũ, *ſed ex XII.* Quippe repetenda littera *X.* vt faceret *ex*, & *X.* notam ſignaret: Cui additi *II.* faciunt duodecim. At littera *S. L.* indicat notam eſſe pro tabulis accipiendam, & vltima numeri *II.* pro *T*, accipienda eſt. Turnebus indicauit, non explicauit. Apud Liuium. *Exin Dictatoris legionibus*, explicauit pro *ex tribus Dictatoris legionibus.* Et apud Plinium Nat. hiſtor. lib. 18. cap. 2. vbi diſſerit *quamobrem menſa linquenda non ſit. Nondum enim, ait, plures, quam conuiuæ.* vbi lego, *quam tres conuiuæ.* nam in littera *m*, extrema verbi *quam*, tres intelliguntur, cum ita ſcribitur, *III.*

3 SCIPIONES.] In his verbis clauſulam incipio: ponitque Tacitus Scipiones, Silanos & Caſſios pro claris & vetuſtis Reip. nominibus & omnino ſacris. Sic enim vocabant.

4 SALVTEM EIVS DEFENDERENT.] Iſta adulatio, non noua, ſed vetus; nec apud exteras gentes, ſed Romanos ipſos: *Senatores & equites Iulio Cæſari excubitores dati.* Quippe Iulio Cæſari additum ſatellitium ex equitibus & Senatoribus. Dio lib. 44. Quod vir conſultiſſimus & ſibi prouidus reſpuit. *Quod reſpuit caute.* *Charitate enim ciuium, non armis. ſeptum eſſe debere principem exiſtimauit*, vt ait Cicero Philipp. 2. Eadem adulatio obtulit Auguſto Senatorum excubias. *Labeo libertatis memor non excubat.* Sed Labeo Romanæ libertatis memor, & Senatorij muneris, *Vigilare*, inquit, *non poſſum: nec ipſe hanc operam recepit. nec adulatio eũ decepit.* Et Dio vbi de Togonij ſententia diſſerit, *non ita fatuum Tiberium dixit, vt hoſtibus ſuis ſe protegendum daret.* Quod eſt veriſſimum. Et ſane qui hoſtibus fidit, ſibi ipſi diffidit.

5 CREDIDERAT.] Homo ſcilicet adulatione turpis, ſed nimia crudelitate ſecors. nec enim omnia omnium credenda ſunt. *Non omnibus & per omnia credendum.*

6 HONORIBVS PERFVNCTOS, AN IVVENES?] Togonius Gallus *Senatores* dixerat. Quid heic ergo de Iuuenibus nondum honoribus perfunctis? an Senatores iuuenes, cum 25. annos haberent? an Senator quiſpiam non functus honoribus? an in Senatu priuatus quiſquam, nec magiſtratum gerens? An intelligit honoribus perfunctos Conſulares, quia dignitas Conſularis vere apex honorum in Rep. Rom. Iuuenes autem reliquos appellaſſe, quia ad Conſulatum non niſi viri grandæui adſciſcerentur? Dio ſcribit lib. 59. Caligulam, cum ordo equeſtris diminutus eſſet, ex omni etiam extra Italiam imperio, multos opibus & affinitatibus auctos, primores allectos, & quibuſdam eorum, vſum veſtis Senatoriæ dediſſe, antequam magiſtratum vllum geſſiſſent, quo ad Senatum aditus pararetur, & ſpem Senatoriæ adipiſcendæ dignitatis haberent. nam iſtud ſolis Patriciis permiſſum; antea, quod dixi iam, ex Auguſti lege, & a Caligula, qui ſucceſſit Tiberio, ad equites hoc ius eſt tranſlatum. Iuuenes vocat Patricios adſcitos in Senatum, & prætextatos filios Senatorum, quibus ius erat cum patribus Senatum ingredi. Gellius ſatis docet libro 1. cap. 23. quod ante Auguſtum locum habuit. Honoribus perfunctos, qui Quæſturam, Ædilitatem, Præturam, Conſulatum

Conſulatum geſſiſſent, vel Cenſuram: Priuatos, qui horum nihil eſſent adhuc adepti. Opponit enim illos magiſtratibus noſter. Et ſane inter Senatores, erant velut priuati.

Gallio.

7 At Ivnivm Gallionem.] Ad quem, vt puto, ſcripſit Ouidius elegiam 11. lib. 4. de Ponto. Fuit autem Gallio alter frater Senecæ: quippe *noſtrum* appellat præfatione lib. 3. Controuerſ. huic longe diſſimilis. Nam adulationum magnus oſor: Ideoque ad eum hic locus referri non poteſt, nec ætas. Nam Seneca libr. 4. nat. Quæſt. *Eo*, inquit, *iam dementiæ venimus, vt qui parce adulatur, pro maligno ſit. Solebam tibi dicere, Gallionem fratrem meum, quem nemo non parum amat, etiam qui amare plus non poteſt, alia vitia non noſſe, hoc etiam odiſſe.* Dio autem libr. 58. ait hanc Gallionis ſententiam eo ſpectaſſe, vt Tiberio milites conciliaret. De Gallieno fratre Senecæ, dicemus infra.

Gallio pater nomine patri Senecæ.

8 Dilecta Lesbo insvla.] Ex antiquo iure notandum, eque ruderibus veteris iuris, quod qui damnatus erat in inſulã inſula non nominata, haberet facultatem eligendi in quam inſulam traijceret. Sic Milo delegit Maſſiliam. Dio lib. 40. Et ita capiendum quod in hiſtoria Eccleſiaſtica Theodoreti ſcribitur cap. 15. lib. 1. *Conſtantium damnato Liberio Papa, interrogaſſe eum in quem locum placeret ſecedere.* Sunt enim quidam qui relegantur in inſulam, adiecto inſulæ nomine, vel in eam inſulam, quam princeps adſignauerit. L. 1. de off. præfecti vrbi. Sunt alij, qui ſimpliciter relegantur, non adiecto relegationis loco, vt L. 6. de interdict. & releg. Et ijs arbitrium relinquitur eligendi in quam velint inſulam abſcedere. Auguſtus poſtea cauit: *Ne quis eorum, quibus aqua & igni interdictum eſſet, in continenti, aut inſula vlla ſiſteret, niſi quæ quinquaginta millia paſſuum a continenti diſtaret: Excepta*, inquit, *Coo, Rhodo, Sardinia, & Lesbo.* Dio. Sic Tertullianus in Apolog. cap. 40. ſcribit. *Delon, Rhodon, Coon, inſulas multis cum millibus abiiſſe.* id eſt, periiſſe cum multis millibus hominum. Elegerat autem Gallio Leſbum propter amœnitatem, de qua dixi ſuperius. Sed retractus eſt contra fas, iuſque; & datur in cuſtodiam magiſtratuum. Quod etiam explicui ſupra.

Iuris veteris indicium.

De damnatis in inſulam.

Inſula aut ſententia addita, aut non.

Auguſti lex.

Iiſdem litteris Cæſar[1] Seſtium Pagonianum prætorium perculit, magno patrum gaudio, audacem, maleficum, omnium ſecreta rimantem, delectumque a Seiano, cuius ope dolus C. Cæſari pararetur. quod poſtquam patefactum, prorupere concepta[2] per idem odia, & ſummum ſupplicium decernebatur, ni profeſſus indicium foret. Vt vero Latinium[3]* Latiarem ingreſſus eſt[4] accuſator Acrius, iuxta inuiſi, grauiſſimum ſpectaculum[5] præbebatur. Latiaris, vt retuli, præcipuus olim circumueniendi Titij Sabini, & tunc luendæ pœnæ primus fuit. Inter quæ Haterius Agrippa conſules anni prioris inuaſit, cur mutua accuſatione[6] intenta, nunc ſilerent? [7] metum prorſus & noxam conſcientiæ pro fœdere haberi, at non patribus reticenda quæ audiuiſſent. Regulus manere tempus vltionis, ſeque [8] coram principe executurum: Trio æmulationem inter collegas, & [9] ſi qua diſcordes iecîſſent melius obliterari, reſpõdit. Vrgente Agrippa, Sanquinius e conſularibus orauit Senatum, ne curas imperatoris, conquiſitis inſuper acerbitatibus augerent: ſufficere ipſum ſtatuendis remedijs. ſic Regulo ſalus, & Trioni dilatio exitii quæſita. Haterius inuiſior fuit, quia ſomno aut libidinoſis vigiliis marcidus, & ob ſegnitiam, [10] quamuis crudelem principem non metuens, inluſtribus viris perniciem inter ganeum ac ſtupra meditabatur.

* Latiarem reum aggreſſus eſt accuſator

Duo nequam inuiſi ob ſcelus faciunt populo delicias.

Quæ diſcordia male oriuntur, per concordiam obliteranda.

Acerbitates non augendæ in Senatu, ſed a Principe mitigandæ.

Pagonianus.

Paconius.

Idem.

Et cur.

Quid obſtet.

1 Sestivm Pagonianvm.] Num is, qui forte corrupto nomine, apud Suetoniũ, vocatur *Paconius?* in Tib. cap. 61. Sane puto ſcriptum *PacoNIVS*, pro *Paconianus*. Nam tum Tiberius in Capreis, & per litteras Senatui mandauit, vt de eius pœna ſtatûeret: nec diſparia longe nomina. Narratque Sueton. Nanum quendam, qui Tiberij menſis adſtabat, ita eum allocutum: *Cur Paconius, maieſtatis reus, tamdiu viuit?* Videte, & ſtatuite: vnum obſtare tantum videtur, quod ille maieſtatis reus eſſet: hic autem audax, maleficus, ſecretorum perquiſitor dicitur a Tiberio, & Seiani gladius in C. Cæſarem, quod a reo maieſtatis diſtat: niſi fuerit crimen maieſtatis, quod in C. Cæſarem parabatur. Et ſane in eo mea ſtat ſententia.

2 Per idem.] Recte *pridem*, ſed addo, *pridem in eum odia.* Nam ita ſcriptum ratio deſiderat, nec litteræ refragantur.

Tacitus correctus.

3 Latiarem ingressvs est.] Lego, *Latinium LatiaREM reum vi aggreſſus eſt.* Nam in littera *M*, *V* & *M*, quod facit *reum.* Ita lima limam triuit, gratum probis ſpecta-

Latinius Latiaris.

Correctio Taciti.

culum.

4 ACCVSATOR ACRIVS.] Placet Lipſiana correctio, cui meam addo. *vi aggreſſus eſt. Accuſator ac reus iuxta inuiſi.* Hotatius de Rege & Perſio Sat. 7. lib. 1. —— *in ius*

Acres procurrunt, magnum ſpectaculum vterque.

Nam duorum, nequam conflictus, bonorum eſt voluptas.

5 PRÆBEBATVR. LATIARIS.] Legendum, *præbebant*. Nam dixit. *Accuſator ac reus iuxta inuiſi, præbebant gratiſſimum ſpectaculum.* Mox addo: *Tunc Latiaru, vt retuli.* Nam illud *tur* principium verbi *tunc*, quod ſequitur in contextu: *tum Latiaru.*

6 INTENTA.] Recte. Nam *intendere accuſationem* eſt verbum Iuriſconſultorum, L. 1. ad L. Fab. de plagiarijs. Cod. *Poſſum intendere ius mihi eſſe.* 29. de ſeru. vind. Et *intendere crimen*, L. 3. ſi reus. De accuſat. Cod.

7 METVM PRORSVS ET NOXAM CONSCIENTIÆ PRO FOEDERE HABERI.] Lege, *noxæ conſcientiam pro ſcelere haberi.* Id eſt metum, & in conſcientia trepidationem haberi pro culpa. Niſi dicas *pro fœdere*, id eſt, quod inuicem ſint ſociati metus & noxæ conſcientia. D. Auguſt. *Ante omnes tribulationes humanæ animæ nulla eſt maior tribulatio quam conſcientia delictorum. Nam ſi ibi vulnus non ſit, ſanumque ſit intus hominis*, (id eſt, quod intus habet homo) *id eſt conſcientia, vbicunque alibi paſſus erit tribulationes, illuc confugiet, & ibi inueniet Deum. Si autem ibi requies non eſt, quoniam ibi Deus non eſt, quid facturus eſt homo?* In Pſalm. 45. Idem D. Auguſtin. Confeſſ. 8. vocat *rixam interioris domus*. Eſt autem ſomnolentia librarij, qui ſcripſit *noxam conſcientiæ*, pro *noxæ conſcientiam*; quales in his libris multæ reperiuntur. Sic autem explico. Perpetuo ſcelere conſcientia cruciatur. ex conſcientia, metus: metus & conſcientia pro ſcelere habentur. Sunt enim duo ſceleris teſtes inuicti, & nunquam refutandi. Sic D. Auguſtinus alicubi: *Conſcientiæ tribunal ſubterfugere nemo poteſt: & conſcientia iudex.*

Correctus Tacitus.

Et explicatus.

8 CORAM PRINCIPE EXECVTVRVM.] Exiſtimo ita legendum. *Manere dies vltionis, ſeque coram principe ex Senatuſconſulto vlturum.* In verbo executio, infra lib. 15. idem mendum. *Et Regulus tametſi taceret, dicebat, non acquieſcere ſe, ſed manere vltionis tempus, ſe autem vlturum coram principe, ex S. C.* id eſt, vbi per S.C. res ad principem remiſſa erit, & relata.

Iterum explicatus & emendatus.

9 SI QVA DISCORDES IECISSENT.] Lego, *Si qua diſcordes feciſſent.* Nam *ſi qua*, pro *ſi aliqua.*

10 QVAMVIS.] Pro, *Quantumuis crudelem.*

Exin Cotta Meſſalinus[1] ſæuiſſimæ cuiuſque ſententiæ auctor, eoque inueterata inuidia, vbi primum facultas data, arguitur[2]* pleraq. C. Cæſarem[3] quaſi inceſtæ virilitatis, & cum[4] die natali Auguſtæ[5] inter ſacerdotes epularetur,[6] nouemdialem eam cœnam *dixiſſe, querenſque de potentia M. Lepidi, ac L. Aruntij cum quibus ob rem pecuniariam diſceptabat, addidiſſe, *Illos quidem Senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus.* neque cunctatus a primoribus ciuitatis reuincebatur. iiſque inſtantibus ad imperatorem prouocauit. nec multo poſt litteræ adferuntur, quibus in modum defenſionis, repetito inter ſe atque Cottam amicitiæ principio, crebriſque eius officijs commemoratis, ne verba praue detorta, neu[7] conuiualium fabularum ſimplicitas in crimen duceretur, poſtulauit. Inſigne viſum eſt earum Cæſaris litterarum initium, nam his verbis exorſus eſt. *Quid ſcribam vobis P. C. aut quomodo ſcribam? aut quid omnino non ſcribam hoc tempore? Dij me deæque peius perdant*[8] *quam perire me quotidie ſentio, ſi ſcio.* Adeo facinora atque flagitia ſua ipſi quoque in ſupplicium verterant. Neque fruſtra[9] præſtantiſſimus ſapientiæ firmare ſolitus eſt,[10] ſi recludantur tyrannorum mentes, poſſe aſpici laniatus & ictus, quando vt corpora verberibus, ita ſæuitia, libidine, malis conſultis, animus dilaceretur: quippe Tiberium non fortuna, non ſolitudines protegebant, quin tormenta pectoris ſuaſque ipſe pœnas fateretur.

* arguitur. Perculerat namque,

* dixit eſſe,

Verba detorta in accuſationem non veniunt. Nec ſimplicitas fabularum conuiualium.

Tyrannorum mentes laceratæ ictibus.

Vt corpus flagellis, ita ſæuitia & libidine animus dilaceratur.

1 SÆVISSIMÆ.] Habuit Cotta prolem non degenerem moribus. Nam Plinius 4. Epiſt. epiſt. *Interfui. Incidit*, inquit, *ſermo de Catullo Meſſalino, qui luminibus orbatus, ingenio ſæuo, mala cæcitatis addiderat. Non verebatur, non erubeſcebat, non miſerebatur: Sæpius a Domitiano, non ſecus ac tela, quæ & ipſa cæca & improuida feruntur, in optimum quemque contorquebatur. De huius nequitia, ſanguinarijſque ſententijs, in commune omnes ſuper cœnam ſæpius loquebantur. Etiam cum Nerua imperatore.* quod auget infamiam. Ergo Nepos cæcus, & ſæuus, vt auus Cotta, hic Tiberianæ, ille Domitianæ crudelitatis baculus. Sic Balbus a no-

ſtro

ſtro *truci eloquentia habitus.* libr. *6. promptuſque aduerſus inſontes.* Quod peſſimi argumentum ingenij eſt. Sed illa male pereant ingenia, donec talia erunt.

Tacitus correctus.

2 PLERAQVE IN C. CÆSAREM.] Mutilus eſt totus hic locus. Ita lego, & emendo: *Exin Cotta Meſſalinus, ſæuiſsimæ cuiuſque ſententiæ author, eoque inueterata inuidia, vbi primum facultas data, arguitur.* Siſto heic: mox clauſulam incipio. *Perculerat namque C. Cæſarem quaſi inceſtæ virilitatis; & cum die natali Auguſtæ, inter ſacerdotes epularetur, nouendialem cœnam dixerat eſſe.* Dixit *perculerat*, quo verbo vſus Sueton. 55. in Tiberio. *Alium alia de cauſa perculit.* Et noſter paulo ante in his verbis: *Cæſar Seſtium Pagonianum Prætorium perculit.* Ride in loco conclamato acumen. Nam vt locus erat, mera nox erat. Quod autem ait, *inter ſacerdotes epularetur*, ſuſpicor fuiſſe eum inter ſeptemuiros epulonum qui ſacerdotes Auguſti: & ſane ille Cotta non bonus Senator, ſed magnus epulator.

Quaſi, extenuatiuum verbum.

3 QVASI INCESTÆ VIRILITATIS.] Forte, *quaſi inceſtuoſæ virilitatis.* At ego *inceſtæ* lego & retineo. verbo autem *quaſi* vtebantur veteres, vbi rem actam extenuare vellent, aut vbi illam plane confiteri ad verecundiam verebantur: quod Tacitus fecit. Exemplum in Seneca patre contra Maximum oratorem, de quo dixi lib. 1. *Quaſi bellus es, quaſi diſertus es: vnum es non quaſi, lappa.* Eſt & alterum in Domitiano apud Salluſt. *Eratque fama quaſi concubinas ipſe diuelleret, nataretque inter vulgatiſsimas meretrices.* vbi lego, *digitis velleret.* Et vox *quaſi*, apud noſtros Iuriſconſultos frequentiſſima, vbi timidius pudorem notant, vt in L. 2. de inoffic. teſt. D. *Quaſi non ſanæ mentis fuerit teſtator.* & *quaſi furioſus.* L. 19. eod. & *quaſi factioſus.* L. 36. de leg. 3. quia exiſtimationi alienæ parcendum eſt. Ideo doctores iuris aiunt verbum *quaſi* eſſe notam improprietatis. L. ſi quis. de condict. indeb. D. Hoc verbo *quaſi*, etiam Epicurei philoſophi vſi ſunt ad euadenda & illudenda Stoicorum in argumentationibus ſpineta, quibus implicabantur. Dicit autem *quaſi inceſtæ virilitatis*: vt libro 6. *Abdus quaſi exſectæ virilitatis.* Quod plane C. Cæſarem hoc crimine onerare vereretur; licet verba Cottæ referret, verumque eſſet, quod obijceretur. Explico autem verba, *inceſtæ virilitatis*, quia Caius ad libidinem maxime procliuis, quam etiam inceſtu nefario, cum ſorore ſua reddidit portentoſam. Niſi legas, *incertæ virilitatis*, quod ſexu ad patientiam muliebrem abuteretur. Et ſane vtriuſque ſceleris reus. Nam de incerta virilitate: ita Suetonius cap. 36. *Pudicitiæ neque ſuæ, neque alienæ pepercit. M. Lepidum, M. Neſtorem Pantomimum, quoſdam obſides dilexiſſe fertur, commercio mutui ſtupri.* Et ita lego. Vetus interpr. Iuuen. *Interrogatum Paſſienum a Caio* (quem male *Neronem* vocat, vt male Claudium virum Meſſalinæ nominat etiam *Neronem*) *haberetne cum ſorore germana conſuetudinem. Nondum, inquit, quantumuis decenter, & caute.* Vbi lego per interrogationem. *Quantum tu decenter, & caute?* Et ſane decenter, ne rem turpiſſimam confiteretur, & forte minime veram. *Caute*, ne principem nihil habentem pudoris, & ad cædem natum exacerbaret. Eſt apud Dionem Vitellij ſimile & cautum reſponſum. *Aliquando Caius rem ſibi eſſe cum Luna dixit. Percunctatus eſt Vitellium vidiſſetne ſe cum Dea congredientem. Tum Vitellius, quaſi attonitus, oculis in terram demiſsis, tremens, exili voce. Solis, inquit, Domine, vobis Dijs licet inuicem videre: & eo dicto, omnes adulationes ſuperauit.* Vnde Vitelliana adulatio, Planciana deterior.

[Margin notes: ...citus explicatus. — ...oliaſtes Iuuenalis reprehenſus. — Interrogatio Caij ad Paſſienum turpis. — ...m interpretatus. — Adulatio Vitellij.]

Natalis dies celebris paganitati.

4 DIE NATALI AVGVSTÆ.] Qui dies maxime culti paganis. Noto autem natales Deorum & principum, & vrbium, & priuatorum in veneratione ſumma. De *Natali Deorum*, Martialis lib. 3. epigr. 68.

Natalis Deorum.

Maiæ Mercurium creaſtis Idus.

Et Cicero meminit 4. ad Attic. *Natalis ſalutis*, quaſi eo die Salus nata eſſet. Acron ad Horat. lib. 2. ode 11. *Natalis Dianæ a virginibus celebrabatur, ſicut Apollinis a pueris.* Ideo Arnobius ſic ait. *Potentias cælites, dies autumant habere natales.* Tertullianus de Idol. *Idem*, inquit, *fit idoli natali, omni Diaboli pompa frequentatur.* Et ita Pallas Tritonia dicta eſt, in qua virgines Natali Palladis decertabant. Tibullus lib. 4. de natali Iunonis.

[Margin notes: Dianæ. — Apollinis. — Palladis. — Iunonis.]

Natali, Iuno, ſanctos cape thuris honores,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.

Et vbi de Natali Genij ad Cherinthum libro 4.

Geniorum.

Magne Geni, cape thura libens, votiſque faueto,
Si modo cum de me cogitat, ille calet.

Natalis principum. Pharaonis.

De *natali principum*, locus eſt in Biblijs cap. 40. Geneſ. *Dies tertius natalitius Pharaonis erat, qui faciens grande conuiuium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum, & piſtorum principis.* De die Natali Herodis, quo epulante, & Herodiade ſaltante, cecidit D. Ioannes, D. Hieronym. 2. in Matth. ita ſcribit. *Nullum alium inuenimus* (ſcilicet in ſacris litteris) *obſeruaſſe diem natalis ſui, niſi Herodem, & Pharaonem; vt quorum erat par impietas, eſſet & vna ſolemnitas.* Sic Natalibus Auguſti, ludi equeſtres fiebant, etiam ſponte, & biduo; quod rarum. Sueton. cap. 87. in Aug. vt ante in natali Iulij Cæſaris IV. Idus Iul. Vetus inſcriptio. *Lanarius & quæ in ijs ſunt ſua pecunia fecit, vt ex eo vectigali quotannis mulſum & cruſtum natale Cæſaris Auguſti daretur.* Et in natali Tiberij. Sueton. cap. 26. *Natalem ſuum plebeijs incurrentem Circenſibus, vix vnius bigæ adiectione honorari paſſus eſt.* Tiber. c. 9. *Claudius*, ait Dio 59. *abrogauit Conſulibus magiſtratum quod ferias in ſuum natalem non indixiſſent, quin prætores eo equeſtrem decurſionem exhibuiſſent.* Et hæc Romæ. At extra Romam, *Herodiani celebrabant natalem diem Herodis Attici*, ait Gellius 15. Herodis inquam Attici qui celebris litteratura fuit multiſque operibus publicis, quibus Athenas ſuam patriam ornauit. Celebrabant etiam Sabbatha. *Quo die*, inquit vet. Interp. ad Perſij Sat. 5. *lucernas accenſas, & violis coronatas in feneſtris ponunt.* Sic Perſius.

[Margin notes: Herodis Paleſtini. — Auguſti. — Iulij Cæſaris. — Herodis Attici. — In natali ſerta & violæ feneſtris.]

Herodis venere dies.

Diogenes Laert. in Arceſilao, ait Hieronymum

Peripateticum amicos cogere conſueuiſſe ad natalem diem Alcyonei Antigoni filij. Et Machab. 2. cap. 6. *Ducebantur cum amara neceßitate, in die natalis regis ad ſacrificia.* Loquitur de Antiocho rege Syriæ. Horatius de natali Cæſaris Auguſti.

—— Cras nato Cæſare feſtus
Dat veniam ſomnumque dies; impune licebit
Æſtiuam ſermone benigno tendere noctem.

Et de nocte libera colloquia.

Natales magnorum virorum.

Etiam celebrabant natales magnorum virorum. Vt Alexandri Magni. Lamprid. in Alex. Seuero: *Cum caſu illuc die feſto Alexandri pater cum vxore patriæ ſolemnitatis implendæ cauſa veniſſet. Cuius rei argumentum eſt quod eadem die natalem habet hic Mameæ Alexander, quo ille Magnus exceſſit.* Etiam Papiniani iuris coryphæi & aſyli apud Iuriſconſultos natalis dies agebatur: quod videre eſt in præfat. Digeſt. Nam ita hunc locum capio. Et Seneca filius epiſt. 64. *Quidni ego magnorum virorum imagines habeam, & natalitia celebrem?* Horatius de natali Mæcenatis lib. 4. od. 11.

Papiniani.

Iure ſolennis mihi, ſanctiorque
Pæne natali proprio, quod ex hac
Luce Mæcenas meus affluentes
Ordinat annos.

Silius ſic natalem *Virgilij* coluit. Plinius libr. 3. epiſt. ad Can. Ruf. Et *Epicurus teſtamento cauit vt dies eius natalis, & parentum, fratrumque, quotannis ſolenniter agerentur.* Diog. Laert. in Epicur. De *vrbium natali*: Cicero pro Flacco. *O Nonæ illæ Decembres, quæ me Conſule fuiſtis; quem ego Dijs natalem, vere huius vrbis, aut certe ſalutarem appellare poſſum.* Idem 2. de Diuinat. *Etiamne vrbis natalis dies, ad vim ſtellarum pertinebat?* Et Plinius lib. 14. cap. 4. *Ea cæli temperies fulſit, quam coctur am vocant ſolis opere, (lego, opera) natale vrbis DCCCXXXIIII.* Et L. 1. Cod. de ferijs. *Natalitij dies vrbium maximarum Romæ & Conſtantinopolis.* Et L. 6. de Curioſis, in Cod. Theod. Et Spartianus in Hadriano meminit natalis Imperij, & natalis adoptionis ſuæ. De *priuatorum natali*, multi apud multos authores loci, vt apud Gellium lib. 19. cap. 9. *Adoleſcens ex terra Aſia, de equeſtri loco, lætæ indolis, moribuſque & fortuna bene ornatus, & ad rem muſicam facili ingenio, & libenti, cœnam dabat amicis, & magiſtris in ruſculo, celebrandæ lucis annuæ, quam ſibi principem vitæ habuerat.* Virgil. Eclog. 3.

Natalis vrbiū. Romæ.

Conſtantinopolis.

Natales priuatorum.

Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis, Iola.

Et Iuuenalis Sat. 12.

Natali, Coruine, die mihi dulcior hæc lux.

Perſius Sat. 2.

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Plautus in Pſeudolo.

Mihi hodie natalis dies eſt, decet eum vos omnes concelebrare.

Idem in Perſa.

Tu Sagariſtio, accumbe in ſummo, meum Natalem agitemus amœnum.

Et in Captiuis.

Quia mihi natalis eſt dies,
Propterea te vocarier ad cœnam volo.

Optatiſſimi natalium dies.

Et hi dies optatiſſimi, & cultu venerandi. Tibullus eleg. 7. lib. 1.

At tu natalis, multos celebrande per annos,
Candidior ſemper, candidiorque veni.

Antipater tamen *Sidonius Poeta omnibus annis, & natali tantum die febri corripiebatur, eoque conſumptus longa ſenecta.* Plin. 7. c. 51. Tacit. infra de Conſidio Proculo, *qui diem natalem nullo pauore celebrans, raptus in Curiam, pariterque damnatus.* Etiam iſti dies læto cultu celebrati. Nam tum ciues Rom. *pexi, annulati, & in alba veſte.* Perſius Sat. 1.

Depexio capillorum.

Annulorum geſtatio.

—— pexuſque togaque recenti,
Et natalitia tandem cum ſardonyce albus.

Coronatio.

Et *coronati & vnguentati.* Tibullus libr. 1. eleg. 4.

Vnguentatio.

Illius e nitido ſtillent vnguenta capillo,
Et capite, & collo, mollia ſerta gerat.

Nam, ait vetus Interpr. Iuuenal. *Quidam habent annulos, quos die tantum natali gerunt.* Ouid. de toga.

Scilicet expectas ſolitum tibi moris honorem,
Pendeat ex humeris veſtis vt alba meis.

Veſtis alba.

Hilaritas continua.

Tota die nihil preter hilaritatem cogitabant. Tibullus.

Tranſeat hic ſine nube dies, ſtent aere nubes,
Ponat & in ſicco molliter vnda minas.
Aſpiciam nullos hodierna luce dolores,
Et Niobe lachrymas ſupprimat ipſe lapis.

Itaque *a cæde & ſanguine abſtinebant.* Cenſorinus de die Natali cap. 2. *Manum a cæde & ſanguine abſtinerēt, ne die qua ipſi lucem accepiſſent, alijs demerent.* Tamen Euſebius lib. 8. cap. 16. ait die natali Imperat. Diocletiani, cum ſpectacula ederentur, in ijs *Agapium martyrem ab vrſo cruentatum, poſtera die, immerſum fuiſſe mari appenſis lapidibus.* Sed omnia placuit euertere quo ad necem bonorum curreretur. Philo Iudæus in Flaccū. *Mos eſt in neminem damnatum* (forte *damnatorū*) *non animaduertere, donec ſolemnes celebritates, natalitiaque Auguſtorum feſta prætereunt.* Tibullus eleg. 7. lib. 1.

Ludi.

Choreæ.

Huc ades; & centum ludos geniumque choreis
Concelebra, & multo tempora funde mero.

Lares coronati.

Quo veſtitu lares.

Lares primum *floribus coronabant, qui ſuccincti cinctu Gabino, & obuoluti toga ſuper humerum ſiniſtrum, dextro nudo.* Vet. Interp. ad Perſ. Sat. 5. Et in *ædiculis.* Petron. Arbiter de laribus Trimalcionis, & Iuuenalis Sat. 8.

Ipſi deinde lares, ſi quod ſpectabile ſignum,
Si quis in ædicula Deus vnicus.

Plautus in Trinum.

Venerati.

Larem corona noſtrum decorari volo;
Vxor venerare; vt nobis hæc habitatio bona,
fauſta, fœlix,
Fortunataque eueniat.

Ara ſtructa.

Coronata.

Floribus ſtrata.

Thura ingeſta.

Aras ſtruebant. Ouid. lib. 3. Triſt. eleg. 13.

Fumida cingatur florentibus ara coronis,
Micaq. ſolenni thuris in igne ſonet.

Paulinus in Natali Sancti Fœlicis.

Spargite flore ſolum, prætexite limina ſertis.

Et vnguenta. Tibullus.

Ipſe ſuos adſit genius viſurus honores,
Cui decorent ſanctas florea ſerta comas;
Illius e puro diſtillent tempora nardo,
Atque ſatur libo ſit, madeatque mero.

Tamen ruri *aræ de ceſpite* in natali. Martialis libri 12. epigr. 60.

Si te rure coli, virideſque pigebit ad aras.

Liba

Liba data. *Liba dabant.* Idem eodem.

Libaque dem pro te, genitale notantia tempus,

Preces & bona verba. *Concipiamque bonas ore fauente preces.*

Plinius lib. 18. cap. 8. *Hodie ſacra priſca atque* *natalium, pulte fitilla*, (tamen *fitilla* ſcriptum) *Sacra priſca.* *conficiuntur.* Etiam cereos *accendebant*, ante lares, & *molas ſalſas* offerebant: vt Mæcenas te-*Puls fitilla.* ſtatur apud Senecam epiſt. 114. de qua infra. *Geniiique ſtatua in editiore loco menſarum*, vt dij *Conuiuia.* lares. *Conuiuia quoque agitabant.* Martialis libr. 2. epigr. 66.

Sexcenti cœnant a te Iuſtine vocati,
Lucis ad officium quæ tibi prima fuit.

In veteri inſcriptione Reatina.

HIC. ARCÆ. AVGVSTALIVM. SE. VIVO. H S. SE. VIVO. DEDIT. XX.

VT. EX. REDITV. EIVS. SVMMÆ. DIE. NATALI. SVO. IIII. KAL. FEBRV. PRÆSENTES. VESCERENTVR. ET. OB. DEDICATIONEM. STATVÆ. DECVRIONIBVS. ET. SEVIRIS. ET. IVVENIBVS. SPORTVLAS. ET. POPVLO. EPVLVM ET. OLEVM. EADEM. DIE. DEDIT. Idem libr. 10. epigramm. 27.

Natali, Diodore, tuo conuiua Senatus
Accubat, & rarus non adhibetur eques.
Et tua tricenos largitur ſportula *nummos:*
Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

Et de illa ſportula eſt L. cum quidam. de an. legat. D. Nam quotannis diem natalem defuncti, cuius heredes erant, celebrabant. Plinius de M. Offilio, claro hiſtrione. *Cum populo admodum placuiſſet natali die ſuo conuiuiumque haberet.* Plaut. in Captiu.

Num quæ feras vocatus ad cœnam? PAR. Nuſquam equidem, quod ſciam.
Sed quid tu id quæris? HEG. Quia mihi natalis eſt dies.

Cicero Philip. 2. *Hodie non deſcendit Antonius. Cur? dat natalitia in hortis. Cui? neminem nomina-* *In hortis.* *bo. Putatote eum Phormioni alicui, tum Ballioni, tum Gnathoni.* Apul. Metamorph. 11. *Feſtiuiſſimum celebraui natalem ſacrorum, & ſuaues epulas, & faceta conuiuia. Dies tertius pari ceremoniarum ritu celebratus ad ientaculum religioſum.* Quæ paganorum erant feſtiuitates, quibus liberius etiam bibebant. Nam Seneca libr. 2. *Ibi potio crebra.* de ira cap. 33. *Potiones vix honeſtas natalibus liberorum, podagricus ſenex hauriebat.* Quod fa-*Frugales die natali ſolutiores.* ciebant *parciores* etiam, nec parcebant ſumptibus, die natali. Perſius Sat. 6.

——*Solis natalibus eſt qui*
Tingat olus ſiccum muria vafer in calice empta,
Ipſe ſacrum irrorans patinæ piper.

Potio meraca. *Meraca bibebant.* Martialis.

Vt liquidum potet parcus Alauda merum.

Dona. *Dona dabant.* Petronius Arbiter. *Veſtimenta* *Veſtes.* *mea perdidit, quæ natali meo mihi miſerat quidam* *Lacernæ.* *cliens.* Martialis lib. 10. epigr. 87.

Certent muneribus beatiores,
Agrippæ tumidus negociator,
Lagena. *Cadmi municipes ferat lacernas.* (id eſt Thebanas.)
Pugnorum reus ebriæque noctis
Cœnatoria mittat aduocato.

Cœnatoria. Plautus in Pſeudolo.

Nunc huic Lenoni eſt hodie natalis dies,
Interminatus eſt a minimo ad maximum,
Si quis non hodie munus miſiſſet ſibi,
Eum cras excruciatu maximo, &c.

Martialis libri 9. 154.

Natali mihi, Quinte, tuo dare parua volebam
Munera: tu prohibes, imperioſus homo es.

Et *inter munera aues.* Martialis idem lib. 9. epi- *Aues.* gramm. 56.

Luce propinquorum qua plurima mittitur ales,
Dum Stellæ turdos, dum tibi, Flacce, paro.

Plaut. in Rud.

Bulla aurea eſt, pater quam mihi dedit natali die.

Et huc ſpectat quod eſt in L. ſi vir. §. ſed ſi vir. de donat. inter vir. & vxor. D. *Si vir vxori munus immodicum Calend. Mart. aut natali die dediſſet.* Et ita capio verbum *diuiſiones*, de annuis legatis. D. *Cũ quis de decurionibus diuiſiones dari voluiſſet die natalis ſui*; Id eſt munus quod decuriones diuiderent inter ſe die ſuo natali. Cæterum ſæpius in anno diem natalem celebrabant. Martial. lib. 8. epigr. 64.

Vt poſcas Clyte munus, exigaſque,
Vno naſceris octies in anno,
Et ſolas puto, treſve, quatuorve,
Non natalitias habes Kalendas.

Quia ſcilicet octies in anno natalem celebrabat, ſed vt toties ferret munera. Ratio autem fuit paganis celebrationis huius diei, quod cum quis genitus ſit, mox genius ei copuletur. *Qui*, vt ait Cęſorinus, *tutelator fidiſſimuſque germanus animos omnium menteſque cuſtodit.* Agathias lib. 5. ſcribit Natalitia conuiuia Romanorum brumæ tempore facta ſuis temporibus Sole ad Capricornum vergente & De- *Chriſtiani natalium contemptores.* cembri menſe quo Saturnalia celebrabantur. Non omitto Chriſtianos noſtros natalium *Tres natales feſti apud Chriſtianos.* dies neglexiſſe, nec celebraſſe vnquam, niſi in Chriſti, & Virginis Matris, meæ Dominæ, *Chriſti Domini.* & Ioannis Baptiſtæ natiuitate. In reliquis mi- *Virginis Matris.* nime. Quippe non primum vitæ diem, ſed *D. Ioannis Baptiſtæ.* vltimum, pro natiuitate habuerunt. Vt in martyrum feſtiuitatibus, quas *natalitia* vocāt. D. Auguſtinus Serm. de D. Cypriano, & ante eum Tertullianus de corona. *Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus.* Placet Origenis veteris Chriſtiani fidem in hac re, quam & hodie nos Catholici tenemus & profitemur, heic apponere. *Nos*, inquit 3. in *Cur natales deſpiciant Chriſtiani.* Iob. *non natiuitatis diem celebramus, cum ſit dolorum & tentationum introitus: ſed mortis diem* *Ex Origene.* *celebramus, vt pote omnium dolorum depoſitionem,* *Cur mortis diē celebrent.* *atque omnium tentationum effugationem. Illi enim, qui mori videntur, mundo viuunt, & naſcuntur:* *Martyrum.* *Deo propterea & memorias ſanctorum facimus, &* *Fidelium defunctorum.* *parentum noſtrorum, vel amicorum, in fide morientium memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quam etiam nobis piam in fide conſummationem poſtulantes.* Hæc fuit Chriſtianæ Eccleſiæ fides. Nec omitto Paganos diem nata- *Pagani infantes primo luſtro Deos donis honorant.* lem, non modo celebraſſe, ſed & primo luſtro infantium, *munera Dijs obtuliſſe.* Martialis lib. 4. epigramm. 45. vbi de Burri poſteris, & forte de filio Burri.

Hæc tibi pro nato plena dat lætus acerra,
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.

Vt qui prima nouo ſignat quinquennia luſtro,
Impleat innumeras Burrus Olympiadas.

Decennalia Cæſarum.

Magna pœna nefaſti natalis.

Decennalia etiam Cæſarum celebrabant, vt Tacitus ſcribit. Et in noxiorum pœnam dies natalis fiebat nefaſtus. *Diem*, inquit, *natalem eius inter nefaſtos referendum ſuaſit.* Sueton. in Tib. cap. 53. Cape hæc, Lector, pro periſtromate Babylonico, & ex acu humaniorum Muſarum.

Sacerdotum menſa a vulgaribus diſcreta.

5 INTER SACERDOTES EPVLARETVR.] Hoc innuit natalem fuiſſe Auguſti, non Auguſtæ. Nam Auguſta nondum inter Deas relata, ſacerdotes tunc non habuit: habuit autem Auguſtus. Et noto ſacerdotum menſas a cæteris diſcretas in Macrobio. Cæterum ita lego: *Cum inter ſacerdotes epularetur, Nouendialem cœnam dixerat eſſe.* ita legendum, non, *dixiſſe*; alioqui oratio non eſt perfecta, ſed hians.

Quid cœna Nouendialis.

Pagani ferali in cœna rugiebant contra Deos.

Apio coronati.

Deos incuſabant crudelitatis.

6 NOVEMDIALEM COENAM.] Cœna eſt, quæ nono die in funere dabatur. Nam nono die poſt natiuitatem *nominalia*, nono die poſt obitum *funalia*, & *conditæ reliquiæ*; etiam nono die *conuiualia funebria*, & *ludi*, & *ſacra*. Quod Virgilius notat clare libr. 5. Æn. in obitu Anchiſæ. In iiſque conuiuijs *apium pro corona* erat. Plinius lib. 20. cap. 11. *In nouemdiali conuiuio magnos gemitus edebant, & atroces voces contra Deos.* inquit ille. Et Baruch. cap. 6. *Rugiunt*, inquit, *clamantes contra Deos ſuos, ſicut in cœna mortui.* Recte: Quippe Deos incuſabant crudelitatis trahebantque in inuidiam; Ideoque *velatos habebant inuidiæ metu*, inquit Pedo. Valer. de relig. cap. 15. *Qua*, inquit, *conſtantia, magnus cæleſtibus iniectus eſt rubor, vlterius aduerſus eam ſæuiendi gentem, quæ ne iniuriarum quidem acerbitate, ab eorum cultu abſterreri poterat.* Martialis lib. 9. epigr. 88.

Inuidia poſſes exonerare Deos.

Et alibi.

O ſcelus, o magnum facinus, crimenque Deorum.

Et in epitaphio Canaces lib. 11. epigr. 92.

Ah ſcelus, ah facinus.

De illa autem cœna, intelligo quod Apuleius ſcribit 9. Metamorphoſ. *Iamque nono die rite completis ſolemnibus*, (inter quæ cœna erat) *familiam ſupellectilemque & omnia iumenta ad hereditariam deduxit auctionem.* Et idem 4. Florid. *Exclamant viuere hominem, procul ignes amolirentur, cœnam feralem a tumulo ad menſam transferrent.* Nam de homine elato, & cum efferretur, reuiuiſcente tractat. Erant autem quædam cœnæ, quæ poſt ſepulturam fiebant in ſepulchretis. Sed nihil ad noſtram hanc. Nec omitto hanc cœnam *Silicernium*, quaſi *ſiliſternium* dictam, quod ſuper ſilicem ſepulchralem ſterneretur, non in menſa: quod notat locus Apuleij proxime citatus in Floridis. Quæ cœna non, vt quidam putant, fuit iure XII. Tabularum vetita, qua omnis circumpotatio prohibebatur. Nam de ſeruili agit, non de ingenuorum compotatione. Et illa cœna ſepulchralis etiam obſeruata apud Chriſtianos, vt ait Clemens Romanus lib. 8. cap. 44. Nam ſic ille, vt vertunt. *Qui vero in exequijs mortuorum, ad epulum funebre eſtis ordine, & cum timore Dei epulamini.* Syneſius epiſt. 3.

Silicernium. Seniſternium, quod ſenibus ſterneretur. XII. tab. non dominorum, ſed ſeruorum circumpotatio prohibita. Funebris cœna Chriſtianorum. Olim quam ſobria. Quæ peractus.

ſeptima die hanc cœnam ponit. *Vix expectata die ſeptima, qua nos cœnam dedimus ſepulchralem.* De qua meminit Homerus Iliad. vltimo, dum ſcribit poſt Hectoris funus valde ſplendidum conuiuium conuiuatum fuiſſe apud Priamum ab Ioue nutricium regem eiuſque in ædibus: & principio lib. 23. Ergo apud Ægyptios Chriſtianos ſeptima dies; apud alios nona. Sed & illa dierum obſeruatio, & ceremoniarum, varia fuit, pro varietate nationum. Lego in exequijs veterum Chriſtianorum, tertiam, ſeptimam, nonam, trigeſimam, quadrageſimã & ſexageſimam dies, & anniuerſarium in fine. *De tertia* Clemẽs Romanus l. 6. c. 42. *Fiant exequiæ mortuorũ die tertia, in pſalmis, in precationibus, propter eum, qui tertia die reſurrexit.* D. Hieron. in Epitaph. Paulæ. *Hebræo, Græco, Latino, Syroque ſermone, Pſalmi in ordine perſonabant, non ſolum triduo, donec ſubter Eccleſiam & ſpecum Domini conderetur, ſed per omnem hebdomadam, cuncti qui venerant ſuum funus, & proprias credentibus lachrymas.* Idem in vita Pauli Eremitæ. *Obuoluto, & prolato foras corpore, hymnos quoque & Pſalmos, de Chriſtiana traditione decantans, contriſtabatur.* Et ſane his tribus diebus vngendo, & ſepeliendo corpori, & telluri mandando, operam impendebant. Vngebant myrrha & caſia. Martialis.

Apud Ægyptios Chriſtianos 7. dies fiebat.

Dies in exequijs Chriſtianorum veterum obſeruati.

Tertia.

In Pſalmis.

In orationibus.

Quæ Hebræo, Græco, Latino, Syroque idiomate.

Chriſtiana traditione iſtud.

Vnctura per myrrham & caſiam apud paganos.

Dum myrrham & caſiam flebilis vxor emit.

Et idem.

Vnguenta, & caſias, & olentem funera myrrham.

Thus in funere Chriſtian.

Tertullianus eadem in Apolog. Sed clare Prudent. in exequijs defunctorum.

Hinc maxima cura ſepulchris
Impenditur: hinc reſolutos
Honor vltimus accipit artus;
Et funebris ambitus ornat.
Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos eſt,
Aſperſaque myrrha, Sabæo
Corpus medicamine ſeruat:
Quidnam ſibi ſaxa cauata,
Quid pulchra volunt monumenta:
Niſi quod res creditur illic
Non mortua, ſed data ſomno?
Hoc prouida Chriſticolarum
Pietas ſtudet.

Magna cura de corporibus defunctorum apud Chriſtianos.

Aula alba prætenſa ex linteo.

Nota veterũ Chriſtianorũ morem in ſepeliendis defunctis.

Et hic fuit mos Catholicæ Eccleſiæ a Theodoſio ad nos & a Chriſto ad Theodoſium, id eſt, ab fide Chriſtiana nata ad Theodoſium. *De ſeptima die*, in Eccleſiaſtico: *Luctus mortui ſeptem dies.* Et Origenes lib. 3. Iob. *Septem diebus agit luctum mortuorum.* Et ratio eſt, quia defunctus requieuit ab operibus ſuis: Nam ſeptimus dies, eſt quietis dies. *De nono*, idem Clemens lib. 3. cap. 42. *Nono etiam die ad recordationem eorum qui ſunt ſuperſtites, & eorum qui defuncti ſunt.* Alij autem dicunt inſtitutum iſtud, quod poſt dies octo iterum apparuit Dominus diſcipulis, ingreſſus ad eos ianuis clauſis. Qui dies accedens ad Dominicum, quo die Dominus reſurrexit, efficitur nonus. Illo die nono pagani parentabant, & funebriter epulabantur, dieque ſequenti luſtrabatur tota familia. Quod Epimenidem vnum ex 7. Sapientibus inueniſſe apud Græcos author eſt Diog. Laert. Et *Exuerræ* dicebantur,

Dies ſeptimus.

Dies nonus.

Parentalia paganorum nono die.

Epulum funebre.

Luſtratio familiæ.

Exuerræ.

eebantur, certiſque ſcopis domus mundabantur. Feſtus in verbo *Eucrritor*. De nona die Donatus in Phormionem. *In funere nonum diem eſſe ſolemnẽ*. D. Auguſt. in Geneſim: *Luctus celebratur nouẽ dies*. Et ſane in nouẽdiali, quo mortuus ſtabat ſupra terram, operam impendebant in exequijs faciendis & funere iuſtiſque perſoluendis & celebranda memoria defuncti. Et hoc firmat Homer. Iliad. 24. qui ad

Dies trigeſimus.

nonum decimum addit. *De trigeſimo*, fit mentio apud D. Ambroſium in orat. de obitu

Ratio dici trigeſimi.

Theodoſ. *Alij*, inquit, *diem tertium & trigeſimum obſeruant, alij diem ſeptimum & quadrageſimum.* Et Ephrem Syrus in teſtamẽto ſuo, iuſſit vt *poſt trigeſimum* diem ſui recordarentur. Ratio trigeſimi eſt, quod *Moyſes triginta die-*

Dies quadrageſimus.

bus a populo defletus eſt. Deuter. 34. & Aaron 30. etiam die. Numer. 20. De trigeſima die Hildebertus Cœnomanenſis li. de ordine Eremitarum. *Continuus pro eo diebus triginta Miſ-*

Sexageſimus dies.

ſarum ſolemnia decantat. De quadrageſima. *Tranſierunt quadraginta dies, ipſe enim erat mos cadauerum conditorum.* Et D. Hieron. epiſt. ad Iulianum. *Quid quod quadrageſimo die dormitionis eorum veſtem lugubrem mutaueris, & dedicatio Martyris candida tibi veſtimenta reddiderit?* Quantum *ad ſexageſimum*, cap. vlt. Geneſ.

Anniuerſarius.

vbi de exequijs Iacob. *Fleuit eum Ægyptus ſexaginta diebus.* Et præter hos fiebant *anniuerſaria*; de quibus D. Clemens 6. Conſtitut. Apoſtol. 42. *Item anno exacto, ad habendam memoriam ipſius defuncti, ſuppeditetur ex bonis eius pauperibus, ad recordationem ipſius.* Idem Tertull. lib. de Monog. *Enimuero & pro anima eius orat, & refrigerium interim adpoſtulat ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offert annuis diebus dormitionis eius.* Diogenes Laert. in Lycone, ait Græcos die anniuerſario, pro more habuiſſe conuenire defuncti filios, vt ſolarentur. Sed adeo Lyconem Hieronymo infeſtum, vt illum non adierit. Sic L. libertis, de alim. & cibar. legat. §. vlt. *Libertos meos, vbi corpus meum poſitum fuerit, ibi eos morari iubeo, vt per abſentiam filiarum mearum, ad ſarcophagum meum, memoriam meam quotannis celebrent.* Non omitto quod in iure noſtro & in L. ſocietas. D. pro ſocio, ſcribitur, *epulas nundinarias*. Quas capio

Epulæ nundinariæ.

non pro epulis quæ nono die in funere defunctorum, ſed pro epulis, quæ nundinis durantibus, ſocijs parantur. Ita autem lego. *Cum ſocietas ad emendum coiretur, & conueniret, vt vnus reliquis nundinarias epulas præſtaret, eoſque ad negotium dimitteret, ſi eas non ſoluerit, & pro ſocio, & ex vendito agendum eſt.* Nec abeo intacto Tertulliano, qui de ſepulchrali cœna ſcribit. *Si quando extra portam*, (nam ſepulturæ extra vrbem) *cum obſonijs, & mattijs, tibi potius parentas, ad buſta cedu.* (lego, ad buſta accedis.) Nam ita ſcriptum eſt, *ad buſtÆCedis*, pro *ad buſta accedis*. Et hæ paganorum cœnæ a Iudæis, a quibus habuit etiam Chriſtianitas.

7 CONVIVALIVM FABVLARVM SIMPLICITAS.] Seneca ad hanc rem apte dixit 1. de Benef. *Quæ in conuiuijs ab ebrijs dicta eſſent, in delatorem non cadere.* Non cadunt iure, ſed cadunt per iniuriam. Et ſane Plinius lib. 15. c. 22. loquens de ebrijs. *Alij*, inquit, *teſtamenta ſua nuncupant, alij mortifera loquuntur, reddituraſque per iugulum voces non continent. Quam multi ita intercepti?* Lege interrogando. Sed hic Tiberius alium ſe præbet ab hoc Tiberio, qui

Seneca correctus.

cap. 26. lib. 3. de Benef. deſcribitur; corrupto loco & obſcuro, quem ideo ſubijcio. *Sub Tiberio*, inquit, *Cæſare fuit accuſandi frequens, & pæne publica rabies, quæ omni ciuili bello grauius, adflictam ciuitatem cruciat. Excipiebatur ebriorum ſermo, ſimplicitas iocantium*, (quo verbo etiam heic vtitur,) *nihil erat tutum. Omnis ſæuiendi placebat occaſio: nec iam rerum expectabatur euentus, cum eſſet vnus. Cœnabat Paulus Prætorius in conuiuio quodam, imaginem Cæſaris habens ectypam, & eminenti gemma. Rem ineptiſſime fecero, ſi nunc verba quæſiero quemadmodum dicam illum matulam ſumpſiſſe. Quod factum ſimul & Maro*: (lego, *Macro*. Libertus Tiberij de quo Tacitus infra, ex notis temporis illius veſtigatoribus, notauit.) *At ſeruus eius cui nectebantur inſidiæ, ei ebrio anulum extraxit, & cum Maro conuiuas teſtaretur, admotam eſſe imaginẽ obſcænis; & iam ſubſcriptionem componeret, oſtendit in manu ſua ſeruus annulum. Si quis hunc ſeruum vocat, & illum conuiuam vocabit.* Id eſt, vt interpretor. Nec hic ſeruus erat, quia ingenua in dominum fide, & prudentia præditus; nec hic conuiua, qui emiſſitijs oculis, facta conuiuarum rimabatur, etiam ebriorum. Martial. lib. 10. epigr. 48.

Quam improbus Tiberius.

Exceptus ebriorum ſermo.

Et iocantium ſimplicitas.

Macro libertus Tiberij.

Veſtigator verborum & notator.

Proditor conuiua.

Seneca interpretatus.

Non faciunt quenquam pocula noſtra reum.

Cæterum hic *Macro*, dicitur a Dione *quæſitor Tiberij*, quem Seneca *veſtigatorem* appellat, & Trio multa in eum ſcripſit, vt etiam aduerſum reliquos Tiberij ſeruos. Tamen & Trio, & Macro, par nequiſſimorum capitum, qui ad hanc crudelitatem Tiberium acuerunt, vt verba pro criminibus haberet. Egregieque dictum a Frontone Conſule: *Malũ imperatorem ſub quo nil liceret: peſſimũ ſub quo omne liceret*. Dio.

8 QVEM PERIRE.] Vt ſit ſenſus. Dij me deæque perdant, (quem perire quotidie ſentio) ſi ſcio P. C. quid vobis ſcribã aut quomodo ſcribam, aut quid omnino non ſcribam. Ita facilis explicatio verborũ Tiberij, quæ de induſtria, implexa, obſcura, & anxia faciebat, princeps tenebricoſus & ſubdolus, ne quis ſenſum eius caperet, & eſſet porta qua euaderet.

Tacitus explanatus.

9 PRÆSTANTISSIMVS SAPIENTIÆ.] Sic Apul. [illegible] lib. de Socrate. *Diuinæ prudentiæ ſenex, quem ſapientia prætulit cunctis mortalibus Deus Delphicus.* Valerius *palliatum* vocat *animũ virilitatis robore*. Et Perſius Sat. 4. ita de eo.

Socratis elogium.

—— barbatum hoc crede magiſtrum
Dicere, ſorbitio tollit quem dira cicutæ.

Fuit is oraculo Pythio ſapientiſſimus mortalium dictus; ait Plin. lib. 34. cap. 6. Et ſic Platonem Martialis deſignat lib. 7. epigr. 68.

Hanc ſibi iure petat magni ſenis altus in hortis:
Nec minus eſſe ſuam Stoica turba cupit.

Id eſt, & Academic. & Stoicus. Idẽ l. 9. epi. 48.

Quidquid & hirſutis ſquallet imaginibus.

Eunapius in Ædeſio ſcribit Socratem a cunctis pro viuo ſapientiæ ſimulachro habitum: ſed a Theatris & ab Ariſtophane factum ridiculum: & ſublato illo violenta nece, nullum poſtea egregium facinus ab Athenienſibus fuiſſe editum. Nam illa ciuitas peſſum abijt, & per eam cuncta Græcia concidit.

10 SI RECLVDANTVR.] Salluſtius e-

gregie de his ita diſſerit. *Animus impurus, Dijs hominibuſque infeſtus, neque vigilijs neque quietibus ſedari poteſt. Ita conſcientia mentem excitam vocat.* Quintil. declamat. 12. *Quoties facta reputaui, flagella mente ſonant, vltrices video furias, & in quamcumque partem me conuerti, occurrunt vmbræ meorum.* Sed nemo melius Chriſtianis noſtris. D. Cyprian. epiſt. 2. ad Donat. *Exigit pœnas etiam de potentiore ſublimitas, licet ſatellitum manu ſeptus, & clauſum ac protectum latus, numeroſo ſtipatore tueatur: Qui enim ſecuros non ſinit eſſe ſubiectos, neceſſe eſt non ſit ipſe ſecurus. Ante ipſos terret poteſtas ſua, quos facit eſſe terribiles. Arridet vt ſæuiat, blanditur vt fallat, allicit vt occidat, extollit vt deprimat, fœnore quodam nocendi. Quam* Principes afficiunt. *fuerit amplior ſumma dignitatis & honorum, tam maior exigitur vſura pœnarum.* D. Aug in Pſalm. 142. *Talis eſt natura animi male ſibi conſcij, & tales ſunt animæ improborum: nunquam eſt eis tranquillitas, nulla animi ſecuritas, ſed perturbantur magis* Prauorum conſcientia eſt pelagus. *quam vllum pelagus. Non nox, non dies eis concedit vt ſedetur tempeſtas, ſed vndequaque vexantur, etſi nullus ſit, qui eis moleſtiã exhibeat, bellũ inteſtinum & quod ſecum cohabitat habentes.* Sed alio loco fortius idem D. Auguſtin. Homil. 17. in 3. lib. Benef. *Iudex,* inquit, *incorruptus conſcienta, cum aduerſus hominem exurgit, clara voce clamat, & accuſat, & oſtendit, & quaſi ante oculos ſcribit peccatorum magnitudinem: Eamque ob rem, Deus principio cum formaret hominem, conſcientiam illi* Conſcientia accuſatrix prima in homine condita. *indidit accuſatricem perpetuam, quæ decipi, & deceptionem ferre poſſit nunquam. Et licet quis admiſſo peccato, perpetratoq. aliquo facinore illico omnes homines celet; non tamen accuſatricẽ poteſt latere. Nam hanc intrinſecus habentes, vbicunq. fuimus, circumferimus: iſta nos circuit, obturbat, laniat, flagellat; nunquã quieſcit, ſed & domi, & in foro, & in tẽplis, & in menſa, & dormiẽtem, & ſurgentem adoritur, rationem delictorum exigit, obq. oculos proponit & delictorum grauitatem, & ſubſecuturam pœnam.* Vnde Petron. *Cui vultur, iecur intimũ, pererrat,*

Et pectus trahit, intimaſque fibras;
Non eſt, quem lepidi vocant poetæ,
Sed cordis mala, liuor, atque luxus.

Ideo idem Diuus ita ſcribit in Pſal. 100. *Quiſquis in corde premitur mala conſcientia, quomodo quiſquis ab ſtillicidio exit de domo ſua, aut a fumo, non ibi patitur ſe habitare. Sic qui non habet quietum cor, habitare in corde ſuo libenter non poteſt.* Nam ex ſapientis guſtu: *Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis; & non eſt oblectamentum ſupe cordis gaudium.* Eccleſ. cap. 30.

Tum facta patribus poteſtate, ſtatuendi de Cæſiliano ſenatore, qui plurima aduerſum Cottam prompſerat, placitum eandem pœnam inrogari, quam in Aruſcium & Sanquinium accuſatores L. Aruntij. quo Malos æquati bonis, malorũ eſt nobilitas. non aliud honorificentius Cottæ euenit, qui nobilis quidem ſed egens [1] ob luxum, * per flagitia infamis, ſanctiſſimis Aruntij artibus dignitate vltionis æquabatur. Quintus Seruæus * poſthac & Minutius Thermus inducti. Seruæus prætura functus, & quondam Germanici comes. Minutius equeſtri loco modeſte habita Seiani amicitia. vnde illis maior miſeratio: contra Tiberius præcipuos ad ſcelera increpans, admonuit C. Cæſtium patrem dicere ſenatui quæ ſibi ſcripſiſſet: ſuſcepitque Cæſtius accuſationem. quod maxime exitiabile tulere illa tempora, cum primores ſenatus infimas etiam delationes exercerent, alij propalam, multi per occultum: neque diſcerneres alienos a coniunctis, amicos ab ignotis, quid [2] * repens, aut vetuſtate obſcurum: perinde in foro, in conuiuij, quaqua de re locuti incuſabantur, vt queis præuenire & reum deſtinare properat, pars ad ſubſidium ſui, plures infecti quaſi valitudine & contactu. Sed Minutius & Seruæus damnati, indicib. acceſſere. Tractique ſunt in caſum eundem Iulius Africanus e Santonis Gallica ciuitate, [4] Seius Quadratus. * originem non repperi. Neque ſum ignarus a pleriſque ſcriptoribus, omiſſa multorum pericula & pœnas dum copia fatiſcunt, aut quæ ipſis nimia & mœſta fuerant, ne pari tædio lecturos adficerent, * verentur. Nobis pleraque digna cognitu obuenere, quanquam ab alijs incelebrata. Nam ea tempeſtate qua Seiani amicitiã cæteri falſo exuerãt, auſus eſt eques Romanus M. Terentius ob id reus, amplecti, adhunc modũ apud ſenatum ordiendo *Fortunæ quidem meæ fortaſſe minus expediat adnoſcere crimẽ quam abnuere. ſed vtcunq. caſura res eſt, fatebor & fuiſſe me Seiano amicum, & vt eſſem expetiſſe, & poſtquã adeptus eram, lætatum. Videram collegam patris regendis prætorijs cohortibus, mox vrbis & militiæ munia ſimul obeuntẽ. illius propinqui*

Infimi Senatores bonorum accuſatores.

Tacitus ſcribit incelebrata alijs.

M. Terentius pro Seiani clientibus vnus verba facit.

* vt per flagitia

* poſthanc

* recens

* cuius originem

* vererentur.

pinqui & adfines honoribus augebantur. vt quiſque Seiano intimus, ita ad Cæſaris amicitiam validus. contra quibus infenſus eſſet, metu ac ſordibus conflictabantur. nec quenquam exemplo adſumo. cunctos qui nouiſſimi conſilij expertes fuimus, meo vnius diſcrimine defendam. Non enim Seianum Vulſinienſem, ſed Claudiæ & Iuliæ domus partem, quas adfinitate occupauerat, tuum Cæſar generum, tui conſulatus ſocium, tua officia in Rep. capeſſentem colebamus. Non eſt noſtrum æſtimare quem ſupra cæteros, & quibus de cauſis extollas. Tibi ſummum rerum iudicium dij dedere, nobis obſequij gloria relicta eſt. Spectamus porro quæ coram habentur, cui ex te opes, honores, queis plurima iuuandi nocendiue potentia. quæ Seiano fuiſſe nemo negauerit. abditos principis ſenſus, & ſi quid occultius parat, exquirere inlicitum, anceps, nec ideo adſequare. Ne P. C. vltimum Seiani diem, ſed ſexdecim annos cogitaueritis. etiam Satrium atque Pomponium venerabamur; libertis quoque ac ianitoribus eius noteſcere pro magnifico accipiebatur. Quid ergo? indiſtincta hæc defenſio & promiſcua dabitur? imo iuſtis terminis diuidatur. Inſidiæ in Remp. conſilia cædis aduerſum imperatorem puniantur: de amicitia & officijs, idem finis & te Cæſar & nos abſoluerit. Conſtantia orationis, & quia repertus erat qui efferret quæ omnes animo agitabant, eo vſque potuere, vt accuſatores eius, additis quæ ante deliquerant auxilio, aut morte mulctarentur.

Non eſt æquū æſtimare quē ſupra cæteros princeps extulerit.

Principi imperium eſt, ſubditis obſequium.

Conſilia principum abdita.

Cæſar inter amicos Seiani præcipuus.

1 OB LVXVM PER FLAGITIA INFAMIS.] Lege, *Ob luxum, vt per flagitia infamis.* Et nota verum quod ille vetus, *Conuiuia conuiuas ad ſceletum redigere.* Nam Cotta fuit lurco ingens dixi ſupra.

2 REPENS.] Vetus quidem verbum, & authoribus vſitatum; ſed in Tacito *recens*, non *repens*, veteri ſemper opponitur. Annal. 11. *Non vt plerique loquuntur, recens.* Et paulo poſt. *Præfectus vrbi recens.* Et infra hoc libro, de L. Piſone, *recens reuerſus.*

3 E SANTONIS.] Meæ Galliæ pars amicabilis, nec tacenda vnquam; & de qua Auſonius.

Santonus vt ſibi Burdigalam, mox iungit Aginum
Illa ſibi, & populos Aquitanica rura colentes.

4 SEIVS QVADRATVS.] Puto ſcriptum *Seiuſque Quadratus*. Nam illud *que* in verbo *qua* quod ſequitur.

5 INLICITVM ANCEPS.] *Illicitum vt anceps.*

Secutæ dehinc Tiberij litteræ in Sex. Veſtilium prætorium quem Druſo fratri percharum in cohortem ſuam tranſtulerat. cauſa offenſionis Veſtilio fuit, ſeu compoſuerat quædam in C. Cæſarem vt impudicum, ſiue ficto habita fides, atque ob id conuictu principis prohibitus, cum ſenili manu ferrum tentauiſſet, obligauit venas: precatuſque per codicillos, immiti reſcripto venas reſoluit. Aceruatim ex eo [1] Annius Pollio, [2] Appius Silanus, [3] * Scauro Mamerco ſimul ac [4] Sabino Caluiſio, maieſtatis poſtulantur, & Vicinianus Pollioni patri adijciebatur, [5] clari genus, & quidam ſummis honoribus. contremuerantque patres. nam quotus quiſque adfinitatis aut amicitiæ tot inluſtrium virorum expers erat? ni Celſus vrbanæ cohortis tribunus, tum inter indices, Appium, & Caluiſium diſcrimini exemiſſet. Cæſar Pollionis, ac Viciniani Scaurique cauſam vt ipſe cum Senatu noſceret, diſtulit, datis quibuſdam in Scaurum triſtibus notis. [6] Ne fœminæ quidem exortes periculi, [7] * qua occupandæ Reip. argui non poterant, ob lachrymas incuſabantur: [8] necataque eſt anus Vitia Fufij Gemini mater, quod filij necem fleuiſſet. Hæc apud Senatum. Nec ſecus apud principem Veſcularius Atticus, ac Iulius Marinus ad mortem aguntur, e vetuſtiſſimis familiarum Rhodum

* Scauro cum Mamerco

Familiares tyranni morte addicti.

* quæ quia

ſecuti, & apud Capreas indiuidui. Veſcularius inſidiarum in Libonem internuncius: Marino participe Seianus Curtium Atticum oppreſſerat. quo lætius acceptum, ſua exempla in conſultores recidiſſe.

1 Annivs Pollio.] Aſinios Polliones lego, non Annios. Quid ſi *Annios* pro *Aſinios*, per abbreuiaturam? lib. 11. neſcio an ex vera lectione Taciti.

Silanus nobiliſſ.
Hiſpaniæ præfectus.

2 Appivs Silanvs.] Quem *nobiliſſimum hominem* Dio vocat libr. 60. *& Hiſpaniæ præfectum*: Dictuſque fuit Appius Iunius Silanus. Sueton. cap. 4. in Claudio. Vir notæ pudicitiæ, & inſignis probitatis, quem cum deperiret Meſſalina ardenter, flagraretque eius concubitu, repulit tamen, ne lectum Claudij temeraret: ſed miſer, & ingratus princeps eum letho dedit: Quippe auida vltionis Meſſalina retulit Claudio, vidiſſe per ſomnium Silanum eum trucidãtem. Nec aliud crimen illa cum Narciſſo fingere potuit. Sapientem autem fuiſſe colligas recte ex litteris Auguſti, qui de Claudio conquerente: *Si paſſurus eſt*, inquit, *a Silano homine ſibi affine admoneri, ne quid faciat quod conſpici aut derideri poſſit*. Sed Silano dum non credit, Pop. Rom. ſe ridendũ dedit.

Et ſapiens.
Claudij affinis

Scaurus vltimus ex Scauris.
A Tuſco accuſatus.
Accuſatus ab improbiore accuſatore.

3 Scavro Mamerco simvl.] Lege, *Scauro cum Mamerco*. De iſto autem propudio iam diximus libro 1. Sed quia Tacitus heic accuſatum ſcribit, nec refert a quo; id Seneca pater exponit Suaſor. 2. *Tuſcus ille*, inquit, *qui Scaurum Mamercum, in quo Scaurorum familia extincta eſt, maieſtatis reum fecerat; homo quam improbi animi, tam infælicis ingenij*. Et delendum verbum *ſimul*, quia eſt aſcititium, & ab homine notarum inſcio additum. Nam vt docui ſupra libr. 4. in magna littera *M* eſt *V*, & *M*. Quibus ſi addas *o*, cuius pars dimidia eſt vice *c*, facias *cum*.

Caluiſius Sabinus.

4 Calvisio Sabino.] An hic Caluiſius Sabinus, qui bis Cõſul: primum cum L. Martio, deinde cum Paſſieno Rufo? Vide, & ſtatue.

5 Clari genvs, et qvidam svmmis honoribvs.] Lego, *in ſummus honoribus*; alioqui oratio hiat. *Omnes*, inquit, *per genus clari, & quidam eorum in ſummis honoribus*, conſtituti ſcilicet. Illud autem *in*, littera *M*, quæ in fine verbi *quidam*, erat comprehẽſum.

Belluina hominis natura vbi degenerat.

6 Ne foeminæ.] Aduerte quam vere ſcripſerit D. Auguſtinus homil. 19. in 4. Geneſ. *Tam efferus eſt & pecuinus homo, qui in peccatum declinauit. Nam ſicut magnum eſt & venerandum ratione hoc animal, & maxime quando in virtutis viam contendit; ita quando in malum declinat, truculentarum beſtiarum imitatur crudelitatem. Quin & cum feroces earũ mores adſumpſerit, quamuis rationale & manſuetum animal ſit, multis tamen nominibus illarum ſuperat ferociam*. Huius autem crudelitatis, heic exemplum eſt notabile. Nam vt ait Poeta:

-- nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt.

7 Qva occvpandæ Reip.] Excuſa non diſplicet. Tamen qui legit, *quæ quia*, ad Taciti mentem facit magis, eiuſque intelligentiam.

Mater necata, quod filium fleuerit.

8 Necataqve est anvs Vitia Fvfii Gemini mater, qvod filii necem flevisset.] Is eſt Fuſius Geminus, de quo principio libri 5. quique Conſul fuit cum altero Gemino, Rubellio videlicet; at eius mors, vt credi par eſt, erat relata his paginis, quæ exciderunt ex lib. 5. Quod autem narrat *necatam matrem ob defletum filium*; Claudianus in re ſimili conqueritur 2. in Ruffin.

Nam miſeris ne flere quidem, aut lenire dolorem
Colloquijs, impune licet: quonam vſque feremus
Exitiale iugum?

Sub Tyrannis nec flere licet.

Sic Auitus *occidere voluit matrem Getæ nouercam ſuam, quod fratrem lugeret & mulieres, quas poſt reditum de Curia flentes reperit*. Et Xiphilinus in Auito. *Baſſo pulcherrima vxor ac nobiliſſima erat Claudij Seueri & M. Antonini neptis, quam ipſe* (id eſt Auitus) *poſtea vxorem duxit, non ei vt mariti mortem lugeret permiſit*. Sic Ioſippus filius Gorionis. *Interfectus eſt Ariſtius ſcriba qui erat ex magnatibus Hieroſolymitanis. Ideo interfecit Simon decem iuſtos ex familia eius, eo quod mortem Ariſtij deploraſſent*. Valer. recte ad hanc rem lib. 5. c. 4. *Nulla acerbitate fortunæ, nullis ſordibus pretium charæ pietatis euileſcat: quin etiam eo certius, quo miſerius experimentum habet*. Philo in Flaccum ait omnes, qui amicorum ſuorum lugerent iniurias, pœnas dediſſe ſub illo præſide. Et noſter l. 2. *Filij Mithradatis quod cædibus parentum illachrymauerant, trucidati*. Plutarch. libr. de ſuperſtit. ait *Carthaginenſes Saturno filios immolauiſſe coram parentibus, qui ſi illachrymauiſſent, aut ingemuiſſent, inhonores degebant, & tamen filij mactabantur*. Prudent. in Symmach. de Maxentio Tyranno pæne ſimilia refert.

-- abducta genitor ſi virgine muſſans,
Triſtius ingemuit; non ille impune dolorem
Prodidit, aut confeſſa nimis ſuſpiria traxit,
Vim libertatis nimiæ, patriumque dolorem.

At atrociſſimæ eſt tyrannidis, maternas prohibere lachrymas, & naturam imo humanitatem ipſam perdere in homine.

Per idem tempus[1] L. Piſo Pontifex,[2] rarum in tanta claritudine, fato obijt, nullius ſeruilis ſententiæ ſponte auctor, & quoties neceſſitas ingrueret[3] ſapienter moderans. patrem ei[4] Cenſorium fuiſſe memoraui. ætas ad octogeſimum annum proceſſit. decus triumphale in Thracia meruerat. ſed præcipua ex eo gloria, quod præfectus vrbi recens, continuam poteſtatem, & inſolentia parendi grauiorem, mire temperauit. Namque antea profectis domo regibus, ac mox magiſtratibus,

tibus, ne vrbs ſine imperio foret, in tempus deligebatur qui ius redderet, ac ſubitis mederetur. feruntque ab Romulo Dentrem Romulium, poſt ab Tullo Hoſtilio Numam Marcium, & ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impoſitos. dein conſules mandabant, duratque ſimulacrum quoties ob ferias Latinas præficitur, qui conſulare munus vſurpet. Cæterum Auguſtus bellis ciuilibus [5] Cilniũ Mæcenatem equeſtris ordinis, [6] cunctis apud Romam atque Italiam præpoſuit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, ſumpſit e conſularibus qui [7] coerceret ſeruitia, & quod [8] ciuium audacia turbidum niſi vim metuat. proximuſque [9] Meſſala Coruinus eam poteſtatem, & paucos intra dies finem accepit; [10] quaſi neſcius exercendi. Tum Taurus Statilius, quanquam prouecta ætate, egregie tolerauit. Dein Piſo viginti per annos pariter probatus, publico funere ex decreto Senatus celebratus eſt.

Nunquam vrbs ſine rectore linquẽda & iudice.

Seruitia turbida niſi coerceantur.

L. Piſo.

1 L. Piso.] Is eſt bibaculus & Tiberij συμπότης de quo ſuperius dixi; deque eo emendo locum in Seneca filio corruptum, magnis tentatum viris, nec ſanatum. Is eſt in epiſt. 83. *Piſo*, inquit, *vrbis cuſtos, ebrius ex quo ſemel factus fuit, maiorem partem noctis in conuiuio exigebat, vſque in horam ſextam fere dormiebat. Hoc erat ei matutinum.* Sed quid ſibi vult, *Ebrius ex quo ſemel factus fuit?* an ille ſemel tantum temperantiam eiurauit? Immo ſæpius vino madens. Lege ergo. *Crebrius, ex quo ſemel factus fuit vrbis cuſtos, maiorem partem noctis in conuiuio exigebat.* Et opponit verbum *crebrius* verbo *ſemel*. Sueton. cap. 42. de illo Piſone in Tiber. *Princeps in illa publicorum morum correptione* (lego *corruptione*) *cum Pomponio Flacco, & L. Piſone, noctem continuumque biduum, epulando, potandoque conſumpſit; quorum alteri Syriam prouinciam, alteri præfecturam vrbis, confeſtim detulit: Codicillis quoque iucundiſſimos, & omnium horarum amicos profeſſus.* Sic a *Populo R. Niger in medio Theatro vrbis cuſtos factus eſt.* Spart. in Nigro. Non omiſit Plinius lib. 15. cap. 2. hoc Piſonis elogium: nam ita ſcribit. *Credidere L. Piſonem vrbis Romæ curæ ab eo dilectum, quod biduo duabuſque noctibus,* (in quo diſſentit a Suetonio, qui *vnam tantum noctem* memorat) *perpotationem continuaſſet apud ipſum iam principem.* Loquitur de Tiberio iam imperatore. Et Seneca filius ad laudem L. Piſonis, addit. *Officium ſuum, quo tutela vrbis continebatur, diligentiſſime adminiſtraſſe.* Velleius tamen ita de illo ſcripſit. *Atrox bellum in Thracia ortum, L. Piſonis, quem hodieque diligentiſſimum, atque eundem leniſſimum ſecuritatis vrbanæ cuſtodem habemus, virtus compreſſit.* Hic locus Bonoſum animo obijcit, de quo ita Spartian. *Ipſe quantũlibet bibiſſet ſemper ſecurus & ſobrius, &, vt Oneſimus dicit ſcriptor vitæ Probi, adhuc in vino prudentior.* Quod Salomõ in Prouerbijs ſapientibus cõtingere ſcribit. *Eſt qui in vino fit ſapientior; eſt qui fit inſipiẽtior. Sapiens vino auget ſapientiã, inſipiens vero ſuam inſipientiã.* Sæpe autẽ a Tacito, vt vir magnus & ſapiens, commendatur. Ne tamen capias iſtum L. Piſonem pro eo, qui lib. 2. in Vrgulaniam præceps, *ambitum fori, corrupta iudicia increpabat, & abitum minabatur ab vrbe.* Alio enim fato perijt, & læſæ maieſtatis accuſatus a Granio, venenoque ſublatus, non peracta accuſatione. lib. 4. Annal. Fuit etiam alius L. Piſo, qui in Hiſpania ab agreſte quodam Thermeſtinæ regionis, ex improuiſo necatus eſt. Itaque noto in his prioribus libris, vnum Cneum Piſonem cum duobus filijs Marco, & Cneo, & tres Lucios, omnes non indecoros Piſoniano nomini. Alios etiam reperias Piſones, in his poſterioribus libris, qui ex eadem familia extitere, diſparibus tamen fatis. Et quidam Reip. valde vtiles, alij valde incommodi. Et de iſto Piſone cõbibulone Tiberij intelligendus eſt locus Plutarchi de multiloquio, vbi narrat præcepiſſe ſeruis ne vltra quam interrogarentur reſponderent. Et quamuis Claudium memoret Plutarchus, tamen de Claudio imperatore & Tiberij ſucceſſore non eſt intelligendus; ſed de Tiberio qui Claud. Nero nominabatur.

Combibo Tiberij.

Seneca correctus.

Suetonius correctus.

Compotoribus data Reip. munera.

Plinius a Suetonio diſſentiẽs.

Piſo a Tacito valde laudatus.

Duo L. Piſones.

Vnde Piſones.

2 Rarum in tanta.] Quia Tiberius altiores Romani nominis ſtirpes, crudelitate magna exſcinderet.

3 Sapienter moderans.] Ne mirere ſapientem, & ſapienter moderantem. Nam ad octogeſimum proceſſerat, & *ſenibus* (ait Plinius Iunior epiſt. 1. lib. 3.) *placida omnia & ordinata conueniunt: quibus induſtria ſera & turpis ambitio eſt.* Maturitas facit dulcia quæ acria erant. Vuę Iunio menſe acidæ, Septembri dulceſcunt, & in muſtum vertuntur. At hominis ætas vino ſimillima, quo vetuſtior, eo ſuauior. De inconditis hominibus non loquor, qui centum annorum pueri dicti, quibus ſenilis ætas in acetum vertitur. Loquor de hominibus vere hominibus, & rationi præſtantibus obſequium. Nam hi formatis moribus, etiam media in hieme, fructus amœnos ex ætate percipiunt.

4 Censorivm fvisse memoravi.] Cenſor fuit cum Appio Claudio; ſed quam diſpari ingenio in pari munere? Appius enim Claudiana arrogantia, & morum feritate notatus, cenſoria virgula vnumquemque feriebat. Et inter eos Salluſtium hiſtoriarum ſcriptorem: Ideoque omnes ad Cæſarem

Piſo cenſor cum Appio Claudio. Moribus diſpares.

confugiebant. Contra Piſo, licet Cæſaris ſocer, etſi faueret Cæſari, omnes tamen leuiſſime tractabat. Dio libr. 40. Quod eſt argumentum optimi animi & ſuauis.

Mæcenas Cilnius dictus, non Caius.

5 CILNIVM MÆCENATEM.] Verum Mæcenatis nomen *Cilnius*. Quod Auguſti epiſtola fatetur, qui vocat *Mæcenatem Cilniorum ſmaragdum*. Cui fuit amiciſſimus, vt firmat Albinouanus his verſibus in eius epitaphio.

Amiciſſimus Tiberio.

Regis erat genus Etruſci; tu Cæſaris olim
Dextera, Romanæ tu vigil vrbis eras.

Et Horatius 3. Car. 29.

Tyrrhena regum progenies,
Faſtidioſam deſere copiam
Molem propinquam nubibus arduis.

In ſcribendo affectatus.

Auguſti autem epiſtola extat apud Macrob. Saturnal. 2. cap. 4. *Cilniorum* autem *ſmaragdum* nominat verbis affectatis ridẽs affectatas Mæcenatis ſcriptiones, & verba ſelecta lapidum pretioſorum inſtat; quæ heic explicabo. *Vale*, inquit, *mel gentium*, quia Aſiaticis regibus ortus eſſet. *Melcule*, lego, *mel Aculæ*. Quia *Acula* Ptolomæo, oppidum Etruriæ apud Peliam fluuium. *Ebur ex Etruria*, quia Mæcenas Etruſcus. Horatius.

Macrobius correctus.

Mæcenas dextra Cæſaris.

A Regibus ortus.

Non quia Mæcenas, Lydorum quidquid Etruſcos
Incoluit fines, nemo generoſior eſt te.

Mox addit. *Laſer Aretinum*. Putaui aliquando legendum, *Laſer Africanum*: & fallebat. Erroris cauſa erat, quod Laſer in Africa, & ex eo prouentus maximus. Plaut. in Rudent.

Hoc anno multum futurum ſirpe & laſerpicium,
Eamque euenturam exagogam Capuam ſaluam & ſoſpitem. Et Catullus.
Laſerpiciferis potens Cyrenis.

Sed *Aretinum* lego, propter Aretium, quod in Etruria, ex quo Mæcenatis origo. Luditque Auguſtus ex Etruriæ locis amœnioribus. Subiungit deinde: *Adamas ſupernas*. Lege, *Adamas Sudernas*. quia Sudernum Ptolomæo eſt oppidum Etruriæ in Grauiſcis. Tamen Plin. nominat *Tudernum*; his verbis: *ſi quidem Tuſcis peculiaris eſt Tudernis*, lib. 14. cap. 3. Has autem dictiones Auguſtus fingit, lepide, & eleganter. Mox adijcit: *Tiberinum Margaritum*, quia ex Etruria Tibris. vt recte Turnebus ſcripſit Aduerſar. 17. cap. 2. qui in his explicandis ſuum publicauit ingeniũ. Addit Macrobius: *Cilniorum ſmaragde*. Quod *Cilnius* vocaretur Mæcenas, vt heic, Tacito adſtipulante. Sed quid ſi legendum ſit, *Cluſinorum ſmaragde?* Quia Cluſium vetus, & nouum, etiam in Etruria? Et ludit Auguſtus ex Hetruriæ locis. tu videris Lector. Addit. *Iaſpis figulorum*. Lego, *Faliſcorum*. Nam Faliſci etiam Etruſci, & Faliſca Iunonia colonia ab Argiuis condita prope Vulſinum lacum. *Berylle Porſennæ*. Eodem alludit: Quippe Porſenna rex Etruriæ. Et ita Albinouanus, vbi de Mæcen. obitu.

Vincit vulgares, vincit Beryllus arenas
Littore in extremo, quas ſimul vnda mouet.

Addit Auguſtus. *Carbunculum* (lego, *Carbuncule*) *Vmbrorum*. nam Vmbri quoque in Etruria. *Habeas*, pro *Aueas*, id eſt ſaluus ſis. Nam in fine litterarum *habe*, pro *aue*. Quippe mos erat litterarum ſcribendarum, vt inciperent ita: *Si vales bene eſt*. & ita finirent: *Vale*. Plin. Nepos lib. 1. epiſtola *Olim. Scribe nihil eſſe, quod ſcribas: vel ſolum illud vnde incipere priores ſolebant, Si vales bene eſt.* Et Dio in Adriano, *Non dicens Aue, quæ matutina erat ſalutatio, ſed veſpertino vſus verbo, Saluete.* Sueton. 4. in Galba. *Veterem ciuitatis exoletumque morem ac tantum in domo ſua hærentem obſtinatiſſime retinuit, vt liberti ſeruique bis die frequẽtes adeſſent, ac mane ſaluere, veſperi valere ſibi ſinguli dicerent.* Aliquando *Salue & vale*, ſi quando non reuerſuri diſcederent. Ideo hæc formula in exequijs defunctorum locum habuit. Et quia huc æſtus me impulit, & orexis ſcriptionum Mæcenatis, lubet etiam de alijs Mæcenatis verſibus, non vulgaribus & lapidum pretioſorum ornamentis intextis, quibus mortem Horatij fleuit, aliquid addere. Nam iocus Auguſti, fuit quod Mæcenas in lapidibus pretioſis luderet verſu. Sic ergo Mæcenas, in libro Iſidori 19. Etym.

Correcti in nomine Mæcenatis authores.

Lugente mea vita nec ſmaragdos
Beryllusque (mi Flacce) nec nitentes
Per candida margarita quæro.
Nec Cortinalis, me perpoliuit
Annulus, nec Iaſpius lapillus.

Quæ quam corrupta, inuerſa, atque truncata ſint, videt qui oculos habet. Ita repono.

Lugens te, mea vita, (alloquitur Horatium)
nec ſmaragdos
Berylloſque, mi Flacce, nec nitente
Spiro, candida margarita quæro;
Nec quos Tinia lima perpoliuit
Anellos, nec Iaſpios lapillos.

Reliqua abſorbuit ætas; & hunc Centonem nobis ſeruauit Iſidorus, quem vt Latinæ vetuſtatis reliquias veneramur. Sed ad Mæcenatem redeo, cuius alios verſus habemus in Suet. de Clar. Gramm. mutilos, æque atque ſuperiores. Locus eſt in vita Horatij.

Ni te viſceribus meu Horati
*Plus iam diligo * Titum ſodalem*
*Mimo * videas ſtrigoſiorem.*

Ita corrigo; ſed ex coniectura.

Ni te viſceribus meis Horati
Plus iam diligerem, & Titum ſodalem,
Mulo me videas ſtrigoſiorem.

Puto *Titium* eſſe, quem heic Titum nominat, niſi *Titium* legas, ſed in hoc carmine nullus ei locus. Huius autem Titij meminit Horatius epiſt. ad Iulium Florum.

Quid Titius, Romana breui venturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus,
Faſtidire lacus & riuos auſus apertos;
Vt valet? vt meminit noſtri? Fidibuſne Latinis
Thebanos aptare modos ſtudet auſpice Muſa;
An Tragica deſæuit, & ampullatur in arte?

Seneca interpretatus.

Sed expẽdamus correctiones, & paucis. Correxi, *mulo ſtrigoſiorem*. nam proprium mulorum vt ſtrigoſi ſint. Ergo *Cilnius* Mæcenas, dictus non *Caius*: & male in Horatio, male in Velleio, male in Plinio, quibus omnibus *Caius*, non *Cilnius* legitur: quod vitium fuit exſcriptorum. Fuit autem vir molliſſimæ vitæ: ideo Regulo opponit illũ Seneca lib. Quare bonis viris. *Si quis ſit*, inquit, *qui audeat dicere Mæcenatem ſe, quam Regulum naſci voluiſſe: Idem ipſe, taceat licet, niſi ſe Terentiam maluit*, (id eſt,

vxorem

vxorem Mæcenatis; nam vocabatur *Licinia Terentia) maluitque ſe naſci fœminam quam virum.* Quod autem Terentia fuerit Mæcenatis vxor, vide Dionem: vide etiam apud Sueton. in Aug. M. Antonij ad Auguſtum litteras, cui exprobrat iniſſe illam *Terentiam*, vel *Terentillam*; ſic enim appellat. *Ita valeas*, inquit, *vti tu hanc epiſtolam cum leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam, aut Ruſillam.* De vigilantia autem Mæcenatis mirum eſt quod ſcribit Plinius. *Triennio ſupremo nullo horæ momento ſomnum contigiſſe, & febri laboraſſe ſemper*, libri 7. cap. 51. Aurelius autem Victor ait *triennio ſilentium indixiſſe ſibi*: forte quod in eo taciturnitatem deſideraſſet Auguſtus, vt in Agrippa patientiam. Sueton. in Aug. cap. 66. Et ſane coniurationem Murænæ, Terentiæ vxori aperuerat, indignante Auguſto. Tamen Plinius lib. 28. cap. 6. vocat illum qui per triennium ſiluit, *Meſſenium Mæcenatem*, non *Cilnium*. Ideoque conicio, immo verum puto, *M. Cilnium Mæcenatem* dictum fuiſſe, ex quo *Meſſenium* finxerunt librarij. nec erro. nam de *Meliſſo Mæcenate*, nihil heic cogito. Sed lego in Plinio pro *Meſſenium Mæcenatem, M. Cilnium Mæcenatem.* Sed vix poſſum currens vehiculum ſuſtlaminare, ita in cliuo ruit. Et explico Iuuenalem Sat. 1. cum ait.

Verum nomen Mæcenatis, M. Cilnius Mæcenas.

—— multum referens de Mæcenate ſupino
Signator, falſo qui ſe lautum atque beatum
Exiguis tabulis, & gemma fecerat vda.

Iuuenalis explicatus.

Carpit enim heic quendam, quem Mæcenati comparat. Quippe Mæcenas abſente Auguſto, regendæ vrbi & Italiæ præfectus. Inde Horat. 3. Carm.

Tu ciuitatem quis deceat ſtatus
Curas, & vrbi ſollicitus times.

Habuit autem ab Auguſto annulum, cui rana erat inſculpta, quo rebus conſtituendis vteretur. Erat autem illa rana *formidabilis* (inquit Plinius lib. 31. cap. 1.) *in collatione pecuniarum, quas ex tota Italia cogebat & congerebat.* Ideoque Auguſtus, vt comprimeret populi voces de illa rana mira loquentis, vſus eſt poſtea Sphinge. Vocat ergo *Mæcenatem ſupinum*, vel propter deſidiam & otium, & quod ſupino ventre dormiret, vel propter auerſam Venerem, quam ille patiebatur. Nam Mæcenate in negotiis nihil acrius & negotioſius, in otio nihil otioſius & mollius & ſupinum magis. vnde *Malchinus* dicitur ab Horatio. Atque Iuuenalis illum, quem carpit, ſignatorem fuiſſe, vt Mæcenas, qui Mæcenas falſo ſe lautum atque beatum fecerat, exiguis tabulis quas Auguſtus illi de præfectura Italiæ dederat, & *gemma vda*, in qua ranuncula ſculpta erat, quæque ſaliua illita ad ſignaculi impreſſionem. Vet. interpr. Iuuenalis notauit. Falſo autem dicit beatum. nam fœlicitas vera & perfecta beatitas non in rebus caducis & fluxis, ſed in virtute vera. Nec piget in iſtis morari dummodo vt ait Poeta,

Mæcenas præfectus Italiæ. Annulus Mæcenatis in quo rana ſculpta. Illa rana formidabilis. Sphinx Auguſti.

Saliua vda annulorum gemma.

—— variæ proſint tibi fercula cœnæ.

6 CVNCTIS APVD ROMAM ATQVE ITALIAM PRÆPOSVIT.] Quod nemo Seneca filio explicat fuſius. dixi, fuſius, ſed nemo obſcurius & corruptius, in epiſtola 113. Cui lucem, & aliquod remedium paro. *Quomodo*, inquit, *Mæcenas vixerit, notius eſt quam vt narrari nunc debeat, quomodo ambulauerit, quam delicatus fuerit, quam cupierit videri, quam vitia ſua latere noluerit. Quid ergo? Non oratio eius æque diſſoluta eſt, quam ille diſcinctus?* (Lego, *Num oratio.* & ſe explicat cum addit poſtea.) *Num tam inſignita eius verba ſunt, quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam vxor? Magni ingenij vir fuerat, ſi illud egiſſet via rectiore, ſi non vitaſſet intelligi, ſi non etiam in oratione difflueret. Videbis itaque eloquentiam ebrij hominis, inuolutam & errantem, & licentiæ plenam. Mæcenas in cultu ſuo* (lego, *vt Mæcenas in cultu ſuo*, id eſt, tam effluit oratio dicentis, vel ſcribentis, quam cultus ſe veſtientis) *Quid purius amne?* (lego, *Quid, inquit, purius amne?* nam vocum ſimilitudo vnam abſorbuit) *ſyluiſque ripa* (lego *ripas*) *comantibus?* (id eſt, quæ pro comis ripis datæ ſunt? Quæ ſunt veluti comæ riparum. niſi accipias *ripa*, pro *in ripa*, & in ablatiuo.) *Vide vt alueum lintribus arant.* (id eſt, ſulcos ducunt in alueo, lintribus actis per aquas, quaſi cum aratur tellus.) *Verſoque vada* (lego, *verſoſque vada*) *remittant hortos.* (nam in aqua, quaſi in ſpeculo, riparum arbores & horti ſpectantur, ſed inuerſi; ideo lego, *verſoſque vada remittant hortos.* nam vada non inuertuntur, ſed vada hortos inuerſos oſtendunt. Plinius ſic exprimit epiſt. *Vidiſti.* lib. 8. *Ripæ fraxino vt multa populo veſtiuntur, quas perſpicuus amnis, velut merſas, viridi imagine adumbrat.* ſic lego. Addit Seneca: *Quid ſi quis fœmina cirro criſpati* lego. *Quid ſi quis fœminæ cirros criſpat, & labris columbatur?* nam excuſa in manifeſto errore eſt. Pingit ergo Mæcenas ſuis verſibus laſciuientem virum cum fœmina, cuius capillos vndulatos criſpet, & ore ſuauietur, inſtar columbarum. Sunt autem ſumpta diuerſa e diuerſis Mæcenatis ſcriptis fragmenta, quæ heic congerit Seneca. Nam modo de hortis, & alueis, modo de fœminis loquitur; & ſunt centones, quos heic aſſuit. *Incipitque ſuſpirans, vt ceruice laxa feratur.* Quæ non explico. Sunt enim turpitudinis & libidinum notæ putidæ, quas tangere nefas. Addit. *Nemo Tyranni irremediabilis factio rimantur epulis.* lego. *Nummos, Tyranni irremediabilis factio, rimantur epulis, lagenaque tentant domos, & ſæpe mortem exigunt.* loquitur de tyrannis, qui veſtigatores ſuos immittunt in ciuium domos, vt quid de eis ſentiant ciues & loquantur, fiant certiores: Atque ita rimantur nummos, quos damnationibus inuadunt. Niſi legas, *nunc animos. Lagenaque* (in ablatiuo pro, per epulas & lagenas) *tentant domos, & ſæpe mortem exigunt.* Quod non capio de ſuppilatione domus, ſed de exploratione quæ fit a Tyrannis per conuiuia, & lagenas, *largeque calentia vina.* De quibus habes Senecam vbi de Macrone, 3. de Benefic. cap. 25. Nam homines in vino ſunt loquaciores. mox adijcit. *Genium feſto vix ſuo, teſtem tenuis cerei fila, & crepacem mola focum mater & vxor veſtiunt.* Lego. *Tenuis cerei filo.* nam addit. *Et crepacem mola focum.* Et ad antiquum ſpectat morem: Quippe in natali cuiuſque honorabantur Genij; & coronabantur floribus & ſertis, & veſtieban-

Vitia Mæcenatis.

Vir magni ingenij.

Eloquentia ebrij hominis.

Explicatus Seneca. Et interpretatus.

Comant ſyluæ ripas.

Tyrannorum factio.

Veſtitus genius in die natali.

tur nitide. At diem natalem *feſtum genij* vocat. Quod docui ſupra vbi de die Natali. Et ait *vix ſuo feſto teſtem eſſe*; vt ſcilicet quaſi ignotus non colatur, aut ſi colatur, veſtiatur tenuis cerei filo. Et ad id ſpectauit Prudentius contra Symmach.

—— ſaxa illita ceris
Viderat, vnguentoque Lares humeſcere nigro.

Nam ante idola cerei accenſi, vt docui libro 1. Et Euſebius in vita Conſtantini firmat lib. 2. cap. 5. Iuuenalis Sat. 10.

O parui noſtrique Lares, quos thure minuto
Aut farre, & tenui ſoleo exorare corona.

Mecenas diſcinctus.

A quo ſignum petitum.

Veſtitus Mecenatis.

Opertum caput.

Subiungit Seneca. *Num ſtatim hæc cum legeris, hoc tibi occurret? hunc eſſe, qui ſolutis tunicis, in vrbe ſemper inceſſerit? Nam etiam cum abſentis partibus Cæſaris fungeretur, ſignum a diſcincto petebatur: hunc eſſe, qui in Tribunali, qui in Roſtris, qui in omni publico cœtu, ſic apparuerit, vt pallio velaretur caput, excluſis vtrimque auribus, non aliter quam in mimo diuites fugitiui ſolent?* Sic Petron. Arbit. ſuum Trimalcionem mollem & fluxum virum, nec virum tamen, facit *coccino pallio, adraſum occludentem caput*. Et in eodem authore. *Operui caput, & per medium lupanar fugere cœpi*. Nam fugientes ſe operiebant. Idem. *Operuit caput, & extra templum profugit*. Quod vero ait, *non aliter quam in mimo diuites fugitiui*, facit ad id Iuuenalis Sat. 13.

—— mimum agit ille,
Vrbani qualem fugitiuus ſcurra Catulli.

Explicatus Seneca.

Nonius Marcellus. *Calui mimi ſunt omnibus fruſtrati*. Et forte etiam de diuitibus intelligit, qui ſine fœnore interpellati, nummos credere diffugiunt. Sic Martialis.

Tremores diuitum nummulariorum.

Emi ſi puerum togamve pexam,
Sentires, vt puto, quattuorve libras;
Sextus protinus ille fœnerator,
Quem noſtis veterem meum ſodalem,
Ne quid forte petam, timet, cauetque.

Sunt enim hi diuitum nummulariorum tremores.

Seruorum turba in Rep.

7 Coerceret servitia.] Nam *turbata Repub. frequentia ergaſtula catenatique cultores materiam bello præbuere*, inquit Florus de ſeruili bello. Et Sueton. cap. 15. in Claud. *Conſpirauerant ad res nouas Gallus Aſinius, & Statilius Coruinus, Pollionis, ac Meſſalæ oratorum nepotes, aſſumptis compluribus libertis ipſius, atque ſeruis.*

Vulgus terret ni terreatur.

8 Civium audacia turbidum nisi vim metuat.] Et illud eſt quod dixit libro 1. *Terrent ni terreantur*. Ea eſt enim vulgi natura, ex Salluſtio decerpta. Itaque dandi ſunt freni impotenti naturæ & indomito animali.

Duo Meſſalini fratres Coss.

Filij Meſſalæ.

Qui ab authoribus orator dictus.

9 Messala Corvinus.] Pater Valerij Meſſalini & Aurelij Cottæ; qui vna fuere Conſules anno Vrb. Cond. 773. lib. 2. A Tacito aliquando dicitur *Meſſala Coruinus*, vt heic: aliquando ſimpliciter *Meſſala*, vt libro 3. *Valerius Meſſalinus, cui parens Meſſala*. Ab authoribus, vt a Suetonio, cap. 13. in Claud. dicitur *Meſſala orator*. Et a Plinio lib. 7. cap. 24. & lib. 35. cap. 2. Dio vbique vocat *M. Valerium Meſſalam*. Et *Meſſalam Coruinum* vocat Seneca pater præfat. lib. 7. Et ita de eo Quintilianus cap. 1. lib. 10. *Orator nitidus & candidus, & quodammodo præ ſe ferens nobilitatem ſuam; viribus tamen minor.* Is fuit ſororis Hortenſij filius. Valer. lib. 5. cap. 9. de quo Velleius lib. 2. *Meſſala fulgentiſſimus iuuenis, ſeruari beneficio Cæſaris maluit, quam dubiam ſpem armorum tentare amplius. Nec Cæſari ex victoriis ſuis lætius, quam ſeruaſſe Coruinum, aut maius exemplum hominis grati ac pij, quam Coruinus in Cæſarem fuit: proximus fuit in caſtris Bruti & Caſſij authoritate; & fuere qui eum ducem poſcerent.* Sed quid ait Tacitus, *quaſi neſcium exercendi poteſtatem, eam eiuraſſe*?

Cur eiurauerit præfecturam vrbis.

An ergo illa inſcitia cadit in tantum oratorem & P. Romani legatum apud Auguſtum? An quod premente ſenectute, ſe minus idoneum ſenſerit; & quod ita memoria exciderit, vt etiam Plinio teſte, ſui nominis obliuiſceretur? An quod inciuilem iſtam poteſtatem ratus, ea ſe abdicauerit, & lubens? hanc autem inciuilem dixerit nemo, qui perpenderit eius vtilitatem. Et ſane finxit Meſſala, vt ſe iſto onere liberaret. Quod Statilius Taurus ima ſenectute obiuit cum laude. Ex hoc loco, intellige quod eſt L. 1. §. quod autem. & §. cui patronus. de offic. præf. vrb. D. *Seruos de dominis querentes, præfectus vrbis audiat, ſi verecunde expoſtulent, ſi duritiam, ſi ſæuitiam, ſi famem, quæ eos premat, ſi obſcœnitatem qua compulerunt, vel compellentem obiiciant. Et ſi patronus de libertis queratur, ſi contumelioſos, ſi conuitiantes arguat, & ſe, & vxorem, & liberos ab iis indigna paſſos queratur.* Et hoc eſt quod dicit Tacitus. *Qui coerceret ſeruitia, & quod ciuium audacia turbidum.*

Senex Taurus pulchre obit præfecturam vrbis.

10 Quasi nescius.] Memoriæ deliquium, & ſui nominis obliuium fuiſſe putat Plinius. Quod non nouum. nam temporibus Ciceronis, quidam Grammaticus 24. alphabeti litterarum oblitus eſt. Nabuchodonoſor in ſacris litteris apud Danielem omnium oblitus, pro bellua & bruto eſt cenſitus. Caracalla in litteris bene eruditus, omnium quæ ſciuerat, factus eſt obliuioſus. Filius Ciceronis per ebrietatem, nullius memoriæ fuit. Plinius tradit quendam lapide ictum, matris, & affinium, & propinquorum non meminiſſe, lib. 7. cap. 24. Georgius Trapezuntius Grammaticus, ſic memoria excidit, & amiſit omnem eruditionem, tam in Latinis, quam in litteris Græcis. Didymo præceptori D. Hieronymi, viro miræ eruditionis memoria labefecit. Adeo mortale genus caducum, vt ſi non totum, ſaltem per partes decidat.

Tribunus increpitus ignorās mores ob iuuentam.

Relatum inde ad patres a [1] Quintiliano tribuno plebei [2] de libro Sibyllæ, quem [3] Caninius Gallus quindecimuir recipi inter cæteros eiuſdem vatis, & ea de re [4] ſenatuſconſultum poſtulauerat. quo per diſceſſionem facto, miſit litteras Cæſar modice tribunum increpans, ignarum antiqui moris [5] ob iuuentam: Gallo exprobrabat quod ſcientiæ

tiæ cerimoniarumque vetus, incerto auctore, ante ſententiam collegij, non, vt aſſolet, lecto per magiſtros æſtimatoque carmine, apud infrequentem ſenatum egiſſet. Simul commonefecit: quia multa vana ſub nomine celebri vulgabantur, ſanxiſſe Auguſtum, [6] quem intra diem ad prætorem vrbanum deferrentur, neque habere priuatim liceret. quod a maioribus quoque decretum erat, poſt exuſtum ſociali bello Capitolium, [7] quæſitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam & Italicas colonias carminibus Sibyllæ, vna ſeu plures fuere, datoque ſacerdotibus negotio, quantum humana ope potuiſſent, vera diſcernere. Igitur tunc quoque notioni quindecimuirum is liber ſubiicitur. Iiſdem conſulibus, grauitate annonæ iuxta ſeditionem ventum. multaque & plures per dies, in theatro licentius efflagitata, quam ſolitum aduerſum imperatorem: * quis commotus, incuſauit magiſtratus patreſque, quod non publica auctoritate populum coercuiſſent; addiditque quibus e prouinciis & quanto maiorem quam Auguſtus rei frumentariæ copiam aduectaret. Ita caſtigandæ plebi compoſitum ſenatuſconſultum priſca ſeueritate. [8] * neque ſegnius conſules edixere. ſilentium ipſius non ciuile, vt crediderat, ſed in ſuperbiam accipiebatur.

* queis

* Neque Senatuſconſulto grauius Conſules edixere.

Sex. Nonius Quintilianus Conſul ſub Auguſto cum M. Furio Camillo.

1 Qvintiliano.] Qui, vt puto, filius fuit Sexti Nonij Quintiliani, qui Conſul ſub Auguſto cum M. Furio Camillo, anno Vrb. Cond. DCCLXII.

2 De libro Sibyllæ.] Sibyllarum monumenta memorata fuere a multis maxime piis viris & inter Chriſtianos præcipuis, vt Clemente Romano & Theophilo Antiochenſis eccleſiæ Epiſcopo ſexto, & Euſebio Cæſarienſi inter Græcos. At vero inter Latinos Lactantio, D. Auguſtino, vt aliis Paganorum authoribus, vt heic a Tacito. Quem de Cumana Sibylla loqui coniicio, quæ non Græce ſcripſit, ſed Latine: & quidem nouem libris, alij ſex, alij vero tribus (nam variant authores) quos Tarquinio vendiderat. Quorumque ad Sullæ vſque tempora conſeruatores Duumuiri fuere. Cicero 2. de Diuinat. Sibyllina legit oracula, vt alij multi.

Quindecimuiri cuſtodes librorũ Sibyllæ.

Auſonius emendatus.

3 Caninivs Gallvs qvindecimvir.] Sibyllinorum verſuum cuſtodes Quindecimuiri. nam Auſonius in Grypho, quem emendo.

Atque in fatidicæ nomen commune Sibyllæ,
Quarum tergemini fatalia carmina libri,
Quos inter quinorum ſeruat cultura virorum.

Lego; *Quos Terquinorum.* Sic verſus ratio, & res ipſa deſiderat. Et nos infra latius. Duumuiri ante, vt poſtea quindecimuiri, eos curabant. Ideoque Plutarchus in Mario vocat Σιβυλλιστάς. Sed abſumpti fuere Sullæ temporibus & incendio conſumpti. Verum vt ante incendium fuerant exſcripti, ita conquiſiti præcipue temporibus Auguſti. Et ſacerdotes quibus ea cura mandata, per Samum & Ilium & Erythras, & Africam, & Siciliam, & totam Italiam coegerunt quidquid reliquiarum potuere, & aſſeruarunt.

4 Senatvsconsvltvm postvlaverat; qvo per discessionem facio.] Ad illam diſceſſionem Prudentius ſpectat in Symmach.

Qua vocat egregij ſententia Principis, illuc
Libera tum pedibus, tum corde frequentia tranſit.
Nec locus inuidiæ eſt. Nullum vis aſpera terret:
Ante oculos ſic velle patet, cunctique probatum,
Non iuſſum, ſola capti ratione ſequuntur.

Pedarij Senatores.

Lucillius. *Ægipes vocem mutare cœpit.* Vbi Feſtus. *Pedariũ ſenatorem ſignificat, qui Ægipes appellatur, quia tacitus, tranſeundo ad eum, cuius ſententiam probat, quid ſentiat indicat.* Sueton. in Tiber. c. 31. *Cum Senatuſconſultum per diſceßionem forte fieret, tranſeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, ſequutus eſt nemo.* Inde Pedarij Senatores, qui pedibus irent in ſententiam aliorum. Sententia, non verbis, ſed tranſitione profeſſa, vel diſceſſione. Cicero ad Atticum lib. 12. epiſt. *De Cælio. Idcirco in eius ſententia, facta eſt diſceßio.* Et 1. epiſt. famil. epiſt. 2. *Aperit quomodo fieret Lupus tribunus pleb. Contendit ante ſe Conſules: Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt.* Et idem Philip. 14. *Si Conſules deſignati diſceßionem facere voluiſſent.* Solemnis erat formula: Qvi hoc censetis, illvc transite. Nam tranſitus pedum, erat indicium tranſitus animorum.

5 Ob ivventam.] Nam iuuentutis comes ignorantia: at ſcientia longo vſu quæritur. Itaque ſeniores potius conſultandi in cerimoniis quam iuniores. Inde veteres inſcriptiones ponunt differentiam inter ſexviros iuniores & ſexviros ſeniores. Veranivs. et. Constans. VIviri. ivniores. patri. optimo. Et de ſenioribus. Tacito. VIviro. seniori. et. avgvstali. Atilia. Hermionæ.

Libri fatidici cremati.

6 Qvem intra diem.] At certe de iſta die, nihil in authoribus certi. Legi quidem apud Sueton. cap. 31. cremaſſe Auguſtum quicquid fatidicorum librorum, Græci Latinique ſermonis ferebatur, & ſolos retinuiſſe Sibyllinos; eoſque dilectu habito condidiſſe,

Soli Sibyllini retenti.

duobus forulis auratis, ſub Palatini Apollinis baſi. Legi apud Dionem lib. 54. eundem Auguſtum Pontifici ſummo negotium dediſſe; quia libri Sibyllini exoleſcebant, vt eos ſua manu deſcriberet, neve quis alius legeret. Sed de illa die nullum veſtigium. Tamen apud Liuium lib. 25. legi M. Æmilium Prætorem recitaſſe in concione Senatuſconſultum, & edixiſſe, vt quicunque libros vaticinos, precationeſque aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros omnes, litteraſque ad ſe ante Calendas Aprilis deferret. Sed hæc de præſentibus de quibus tūc agebatur libris, non de futuris, vt heic. Legi etiam ne quis in publico, ſacrove loco, nouo aut externo loco ſacrificaret. Et fortaſſe eius exemplo diem certum appoſuit Auguſtus. quod non legimus. Dio etiam ſcribit Tiberium oſtentis permotum, omnes Sibyllinos libros legiſſe, & probaſſe quoſdam, quoſdam improbaſſe. Sed de die ne ipſa quidem Sibylla, ex authoribus quidquam dixerit, niſi me mea ætas caligauerit.

Deſcripti libri Sibyllini manu Pontificis ſummi. *Ne quis alius legeret.* *Senatuſconſultum de portandis vaticiniorū libellis ad ſummum Pontificem.* *Tiberius Cenſor librorum Sibyl-*

7 QVÆSITIS SAMO, ILIO, ERYTHRIS.] Quod alias factum. Nam Lactantius 1. diuin. Inſtit. ait, *Reſtituto Capitolio, retuliſſe ad Senatum C. Curionem Conſulem, vt legati Erythreas mitterentur, qui carmina Sibyllæ requiſita, Romam reportarent. Itaque miſſos P. Babinium Motacillum, L. Valerium, qui deſcriptos a priuatis verſus circiter mille, Romam deportarunt.* Tanti fuere illa oracula apud Ethnicos, quæ Chriſtiani poſtea ad ſua, & ad ſe traduxere. Et inde liquet non Cumææ tantum fuiſſe Sibyllæ illa carmina, ſed Erythreæ, id eſt, accolæ non maris Rubri ab Erythreo rege ita dicti, non quod rubros fluctus voluat; ſed ab vrbe Aſiæ Erythra, in qua illa anus manebat quæ vixit Alexandri temporibus. Et extant hodie illa Sibyllina oracula quæ ſub Ioanne Aurato Græcarum literarum profeſſore audiui quondam Lutetiæ.

Deſcripti verſus Sibyllini, & Romam miſſi.

8 NEQVE SEGNIVS.] Notæ veteres hunc locum turbauere, quem reponere lubet. Lego itaque. *Neque Senatuſconſulto grauius Conſules edixere.* Dixit enim Senatuſconſultum compoſitum antiqua ſeueritate. Et addit. *Neque Senatuſconſulto grauius edixere Conſules.* Id eſt, tale fuit edictum, quale Senatuſconſultum. nam aliquando Senatuſconſulta grauiora edictis, aliquando edicta grauiora Senatuſconſultis; prout vtilitas Reip. impelleret aut Cæſarem aut Senatum. Scio tamē *ſequius* verbum ſæpius vſitatum apud bonos authores, vt in Apul. 7. Metam. *Segnior ſexus*, id eſt, mulierum ſexus deterior. Et idem libro 11. *Figuram tuam repente mutatam ſegnius interpretabitur.* Suetonius tamen *ſecius* dicit. Et notandum facto Senatuſconſulto illud aliquando proponi ſolitum populo per edictum quod in tabula pendebat: vt dixi lib. 1. Lego autem, *Senatuſconſulto grauius*, quod ita eſſet ſcriptum, *S C. grauius*. Et mutata c in e, & g in q, *ſegnius* exſcripſerunt. Quod in multis huius authoris locis, vt vbi hæc vrticeta, & vepriceta Taciti hortis auerruncauero.

Tacitus correctus. *Segnius verbum vſitatum.* *Segnior ſexus.* *Secius Suetonio.* *Facto Senatuſconſulto proponebatur legendum populo.* *Ex notis multi errores in Tacito.*

Fine anni Geminius, Celſus, Pompeius equites Romani cecidere coniurationis crimine. Ex quis Geminius prodigentia opum, ac mollitia vitæ amicus Seiano, 1 * nihil ad ſerium. Et Iulius Celſus tribunus, in vinclis laxatam catenam, & circumdatam in diuerſum tendens, ſuam ipſe ceruicem perfregit. At Rubrio Fabato, tanquam deſperatis rebus Romanis, Parthorum ad miſericordiam fugeret, cuſtodes additi. 2 * ſanus repertus apud fretum Siciliæ, retractuſque per centurionem, nullas probabiles cauſas longinquæ peregrinationis adferebat. Manſit tamen incolumis, obliuione magis quam clementia.

* adſeruit.
* Meſſanæ is repertus apud fretum Siciliæ,

1 NIHIL AD SERIVM.] Monſtrum dictionis, ſine ſenſu, ſine vſu, & fanaticum verbum prorſus. Lego, *nihil adſeruit tum.* de crimine (ſcilicet maieſtatis) quo petebatur Geminius vt amicus Seiani. Nam Seianus ob crimen maieſtatis cecidit. Fortaſſis autem ille Geminius pater fuit Geminij illius, qui ſub Caligula iurauit vidiſſe ſe Druſillā aſcendentem in cœlum. Dio lib. 59. An Geminij Conſularis frater? Dio lib. 58. memorat Geminium Rufum, qui impietatis in Tiberium reus factus, teſtamentum in Senatum intulit, recitauitque oſtendens hereditatem ei cum liberis ſe communem reliquiſſe. Tamen ille mollitiei culpatus, antequam ſententiæ ferrentur, domum diſceſſit: audienſque Quæſtorem ad ſupplicium ſumendum veniſſe, vulnus ſibi ingeſſit, eoque oſtenſo Quæſtori, nuntiare iuſſit Senatui, *virum ſe mori.* Vxor etiam Publia in ius vocata, in curiam venit, ibique ſe pugione, quem occultum attulerat, interfecit. Sed an is de quo Tacitus, res in obſcuro eſt.

Tacitus emendatus. *Dubitatio de ſtirpe illius Geminij.* *Geminius iurat vidiſſe ſe Druſillam aſcendētem in cœlum.*

2 SANVS REPERTVS.] Lego, *Meſſanæ is repertus eſt.* Et verbum *Sanus*, heic ſubere leuius, nec facit pondus. Eſt autem Meſſana ciuitas Siciliæ celebris de qua Cicero 6. in Ver. *Meſſana ſitu, muris, portuque ornatiſſima.* A qua *Meſſalorum* nomen pro *Meſſinorum*. Vulgus enim *u* in *l* mutarat. Seneca de breuit. vitæ. *Valerius Coruinus primus Meſſanam vicit, primus ex familia Valeriorum vrbis captæ tranſlato nomine appellatus eſt.* De *Meſſana*, Silius.

Incumbens Meſſana freto minimumque reuulſa
Diſcreta Italia, atque Oſco memorabilis ortu.

Macrob. lib. 1. cap. 1. *Anaxilaus Meſſenius, qui Meſſanam in Sicilia condidit.* Et Lucill. in fragm.

——ſæpe quidante
Optaſti,

Meſſana ciuitas Siciliæ. *Vnde Meſſala pro Meſſane.*

Optaſti, ſi eta Meſſanæ & Rhegina videbit
Mœnia, tum Liparam, & Faſelitis templa Dianæ.

Nec mihi dicas Horatianum illud.

—— *verſus ructatur & errat.*

Nam ſi hæc correctio vera non eſt, nulla vera eſt.

[1] Ser. Galba, L. Sulla Coss. diu quæſito quos neptibus ſuis maritos deſtinaret Cæſar, poſtquam [2] inſtabat virginum ætas, [3] L. Caſſium, [4] M. Vinicium legit. Vinicio oppidanum genus: Callibus ortus, patre, atque auo conſularibus, cætera equeſtri familia erat, mitis ingenio, & comptæ facundiæ. Caſſius plebeij Romæ [5] generis, verum antiqui honoratique, & ſeuera patris diſciplina eductus, [6] facilitate ſæpius quam induſtria commendabatur. Huic Druſillam, Vinicio Iuliam, Germanico genitas coniungit. ſuperque ea re ſenatui ſcripſit, leui cum honore iuuenum. dein redditis abſentiæ cauſis admodum vagis, flexit ad grauiora, & offenſiones ob Remp. cœptas: vtque Macro præfectus, tribunorumque & centurionum pauci, ſecum introirent quoties curiam ingrederetur, petiuit. factoque large, & ſine præſcriptione generis, aut numeri, ſenatuſconſulto; ne tecta quidem vrbis, adeo publicum conſilium nunquam adiit, [7] deuiis plerunque itineribus ambigens patriam & declinans.

1 Servio Galba.] Imperator eſt Galba. Nam Suetonius ait, *eueniſſe vt L. Domitio patri Neronis ſuccederet, velut præſagium inſequentis caſus*: Tamen ſex menſium Conſulatum hunc fuiſſe narrat in Galba. Et quod tradit Othonem Galbæ ſucceſſiſſe in conſulatu, ne cape delatam ſucceſſionem per continuum actum, ſed multa intercalatione. Noſter 1. Hiſt. de Imperio Galbæ hoc ſcripſit. *Maior priuato, cum priuatus fuit, & omnium conſenſu capax Imperij, ſi non imperaſſet.* De eo vere dici poteſt quod Spartianus de Mario tyramno. *Vno die factus imperator, duobus menſibus imperare viſus eſt, aliis duobus deſinere, aliis tribus morti acquieſcere.*

2 Instabat virginum ætas.] Sic Claudianus de laudibus Serenæ.

—— *iam nubilis ætas*
Principe ſollicito, vatis erexerat aulam,
Incertus, quem tanta Ioui fortuna maneret.

Et 1. de laud. Stilic.

Nubilis interea naturæ virginis ætas
Vrgebat patrias ſuſpenſo principe curas.

3 L. Cassium.] Noto quinque Caſſios Longinos hoc æuo; L. Caſſium Longinum Conſulem, qui ſub Tiberio Conſul: Lucium Caſſium Longinum, qui progener Tiberij, quique Druſillam duxit: Caium Caſſium Longinum I. C. Quartum, qui Prætor tantum: Quintum, qui Proconſul Aſiæ. *Primus.* Primus Conſul fuit ſub Tiberio, anno Vrb. Cond. 785. cum M. Vinicio Quartino, Dio lib. 58. Et de quo tacet Tacitus, quia ille Conſulatus inter iacturas Taciti, periitque inter rudera libri 5. Annal. quibus Conſulatus reliquus Geminorum, & quintus Tiberij cum Seiano; & Domitij Ænobarbi cum Furio Camillo recenſebantur. De illo, ita Pomponius, L. 2. de orig. iur. in fine. *Hic Conſul fuit cum Quartino, temporibus Tiberij, ſed plurimum in ciuitate authoritatis habuit.* Reliqua a Pomponio confunduntur cum tertio Caſſio. Nam nec Caius dictus, vt recte adnotauit Lipſius, nec a Nerone pulſus, nec a Veſpaſiano reſtitutus. Secundus L. Caſſius, de quo Tacitus lib. 6. *Secundus.* ſub Conſulatibus Sergij Galbæ, & L. Sullæ. *Quæſito quos nepotibus ſuis maritos deſtinaret Cæſar, poſtquam inſtabat virginum ætas, L. Caſſium, M. Vinicium legit. Vinicio oppidanũ genus, Callibus ortus, patre atque auo Conſulari. Cætera equeſtri familia erat, mitis ingenio, & comptæ facundiæ. Caſſius plebeij Romæ generis, verum antiqui, honoratique, & ſeuera patris diſciplina eductus, facilitate ſæpius, quam induſtria commendabatur.* Nec puto hunc ſuperiori confundendum. Primo, quod Conſularem non nominet, contra morem, & quod non ita diu Conſul. Secundo, quod neque Vinicium, etiam Conſularem. Tertio, quod vbi de eodem Vinicio, ait, *patre atque auo Conſularibus*, de illo ſilet, quod ſit Conſularis. Quarto, quod iuuenes appellet, & forte filij fuerant ſuperiorum Conſulum. Quinto, quod de Caſſio dicat, facilitate potius, quam induſtria commendatum, quod de conſulari viro non diceret. Sed, inquit vir magnus, Suetonius conſularem vocat, & ita ponit. *Mox* (loquitur de Druſilla) *L. Caſſio Longino Conſulari collocatam abduxit.* Atqui vxor erat tum Lepidi. nam ita Dio. *Maritus Druſillæ M. Lepidus.* Ergo oportuit Caſſium inter viuos non eſſe, aut ſua vxore ceſſiſſe. Et quid ſi ita apud Suetonium. *Mortuo Caſſio Longino, conſulari collocatã abduxit, & in modum iuſtæ vxoris propalam habuit?* Tertius eſt C. Caſſius. *Tertius.* de quo Tacitus 12. Annal. *Poſthæc C. Caſſio, qui Syriæ præerat, deducere iuuenem ripam ad Euphratis iubet. Ea tempeſtate Caſſius præminebat cæteros peritia legum. Nam militares artes per otium ignotæ, induſtrioſque ac ignauos pax in æquo tenet. Attamen quantum ſine bello dabatur reuocare priſcum morem, exercere legiones, cura, prouiſu, agere, ac ſi hoſtis ingrueret. Ita dignum*

maioribus ſuis, & familia Caſsia ratus, per illas quoque gentes celebris erat. Poſtea oculis orbum narrat Suetonius, & a Nerone necatum. nam ita ſcribit. *Nullus poſthac adhibitus dilectus, aut modus interimendi quoſcunque libuiſſet, quacunque de cauſa. Sed ne de pluribus referam, Saluidieno Orfito obiectum eſt, quod tabernas tres de domo ſua, circa forum, ciuitatibus ad ſtationem locaſſet Caſsio Longino Iuriſconſulto, ac luminibus orbato, quod in veteri gentili ſtemmate, C. Caſſij percuſſoris Cæſaris imagines reſtituiſſet.* Tamen Tacitus li. 6. *Obiectauitque Caſsio, quod inter imagines maiorum etiam C. Caſsij imaginem coluiſſet, ita inſcriptam:* DVCI PARTIVM. *Deportatuſque in inſulam Sardiniam Caſsius.* Quæ ſunt cõtraria. Quod autem reſtitutus ſit a Veſpaſiano, ſcribit Pomponius dicta lege 2. *Expulſus ab eo* (id eſt Nerone) *in Sardiniã, reuocatus a Veſpaſiano, diem ſuum obiit.* De Quarto, ita idem Pomponius eodem. *Fuit & alius Longinus, ex equeſtri quidem ordine, qui poſtea ad præturam vſque peruenit.* Sed numquid & Quintum addemus, de quo Suetonius in Calig. cap. 57. *Qua cauſa Caſsium Longinum Aſiæ tum proconſulem occidendum delegauerat, immemor Chæream Caſsium nominari.* Occiſum putat Lipſius. Tamen non paret. Et is forte ad ſecundum referendus eſt. Dio lib. 59. ex Cæſaris percuſſore C. Caſſio genitum narrat, & mandatum a Caio, vt vinctus adduceretur. Quod non occiſum arguit. nam Caius interea a Chærea trucidatus eſt.

Quartus.

Quintus.

4 M. VINICIVM LEGIT.] Is eſt, qui a vetere interprete Iuuenalis, dicitur *Bincius,* pro *Vinicius.* Sat. 1. in his verbis, *Pone Tigillinum.* Et vbi *Fuluia*, pro *Iulia* male ſcribitur. Dicitur autem a Tacito, *ſic compta facundiæ, vt cum fratribus etiam eloquentiam partiretur.* Nam fratres habuit eloquentes, & præcipue L. Vinicium, qui exactiſſimi ingenij vir, nec dicere, nec pati poterat ineptias. Seneca pater lib. 7. Quod magni ingenij dos eſt.

Scholiaſtes Iuuenal. correctus.

L. Vinicius eloquens.

Qui nec audire nec dicere poterat ineptias.

5 GENERIS.] Vt ſcilicet nobiliores Patricij, aut Senatores, aut equites deligerentur, vt quondam.

6 FACILITATE SÆPIVS.] Probo excuſam lectionem. Quod is, licet ſeuera patris diſciplina eductus; tamen facilitatem & comitatem præ ſe ferret.

7 DEVIIS PLERVNQVE ITINERIBVS.] Ita Cicero ad Attic. lib. 4. epiſt. *Auerte tunc furtim in campum, itineribus prope deuiis.* Quod res plerunque poſtulat; nec ſemper regium iter placet.

8 AMBIGENS PATRIAM.] Vera eſt lectio. Nam Tacitus ſupra eadem eſt vſus dictione, cum ſcripſit. *Ambiguus an vrbem intraret.* Et vtitur alias hoc verbo. *Quænam poſt Auguſtum conditio ambigentes.* 1. Annal. Lucillius de hoc verbo.

Quid tibi ego ambages ambiui ſcribere coner?

Et Varro de Ling. Lat. *Verbum profectum a verbo, ambio, quod eſt in ambitu, luſtro non ingrediens, ſed circum permeans.* Tamen *ambiens* firmari poteſt ex Suetonij lectione, in Calig. cap. 11. *Et ganeas, & adulteria capillamento celatus, & veſte longa noctibus ambiret.*

Firmata excuſa Taciti lectio.

Interea magna vis accuſatorum in eos inrupit qui pecunias fœnore auctitabant, aduerſum legem dictatoris Cæſaris, qua de modo credendi, poſſidendique intra Italiam cauetur, omiſſa olim, quia priuato vſui bonum publicum poſtponitur. Sane[1] vetus vrbi fœnebre malum, & ſeditionum diſcordiarumque creberrima cauſa, eoque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primo duodecim tabulis [2]* ſanctum, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletium agitaretur. dein rogatione tribunitia ad ſemuncias redacta. Poſtremo [3] vetita verſura, multiſque plebis ſcitis obuiam itum fraudibus, quæ toties repreſſæ, miras per artes rurſum oriebantur. Sed tum Gracchus prætor, cui ea quæſtio euenerat, multitudine periclitantium ſubactus, retulit ad ſenatum. trepidique patres (neque enim quiſquam tali culpa vacuus) veniam a principe petiuere: & concedente, annus in poſterum, ſexque menſes dati, *quis ſecundum iuſſa legis, rationes familiares quiſque componerent. hinc inopia rei nummariæ, commoto ſimul omnium ære alieno: & quia tot damnatis, boniſque eorum diuenditis, ſignatum argentum fiſco vel ærario attinebatur. ad hoc ſenatus præſcripſerat, duas quiſque fœnoris partes in agris per Italiam conlocaret. Sed creditores in ſolidum appellabant. nec decorum appellatis minuere fidem. Ita primo concurſatio & preces, dein ſtrepere prætoris tribunal. eaque quæ remedio quæſita, venditio, & emptio, in contrarium mutari, quia fœneratores omnem pecuniam mercandis agris condiderãt. Copiam vendendi ſecuta vilitate, quanto

* ſancitum.

* queis

quanto quis obæratior ægrius diſtrahebant. multique fortunis prouoluebantur. euerſio rei familiaris dignitatem ac famam præceps dabat: donec tulit opem Cæſar diſpoſito per menſas millies ſeſtertio, factaque mutuandi copia ſine vſuris per triennium, ſi debitor populo in duplum prædiis cauiſſet. Sic refecta fides. & paulatim priuati quoque creditores reperti. neque emptio agrorum exercita ad formam ſenatuſconſulti, acribus, vt ferme talia, initiis, incurioſo fine.

Fænus funus vrbis.

1 VETVS VRBI FOENEBRE MALVM.] Ita certe *malum fænebre*, funebre vrbi. Inde ſeditionum fontes; inde ſeceſſus in Auentinum, inde Tribunitij tumultus. Lucillius ita de iſto malo.

Seditiones ex fænore.

Sublatus pudor, omni' licentia, fænu' refertur.

Et alibi.

Cætera contemnit, & in vſura omnia ponit.
Stulto nihil eſt ſatis omnia cum ſint.

Et idem, vt notes fœnus in ditioribus.

Lucius Cotta ſenex, Craſſi pater, huiu' Panæti,
Magnus trico fuit nummariu', ſoluere nulli
Lentus.

Petron. Arbiter in Sat. de illo funebri malo loquens.

Præterea gemino deprenſam gurgite prædam,
Fænoris illuuies, vſuſque exederat æris:
Nulla eſt certa domus, nullum ſine pignore corpus,
Sed veluti tabes tacitis concepta medullis,
Intra membra furens, curis latrantibus errat.

Et M. Cato in orat. de actionibus apud populum. *Facite vobis in mentem veniat, Quirites, ex ære alieno in hac ciuitate, & in aliis omnibus, propter diem atque fænus ſæpiſſimum diſcordiam fuiſſe.* Salluſt. firmat 1. hiſtor. Inuentum ſane conſtat optimatum vitio atque culpa. Cum enim penes hos, vrbis agrique Romani eſſent diuitiæ, ſeruili imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo, regio more conſulere, agro pellere, ac cæteris expertibus, ſoli in imperio agere. Plebs inops, atque indiga, ſemper ære alieno obrui. Inde turbines Romæ ſpiſſiſſimi, & ſpurciſſimi: Et ſæpe compoſiti, ſæpe renaſcentes.

2 SANCTVM.] Id eſt, ſancitum. Verr. Flac. in verbo *Pecuum. Donec Ouinia Tribunitia interuenit, qua ſanctum eſt*, pro, *ſancitum*. Vocat autem Ouiniam Tribunitiam Ouinij Tribuni pleb. legem.

3 VETITA VERSVRA.] Cornel. Nepos ita in vita Attici. *Suis opibus inopiam publicam leuauit. Cum enim verſuram facere publice neceſſe eſſet, neque eius conditionem æquam haberent, ſemper ſe interpoſuit, atque ita, vt neque vnquam verſuram ab his acceperit, neque longius quam dictum eſſet debere paſſus ſit.* Eſt autem *verſura æris alieni*, ex ære alieno ſolutio, & *fænus fænore diſſoluere*, eſt verſuram facere. Cicero in Verrem ea voce vtitur. Feſtus. *Verſuram facere ex eo dictum, quod qui mutuabantur ab aliis, non vt domini fierent, ſed vt aliis ſoluerent, & verterent creditorem.* Et hoc verbum notum Iuriſconſultis, quia ex eorum fundo.

Quid verſura.

Quid verſuram facere.

Dein redeunt priores metus, poſtulato maieſtatis Conſidio Proculo. qui nullo pauore diem natalem celebrans, raptus in curiam, pariterque damnatus [1] interfectuſque. & [2] ſorori eius Sanciæ aqua atque igni interdictum, accuſante Q. Pomponio. Is moribus inquies, hæc & huiuſcemodi a ſe factitari prætendebat, vt parta apud principem gratia, periculis Pomponij Secundi fratris mederetur. Etiam in Pompeiam Macrinam exilium ſtatuitur, cuius maritum Argolicum, ſocerum Laconem e primoribus Achæorum Cæſar adflixerat. Pater quoque inluſtris eques Romanus, ac frater prætorius, cum damnatio inſtaret, ſe ipſi interfecere. datum erat crimini quod Theophanem [3] Mitylenæum proauum eorum, Gn. Magnus inter intimos habuiſſet: quodque defuncto Theophani cœleſtes honores Græca adulatio tribuerat. Poſt quos [4] Sex. Marius Hiſpaniarum ditiſſimus, defertur inceſtaſſe filiam, & ſaxo Tarpeio deiicitur. ac ne dubium haberetur, magnitudinem pecuniæ [5] malo vertiſſe, * aurariaſque eius (quanquam [6] publicarentur) ſibimet Tiberius ſepoſuit, inritatuſque ſuppliciis, cunctos qui carcere attinebantur accuſati ſocietatis cum Seiano, necari iubet. Iacuit [7] immenſa ſtrages: omnis ſexus, omnis ætas: inluſtres, ignobiles: diſperſi, aut aggregati. neque pro-

* eam aurariaſque

pinquis, aut amicis adſiſtere, inlachrimare, ne viſere quidem diutius dabatur. ſed circumiecti cuſtodes, & in mœrorem cuiuſque intenti, corpora putrefacta adſectabantur, dum[8] in Tiberim traherentur. vbi fluitantia, aut ripis adpulſa, non cremare quiſquam, non contingere. interciderat ſortis humanæ commercium[9] vi motus, quantumque ſæuitia gliſceret miſeratio arcebatur.

1 INTERFECTVSQVE. ET SORORI.] Ita lego. *Interfectuſque eſt. Sorori eius Sanciæ aqua & igni interdictum.*

Retaliatio Pomponij in Proculũ.

2 SORORI EIVS SANCIÆ.] Proculus Pomponium Secundum accuſarat, fratrem Q. Pomponij. At ille ſororem accuſatoris Sanciam, in exilium agit. Nunquid retaliatio eſt, & accuſationis merces?

Mitylena nobilis inſula.

3 MITYLENÆVM.] Mitylena inſula magni nominis, quæ amœno ſeceſſu, certat cum Rhodo. Cicero 4. famil. epiſtol. ad Marcel. quæ incipit, *Etſi. Cogitandum tibi eſſet Romæne & domi tuæ cuiuſmodi res eſſet, an Mitylenis, an Rhodi malles viuere?* Et certe exulauit Mitylenis, vt inquit Seneca de Conſol. ad Mart. quæ inſula Romanorum otiantium deſiderium fuit. Idem Cicero in Agrar. *Quid Mitylenæ quæ certe veſtræ Quirites belli lege ac victoriæ iure factæ ſunt?* Vrbs & natura & deſcriptione ædificiorum & pulchritudine in primis nobilis. Horat.

Marcellus exul Mitylenis.

—— Rhodon aut Mitylenen.

4 SEX. MARIVS.] Dio narrat non re vera fuiſſe inceſtuoſum, quod abhorrent bruta animantia, ſed finxiſſe, ne filiam Tiberius pollueret. Sed vna cum filia periit. Et ſane quiſquis inceſtuoſus, is exitioſus & non credendæ impuritatis. Ouid. 10. Metam. de Myrrhæ inceſto cum patre.

Deſit in hac mihi parte fides: nec credite factum:
Vel ſi credetis, facti quoque credite pœnam.
Si tamen admiſſum ſinit hoc natura videri:
Gentibus Iſmariis, & noſtro gratulor orbi,
Gratulor huic terræ, quod abeſt regionibus illis,
Quæ tantum genuere nefas.

D. Ambroſ. & Theologi omnes de inceſto ſcribunt. *Fuit ebrietas origo inceſti; peſſimæ regenerationis partus deterior*, Can. Sexto dic. 35. diſt. citatur ex lib. de Elia. Erat autem Marius vir doctiſſimus; quippe qui opimas aurarias poſſideret, olim frequentes in Hiſpania. Et ſcribit idem tantis diuitiis abundaſſe, vt cum cuidam vicinorum iraſceretur, biduo conuiuam apud ſe habuerit, ac priori die eius domum ſubrui iuſſerit: poſtridie ſubrutam, nouiter ædificatam ampliorem & ſplendidiorem reddiderit; ignaroque eo a quo id factum fuiſſet: *A me*, inquit, *qui vleiſcendi, & gratiam referendi habeo poteſtatem.*

Tacitus correctus.

5 MALO VERTISSE, AVRARIASQVE.] Non ita. nam illud *que* otioſum maneret, nec coniungeret quidquam. Itaque lego. *Verti ipſam, aurariaſque eius*: id eſt, ipſam pecuniam: Et aurarias ipſe Tiberius ſibi ſepoſuit, vt eſſet dubitatio nulla pecuniam verti eius malo. Et ſic Satyrici Iuuenalis verſus eſt ex veritate pura.

Et explicatus.

—— congeſta pecunia plures
Strangulat.

Et Plaut. in Captiuis.

Opulentitate noſtra tibi iniuriam faciam.

Ideo Suetonius in Tiber. cap. 49. *Plurimis etiam ciuitatibus, & priuatis, veteres immunitates, & ius metallorum, & vectigalium adempta.* Nam rapit fiſcus quod non capit Chriſtus. Et nota magnam opulentiam magnum dare malum poſſeſſoribus.

6 PVBLICARENTVR.] Voce præconis, & ſub haſtæ addictione ei qui pluris licitaretur. Tertullian. in Apolog. *Sub eadem voce præconis, ſub eadem annotatione quæſtoris diuinitas addicta conducitur.* Loquitur de gentium idolis, qui ſub haſta venibant. Publicatio illa incipiebat ab annotatione bonorum, quæ ex decreto magiſtratus. Nam Iuriſconſultus: *Annus*, inquit, *exinde computandus eſt, ex quo ea adnotatio, quæ vel edicto, vel litteris, ad magiſtratus factis, publice innotuit.* Et in iis litteris præſcripta dies ad vendendum. Cicero 3. in Verr. *Locare incipit non præſcripta atque edicta die.* Deinde haſta figebatur. Sic titulus de iure haſtæ fiſcalis, apud Iuriſconſultos. Et emptio ab haſta. Cicero lib. 12. ad Attic. epiſt. 1. *Quæ ſi interrupta, aut neglecta, dicebant haſtam refrixiſſe.* & epiſt. *Præpoſteros.* 15. famil. Etiam *haſtam dominam* vocat Iuuenalis: Et certe dominatur. nam veniſſe non videtur, quod ſine haſta venit. In illa haſta *calor licitationis*, L. 8. de publican. Et in medio foro ponebatur. Cicero 2. offic. *haſtam in foro ponere.* Et 2. Philip. Seneca de breuit. vitæ cap. 12. *Quos haſta præconis infamis, lucro & quandoque ſuperaturo, exercet.* Aderat præco qui voce ſignificabat rem venalem eſſe. Cicero 2. Philipp. *Quis haſtam præconis audiuit?* Et idem eodem. *Voci acerbiſſimi ſubiecta præconis.* Inde *præconium deferre*, id eſt, vendendi poteſtatem facere. Illi autem præcones plerunque facetiis pleni in re vendenda. Martialis libro ſexto, epigram. 66.

Gentium idola ſub haſta.
Annotatio bonorum.
Quæ ex decreto magiſtratus.
Annus ab annotatione.
Annotatio ab edicto & litteris.
Præſcripta dies ad vendendum.
Haſta fixa.
Domina dicta.
Quia non veniſſe cenſetur quod venit ſine haſta.
Poſita in medio foro.
Præcones in haſta.
Voce ſignificabat rem venalem.
Præconium deferre.
Faceti præcones.
Proſcriptiones diuerſis locis.

Famæ non nimium bonæ puellam,
Quales in media ſedent Suburra,
Vendebat modo præco Gellianus.
Paruo cum pretio diu liceret,
Dum puram cupit approbare cunctis;
Attraxit prope ſe manu negantem:
Et bis, terque, quaterque, baſiauit.
Quid profecerit oſculo, requiris?
Sexcentos modo qui dabat, negauit.

Et epigramm. 87. lib. 1.

Venderet excultos colles cum præco facetus,
Atque ſuburbani iugera pulchra ſoli:
Errat, ait, ſi quis Mario putat eſſe neceſſe
Vendere: nil debet, fœnerat immo magis.

Et

Et Apul. 8. *Veruo[illegible]m*, inquit, *non aſinum vides, ad vſum omnem quietum, non mordacem, nec calcitronem quidem, ſed potius in aſini corio, modeſtum hominem habitare credas.* Sic præco lurconem tractabat dicacule. In publicationibus fuere etiam domini & magiſtri, quibus percipiendis fructibus res venditæ addicebantur, aut qui rei ſequeſtres domini, vſque ad addictionem. Cicero pro Quintio. *Domini & magiſtri in auctionibus conſtituuntur.* Plautus in Menæchmis.

M ES. *Auctionem heic faciam, & vendam quicquid eſt. Nunc interim*
Eamus intro, frater. M EN. So. *fiat.* M ES. *ſcitin' quid ego vos rogo?*
M EN. ſu. *Quid?* M ES. *mihi præconium detis.*
M EN. ſu. *dabitur.* M ES. *ergo nunc iam.*
Vis conclamari auctionem fore quidem? M EN. ſu. *die ſeptimi.*
M ES. *Auctio fiet Menæchmi mane ſane ſeptimi.*
Venibunt ſerui, ſupellex, fundi, ædes, omnia.
Venibunt, quiqui licebunt præſenti pecunia.
Venibit vxor quoque etiam, ſi quis emptor venerit.
Vix credo tota auctione capiet quinquageſies.

Proſcriptiones etiam, quæ diuerſis locis celebertimis poſitæ. Cicero pro Quintio. *Licitationes etiam quæ alias dicuntur adiectiones, & offerentium de maiori pretio voces.* Et epiſt. famil. 7. *Licitationem potius apponam.* Addictiones etiam, quæ fiebant his ſolemnibus verbis, *Do, dico, addico.* Vnde titulus in iure, De in diem addictione.

7 IMMENSA STRAGES.] Quæ fuit plurium dierum. Sed Suetonius de vno tantum die loquitur. Poteſt tamen legi in Suetonio, *nongenti*, pro *viginti*.

8 IN TIBERIM TRAHERENTVR.] Magnum dedecus Romanis, proiici in fluuium, nec ſepeliri. Non Romanis tantum, ſed Iudæis, & Græcis. De Iudæis Machab. 2. cap. 5. *Qui inſepultos multos abiecerat; ipſe & illamentatus, & inſepultus abiicitur. ſepultura neque peregrina vſus, neque patrio ſepulchro participans.* De Græcis Plut. in tract. *Bene vixit, qui bene latuit:* magnam curam ſepulchri fuiſſe ſcribit. Et Diogenes de ſepulchro Platonis. *περιτίμως τεθάφθαι. magnifice ſepultus.* De Romanis. Eſt locus in Vegetio cap. 44. li. 4. de re milit. qui me correctore eget. *Alij*, inquit, *ferro interimuntur, alij ardere coguntur vi fluctibus.* (lego, *ardore coguntur vel merguntur fluctibus.*) *Inter tanta tamen mortium genera, qui acerrimus caſus eſt, ſi abſumẽda piſcibus, ſi inſepulta ſint corpora.* Ideoque vt inſepulti rei iacerent poſt carnificum manus, & obiecta corpora nuda paterent oculis conſpicientiũ, etiam trahebantur in Tiberim, veluti monſtra expianda aquis. Iulius Capitolinus in Albino. *Iacuiſſe ante Prætorium Seueri Albini corpus per dies plurimos dicitur vſque ad fœtorem, laniatumque a canibus in profluentem abiectum eſſe.* Quod dixi. Sic Papinius exclamat.

Turpe aquis ſepeliri.

Turpe nudari.

Horruerunt Romani ſepeliri aquis.

Pœna Romanis inſepulta aquis mergi corpora.

——fluuione, pudet, Mars inclyte, mergis
Hanc animam? ſegneſque lacus, & ſtagna ſubibo,
Ceu pecorum cuſtos, ſubiti torrentis iniquis
Interceptus aquis? Adeone occumbere ferro
Non merui?

D. Auguſtin. in Matthæum 25. *Malum eſt mori naufragio. Et bonum eſt non febre? Siue inde, ſiue inde moriatur, quære qualis ſit qui moritur.* Bene: ſed non omitto nauigantes factum teſtamentum femori alligaſſe, & in eo clauſulam addidiſſe, ſi naufragio morerentur; nolle inſepultos iacere, ſed rogare vt is qui corpus reperiſſet, illud ſepulturæ daret, & pro ſepultura tantum æris acciperet, quod in loculo repoſitum eſt mercedis cauſa. Nec tantum in *damnatione*, ſed & in infœlici *nauigatione*. Ouid. de Triſt. lib. 1. eleg. 5.

Demite naufragium, mors mihi munus erit.
Eſt aliquid fatoque ſuo, ferroque cadentem
Inſolita moriens ponere corpus humo,
Et mandare ſuis aliqua, & ſperare ſepulchrum,
Et non æquoreis piſcibus eſſe cibum.

Syneſius epiſt. 4. ait Homerum credidiſſe mortem in aquis, eſſe interitum ipſius animæ. Ideoque ferox ille Achilles, mortem in aquis habebat formidabilem & λευγαλέον vocabat, id eſt, *pernicioſiſſimum* genus mortis. Et milites qui cum Syneſio nauigabant, ſibi ferro vitam parabant adimere, antequam aquis morerentur. Pedo vocat *inertia fata.* Sic apud Silium lib. 4. Scipio.

Homerus mortẽ in aquis credidit interitum animæ.

Miles ferro quã freto mori maluit.

Fata inertia.

Dij patrij, quorum auſpiciis ſtat Dardana Roma,
Talin me letho, tanta inter prælia viuum
Seruaſtis?

Moris erat etiam aquis monſtra immergere. Et hoc tradit Iulius Obſequens: & ipſe Catullus docet epig. 80.

Monſtra aquis expiata.

Ecquid ſcis quantum ſuſcipiat ſceleris?
Suſcipit o Gelli quantum non vltima Tethys,
Non genitor Nympharum abluat Oceanus.

Sic Iudæi omnia altaria Idolorum, in torrentem Cedron proruerunt. Paralipom. 2. ca. 30. Digna expiatione, ſi poſſit piari.

Idolorum altaria aquis obruta.

9 VI MOTVS.] Nihil muto. Nam ſæpe noſter, *Vi belli*: & alibi, *Odij vim in me transferant.* Et infra. *Magis fama, quam vi ſtare res ſuas.* Et in vi iſtorum verborum, vim facit author.

Vis, verbũ frequens Tacito.

Sub idem tempus C. Cæſar diſcedenti Capreas auo comes, Claudiam M. Sillani filiam coniugio accepit, immanem animum ſubdola modeſtia tegens, non damnatione matris, non exilio fratrum rupta voce, [1] qualem * diem Tiberius induiſſet, pari habitu, haud multum diſtantibus verbis. Vnde mox ſcitum [2] Paſſieni oratoris dictum percrebuit. [3] *Neque meliorem vnquam ſeruum, neque deteriorem dominum fuiſſe.* Non omiſerim præſagium Tiberij de Ser. Galba tum conſule, quem accitum, & diuerſis ſermonibus pertentatum, poſtremo Græcis verbis in

*chlamydem

hanc ſententiam adlocutus: [4] *Et tu Galba quandoque deguſtabis imperium:* ſeram ac breuem potentiam ſignificans, ſcientia Chaldæorum artis, cuius apiſcendæ, [5] otium apud Rhodum, magiſtrum [6] Traſullum habuit, [7] peritiam eius hoc modo expertus. Quoties ſuper negotio conſultaret, edita domus parte ac liberti vnius conſcientia vtebatur. is litterarum ignarus, corpore valido, per auia ac derupta, nam ſaxis domus imminet, præibat eum cuius artem experiri Tiberius ſtatuiſſet, & regredientem ſi vanitatis, aut fraudum ſuſpicio inceſſerat, in ſubiectum mare præcipitabat, ne index arcani exiſteret. Igitur Traſullus iiſdem rupibus inductus, poſtquam percunctantem commouerat, imperium ipſi, & futura ſolerter patefaciens: interrogatur an ſuam quoque genitalem horam comperiiſſet, quem tum annum, qualem diem haberet. Ille poſitus ſiderum, ac ſpatia dimenſus, hærere primo, dein pauеſcere: & quantum introſpiceret, magis ac magis trepidus admirationis & metus, poſtremo exclamat, ambiguum ſibi ac prope vltimum diſcrimen inſtare. Tum complexus eum Tiberius, præſcium periculorum, & incolumem fore gratatur, quæque dixerat oraculi vice accipiens inter intimos amicorum tenet. Sed mihi hæc, ac talia audienti in incerto iudicium eſt, fatone res mortalium & neceſſitate immutabili, an forte voluantur. quippe ſapientiſſimos veterum, quique ſectam eorum æmulantur, diuerſos reperies: ac multis inſitam opinionem, non initia noſtri, non finem, non denique homines diis curæ. Ideo creberrima & triſtia in bonos, læta apud deteriores eſſe. Contra alij, fatum quidem congruere rebus putant, ſed non e vagis ſtellis, verum apud principia, & nexus naturalium cauſarum. ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt, quam vbi elegeris, certum imminentium ordinem. neque mala vel bona, quæ vulgus putet: multos qui conflictari aduerſis videantur, beatos; ac pleroſque, quanquam magnas per opes, miſerrimos: ſi illi grauem fortunam conſtanter tolerent, hi proſpera inconſulte vtantur. Cæterum plurimis mortalium non eximi, quin primo cuiuſque ortu ventura deſtinentur. ſed quædam ſecus quam dicta ſint cadere, fallaciis ignara dicentium. ita corrumpi fidem artis, cuius clara documenta, antiqua ætas & noſtra tulerit. Quippe a filio eiuſdem Traſulli, prædictum Neronis imperium in tempore memorabitur, ne nunc incœpto longius abierim.

1 QVALEM DIEM INDVISSET.] Nullo ſenſu hæc ſcripta ſunt; nec dies induitur. Et medicum hæc plaga poſcit. Repono ex veris. *Qualem chlamydem induiſſet pari habitu.* Sic Tertullianus in Pall. *Qualem chlamydem diſperdit?* nam aucupium eſt aulicorum ea diligere, & ſectari quæ princeps: Nec aulicorum tantum, ſed & omnium qui magnorum gratiam ambiunt. Ambitur autem eodem habitu. Noſter Annal. 2. de Germanico. *Multa in vulgus grata vſurpauit, ſine milite incedere pedibus intectus, & pari cum Græcis amictu, P. Scipionis æmulatione.* Et Annal. 12. de Mithridate. *Cultu vultuque ad præſentem fortunam comparato.* Et Annal. 2. de Polemone. *Cultum Armeniorum æmulatus.* Idem Tacitus Annal. 16. De Thraſeæ diſcipulis. *Habitum vultumque eius ſectantur.* Sic diſcipuli Latronis pallidi, quia pallidus magiſter. Quod dixi ſupra ex Plinio. Et Iulius Vindex ad captandum teſtamentum, eo lenocinio vſus eſt, vt pari habitu cum defuncto vteretur. Tertullian. in Pallio. *Adpulſum Scipionem iam de habitu ſalutatat.* Claud. 2. in Ruffin.

Ipſe inter medios, ne qua de parte relinquat
Barbariem, reuocat fuluas in pectore pelles,
Frenaque & immanes pharetras, arcuſque ſonoros
Aſſimulat; mentemque palam teſtatur amictus.

Etiam principes, quos amant, pari habitu veſtiunt. Nam *induit Saul tum cum Dauidem amaret, Dauidem veſtimentis ſuis.* Et filius Saulis Ionathas. 1. Reg. ca. 17. & 18. Quod de Ludouico

Tacitus emendatus.
Aulici pari habitu quo princeps.
Ad parandam gratiam.
Habitus par gratiam facit.
Exempla.
Germanicus.
Scipio.
Mithridates.
Polemo.
Diſcipuli Thraſeæ.
Diſcipuli Portij Latronis.
Iulius Vindex.
Carthago.
Ruffinus.
Saul.
Ionathas.
Ludouicus XI. Francor. Rex.

uico XI. Rege Francorum etiam tradit Cominæus. Æneas apud poetam Latinum Regem donat Anchiſæ veſtimentis. Et Papin. 4. Theb.

Æneas.

Idem habitus, eadem arma viro quæ debitus hoſpes
Hiberna ſub nocte tulit.

Suetonius ſcribit Caligulam, *habuiſſe ſimulachrum Iouis aureum, ſolitumque amiciri veſtimento quaſi ille vteretur*; vt agnoſcas fuiſſe illi vſitatum. Et quia repoſui *chlamydem*; noto eam Imperatoribus, & regibus, militibus, ſacerdotibus, aulicis, viatoribus, venatoribus, pueris, puellis, mulieribuſque communem. De Imperatoribus, 1. Reg. cap. 24. *Pater mi* (ſunt verba Dauidis ad Saulem regem) *cognoſce oram chlamydis tuæ in manu mea.* Suetonius in Iulio Cæſare. *Paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis.* Et *Paludamentum* & *chlamys*, idem. Nonius in verbo *Paludamentum*. Suet. Auguſt. cap. 10. *Antonius eum fugiſſe ſcribit, ac ſine paludamento.* Quod magnum dedecus. Dio lib. 59. Caligulam narrat de Neptuno triumphantem *in ſerica fuiſſe chlamyde, & purpurei coloris.* Tacitus de Claud. lib. 12. *Ipſe inſignis paludamento.* Budæus. *Chlamys eſt Imperatoria.* Nec tantum ſub Cæſaribus, ſed in veteri Rep. Cicero epiſtol. 13. ad Q. Valerium epiſt. *Si vales. Cum te proſequerer paludatum.* Quamuis Valerius videatur in titulo De licentia cultus, dicere parum vſitatum, lib. 3. *L.* inquit, *Scipionis ſtatuam chlamydatam & crepidatam.* Etiam & Lucius Sylla chlamydatus & crepidatus; ſed non ad chlamydem, ſed ad crepidas inuſitatum morem refero. Nam crepidæ, Tuſcum calciamentum, quod non erat paludamentum. Seruius ita cenſet. Tamen Græcanicum fuiſſe ait Perſius hoc verſu.

Chlamys multis communis.

Imperatoribus.

Non hic in crepidis Graiorum ludere geſtit.

De *Regibus*. noto Chlamydem eorum fuiſſe peculiare indumentum. Seneca epiſt. 77. *Nemo ex iſtis, quos purpuratos vides, fœlix eſt; non magis quam ex illis, quibus ſceptrum & chlamydem adſignant.* Perſius Sat. 6.

Regibus.

Iam chlamydem Regum, iam lutea gauſapa captis.

Virgil. de Didone Regina.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Et inter Attali regis ſupellectilem, Varro 3. de vita pop. Rom. reponit *chlamydes*. *Quod ex hereditate Attalica aulæa, chlamydes, palæ aureæ.* Silius lib. 16. vbi de Syphace rege.

Induitur chlamydem.

Ideo in Paſſione Saluatoris CHRISTI mei Domini, *circundederunt illi chlamydem coccineam* quaſi regi. Et color ille ſolus diſtinguebat veſtimentum regium a cæterorum veſtimentis. Nam Plinius ita lib. 12. cap. 2. *Coccum Imperatoriis dicatum paludamentis.* Apul. Apolog. 1. *Diogeni, & Antiſtheni pera & baculus, quod regibus diadema, quod Imperatoribus paludamentum.* De Sacerdotibus. idem 11. Metam. *Ex humeris dependebat pone tergum talorum tenus, pretioſa chlamys.* De Aulicis. D. Hieronym. de Nep. obitu. *Referret alius, quod in palatii militia ſub chlamyde, & lino candenti corpus eius cilicio tritum ſit.* De militibus. Plaut. in Curcul.

Coccinum diſtinguit reges ab aliis.

Sacerdotibus chlamys. Aulicis.

Militibus.

Quæratis chlamydem & machæram hanc vnde ad me peruenerit.

Et titulo Cod. de militari veſte, *Chlamys*, L. fortiſſimus. Iuuenalis Sat. 6. in verſu, *Cumque paludatis.* vet. interpr. explicat, *chlamydatis, euntibus ad militiam.* Sic Sulpitius D. Martino militanti chlamydem dat pro indumento, quam pauperi ſcindit. Xiphilinus ex Dione lib. 60. vbi de Claudio chlamydato. *Veſtitum quiſque ſuo arbitrio militarem Claudius & Nero geſtabant.* De viatoribus. Plautus in Mercat.

Paludamentum militare chlamys.

Viatoribus.

Optime aduenients, pueri cape chlamydem, atque hæc
Iſtius, ſta illico, vt ſi hæc non ſint vera, inceptum
Hoc iter perficere.

Et in Pſeudolo.

Quis hic homo chamydatus, aut vnde eſt, aut quem quæritat?
Peregrina facies videtur hominis atque ignobilis.

Pacuuius in Hermione ex Varrone 1. de ling. Lat. *Chlamyde contorta, clupeat brachium.* Loquitur de peregrinant. De Venatoribus. Apul. 11. Metam. *Illum ſuccinctum chlamyde copides & venabula venatorem fecerant.* De pueris. Idem 10. Metam. *Adeſt luculentus puer, nudus, niſi quod ephebica chlamyde ſiniſtrum tegebat humerum.* Virgil. 3. Æn.

Venatoribus.

Pueris.

Et Phrygiam Aſcanio chlamydem.

Iuriſconſulti de auro & arg. leg. chlamydes puerorum inter veſtimenta reponunt. Sueton. in Tiber. de muneribus illi puero donatis cap. 6. *Munera quibus a Pompeia Sexti Pompeij ſorore donatus eſt, chlamys, & fibula, & bullæ aureæ.* De puellis. Varro & Cato de pueris educandis. *Vt pueri & puellæ habeant potius chlamydas, encombomata, & parnacidas, quam togas.* De mulieribus. Plinius de Agrippina, cum eſſet in Naumachia Claudij. *Chlamyde ex auro induta.* Quod Tacitus firmat. Tamen erat proprium virorum indumentum. Plaut. in Menæch.

Puellis.

Mulieribus nuptis.

Chlamys virile veſtimentum.

Equidem ecaſtor tuam nec chlamydem do foras, nec pallium
Cingam vtendum: mulierem æquum eſt veſtimentum muliebre
Dare foras, virum virile.

Quinetiam carnifex chlamyde veſtitus. D. Hieron. de mulier. ſept. icta. *Furens, inquit, & anhelans lictor, paludamento in ceruicem retorto, dum totas expedit vires, fibulam quæ chlamydis oram mordebat, in humum excuſſit.* Ride lector tam multa, quæ non ad guſtandum, ſed ingurgitandum.

Carnificibus chlamys.

2 PASSIENI ORATORIS.] Vis hominis vultum? accipe delineatum graphice a Iuuenale Sat. 4. ſi is eſt Paſſienus Criſpus, & non Vibius Criſpus; quod exiſtimo.

Paſſieni vultus ex Iuuenale. Ex guſtu Scholiaſtæ.

—— venit & Criſpi iucunda ſenectus,
Cuius erant mores qualis facundia, mite
Ingenium: maria, ac terras, populoſque regenti
Quis comes vtilior? ſi clade & peſte ſub illa
Sæuitiam damnare, & honeſtum efferre liceret
Conſilium: ſed quid violentius aure tyranni?

Hunc enim Criſpum, Paſſienum fuiſſe, putat Iuuenalis Scholiaſtes, cum Domitiam atque Agrippinam; illam amitam, hanc matrem Neronis Cæſaris, vxores habuiſſe ſcribat. Errat. Nam Iuuenalis loquitur de Rhombo ſub

Qui falſus. Duæ Paſſieni vxores. Domitia. Et Agrippina.

Domitiano reperto apud Anconam: ita enim ſcribit.

Cum iam ſemianimum laceraret Flauius orbem
Vltimus, & caluo ſeruiret Roma Neroni;
Incidit Adriaci ſpatium admirabile rhombi,
Ante domũ Veneris, quam Dorica ſuſtinet Ancon.

Caluum Neronem vocat Domitianum. Quod Tertullianus fecit in Apologetico Iuuenalem imitatus. Atqui ante tempora Domitiani, iam Paſſienus Criſpus obierat. Suetonius teſtis in Nerone his verb. ca. 6. *Sed & Criſpi Paßieni vitrici ſui hereditate ditatus eſt.* Viuentis autem nulla eſt hereditas: Ergo mortuum oportuit. Puto itaque de Vibio Criſpo loqui; quia Quintilianus iucundum, & delectationi natum ſcribit. Quod Criſpo aſſignat Iuuenalis. Tacitus 2. Hiſtor. *Vibius Criſpus pecunia, potentia, ingenio, inter claros magis, quam inter bonos.* Ad eum eſt epigramma Martial. lib. 9. epig. 32. de Vibij voto. nam vouerat anſerem pro reditu Domitiani; quo reuerſo, anſer properauit ad aras, & in eius extis, octo numiſmata reperta ſunt. Quod noto vt ſatis mirabile. quanquam hoc genus ferri æriſque minutias votare ſoleat anſer. Ita autem Plinius de illo Paſſieno, qui vitricus Neronis, lib. 6. cap. 44. *Paßienus Criſpus bis Conſul, orator, Agrippinæ matrimonio, & priuigno Nerone clarior poſtea.* Miror Tacitum ex oratione potius, quam ex dignatione conſularuum commendauiſſe; quanquam ille exactiſſimus ſcriptor non omittit in aliis. Sed numquid vitioſum eſt illud Senecæ, 4. nat. quæſt. *Criſpus Paßienus, quo ego nihil cognoui ſubtilius in omnibus rebus, maxime in diſtinguendis & curandis vitiis, ſæpe dicebat, adulationi nos opponere, non claudere oſtium.* Certe lego, *Is ſæpe* (quod illud *is* eſſet in vltima ſyllaba verbi *curandis*) *dicebat adulationi nos opponere, non claudere debere oſtium.* Quod ita interpretor, vt non excludatur omnino adulatio, ſed non ſine colluctatione admittatur. Martial. lib. 4. epig. 29.

Paßienus ante Domitianum mortuus.
Nero eius heres & priuignus.
Subtilis Paßienus.
Seneca pater correctus.
Et explicatus.

Sic ſpoliatricem commendat faſtus amicam,
Ianua nec iuuenem ſemper amica tenet.

Sed quid Seneca pater cupit ſibi præfat. lib. 10. loquens de Caſſio Seuero homine, acidæ linguæ? de quo ita ſcribit. *Ille Paßieno prima eius ſyllaba in Græcum mutata, obſcœnum nomen impoſuit. Obſcœnum autem illud nomen erat Pauſcienus*, vt opinor, *qui omnia ſcinderet.* Id eſt, omnium maſturbator. Nam *ſcindere* turpe verbum. Martial.

Recluſis foribus grandes præſcindis Amille.

Sed mirum etiam quod vocat *declamatorem ſubtilem, ſed aridum*, quem antea tantopere laudarat. Nam Controu. 5. lib. 2. *Paßienus vir eloquentißimus, & temporis ſui primus orator.* Aiunt non eſſe Paſſienum patrem, ſed filium. Immo vero pater; nam filius Paſſienus, & Caſſius Seuerus non erant contemporanei. Caſſius ſub Auguſto & Tiberio fuit, & vndecimo Tiberiani principatus anno, exul factus eſt, Cornelio Cethego, & Viſellio Varrone Coss. Paſſienus ille filius adhuc iuuenis ſub Tiberio, qui tyrocinio ſuo ita cœpit, *P. C. & tu Cæſar.* Quod moleſte non tulit Tiberius. Et hic eſt, qui de Caligula dixit, *nullum deteriorem dominum, nec ſeruum meliorem.* Sed hæc curioſius.

Paßieni duo.
Prior viguit ſub Auguſto.
Alter ſub Caligula.

3 Neqve meliorem servvm.] Obſequendo ſcilicet; neque deteriorem dominum, imperando. *At clarißimum donum feciſſet generi humano*, dicebat ille, *qui talem ſeruum in crucem egiſſet.* Seneca Caium deſcribit, vti monſtrum Imperij. Et Suetonius his verbis. *Hactenus de homine: Reliqua vt de bellua dicenda ſunt.* Quiſquis autẽ legere voluerit Philonem Iudæum de legat. ad Caium, videbit quomodo mortale genus Imperio Caij breui exultauerit; poſtea, tantum, & tam immane monſtrum deteſtaturum. nam de eo plane dici poteſt, quod ſcribit Cicer. 1. ad Attic. *Conſul impoſitus eſt nobis, quem nemo, præter nos Philoſophos, adſpicere ſine ſuſpiritu poſſit.*

Tacitus interpretatus.
Caius Imperij monſtrum.
Deteſtandum orbi.

4 Et tv Galba.] Mirum eſt quod heic Tiberium facit alieni fati præſcium. Nam non modo Galbam imperaturum dicit, ſed etiam tantum deguſtaturum imperium. Et vere deguſtauit qui ſex menſibus imperauerit tantum. Auguſto hæc tribuit Suet. 4. in Galba. Et fuere multi imperatores futurarum rerum periti; vt heic Auguſtus. Et Tiberius qui dixit Caio: *Hunc tu occides, & alius te.* Tacit. Ann. 4. Et idem de Galba. *Viuat ſane quando ad nos nihil pertinet: quia in ſenecta Imperatorem futurum prædixerat.* Sueton. in Veſpaſiano.

5 Otivm.] Lego, *per otium.* Nam aliter lectio manca eſt & clauda.

6 Trasvllvm.] De iſto Traſullo, Iuenalis Sat. 6.

—— patriamque petente,
Non ibit pariter numeris reuocata Traſilli.

Pro *Traſullo*, vetus Scholiaſtes dicit, *Traſillo, qui multarum artium ſcientiam profeſſus, poſtremo ſe dedit Platonicæ ſectæ, ac deinde matheſi, quæ præcipue* (vt ait poſtea) *viguit apud Tiberium; cum quo ſub honore eiuſdem artis, familiariter vixit: & quem poſtea Tiberius in inſula Rhodo præcipitare voluit in pelagum, quaſi præmiſſæ* (lego, *reum promiſſæ*) *dominationis.* Quod Cæſaribus valde moleſtum, & crimen Maieſtatis in Quirites inde maxime efferbuit. *Quem dolũ eum præſenſiſſet, fugit* (*Tigillinus* ſcilicet.) Quæ verba, Taciti narrationi non conueniunt, vt nec conueniunt inter ſe philoſophi, nec horologia. Neque ſileo eadem de Adriano dici quæ de Tiberio. Nam ita Spart. *Matheſim ſic ſcire viſus eſt vt ſero Kalendis Ian. ſcripſerit quid ei toto anno poſſet euenire. ita vt eo anno quo periit vſque ad illam horam qua eſt mortuus, ſcripſerit quid acturus eſſet.* Quod mirabile: ſed nonne miſerabile id ſcire quod tantopere nos excruciet?

Quis Traſullus.
Ex Iuuenalis Scholiaſte.
Qui emẽdatus.
Nec Tacito conueniens.

7 Peritiam eivs.] Eam artem inſectatur Seneca pater Suaſor. 4. verbis corruptis. *Qui*, inquit, *in media ſe (vt prædicant) fatorum miſere pignora, natales* (dies ſcilicet) *inquirunt & prima mediorum annorum habent initia*; (lego *auent*, id eſt, expetunt initia & deſiderant) *quo ierint motu ſydera, in quas diſcurrerint partes, contrane Deus ſteterit, an placidus affulſerit Sol, an plenam lucem, an initia ſurgentis acceperint, an abdiderit in noctem obſcurum caput Luna? Saturnus naſcentem, an ad bella Mars militem, an negotioſum in quæſtus Mercurius exceperit, an blanda annuerit naſcenti Venus, an ex humili in ſublime Iupiter tulerit? exiſtimant tot circa vnum caput tumultuantes*

Matheſim Seneca pater inſectatur.
Qui emẽdatus.
Et interpretatus.
Contra Aſtrologos.

Deos futura nunciant, (lege, *nunciare*?) *Pleroſque dixere victuros, & nihil metuentes oppreſſit dies: alijs dedere finem propinquum; At illi*, (lege, *illi*) *ſuperfuere: Egentes, inutiles animæ, fœlices naſcentibus annos ſpoponderunt. At fortuna in eos*, (ita lego,) *omnem properauit iniuriam. Inceſtæ* (lego *incertæ*) *enim ſortis viuimus. Vnicuique iſta pro ingenio finguntur, non ex ſcientiæ vi. Deerit aliquis toto orbe locus, qui te victorem non videris? Babylone cluditur*, (lego *excluditur*: nam titulus Suaſor. docet) *cui patet Oceanus.* Non omitto ex Dione prohibitum ab Auguſto, ne clam, vel coram de morte cuiuſquam prædicerent, libr. 56. eſſe enim offuciarum & præſtigiarum genus tradit Gellius libr. 14. cap. 1. vocarque *æruſcatores*, cibum quæſtumque captanres mendacij. Quod oraculum eſt.

Offuciarum genus, & præſtigiarum Æruſcatores.

Iiſdem conſulibus[1] Aſinij Galli mors vulgatur, quem[2] egeſtate cibi peremptum haud dubium, ſponte vel neceſſitate, incertum habebatur. Conſultuſque Cæſar an ſepeliri fineret, non erubuit permittere, vltroque incuſare caſus qui reum abſtuliſſent antequam coram conuinceretur. ſcilicet medio triennio defuerat tempus ſubeundi iudicium conſulari ſeni, tot conſularium parenti. Druſus deinde extinguitur, cum ſe miſerandis alimentis,[3] mandendo e cubili tomento,[4] nonum ad diem detinuiſſet. Tradidere quidam[5] deſcriptum fuiſſe Macroni, ſi arma ab Seiano tentarentur, extractum cuſtodia iuuenem (nam in palatio attinebatur) ducem populo[6] imponere. mox quia rumor incedebat, fore vt nurui ac nepoti conciliaretur Cæſar, ſæuitiam, quam pœnitentiam maluit. Quin & inuectus in defunctum, probra corporis, exitiabilem in ſuos, infenſum Reip. animum obiecit: recitarique factorum, dictorumque eius deſcripta per dies iuſſit. quo non aliud atrocius viſum: adſtitiſſe tot per annos qui vultum, gemitus, occultum etiam murmur exciperent. & potuiſſe auum audire, legere, in publicum promere, vix fides, niſi quod Actij centurionis, & Didymi liberti, epiſtolæ, ſeruorum nomina præferebant, vt quis egredientem cubiculo Druſum pulſauerat, exterruerat. etiam ſua verba centurio ſæuitiæ plena, tanquam egregium, voceſque deficientis adiecerat, queis primo alienationem mentis ſimulans, quaſi per dementiam, funeſta Tiberio, mox vbi exſpes vitæ fuit, meditatas, compoſitaſque[7] diras imprecabatur: vt quemadmodum nurum, filium fratris, & nepotes, domumque omnem cædibus compleuiſſet, ita pœnas nomini generique maiorum, & poſteris exolueret. Obturbabant quidem patres, ſpecie deteſtandi. ſed penetrabat pauor, & admiratio, callidum olim & tegendis ſceleribus obſcurum, huc confidentiæ veniſſe, vt tanquam dimotis parietibus oſtenderet nepotem ſub verbere centurionis, inter ſeruorum ictus, extrema vitæ alimenta fruſtra orantem.

Gallus Aſinius.

Mori optauit. Crudelitas fruſtrauit.

1 ASINII GALLI MORS.] Aſinius *ab aurita deductum nomen Aſella*: cui mortem optare licuit, mori non licuit. Hoc autem quibuſdam tyrannis fuit frequens, mortem non concedere mortem quærentibus. Et expertus eſt in ſe Hadrianus. De his autem ita Claud. in Ruffin.

—— nomen gentis delere laborat,
Nec celeri mittit letho: crudelibus ante
Suppliciis fruitur. cruciatus, vincla, tenebras
Dilato mucrone parat: proh ſæuior enſe
Parcendi rabies, conceſſaque vita dolori:
Mors adeone parum eſt?

Dio de Hadriano: *Poſtquam morbus auctus eſt, & vtcumque adhibitis remedijs deficiebat in dies, mori decreuit. Sæpe aut venenum aut gladium poſtulabat, & fruſtra; nam nullus porrigebat.* Quintil. declamar. 338. *Aduerſus mala & iniurias fortunæ, vnum natura remedium inuenerat mortem. Nec quiſquam poteſt tam crudelis legum lator extitiſſe, qui hominem innocentem vita puniret, cum & hoc ipſum ſit calamitatis genus, mori velle.* Sed maior calamiras, velle nec poſſe. Canidia in Epodo Horatij.

Inuidere mortem Tyrannis eſt.

Ingrata miſero vita ducenda eſt in hoc,
Nouis vt vſque ſuppetas doloribus.

Verba veneficæ. Cæterum vti Seiani amicitia exitialis amicis; ita Aſinij. Nam Seneca epiſtola 55. *Quoties aliquos Aſinij Galli amicitia merſerat, exclamabant homines. O Vatia, ſolus ſcis viuere. Et ſane Syriacus, doctrina inſignis, neque reus, neque accuſatus, vnam cur iugularetur cauſam habuit, quod eſſet Galli amicus.* At non habuit Aſinius quod de morte quereretur, ſæpe optata, tandem oblata. nam

Aſinij amici amicitia perierunt.

Syriacus mori adactus quod amicus Galli.

——Ὅς ἐς ἐν πολλοῖσι κακοῖς
Ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;
Quiſquis in multis malis
Viuit, quomodo ille mortuus, non lucrum ferat?

2 Egestate cibi peremptvm.] At quomodo egeſtate cibi peremptus, qui conniuio adhibitus, eodem die damnatus eſt? Dio lib. 58. Damnatus ille quidem, ſed a Tiberio poſt damnationem ſeruatus in cuſtodia, in qua ſeruum habuit nullum, colloquium cum nullo, ac ne viſum quidem vllum cum vllo mortalium, niſi cum ad ſumendum cibum cogeretur. Sed puto ſubtractum ei cibũ poſtea vt moreretur. Sic vitam habuit pro ſupplicio & mortem pro beneficio. Nam in ſumma mœſtitudine & macritudine vixit, & in aritudine mortuus eſt.

Gallus inedia peremptus. Et quomodo.

Tacitus interpretatus.

3 Mandendo e cvbili tomento.] Cibus inſolens. Sic autem de cibis inſolitis ſcribit Silius lib. 2.

Nil temerare piget: rabidi ieiunia ventris
Inſolitis adigunt veſci, reſolutaque nudos
Linquentes clypeos armorum tegmina mandunt.

Ideo Claudianus de bello Gildon. putat famem dirum tormentum.

——*Alio ſaltem proſternite caſu,*
Et pœnæ mutate genus.

Et paulo poſt.

Cuncta fame leuiora mihi.
Malim moriri meos quam mendicarier:

ait Plautus in Vidularia. *Tomentum* autem, ait Iſidorus libr. 19. Orig. *quod aut in filo, aut tela tumeat, nec habeat ſubtilitatem. Vt ab inculando, culcita,* ait Varro, *in qua ſagum aut tomentum,* 4. de ling. Lat.

4 Nonvm ad diem detinvisset.] Inediam cibi ad nonum diem producere neminem poſſe, quidam putant; ſed ad ſeptimum dumtaxat. Quod tetigi ſupra. Et hoc Seneca videtur innuere de Conſolat. ad Mart. in qua inducit Cordum inedia morientem, & iam triduo cibis abſtinentem, in hæc verba. *Iter mortis ingreſſus ſum, & iam medium fere teneo.* Addidit, *fere*, quod ſeptima die vita finiretur. Cuius finis iam medium tenuerat fere triduana abſtinentia. Hoc autem firmat Diogenes Laertius in Menedemo. Nam Menedemũ narrat ſeptem dies totos cibo abſtinuiſſe, atque animi dolore exceſſiſſe, quia Antigonum ad patriam liberandam inducere non potuerit. Idem de Democrito ſcribit, panes calidos ſibi quotidie adferri iuſſiſſe, cũ moreretur, & naribus cum admouiſſet, viuum ſe ſeruaſſe, dum Cereris ſacra fierent. Ouidius 4. Metamorph.

An nono die vita finiatur, an ſeptimo per inediam.

De 7. Diogen. Laertius.

Tabuit ex illo dementer amoribus vſa
Nympharumque impatiens, & ſub Ioue nocte dieque
Sedit humo nuda, madidis incompta capillis:
Perque nouem luces, expers vndæque cibique,
Rore mero, lachrymiſque ſuis ieiunia pauit.

Philo Iudæus de vit. Contemplat. ait contemplatores vix ſexto die deguſtare cibum, & more cicadarum, quaſi rore viuere. Quod firmat Seuer. Sulpit. de mirac. D. Martini Dialog. 1. *Septimum* (inquit de monacho) *in ieiunijs diem, ſpiritu deficiente, ducebat.* Plinius tamen libr. 11. cap. vlt. *Homini non vtique ſeptimo lethalis inedia eſt. Duraſſe, & vltra vndecimum, pleroſque certum eſt.* Syneſius ad quintum diem epiſt. 57. *Quintam hanc diem oportet hominem cibo carere, panum illatione interdicta cuſtodibus.* Seneca epiſt. 87. *Triduo abſtinuit, & in ipſo cubiculo poni tabernaculum iuſſit.* Loquitur de Marcellino. Hæc quidem ex natura, ſed alij intra inediam per miraculum vitam duxerunt. Nam L. Clodius Hiſpanus vixit annos cxv. dies quinque alitus puerorum anhelitu: ex inſcriptionibus antiquis vrbis Romæ. Et Proſper Aquitanus ſcribit 70. dies obſeſſam mulierem victu caruiſſe. Tradunt multo maiora Eremi cuſtodes, in vitis Eremitarum Chriſtianorum. Nec vitæ author, ſibi præcludit vitæ vias, quas habet innumerabiles. Et cum hæc ſcriberem venit in manum incertus author Annalium, ſed Francus qui vixit ſub Carolo Caluo qui anno 825. ita ſcribit: *In territorio Tullenſi* (quod eſt in agro Rhemenſi) *iuxta Commerciacum villam puella duodennis poſt ſacram communionem quam in Paſcha a ſacerdote ſuſceperat, primo pane, deinde alijs communibus cibis & potibus ita abſtinuit, vt nulla penitus corporis alimenta percipiens, plenum triennium ſine omni victus deſiderio compleuerit.* Sed hæc communia ſunt multis Eremi incolis.

Plinius vltra 11.

Syneſius quintum diem.

Triduum Senecæ.

Vita per quinque dies ex halitu puerorum.

Obſeſſa mulier nullo cibo per 70. dies.

5 Descriptvm.] *Præſcriptum* Muretus legit. Ego ita. *Tradidere quidam id ſcriptum fuiſſe Macroni, vt ſi arma.* Et vera eſt lectio.

6 Imponere.] Lege, *imponeret*, & mox, *quia*, &c.

7 Diras imprecabatvr.] Has deſcribit Virgil. 12. Æneid.

Diræ.

Megæra ſorores.

Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ:
Quas & Tartaream Nox intempeſta Megæram
Vno, eodemque tulit partu, paribuſque reuinxit
Serpentum ſpiris, ventoſaſque addidit alas.
Hæ Iouis ad ſolium, ſæuique in limine regis
Apparent: acuuntque metum mortalibus ægris.

Vno partu editæ.

A nocte Tartarea.

Harum exempla crebra in Tragœdijs. Erant autem imprecationes, quibus capita viuorum Dijs inferis, Furijſque ſacrabantur. *Craſſus in Parthos profectus non retinente obnuntiatione. eum Tribuni plebis diris deuouerunt. Itaque ſeu vi imprecationum, ſeu caſu ſtatim perijt.* Dio 39. *Dirus quaſi dei ira natus*, ait vetus Grammaticus. Et *Dirum quod diuina refertur ira.* Iſidorus libr. 10. Execrationes vocant quæ olim publice fiebant, vt apud Athenienſes. Cic. 3. Off. Et Liuius in libr. 28. *His adhortationibus execratio dira adiecta eſt.* De priuatis idem 39. *Execratus deinde in caput regnumque Pruſiæ & hoſpitales deos violatæ ab eo fidei teſtes inuocans.*

Exempla Dirarum apud Tragœdos.

Nondum is dolor exoleuerat, cum de [1] Agrippina auditum. quam interfecto Seiano ſpe ſuſtentatam prouixiſſe reor, & poſtquam nihil de ſæuitia remittebatur, * voluntate extinctam: niſi ſi negatis alimentis, adſimulatus eſt finis, qui videretur ſponte ſumptus. [2] * Enimuero Tiberius fœdiſſimis criminationibus exarſit, impudicitiam arguens, & Aſinium Gallum adulterum, eiuſque morte ad tædium vitæ compulſam. Sed Agrippina [3] * æqui impatiens, dominandi auida, virilibus curis, fœminarum vitia exuerat. Eodem die defunctam quo biennio ante Seianus pœnas luiſſet, memoriæque id prodendum addidit Cæſar, iactauitque quod non laqueo ſtrangulata, neque in Gemonias proiecta foret. Actæ ob id grates, decretumque vt quintumdecimum Kalend. Nouemb. vtriuſque necis die per * omnis annos [4] donum Ioui ſacraretur. Haud multo poſt Cocceius Nerua continuus principis, omnis diuini humanique iuris ſciens, integro ſtatu, corpore inlæſo, moriendi conſilium cepit. Quod vt Tiberio cognitum, adſidere, cauſas requirere, addere preces, fateri poſtremo graue conſcientiæ, graue famæ ſuæ, ſi proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret. auerſatus ſermonem Nerua abſtinentiam cibi coniunxit. ferebant gnari cogitationum eius, quanto propius mala Reip. viſeret, ira, & metu, dum integer, dum intentatus, honeſtum finem voluiſſe. Cæterum Agrippinæ pernicies (quod vix credibile) Plancinam traxit. Nupta olim Gn. Piſoni, & palam læta morte Germanici, cum Piſo caderet precibus Auguſtæ, nec minus inimicitijs Agrippæ defenſa erat. vt odium, & gratia deſiere, ius valuit. petitaque criminibus haud ignotis, ſua manu, fera magis, quam immerita ſupplicia perſoluit. Tot luctibus funeſta ciuitate, pars mœroris fuit, quod Iulia Druſi filia, quondam Neronis vxor, denupſit in domum Rubellij Blandi, cuius auum Tiburtem equitem Romanum, plerique meminerant.

* voluntarie extinctam:

*In eam vero

Calumnia in Agrippinam probam fœminam.

* obſequij impatiens,

* omneis annos

Laus & mors Neruæ Iuriſconſulti.

1 AGRIPPINA.] Inſcriptio vetus. OSSA AGRIPPINÆ. M. AGRIPPÆ. D. AVGVST. NEPTIS. VXORIS. GERMANICI. CÆSARIS. MATRIS. CAI. CÆSARIS. AVG. GERMANICI. PRINCIPIS.

2 ENIMVERO.] Puto legendum: *In eam vero Tiberius fœdiſſimus criminationibus exarſit.* Id eſt Agrippinam: vt cui vitam, etiam famam adimeret. Quod flagitium ingens, nec niſi flagitioſiſſimis ſuetum. Nam vt ait Sophocles in Aiace.

—— ἄνδρα δ' οὐ δίκαιον, εἰ θάνοι,
Βλάπτειν τὸν ἐσθλὸν, οὐδ' ἐὰν μισῶν κυρῇς.
Virum non eſt æquum cum mortuus fuerit,
Lædere bonum; neque ſi forte oſor fueris.

Quod ad fœminas magis trahere oportuit. Et *Lauda poſt mortem*, ait Sapiens Rex.

itus corre-

3 ÆQVI IMPATIENS.] Non ita; ſed *obſequij impatiens.* Quod verba ſequentia demonſtrant, *imperandi auida.* Nam opponit obſequiũ auiditati imperij. Sic ſupra. *Tibi imperij, nobis obſequij gloria relicta eſt.* Tertullianus eodem modo. *Sed cum imperium animæ, obſequium carni diſtribuimus.* Magnus animus neſcit obſequi, ſed imperio gaudet. Et natura geſtit præeſſe non ſubeſſe. Quod nos docent Theatra nimium ſæpe Tragica.

Obſequium & imperium oppoſita.

4 DONVM IOVI SACRARETVR.] Dona Ioui ob inſigne beneficium fiebant, veluti ob adeptam victoriam, & confuſos ſeu confoſſos hoſtes. Suetonius, *donum hoc ex auro fuiſſe* memorat, *quaſi perículoſo hoſte ſublato*; fœmina ſcilicet. Et nummi veteres. IOVI. OPT. MAX. SACR.

Dona Ioui ob beneficium grande.

Extremo anni mors Ælij Lamiæ funere cenſorio celebrata, qui adminiſtrandæ Suriæ imagine tandem exolutus, vrbi præfuerat. genus illi decorum, viuida ſenectus, & non permiſſa prouincia dignationem addiderat. Exin Flacco Pomponio Syriæ proprætore defuncto, recitantur Cæſaris litteræ, queis incuſabat, egregium quemque,

& regendis exercitibus idoneum abnuere id munus: ſeque ea neceſſitudine ad preces cogi, per quas conſularium aliqui capeſſere prouincias adigerentur: oblitus Arruntium ne in Hiſpaniam pergeret, decimum iam annum attineri. [1] Obijt eodem anno & M. Lepidus, de cuius moderatione, atque ſapientia in prioribus libris ſatis [2] conlocaui. neque nobilitas diutius demonſtranda eſt. quippe Æmilium genus fœcundum bonorum ciuium, & qui eadem familia corruptis moribus, inluſtri tamen fortuna egere.

1 OBIIT EODEM ANNO.] Qui virtutis veræ ſectator, & amator; Tiberio tam charus, Reip. tam vtilis, ciuibus ſuis tam venerandus: quique *magu fœliciter vita migrauit, quam mortuus eſt*. Vt de Quinto Metello dicebat Velleius libr. 1. *Nam iſto homine, dum homo fuit, nihil ſapientius inter homines*: eiuſque vita ἀτυχία, mors ἀθανασία fuit. Itaque vere dictũ a Sapiente rege Iudæo: *Sapientis oculi in capite eius; ſtultus in tenebris ambulat: & didici quod vnus vtriuſque ſit interitus*. Ideo Therſites quod inuideat V!yſſi nihil habet in morte. Sed poſt mortem alia regna ſuperſunt.

2 CONLOCAVI.] Verbum Salluſtianum, ni fallor, quod infra repetitur. *Millies*, inquit, *ſeſtertium in ea munificentia conlocatum*. Varro 4. de ling. Lat. *Locus, vbi quid locatum eſſe poteſt, vt nunc dicunt conlocatum.* *Conlocare verbum Salluſtianum.*

[1] Paulo Fabio, L. Vitellio Coss. poſt longum ſeculorum ambitum [2] auis Phœnix in Ægyptum venit, præbuitque materiem doctiſſimis indigenarum, & Græcorum, multa ſuper eo miraculo diſſerendi. [3] de quibus congruunt, & plura ambigua, ſed cognitu non abſurda promere libet. Sacrum Soli id animal, & [4] ore ac diſtinctu pinnarum a cæteris auibus diuerſum, conſentiunt qui formam eius definiere. De numero annorum varia traduntur. maxime vulgatum, quingentorum ſpatium. ſunt qui adſeuerent, [5] mille quadringentos ſexaginta vnum interici, prioreſque alites Seſoſtride primum, poſt Amaſide dominantibus, dein Ptolemæo, qui ex Macedonibus tertius regnauit, in ciuitatem cui Heliopolis nomen, aduolauiſſe, multo cæterarum volucrum comitatu, nouam faciem mirantium. Sed antiquitas quidem obſcura. inter Ptolemæum ac Tiberium minus ducenti quinquaginta anni fuerunt, vnde nonnulli falſum hunc Phœnicem, neque Arabum e terris credidere, nihilque vſurpauiſſe ex his quæ vetus memoria firmauit. confecto quippe annorum numero, vbi mors propinquet, ſuis in terris ſtruere nidum, eique vim genitalem adfundere. ex qua fœtum oriri, & primam adulto curam ſepeliendi patris. neque id temere, ſed ſublato murrhæ pondere, tentatoque per longum iter, vbi par oneri, par meatui ſit, ſubire patrium corpus, inque Solis aram perferre, atque adolere. hæc incerta, & fabuloſis aucta. Cæterum aſpici aliquando in Ægypto eam volucrem, non ambigitur.

1 PAVLO FABIO.] *Fabij*, ait Feſtus, *quaſi Fauij*. Quod princeps gentis huius, ex ea natus ſit, cum qua Hercules in fouea concubuit.

2 AVIS PHOENIX.] Quem Tertullianus de reſurrect. carn. ita deſcribit. *Alitem orientis peculiarem, & ſingularitate famoſum, & de poſteritate monſtruoſum, qui ſemetipſum funerans, renouat: natali fine decedens, atque ſuccedens iterum Phœnix: Vbi iam nemo, iterum ipſe, qui non iam alius, idem.* Claudian. ad Serenam. *Deſcriptio Phœnicis à Tertulliano. Elegans & ſubtilis.*

Venit & extremo Phœnix longæuus ab Euro
Apportans vnco cinnama rara pede.

Hæc autem Tacitus narrat ad eorum exemplum, qui Phœnicis aduentum in annalibus ſuis retulerunt. *Cornelius* enim *Valerianus Phœnicem deuolaſſe in Ægyptum tradiderat prius Q. Plautio & S. Papinio Coſſ.* Plinius lib. 10. cap. 2. narratque *Claudio principe, & cenſore, anno V. Cond. DCCC. allatum Phœnicem in vrbem, & propoſitum in comitio, quod actu* (populi videlicet) *teſtatum eſt; ſed quæ falſa eſſe nemo dubitarit.* *In annalibus veteres Rom. de Phœnice memorabant. Phœnix allatus in vrbem ſub Claudio. Acta populi.*

Noto autem, nec Heſiodum, nec Ouidium, nec Solinum, nec Lactantium, (ſi ſit author carminis de phœnice) nec Tacitum, nec Plinium, nec alios bene conuenire inter ſe. Vocat Plinius *auem Arabiæ*. Tertullianus *alitem Orientis*. D. Ambr. *auem Ægypti*, primo Hexam. Et ex iis quidam ſcribunt viuere 500. annos, alij 660. alij 400. alij 1467. vti etiam quidam, aduentare ſolere Heliopolim Ægypti, alij in Lycaoniã, quæ eſt in Aſia, quæque ab ea plurimum diſtat. Nec tam diſtant horologia inter ſe, quam illæ ſcribentium opiniones. Inter quos non omittam quod ſcribit D. Clemens lib. 5. Apoſtolic. Conſtitut. cap. 5. *Aiunt quandam auem eſſe ſoligenam, vberem præbentem reſurrectionis demonſtrationem; quam dicunt comparem non habere, ſolamque in mundo reperiri. Phœnicem appellant, narrantque eam poſt quingenteſimum annum in Ægyptum aduolantem, ſecumque copiam cinnamomi, caſsiæ, xylobalſami adducentem in loco qui dicitur Solis ara, conſiſtere, ibique conuerſam ad ortum Solis, & vt aiunt ſupplicem conflagrare redigique in puluerem. Ex cineribus autem vermem exiſtere, eumque calefactum in nouum Phœnicem formari, alitemque factum in Arabiam, quæ eſt vltra Ægyptiacum ſaltum, aduolare.* Vide D. Cyrillum Catecheſi 18.

3 DE QVIBVS.] Lego, *Ideo quibus congruant, & plura ambigua, ſed cognitu non abſurda, promere libet.*

4 ORE, ET DISTINCTV PINNARVM.] Placuiſſet *colore*, non *ore*, niſi ſequeretur, *diſtinctu pinnarum*. Nam idem eſt. Noſter autem verba non geminat, nec res. Ait autem *ore*, id eſt, *facie*. Nam in animalibus, *ora* etiam dicimus, vt Virgilius dixit *ora ſpumantia citatorum equorum.*

5 MILLE QVADRINGENTOS SEXAGINTA VNVM.] Forte legendum, *maxime vulgatum quingentorum ſpatium. Sunt qui adſeuerent mille quadringentos ſexcentos: ſexaginta alij aiunt interijci.* De *quingentis*, opinio eſt Senecæ epiſt. 42. & Ouid. 15. Metamorph. *Tanquam Phœnix, ſemel anno quingenteſimo naſcitur.* De *mille*, opinio eſt Auſonij Anthol. *Tacitus correctus.*

Nec quia mille annos viuit Gangeticus ales.

Et Martialis.

Vna decem quoties ſæcula vixit auis.

De *mille quadringentis*, proxime accedit ad id quod Heſiodus ſcribit. *Tres ceruos coruus ſeneſcit; At Phœnix nouem ceruos.* De *ſexcentis ſexaginta*, fuit opinio Manilij Senatoris, *maxime nobilis doctrinis, & doctore nullo* (ait Plinius) qui *viuere annos DCLX.* prodidit, niſi mendum ſit in numero & ſcriptura. Quod euenit ſæpiſſime. Et forte ſcriptum erat, MDCLX. Placet veteris Chriſtiani, (ſiue ſit Ruffinus, aut alter,) verba exſcribere, vbi de Phœnice, Epiſt. de cereo Paſchali, quamuis illa epiſtola habeat defectum. *Phœnix*, inquit, *auis eſt in India, & per quingentos annos, implet ſe aromatibus de Libano, & ſic nidificat ſacerdoti Heliopolitano menſe Famenach, aut Formut: Implet aram ſacerdos ſarmentis, & ibi confert Phœnix aromata, & electrum aræ imponit: Et primo Solis ortu Phœnix quidem mouet pennas, Solis vero calore accenditur electrum; & ſic exuruntur aromata, & ipſa Phœnix accenditur. Craſtino die, de cinere gignitur vermis: ſecundo pennas effert. Tertio ad antiquam redit naturam, & ſic ad ſua loca reuertitur.* Sic vna auis multos inlexit ad ſcriptionem & admirationem ſui.

At Romæ cæde continua, Pomponius Labeo, quem præfuiſſe Mœſiæ retuli, per abruptas venas ſanguinem effudit. æmulataque eſt coniunx Paxæa. nam promptas eiuſmodi mortes metus carnificis faciebat: & quia damnati, publicatis bonis ſepultura prohibebantur: [1]eorum qui de ſe ſtatuebant, humabantur corpora, manebant teſtamenta, pretium feſtinandi. Sed Cæſar miſſis ad Senatum litteris, diſſeruit, morem fuiſſe maioribus quoties dirimerent amicitias, interdicere domo, eumque finem gratiæ ponere: id ſe repetiuiſſe in Labeone. atque illum, quia male adminiſtratæ prouinciæ, aliorumque criminum vrgebatur, culpam inuidia velauiſſe, fruſtra conterrita vxore, quam etſi nocentem, periculi tamen expertem fuiſſe. Mamercus dein Scaurus rurſum poſtulatur, inſignis nobilitate & orandis cauſis, vita probroſus. nihil hunc amicitia Seiani, ſed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui eaſdem artes occultius exercebat: detuleratque argumentum tragœdiæ a Scauro ſcriptæ, additis verſibus qui in Tiberium flecterentur. Verum ab Seruilio & Cornelio accuſatoribus, adulterium Liuiæ, magorum ſacra obiectabantur. Scaurus, vt dignum veteribus Æmylijs, damnationem anteit, hortante[2] Sexitia vxore, quæ incitamentum mortis, & particeps fuit.[3] Ac tamen accuſatores, ſi facultas incideret, pœnis adficiebantur: vt Seruilius Corneliuſque perdito Scauro [4] famoſi, quia pecuniam a Vario

Ligure omittendæ delationis ceperant, in inſulas interdicto igni atque aqua demoti ſunt. & Abudius Ruſo functus ædilitate, dum Lentulo Getulico, ſub quo legioni præfuerat, periculum faceſſit, quod is Seiani filium generum deſtinaſſet; vltro damnatur, atq. vrbe exigitur.

1 EORVM QVI DE SE STATVEBANT.] *Quaſi euaſiſſe pœnam, ſit præueniſſe ſententiam*, ait D. Cyprian. epiſt. *Et cum.* lib. 1. Tamen qui de ſe ſtatuit vt mortis vim ſuſtinet, ita famæ prorſus infamis notam non euadit. Bonis viris mors turpi famæ præfertur. Sed hic nec bonam famam, nec honeſtam mortem habet.

2 SEXITIA.] Forte *Sextitia*, vel *Seſtitia*. Et Suetonio *Sextilia* quædam *Vitellij* vxor.

3 AC TAMEN.] Pro *Attamen*. Et ita in alijs authoribus. Noſter lib. 3. *Ac tamen initia faſtigij Cæſaribus erant.*

4 FAMOSI QVIA.] Lego, *qui quia*. Nam in notis ſic ſolet, nec repetitur: vnde frequens error.

[1] Getulicus ea tempeſtate ſuperioris Germaniæ legiones curabat. mirumque amorem adſecutus erat, effuſæ clementiæ, modicus ſeueritate, & proximo quoque exercitui per L. Apronium ſocerum non ingratus: vnde fama conſtans auſum mittere ad Cæſarem litteras: *Adfinitatem ſibi cum Seiano haud ſponte ſed conſilio Tiberij cœptam. perinde ſe quam Tiberium falli potuiſſe. neque errorem eundem illi ſine fraude, alijs exitio habendum. ſibi fidem integram, & ſi nullis inſidijs peteretur, manſuram. ſucceſſorem non aliter quam indicium mortis accepturum. firmarent velut fœdus, quo princeps cæterarum rerum potiretur, ipſe prouinciam retineret.* Hæc mira quanquam fidem ex eo trahebant, quod vnus omnium Seiani adfinium incolumis, multaque gratia manſit: reputante Tiberio publicum ſibi odium, extremã ætatem, magiſq. fama, quam vi ſtare res ſuas.

1 GETVLICVS.] Sumit lucem Suetonius ab hoc loco. Nam ita in Galba. *A C. Cæſare Getulico ſubſtitutus* (Galba ſcilicet) *poſtridie quam ad legiones venit, ſolemni forte ſpectaculo plaudentes inhibuit, data teſſera, vt manus penulis continerent: ſtatim per caſtra iactatum eſt.*

Diſce miles militare, Galba eſt, non Getulicus.

Nam Getulici militia remiſſa, vt vita Galbæ vita rigida & magis caſtris conueniens. Aliter Galba: aliter Getulicus.

C. Ceſtio, M. Seruilio Coss. nobiles Parthi in vrbem venere ignaro rege Artabano. Is metu Germanici fidus Romanis, æquabilis in ſuos, mox ſuperbiam in nos, ſæuitiam in populares ſumpſit, fretus bellis, quæ ſecunda aduerſum circumiectas nationes exercuerat, & ſenectutem Tiberij vt inermem deſpiciens, auiduſque Armeniæ, cui defuncto rege Artaxia, Arſacen liberorum ſuorum veterrimum impoſuit, addita contumelia, & miſſis qui gazam a Vonone relictam in Syria Ciliciaque repoſcerent, ſimul veteres Perſarum ac Macedonum terminos: ſeque inuaſurum poſſeſſa Cyro, & poſt Alexandro, per vaniloquentiam ac minas [1] iaciebat. Sed Parthis mittendi ſecretos nuncios validiſſimus auctor fuit Sinnaces, inſigni familia ac perinde opibus, & proximus huic Abdus ademptæ virilitatis. Non deſpectum id apud barbaros, vltroque potentiam habet. Ii adſcitis & alijs primoribus, quia neminem gentis Arſacidarum ſummæ rei imponere poterant, interfectis ab Artabano pleriſque, aut nondum adultis, Phrahaten regis Phrahatis filium Roma poſcebant. [2] Nomine tantum & auctore opus, vt ſponte Cæſaris, [3] vt genus Arſacis, ripam apud Euphratis cerneretur. Cupitum id Tiberio. ornat Phrahaten, accingitque paternum ad faſtigium, deſtinata retinens, conſilijs & aſtu res

externas

externas moliri, arma procul habere. Interea cognitis inſidijs Artabanus tardari metu, modo cupidine vindictæ inardeſcere. Et barbaris cũctatio, ſeruilis ſtatim; exequi, regium videtur. Valuit tamen vtilitas, vt Abdum ſpecie amicitiæ vocatum ad epulas lento veneno inligaret, Sinnacen diſſimulatione ac donis, ſimul per negotia, moraretur. Et Phrahates apud Syriam dum omiſſo cultu Romano, cui per tot annos inſueuerat, inſtituta Parthorum inſumit, patrijs moribus impar, morbo abſumptus eſt. Sed non Tiberius omiſit incœpta. Tiridaten ſanguinis eiuſdem, æmulum Artabano, recuperãdæque Armeniæ Hiberum Mithridatem deligit, conciliatque fratri Pharaſmani, qui gentile imperium obtinebat. & cunctis, quæ apud Orientem parabantur, L. Vitellium præfecit. Eo de homine haud ſum ignarus ſiniſtram in vrbe famam, [4] pleraque fœda memorari. Cæterum regendis prouincijs priſca virtute egit. Vnde regreſſus, & formidine C. Cæſaris, familiaritate Claudij turpe in ſeruitium mutatus, [5] exemplar apud poſteros adulatorij dedecoris habetur. ceſſeruntque prima poſtremis, & bona iuuentæ ſenectus flagitioſa obliterauit.

1 IACIEBAT.] Forte, *iactabat*, ſcriptum fuit.

2 NOMINE TANTVM. ET AVTHORE OPVS.] Tota hæc clauſula in vitio eſt, ni fallor. Itaque lego: *Nomine tantum, & authore opus, vt ſponte Cæſaris, vi gentis, Arſaces ripa in Euphratis cerneretur. Opus*, inquit, *tantum erat nomine*: id eſt homine, qui Arſacidæ gentis nomen ferret. *Opus authore*: id eſt homine qualis fuit Cæſar qui author eſſet Arſacidæ ad capiendum imperium. Et vt Arſaces: id eſt, quiſquis eſſet dilectus ex Arſacidarum gente, ſpõte & beneuolentia Cæſaris, & vi gentis Parthorum, apud ripam Euphratis viſeretur. Opponit ſpontaneam Cæſaris voluntatẽ vi gentis. Sic infra. *Euphratem nulla imbrium vi ſponte in immenſum attolli*. Et de ripis Euphratis infrà. *Ripam ad Euphratis ducit*. Quæ tamen omnia, mihi non ſatisfaciunt: ſubeſt aliquid, quod mihi ſcrupulum inijcit.

Tacitus interpretatus.

3 VT GENVS ARSACIS.] Lego, *vi gentis Arſaces*, (id eſt Parthus vi Parthorum) *ripa in Euphratis cerneretur*: & deleo *apud*, quia eſt gloſſema. Tacitus opponit verbo *vi*, verbum *ſponte*, pro more. Sic 2. Annal. *Arſacidarum vi ſeque & regnum tutatus eſt*. Quod autem Arſaces ſit Parthus, ſic noſter. *Reperti proditores miniſtros Arſacis multo auro ad ſcelus cogunt*. Sic 1. Machab. cap. 15. hæc eadem ſcripta ſunt *Demetrio Regi, & Attalo, & Arſaci*, id eſt Partho. Et nota Perſarum regnum, mortuo patre, ad liberos peruenire. Phraates autem qui petebatur, Regis Phraatis erat filius. Itaque ex Arſa-ſacidarum gente.

4 PLERAQVE FOEDA.] Legendum, *plurimaque fœda in ea memorari*.

5 EXEMPLAR ADVLATORII DEDECORIS.] Nam Dio lib. 59. hæc tradit de eo. *Cum Caius diceret ſe rem habuiſſe cum Luna, eſſetque percũctatus Vitellium an hæc vidiſſet: Solis, inquit, vobis Dijs licet ſe inuicem videre. Et hoc verbo omnes adulatores ſuperauit*. Inde adulator, Vitellius dictus a Seneca, vt Plancus de quo dixi ſupra.

At ex regulis prior Mithridates Pharaſmanen perpulit, dolo & vi conatus ſuos iuuare: repertique corruptores, miniſtros Arſacis multo auro ad ſcelus cogunt: ſimul Hiberi magnis copijs Armeniam irrumpunt, & [1] vrbem Artaxata potiuntur. Quæ poſtquam Artabano cognita, filium Orodem vltorem parat, datque Parthorum copias, mittit qui auxilia mercede facerent. Contra, Pharaſmanes [2] adiungere Albanos, accipere Sarmatas, quorum Sceptuchi vtrinque donis acceptis more gentico diuerſa induere. Sed Hiberi locorum potẽtes, [3] Caſpia via Sarmatã in Armenios raptim effundunt. At qui Parthis aduentabant, facile arcebantur, cum alios inceſſus hoſtis clauſiſſet, vnum reliquum, mare inter & extremos Albanorũ montes, æſtas impediret. quia flatibus Eteſiarum implentur vada, hibernus Auſter reuoluit fluctus, pulſoque introrſus freto, breuia littorum nudantur. Interim Orodem ſociorum inopem auctus auxilio Pharaſmanes

vocare ad pugnam, & detrectantem inceſſere, adequitare caſtris, infenſare pabula, ac ſæpe [4] modum obſidij ſtationibus cingebat, donec Parthi contumeliarum inſolentes, circumſiſterent regem, poſcerent prælium. atque illis ſola in equite vis. Pharaſmanes & pedite valebat. nam Hiberi Albanique ſaltuoſos locos incolentes, duritiæ patientiæque magis [5] inſueuere. Feruntque ſe Theſſalis ortos, qua tempeſtate Iaſon poſt auectam Medeam, genitoſque ex ea liberos, inanem mox regiam Æetæ, vacuoſque Colchos repetiuit. Multaque de nomine eius, [6] & oraculum Phryxi celebrant. Nec quiſquam ariete ſacrificauerit, credito vexiſſe Phryxum: ſiue id animal, [7] ſeu nauis inſigne fuit.

1 VRBEM ARTAXATA POTIVNTVR.] Vide num legendum ſit, *Vrbe tum Artaxata potiuntur.* Non abnuo tamen hanc ſcriptionem familiarem Tacito, & authoribus priſcis. Strabo 11. *Armeniæ vrbes ſunt Artaxata, Artaxiaſata, appellata, quam Hannibal Artaxiæ regi condidit. Item Arxata: ambæ iuxta Araxem.*

2 ADIVNGERE ALBANOS, ACCIPERE SARMATAS.] Qui ſibi adiunxerat Albanos, etiam accepit Sarmatas; vtroſque ante mercede conductos. Sed inter Sarmatas, Septuchi diuerſa induerunt, vt pars Artabanum, pars Pharaſmanem ſequeretur. Sarmatæ autem venales, pretio bellum gerebant, vt Cates. Martial. lib. 1. epigr. 3.

– Venit & epoto Sarmata paſtus equo.

Nam Scythæ, inter quos Sarmatæ, ex herba Scythice, apud Scythas reperta, famem ſitimque ſedabant. Quod etiam Dio tradit de Parthis. Plinius lib. 25. cap. 8. *Magna eſt commendatio, quod in ore eam habentes, famam ſitimque non ſentiant. Quod in equis quoque eundem effectum habet. Tradunt per duodenos dies durare in fame ſitique.*

3 CASPIA VIA.] Id eſt, per mare Caſpium, breuiore, & tutiore itinere.

4 MODVM OBSIDII.] Lego, *in modum obſidij.* Sic *in modum templi.*

5 INSVEVERE.] Pro *inſueuerant.*

Oracula Phryxi.

6 ET ORACVLVM PHRYXI CELEBRANT.] Lege, *multaque de nomine eius, & oraculorum Phryxi celebrant.* Nam oratio, vt excuſa eſt, non bene incedit. De iſtis autem oraculis, Strabo aliquid ſimile memorat l. 10. Ait enim in Colchica regione, eſſe Leucothoes fanum, quod Phryxus condidit, & in eo oraculum Phryxi, vbi aries non mactatur. Quod olim diues erat, ſed ætate ſua a Pharnace fuit, & paulo poſt a Mithradate Pergameno, direptũ. Nam *læſa regione*, ait Euripides, *etiam religio ægra eſt* De his etiam in Argonaut. Valer. libr. 1.

—— Phryxi promittitur abſens
Vellus, & auratis Argo reditura corymbis.

7 SEV NAVIS INSIGNE FVERIT.] Inſignia ſua naues habebant. Et ab his nomina, vt apud Virgil. 5. Æneid.

Naues inſignia ſua habebant.
Et ab his nomina.

Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram.

Pinax a materia.

A materia, *pinax.* Horat. lib. 1. ode 14.

-- Pontica pinus
Syluæ filia nobilis.

A velocitate Priſtis.

A *velocitate* Priſtis. Virgil. 5. Æneid.

Velocem Mneſtheus agit acri remige Priſtin.

Tamen *Priſtis, nauigium ea forma a marina bellua dictum*, ait Nonius. Silius lib. 4.

Ardet nota fretis Cyane, pennataque Siren
Ardet, & Europæ niuei ſub imagine tauri.

Meretrix nauis quod omnes mercede vehat.
Dictum Iuliæ Auguſti filiæ.

A *proprietate*, meretrix nauis dicta in epigr. Græco 1. Antholog. Nam vt meretrix omnes accepta mercede recipit, & vehit; ita etiam nauis. Sic Iulia filia Auguſti nobile ſcortũ, & dicax dicebat, *Se non niſi lintre plena vectorem excipere.* Macrob. in Saturnal. Ouid. 1. Eleg.

Stat meretrix certo cuiuis mercabilis ære,
Et miſeras iuſſo corpore quærit opes.

Dictæ etiam ἰυλόπλοι *a forma*: quod quemadmodum ἴυλος multos habet pedes, ita etiam multis remis gradiantur. nam ἴυλος eſt centumpeda; & remi ſunt pedes nauis. Aliquando a Dijs nominabantur, quorum tutelæ nauis impoſita erat, vt Act. Apoſtol. cap. vlt. *Caſtor.* Et vt Silius lib. 14. *Hammon.*

A centum pedibus, id eſt, remis.
A Dijs dictæ.
Qui in puppe poſiti.

Hammon *numen erat Libycæ gentile carinæ,*
Cornigeraque ſedens ſpectabat cærula fronte.

Et idem.

Numen erat celſæ puppis vicina Dione.

Alioque loco dixit.

Tutelæque Deum fluitant,

At illæ tutelæ in puppe. Papinius 6. Theb.

-- Solus ſtat puppe magiſter
Peruigil, inſcriptaque Deus qui nauigat alno.

Inſcriptæ naues.

Nam nomina Deorum erant inſcripta, & picta nauibus. Ouid. Paris Helenæ.

Accipit & pictos puppis adũca Deos. Et Perſius.

Et pictæ.

Ingentes de puppe Dij.

Vbi vetus Interp. *Nauium tutelam dicit, quam in puppibus habent, vel pingunt.* Nec tantum Deorum habebant picta, vel inſcripta aut inſculpta nomina, ſed etiam vota pro nauigatione. Apuleius 11. Met. *Ecce litteræ votum inſtaurabant de noui commeatus proſpera nauigatione.* Cæterum pictæ erant naues. Nam Horatius.

Pictis nauita puppibus
Non fidit.

Et Homerus ποικίλας νῆας vocat naues pictas. Virgil. 4. Georg. *-- pictiſque phaſelis.* Et idem 5. Æneid. de cæruleis nauibus.

Centauro inuehitur magna, Scyllaque Cloanthus
Cærulea.

Sic Martialis lib. 10. epigramm. 30.

-- Viua ſed quies Ponti
Pictam phaſelon adiuuante fert aura.

Ceratæ.
Nigras vocat Homerus.
Cur ?

Et obiter noto, Senecã *ceratas* naues dixiſſe, vt Homer. *nigras.* Et ceratas forte, quia colore cereo pictæ, picatæq. nigro. Sic νῆα μέλαιναν

dixit

dixit libr. 2. Odyſſ. vt *alba vela*, ἱςία λευκά, eodem. Naues autem coronabantur vbi portum attigiſſent. Virgil 1. Georg.

Cen preſſæ cum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

Propert. lib. 3. eleg. 23.

Ecce coronatæ portum tetigere carinæ.

Et iſti narrationi heic do portum & coronam.

Coronatæ in portu.

Cæterum directa vtrinque acie, Parthus imperium Orientis, claritudinem Arſacidarum: contraque ignobilem Hiberum mercenario milite, differebat.[1] * Pharaſmanes integros ſemet a Parthico dominatu: quanto maiora peterent, plus decoris victores, aut ſi terga darent, flagitij atque periculi laturos: ſimul horridam ſuorum aciem, picta auro Medorum agmina, hinc viros, inde prædam oſtendere. Enimuero apud Sarmatas non vna vox ducis.* ſe quiſque[2] ſtimulant, ne pugnam per ſagittas inirent, impetu & cominus præueniendum. Variæ hinc bellantium ſpecies, cum Parthus ſequi vel fugere pari arte ſuetus, diſtraheret turmas, ſpatium ictibus quæreret: Sarmatæ omiſſo arcu, quo breuius valent, contis gladijſque ruerent: modo equeſtris prælij more, frontis &[3] tergi * vices, aliquando vt[4] conſerta acies corporibus & pulſu armorum pellerent, pellerentur. Iamque & Albani Hiberique prenſare, detrudere, ancipitem pugnam hoſtibus facere. Quos ſuper, eques & propioribus vulneribus pedites adflictabant. Inter quæ Pharaſmanes Orodeſque dum ſtrenuis adſunt, aut dubitantibus ſubueniunt, conſpicui, eoque gnari, clamore, telis, equis concurrunt. inſtantius Pharaſmanes: nam vulnus per galeam adegit, nec iterare valuit, prælatus equo, & fortiſſimis ſatellitum protegentibus ſaucium. Fama tamen occiſi[5] falſo credita, exterruit Parthos, victoriamque conceſſere. Mox Artabanus tota mole regni[6] * vltimi:[7] id peritia locorum, ab Hiberis melius pugnatum. nec ideo abſcedebat, ni contractis legionibus Vitellius, & ſubdito rumore tanquam[8] Meſopotamiam inuaſurus, metum Romani belli feciſſet. Tum omiſſa Armenia, verſæque Artabani res, inliciente Vitellio: deſererent regem ſæuum in pace, & aduerſis præliorum exitioſum. Igitur Sinnaces, quem antea infenſum memoraui, patrem Abdageſem, alioſque occultos cõſulit, & tunc cõtinuis cladibus promptiores ad defectionem trahit, adfluentibus paulatim, qui metu magis quã beniuolentia ſubiecti, repertis auctoribus ſuſtulerant animum. Nec iam aliud Artabano reliquũ, quam ſi qui externorum, corpori cuſtodes aderãt, ſuis quiſq. ſedibus extorres, * quis neque boni intellectus, neque mali cura, ſed mercede aluntur, miniſtri ſceleribus. His adſumptis in longinqua & contermina Scythiæ fugam maturauit ſpe auxilij, quia Hircanis Carmanijſque per adfinitatem innexus erat. Atque interim poſſe Parthos * abſentium equos, præſentibus mobiles, ad pœnitentiam mutari.

**At Pharaſmanes, integros ſe eximerent a Parthico dominatu:*

**ſed ſe quiſque ſtimulabant,*

**vice,*

**[...]ltum iit: [...] peritia*

**[...]eis neque [...]i*

**[...]ſenti tum [...]os,*

[...]itus emen[...]

1 Pharasmanes integros semet a Parthico dominatu.] Non fero hanc lectionem imperfectam. Sed lego. *Pharaſmanes, integros ſe eximerent a Parthico dominatu:* Quippe modo Parthorum, modo Regum Põnti imperijs Armenij ſubditi. Tacitus lib. 2. *Ambigua gens, non modo ingenijs, ſed etiam ſitu terrarum.*

2 Stimulant.] Melius, *ſtimulabant.*

3 Tergi vices.] *Vice* placet. Et ita ſcriptum erat. *Frontis & tergi vice eſſent*: vt Horat. 1. Carm. *--grata vice veris & Fauoni.* Et idem Epod. 13. *--benigna Reducet in ſedem vice.* Sed *aliquando vt conſerta acies*, (non *conſerta*) *pellerent, pellerentur.* Nam in verbo *vices, es*, & in capite additis *vt*, verbum *eſſent* reperitur apud manuſcriptos. Quod

Subtilis veterum iudex, & callidus audit.

4 Conserta.] Lego, *conferta acies.* id eſt condenſata, & conglobata. verbũ Liuio frequẽtatũ. & *cõſerta acies* dicitur de acie aciei immixta.

Ex coniectura emendatio.

5 Falso credita.] Satius, *falſo terrore edita.* Nam tradita falſo Parthos exterruit, percul-ſos tali rumore, non quod falſo eſſet credi-ta: ſic paulo poſt. *Ni contractis legionibus & rumore ſubdito, tanquam Meſopotamiam inuaſu-rus, metum Romani belli feciſſet. Tradita falſo, non terrent; falſo credita, terrent.* Claud. de bell. Get.

Cuius ratio.

Sed malus interpres rerum metus, omne trahebat
Augurium peiore via.

6 Vltimi.] Scite Lipſius, *vltum iit.*

7 Id peritia locorvm.] Puto ſcri-ptum fuiſſe. *Ibi peritia locorum ab Iberis melius pugnatum in hac pugna.*

8 Mesopotamiam.] Quæ Tigri & Eu-phrate ambitur. Plinius lib. 6. c. 4. *Initium Me-ſopotamiæ facit inter duos amnes ituræ: Armenijs olim tota paruit.* Noſter infra. *Præfectus campis, qui Euphrate, & Tigri inclytis amnibus circumflui Meſopotamiæ nomen acceperunt.* Salluſtius au-thor certiſſimus aſſerit, *Tigrim & Euphratem vno fonte manare in Armenia, qui per diuerſa eun-tes, longius diuidantur, ſpatio medio relicto multo-rum millium. Quæ tamen terra ab ipſis ambitur, Me-ſopotamia dicitur.*

9 Parthos absentivm eqvos præ-sentibvs mobiles.] Ne Sibylla qui-dem, hæc vt ſcripta ſunt, intellexerit. Lege, *Parthos abſenti* (Artabano ſcilicet) *tum æquos,* (non *equos*; id eſt, non infenſos tum, ſed pla-catos) *& præſētibus* rebus *mobiles* (id eſt in ad-uerſa fortuna Artabani, mutabiles, illiq. præ-ſenti tū fauorabiles) *poſſe ad pœnitētiam mutari.*

At Vitellius profugo Artabano & flexis ad nouum regem popu-larium animis, hortatus Tiridaten parata capeſſere, robur legionum ſociorumque ripam ad Euphratis ducit. Sacrificantibus, cum hic more Romano [1] Suouetaurilia daret, ille [2] equum placando amni adornaſſet, nuntiauere accolæ [3] Euphraten nulla imbrium vi, ſpon-te & immenſum attolli: ſimul albentibus ſpumis in modum dia-dematis ſinuare orbes: [4] auſpicium proſperi tranſgreſſus. quidam callidius interpretabantur, initia conatus ſecunda, neque diutur-na: quia eorum quæ terra, cœloue portenderentur, certior fides: fluminum inſtabilis natura, ſimul oſtenderet omnia, raperetque. Sed ponte nauibus effecto, tramiſſoque exercitu, primus Ornoſpa-des multis equitum millibus in caſtra venit, exul quondam, & Ti-berio cum Dalmaticum bellum conficeret, [5] haud inglorius auxi-liator, eoque ciuitate Romana donatus: mox repetita amicitia regis, multo apud eum honore præfectus campis, qui Euphrate & Tigre inclutis amnibus circumflui Meſopotamiæ nomen acceperunt. Ne-que multo poſt Sinnaces auget copias: & columen partium Abdage-ſes gazam & paratus regios adicit. Vitellius oſtentaſſe Romana ar-ma ſatis ratus, monet Tiridaten primoreſque: hunc, Phrahatis aui & altoris Cæſaris, quæ vtrobique pulchra, meminerit: illos, obſe-quium in regem, reuerentiam in nos, decus quiſque ſuum & fidem retineret. Exin cum legionibus in Syriam remeauit.

Suouetaurilia a Catone facta.

1 Svovetavrilia.] De his Cato lib. de re ruſtica, non ſine mendo. *Mars pater,* in-quit, *precor, quæſoque vti ſies volens propitius mihi, domo, familiæque noſtræ; quouis rei ergo, a-grum, terram, fundumque meum Suouetaurilia cir-cumagi iuſſi: vti tu morbos viſos, inuiſoſque, viduer-tatem, vaſtitudinem, calamitates, intemperiaſque, prohibeſſis, defendas, auerruncesque: vtique in fru-ges, frumenta, vineta, virgultaque grandine,* (lege confidenter, *grandiſſime*) *beneque euenire ſinas: Paſtores, pecuaque ſalua ſeruaſſis, diuiſque* (lege, *diuque*) *bonam ſalutem, valetudinemque mihi, do-mo, familiæque noſtræ.* D. Hieronym. epiſt. ad Vitalem 132. *Legamus veteres hiſtorias, & maxi-me Græcas & Latinas: inueniemus, luſtralibus ho-ſtijs ſecundum errorem veterum, tam in hominibus, quam in armentis ac pecudibus expiatas.* At luſtra-les hoſtiæ, ſus, taurus, & ouis. Sic Liuius. *In-ſtructum exercitum, oue, ſue, tauris tribus lu-ſtrauit.* Et Tacitus 4. hiſt. *Luſtrata boue tau-riſque area:* vbi pulchre repoſitum, *Suouetaurili-bus area.* Nā hoſtię luſtrales, ouis, ſus & taurus.

Cato emendatus.

Luſtrales hoſtia.

Sus. Taurus. Ouis.

Armiluſtrium oue, ſue, & tauro.

2 Eqvvm placando amni ador-nasset.] Noſter Annal. 13. *Victores diuer-ſam aciem Marti ac Mercurio ſacrauere. Quo voto, equi, viri, cuncta obſidioni dantur.* Et de morib. Germ. *In ſepultura, ſtruem rogi, nec veſtibus, nec odoribus cumulant; ſua cuique arma, quorumdam igni & equus adducitur.* Lege, *addicitur.* Quod obſeruauere aliæ plurimæ gentes. Nam *Lace-dæmonij,* (ait Varro in verbo *October*) *in Tegeto monte equum immolant. Apud Salentinos viuus e-quus in ignes conijcitur. Rhodij quadrigas quotannis in mare præcipitant.* Plin. ſcribit Romanos quo-tannis Marti equū immolaſſe. Sic Ver. Flac. ex Feſto ſcribit 12. Octobr. id fieri, & caput inter

Equorum ſacrificia.

Saburienſes,

Saburienſes, & Sacrouienſes diſputari. Id eſt ciues qui incolunt Saburram, & eos, qui Sacram viam: vt figatur regio parieti, vel in turri Manilia, & cauda feratur in Regiã. Quod fit tanta celeritate, vt illa celeritas ſit pro ritu. Florus lib. 4. cap. 12. *Illi ſtatim ante aciem immolato equo, concepere votum, vt cæſorum extis ducum, & litarent & veſcerentur.* Ouidius 1. Faſtor.

Placet equo Perſis radijs Hyperiona cinctum.

…quorum ornatus. Id eſt Solem. Quod autem ait Tacitus *adornaſſet*, Apuleius equorum ornatum & paraturam deſcribit lib. 10. Metamorphoſ. *Phaleris aureis, fucatis ephippijs, & purpuratis tapetis, & frenis argenteis, & pictilibus baltheis, & tintinnabulis perargutis exornant.* Virgil. 4.

—— oſtroque inſignis & auro

Stat ſonipes ac frena ferox ſpumantia mandit.

3 EVPHRATEM NVLLA IMBRIVM VI.] …phrates in- …ſcit ad mo- …m Nili. Adrianus Scriecchius vir magnus, ait in monitorio ſecundo, ab Hebræis dici Euphart, vel Fart, quaſi Nauigatio ſuperior. Plinius autem ait illum, Nili modo, increſcere. Quod tollit miraculum heic expoſitum a Tacito. Nam lib. 5. cap. 24. *Fælicitas maior*, ait, *Babyloni ac Seleuciæ, Euphrate atque Tigri reſtagnantibus.* tamen ſine limo. Nam idem 17. *Limum non inuehunt Euphrates Tigriſque, ſicut in Ægypto Nilus.* Et gignit papyrum vt Nilus. lib. 13. cap. 11. Et ſane ſunt alij amnes, qui Nili tacita incrementa imitentur: & etiam fontes. Idem Plinius lib. 2. cap. 103. *In Delo inſula Inopus fons, eodem quo Nilus modo, ac pariter cum eo, augeſcit, decreſcitque:* ſcribitque D. Hieronym. Aſſyriorum totam regionem extendi ab Euphrate ad Tigrim. lib. 5. in Iſaiam cap. 21. Sed quid ait Tacitus, *nuntiauere accolæ Euphratem nulla imbrium vi ſponte immenſum attolli?* Referenda ſunt hæc ad hydromanticos vates, qui futura ex aquarum curſu & fluuiorum lapſu prædicebant. Ideoque ſubiungit Tacitus, *Auſpicium proſperi tranſgreſſus*, quia ex his futura diuinabant. Et notandum quod hæc apud Chaldæos. Quamuis & apud Gallos & Germanos locum habuerint, teſte Plutarcho in vita Iulij Cæſaris, & Iulio Cæſare in bello Gallico l. 1.

Et alia flumina.

Et Inopus fons.

4 AVSPICIVM.] Plutarchus & Clemens Alexandrinus poſt eum, eoque authore, aiunt Germanos ex fluuiorum ſono, & vorticoſis orbibus, auſpicia captare, & futura prædicere.

5 HAVD INGLORIVS AVXILIATOR.] Virgil. 7. Æneid.

— haud inglorius artes.

Quæ duabus æſtatibus geſta coniunxi, quo requieſceret animus a domeſticis malis. Non enim Tiberium, quanquam triennio poſt cædem Seiani, quæ cæteros mollire ſolent, tempus, preces, ſatias, mitigabant, quin incerta vel abolita pro grauiſſimis & recentibus puniret. Eo metu Fulcinius Trio * ingruentis accuſatores haud perpeſſus, ſupremis tabulis multa & atrocia in Macronem ac præcipuos libertorum Cæſaris compoſuit: ipſi fluxam ſenio mentem, & continuo abſceſſu, velut exilium obiectando. Quæ ab heredibus occultata recitari Tiberius iuſſit, patientiam libertatis alienæ oſtentans, & contemptor ſuæ infamiæ, [1] an ſcelerum Seiani diu neſcius? mox [2] quoquo modo dicta vulgari malebat, veritatiſque, cui adulatio officit, per probra ſaltem gnarus fieri. Iiſdem diebus Granius Martianus ſenator a C. Graccho maieſtatis poſtulatus, vim vitæ ſuæ attulit. Tatiuſque Gratianus prætura functus, lege eadem extremum ad ſupplicium damnatus. Nec diſpares Trebellieni Rufi & Sextij Paconiani exitus. Nam Trebellienus ſua manu cecidit, Paconianus in carcere ob carmina illic in principem factitata ſtrãgulatus eſt. Hæc Tiberius non mari vt olim diuiſus, neque per longinquos nuntios accipiebat, ſed vrbem iuxta, eodem vt die vel noctis interiectu, litteris conſulum reſcriberet: quaſi aſpiciens vndantem per domos ſanguinem, [3] aut manum carnificum. Fine anni Poppæus Sabinus conceſſit vita, modicus originis, principum amicitia conſulatum ac triumphale decus adeptus, maximiſque prouincijs per quatuor & viginti annos impoſitus, nullam ob eximiam artem, ſed quod [4] par negotijs, neque ſupra erat.

gruenteis

1 AN SCELERVM SEIANI.] Lege per interrogationem.

2 QVOQVO MODO.] Sic legendum: & ita de Domitio Afro. *Quoquo modo properus clareſcere.* Et Annal. 12. *Secretis nuntijs monet Rhadamiſtum oppugnationem quoquo modo accelerare.* Et Annal. 15. *Nobis quoquo modo tradita,*

3 MANVM CARNIFICVM.] Lego, *manus immitium carnificum.*

4 PAR NEGOTIIS, NEQVE SVPRA ERAT.] Nam, vt ait D. Hieronym. ad Heliodorum, *Grandes materias, ingenia parua non non ſuſtinent.*

Q. Plautius,[1] Sex. Papinius Coſs. ſequuntur.[2] Eo anno, * neque quod L. Aruſeius morte adfecti forent, adſuetudine malorum vt atrox[3] aduertebatur, ſed exterruit, quod Vibulenus Agrippa eques Romanus, cum peroraſſent accuſatores, in ipſa curia depromptum[4] ſinu venenum hauſit, prolapſuſque ac moribundus feſtinatis lictorum manibus in carcerem raptus eſt, fauceſque iam exanimis[5] laqueo vexatæ. Ne Tigranes quidem Armenia quondam potitus, ac tunc reus, nomine regio ſupplicia ciuium effugit. At C. Galba conſularis, & [6] duo Blæſij voluntario exitu cecidere: Galba triſtibus Cæſaris litteris prouinciam ſortiri prohibitus: Blæſijs ſacerdotia integra eorum domo deſtinata,[7] conuulſa, diſtulerat: tunc vt vacua contulit in alios. quod ſignum mortis intellexere, & executi ſunt. Et[8] Æmylia Lepida, quam iuueni Druſo nuptam retuli, crebris criminibus maritum inſecuta, quanquam inteſtabilis, tamen impunita agebat, dum ſuperfuit pater Lepidus. poſt a delatoribus corripitur ob ſeruum adulterum. nec dubitabatur de flagitio. Ergo omiſſa defenſione, finẽ vitæ ſibi poſuit.

1 SEX. PAPINIVS.] Sexti Papinij pater, cuius verſus habemus elegantes.

2 EO ANNO.] Lacunam hanc explere tentaui, lectis authoribus; an de L. Aruſeij interitu iſtiuſque anni funeribus, aliquid comminiſcerentur Et reperi Pomponium Labeonem, & L. Arruntium iſto extremo Tiberij Conſulatu perijſſe: ſed vtrumque ſua manu, iamque Tiberio ægrotante, & breui poſt mbrituro. Labeo repetundarum accuſatus: Arruntius, vt ingruentem Caij dominationem præuerteret. Itaque lego ex coniectura. *Neque quod Labeo & Arruntius morte adfecti forent:* non opera carnificis, ſed ſua videlicet. Et vt ſiglorum plenus eſt hic liber, puto litteram *L*, pro *Labeone* poſitam, & corruptum verbum *Aruſeius*, pro *Arruntius*. Si tamen eſt aliquis ingenioſus vertex, qui ad hanc cœnam bene paratam, velit ſymbolum dare; *accedat, locus eſt & pluribus vmbris.* Licuitque tantum hæc verba adijcere, *Eo anno Tiberius.* nam ad eum ſpectat oratio. Et ſane qui ſine manuſcriptis putat hunc locum ſarcire, aquã cribro haurit: nec huic vlceri Florentinus medetur, *ſilentque oracula Delphis.*

3 ADVERTEBATVR.] Lego, *auertebatur.* Id eſt a crudelitate reuocabatur ad clementiam.

4 SINV VENENVM HAVSIT.] Non ita ſimpliciter Dio: ſed hauſiſſe venenum annulo clauſum. Et de tali interitu, ſic ſcribit Plinius lib. 33. cap. 1. *Alij ſub gemmis venena cludunt, ſicut Demoſthenes ſummus oratorum Græciæ, & ſunt qui annulos mortis gratia habent.* Fuit autem Romanis & Græcis pulchrum præueniſſe hoſtem gladio vel veneno. Sic Papinius ante ora tyranni Tydeum morientem facit ſua manu.

Venena annulo clauſa.

Demoſthenes orator.

Tydeus.

——nunc trucis ora Tyranni,
Nunc ferrum aſpectans: Nunquam tibi ſanguinis huius
Luſerit, aut magno feries imperdita Tydeo
Pectora. Lego:
Luſus erit, magnoferieſve imperdita Tydeo
Pectora.

Hæc de ferro, de veneno Scholiaſt. Iuuenalis Satyr. 10. in verſu *Donec Bithyno*, ait Hannibalem hauſto veneno, quod ſub annuli gemma omni tempore habuerit, præueniſſe ne Romanis dederetur. Cæterum his Conſulibus, & ſequentibus, multi rei læſæ maieſtatis extitere. Sed arte Traſylli mathematici euaſerunt, qui cum diem & horam Tiberianæ mortis ſciret, diſſimulauit, prædixitque victurum adhuc annos decem. Inde factum vt Tiberius nullius necem præcipitaret, fatoque præuentus fuerit. inde euaſere omnes. Dio lib. 58.

Hamibal.

5 LAQVEO VEXATÆ.] Sic Plinius libr. 7. cap. 44. de Metello. *Ad Tarpeium raptus, vt præcipitaretur, conuolante quidem tam numeroſa illa cohorte, quæ patrem eum appellabat, ſed vt neceſſe erat in ſubito, tarde & tanquam in exequias, cum reſiſtendi ſacroque ſanctum repellendi ius non eſſet, virtutis ſuæ opera, & Cenſuræ periturus, ægre Tribuno qui intercederet reperto, a limine ipſo mortis reuocatus, alieno beneficio poſtea vixit, bonis etiam inde conſecratis, a damnatu ſuo, tãquam parum eſſet, faucium certe intortarum, expreſſique per aures ſanguinis, pœnam exactam eſſe.*

6 DVO BLÆSII.] Forte legendum, *duo Blæſi*, qui filij Blæſi erant; Blæſi, inquam, illius, de Tacfarinate triumphatoris, qui Seiano auunculus fuit. Et hi, vt Seiano cognati, mortem voluntariam ſibi dederunt, quia neceſſariam, & inuitam expectarent. Ideo ſcribo apud Senecam in declam. 6. l. 9. *Concitatiſſima eſt rabies in deſperatione, & morte vltima*

Duo Blæſi.

in

in furorem animus impellitur. Quædam feræ ipſa tela commordent, & in mortis authorem per vulnera ruunt. Gladiator quem armatus fugerat, nudus inſequitur, & præcipitati, non quod impulit tantum trahunt, ſed quod occurrit. Naturali quodam deploratæ mortis affectu morientibus gratiſſimum eſt commori. Noto autem obiter *vltimam mortem* intelligi, vbi quis vitam cum morte commutat. Et *vltimam* dici ad differentiam mortis ciuilis, & deportationis vbi vita manet.

Tacitus explicatus.

7 CONVVLSA DISTVLERAT.] Tenebricoſa oratio, & nebuloſa. Lego. *Blæſio ſacerdotia integra eorum domo, deſtinata conuulſa ex diſtulerat. At tunc vt vacua*, &c. Id eſt, integra domo Blæſiorum, neque Seiani fato perculſa ſacerdotia illa, quæ eis deſtinata erant, diſtulerat: ea conuulſa & poſt conuulſionem, dare diſtulerat. At tunc vt vacua ſacerdotia contulit in alios, pro, aliis contulit.

8 ÆMILIA LEPIDA.] Ea non eſt, quæ Quirino nupta, poſtea repudiata, & de adulterio, & ſuppoſito partu, & de venerio æſtu, & de Chaldæorum inquiſitione in domum Cæſaris, tandem aqua & igne interdictione damnata eſt. heic enim vocat eam *inteſtabilem*, & *impunitam*. Hæc eſt quæ Druſo Germanici filio nupſit, oportuitque reſtitutam famæ. Sed ſi ita eſt, quomodo Tacitus poſt reſtitutionem *inteſtabilem* vocat, & *impunitam*? Ad eam puto ſpectat illa vetus inſcriptio.

Æmilia Lepida nupta Druſo Germanici filio.

Poſt damnationem.

Inteſtabilis vocata.

PVDENS. M. LEPIDI. L. F. GRAMMATICVS.
PROCVRATOR. ERAM. LEPIDÆ.
MORESQVE. REGEBAM.
DVM. VIXI. MANSIT. CÆSARIS.
ILLA. NVRVS.
PHILOLOGVS. DISCIPVLVS.

Duxerat illa filium Germanici Druſum, qui Germanicus erat filius Tiberij. Ideo nurum vocat Cæſaris.

Per idem tempus [1] Clitarum natio Cappadociæ, Archelao ſubiecta, quia noſtrum in modum deferre cenſus, pati tributa adigebatur, in iuga Tauri montis abſceſſit: locorumque ingenio ſeſe contra imbelles regis copias tutabatur: donec M. Trebellius legatus, a Vitellio præſide Syriæ cum quatuor millibus legionariorum, & delectis auxiliis miſſus, duos * collis, quos barbari inſederant, minori Cadra, alteri Dauara nomen eſt, operibus circumdedit, & [2] erumpere auſos ferro, cæteros ſiti ad deditionem coegit. At Tiridates volentibus Parthis [3] Nicephorium & Anthemuſiada, cæteraſque vrbes, quæ Macedonibus ſitæ, Græca vocabula vſurpant, Halumque & Artemitam Parthica oppida recepit, certantibus gaudio, qui Artabanum Scythas inter eductum ob ſæuitiam execrati, come Tiridatis ingenium Romanas per artes ſperabant. Plurimum adulationis [4] Seleucenſes induere, ciuitas potens, ſepta muris, neque [5] in barbarum corrupta, ſed conditoris Seleuci retinens. Trecenti opibus, aut ſapientia delecti, * vt ſenatus. [6] ſua populo vis. & quoties concordes agunt, ſpernitur Parthus: vbi diſſenſere, [7] dum ſibi quiſque contra æmulos ſubſidium vocant, accitus in partem, aduerſum omnes valeſcit. Id nuper acciderat Artabano regnante, qui plebem primoribus tradidit ex ſuo vſu. nam populi imperium, iuxta libertatem, paucorum dominatio, regiæ libidini propior eſt. Tum aduentantem Tiridaten extollunt, veterum regum honoribus & quos recens ætas largius inuenit: ſimul probra in Artabanum fundebant, materna origine Arſaciden, cætera degenerem. Tiridates rem Seleucenſem populo permittit. mox conſultans quo iam die ſolennia regni capeſſeret, litteras Phrahatis & Hieronis, qui validiſſimas præfecturas obtinebant accipit, breuem morem precantium. Placitumque operiri viros * præpollentis.

colleis,

vt ſenatui, & populo eſſet: quia quoties concordes agunt,

præpollen-

Inter ſæuos Scythas barbaries addiſcitur, inter Romanos comitas.

Paucorũ imperium, libertas; paucorum dominatio, libido.

1 CLITARVM.] Tacitus infra. *Nec multo poſt agreſtium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum, ſæpe & alias commota.* Si natio Cilicum, ſunt Clitæ, natio Cappadociæ eſſe non poteſt. Recte ergo legitur, *Cappadoci Archelao.* Et confirmat Tacitus 14. *Tigranes a Nerone ad capeſſendum imperium dilectus Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepos.*

natio Ci-

2 ERVMPERE AVSOS.] Ita interpungo hæc verba. *Et erumpere auſos, ferro, cæteros ſiti ad deditionem coegit.*

Correctio Taciti.

3 NICEPHORIVM ET ANTHEMVSIADA.] *Iungitur*, ait Plinius lib. 5. cap. 24. *Præfectura Meſopotamiæ originem a Syris trahens, in qua*

Anthemuſio, & Nicephorum oppida.

Seleucia Parthorum. 4 SELEVCENSES.] Loquitur de Seleucia Parthorum, quæ ad Tigtim. Nam aliæ remotiores a Parthico dominatu, vt Antiochena, & Trachiotis, aliæque quæ ad Belum amnem. Ponit autem illam ad Tigrim Ptolomæus, & Plinius lib. 5. cap. 25. Niſibis autem dicebatur. De qua Dio 35. *Caſtris inde motis Niſibim profectus eſt.* loquitur de Lucullo. *Vrbs ea*, inquit, *in Meſopotamia (ita omnis quæ Tigrim & Euphratem fluuios regio interiacet appellatur) condita.* Mox addit. *Eam vrbem haud ſegniter oppugnabat Lucullus vbi per totam æſtatem fruſtra tentauit. Erat enim duplici muro eoque latericio cincta magnæ craſsitiei, foſſaque magnæ altitudinis, vt neque concuti murus neque ſubrui poſſet.* In ea multi Græci ſunt, & in qua dixit Craſſus ſe reſpõſurum legatis Orodis. Sed quidam ex Parthis ſiniſtram manum dextræ digitis percutiens: *Ante*, inquit, *hinc pili naſcentur quam tu Seleuciam peruenias.*

5. IN BARBARVM.] Vſitatiſſima vox authori noſtro. Sic hiſtor. 5. *Accolas Iudæos aucto in barbarum cognomento* (id eſt, *in barbarum morem*) *Iudæos vocitari.* Putaui aliquando legendum, *in barbariem corrupta. Barbaricum* poſteriores Imperatores vocarunt. *Barbaries.* Barbaricum ſolum, Cod. quæ res export. L. ad barbaricum. Tertullianus de virgin. vel. *Per Græciam, & quaſdam barbarias eius plures, Eccleſiæ virgines ſuas abſcondunt.* Et infra eodem. *Eſt ſub hoc cælo inſtitutum iſtud alicubi, ne qui gentilitati Græcanicæ, aut Barbaricæ conſuetudinem illam aſcribat.* Hodie apud nos Africa vocatur Barbaria: & apud authores, *Barbariæ pars magna iacet*, pro ſolo barbarico. Et ab Horatio.

Græcia Barbariæ lento colliſa duello.

Noto autem Barbaros primum dictos qui dure & aſperiter loquerentur. Sic Cares dicti βαρβαρόφωνοι, id eſt, barbari ſermonis; vt apud Romanos, *Opici. Exiſtimabant* autem *omnes præter Græcos loqui craſsius & abſurdius & durius. Poſtea barbari appellati qui male Græcizabant; vt Cares qui peſsime Græca pronuntiabant; dum Græcis admixti alieno ſtipendio militabant.* Hæc Strabo. Romani etiam dicti olim Græcis Barbari, quia male Græca pronuntiarent; quamuis poſtea Barbaros appellarint qui extra Romam. Plaut. in Moſtell.

Nõ enim hæc pultifagus opifex opera fecit barbarus.

Et *pultifagum* nominat quia pulte veſcerentur. *Pœnulus Pultiphagonides*, id eſt, Latinus & pulte victitans.

6 SVA POPVLO VIS.] Lege audacter: *Summa populo vis.* Et rationem adfert. *Quia quoties concordes agunt, Parthus ſpernitur.* Et adiicit. *Populi imperium penes libertatem.* Sed poſtea Tiridates tem Seleucenſem populo permiſit. *Tacitus correctus.*

7 DVM SIBI.] Puto legi debere: *Dum eum ſibi.* vt ſæpe, *quem*, pro *quæ eum.*

Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

Atque interim [1] Cteſiphon ſedes imperij petita. ſed vbi diem ex die prolatabant, multis coram adprobantibus, [2] Surena [3] patrio more Tiridatem inſigni regio euinxit. Ac ſi ſtatim interiora, cæteraſque nationes petiuiſſet, oppreſſa cunctantium dubitatio, & omnes in vnum cedebant. [4] Adſidendo caſtellum, in quod pecuniam & pellices Artabanus contulerat, dedit ſpatium exuendi pacta. Nam Phrahates & Hiero, & ſi qui alij delectum capiendo diademati diem non concelebrauerant, pars metu, quidam inuidia in Abdageſen, qui tum aula, & nouo rege potiebatur, ad Artabanum vertere. Iſque in Hyrcanis repertus eſt, inluuie obſitus, & alimenta arcu expediens. ac primo tanquam dolus pararetur, [5] tertius, vbi data fides reddendæ dominationi [6] veniſſe, * adleuatur animum, & quæ repentina mutatio exquirit. Tum Hiero pueritiam Tiridatis increpat: neque penes Arſacidem imperium, ſed inane nomen apud imbellem externa mollitia: vim in Abdageſis domo. Senſit vetus regnandi, [7] falſos in amore odia non fingere. nec vltra moratus quam dum Scytharum auxilia conciret, pergit properus, [8] & præueniens inimicorum aſtus, amicorum pœnitentiam: neque exuerat pedorem, vt vulgum miſeratione [9] aduerteret: non fraus, non preces, nihil omiſſum, quo ambiguos inliceret, prompti firmarentur. Iamque multa manu propinqua Seleuciæ aduentabat, cum Tiridates ſimul fama atque ipſo Artabano perculſus, [10] diſtrahi conſiliis, iret contra, an bellum cunctatione tractaret. Quibus prælium & [11] feſtinati caſus placebant, diſiectos & longinquitate itineris feſſos, ne animo quidem ſatis ad obſequium coaluiſſe diſſerunt, proditores nuper hoſteſque eius, quem rurſum foueant. Verum Abdageſes

** adleuat tūc animum,*

Falſus in amore, in odiis apertus.

Præuenienda amicorū pœnitentia & inimicorum aſtutia.

geſes regrediendum in Meſopotamiam cenſebat, vt amne obiecto Armeniis interim [12] Elymæiſque & cæteris a tergo excitis, aucti copiis ſocialibus, & quas dux Romanus miſiſſet, fortunam tentarent. Ea ſententia valuit, quia plurima auctoritas penes Abdageſen, & Tiridates ignarus ad pericula erat. ſed fugæ ſpecie diſceſſum, ac principio a gente Arabũ facto, cæteri domos abeũt, vel in caſtra Artabani: donec Tiridates cum paucis in Syriã reuectus, [13] pudore proditionis omnes exoluit.

Rex ad pericula ignarus non pugnat.

1 CTESIPHON.] *Iungitur Calonitis cum Cteſiphonte, non palmetis modo, verum & olea, pomiſque & aliis arbuſtis nobilibus.* Plinius lib. 6. cap. 27.

2 SVRENA.] Surenas Parthorum eſſe magiſtratus magnæ dignitatis nemo ambigit, quippe qui a rege proximum locum tenerent. quod Amm. Marcellinus docet his verbis lib. 24. *Surena poſt regem promeritæ dignitatis.* Et alibi vocat *dignitatis ſecundæ poſt regem.* Et a Surena caput Craſſi ad Hyrodem Parthorum regem tranſmiſſum eſt. quem Strabo vocat Parthorum imperatorem. Et de quo Plutarchus abunde in Craſſo. Et certe non vulgare decus, nouo regi diadema imponere: Apud Francos Rhemenſis Archiepiſcopi munus eſt. quod maxime honorificum & a multo æuo ſeruatum, & ſacerdotibus Dei datum: vt ſcias quanti veteres Franci fecerint Sacerdotes Chriſtianos. Nondum enim Lutherani, nondum Caluiniſtæ omnium bonorum rerum euerſores. Quin Agathias 1. & 2. libro ait, *Francos Chriſtianos & Ortodoxos ſacerdotes reuereri.* Et recte ille. *Qui deum colit, colit & Sacerdotes.* dixi iam.

3 PATRIO MORE EVINXIT.] Male is qui, *cinxit.* Nam ex vſu Taciti, *euinxit.* Quippe lib. 11. Annal. *Claudium ſpicea corona euinctum.* Et lib. 15. *Diademate caput Tiridatis euinxit.*

4 ADSIDENDO.] Forte legendum: *At obſidendo caſtellum.*

5 TERRITVS.] *Territus eſt.* Sic ſæpe in manuſcriptis.

6 VENISSE, ADLEVATVR ANIMVM.] Scribe, *adleuat tum animum.*

7 FALSOS IN AMORE, ODIA NON FINGERE.] Id eſt, Phraatem & Hieronem, qui in amore ſibi, vt principibus debito, falſi fuerant, odia non fingere, veraque narrare de odio concepto in Abdageſem. Nam odium amore multo potentius, cuius aculei pungunt grauiter & erumpunt atrociter. Tamen ab amore fictiones ablegat poeta.

Hei mihi difficile eſt imitari gaudia falſa:
Difficile eſt triſti fingere mente iocum.
Nec bene mendaci riſus componitur ore:
Nec bene ſollicitis ebria verba ſonant.

8 ET PRÆVENIENS.] Illud & non placet.

9 ADVERTERET.] Pro, *ad ſe verteret.*

10 DISTRAHI.] Lego, *diſtrahitur conſiliis.* Sic Virgilius.

—— animum nunc huc, nunc diuidit illuc.

11 FESTINATI CASVS.] Quibus prælium, & feſtinationis caſus placebat.

12 ELYMÆISQVE.] *Infra Eulæum*, ait Plinius lib. 6. cap. 27. *Elymæus eſt in ora iuncta Perſidi: infeſtantur a ſerpentibus, quos flumina deportant.* Elymæos latrones memorat Strabo lib. 15.

Elymæi.

13 PVDORE PRODITIONIS.] Quid ſi *pauore?* nam pauor eſt, & metus, non pudor: Tiridati pauor erat ne traderetur a ſuis: Ideo omnes exſoluit ſacramento, reuerſus in Syriam ad Vitellium. Non nego tamen aliquid in proditione eſſe pudoris, & ſuffundi vultum, ſi quis ſe proditum ſpectet. Vt aliquando proditoribus. Sed hoc hominum genus raro frontem habet: aut ſi habet, ferream habet, & cor plumbeum, vt de Ænobarbo dicebat Craſſus. Suet. in Nerone. Sed ne muta excuſam lectionem. Sic enim, *pudore proditionis ne alios exoluerent*, ſcripſit Tacitus libro 4. hiſt. vt in geminata ſcriptura agnoſcas Taciti manum.

Proditio habet pudorem.

Idem annus [1] graui igne vrbem adficit, deuſta parte Circi, quæ Auentino contigua, ipſoque Auentino. quod damnum Cæſar ad gloriam vertit, exolutis domuum & inſularum pretiis. Millies ſeſtertium [2] ea munificentia conlocatum, tanto acceptius in vulgum, quanto modicus priuatis ædificationibus. Ne publice quidem niſi duo opera ſtruxit, templum Auguſto, & ſcenam Pompeiani theatri, eaque perfecta [3] contemptu ambitionis, * an per ſenectutem haud dedicauit, ſed æſtimando cuiuſque detrimento quatuor progeneri Cæſaris, Gn. Domitius, Caſſius Longinus, M. Vinicius, Rubellius Blandus delecti, addituſque nominatione conſulum P. Petronius. Et pro ingenio cuiuſque quæſiti decretique in principem honores. Quos omiſerit receperitve in incerto fuit, ob propinquum vitæ finem. Neque enim multo poſt ſupremi Tiberio conſules, Gn. Acerronius, C. Pontius

per ſenectutem haud

Macro pudicitia vxoris emit Caii Cæſaris Caligulæ beneuolentiam.

Impudica mulier nihil abnuit dum voti compos fiat.

Caligula a Tiberio falſa ſimulationũ diccrat.

magiſtratum occepere, nimia iam potentia Macronis: qui gratiam C. Cæſaris nunquam ſibi neglectam, acrius in dies fouebat: impuleratque poſt mortem Claudiæ, quam nuptam ei rettuli,[4] vxorem ſuam Enniam immittẽdo, * amore iuuenem inlicere, pactoque matrimonij * vincire, nihil abnuentem [5] dum dominationis apiſceretur. Nam & ſi [6] commotus ingenio, ſimulationum tamen falſa in ſinu [7] aui perdidicerat. Gnarum hoc principi. eoque dubitauit de tradenda Rep. primum inter nepotes, quorum Druſo genitus, ſanguine & charitate propior, ſed nondum pubertatem ingreſſus. Germanici filio robur iuuentæ, vulgi ſtudia. eaque apud auum odij cauſa. Etiam de Claudio agitanti, quod is compoſita ætate bonarum artium cupiens erat,[8] imminuta mens eius obſtitit. Sin extra domum ſucceſſor quæreretur, ne memoria Auguſti, ne nomen Cæſarum in ludibria & contumelias [9] verteret, metuebat. quippe illi non perinde curæ, gratia præſentium, quam in poſteros ambitio. Mox incertus animi, feſſo corpore, conſilium cui impar erat fato permiſit, iactis tamen vocibus, per quas intelligeretur prouidus futurorum. Namque Macroni non abdita ambage, Occidentem ab eo deſeri, Orientem ſpectari exprobrauit. Et C. Cæſari forte orto ſermone L. Sullam inridenti, omnia Sullæ vitia, & nullam eiuſdem virtutem habiturum prædixit: ſimul crebris cum lachrymis [10] minorem ex nepotibus complexus, truci alterius vultu: *Occides hunc tu*, inquit, *& te alius*. Sed graueſcente valetudine nihil a libidinibus omittebat, in patientia firmitudinem ſimulans: ſolituſque eludere medicorũ artes, atque eos qui poſt triceſimũ ætatis annum ad internoſcenda corpori ſuo vtilia vel noxia, alieni conſilij indigerent.

* iuuenem vt inliceret.

* vinciret.

Aulicus Occidentem deſerit, vt Orientem ſpectet & adoret.

Caligula omnia Sullæ vitia, nullã eius virtutem habuit.

1 Gravi igne.] Tacitus de incendio ſcribit. De inundatione Tiberis, conticet.

Tacitus correctus.

2 Ea mvnificentia.] Lege, *ea in magnificentia*. nam illud *in* in littera *m* verbi *magnificentia* Et ſic ſæpe in Manuſcriptis.

3 Contemptv ambitionis, an per senectvtem?] Lege interrogando. nam alioqui putus eſt locus.

Ennia Næuia. Vxor Macronis Præfecti prætorio. Ad ſtuprum ſollicitata. Caligula matrimonium promittit. Licet vterque in matrimonio.

4 Vxorem svam Enniam.] Ennia eſt vxor Macronis, de qua Suetonius in Calig. ca. 12. *Amiſſa Iunia ex partu, Enniam Næuiam Macronis vxorem, qui tum prætorianis cohortibus præerat, ſollicitauit ad ſtuprum, pollicitus & matrimonium ſuum, ſi potitus fuiſſet Imperio. Deque ea re, & iureiurando, & chirographo cauit.* Vbi lego, non, *Enniam Næuiam*, ſed, *Enniam Næuiani Macronis vxorem*. Macro enim dictus Næuianus quod pater eius Næuius Macro diceretur. Et ita vocatur a Dione, qui etiam vocat *Enniam Traſillam* li. 58. non *Næuiam*, vt errorem notes. Legitur *Maro*, apud Senecam, pro *Macro*. Sed ſufficit iam dixiſſe. Cæterũ Philo Iudæus Caij impudicitiam cum Ennia proſequitur potenter, & eloquenter. nam iudicium boni viri eſt vitia acerbiſſimis verbis inſectari, cum ferro non poſſint & legibus.

5 Dvm dominationis apisceretvr.] Vera lectio, *dum dominationis ius apiſceretur*. Incluſum erat verbum *ius* in fine verbi *dominationis*.

6 Commotvs] Sic Tacitus ſupra lib. 1. de barbaris. *Rebus commotus potior*. Fuiſſe autem commotum, docet Sueton. vbi de eius eloquentia; *Ex diſciplinis liberalibus, minimum eruditioni, plurimum eloquentiæ attendit, quamtamen imminuit is facundus, ſed promptus.*

7 Avi.] Tiberij videlicet, qui adoptione Germanicum, Caligulæ patrem, ſibi filium adſciuit. Itaque auus Tiberius Caligulæ, quo verſutior & ſimulatior nemo vnquam fuit: & in eius ſchola Caligula edoctus. Et tunc vocabatur C. Cæſar Germanici filius. Nam in veteri inſcriptione. Primvs. C. Cæsaris. Germanici. F. cvbicvlarivs. vixit. a. xxxv.

8 Imminvta mens.] Addo verbum litteris interclusum, nec animaduerſum. *Imminuta tamen mens eius obſtitit.* Sic enim ſcriptum, *Imminu*ta mens. Sic *imminuere patrimonium*, apud Iuriſconſultos, L. 15. §. 1. de Iudiciis. Et *imminuere dotem*, L. 14. de impenſ. in res dot. fact. D.

Additum verbum Tacito.

9 Verteret.] *Verteretur, metuebat*. Ita lego fidenter.

10 Minorem ex nepotibvs.] Tiberiolum innuit, de quo Philo de leg. ad Caium, ait: Suum patruelem & Imperij coheredem, & propiorem Tiberij ſucceſſorem, quod hic natura, ipſe adoptione nepos eſſet, occidit: cauſatus ab eo ſe petitum inſidiis. Quod crimen, ne huius ætati quidem competebat: vix enim primã adoleſcentiam miſellus attigerat.

Interim

Interim Romæ futuris etiam poſt Tiberium cædibus ſemina iaciebantur. [1] Lælius Balbus Acutiam [2] P. Vitellij quondam vxorem maieſtatis poſtulauerat: qua damnata, cum præmium accuſatori decerneretur, Iunius Otho tribunus plebei interceſſit. vnde illis odia, mox Othoni exilium. Dein multorum amoribus famoſa [3] Albucilla, cui matrimonium cum Satrio Secundo coniurationis indice fuerat, defertur impietatis in principem. connectebantur vt conſcij & adulteri eius, Gn. Domitius, Vibius Marſus, L. Arruntius. de claritudine Domitij ſupra memoraui. Marſus quoque vetuſtis honoribus, & inluſtris ſtudiis erat. Sed teſtium interrogationi, tormentis ſeruorum Macronem præſediſſe commentarij ad ſenatum miſſi ferebant: nullæque in eos imperatoris litteræ ſuſpicionem dabant, inualido ac fortaſſe ignaro, ficta pleraque ob inimicitias Macronis notas in Arruntium. Igitur Domitius defenſionem meditans, Marſus tanquam inediam deſtinauiſſet, produxere vitam. Arruntius cunctationem & moras ſuadentibus amicis: *non eadem omnibus decora* reſpondit, *ſibi ſatis ætatis: neque aliud pœnitendum quam quod inter ludibria &* [4] *pericula anxiam ſenectam tolerauiſſet, diu Seiano, nunc Macroni, ſemper alicui potentium inuiſus, non culpa, ſed vt flagitiorum impatiens. Sane paucos & ſupremos principis dies poſſe vitari, quemadmodum euaſurum imminentis iuuentam? An cum Tiberius poſt tantam rerum experientiam vi dominationis conuulſus & mutatus ſit,* [5] *C. Cæſarem vix finita pueritia, ignarum omnium, aut peſſimis innutritum, meliora capeſſiturum Macrone duce? qui vt deterior ad opprimendum Seianum delectus, plura per ſcelera Remp. conflictauiſſet: proſpectare iam ſe acrius ſeruitium, eoque* [6] *fugere ſimul acta & inſtantia.* Hæc vatis in modum dictitans, venas reſoluit. Documento ſequentia erunt, bene Arruntium morte vſum. [7] Albucilla inrito ictu a ſemet vulnerata, iuſſu ſenatus in carcerem fertur. Stuprorum eius miniſtri, Graſidius Sacerdos prætorius vt in inſulam deportaretur, Pontius Fregellanus amitteret ordinem ſenatorium: & eædem pœnæ in Lælium Balbum decernuntur. id quidem a lætantibus, quia Balbus truci eloquentia habebatur promptus aduerſum inſontes. Iiſdem diebus Sex. Papinius conſulari familia repentinum & informem exitum delegit, [8] iacto in præceps corpore. [9] cauſa ad matrem referebatur, quæ pridem repudiata, adſentationibus atque luxu perpuliſſet iuuenem ad ea, quorum effugium non niſi morte inueniret. Igitur accuſata in ſenatu, quanquam [10] genua patrum aduolueretur, [11] luctumque communem, & magis imbecillum tali ſuper caſu fœminarum animum aliaque in eundem dolorem mœſta & miſeranda [12] diu ferret, vrbe tamen in decem annos prohibita eſt, donec [13] minor filius lubricum iuuentæ exiret.

L. Arruntij ſenis vitæ tædiũ ludibriis & periculis obnoxium.

Qualis doctor, talis diſcipulus.

Arruntius bene de Caio vaticinatus.

Mater inceſtuoſa vrbe eiicitur.

1 LÆLIVS BALBVS.] An filius Lælij Balbi, qui Conſul ſub Auguſto cum Antiſtio vetere? nam patrem fuiſſe, non ipſum, facile eſt agnoſcere, cum Tacitus, nullo Conſularis honore dignetur. Sed quiſquis hic fuit, atrocioris ſententiæ author fuit, & vt alter Cotta Meſſalinus, *promptus aduerſus inſontes.* Tacitus infra. *Dedit malum, & accepit.*

2 P. VITELII.] Germanici comitis, qui reum peregit Piſonem de morte Germanici.

3 ALBVCILLA.] Ex Albutiorum familia quæ Romæ fuit, vt Albiorum & Albinorum & Albinouanorum. Et omnes ab *albo* colore: vnde verſus in Albinum.

Optimus eſt Fuſcus, bonus Afer, peſſimus Albus.

Spartianus in Nigro. At Cicero meminit T. Albutij, in Verrē, & de Prouinciis Conſularib. *T Albutio hunc ordinem ſupplicationem denegaſſe.* Et in Piſonem. *Albutius Epicureus cum in Sardinia ſine Senatus authoritate triumphaſſet, Romæ eſt damnatus.* Nam triumphi ſine authoritate Senatus non decernebātur. Imo & ex authoritate populi & iudicio militum. Plin. 15. Nat. hiſt. loquens de Papirio Maſone. *Triumpho in Senatu non impetrato, in Albano monte triumphauit.* Quod reſpondet Albutij triumpho. Lucillius de Albutiis.

Græcum te Albuti quam Romanū atque Sabinum
Municipem Ponti, Titi, Anni Centurionum
Præclarorum hominum ac primorum ſigniferumque
Maluiſti dici.
Hinc hoſtis Muti Albutius, hinc inimicus.

Id eſt Mutij Scæuolæ.

4 PERICVLA ANXIAM.] Manuſcriptus Florentinus habet *periculaia anxiam.* Itaque puto legendum, & ſcribendum. *Per pericula varia anxiam ſenectutem tolerans.* Et nihil miſerius egeno ſene, dicebat Cynicus Diogenes.

5 C. CÆSAREM.] *Fruſtra moritur Nero, ſi Otho viuit.* Tacit. in hiſtor. fruſtra Tiberius ſi Caius ſuccedit. Nam ſucceſſor anteceſſore peior. Noto autem aliquando Auguſtos a Tacito nominari, *Cæſares*, vt lib. 12. *Apud effigiem Cæſaris procubuit.* Et eodem. *Litteraſque ad Cæſarē in hūc modū miſit.* Sed poſtea vere vocari Cæſares qui imperio deſtinarentur. quod tetigi ſupra lib. 1. Hoc autem docet Capitol. in Albino ex Commodi litteris ad Albinum. *Do tibi facultatem, ſi neceſſitas fuerit, ad milites prodeas, & tibi Cæſareum nomen aſſumas.* Hi autē Cæſares vtebātur purpura, ſed ſine auro: quod idē docet eodem & his verbis. *Sane vt tibi inſigne aliquod imperialis maieſtatis accedat, habebis vtendi coccinei pallij facultatem me præſente, & ad me & cum mecum fueris, habiturus & purpuram, ſed ſine auro. Quia & ita proauus meus Verus, qui puer vita functus eſt, ab Adriano qui eum adoptauit accepit.* Vbi mendum eſt. nam ſi proauus quo modo puer mortuus? Quippe puer non generat. Lege *prudenter.* Nam prudenter vita functus eſt: & prudentia in danda purpura. Spartianus in Cyriade. *Cæſarianum nomen accepit. Atque inde vocatus Auguſtus.*

6 FVGERE.] Recte, & ex animo hominis vere Romani. nam ex Sophoclis Schol.

Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι.
Viuere turpiter turpe iis qui claris natalibus orti ſunt.

Quod Arruntius ſua cæde ſignauit.

7 ALBVCILLA INRITO ICTV A SEMET VVLNERATA.] Gladium ergo habuit. Sic ſcribit noſter. Et interdum ille gladius pugio, quem occultum geſtabant, vt ſe interficerent. Vt de Publia Priſca Dio 58. quæ in curiam venit, & ſe interemit. Sane Romanæ gladiolos cingulis pendentes geſtauere. vt mulieres noſtræ. Tertullianus de hab. mulier. *Latent in cingulis ſmaragdi, & cylindros vaginæ ſuæ, ſolus gladius ſub ſinu nouit. Et in peronibus vniones emergere de luto cupiunt.* Ergo vaginæ gladiorum cingulo pendentes, & ad formam cylindri formatæ, id eſt, oblongæ & rotundæ, & velut paruulæ columnæ; Cylindri enim, vti columellæ, rotundi toti, & politi: vt ſub temporibus Caroli Sexti habuere Franci. Plautus vocat hanc zonam *ſubcingulum*, in Menæchmis.

Mulieres Romanæ gladiolos geſtabant in cingulis.

Meo quidem animo ab Hippolyta ſubcingulum
Hercules haud æque magno vnquam abſtulit
periculo.

Et vocat *ſubcingulum*, quia ſub veſte lateret. Potuere tamen veſte abſcondere pugiones. Apuleius autem talem morem deſcribit li. 8. *Ferro, inquit, ſub papillam dexteram transacto, corruit, & in ſuo peruoluta ſanguine, poſtremo balbutiens, incerto ſermone, perſlauit animam virilem.*

8 IACTO IN PRÆCEPS CORPORE.] Vide quid patret facinus, quam immane ſit, cum hominem agat præcipitem, & ruentem in fata. Et apud Plinium, etiam animalia ratione carentia hoc ſenſere ſcelus. Scribit enim lib. 8. cap. 42. *Equum detracto operimento oculorum, cum matrem inceſſaſſet, & ſcelus agnouiſſet, in prærupta montium fugiſſe, ibique ſe dediſſe præcipitem.* nam vt ait D. Auguſtinus ſerm. de Abſalon; *Beſtiæ pietatis iura conſeruant, & quibus denegat rationem, non denegat pietatem. Equa quoque* (ait idem Plinius) *in Rheatino agro, prorigam ea cauſa lacerauit.* Vbi lego *prurigam*, quia prurigi- *Pruriga.* nem excitent in animalibus. Scio tamen Senecam 3. de Ira, vſum verbo *proritare leones*; *Proritare.* ſed loquitur de iis qui ad iras leones excitant: & *proritare*, eſt *pronos ad iram facere*; *prurigare* *Pruritare.* vero, *in pruritum agere.*

9 CAVSA AD MATREM REFEREBATVR.] Tamen iſtud facinus in matre facile credi non debet: Quippe iura naturæ nonniſi magnis ſceleribus rumpuntur. De inceſtuoſa autem matre, qualis fuit Semiramis, ita Catull. in Nupt. Pel. & Thet.

Inceſtus in matre non credendus.

Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato;
Impia non verita eſt diuos ſcelerare Penates,
Omnia fanda infanda malo permiſta furore.

Idem Catullus de eodem ſcelere.

Quid facit is, Gelli, qui cum matre atque ſorore
Prurit, & abiectis peruigilat tunicis?
Quid facit is patruum qui non ſinit eſſe maritum,
Ecquid ſcis quantum ſuſcipiat ſceleris?
Suſcipit, o Gelli, quantum non vltima Tethys,
Non genitor Nympharum abluat Oceanus.
Nam nihil eſt quidquā ſceleris quod prodeat vltra,
Non ſi demiſſo ſe ipſe voret capite.

Quantum ſcelus inceſtus.

Notum eſt quod de Periandro ſcribit Diogenes Laertius, matrem, eius amore feruentem, ſolitam cum eo congredi non inuito, ſed beneuolente.

10 GENVA PATRVM ADVOLVERETVR.] Pro, *ad genua.* ſic ſupra dixit: *Ambulantiſque Tiberij genua aduolueretur.* Et vbi verbum ſequitur quod habeat *ad*, vt, *aduolueretur*; non præcedit. ſic tamen apud Tacitum quis legit aliquando, *in hoſtem inuaderent.* Lego, *vi hoſtem inuaderent.* dixi iam.

11 LVCTVMQVE.] *Lectum* placet: Quippe communem lectum cum filio; & imbecillum animum mulierum in hoc caſu prætendebat.

12 DIV FERRET.] Lego, *dictu ferret*; nec *Taciti correctio.*
hæreo,

hæreo, ſed pede in vno ſtans, iſtum nodum ſcindo.

13 MINOR FILIVS.] Qui forſan eſt ille Sextus Papinius, cuius pater Conſularis fuit, quique animi cauſa, a Caligula flagellis cæſus eſt. Seneca de Ira cap. 18. *Sextus Papinius.*

Iam Tiberium corpus, iam vires, nondum diſſimulatio deſerebat. Idem animi rigor ſermone ac vultu intentus, quæſita interdum comitate quamuis manifeſtam defectionem tegebat. mutatiſque ſæpius locis, tandem apud [1] promontorium Miſeni conſedit in villa, cui L. Lucullus quondam dominus. illic eum adpropinquare ſupremis tali modo compertum. Erat medicus arte inſignis nomine Charicles, non quidem regere valetudines principis ſolitus, conſilij tamen copiam præbere. Is velut propria ad negotia digrediens, & per ſpeciem officij manum complexus [2] pulſum venarum attigit: neque fefellit. Nam Tiberius incertum an offenſus tantoque magis iram premens, inſtaurari epulas iubet diſcumbitque vltra ſolitum, quaſi honori abeuntis amici tribueret. Charicles tamen labi ſpiritum, nec vltra biduum duraturum Macroni firmauit. Inde cuncta conloquiis inter præſentes, nuntiis apud legatos & exercitus feſtinabantur. Decimo ſeptimo Kalend. Aprilis [3] interclusa anima creditus eſt mortalitatem expleuiſſe. Et multo gratantum concurſu, ad capienda imperij primordia C. Cæſar egrediebatur, cum repente adfertur redire Tiberio vocem ac viſus, vocarique qui recreandæ defectioni cibum adferrent. Pauor hinc in omnes, & cæteri paſſim diſpergi, ſe quiſque mœſtum aut neſcium fingere. Cæſar in ſilentium fixus a ſumma ſpe, nouiſſima expectabat. [4] Macro intrepidus, [5] opprimi ſenem iniectu multæ veſtis iubet, diſcedique ab limine. Sic Tiberius finiuit, octauo & ſeptuageſimo ætatis anno. Pater ei Nero, & vtrinque origo gentis Claudiæ, quanquam mater in Liuiam & mox in Iuliam familiam adoptionibus tranſierit. caſus prima ab infantia ancipites. nam proſcriptum patrem exul ſecutus, vbi domum Augusti priuignus introiit, multis æmulis conflictatus eſt, dum Marcellus & Agrippa, mox Caius Luciuſque Cæſares, viguere. Etiam frater eius Druſus proſperiore ciuium amore erat. Sed maxime in lubrico egit accepta in matrimonium Iulia, impudicitiam vxoris [6] tolerans aut declinans. Dein Rhodo regreſſus, vacuos principis penates duodecim annis, mox rei Romanæ arbitrium tribus ferme & viginti obtinuit. Morum quoque tempora illi diuerſa: egregium vita, famaque, quod priuatus, vel in imperiis ſub Auguſto fuit: occultum ac ſubdolum fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Druſus ſuperfuere. Idem inter bona malaque mixtus incolumi matre: inteſtabilis ſæuitia, ſed obtectis libidinibus, dum Seianum dilexit, timuitve. Poſtremo in ſcelera ſimul ac dedecora prorupit, poſtquam remoto pudore & metu, ſuo tantum ingenio vtebatur.

Medicus intra biduum Tiberiũ moriturum prædicit. Idque ex venarum pulſu.

Iactu multæ veſtis Tiberius oppreſſus.

1 PROMONTORIVM MISENI CONSEDIT.] De quo Poeta 6. Æn. *Miſeni promõtorium.*

At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum
Impoſuit, ſuaque arma viro, remumque tubamque
Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per ſæcula nomen.

Et Sueton. in villa Luculliana obiiſſe narrat octauo & ſeptuageſimo ætatis anno, tertio & vigeſimo imperij, ſeptimo & decimo Kalendas Aprilis, Cn. Acerronio Proculo, C. Portio Nigro Coſſ. 73. in Tiberio.

2 PVLSVM VENARVM.] Olim, vti hodie, explorabãt ægrotorum vires & morborum acumina per contactum & tentatos pulſus. *Exploratio morbi per pulſum venarum.*

Apuleius de morbo vulgari loquitur. nam ſic Apuleius 4. Florid. *Ibi iuxtim* (pro *iuxta eum*) *conſedit, manum hominis prehendit* (loquitur de medico) *eum pertractat, venarum pulſum & momenta captat, ſi quid illic turbatum atque inconditum offendit, illi renunciat, male morbo haberi: Diues ille cibo interdicitur. Ea die in ſua ſibi copioſa domo panem non accipit, cum interea totum eius ſeruitium bilares ſunt* (lego, *hilareſcunt*) *atque epulantur.* Et nota heic Apuleium more vulgari loquutum, vt medicus ille Gellij a Tauro reprehenſus, qui dixerat. *Si attigeris venam ipſius.* Nam *venæ non mouentur, quæ ſunt conceptacula mixti ſanguinis cum ſpiritu naturali,* ait Gellius 18. cap. 10. *Arteriæ vero motum & pulſum habent.* Ideo Plinius cap. 37. lib. 11. vocat arterias *ſemitas ſpiritus*, quod per illas in corpus omne diffundantur. Correctius multo idem *Pulſus arteriarum deſcriptus.* Plinius lib. 11. c. 37. his verbis. *Arteriarum pulſus in cacumine maxime membrorum euidens. Index ferme morborum in modulos certos legeſque metricas per ætates ſtabilis, aut citatus, aut tardus. Deſcriptus ab Hierophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter ſubtilitatem deſertus. Obſeruatio tamen crebri & languidi ictus gubernacula vitæ temperat.* Aitque *vt in mari per marginum extremitates, indicantur vndoſi aut humiles fluctus: ita in corpore humano ex arteriarum extremis, aut febris acuta, aut humilis dignoſcitur.* Ouidius in eundem lapidem impegit dum ſcribit Metamorph.

-- ſaliunt tentatæ pollice venæ. Tamen Celſus ita lib. 2. ca. 6. *Venis credimus, fallaciſſimæ rei, quia ſæpe leuiores celerioreſque ſunt & ætate & ſexu & corporum natura.* Sed hæc impropria loquutio tantos habet imitatores vt nihil ſit quod queramur. Et certe priſci duplices venas memorauere. ἄσφυκτοι, quæ nullo motu ſanguinem diſtribuunt: aliæ σφύζουσαι pulſatiles vocitantur: arterias nominamus.

3 INTERCLVSA ANIMA.] Id eſt, ſpiritu intercluſo. nam ſic addit. *Adfertur redire Tiberio vocem ac viſus.* Sic ille tyrannus P. R. oppreſſus, & poſt eum Caligula & Nero.

4 MACRO.] Iam dixi de Macrone. Sed quiſquis eius mores quæſierit, Philo præſto eſt, qui tabellam profert libro in Flaccum, vbi non ad nequitiam factum narrat, ſed ad vmbras quaſdam virtutis: quippe ſeuerus corrector morum Caligulæ. Sed puto Romanis magis agnitum, quam extraneis. *Macro excuſatus a Philone.*

5 OPPRIMI SENEM INIECTV MVLTÆ VESTIS IVBET.] *Sic Romæ vt in pagis & villis homines, etiam imperatores moriuntur,* vt dicebat Hormiſda apud Ammianum lib. 16. Prudentius in pugna Auaritiæ, de ſimili letho. —— *faucibus arctis*

Extorquens animam, nullo quæ vulnere rapta
Palpitat, atque aditu ſpiraminis intercepto
Incluſam patitur venarum carcere mortem.

In Concilio Moguntino Can. 6. eſt ſimile necis genus. Nam *ſi quis*, ait, *infantem ſuum oppreſſerit, aut veſtimentorum pondere ſuffocauerit, & hoc poſt baptiſmum factum, 40. dies pœniteat in pane & aqua.*

6 TOLERANS AVT DECLINANS.] Tolerans Romæ, declinans Rhodi. Vtitur autem ſæpe hoc verbo Tacitus, vt 13. Ann. *Ea maxime declinans, quorum recens flagrabat inuidia.* Nam *quæ non ſunt in noſtra poteſtate*, ait Arrianus, *tolerare oportet aut mitigare.* Comicus in Eunucho.

Quid agas niſi vt te redimas captum quam queas
Minimo: ſi nequeas paululo, at quanti queas,
Et ne te afflictes?

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librum ſextum Annal. C. Cornelij Taciti.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER VNDECIMVS.

Ambitio & auaritia ſtimuli accuſationũ.

*habitos

NAM Valerium Aſiaticum bis conſulem, fuiſſe quondam adulterum eius [1] credidit: pariterque [2] hortis inhians quos ille [3] a Lucullo * emptos inſigni magnificentia [4] extollebat, Suilium accuſandis vtriſque immittit. Adiungitur Soſibius Britannici educator, qui per ſpeciem beneuolentiæ moneret Claudium,

Princeps per ſpeciẽ beneuolentiæ monitus vt ſibi caueret.

*caueret

in concitatione P. R.

[5] * auri vim atque opes principibus infenſas: præcipuum auctorem Aſiaticum interficiendi Cæſaris [6] non extimuiſſe * in concione populi Romani fateri, gloriamque facinoris vltro petere. [7] clarum ex eo in vrbe, dedita per prouincias fama, parare iter ad Germanicos exercitus, quando genitus [8] Viennæ multiſque & validis propinquitatibus ſubnixus, turbare gentiles nationes promptum haberet. At Claudius [9] nihil vltra ſcrutatus, citis cum militibus tanquam opprimendo bello, [10] Criſpinum prætorij præfectum miſit: a quo repertus eſt [11] apud Baias, vincliſque inditis in vrbem raptus, neque data ſenatus copia, intra cubiculum auditur, Meſſallina coram. Et Suilius, corruptionem militum quos pecunia & ſtupro [12] * in omni flagitio obſtrictos, arguebat, exin adulterium Poppææ, ac poſtremum mollitiam corporis [13] * obiectare. [14] Ad quod victo ſilentio prorupit reus, &, *Interroga*, inquit, *Suili, filios tuos,* [15] *virum me eſſe fatebuntur*: ingreſſuſque defenſionem, commoto maiorem in modum Claudio, Meſſallinæ quoque lachrymas exciuit: quibus abluendis cubiculo egrediens, monet Vitellium ne elabi reum ſineret. Ipſa ad perniciem Poppææ feſtinat, ſubditis qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent: adeo ignaro Cæſare, vt paucos poſt dies epulantem apud ſe maritum eius Scipionem per cunctaretur, [16] *cur ſine vxore diſcubuiſſet?* atque ille functam fato reſponderet. Sed conſultanti ſuper abſolutione Aſiatici, flens Vitellius commemorata vetuſtate amicitiæ, vtque Antoniam principis matrem pariter obſeruaſſent, dein percurſis Aſiatici in Remp. beneficiis, recentique aduerſus Britanniam militia, [17] quæque * alia conciliandæ miſericordiæ videbantur, liberum ei mortis arbitrium permiſit: & ſecuta ſunt Claudij verba in eandem clementiam. Hortantibus dehinc quibuſdam inediam & lenem exitum, remittere beneficium Aſiaticus ait: vſurpatis quibus inſueuerat exercitationibus, lauto corpore, hilare epulatus, cum ſe honeſtius calliditate Tiberij, vel impetu C. Cæſaris periturum dixiſſet, quam quod fraude muliebri &

Vis & opes cauendæ principibus.

Aſiaticus de interfecto Caligula gloriatus ad necem rapitur voluntariam.

Mox ſua manu perit.

*vt omni flagitio
*obiectans.

Poppæa mater Neronianæ Poppææ voluntaria morte interit.

*habilia

In morte Valerij ſecuritas.

impudico Vitellij ore caderet, venas exoluit, viſo tamen ante rogo, iuſſoque transferri partem in aliam, ne opacitas[18] arborum vapore ignis[19] minueretur:[20] tantum illi ſecuritatis nouiſſimæ fuit.

IN LIBRVM XI. ANNALIVM C. CORNELII TACITI
Nouarum Cogitationum liber vndecimus.

1 Rediditɪᴛ.] Scilicet Claudius. Nec fruſtra. Nam ex Romana nobilitate quem Meſſalina ſeſſorem non habuit? aut quem ad libidinem non inuitauit? Dic de illa quod Catullus.

Hæc in quadriuiis & angiportis,
Glubit magnanimos Rhemi nepotes.

Teſtatur Plin. lib. 10. cap. 63.

2 Hortis inhians.] Meſſalina ſcilicet. Nam horti, meretricum deliciæ & voluptas. Hierem. 3. *Abiit ſuper omnem montem excelſum, & ſub omni ligno frondoſo, & fornicata eſt ibi.* Ideo Iſaiæ primo interminatur: *Erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis, cum fueritis veluti quercus defluentibus foliis.* Et fuere horti in Veneris tutela. Plin. 19. cap. 4. Plautus ab eo citatur.

3 A Lvcvllo emptos.] Puto legendum *habitos*. nam ita ſcriptum, *auitos*, pro *habitos*: vnde *emptos* finxere, quia *emtos* legerant. Veteres *habe* pro *aue*, ſcripſerunt. Et contra noſter infra eodem. *Quidquid auitum Neronibus*; pro *habitum*. vbi de Silio. Et idem infra lib. 14. *Appione auitos*. pro *habitos*. Et alibi. *Redintegratas cerimonias, & in poſterum rectius habitas*. Apul. 1. Florid. *Auitas opes pro dote ſociarent*. Vbi manuſcriptus, *habitas opes* habet. Et oratio Ciceronis pro *Aulo Auito*, vbi manuſcriptus *Habito* pro *Auito*. D. Hieron. ad Demetriadem de Virg. ſeruanda. *Nunc habitas redintegrare dicitur poſſeſſiones*, pro *auitas*. nec eſt mirum his hortis tanta induſtria excultis Meſſalinam inhiaſſe. Nam pulchra omnia *Cynaræ placuere rapaci*, ait Poeta. Cæterum iactura tot librorum Taciti, clades eſt in litteris Cannenſi clade triſtior: nulla (quod gemas) mortalium arte reparabilis, ni tempus, veritatis & genitor, & extinctor, quam ſemel abſorbuit, iterum edat. Atque vtinam quæ Cannius de Claudianis temporibus ſcripſit, nos in ſolatium peſſimæ iſtius iacturæ haberemus. Nam Martialis de Cannio ſic memorat.

Clades Corneliana. — *Cannius ſcriptor ſub Claudio.*

Vtrumne chartis tradit ille victuris
Legenda temporum acta Claudianorum,
An quæ Neroni falſus adſtruit ſcriptor?

Hæc ſcribo; quia liber hic eſt cento temporum Claudianorum.

4 Extollebat.] Non male Rhenanus, *excolebat*. Verbum autem *extollere* frequens Tacito, vt de hiſtor. 2. Mutiano. *Cuncta priuatum modum ſupergreſſa extollebant.* Et lib. 5. Annal. *Non eſt noſtrum æſtimare, quem ſupra cæteros, & quibus de cauſis, extollas.* Idem tamen noſter lib. 13. *Baiarum ſuarum piſcinas excolebat.* Iſtud enim verbum agris magis conuenit. Et ſane Riuij liber a Mureto profectus, quem licuit mihi per P. Schoti beneuolentiam legiſſe, ita habebat. Sic Martialis eo nomine vſus eſt.

Excolebat pro extollebat.

Venderet excultos colles cum præco facetus,
Atque ſuburbani iugera pulchra ſoli.

Iuriſconſulti dicunt *excolere fundum*, L. 14. de donat. *excolere ſaltum*, L. 25. de pign. act. Plinius 35. c. 10. *Non enim parietes excolebant domini tantum, nec domos vno in loco manſuras.* Cæterum non mihi perſuadeo huiuſmodi hortos Romę fuiſſe, ſed in ſuburbiis, aut prope: licet noſter infra, Meſſalinā ait digreſſam Lucullianos in hortos, ibique trucidatā à Tribuno: Sed fuiſſe puto alios hortos quos olim Lucullus habuerit. Nam fuit etiam villa Luculli: de qua aliquando dictum fuit, *villam fuiſſe ſine agro*. Plin. lib. 18. c. 6. De illa noſter libro 6. *Tandem apud promontorium Miſeni conſedit, in villa, cui L. Lucullus quondam dominus.* Et in ea piſcinæ excultiſſimæ. nam vt idem author ait lib. 9. cap. 54. *Lucullus exciſo etiam monte iuxta Neapolim, maiore impendio, quam villam ædificauerat, Euripum & maria admiſit. Qua de cauſa Magnus Pompeius Xerxem togatum eum appellabat.* Excoluit autem non per ſe, ſed per ſuos. Fuere tamen Romæ horti Lucilliani: ſed de his infra, vbi de fine Meſſalinæ. Nos interea noſtram lineam ſequemur.

Horti Lucilliani, non Romæ: ſed alij fuere horti. — *Xerxes togatus Lucullus.*

5 Avri vim atqve opes.] Auri nomine opes contineri, & contra, noſter ſatis indicat, dum lib. 16. *magnam auri vim* narrat, quam poſtea *opes* appellat, dum ait, *illas opes abdidiſſe*. Sic Virgilius 3. Æn.

——auri cum pondere magno.

Et quia addit, *opes*, hæreo an ſcripſerit author, *auri vim atque opes*: Quippe verborum parciſſimus, & exactiſſimus ſcriptor Tacitus. Sed forte legendum. *Caueret vim atque opes principibus infenſas.* Quanquam 4. hiſtoriarum dixerit, *aurum & opes præcipuas eſſe bellorum cauſas.* Quæ ſententia eſt elegans. ſed Dio ait lib. 42. *Cæſarem Iulium pecunias & militem magno labore comparaſſe*, quia his duobus imperia quærerentur, & quæſita conſeruarentur, etiam augerentur. Nam pecunia, militum cibaria, & ſtipendia: & qui ſine pecunia eſt, is ſine viribus eſt. Addit *vim*: quia interdum opprimuntur Cæſares per vim, vt Caligula & Tiberius & Iulius: *opes*, quia ad vim inferendam, pro inſtrumento ſint. At vtrumque in Aſiatico fuit. Nam vi Caium aggreſſus eſt, authorque fuit necis eius. Dio lib. 59. ſcribit in hunc ſenſum. *Nam cum ob cædem Caij Prætoriani tumultuarentur, & quærerent quis illum occidiſſet; mira ratione ſedauit eos Valerius Aſiaticus vir Conſularis, qui progreſſus in locum, vnde conſpici poſſet, exclamauit. Vtinam ego illum interfeciſſem.* Et hoc eſt quod addit noſter, *præcipuum authorem interficiendi*

Excuſa non placet. — *Curita.* — *Tacitus verborum parciſſimus.* — *Aſiaticus vi & opibus potens.*

terficiendi Cæſaris. *Quod ſcelus*, ait Tacitus, *ſemper a ſucceſſore vindicatur.* Et exempla ſunt in eodem authore 1. hiſtor. nam cum cxx. libellos Vitellius reperiſſet eorum qui ob interfectum Galbam præmia poſcebant, omnes occidi iuſſit, non honore Galbæ, ſed tradito principibus more, *munimentum ad præſens, poſteris vltionem.* De opibus etiam noſter firmat, dum ſcribit, *Pecunia & ſtupro obſtrictos milites habuiſſe.* Itaque illæ duæ cauſæ, quaſi potentes & gemini aculei, Claudium ad necem Aſiatici adegerunt: Idque tam cito, vt noſter ſic ſcripſerit. *Claudius nihil vltra cunctatus, citis cum militibus, tanquam opprimendo bello, Criſpinum Prætorij præfectum miſit, a quo repertus eſt, & vinclis inditis, in vrbem raptus.* Claritudo etiam generis, & Conſularis dignitas, & flagitia, quibus milites ſibi obſtrinxerat, in ea re multum potuere. nam potentia, horret & odit potentiam: & hoc cupit, vt ſola, & vna ſit. Et dic de Aſiatico quod de Victorino tyranno Spartianus. *Non in virtute Traianum, non Antoninum in clementia, non in grauitate Neruam, non in gubernando ærario Veſpaſianum, non in cenſura totius vitæ ac ſeueritate militari Pertinacem vel Seuerum. ſed omnia hæc libido & cupiditas mulierariæ voluptatis ſic perdidit, vt nemo audeat virtutes eius in litteras mittere.*

Pecunia & ſtupro deuincti milites.

6 NON EXTIMVISSE CONCIONEM P. R.] Ferri ea lectio ſi poteſt, hac ratione poteſt: Quod concionem habuit ad Prætorianos milites Aſiaticus, ſtatim poſt cædem Caij, in qua tribunal aſcendit, & de cæde eos alloquutus eſt. Ait autem forte concionem P. R. quod milites legionum omnes ciues; Prætoriani, partim ciues, partim exteri. Semper tamen putaui legendum *Concitationem P. R.* pro tumultu, vt non veritus ſit in turbas agere Populum Romanum, capite ablato, & amputato: & ad hanc lectionem mihi iter fecit quod legiſſem L. 39. §. actores. de Pœnis. D. *concitatores P. R.* & *concitatores ſeditionum*, L. 16. de appellat. D. ſed clarius lex 12. Tab. *Si quis hoſtem concitaſſet, capite pœnas lueret.* Et L. 3. ad l. Iuliam Maieſtatis, *concitare hoſtem.* Cicero. *Flagitare munus, quamuis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet niſi concitatus.* Sed legunt quidam *conſciſionem* pro *ſciſſura*. Nam conſciſio populi Romani, eſt ſciſſio in duas partes. Quod tamen mihi meum non tollit iudicium.

Concio.

Concitatio.

Conſciſio.

7 CLARVM EX EO IN VRBE DEDITA.] Verba ſunt Soſibij, ad necem Aſiatici Claudium impellentis, quem dicit *clarum ex eo facinore, in vrbe, & apud prouincias*, ex fama proficiſcentis ad exercitus. Puto autem legendum, *Clarum ex eo in vrbe. Deinde edita per prouincias fama.* Et fuit cum legerem *deducta*. Dio autem ſcribit productos fuiſſe in Aſiaticum teſtes, ſed corruptos, & militem teſtem, qui ſe adſtitiſſe dixerat eius conſiliis, pro Aſiatico, Caluum demonſtraſſe: itaque pæne abſolutum a Claudio, ſed a Vitellio circumuentum Claudium, cui mendax impoſuerit, dixeritque mortis arbitrium Aſiaticum flagitare. Et ſic periit Aſiaticus. Vide quantum fatuo principi illudant aulica mancipia.

8 VIENNÆ.] Non longe a Lugduno: Diciturque *Vienna Allobrogum* Plinio. Fœlix oppidum, Chriſti necis vindex de duobus hoſtibus Pilato, & Herode Tetrarcha. Nam Pilatus illic natus, & ſua manu peremptus eſt, & innumeris calamitatibus afflictus. Herodes autem illic exilium pertulit. Seneca in Ludo: *Lugduni natus eſt: Munaciæ artis municipem vides, quod tibi narro, ad ſextumdecimum lapidem a Vienna natus eſt Gallus Germanus.* quod explicui ſupra. Hodie adhuc extat illa Vienna inter ſuaueolentes Galliæ flores. Martialis lib. 7. a litteris non alienos memorat lib. 7. epigram. 87.

Vienna non longe a Lugduno.

Vienna Allobrogum.

Fertur habere meos (ſi vera eſt fama) libellos
Inter delicias pulchra Vienna ſuas.

Hodie vrbs Franci Imperij.

Pulchra ſane, nec vetuſtate illa, pulchritudo emarcuit. In qua *Procuratores Lanificij conſtituti*, vt ait Notitia Martiani ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum. *Procuratores*, inquit, *Lanificij Viennenſis Galliarum.*

9 NIHIL VLTRA SCRVTATVS.] Non eſt iſta lectio Taciti, ſed, *nihil cunctatus vltra.* Sic lib. 1. *Legiones, nihil cunctatus, ſacramento adegit.* Et alibi. *Nihil vltra cunctatus.* Scio tamen vitium Claudij inauditos damnare reos. Sed verbum *ſcrutatus* heic mihi pro incognito eſt. Et meam lectionem iuuat quod addit, *citis cum militibus*: Quippe opponit cunctationi celeritatem.

Tacitus correctus.

10 CRISPINVM.] Rufus eſt Criſpinus. nam noſter ita lib. 12. *Prætoriarum cohortium curæ, Luſius Geta, & Rufus Criſpinus.* Qui a probitate laudatus authoribus.

11 APVD BAIAS.] Villæ Lucullianæ proximas, quas tum Aſiaticus habebat: Ideoque ad Luculli villam iure hortos iſtos retuli.

Rufus Criſpinus.

12 IN OMNI FLAGITIO.] Dixi iam de illa voce Tacitum & authores turbante. Et iterum moneo pro *in*, legi *vt* debere. *Pecunia, ſtupro, vt omni flagitio obſtrictos.* Eſt tamen in hac clauſula neſcio quid latentis deliquij. Nam quis vt integra ferat hæc? *Et Silius arguebat corruptionem militum, quos pecunia & ſtupro, vt omni flagitio obſtrictos.* Quid ſi legatur pro *quos*; *Quæſitos pecunia & ſtupro, vt omni flagitio obſtrictos?* Sic ſupra lib. 2. *Quem per omnes illos.* pro *Quærentem pereuntes illos.* Nam ita ſi legas, ſanam orationem habeas, non hiulcam, non corruptam: ſin minus, aliud oraculum conſule, & alias Delphos. Sed hanc correctionem puto Apollinis tripode veriorem.

13 OBIECTARE.] Lego, *obiectans*, vt ſupra lib. 1. *Caſtra concedibus muniens.* nam pluribus locis talia verba corrupere in hoc authore.

14 AD QVOD VICTO SILENTIO.] Placet, *victo ſilentio*: Sic enim lib. 4. *Effuſum in lachrimas Senatum victo gemitu, ſimul oratione continua erexit.* Quæ veterum librorum, vera ſcriptura eſt. ſignificat enim, etiam ſi nullum datum eſſet ſilentium, quo audiretur, tamen prorupiſſe in hæc verba, *Interroga*, &c. Virgil. lib. 2. ita de iſto ſilentio.

Firmata Manuſcripti lectio.

Bis quinos ſilet ille dies, tectuſque recuſat
Prodere voce ſua quemquam aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus
Compoſito rumpit vocem & me deſtinat aræ.

15 VIRVM ME ESSE.] Sic Ouidius 1. de arte Amandi.

Quid vir eſſe.

Forte erat in thalamo virgo regalis eodem,
Hæc illum ſtupro comperit eſſe virum.

Martial. lib.11. epig. 40.

Deſine; libertum non poſſum ferre Catonem.
Eſſe virum, iam me dicet amica tibi.

Et idem alibi.

Dic nobis hodie qua ratione vir es.

Vir, id eſt, fortis.
A virtute.

Nam *vir* a virtute vel viribus, vt mulieres a mollitie. Et notum eſt illud Licinij Mutiani in Suetonij Veſpaſiano cap. 13. *Ego tamen vir ſum.* id eſt, non ita libidine mollis & languidus quin vires ſuppetant & animi vigor. Nam de impudicitia non ſuſpectus tantum, ſed conuictus Mutianus. C. Geminius Rufus, vbi vulnus ſibi ingeſſiſſet, ſub Tiberio, iuſſit nuntiari Senatui, *virum ſe mori.* Et Terentius. *Laudo, vir es.* Id eſt, fortis es & animoſus. vnde Virg. Ecloga 3.

Vir qui mulieribus ſe immiſcuit.

Parcius iſta viris tamen obiicienda memento.

Id eſt, cordatis & fortibus. Tertullianus in Pallio. *Certe iam virum alicuius clanculo functus.* Id eſt, alicuius fœminæ vir factus cum qua rem Achilles habuiſſet clanculum. Loquitur enim de Achille. Et vt de viris factis, ita de mulieribus. Apuleius. *Nec ſum mulier ego, ni eam peſſime detecero.* 1. Metam. Sed cur ait, *Virum me eſſe fatebuntur?* An quod Aſiaticus eos corrupiſſet? non puto. nam accuſationem firmaſſet, & ſuam aperuiſſet turpitudinem. An quod milites duce Aſiatico viciſſent, & eius virtutem bellicam eſſent experti? Puto latere aliquid, quod hiſtoriæ non aperuerunt: & quod ſilentium magis quam verba mereatur. Nam obiicit pathicos fuiſſe filios Suilij, forte de propinqua morte & exitio cogitans. Qui ſi in vita mollis, certe in morte fortis fuit & magnanimus.

Quid mulier eſſe.

16 Cvr sine vxore discvbvisset.] Locus hic arguit accubuiſſe menſis mulieres cum viris, contra quorundam opinionem, quos centum authorum locis habemus confixos: ſed paucos citabo, vt Spicilegij mei teſtes. Cicero de Romanis, Epiſtola vltima famil. lib. 9. *Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. In eo, inquis, conuiuio Cicero ille, quem aſpectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant ſua? non mehercule ſuſpicatus ſum illam affore.* Et Suetonius in Caligula, facit illum diſcumbentem cum vxore, & ſorore Druſilla. Vt Plautus in Sticho & Aſinaria, quibus diſcumbunt fœminæ cum viris more Græco. Apuleius de Græcis. 1. Met. *Aſſidebat ad pedes vxor, & menſa vacua poſita erat.* Mox addit. *Et eo dicto, iubet vxorem abſcedere, vtque in eius locum aſſideam iubet.* lego, *aſſidere eam iubet.* Apud Hebræos, Maria virgo, & mater, accumbebat nuptiis cum viris in Cana Galileæ, Ioannis 2. Apud Romanos autem, non tantum mulieres cum viris accumbebant priuatis conuiuiis, ſed & publicis. Tertullianus. *Vxor in ſodalitiis cum viro diſcumbit.* Et in publico conuiuio Liuia cum Auguſto nouo marito, viro relicto Druſo; & ſeorſim accumbens apud Dionem lib. 48. Tamen in libro Eſther, *Vaſthi regina ſeparato conuiuio mulieres excipiebat, vt rex viros.* Accubuiſſe tamen vna cum viris mulieres, idem liber tradit, quo Artaxerxes, Eſther, Aman eadem menſa fuerint excepti. Et ſane menſa iungit quos iungit amor. Nam Virgilius ſcite.

Mulieres menſis virorum.
Contra quoſdam.
Apud Græcos.
Apud Romanos.
Publicis & priuatis menſis mulieres cum viris.
Apud Hebræos.
Apud Aſſyrios.

Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili.

17 Qvæqve alia.] Lego, *Quæque habilia conciliandæ miſericordiæ videbantur, liberum ei mortis arbitrium vt permitteret, ſuaſit.* Nam textus & ſenſus in deliquio ſunt. Dio rectitudinem dat huic loco. Sic dixere authores iuris, *habilem negotio*, L. 9. de curat. furioſ. D. *Habilia ad miniſterium mancipia*, L. 37. de ædil. edicto. Et Martialis lib. 13.

Non habilis cyathis & inutilis vua Lyæo.

18 Arborvm.] Id eſt, cupreſſorum, quæ præcipue funeribus adhibitæ. Nam quemadmodum lauri Cæſarum valuis ſiſtebantur ad æternitatem annorum, ita etiam cupreſſi ad memoriam mortuorum. Nec male, cum cupreſſus ſit imago mortis. *Natu moroſa, fructu ſuperuacua, baccis torua, folio amara, odore violenta, materie rara, ac ne vmbra quidem gratioſa.* Plin. 16. cap. 33. *Ideo cupreſſus Diti ſacra: & funebri ſigno ad domos poſita.* Silius 10. lib.

Cupreſſus funeribus dicata.
Et Diti.

At ferale decus mœſtas ad buſta cupreſſos,
Funereas tum deinde pyras certamine texunt.

Et Claudianus 2. de rapt. Proſerp.

——tumulos tectura cupreſſus.

Sed cupreſſo non vtebatur popularitas. Lucanus.

Populus in funere cupreſſis non vſus.

Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus.

Varro reddit rationem. *Pyræ, inquit, ideo cupreſſo circundantur propter grauem vſtrinæ odorem, ne eo offendatur populi circunſtantis corona.* Paulus lib. Sent. *Intro muros ciuitatis corpus ſepulturæ dari non poteſt, vel vſtrina fieri.* Quod ex XII. tabulis fluxit quibus extat lex ſcripta, *In vrbe ne ſepelito, neue vrito.* Quod niſi maxime de rep. meritis dari non ſolitum ne vrbs funeſtetur, & tetigi lib. 1. De vſtrina autem notum eſt in Cæſaris Iulij funere domum Belieni arſiſſe, periculumque vrbi fuiſſe ne conflagraretur. Permiſſum tamen Aſiatico ob ſplendorem generis, & in Remp. merita, ſed præcipue vt Meſſalinæ crudelitas aliqua honeſtate velaretur. Erant & aliæ arbores, funeribus mixtæ, vt piceæ. Papinius 6. Theb.

Procumbunt piceæ flammis alimenta ſupremis.

De picea Plin. li. 16. c. 10. *Picea montes amat atque frigora, feralis arbor & funebri indicio ad fores poſita ac rogis virẽs: iam tamen & in domos recepta tonſili facilitate.* Silius lib. 10. multas alias accumulat arbores ferales. *--ſparſimque propinquos*

Aliæ arbores in funere.
Picea.

Agmine proſternunt lucos: ſonat icta bipenni
Frondoſis ſylua alta iugis; hinc ornus, & altæ
Populus alba comæ, validis acciſa lacertis
Sciditur: hinc ilex proauorum condita ſæclo:
Deuoluunt quercus, & amantem littora pinum.

Orni.
Populi.
Ilex.
Quercus.
Pinus.

Virgil. 11. Æn. *--ferro ſonat icta bipenni*
Fraxinus; euertunt altas ad ſydera pinus.
Robora nec cuneis, & olentem ſcindere cedrum,
Nec plauſtris ceſſant vectare gementibus ornos.

Fraxinus.
Cedrus.

19 Minveretvr.] Lego, *inureretur* Nam opacitas arborum vapore non minuitur.

20 Tantvm illi secvritatis novissimæ.] Quæ magnis viris innaſcitur: & niſi cum mortuis moritur: nam mortẽ pro mimo habent. Sic Mezentius apud Poetam dixit.

Securitas nouiſſima magnis viris.

Nec mortem horremus.

De

Mors non metuenda.

De ea re locus eſt Senecæ patris Suaſor. 2. *Hæc*, inquit, *non vtique perituris refero, ſed etſi cadendum eſt: erratis, ſi metuendam credatis mortem. Nulli natura in æternum ſpiritum dedit, ſtatutaq. naſcentibus in finem vitæ dies eſt. Imbecilla enim nos materia Deus orſus eſt: Quippe minimis ſuccidūt corpora: indenūtiata ſorte rapimur: ſub eodē pueritia fato eſt; eadē iuuentus cauſa cadit: optamus quoque pleriq. mortem, adeo in ſecuram quietem receſſus eſt. At gloriæ nullus finis.* Si Seneca ille fuiſſet Chriſtianus, non ore magis Chriſtiano proloqueretur. Nam mors, nec optanda, nec timenda. Et Aſiaticus qui tot populos ſuperauerat, noluit a Meſſalina vinci, vt Dio dicebat in Alexandro. Fuitque illi fœlicitas non exigua, quod cum Rep. manu Meſſalinæ moreretur.

Vere Chriſtiana verba.

Vocantur poſt hæc patres, pergitque Suilius addere reos equites Romanos illuſtres, quibus Petra cognomentum: At cauſa necis, quod domum ſuam [1] * Mneſteris & Poppææ congreſſibus præbuiſſent. Verum [2] nocturnæ quietis ſpecies alteri obiecta, tanquam vidiſſet Claudium ſpicea corona euinctum, ſpicis retro conuerſis, eaque imagine grauitatem annonæ dixiſſet. Quidam pampineam coronam albentibus folijs viſam, atque ita interpretatum tradidere, vergente autumno mortem principis oſtendi. Illud haud ambigitur, qualicunque inſomnio ipſi fratrique perniciem allatam. [3] Seſtertium quindecies & inſignia præturæ Criſpino decreta. Adiecit Vitellius ſeſtertium decies Soſibio, quod Britannicum præceptis, Claudium conſilijs iuuaret. Rogatus ſententiam & Scipio, *cum idem*, inquit, *de admiſſis* [4] *Poppææ* * *ſentiam quod omnes, putate me idem dicere quod omnes*: eleganti temperamento inter coniugalem amorem & ſenatoriam neceſſitatem. Continuus inde & ſæuus accuſandis reis Suilius, multique audaciæ eius æmuli. Nam cuncta legum & magiſtratuum munia in ſe trahens princeps, materiam prædandi patefecerat. nec quicquam publicæ mercis tam venale fuit, quam aduocatorum perfidia: adeo vt Samius inſignis eques Romanus quadringentis nummorum millibus Suilio datis, & cognita præuaricatione, ferro in domo eius incubuerit. Igitur incipiente C. Silio conſule deſignato, cuius de potentia & exitio in tempore memorabo, conſurgunt patres, [5] legemque Cinciam flagitant, qua [6] cauetur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam pecuniam donumve accipiat. Deinde obſtrepentibus his quibus ea contumelia parabatur, diſcors Suilio Silius, acriter incubuit, veterum oratorum exempla referens, [7] *qui famam in poſteros præmia eloquentiæ cogitauiſſent pulcherrima: alioquin & bonarum artium principem ſordidis miniſterijs fœdari: nec fidem integram manere, vbi magnitudo quæſtuum ſpectetur:* [8] * *quod ſi in nullius mercedem negotia tueantur, pauciora fore: nunc inimicitias, accuſationes, odia, & iniurias foueri, vt quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam aduocatis ferat. meminiſſent T. Galbæ,* [9] *C. Aſinij, & Meſſalæ, ac recentiorum Arruntij & Eſernini ad ſumma prouectorum, incorrupta vita & facundia.*

* aſſerentes ſentiam

Somnia nocturna exitioſa viris.

Accuſationū præmia.

Aduocatorū perfidia crebra & venalis.

Lex Cineia antiqua cauebat ne quis pecuniam donumve pro oranda cauſa acciperet.

* quod ſi tamen nullius mercede empti negotia tueantur.

Mneſter pantomimus.

1 MNESTERIS.] Iſtos pantomimos *deriſores* appellat Iuuenalis his verbis.

Qui Thymelen ſpectas, deriſoremque Latinum.

Pantomimi deriſores.

Seneca in Ludo. *In hac contantium turba Mneſter Pantomimus.* non M. Mneſter. Nam quis ille Marcus Mneſteris patronus qui eum Marcum nominauerit? Nam liberti Marci vocantur. Sueton. in Calig. cap. 57. *Pantomimus Mneſter Tragœdiam ſaltauit, quam olim Neoptolemus Tragœdus, ludis quibus rex Macedonum Philippus occiſus eſt.* Et vt verbum *Mneſter* heic retineatur, eſt aduertendum Meſſalinam amore huius pantomimi inſaniuiſſe, & vt eo ſola potiretur, a theatro abduxiſſe. Nam in theatro ob egregias geſticulationes, omnes amabant, & præcipue fœminæ laſciuiores, vt Meſſalina: Cumque populus eum cuperet, & Claudio in theatro ſedente exhiberi poſtularet, iurauit eum ſecum non eſſe: Meſſalina autem fratribus duobus exitium tulit, quod

Poppæa in ædibus eorum cum Mneſtere amaſio ſuo fuiſſet: Quippe Poppæa non minore deſiderio Mneſteris, quam Meſſalina ardebat: Inde inuidia in Poppæam, & rixæ, vt aſſolet inter duas meretriculas: vnde excidium Poppææ. Noto autem ſub Caligula & Claudio ſatius fuiſſe Mneſterem eſſe, quam Catonem. Nec aſſentior B. Rhenano qui M. Mneſtorem vocat. Nam nullibi quod ſciam, M. Mneſter nominatur, neque a Seneca in Ludo, neque a Tacito, neque a Suetonio. Cæterum gratulor Tacito qui tam graphice de huius ſæculi ſpurcitijs loquatur, nemini parcens lingua illa vere Romana. Quod hiſtoricum valde commendat, vt ait Agathias in Præfatione. *Inſtituam*, inquit, *hiſtoriam, non vt ab alijs hodie factitatur, non, inquam, vt ij quibus eſt minima veritatis cura, vtque res geſtas vti acciderunt commemorant. Adeo vero aperte plerisque proceribus adulantur & palpum obtrudunt, vt ſi quando verum dicant fides abrogetur.*

Fauor pantomimorum ſub principibus malis.

2 Nocturnæ quietis.] Sic Seuerianus moritur ſub Seuero, quod nutrix eum regnaturum ſomniaſſet. Sueton. in Caligul. cap. 37. eadem refert de Appio Sillano. Dicebat enim Meſſalina ſomniaſſe ab Appio vim imperatori inferri: idem ſomniaſſe Narciſſus referebat: quod Appium ad mortem egit. Nam dolebat Meſſalina ſe ab Appio ſpretam, quem deperibat; ideoque morti addixit. Sed σοφῷ αἰσχρὸν ἐξαμαρτάνειν. *Turpe eſt ſapienti delinquere.* Et fœlix Appius, qui mori maluit, quam pollui.

Homines propter ſomnia morti addicti.

Ne ſe pollueret, maluit ille mori.

ait Poeta Italus. Quod laudatur in Ioſepho Geneſis 39. & in D. Bernardo alijſque multis Chriſtianis, vt in Verino ad quem hoc carmen pertinet. Vnde Syneſius epiſt. 79. *Apud nos homines propter ſomnium illud arcanum partim nulla apud nos apparente cauſa, moriuntur. At recte qui dixit fælices Atlanticos, quod ſomniarent nunquam.* De Atlanticorum inſomnijs tradit Plinius libr. 5. cap. 8. *Neque*, inquit, *inſomnia viſunt, qualia reliqui mortales.* Quod firmat Tertullianus libro de Anima. qui *cæco ſomno* ſcribit, *Atlantes mortem tranſigere*: quia vt interpretor, animæ eruptio, ſomnus eſt, nec illas eruptiones vident per noctem, ideo *cæcam* vocat. Plinius ſcribit ex Platone, *inſomnia tollere braſſicam decoctam, vigiliaſque ſi ieiuni edant quamplurimam ex oleo & ſale.* libr. 20. cap. 9. Plutarchus lib. de modo legendorum Poetarum, ait *Purpuram piſcem guſtu amœnam, ſed mala inducere ſomnia.* Et Plinius lib. 28. cap. 4. ex Ariſtotele & Fabiano, *plurimum ſomniari circa vernum, & Autumnum tradunt, magiſque ſupino cubitu, prono nihil.* D. Cyrillus lib. 10. in Iulianum, dicebat Chriſtianos in martyrum ſepulchris dormire, quo ſomnia expiſcarentur. Dignum apoſtata ſomnium. Sed Chriſtiani orabant in ſepulchretis martyrum, non ſomniabant.

Atlantes nunquam ſomniât.

Cæcus ſomnus. Animæ eruptio ſomnus. Tertull. interpret.

3 Sestertium.] Nunquid ad Criſpinum iſtum referri poſſit, quod ait Iuuenalis vet. Interpres Sat. 4. *ex egentiſſimo, poſtea fuiſſe magiſtrum equitum Neronis*? Puto hercule eundem Criſpinum, quem Iuuenalis inſequitur. Fuit autem libertus Claudij, & Ægyptius patria, in quem hi verſus.

Quis ille Criſpinus. Egentiſſimus. Magiſter equitum Neronis.

Libertus Claudij. Ægyptius.

Cum pars Niliacæ plebis, cum verna Canopi
Criſpinus, Tyrias humero reuocante lacernas,
Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum,
Nec ſufferre queat maioris pondera gemmæ.

Hoc habuit Criſpinus, vt Claudius dominus orbis foret, ille vero domini.

4 Poppææ sentiam.] Manuſcriptus Florentinus habet. *Cum de admiſſis Poppeæ aſſen eſſentiam.* Ideo lego ex veris. *Cum de admiſſis Poppeæ aſſerentes ſentiam quod omnes, putate me dicere quod omnes.* Et vera eſt lectio.

5 Legemque Cinciam.] De qua Cicero epiſt. vltima 1. ad Attic. *Cum mihi per legem Cinciam licere capere, Cincius amicus tuus diceret.* Et hæc lex fibula quorundam aduocatorū iſtius ſæculi fuit, quorum votum, ex ſpolijs ciuium magnos & opimos reditus cogere. Et ſane malorum immodeſtia, multis ſæculis exoſa, & damnata eſt. Inde Taciti verbum Annal. 11. *Nihil publicæ mercis tam venale, quam aduocatorum perfidia. Et fori tabes pretium aduocatis adfert, quomodo vis morborum medentibus.* Idem 3. Annal. κακοτεχνίας vocabat Epicurus. Ideo Seneca in Ludo.

Immodeſtia aduocatorum damnata.

Cadite mæſtis
Pectora palmis,
O cauſidici,
Venale genus.

Ait *venale.* Nam λόγους Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. *Verba Hermodori mercimonium.* Et iure iſtud Valerianum in malos torqueri poteſt: *Auara & fæneratoria philoſophia.* Sic Palatini accipitres dicti. Et ſane ars ſaccularia *aucupij.* Hos Blæſenſis ep. 26. maxime perſtringit, eorumque ordinem, vtinam non iure. *Hodie*, inquit, *ſoli auaritiæ militant patroni cauſarum: Illudque quondam venerabile nomen, & glorioſa profeſſio aduocati, notabili venalitate vileſcit; dum miſer & perditus linguam vendit, lites emit, matrimonia legitima diſſoluit, amicitias rumpit; ſopitarū litium cineres reſuſcitat, pactiones violat, detrecta* (lego, *decreta*) *tranſactiones, priuilegia frangit, & in capturam pecuniæ, pedicas & retiacula tendens, iura omnia interuertit.* Sen. de Ira, vbi de aduocatis: *Adijce nunc publica periuria, gentium circumſcriptiones, fraudes, inficiationes, quibus trina fora non ſufficiunt.* Et merito Cato dicebat forum ſternendum muricibus. Plutarchus in Cat. *Nam forum auaritiæ & falſitatis proſtaſis.* Addo & D. Cypriani ſcalpellum, magni ſane martyris, & inſignis cauſidici; vt eius exemplis doceamur. *Quis*, inquit, *inter hæc ſubueniat? Patronus? Sed præuaricator eſt. Iudex? Sed ſententiam vendit. Qui ſedet crimina vindicaturus, admittit, & vt reus innocens pereat, fit nocens iudex: flagrant vbique delicta, & paſſim multiformi genere peccandi, per improbas mentes, nocens virus operatur.* Mox addit, quod corrigo. *Nullus de legibus metus eſt, de quæſtore, de iudice,* (lego de *quæſitore.*) *Quod poteſt redimi, non timetur. Eſſe iam inter nocentes innoxium, crimen eſt: malos quiſquis non imitatur, offendit. Conſenſere iura peccatis, & cœpit licitum eſſe quod publicum eſt.* Vtinam hæc ſemel in orbe. Sed D. Auguſtinus Serm. 19. de verbis Domini, quem tribuunt D. Maximo:

Auari dicti.

Glorioſa profeſſio quondam. Hodie vilis. Quia venalis.

Maximo : ita ſcribit. *Raro inuenies hominem, qui non habeat artem ſuam pecuniaria mercede venalem, pluriſque pendatur ſemper, propter quod aliquid ſit; quam id quod propter illud ſit : Vſque adeo autem hoc inoleuit malum, vt iam, quaſi ex conſuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, ſententia ipſa venalis ſit, & nulla iam cauſa poßit eſſe ſine cauſa.* Hæc inter Chriſtianos : ſed de Paganis Apuleius eleganter his verbis, 10. Met. *Quid ergo miramini viliſſima capita, imo forenſia pecora, imo vero togati vulturij, ſi toti nunc iudices ſententias ſuas pretio nundinantur?* Eorum hoſtis acerrimus fuit Amm. Marcell. libr. 30. Non omitto Paganorum aduocatorum, fuiſſe tantam de fœlice eloquentia curam vt ſe magicis artibus aliquando deuouerint, & ad eam conſequendam emerint parientium mulierum membranas, & illa inuolucra, cum quibus fœtus, infanteſque quaſi galea contecti naſcuntur. *Et fuit*, ait Plinius, *eques Romanus, qui coram Claudio de lite diſceptans, ouum anguinum haberet, quaſi conciliatorem fauoris iudicis.* Synesius refert epiſt. 148. *Forum homunciones exhibere impudentes, & planos.* (lego, *prauos*, id eſt fraudatores) *nihilque edere ſanũ, ſed cõtumelioſos, malorumque concinnatores, quos,* inquit, *ridemus nos, quando ædes noſtras ſubeunt.* Et idem epiſt. 10. *Non licet ditari per fora veſtra, niſi quis omnia commiſceat diuina & humana iura.* Eſt locus in Apuleio mendoſus lib. 10. de iſta aduocatorum philargyria. *Tunc exoſculata preſſule, non qualia in lupanari ſolent baſiola iactari, vel meretricum poſcinummia,* (quod his baſiolis iſtæ Veneris victimæ nummos expiſcantur,) *vel aduentorum negotinummia*; vbi lego, *Aduocatorum negotinummia* : quod vt meretrices in turpitudinis ſuæ pretium, nummos baſiolis attrahunt : ita aduocati baſiolis quæ mane præbent clientibus, ob geſta negotia argentum alliciunt, & quaſi meretrices ditantur. Sic autem Martialis, eorum cupiditates ferit.

Apuleius correctus.

Et iudex petit, & petit patronus.

Sed nec tantum nummis iſti forenſes Dij conciliabantur, ſed & argentea ſupellectile : & interdum veſtimentis a cliente dono miſſis aduocato. Nam ita Martialis lib. 5. epigr. 71.

Veſtimenta aduocatis data.

Sed lances ferat, aut ſcyphos auorum,
Aut grandis reus, aut potens amicus.

Et idem Martialis.

Pugnorum reus, ebriæque noctis,
Cœnatoria mittit aduocato.

Id eſt ebrius, qui inter pocula, Thracum more, pugnis certauerat, reus factus, veſtes cœnatorias mittit aduocato. Et obiter de lege Cincia interpretor in hoc Poeta epigramma lib. 8. 16.

Cœnatoria veſtis miſſa aduocato.
Martialis interpret.

Nunc cauſas agis, & ducenta quæris,
Sed conſumis, & vſque mutuaris :
A piſtore, Cypere, non recedis,
Et panem facis, & facis farinam.

Nam facis panem, dum cauſas agis, & ducenta quæris, quæ tibi cõtra legem Cinciam, licet immerito ſoluuntur : facis etiã farinam, dũ conſumis quod male quæſiuiſti. Nam farina dum ſiccatur defluit, & per foramina labitur : ita quod male quæſiuit, deperditur, & euaneſcit. Sic D. Hieronymus : *Quod auaritia congregauit, luxuria abſumit.* Corrigo etiam Martialem in iſto aduocatorum vlcere, epigrammate quodam.

Iterum.
Quid farinam facere?

Egi Sexte tuam pactus duo millia cauſam :
Miſiſti nummos quod mihi, mille, quid eſt?
Narraſti nihil, inquis, & a te perdita cauſa eſt.
Tanto plus debes, Sexte, quod erubui.

Lego ſecundo verſu :

Miſiſti nummos quot mihi? mille. quid eſt?

Hoc autem elegantius eſt & acutum magis dignumque iſto vate. Eſt etiam apud Auſonium aliud de Iuriſconſulto epigramma, quod non ſine controuerſia eſt. Nam ad legem Cinciam trahunt immerenter.

Martialis correctus.

Iuriſconſulto cui nubit adultera coniux,
Cincia lex placuit, Iulia diſplicuit.
Quæritis vnde hæc ſit diſtantia? Semiuir ipſe
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

Tolle illud *Cincia lex* cum manuſcriptis. Nam Cincia heic nullas partes habet : *Papia lex placuit*, quia nupſit : *Iulia diſplicuit*, quia vxor eius adultera. Mox addit, *Scantiniam metuens.* Quia pædicator erat aduocatus: & eos Scantinia damnabat. *non metuit Titiam*, quia nemo illum vocat ad orandam cauſam. Titia enim Cinciam renouauit. Cæterum noto obiter, aduocatos & iuriſperitos locum habuiſſe Romæ iuxta Apollinis templum. Vnde Horatius dixit.

Auſonij epigramma correctum.
Et interpretatum.
Locus aduocatorum & iuriſperitorum Romæ.
Iuxta templum Apollinis.

—— iuriſque peritus Apollo.

Suaſque fixiſſe ſtationes in ſcalis : vnde Iuuenalis.

Stationes aduocatorum.

Figantur virides ſcalarum gloria palmæ.

In quibus ſedebant conſulturi, & a quibus poſt tertiam diſcedebant. D. Auguſtinus 8. Confeſſ. cap. 6. *Mecum erat Alypius otioſus ab opere Iuriſconſultorum poſt aſſeßionem tertiam.* id eſt, poſt horam tertiam qua aſſederat de iure conſulentibus reſponſurus. Ibique diſpoſita poſſidebant armariola. Nos hodie dicimus Gallico more, *Le banc du Palais.* Quod vetus interpres Iuuenal. docet his verbis. *Scalæ, armariola aduocatorum, vel vt quondam, caſæ, & ſtationes.* Quid ſi *ſcalæ, & ſtationes*? Vera lectio. *Caſa* tamen pro receptaculo. Cicero in Cor. *Correpſit*, inquit, *in ſcalas.* Et Gellius id indicat lib. 13. cap. 13. *Quæſitum*, inquit, *eſſe memini in pleriſque Romæ ſtationibus, ius publice docentium & reſpondentium.* (Nos dicimus, *Les Chambres des Conſultations.*) *An quæſtor P. R. in ius vocare poſſet.* Ius autem reſpondendi de iure, datum & conceſſum fuit ab Imperatoribus, L. 2. de orig. iur. Ibi ergo aduocati iurabant nihil ſe cepiſſe ob aduocationem, nihil pepigiſſe, dono, munere abſtinuiſſe : Erat enim Legis Cinciæ caput. Et ita accipiendum eſſe quidam putant, quod Horatius dixit.

Armariola aduocatorum.
Scalæ aduocatorum.
Ius de iure reſpondendi conceſſum aduocatis.
Iuſiurandum aduocatorum.

—— ante ſecundam
Roſcius orabat ſibi adeſſe ad puteal cras.

Nam ad puteal Libonis, ara in qua iurabant. Hæc autem prope comitium. Vnde Plautus.

Puteal Libonis.
Ara prope puteal.
Hæc ara prope comitium.
In ea iurabant.

Qui periurum conuenire vult hominem, mitto in comitium.

Et forte aduocatos reſpicit male Cinciam legem iurantes. Poſt legem Cinciam, cautum fuit ne aduocatis liceret donare plus ducentis aureis, niſi coniunctis perſonis dona-

Plautus interp.

rentur : & quod amplius donatum fuiſſet, ratum non eſſet. Quod deſumptum eſt per argumentum ex L. Sancimus. Cod. de donat. & ab Vlpiano 1. Inſtit. & L. 4. & 6. Cod. Theodoſiano, de donat. Et eſt L. 1. de extr. crim. §. in honorarijs, exemplum Iulij Materni, qui aduocatus, cum plus mercedis cepiſſet, quam liceret per legem Cinciam, repetitioni fuit obnoxius. Is eſt Iulius Maternus, qui vixit temporibus Domitiani, & Traiani, & ad quem Martialis eſt epigramma 77. libr. 10. quod obiter noto, vt id Sophocleum intelligatur.

Maternus aduocatus.

Lex Cincia dãnatus.

Quo tempore vixerit.

Τὰ δεινὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται.

Mala lucra damna conciliant.

Plinius Iunior, in agendis cauſis omni pactione abſtinuit, dono, munere, verumetiam xenijs. Quod vero de præuaricatione Tacitus refert, turpe crimen eſt, de quo iſta interpretor Iuuenalis.

Præuaricatio turpe crimen.

Iuuenalis interpret.

—— quot amauerit Hippia mœchos,
Quot Themiſon ægros Autumno occiderit vno,
Quot Baſilus ſocios.

Nam ille Baſilus aduocatus fuit. Ita enim idem Iuuenalis Satyra 7.

-- conducta Paulus agebat
Sardonyche, atque ideo pluris quam Coſſus agebat,
Quam Baſilus.

Ait autem *ſocios*, quod non modo præuaricatione Baſilus extraneos proderet, ſed & ſibi coniunctiſſimos & amiciſſimos ſocios. Socios autem vocat clientes, quod eum comitarentur. Non omitto Apuleij notam de procacitate aduocatorum Apolog. 1. *Qui, ve inquit, conceſſo quodam more rabulis ſerinæ linguæ ſuæ virus alieno dolori locant. Rabulæ dicti a radendo, quia parati ad radendum & auferendum,* ait Verrius. A rabie Nonius, vnde canina facundia. Et Cicero inter rabulam & aduocatum diſcrimen facit. *Non,* inquit, *in oratore declamatorem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimũ & perfectiſſimum quærimus.* Nec abſimile quod ſcribit D. Auguſtinus vbi de Lazaro. *Canes, inquit, ſaniem vlcerum noſtrorum lambunt, non affectu, nec pietate, ſed quod in ijs quandam capiant ſuauitatem.* Et ſane in litibus, quæ ſunt hominum vlcera, ſuauitatem capiunt aduocati. Ideo recte noſter. *Quomodo vis morborum pretia medentibus; ſic & fori tabes, pretium aduocatis adfert.* Hæc de turpibus, non de honeſtis. Et certe illo ordine quondam nihil ſapientius, nihil ornatius, nihil doctius, nihil eloquentius: a quo omnium dignitatum ſemina. Et ſunt quidam, ſed pauci non degeneres.

Procacitas aduocatorum.

Lites vlcera anima.

Morbo litium aduocati diteſcunt.

Ordo quondam illuſtris.

Semen dignitatum.

6 Cavetvr.] Quid ſi, *caneretur?* Quæ vera eſt lectio.

7 Qui famam in posteros.] Sic ille priſcus orator apud Gellium. *Ego qui coram vobis prodeo, non gratis prodeo. Quid ergo peto? bonam exiſtimationem, eamque a viris bonis.* Donum certe, quod multis optandum, paucis aſſequendum. Dixi, optandum. Nam laudis & gloriæ quis non cupitor? Sed rarus aſſequutor. Fugit enim ſequentes, aſſequitur fugientes.

Fama aduocatorum merces.

8 Quod si in nullius mercedem negotia tueantur.] Lego, per coniecturam, quam veram puto, aut veritati proximam: *Quod ſi tamen nullius mercede empti, negotia tueantur.* Sic Tertullian. *mercenariam aduocationem* dixit in Apolog.

Eloquentia mercenaria.

9 C. Asinii.] Pollionis aut Meſſallæ Coruini ſcilicet. Quod autem addit, *Arruntium incorrupta vita & eloquentia, ad ſumma prouectum,* notat tacite & refellit eos, qui de Albucillæ adulterio inſimulauerant. Purgat Arruntium, non purgat Albucillam. Nam oportet Cæſaris vxorem vacare ſuſpicione: vir in ſuſpicione adulterij non notatur, vxor notatur. Nam talem ſe præſtare debet, vt de eius pudicitia non dubitetur. *Parum eſt fida pudicitia de qua quæritur,* ait Seneca in Controuerſ.

Arruntius de adulterio purgatus.

Talia dicente conſule deſignato, conſentientibus alijs parabatur ſententia, qua lege repetundarum tenerentur, cum Suilius, & Coſſutianus, & cæteri qui non iudicium, quippe in manifeſtos, ſed pœnam ſtatui videbant, circumſiſtunt [1] Cæſarem, ante acta deprecantes. Et [2] poſtquam * annuit tacens, incipiunt. *Quem illum tanta ſuperbia eſſe, vt æternitatem famæ ſpe præſumat? vſui & rebus ſubſidium præparari, ne quis inopia aduocatorum potentioribus obnoxius ſit: neque tamen eloquentiam gratuito contingere, omitti curas familiares, vt quis ſe alienis negotijs intendat. multos militia, quoſdam exercendo agros tolerare vitam. Nihil a quoquam expeti, niſi cuius fructus ante* [3] * *prouiderit. Facile Aſinium, & Meſſallam, inter Antonium & Auguſtum bellorum præmijs refertos, aut ditium familiarum heredes Æſerninos & Arruntios magnum animum induiſſe: prompta ſibi exempla quantis mercedibus P. Clodius aut C. Curio concionari ſoliti ſint:* [4] *ſe modicos ſenatores, qui a Rep. nulla niſi pacis emolumenta peterent:* [5] *cogitare plebem, qua toga eniteſceret: ſublatis ſtudiorum pretijs, etiam ſtudia peritura, vt minus decora.* Hæc ita haud fruſtra dicta princeps ratus, capiendis pecunijs poſuit modum, vſque ad dena

Contra alij.

Patroni obſtant potentioribus.

* manu innuit, vt tacerent, incipiũt.

* præuiderit.

Lex Claudia ad dena ſeſtertia præmia capi poſſe.

na ſeſtertia, quæ egreſſi repetundarum tenerentur.

Tacitus correctus.

1 CÆSAREM.] Lege, *Circenſis tum Cæſarem ante acta audiri deprecantes.* Id eſt, antequam Senatuſconſultum in acta referretur.

2 POSTQVAM ANNVIT TACENS.] Lipſius ait ſcriptum, *annuit tacere.* Sed vera lectio eſt: *Poſtquam manu annuit, vt tacerent.* Nam illa *manus* delituit in ſimilitudine litterarum. Simile mendum apud Plinium Nepotem epiſt. 2. lib. 4. *Habebat puer manulos multos.* Lege fidenter: *Habebat puer in manu annulos multos vinctos & ſolutos.* Sic Actuum 21. κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ. *Annuit manu populo.* Et eodem cap. 24. *Reſpondit autem Paulus annuente ſibi Præſide, dicens.* Et Actuum 12. *Annuens autem eis manu vt tacerent.* Beatus Linus Pontifex Chriſtianorum a D. Petro tertius in paſſione D. Petri. *Tunc Petrus reſtitit modicum, & aſcendens editiorem locum nutuque ad ſilentium prouocans populum, ait.* D. Hieronym. in vita Pauli Erem. *Et manu annuens eis vt abirent imperauit.* Et ſane nutus eſt ſermonis loco. Quod Iuriſconſulti tradunt L. 65. §. Si pupillo. D. ad S. C. Treb. Et Tibullus Eleg. 2.

Nutus pro ſermone.

Nutus loquaces.

Illa viro coram, nutus conferre loquaces.

Quadrigarius in Gellio. *Manu ſignificare cœpit vtrique vt quieſcerent pugnæ.* & Xiphil. in Adriano. *Is cum manum porrexiſſet, eſſetque ob eam cauſam ſilentium conſecutum.* Idem Tibullus.

Et vouet ad digiti nec taciturna ſonum.

Ouid. 1. Amor.

Nil opus eſt digitis per quos arcana loquaris,
Nec tibi per nutus accipienda nota eſt.

Ita Plautus in Aſinar.

Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat.

Nam in nutu ſermo. Apuleius 2. Metamorphoſ. *manus ſignificationem* his verbis pingit egregie. *Aggeratis*, inquit, *in cumulum ſtragulis, & effultus in cubitum, ſuberectuſque in thorum, porrigit dexteram, & inſtar oratorum conformat articulum, duobuſque infimis concluſis digitis, cæteros eminentes porrigit, & infeſto* (forte *manifeſtato*) *pollice clementer ſubrigens, infit.* Nam ſilentio facto dicentis oratio auditur. D. Auguſt. Confeſſ. 8. cap. 2. *Cito ſonuerunt exultatione quia videbant eum, & cito ſiluerunt intentione vt audirent eum.*

3 PROVIDERIT.] *Præuiderit*, lego.

4 SE MODICOS SENATORES.] Placet valde lectio Florentina. *Se modicos Senatores qui quieta Rep. nulla niſi pacis emolumenta petere.* Lego, *ſe modicos Senatores qui quieta Rep. nulla niſi pacis emolumenta peterent.* Tamen ait Cicero pro Cluentio. *Permulta fuit ornamento Senatorum quibus ſuas moleſtias mitigent: locus, authoritas, domi ſplendor apud exteras nationes, nomen & gratia, toga prætexta, ſella curulis, inſignia, fasces, exercitus, imperia, prouinciæ.*

5 COGITARE PLEBEM QVA TOGA ENITESCERET: SVBLATIS.] Cogitat plebs qua arte toga niteat: cogitat orator qua arte niteat oratio. Sed vana cogitatio vtrinſque. Et *tale quidem genus eſt hominũ, quale eſt foliorum qui vanis cruciãtur ſtudijs & in leuibus immorantur*, ſic enim ſentit Homerus in Odyſſ. Eo ſenſu dixit Cato de re Ruſt. cap. 1. vbi de optimo patre familias agrum emente; *Vicini quo pacto niteant animaduertito.* Mox addit. *In bona regione bene nitere oportebit.* Et D. Hieron. epiſt. 3. *Erat ergo ſollicitus ſi niteret altare.* Dixit, *cogitare plebem vt toga niteat*, & dixit vere. Nam ſic Terentius, & ſub perſona plebeij hominis:

Pallium face vt ſplendeat.

Et non diſſimiliter Plautus:

Quid eſt hoc? rugat pallium.

Vt ergo cogitat plebs quomodo toga niteat, ſic cogitat orator quomodo niteat oratio. Sed lego in Tacito. *Et ſublatis ſtudiorum pretijs, etiam ſtudia peritura.* Nam ante, *ſublatis*, verbum eſt, *eniteſceret*, a quo illud *Et*, depromendum eſt. D. Auguſtinus in Pſalm. 38. *Tu homo magni cõſilij, magnæque prudentiæ, cogitas quotidie genera adquirendæ pecuniæ de negotio, de agricultura, fortaſſis & de eloquio, de iuris conſultatione.* Verum hercle eſt quod ait Martialis.

Sint Mæcenates: non deerunt, Flacce, Marones.

Sub idem tempus[1] Mithridates quem imperitaſſe Armenijs, & ad præſentiam Cæſaris vectum memoraui, monente Claudio in regnum remeauit, fiſus Pharaſmanis opibus. Is rex Hyberis, idemque Mithridatis frater, nuntiabat diſcordare Parthos, ſummaque imperij ambigua, minora ſine cura haberi. Nam inter Gotarzis pleraque ſæua (qui necem fratri Artabano, coniugique ac filio eius præparauerat, vnde metus eius in cæteros) acciuere Bardanem. Ille vt erat in magnis auſis promptus, biduo tria millia ſtadiorum inuadit, ignarumque & exterritum Gotarzem proturbat: neque cunctatur quin proximas præfecturas corripiat, ſolis Seleucenſibus dominationem eius abnuentibus. In quos vt patris ſui quoque defectores ira magis quam ex vſu præſenti accenſus, implicatur obſidione vrbis validæ, & munimentis obiecti amnis muroque & commeatibus firmatæ. Interim Gotarzes Daharum Hyrcanorumque opibus auctus bellum renouat, coactuſque Bardanes omittere Seleuciam, Bactria-

nos apud campos caſtra contulit. Tunc diſtractis Orientis viribus, & quonam inclinarent incertis, caſus Mithridati datus eſt occupandi Armeniam vi militis Romani[2] ad * excidenda caſtellorum ardua, ſimulque Hybero exercitu campos * perſultante. Nec enim reſiſtere Armenij, fuſo qui prælium auſus erat Demonacte præfecto. Paululum cunctationis attulit rex minoris Armeniæ Cotys, verſis illuc quibuſdam[3] procerum: * deinde litteris Cæſaris coercitus. cuncta in Mithridatem fluxere, atrociorem quam nouo regno conduceret.

* eſcendenda

* perſultare.

* deinde vbi litteris Cæſaris coercitus eſt, cuncta

Nouo imperio placet humanitas.

At Parthi imperatores cum pugnam pararent,[4] fœdus repente iciunt, cognitis popularium inſidijs, quas Gotarzes fratri patefecerat: congreſſique primo cunctanter, deinde[5] complexi dextras apud altaria deum pepigere, fraudem inimicorum vlciſci, atque ipſi inter ſe concedere. Potior Bardanes viſus retinendo regno. At Gotarzes ne quid æmulationis exiſteret penitus in Hyrcaniam abijt,[6] regreſſoque Bardane deditur Seleucia ſeptimo poſt defectionem anno, non ſine dedecore Parthorum, quos vna ciuitas tamdiu eluſerat. Exin validiſſimas præfecturas inuaſit.[7] * & recuperare Armeniam, ni Vibio Marſo Syriæ legato bellum minitante cohibitus foret.

Seleuciæ obſidio per ſeptem annos.

* & recuperat.

Atque interim Gotarzes pœnitentia conceſſi regni, & reuocante nobilitate, cui in pace durius ſeruitium eſt, contrahit copias. & huic contra itum ad amnem Erindem, in cuius tranſgreſſu multum certato, peruicit Bardanes, proſperiſque prœlijs medias nationes ſubegit ad[8] flumen Ginden, quod Dahas[9] Arioſque diſterminat. Ibi modus rebus ſecundis poſitus. nam Parthi quanquam victores, longinquam militiam aſpernabantur. Igitur extructis munimentis, quibus opes ſuas teſtabatur, nec cuiquam ante Arſacidarum tributa illis de gentibus[10] parata, regreditur, ingens gloria, atque eo ferocior, & ſubiectis intolerantior. Qui dolo ante compoſito, incautum venationique intentum interfecere primam intra iuuentam, ſed claritudine paucos inter ſenum regum, ſi perinde amorem inter populares, quam metum apud hoſtes quæſiuiſſet.

Parthi longinquam militiam aſpernantur.

Bardanes iuuenis hoſti metuendus, a ſuis non amatus.

Nece Bardanis turbatæ Parthorum res inter ambiguos quis in regno acciperetur. Multi ad Gotarzen inclinabant, quidam ad Meherdatem prolem Phrahatis[11] obſidio nobis datum.[12] Deinde præualuit Gotarzes,[13] potituſque regia, per ſæuitiem ac luxum adegit Parthos mittere ad principem Romanũ occultas preces, queis permitti Meherdatem patrium ad faſtigiũ orabant.

1 MITHRIDATES.] De quo Plinius vbi de Sauromatis. Ad hos confugerat Mithridates Claudio principe; narratque *Taulos ijs eſſe confines, qui ab Oriente, Caſpij maris fauces attingerent.*

2 AD EXCIDENDA.] Non puto veram lectionem, cum nouo Regi non conueniat exſcindere, niſi grauiter læſo. Et Principatus initia ſemper mitia eſſe debent, & plus ad clementiam quam ad ſæuitiam dirigenda. Quippe hominum voluntas non cogenda, ſed trahenda & regẽda arte & ſuauitate. Scriptum fuit. *Ad eſcendenda caſtellorum ardua.* Dicunt enim *eſcendo*, & *eſcenſus*. Noſter infra lib. 12. *Eſcendere ſuggeſtum imperatoris.* Et opponit *ardua* planis *campis*, vt Romanus miles aſcenderet, aut eſcenderet ardua; Hyberus camporum plana perſultaret. Et lib. eodem. *Capta eſcenſu munimenta.* Ergo merito legimus *eſcedenda*, non *exſcindenda*.

3 PROCERVM DEINDE.] Male hæc cohærent. Lego, *Deinde vbi litteris Cæſaris coercitus eſt, cuncta ad Mithridatem fluxere.* Nam quemadmodum maiora pondera leuiora trahunt: ita vbi maior dignitas, ibi inferiorum puſillitas, quæ blandiendo ſequitur, non pugnando.

4 FOEDVS REPENTE.] Lego, *fœdus repente ſanciunt.* Nam Annal. 2. ita noſter. *Sanciendo fœderi.* & Annal. 12. *Hortari Mithridatem ad ſanciendum*

ad ſanciendum fœdus. Dicimus etiam, *fœdus iciunt*. nam *icere fœdus* apud authores. Et ita emendo Suetonium in Iul. cap. 77. *motis apud Iterdam deditionis conditionibus*. Vbi lego. *Mox ictis apud Iterdam deditionis conditionibus*. Et *ſanctum* ſcribunt pro *ſancitum*. Et ſane integra eſt victoria quæ ſalua fide & dignitate paratur. Addo & honeſtate. Nam pacem inter fratres ſancire eſt honeſtius quam infeſtius inter ſe bella gerere.

5 COMPLEXI DEXTRAS APVD ALTARIA.] Papin. Achill. 2. de dextris datis ante altaria. *...lus ante ...taria. ...atu dextris.*

--- iunge ergo manus, & concipe fœdus,
Atque ignoſce mihi.

Virgil. 12. Æneid. de aris in fœdere.

Tango aras, medioſque ignes, & numina teſtor.

Dextræ datæ ad fidem, & ante aras ad vindicandam perfidiam. Nam *Deorum iniuriæ Dijs curæ ſunt*, ait Tacitus. Duo autem huius iuriſiurandi fuere vincula, dextra & altare; altare apud Deum, dextra apud homines nos obligatos habet. Nam dextra fidei ſymbolum; altare, ſuperum præſentiam notat: quæ duo qui contemnit, nequam eſt, & nullus eſt.

6 REGRESSOQVE.] Lego, *regreſſuque Bardani deditur Seleucia*. Quæ Seleucia eſt non Parthorum ad Euphratem, ſed Seleucia Syrorum: & verba Taciti indicant. Nam adiungit: *Parthi longinquam militiam aſpernabantur*. Et vocatur *Seleucia maritima*, 1. Mach. 14. Et Actuum 13. *Abierunt Seleuciam*. Fuit autem ædificata ab Antiocho Seleuci filio, de quo Plin. 5. cap. 21. De altera Seleucia Ioſippus de bello Iud. lib. 1. cap. 6. ita. *Vrbs Seleucia fuit ante illam, fuitque illa terra, terra vrbium, hortorum, torrentum, in qua erat omne lignum fructiferum*. & in Galilæa eſt Seleucia quæ ad lacum Semechonitem, non ad lacum Geneſareth. Multæ aliæ fuere Seleuciæ alibi memorandæ.

7 ET RECIPERARE.] Lege fidenter. *Et reciperaret Armeniam*. Ita vna litterula abſcinditur totus ille tricarum nodus apud interpretes.

8 FLVMEN GINDEN.] *A quo Gindarus ciuitas Cirrhiſticæ regionis. Arx, aptum latronibus receptaculum*. Strabo 16. Circa hæc loca Pacorus natu grandior ex Parthi filijs, ducto in Syriam exercitu, a Ventidio deletus eſt.

9 ARIOSQVE.] Plinius lib. 7. cap. 17. *Ariacas* habet. ſunt autem Arij populi Ponto vicini.

10 PARATA.] Puto legi debere *peracta*. Quanquam ſunt qui *parata* pro *peracta* dici putant, vt in illo verſu Virgilij 3. Æn. *Tacitum correctum.*

Viuite fœlices, quibus eſt fortuna peracta
Iam ſua.

Et quod peractum, id paratum putant. Sed Grammaticorum oracula non ſemper mihi certa.

11 OBSIDIO NOBIS DATVM.] Scriptum exiſtimo, *Obſidem nobis datum*.

12 DEINDE PRÆVALVIT.] Verbum *deinde* adſcititium eſt: Quod qui manuſcriptos ignorarunt, putantes deliquium in verbis Taciti, ſatis inſipide euocarunt. Nam in verbo *datum*, erat *attamen*: quod heic locare debuerunt, non compoſita dictione, orationem turbare. Lego ergo. *Attamen prævaluit Gotharces*. Et iſto ſale defrico ſcabiem exſcriptorum.

13 POTITVSQVE REGIA.] Scriptum fuiſſe, *potitus Regiam*, Lipſius docet. Sane id ex vſu Taciti, cum authoribus multis. Plaut. in Amphitr. *Potitus hoſtium*. Et Tertullianus in Pallio. *Sapientiam potitus*. Et idem contra Iudæos, *Ille tantum potitus eſt regni ſui dominium*. Ergo reddantur authori ſua verba.

Iiſdem conſulibus [1] ludi ſeculares octingenteſimo poſt Romam conditá, quarto & ſexageſimo quam Auguſtus ediderat ſpectati ſunt. Vtriuſque principis rationes prætermitto, ſatis narratas [2] libris quibus res imperatoris Domitiani compoſui. nam is quoque edidit ludos ſeculares. iiſque intentius affui ſacerdotio Quindecimuirali præditus, ac tum prætor. quod non iactantia refero, ſed quia collegio Quindecimuirum antiquitus ea cura: & magiſtratus potiſſimum exequebantur officia ceremoniarum. Sedente Claudio Circenſibus ludis, cum pueri nobiles equis [3] ludicrum Troiæ inirent, interque eos Britannicus imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox in imperium & cognomentum Neronis adſcitus, fauor plebis acrior in Domitium loco præſagij acceptus eſt, vulgabaturque affuiſſe infantiæ eius dracones in modum cuſtodū, fabuloſa & [4] externis miraculis aſſimulata. nam ipſe haud quaquam ſui detractor, vnā omnino anguem in cubiculo viſam narrare ſolitus eſt. Verū inclinatio populi ſupererat ex memoria Germanici, cuius illa reliqua ſoboles virilis: & matri Agrippinæ miſeratio augebatur ob ſæuitiam [5] Meſſallinæ, quæ ſemper infeſta, & tunc commotior, [6] quo minus ſtrueret crimina & accuſatores, nouo & furori proximo amore diſtinebatur. Nam in C. Silium iuuentutis Romanæ

Populus R. Neronem capit, Britannicum odit.

Meſſallina ſemper infeſta & tunc commotior.

Filius eius qui imperator fuit, potior eo qui ex eo qui non fuit.

pulcherrimum ita exarſerat,vt Iuliam Syllanam nobilem fœminam, matrimonio eius exturbaret,vacuoque adultero potiretur. Neque Silius flagitij aut periculi neſcius erat,ſed certo ſi abnueret exitio,&[7] nõnulla fallendi ſpe,ſimul magnis præmijs opperiri futura,& præſentibus frui pro ſolatio habebat. Illa non furtim,ſed multo comitatu ventitare domum,egreſſibus adhæreſcere,largiri opes,honores:poſtremo velut tranſlata iam fortuna,ſerui,liberti,[8] paratus principis apud adulterum viſebantur.

Ambigua lis de interuallo ludorum ſecularium.

1 LVDI SÆCVLARES.]Quo interuallo fiant iſti ludi,lis ambigua eſt. Nam centeſimo tantum fieri anno,quod eſt ſæculum,& vnde nomen,veritas refutat; cum aliquando ſexageſimo poſt anno facti ſint aut pauloamplius. A Claudio poſt Auguſtum, & a Claudio ad Domitianum, ſub quo alij ſeculares, nõ 100. anni interuenere Neque a Domitiano ad Seuerum. Neque a Seuero ad Gordianum,& a Gordiano ad Conſtantinum. Ergo aut pro arbitrio Principum remiſſi aut reſtricti. Vetere tamen Rep. 100. tantum anno fiebant. At *Stephanio*,vt ait Plinius,*bis luſit ſæcularibus, Auguſti videlicet & Claudij*:quod minime fieri potuiſſet ſi ſæculares.Et inveteri proclamatione hæc erat formula: *Venite ad ludos quos vos vidiſtis nunquam, nec viſuri eſtis poſthac.* Certant tamen authores,adſtant patroni, iturque in partes: Sed nullum adhuc in Senatu litterario iudicium. Dum cuditur, narro hiſtoriam iſtis Claudianis ludis geſtam: Inque hiſtoria corrigo mala verba. Nam Plinius lib. 8. cap. 42. vbi de equis. *In circo*, inquit, *ad currus iuncti, non dubie intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Claudij Cæſaris ſæcularium ludorum Circenſibus, excuſſo in carceribus auriga, albati equi palmam occupauere, primatum obtinuere, oppoſita effundentes, omnia quæ* (lego, *omniaque*) *contra æmulos debuiſſent peritiſſimo auriga inſiſtente facientes. Cum puderet hominum artes ab equis vinci, peracto legitimo curſu* (id eſt *ſepteno*, vt interpretor) ad *metam ſtetere.* Nam *ſeptem*, (vt inquit D. Cyprianus de ſpectacul.) *ſpatijs, & curriculis, conficiebantur.*

Hiſtoria de equis in Circo. Plinius correctus Et interpretatus.

Septem curriculis curſus in Circo.

Clades librorum Taciti.

2 LIBRIS QVIBVS RES DOMITIANI COMPOSVI.] En indicium alterius naufragij in rebus Taciti. Et recte D. Hieronymus, de Tacito. *Ad mortem Domitiani, vitas Cæſarum triginta voluminibus exarauit.* At ſæpius ſæpiusque,ſed fruſtra, *Authoris queror hæc abeſſe furto.* Nam ſui ipſius Tacitus furtum fecit, nec furtum tantum, ſed rapinam.

Troia ludus.

3 LVDICRVM TROIÆ.]Vnde vox illa frequens apud nos, *Troiamenta*, quam vulgus in *torneamenta*, propter itus reditusque, ſtrophas & antiſtrophas mutauit. Et ita appellantur armata ludicra, quibus Franca nobilitas delectatur impenſius. Eiuſque vocis fit mentio in vita D. Bernardi apud Willelmum Abbatem Sancti Theodorici, noſtræque ſunt Pyrrhicæ. Pono verba quia non vulgaria. *Prope erat ſacrum Quadrageſimæ tempus.* (nota verba veri & antiqui Franci, & de antiquæ Franciæ moribus) *Illi omnes fere iuuenes dediti militiæ ſeculari circumibant quærentes execrabiles nundinas, quas vulgo Tornetas vocant. Cœpit ergo ab eis petere D. Bernardus, ne intra paucos dies, qui ante Quadrageſimam ſupererant, armis vterentur.* Nec ſane Eccleſię iſta Bacchanalia placuere vnquam, vt nec Laruarum & Lupercalium diſcurrentium furor. Nam ex vetuſtiſſimo Canone vetuſtiſſimi Concilij Rhemenſis. *Laruas*, inquit *dæmonum quas vulgus Talamaſcas vocat, ſub anathemate prohibemus.*

Noſtra Torneamenta.

D. Bernardus non probat.

Ante quadrageſimam facta: Inde Bacchanalia & Laruarũ diſcurſus.

4 EXTERNIS MIRACVLIS.] Herculis ſcilicet adhuc in cunis vagientis, vt narrant fabulæ.

Meſſallina lupa. Vorat multos Romuli nepotes.

5 MESSALLINÆ.] Quæ lupa, multos, & magnos viros Romuli nepotes decorticauit, glubit & vorauit totos. Iuuenal. Sat. 6. pingit illam ſuis coloribus. Sed Plinius præcipue lib. 10. cap. 63. vbi de libidine prodigioſa illam ferit. *Meſſallina*, inquit, *Claudij Cæſaris coniux, hoc regalem exiſtimans palmam, elegit in id certamen nobiliſſimam e proſtitutis ancillam mercenariæ ſtipis, eamque die ac nocte ſuperauit quinto & viceſimo concubitu.* Quod arguit magnam intemperantiam. Nam in Venerea palæſtra quanto quis eſt peritior, tanto eſt nequior & depreſſior; vt de aleatoribus dicebat Publius Mimus. Idem author vocat Meſſallinã *Reginam*, propter violentum imperium, cœno & ſanguine totum madens: nam dominatio Meſſallinæ, in ſanguine, & inguine, tota viguit. Quam imitata eſt poſtea Galli coniux altera regina, de qua ita Am. Marcell. 14. *Stimulos admouente regina quæ abrupta e mariti fortuna ſtridebat in exitium præcipuorum, cum potius leuitate fœminea ad veritatis humanitatiſq. viã reducens vtilia ſuadendo, deberet, vt in Gordiani actibus factitaſſe Maximini truculenti illius imperatoris retulimus coniugem.* Sed Meſſallina quid vilius? Capra fuit, quæ ſanguinem hauſit immoderanter, quæ concubitum optauit impotenter.

6 QVO MINVS STRVERET.] Id eſt, Meſſallina ſemper atrox odijs, & nunc magis crudelis, & in ſanguinem prona, nouo amore, furorique proximo, detinebatur quo minus strueret accuſationes, & hominum excidia moliretur.

7 NONNVLLA FALLENDI SPE.] Nam inſidioſum mulierum genus: & Meſſallina propudioſa inter omnes mulieres. Lucillius:

Fœmina mite malum, blandum, atque doloſum.

De qua vere iſtud dicitur & de Claud. marito.

Homines ipſi hanc ſibi moleſtiam vltro atque ærumnam offerunt,
Ducunt vxores, producunt quibus hæc faciant liberos.

Id

Id autem Silius ſatis ſciebat, ſe ſummo in periculo verſati, propter flagitium & adulterij ſcelus; ſed non ignorabat etiam certum ſibi exitium futurum, ſi Meſſallinam eius amore inſanientem repelleret: habebatque ſpem quandam poſſe ſe illam fallere, & eludere, & interea magnis præmijs quæ dabat potiri, operiens futura, dum pro ſolatio præſentibus fruitur.

8 PARATVS.] Pro, *apparatus*, vt ſupra. *Ventri & ganeæ paratus*, lib. 3. Et infra eodem. *Ne cæteros fortunæ paratus repoſceret.*

At [1] Claudius matrimonij ſui ignarus, & [2] munia cenſoria vſurpans, theatralem populi laſciuiam ſeueris [3] dictis increpuit, quod in P. Pomponium conſularem, is carmina ſcenæ dabat, inque fœminas illuſtres [4] probra iecerat. Et lege lata, ſæuitiam creditorum cohercuit, [5] ne in mortem parentum pecunias filijs familiarum fœnori darent. Fonteſque aquarum [6] Simbruinis collibus deductos vrbi intulit. Ac [7] nouas litterarum formas addidit vulgauitque, comperto Græcam quoque litteraturam non ſimul cœptam abſolutamque. Primi per figuras animalium [8] Ægyptij ſenſus mētis effingebant, & antiquiſſima monimenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernūtur, & litterarum ſemet inuentores perhibent. [9] Inde Phœnicas quia mari præpollebant intuliſſe Græciæ, gloriamque adeptos, tanquam repererint quæ acceperant. Quippe fama eſt [10] Cadmum claſſe Phœnicum vectum rudibus adhuc Græcorum populis artis eius auctorem fuiſſe. Quidam [11] Cecropem Athenienſem, vel [12] Linum Thebanum, & temporibus Troianis [13] Palamedem Argiuum memorant, ſexdecim litterarum formas, mox alios ac præcipuum Simonidem cæteras reperiſſe. At in Italia Hetruſci ab Corinthio [14] Demarato, Aborigines [15] Arcade ab Euandro didicerunt. [16] Et formæ litteris Latinis, quæ veterrimis Græcorum. Sed nobis quoque paucæ primum fuere, deinde additæ ſunt. Quo exemplo Claudius tres litteras adiecit, quæ vſui, imperitante eo, poſt obliteratæ, aſpiciuntur etiam nunc in ære publicandis [17] plebiſcitis per fora ac templa fixo.

Claudius interea inter theatrales iocos.

Litteræ adiectæ a Regibus dum vixere, fuere in vſu. Mortuis non ſuperuixere.

1 CLAVDIVS MATRIMONII SVI IGNARVS.] Acute: nam Claudius, qui priuata neſcit, publica curat, & emendat foris, quod vxor admittit domi. Sed Argos exoculant lupæ illæ publicarum libidinum. Et ſcite D. Hieronym. *Solemus mala domus noſtræ ſcire nouiſſimi, & vxorum vitia, vicinis canentibus, ignare.* Nec tamen Claudius ſine culpa qui patientia & lenitate vxoris rabiem innutriuit. Nam *lenitate*, ait Iulianus in Miſopogone, *alitur improbitas.*

[C]laudius ſui [ne]ſciens.

2 MVNIA CENSORIA VSVRPANS.] Verum verbum, *vſurpans*. Nam dominatio iam Pontificatum, Conſulatum, Tribunatum, reliquaque munia Reipub. vſurparat; excepta Cenſura: hanc Claudius ſuo principatu arripuit, & exercuit: quamuis a Iulio Cæſare intacta iacuiſſet multo tempore.

3 DICTV INCREPVIT.] Lege cum manuſcripto Florent. *Edictis*. Nam vera eſt Taciti lectio. Et *edictis populum monere interdum, & interdum arguere moris erat:* Noſter li. 3. Ann. *vtque premeret vulgi ſermones, monuit edicto neminem tam flagranti deſiderio celebratum.*

4 PROBRA IECERAT.] Licentia Theatri conſtitit in tribus: primum in hiſtrionibus, qui repreſſi ſunt ab Auguſto, vt dixi ſupra: in vulgo, de quo heic: & in Poetis qui carmina ſcenæ dabant. At vulgus, modeſtiæ ſuæ immemor, hiſtriones imitatus, etiam in illuſtres fœminas, & in Conſularem Pomponium probra iecit. Licet is carmina ſcenæ daret. Sic enim ſolebant veteres carmina ſcenæ dare, quæ recitarentur. Et illa carmina Satyræ dicebantur. Donatus enim ait Satyram fuiſſe, quæ de vitijs, ſine vllo nominis titulo luderet. Diuus Hieronymus vocat veterem comœdiam ad Ruſticum. *Ego*, inquit, *neminem nominabo, nec veteris Comœdiæ licentia, certas perſonas eligam, atque perſtringam.* De ea ſic Iuuenalis Sat. 1.

-- vnde illa priorum
Scribendi quodcunque animo flagrante liberet
Simplicitas, cuius non audeo dicere nomen.
Quid refert dictis ignoſcat Mutius, an non?

Non audet dicere nomen, quod eſſet ſtultitia. Et quis ille Mutius, quem citat? Is eſt, qui *damnauit eum qui carmine luſiſſet, nomine expreſſo*, ait author ad Herenn. Et contra C. Lælius iudex, abſoluit eum, qui Lucillium Poetam in ſcena nominatum, læſiſſet. Et quidem fuit prohibitum aliquem nominare. Vnde Rutilius in Itiner. 1.

Inſtituit veterem Cenſoria lima pudorem;

Theatralis licentia flagella. Hiſtriones, vulgus, & Poeta. Carmina ad recitandum ſcenæ data. Satyræ dictæ. Quid Satyra. Vetus Comœdia.

Interpretatio Iuuenalis. Quis Mutius. Nominare in theatro prohibitum.

Dumque malos carpit, præcipit eſſe bonos.

Poetæ verſibus diffamantes coerciti.

D. Auguſtinus lib. 1. de ciuit. Dei. *Probris & iniurijs Poetarum ſubiectam vitam, famamque habere noluerunt: capite etiam puniri ſancientes, tale carmen condere ſi quis auderet.* At hic Pomponius non tale carmen condidit, ſed pertulit.

Funus in mortem parentum ſtipulatum. Quod prohibitum.

5 NE IN MORTEM PARENTVM.] Quod multis Senatuſconſultis fuit coercitum. Et forſan huc reſpexit verſus Iuuenalis quem corrigo.

-- nequeo laudare, & poſcere motus
Aſtrorum; facinus promittere patris,
Nec volo, nec poſſum.

Vbi lego *funus*, non *facinus*. Loquitur enim de filijs luxu perditis, qui in funus parentum inquirunt.

Aquæ Romæ frequentes. *Plinius explicatus.* *Tacitus correctus. Ratio correctionis.*

6 SIMBRVINIS COLLIBVS DEDVCTOS.] De iſta deductione aquarum, ita ſcribit Plinius lib. 36. cap. 14. *Vicit antecedentes aquarum ductus impendium nouiſſimum operis inchoati a C. Cæſare, & peracti a Claudio: Quippe a lapide quadrageſimo ad eam excelſitatem, vt in omnes vrbis montes leuarentur, influxere Curtius, atque Cæruleus fontes. Erogatum in id opus ſeſtertium millies. Quod ſi quis diligentius æſtimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piſcinis, domibus, Euripis, hortis ſuburbanis, villis, ſpatioque aduenientis,* (id eſt, *ad ſpatium aduenientis*) *extinctos arcus, montes perfoſſos, conualles æquatas fatebitur, nihilque magis mirandum fuiſſe in toto orbe.* Noſter habet *Simbrinis*: legerem lubenter *Simbriuinis collibus deductos.* Et mihi adſtipulatur Florentinus codex, qui legit *ſub Imbriuijs*. Sane Silius habet *Simbrinio*, non *Simbruino*, neque *Imbriuio*. *Simbriuium* autem, vbi ſimul imbres conueniunt: *Imbres* autem pro aquis pluuijs accipio. Et libr. 14. Annal. vbi noſter loquitur de *Imbruuio ſtagno*, reponerem potius *Imbriuino*. Vbi autem illi colles *Simbriuij*? ſi credas Silio, apud Æquicolas, lib. 8.

Noua litterarum forma a Claudio. Ab Appio Claudio. A Chilperico rege Francorũ.

7 NOVAS LITTERARVM FORMAS.] Idem apud nos præſtitit Chilpericus Rex Francorum, vt Aimoinus teſtatur. Idem ſcribit de Appio Claudio Pomponius L. 2. de orig. iur. vt pro *Valeſijs*, diceretur *Valerijs*, pro *Furijs*, *Fuſijs*.

Litteræ repertæ in Ægypto. A Menone. Alij a Mercurio. Alij apud Phœnices.

8 ÆGYPTII.] Plinius lib. 7. cap. 57. *Anticlides in Ægypto litteras inueniſſe quendam, nomine Menona, tradit; quindecim annis ante Phoroneum, antiquiſſimum Græciæ regem: idque monumentis approbare conatur.*

9 INDE PHOENICAS.] De quibus Lucanus lib. 3.

Phœnices primi, famæ ſi credere dignum,
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris
Auſi.

Plinius aſſentitur. Variat tamen. Et Aſſyrijs tribuit. Plinius correctus.

Et Plinius lib. 5. cap. 12. *Ipſa gens Phœnicum in gloria magna litterarum inuentionis, & ſiderum, naualiumque, ac bellicarum artium.* Tamen idem Plinius, quem purgo libr. 7. cap. 57. *Litteras ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe; ſed alij apud Ægyptios a Mercurio, vt Gellius, alij apud Syros* (quid ſi *Aſſyrios*?) *repertas volunt.* Tollo iſtud gloſſema, *vt Gellius*. Nam poſt Plinium vixit, & ſub Hadriano. De Phœnicibus, quod mari præpollerent, ſcribunt in Britanniam vſque negotiationis gratia nauigaſſe, nec tantum notos mari, ſed & terris. Nam Silius.

Quo tempore vixit A. Gellius. Phœnices noti mari & terris.

—— ſtat gloria gentis Agenor,
Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.

Litteræ Cadmi filiæ. Filiæ nigellæ Cadmi. Atricolores. Imago Cadmi in Pompeia ſchola. Miletus Cadmi patria.

10 CADMVM.] Ideo Auſonius eleganter ſcribit ſe *mittere Cadmi nigellas filias*, id eſt litteras, quarum genitor, & inuentor Cadmus: & vocat alicubi *Cadmi filiolas atricolores*. Nam Cadmus repertor litterarum & ſolutæ orationis. Eius imaginem Antiphilus pinxit in Pompeia ſchola; & Miletus ei patria fuit. Nam Plinius lib. 5. cap. 29. *Non fraudanda Miletus ciue ſuo Cadmo.* Et certe ciuis ciuitate ſua glorioſior.

Cecrops Athenienſis. Arx Cecropia. Plinij tempore. Vrbe diruta.

11 CECROPEM ATHENIENSEM.] Qui ab Hygino, *Vulcani & Terræ filius* dicitur. Aiunt & Athenas condidiſſe. Et ideo heic Athenienſis dicitur. Plinius ſuo tempore arcem Cecropiam ſcribit tantum fuiſſe, vrbe iam diruta. Sic magna decidunt, puſilla attolluntur.

Linus Thebanus.

12 LINVM THEBANVM.] Poetam antiquiſſimum, de quo Propert. lib. 2. eleg. 13.

Tunc ego ſum Inachio notior arte viro.

Palamedes Argiuus.

13 PALAMEDEM ARGIVVM.] Auſonius de litteris monoſyllabis, Palamedis meminit, narratque inueniſſe litteram φ.

Hæc gruis effigie Palamedica porrigitur φ.

Demaratus. Demarathus. In Etruria. Plaſticen docet Hetruſcos. Demaratus Tarquinij Priſci pater.

14 DEMARATO.] Vocatur Demaratus a Plinio Corinthius, a Liuio Demarathus ad differentiam Demarati Lacedæmoniorum ducis, traditque illũ Hetruſcos Plaſticen docuiſſe ab Eugrammo & Euchira pictoribus, quos adduxit in Etruriam. *Demaratum vero,* inquit, *ex eadem vrbe* (Corintho ſcilicet) *profugum, qui in Hetruria Tarquinium Priſcum regem P. R. genuit, comitatos fictores Euchira & Eugrammum: ab ijs Italiæ traditam Plaſticen.* lib. 35. cap. 12. Et idem libro eodem cap. 3. ait Cornelium Nepotem affirmare iſtum Demaratum fuiſſe Tarquinij Priſci patrem.

Arcas Euãder.

15 ARCADE AB EVANDRO.] De quo Virgilius ſæpe, & lib. 8. Æneid.

Forte die ſolennem illo Rex Arcas honorem
Amphitryoniadæ magno, Diuiſque ferebat.

Formæ litterarum Latinarum tales quales Græcarum.

16 ET FORMÆ.] Plinius firmat libr. 7. cap. 58. veteres Græcas fuiſſe eaſdem pæne quæ nunc ſunt Latinæ; *Indicio*, inquit, *erit Delphica tabula, antiqui æris, quæ eſt hodie in Palatio, dono principum Mineruæ dicata in Bibliotheca, cum inſcriptione tali:* Ναυσικράτης Τισαμένος Ἀθηναῖος Hεχ ἐ Ἀθηνᾷ τίθηκεν.

Plebiſcita. Vulgata plebiſcita tabulis æreis. Sub Imperat. & ſub Claudio iam nulla plebiſcita.

17 PLEBISCITIS.] Non tollas, *plebi*, ſed disiungas, & veram habebis ſcripturam. Nam ſcripſit, *plebi ſcitis*. Vulgabantur enim plebi, per æratas tabulas, & etiam argenteas, foro, templiſque affixas. Diximus ſupra in verbo *Aureis litteris*. Et temporibus Claudij, quibus imperatores ad ſe omnia traxerant, quibuſque etiam lege Regia, omnem poteſtatem plebs dederat. De plebiſcitis, heic nulla vola, ne veſtigium vllum.

1 ACCITIS.]

Rettulit deinde ad ſenatum ſuper collegio aruſpicum, ne vetuſtiſſima Italiæ diſciplina per deſidiam exoleſceret: ſæpe aduerſis Reipub. temporibus [1] accitis, quorum monitu redintegratas cerimonias & in poſterum rectius habitas: primoreſque Hetruriæ [2] ſponte aut patrum Romanorum impulſu retinuiſſe ſcientiam, & in familias propagaſſe: quod nunc ſegnius fieri publica circa bonas artes [3] ſocordia, & quia externæ ſuperſtitiones inualeſcant: [4] & læta quidem in præſens omnia, ſed benignitati deum gratiam referendam, ne ritus ſacrorum inter ambigua culti, per proſpera obliterarentur. Factum ex eo Senatuſconſultum: viderent pontifices, quæ [5] retinenda firmandaque aruſpicum.

Fixæ leges Claudio imperante litteras ab eo inuentas præ ſe ferunt in foro.

1 Accitis.] Ferri poteſt hæc lectio: ſed ſane a Tacito alienum odorem habet. Vide num hæc ſcriptura magis Tacito conueniat. *Sæpe aduerſis Reipub. temporibus accitos, atque eorum monitu.* De Aruſpicibus autem Thuſcia aduectis, ita Florus cap. 5. lib. 1. *Inde Romanus ſacer auguratus.* Vbi de Nauij nouacula, quæ cotem ſecuit. Et ab Etruſcis ad Romanos fluxiſſe, Cicero ſatis teſtatur de Aruſpicum reſponſ. Antequam autem migraret Romam ſcientia Augurij: ex decreto Senatus, ſex optimarum filij ad Hetruſcos mittebantur, quo Auſpiciorum diſciplinis imbuerentur. Et primum Feſulæ iſta arte inclaruerunt. *Origo* autem a *Tage apud Hetruſcos memorabili*, ait Cicero. *Nam cum terra araretur, vt eſt in Hetruſcorum libris, & ſulcus altius eſſet impreſſus, repente ſpecies viſa eſt pueriliſ quidem vultu, ſed ſapientia ſenilis, quæ affata eſt bubulcum aratorem. cum obſtupuiſſet, & magnum ediddiſſet clamorem, concurſu facto, tota Hetruria in eum conuenit locum, ibique ille Tages, magna habita concione, plurima de Aruſpicina loquutus eſt. Illa autem omnia litteris fuere mandata.* Inde fons Aruſpicum, & Thuſcæ diſciplinæ adeo commendatæ apud Romanos.

2 Sponte, avt patrvm Rom. impvlsv.] Lego interrogando, *aut patrum*, &c. vt noſter lib. 2. *Sponte, an falſo?* Et infra. *ſponte, an coactus.* Sic ſolet.

3 Socordia et.] Scribo, *Socordia eſt, & , quia externæ ſuperſtitiones valeſcant.* Nam ſunt duæ cauſæ diſciplinæ Aruſpicum deperditæ, ſocordia, & externa ſacra, quæ a Claudio poſtea prohibita Romanis. Vt infra dicemus.

Duæ cauſa Aruſpicina deperdita. Socordia. Et externa ſacra.

4 Et læta.] Maiori littera clauſulam incipio.

5 Retinenda firmandaqve Arvspicvm.] Falſa, & mutila oratio. Et puto legendum: *Quæ reijcienda, firmandaque Aruſpicum in re.* Nam Claudius ad Senatum ſuper collegio Aruſpicum retulit, & de veteri Italiæ diſciplina. Pono autem *reijcienda*, quia *firmanda* adiicit. At noſter non repetit idem, & ſunt oppoſita.

Tacitus emendatus.

Eodem anno Cheruſcorum gens regem Roma petiuit, amiſſis per interna bella nobilibus, & vno reliquo ſtirpis regiæ, qui apud vrbem habebatur, nomine Italus. Paternum huic genus e Flauio fratre Arminij. Mater ex Catumero [1] principe Cattorum erat. ipſe forma decorus & armis equiſque in patrium noſtrumque morem exercitus. Igitur Cæſar, auctum pecunia, additis ſtipatoribus, [2] hortatur gentile decus magno animo capeſſere. Illum primum Romæ ortum, nec obſidem, ſed ciuem, ire externum ad imperium. Ac primo lætus Germanis aduentus. atque eo magis, quod nullis diſcordijs imbutus pari in omnes ſtudio ageret: celebrari, coli, modo comitatem & temperantiam nulli inuiſam, ſæpius vinolentiam ac libidines, grata barbaris, vſurpans. Iamque [3] apud proximos longius clareſcere, cum potentiam eius ſuſpectantes qui factionibus floruerant, diſcedunt ad conterminos populos, ac teſtificantur, *adimi veterem Germaniæ libertatem, & Romanas opes inſurgere:* [4] *adeo neminem iiſdem in terris ortum qui principis locum impleat, niſi* [5] *exploratoris Flauij progenies ſupra cunctos attollatur.* [6] *Fruſtra Arminium præſcribi: cuius ſi filius hoſtili in ſolo adultus, in regnum veniſſet,* [7] *poſſe extimeſci,* [8] *infectum alimonia,*

Inuidia in Italum a factionarijs.

Quem laudauerant deprimunt & vilipenduut.

Italus apud Cheruſcos bonæ malæque fortunæ rex.

ſeruitio, cultu, omnibus externis. [9] *at ſi paterna Italo mens eſſet, non alium infenſius arma contra patriam ac deos penates, quam parentes eius* [10] *exercuiſſe.* His atque talibus magnas copias coegere. Nec pauciores Italum ſequebantur. non enim irrupiſſe ad inuitos, ſed accitum memorabant. quando nobilitate cæteros anteiret, virtutem experirentur, an dignum ſe patruo Arminio, auo [11] Catumero præberet. nec patrem illi rubori eſſe, quod fidem aduerſus Romanos volentibus Germanis ſumptam nunquam omiſiſſet. falſo libertatis vocabulum obtendi ab ijs qui priuatim degeneres, in publicum exitioſi, nihil ſpei, niſi per diſcordias habeant. Adſtrepebat huic alacre vulgus: & [12] magno inter Barbaros prælio [13] victor rex, dehinc ſecunda fortuna ad ſuperbiam prolapſus, pulſuſque, ac rurſus [14] Longobardorum opibus refectus, per læta, per aduerſa res Cheruſcas afflictabat.

1 PRINCIPE CATTORVM ERAT.] Ita interpungo. *Paternum huic genus e Flauio fratre Arminij, mater, ex Catumero principe Cattorum. Erat ipſe forma decorus*, &c.

2 HORTATVR GENTILE.] Lego, *Hortatur vt gentile decus magno animo capeſſeret.* Illud vt apud manuſcriptos cum *ur* ſuperiori confunditur. Et ſane maſcula magis oratio, & Tacito digna.

3 AD PROXIMOS.] Lego fidenter, *apud proximos*. Nam, *ad*, ſcriptum erat, prima & poſtrema ſyllaba. Et noto peſſime habitas ab exſcriptoribus ſequentes paginas, qui multa effuderunt ridicularia.

4 ADEO NEMINEM.] Eadem fide lego, *adeone neminem?* nam ſcriptum fuit, *adeo NE minem.*

Cur Flauius explorator dictus.

5 EXPLORATORIS FLAVII.] Vocat exploratorem quod ſe ante ad Romanos vertiſſet. Vide de Flauio quæ libris ſuperioribus dicuntur.

6 FRVSTRA ARMINIVM PRÆSCRIBI.] Non ita: ſed, *fruſtra Arminium proſcribi*. Nam quid heic præſcriptio? deinde, *Arminium præſcribi*, an bona Latinitas? Ideo autem repono *proſcribi*, quod a popularibus ſuis fuerit pulſus. Nam Tacitus in fine lib. 2. *Arminius abſcedentibus Romanis, & Marabauduo pulſo, regnum adfectans, libertatem popularium aduerſam habuit, petituſque armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit.* Et hæc eſt illa proſcriptio.

Emendatio in Tacito.

7 POSSE.] Legendum, *poſſet extimeſci*; quamuis patrem Arminium haberet, adeo patriæ liberos amantem. Et argumentatur a ſobole, Arminij ad Flauij ſobolem.

Tacitus interpretatus.

8 INFECTVM.] Incipe clauſulam, & lege: *Infectum iſtum alimonia*, &c. Vt opponat filium Flauij, filio Arminij; quod ille tantum in hoſtili ſolo adultus; hic non modo alimonia, ſed & ſeruitio, cultu, omnibus externis innutritus fuerit.

9 AT SI PATERNA ITALO MENS ESSET.] Ita lege, *At ſi paterna Italo mens eſt.* Quia pater maxime fidus Romanis: quod firmat Tacitus lib. 2. *Erat in exercitu Flauius, inſignis fide.*

10 EXERCVISSE.] Lubenter legerem, *exerciturum eſſe*. Ex duobus verbis vnum fecerunt: & hoc ex notis.

11 CATVMERO.] Repetitum idem nomen, pro indice eſt ita ſcriptum a Tacito.

12 MAGNO INTER.] Lego, *vt inter barbaros prælio*, cum iuſto Lipſio, qui vulnus aduertit.

13 VICTOR REX.] Hæc obſcuriora, & mutila videntur, quæ tamen ſana. Nam ita ſe habent. *Magno vt inter barbaros prælio victor Rex, dehinc prolapſus ſecunda fortuna per ſuperbiam, pulſuſque ac rurſus Longobardorum opibus refectus, per læta, per & aduerſa afflictabat res Cheruſcas.* Nam vita noſtra teſſerarijs tabulis ſimillima, a nigro ad album, ab albo ad nigrum quotidiana eſt deſultio.

14 LONGOBARDORVM OPIBVS.] Sic Tacitus libr. 2. Semnones ac Longobardos memorat. Et de moribus Germ. ita: *Adijcit authoritatem fortuna Semnonum. Centum pagis habitatur*, (lego, *vt centum pagis habitetur*) *magnoque corpore efficitur, vt ſe Sueuorum caput credant: Contra, Longobardos paucitas nobilitat, quod plurimis ac valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium, ſed prælijs, & periclitando tuti ſint.* — Tacitus de mor. Germ. correctus.

Gannaſcus Caninefas.

Per idem tempus Chauci nulla diſſenſione domi, * & morte [1] Sanquinij alacres, dum Corbulo aduentat, inferiorem Germaniam incurſauere, duce Gannaſco, qui natione Caninefas auxiliaris & diu meritus, poſt transfuga, leuibus nauigijs prædabundus, Gallorum maxime oram vaſtabat, non ignarus [2] dites & imbelles eſſe. At Corbulo prouinciam ingreſſus, magna cum cura & mox gloria

* ſed morte

Galli dites & imbelles illo tempore.

gloria, cui principium illa militia fuit, triremes alueo Rheni, cæteras nauium, vt quæque habiles, per æſtuaria & foſſas adegit: lintribuſque hoſtium depreſſis & exturbato Gannaſco, vbi præſentia ſatis compoſita ſunt, legiones [3] operum & laboris ignaras, populationibus lætantes, veterem ad morem reduxit, [4] ne quis agmine decederet, nec pugnam niſi iuſſus iniret. [5] ſtationes, vigiliæ, diurna nocturnaque munia in armis agitabantur. Feruntque militem quia vallum [6] non accinctus, atque alium quia pugione tantum accinctus foderet, morte punitos. quæ nimia & incertum an [7] falſo iacta, originem tamen e ſeueritate ducis traxere. intentumque & magnis delictis inexorabilem [8] ſcias, cui tantum aſperitatis etiam aduerſus leuia credebatur. Cæterum is terror milites hoſteſque in diuerſum affecit. nos virtutem auximus, Barbari ferociam infregere.

Corbuli prima militia apud Caninefates.
Corbulonis leges bellicæ.
Corbulonis leges militares duræ, ſed ſalubres.
In leuiſſimis aſper, ſed in grauioribus rigidus.

Sanquinius dux Romanus.
1 SANQVINII ALACRES.] Ducis Romani, cui Corbulo ſucceſſit.

Galli imbelles pace & otio. Aliquando bello acres & pugnaces. Diuitiis fracti. Hannibal fractus mollitie.
2 DITES ET IMBELLES ESSE.] Fuit cum ſcriberet Florus de Gallis: *Magna illa & ingentia corpora ad ſtragem totius orbis nata videri.* Vbi ergo illa virtus? A diuitiis, ad molliriem; a mollitie, ad ſegnitiem, deſultorio more ſaltauerant. Sic Campania fregit Hannibalem, nec ille tam habitus eſt ab illa, vt a Laide altera: Cuius mollities, tantam virtutem contriuit.

...itium exſcribentis.
3 OPERVM ET LABORIS IGNARAS, POPVLATIONIBVS.] Ita ſcribo: *Operum, vt laboris ignaras; At populationibus lætantes.* Tranſpoſitio eſt exſcribentis, qui cum non putaret in vltima littera verbi *operum*, contineri *vt*, apud manuſcriptos, de ſede ſua & tranſtulit, nec apto loco appoſuit, hiantemque reliquit orationem ſequentem.

4 NE QVIS AGMINE DECEDERET.] Tacitus infra de eodem: *In Syria, qui ſigna reliquerat, capite pœnas luebat.* Notum eſt ſatis de ſignis; & dixi ſupra iuraſſe nunquam ea deſerturos: ſed de agmine nominatim cauit, quod populationibus miles lætaretur: ideoque ſe agminibus ſurriperet. Vnde plerumque magnæ clades, & deſerta ſigna. noſter lib. 2. Annal. vt quoquo inclinarent, pars aliqua militis Romani, in ore, in latere, & ſæpe a tergo erat: multique eo modo cæſi, & circumuenti. *Magnus ille Corbulo non ignorabat plus in imperio eſſe, quam in victoria:* ait Florus.

...igna non deſerebantur.
...eque agmina milite.

5 STATIONES, VIGILIÆ.] *Stationes*, diurna militum munera; *vigiliæ*, nocturna. De quibus ſupra dixi.

...iles dum durat bellum, accinctus.
6 NON ACCINCTVS.] Nam bello durante, ſemper accinctus miles. Sic Tertullianus Mart. *Subſtrictum, & ſub papilionibus expeditum militem eſſe debere.* Prudentius, peracto bello diſcingi milites docet his verſibus, in pugna Auaritiæ. Et eſt pacis indicium.

Bello finito diſcincti.

—— *pax inde fugatis*
Hoſtibus, arma abigit, bellum diſcingitur, omnis
Terror, & auulſis exfibulat ilia Zonis,
Veſtis ad vſque pedes deſcendens defluit imos.

Vnde iſtud Horatij in Satyris.

Malchinus tunicis demiſsis ambulat.

Et idem Prudentius.

Munera nunc agitet tantæ toga candida pacis,
Atque ſacris ædem properet diſcincta iuuentus.

Cingula bullata.
Diſcincta cingulis: quæ cingula erant bullata. Quod idem poeta docet.

Aſpexit ſi forte patris fulgentia bullis
Cingula.

Virgil. 12. Æn.

—— *notis fulſerunt cingula bullis.*

Seueritas ducis militiæ vigor.
Et ſane vbi ſacramentum dederant, cingebantur. L. filius famil. L. Titius. L. quod dicitur. de re milit. D. Cæterum Corbulonis ſeueritas diſciplinæ vigor fuit. Ex his nota quid ſit apud Iuriſconſultos, *Teſtamentum in procinctu factum.*

7 FALSO IACTA.] Ne dubites ſcribere, *iactata*. Ita enim ſcriptum, *iacTA*. Et id poſtulant Taciti Gratiæ, quibus ſacrificandum eſt.

Tanti exercitum quanti imperator.
8 SCIAS.] Apage iſtum rupicem ab vrbanitate Taciti: quippe ſenſus eſt integer illo excuſſo. Et ſic lege. *Intentumque & magnis delictis inexorabilem, cui tantum aſperitatis etiam aduerſus leuia credebatur.* Id eſt, exiſtimabatur eum intentum futurum, & magnis delictis inexorabilem, cui tantum eſſet aſperitatis aduerſus leuia. Et ſane Quintilianus appoſite ad hæc declamat. 339. *Nihil credebatur eſſe quo magis diſciplina militaris confirmari poſſet, quam exemplum aduerſus indignos.* Eleganter Florus, qui ſcribit, *tanti eſſe exercitum, quanti Imperatorem.*

Et natio Friſiorum per rebellionem clade L. Apronij cœptam infenſa, aut male fida, datis obſidibus conſedit apud agros a Corbulone deſcriptos. [1] Idem ſenatum, magiſtratus, leges impoſuit. Ac ne iuſſa exuerent, [2] præſidium inde immuniuit, [3] miſſis qui maiores Chaucos ad deditionem pellicerent, ſimul Gannaſcum dolo aggrederentur. Nec

Corbulo diſcordiam ſeminat.

Quæ læta apud quoſdam, ſed illaudata apud cæteros.

Nam aduerſa in Remp. caſura.

irritæ aut degeneres inſidiæ fuere aduerſus transfugam & violatorem fidei. Sed cæde eius motæ Chaucorum mentes, & Corbulo ſemina rebellionis præbebat, vt læta apud pleroſque, ita apud quoſdam ſiniſtra fama, cur hoſtem conciret? aduerſa in Rempublicam caſura: [4] cum proſpere egiſſet, formidoloſum paci, virum inſignem, & ignauo principi prægrauem. [5] Ideo Claudius adeo nouam in Germanias vim prohibuit, vt referri præſidia cis Rhenum iuberet. [6] Iam caſtra in hoſtili ſolo molienti Corbuloni, [7] hæ litteræ redduntur. Ille re ſubita quanquam multa ſimul offunderentur, metus ex imperatore, contemptio ex barbaris, ludibrium apud ſocios, nihil aliud prolocutus, quam [8] * beatos quoſdam duces Romanos, ſignum receptui dedit. Ne tamen miles [9] otium exueret, inter Moſam Rhenúque trium & viginti millium ſpatio [10] foſſam produxit, qua incerta Oceani [11] * vetarentur. inſignia tamen triumphi indulſit Cæſar, quamuis bellum negauiſſet.

** beatos quõdam duces Romanos,*

** vitarentur.*

1 IDEM.] Lege, *Iiſdem Senatum, magiſtratus, leges impoſuit.* Iiſdem ſcilicet Friſiis, vt aſſuefacti paulum Romanis moribus, eorum imperium non detrectarent. Barbaras enim gentes ita paulatim demulcebant, vt dato ſenatu, & magiſtratibus, eos in obſequio continerent, & aſſuefacerent ciuilibus officiis, ac barbariem exuerent.

Barbari ad Romanos mores facti.

2 PRÆSIDIVM INDE IMMVNIVIT] Credo legendum, *præſidio tum muniuit.* Nos dicimus, *il renforce la garniſon.*

Correctus Tacitus.

3 MISSIS QVI.] Lege, *Miſſique qui maiores Chaucos ad deditionem pellicerent.* Nam repetenda vox erat.

Scriptio in Tacito correcta.

4 CVM PROSPERE.] Verba ſunt famæ variantis. Cur hoſtem concitat Corbulo? ſi quid geratur improſpere, in Reipub. caput cadet: ſi proſpere, virum hunc inſignem, formidoloſum paci futurum, & ignauo principi etiam prægrauem. Lego autem, *At cum proſpere egiſſet.* Et noto eam fuiſſe Romanorum auaritiam, vt dites prouincias ad bellum irritarent, atque inde ſumptis armis, vi belli ſubderentur. Petron. Arbiter.

Tacitus interpretatus.

Si qua foret tellus, quæ fuluum mitteret aurum,
Hoſtis erat, fatiſque in triſtia bella paratis,
Quærebantur opes.

5 IDEO CLAVDIVS ADEO.] Ne puta Tacitum ita ſcripſiſſe, ſed, *Idcirco Claudius adeo nouam,* &c. ſcriptum erat *ideo*, pro *idcirco*: & nota erat. ſed mutarunt *c* in *e*.

6 IAM CASTRA.] Lego, *& iam caſtra.* Nam ita ſcriptum, *iuberET caſtra.* Id eſt, *iuberet & caſtra,* &c.

7 HÆ LITTERÆ.] Quæ, & quales? De litteris, ſupra ne iota quidem. Lege ergo: *heic litteræ redduntur.* Id eſt, in hoſtili ſolo, in quo caſtra fixerat Corbulo. Litteræ, inquã, quibus vis noua prohibebatur fieri in Germanos.

Mala ſcriptio emendata.

8 BEATOS QVOSDAM DVCES ROMANOS.] Illa loquutio neque ſal, neque acetum habet. Emendo, & ſcribo. *Beatos quondam duces Romanos.* Nam ita ſcriptum, *Rom. Cos.* vnde finxere *Romanos.* Poterat tolerari ſi ſcriptum fuiſſet: *Beatos quondam duces Romanos.* nam erant Romanorum voces frequentiſſimæ. Sic Dio ſcribit Romanos cum viderent acta Neronis, virtutem ipſam iugulantis, dicere ſolitos, *O mortuos beatos!* Et Seneca de temporibus Tiberij, cuius delatoribus omnes familiæ ſubruebantur. *O fœlicem Vatiam, quia is ſeceſſiſſet in villam de rumoribus vrbis ac periculis nil percepturus.* Dio ex Xiphil. mihi in hac lectione adſtipulatur, qui lib. 60. ait reuocatum Corbulonem, dixiſſe, *O beatos priſcos duces.* Id eſt, eos quos darent Conſules, & Senatus. Et ita hæc interpretor. Qui dabantur duces a Conſulibus Romanis, a Senatu dabantur: qui dabantur a Senatu, non niſi toto conſentiente Senatu, reuocabantur. At qui dabantur a principe adulatorum fraudibus obnoxio, & plerumque vana ſibi fingente, nulla iuſta cauſa reuocabantur: ideo fœlices illos, hos infœlices maxime. De talibus litteris iam dixi ſupra, vbi de reuocato Germanico egit Tacitus, vt ad Parthos proficiſceretur. Et illæ reuocatoriæ litteræ, magnos duces a victoria reuocarunt.

Beati priſci Romani duces.

Principes adulationibus obnoxij.

9 OTIVM EXVERET.] Contra Taciti mentem, & militum conſuetudinem. Nam ſemper miles in labore, etiam abſente hoſte. Lege ergo, *ne officium exueret.* Quis enim legat ſana mente, *foſſam producere militem, ne otium exueret?* Repoſui *officium.* ſic noſter 12. An. *imbuendis ſociis ad officia legum.* & lib. 2. *officia videntium corrumpebat.* Verum militum officium, labor.

Verbum menti Taciti contrarium.

Miles ſemper in labore.

Officium militum labor.

10 FOSSAM PRODVXIT.] Exemplo Druſi patris Germanici, qui foſſam duxerat a ſuperiori cornu Rheni, ad fluuium Aliſonem, vnde in Fleuum legiones ducerentur, & a Fleuo, in Oceanum. Poſtea Nero foſſam inchoauit, nauigabilem a Baiano lacu, Oſtiam vſque. Plinius lib. 14. cap. 6. Et poſt Neronem Traianus aliique multi. Sed hic ad luxuriam, ille ad gloriam P. Romani.

Corbulo foſſam producit exemplo Druſi.

11 VETARENTVR.] Lege, *vitarentur.* Nam mari nihil incertius. Noſter. *Nihil tam capax fortuitorum quam mare.* Ergo relicto mari nihil tutius, quam per hæc incilia & foſſas, iter facere: quæ natura fluunt leniter, & a quibus longe Iſmaros ergaſterium ventorum.

Tacitus correctus.

Correctio firmata.

Nec

* ecfodere riuos, * queis

Nec multo poſt Curtius Rufus eundem honorem adipiſcitur, qui in agro Mattiaco recluſerat ſpecus quærẽdis venis argenti: vnde tenuis fructus, nec in longum fuit: at legionibus cum damno labor,[1] * & fodere riuos, quæque in aperto grauia, humum infra moliri. * quis ſubactus miles, & quia plures per prouincias ſimilia tolerabantur, componit occultas literas nomine exercituum precantium imperatorem, vt quibus permiſſurus eſſet exercitus, triumphalia ante tribueret. De origine [2] Curtij Rufi quem gladiatore genitum quidam prodidere, neque falſa prompſerim, & vera exequi pudet. Poſtquam adoleuit, [3] * ſectator quæſtoris cui Africa obtigerat, dum in oppido [4] Adrumeto vacuis per medium diei porticibus ſecretus agitat, oblata ei ſpecies muliebris vltra modum humanum, & audita eſt vox: *Tu es Rufe, qui in hanc prouinciam pro conſule venies.* tali omine in ſpem ſublatus, digreſſuſque in vrbem, & largitione amicorum, ſimul acri ingenio, quæſturam, & mox nobiles inter candidatos præturam principis ſuffragio aſſequitur, cum hiſce verbis Tiberius dedecus natalium eius velauiſſet, *Curtius Rufus videtur mihi* [5] *ex ſe natus.* Longa poſt hæc ſenecta, & aduerſus ſuperiores triſti adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, conſulare imperium, triumphi inſignia, ac poſtremo Africam obtinuit, atque ibi defunctus fatale præſagium impleuit.

Rufi fortuna mirabilis.

* ſectorquæſtoris

Spectrum Rufo viſum.

Rufus minoribus arrogãs, patibus difficilis, ſuperioribus adulator.

Eſcendere.

1 Et fodere.] Lego, *ecfodere.* Et ita Seneca dixit, *eſcendere*, ad Martiam. *Seianum in ceruices noſtras, ne imponi quidem, ſed eſcendere.* Et noſter dixit, *Eſcendere ſuggeſtum imperatoris.* Annal. 13. Apul. 5. Metam. *primiſque prælijs Veneris, velitatus alium ſoporem eſcenderat.* Noſter eodem lib. *Capta eſcenſu munimenta.* Sic Cicero dixit *ecferre* ad Attic. epiſt. 8. epiſt. *Maximus. Laureatos faſces ecferre ex Italia quam moleſtum.* Et in formula præconis, ad exequias inuitantis. Exeqvias L. Titio L. F. qvibvs est commodvm ire, iam tempvs est: Ollvs ex ædibvs ecfertvr. Feſtus in verbo *funus*: Et ſæpe hoc verbum legi apud Senecam patrem: legi etiam *ecfodere* apud Plinium, ſi memini, lib. 8. Et ita puto legendum Martialem in epigrammate 27. lib. 2.

Ecferre.

Ecfodere.

Laudantem Selium cœnæ cum retia tendit,
**Accipe ſiue legas, ſiue patronus agas.*
**Effene, grauiter, cito, nequiter, euge, beate.*
Hæc volui: Facta eſt iam tibi cœna, tace.

* Excipe
* Ecferte,

Importunum cœnæ captatorem, & ideo intempeſtiue & inciuiliter laudantem monet vt eum excipiat cœnæ, ſed ita, vt fumum pro fumo reddat. Siue, inquit, legas, ſiue agas, tanquam patronus, excipe eum; & dic famulis, Ecferte cœnam grauiter, cito, nequiter: & verbis gratantibus, dic ei, Euge, beate. hoc volui, iam eſt cœna peracta, tace: vt ſolis verbis importunis ei gratuletur. Eſt tamen in illo epigrammate quod deſiderem.

Martialis explicatus.

2 Cvrtii Rvfi.] Par nomen, & par fortuna, immo etiam par ætas alteri Rufo, cuius nomen L. Tarius Rufus, qui infima natalium humilitate ad Conſulatum euectus eſt per militarem induſtriam: quique liberalitate Auguſti, ad millies HS peruenit. At hic noſter de quo Tacitus, opima fortuna ſepultus eſt in Africa, in qua conſenuit: *Ille autem, mutante vultum fortuna, compulſus eſt ad detrectationem heredis, exhauſta omni hereditate agros in Piceno coemendo colendoque ad gloriam.* Et is idem eſt Rufus, dè quo Seneca in Benef. lib. 3. c. 27. Non prætereo primum omnium D. Barnabam Briſſonium in Senatu Pariſienſi clariſſimum Præſidem, docuiſſe nos, hunc noſtrum Rufum eſſe Curtium Rufum, qui de geſtis Alexandri ſcripſerit: & niſi me fallit animus, vere ſcripſit. nam quod de longa pace obiicitur, quæ memoratur lib. 3. Ea, inquiunt, non fuit ſub initiis Auguſti. Quod verum: ſed illa longa pax nonne fuit vrbi a v. Conſulatu Auguſti, ad Claudium? Itaque Tertullianus vocat Auguſtum *ſepultorem bellorum ciuilium*, lib. de Anima: & fidenter refer ad Auguſtum, non ad Caligulam, quæ ſcribit lib. 10. Curtius. *Quod ille tum extinxit faces.* nam Caligula accendit, non extinxit, periitque illis ignibus.

Duo Rufi. Eiuſdem temporis. Eiuſdem fortunæ. Eiuſdem nominis. L. Tarius Rufus.

Barnabas Briſſonius.

Curtius Rufus. Qui ſcripſit de rebus Alexandri.

3 Sectator.] Recte correctum, *ſector.* Tacitus 13. Annal. *Exercendis apud ærarium ſectionibus.* Et hiſtor. 1. infra. *reliquias Neronianarum factionum* (lego, *ſectionum*) *nondum in fiſcum conuerſas.* Lucanus hoc verbo vſus 1. Ciuil.

Sector. Sectiones. Correctus in hoc verbo Tacitus.

Hinc rapti faſces pretio, ſectorque fauoris
Ipſe ſui populus, lethaliſque ambitus vrbi,
Annua venali referens certamina campo.

Nam res fiſco adiudicatæ, in ærario vendebantur ſub haſta, aut per auerſionem. Dicimus *en bloc*, aut *en gros.* aut per ſectionem, *en detail.* Qui ſectionem hanc peragebant, *ſectores* vocabantur, aut diuiſores. Cicero 15. fam. epiſtola. *Non mehercule. Nec*, inquit, *ſectorem deſiderabis.* Et idem Cicero in Verrem. *Q. Verres Romæ ex optima diuiſorum diſciplina.* Et lib. 5.

Diuiſores, ſectores.

Sectionis ſcelus.

ii Verr. *Verris pater fur, ac diuiſor.* Plinius lib. 36. & 35. cap. 5. & 15. *Metella mater proſcriptionum ſectrix.* Idem Cicero vocat *ſectionis ſcelus*, his verbis. *Bonis Pompeij ſub haſta poſitis, quis eſſet tam demens, tam diis hominibuſque hoſtis, qui ad id ſcelus auctionis auderet accedere?* Non accedendum, ſed abſcedendum, in principum rebus.

Adrumetum.

4 ADRVMENTO.] Lego, *Adrumeto.* Et eſt Africæ ciuitas, non longe a Carthagine, Stephano & Plinio. Tertull. ad Scapulam narrat Adrumeticum Manillum Chriſtianum ad beſtias damnatum. De Adrumeto loquitur D. Auguſtinus in Confeſſ. Seneca de Beneficiis: *Cum obſideretur Adrumetum*, lib. 3. cap. 23. Et Capitolinus in Seuero: *Eo tempore lectis actis quæ de Claudio Celſino laudando, qui Adrumetinus & affinis Albini erat.* D. Hieronymus per aſpirationem ſcribit lib. de locis Hebraicis ex actis Apoſtolorum. *Hadrumetus*, inquit, *ciuitas in Bazacio regione Africæ.* Et de Albino Capitolinus: *Vnum ex Afris & quidem Adrumetinis fingentem quod de Ceioniorum ſtemmate ſanguinem duceret.* Suetonius eius meminit in Veſpaſ. his verbis. *Niſi quod Adrumeti ſeditione quadam in eum rapa iacta ſunt.*

5 EX SE NATVS.] Lactantius lib. 1. ca. 11. Diuin. inſtit. *Solemus eos dicere, quorum virtutem miramur, aut qui repentino aduenerint, de cælo cecidiſſe. De terra autem ignotis parentibus natos, quos terræ filios nominamus.* Hoc autem fluxit a fluuiis qui terra erumpunt magno impetu, non viſi antea, vt de Nilo dicitur incertum habere fontem, & de Acheloo. Ideo Seruius 1. Georg. *Achelous terræ filius dicitur, vt ſolet de his quorum per antiquitatem latent parentes.* Cicero Philipp. 6. *Quid vobis non debeo Quirites, quem vos a ſe ortum hominibus nobiliſſimis, omnibus honoribus prætuliſtis?* Etiam noui homines dicebantur. Perſius Sat. 6.

-- præſto eſt mihi Manius heres,
Progenies terræ.

Et paulo poſt.

—— addo etiam vnum,
Vnum etiam terræ eſt qui filius.

Hæreticis ſe ipſis orti.

D. Cyprianus, vbi de Nouatiano hæretico iiſdem verbis vſus eſt fere, epiſt. 76. *Nouatianus*, inquit, *in Eccleſia non eſt, nec Epiſcopus computari poteſt, qui Euangelica, & Apoſtolica traditione contempta, nemini ſuccedens, a ſe ipſo ortus eſt.* Nam hæretici, pro Chriſtianis, & Eccleſiæ Catholicæ ſobole, nunquam ſunt habiti. Tertullianus in præſcript. *Et ex ſe naſcuntur inſtar fungorum, ex ſe peruertuntur, ex ſe ſubruuntur.* Sic etiam idem Tertullianus in Apolog. *Ignoti, vel ex inopinato parentis de cælo ſuperueniſſe dicuntur. Nam & terræ filios vulgus vocat, quorum genus incertum.* γηγενεῖς dicebantur: a quo non dubito quin Lactantius hauſerit. Iuuenalis Sat. 9.

Lactãtius Tertulliani ſuppilator.

Vos humiles, inquit, vulgi pars vltima noſtri,
Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis.

Seneca pater correctus.

Seneca pater mire deprauatus eſt in hoc loco. Sic enim lib. 1. Controu. 6. *Quidam auitaſque paternaſque flagitiis obruerunt imagines, quidam ignobiles nati fecerunt poſteris genus. In illis, non ſeruaſſe quod acceperant, maximum dedecus: in his, quod nemo dederat feciſſe, laudabile eſt. Si poſſent homines ſibi ſortem facere naſcendi, nemo eſſet humilis, nemo egens, vnuſquiſque fælicem domum inuaderet* (lego, *vnuſquiſque fælicem in dominum euaderet*) *ſed quandiu domini non ſumus natura nos regit, & in quemcunque vult caſum, nos mittit: heic ſumus* (lege, *hinc ſumus*) *æſtimandi, cum ſumus noſtri. Quis fuit Marius, ſi illum ſuis inſpexerimus maioribus, in tot Cõſulatus* (lego, *Conſulatibus*) *nihil habet clarius, quam ſe authorem.* Et paulo poſt. *Quemcunque voluerimus reuolue nobilem* (lego, *quemcunque volueris imis, reuolue nobilem*) *ad humilitatem peruenies.* Iuuenalis Sat. 2.

Quidam ex nobilitate ignobiles.

Ignobiles nobiles facti.

Nemo ſuæ naturæ artifex.

Si nobilitatis caput quæratur, erit ignobilitas.

Quales ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit quoties voluit fortuna iocari.

Ex ſe nati.

Cicero pro Flacco de Athenienſibus: *Ex ſeſe ſuos ciues genuiſſe dicuntur.* Et Pollio de Ateio Philologo, vt refert Tranq. de Clar. Gram. *Philologus ab ſemet nominatus.* Et Syneſius epiſt. 57. *Homo qui aut nomen non poſſit dicere; immo ne Patris quidem, niſi quantum coniicit, quique ex thynnorum captore, in principalem rhedam inſiliit.* Sed

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

Interea Romæ nullis palam neque cognitis mox cauſis, Gn. Nouius eques Romanus, ferro accinctus reperitur [1] in cœtu ſalutantium principem: nam poſtquam tormentis dilaniabatur, [2] de ſe Nouius conſcios non edidit, incertum an occultans. Iiſdem conſulibus P. Dolabella cenſuit ſpectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum qui quæſturam adipiſcerentur. Apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctiſque ciuium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratus: [3] ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima iuuenta conſulatum ac dictaturas inirent. Sed quæſtores [4] regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſunt, quod lex Curiata oſtendit ab L. Bruto repetita. Manſitque conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret, creatique primum [5] Valerius Potus, Æmylius Mamercus LXIII. anno poſt Tarquinios exactos, vt rem militarem comitarentur. Dein gliſcentibus negotiis, duo additi qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus, ſtipendiaria iam

Italia,

Italia, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. Poſt lege Syllæ viginti creati ſupplendo ſenatui, cui iudicia tradiderat. & quanquam equites iudicia recuperauiſſent, quæſtura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur, donec ſententia Dolabellæ velut venundaretur.

Dignitates quæ olim præmia honoris, poſtea fuere venalitatis.

Antiquus mos ſalutandi principem.

1 In coetv salvtantivm principem.] Dixi iam de Liuiæ Auguſtæ ſalutatione lib. 2. heic dicam de Auguſtorum: qui mos eſt certe perantiquus. Nam libro 2. Reg.

A Iudæis.

Abſalon, inquit, *filius Regis præbebat oſculandam manum ſuam, & apprehendens oſculabatur eum.* nam affectabat tyrannidem. Q. Curtius, *Dextram fidei ſuæ pignus dedit*, inquit lib. 6. Fluxit

Ad Perſas. Et ad Romanos.

hoc ad Perſas a Iudæis, & inde ad Romanos. Nam Auguſtus ſenectute grauis. *petiit a Senatu, ne ipſum poſthac domi ſuæ ſalutarent, ne ve in malam partem acciperent ſi deinceps non conuiuaretur cum eis*: nam frequenter eum ſalutabant, præſertim ſi Senatus ageretur. Et forum & curiam intrantem abeuntemque, ac iam in ipſo palatio ſedentem, cubantemque moris erat, non Senatoribus tantum, ſed & equitibus, & plebeiis nonnullis illum ſalutare. Quod ideo ſcripſi, vt mos ſalutationis, quem tractamus, noſceretur.

Mane ſalutabantur.

Tempus autem ſalutandi, matutinum erat: Quippe ſalutabantur eo tempore principes, quo a clientibus patroni. At patroni, mane.

Vt patroni.

Seneca epiſt. 95. *Vitemus ſalutationibus matutinis fungi.* Sic Martialis lib. 1.

Et matutinum portat ineptus aue.

Idem lib. 7. epig. 38.

Diſcurſus varios, vagumque mane,
Et faſtus, & aue potentiorum,
Cum perferre, patique iam negaret,
Cœpit fingere Cælius podagram.

Et eodem lib.

Migrandum eſt, vt mane domi te, Galle, ſalutem.

Princeps veneratus intercalcandum. Veſtibulis hærebant venerantes. Fores quatiebant. Introducebantur. Introducti, diſponebantur. Circa oſtium. Primæ & ſecundæ admiſſionis amici. Salutatio in atrio principis.

De veneratione Principis Sueton. in Veſpaſ. cap. 21. *Ac dum ſalutatur, & calceabat ipſe ſeſe, & amiciebat.* En totius orbis caput, quod ſeipſum calceabat, & amiciebat. Vbi nunc puſillorum faſtus & arrogantia? Illud autem arguit fuiſſe mane. Et idem in Othone, cap. 6. *Mane Galbam conſalutauit, vtque conſueuerat, oſculo exceptus eſt.* Mane autem, foribus nondum apertis circa veſtibulum diſponebantur. Mox ædes quatiebant, & patentibus, introducebantur: introducti, a ſeruo nomenclatore diſponebantur in ordinem circa oſtium: & erant quidam primæ, quidam ſecundæ admiſſionis. Quod explicabo infra. Dixi quod hærerent veſtibulis. Tacitus de Tiridate. *foribus eorum aßiſteret.* Gellius lib. 4. Noct. Attic. cap. 1. *In veſtibulo ædium Palatinarum, omnis fere ordinum multitudo, opperientes ſalutationem Cæſaris, conſtiterant.* Nam alienas intrare niſi aperiantur, inciuile imo iniurioſum putabant. Ergo fores quatiebant. Quod Martialis me docuit. Et ad id alludit Terentius.

Qui mihi nũc vno digitulo adperis fores fortunatus,
Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra.

Seneca de Benefic. *Non ſunt iſti amici magni, qui ianuam pulſant.* Locus autem ſalutandi, erat ædes principis. Nam Tacitus. *Itur in ædes Principis, reperti tum inter cœtus venerantium.* Sic enim lego, vbi male legitur, *repetitum venerantium.* Illa autem veneratio fiebat in illa parte ædium, quæ *atrium* dicebatur. Seneca epiſt. 19. *Errat, qui amicum in atrio quærit.* Martial. lib. 5. epig. 21.

Nec nos atria, nec domos potentum.

Et alio loco.

Atria ſi nobis non patuiſſe negas.

Lectulus ſalutatorius.

Erat autem pars anterior ædium. Nam Sueton. in Galba. *Vbi euigilauit, ſtatim aperto atrio.* At in atrio, erat lectulus ſalutatorius, de quo Plinius lib. 15. cap. 11. *Omnia*, inquit, *iam & virorum ſalutatoriis cubilibus incluſa, ſimulachris noctium impoſita.* Loquitur de malis cotoneis, quæ ad odorem, iſtis lectulis inſerebantur. Et hoc commentum fuiſſe mulierum, indicant hæc verba, *iam & virorum*, &c. Dio lib. 58. ait Seianum habuiſſe talem lectum in aula, in qua ſalutabatur, & qui turba ſalutantium corruit. Aulamque pro atrio ponit. Cæterum in illa ſalutatione Auguſtus purpura erat amictus. Spartianus in Proculo: *Cum in quodam conuiuio ad latrunculos luderetur, atque ipſe decies Imperator exiſſet, quidam non ignobilis ſcurra, Aue, inquit, Auguſte: allataque lana purpurea humeris eius iunxit, eumque adorauit.* Et in Saturnino. *Depoſita purpura ex ſimulacro Veneris cum chlamyde vxoria militibus circunſtantibus amictus & adoratus eſt.* Ita lego, non *adornatus.* Cape de iſta adoratione quod in Euangelio: *veſte purpurea induerunt eum & dixerunt, Aue rex Iudæorum, & dabant ei alapas.* Forma autem ſalutandi, aut per oſculum fuit oris, aut manus, vel per complexum, aut ad genua, vel pedes. Quod frequens apud Curopalaten. De oſculo genuum & manuum, iam diximus. nunc reliqua perſequemur. niſi quod de manu, iſtud addo Martialis lib. 4. epig. 30.

Qui norunt dominum, manumque lambunt
Illam, qua nihil eſt in orbe maius.

Etiam in genua procumbebant, quod ait notum apud Romanos in ſalutando principe. Vide vitam Ædeſij: & D. Hieron. tomo 5.

Oris oſculum apud Iudæos antiquiſſimum. Dabatur dignioribus.

Oſculum autem oris, fuit antiquiſſimum. nam in Bibliis, Ioſeph fratres oſculatus eſt apud Ægyptios. Exod. 45. Et Samuel, regem Saul apud Iudæos, vt in veneratione regia locum habuiſſe credas, præcipue inter ſacerdotes, qui regibus dignitate vicini, 1. Reg. cap. 10.

Vt ſacerdotibus a Rege.

D. Ambroſius lib. 5. epiſt. 130. *Vbi ſedit in Conſiſtorio, ingreſſus ſum. Aſſurrexit vt oſculum daret, ego inter Conſiſtorianos ſteti.* Sic Ioab Amaſam oſculatus eſt mento capto, & impreſſa buccula. 2. Reg. cap. 20. quod Romæ locum habuit in pueris, vt dicemus poſtea.

Oris oſculum apud Perſas.

Inter Perſas, Eſdræ lib. 3. cap. 3. Et Ioſephus Antiquit. lib. 11. Nam Darius oſculo Zorobabelem excepit. Apud Græcos, oris oſculum

Apud Chriſtianos. fuit, & ſupra demonſtraui. Apud Chriſtianos. D. Paulus. *Saluto vos in oſculo ſancto.* D. Hieron. contr. Iouinian. *Tibi cedunt de via nobiles, tibi oſculantur diuites caput.* Et ante eum Tertullianus lib. de orat. *Iam eum de abſtinentia oſculi agnoſcimus ieiunantem.* *In ieiunio oſculo abſtemij.* Ergo in ieiunio Chriſtiani oſculis abſtinebant. *Et die Paſchæ.* Etiam die Paſcharis. Idem eodem. *Die Paſchæ, quo conuenimus, & quaſi publica ieiunij religio eſt, merito deponimus oſculum.* Et lib. 2. ad vxor. de die Paſchæ; *Oſculata vincula martyrum.* *Quis in carcerem ad oſculanda vincula martyris repere patietur?* D. Hieron. ad Ruffin. *O ſi nunc mihi Dominus IESVS, vel Philippi ad Eunuchum, vel Abacuc ad Danielem, tranſlationem repente concederet, quam ego nunc arctis ſtringerem colla complexibus, quam illud os, quod mecum, vel errauit aliquando, vel ſapuit, impreſſis figerem labris.* Et idem ad Nepotian. *Quidam dicebat, Non eſt oſculum porrigere, ſed vina propinare.* Loquitur de meribibulo baſiante. At de illis diuerſis oculorum & oris, & manus, genuumque pedumque oſculis Chriſti crucifixi, D. Bernardus ſermones Chriſtianos valde pios, nobis reliquit, quos miramur & miratur quiſquis Chriſtianus eſt. Et ſæpe in Cantico Cantic. de hoc more. *Apud Paganos oſculum.* Apud Paganos etiam oſculum frequens fuit. Martialis lib. 12. epig. 59.

Tantum dat tibi Roma baſiorum
Poſt annos modo quindecim reuerſo,
Quantum Leſbia non dedit Catullo.

Martialis correctus. Vbi obiter corrigo verſum iſtum.

Hinc defiocalus, & inde lippus.

Nam lego.

Hinc cui deeſt oculus, ſubinde lippus.

Nec prætereo quod ſcribit Valerius lib. 2. cap. 6. *Numidiæ reges, more gentis ſuæ, nulli mortalium oſcula ferre.* Quicquid enim in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuum eſſe conuenit. Iulianus Parabates: *De accipiendis,* inquit, *dandiſve oſculis non laboro,* in Miſopog. Catullus ad Verannium.

Viſam te incolumem, audiamque Iberum
Narrantem loca, facta, nationes,
Vt mos eſt tuus, applicanſque collum,
Iucundum os, oculoſque ſuauiabor.

Et ſane oculos more Græco præcipue baſiabant. Nam idem poeta.

Oculorum ſuauia a Græcis.

Mellitos oculos tuos, Iuuenti,
Si quis me ſinat vſque baſiare.

Sic Cicero ad Tironem. *Tuoſque oculos etiam, ſi te veniens medio foro videro, diſſuauiabor.* Apul. 2. Metam. *Eſt hercle heic Lucius, & offert oſculum.* Petron. Arbit. inducit ſeruulum Trimalcionis exoratores ſuos baſiantem. Pedo Albinouanus.

Collaque & os, oculoſque illius ore premam.

Illa oſcula matutina. Illa vero baſia apud Romanos etiam extra adorationem Principis in viis aliquando fiebant, & matutina erant. nam mutuis oſculis mane ſe excipiebant, ſed præcipue patroni *Patronorum in clientes.* clientes & clientes patronos, vt dixi. Et ita intellige verſum Martialis.

Prima ſalutantes atque altera continet hora.

Idem lib. 8. epig. 44.

Sed omne limen conteris ſalutator,
Et mane ſudas vrbis oſculis vdus.

Et alio loco.

Baſia das aliis; aliis das, Poſthume, dextram:
Dicis, Vtrum mauis, elige. malo manum.

Idem lib. 2. epig. 4.

Audieris cum grande ſophos, dum baſia captas.

Martialis explicatus. Id eſt, dum tu liber adis vrbem, domoſque potentiorum, & eos ſalutas mane veluti cliens, dum baſia captas, quæ mane ſolent dari. D. Hieron. ad Euſth. de virg. ſeru. *Cum ſole feſtinus exurgit, ſalutandi & ordo diſponitur, viarum compendia requiruntur, & pæne vſque ad cubicula dormientium, importunus ſenex ingreditur.* *Principis baſia in ſubditos.* Vtque priuatis oſcula, ita Principibus in veneratione data, non tamen ab omnibus. Sueton. de Domitiano cap. 12. *Cenidi patris concubinæ oſculum offerenti, manum præbuit.* *Oſcula diſtincta pro dignatione cuiuſque.* Et dixi, pro dignatione diſtincta fuiſſe venerationis officia: vnde Caligula reprehenſus, qui hiſtrionibus dabat oſcula, & viliſſimis e populo. Et Otho, *ab amplexu & oſculo, omnes milites dimiſit.* D. Bernardus Serm. 3. ſuper Cantic. *Oſculandi ſunt prius Domini pedes, deinde manus; deinde os. Longus ſaltus, & arduus eſt, de pede, ad os; per manus tibi tranſeundum eſt.* Preſbyterorum manus oſculabantur Chriſtiani, vt Epiſcoporum pedes. D. Hier. Preſbyter ad Aſellam. *Oſculabantur mihi manus quidam & ore vipereo detrahebant.* Et Paula oſculata eſt pedes Epiſcopi Salaminæ Cypri. & Ruffinus oſculum oris accipit ab eodem Epiſcopo quia Preſbyter. D. Hieron. libro ad Ruffin. *Breuia oſcula.* Erant autem quædam breuia oſcula, quæ minus amatis dabantur, aut dignitate non æquandis. Tacitus Annal. 14. & 12. *Poſt breue oſculum.* Idem in Agricola, de Domitiano. *Exceptuſque breui oſculo, & nullo ſermone.* Papinius 9. Theb.

—— libandaque fratri
Parcius ora tulit.

Martialis lib. 2. epig. 12.

Dimidia oſcula.

Dimidio nobis dare Poſthumus ante ſolebat
Baſia, nunc labro cœpit vtroque dare.

Quæ? Dicit, *vtroque labro dare oſcula,* pro vberioribus oſculis, & ad differentiam oſculi breuioris, quod dimidio labro dabatur. Idem libri eiuſdem epig. 10.

Baſia dimidio, quæ das mihi, Poſthume, labro,
Laudo, licet demas hinc quoque dimidium.
Vis dare maius adhuc, & inenarrabile munus?
Hoc tibi habe totum, Poſthume, dimidium.

Id eſt, habe tota tua oſcula, nam ſpurca nimis. *Principes quidam oſculo non vſi.* Et fuere principes, qui nullos oſculis dignarentur. Suetonius in Ner. cap. 37. *Neque aduenientem neque proficiſcentem vllum, oſculo impertiit, ac ne reſalutatione quidem. Et in auſpicando opere Iſthmi, magna frequentia, clare, vt ſibi ac populo Romano bene res verteret, optauit, diſſimulata Senatus mentione.* *Puerorum baſia.* Etiam pueri, in ſalutatione principis, oſculabantur. Sueton. in Galba cap. 4. *Conſtat Auguſtum, puero ſalutanti ſe inter æquales, apprehenſis auribus & buccula dixiſſe,* ϗ σὺ, τέκνον, τῆς ἀρχῆς παραγεύσῃ. quod ad Tiberium quidam referunt, vt noſter Tacitus. *Preſſa buccula.* Apul. 6. Metam. *Tum Iupiter perpreſſa Cupidinis buccula, manuque ad os relata.* Silius Italicus de Amilcare.

Olli permulcens genitor caput, oſcula libat.

Quod

Auribus prehenſis. Quod auriculis prehenſis fiebat. Ouidius.

Et fœtus matrona dabit, natuſque parentis
Oſcula comprenſis auribus excipiet.

Quod intelligendum eſt de oſculis datis pueris non modo adultis, ſed & naſcentibus. Quæ exhorruere quidam. Nam D. Cyprianus epiſt. ad Fidum lib. 3. *Nec aliquis noſtrum id debet horrere, quod Deus dignatus eſt facere: nam etſi infans a partu nouus eſt; non ita eſt tamen, vt quiſquam illum in gratia danda, atque in pace facienda, horrere debeat exoſculari: quando in oſculo infantium, vnuſquiſque noſtrum, pro ſua religione, ipſas adhuc recentes Dei manus debet cogitare, quas in homine modo formato, & recens nato exoſculamur, quando id quod Deus fecit, amplectimur.* Sic Plautus in Pœn. licet in fœminis. *Etiam in fœminis.*

Sine te exorem, ſine te prendam auriculis, ſine dem ſauium.

Idem in Aſinar.

Prehende auriculis, compara labella cum labellis.

Baſia ſub Tiberio defecere. Ita baſia in vſu. Sed noto, ſub Tiberio deſueuiſſe tantillum, mentagræ morbo graſſante. Is enim morbus, non lethalis, ſed fœtidus, & *Propter mentagram. Fœdum morbũ.* totum vultum, oculis tantum immunibus, fœdans. In colla, pectuſque & manus, magno horrore deſcendebat. *Nec,* inquit Plinius, lib. 26. cap. 1. *Senſere id malum fœminæ, aut ſeruitia plebeſque humilis, aut media, ſed proceres veloci tranſitu oſculi: maximeque fœdiore multorum, qui perpeti medicinam tolerauerant, cicatrice, quam morbo. Cauſticis namque curabatur, & ni vſque in oſſa corpus exuſtum eſſet, rebellante tædio.* *Sed nec popularem. Sed procerum.* Senſit hunc morbum Tiberius; *Ideoque*, vt ait Suetonius cap. 34. in Tiber. *quotidiana oſcula prohibuit edicto.* Et ſenſiſſe ſcribit Plinius his verbis. *Tiberij Cæſaris principatu irrepſit hoc malum; nec quiſquam prior Imperatore ipſo ſenſit. Magna ciuitatis ambage, cum edicto eius excuſantis valetudinem legeret nomen incognitum.* lego, *legeretur.* Edicta enim non viua voce publicabantur, ſed ſuſpenſa plerumque tabula legebantur. *Nomen* autem *incognitum* dicit, quod eſſet *mentagra*: & quia morbus incognitus, adhuc etiam nomen incognitum. De iſto morbo, *Martialis explicatus.* Martialis in vitandis baſiis tangit aliquid.

Non vlcus acre, puſtulæue lucentes,
Nec triſte mentum, ſordidique lichenes,
Nec congelati gutta proderit naſi.

Impurorum ideo baſia vitabant. Seneca 4. de Benefic. *Fabij Perſici oſculum impuri etiam vitabant.* Ideo Martialis, ait *velle manum, non os* ad baſiandum, quia impurus eſſet Poſthumus. Sed de Baſio ſatis. De complexu. eius forma *Forma complectendi in veneratione.* a Plauto deſcribitur in Aſinar.

L I B. *Circundatoque me brachiis, meumque collum circumplecte.*

A R G. *Ten' complectatur carnufex?*

Idem in Pœnulo.

Condamus alter alterũ ergo in neruum brachialem.

Oſculari pectus id dicebatur. Plutarch. in Bruto. Et Tacitus de Neronis ſimulatione in matrem. *Excipit manu, & complexu.* Sueton. cap. 34. *In digreſſu papillas quoque exoſculatus eſt.* Tacitus vbi de Seneca. *His adiicit complexum & oſcula, factus natura & aſſuetudine exercitus, velare odium fallacibus blanditiis.* Horatius.

O qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!

Apul. 1. Metam. *Pythias condiſcipulus apud Athenas Atticas meus, qui me poſt aliquantum multum temporis amanter agnitum, inuadit, amplexuſque ac comiter deoſculatus.* De Pedibus, & pedum oſculatione, quæ perantiqua, ita *Oſculum pedum apud Iudæos.* Reg. 4. cap. 4. *Apprehendit pedes eius.* Id eſt, adorauit. Suetonius in Othone, cap. 12. *Multi præſentium militum, manus, ac pedes eius deoſculati.* Tacitus. *Admotus ad tribunal, pedibus Cæcinnæ aduoluebatur.* *Apud Romanos.* Idem lib. 1. *Disiectus quorum per humeros attinebatur, præceps, & ſingulorum pedibus aduolutus.* Ouidius.

Nunc mihi nil ſupereſt, niſi te formoſa precari,
Amplectique tuos, ſi patiare, pedes.

Silius lib. 11. ——— *tremebundus ibidem*
Sternitur, & pedibus crebro pauida oſcula figens.

D. Hieron. de obitu Paulæ. *Vidit Cyprum, vbi ſancti & venerabilis Epiphanij pedibus prouoluta.* *Christiani Epiſcoporum pedes oſculantur.* Nam erat moris apud veteres Chriſtianos, pedes Epiſcoporum oſculari. Inde illa Chriſtianorum vox, rebus in turbidis, *AD PEDES EPISCOPI.* quibus aſylum Chriſtianorum præcipue, vbi de fide agebatur hæreticorum turbationibus. In Euangelio, D. Magdalena *Vt B. Magdalena pedes Christi.* ad pedes Chriſti, more ſeruorum. De quibus dixi ſupra. Quod eſt Chriſtianæ humilitatis exemplar, ſemper in Epiſcopis obſeruatum. Etiam Principes ad oſcula pedũ. Iſaias vbi de Eccleſia Catholica vaticinatur. *Erunt,* inquit, *Principes ad pedes Eccleſiæ.* *Reginæ nutrices tuæ, & Reges veſtigia pedum* (quod nunquam factum apud hæreticos) *tuorum lambent.* D. Auguſtinus epiſt. 42. *Videbitis imperij* *Ad pedes SS. Apoſtolorum Romæ.* *nobiliſſimum culmen, ad ſepulchrum Piſcatoris Petri, ſubmiſſo diademate ſupplicare.* Et ſane Baſilius *Baſilius Imperator probat.* Imperator Conſtantinopolitanus in Syn. 8. Conſtant. *Deo,* inquit, *procidunt, qui ſpiritualibus iſtis procidunt patribus.* Quod Pagani non abnuerunt. Et Vlpianus I. C. qui de ſacerdotum honore ita ſcribit, L. Nemo. de recept. arbit. *Honori omnipotentis Dei defertur, cui parere nos oportet.* Sed redeo ad Paganorum Imperatorum venerationem. Primus ergo qui eorum pedes oſculari monſtrauit, fuit Vitellius *Vitellius oſculationis pedum author.* ille turpis adulationis magiſter. Sueton. in Vitellio cap. 2. *Primus,* inquit, *C. Cæſarem adorare vt Deum inſtituit* (viuentem ſcilicet; nam *Erga Cæſarem Caligulam. Viuentem non mortuum.* ante ſolis mortuis Cæſaribus is honos) *cum reuerſus ex Syria, non aliter adire auſus eſſet, quam capite velato, circumuertenſque ſe, ac deinde procumbens:* Ad pedes ſcilicet. Nam talis erat forma adorandi. *Forma adorandi.* Quod Plinius confirmat lib. 28. cap. 2. *In odorando* (lege, *in adorando*) *dextram ad oſculum referimus, totumque corpus circumagimus: quod in læuum feciſſe Galli religioſius credunt.* *Veteribus Gallis.* Marcellinus. *Oſculum delibatum digitis ad os ſuum refert.* lib. 21. Eandem adorandi Principis formam habet Zonaras in Iuſtin. 2. Et dicebatur *adoratio ſacræ purpuræ*, a Iuriſconſultis, & *Adoratio ſacræ purpuræ.* ab Imperatoribus, L. 4. de Conſul. lib. 12. Cod. Dixi Vitellium Caligulam hæc docuiſſe: Nec fruſtra. *Quippe illa bellua Pompeio Senatori pedes dedit oſculandos;* Quod Senecam ponit in fermento totum. Sic enim ſcribit de Benef. cap. 12. lib. 2. *Homo natus in hoc, vt mores liberæ ciuitatis, Perſica ſeruitute mutaret.* Et ſubiungit: *Parum iudicauit, ſi Senator ſummus vſus honoribus, in conſpectu principum ſenex ſibi eo more iacuiſſet,*

quo victi hoſtes victoribus iacuere. Inuenit aliquid infra genua, quo libertatem detruderet. Non (lego, *Num*) *hoc eſt Rempub. calcare? Ad genua victi prouoluebantur.* Dio, *Vercingentorigem ad genua Cæſaris, Alexia capta, procubuiſſe, & vltra inferiuſque quam genua.* Horatius in Carminib.

Seneca correctus.

Victi ad genua.

— *Claudi virtute Neronis*
Armenius cecidit: ius imperiumque Phraates
Cæſaris accepit, genibus minor.

Titus Liuius de Paulo Æmilio; *Poſt Perſeum victum, introeunti Regi dextram porrexit, nec attingere genua paſſus eſt.* Dio de Claudio. *Edixit ne quis eum adoraret, ne quis ipſi ſacrificaret.* De Iuniore Maximino, ita Capitolinus. *In ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & manum porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur.* Contra Senior Maximinus, qui dicebat. *Dij prohibeant, vt quiſquam ingenuorum pedibus meis oſculum figat.* Et ſane Alexander Mammea adorari ſe vetuit, quamuis Heliogabalus more Perſarum ſe adorari præcepiſſet. Huius adorationis exemplum in Tacito vbi de Tiridate lib. 15. *Medio Tribunal, ſedem curulem, & ſedes effigiem Neronis ſuſtinebat, ad quam progreſſus Tiridates, cæſis ex more victimis ſublatum capite diadema ſubiecit imagini.* Eſt & alia adorandi forma, *adſidere pedibus, adoperto capite.* Propert. lib. 2.

Tamen remiſſum a P. Æmilio Perſeo.

Venerationis cultus.

Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit.

Plautus in Perſa.

Aram habete hanc vobis pro caſtris.

Tertullian. in orat. *Perinde faciunt nationes adoratis ſigillaribus ſuis reſidendo.* Alia etiam forma, *humi adorandi per proſtrationem*, quæ vera Perſarum fuit adoratio. Curtius lib. 8. de Macedonibus. *Venerabundi ipſum ſalutauere, proſternentes humi corpora.* Et Valer. lib. 7. cap. 13. *Vt eſt mos Perſarum, humi proſtratis corporibus, Darium regem ſalutauerunt.* Trebellius Pollio. *Adorata eſt more Perſarum.* Loquitur de Zenobia. Iuſtinus lib. 6. *Quod eum more Perſarum adorare nollet.* Neſcierunt tamen Pagani authores, Perſas a Iudæorum Patriarchis ſumpſiſſe. Nam apud eos adoratio prona in terram. Geneſ. 18. *Cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit in terram.* Et eodem 19. *Surrexit, iuitque obuiam eis, & adorauit pronus in terram.* Et 24. *Pronuſque adoraui Dominum benedicens.* Et 33. *Ipſe egrediens, adorauit pronus in terram.* Dio in Traiano. *Decebalus ad Traianum productus, illum humi procumbens ſuppliciter adorauit. Adorabantur* autem, aut, vt verius cum Tacito loquar, *venerabantur in toga, & candida veſte, & in lauro, ac floribus.* Martial. li. 8. epig. 55.

Veſtis candida.

*Heic lauro redimita comas, & candida * vultu*
Roma ſalutauit voce, manuque ducem.

* Lego, cultu

Idem lib. 10. epig. 82.

Si quid noſtra tuis adicit vexatio rebus,
Mane, vel a media nocte togatus ero.

Vocabantur autem ad ſalutationem per *nomenclatorem.* Seneca, Non cad. iniur. in ſapient. *Tanta quoſdam dementia tenet, vt contumeliam fieri putent a muliere. Quid refert quot habeat lecticarios? quam oneratas aures? quam laxam ſellam? æque impudens animal eſt, & niſi ſapientia acceſſit, ac multa eruditio, ferum, vt cupiditatum incontinens. Quidam ſe a cinerariis impulſos moleſte ferunt, & contumeliam vocant oſtiarij difficultatem, nomenclatoris ſuperbiam, cubicularij ſupercilium.* Idem Seneca ep. 19. notat horum nomenclatorum licentias. *Habebis conuiuas, quos ex turba ſalutantium nomenclator digeſſerit.* Et apud Sueton. c. 19. Auguſt. erant ſerui nomenclatores. *Telephi, mulieris ſerui nomenclatoris.* Et ita legendum: nam erant ſerui, qui mulierum virorumque ad venerationem venientium, nomina dictarent. Horat. epiſt. ad Numicium.

Nomenclatoris veneratione.

Seneca correctus.

Suetonius item correctus.

Mercemur ſeruum, qui dictet nomina.

Et de iſto ſeruo, eſt L. vt iuriſiurãdi. §. dabitur, de oper. libert. D. Cicero pro Mur. *Quid quod habet ſeruum nomenclatorem?* Seneca 6. de Benef. *Quid iſtos tu libros, quos vix nomenclatorum complectatur aut memoria, aut manus, amicorum exiſtimas?* Ita ergo vocari, a nomenclatore per ordinem diſponebantur ad ingrediendum, & vti eos nomenclator citauerat, intrabant, dicebanturque *primæ*, vel *ſecundæ* admiſſionis. Seneca 6. de Benef. *Non ſunt iſti amici, qui agmine magno ianuam pulſant, qui in primas, aut ſecundas admiſſiones digeruntur.* Erat autem magiſter admiſſionariorum apud Iuuenalem Sat. 4. Et ibi vet. interpr. *Deinde proximus admiſſionarium.* pro *admiſſionariorum.* Marcellinus lib. 22. *Cæteri vocati admiſſionales.* Et vt diſtinguebantur admiſſionales, ita etiam hi qui admittebantur. Nam qui primus introiturus eſſet, ita ſtatuebatur, vt propius oſtium contingeret, ibique aſſideret, atque vbi oſtium eſſet apertum, intraret. Non tamen prima frõte, ad principem aut patronum: nam alia erãt oſtia antequam quis ad principem, aut patronũ ingrederetur. Seneca 6. de Benef. *Eſt proprium ſuperbiæ, magno æſtimare introitum, & tactum ſui liminis, pro honore dare, vt oſtio ſuo propius aſſideas, vt gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa ſunt oſtia, quæ exceptos quoque excludunt.* Addo quod toga alba comitabantur principem, ſeu patronum euntem per vias. Seneca li. 6. eodem. *Scito eum animaduerteris obſeſſos ingenti frequentia viros, & commeantium in vtramque partem cateruis itinera cõpreſſa; tamen venire te in locum hominibus plenum, amicis vacuum.* De iſto comitatu D. Cyprianus epiſt. *Bene*, ad Donatum. *Faſcibus ille oblectatus* (lego, *ablactatus*, quod de pueris dicitur) *& honoribus priuatus, & inglorius eſſe non poteſt: hic ſtipatus clientium cuneis frequẽtiore comitatu officioſi agminis, pœnam putat eſſe, cum ſolus eſt.* Sed antea dixerat Tacitus, vbi de Seiano: *Minui ſibi inuidiam, adempta ſalutantium turba; ſublatiſque inanibus, vera potentia augere.* Illi autem ſalutantium cunei ante, & retro. Martial. lib. 2. epig. 18.

Nomẽclator dictat nomina.

Comitatus principum.

Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis:
Tu comes alterius. Iam ſumus ergo pares.

Comites principis ante, & retro.

Idem eiuſdem libri epigram. 57.

Quem grex togatus ſequitur, & capillatus.

Et libri eiuſd. epigram. 64.

Cinctum togatis poſt & ante Saufellum,
Quanta reduci Regulus ſolet turba.

Erãt autem togati. Idem Martial. li. 12. epig. 18.

Comites togati.

Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga ventilat, vagumque
Maior Cælius, & minor fatigat.

Cœna data comitantibus.

Vide eundem Martial. li. 10. epig. 74. hi autem clientes in veneratione cœnas capiebant; quæ poſtea in ſportulas mutatæ. Iuuenal. Sat. 1.

Poſtea ſportula.

Quadrantes

Quadrantes lectica petit, ſequiturque maritum
Fornquæ *Languida, vel prægnans,* *& circumducitur vxor.*
Hic petit abſenti, nota iam callidus arte,
Oſtendens vacuam, & clauſam pro coniuge ſellam.
Galla mea eſt, inquit. Citius dimitte; moraris?
Profer Galla caput; noli vexare, quieſcit.

inde cœna. Et illæ ſportulæ interdum in rectas cœnas conuerſæ. Martialis.

Promiſſa eſt nobis ſportula; recta data eſt.

Non me contineo, quin interpreter eundem Martialem de his ſportulis lib. 3. epig. 14.

Romam petebat eſuritor Tucius,
Profectus ex Hiſpania.
Occurrit illi ſportularum fabula:
A ponte rediit Miluio.

Nam vult Tucium eſuritorem, vt ſportulas haberet, veniſſe ab Hiſpania in Italiam: & cum illi narratum fuiſſet, fabulam eſſe quæ de ſportulis dicerentur: licet ille eſſet in ponte Miluio, & iuxta Romam, tamen rediiſſe in Hiſpaniam. Quæ ſunt callidæ gulæ argumenta ingentia. Iouius lib. de Piſcib. varias hiſtorias narrat cuiuſdam Gabbæ Romani poſt obſonium currentis. Neſcio an ad illam cœnam referri poſſit, vel ad congiarium populo datum. Quod eſt 1. Paralipom. cap. 16. *Diuiſit Dauid vniuerſis per ſingulos, a viro, vſque ad mulierem, tortam panis, & partem aſſæ carnis bubulæ, & frixam oleo ſimilam.* Nec abſimile eſt quod Valerius ſcribit de quibuſdam latronibus, conſpectum & alloquutionem Scipionis in Linterno ſuo repoſiti, cupientibus. Tit. de maieſt. *Hæc,* inquit, *poſtquam domeſtici Scipioni retulerunt, fores reſerari, eoſque intromitti iuſſit. Qui poſtes ianuæ, tanquam religioſiſſimam aram, ſanctumque templum venerati, cupide Scipionis dextram apprehenderunt, ac diu oſculati, poſitis ante veſtibulum donis, quæ Deorum immortalium numini conſecrari ſolent; læti quod Scipionem videre contigiſſet, ad lares reuerterunt.* Fuere domi etiam ſalutationes a libertis, & ſeruis. De quibus Sueton. cap. 4. in Galba. *Veterem ciuitatis exoletumque morem, ac tantum in domo ſua hærentem, obſtinatiſſime retinuit, vt liberti, ſeruique bis die frequentes adeſſent, ac mane ſaluere, veſperi valere ſibi ſinguli dicerent.* Alius etiam mos, qui tangitur ab Arnobio, venerandi in via. *Si quiſpiam viſo potentiſſimo, atque authoritatis viro, via decedat, aſſurgat, caput reuelet, vehiculoque deſiliat, tunc deinde ſalutet, acclinis ancillæ aut ſerui pauibundas trepidationes imitatus.* Sed ceſſo, nec ſcribo multa alia, quæ me doctior ſcripſerit. Sed mihi inconcinna iſta congeſſiſſe ſatis.

venerandi

2 De se Novivs conscios non edidit.] Videri poteſt de ſe edidiſſe Nouius; ſed de conſciis, nihil. Nam ſcriptura hoc dicere videtur: Tamen nihil de ſe, nec de conſciis edidit. Quia noſter ſcribit poſtea, *nullis palam, nec cognitis mox cauſis*: Ergo nihil edidit. Nam ſi edidiſſet, cauſas dediſſet cur accinctus ferro veniſſet in cœtum ſalutãtium principem: & editio illa, ad cunctorum notitiam. Itaque ego ſic lego: *Nam poſtquam tormentis dilaniabatur, vt de ſe nil Nouius SI Conſcios non edidit.* Id eſt, de conſciis tacuit, incertum an occultans. Nouius autem nomen Romanum eſt. Et Martialis ſcribit ad Nouium epigram. 87. lib. 1. Et Horatius Satyr. lib. 1. Sat. 6.

Tacitus explicatus & correctus.

Nouius, nomen Romanum.

At Nouius collega gradu poſt me ſedet vno.

Itaque maneat.

3 Ac ne ætas qvidem.] Quid ais, Tacite? prima iuuenta, Conſulatus ac Dictaturas? ne nobis hoc perſuadeas, niſi quadrageſimum tertium annum primam iuuentam putes. Sed prima iuuenta Conſules factos narras; quo pignore? Puto te de æuo loqui, quo primum incœpit Conſulatus, aut quo hominum magna erat frequentia, qui Remp. regerent. Dixiſti enim *apud maiores*. Et vere hi maiores. Poſteriori vero æuo, non niſi 25. anno. Aliter tamen in Scipione iuuene, & Octauio Auguſto factum; ſed rarenter, & æuo iam corrupto, & vrbe turbata ſeditionibus & bellis extraneis. Salluſtius in Catilinar. *Nam poſtquam Cn. Pompeio, M. Craſſo Coſſ. Tribunitia poteſtas reſtituta eſt, homines adoleſcentes ſummam poteſtatem nacti, quibus ætas, animuſque ferox erat, cœpere,* &c. Loquitur de Tribunitia poteſtate. Quid in Conſulatu? Sueton. in Aug. ait iudices a 30. anno allegiſſe. Quid de Conſulibus ſtatuiſſe credis? Nota illud antiquum verbum:

Conſulatus & dictatura prima iuuenta.

Cur tam cito Rempublicam veſtram perdidiſtis?

Reſpondit:

Prouehebantur ad res noui ſtulti adoleſcentuli.

Hæc ex Næuio poeta citantur a Cicerone libro de Senectute.

4 Regibvs etiam tvm imperantibvs.] Vlpianus L. 1. de Quæſtorib. D. *Origo,* inquit, *Quæſtoribus creandis antiquiſſima eſt, & pæne ante omnes magiſtratus.* Contra Pomponius, L. 2. de orig. iur. ait creatos longe poſt Conſules. Tamen Plutarch. in Poplicola, a Poplicola creatos ſcribit. Et creatos primum a populo P. Veturium, & M. Minutium. Recte *a populo*; ſed a Regibus ante creati fuerant. Sed Reges ne nominabant quidem Romani. Nam Regibus imperantibus, a regibus creati. Sed populo dominante, a populo, & poſt exactos Reges. Nec tamen conuenit cum Tacito Plutarchus in nominibus Quæſtorũ; cum noſter Valerium Potum, & Æmilium Mamercum nominet; ille Veturium & Minutium. Credas potius Romano, in rebus Romanis, quam extraneo.

Quæſtorũ origo a regibus.

Reges quæſtores crearunt.

Populus creauit poſt exactos reges.

Authorum diſſidium in nominibus quæſtorũ qui primi creati a populo.

5 Valerivs Potvs.] Lego, *Potitius.* Nam Potitiorum familia valde vetuſta, & nobilis Romæ. lib. 9. apud Liuium. De qua Virgilius 8. Æn.

Familia Potitiorum.

A Vitellio, L. Vipſanio conſulibus, cum de ſupplendo ſenatu agitaretur, primoreſque Galliæ quæ Comata appellatur, fœdera & ciuitatem Romanã pridem aſſecuti, [1] ius adipiſcendorum in vrbe honorum expeterent, multus ea ſuper re variuſque rumor, & ſtudiis diuerſis apud principem certabatur, aſſeuerantium, *Non adeo ægram Italiam,*

Victi populi ciuitate donati ius expetũt adipiſcendorum honorũ Romæ.

Rumor inde magnus in veteri Rep.

vt ſenatum ſuppeditare vrbi ſuæ nequiret: ſuffeciſſe olim indigenas conſanguineis populis, nec pœnitere veteris Reip. Quin adhuc memorari exempla, quæ priſcis moribus ad virtutem & gloriam Romana indoles prodiderit. An parum quod[2] Veneti & Inſubres curiam irruperint, niſi cœtus alienigenarum velut captiuitas inferatur? quem vltra honorem reſiduis nobilium? aut ſi quis pauper e Latio ſenator foret? oppleturos omnia diuites illos, quorum aui proauique hoſtilium nationum duces exercitus noſtros [3] ferro vique ceciderint, diuum Iulium apud [4] Alexiam obſederint. Recentia hæc. quid ſi [5] memoria eorum inoriretur, qui Capitolio & ara Romana manibus eorundem [6] proſtratis. fruerentur ſane vocabulo ciuitatis: inſignia patrum, decora magiſtratuum ne vulgarent. His atque talibus haud permotus princeps, etiam ſtatim contra diſſeruit, & vocato ſenatu ita exorſus eſt.

Caius diſſerit pro recipiẽdis ad honores victis populis.

1 IVS ADIPISCENDORVM.] T. Liuius lib. 40. in oratione Q. Cæcilij Metelli. *Non modo*, inquit, *ſimultates, ſed & bella quoque finiuntur: ex infeſtis hoſtibus, plerumque fideles ſocij, interdum etiam ciues futuri.* Seneca 6. de Benef. *Quid ergo ſi princeps ciuitatem dederit omnibus Gallis, ſi immunitatem Hiſpanis? nihil hoc nomine ſinguli debebunt?* Idem Seneca in Ludo. *Conſtituerat omnes Græcos, Gallos, Hiſpanos, togatos videre.* Id eſt, omnes videre ciues. Quod contigit. Inde illæ frequentes inſcriptiones veteres. Q. IONTIO. Q. FIL. QVIRITI. & L. OVINIO L. F. QVIRITI. C. ANNIO. L. F. QVIRITI. Rutilius Claudius in Itinerar. 1. de Roma, & ciuitatem Romanam adeptis ſic loquitur.

Ex hoſtibus, ſocij.
Ex ſociis, ciues.
Claudius omnes togatos videre voluit.

Semina virtutum demiſſa, & tradita cœlo,
Non potuere aliis dignius eſſe locis.
Fœlices etiam, qui proxima munera primis
Sortiti, Latias obtinuere domos.
Relligioſa patet peregrinæ curia laudi,
Nec putat externos quos decet eſſe ſuos.
Ordinis imperio, collegarumque fruuntur,
Et partem genij quam venerantur habent.
Quale per ætherios mundani verticis axes,
Connubium ſummi creditur eſſe Dei.

Laus Romanorum quod ciues ſocios fecerint.

Et mirum eſt, quod a temporibus Claudij, ad Arcadij Imperatoris æuum Gallia priuilegio Claudij vſa eſt. Nam idem adiicit: *ſe, quem Gallicum indigenam nominat, ad ea munera accitum.* Et ſane erat ex Gallia Narbonenſi de qua diſerte heic agit Claudius. Sed addit Rutilius.

Gallia a Claudio ad Theodoſium Romana fuit.
Gallia Narbonenſis ex qua Rutilius.

Feciſti patriam diuerſis gentibus vnam:
Profuit iniuſtis, te dominante, capi.
Dumque offers victis proprij conſortia Regis,
Vrbem feciſti, quod prius orbis erat.

Poſt Rutilium vero elegantiſſime Claudian. 3. de laud. Stilic.

Hæc eſt (loquitur de Roma) *in gremium victos quæ ſola recepit,*
Humanumque genus communi nomine fouit,
Matris non dominæ ritu, ciueſque vocauit
Quos domuit, nexuque pio longinqua reuinxit.
Huius pacificis debemus moribus omnes,
Quod veluti patriis regionibus vtitur hoſpes,
Quod ſedem mutare licet: quod cernere Thulen,
Rurſus & horrendos quondam penetrare receſſus:
Quod bibimus paſſim Rhodanum, potamus Orontem:
Quod cuncti gens vna ſumus, nec terminus vnquam
Romanæ ditionis erit. nam cætera regna
Luxuries vitiis, odiiſque ſuperbia vertit.

Silius lib. 11. vbi de Capuanis, qui ius adipiſcendorum honorum petebant a Romanis.

Capuani a iure magiſtratuum repulſi.

Has aſtu aggreſſus, quo verteret acrius ægras
Ad Tyrios mentes, quæ nulla ſorte daturam
Certus erat Romam, neque enim impetrata volebat
Pactulo (fuit haud obſcurum crimine nomen)
Hortatur ſummi partem depoſcere iuris,
Atque alternatos ſociato Conſule faſces:
Et ſi partita renuant ſediſſe curuli,
Æquatumque decus, geminaſque videre ſecures,
Vltorem ante oculos, atque ora aſtare repulſæ.

Sed hoc reſponſum tulit.

I, demens, i, quo tendis: tibi perfida faſces
Det Carthago ſuos.

Florus de bello Latino lib. 1. ait Latinos ius ciuitatis & magiſtratuum popoſciſſe, nec impetraſſe. Non omitto quod Plinius narrat lib. 7. cap. 43. *Balbum Cornelium maiorem fuiſſe Conſulem, ſed accuſatum poſtea, & de iure virgarum in iudicum conſilium miſſum.* Id eſt, accuſatum fuiſſe, & condemnatum poſt Conſulatum, vt virgis cæderetur: ſed ſe ciuem Romanum dixit, & Conſularem; ideo ad iudices remiſſus. Addit Plinius. *Primum externorum, atque etiam in Oceano genitorum* (quod interpretor de Gadibus nato) *vſum honore, quem maiores Latio quoque negauerant.* Et hoc eſt quod modo citaui ex Floro de bello Latino. Is autem eſt Balbus, qui Garamantas vicit, & fuit Pontifex. Velleius lib. 2. *Vnus omnium externo* (quia Gaditanus) *curru, & Quiritum iure donatus.* Ait, *externo curru*, quod triumphauit de Garamantibus, vt coniicio. Adiicit Plinius lib. 4. cap. 5. *Quippe Gadibus nato ciuitas Romana, cum Balbo maiore patruo data eſt.* Memini cuiuſdam epiſtolæ Syneſij, quæ, ni fallor, eſt 93. in qua ſcribitur. *Recuſaret magiſtratum, in quo nihilo plus eſſent noti habituri, quam peregrini.* Loquitur de Themiſtocle Neoclei filio, quem ob id laudarunt Athenienſes. Claudius longe aliter quam Auguſtus. Nam Suetonius in Aug. cap. 40. *Magni præterea æſtimans ſincerum atque ab omni colluuione peregrini, ac ſeruilis ſanguinis, ſeruare populum, ciuitatem Romanam parciſſime dedit, & manumittendi modum terminauit.* Sed M. Philoſophus dedit omnibus, quaſi amicitiæ vinculum. Dixi iam; nec

Latini quondam.
Balbus Cornelius maior.
Gaditanus.
Conſul Romæ.
Poſt damnatus ad virgas.
Pontifex fuit.
Primus externorum Conſul.
Et triumphauit.
Auguſtus parcius ciuitatem Romanam dat.

nec iterum pono.

Veneti vetuſtiſſimi. 2 VENETI.] Liuius lib. 1. *Veniſſe in intimum maris Adriatici ſinum, Euganeiſque (qui inter mare Alpeſque incolebant) pulſis, Henetos Troianoſque eas tenuiſſe terras, & in quem primum egreſſi ſunt locum, Troia vocatur: pagoque inde Troiano nomen eſt. Gens vniuerſa Veneti appellati.* Vetuſta ſane, & nobilis, ait Iuſtinianus in Nouell. Silius lib. 12.

Polydamanteis iuuenis Pedianus in armis
Bella agitabat atrox: Troiana que femina, & ortus,
Atque Antenorea ſeſe de ſtirpe ferebat.
Haud leuior generis fama, ſacroque Timauo
Gloria, & Euganeis dilectum nomen in oris.
Marti Muſiſque populus ſacer. *Huic pater Eridanus, Venetæque ex ordine gentes,*
Atque Apono gaudens populus: ſeu bella cieret,
Seu Muſas placidus, doctæque ſilentia vitæ
Francis amicus. *Mallet, & Aonios plectro mulcere labores.*

In rebus turbidis. Florus de bello Cimbrico lib. 3. ita de Venetis. *Sed in Venetia, quo fere tractu Italia molliſſima eſt, ipſa ſoli cælique clementia robur elanguit.* *Pars Italiæ molliſſima.* Martialis ad Flaccum lib. 1. epig. 77.

O mihi curarum pretium non vile mearum,
Flacce, Antenorei ſpes, & alumne laris.

Id eſt Veneti. Silius lib. 8.

Tum Troiana manus, tellure antiquitus orti
Euganea, profugique ſacris Antenoris oris.
Nec non cum Venetis Aquileia perſurit armis.

Martialis lib. 4. epigr. 25.

Quæque Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno
Nupſit, ad Euganeos ſola puella lacus.

En Venetorum antiqua & ex antiquis rudetibus monumenta.

3 FERRO VIQVE.] Quid ſi legas, *ferro vtique ceciderint?* Cicero ad Attic. epiſt. 13. *Poſteaquam in Varronis & Lollij mittas laudationem, Lollij vtique eſt*, id eſt, in totum & omnino. *Vtique pro omnino.* Et in ferro vis comprehenditur. Cicero tamen dixit, *vi armiſque*, pro Sextio. ſed noſter, *belli vi.* &, *legionum vi.* quibus do manus.

4 ALEXIAM.] Quæ apud Aruernos. Dio lib. 40. Cæſar in Comment. *Alexia Aruernorum.*

5 MEMORIA EORVM INORIRETVR.] Exiſtimo legendum, *Quid ſi memoria auorum iniretur?* Sic ex Lege Papia, peregrina verba vrbe pellenda ſunt.

6 PROSTRATIS.] Si ſcriptum eſt, *proſtrati*; legendum eſt *proſtratis*, pro *proſtrati ſunt.* Et in fine dictionum ſæpe hic error reperitur. quibus librarij *eſt*, & *ſunt* reliquere. Niſi legas, *per ſæuitiam ſublati ſunt.* Nam Lipſius in manuſcriptis legit, *per ſe ſatis.*

* ſimul vt in

*Maiores mei, quorum antiquiſſimus [1] Clauſus origine Sabina, * ſimul in ciuitatem Romanam & [2] in familias patriciorum adſcitus eſt, hortantur vti paribus conſiliis Remp. capeſſam, transferendo huc quod vſquam egregium fuerit.* Ex hoſtibus amicos facere ſapientia eſt. *Neque enim ignoro [3] Iulios Alba, [4] Coruncanios Camerio, [5] Porcios Tuſculo: & ne vetera ſcrutemur, [6] Hetruria [7] Lucaniaque & omni Italia in ſenatum accitos. Poſtremo ipſam ad Alpes promotam, vt non modo ſinguli viritim, ſed terræ genteſque in nomen noſtrum coaleſcerent.* Sic creuit imperium Romanũ, ſic formatum, ſic firmatum. *Tunc ſolida domi quies, & aduerſus externa floruimus, cum Tranſpadani in ciuitatem recepti, cum ſpecie deductarum per orbem terræ legionum, additis prouincialium validiſſimis, feſſo imperio ſubuentum eſt. num pœnitet Balbos ex Hiſpania, nec minus inſignes viros e [8] Gallia Narbonenſi tranſiuiſſe? Manent poſteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedæmoniis & Athenienſibus fuit, quanquam armis pollerent, niſi quod victos pro alienigenis arcebant?* Victos putare alienigenas, Lacedæmonios perdidit & Athenienſes. *At conditor noſtri Romulus tantum ſapientia valuit, vt pleroſque populos eodem die hoſtes, dein ciues habuerit.* Romulus quo die hoſtes habuit, eodẽ habuit amicos. *Aduenæ in nos regnauerunt. Libertinorum filijs magiſtratus mandati, non vt plerique falluntur, recens, ſed priori populo factitatum eſt. At [9] cum Senonibus pugnauimus. ſcilicet Volſci & Æqui nunquam aduerſam nobis aciem inſtruxere? [10] Capti a Gallis ſumus, ſed & [11] Tuſcis obſides dedimus, & [12] Samnitum iugum ſubiuimus. Attamen ſi cuncta bella recenſeas, nullum breuiore ſpatio quam aduerſus Gallos confectum. continua inde ac fida pax. Iam moribus, artibus, affinitatibus, noſtris mixti, aurum & opes ſuas inferant potius, quam ſeparati habeant.* Omnia vetuſta noua fuere, & noua vetuſta erunt. *[13] Omnia P. C. quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, noua fuere. plebeij magiſtratus poſt patricios, Latini poſt plebeios, cæterarum Italiæ gentium poſt Latinos. Inueteraſcet hoc quoque. & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.* Orationem principis ſecuto patrum conſulto, primi Edui ſenatorum in vrbe ius adepti ſunt. datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum [14] fraternitatis nomen cum populo Rom. vſurpant. Edui Galli primi Romæ ius Senatorum adepti.

Clauſus Sabinus.

1 Clavsvs origine Sabina.] Silius lib. 8.

Ecce inter primos Theramnæo a ſanguine Clauſi,
Exultat rapidis Nero non imitabilis auſis.

Nero, verbum Sabinum.
Nerio, virtus, fortitudo.
Vis Martis, poteſtas, & maieſtas.
Neriene Martis vxor.

Gellius lib. 13. cap. 21. *Ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac præſtanti fortitudine, Nero appellatus eſt: Sic Nerio, virtus, aut fortitudo apud Sabinos: ſiue vis Martis, ac poteſtas, vel maieſtas. Ideo Martis vxorem Nerienem vocauere.* Adfert hoc carmen idem author ex Licinio Imbrice:

Nolo ego Neæram te vocem, ſed Nerienem;
Cum quidem Marti es in connubium data.

Quod Plautus firmat in Milite.

Patricij priſco æuo Senatorum filij.

2 In familias Patriciorvm.] Veteri Rep. Patricij erant Senatorum filij, qui plebeiis opponuntur. Et *Senatorum ſoboles ab honore, patricia appellatur*, ait Liuius lib. 1. Patrum, inquam, & Senatorum, qui a conſiliis erant Romuli, & quorum prudentia, Romana Reſpub. regebatur; At ſub inferioribus Imperatoribus, & cum Roma, non amplius Roma, ſed rutuba eſſet, patres principis dicti, quorum conſilio princeps regeretur. Claudianus.

Patricij poſtea principis conſiliarij.

Iam poteras noſtri principis eſſe pater.

Et in Eutrop. 2.

Qui modo ſublimes rerum flectebat habenas
Patricius, rurſus verbera nota timet.

Patriciatus dignitas æuo poſteriori longe clara.
Soluit a patria poteſtate.
Muliebris dignitas.
Et virilis.

Iſta autem dignitas longe clara, ſoluitque a patria poteſtate. Quod non niſi illuſtrioribus dari ſolet. Notaui non modo virilem, ſed & muliebrem olim dignitatem fuiſſe, tam ex epiſtolis D. Gregorij Magni, quam aliis locis. Canon. L. 10. diſtinct. *Tocticiam Patriciam* vocat, Patricij vxorem. Et in Canon. *Guliſarius*, pro *Beliſarius*, vocat *Antoniam Guliſarij patricij vxorem.* Quemadmodum & in Can. Sunt. 27. quæſt. 2. *Theoriſtam patriciam.* Forte quod a maritis afficiat dignitas vxores.

Iulij Alba oriundi.

3 Ivlios Alba.] *Alba longa ab Aſcanio condita, diruitur a ciuibus Romanis, ciues Albani Romam transferuntur, Cælio monte locantur, & Albanorum principes in patres leguntur. Inter quos Iulij.* Sic Liuius lib. 1. *Quid heic ergo Tullios?* Lege in Liuio *Iulios*, non *Tullios*. Nam vera lectio eſt.

Liuius correctus.

Is liber, qui ſub nomine Meſſallæ, mihi vindex in his verbis ex libro de progenie Auguſti. *Hunc ſcito, Cæſar, gentis Iuliæ Auguſtæ, Albanorum Regum vltimum, eamque gentem ad Iulium vſque Cæſarem teque principum decus, ſine Imperio priuatæ in tuæ fælicitatis tempora terminaſſe.* Dixerat ſupra. *Syluius, qui & Iulius, a quo gens Iulia, & antiquum tuæ generoſæ prolis deriuatum cognomen, Auguſte.* Vide Virgil. 6. Æn.

Sylnius Albanum nomen, tua poſthuma proles.

Iulius Cæſar rubris calceis vſus.
Vt Albani reges
Albanum vinum, in quo Iulæus mons.

Et Dio, *more Regum Albanorum*, ait *Iulium Cæſarem rubris calceis vſum quod eos ſanguine contingeret, propter Iulum.* Martialis de Albano vino in Xeniis, 109.

Hæc de Cæſareis mitis vindemia cellis,
Miſit, Iuleo quæ ſibi monte, placet.

Nam *Albanus mons Iulæus*; & Iulij Alba progeniti.

4 Corvncanios Camerio.] Ex quibus *Titus Coruncanius ex plebe Pontifex Maximus creatus*, vt eſt apud Florum lib. 8.

Porcij non ingratum nomen Romæ.

5 Porcios Tvscvlo.] Porcij Catones, Portij Leccæ, Porcij Liciniani, Porcij Latrones, non ingrata nomina Romæ: quos vt florentes & viuos coluit, quos mortuos doluit, quoſque viuens moriensque venerata eſt.

Hetruſci vetuſtiſſimi Italiæ.

6 Hetrvria.] Poſtea Tuſcia dicta a ſacrifico ritu, cuius imperium grande: Fuitque Romanorum magiſtra in ſacris. Plinius lib. 3. cap. 5. *cæleſtium prodigiorum peritam* vocat. Liuius libro 1. *Tuſcorum*, inquit, *ante Romanum Imperium, longe lateque opes patuere.* Et lib. 15. *Myrſilus Leſbius de orig. Italiæ; Hetruſcos ait eſſe vetuſtiſſimos, aureo ſæculo natos, a quibus aras, ritus, diuinationes habuit priſca Italia.* Et firmat Porcius Latro de Originibus. Ouidius 15. Metam.

Aureo ſæculo nati.
Ab eo ſacra Romanis edocta.

Indigenæ dixere Tagen, qui primus Hetruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros.

7 Lvcaniaqve.] Sabinorum tellus quondam.

Gallia Narbonenſis togata dicta.

8 Gallia Narbonensi.] Auſonius:

Nec tu Martie Narbo ſilebere, nomine cuius
Fuſa per immenſum quondam prouincia regnum,
Obtinuit multos dominandi iure colonos.

Nam Gallia Narbonenſis a Narbone dicta. Et adiicit quod facit ad intellectum Taciti.

Quia ius togæ prima habuit.

—— tu Gallia prima togati
Nominis, attollis Latio proconſule faſces.

9 Cvm Senonibvs pvgnavimvs.] Ad Cluſium, vbi Decius pro patria ſe deuouit. Liuius lib. 10.

Roma capta a Gallis.

10 Capti a Gallis svmvs.] Liuius lib. 5. *Et capta pæne Capitolia, ſacraria Imperij.*

11 Tvscis obsides dedimvs.] Vbi 30. annorum inducias impetrarunt ad Cynciam ſyluam. Nam Tuſcos Romani formidarunt valde propter potentiam: mox amarunt propter ſapientiam. *A Tuſcia* autem, vt ait Florus lib. 1. cap. 5. *faſces, trabeæ, curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta: inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur; togæ pictæ, tunicæque palmatæ, omnia denique decora & inſignia quibus imperij dignitas eminet.* Sic prodeſt vicinos habere ſapientes, quorum virtutibus erudiamur.

12 Samnitivm ivgvm.] Ad furcas Caudinas reſpicit, de quibus Liuius lib. 9. Quæ tali iugo memorabiles. Et inde cætera iuga. Cæſar 1. de bello Gallico. *L. Caſſium Conſulem interfecerat, & eius exercitum ſub iugum miſerat.*

Nil vetus quod non nouum fuerit.

13 Omnia.] Sententia elegans, non tam Claudiano, quam Socratico ore celebranda. Imo ex Sapientiæ ore. Nam ſic Rex ſapientiſſimus in Eccleſiaſte. *Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt.* 1. cap. Sic ad eam luſit Martialis lib. 1. epigram. 55.

Nec me, quod tibi ſum nouus, recuſes.
Omnes hoc veteres tui fuerunt.
Tu tantum inſpice, qui nouus paratur,
An poſſit fieri vetus ſodalis.

Omnis enim nouitas, it ad vetuſtatem. Nam vt orientia flumina in mare currunt, ſic orta nouitas ad ſenium.

14 Fraternitatis nomen.] Sic

Tertullianus

Sſenum nomi- ne orbibus in- dita.
Vtica & Carthago.

Tertuliianus Vticam vocabat *Carthaginis ſororem*, in Pallio. Et longe ante Ezechiel.cap.16. *Fecit Sodoma ſoror tua.* Et, *Samaria ſoror tua.* D.Hieron.*ſorores* appellat Hieruſalem, Samariam, & Sodomam. Quod etiam rebus inanimatis tribuitur, ait Philo Iudæus l. de Charitate. *Hæc ſunt*, inquit, *argumenta natiuæ charitatis.* Sic de palmis dixit Plin.13. cap. 4. *Sicciores in hoc genere Nicolai. Minus ſpecioſæ, ſed ſapore, caryotarum ſorores.* Et in Propheta Zacharia 11. *Præſcidi virgam meam ſecundam, quæ appellatur funiculus, vt diſſoluerem germanitatem inter Iudam & Iſrael* Id eſt, *fraternitatem tuam.* Sic Aruerni, *fratres* dicti P.R. & Hedui. Panegyricus Flauij. Et D. Hieronym. in epiſt. ad Galatas cap. 1. *Quatuor modis fratres appellari. Primo, naturæ: Secundo, cognationis: Tertio, gentis: Quarto, affectu.* Sic etiam *filiæ ciuitates.* 1. Machab. cap. 5. *Cœpit Gazæ ciuitatem, & filias eius, & reuerſus eſt.* Strabo libr. 1. *Antiochia apud Daphnen, & Seleucia, in Pieria, & Apamia, & Laodicea; quæ propter concordiam, ſorores dicebantur.* Ita dixit Plinius *ſororiantes mammas*, ſe mutuo vti ſorores contingentes: ſic & *ſoror manus.* Sic etiam *Vrbicariæ ciuitates ſorores* dictæ, quæ vrbi metropoli, quaſi filiæ, præſtarent obſequium, & reuerentiam. Ideo Martial. lib.8. epigram. penultimo.

Samaria, Sodoma, & Hieruſalem.
...tiam prouin...
Iuda & Iſrael, Gaza & alia ciuitates.
Antiochia & Seleucia.
Mammæ ſororiantes.
Vniones fratres.
Vrbicariæ ciuitates.

Hos fratres vocat, hos vocat ſorores.

Nam ſunt nomina coniunctionis & amicitiæ. Tertullian. in Apolog. dixit: *Materias ſorores vaſculorum, inſtrumentorumque communium.* Et Marcellinus lib. Hiſtor. 14. Metropolim Seleuciam *matrem* vocat. *In excidium vrbium matris Seleuciæ efferabantur.* Sic vrbes filiæ, ſic mater vrbium Metropolis.

Patricii maiorũ & minorũ gentium.

Ijſdem diebus in numerum patriciorum aſciuit Cæſar vetuſtiſſimum quemque e ſenatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarum quas Romulus maiorum, & L. Brutus [1] minorum gentium appellauerant, exhauſtis etiam quas dictator [2] Cæſar lege Caſſia, & princeps Auguſtus [3] lege Senia ſublegere. Lætaque hæc [4] in Rempub. munia, multo [5] gaudio Cenſoris inibantur. Famoſos probris quonam modo ſenatu depelleret anxius, [6] mitem & recens repertam quandam ex ſeueritate priſca rationem adhibuit: monendo, ſecum quiſque de ſe conſultaret, peteretque ius [7] exeundi ordinis. facilem eius rei veniam. & motos ſenatu, & excuſatos ſimul propoſiturum: vt iudicium cenſorum ac pudor ſponte cedentium permixti, [8] ignominiam mollirent. Ob ea Vipſanius conſul rettulit, patrem ſenatus appellandum eſſe Claudium. quippe promiſcuum patris patriæ cognomentum: noua in Remp. merita non vſitatis vocabulis honoranda. Sed ipſe cohibuit conſulem vt nimium aſſentantem. condiditque luſtrum, quo cenſa ſunt ciuium LXVIIII. centena & CXLIIII. millia. Iſque illi finis inſcitiæ erga domum ſuam fuit. haud multo poſt, flagitia vxoris noſcere ac punire adactus, vt deinde ardeſceret in nuptias inceſtas.

Modus expurgandi Senatum viris probroſis.

Noua merita nouis vocabulis penſanda.

Patricij ...rum gentium dicti.

1 MINORVM GENTIVM.] Liuius libr. 1. de Tarquinio, qui Anco ſucceſſit. *Centum in patres legit, qui deinde minorum gentium ſunt appellati. Factio haud dubia regis, cuius beneficio, in Curiam venerant.* Dicebanturque *minorum gentium*, ad differentiam eorum, quos centum Romulus crearat. Et ita dicti a L. Bruto poſt reges exactos.

...minati ...ns exa-
...aſſia de ...mento ſe-

2 CÆSAR LEGE CASSIA.] Quam tulit C.Caſſius Prætor, Cæſare Iulio Dictatore: Et forte ad hanc legem refertur quod tradit Suetonius in Iulio. *Senatum ſuppleuiſſe, Patricios allegiſſe, Prætorum, Ædilium, Quæſtorum, minorum etiam magiſtratuum; numerum ampliaſſe*, cap. 41. in Aug.

...lex. ...pplendis ...s.

3 LEGE SENIA.] Non puto *Senia*, ſed *Sentia*. Fuit autem C. Sentius Conſul cum C. Lucretio, anno 734. Vrb. Cond. imperante Auguſto, vt in numerum Patriciorum, qui Senatui deeſſent, alij ſublegerentur. Et *Sentius*, nomen Romanum eſt. Sic lex *Ælia Sentia* a Sentio. Et *C. Sentius*, de quo Cicero 5. in Ver. *Homo vetere innocentia, magnam ex Macedonia pecuniam deportauit.* Et apud authorem noſtrum lib.2. *Cn. Sentium diu quæſitum.* Xiphilinus ex Dione ait *Sentium Centurionem ad Mebarſapem miſſum.* Sed pro SENTIVS, *Senius* repoſuere, forſan ſcriptura hallucinati. Tamen vt agamus liberaliter: in Controuerſ. 4. lib. 7. Seneca ſcribit, *Senianus dixerat*, niſi capias pro *Sentianus*. Martialis lib. 12. epigr, 27.

Dicis Senia; ſed negant latrones.

Salluſtius in Catil. *L. Senius ſenator in Senatu litteras recitauit.* Et facilis eſt conuerſio Sentij in Senium.

Cenſoria mens Remp. ſpectat.

4 IN REMPVBLICAM.] Quia Cenſoria mens omnia ad authoritatem & vtilitatem Reip. refert.

Cenſura Claudij nobilitata multis rebus.

5 GAVDIO CENSORIS.] Claudij ſcilicet, qui tum Cenſuram exercebat, quæ certe

multis rebus nobilitata eſt, apud authores. Nam in Claudiana cenſura equi albi, excuſſo auriga, victores in Circo fuere rectore nullo, vt dixi ſupra. In ea etiam Tit. Fullonius Bononienſis centum quinquaginta vixit annos. Nam ita Plinius lib. 7. cap. 48. *Totidem*, inquit, *annos* (id eſt CL.) *cenſum* (lego, *cenſitum*) *Claudij Cæſaris cenſura T. Fullonium Bononienſem; inque collatis cenſibus, quos ante detulerat, vitæque argumentis (etenim id curæ principi erat) verum apparuit.* Etiam Phœnix in vrbem allatus, cap. 2. lib. 10. Idem ſcribit, *ferreum annulum in Claudij Cenſura, adeo promiſcuum fuiſſe, vt Flauius Proculus, vnus ex equitibus, 400. ex ea cauſa reos poſtularet apud Cenſorem.* Contigit autem illa Cenſura anno Vrb. Cond. DCCC. fuitque poſtea a Tito Veſpaſiano habita. nam Plinius eum *Cenſorium* vocat, præfat. natural. hiſtor. & ab Adriano. Sic enim Apul. Apolog. 1. *Dicere malo id fieri quod Imperator, & Diuus, & Cenſor Hadrianus fecit.* Sic vetera omnia. Imperium inuaſit, & ad ſe tranſtulit.

Equi albi nullo rectore victores in Circo.

Fullonius 150. annos vixit.

Plinius correctus.

Phœnix Romæ.

Ferreum annulum ita promiſcuum vt 400. rei equites ex ea cauſa.

Quo anno illa Cenſura.

6 MITEM ET RECENS QVANDAM REPERTAM EX.] Lege, *mitem, & recens repertam quanquam ex ſeueritate priſca rationem.* Interpoſitio eſt quæ frequens in exſcribendo. Seueritas priſca erat, vt Cenſore album Senatorium publicante, quiſquis albo abeſſet, pro non Senatore haberetur. Et hoc erat *ſeueritas priſca*, quam ſequebatur ignominia; At in Cenſura Claudij, ignominia nulla; ideoque mitis ratio dicitur. Dicitur etiam recens; nam ab Auguſto inuenta, non a Claudio, ne erres, qui quoſdam ad excuſandi ſe verecundiam compulit, ſeruauitque excuſantibus inſigne veſtis, & ſpectandi in orcheſtra, epulandique publice ius. Auguſto enim purgante Senatum, (nam illo æuo multa Senatorum ectromata: id eſt, multi abortiui & imperfecto partu in lucem editi,) hoc duabus electionibus peregit. Prima ipſorum Senatorum arbitratu, quo vir virum legit: Secunda, ſuo, & Agrippæ. Sueton. cap. 35. in Aug. Et hic mos eſt recens repertus.

Tacitus correctus.

Quid abortiui apud Sueton.

Duabus lectionibus purgatus Senatus.

7 EXEVNDI ORDINIS.] Rectiſſime Lipſius, *exuendi.*

8 IGNOMINIAM MOLLIRENT.] Ita lege, *ignominiam amolirentur.* Id eſt ſummouerent. Nam *am*, in fine dictionis præcedentis, erat capiendum, vt verbum non deeſſet.

Correctio in Tacito.

Iam Meſſallina facilitate adulterorum in faſtidium verſa, ad incognitas libidines profluebat, cum abrumpi diſſimulationem etiam Silius, ſiue fatali vecordia, [1] an imminentium periculorum remedium ipſa pericula ratus vrgebat. *Quippe non eo ventum, vt ſenectam principis opperirentur. inſontibus, innoxia [2] conſilia: flagitijs manifeſtis, ſubſidium ab audacia petendum. adeſſe conſcios paria metuentes: ſe cælibem, orbum, nuptijs, & adoptando Britannico paratum. manſuram eandem Meſſallinæ potentiam, addita ſecuritate, ſi præuenirent Claudium, vt inſidijs incautum, ita iræ properum.* Segniter hæ voces acceptæ, [3] non amore in maritum, ſed ne Silius ſummam adeptus, ſperneret adulteram, ſceluſque inter ancipitia probatum, veris mox pretijs æſtimaret. nomen tamen matrimonij concupiuit ob magnitudinem infamiæ, cuius apud prodigos nouiſſima voluptas eſt. Nec vltra expectato, quam dum ſacrificij gratia Claudius Hoſtiam proficiſceretur, cuncta nuptiarum ſolennia [4] celebrat. Haud ſum ignarus fabuloſum viſum iri, tantum vllis mortalium ſecuritatis fuiſſe in ciuitate omnium gnara & nihil reticente, nedum conſulem deſignatum cum vxore principis, [5] prædicta die, [6] adhibitis qui obſignarent, velut [7] ſuſcipiendorum liberorum cauſa conueniſſe: atque illam [8] audiſſe auſpicum verba, [9] ſubiſſe, [10] ſacrificaſſe apud Deos, diſcubitum inter conuiuas, oſcula, complexus, noctem denique actam licentia coniugali. Sed nihil compoſitum miraculi cauſa, verum audita ſcriptaque ſenioribus tradam. Igitur domus principis inhorruerat, maximeque quos penes potentia, & ſi res verterentur, formido, non iam ſecretis colloquijs, ſed aperte fremere: * *Dum induſtria cubiculum principis occulit adulteros, dedecus quidem illatum, ſed excidium procul abfuiſſe: nunc iuuenem * nobilem dignitate, forma, iuuenta, ac propinquo conſulatu, maiorem ad ſpem accingi. nec enim occultum quid poſt tale matrimonium ſupereſſet.* ſubibat ſine dubio metus, reputantes hebetem Claudium & vxori deuinctum, multaſ-

Domus Principis repurgata.

Periculorum imminentium remedium ipſum periculum.

Meſſallina viuente Claudio Silio nubit.

* Dum hiſtrio cubiculo in Principis occulit adulteros,

* nobilitate etiã, dignitate

Claudius vxoris ſuæ ſeruulus.

multaſque mortes iuſſu Meſſallinæ patratas. Rurſus ipſa facilitas imperatoris fiduciam dabat, ſi atrocitate criminis præualuiſſent, poſſe opprimi damnatam antequam ream. Sed in eo diſcrimen verti, ſi defenſio audiretur, vtque clauſæ aures etiam confitenti forent.

1 An imminentium.] Lege interrogando, *An imminentium periculorum remedium, ipſa pericula ratus?* Nam plerumque periculo periculum truditur, vt clauus clauo. Satyricus.

—— Aude aliquid Gyaris & carcere dignum,
Si vis eſſe aliquid.

2 Consilia.] Eſſe ſcilicet.

3 Non amore in maritum.] Claudium ſcilicet: putida enim illa Meſſallina,

Teges prælatus mariti cubili a meretricibus.

Auſa Palatino tegetem præferre cubili.

ait Iuuenal. Et de Meſſallina iure dicas quod Afranius in Priuigno ex Nonio.

Nemo illa vixit carie carioſior.

Et certe, ſi quidquam vnquam verum fuit, iſtud verũ fuit, quod Græcus quidam cecinit.

Θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ κακὰ τρία.

Mari enim, igne, & muliere, tria mala peiora vix reperias. Bonas laudamus, malas improbamus: illudque ſapientis Regis confirmamus: *Mulier diligens corona eſt viro ſuo, & putredo in oſſibus eius quæ confuſione res dignas gerit. Confidit in ea cor viri ſui; & ſpolijs non indigebit: reddet ei bonum & non malum.* cap. 3. Prouerb.

[Mer]etrix Helena. [V]irum deſerit. [P]aridem ſequitur. Metuit Menelaum.

4 Celebrat.] Sic verum apparuit quod D. Hieronymus epiſt. 12. *Interdum deſerunt viros Helenæ, ſequuntur Alexandros, aut Menelaos pertimeſcunt. Amor* enim quaſi *amaror*, Latinis dictus. Et in his deſultionibus turpiſſimis & plane Venereis matrimonium obtenditur, quo veletur cupiditas. Ita Claudianus in Palladij epith. facit Venerem Hymenæum quærentem.

Inter & innumeros Hymenæum quærit Amores.
Hunc Muſa genitum legit Cytherea, ducemque
Præfecit thalamis: nullum vinxiſſe cubile
Hoc ſine, nec primæ fas eſt attollere tedas.

5 Prædicta.] Lego, *prædilecta*, vt ſupra oſtendi libro 1. in verbis, *inſula prædilecta*.

Claudius imprudens nuptias vxoris ſignat.

6 Adhibitis qui obsignarent.] Suetonius in Claud. cap. 29. vbi de facinore Meſſallinæ, quod tractat noſter. *Nuptijs*, inquit, *quas Meſſallina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis & ipſe conſignauerat.* Tacitus tamen tacet de iſta Claudij obſignatione, & de altera narrat. Obſignationes autem fiebant per imaginem ſigilli. Plautus in Pſeudolo.

Obſignatio per imaginem ſigilli.

Miles lenoni Ballioni epiſtolam
Conſcriptam mittit Polymachæroplacides,
Imaginem obſignatam, quæ inter nos duo
Conuenit olim.

Sigillum ſeruare non licet annulo vendito.

Sic Diogenes Laert. in Solone. *Non licere annulario eius, qui annulum vendidiſſet, ſeruare ſigillum.* Et Petronius apud Tacitum. *Fregiſſe annulum, ne mox vſui eſſet ad facienda pericula.* lib. 16. Alludit ad iſtam ſignationem idem Plautus eodem.

Litteræ pice ſignatæ.

Ibi tu videas litteratas fictiles epiſtolas,
Pice ſignatas, nomina inſunt cubitum longis litteris.

Obſignabant autem pice, vel cera, vel lino. Idem Plautus in Bacchid.

Cedo tu ceram ac linum actutum. age, obliga, obſigna cito.

Obſignatio per ceram. Epiſtola lino obligata. Cera ſignata. Epiſtolarum vincula dente rupta.

Nam *lino* obligabantur, *cera* obſignabantur. Ouid. in epiſt. Leandr. Hero.

Forſitan admotis etiam tangere labellis,
Rumpere dum niueo vincula dente volet.

Creta Aſiatica obſignatæ litteræ. Ligno interdum verme putrido. Saliua adhibita.

Aliquando *creta Aſiatica*, de qua Cicero orat. pro Flacco. Aliquando etiam *ligno verme putrefacto*, Heſychius, & *adhibita ſaliua*. Nam in gemma ſculpta imago. De *ſaliua*, Iuuenalis Satyra 1.

Signator falſo qui ſe lautum atque beatum
Exiguis tabulis, & gemma fecerat vda.

Sic intellige Martialem lib. 10. epigr. 10.

Mane epiſtola conſcripta.

Nunc ad Luciferam ſignat mea gemma Dianam.

Vbi interpres vetus ait: *Vda gemma, ſaliua tacta, propter ſignaculi impreſſionem.* Tamen poſtea nulla gemma adhibita, ſed ipſum aurum ſculptum. Quod repertum ſub Claudio. Nam ita ſcribit. *Contra multi nullas admittunt gemmas, auroque ipſo ſignari, primo Claudij Cæſaris principatu repertum.* ex Plinij cap. 1. lib. 33. Dixi de rana Mæcenatis annulo ſculpta alibi, & de Sphinge Auguſti. Ita ergo obſignabantur tabulæ nuptiales, de quibus Iuuenalis Satyra 6.

Auro ſculpto ſignatio. Sub Claudio inuentum. Rana Mæcenatis.

- veniet cum ſignatoribus auſpex.

Et idem Satyra 2.

Signatæ tabulæ: dictum fœliciter: ingens
Cœna, ſedet gremio noua nupta mariti.

Tabulæ nuptiales ſignatæ. Teſtamenta ſignata.

Sic *teſtamenta* ſignabantur. Inſtit. de teſt. Et Cicero ad Attic. 12. epiſt. de Cælio. *Quod ſcribis Terentiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui.* Sic *contractus*. Plautus in Curcul.

Tabulas obſignatas attuliſſet.

Contractus. Ciſtæ ſignatæ.

Sic locutus Cæſar, ad Piſonem epiſt. famil. *Locellum tibi ſignatum remiſi.* Et *ciſtæ*. Plautus in Amphitr.

—— quæ in hac ciſtella
Tuo ſigno obſignata fertur.

Depoſita.

Ita etiam ſignabantur depoſita. Iuriſconſultus L. 1. §. vlt. D. de depoſito. *Si creditrici debitam pecuniam obtuliſti, non accipiente, obſignatam eam depoſuiſti.* Ita *Deorum conſultationes*. Macrob. lib. 1. Saturn. *Conſultant Deum & abſentes, miſſis diplomatibus, obſignatiſque.* Sic etiam *pecuniæ*. Apul. 10. Metamorphoſ. *Sic inductus, ſignauit pecuniam.* Sed de iſta obſignatione iam dixi lib. 2. Vbi de vtenſilibus Perſarum.

Conſultatio Deorum per diplomata obſignata. Pecunia. Vtenſilia.

Formula Nuptiarum, liberorum procreandorum cauſa.

7 Suscipiendorum liberorum causa convenisse.] In manum ſcilicet. Et hæc erat formula vetus, cuius etiam extant veſtigia multis in authoribus. Euſebius de præpar. Euang. ait, *Iouem denupſiſſe liberorum procreandorum cauſa.* Quod a Iudæis deſumptum, apud quos ſterilitas erat maledicta. D. Bernard. Sermone, ſeu Homilia 3. ſuper *Miſſus*. *Quid facis, virgo, quæ hæc*

audis? Si parturis, anguſtiaris. Si ſterilis manes, malediceris. Quod erat ex lege Dei. Nam *maledicta ſterilis in Iſrael.* Ideo Rachel dicebat marito, *Da mihi liberos.* Horat. epiſt. ad Lollium: vbi de Romano more.

Quæritur argentum, puerique beata creandis
Vxor.

Iulius Cæſar legem parauerat, qua ciuibus Romanis liceret tot habere vxores, quot alere poſſent.

Libido, niſi cauſa liberorum, redundat in vitium.

Valerius lib. 7. cap. 7. *Hereditatem maternam filios habere iuſſit, dotem, quia non creandorum liberorum cauſa coniugium interceſſerat, virum retinere vetuit.* Sueton. in Iulio. *Heluius Cinna Tribunus pleb. pleriſque confeſſus eſt habuiſſe ſe ſcriptam paratamque legem, quam Cæſar ferre iuſſiſſet, cum ipſe abeſſet, vti vxores liberorum quærendorum cauſa, quas, & quot ducere vellent, liceret.* D. Hieronym. epiſt. 10. *Sola libido a Deo ad liberorum procreationem, ſi fines ſuos fuerit egreſſa, redundat in vitium.* Et ſane acute Tertull. in Apolog. *Homo ſoli vxori maſculus naſcitur.* Idem Tertullianus ad vxor. *Adijciunt quidam* (ita lego, non *quidem*) *ſibi homines nuptiarum cauſas, de ſollicitudine poſteritatis.* D. Gregorius reſponſ. 10. ad interrog. Auguſtini. *Si quis ſua coniuge, non cupidine voluptatis captus, ſed ſolummodo liberorum creandorum cauſa.* Et Diuus Auguſtinus contra Iulianum lib. 3. *Pudicitia coniugalis facit, quod præſcribunt tabulæ matrimoniales, ne vltra quam generandis filijs ſatis eſt, coniugis corpus attrectet.* Angelus dicebat Tobiæ iuniori: *Accipe virginẽ cum timore Dei, & amore filiorum magis quam libidine ductus.* Ruffinus in Symbolo. *Matrimonia contrahuntur, quia creditur ſucceſſura poſteritas.* Inde Papiæ leges & Iuliæ de maritandis ordinibus apud Romanos.

Homo ſoli vxori maſculus.

Nuptiæ ſollicitudine poſteritatis.

Apud Græcos ſolennia nuptiarum.

Et apud Græcos, vt Apuleius ſcribit. Nam ita 4. Metamorphoſ. in quo illæ formulæ coniugales expreſſæ. *Specioſus adoleſcens, inter ſuos principalis, quem filium publicum omnis ſibi ciuitas cooptauit, meus alioquin conſobrinus, tantulo triennio maior in ætate:* (pro *per ætatem*) *Qui mecum primis ab annis nutritus, & adultus, indiuiduo contubernio domuſculæ, immo vero cubili thorique ſanctæ charitatis affectione, mutuo mihi pignoratus votiſque nuptialibus pacto iugali pridem deſtinatus, conſenſu parentum, tabulis etiam maritus nuncupatus, ad nuptias officio frequenti cognatorum & affinium ſtipatus, templis, & ædibus publicis, victimas immolabat. Domus tota lauris obſita, tedis lucida, conſtrepebat hymenæum. Tum me gremio ſuo mater infœlix tolerans, mundo nuptiali decenter ornabat, mellitiſque ſuauijs crebriter ingeſtis, iam ſpe futura liberorum, votis anxijs propagabat.* Idem Apuleius libr. 9. *Nupſit iugandis & ſatis liberum procreandis.* Quintilianus noua declamat. 247. *Fingamus quidem nuptias eum feciſſe nullas, coiſſe autem liberorum procreandorum cauſa.* Noſter Annal. 4. de Seiano. *Liuiam in vxorem cupienti, ſatis æſtimaret firmari domum aduerſus iniquas Agrippinæ diſſenſiones; idque liberorum cauſa.* Ideo Afranius in Priuigno, vxorem *firmamentum* appellat *familiæ.*

Affectio.

Pacta iugalia.

Conſenſus parentum.

Tabulæ nuptiales.

Parentum & cognatorum ac affinium comitatus.

Victima tẽplis.

Vxorem quæris firmamentum familiæ:
Scias abeſſe ab his luſtris ingenium procul.

Nam liberi firmant familiam, & ſunt pedamenta domus. Itaque Virgilius.

Domus firmatur liberis.

— *in te omnis domus inclinata recumbit.*

Ideoq *columina* dicti *familiæ* liberi. Comicus. *Tu noſtræ columen familiæ.* D. Hieronym. de virg. ſeru. ad Euſtoch. de filiabus Loth. *Licet illæ putarent genus hominum defeciſſe, & hoc facerent liberorum magis deſiderio, quam libidinis.* Idem libr. 2. in Iouinian. *Certe qui dicunt ſe cauſa Reip. & generis humani, vxoribus iungi, & liberos tollere.* D. Ambroſius epiſt. 1. ad Corinth. *Si cauſa procreandorum liberorum ducitur vxor,* &c. Et Diuus Auguſtinus de bono coniugali. *Debent ergo ſibi coniugati, non ſolum ipſius ſexus commiſcendi fidem, liberorum procreandorum cauſa.* Et idem ſcribit Serm. 244. Sed egregie lib. 2. cap. 4. Confeſſ. ſignat diſtantiam concubinæ ab vxore legitima. *In illis annis vnam habebam non eo (quod legitimum vocatur) coniugio cognitam: ſed quam indagauerat vagus ardor inops prudentiæ. Sed vnam tamen, ei quoque ſeruans thori fidem: in qua ſane experirer exemplo meo, quid diſtaret inter coniugalis placiti modum quod fœderatum eſſet generandi gratia, & pactum libidinoſum amoris.* Et ſane Cenſorium erat iuſiurãdum. Ideo *Spur. Carbilius Ruga, ab amantiſſima vxore diuertit, quod iuraſſet liberorum procreandorum cauſa vxorem duxiſſe, quæ tamen ſterilis eſſet; & iuſiurandum amori prætulit.* Gellius libr. 4. cap. 3. Sic Quintilianus. *Virgo debet ſuum matrimonium Reip.* Plaut. in Captiu.

Filiæ Lothi excuſatæ.

Cenſorium iuſiurandum liberorum procreãdorum cauſa.

Diuortium Carbilij quod vxor ſterilis.

Virgo debet matrimonium Reip.

At nunc Siculus non eſt, Boius eſt, Boiam terit,
Liberorum quærundorum cauſa ei credo vxor data eſt.

Varro vbi de mundo, & eius feſtis diebus. *Vxorem liberum quærendorum cauſa ducere, religioſum eſt.* Quin apud Græcos.

Ὦ τρὶς κακοδαίμων ὅς τις ἂν πένης γαμεῖ,
Καὶ παιδοποιεῖ.

Quam extreme infœlix quiſquis egens vxorem ducit,
Et quærit liberos.

Ex Menandro apud Gell. lib. 2. cap. 23. Diog. Laert. in Antiſth. ait, *Sapientem ducturum vxorem liberorum quærendorum cauſa.* Inde ratio cur vngerent poſtes nouæ nuptæ adipe ſuillo, vt tam fœcundæ eſſent quam ſcrophæ quæ pariunt denos. Multa congero, ſed facio, vt Paganorum & Chriſtianorum mores noris.

8 Avdiisse avspicvm verba.] Iuuenalis Sat. 2.

-- *Cenſore opus eſt, an aruſpice nobis?*

Claudianus ad Serenam.

Atque vtinam ſub luce tui contingeret oris
Coniugis in caſtris, & ſolio generi,
Optatum celebrare diem: me iungeret auſpex,
Purpura me ſancto iungeret aula thoro.

Apud Romanos, & in nuptijs præcipue, (quæ inter præcipuas partes vitæ humanæ,) nihil inauſpicato gerebatur: ideoque auſpices, & auſpicum verba. Suetonius vbi de nuptijs Spori & Neronis, *Dote inter auſpices conſignata.* Cœlo autem ſereno, placidoque auguria nuptialia captabant, cum lituo, qui erat ſine nodo baculus inflexus ſuperiori parte. Nam ſic Gellius: *Lituus virga breuis & incurua: ideo lituus dictus quaſi litus:* quod curuum eſt. Hoc baculo, cœli regiones deſcribebant, metas deſignabant, quas Templum appellabant, & intra illud obſeruabant, quicquid dextrum aut ſiniſtrum ſe oſt[illegible]: ex quo coniecturas,

Auſpices in nuptijs Paganorum.

&

& auguria caperent de fauſtis aut infauſtis nuptijs. Manibus enim templum metiri nefas. Papinius ea omnia luculenter deſcribit 3. Theb. Præcipue autem ex auium volatu ſumebant auſpicia. Plin. lib. 10. c. 8. vbi de accipitrum generibus, ait, *Circon claudum altero pede, proſperrimi augurij nuptialibus negotijs extitiſſe.* Duo autem auſpices tantum fuere adhibiti, vt ampliores non quæras. Sed addo etiam dotem inter auſpices conſignatam, cum ſcribat Sueton. in Claud. *Dote inter auſpices conſignata Meſſallinam interfeciſſe.* 26. in Claudio.

uſpicia ab ibus.

laudus accipiter nuptijs bonum omen.

9 Svbisse.] Verbum in authoribus rarum in iſta ſignificatione; ſed verum, & nuptiale prorſus. Ouid. 1. de Arte.

ubire, verbum nuptiale.

Hei mihi non tutum eſt quod amas laudare ſodali;
Cum tibi laudanti credidit, ille ſubit.

Id eſt, clam tuum lectum init. Nam addit.

At non Actorides lectum temerauit Achillis.

Cicero dixit, *ſubire turpitudinem & contumelias,* in Piſonem *ſubire vim & iracundiam,* pro domo ſua. Sed ſubitio noſtra iſtud non ſpectat. Citatur autem locus hic a Lipſio ex noua declamat. Quintil. 247. ſed litterula corruptum. *Non fuiſti vxor,* inquit, *non ſubſiſti cum illo.* pro *non ſubiſti.* Et forte eſt quod veteres dixere, *ſubire iugum.* Iugum enim ſubibant nubentes Iugæ Iunonis, vt ſcribit Seruius. lib. 4. Æn.

-- *liceat Phrygio ſeruire marito.*

Mos, inquit, *apud veteres fuit flamini & flaminiæ, vt per confarreationem in nuptias conuenirent, ſellas duas iugatas ouili pelle ſuperiniecta poni eius ouis, quæ hoſtia fuiſſet, & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione reſiderent.* Et ſane *Iugæ Iunonis ara fuit Romæ, in vico, qui ideo Iugarius dictus eſt.* ait Feſtus. De illo iugo, Virgil. libr. 4. Æneid. -- *Cui vincla iugalia curæ.*

ubire iugum. *ga Iunonis.* *icus Iugarius.* *gale vinclū.*

Et eodem.

Ne cui me vinclo vellem ſociare iugali.

Papinius in epithalam. Stellæ & Viol.

—— *Dat Iuno verenda*
Vincula, & inſigni geminat concordia tæda.

D. Auguſtinus libr. de Ciuit. Dei, docet ex Varrone, nuptijs *Iugatiuum Deum* interueniſſe. Alluſit Horat.

eus Iugatinus.

Nondum ſubacta ferre iugum valet
Ceruice.

Et ode 9. libr. 3.

Diductoſque iugo cogit aeneo.

Inde Apul. 4. Metamorphoſ. *Zygias tibias* vocat: id eſt, iugales quæ nuptijs adhiberentur. Quippe tibiarum par iungebatur in nuptijs. Statius in nuptijs Violentillæ.

bire pallam nonis.

-- *Numquamne virili*
Submittere iugo?

Tamen ſubire pallam Iunonis Deæ ſolebat antiquitas in nuptijs. Propertius lib. 4. eleg. 4. huc alluſit.

ecti coniuges Dea peplo.

Commiſſas acies ego poſſum ſoluere nuptæ,
Vos medium palla fœdus inite mea.

Tectique eius peplo coniuges, ſe tutelæ Deæ committebant. Sic accipio verſum Valerij 8. Argonaut.

-- *Deiectæ reſidens ſub tegmine pallæ.*

Nos dicimus, *Mettre ſoubs le Poiſle.* Et in ſolennibus nuptiarum actibus apud Chriſtianos vſurpatur peplus. D. Ambroſ. libr. 9. epiſt. 1. *Cum ipſum coniugium velamine ſacerdotali, & benedictione ſanctificari oporteat.* Et in Can. Euariſtus, & Can. Alius, qui perantiqui, & ex Apoſtolorum ærario illa Senatuſconſulta. Vocatur in Canone *cæleſte velum.* De quo crebrius in veterum Chriſtianorum monumentis. Nec omitto apud Chriſtianos ſub huiuſmodi velo ſtantibus duobus coniugatis panem & vinum a ſacerdote benedictum edendum & bibendum dari: de quo meminit Curtius longe ante Chriſtianos his verbis li. 8. *Et rex* (id eſt Alexander Magnus) *iuſſit adferri patrio more panem. Hoc erat apud Macedones ſanctiſſimum coeuntium pignus, quem diuiſum gladio vterque libabat. Credo eos qui gentis mores condiderunt, parco & parabili victu oſtendere voluiſſe iungentibus opes quantulo contenti eſſe deberent.*

Peplum apud Chriſtianos. Quo nubentes velantur.

10 Sacrificasse apvd Deos.] Lucanus lib. 2.

Fœdera ſola tamen, vanaque carentia pompa
Iura placent, ſacriſque Deos admittere teſtes.

Plinius: *Nuptæ nouæ farreum præferebant,* lib. 18. cap. 2. Et Vlpianus Iuriſconſultus in fragm. *Farre conuenitur in manum certis verbis, præſentibus decem teſtibus ſolenni ſacrificio facto, & adhibito.* Apud Græcos, ſolenne ſacrificium fiebat ante nuptias, quod γαμήλια dicebatur. Iulius Pollux lib. 3. cap. 3. Illudque Iunoni, Veneri, & Gratijs fiebat, quæ nuptijs præſidere dicebantur. Valerius Flaccus ex more Græco in rebus Græcis.

Inde vbi ſacrificas cum coniuge venit ad aras.

Nam pagani matrimonia, vt humanæ vitæ præcipuas partes, multa prece multoque ſacrificio honorabant; & Chriſtiani multis ſolemnibus. Nec enim de more canum coibāt, vt plerique hominum, qui licet ſe Chriſtianos dictitent, tamen a Chriſtianis moribus tam longe abſunt, quam abeſt Oriens ab Occidente. In Eccleſia Catholica quæ virgo germinat virgines, Canon Aliter. 30. quæſt. 5. ita habet ex Euariſti epiſtola ad Epiſcopos Africanos. *Aliter legitimum non fit coniugium niſi ab ipſis qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & a quibus cuſtoditur, vxor petatur, & a parentibus, & propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter, vt mos eſt, cum precibus & oblationibus a ſacerdote benedicatur, & a paranymphis, vt conſuetudo docet, cuſtodita & ſociata a proximis congruo tempore petita legibus detur, ac ſolemniter accipiatur. Et biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant.* Et pagani vouebant Veneri pro virginitate erepta: vnde illud vetus.

Ingratæ Veneri ſpondebam munera ſupplex
Erepta coniux virginitate tibi.

Et in epitaphio Seruij Tullij & Ranciliæ virginis. *Socero Patre & Matre ſocru annuentibus ſolenni Hymenæo nuptijs copulamur.*

11 Discvbitvm inter convivas.] Nuptijs adhibita conuiuia teſtatur Apuleius 6. Metamorphoſ. poſt ſacrificia. Et libr. 8. *Modo ne in Thraſylli manum ſacrilegam conuenias, neue ſermonem conferas, nec menſam accumbas, nec thoro acquieſcas.* Si lubet Meſſallinæ viroſæ mu-

Conuiuia nuptijs.

Nupta in gremio mariti.

lieris impudica legere oblinia. Vide Plinium lib. 10. cap. 56. Hiſt.Nat. Nam nihil vnquam fuit illa impudentius, & impudicitius: cui nunquam honeſtum corpus, nunquam niſi turpe & ſpurcum ingenium fuit. Vt ex ſanguine paganorum Deorum, notes ſpurciſſimas meretrices extitiſſe.

Oſcula indicia moritura pudicitiæ.

12 Oscvla, complexvs.] Quæ D. Hieronymus vocat, *indicia morituræ pudicitiæ, ſeu virginitatis.* Nam Amoris gradus, ſunt conſpectus, conloquutio, contactus, combaſiatio, & concubitus. Quæ quinque, ſunt hominum pereuntium ille cebræ. Et hæc oſcula,

-- *deſipiens Venus*
Quinta parte ſui nectaris imbuit.

vt ait Horat. Sed tranſiens adnoto, illa oſcula ſæpe morſiunculis inſerta. Nam Lucr. 4.

Affigunt auide corpus, iunguntque ſalinas
Oris, & inſpirant preſſantes dentibus ora,
Nequicquam, quoniam nil inde abradere poſſunt.

Verum de his iam nimium: vale. Paganas tango nuptias, nõ Chriſtianas: nec placet Feſcennina loquutio. Niſi quod addo ex Nonio, *Sicut pulli, ſic morſicatim luſitant, & labris inter ſe velitantur & veliſicantur.* Oſcula autem heic improprie dicuntur. Nam ex veteribus Grammaticis, *Oſcula ſunt officiorum, Baſia pudicorum, Suauia ſcortatorum,* Vet.Gramm. in verbo *oſcula.*

Nox coniugalis. Deſcripta a Martiale.

13 Noctem actam licentia conivgali.] De ſimili nocte, & licentia coniugali, Martialis ad Calenum Sulpitiæ maritum.

Lucerna nocte ardens.

O nox omnis, & hora, quæ notata eſt
Caris littoris Indici lapillis.
O quæ prælia quas vtrimque pugnas,
Fœlix lectulus, & lucerna vidit,
Nimbis ebria Nicerotianis!

Vnguento flagrans. Et odorante oleo.

Quippe in lucernis vnguenta, quo ſuauius olerent, & arderent ſumptuoſius. Plutarchus comparat viri boni obitum vnguentatis lucernis, quæ etiam extinctæ, bene olent. Et de illa nocte, eſt etiam peramœnum carmen in veteri epigrammate.

Qualis nox fuit illa, Dij, Deæque,
Quam mollis thorus.

Licentia coniugalis carmine ſcripta.

Cæterum licentiam coniugalem, bello expreſſit carmine Papinius in epithal. Stellæ.

-- *pone o dulcis ſuſpiria vates;*
Pone, tua eſt. licet expoſitum per limen aperto
Ire, redire gradu; iam nuſquam ianitor, aut lex,
Aut pudor: amplexu tandem ſatiare petito
Coniugis, & duras pariter reminiſcere noctes.

Anilis luxuria.

D. Hieronym. de vit. ſuſp. contuber. *Pæne licentia coniugali, de tua licentia gloriaris.* Conuenit Meſſallinæ, quod Quintilianus ſcribit noua declamat. 306. his verbis. *Feciſſet hoc aſtuta mulier, anus inuerecunda, & iuueni curioſo offerret hanc fatigati corporis partem.* Sed hæc ſordida arceo a meis ſacris.

14 Maximeqve.] Tollo illud *que*, & lego, *Igitur domus principis inhorruerat, ac maxime,* &c. Nam ita ſcriptum, *inhorruer AT,* at pro ac.

Liberti Claudij omnium mortalium domini.

15 Qvos penes potentia.] Vt Pallas, Narciſſus, Caliſtus, & alij liberti Claudij, qui ſocordia domini imperabãt generi mortalium. Et certe, nec ditiores vnquam libertos ſol vidit, nec potentiores. Illi ergo horrebant rerum ſtatum, & præcipue ne verterentur negotia. Nam de domino vltima cura, vt apud aulicos, niſi quantum principis vita illis in quæſtu eſt. Nam ſubruto domino ſerui in ruina.

16 Verterent.] Lege, *verterentur.* ſcriptio manuſcripti hæc erat, *verterent'.*

Tacitus ex Manuſcriptis correctus.

17 Dvm indvstria cvbicvlvm principis occvlit advlteros.] Lipſius ſcribit in manuſcriptis ita reperiri. *Dum inſtruo cubiculum principis exhauero.* Ex quibus colligo ita ſcriptum. *Dum hiſtrio cubiculum principis exul occuluerit adulteros, dedecus quidem illatum, diſſidium tamen abfuiſſe.* Non lego enim *excidium.* Quippe poſtea interrogatur Claudius. *An diſſidium tuum noſti?* Sed ex illo diſſidio, oriturum erat excidium. Hiſtriones autem olim pulſi Italia, & inter illos Mneſter ille,

-- *Tragica multum ampullatus in arte.*

Genialis lectus in cubiculo. Interdum in aula. Quæ in atrio.

De cuius nomine dixi ſupra. Cubiculum autem erat in quo cubabant. Et ibi genialis lectus; licet interdum in aula. Sic enim Horatius epiſt. 1. lib. 1.

-- *Lectus genialis in aula eſt.*
Nil ait eſſe prius, melius nil cœlibe vita.

Deſcriptio lecti genialis.

Ille autem genialis lectus ſacer. ita enim Iuuenalis.

-- *ſacri genium contemnere fulcri.*

Eburneus. Plumatus. Sericatus. Oſtratus.

Et elegantiſſime deſcribitur ab Apuleio libr. 11. his verbis. *Etiam thorus genialis noſter futurus, accurratiſſime diſternebatur: lectus Indica teſtudine pellucidus, plumea congerie tumidus, veſte ſerica floridus.* Claudian. de bello Gildon.

-- *caſtumque cubile*
Ingreditur, Tyrio quo fuſus Honorius oſtro,
Carpebat teneros Maria cum coniuge ſomnos.

Idem de nuptijs Honorij.

Columnatus.

Aſt alij thalamum docto componere textu;
Stamine gemmato, picturatiſque columnis,
Ædificetur apex.

Diuus Hieronym. ad Demetr. *Cum iam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur.* Catullus in nupt. Pelei.

Virgo quam ſuaues expirans caſtus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat.

Et Claudianus in Epith. Palladij aſperſum lectum floribus & balſamo cubiculum ſcribit.

Odoratus.

Deſuper inuertunt calathos, largoſque roſarum
Imbres, & violas plenis ſparſere pharetris,
Collectas Veneris prato, quibus ipſe pepercit
Sirius, & teneras clementi ſidere fouit.
Gemmatis alij per totum balſama tectum
Effudere cadis, duro quæ ſaucius vngue
Niliacus pingui deſudat vulnere cortex.

Deſcriptio genialis lecti Iudaici.

Ille autem lectus deſcribitur a Salomone eleganter Prouerbiorum 7. *Intexui funibus lectum meum, ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto, aſperſi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamo.* Dixit *funibus*, quod *reſtibus* dixit Nonius hoc modo.

Vnus conſternit nouis vetus reſtibus aptus.

Et ſane funibus intexti geniales lecti, & puluinari ornati. Iuuenalis.

Atque lupanari[illegible] puluinar odorem.

Ouid.

Ouid. de Ponto eleg. 2.

Incolumis coniux ſua puluinaria ſeruat.

Torus in cubiculo. Cubiculum in thalamo. Thalamus in poſteriore ædium parte.

Et torus apud Græcos in cubiculo, cubiculum in thalamo, thalamus in poſteriore domus parte, in quem aſcendebatur, vt videre eſt apud Homer. 1. & 2. Odyſſ. Apul. 4. Metamorphoſ. *Viſa ſum mihi de domo, de thalamo, de cubiculo, de toro denique ipſo violenter extracta.* More Græco loquitur. Seneca lib. 3. Controuerſ. 4 *Deciſor in cubiculo ſtetit.* Et libr. 2. Controuerſ. 1. *Speciosum iuuenem dominus ſuus deprehendiſſet cum vxore in cubiculo ſuo.* Idem libr. 7. Controuerſ. 6. *Ex cella migrabit in cubiculum ſuæ dominæ, vel domina ex cubiculo ſuo migrabit in cellam.* Sic M. Cato in orat. de re Floria; id eſt de rebus Floræ, quæ meretrix quondam, herede facto P. R. in numerum Dearum relata eſt. *Ibi*, inquit, *pro ſcorto fuit, in cubiculum ſubreptitauit e conuiuio.* Quintil. declamat. 310. *Duo cubicula irruiſti, duobus maritis iniuriam feciſti, duas familias incerta ſtirpe confudiſti.* Noſter Ann. 13. de Seneca. *Irrumpere cubiculum principum fœminarum.* Et idem Quintil. declam. 79. *Nec miror eos concitari, qui veterem matrimonij conſuetudinem, qui pudorem cubiculi, qui ſpem liberorum expugnatam eſſe credunt.* D. Hieronym. de virg. ſeru. *Vnde meretrices vniuiræ? eadem domo, vno cubiculo, ſæpe vno tenentur & lectulo.*

18 NVNC IVVENEM.] Hæc verba arguunt vitium. Nam ſi *iuuenem* dixit, cur additur *iuuenta*? lego, *iuuenem nobilitate, dignitate, forma, vt vi mentis, ac propinquo conſulatu.* Ita lib. 12. *Suam quæque nobilitatem, formam, opes contendere.* Et eodem, *deligi oportere fœminam nobilitate, puerperijs, ſanctimonia inſignem.* Qualis olim Sempronia Moſchis. *Heic eſt illa ſita pia, frugi, caſta, pudica Sempronia, cui pro meritis ab coniuge gratia relata eſt.*

Ac primo Caliſtus iam mihi circa mortem [1] Cæſaris narratus, & Appianæ cædis molitor Narciſſus, flagrantiſſimaque eo tempore gratia Pallas, agitauere, cum Meſſallinam [2] ſecretis minis depellerent amore Silij, cuncta alia diſſimulantes: deinde metu ne ad perniciem [3] vltro traherentur, deſiſtunt, Pallas per ignauiam, [4] Caliſtus prioris quoque regiæ peritus, & [5] potentiam cautis quam acrioribus conſilijs tutius haberi. perſtitit Narciſſus, ſolum id immutans, ne quo ſermone præſciam criminis & accuſatoris faceret. Ipſe ad occaſiones intentus, longa apud Hoſtiam Cæſaris mora [6] duas pellices, quarum is corpori maxime inſueuerat, largitione ac promiſſis, & vxore deiecta plus potentiæ oſtentando perpulit delationem ſubire. Exin Calphurnia (id pellici nomen) vbi datum ſecretum, Cæſaris genibus prouoluta nupſiſſe Meſſallinam Silio exclamat: ſimul Cleopatram quæ idem opperiens adſtabat, an comperiſſet, interrogat: atque illa annuente, cieri Narciſſum poſtulat. Is veniam * in præteritum petens, quod ei [7] * cis Vectium, cis Plautium diſſimulauiſſet, nec nunc adulteria obiecturum ait, [8] ne domum, ſeruitia, & cæteros fortunæ paratus repoſceret, frueretur imo ijs & redderet vxorem rumperetque [9] tabulas nuptiales. [10] *An diſſidium*, inquit, *tuum noſti? nam matrimonium Silij vidit populus, & Senatus & miles, ac ni properε agis, tenet vrbem maritus.* [11] Tum potiſſimum amicorum vocat, primumque rei frumentariæ præfectum Turranium, poſt Lucium Getam prætorianis impoſitum, percunctatur. [12] Quibus fatentibus, tum certatim cæteri circumſtrepunt, iret in caſtra, firmaret prætorias cohortes, ſecuritati antequam vindictæ conſuleret. Satis conſtat eo pauore offuſum Claudium, vt [13] identidem interrogaret, *an ipſe imperij potens? an Silius priuatus eſſet?*

Serui multa moliuntur in dominas.

præteritū ... ns, ... lus Vecti, ... s Plautij Silio diſ... lauiſſet, ... nunc ... eria

Claudius ſui diſſidij neſcius.

Neſcius etiam an imperaret.

... us corre-

1 CÆSARIS NARRATV.] Lego, *C. Cæſaris*. Nam C, pro vtraque dictione *Caij* & *Cæſaris*. Et ſane loquitur de C. Caligula, cuius vtinam tempora per annales Taciti haberemus, vt ingenium huius portenti noſceremus. Sed deſiderare licet; habere non licet.

2 SECRETIS MINIS.] Reſtituo vocabulum, *ſecretis viri minis*. Quod hauſerat litterarum ſimilitudo. Et addo vt neceſſarium. Nam ad libertorum minas, nullus referat, niſi inepte.

Tacitus explicatus.

3 VLTRO.] Id eſt, ne opprimerentur a

Meſſallina, vt Appius, alijque, vel more Claudiano damnati, antequam rei.

Claudius imperator ſeruorum ſuorum ſeruus.

4 CALISTVS, PALLAS, NARCISSVS.] Tres Claudianæ ſocordiæ optimi liberti, *Dominique imperatoris domini*, vt Sex. Victor Narciſſum vocat. De quibus Plinius lib. 32. cap. 10. *Multos*, inquit, *poſtea cognouimus ſeruitute liberatos opulentiores.* Pariter, *tres Claudij principatu, Pallantem, Caliſtum, Narciſſum*; aitque iſtos tres verberones rebus potitos. Quod mirum: nam ex Dei ſapientia, *non decet ſeruum dominari principibus.* 19. Prouerb. *Et per tria vel quatuor mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtineri. Per ſeruum, cum regnauerit: per ſtultum cum ſaturatus fuerit cibo: Per odioſam mulierem cum in matrimonium fuerit aſſumpta: & per ancillam cum fuerit heres dominæ ſuæ.* Et recte Marcus Philoſophus qui *Libertos ſuos nec sciri voluit in publico, nec apud ſe poſſe* (lego, *plus poſſe*) *dicto ſuo*, (id eſt, plus quam dixerit) *omnibus ſuperioribus principibus vitia imputans libertorū.* De Caliſto, idē Plin. l. 35. c. 7. *In cœnatione*, inquit, *quam Caliſtus Cæſaris Claudij libertorum potentia notus, ſibi ædificauerat, ampliores triginta columnas ex Sudino lapide; Cum Cornelius Nepos ſcripſerit fuiſſe magno miraculo P. Lentulum Spintrem, amphoras ex eo marmore aut lapide magnitudine Chiorum cadorum oſtendiſſe.* Vocabatur autem Iulius Caliſtus, & Narciſſum ponit Seneca lib. 4. natur. quæſt. in præf. inter publicos hoſtes. Claudianus 1. in Eutrop.

Opimi liberti.

> —— *iam Chryſogonis tua, Brute, poteſtas,*
> *Narciſſiſque datur.*

Id eſt, Chryſogono ſeruo Syllæ, & Narciſſo Claudij poteſtas datur quam Brutus habuit in P. R. Nam habitus eſt Narciſſus inter Claudianæ necis conſcios: ideo hoſtis dictus. Dio lib. 58. Tertullian. autem de altero liberto Claudij, non minus prodigioſo, meminit in Pallio; quem *Druſillanum* nominat, vt & Plinius libr. 33. cap. 11. qui valde mutilus & obſcurus. *Claudij principatu* (ait) *ſeruus eius Druſillanus, nomine Rotundus, diſpenſator Hiſpaniæ citerioris, quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat, & comites eius, octo quinquaginta librarum. Quæſo vt quam multi eius conſerui inferrent? At quibus cœnantibus?* Id eſt, mirabilem hanc lancem & prodigioſam habuit? Rogo vt conſerui Druſillani qui in Claudij ſeruitio erant eam inferrent, & ſciretur eiuſdem conditionis fuiſſe Druſillanum. Sed quibus cœnantibus hæc illata eſt? quaſi diceret, ſeruis & eiuſdem conditionis cum Druſillano, quos vocat comites & quaſi cohortem prætoriani Druſillani. Sed vt redeamus ad Narciſſum, Seneca notat in Ludo, quod nitidus, quod balneator, quod Melitæum educaret catulum, haberetque in delicijs. Dignum ſeruo homine delicium. Sed de Pallante hoc eſt inſigne quod ait idem Plinius lib. 35. cap. 18. *Venalitijs dignum gregibus, opprobriumque inſolentis fortunæ, quod & nos adeo potiri rerum vidimus, vt prætoria quoq. ornamenta decerni a Senatu iubente Agrippina Claud. Cæſaris viderimus libertis*, (id eſt Pallanti,) *tantumque non cum laureatis faſcibus remitti illo, vnde cretatis pedibus aduenissent.* Iuuenal. Sat. 1.

Narciſſus Gaij Domini inter coniuratos.
Pallas Claudij.
Druſillanus.

> —— *ego poſſideo plus*
> *Pallante, & Licinis.*

Pallas, ait Scholiaſtes, *libertus Claudij Cæſaris, officium rationum adminiſtrauit, & in numerum prætorum relatus, quod primum percunctantem Cæſarem de inceſtu Agrippinæ, ad nuptias confirmaſſet. Eamque ipſe conſuetudinem ſtupri, adeo palam fecerat, vt in quodam ſimulachro Palatinæ Mineruæ, adſcriptum ſit*, ΠΑΛΛΑC ΑΙΤΙΩΤΑΙ. Rectiſſime ille. *Seruo qui ſeruit lubentiſſime is ſeruitutem amat.* Quod fecit orbis ſub Claudio.

5 POTENTIAM CAVTIS QVAM.] Videtur in illa oratione deſiderari verbum, *magis*, vt alijs authoris noſtri locis. Quod an oſcitantiæ librariorum, an authoris ſcriptioni debeamus adſcribere, ambiguum eſt. Quippe aliquando non omittit, aliquando omittit. Sed ſuperius docui, ex Salluſtij imitatione, omitti ſolere, niſi eadem ſit librariorum culpa: quod non exiſtimo: ſed authoris qui ita ſuetus ſcribere.

6 DVAS PELLICES.] *Pellices*, & *pallaces*, Franci vocant *Paillardes*. Et a Græcis deductum nomen pallacarum, Πάλλαξ παλλακὴ; vt a Latinis *pellicum*, quæ a pelliciendo dictæ: vnde *pellaciæ*, id eſt blandiciæ, & illecebræ, quarum iſtæ putidæ ſunt artifices doctiſſimæ. Quippe Pallaces ſunt ore precaces, manu rapaces, corde fallaces: Et, vt dicebat Poeta vetus, *Clune agili, femore facili, lingua procaces, manu rapaces.* Noto in Biblijs cap. 13. & Regum ſecundo, miniſterio Thecuitæ mulieris, quam Ioab ſubornarat, Dauidi regi dictum ne lugeret mortem Abſalon. Nam mulieres aptæ maxime ad hæc munera, præſertim ſi impudicæ. Tamen fuit paganis exoſum nomen, cum in Gellio lib. 4. c. 3. ita ſit ſcriptum. *Pellex ædem Iunonis ne tangito: ſi tangit, Iunoni crinibus demiſſis agnum fœminam cædito.* Quippe iſtas amicas & concubinas oderunt matronæ ſi ſunt pudicæ. Hoc autem nomine vſus eſt Sueton. Veſpaſian. & Iuriſconſultus, de ver. ſignif. l. 144.

Pallax. Pellex.

7 CIS VECTIVM, CIS PLAVTIVM.] Veram eſſe excuſam a Lipſio lectionem, non Mercurius, non Suadela ipſa mihi ſuaſerint. Nam illud *cis* Tacito inſolens; nec ita ab autoribus vſurpatum. Imo & repetitum ſequente verbo. Addo quod ſcripſit Lipſius, *cis Vectium, cis Plautium*, cum eſſet *cis Plautio*, in Manuſcripto, vt ipſe fatetur. Deierarem ex notis vitium eſſe, cui nemo medetur, & ex manifeſta omiſſione verbi, *Silij.* Nam hæc verba, *Ne nunc adulteria obiecturum ait, ne domum, ſeruitia, & cæteros fortunæ paratus, repoſceret*, ad Vectium & Plautium referri non poſſunt, ſed ad Silium. Certe ſi ſalebroſo iſto in calle & lubrico paludum, licet pedem firmiter ponere: ita legendum conijcio, & ex vero ſenſu, & Taciti verbis, & ex Vaticana ſcriptura. *Scelus Vecti, ſcelus Plautij cum Silio diſſimulauiſſet, nec nunc adulteria obiecturum.* Nam loquitur de Silio qui verus adulter; reliqui, vt miniſtri adulterij. Illa enim verba *cis* puto *ſcelus* indicare, & reſtare ex verorum verborum ruderibus.

Tacitus correctus.

8 Ne

8 Nē domvm.] Puto legendum, *vt domum.* Et hic eſt ſenſus: Petit Narciſſus veniam quod de Vectij, Plautij, & Silij flagitijs conticuerit; nec modo obiecturum adulteria Silii, ne domum, ſeruitia, cæteroſque fortunæ apparatus repeteret, quos Narciſſo contulerat, & quos Meſſallina in Silii domum trāſtulerat: *Immo fruatur ijs*, inquit, *dummodo tuam reddat vxorem, & tabulas rumpat nuptiales.* Quæ adeo ſunt clara, vt ne Sol quidem meridie clarior. At altera lectio, nocte tenebroſior.

9 Tabvlas nvptiales.] Quæ nuptiarum teſtes, & comites, immo confirmatrices. Nam Tertullianus de Pudicit. *Nuptialibus & dotalibus ſi forte tabulis a mœchiæ & fornicationis opere diuerſas.* Et ſane tabulæ nuptiales diſtinguunt concubinatum a legitimis nuptiis. Nam apud Chriſtianos concubinatus, inter hominum ſordes. D. Cyprianus. *Turpis ille concubitus, fœda illa duorum coniacentium dormitio, quantum criminis confitetur.* Ideo Iuſtinian. edixit Nouella 18. vt qui tranſiret a concubinatu ad legitimum torum, tabulas haberet nuptiales. *Nam dos, concubinatus eſt abolitio & nuptiarum argumentum.* Damnatus autem eſt concubinatus a Chriſtianis, quippe Tertull. ita. *Nihil intereſt, an quis viduam vel virginem incurſet, dum non ſuam fœminam; quia vtrumque eſt contaminatæ carnis elogium.* De nuptialibus autem tabulis, Apul. Apolog. 2. *Capias*, inquit, *manibus tuis iſtas tabellas nuptiales.* D. Hieron. *ſponſales tabulas* vocat epiſt. 10. Et Iuuenalis.

Si tibi legitimis pactam iunctamque tabellis
Non es amaturus.

Inſtrumenta nuptialia a Iuriſconſultis nominantur, & *tabulæ dotis*, & *pacta nuptialia*. Papinius lib. 8.

Dum mea neſcio quo ſpondentur fœdera pacto.

Et *tabulæ nuptiales*, & *matrimoniales* paſſim etiam in iure dicūtur ab iiſdem Iuriſconſultis. D. Auguſtinus li. Confeſſ. *Cum matronæ de maritorum ſæuitia quererentur*, ait *Monicam matrem ſolere illas arguere, viderent tabulas nuptiales, quibus ſe in virorum poteſtate eſſe profiterentur.* Idem Tertullianus. *Numquid tabulas nuptiales de illo, apud Dei tribunal proferemus?* Solæ autem illæ tabulæ, diſtinguunt veram & legitimam vxorem a concubina & focaria. Vxor enim tabulas habet, concubina non habet. Et ita locus Tertulliani, in fronte iſtius annotationis citatus, intelligi debet.

10. An dissidivm tvvm nosti] Recte *noſti.* Quippe, vt ait Diuus Hieronymus ad Sabinian. *Solemus mala domus noſtræ ſcire nouiſſimi, & vxorum vitia, vicinis canentibus, ignorare.* Quod accidit Claudio. Idem de eadem re ad Oceanum. *Pæne dixi quod clamante vicino vxor ſola non prodidit.* Et ex Suetonio verum eſt, quod ex illo matrimonio *adquiri imperium Silio*, credidit Claudianus, cap. 36. in Claudian. Sed gaudeat Claudius, quod multos Claudios habuit comites, & habebit ſemper, & notet quod Iuuenalis Satyra 10.

Dedecus ille domus ſciet vltimus.

Nam hic verſus Meſſallinam ſpectat:

Coniugem inſidam, flaccidam familiam, impuram domum.

11 Tvm potissimvm amicorvm.] Non puto ita ſcriptum: ſed, *Tum potiſſimos ſuorum amicorum vocat.* Nam non vnum vocat, ſed plures, Turranium & Getam: quanquam Getæ præfecto prætorio non fidebat multum, vt poſtea ſcribit. Sed vt ſibi Prætorianos milites firmaret, Geta opus erat; qui dux Prætorianorum. Deinde addit, *primumque*, vt ſcias plures fuiſſe, & plurali numero vſum.

12 Qvibvs fatentibvs.] Vera lectio, & facula lucifica. Nam audita illa confeſſione, tum certatim omnes circumſtrepunt, *iret in caſtra.*

13 Identidem.] Id eſt, ſæpius idem interrogaret, *an imperij compos eſſet?* Quæ verba metum arguunt & indicant, quod Claudius non eſſet compos mentis. Nec immerito, cum de eius vita deque imperio ageretur & tota familia.

At Meſſallina non alias ſolutior luxu, [1] adulto Autumno [2] ſimulachrum vindemiæ per domum celebrabat, vrgeri præla, fluere lacus, & fœminæ pellibus accinctæ aſſultabant, vt ſacrificantes vel inſanientes Bacchæ. Ipſa crine fluxo thyrſum quatiens, iuxtaque Silius hedera vinctus, gerere cothurnos, iacere caput, ſtrepente circum procaci choro. Ferunt [3] Vectium Valentem laſciuia in præaltam arborem conniſum, interrogantibus quid aſpiceret, reſpondiſſe, [4] tempeſtatem ab Hoſtia atrocem: ſiue cœperat ea ſpecies, ſeu forte lapſa vox in præſagium vertit. Non rumor interea, ſed vndique nuntij incedunt, qui gnara Claudio cuncta, & venire promptum vltioni afferrent. Igitur Meſſallina [5] Lucullianos in hortos, [6] Silius diſſimulando * metu, ad munia fori digreditur. Cæteris paſſim dilabentibus, affuere centuriones, inditaque ſunt vincula, vt quis reperiebatur in publico aut per latebras. Meſſallina tamen, quanquam res aduerſæ conſi-

Scelus animas obcæcat in periculis.

ictu.

Luparum artes deprehenſarum aſpici a maritis.

lium adimerent, ire obuiam, & aſpici a marito, quod ſæpe ſubſidium habuerat, haud ſegniter intendit, iuſſitque vt Britannicus & Octauia in complexum patris pergerent. Et [7] Vibidiam virginum Veſtalium vetuſtiſſimam orauit, Pontificis maximi aures adire, clementiam expetere. Atque interim tribus omnino comitantibus (id repente ſolitudinis erat) ſpatium vrbis pedibus emenſa, vehiculo quo purgamenta hortorum eripiuntur, Hoſtienſem viam intrat, nulla cuiuſquam miſericordia, quia flagitiorum deformitas præualebat.

Flagitiorum deformitas gratiam non facit.

Deſcriptio Autumni.

1 ADVLTO AVTVMNO.] Id eſt, eo tempore *quo poſt æſtiuos ardores in temperiem ſemet Autumnitas dirigebat*, vt ait Octauius apud Minutium. Et Tacitus dicit *adulto Autumno*, quod Græci μέσος. Nam Menſes & tempora diuidebantur in primum, medium & vltimum: & medius heic adultus vocatur. Petronius Arbiter, hoc eleganti verſu deſcribit tempus iſtud.

Nam nunc ardentes Autumnus fregerat vmbras,
Atq. hiemem tepidus ſpectabat Phœbus habenis:
Iam platanus iactare comas, iam cœperat vuas
Adnumerare ſuas deiecto palmite vitis:
Ante oculos ſtabat quidquid præmiſerat annus.

Et Ouid. 2. Metamorphoſ.

Stabat & Autumnus calcatis ſordibus vuis.

Lipſii correctio firmata.

Bene Lipſius in Heliog. Lampridij, pro *liberam vindemiam*, emẽdauit *Liberi vindemiam*. Sed ne vlla littera intercidat, addo verbũ & lego, *vere Liberi eam vindemiam eſſe*. Et iam nos in Suetonij Auguſto cap. 100. *propter anni tempus*, repoſuimus *Autumni tempus*. Varro in Quinq. *Autumnitatem* vocat. *Cape*, inquit, *hanc caduceam Liberi patris mollem dapem, frondem Autumnitatis Bromij*. Apuleius vocat *muſtulentum Autumnum*. 2. Metamorph. Quem Ouidius 2. de Arte pingit egregie, vocatq. *formoſiſſimum anni tempus*. Non prætereo quod Tacitus de Germanis notat his verbis. *Hiems, & ver, & æſtas intellectum & vocabula habent: Autumni perinde bona ac nomen ignorantur.* Quod non puto verum: imo apud eos nullum eſt Autumno tempus amabilius. Quippe Sol anteequam occupet nimboſum & frigidum cœlum, laborat multum: vbi vero ſemel occupauerit, nubes diſcutit, regnatque toto Autumno ſiccitate magna & amœna nobilis, & notabilis: quod experientia docet.

Sed verbo aucta.

2 SIMVLACHRVM VINDEMIÆ.] In maximis ſceleribus, viri & mulieres pagani Orgia celebrarunt. De viris, Florus, vbi de bello Seruili. *Syrus quidam, nomine Eunus, fanatico furore ſimulato, dum Syriæ Deæ comas iactat, ad libertatem & arma ſeruos, quaſi numinum imperio, concitauit.* De mulieribus. Virgil. de Helena, ardente Troia, & ad excidium ruente, ſic ſcribit. *Illa chorum ſimulans, euantes Orgia circum*
Ducebat Phrygias.

Orgia inceſtuoſa.

Et ſane Valerius l. 6. c. 3. in Bacchanalium ſacris, magna ſcribit perpetrata facinora & inceſtuoſa. Virg. 7. Æn. de coniuge Latini Regis.

Quinetiam in ſiluas, ſimulato numine Bacchi,
Maius adorta nefas, maioremque orſa furorem,
Euolat, & natam frondoſis montibus abdit.

In iſtis autem furijs Orgiorum, mulieres libidinum cupientiſſimæ. Quod docet Iuu. Sat. 6.

In Orgijs mulieres libidinoſiſſimæ.
Tibia.
Cornu.
Vinum.
Rotati crines.
Vlulatus.
Priapi ſimulachrum geſtatũ.

Nota Bonæ ſecreta Deæ, cum tibia lumbos
Incitat, & cornu pariter, vinoque feruntur
Attonitæ, crinemque rotant, vlulantque Priapi
Mænades. O quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus: quæ vox ſaltante libidine: quantus
Ille meri veteris per crura madentia torrens!

Et Euſebius de præpar. Euang. l. 2. c. 1. narrat in ijs Orgijs Priapi ſimulachrum geſtaſſe, quod Phallum vocabant quaſi conſeruatorem: quoniam per ea inſtrumenta ſpecies animalium conſeruarentur. Et de Corybantibus apud Athenieſes Orpheus ita tradit ex eodẽ.

Dixit, & obſcœnas cunctas in corpore partes
Attollens veſtem patefecit: tum Dea ridens
Suſcepit paruum qui forte adſtabat Iacchum,
Ingeſſitque ſinu vetulæ Baubonis, & inde
Pocula ſuſcipiens tandem Cycrona perhauſit.

D. Ambroſius Orgiorum libidines firmat li. 3. de virgin. *An quidquam eſt*, inquit, *tam pronũ ad libidinẽ, quam incõditis moribus, ea quæ vel Natura abſcondit, vel diſciplina velauit, membrorum operta nudare, indere oculis, rotare ceruicem, comam ſpargere?* Baccharum ornatum Papinius oſtendit 2. Achill.

Ornatus Baccharum.

Vt vero a tereti demiſit nebrida collo,
Erranteſque ſinus hedera collegit, & alte
Cinxit purpureis flauentia tempora vittis,
Vibrauitque graui redimitum miſſile dextra:
Attonito ſtat turba metu, ſacriſque relictis
Illum ambire libet, pronoſque attollere vultus.

Vitta purpurata.
Miſſile in dextra.
Geſtus Baccharum & ſaltatio.

Idem l. 4. -- *quid imbelles thyrſos mercatus & æra*
Vrbibus in medijs, Bacchæaque terga, mitraſque
Huc tuleris? De geſtu, hæc addit.
Iamque mouent greſſus: thyaſis Iſmenia buxus
Signa dedit, quater æra Rheæ, quater Euia pulſant
Terga manu, varioſque quater legere recurſus.

Buxus, æra, terga pulſata manu.
Quatuor recurſus.

Non eſt abſimile in viris, quod in illo fanatico furore Apuleius ſcribit l. 8. Met. *Diuque capite demiſſo, ceruices lubricis intorquens motibus, crineſque pendulos rotans in circulum, & nonnunquam morſibus ſuos incurſantes muſculos, ad poſtremum ancipiti ferro quod gerebat, ſua quiſque diſſecat brachia. Inter hæc, vnus ex illis bacchatur effuſus,* (forte *effuſius*) *ac de imis præcordijs anhelitus crebros referens, velut numinis diuino ſpiritu repletus, ſimulabat ſanctam vecordiam.* Papin. 7. Theb.

Syriæ deæ ceremoniæ.
Iactatũ caput.
Crines penduli in circulum rotati.
Morſus membrorum.
Anhelitus crebri.

Nectere fronde comas, & ad inſpirata rotari
Buxa, timent thyrſos nuptarum, & prælia matrũ.

Crines fronde nexi.

Virgilius 7. Æn. coronidem addit.

-- *Furijſque accenſas pectore matres*
Idem omnes ſimul ardor agit, noua quærere tecta.
Deſeruere domos: ventis dant colla, comaſque.
Aſt aliæ tremulis vlulatibus æthera complent,
Pampineaſque gerunt incinctæ pellibus haſtas.

Comæ datæ ventis.
Vlulatus.
Haſta pampinea.
Cincta pelles.

Ipſa

inus pro ha-
a.

Ipſa inter medias flagrantem feruida pinum
Suſtinet: ac natæ, Turnique canit Hymenæos,
Sanguineam intorquens aciem, toruumque repente
Clamat: Io matres audite vbi quæque Latinæ.

Corybantizare. *Amantiæ.* *Gorgoniæ.*

Hoc *Corybantizare* vocat Plinius libr. 11. cap. 37. Aurelius Victor vocat *Amantias*, ab Amata illa a Virgilio deſcripta eleganter; & *Gorgonias* à truculentia. Libuit autem hæc exſcripſiſſe, quia ipſe Tacitus habitum, & geſtum Baccharum pingit. Adduco & illud Catulli in Nupt. Pel. vbi de Ariadna.

Quem procul ex alga mæſtis Minois ocellis,
Saxea vt effigies bacchantis proſpicit Euæ:
Proſpicit, & magnis curarum fluctuat vndis,
Non flauo retinens ſubtilem vertice mitram,
Non contecta leui velatum pectus amictu,
Non tereti ſtrophio lactentes vincta papillas.
Omnia quæ toto delapſa e corpore paſſim
Ipſius ante pedes fluctus ſalis alludebant.

Hæc forſan *non inutila feres, licet a ieiuna ſaliua.*

Vectius Valens medicus.

3 Vectivm Valentem.] Vectius hic memoratur a Q. Sereno Sammonico de morborum curatione cap. 59. & Titinius vocatur.

Talia præcepit Titini ſententia Vecti.

Clarus orator.

Itaque lego in ludo Senecæ, non *Tectus Valens,* vt excuſi lib. ſed *Titinius Vectius Valens.* Et carmen firmat. *Qui Machaonica* (id eſt Chironica) *bene doctus in arte* ſibi malum acciuit, quod Veneri ſacrificaret nimis lubens. Et fuit eques Romanus. Nam in Ludo Seneca reponit inter equites. *Cotta, Tectus, Valens, Fabius, quos Narciſſus duci iuſſerat.* Facio autem differentiam inter Cottam, & Tectum: nam ſunt duo nomina. Fuit autem medicina, & eloquentia nobilis, ſed Meſſallinæ adulterijs famoſus.

Inſignis adulter.

Nam de adulterijs eius; ſic Plinius libro 29. *Iam vero & adulteria etiam principum domibus, vt Eudemi in Liuia Druſi Cæſaris: Item Valentis, in qua dictum eſt regina.* Id eſt, in Meſſallina. Sic Vectius, vt medicus, non modo imperauit imperanti fœminæ, ſed vt adulter. Medici enim ægris imperant. Nam Plinius eodem, vocat medicos imperatores vitæ noſtræ, neciſq. noſtræ.

Sicut ægris imperant.

Senec. 6. de Benef. c. 16. vbi de medico. *Non me tanquam amicum vidit, ſed tãquam imperatorem.* Sed Galenus. cap. 1. lib. de methodo, eleganter. Quod exſcribo lubens in gratiã optimorum & doctorum medicorum, & quod de iſta medicorum poteſtate, videam dubitari. *Ita fit vt cum ægrotare cœperunt, medicos aduocent, non quidem optimos, vt pote quos per ſanitatem noſcere nunquam potuerunt, ſed quos maxime familiares habent, quique ipſis maxime adulantur, qui & frigidam dabunt ſi popoſcerint, & lauabunt cum iuſſerint, & niuem vinumque porrigent. Poſtremo quidquid iubebitur, mancipiorum ritu facient. Contra quam veteres illi medici, ab Æſculapio oriundi, qui tanquam duces militibus, & reges ſubditis, imperare ægris voluerunt: nequaquam vero Getarum, & Tibiorum,* (lego, *Tibiſcorum*) *& Phrygum, & Thracum emptitiorum ritu, parere, & obſequi.*

Sicut reges ſubditis, Duces militibus.

Sic Valens Meſſallinæ imperauit; quam non curauit, ſed animo ægram magis quam corpore reddidit medicus adulter.

Galenus emendatus.

4 Tempestatem ab Hostia.] Ridiculus medicus pulchre peſtem futurã præuidit, ſed non ſibi prouidit. Intelligit autem tonitrua Claudiana, id eſt, aduenictis Claudij mariti iras, nimboſque ac fulmina; licet bruta, tamen fatidica. Nam vt ait Sueton. 43. *ſibi infaus eſſe iactauit omnia impudica, ſed non impunita matrimonia.* Sic D. Hieronym. epiſt. 11. vocat Hannibalem, *tempeſtatem ortam finibus Hiſpaniæ, in exitium Italiæ.* Silius lib. 1.

Hannibal tempeſtas ex Hiſpania.

Heu quænam ſubitis horreſcit turbida nimbis
Tempeſtas, ruptoque polo, micat ignibus æther?
Magna parant ſuperi; tonat alti regia cœli,
Bellantemque Iouem cerno. Et Virgilius.
Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quid ve pater Neptune paras?

Certe illa Meſſallina, Venus nimium Libentina, poſtea Libitina facta eſt. Hoſtia autem eſt in ore fluuij Tiberis, qua labitur in Tyrrhenum mare. Ideo *Oſtia* quaſi *Oſtium* recte ſcribitur. Et ita putat Halicarnaſſ. 3. lib. Clara fuit portu Claudij mirifice & magnifice extructo: & hodie etiamnum viget non ſine nomine. De ea Minutius Fœlix. *Placuit Hoſtiam petere amœniſſimã ciuitatem, quod eſſet corpori meo ſiccandis humoribus de marinis lauacris blanda & apposita curatio.*

Horti Romæ multi.

5 Lvcvllianos in hortos.] Recte, non *Lucillianos.* Nam infra, *Lucullianis in hortis prolatare vitam.* Fuere autem Romæ multi horti inſignis nobilitatis, quorum gloria etiam viget hodie, Muſarum beneficijs. *Lucul-liani*, de quibus noſter. Sed ne capias de ijs quos memorat lib. 11. *Hortis inhians, quos ille a Lucullo habitos inſigni magnificentia excolebat:* Quippe Luculli villa in promontorio Miſeni: At horti illi Romæ; & in ſuburbijs. Tacitus mihi author eſt, qui ſcribit: *Tandem apud promontorium Miſeni conſedit, in villa, cui L. Lucullus quondam dominus.* Et illa eſt villa, quam Plin. dicit eſſe *ſine agro.* Horti autem Luculli in regione nona vrbis, quibus vicini Agrippæ horti. Memorantur & *Horti Cæſaris*, de quibus Horat. Sat. 8. lib. 1. & Sueton. cap. 33. in Iul. Quos ille P. Romano legauit. Illi vero horti, non longe ab *Antoninis.* Dio 47. Vtrique enim ad Tiberim. Et dixi de ijs ſupra. Erant & *Mæcenatis*, qui in regione Eſquilina. Et horti *Salluſtiani*, de quibus Dio lib. 66. Veſpaſiano hoſpite celebres: & quibus vſus eſt pro palatio. Erant & *Seruiliani*, de quibus in Nerone cap. 47. Sueton. Fuere & alij multi: vt *Terentiani, Plautiani, Torquatiani, Aſiniani, Lamiani*, de quibus ſileo. Iuuit reminiſci eorum, de quibus iſto tempore authores meminere. Non ſileo aliquando veteres Latinos dixiſſe *ortos* ſine aſpiratione: quod Plinius ſcribit.

Lucculiani. Duplices. Romæ. Et Neapoli.

Horti Cæſaris. Agrippæ.

Antonini. Mæcenatis. Salluſtij. Seruilij. Terentij. Plautij. Torquati. Aſiniani. Lamiani.

Silius Patricius.

6 Silivs dissimvlando metv.] Non ita, ſed, *diſſimulando in metu.* Ita dixit de Veſtino lib. 15. *Conuiuium celebrat* (Veſtinus ſcilicet) *nihil metuens, an diſſimulando metu?* Vbi legendum vt heic, *an diſſimulando in metu?* De Silio autem, Iuuenalis Satyra 10.

——Elige quidnam
Suadendum eſſe putes, cui nubere Cæſaris vxor
Deſtinat: optimus hic, & formoſiſſimus idem
Gentis patriciæ, rapitur miſer extinguendus
Meſſallinæ oculis: dudum ſedet illa parato
Flammeolo, Tyriuſque palam Genialis in hortis

Optimus. Et pulcherrimus.

Sternitur. & ritu decies centena dabuntur
Antiquo: veniet cum ſignatoribus auſpex.

Et certe Silius expertus eſt ſuo malo, quod Eccleſiaſtes ſcribit de mulieribus: *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt & ſagena cor eius. Vincula ſunt manus illius.* Qui *placet Deo effugiet eam, qui peccator eſt: capietur ab ea.*

Veſtalium ſauor.

7 VIBIDIAM VIRGINVM VESTALIVM VETVSTISSIMAM.] Nam, vt dixi ſupra, Veſtales maximę erant authoritatis. Et Cæſares precibus Veſtalium molliebantur, cedebantque duriora mollibus. Sueton. cap. 1. in Iul. & noſter Hiſtor. 3. Sic obuiæ fuere Veſpaſiano, cum epiſtolis Vitellij. Dio in Vitellio. Et ſane Veſtalibus ſubmittebantur faſces Conſulum. Inde forte iſte verſus Catulli.

Vnde mos, non ſi Iupiter roget.

- non ſi Iuppiter ipſe roget.

Flamini Diali multa conceſſa.

Vt cum Veſtales aliquando deprecarentur, reſponſum illis fuerit: *Non ſi me Iuppiter ipſe rogauerit.* Dico per coniecturam. Sic olim Flamini Diali multa concedebantur. Nam ſi quis ad verberandum duceretur, ſi ad pedes eius ſupplex procubuiſſet, eo die verberari piaculum erat. Cæterum portant vittas manu in illa ſupplicatione. Et Horatius ideo *ſupplicem vittam* appellat. Virgil. 12. Æneid.

In manu vittas habebant.

Ipſa manu ramos oleæ, vittaſque precantes
Tradit.

Et libro 7.

——ne temne quod vltro
Præferimus manibus vittas, ac verba precantum.

Plautus in Aſinar.

Siquidem hercle nunc ſummum Iouem te dicas detinuiſſe,
Atque is precator adſiet, malam rem effugies nunquam.

Sic Veſtales non ſemper exauditæ, ſed aliquando inauditæ. Veſtæ autem nomen a Græcis eſt, ait Cicero. Ea enim eſt quæ a Græcis Ἑστία dicitur: & vis eius ad aras & focos pertinet. 2. de Natura deorum.

8 PVRGAMENTA.] Seneca eodem verbo vtitur 3. Nat. quæſt. cap. 26. περιψήματα vocant. Et eius pater Controuerſ. 2. lib. 9. *Inter purgamenta & iactus cœnantium & ſparſam in conuiuio ſcobem humanus ſanguis euerritur.* Loquitur de gladiatoribus qui inter fercula mutuis vulneribus cadebant ſpectantibus & plaudentibus conuiuis. Quod inhumanum.

Nulla fides viris leuibus vt Getæ.

Meſſallina in aſpectu Claudij, quam auertit.

Trepidabatur nihilominus a Cæſare. quippe Getæ prætorij præfecto haud ſatis fidebat, ad honeſta ſeu praua iuxta leui. Ergo Narciſſus aſſumptis quibus idem metus, non aliam ſpem incolumitatis Cæſaris affirmat, quam ſi ius militum vno illo die in aliquem libertorum transferret, ſeque offert ſuſcepturum. Ac ne dum in vrbem vehitur ad pœnitentiam a L. Vitellio, P. Largo Cæcinna mutaretur, in eodem geſtamine ſedem poſcit ſumitque. Crebra poſt hæc fama fuit, inter diuerſas principis voces, cum modo incuſaret flagitia vxoris, aliquando ad memoriam coniugij, & infantiam liberorum reuolueretur, non aliud prolocutum Vitellium, quam, *o facinus, o ſcelus.* Inſtabat quidem Narciſſus [1] aperire ambages, & veri copiam facere, ſed non ideo peruicit, quin ſuſpenſa & quo [2] ducerentur inclinatura reſponderet, exemploque eius Largus Cæcinna vteretur. Et iam erat in aſpectu Meſſallina, clamitabatque audiret Octauiæ & Britannici matrem, cum obſtreperet accuſator, Silium & nuptias referens: ſimul codicillos libidinum indices tradidit, quibus viſus Cæſaris auerteret. Nec multo poſt vrbem ingredienti offerebantur communes liberi, niſi Narciſſus amoueri eos iuſſiſſet. Vibidiam depellere nequiuit, quæ multa cum inuidia flagitaret, [3] ne indefenſa coniunx exitio daretur. Ergo auditurum principem, & fore diluendi criminis facultatem reſpondit. Iret interim virgo & ſacra capeſſeret. Mirum inter hæc ſilentium Claudij. Vitellius ignaro propior. Omnia liberto obediebant. patefieri domum adulteri, atque illuc deduci imperatorem iubet. Ac primum in veſtibulo effigiem patris Silij conſulto ſenatus abolitam demonſtrat. Tum quicquid [4] habitum Neronibus & Druſis, [5] in pretium probri ceſſiſſe. incenſumque & ad minas prorumpentem, caſtris infert, parata concione militum, apud quos, præmonente Narciſſo, pauca verba fecit. nam etſi iuſtum dolorem, [6] pudor impediebat.

Preces Veſtalium non auditæ.

Effigies Silii adulteri Senatuſconſulto abolitæ.

Claudius pauca dicit militibus pudore.

1 APERIRE.] Non placet hæc lectio, quia ambigua. Et lego: *Inſtabat quidem Narciſſus, vt aperiret ambages, & veri copiam faceret.* id eſt, Inſtabat Narciſſus, vrgebatque Vitellium: ſed adulator cautus ſuſpenſis verbis illudebat Claudio.

...cta lectio ...oſa.

2 DVCERENTVR.] Illa vox parit mihi neſcio quid ambiguitatis. Et putaui legendum, *quo ducebatur Claudius inclinatura.* Nam ita eſt adulatorum ingenium, inter quos Vitellius & Cæcinna præcipua capita.

Adulator incli- ...ei quo prin- ...pi ...itellius & Ce- ...cina adulato- ...s.

3 NE INDEFENSA CONIVX.] Quæ tot mactarat inauditas & indefenſas animas, mulier impotens inaudita perit. Sed Tertullian. in Apolog. ait. *Reſpondendi, altercandi facultas patet, quando liceat indefenſos & inauditos omnino damnari.* Apul. 10. Met. *Ne*, inquit, *ad inſtar barbaricæ feritatis, vel tyrannorum impotentiæ, damnaretur aliquis inauditus.* Audi, & iudica. Seneca. *Qui inauditum damnat, etiam ſi rectè iudicauerit, is tamen iniquus iudex eſt.*

4 HABITVM.] Lego, *auitum. Tum*, ait, *quidquid auitum Neronibus & Druſis.* Id eſt, quidquid ab auis & atauis profectum. Et *erant inſtrumenta veteris aulæ*, vt ſcribit Sueton. in Calig. quæ ſub haſta aliquando poſuerat venalia illud vitiorum mancipium vile.

5 IN PRETIVM PROBRI.] Ita legendum. Et *probrum* ſtuprum eſt & flagitium. Vt Accius in Hellenibus:

Quid niſi probrum alia omnia indelicta æſtimant?

Et Cæcilius in Dauo.

Ea tum compreſſa, parit huic puerum, ſibi probrum.

6 PVDOR IMPEDIEBAT.] Puto addendum, *tamen*, vt ſic legatur, *Pudor tamen impediebat.* nam in litteris, *Im*, illud, *tamen*, ineſt. Lego itaque hoc modo. *Nam etſi iuſto in dolore, pudor tamen impediebat.* Heic *pudor* pro verecundia. Nam *pudor*, aiunt Grammatici, *eſt mali facti verecundia recti & honeſti.* Plaut. in Caſſ.

Pudet quod nunquam puditum eſt.

Et Lucillius.

-- quandoque pudor ex pectore ceſſit.

D. Auguſtinus de Donatiſtarum impudentia.

Frons periit ab genere humano, & ille pudor virtutis cuſtos & æditus.

Cohortium clamor dehinc continuus, nomina reorum & pœnas flagitantium: admotuſque Silius tribunali non defenſionem, non moras tentauit, precatus vt mors accelераretur. eadem conſtantia & illuſtres equites Romanos cupidos maturæ necis fecit. Titium Proculum [1] cuſtodem Silio ac Meſſallinæ dat, & indicium offerentem, Vectium Valentem confeſſum, & Pompeium Vrbicum, ac [2] Saufellum Trogum ex conſciis tradi ad ſupplicium iubet. [3] Decius quoque Calphurnianus vigilum præfectus, Sulpitius Rufus ludi procurator, [4] Iuncus Vergilianus ſenator, eadem pœna affecti. ſolus Mneſter cunctationem attulit, [5] dilaniata veſte clamitans, *aſpiceret verberum notas,* [6] *reminiſceretur vocis qua ſe obnoxium iuſſis Meſſallinæ dediſſet. Aliis largitione aut ſpei magnitudine, ſibi ex neceſſitate culpam: nec cuiquam ante pereundum fuiſſe, ſi Silius rerum potiretur.* Commotum his & pronum ad miſericordiam Cæſarem perpulere liberti, ne tot illuſtribus viris interfectis, [7] hiſtrioni conſuleretur: ſponte an coactus tam magna peccauiſſet, nihil referre. Ne Trauli quidem Montani equitis Romani defenſio recepta eſt. is modeſta iuuenta, ſed corpore inſigni, accitus vltro, noctemque intra vnam a Meſſallina [8] proturbatus erat, paribus laſciuiis ad cupidinem & [9] faſtidia. Suilio Ceſonio, & Plautio Laterano mors remittitur: huic ob patrui egregium meritum, Ceſonius vitiis protectus eſt tanquam in illo fœdiſſimo cœtu paſſus muliebria.

Mimus inter adulteros Meſſallinæ.

Forma viri ad ſcelus inuitat mœchas.

1 CVSTODEM.] Duas noto mulierum cuſtodias, vnam honoris, alteram oneris; quæ duæ Meſſallinæ datæ. Prima fuit Titio Proculo equiti; altera Eudio, qui cuſtos & exactor ex libertis datur Meſſallinæ poſt crimen detectum. Etiam hodie in Gallia, locum habet prima, & ſuam dignationem apud magnas & principales fœminas. Vocamus *Cheualiers d'honneur.* Fuit autem maxime vſitata Romanis, immo etiam Græcis, vt fœminæ intra ſepta pudicitiæ ſe continerent. Lego apud Homer. Odyſſ. 3. de Cantore quodam, cui Agamemnon vxoris cuſtodiam reliquerat profectus ad Troiam. Et Papin. 7. Theb. vbi de Antigone.

—— teneras defenditur atra
Veſte genas, iuxtaque comes, quo Laius ibat.

Plautus etiam ex moribus Græcis, in Milite.

Nam meus conſeruus eſt homo haud magni pretij,
Quem concubinæ miles cuſtodem addidit.

Apul. 9. Metam. *Seruulum ſuum Myrmecem fidelitate præcipua cognitum, ſecretum* (lege, *ſecretorũ*) *commonet, ſuæque dominæ cuſtodiam omnem præcipit.* Apud Romanos. Ouid. 2. Amor. eleg. 12.

...lex mulie- ...cuſtodia. ...honoris, al- ...oneris. ...rarij equi- ...apud Fran- ...ipibus fæ- ...& regi-

Et Græcis ante.

Apud Rom. cuſtodes.

Quam vir, quam cuſtos, quā ianua firma, tot hoſtes
Seruabant, ne qua poſſet ab arte capi.

Et idem.

Quando non fixus lateri ſtipantu adhæſi,
Ipſe tuus cuſtos?

Et idem.

Hei mihi, quod dominā nec vir, nec fœmina ſeruat.

Eunuchi cuſtodes fœminis.

Nam Eunuchi cuſtodes adpoſiti fœminis, teſte etiam Accurſio. L. Sin autem. de ædilit. edict. Tibullus lib. 2. eleg. 3.

Nullus erat cuſtos, nulla excluſura dolentes
Ianua.

Propert. lib. 1. eleg. 11.

Vt ſolet amoto labi cuſtode puella
Perfida, communes nec meminiſſe Deos.

Iuuenalis Sat. 6.

Pone ſeram, cohibe; ſed quis cuſtodiat ipſos
Cuſtodes? cauta eſt, & ab ipſis incipit vxor.

Petron. Arbiter. *Iamdudum cupiebam amoliri cuſtodem.* Et idem. *Ego pædagogus & cuſtos, quo non iuſſeris, ſequar.* Martialis lib. 1.

Nullus in vrbe fuit tota, qui tangere vellet
Vxorem gratis Cæciliane tuam,
Dum licuit: ſed nunc poſitis cuſtodibus, ingens
Turba.

Officium cuſtodum ab Apuleio. *Exitum domus prohibere.* *Et ſeruare præſentem ſemper.* *Vxores dabant cuſtodes viris.*

Cuſtodum officium ex Apuleio depromo, in his verbis. *Tunc obſtinato animo, vehementer anxius Myrmex, nec vſquam domum ſuam progredi ſinebat, & lanificio domeſtico diſtinctam* (forte, *diſtrictam*) *inſeparabilis aſsidebat.* Quin aliquando vxores non modo virorum cuſtodia, ſed etiam clauibus aſſeruabantur. D. Hieron. in epiſt. quadam. *Ne peccādi occaſionem vxor inueniat, claue recluditur.* Et quod ridiculum moribus corruptis, etiam vxores dabant maritis cuſtodes, vt dixi ſupra. Plaut. in Amphitr.

Quem quondam Ioui Iuno cuſtodem dedit.

Martialis lib. 10. epigr. 69.

Cuſtodes das Polla viro, non accipis ipſa:
Hoc eſt vxorem ducere, Polla, virum.

Idem lib. 2. epigr. 54.

Spado cuſtos viri.

Quid de te Line ſuſpicetur vxor,
Et qua parte velit pudiciorem,
Certis indiciis ſatis probauit,
Cuſtodem tibi quæ dedit ſpadonem.
Nil naſutius hac, maligniuſque eſt.

Itaque iure nubere dicebantur illi qui imperaturis vxoribus nupſiſſent. Nam de viro & fœmina olim dictum Nonius Marcellus ita ſcribit. *Pomponius in Panuceatis.*

Sed meus frater maior poſtquam me vidit inde eiectum domo,
Nupſit poſterius dotatæ vetulæ, varicoſæ, Afræ.

Eſt de fœminarum cuſtodia verſus Catulli epigr. 16.

Inſulſiſſimus eſt homo, nec ſapit pueri inſtar
Bimuli, tremula patris dormientis in vlna:
Cui cum ſit viridiſſimo nupta flore puella,
Et puella, tenellulo delicatior hœdo,
Aſſeruanda nigerrimis diligentius vuis,
Ludere hanc ſinit, vt lubet.

Cuſtodes virginibus.

Seneca epiſt. 50. vbi de fatua Harpaſte. *ſubinde pædagogum rogat vt migret; ait domum tenebricoſam.* Dabantur etiam fœminæ nobiles cuſtodes virginibus, & fœminis nobilibus. Claudian. 3. de rapt. Proſerp. Quod fit etiam apud nos Reginis.

Hæc comes, hæc cuſtos, hæc proxima mater haberi.

D. Hieron. de vit. ſuſp. contub. *Quoniam alienas non audibus vxores, te, quæ cuſtodem non habes, ſæpius reſpectabit.* Sæpe autem mulieres cuſtodes fallebant, vel argento corrumpebant. Apuleius vbi de Myrmece, & Iuuenalis Sat. 6.

—— decipit illa
Cuſtodes, aut ære domat.

Nam Acriſios, id eſt, homines ſine iudicio, Iupiter ridet ſub auro latens. Et, vt ait Poeta Venuſinus:

Eſt tutum iter & patens
Conuerſo in pretium Deo.

2 SAVFELLVM TROGVM.] Lego, *Sauffeium.* Plinius lib. 7. cap. 53. *Ap. Sauffeius cum a balneo reuerſus mulſum bibiſſet, Decimus Sauffeius ſcriba cum domi ſuæ pranderet.*

3 DECIVS QVOQVE CALPVRNIANVS.] In manuſcripto, *Decorus,* ſcriptum ait Lipſius, & forte *Decurius,* vel *Decrius,* vt ſupra tetigi.

4 IVNCVS VERGILIANVS.] Hæſi in illo nomine aliquando; nunc planum eſt. Nam eſt nomen Romanum, de quo Iuuenalis.

—— & nuper Conſule Iunco.

Et in Piſanis tabulis a Pichena relatis. *Statulenus Iuncus princeps coloniæ noſtræ, flamen Auguſtalis, Pontifex minor.* Itaque iam non *Vincum,* lego, vt ante, ſed *Iuncum;* mihimet fugimus, & ego. Iuncos autem vocant graciles & teneros corpore, ſed rectitudine inſignes. Nam ea eſt iunci natura. Et Comicus Terentius in Eunucho.

Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient.
Reddunt curatura iunceas.

Hiſtrionum ars nudare pectus. *Priſci oratores ea vſi.*

5 DILANIATA VESTE.] Hiſtrionicum eſt iſtud, & ex hiſtrionia mera, ad mouendos affectus. Quanquam & oratores priſci ea vſi ſunt, & viri magni. Cicero 7. in Verrem. *Heic ſcilicet eſt metuendum ne excitetur Verres, ne denudetur pectore, ne cicatrices P. R. aſpiciat, & ex mulierum morſu veſtigia libidinis ac nequitiæ.* Idem 3. de Orat. *Genus hoc totum oratores, qui ſunt veritatis ipſius actores; imitatores autem veritatis hiſtriones occupauerunt* (loquitur de affectibus mouendis) *in quibus res ipſa magnam vim habet: vt ſi quis nudet pectus, oſtendatque vulnera, quæ Reipub. cauſa excepit.* Quibus hæc ſubiungit. *In cauſa peroranda non dubitauit Craſſus excitare reum Conſularem, & eius diloricare tunicam.* Id eſt, aperire, dilatare, deducere tunicam. Et nota inde tunicas loris, quaſi vinculis, nexas & colligatas; nos dicimus, *Les eſguillettes.* Et ita nuper Francorum tunicæ. Et iudicibus cicatrices aduerſis ſenis Imperatoris oſtendere. Potuit tamen Mneſter ſic laniare veſtem, quaſi indicium doloris, & perculſi animi. Quod veriſſimum. Nam Virgil. 5. Æn.

Quid diloricare veſtem?

Priſcis rupta veſtes indicium doloris.

Tunc pius Æneas humeris abſcindere veſtem.

Exempla in Ænea, Iulio Caſare, Ioanne Euangeliſta.

Et Sueton. in Iul. cap. 33. *Fidem militum flens, ac veſte a pectore diſciſſa, inorauit.* Euſebius hiſt. lib. 3. cap. 17. vbi de D. Ioanne Euangeliſta, quærente apud latrones diſcipulum, *veſtem,* ait, *dilaceraſſe, & caput ingenti ictu percuſſiſſe.*

Nam

Nam qui quatit frontem & pectus, indignationem oſtendit, vt ille qui comas ſibi manibus vellit. Quin ipſe Octauius Cæſar, coactus a P.R. pacem inire cum Antonio, *veſte ſciſſa*, ſe ad orandum multitudinem conuertit. Apul. 8. Metam. *Diſciſſa interula, decora brachia ſæuientibus palmulis verberabat.* Silius lib. 6.

Squallentem crinem, & triſtes lacerabat amictus.

Et lib. 13.

Pulſato lacerat violenter pectore amictus.

Claudian. de Cerere in raptu Proſerp.

Non expectato, reſpectu cladis, amictus
Conſcidit, & fractas eum crine euellit ariſtas.

Et apud Perſas etiam, mulieres veſtes ſcindebant. Curtius lib. 3. *Ingens circa eam nobilium fœminarum turba conſtiterat laceratis crinibus abſciſſaque veſte priſtini decoris immemores reginas.* Idem lib. 5. *Irrupere deinde alij, laceratiſque veſtibus, lugubri & barbaro vlulatu regem deplorare cœperunt.* Apul. 8. Met. *Adhuc flentem maritum, adhuc veſtes lacerantem, de nuptiis conuenere.* Quintil decl. 27. *Tum lacerare veſtes, tum verberare vultus meos incœpi.* In Act. Apoſt. cap. 14. *Quod vbi audierunt Apoſtoli Barnabas & Paulus, conſciſſis tunicis ſuis exierunt, clamantes in turbas.* Quod a Iudæis profectum. D. Hieron. in Matth. lib. 27. *Conſuetudinis eſt Iudaicæ, cum aliquid blaſphemiæ, & aliquid contra Deum audierunt, ſcindere veſtimenta ſua. quod Paulum quoque & Barnabam in Lycaonia, quando Deorum cultu venerabantur, feciſſe legimus.* Et ſane peruetus eſt illa conſuetudo. Nam 2. Reg. cap. 1. *Rex Dauid in morte Saul ſcidit veſtimenta ſua.* & 4. Reg. cap. 19. *Rex Ezechias ſcidit veſtimenta ſua.* Quin ante hæc, Iob 1. cap. *Scidit veſtimenta ſua, & tunſo capite corruens in terram, adorauit.* Vt notes & apud Iudæos, & ante Iudæos & Chriſtianos locum habuiſſe. Tertull. adu. Pſych. *Duritia hoſtis annuntiata, ſcidit veſtem.* Plin. de vir. illuſtr. vbi de M. Scauro: *P. Decium prætorem, tranſeunte ipſo ſedentem, iuſſit aſſurgere, eique veſtem ſcidit, ſellam concidit: ne quis ad eum in ius iret, edixit.* Noto etiam in contumeliam, a carnificibus ſciſſa fuiſſe veſtimenta damnatis. Seneca 1. Controuerſ. de ſacerdote. Plutarchus in Publicola vbi de Bruti liberis agit a carnifice virgis exagitatis, diſcerpta ſcribit eorum veſtimenra. hæc etiam memorat Liuius 2. lib. Et notaui apud Ioſippum filium Gorionis, Ioſippi catenas ruptas fuiſſe, vt dedecus carceris amoueretur. & hoc in odium iniuſtorum vinculorum. Etiam non damnatis, & in rixa. Apul. lib. 2. *Sic in morem ſuperbi iuuenis Adoni vel muſtelluatis pipletis laceratus atque diſcerptus, domo proturbor.* Qui locus nauigantium interpretum Charybdis fuit. In quo puto legendum, *In morem ſuperbi iuuenis Adoni, vel Marſyæ miſelli vatis pepletis laceratus, atque diſcerptus, domo proturbor.* Repoſui, *Marſyæ miſelli vatis.* Ex quo finxerunt portentum verbi *muſtelluatis.* Et Beroaldus ait ſcriptum fuiſſe *Muſæ vatis.* Sed nec *Muſa*, nec *Muſæus* diſcerpti. Repoſui a peplo, *pepletum.* quod etiam peplum fuerit veſtis virilis.

Vetuſtiſſima eſt illa veſtium ſciſſio.
Dauid in morte Saul, ſcidit veſtem.
Rex Ezechias idem.
Iob ſcidit veſtimenta.

6 Reminiſceretvr vocis.] Apud Ouidium eadem res in epiſtola Paridis ad Hel. Nam ſub ſpecie commendationis, adulterium poſcit.

Ars mariti decipiendi.

Exit, &, Idæi mando tibi, dixit iturus,
Curam pro nobis hoſpitis vxor agas.
Negligis abſentis (teſtor) mandata mariti:
Cura tibi non eſt hoſpitis vlla tui.

Et infra.

Pæne ſuis manibus ad te deduxit amantem:
Vtere mandantis ſimplicitate viri.
Sola iaces, viduo iam longa nocte cubili:
In viduo iaceo ſolus & ipſe toro:
Te mihi, meque tibi communia gaudia iungant.
Candidior medio nox erit illa die.

Dio lib. 60. ſcribit ex Caij æreis numiſmatibus, quæ conflari omnia Senatus iuſſerat, Mneſteris ſtatuas a Meſſallina confectas, cuius amore cum valde flagraret, nec minis, nec promiſſis ad concubitum pelliceret; fecit vt ei iuberet Claudius in omnibus Meſſallinæ morem gerere: itaque quaſi id iubente Claudio, a Mneſtere cognita eſt. En fatui mariti ſtultitia. En impudicæ vxoris & verſutæ aſtutia.

Mneſteri ſtatua.
Catoni nulla.
Ardet Meſſallina in Mneſterem.
Non poteſt ad concubitum pellicere.
Claudius imperat vt ei obſequatur.

7 Histrioni consvleretvr.] Dio cæſum Mneſterem ait adulterionem Meſſallinæ, vt loquitur Laberius. Et vet. interpr. Iuuen. Sat. 1. ait, *Latinum mimum conſcium adulterij Meſſallinæ a Claudio etiam occiſum fuiſſe.* Duo certe improbitatis capita. Fuit tamen alter Mneſter Neronianis temporibus, qui in funere Agrippinæ, ſe necauit. Et puto omnium hiſtrionum commune nomen; vt ſeruorum, *Dama, Syrus, Dauus.* Poeta.

Quaſi præciperet de adulterio.

Verterit hunc dominus: momento turbinis exit
Marcus Dama.

Et alter.

Tune Syri Damæ aut Dionyſi filius audes
Deiicere e ſaxo ciues?

Sic mercatorum nomina, *Iaſones.* Iuuenal.

——— mercator Iaſon.

Et ruſticorum *Ofellus.* Horat.

Ruſticus abnormis ſapiens dicebat Ofellus.

Et auarorum *Nerij*, & ditiorum *Opimij.* Et ſic de cæteris. Dixi iam apud nos *Mneſteres* vocari omnes Ludiones: vt Romæ olim, etiam *Parides.* Nam ita Iuuenalis Sat. 6.

——— Paridemque reliquit.

Id eſt, pantomimum, ludionem, voluptatis artificem. Quippe eiuſdem artificij Paris & Mneſter.

8 Protvrbatvs.] Verbum frequens in Apul. 2. Met. Et Papin. 3. Theb. Sil. lib. 5. heic habet obſcœnitatem grandem. noſter Annal. 15. alio ſenſu. *Proturbat barbaros*, id eſt, trudit. Sic Apul. *Nuntium remiſit vxori, eamque protinus de ſua proturbauit domo.*

Proturbare.

9 Fastidia.] Lego, *Faſtidio eſt.* Nam qua cupiditate viros appetebat, eadem illos faſtidiebat. Hoc enim habet vitiũ impudicitiæ, vt ex improbo amore odium pariat. Vide 2. Reg. c. 13. vbi Amon filius Dauid Thamar ſororem ſtatim cognitam ſtatim proturbat domo.

Interim Meſſallina Lucullianis in hortis prolatare vitam, componere preces, nonnulla ſpe, & aliquando ira. tanta inter extrema ſuperbia

agebat. Ac ni cædem eius Narciſſus properauiſſet,[1] verterat pernicies in accuſatorem. Nam Claudius domum regreſſus, & tempeſtiuis epulis delinitus, vbi vino incaluiſſet, iri iubet nuntiarique miſeræ (hoc enim verbo vſum ferunt) dicendam ad cauſam poſtera die adeſſet. Quod vbi auditum,[2] & langueſcere ira, redire amor, ac ſi contarentur, propinqua nox, & vxorij cubiculi memoria timebantur,[3] prorupit Narciſſus, denuntiatque centurionibus & tribuno qui aderant exequi cædem, ita imperatorem iubere. cuſtos exactor e libertis Euodus datus.

Mater Lepida, licet male cum filia, tamen in extremis non deſerit.

[4] Iſque raptim in hortos progreſſus, reperit fuſam humi, aſſidente [5] matre Lepida: quæ florenti filiæ haud concors, ſupremis eius neceſſitatibus ad miſerationem euicta erat: ſuadebatque ne percuſſorem opperiretur: tranſiſſe vitam, neque aliud quam morte decus quærendum. Sed animo per libidines corrupto, nihil honeſtum inerat: lachrymæque & queſtus irriti ducebantur. Tum impetu venientium pulſæ fores, aſtitit tribunus per ſilentium, ac libertus increpans multis ac [6] ſeruilibus probris. Tunc primum fortunam ſuam introſpexit, ferrumque accepit, quod [7] fruſtra iugulo ac pectori per trepidationem admouens, ictu tribuni transfigitur. corpus matri conceſſum. Nuntiatumque Claudio epulanti periſſe Meſſallinam, non diſtincto ſua an aliena manu: nec ille quæſiuit,[8] popoſcitque poculum, & ſolita conuiuio celebrauit. Ne ſecutis quidem diebus, odij, gaudij, iræ, triſtitiæ, vllius denique humani affectus ſigna dedit, non cum lætantes accuſatores aſpiceret, non cum filios mœrentes. Iuuitque obliuionem eius ſenatus, cenſendo nomen & effigies priuatis ac publicis locis demouendas. decreta Narciſſo [9] quæſtoria inſignia, leuiſſimum faſtigij eius cum ſecundum Pallantem & Caliſtum [10] ageret, honeſta quidem, ſed ex quibus deterrima orirentur, flagitiis inultis.

Probra ſeruorum in dominas mœchas.

Meſſallina a Tribuno configitur.

Deterrima oriuntur ex flagitiis.

1 VERTERAT.] Puto ſcriptum, *verſa erat*, ex quo *verterat* finxerunt.

2 ET LANGVESCERE.] Ita ſuſpicor legendum. *Quod vbi auditum, neue langueſceret ira, rediret amor, ac ſi cunctarentur, propinqua nox, & vxorij cubiculi memoria timebatur.* Nam amoris vulnere nil citius recrudeſcit: Amor ignis eſt qui extinguitur difficile: extinctus reuiuiſcit facile.

3 PRORVPIT.] Non ita, ſed *prorumpit*.

4 ISQVE.] *Is itaque*. Ita lego.

5 MATRE LEPIDA.] Idem prorſus ſpectaculum in Iuliæ morte, filia Augusti, niſi quod Meſſallina ferro, Iulia famis crudeli mucrone transfixa eſt.

Lepida & Scribonia matres infælices partu ſcortorum. Iulia & Meſſallina, pares vitio, pares exitio.

Squalitate, ſumma ſcabie, ſumma in ærumna obruta:
Neque inimicis inuidioſa, neque amico exoptabilis.

vt ait Lucillius.

6 SERVILIBVS PROBRIS.] Quæ frequentia apud Comicos. *Probrum* autem eſt opprobrium & res turpis, l. 42. de verb. ſignif. & intelligit Tacitus ſeruum multis exprobrationibus Meſſallinam arguiſſe. Quod eſt ſeruorum ingenium. Nec reminiſcebatur afflictæ quondam dominæ & morti vicinæ non dandam afflictionem. Verum ſeruile ingenium nil pudet.

7 FRVSTRA IVGVLO.] *Muliebri animo ſum tamen*; Dicebat illa apud Plautum.

—— Mi here, vbi venit in mentem
Mihi mortis, membra occupat ædepol.

Et ſane mors omnium rerum terribiliſſima, ſed omnibus mortalibus certiſſima. *Solent*, ait Amm. Marc. 14. *manum iniectantibus fatis ſenſus hominum hebetari & obtundi.*

8 POPOSCITQVE POCVLVM.] Nam diſſoluit curas vinum. Et Varro vocat *hilaritatis dulce ſeminarium*. Tibullus lib. 1. eleg. 1.

Adde merum, vinoque nouos compeſce dolores.

In Prouerbiis 31. *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt animo: bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius.* Horat. 4. Carm.

Vinum ſeminarium hilaritatis.

Nardi paruus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpitiis accubat horreis:
Spes donare nouas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.

9 QVÆSTORIA INSIGNIA, LEVISSIMVM FASTIGII EIVS.] Id eſt, fit veluti Quæſtor Narciſſus, vt poſtea Prætor: non quod reuera Quæſtorum & Prætorum munera exercuerint, ſed illorum tantum inſignibus donabantur. Vt enim quibus triumphalia inſignia mittebantur ab Imperatore, non tamen triumphabant: ita etiam quibus Quæſtoria

Narciſſus Quæſtor.

Sed minima pars authoritatis.

ſtoria aut Prætoria dabantur, non muneribus iſtis fungebantur. honos erat aut honoris vmbra, nomen ſine re. Illa autem Quæſtura, & adiuncta poſtea Prætura erant minima pars authoritatis eius; cum ille ſub Claudio orbem terratum regeret. Tribus enim mancipiis tunc mundus ancillabatur. Plin. Iunior epiſt. *Cognouiſſe.* lib. 8. de Prætura ait, *Pallanti data Prætoria ornamenta, & ſeſtertium centies quinquagies, cuius honore contentus fuit.* Vide quæ de iſtius Senatus adulatione ſcribit. Pudebit te tam pudendæ ignominiæ. Nam plus Pallanti & Narciſſo dedere, licet vilibus mancipiis, quam omnibus Æmilianis.

Taciti correctio.

10 AGERET.] Lipſius ſcribit legi in manuſcriptis, *triſtitiis multis.* At ego totum hunc locum libenter ita legerem. *Et hæc honeſta quidem, ſed ex quibus deterrima orirentur, triſtioribus inultis.* Quod explico. Honeſta res erat Meſſallinam impudicitiæ totius viraginem, ſuſtuliſſe; ſed ex illa nece, deterrima orta ſunt, longe triſtiora, & inulta. Deterrima: quod patruus neptem habuerit vxorem, nullo more apud Rom. Et neptem, Meſſallina crudeliorem, & impudiciorem: quod illa ſuum Neronem venenum orbis, mortalibus dederit: quod ille Britannicum, quod Octauiam necauerit: quod mortale genus ſanguine, & cæde, vitiis, & impudicitiis totum infecerit. Quæ omnia inulta relicta ſunt. Pluribus probarem, verum inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ.

Interpretatus Tacitus.

Poſt mortem Meſſallinæ deterrima omnia.

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librum vndecimum Annal. C. Cornelij Taciti.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER DVODECIMVS.

CÆDE Meſſallinæ *conuulſa principis domus, orto apud libertos certamine, quis deligeret vxorem Claudio [1] *cœlibi vitæ intonanti, & coniugum imperiis obnoxio. Nec minore ambitu fœminæ exarſerant, ſuam quæque nobilitatem, formam, opes, contendere, ac dignam tanto matrimonio *oſtentare. Sed maxime ambigebatur inter [2] Lolliam Paulinam, M. Lollij conſularis filiam, & Iuliam Agrippinam Germanico genitam. huic Pallas, illi Caliſtus, fautores aderant. at Ælia Petina e familia Tuberonum Narciſſo fouebatur. Ipſe modo huc, modo illuc, vt quemquam ſuadentium audierat, promptus, diſcordantes in conſilium vocat, ac promere ſententiam, & adiicere rationes iubet. Narciſſus vetus matrimonium, familiam communem (nam Antonia ex Petina erat) nihil in penatibus eius nouum differebat, ſi ſueta coniunx rediret, haud quaquam [3] nouercalibus odiis * vſura in Britannicum & Octauiam, proxima ſuis pignora. Caliſtus improbatam longo diſſidio, ac ſi rurſus aſſumeretur, eo ipſo ſuperbam, longeque rectius Lolliam induci, quando nullos liberos genuiſſet, vacuam æmulatione, & priuignis parentis loco futuram. At Pallas id maxime in Agrippina laudare, quod Germanici nepotem ſecum traheret dignum prorſus imperatoria fortuna, ſtirpem nobilem & familiæ Claudiæ, quæ poſteros coniungeret; ne fœ-

eſt conuulſa

cœlibis vitæ intoleranti,

ſe oſtentare.

vſura in Britannicum

Fœminarum rixæ pro matrimonio.

Claudij incertus animus in deligenda vxore.

Libertorũ in eligenda domina variæ ſententiæ.

Deterior eligitur.

Cum inceſtu.

Princeps cui nō iudicium, non mēs erat, indita & iuſſa faciebat.

mina [4] experta fœcunditatis, integra iuuenta, claritudinem Cæſarum aliam in domum ferret. Præualuere hæc adiuta Agrippinæ illecebris. Ad eum per ſpeciem neceſſitudinis crebro ventitando pellicit patruum, vt prælata cæteris, & nondum vxor, potentia vxoria iam vteretur. Nam vbi ſui matrimonij certa fuit, ſtruere maiora, nuptiaſque Domitij quem ex Gn. Ænobarbo genuerat, & Octauiæ Cæſaris filiæ moliri: quod ſine ſcelere perpetrari non poterat, quia [5] L. Silano deſponderat Octauiam Cæſar, iuuenemque, [6] & * alia clarum inſigni triumphalium & gladiatorij muneris magnificentia, protulerat ad ſtudia vulgi. Sed nihil arduum videbatur in animo principis, cui non iudicium, non odium erat, niſi indita & iuſſa. Igitur [7] Vitellius nomine Cenſoris, [8] ſeruiles fallacias obtegens, ingruentiumque [9] dominationum * prouiſor, quo gratiam Agrippinæ pararet, conſiliis eius implicari, [10] * ferre crimina in Silanum, cui ſane decora & procax ſoror Iunia Caluina haud multum ante Vitellij nurus fuerat. hinc initium accuſationis, fratriſque non inceſtum, ſed incuſtoditum amorem ad infamiam traxit: & præbebat Cæſar aures accipiendis aduerſum generum ſuſpicionibus [11] charitate filiæ promptior. At Silanus inſidiarum neſcius, ac forte eo anno prætor, repente [12] per edictum Vitellij ordine ſenatorio mouetur, quanquam lecto pridem ſenatu, luſtroque condito, ſimul [13] affinitatem Claudius diremit. adactuſque Silanus [14] eiurare magiſtratum, & [15] reliquos præturæ dies in Eprium Marcellum collatus eſt.

* alias

* præuiſor,

* ferere crimina

Inceſtuoſi de inceſto arguunt non inceſtuoſum, ſed incuſtoditum amorem.

Nullo exemplo filia fratris deducta in patrui thalamum.

IN LIBRVM XII. ANNALIVM C. CORNELII TACITI

Nouarum Cogitationum liber duodecimus.

1 CŒLIBI VITÆ INTONANTI.] Recte, *cælibus vitæ intoleranti.* Legebam ego, *cælibe vita intereunti*, non viſo manuſcripto Florentino. Nunc abſiſto, & quia, vt ait Auſonius,

—— *pœnæque graues in cælibe vita.*

Sic Lipſius 6. Metam. Apuleij, vbi legitur, *conantibus oblatrans faucibus*: legit, *tonantibus*, non male: nam ſimiles ſunt litteræ *c* & *t*, quæ facile mutari poſſunt. Cæterum verbo *intoleranti* vtitur noſter infra: *Gotharſis dominationem intolerandam.*

2 LOLLIAM PAVLINAM.] De qua Plinius loco obſcuro, nec ſano, lib. 9. cap. 33. ita ſcribit. *Lolliam Paulinam quæ fuit C. Principis matrona.* nam Caius abduxit a L. Memmio viro Conſulari, cepitque eam in vxorem, mox repudiauit. Adiungit Plinius de Paulinæ luxuria: *ne ſerio quidem, ac ſolenni ceremoniarum aliquo apparatu, ſed mediocri etiam ſponſaliorum cœna, vidi ſmaragdis margaritiſque opertam, alterno textu fulgentibus toto capite, & crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus, digitiſque. Quæ ſumma quadragies HS colligebat ipſam confeſtim paratam nūcupationem tabulis probare.* Id eſt, æſtimationē & valorem illorū lapidū. Varro lib. 5. de ling. Lat. *Nuncupare eſt nominare, vocare.* ita lego, non *valere.* Et addit Plinius. *Nec dona prodigi principis fuerant, ſed auitæ opes.* id eſt, aui M. Lollij Caij principis rectoris prouinciarū ſcilicet opibus partæ. Addit deinde. *Hic eſt rapinarū exitus: hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum muneribus, in toto Oriente interdicta amicitia, ab C. Cæſare Augusti filio venenum biberet, vt neptis eius* (ergo neptis, non filia, vt putant) *quadringenties HS. ſpectaretur ad lucernas. Cōputet nūc aliquis ex altera parte quantū Curius aut Fabricius in triūphis tulerint, imaginetur eorum fercula: & ex altera parte Lolliam vnam imperij mulierculam accubantem. Non* (lego, *Num*) *illos curru detractos, quam illos viciſſe mallet?* Id eſt, Nonne cupiat magis illos non triumphaſſe, quam partis victoriis tam immanem luxum intuliſſe? Plinius venenum bibiſſe ſcribit; Velleius dubitat. Mors eius intra paucos dies fortuita, an voluntaria fuerit, ignoro. De genere mortis ambigitur; de rapinis non ambigitur.

Lolliæ Paulinæ luxus.

Plinij emendatio.

Explicatio Plinij.

Quid nuncupare.

M. Lollius Regum muneribus infamatus.

3 NOVERCALIBVS ODIIS VSVRA.] Puto legendum *arſura.* Vrgent enim, premunt, & vrunt Nouercæ ſuos priuignos. Horatius in re non abſimili.

—— *vt piger annus*

Pupillis quos dura premit cuſtodia matrum.

Id eſt, nouercarum. Nam Nouerca loco matris eſt. §. ſocrum. Inſtit. de Nupt. *Nouerca eſt*, vt ſcribit Feſtus, *quam quis ſublatis liberis nouam vxorem ducit.* Odia autem nouercalia in prouerbium iere, pro acerrimis. Nam nouercæ

Emendatio in Tacito.

Ratio emendationis.

Parum grata nouercæ dominatio.

raro

raro aut numquam ſuos amauere priuignos. Seneca Contr. 6. lib. 4. *Hic tuus eſt. quid alterum* (id eſt, priuignum) *nouercalibus oculis intueris?* id eſt, inuiſis infeſtiſque & infectis oculis. Et hic frequens Rhetorum puluis de odio Nouercarum in priuignos. Non inficior tamen ſæpe nouercas amore priuignorum captas. Sed hic amor, quia impudicus, & in exitium patris & dedecus totius familiæ, non amor, ſed odium eſt. Itaque ſeu oderit, ſeu amauerit nouerca, ſemper exitium eſt priuigni. Fatebor tamen & vitricos & nouercas quaſdam fuiſſe valde priuignis ſalutares & beneuolos. Quæ quia ſum expertus, hæc licuit libuitque ſcripſiſſe animi grati & memoris gratia.

4 Experta foecvnditatis.] Forte, *expertæ fœcunditatis*. Sic enim noſter ſæpe.

5 Lvcio Silano.] Notaui ſub Tiberio, M. Silanum, qui per inſignem nobilitatem & eloquentiam præcellebat, in contumeliam conſulatus, ſententiam dixiſſe mire abſurdam, & adulatione fœdam; nempe vt publicis priuatiſque munimentis, & ad memoriam temporum, non Conſulum, nomina præſcriberentur, ſed eorum qui Tribunitiam poteſtatem gererent. Notaui eius fratrem D. Silanum ex Iunia familia, ſicut & M. qui in nepte Auguſti adulter, quique amicitia Cæſaris prohibitus. Tacitus lib. 3. Itaque ceſſit vrbe, ſed poſtea rediit M. Silani fratris potentia. Tiberius tamen non ſe continuit, quin patribus coram, diceret lætari ſe quod frater eius longinqua eſſet peregrinatione reuerſus: ſibi tamen aduerſus eum, integras parentis offenſiones, neque reditu Silani, diſſoluta quæ Auguſtus voluiſſet. Fuit & C. Silanus proconſul Aſiæ poſtulatus a ſociis repetundarum, qui in Cytheram inſulam relegatus eſt. Fuit & hic ſub Claudio L. Silanus, cui Claudius Octauiam filiam deſponderat, poſtea Neroni datam; quem Agrippina Vitellio accuſante, incuſtoditum amorem cum Iunia Caluina ſorore adegit vt ſibi mortem conſcieret. Plinius Iunior memorat Titinium Capitonem a Traiano impetraſſe, vt ſibi liceret ſtatuam L. Silani in foro ponere. Nam fata virtus non habet. lib. 1. epiſt. *Eſt adhuc.*

6 Et alia.] Quid ſi, *alias?* nam hic ſcribendi mos Taciti. Superius enim, *Gens haud alias fida Romanis*, vbi de Armeniis. Et Annal. 13. *haud alias ſocia Romanis*. Nec in Tacito notaui *alia*, vt heic ſcribitur.

7 Vitellivs.] Lucius eſt de quo ſupra. *Ne a L. Vitellio ad pœnitentiam mutaretur.* lib. 11. Et puto eundem eſſe cum eo de quo Plinius 14. cap. 19. *Omnia hæc in Albenſe rus e Syria intulit L. Vitellius, qui poſtea cenſor fuit, cum legatus in ea prouincia eſſet nouiſſimis Tib. Cæſaris temporibus.* Nam nomine Cenſoris Vitellium ingreſſum Senatum ſcribit poſtea, vbi de Claudij & Agrippinæ matrimonio facit ingredientem ad Senatum. Piſtacea etiam intulit idem Vitellius in Italiam. Idem Plinius eodem lib. cap. 22. Et meminit Sueton. in Vitellio, cap. 1. *Lucius ex Conſulatu Syriæ præpoſitus Artabanum Parthorum regem ſummis artibus non modo ad colloquium ſuum, ſed etiam ad veneranda legationi ſigna pellexit.* Quod poſtea Tacitus narrat. Mox cum Claudio Principe duos inſuper ordinarios Conſulatus Cenſuramque geſſit. Curam quoque imperij ſuſtinuit abſente eo expeditione Britannica, vt innocens & induſtrius, ſed amore libertinæ perinfamis. Vide cætera: hominem noris ex integro.

8 Serviles fallacias.] Propriæ ſeruorum ſunt fallaciæ. Terent. in Andria de ſeruo nequam.

—— faciam nuptiis fallaciam.

Plautus in Caſſina.

Nec fallaciam aſtutiorem vllus fecit poeta.

Perſius de libertino, quem ſerui alloquuntur.

Sin tu cum fueris noſtræ paulo ante farinæ,
Pelliculam veterem retines, & fronte politus,
Aſtutam vapido ſeruas in pectore vulpem.

Nec dubium eſt, more ſeruorum in Comœdiis, qui heris amantibus per fallacias gratificantur; quin Vitellius (adulatorium mancipium Agrippinæ) ita illi faueret quam præuidebat dominaturam, doliſque & fallaciis, non modo Claudio gratam redderet, ſed & Silanum vita & coniugio proturbaret.

Per fallacias heris inſeruiunt ſerui in amore.

9 Dominationvm provisor.] Lego, *præuiſor*. Quippe præuidebat Claudium in Agrippinam potius inclinaturam, quam in alias ſui coniugij ſectatrices.

10 Ferre crimina.] Puto ſcriptum, *ſerere crimina in Silanum*: Et ita lego. Nam ſic noſter hiſt. 4. *Mutianus Vitellij filium interfici iubet, manſuram diſcordiam obtendens, ni ſemina belli reſtinxiſſet.* nam ſemina ſeruntur, vt crimina. Sic Plautus in Moſtel.

Serere crimina.

Quid tu porro vis ſerere negotium?

Et in Curcul.

Polluctus virgis ſeruus ſermonem ſerat.

Cicero 14. ad Attic. epiſt. *E Pompeiano. Tertullæ nollem abortum: tam Caſſij ſunt, quam Bruti ſerendi.* Virgil. 7. Æn.

Diſiice compoſitam pacem, ſere crimina belli.

Et Liuius ſæpe, vt in bello Macedonico. *Q. Bebius Macedonicus Tribunus plebis viam antiquam criminandi patres aggreſſus incuſauerat bella ex bellis ſeri, ne pace vnquam plebs frui poſſet.* Ait autem Tacitus, *Vitellium nomine Cenſoris, incuſtoditum amorem obieciſſe. Incuſtoditum amorem* dicit, ſicut L. 2. §. Lenocinij. D. ad leg. Iul. de adulter. dicit *contemptum matrimonium, cum vir ſinit vxorem delinquere, dormitque aut edormire fingit, adulteris inſilientibus, & contaminationi non indignatur*; qualis fuit is, qui ſe non omnibus dormire dicebat. Nec fruſtra adiungit, *nomine Cenſoris*. quippe temporibus priſcis extat Cenſoria nota in maritum, *quod in conſpectu filiæ, vxorem nimis amanter baſiaſſet*. Valer. lib. 6. cap. 5. Et huc reſpexit noſter, dum ait. *Non inceſtum, ſed incuſtoditum amorem obiecit.* Idem narrat de Poſthumia virgine Veſtali Liuius lib. 4. Ouid. 9. Metam.

Cenſorium munus.

Qui maritus vxorem coram filia baſiabat, Cenſoria virgula dignus.

Incuſtoditus amor culpa eſt.

Dulcia fraterno ſub nomine furta legemus;
Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquendi;
Et damus amplexus, & iungimus oſcula coram.

At D. Hieron. arguit in eadem re negligentiam, Epiſt. de vitan. ſuſpect. contub. *Tu*, inquit, *negligens, diſſoluta, contemptrix.* Seneca autem ait Silium nominaſſe Caluinam ſoro-

Iuno & ſoror & coniux.

rem Iunonem ſuam. Iuno autem & ſoror, & coniux Iouis: quod ſuſpicionem induxit. Accipe cauſam a Seneca in Ludo. *Quod Caluina*

Nota inceſtuoſæ voluptatis.

ſtudiis daret operam; quibus, & potiſſimum a poetis, didicerat Iouem nupſiſſe Iunoni, quamuis ſorori: Ideoque per laſciuiam innoxiam, vocabat fratrem

Soror & frater honeſta nomina.

ſuum Iouem: ille ſororem Caluinam ſuam Iunonem. Quamuis ea omnia ſine crimine: tamen Vitellius, vt Agrippinæ bolum faceret, Cenſor ille bellus, detorſit in ſcelus. Sic enim Seneca, quem corrigo. *L. Silanum generum ſuum occidit. Oro per quod?* (lego, *propter quod?*) *ſororem ſuam aiunt* (ita lego) *feſtiuiſſimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare. Quare, inquit? Queruntur ſororem ſuam ſtulte ſtudere, Athenis dimidium, licet Alexandriæ totum.* Nam Athenis vera ſtudia, & ſincera; Alexandriæ, quæ libidinum matrix & Venerum nidus, vt oſtendi lib. 2. inſincera, & parum caſta. Sic explico. Non prætereo ex Xenophonte clararum familiarum deos fuiſſe nominatos Saturnos; filios primogenitos, Ioues; filias, Iunones; nepotes, Alcidas & Hercules; Ideoque Caluiniam in eo non peccaſſe, quod fratrem primogenitum Iouem, ille ſuam ſororem, Iunonem appellauerit. Quanquã & naſuti poetæ in his nominibus, neſcio quid inſidiarum ſuſpicẽtur. Papinius Achil. 1.

Sic ſub matre Rhea, iuuenis regnator Olympi,
Oſcula ſecuræ dabat inſidioſa ſorori.

Ouidius 1. Metam.

O ſoror, o coniux, o fœmina ſola ſuperſtes,
Quam commune mihi genus, & patruelis origo,
Deinde torus iunxit.

Ad hæc referri poteſt epigramma Martialis lib. 12. epigr. 20.

Quare non habeat, Fabulle, quæris
Vxorem Themiſon? habet ſororem.

Et lib. 2. epigr. 4.

O quam blandus es Amiane matri:
Quam blanda eſt tibi mater Amiane:
Fratrem te vocat, & ſoror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt?
Quare non iuuat, id quod eſtis, eſſe?
Luſum creditis hoc iocumque? non eſt
Mater, quæ cupit eſſe ſe ſororem;
Nec matrem iuuat eſſe, nec ſororem.

Et Ouidius 9. Metam.

Dij melius: Dij nempe ſuas habuere ſorores;
Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi.

Et non modo poetæ, ſed iocabantur in ea re oratores. Nam in eodem crimine Cicero 2. ad Attic. 1. epiſt. *Soror*, inquit, *quæ tantum habeat Conſularis loci, vnum mihi ſolum pedem dat. Noli inquam de vno pede ſororis queri, licet etiam alterum tollas. Non Conſulare, inquies, dictum. Fateor, ſed odi illam male Conſularem. Ea eſt enim ſeditioſa, ea cum viro bellum gerit: neque ſolum cum Metello, ſed etiam cum Fabio; quod eos eſſe mihi amicos moleſte fert.* En ioci Ciceronis parum tamen pudentes, parumque Senatorij: imo parum Conſulares. Sed interdum a ludicris itur ad ſeria, non caſta, ſed ſcelerata via.

11 CHARITATE FILIÆ PROMPTIOR.] Id eſt, quo ardentius filiam amabat, eo magis ſuſpiciones & delationes in generum, plenis auribus excipiebat.

12 PER EDICTVM.] Edictum vocat album Cenſorium; a quo qui abeſſent ſenatores, non pro Senatoribus haberẽtur. Auguſtus autem omnia Senatorum nomina publice edidit primus; & ab eo tẽpore factum eſt quotãnis. Dio lib. 55. Ideo edictum dictum. Addit. *Quanquam lecto pridem Senatu luſtroque cõdito.* Id eſt, quãuis non ita dudum lectus fuiſſet a Cenſore Senatus; Et Silij nomen inter Senatorum nomina. Quod indignitatem arguit, & Cenſoris non æquam mentem. Ideo lege Claudij Tribuni olim ſancitum ne quem Cenſores in legendo præterirent, neue qua ignominia afficerent, niſi qui apud Tribunos accuſatus eſſet, & vtriuſque Cenſoris ſententia damnatus eſſet. Aſconius orat. in Piſon. & Dio li. 38. & 40. Illa autem Cenſoria virgula, ſummotos a Senatu, non in perpetuum excludebat. Immo fuere, qui poſt Cenſoriam notam, etiam Cenſores fierent Nam Cicero id docet pro Cluentio, vt etiam Valerius lib. 2. cap. 9. Et Plinius lib. 7. cap. 44. quem obiter emendo, vbi de Cenſore Metello. *In ipſo flore*, inquit, *dignationis ſuæ, ab Catinio Labeone, cui cognomen fuit in Maceriam Tribuno pleb. quem e Senatu Cenſor eiecerat, reuertens e campo meridiano tẽpore, vacuo fore Capitolio, ad Tarpeium raptus vt præcipitaretur.* Lego: *Ab C. Atinio Labeone* (ita enim vocat Liuius) *cui cognomen fuiſſe ferunt Macerio, tum Tribuno pleb. quem e Senatu Cenſor eiecerat, reuertens e campo, meridiano tempore, vacuo foro.*

Cur edictum ſcripſerit author.

Publice edita Senatorum nomina.

Imminuta Cenſorum poteſtas a Claudio.

Reſtituta a Metello.

Cenſura notati poſtea Cenſores.

Plinius emendatus.

13 AFFINITATEM CLAVDIVS DIREMIT.] Quemadmodum per deductionem in domum, matrimonium fiebat, ita per abductionem rumpebatur. *Filiam nuptam pater a viro abducit.* L. 1. §. vlt. D. de liber. exhib. Et Donatus in Hecyra. *Accerſi ad maritum, abduci a marito ad diuortium. Ducimus volentes. Abducimus inuitos.* Plautus in Bacchidibus.

Matrimonium per deductionem in domum fiebat.

Rumpebatur per abductionem.

Abduce me ab hac quantum potes.

Idem in Sticho.

Mihi authores ita ſunt amici, vt vos abducã domũ.
PA. *At enim nos, quarum res agitur, aliter authores ſumus.*
Nam aut olim, niſi tibi placebãt, non datas oportuit:
Aut nũc nõ æquũ eſt abduci, pater, illiſce abſẽtibus.

De illa autem diremptione apud Valer. de Publ. iud. Q. *Maximus cum generum ſuum A. Atilium Collatinum periclitantem in iudicio videret, affirmauit ſe ſi in eo crimine ſontem cõperiſſet dirempturum affinitatem.* Et abſolutus eſt gener.

Diremptio matrimonij.

14 EIVRARE MAGISTRATVM.] Quomodo in antiquis formulis, *Eiurare bonam copiam, eiurare iudicem.* Et hoc firmat legendum eſſe, *Eiuro*, non *egero*, vel *eiero*. Eiurat autem magiſtratum qui abdicat ſe magiſtratu: & *Abacti magiſtratus* dicebantur qui ita ſe magiſtratu exuebant. Feſtus lib. 1. Hæc autem eiuratio fiebat fractis faſcibus. Dio lib. 59. *Magiſtratu detruſit fractis ante faſcibus.* quod notabile.

Eiurare, Magiſtratum, Iudicem.

Bonam copiam.

15 RELIQVOS PRÆTVRÆ DIES.] Ita in Conſulatu olim ſtatutum: Et inde Ciceronis iocus in Vatinium, qui paucis diebus ſuffectus fuit. *Magnum oſtẽtum anno Vatinij factum eſt, quod illo Conſule, nec bruma, nec ver, nec æſtas, nec autumnus fuit.* In ſuffectione Caninij: *Vigilantem habemus Conſulem; in Conſulatu ſomnium non vidit ſuo.* Macrob. lib. 2. cap. 3.

C. Pompeio

* eſt & Agrippinam

* eſſe inceſtũ,

Inceſtus erũpit in publicũ malũ ſi ſpernatur.

Vitellius inceſti procurator in Senatu.

* quois

* anquirendum,

Propudioſa oratio Vitellij pro inceſtis nuptiis Claudij.

* quo modo

Ad libita Cæſarum coniuges abreptæ.

* addicta

[1] C. Pompeio, Q. Verannio Coſs. pactum inter Claudium [2]* & [3] Agrippinam matrimonium. [4] Iam fama, iam amore illicito firmabatur, necdum celebrare ſolennia nuptiarum audebant, nullo exemplo deducta in domum patrui, [5] fratris filia. [6] Quin * & inceſtum, ac ſi ſperneretur, ne in malum publicum erumperet metuebatur. Nec ante omiſſa contatio, quam Vitellius ſuis artibus id perpetrandum ſumpſit: [7] Percunctatuſque Cæſarem, an iuſſis populi, an autoritati ſenatus cederet, vbi ille vnum ſe ciuium & [8] conſenſui imparem reſpondit, opperiri intra palatium iubet, ipſe [9] curiam ingreditur, ſummamque Reip. agi obteſtans, [10] veniam dicendi ante alios expoſcit, orditurque, *Grauiſſimos principis labores, * quis orbem terræ capeſſat, egere adminiculis, vt domeſtica cura vacuus, in commune conſulat. quod porro honeſtius [11] cenſoriæ mẽtis leuamen, quam aſſumere coniugem proſperis dubiiſque ſociam? cui cogitationes intimas, cui paruos liberos tradat, non luxui aut voluptatibus aſſuefactus, ſed qui prima ab iuuenta legibus obtemperauiſſet.* Poſtquam hæc fauorabili oratione præmiſit, multaque patrum aſſentatio ſequebatur, capto rurſus initio, *Quando maritandum principem cuncti ſuaderent, deligi oportere fœminam nobilitate, puerperiis, ſanctimonia inſignem. Nec diu [12] * inquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret, datũ ab ea fœcunditatis experimentum, & congruere artes honeſtas. Id vero egregium, quod prouiſu deum vidua iungeretur principi, ſua tantum matrimonia experto: audiuiſſe a parentibus, vidiſſe ipſos, arripi coniuges ad [13] libita Cæſarum: procul id a præſenti modeſtia: ſtatueretur imo [14] documentum * quo vxorem imperator acciperet. At enim noua nobis in fratrum filias coniugia, ſed alijs gentibus ſolennia, nec lege vlla prohibita. [15] Et ſobrinarum diu ignorata, tempore [16] * addito percrebuiſſe: [17] morem accommodari prout conducat, & fore hoc quoque in his quæ mox vſurpentur.*

Correctio Taciti in verbis.

1 C. Pompeio.] Lege totam hanc clauſulam hoc modo, quam corrigo. *C. Pompeio, Q. Verannio Coſs. pactum inter Claudium eſt & Agrippinam matrimonium. iam fama, iam amore illicito firmabatur; necdum tamen celebrare ſolennia nuptiarum audebant.* Nam in verbo *et*, erat *eſt*, & in verbo *dum*, *tamen*.

Pactum matrimonium. Pacta vxor. Pactum facere.

2 Pactvm matrimonivm.] Terentius de nuptiis: *Pacta, tranſacta omnia.* Virgilius.

—— *gremiiſque abducere* pactas.

Et Iuriſconſultus: *Vxor cum viro pactum fecerat.* L. vlt. de pact. dotal. D. Et Iuuenalis.

Pacta legitimis tabellis.

Si tibi legitimis pactam *iunctamque tabellis*
Non es amaturus.

Itaque verbum *paciſci* ad matrimonia pertinet.

3 Et Agrippinam.] Scribo ita. *pactum inter Claudium eſt, & Agrippinam.* quæ ab eo in omni oratione filia & alumna & in gremio ſuo nata dicebatur. Suet. 39. in Claudio.

Fama in nequitiis libidinum magnũ naſum habet.

4 Iam fama.] Nam ex fama & rumoribus, omnia erant matrimonij præter nomen nuptiarum. Cæterum fama in his libidinum nequitiis, magnum naſum habet. Martialis.

Rumor ait linguæ te tamen eſſe malæ.

Et alibi:

Credo tibi; verum dicere fama ſoles.

Libido ignis. Fama fumus.

Et ſane libido ignis eſt, cuius fama fumus.

5 Fratris filia.] Nerua edixit, ait Dio, *Nemini fratris filiam vxorem ducere fas eſſet.* Recte a bono Imperatore & optimo Iuriſconſulto. Cuius rei reddit rationem D. Auguſtinus 15. de Ciuit. Dei, cap. 16. *Si iniquum eſt,* inquit, *auiditate poßidendi tranſgredi limites agrorum; quanto eſt iniquius libidine concumbendi ſubuertere limitem morum? Experti ſumus in connubiis conſobrinarum etiam noſtris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, quam raro per mores fiebat quod fieri per leges licebat; quia id nec diuina prohibuit & nondum prohibuerat lex humana.* Prohibuerat tamen Romana lex, vt dicam infra. Sed D. Auguſtinus reſpicit ad legem Theodoſij quæ huiuſmodi matrimonia etiam prohibuit. Et Auguſtinus ad Anglos miſſus, vbi Gregorium Magnum interrogat ad quotam generationem debeant fideles propinquis matrimonio fœderari: Reſpondet. Quædam terrena lex in Rep. Rom. permittit vt ſiue frater & ſoror, ſeu duorum fratrum germanorum, vel duarum ſororum filius & filia miſceantur. Sed experimento didicimus, ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere. Et ſacra lex prohibet turpitudinem cognationis reuelare. Vnde neceſſe eſt vt iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter ſibi iungi debeat. Vetus autem Scholiaſtes Iuuenal. Sat. 2. in verſu, *Qualis erat tragico.* quem de Claudio male acci-

Correctus Scholiaſt. Iuuenal.

pit, ſic loquitur de Agrippina. *Claudium*, inquit, *Cæſarem dicit, qui occiſa Meſſallina, vxorem impudiciſſimam fratris germani matrem Neronis, reuocatam ab inſula, in matrimonium accepit, conceſſo iure talium nuptiarum ex Senatuſconſulto: quam dicit etiam frequenter abortum feciſſe, ne ex ipſo coheredem Neroni filio pareret, cui illa præparauit imperium.* Nugæ verborum, & rerum. Lego: *Qui occiſa Meſſallina, vxorem impudiciſſimam Agrippinam, fratris Germanici filiam, matrem Neronis reuocatam ab inſula, in matrimonium accepit.* Nec credo tamen reuocatam ab inſula. nam nunquam illa Agrippina relegata eſt; ſed eius mater Agrippina, Germanici vxor, quæ in Pandatariam fuit exacta. Sueton. cap. 53. in Tiber. Mater pudica, quæ noxam genuit, & Erebi filiam.

6 QVIN ET INCESTVM.] Lego, *Quin eſſe inceſtum.* Et ita facio diem huic clauſulæ.

7 PERCVNCTATVSQVE CÆSAREM.] Nam Senatus & populus Cæſares reuerebantur.

Ἄρχοντές εἰσιν, ὥσθ᾽ ὑπεικτέον τιμῇ,

ait Euripides in Aiace.

Principes ſunt, ideoque cedendum illis honore.

8 CONSENSVI IMPAREM.] Ita lego, *Conſenſu Senatui imparem.* vt qui vnus eſſet contra tot Senatores. Deinde quod de eius negotio ageretur; in quo nullus ei locus conſentiendi, vel diſſentiendi. Tum vero quod ſine Senatus conſenſu, locum non habituræ eſſent illæ nuptiæ, nec ſtarent, niſi ex voluntate Senatus. Scriptum erat, *conſenſu S. ui.* ſcripſerunt, *conſenſui.*

Tacitus emendatus.

9 CVRIAM INGREDITVR.] Pro ſuo iure: quippe Cenſor. Ideoque obteſtatur agi de ſumma Reip. ſed aduerte noſtri Cenſoris ingenium, & bonam mentem. Nam incuſtoditum amorem in Silio damnauit, licet ſine labe, punitque eiuratione magiſtratus. Et in Claudio ſuadet non modo inceſtas nuptias patrui, & neptis, ſed Senatui perſuadet, & P. Romano ſequendas proponit. En virum bonum, & egregium Cenſorem, qui ſi fuiſſet temporibus veteris Reip. quas putas perpeſſurum infamias? Nam *M. Valerius Meſſala, & C. Caßius Longinus, quorum magiſtratu pudicitia ſubuerſa fuerat, infames extitere.* Verrius Flaccus.

Cenſor Vitellius Cenſore dignus.

10 VENIAM DICENDI.] Nam in Senatu, quo quiſque ordine rogaretur a Conſule, ſententiam promebat. Hic non rogatus loquitur & promit in re turpiſſima ſententiam turpiſſimam. O mancipium aulicum flagris dignum!

Sententiæ ordine dicendæ.

11 CENSORIÆ MENTIS LEVAMEN.] Cur *Cenſoriæ*? Nam tunc Claudius Cenſura functus, quam Vitellius exercebat, quæque conticuerat ab Auguſto ad Claudium. Reuixit autem eo mortuo, & Domitiani temporibus, quibus Oceanus Cenſor factus eſt. Martial. lib. 5. epigr. 28.

Cenſura a Claudio repetita.

Et ad reliquos Imperatores ad Decium vſque profecta.

Oceanus Cenſor ſub Domitiano.

Bis ſeptena tibi non ſunt ſubſellia tanti,
Vt ſedeas viſo pallidus Oceano.

Quin ad Decij vſque Imperatoris tempora venerunt, & exercuerunt Imperatores, licet non omnes. Putaui legendum, *Cæſareæ mentis leuamen*: quod non alia mens, quam Cæſarum, tantæ molis capax. Vel quod Claudius poſt Cenſuræ curas, tali matrimonio leuaretur; quippe *nullam aliud viris probis ſolatium, quam ex matrimonio*, ait Tacitus.

12 INQVIRENDVM.] Non male, *anquirendum*. Prius enim dixit, *anquirerent*.

13 LIBITA CÆSARVM.] Procul dubio ſpectat Caligulam, qui Lolliam Paulinam C. Memmio viro Conſulari eripuit, Liuiam Oreſtillam C. Piſoni, Druſillam ſuam ſororem L. Caſſio Longino. Sueton. lib. 24. & 25. in Calig.

Caij licentia in vxores ciuium.

14 DOCVMENTVM QVO.] Nunquam a Tacito ſcriptum fuit, *quo*, & ſpurium verbum eſt heic. Et qui legit, *quomodo*, Taciti ſenſum habet, verbum non habet. Scripſit enim, *Statueret immo documentum vti vxorem Imperator acciperet.* Verbum autem *vti*, in fine verbi *documentum*, ex vſu manuſcriptorum.

Reſtitutum ingenuum Taciti verbum.

15 ET SOBRINARVM DIV IGNORATA CONIVGIA.] *Sobrini* apud Iuriſconſultos, aut *conſobrini*, proprie ſunt qui ex fratribus patruelibus aut conſobrinis, aut amitinis propagantur. L. Iuriſconſultus. de gradib. D. Tamen ſobrini vel ex ſororibus vel ex fratribus. Donatus in Hecyra. *Sobrini ſunt ex duabus ſororibus: conſobrini ex fratre & ſorore. Conſobrinus noſter cum de fratre natus eſt alter, & alter ex ſorore.* Paulus dicta L. Iuriſconſultus. D. de Gradib. Sobrinarum autem nuptiæ prohibitæ. L. etiam ſi concubinam. D. de rit. nupt. etiam neptis aut proneptis ex fratre & ſorore, quia liberorum loco ſunt. L. ſororis. D. eodem. fratriſque aut ſororis filia ſine probro duci non poteſt. Et L. ſi adulterium. §. 1. ad l. Iul. de adult. Cum ſororis filia iure ciuili inceſtum committi. Et ſane Diocletianus & Maximianus his nuptiis interdixerunt, L. Nemini. de Nupt. Cod. & Theodoſius, vt ſcribit Aureli. ſed Arcadius & Honorius has ſublatas a patre repoſuere. L. celebrandis. Cod. eodem. Plutarchus in quæſtionib. de reb. Romanis, 6. quæſt. alias cauſas adfert quas ipſe videris. Nam non ad Claudium, ſed ad tempora Reip. refert.

16 ADDITO.] Legendum eſt, *addita*, ſcilicet *matrimonia*.

17 MOREM ACCOMMODARI.] Sic mos omnibus vitiis obtegitur. Sed honeſtati nullus mos præſcribit. Malus mos non eſt mos, ſed peruerſitas. Sic Phædra Hippolyto ſuum inceſtum velat. Sed turpiter. Nam ſic ſcribit.

Iuppiter eſſe pium ſtatuit quodcunque iuuaret,
Et fas omne facit fratre marita ſoror.

Et prius dixit.

Iſta vetus pietas æuo moritura futuro,
Ruſtica, Saturno regna tenente, fuit.

Verum. nam apud Homerum lib. 7. Odyſſ. principio, Arete Alcinoum patruum habuit maritum, quia Alcinous Rex vxoris fuit frater, cuius filia Arete. Verum illa exempla quæ caſtitatem & honeſtatem iugulant, ad vltimas terras releganda ſunt.

Haud

Haud defuere qui certatim, ſi cunctaretur Cæſar, vi acturos teſtificantes erumperent curia. Conglobatur promiſcua multitudo, populumque Romanum eadem rogare clamitat. Nec Claudius vltra expectato, obuium apud forum præbet ſe gratantibus. Senatumque ingreſſus decretum poſtulat, quo iuſtæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ etiam in poſterum ſtatuerentur. Neque tamen repertus eſt, niſi vnus talis matrimonij cupitor, * Talledius Seuerus eques Romanus, quem plerique Agrippinæ gratia impulſum ferebant. Verſa ex eo ciuitas, & cuncta fœminæ obediebant, non per laſciuiam, vt [1] Meſſallina, rebus Romanis illudenti. Addictum quaſi & virile ſeruitium. Palam ſeueritas, ac ſæpius ſuperbia: nihil domi impudicum, niſi dominationi expediret: cupido auri immenſa obtentum habebat, quaſi ſubſidium regno pararetur. Die nuptiarum Silanus ſibi mortem conſciuit, ſiue eo vſque ſpem vitæ produxerat, ſeu delecto die augendam ad inuidiam. Caluina ſoror eius Italia pulſa eſt. Addidit Claudius ſacra ex legibus Tulli regis, piaculaque apud lucum Dianæ per Pontifices danda, irridentibus cunctis quod pœnæ [2] procurationeſque inceſti id temporis exquirerentur. At Agrippina ne malis tantum facinoribus noteſceret, veniam exilij pro Annæo Seneca, ſimul præturam impetrat, [3] lætum in publicum rata, ob claritudinem ſtudiorum eius, vtque Domitij pueritia tali magiſtro adoleſceret, & conſiliis [4] eiuſdem ad ſpem dominationis vteretur: quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficij, & infenſus Claudio dolore iniuriæ credebatur. Placitum dehinc non vltra cunctari: ſed deſignatum conſulem Memmium Pollionem ingentibus promiſſis [5] inducunt, ſententiam expromere, qua hortaretur Claudius, deſpondere Octauiam Domitio. quod ætati vtriuſque non abſurdum, & [6] maiora patefacturum erat. Pollio haud diſparibus verbis ac nuper Vitellius cenſet. deſpondeturque Octauia. ac ſecundum priorem neceſſitudinem, ſponſus iam & gener Domitius æquari Britannico ſtudiis matris, [7] arte eorum * quis ob accuſatam Meſſallinam vltio ex filio timebatur.

Ferro minantur qui ratione carent.

Decretæ inceſtuoſæ nuptæ.

* T. Alledius

Verſa ciuitas inceſtis nuptiis, & cuncta fœminæ obedientia.

Cupiditas auri ingens.

Gener primus moritur inceſtu patrato.

Inceſtû procuratur ab inceſtuoſis in luco Dianæ.

Seneca ob claritudinem ſtudiorum ab exilio reuocatus.

Nero Octauiæ deſponſatur.

Inde æquatur Britannico.

* queis

1 Messallina.] Vere legendum eſt *Meſſallinæ*: & verbum *illudenti* demonſtrat.

2 Procvrationesqve.] Tibullus lib. 1. eleg. 5.

Ipſe procuraui ne poſſent ſæua nocere
Somnia, ter ſalſa deueneranda mola.

Vtitur ſæpe Cicero iſto verbo, quod vere Pontificium eſt.

3 Lætvm.] Lubenter adderem verbum, *lætum (id) in publicum rata.*

4 Eivsdem.] Melius, *Et conſiliis eius, eadem ad ſpem dominationis vteretur.*

5 Indvcvnt.] Exiſtimo ita ſcriptum fuiſſe. *Placitum dehinc non vltra contàri; ſed deſignatum Conſulem Memmium Pollionem ingentibus promiſſis inducere, ſententiam vt expromeret, qua hortaretur Claudium,* &c. Vt ſcilicet, *inde per omnes articulos populi hæc mali gangræna permearet, nempe morum labes & corruptio,* vt ait Varro 2. de vita P. R.

6 Maiora patefactvrvm.] Id eſt, facturum iter ad maiora.

7 Arte eorvm.] Narciſſi, Caliſti, & Pallantis videlicet.

Per idem tempus legati Parthorum ad expetendum, vt retuli, Meherdatem miſſi, ſenatum ingrediuntur, mandata in hunc modum incipiunt. *Non ſe fœderis ignaros, neç defectione a familia Arſacidarum venire: ſed & filium Vononis nepotem Phrahatis accerſere aduerſus dominationem Gotarzis, nobilitati plebique iuxta intolerandam. Iam fratres, iam propin-*

Gotarzis crudelitas.

quos, iam longius ſitos, cædibus exhauſtos: adijci coniuges grauidas, liberos paruos, dum ſocors domi, bellis infauſtus, ignauiam ſæuitia tegat. Veterem ſibi ac publice cœptam nobiſcum amicitiam, & ſubueniendum ſociis virium æmulis, cedentibuſque per reuerentiam. Ideo regum obſides liberos dari, vt ſi domeſtici imperij tædeat, ſit regreſſus ad principem patreſque quorum moribus aſſuefactus rex melior aſciſceretur. Vbi hæc atque talia diſſertauere, incipit orationem Cæſar de faſtigio Romano, Parthorumque obſequiis: ſeque diuo Auguſto adæquabat, petitum ab eo regem referens, omiſſa Tiberij memoria, quanquam is quoque miſerat. Addiditque præcepta (& enim aderat Meherdates) vt non dominationem & ſeruos, ſed rectorem & ciues cogitaret, clementiamque ac iuſtitiam quanto ignoratiora barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret. Hinc verſus ad legatos, extollit laudibus alumnum vrbis, [1] ſpectatæ ad id modeſtiæ. ac tamen [2] ferenda regum ingenia, neque vſui crebras mutationes. rem Romanam huc ſatietate gloriæ prouectam, vt externis quoque gentibus quietem velit datam. Poſt hæc [3] C. Caſſio qui Syriæ præerat, deducere iuuenem ripam ad Euphratis iubet. Ea tempeſtate Caſſius cæteros præminebat peritia legum. nam militares artes per otium ignotæ, induſtrioſque ac ignauos pax in æquo tenet. Attamen quantum ſine bello dabatur, reuocare priſcum morem, exercere legiones, cura, prouiſu, agere perinde ac ſi hoſtis ingrueret. Ita dignum maioribus ſuis, & familia Caſſia ratus, per illas quoque gentes celebrata.

Reges nō dominationē & ſeruos, ſed cogitēt ſe rectores & ſubditos ciues.

Ferenda regū ingenia.

Crebræ mutationes noxiæ.

Caſſius Iuriſconſultus.

Caſſius bonus I. C. bonus dux.

1 SPECTATÆ AD ID MODESTIÆ.] Lego, *ſpectata addit modeſtiæ eſſe.* Scilicet Meherdatem.

2 FERENDA REGVM INGENIA, NEQVE VSVI TOT MVTATIONES.] Nam publicarum rerum mutationes exitioſæ, ait Xenophon de reb. Græc. præſertim ſenibus imperiis & vetuſtate fractis & ruentibus. Et ſi regum ingenia nihil in dedecus publicum & Reipublicæ exitium moliantur, vtique ferenda ſunt: ſi vero pernicioſa, reges mouendi, deterrendi & a propoſito detrahendi.

3 C. CASSIO.] Longino videlicet, qui Syriæ præerat. Fuit autem Syria quaſi Caſſiorum peculiaris prouincia. Quippe Caſſius trucidator Iulij Cæſaris, in ea magnas habuit amicitias, quas contraxit Craſſi expeditione contra Parthos. Quod notat Dio libro quadrageſimo ſeptimo, aitque Caſſium totam Syriam ad ſuas partes traxiſſe. Poſt Caſſium iſtum, multi ſuæ gentis Syriæ præfuerunt. Et ſane omnes Caſſij, rigidi virtutis obſeruatores, priſciſque moribus eruditi. Quod etiam migrauit ad Caſſiorum poſteros. Nam Apul. 2. Apol. *Adeſt etiam tutor, author mulieris, vir grauiſſimus, & ſanctiſſimus, omni cum honore mihi nominandus Caſſius Longinus.* Noſter infra lib. 13. de Caſſio, *quia ſeueritatem eius non tolerabant. Et M. Antonius Quæſtor proficiſcens in Aſiam, vbi litteris certior factus eſt inceſti ſe poſtulatum apud L. Caſſium Prætorem, cuius Tribunal, propter nimiam ſeueritatem, ſcopulus reorum dicebatur, recipi nomina vetabat.* De iſto Caſſio, ſic D. Hieron. epiſt. 4. ad Ruſti. *Creticum diceres eſſe Longinum Cenſoremque Romanæ facundiæ. Caſſius,* ait noſter 16. Annal. *opibus vetuſtis, & grauitate morum obiit.* Et heic paucis verbis, elogium magnum noſtro Caſſio tribuit, dum *clarum artibus pacis bellique* dixit. Notandum quod Spartianus in Auidio Caſſio ſcribit de Caſſiorum moribus & de Auidio ſingulariter: *Fuit diſciplinæ militaris auidus & tenax, & qui ſe Marium dici vellet.* Nec prætereo, Verum ita fratri M. Antonino philoſopho ſcripſiſſe. *Auidius Caſſius auidus eſt imperij, quantum & mihi videtur: & iam inde ſub auo patre tuo innotuit, quem velim obſeruari iubeas. Omnia enim noſtra diſplicent: opes non mediocres parat; litteras noſtras ridet: Cætera tute per te videris.*

Caſſij Syriæ præpoſiti.

Trucidator Cæſaris Syris gratiſſimus.

Caſſij priſcis moribus eruditi.

Caſſij Iuriſconſulti magnum elogium a Tacito.

Igitur excitis quorum de ſententia petitus rex, poſitiſque caſtris apud [1] Zeugma, vnde maxime peruius amnis, poſtquam illuſtres Parthi [2] rexque Arabum Abbarus aduenerat, monet Meherdatem, Barbarorum impetus acres contatione langueſcere, aut in perfidiam mutari: itaque vrgeret cœpta. Quod ſpretum fraude Abbari, qui iuuenem ignarum,

Barbarorum impetus, cunctatio deſtruit.

ignarum, & ſummam fortunam in luxu ratum, multos per dies attinuit apud oppidum Edeſſam. Et vocante Carrhene, promptaſque res oſtentante, ſi citi adueniſſent, non cominus Meſopotamiam, ſed flexu Armeniam petiuit. Id temporis importunum, quia hiems occipiebat. Exin niuibus & montibus feſſi, poſtquam campis propinquabant, copijs Carrhenis adiunguntur. Tranſmiſſoque amne Tygri, permeant Adiabeños, quorum rex Iuliates ſocietatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzen per occulta & magis fida inclinabat. Sed capta in tranſitu vrbs[4] Ninos vetuſtiſſima ſedes Aſſyriæ, [5] caſtellum inſigne fama, quo poſtremo inter Darium atque Alexandrum prælio Perſarum illic opes conciderant. Interea Gotarzes apud[6] montem cui nomen Sambulos, vota dijs loci ſuſcipiebat, præcipua religione Herculis: qui tempore[7] ſtatuto, per quietem monet ſacerdotes, vt, templum iuxta, equos venatui adornatos ſiſtant. equi vbi pharetras[8] telis onuſtas accepere, per ſaltus vagi, [9] nocte demum vacuis pharetris, multo cum anhelitu redeunt. Rurſus deus[10] quas ſiluas pererrauerint, nocturno viſu demonſtrat: reperiunturque fuſæ paſſim feræ.

Zeugma vrbs ad Euphratem.

1 ZEVGMA.] Papin. in Protrep. Metij, de Zeugmate ſic ſcribit.

Tu rapidum Euphraten, & regia Bactra, ſacraſque
Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma Latinæ
Pacis iter: qua dulce nemus florentis Idumes,
Qua pretioſa Tyros rubeat, qua purpura ſucco,
Sidonijs iterata vadis. vbi germine primum
Candida fœlices ſudent opobalſama virgæ.

Et iter Parthos.

Dio lib. 40. Zeugma dictum ab expeditione Alexandri, quod ibi trans fluuium profectus eſt, & eo loci Craſſus Euphratem tranſijt nunquam reuerſurus.

Angarus. Abagarus. D. Thaddæus Apoſtolus ad Agbarum. Agarrus.

2 REXQVE ARABVM ABBARVS.] Ab authoribus variatur in hoc nomine. nam Dio lib. 40. vocat *Angarum.* D. Hieronym. *Regem Soſidenæ Abagarum.* 1. in Matth. cap. 10. *Ad quem Thaddæum Apoſtolum miſſum tradunt.* Et ita nominatur apud Burchardum lib. 3. vbi de notitia librorum Apocryphorum. Euſebius autem *Regem Edeſſæ Agbarum* nominat in ſua hiſtoria. Rex etiam Oſroenorum *Agbarus* dicitur, & eiuſdem nominis alter, qui a Caracalla captus. Dio lib. 77. *Agarrus* Aurelio Victori in Septimio Seuero. Puto nomē eſſe commune regum Arabiæ, vt in Ægypto *Pharaonis*, & *Ptolemæi* poſt Alexandrum Magnum; & in Syria *Antiochi*, *Aſares*, apud Aſſyrios, apud Philiſtinos *Abimelech*, *Arſacidæ apud Parthos*, ait D. Hieronym. 9. in Daniel. cap. 59. in Tartaria *Chami*, apud Turcas *Sultani*, vel *Othomani*, *Syluij*, apud Albanos; *Palimbroti*, apud Indos: *Cecropes*, apud Athenienſes; *Nicomedæ*, apud Bithynos, & Romæ, *Cæſares*, & in Æthiopia *Candaces* omnes Reginæ. Plinius lib. 6. cap. 29. Dixi *Abbarum.* Nam Abarim montes vocant. Reges autem ſunt montes terræ, tantum elati ſuper capita vulgi, quantum montes ſuper planiciem. Et notandum fuiſſe Abbarum regem in Arabia. *Quæ regio inter ſinum maris rubri, qui Perſicus, & eum qui Arabicus dicitur*, ait D. Hieronymus. *Et habet gentes multas, Moabitas, Ammonitas, Idumæos, Sarracenos, alioſque quam plurimos: Et Arabia ſacra interpretatur, eo quod ſit regio thurifera, odores creans. Hinc eam Græci εὐδαίμονα, noſtri beatam vocauerunt.* Hæc D. Hieronym. de locis Hebr. in act. Apoſt.

Nomen omnium regum Arabiæ Abgarus. Pharaones in Ægypto & Ptolemæi. In Syria Antiochi. Aſares apud Aſſyrios. Arſacidæ apud Parthos. Apud Tartaros Chami, apud Turcas Sultani vel Othomani. Syluij apud Albanos. Murrani apud Latinos. Palimbroti apud Indos. Cecropes apud Athenienſes. Apud Bithynos Nicomedæ. Romæ Cæſares. In Æthiopia Reginæ Candaces. Abarim montes ſunt apud Hebræos. Ideo ita Reges dicti.

3 IVLIATES.] Poſtea vocatur Ezates a Tacito; ideoque heic corruptum nomen eſt; putoque legendum, *Iulius Ezates*, ex quo *Iuliates* ſcripſere. Nam tunc in honorem Cæſarum, nomina Cæſarum, aut natorum a Cæſaribus ſumebant. Ipſi Romani imperatores, Tiberios, Claudios, & Antoninos, a præcedentibus imperatoribus ſe nuncupabant. Nam Claudius, ſe Tiberium Claudium appellabat, apud Ioſephum in quibuſdam epiſtolis: & Agrippa Rex filius Ariſtobuli, & nepos Herodis magni, Agrippam & Druſum filios nominauit nominibus Romanis. Et ita vt conijcio, ille Ezates vocatus eſt Iulius, de nomine Iulij Cæſaris, vel Iuliæ filiæ Auguſti, vt Cæſaribus gratificaretur. Nam & in gratiam Cæſarum vrbes ædificabant, & Cæſarum nomina imponebant; & filiorum filiarumque: quod in Ioſepho legitur.

Niniue a Nino Beli filio. Metropolis Aſſyriæ. Vix trium dierum itinere permenſa.

4 NINOS VETVSTISSIMA SEDES ASSYRIÆ.] D. Hieronym. quæſtionibus in Geneſ. *De hac terra Aſſyriorum pullulauit imperium*, ait, *qui ex nomine Nini Beli filij, Niniam condiderunt, vrbem magnam, quam Hebræi appellant Niniuem, ad cuius, vel ruinam, vel pœnitentiam, tota Ionæ pertinet prophetia.* Idem author vocat *Aſſyriæ metropolim*, lib. 5. cap. 13. in Eſaiam, & *tam magnam* ait, *vt vix trium dierum itinere circuiri poſſit.* in Ionam cap. 3. Geneſ. 10. Ideo ciuitatem grandem vocat ſacra ſcriptura. Et vt conditorem noris, ſcribitur. *De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Ni-*

ninem, & plateas ciuitatis, & Chale. Dio in Traiano Arbellam & Gaugamelam inter Aſſyriæ vrbes elegantiſſimas reponit, aitq. Barbaros non Aſſyriam, ſed Attyriã vocare, mutata *S* littera in *T*. Porro Aſſyrium nomen populo Dei exoſum, vt impudicũ. Nã ita Ezech. 23. *Inſaniuit libidine ad filios Aſſyriorum.* Eoſque deſcribit ex vultu & cultu. *Veſtitos*, inquit, *hyacintho iuuenes, forma egregia, iuuenes cupidinis duces & magiſtratus principes principum, aſcenſores equorum.* Et ex armorum habitu. *Venient*, inquit, *ſuper te inſtructi curru & rota multitudo populorum: lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te vndique.* Tamen arcus & pharetra & ſagittæ non heic memorantur quibus Armenij plurimum viguere: quod notant nummi veteres: & vbi Armenia victa eſt, caput viſitur cum tiara & pharetris & arcu & ſagittis, vt Auguſti temporibus. Inde verſus Horatij de Tiberio. *--clari virtute Neronis*
Armenius cecidit.

Niniue caſtellum ſub Claudio. 5 CASTELLVM INSIGNE FAMA.] Quæ olim vrbs potentiſſima fuerat, nunc caſtellum vocatur: Quippe diruta fuit a Medis, & Chaldæis ſub Aſtyage. D. Hieronym. & Herodotus lib. 1. *Quia diruta a Medis & Chaldæis.*

6 MONTEM CVI NOMEN SAMBVLOS.] In montibus aræ, vt dixi: ideoque heic vota ſuſcipiebant.

7 STATVTO.] Placet, *Stato.*

8 TELIS ONVSTAS.] Lipſius ſcribit in manuſcriptis reperiri, *telu omiſſu onuſtas.* Nonne ergo ad veritatem, *telis commiſſu onuſtas?* Putaui quondam legendum, *Pharetras cum telis corythoſque accepere.* Quod apud Papin. 4. legiſſem.

Terga Cydonæa corythos arundine pulſat.

Et Silius lib. 7.

Paruulus ex humero corythus, & aureus arcus
Fulgebat.

Sed noſter vni rei duo verba non ponit.

9 NOCTE DEMVM.] Quid ſi legatur, *domum*? Puto tamen ad eundem locum rediiſſe, quo digreſſi.

10 QVAS SILVAS.] Lego, *qua ſiluas.* Id eſt per quæ loca.

Cæterum Gotarzes nondum ſatis aucto exercitu, flumine Corma pro munimento vti. Et quanquam per inſectationes & nuntios ad prælium vocaretur, nectere moras, locos mutare, & miſſis corruptoribus exuendam ad fidem hoſtes emercari. Ex queis Ezates Adiabenus, [1] mox Abbarus Arabum cum exercitu abſcedunt, leuitate gentili, & quia experimentis cognitum eſt, Barbaros malle Roma petere Reges quam habere. At Meherdates validis auxilijs nudatus, cæterorum proditione ſuſpecta, quod vnum reliquum, rem in caſum dare, prælioque experiri ſtatuit. Nec detrectauit pugnam Gotarzes diminutis hoſtibus ferox. Concurſumque magna cæde, & ambiguo euentu, donec Carrhenem profligatis obuerſis, longius euectum integer a tergo globus circumueniret. Tum omni ſpe perdita, Meherdates promiſſa Parrhacis paterni clientis ſecutus, dolo eius vincitur, traditurque victori. Atque ille non propinquum neque Arſacis de gente, ſed alienigenam & Romanum increpans, [2] auribus deciſis viuere iubet, oſtentui clementiæ ſuæ & in nos dehoneſtamento. Dein Gotarzes morbo obijt, accitusque in regnum * Vonones, [3] Medis tum præſidens. Nulla huic proſpera aut aduerſa [4] queis memoraretur, breui & inglorio imperio perfunctus eſt. Reſque Parthorum in filium eius Vologeſen tranſlatæ.

Barbari Roma petere malunt reges quam habere.

*Vonones eſt Medis tum

Deciſio aurium turpiſſima res. 1 MOX ABBARVS.] *Vt rex Abbarus.*

2 AVRIBVS DECISIS.] Ingens dehoneſtamentum, & plena ignominiæ pœna: nam, vt ait Lucretius,

—— *omne*
Humanum genus eſt auidum nimis auricularum.

Eo enim torqueri hic verſus poteſt. *Sub Hyrcani imperio rebellauit Antigonus filius Ariſtobuli fratris illius, ſeque vna cum exercitu Perſico Hyrcano oppoſuit, quem deprehenſum & captiuum in Babyloniam miſſum auribus præciſis mutilauit.* Ioſippus filius Gorionis capite 3. Etiam illa pœna perantiqua. Apud Iuſtinum enim Zopyrus *aures & naſum* ſibi præcidi paſſus eſt, vt domino inſeruiret. Et ante Iuſtinum Ezechiel. 23. *Ponam zelum meum in te, naſum tuum, & aures tuas præcident.* Quin Homerus Odyſſ. 22. ait Melanthio aures nareſque abſciſas. Et Virgil. 6. Æneid.

Deiphobum vidi, lacerum crudeliter ora.
Ora, manuſque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.

Dixit *lacerũ ora.* Nam Feſtus ita. *Lacer quod auribus curtatis eſt.* Amm. Marcell. 30. vbi de Artaxerxe Longimano. *Tiaras*, inquit, *ad vicem*

capitum

capitum quibuſdam noxijs amputabat: & ne ſecaret aures, more regio pro delictu ex galeris fila pendentia præcidebat. Tanta fuit huius principis humanitas. Herodot. libr. 3. *Intapherni aures nareſque amputatæ.* Curtius 1. lib. 10. *Manibus auribuſque deciſis in ludibrium reſeruat.* Quod ſpectat Græcorum morem in pœnis. Sil. libro 6.

Iam laceræ nares, fœdataque lumina morſu,
Iam truncum raptis caput auribus, ipſaque diris
Frons depaſta modis.

Claud. de Bell. Ger.

Aggreſſus temare fidem, deſertus ab omni
Gente ſua, manibuſque redit truncatus, & armis.

Et Guntherus in poemate quod fecit de rebus Friderici I.

Non erit in noſtris nobiſcum fœmina caſtris.
Qui reus extiterit, ſpolijs nudatus abibit
Turpiter, & naſo mutilabitur ille reſecto.

Liuius lib. 29. *Plemminum naſo, tribunos auribus mutilatis relinquit.* Sic Seneca de Lyſimacho. *Teleſphoro Rhodio amico decurtato, aures & naſum abſcindit.* Et nota eo loci legi, *corporis in ſtercore deſtituti.* Quid ſi legendum eſt, *in ſtercore deſtituti?* Apud Apul. 1. Metamorph. veneficæ mortuos nare, & auribus truncant. Strabo lib. 6. ſcribit de Actiſane, *Ægypti latrones omnes, exciſis naribus, in vltimum deſertum egiſſe.* Et apud Rhinocoluras cum Æthiopum quidam Ægyptum inuaderet, non interitu, ſed naris mutilatione maleficia coercebat, vt propter oris deformitatem nemo deinceps auderet peccare. Plautus in Menæchmis.

Veneficæ mortuis nares abſcindunt.

Iam dudum oportuit naſum ademptum mordicus.

Cæſar eandem pœnam apud veteres Gallos vſitatam ſcribit libr. 7. Et hodie apud Francos in vſu eſt. *Zeno*, vt ait Laertius, *Tyranno Nearcho aures dentibus perforauit, ſimulans aliquid in aurem dicturum.* Et de manibus abſciſis, Florus lib. 3. cap. 4. *Nihil barbaris atrocius viſum, quam quod abſciſis manibus relicti, viuere ſuperſtites pœnæ ſuæ iubebantur.* Ioſippus Gorio. *Præcepit*, inquit, *vni ex fortiſſimis militibus ſuis, vt illi præciderent manus. At rogauerunt vt relinqueretur ei vna manuum. Quod factum. Et ipſe ſibi vnam manum amputauit.* Erat etiam Romæ ea pœna deprehenſorum mœchorum maritis permiſſa. Martialis.

Zeno aures Tyranni dente ſecat.

Et mœchorum.

Quis tibi perſuaſit nares abſcindere mœcho?
Non hac peccatum eſt parte, marite, tibi.

Et libr. 2.

Fœdaſti miſerum, marite, mœchum:
Et ſi qui fuerant prius, requirunt
Trunci naribus auribuſque vultus.

Digna adulterorum pœna, vt vlcus ſit in facie quibus datur dedecus familiæ.

3 MEDIS TVM PRÆSIDENS.] Tacitus ſæpe cum accuſatiuo. *Præſidebat Italiam.* Et alibi. *Accitus tum Vonones Medos præſidens.* Deinde. *Proximum Galliæ littus roſtratæ naues præſidebant.* Et alibi. *littora Oceani præſidebant.*

4 MEMORARETVR.] Lego, *memoretur.*

At Mithridates Boſphoranus amiſſis opibus vagus, poſtea quam Didium ducem Romanum, roburque exercitus abijſſe cognouerat, relictos in nouo regno Cotyn iuuenta rudem, & paucas cohortium cum Iulio Aquila equite Romano, ſpretis vtriſque, concire nationes, illicere perfugas, poſtremo exercitu coacto, [2] regem Dandaridarum exturbat, [3] imperioque eius potitur. Quæ vbi cognita, & iam iamque Boſphorum inuaſurus habebatur, diffiſus proprijs viribus [4] Aquila & Cotys, quia Zorſines Soracorum rex hoſtilia reſumpſerat, externas & ipſi gratias quæſiuere, miſſis legatis ad Eunonem qui [5] Adorſorum genti præcellebat. Nec fuit in arduo ſocietas, potentiam Romanam aduerſus rebellem Mithradatem oſtentantibus. Igitur pepigere equeſtribus prælijs Eunones certaret, obſidia vrbium Romani capeſſerent. Tum compoſito agmine incedunt, cuius frontem & terga Adorſi, media cohortes & Boſphorani tutabantur, [6] noſtris in armis. Sic pulſus hoſtis, [7] ventumque Soza oppidum Dandaricæ, quod deſertum a Mithradate, ob ambiguos popularium animos obtineri relicto ibi præſidio viſum. Exin Soracos pergunt. & tranſgreſſi amnem Pandam, circumueniunt vrbem Vſpen, * editam loco, & mœnibus ac foſſis munitam, niſi quod mœnia non ſaxo, ſed cratibus [8] iunctis, ac media humo aduerſum irrumpentes inualida erant: eductæque altius turres, facibus atque haſtis turbabant obſeſſos. Ac ni prælium nox diremiſſet, cœpta patrataque expugnatio eundem intra diem foret. Poſtero miſere legatos, veniam liberis corporibus orantes. Seruitij decem millia offerebant, quod aſpernati ſunt victores, [9] quia trucidare deditos ſæuum, tantam multitudinem cu-

:dito ſitam co.

ſtodia cingere arduum, vt belli potius iure caderent. Datumque militibus qui [10] ſcalis euaſerant ſignum cædis. Excidio Vſpenſium metus cæteris iniectus, nihil tutum ratis, cum arma, munimenta, impediti vel eminentes loci, amneſque & vrbes iuxta perrumperentur. Igitur Zorſines diu penſitato, Mithradatiſne rebus extremis, an patrio regno conſuleret, poſtquam præualuit [11] gentilis vtilitas, datis obſidibus, [12] ad effigiem Cæſaris procubuit, magna gloria exercitus Romani, quem incruentum & victorem, tridui itinere abfuiſſe ab amne [13] Tanai conſtitit. Sed in regreſſu diſpar fortuna fuit, quia nauium quaſdam, quæ mari remeabant, in littora Taurorum delatas circumuenere barbari, præfecto cohortis, & [14] pleriſque centurionum interfectis.

Aulus Didius Auitus Gallus. Honoribus ampliſſimus.

1 POSTEAQVAM DIDIVM.] *Aulum Didium.* Ita legendum eſt, & vltimæ litteræ verbi *poſteaquam*, *Aulum* faciunt. In antiquo numiſmate eſt, TIT. DEIDI. id eſt, *Titus Didius*, ſeu *Deidius*. Hic autem Aulus Didius Auitus Gallus, in magna copia honorum, miſſus eſt, Oſtorio mortuo, in Britanniam a Claudio: ſed ſenectute grauis, & iam ſatiatus honoribus, ſatis habuit per miniſtros agere, & arcere.

Dandari. Dandarica.

2 REGEM DANDARIDARVM.] Dandari populi circa Mæotim, & Zigæ *Dandari*. Plin. lib. 6. cap. 7. *Dandaricas* vocat Strabo.

3 IMPERIOQVE EIVS POTITVR.] Supra Tacitus, *imperium potitur*. dixi eo loci.

4 AQVILA.] Sub Caio fuit M. Iulius Aquila, Conſul cum P. Nonio Aſprenate, V. C. 791. Et forte hic eius frater, aut ipſemet forſan.

5 ADORSORVM GENTI PRÆCELLEBAT.] Lego, *præſidebat*.

6 NOSTRIS IN ARMIS.] Id eſt, more noſtræ militiæ. Tacitus 3. Annal. *Armis & diſciplina noſtra habebatur.* Et lib. 11. *Armis equiſque in patrium noſtrum morem exercitus.*

7 VENTVMQVE SOZA.] Puto, *Soſas*, oppidum Dandaricæ.

8 IVNCTIS.] Exiſtimo legendum, *Cratibus, vt vimentis, ac media humo. Vimentum*, pro vimine.

9 QVIA TRVCIDARE.] *Quia autem.* Ita lego.

10 SCALIS EVASERANT.] Immo *inuaſerant*. Ratio & mens Taciti.

Barbari vtilitatis ſtudioſi.

11 GENTILIS VTILITAS.] Id eſt, Barbaris & gentibus amica vtilitas, potius quam honeſtas. Sic *gentile decus* dixit noſter libr. 11. *Hortatur gentile decus, magnoque animo capeſſeret.* Franci dicunt, *Qu'il ſe ſouuienne eſtre gentilhomme, & qu'il ſe ſouuienne de la maiſon dont il eſt iſſu.* Silius Italicus.

Gentile decus.

—— *magnum & gentile tumentes.*

Adoratio procumbendo.

12 AD EFFIGIEM CÆSARIS PROCVBVIT.] Id eſt adorauit, fiebat enim adoratio procumbendo. Papinius 10. Theb.

-- *ad patrias fuſæ Pelopeides aras,*
Sceptriferæ Iunonis opem, reditumque ſuorum
Expoſcunt, pictaſque fores, & frigida vultu
Saxa terunt, paruoſque docent procumbere natos.

Adoratio Neronis a Tiridate.

Dio de adoratione Tiridatis ante effigiem Neronis. Genu flexo, manus ad cœlum tendens veneratus, dominum appellauit. Sed noſter infra, illam Tiridatis adorationem exequutus eſt egregie. Dixi iam de illa adoratione ſatis.

Tanais.

13 TANAI.] Virgil. 4. Georg. de Tanai.

Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque niualem,
Aruaque Riphæis nunquam viduata pruinis
Luſtrabat.

Conſularium, pro Inſularium.

14 PLERISQVE CENTVRIONVM INTERFECTIS.] Veteres omnes manuſcripti coniurant in hanc vocem *Conſularium*, pro qua repoſuere *Centurionum*: non male, ex Taciti more. Nam infra. *Præfectus tamen, & octo centuriones, ac promptiſſimus quiſque manipulus, cecidere.* Et ſane centuriones his turbinibus ſueti cadere. Sed lego, *Pleriſque cum his conſularium interfectis.* Legebam ante, *auxiliarium.* Nam auxiliares cohortes in caſtris, de quibus Cicero De prouinc. Conſularibus. Sed nouiſſima cogitatio mihi ſuauior & verior: quod in caſtris multi conſulares. Nam vita Romani ciuis, aut in armis, aut in Senatu: & poſt conſulatus etiam militabant.

Interea Mithradates nullo in armis ſubſidio, conſultat cuius miſericordiam experiretur. Frater Cotys proditor olim, deinde hoſtis metuebatur. [1] Romanorum nemo * id auctoritatis aderat, vt promiſſa eius magni penderentur. Ad Eunonem conuertit proprijs odijs [2] infenſum, & recens coniuncta nobiſcum amicitia, validum. Igitur cultu, vultuque quam maxime ad præſentem fortunam comparato, regiam ingreditur, genibuſque eius prouolutus, *Mithradates*, inquit, *terra marique Romanis per tot annos quæſitus, ſponte adſum. Vtere vt voles*

* ad id

prole

prole magni Achæmenis, quod mihi ſolum hoſtes non abſtulerunt. At Eunones claritudine viri, mutatione rerum, & prece haud degenere permotus, alleuat ſupplicem, laudatque quod gentem Adorſorum, quod ſuam dexteram petendæ veniæ delegerit. Simul legatos litteraſque ad Cæſarem in hunc modum mittit. *Pop. Romani imperatoribus magnarumque nationum regibus, primam ex ſimilitudine fortunæ amicitiam: ſibi & Claudio, ex communione victoriæ eſſe. Bellorum egregios fines, quoties ignoſcendo tranſigatur.*[2] *Sic Zorſini victo nihil ereptum. Pro Mithradate quando grauius mereretur, non potentiam, neque regnum precari, ſed ne triumpharetur, neue pœnas capite*[3] *expenderet.* Atque Claudius quanquam nobilitatibus externis mitis, dubitauit tamen, accipere captiuum pacto ſalutis, an repetere armis rectius foret.[4] Hinc dolor iniuriarum & libido vindictæ adigebat. Sed diſſerebatur contra: *Suſcipi bellum auio itinere, importuoſo mari: ad hoc reges feroces, vagos populos, ſolum frugum egens, tum tædium ex mora, pericula ex properantia, modicam victoribus laudem ac multum infamiæ ſi pellerentur: quin arriperet oblata, & ſeruaret exulem: cui inopi quanto longiorem vitam, tanto plus ſupplicij fore.* His permotus, ſcripſit Eunoni, *meritum quidem nouiſſima exempla Mithradatem, nec ſibi vim ad exequendum deeſſe. verum ita maioribus placitum, quanta peruicacia in hoſtes,*[5] *tanta beneficentia aduerſus ſupplices vtendum. Nam triumphos de populis regniſque integris adquiri.* Traditus poſt hæc Mithradates, vectuſque Romam per Iunium[6] Colonem procuratorem Ponti, ferocius quam pro fortuna diſſeruiſſe apud Cæſarem ferebatur. Elataque vox eius in vulgum hiſce verbis. *Non ſum remiſſus ad te, ſed reuerſus: vel ſi non credis, dimitte & quære.* vultu quoque interrito permanſit, cum roſtra iuxta cuſtodibus circundatus,[7] viſui populo præberetur. Conſularia inſignia Coloni, Aquilæ prætoria decernuntur.

Imperatores erant Romanorum Reges magnarum nationum.

Finis belli egregius ſi ignoſcendo tranſigitur.

Incommoda belli ſuſcipiēdi prævidēda.

Beneficentia vtendum aduerſus ſupplices.

Triumphi de populis regniſque integris adquiruntur.

1 Romanorvm nemo id avthoritatis aderat.] Inconcinna oratio. Puto librarij ſomnolentiam, & in ſomnolentia deſultoriam ſcriptionem. Ita enim lego: *Romanorum nemo ad id authoritatis erat.* Id eſt, nemo erat ex Romanis, qui tum pro ſua authoritate facere poſſet, vt promiſſa exequerentur, & apud Cæſarem hoc negotium perageretur. Repoſui, *ad id.* Sic Seneca 2. de benefic. *Ne coire quidem in id natura patiatur.* Annal. 12. noſter. *Ne fœmina quidem ad id prolapſa.* Vt notes aſſuetam Taciti lectionem.

Correctus Tacitus. Verba tranſportata. Tacitus explicatus.

2 Infensvm.] Lege cùm fiducia, *inoffenſum.* Vtitur ſæpe noſter hoc verbo. libro 1. *Inoffenſum iter properauerat.*

Inoffenſus.

3 Expenderet.] Virgilius 11. Æn.

Quicunque Iliacos ferro violauimus agros,
(Mitto ea, quæ muris bellando exhauſta ſub altis,
Quos Simois premit ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & ſcelerum pœnas expendimus omnes.

Eruptio barbarica. Expendo.

4 Hinc.] Scribe, *huc adigebat.*

5 Tanta beneficentia.] Id eſt tanta clementia. & recte M. Philoſophus. *Non quidquam eſt quod imperatorem Rom. melius commendet gentibus quam clementia. Hæc Cæſarem Deum fecit: hæc Auguſtum conſecrauit: hæc patrem tuum,* (alloquitur Fauſtinam vxorem,) *in primis Pij nomine ornauit.* Et quamuis Claudius odijs arderet in Mithridatem, tamen ad clemētiam ſe recepit. Quippe *irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe virorum*, dixit Cicero ad Attic. 1. epiſt. *ſed eoſdem placabiles: & eſſe hanc agilitatem mollitiemque naturæ plerumque bonitati.* Lenitas autem acerbitati anteponenda eſt. Ideo pulchre Odillo Cluniacenſis Abbas. *Si mihi pereundum, magis pereundum lenitate quam ſæuitia.* Quod votum eſt Chriſtianum.

6 Colonem.] Probo quod Lipſius, *Cilonem.* Et fuit eiuſdem nominis ſub Caracalla, quem licet præceptorem, ille tamen tertius Nero vita priuauit. Xiphilinus ex Dione l. 77.

7 Visvi popvlo.] Erat hoc in more. Quod infra noſter oſtendit de Caractaco Britāno capto. *Neque minus id clarum,* inquit, *quam cum Siphacem P. Scipio, Perſem Paulus, & ſi qui alios victos Reges P. Romano oſtendere.* Sil. Ital. l. 2.

Vidi ego cum geminas arctus poſt terga catenis
Succinctus palmas vulgo traheretur ouante,
Carceris in tenebras ſpes & fiducia gentis
Regulus Hectoreæ.

Alludit ad morem Romanum, de quo quia ſupra, heic conticeo.

Captiui populo expoſiti. Vt Regulus apud Pœnos.

Offenduntur mulieres ſi quis earum matrimonia ſuppilet.

Iiſdem conſulibus atrox odij Agrippina ac Lolliæ infenſa, qoud ſecum de matrimonio principis certauiſſet, molitur crimina, & accuſatorem, qui obijceret Chaldæos Magos, interrogatumque Apollinis Clarij ſimulachrum ſuper nuptijs imperatoris. Exin Claudius [1] inaudita rea, multa de claritudine eius apud Senatum præfatus, ſorore L. Voluſij genitam, maiorem ei patruum Cottam Meſſallam eſſe, [2] Mennio quondam Regulo nuptam (nam de C. Cæſaris nuptijs [3] conſulto reticebat) addidit pernicioſa in Remp. conſilia, & materiem ſceleri detrahendam. Proin [4] publicatis bonis [5] cederet Italia. Ita quinquagies ſeſtertium ex opibus immenſis exuli relictum. Et Calphurnia illuſtris fœmina peruertitur, quia [6] formam eius laudauerat princeps, nulla libidine ſed fortuito ſermone. vnde vis Agrippinæ [7] citra vltima ſtetit. In Lolliam mittitur tribunus a quo ad mortem adigeretur. Damnatus & lege repetundarum [8] Claudius Rufus [9] accuſantibus Bithynis. Galliæ Narbonenſi ob egregiam in patres reuerentiam datum, vt ſenatoribus eius prouinciæ, [10] non exquiſita principis ſentẽtia, iure quo Sicilia haberetur, res ſuas inuiſere liceret. [11] Ituræique & Iudæi defunctis regibus [12] Sohemo atque [13] Agrippa prouinciæ Syriæ additi. [14] Salutis augurium quinque & viginti annis omiſſum repeti, ac deinde continuari placitum. Et [15] pomœrium vrbis [16] auxit Cæſar more priſco, quo ijs qui protulere imperium, etiam terminos vrbis propagare datur. Nec tamen duces Romani quanquam magnis nationibus ſubactis, vſurpauerant, niſi L. Sylla, & Diuus Auguſtus. Regum in eo ambitio, vel gloria varie vulgata. Sed initium condendi, & quod pomœrium Romulus poſuerit noſcere haud abſurdum reor. Igitur a foro boario vbi æreum tauri ſimulachrum aſpicimus, quia id genus animalium atatro ſubditur, ſulcus deſignandi oppidi cœptus, vt [17] magnam Herculis aram amplecteretur. Inde certis ſpatijs interiecti lapides, per ima montis Palatini [18] ad aram Conſi, mox [19] ad Curias veteres, tum ad [20] ſacellum Larium: forumque Romanum & Capitolium non a Romulo, ſed a T. Tatio additum vrbi credidere. Mox pro fortuna pomœrium auctum. Et quos tum Claudius terminos poſuerit, facile cognitu, & publicis actis præſcriptũ.

Laus fœminæ parit excidiũ.

Qui promulit imperium, poteſt & pomœrium vrbis.

Taurus aheneus Romæ initium deſignandæ vrbis.

Inauditos damnare Claudianum eſt.

1 INAVDITA REA.] Qui mos Claudij. Seneca in Ludo. *Dic mihi, D. Claudi, quare quenquam ex his, quos quaſque occidiſti, antequam de cauſa cognoſceres, antequam audires, damnaſti? hoc fieri ſolet? in cælo non fit.* Et idem eodem. *Quo non alius potuit citius diſcere cauſas, vna tantũ parte audita, ſæpe & neutra.* In Act. Apoſtol. 13. *Non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem priuſquam is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.* Ruffinus Inuect. contr. D. Hieronym. *Nunquid eum imitabimur, qui reos, nec interrogatos, nec reſpondentes condemnat; & non ſolum non reſpondentes, ſed nec præſentes; & non ſolum præſentes, ſed & mortuos; & non ſolum mortuos, ſed & eos, quos ſemper ante laudauerat, ſed & eos quos ſecutus fuerat?* Seneca certe eleganter. *Qui inauditum damnat, licet æquum ſtatuerit, haud æquus eſt.* Iuriſconſulti dicunt, *indicta cauſa condemnare*, aut *animaduertere*. Et in Æthiopica hiſtoria Heliodorus lib. 8. *Conſiliarios* ait *in conſilium adhibitos*, vbi de Charicleæ capite agebatur, *ne inaudita dãnaretur, primum admonuerunt.* Et noſter Hiſtor. 2. *Dari tempus edendi crimina:* (ita lego) *quamuis inuiſum ac nocentem, more tamen audiendum cenſebant.* Egregie. Sed hoc vitium plane Claudianum.

Romana conſuetudo auditis partibus iudicare.

Ruffini bilis.

Mannius verbum Romanũ.

2 MENNIO REGVLO.] Immo, *Mannio:* ſed neque *Mennio*, neque *Mannio*, verum *Memmio.* Et ita vocat Annal. 14. Conſul erat, cum Seianum vno monumento fortuna deſeruit, cecíditque. *Memmium* eum vocat Euſebius in Chronic. Et Dio lib. 59. *Mannius* tamen nomen eſt frequens apud Romanos. Et Plinius *Mannium equitem pingit, breuiſſimæ adeo ſtaturæ, vt binos cubitos non exceſſerit.* lib. 7. cap. 16. Perſius Sat 6.

--præſto eſt mihi Mannius heres.

Vbi

Mannius, id eſt deformis. *Maniæ indecora perſonæ & vultus quibus pueri terrentur.*

Vbi vetus Scholiaſt. aliter. *Mannium enim dicit deformem & ignotum hominem, eo quod Maniæ dicuntur indecori vultus & perſonæ, quibus pueri terrentur.* Dio autem & Euſebius Regulum appellant. Et de prænomine tantum quæſtio eſt.

Princeps principis coniugem teneretur. Matrona principis, id eſt coniux principis. Quid matrona.

3 Consvlto reticebat.] Ne princeps principis coniugem tam male tractaſſe videretur. Plinius vocat Caij principis matronam, quod dixi. At Nonius Marcellus matronam apud Rom. dictam ait, *quæ in matrimonium viri conueniſſet, quoad in eo matrimonio maneret, etiam ſi liberi nondum forent nati.* Sic Caij matronam vocat Suetonius in Caligula Paulinam, quia vxor ei fuerit.

4 Pvblicatis bonis.] Id eſt fiſco addictis, mox publicatis. L. 27. ad L. Iul. de adulter. D. Quod eſt infamiæ genus. Cicero pro Quintio. *Cuius bona poſſidentur, eius exiſtimatio ſimul cum bonis poſſidetur.*

Claudiana tempora. *Agrippinæ crudelitas.* *Claudij ſtoliditas.*

5 Cederet Italia.] Sed ita vt ceſſa Italia ſtatim ſequeretur carnifex, quo reliqua bona fiſco addicerentur, & extra ciuium oculos trucidaretur nobilis, nec crimine damnata fœmina. En matris Neronis auaritia, & crudelitas. En Claudij ſtoliditas pura.

Periculoſum inter ſe componere mulieres. *Auguſtus componit Liuiam & Terentiam.*

6 Formam eivs lavdaverat.] Quod periculoſiſſimum eſt inter mulieres. Nam hoc genus ſuſpicioſiſſimum & plane inuidum. Auguſtus Terentiam Mæcenatis aliquando per iocum compoſuit cum Liuia ad formæ certamen: quod Liuia tolerauit. Sed Liuia erat, non Agrippina. Et Auguſtus fuit, non Claudius. Dio lib. 54. Notat Poeta quid valeat *ſpretæ iniuria formæ:* Et formæ iudicium armauit terras, imo etiam cœlum in excidium Troiæ. Ideo Muſæus ſcripſit.

Καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαΐῃ ζηλήμονες εἰσὶ γυναῖκες.

Nam ob pulchritudinem inuidæ ſunt fœminæ.

Et hæc inuidia, Aſiæ & Pergamorum fauilla & rogus fuit: tamen apud Leſbios feſtum fuit quo de pulchritudine certabant fœminæ in templo Iunonis, & vocabant Καλλιστεῖα.

Quid citra mortem. Et vltra mortem. Quintilianus correctus.

7 Citra vltima.] Id eſt citra mortem, & excluſa morte: vt *vltra mortem*, id eſt incluſa morte. Cicero Philip. 2. *Nullius horum acerbitas progreſſa eſt vltra mortem.* Perſius Sat. 6.

Hæc cinere vlterior metuas?

Id eſt vltra mortem. Quintilianus noua declamat. 146. *Sæpe in ſcelere virtutis eſt noſſe veneni modum, eo magis quod videmus copia conſtare, quod temperamento quodam, vt ſtetur citra mortem.* lege, *vt ſtet via citra mortem.* Quæ vera eſt lectio.

Cadius Rufus. T. Attedius Rufus.

8 Cadivs Rvfvs.] Conſtanter in Tacito, *Cadius.* Fuit Attidius Rufus. Fuit T. Annius Rufus ſub Hadriano, templi Hieruſalem deſtructor. Diuus Hieronymus 4. Tomo, & Euſebius libr. de temporibus. Sed Cadius Rufus longe ab iſtis.

9 Accvsantibvs Bithynis.] Nam prouinciæ Romanis fuere pro præda. Sic in Spartiano Auidius Caſſius. *An ego præſides putem; an proconſules; qui ob hoc ſibi a Senatu & ab Antonino prouincias datas credunt, vt luxurientur & diuites fiant? Audiſti præfectum prætorio noſtri Philoſophi,* (id eſt, M. Antonini Philoſophi,) *ante triduum quam fieret mendicum & pauperem, ſed ſubito diuitem factum? vnde quæſo niſi de viſceribus Reip. prouincialiumque fortunis? Sint ſane diuites, ſint locupletes, ærarium publicum refercient.* Quod in Cadio Rufo compertum. Et expreſſæ ſpongiæ plerumque ſanguinem reddunt, quem auide & inique hauſerunt.

Commeatus. In ſagata militia. In togata.

10 Non exqvisita principis sententia.] Vt in ſagata militia, ita in togata commeatus. De ſagata, titulus eſt libr. 12. Cod. de commeatu. & L. 12. de re milit. D. & L. 34. ex quibus cauſ. maior. De togata, locus Pauli Iuriſconſulti L. 22. ad municipalem. Sic D. Cyprianus in Sacerdotio. *Cum quidam de collegis & conſacerdotibus noſtris, iam infirmitate detentus, & de appropinquante morte ſollicitus, commeatum ſibi precaretur.* Ita accipio locum Sueton. in Claud. cap. 16. *Notauit multos, & quoſdam inopinantes, & ex cauſa noui generis, quod ſe inſcio ac ſine commeatu, Italia exceſſiſſet.* Nam poſt curas Reip. ſecedebant. Ita enim idem Suetonius in Aug. capite 72. *Erat illi locus in edito ſingularis, quem Syracuſas & τεχνόφυον vocabat; huc tranſibat, aut in alicuius libertinorum ſuburbanum.* Solebant enim Senatores venia a Senatu petita, ſeceſſus gratia petere Syracuſas, vel Siciliæ oppida, quibus ſua prædia habebant, vel alia loca. Abdebant enim ſe ruri per aliquot dies, aut menſes, quo animus a publicis curis paulum leuaretur. Ita etiam accipio illud poema, quod Auguſtus ſcripſit, vocauitque Siciliam, vt non deſcriptio eſſet Siciliæ, ſed verſus compoſiti in ſeceſſu Siculo, quem Siciliam vocabat. Sic Plinius lib. 10. epiſt. *Poſtea a Senatu commeatum petijt.* Dixi vocari *commeatum.* Ita Tertullianus huc reſpiciens libro de patientia: *Commeatum ſibi faciunt delinquendi.* Id eſt, delinquendi licentiam. Suetonius in Tiber. cap. 10. *Honorum ſatietatem prætendens, commeatum petijt.* Sed hic honorum commeatus, iam in vſu non eſt. Cum honoribus enim viuimus, cum honoribus morimur.

Apud ſacerdotes Chriſtianos. Venia ſeceſſus a Senatu petita. Syracuſæ. Sicilia Auguſti. Verſus Siciliensi otio ſcripti. Commeatus delinquendi pro abſceſſione a delictis.

Syria Ituræis Iudæiſque coniuncta. Poſtea diſcreta.

11 Itvræiqve et Ivdæi Syriæ additi.] *Syria,* inquit Plinius libr. 5. cap. 12. *terrarum quondam maxima, & pluribus diſtincta nominibus, Iudæam, & Ituræam continebat.* Et nota temporibus Plinij diſtractam fuiſſe Claudio mortuo. Idem cap. 14. Iudæa longe lateque diffundebatur ſupra Idumæam, & Samariam, habebatque Hieroſolymam longe clariſſimam vrbium Orientis, non tantum Iudææ. Sic Syria & Iudæa, arbitrio principum Rom. modo ſtrictiores, modo ampliores.

12 Sohemo.] Cui Caius Ituræorum Arabum regnum dederat. Dio lib. 59. Nam augebat Caius, quos amabat, ad Imperij ſuſtentaculum.

Herodes Agrippa. Filius Ariſtobuli filij Herodis. Frater Herodiadis. Caput D. Ioan. Baptiſtæ, ſaltationis pretium. Dio vocat crudelitatis Caia- na ventum. Ab Angelo percuſſus.

13 AGRIPPA.] Herodes eſt Agrippa, filius Ariſtobuli, & frater Herodiadis quæ caput D. Ioannis Baptiſtæ, pretium ſaltationis habuit. Laudat illum Philo, laudat D. Paulus in Actis. Tamen ſuaſorem crudelitatis Dio vocat lib. 59. Tiberius habuit illum in vinculis, a quibus tandem Caio volente abſolutus, deditque illi Tetrarchiam Philippi, & Lyſaniæ, & Galilææ, & Peraæ. Cæſar Claudius adiunxit Iudæam, & Samariam. Sed Cæſareæ ab Angelo percuſſus eſt. Act. 12. Et Ioſeph. antiquit. 18. cap. 8. parui enim illi terrarum Dij, ad nutum magni Dei, aut cadunt, aut oriuntur.

14 SALVTIS AVGVRIVM.] Quo malis Reip. continuantibus, nonnunquam vtebâtur, ſed intermiſſis; diemque putum ſumebant, quo explorarent liceretne numinibus populo ſalutem poſtulare. Dio lib. 37. Quippe plus hominum exitio, quam ſaluti vacabant illa numina.

15 POMOERIVM VRBIS.] Vopiſcus in Aureliano. *Adhibito conſilio Senatus, muros vrbis R. dilatauit; nec tamen pomæria addidit eo tempore, ſed poſtea.* Pomœrio autem nemini principum licuit addere, niſi ei qui agri barbarici aliqua parte Romanam Rempub. auxerit. Addidit autem Auguſtus, addidit Traianus, addidit Nero, ſub quo Pontus Polemoniacus, & Cottiæ Alpes Romano nomini tributariæ factæ ſunt.

16 AVXIT CÆSAR.] *Clarum*, ait Spartianus in Vero, *& duraturum in æternitate mundi nomen.* Quod principum filijs & deſignatis imperij heredibus impoſitum. *Dictum*, vt ait idem author, *vel ab elephanto qui lingua Maurorum Cæſa, vel a Cæſo matris vtero, vel a Cæſarie cum qua infans vtero effuſus, vel ab oculis Cæſiis & vltra humanum morem vigentibus.* Sed ſufficit hæc ex antiquitatis ruderibus collegiſſe.

Magna ara Herculis regione vndecima. Structa ante vrbem conditã.

17 MAGNAM HERCVLIS ARAM.] Quam Sextus Rufus ponit regione 11. Quod etiam facit P. Victor. Et de qua Silius libro 7.

Maximaque Herculei mugiuit numinis ara.

Fuit autem ante vrbem conditam Herculi ſtructa, in qua Salius Arcas ſaltauit, qui cum Euandro in Italiam venit; & ab ea Salij. In ea vero Herculis ara, imponebant decimas. Tertullian. in Apolog. *Quin de decima Herculis, ne tertiam quidem partem in aram eius imponitis.* Nam Paganitas iam idolomaniam ſpernebat, & Chriſtianitas cadentem impellebat. Plautus in Sticho.

Decimam partem Herculi polluceam.

Feſtus ita de illa ara ex Verrio Flacco. *Potitium & Pinarium Hercules cum ad aram, quæ hodie maxima appellatur, decumas boum, quos a Geryone abductos abigebat, Argos in patriam profanaſſet,* (id eſt Deo dedicaſſet,) *genus ſacrificij edocuit, quæ* (lego, *cui*) *familia, & poſteri eius non defuerunt: decumantibus vſque ad Appium Claud. Cenſorem, qui quinquaginta millia æris grauis his dedit, vt ſeruos publicos edocerent ritum ſacrificandi: Quo facto, Potitij cum eſſent ex familia numero duodecim, omnes interierunt intra diem XXX. Pinarius quod non adfuerit ſacrificio, poſtea cautum eſt, ne quis Pinariorum ex eo ſacrificio veſceretur.* De illa ara Maxima ita Liuius libr. 1. *Ioue nate Hercules, te mihi mater veridica interpres Deum, aucturum cæleſtium numerum cecinit, tibique aram heic dicatum iri, quam opulentiſſima olim in terris gens Maximam vocet, tuoque ritu colat.*

18 AD ARAM CONSI.] De iſta ara Tertullianus lib. de ſpectacul. *Nunc ara Conſo illi in Circo defoſſa eſt ad primas metas ſub terra cum inſcriptione huiuſmodi.* CONSVS. CONSILIO. MARS. DVELLO. LARES. COMITIO. POTENTES. Et is eſt Conſus qui Neptuni filius, cuique Conſualia, id eſt ludi equeſtres a Romulo dicati. Quod ille conſilium dederit de rapiendis Sabinis. Pulchrum hercle & memorabile ſcilicet. Varro de ling. Lat. Et D. Auguſtinus 4. de Ciuit. Dei cap. 11. Recte autem Neptunum conſilij Deum dixeris, cũ Neptunus frigidus; & in frigidis, non calentibus ſit conſilij vigor. Sed voluere antiqui per Conſum oſtendere nihil in imperio conſilio melius, nihil eſſe valentius. Nam in conſilio omnis Reip. ſalus & ſalubritas. Ideo Aurelianus Iouem Conſulem ſeu Conſulentem finxerat. Ita enim Spartianus in 30. tyrãnis, vbi de Firmo. *Dicitur habuiſſe duos dentes Elephanti, pedum denum, ex quibus Aurelianus ſellam conſtituerat facere, additis aliis duobus, in qua Iuppiter aureus & gemmatus ſederet cum prætexta ponendus in templo Solis Apenninis ſortibus additis. Quem appellari voluerat Iouem Conſulem, vel Conſulentem.* D. Hieronymus in vita Hilarionis. *Gazenſis duumuir Marnæ Idolo deditus Circenſes equos nutriebat. Hoc ſiquidem Romanis in vrbibus iam inde ſeruatur a Romulo propter fœlicem Sabinarum raptum, Conſo quaſi conſiliorum deo, quadrigæ ſepteno currant circuitu, & equos partis aduerſæ fregiſſe victoria eſt.*

Ara Conſi. Conſus Neptunus eſt.

19 AD CVRIAS VETERES.] De his Plinius lib. 35. cap. 4. Hinc ille Craſſi oratoris lepos agenti ſub Veteribus, cum teſtis compellatus inſtaret. Dic ergo Craſſe qualem me reris? Talem, inquit, oſtendens in tabula pictum inficetiſſime Gallum exerentem linguam. Plautus de Veteribus in Curcul.

Curiæ veteres.

Sub Veteribus ibi ſunt, qui dant, quique accipiunt fœnore.

Et dictæ Veteres, ad nouarum differentiam, quia nouæ curiæ proxime ad compitum Fabricium ædificatæ ſunt, quia parum amplæ erant veteres a Romulo factæ. Feſtus in verbo *Nouæ, pars erat fori, in qua fœneratores, Curiæ veteres.* Et ſane fœnus vetus vrbis malum.

In quibus fœneratores.

20 SACELLVM LARIVM.] Hoc Sacellum in octaua regione ponit Victor. Eratque Sacellum Larium qui incendio Troiæ erepti aſportatique in Italiam tandem Romæ conſederant. Sed erant vniuſcuiuſque domus priuati lares, qui Sacellum habebant in iiſdem domibus: quod in authoribus viſitur paſſim, vt in Satyrico Petronij.

C. Antiſtio,

C. Antiſtio, M. Suillio Coss. adoptio in Domitium auctoritate Pallantis feſtinatur, qui obſtrictus Agrippinæ vt[1] conciliator nuptiarum, &[2] mox ſtupro eius illigatus, ſtimulabat Claudium, *conſuleret Reip. Britannici pueritiam robore circumdaret. Sic apud Diuum Auguſtum quanquam nepotibus ſubnixum viguiſſe priuignos, a Tiberio ſuper propriam ſtirpem Germanicum aſſumptum. Se quoque accingeret iuuene, partem curarum capeſſituro.* His euictus, biennio maiorem natu Domitium filio antepo-nit, habita apud Senatum[3] oratione in eundem, quem a liberto acceperat, modum. Adnotabant periti nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eoſque ab Atta Clauſo continuos durauiſſe. Cæterum actæ principi grates exquiſitiore in Domitium adulatione.[5] Rogataque lex qua in familiam Claudiam & nomen Neronis tranſiret. Augetur & Agrippina cognomento Auguſtæ. quibus patratis, nemo adeo expers miſericordiæ fuit, quem non Britannici fortunæ[6] mœror afficeret. deſolatus paulatim etiam ſeruilibus miniſterijs, per[7] intempeſtiua nouercæ officia, in ludibria vertebat, intelligens falſi. Neque enim ſegnem ei fuiſſe indolem ferunt, ſiue verum, ſeu periculis commendatus retinuit[8] famam ſine experimento. Sed Agrippina quo vim ſuam ſocijs quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat, cui[9] nomen inditum ex vocabulo ipſius. Ac forte acciderat, vt eam gentem Rheno tranſgreſſam auus Agrippa in fidem acciperet.

Claudius Neronem Britãnico antepo-nit.

Nero tranſit in familiam Claudiam & in nomen Neronis.

Agrippina Auguſta dicta.

Serui Britannici eum deſerunt.

Quod in ludibrium vertebat intelligens falſi.

Et famam tenuit ſine experimento.

1 Conciliator nvptiarvm.] Proxenetæ, pararij, de quibus titulum habemus in iure. Et Seneca meminit 3. de benef. his verbis. *Adhibentur ab vtraque parte; ille per tabulas plurium nomina interpoſitu pararijs facit.* Noſtri Franci vocant *Courtiers*, quaſi rei curatores. Nam conciliandis nuptijs, ſeu emptionibus, venditionibuſque curam adhibent.

Proxenetæ. Pararius.

Courtiers. *Rei curatores.*

2 Mox stvpro.] Aulicorum mancipiorum artes.

3 Oratione.] Quam non per Quæſtorem, ſed viua voce; nec ex ſcripto, ſed memoria, vt puto, miniſtrante recitauit. Nec alioqui noſter omiſiſſet. Quanquam per quæſtorem plerumque orationem habuerit. Nec enim, ait Dio, omnia viua voce recitabat, ſed per Quæſtorem. Nam erat ei vox male affecta.

Orationes principum. Viua voce, aut ex ſcripto. Tamen per quæſtorem ſæpe.

4 Atta Clavso.] *Attæ* ſunt hi, quibus eruta imbecillia ſunt: vnde pedes tollere non poſſunt, & terram atterunt.

5 Rogataqve lex.] Ergo etiam lege iubente, nec teſtamento tantum, aut pactionibus tranſitio fiebat in alienas familias. Quod inter principes, non inter priuatos, locum habuiſſe mihi perſuadeo.

6 Mœror afficeret. desolatvs.] Lego, *& deſolatus.* Repetenda enim eſt dictio. Et alioqui oratio hiat.

7 Intempestiva novercæ officia.] Cuius in promouendo ſuo Nerone adeo feſtina erant ſcelera, vt temporis ratione non habita, ſtatim poſt nuptias, & quaſi impetu, paterno ſolio Britannicum deturbaret, nudaret ſeruitijs, & omnes amantiſſimos, per honoris ſpeciem, aut fictis falſiſque cauſis, a principe remoueret. Nam ita Tacitus infra. *Simulque qui Centurionum Tribunorumque ſortem Britannici miſerabantur, remoti fictis cauſis, & alij per ſpeciem honoris. Etiam libertorum ſi quis incorrupta fide, depellitur.*

Nouercæ Agrippinæ mala in Britannicum officia.

Britannicus ſeruitijs deſolatus.

8 Famam.] Scribe, *Famam tamen ſine experimento.*

9 Nomen inditvm ex vocabvlo ipsivs.] Noſter de morib. Germ. vbi de Vbijs. *Quanquam Romana colonia eſſe meruerint, ac libentius Agrippinenſes conditoris ſui nomine vocentur, origine erubeſcunt.* Quod confirmat Tacitus 1. hiſtor. Si conditor Agrippa, quid heic ergo de Agrippina nomen inditum Agrippinenſibus ex vocabulo ipſius? Nam conditorem nominat, non conditricem. Certe ab ea nomen, non ab auo, qui licet repulerit Rhenum tranſeuntes Vbios, & in fidem acceperit: tamen Agrippinæ nomen non indidit. Quippe noſter lib. 1. Vbiorum ciuitatem tantum appellat, nec Agrippinæ meminit, quia nondum erat; & licet conditorem appellet Tacitus, etiam ad fœminas, *conditoris* nomen transferri poteſt. Non omitto gentes tunc temporis, adeo gratificatas Cæſaribus, Auguſtique generi, & familiæ, vt de eorum nomine, etiam fœminarum vocabula ciuitatibus imponerent. Nam Herodes Antipater, in honorem Tiberij, Tiberiadem; in honorem Liuiæ eius matris, Liuiadem ædificauit: etiam Iuliadem ab Auguſti Iulia filia. Ioſephus 18. antiq. cap. 6. Et Euſeb. in Chron.

Si Agrippina coloniæ conditrix, cur Tacitus conditorem narrat.

Agrippina colonia, non ab Agrippa, ſed Agrippina.

Verbum conditoris ad fœminas.

Fœminarum Auguſtalium nomina vrbibus indita.

Vt Tiberiadis in honorem Tiberij. Liuiadis in honorem Liuiæ. Iuliadis Iuliæ.

Caſares in honorem Tiberij Cæſaris.

D. Hieronym. l. 3. in Matth. cap. 16. Quemadmodum Philippus frater eius, Cæſaream Philippi in honorem Tiberij Cæſaris. Nec tantum indebant vrbibus ea nomina, ſed etiam ſoboli: Quippe Agrippa, de quo nuper Tacitus, filijs, filiabuſque impoſuit, vt vnus Agrippa, alter Druſus diceretur, filiamque appellaret Druſillam.

Etiam Agrippa filios nominat Agrippam & Druſum. Vt filiam Druſillam.

Catti irrumpunt in ſuperiorem Germaniam.

Iiſdem temporibus in ſuperiore Germania trepidatum, aduentu Cattorum latrocinia agitantium.[1] Deinde[2] L. Pomponius legatus auxiliares[3] Vangiones ac Nemetas addito equite alario monuit, vt anteirent populatores, vel delapſis improuiſi circumfunderentur. Et ſecuta conſilium ducis induſtria militũ, diuiſique in duo agmina, qui læuum iter petiuerant, recens reuerſos, prædaque per luxum vſos, & ſomno graues circumuenere. Aucta lætitia, quod quoſdam e clade Variana poſt quadrageſimum annum ſeruitio exemerant. At qui dextris & propioribus compendijs ierant, obuio hoſti & aciem auſo, plus cladis faciunt. Et præda famaque onuſti, ad montem[4] Taunum reuertuntur, vbi Pomponius cum legionibus opperiebatur, ſi Catti cupidine vlciſcendi caſum pugnæ præberẽt. Illi metu ne hinc Romanus, inde Cheruſci, cum queis æternum diſcordant, circumgrederentur, legatos in vrbem & obſides miſere, decretuſq. Pomponio triũphalis honos, modica pars famæ eius apud poſteros, in queis carminum gloria præcellit.

Pomponius clarus in Poetica apud poſteros.

1 DEINDE.] Lego, *vnde*. Nam dictio, *vn*, in fine verbi *agitantium*. Ita; *vnde diuidens L. Pomponius*, &c. Et vt ſcias verbum *diuidens* reponendum, adijcit, *diuiſiq. in duo agmina*. Id eſt, pro conſilio ducis, diuiſi ſunt in duo agmina.

L. Pomponius Secundus.

2 L. POMPONIVS.] Non hic eſt Pomponius Secundus, de quo ſupra: qui optimus & clariſſimus ciuis, & optimus vates dictus a Plinio. Nam hic Lucius vocatur; alter qui carmina ſcenæ dabat, P. Pomponius, & Conſularis fuit. An ergo filius L. Pomponij, qui ſub Tiberio Conſul fuit cum C. Cæcilio Ruffo. 770.? Si minus verum, ſaltem probabile.

3 VANGIONES.] D. Hieronym. epiſt. ad Ageruntiam Vangionum facit memoriam. *Vangiones longa obſidione deleti, Rhemorum vrbs præpollens, Ambiani, Atrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetæ, Argentoratus, tranſlati in Germaniam.*

Vangiones. Rhemorum vrbs. Ambiani. Atrebatæ. Morini. Tornacus. Nemetæ. Argentoratus.

4 TAVNVM.] Mons Taurus non in Germania, ſed in Armenia potius: qui ab Eois litoribus orſus totam percurrit Aſiam, deſinitque ad Mçotidẽ paludem. Sed *Taunus* aut Tonobæus mons apud Germanos, de quo ſupra Tacitus. Tamen mihi eſt inuius, nec quidquam de eo legere licuit.

Taurus mons in India. Taunus in Germania.

Vannius Rex Sueuorum ob ſuperbiam regno pulſus.

Per idem tempus Vannius Sueuis a Druſo Cæſare impoſitus, pellitur regno, prima imperij ætate clarus acceptuſque popularibus: mox[1] diuturnitate in ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordijs circumuentus. Auctores fuere Iubillius Hermundurorum rex, & Vangio ac Sido ſorore Vannij geniti. Nec Claudius quanquam ſæpe oratus arma certantibus barbaris interpoſuit, tutum Vannio perfugium promittens ſi pelleretur. ſcripſitque P. Attilio Hiſtro, qui Pannoniæ præſidebat, legionem ipſaque e prouincia lecta auxilia, pro ripa componeret ſubſidio victis, & terrori aduerſus victores, ne fortuna elati, noſtram quoque pacem turbarent. nam[2] vis innumera Ligij, aliæque gentes aduentabant, fama ditis regni quod Vannius xxx. per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Ipſi manus propria pedites, eques e Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini hoſtium: eoque caſtellis ſeſe defenſare, bellumque ducere ſtatuerat. Sed[3] Iazyges obſidionis impatientes, & proximos per campos vagi, neceſſitudinem pugnæ attulere, quia Ligius, Hermundurusque illic[4] ingruebant. Igitur digreſſus caſtellis Vannius, funditur prælio, quanquam rebus aduerſis laudatus, quod &

Fortuna elati pacem Romanam turbant Catti.

Dite Regnum Vannij quod prædationibus & vectigalibus auxerat.

pugnam

pugnam manu capeſſijt, & corpore aduerſo vulnera excepit. Cæterum ad claſſem in Danubio opperientem perfugit. Secuti mox clientes, & acceptis agris, in Pannonia locati ſunt. Regnum Vangio ac Sido inter ſe [5] partiti ſunt, [6] egregia apud nos fide: ſubiectis * ſuone an ſeruitij ingenio? dum adipiſcerentur dominationes multa charitate, & maiore odio poſtquam adepti ſunt.

*Suone an ſeruili ingenio?

1 DIVTVRNITATE IN SVPERBIAM MVTANS.] Lego, *Diuturnitate in ſuperbiam mutatus.* quæ vera lectio eſt, & in hoc authore multa ſunt eiuſmodi menda, vt *muniens*, pro *munitus*, lib. 1. Aulus Gellius hanc ſcribendi formulam probat. Noto autem iter abiens, plerumque imperiorum eam vim eſſe & violentiam, vt meliores mentes, & æquiores ſede proturbent, idque per licentiam: quæ ſæpe imperiorum comes & ſæpe imperiorum ruina. Nam Principes quidam, vbi ſe imperio firmos vident, tum multa libertate agunt, & plerumque ſui ſuorumque obliuiſcuntur, vt Nero cuius quinquennium laudabile, reliquum imperij execrabile. Tiberius ſuis initijs maxime modeſtus, fine imperij truculentus & crudelis fuit. Idem de Theodorico Italiæ rege. *Nemo enim maiori expectatione ſuſcepit imperium; nemo minore diſpoſuit.* Et Caligula ille, nautea orbis, tam in fine exoſus quam principio gratioſus: ſed infeſti & in fauſti amores non modo P. R. fuere, ſed aliarum gentium. Tamen Romanum imperium vidit Pios & Traianos, & Philoſophos, tam principijs imperij quam in fine de virtutis gradu nunquam deſilientes: quos iure laudaueris.

2 VIS INNVMERA.] Lego, *vi innumera.*

3 IAZYGES.] Strabo *Zyges* vocat, & Plin. l. 6. c. 7.

4 INGRVEBANT.] Optime.

5 PARTITI SVNT.] *Partiuere* ſcriptum fuiſſe dicūt, ſane ex veteri forma loquēdi. Plaut. in Aſ.

Partire pro partiri.

Apud Plautū.

Et Saluſtium.

-- prædam cum illis partiam. Et in Amphitr.
Vos inter vos partite: ego abeo, negotium eſt.

Sed ex Salluſtio ſumpſit noſter, qui ita: *Metellus & Silanus Conſules prouincias inter ſe partiuerant.* in Iugurthino. Itaque vetus hoc verbum ciuitate non deturbandum. Verba vetera, veteres amici, vetera vina.

6 EGREGIA ADVERSVS NOS FIDE: SVBIECTIS.] Lego ita, & emendo: *Regnum inter ſe Vangio & Sido partiuere, egregia aduerſum nos fide, ſubiectine ſuo an ſeruili ingenio?* per interrogationem. & lego *ſeruili*, non *ſeruitij ingenio*, quia ſeruile ingenium metu, non ratione ducitur, & beneuolentia. Ergo nobis, inquit, fuere ſubiecti, egregia certe fide aduerſum nos, ſed illa fides, an ex eorum ingenio, id eſt, an bona mente, & ingenua? exque beneuolentia, an more ſeruorum? Nam adijcit: *Multa charitate dum adipiſcerentur dominationem; ſed poſtquam adepti ſunt, multo odio:* ergo ſeruili. Nam noſter dixit ſupra: *Beneficia eo vſque læta ſunt, donec perſolui poſſunt: vbi multum anteuenere, odium pro gratia redditur.* Quod eſt indicium ſeruilis animi. Nam apud ſeruos nil tam cito perit quam beneficium.

Correctio in Tacito.

Interpretatio.

Seruile ingeniū.

Cito beneficij obliuiſcitur.

At in Britannia [1] P. Oſtorium proprætorem turbidæ res excepere, effuſis in agrum ſociorum hoſtibus, eo violentius quod nouum ducem exercitu ignoto, & cœpta hieme iturum obuiam non rebantur. Ille gnarus primis euentibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit: & cæſis qui [2] reſtiterunt, diſiectos [3] conſectatus, [4] ne rurſus conglobarentur, infenſaque & infida pax non duci non militi requiem permitteret, detrahere arma ſuſpectis, [5] cinctoſque caſtris Antonam & Sabrinam fluuios cohibere parat. Quod primi Iceni abnuere, [6] valida gens, nec prælijs concuſſa, [7] * quia ſocietatem noſtram volentes acceſſerant. hiſque auctoribus circumiectæ nationes locum pugnæ delegere, ſeptum agreſti aggere & aditu anguſto, ne peruius equiti foret. Ea munimenta dux Romanus, quanquam ſine robore legionum ſociales copias ducebat, perrumpere aggreditur, & diſtributis cohortibus, [8] turmas quoque peditum ad munia accingit. Tunc dato ſigno perfringunt aggerem, ſuiſque clauſtris impeditos turbant. Atque illi conſcientia rebellionis & obſeptis effugijs, multa & clara facinora fecere. Qua pugna filius legati, M. Oſtorius ſeruati ciuis decus meruit. Cæterum clade Icenorum compoſiti qui bellum inter & pacem dubitabant, & [9] ductus in Cangos exercitus. Vaſtati agri, prædæ paſſim actæ, non auſis aciem hoſtibus, vel ſi ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo. Iam ventum haud procul

Primis euentibus metus aut fiducia gignitur.

Iceni valida gens nec prælijs concuſſa.

*quia ſocietem in noſtram

Cæſares in honorem Tiberij Cæſaris.

D. Hieronym. l. 3. in Matth. cap. 16. Quemadmodum Philippus frater eius, Cæſaream Philippi in honorem Tiberij Cæſaris. Nec tantum indebant vrbibus ea nomina, ſed etiam ſoboli: Quippe Agrippa, de quo nuper Tacitus, filijs, filiabuſque impoſuit, vt vnus Agrippa, alter Druſus diceretur, filiamque appellaret Druſillam.

Etiam Agrippa filios nominat Agrippam & Druſum. Vt filiam Druſillam.

Catti irrumpunt in ſuperiorem Germaniam.

Pomponius clatus in Poetica apud poſteros.

Iiſdem temporibus in ſuperiore Germania trepidatum, aduentu Cattorum latrocinia agitantium.[1] Deinde[2] L. Pomponius legatus auxiliares[3] Vangiones ac Nemetas addito equite alario monuit, vt anteirent populatores, vel delapſis improuiſi circumfunderentur. Et ſecuta conſilium ducis induſtria militũ, diuiſique in duo agmina, qui læuum iter petiuerant, recens reuerſos, prædaque per luxum vſos, & ſomno graues circumuenere. Aucta lætitia, quod quoſdam e clade Variana poſt quadrageſimum annum ſeruitio exemerant. At qui dextris & propioribus compendijs ierant, obuio hoſti & aciem auſo, plus cladis faciunt. Et præda famaque onuſti, ad montem[4] Taunum reuertuntur, vbi Pomponius cum legionibus opperiebatur, ſi Catti cupidine vlciſcendi caſum pugnæ præberét. Illi metu ne hinc Romanus, inde Cheruſci, cum queis æternum diſcordant, circumgrederentur, legatos in vrbem & obſides miſere, decretuſq. Pomponio triũphalis honos, modica pars famæ eius apud poſteros, in queis carminum gloria præcellit.

L. Pomponius Secundus.

1 DEINDE.] Lego, *vnde*. Nam dictio, *vn*, in fine verbi *agitantium*. Ita; *vnde diuidens L. Pomponius*, &c. Et vt ſcias verbum *diuidens* reponendum, adijcit, *diuiſiq. in duo agmina*. Id eſt, pro conſilio ducis, diuiſi ſunt in duo agmina.

2 L. POMPONIVS.] Non hic eſt Pomponius Secundus, de quo ſupra: qui optimus & clariſſimus ciuis, & optimus vates dictus a Plinio. Nam hic Lucius vocatur; alter qui carmina ſcenæ dabat, P. Pomponius, & Conſularis fuit. An ergo filius L. Pomponij, qui ſub Tiberio Conſul fuit cum C. Cæcilio Rufo. 770.? Si mi nus verum, ſaltem probabile.

3 VANGIONES.] D. Hieronym. epiſt. ad Ageruntiam Vangionum facit memoriam. *Vangiones longa obſidione deleti, Rhemorum vrbs præpollens, Ambiani, Atrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetæ, Argentoratus, tranſlati in Germaniam.*

4 TAVNVM.] Mons Taurus non in Germania, ſed in Armenia potius: qui ab Eois litoribus orſus totam percurrit Aſiam, deſinitque ad Mẹotidé paludem. Sed *Taunus* aut Tonobæus mons apud Germanos, de quo ſupra Tacitus. Tamen mihi eſt inuius, nec quidquam de eo legere licuit.

Vangiones. Rhemorum vrbs. Ambiani. Atrebatæ. Morini. Tornacus. Nemetæ. Argentoratus. Taurus mons in India. Taunus in Germania.

Vannius Rex Sueuorum ob ſuperbiam regno pulſus.

Fortuna elati pacem Romanam turbant Catti.

Dite Regnum Vannij quod prædationibus & vectigalibus auxerat.

Per idem tempus Vannius Sueuis a Druſo Cæſare impoſitus, pellitur regno, prima imperij ætate clarus acceptuſque popularibus: mox[1] diuturnitate in ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordijs circumuentus. Auctores fuere Iubillius Hermundurorum rex, & Vangio ac Sido ſorore Vannij geniti. Nec Claudius quanquam ſæpe oratus arma certantibus barbaris interpoſuit, tutum Vannio perfugium promittens ſi pelleretur. ſcripſitque P. Attilio Hiſtro, qui Pannoniæ præſidebat, legionem ipſaque e prouincia lecta auxilia, pro ripa componeret ſubſidio victis, & terrori aduerſus victores, ne fortuna elati, noſtram quoque pacem turbarent. nam[2] vis innumera Ligij, aliæque gentes aduentabant, fama ditis regni quod Vannius xxx. per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Ipſi manus propria pedites, eques e Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini hoſtium: eoque caſtellis ſeſe defenſare, bellumque ducere ſtatuerat. Sed[3] Iazyges obſidionis impatientes, & proximos per campos vagi, neceſſitudinem pugnæ attulere, quia Ligius, Hermunduruſque illic[4] ingruebant. Igitur digreſſus caſtellis Vannius, funditur prælio, quanquam rebus aduerſis laudatus, quod &

pugnam manu capeſſijt, & corpore aduerſo vulnera excepit. Cæterum ad claſſem in Danubio opperientem perfugit. Secuti mox clientes, & acceptis agris, in Pannonia locati ſunt. Regnum Vangio ac Sido inter ſe [5] partiti ſunt,[6] egregia apud nos fide: ſubiectis * ſuone an ſeruitij ingenio? dum adipiſcerentur dominationes multa charitate, & maiore odio poſtquam adepti ſunt.

*Suone an ſeruili ingenio?

1 DIVTVRNITATE IN SVPERBIAM MVTANS.] Lego, *Diuturnitate in ſuperbiam mutatus.* quæ vera lectio eſt, & in hoc authore multa ſunt eiuſmodi menda, vt *muniens*, pro *munitus*, lib. 1. Aulus Gellius hanc ſcribendi formulam probat. Noto autem iter abiens, plerumque imperiorum eam vim eſſe & violentiam, vt meliores mentes, & æquiores ſede proturbent, idque per licentiam: quæ ſæpe imperiorum comes & ſæpe imperiorum ruina. Nam Principes quidam, vbi ſe imperio firmos vident, tum multa libertate agunt, & plerumque ſui ſuorumque obliuiſcuntur, vt Nero cuius quinquennium laudabile, reliquum imperij execrabile. Tiberius ſuis initijs maxime modeſtus, fine imperij truculentus & crudelis fuit. Idem de Theodorico Italiæ rege. *Nemo enim maiori expectatione ſuſcepit imperium; nemo minore diſpoſuit.* Et Caligula ille, nautea orbis, tam in fine exoſus quam principio gratioſus: ſed infeſti & in fauſti amores non modo P. R. fuere, ſed aliarum gentium. Tamen Romanum imperium vidit Pios & Traianos, & Philoſophos, tam principijs imperij quam in fine de virtutis gradu nunquam deſilientes: quos iure laudaueris.

2 VIS INNVMERA.] Lego, *vi innumera.*

3 IAZYGES.] Strabo *Zyges* vocat, & Plin. l. 6. c. 7.

4 INGRVEBANT.] Optime.

5 PARTITI SVNT.] *Partiuere* ſcriptum fuiſſe dicũt, ſane ex veteri forma loquẽdi. Plaut. in Aſ.

-- *prædam cum illis partiam.* Et in Amphitr.

Vos inter vos partite: ego abeo, negotium eſt.

Sed ex Salluſtio ſumpſit noſter, qui ita: *Metellus & Silanus Conſules prouincias inter ſe partiuerant.* in Iugurthino. Itaque vetus hoc verbum ciuitate non deturbandum. Verba vetera, veteres amici, vetera vina.

Partire pro partiri.
Apud Plautũ. Et Saluſtium.

6 EGREGIA ADVERSVS NOS FIDE: SVBIECTIS.] Lego ita, & emendo: *Regnum inter ſe Vangio & Sido partiuere, egregia aduerſum nos fide, ſubiectine ſuo an ſeruili ingenio?* per interrogationem. & lego *ſeruili*, non *ſeruitij ingenio*, quia ſeruile ingenium metu, non ratione ducitur, & beneuolentia. Ergo nobis, inquit, fuere ſubiecti, egregia certe fide aduerſum nos; ſed illa fides, an ex eorum ingenio, id eſt, an bona mente, & ingenua? exque beneuolentia, an more ſeruorum? Nam adijcit: *Multa charitate dum adipiſcerentur dominationem; ſed poſtquam adepti ſunt, multo odio:* ergo ſeruili. Nam noſter dixit ſupra: *Beneficia eo vſque læta ſunt, donec perſolui poſſunt: vbi multum anteuenere, odium pro gratia redditur.* Quod eſt indicium ſeruilis animi. Nam apud ſeruos nil tam cito perit quam beneficium.

Correctio in Tacito.
Interpretatio. Seruile ingeniũ. Cito beneficiij obliuiſcitur.

At in Britannia [1] P. Oſtorium proprætorem turbidæ res excepere, effuſis in agrum ſociorum hoſtibus, eo violentius quod nouum ducem exercitu ignoto, & cœpta hieme iturum obuiam non rebantur. Ille gnarus primis euentibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit: & cæſis qui [2] reſtiterunt, disiectos [3] conſectatus, [4] ne rurſus conglobarentur, infenſaque & infida pax non duci non militi requiem permitteret, detrahere arma ſuſpectis, [5] cinctoſque caſtris Antonam & Sabrinam fluuios cohibere parat. Quod primi Iceni abnuere, [6] valida gens, nec prælijs concuſſa, [7] * quia ſocietatem noſtram volentes acceſſerant. hiſque auctoribus circumiectæ nationes locum pugnæ delegere, ſeptum agreſti aggere & aditu anguſto, ne peruius equiti foret. Ea munimenta dux Romanus, quanquam ſine robore legionum ſociales copias ducebat, perrumpere aggreditur, & diſtributis cohortibus, [8] turmas quoque peditum ad munia accingit. Tunc dato ſigno perfringunt aggerem, ſuiſque clauſtris impeditos turbant. Atque illi conſcientia rebellionis & obſeptis effugijs, multa & clara facinora fecere. Qua pugna filius legati, M. Oſtorius ſeruati ciuis decus meruit. Cæterum clade Icenorum compoſiti qui bellum inter & pacem dubitabant, & [9] ductus in Cangos exercitus. Vaſtati agri, prædæ paſſim actæ, non auſis aciem hoſtibus, vel ſi ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo. Iam ventum haud procul

Primis euentibus metus aut fiducia gignitur.
* quia ſocietatem in noſtram
Iceni valida gens nec prælijs concuſſa.

mari, quod Hyberniam inſulam aſpectat, cum ortæ apud Brigantes diſcordiæ retraxere ducem, deſtinationis certum, ne noua moliretur, niſi prioribus firmatis. Et Brigantes quidem paucis qui arma cœptabant interfectis, in reliquos data venia, reſedere. Silurum gens non atrocitate, non clementia mutabatur, quin bellum exerceret, [10] caſtriſque legionum [11] premenda foret. Id quo [12] promptius veniret, colonia [13] Camalodunum valida veteranorum manu deducitur in [14] agros captiuos, ſubſidium aduerſus rebelles, & imbuendis ſocijs ad officia legum.

Noua non molienda niſi veteribus firmatis.

Scapula Oſtorius. Vetus nomen.

1 P. Ostorivm.] Seapulam videlicet. ſic Tacitus in vita Agricolæ. *Conſularium primus Aulus Plancius præpoſitus ac ſubinde Oſtorius Scapula, vterque bello egregius.* Eſt autem Scapulatum antiquum nomen inter Conſules Romanos, durauitque ad Scapulam proconſulem Africæ ſub Seuero, ad quem ſcribit Tertullianus.

Ad Septimium Seuerum durauit.

2 Restitervnt.] Lego, *reſtiterant.*

3 Consectatvs.] Legendum, *conſectatus eſt.* Et ita ſcriptum, *conſectatus t.*

4 Ne rvrsvs.] Addendum, *& ne rurſus*: Repetenda enim fuit prior dictio quæ *eſt*, &, *et*, in manuſcriptis ſonat. vocat autem *infenſam pacem*, in qua infenſos gererent animos & vindictam ſpirantes quamuis in paee.

Quid infenſa pax.

5 Cinctosq. castris.] Lipſius ait legi in manuſcriptis, *cunctiſque caſtris*: lego, *coniunctiſque caſtris trans Antonam & Sabrinam fluuios cohibere parat.* Et omiſſa hæc dictio (*trans*) quæ neceſſario addenda fuit: alioqui nullus ſenſus. Et verba nouiſſima, *casTRIS*, inducunt (*TRANS*) quod interpretor, vt nulla amnium commoditate caſtris cingerentur. Et ſane fluuij vtiles in exercitu. Quod præfecti caſtrorum ſciunt.

Correctio in Tacito.

6 Valida gens.] Forte, *valida ea gens.*

7 Qvia societatem.] Lego, *quia ad ſocietatem.*

8 Tvrmas eqvitvm.] Forte, *turmas peditum.* quod iuſſerit in pedes equitem poni & peditum vices implere. Nam alioqui diſtinguitur, vt apud Claud. bello Goth.

Firmata manuſcripti lectio.

Talia nunc pediti, turmæ nunc miſſus equeſtri
Dicta dabat.

Sed valde arridet, *quodque peditum*, vt nihil immutetur, & ſenſus, & oratio bene conſtent etiam ex verbis Taeiti. Et hic mihi magnus Apollo.

9 Et dvctvs.] *Eſt ductus.*

10 Castrisqve legionvm.] Lego, ex Taciti genio: *caſtriſque & legionum vi.* Tacitus ipſe ſponſor qui modo dixit, *ſine robore legionum.* Et infra: *vi militum inferior. & ſequuta eſt Cæſaris vox, Silurum nomen penitus extinguendum.* Tamen *caſtra legionum*, dixit Sueton. in Domit. cap. 7. *Geminari legionum caſtra prohibuit.* Nec diſſimulo vt veritatem aſſequare.

Tacitus correctus.

11 Premenda.] *Perimenda foret*, lego, non *premenda*, quia non atrocitate, non clementia mutabantur, vt dixit ſupra Tacitus, & extinguendam dixerat Claudius.

Perimere. Premere.

12 Promptivs veniret.] Pro *eueniret*, vt *vaſit*, pro *euaſit*: apud Tertullian. in Pallio: & apud Tacit. *curatius*, pro *accuratius.*

Veniret pro eueniret.

13 Camalodvnvm.] *Regiam Cynobellini* vocat. Dio libro 69. Et captam memorat a Claudio. De Camaloduno Plinius. *Quidam vero & in Moria*, (ea eſt inſula Britanniæ,) *quæ diſtat a Camaloduno Britanniæ oppido circiter ducentis millibus.* In Ptolomæo, *Camum Lodunum.* Vox autem illa *dunum* mons eſt, vt *Dunum regium, Caſtrodunum, Lugdunum*, frequens apud Gallos veteres. Lego autem *colonia Camalodunum*, pro *Camalodunorum*, vt *Colonia Vbiorum.* & ita dicta, vt coniicio, quod *ille mons Camelorum exemplo dorſo gibboſus eſſet, & cautes haberet ad hanc formam.* de illa colonia, ſic noſter in vita Agricolæ. *Redactaque paulatim in formam prouinciæ proxima pars Britanniæ, addita inſuper veteranorum colonia.*

Camalodunum in Britannia. Camus Lodonius apud Ptolom. Dunum Mons. Dunum regiũ. Caſtrodunum. Lugdunum. Vnde Camalodunum.

14 Agros captivos.] Id eſt, in agros captiuarum nationum. Sic Tertullian. dixit *in captiua ſarabata*, quod eſſet captiuorum deuictarumque gentium veſtimentum. Et Virgil.

Agri captiui. Captiua ſarabata apud Tertullian.

Crateresque auro ſolidi captiuaque veſtis.

Ouid. in Faſtis.

Te memorant Gange totoque Oriente ſubacto
Primitias magno ſuppoſuiſſe Ioui.
Cinnama tu primus, captiuaque thura dediſti.

Papin. in Protrept.

An Solymum cinerem palmetaque capta ſubibis?

Et noſter 14. *cruore captiuo adolere aras.* vt Horat. 2. epiſt.

Captiuum portatur ebur, captiua Corinthus.

Captiuitatem vocat lib. 1. Machabæorum.

Veſtis captiua. Captiua thura. Palmeta capta. Captiuum ebur.

15 Imbvendis.] Non improbo: ſed quid ſi ſcriptum, *inducendis ſocijs?*

Caractacum multa ambigua, multa proſpera extulerant. Ideo Britannis præminēs. Caractacus fraude locorũ & aſtu prior.

Itum inde in Siluras ſuper propriam ferociam Caractaci viribus confiſos, quem multa ambigua, multa proſpera extulerant, vt cæteros Britannorum imperatores præmineret. [1] Sed aſtu, tum locorum fraude prior, vi militum inferior, transfert bellum in Ordouicas, additiſque qui pacem noſtram metuebant, nouiſſimum caſum experitur, ſumpto

ſumpto ad prælium loco, vt aditus, abſceſſus, cuncta nobis importuna, & ſuis in melius eſſent. Tunc montibus arduis, & ſi qua clementer accedi poterant, in modum valli ſaxis præſtruit: & præfluebat amnis vado incerto, [2] * cateruaque maiorum pro munimentis conſtiterant. [3] Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendenda ſpe, aliiſque belli incitamentis. Enimuero Caractacus huc illuc volitans, *illum diem, illam aciem* teſtabatur, *aut recuperandæ libertatis, aut ſeruitutis æternæ initium fore:* vocabatque *nomina maiorum, qui dictatorem Cæſarem pepuliſſent: quorum virtute vacui a* [4] *ſecuribus & tributis, intemerata coniugum & liberorum corpora retinerent.* Hæc atque talia dicenti adſtrepere vulgus, gentili quiſque religioni obſtringi, non telis, non vulneribus ceſſuros. Obſtupefecit ea alacritas ducem Romanum, ſimul obiectus amnis, additum vallum, imminentia iuga, nihil niſi atrox & propugnatoribus frequens terrebat. Sed miles prælium poſcere, cuncta virtute expugnabilia clamitare, præfectique ac tribuni paria differentes, ardorem exercitus incendebant. Tum Oſtorius [5] circumſpectis quæ impenetrabilia quæque peruia, [6] ducit infenſos, amnemque haud difficulter euadit. Vbi ventum ad aggerem, dum miſſilibus certabatur, plus vulnerum in nos, & pleræque cædes oriebantur. Poſteaquam [7] facta teſtudine, rudes & informes ſaxorum compages [8] diſtractæ, parque cominus acies, [9] * decedere Barbari in iuga montium. Sed eo quoque irrupere ferentarius grauiſque miles, illi telis aſſultantes, hi conferto gradu, turbatis contra Britannorum ordinibus, apud quos [10] nulla loricarum galearumve tegmina: & ſi auxiliaribus reſiſterent, gladiis ac pilis legionariorum, ſi huc verterent, ſpatis & haſtis auxiliarium ſternebantur. clara ea victoria fuit, captaque vxore & filia Caractaci, fratres quoque in deditionem accepti. Ipſe, vt ferme intuta ſunt aduerſa, cum fidem Cartiſmanduæ reginæ Brigantum petiuiſſet, vinctus ac victoribus traditus eſt, nono poſt anno quam bellum in Britannia cœptum. Vnde fama eius euecta inſulas, & proximas prouincias peruagata, per Italiam quoque celebrabatur, auebantque viſere, quis ille tot per annos opes noſtras ſpreuiſſet.

Vi inferior, transfert bellum in Ordouicas.

* catenæque nauigiorum pro munimentis conſtiterunt.

Omnia virtuti cedunt.

* deceſſere

Romana virtus aduerſus Britannos.

Regina Brigantum falſa & perfida. Cataractacum vendit Romanis contra fidem.

Cataractacus celebris per gentes & Italiam.

1 Sed astv.] Ideſt, per aſtutias & dolos, tum locorum fraude prior, quod magis gnarus eſſet locorum. Aſtus erat quod transtulerit bellum in Ordouicas, & locum pugnæ ſibi commodiſſimum, Romanis infeſtiſſimum delegiſſet.

Explicatio Taciti.

2 Catervaqve maiorvm.] Arena ſine calce. Lego, *catenæque nauigiorum.* Et modo memini cuiuſdam loci Cæſaris lib. 2. de bello Gallico in hoc verbo mendoſi: Nam ſcribit. *Vno tempore ad ſiluas, & in flumine, & in manibus noſtris hoſtes viſerentur.* vbi lego, *nauibus,* pro *manibus.* primo enim dixit de flumine, modo de nauibus. Idem error in Plinio, vbi de Chaucis. *tribunalia ſtructa manibus.* pro *nauibus.* Et idem mendum latet apud authores multos.

Manibus pro nauibus.

3 Ad hoc.] Puto legendum, *Ad hæc.*

4 Secvribvs et tribvtis] *Securibus* dicit ob Romanos faſces in quibus ſecures, quas maxime exoſas habebant. ſic lib. 1. *Numquam ſatis execraturos quod inter Albim & Rhenum virgas & ſecures & togam viderint.* Et de tributis eodem loco. *Inexperta eſſe ſupplicia, neſcia tributa.* Hic enim locus etiam de bonis ſub haſta venditis ob tributa capi poteſt.

Secures Romanæ exoſa gentibus.

5 Circvmspectis.] Quod eſt officium ducis. Sic Cæſar in Suet. 58. *Neque in Britanniam tranſuexit, niſi ante per ſe portus & nauigationem & acceſſum ad inſulam exploraſſet.* Vbi lego, *niſi ante perſæpe portus,* &c. Nam *per ſe* heic ſtare non poteſt, cum per alios id fecerit. & lego, *perſæpe,* quia frequens & repetita illa exploratio. Idem de eodem: *Exercitum niſi perſpeculatus locorum ſitus.* Quod notet ſummam diligentiam & aſſiduitatem.

6 Dvcit infensos.] Melius *incenſos.* nam prælium poſcebant & duces incende-

Incenſos pro infenſos.

Cur ita legendum.

rent ardentes, nondum hoſte laceſſiti, & infenſi. Idem mendum infra, *amore exoleti. Infenſus*, pro *incenſus*, lib. 13.

Teſtudo.

7 TESTVDINE FACTA.] De qua Papin. lib. 10. Theb.

Scrutanturque cauas facta teſtudine turres.

Et Silius lib. 1.

Tandem condenſis actæ teſtudinis armis
Subducto pæne vallo cæcaque latebra,
Pandunt prolapſam ſuffoſis mœnibus vrbis.

Liuius emendatus.

Correxi de ea teſtudine locum Tertulliani. Sed heic Liuium emendo in hac parte male habitum. locus eſt lib. 44. *Iuuenes*, inquit, *Romani ludicro Circenſi, ad vſum belli verſo, partem humillimam muri ceperunt.* facta ſcilicet teſtudine. *Mos erat tum nondum hac effuſione inducta*

Circus beſtijs completus. Semel quadrigæ. Vix vnius horæ ſpectaculum. Apparitores ludi.

beſtiis omnium gentium Circum complendi, varia ſpectaculorum conquirere genera. Nec (lego, *Nam*) *quadriga ſemel deſultore miſſo, vix vnius horæ tempus vtrumque curriculum* (ita legendum) *complebat. Inter cætera ſexageni ferme iuuenes, interdum plures, ab apparitoribus ludi armati inducebantur. horum inductio, in parte ſimulachrum decurrentis exercitus erat, in parte elegantioris exercitij, quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum vſum.* lego, *propiorque ad gladiatorum armorum vſum.* En ſpectaculorum Circi mutatio & nouitas. Sed vt teſtudinis formam ab Liuio diſcamus eodem loco: *Cum alios*, inquit, *decurſus edidiſſent motus quadrato agmine facto ſcutis ſuper capita denſatis, ſtantibus primis, ſecundis ſubmiſſioribus, tertiis magis & quartis, poſtremis etiam genu nixis, faſtigiatam ſicut tecta ædificiorum ſunt teſtudinem faciebant. Hinc CL. ferme pedum ſpatio diſtantes duo armati procurrebant, comminatique inter ſe ab ima in ſummam teſtudinem per denſata ſcuta cum euaſiſſent, nunc velut propugnantes per oras extremæ teſtudinis, nunc in media inter ſe concurrentes haud ſecus quam ſtabili ſolo perſultabant. Huic teſtudini ſimillima parte muri admota cum armati ſuperſtantes ſubiiſſent propugnatoribus muri faſtigio adæquabantur, depulſiſque iis in vrbem duorum ſignorum milites tranſcenderunt.*

8 DISTRACTÆ.] Forte, *deſtructæ.*

9 DECEDERE.] Lego, *deceſſere.*

10 NVLLA LORICARVM GALEARVMVE TEGMINA.] Libro 2. noſter. *Non loricam Germano, non galeam.*

Populo Romano datur ſpectandus cum coniuge & filia & fratribus.

Ne Romæ quidem ignobile Caractaci nomen erat. Et Cæſar dum ſuum decus extollit, addidit gloriam victo. Vocatus quippe vt ad inſigne ſpectaculum populus. Stetere in armis prætoriæ cohortes campo qui caſtra præiacet. Tunc incedentibus regiis clientulis phaleræ torqueſque, quæque externis bellis quæſierat, traducta, mox fratres & coniunx & filia: poſtremo ipſe oſtentatus. Cæterorum preces degeneres fuere ex metu. At non Caractacus aut vultu demiſſo, aut verbis miſericordiam requirens, vbi tribunali aſtitit, in hunc modum locutus eſt. *Si quanta nobilitas & fortuna mihi fuit, tanta rerum proſperarum moderatio fuiſſet, amicus potius in hanc vrbem, quam captus veniſſem: neque dedignatus eſſem claris maioribus ortus, pluribus gentibus imperitans, fœdere pacem accipere. Præſens ſors mea vt mihi informis, ſic tibi magnifica eſt. habui equos, viros, arma, opes: quid mirum ſi hæc inuitus amiſi?* [1] *Nam ſi vos omnibus imperitare vultis, ſequitur vt omnes ſeruitutem accipiant. Si ſtatim deditus traderer, neque mea fortuna, neque tua gloria inclaruiſſet, & ſupplicium mei obliuio ſequeretur. At ſi incolumem ſeruaueris, æternum exemplar clementiæ ero.* Ad ea Cæſar veniam ipſique, & coniugi, & fratribus, tribuit. Atque illi [2] vinclis abſoluti, Agrippinam quoque haud procul alio ſuggeſtu conſpicuam, iiſdem quibus principem laudibus gratiiſque venerati ſunt. Nouum ſane, & moribus veterum inſolitum, [3] fœminam ſignis Romanis præſidere. Ipſa ſemet parti a maioribus ſuis imperij ſociam ferebat.

Clemẽtia potior victoribus quam inclementia.

Correctio in Tacito. Num, pronom.

1 NAM.] Lego, *num*, & interrogando. *Num ſi vos omnibus imperitare vultis, ſequitur vt omnes ſeruitutem accipiant?* Et notat ambitionem Romanam, quæ non laceſſita, quietem gentium turbabat, orbemque totum inuadebat armis.

Vincula captiuorum.

2 VINCVLIS EXOLVTI.] De his catenis dixi lib. 2. Et Horat. ode 7. Epod. notat.

Intactus aut Britannus vt deſcenderet
Sacra catenatus via.

Dedecus fœminam præſidere ſignis.

3 FOEMINAM SIGNIS ROM. PRÆSIDERE.] Horat. Epodon ode 9. hoc dedecus tangit.

Potiſſimum Romanis.

Romanus (eheu poſteri negabitis)
Emancipatus fœminæ
Fert vallum, & arma miles, & ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt.
Interque ſigna, turpe, militaria
Sol aſpicit conopeum.

Et Virgil. 8.

Hinc

Hinc ope Barbarica variiſque Antonius armis,
Victor ab Auroræ populis & littore rubro
Ægyptum vireſque Orientis & vltima ſecum
Bactra vehit, ſequiturque (nefas) Ægyptia coniux.

Ait (*nefas*) quia flagitium ingens mulierem præſidere caſtris Romanis a quibus arcebatur. De Agrippina matre huius ſcribit Tacitus. *Fœmina ingens animi munia ducis per eos dies induit, militibuſque, vt quis inops, aut ſocius, veſtem & fomenta dilargita eſt. Tradit Plinius Germanicorum bellorum ſcriptor, ſtetiſſe eam apud principium Pontis, laudes & gratias reuerſis legionibus habentem.* Quod moleſte tulit Tiberius. Et Annal. 13. de filia, quam heic memorat. *Quin & legatis Armeniorum, cauſam gentis apud Neronem orantibus, eſcendere ſuggeſtum Imperatoris, & præſidere ſimul parabat.* Sed addit. *Itum eſt obuiam dedecori.* Quod memorat Tacitus ex officio hiſtoriographi. Nam ita Agathias optimus author lib. 1. *Iuuat me omnia quæ mihi cognita ſunt, in medium proferre, & recta collaudare, praua & aperta damnare, inutilia coarguere. Niſi enim hoc haberent hiſtoriæ vt hac etiam ex parte & quidem præcipue, vtiles humanæque vitæ conducibiles eſſent, ſed ſola rerum geſtarum narratione eaque ſimplici minimeque accurata conſtarent, in periculum venirent apud nonnullos ne niſi hoc aſperum dictu ſit, non multo meliores cenſerentur fabulis quæ in cœtibus muliebribus in lanificio decantantur.*

Agrippina functa officio ducis.

Ambitioſa fœmina.

Legatos Armeniorum ex ſuggeſtu audire parat.

Vocati poſthac patres multa & magnifica ſuper captiuitate Caractaci diſſeruere. Neque minus id clarum quam cum Siphacem P. Scipio, Perſem L. Paulus, & ſi qui alij[1] victos reges Populo Ro. oſtendere. Cenſentur Oſtorio triumphi inſignia, proſperis ad id rebus eius, mox ambiguis: ſiue quod amoto Caractaco, quaſi debellatum foret, minus intenta apud nos militia fuit, ſiue hoſtes miſeratione tanti regis, acrius ad vltionem exarſere. Præfectum caſtrorum, & legionarias cohortes extruendis apud Siluras præſidiis relictas, circumfundunt. Ac ni cito vicis & caſtellis proximis ſubuentum foret, copiæ tum occidione occubuiſſent. Præfectus tamen & octo centuriones, ac promptiſſimus quiſque manipulus cecidere. nec multo poſt * pabulantis noſtros ipſaſque miſſas ad ſubſidium turmas profligant. Tum Oſtorius cohortes expeditas expoſuit, nec ideo fugam ſiſtebat, ni legiones prælium excepiſſent. Earum robore æquata pugna, dein nobis pro meliore fuit. Effugere hoſtes tenui damno, quia inclinabat dies. crebra hinc prælia, & ſæpius in modum latrocinij: per ſaltus, per paludes, vt cuique ſors, aut virtus: temere, prouiſa: ob iram, ob prædam: iuſſu & aliquando ignaris ducibus, ac præcipua Silurum peruicacia, quos accendebat vulgata imperatoris Ro. vox:[2] vt quondam Sicambri exciſi, vt in Gallias traiecti forent, ita Silurum nomen penitus extinguendum. Igitur duas auxiliares cohortes auaritia præfectorum incautius populantes intercepere. Spoliaque & captiuos largiendo, cæteras quoque nationes ad defectionem trahebant, cum tædio curarum feſſus Oſtorius conceſſit vita, lætis hoſtibus, tanquam ducem haud ſpernendum;[3] & ſi non prœlium, at certe bellum abſumpſiſſet. At Cæſar cognita morte legati, ne prouincia ſine rectore foret,[4] A. Didium ſuffecit. Is propere vectus, non tamen integras res inuenit,[5] aduerſa interim legionis pugna, cui Manlius Valens præerat. auctaque & apud hoſtes eius rei fama, quo venientem ducem exterrerent: atque illo augente audita, vt maior laus[6] compoſiti, vel ſi durauiſſent, venia iuſtior tribueretur. Silures id quoque damnum intulerant, lateque perſultabant, donec accurſu Didij pellerentur. Sed poſt captum Caractacum, præcipuus ſcientia rei militaris Venutius e Iugantum ciuitate, vt ſupra memoraui, fidusque diu, & Romanis armis defenſus, cum Cartiſmanduam reginam matrimonio teneret: mox orto diſſidio, & ſtatim bello, etiam aduerſus nos hoſtilia induerat. Sed primo tan-

* pabulanteis

Hoſte ſublato inertia.

Vox ducis in hoſtes eos exaſperat.

Auaritia præfectorum militem perdit.

Dux moritur confectus curis.

tum inter ipſos certabatur, callidiſque Cartiſmandua artibus, fratrem ac propinquos Venutij intercepit. Inde accenſi hoſtes, ſtimulante ignominia, ne fœminæ imperio ſubderentur, valida & lecta armis iuuentus regnum eius inuadunt: quod nobis præuiſum, & miſſæ auxilio cohortes acre prœlium fecere, cuius initio ambiguo, finis lætior fuit. Neque diſpari euentu pugnatum a legione cui Ceſius Naſica præerat. Nam Didius ſenectute grauis, & multa copia honorum, per miniſtros agere & arcere hoſtem ſatis habebat. Hæc, quanquam a duobus Oſtorio Didioque proprætoribus plures per annos geſta, coniunxi, ne diuiſa haud perinde ad memoriam ſui valerent. Nunc ad temporum ordinem redeo.

Dux ſenex copia honorum & annorũ grauis per miniſtros agit hoſtem & abigit. Hoc ſatis duci, ſed Reip. non ſatis.

1 Victos reges P.R. ostendere.] Puto legendum *vinctos*. Nam *vincti* oſtendebantur ad gloriam victoris populi; At *victi* non omnes oſtendebantur.

2 Vt qvondam Sicambri excisi, et in Gallias traiecti.] Quid ſi *traducti*? melius ſane. Et ita Suetonius cap. 21. in Aug. *Germanos vltra Albim fluuium ſummouit, ex quibus Sueuos & Sicambros dedentes ſe, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheni agris collocauit.* De exciſione, nihil Suetonius. Dio lib. 54. vaſtatas a Druſo ſcribit iterum atque iterum. Quod ſilet Suetonius.

Tacitus correctus. *Firmata lectio a Suetonio.* *Sicambri traductio in Gallias.* *Vaſtati a Druſo.*

3 Etsi non proelivm, at certe bellvm absvmpsisset.] Exiſtimo contrarium eſſe ſcribendum. *Etſi non bellum, tamen prœlium abſumpſiſſet.* Nam prœlia bellis minora ſunt. Liuius. *Populum Romanum nullo bello, multis vero prœliis ſuperatum.* Et Tacitus. *Prœliis ambiguus, bello non victus.* Tamen idem Tacitus, *paucos eſſe, qui prœlia profligarent.* Quod verum eſt, ſed bella minus. Heic exſcriptor obdormiuit; Lethæo poculo dementatus. dicam infra.

Tacitus correctus. *Somnus exſcriptoris.*

4 A. Didivm svffecit.] Noſter in vita Agricolæ. *Mox Didius Gallus parta a prioribus continuit, paucis admodum caſtellis in vlteriora promotis, per quæ fama aucti officij quæreretur.* Corrigo Plinium lib. 34. cap. 7. *Statuam Aruernorum cum faceret, prouinciæ Vibio Auito præſidente.* Lego, *Didio Auito præſidente.* Dixi iam de illo, quibus hæc addidiſſe libuit.

Didius Auitus. *Non Vibius.*

5 Adversa interim legionis.] Placet, *interitu legionis.*

6 Compositi.] Lege, *compoſitis.* id eſt, ſi componerentur.

[1]Tib. Claudio quintum, Ser. Cornelio Orfito Coss. [2]virilis toga Neroni maturata, quo capeſſendæ Reip. habilis videretur. Et Cæſar adulationibus ſenatus ceſſit, [3]vt viceſimo ætatis anno conſulatum Nero iniret: atque interim deſignatus [4]proconſulare imperium extra vrbem haberet, ac [5]princeps iuuentutis appellaretur. Additum nomine eius [6]donatiuum militi, congiarium plebi: & ludicro Circenſium quod acquirendis vulgi ſtudiis edebatur, [7]Britannicus in prætexta, [8]Nero triumphalium veſte, tranſuecti ſunt. Spectaret populus hunc decore imperatorio, illum puerili habitu, ac perinde fortunam vtriuſque præſumeret. Simulque qui centurionum tribunorumque ſortem Britannici miſerabantur, remoti fictis cauſis, & alij per ſpeciem honoris: etiam libertorum ſi quis incorrupta fide, depellitur. Tali occaſione obuij inter ſe, Nero Britannicum nomine, ille [9]Domitium, ſalutauere. Quod vt diſcordiæ initium, Agrippina multo queſtu ad maritum defert: ſperni quippe adoptionem, quæque cenſuerint patres, iuſſerit populus, intra penates abrogari: ac niſi prauitas tam infenſa docentium arceatur, eruptura in publicam perniciem. Commotus his quaſi criminibus Claudius, optimum quemque educatorem filij exilio ac morte afficit: datoſque a nouerca, cuſtodiæ eius imponit. Nondum tamen ſumma moliri Agrippina audebat, ni prætoriarum cohortium cura exolueretur Luſius Geta, & Rufus Criſpinus, quos Meſſallinæ memores & liberis eius deuinctos credebat. Igitur diſtrahi cohortes

Virilis toga Neroni maturata.

Congiarium adquirendis vulgi ſtudiis.

Mos pellendorum optimorum ſeruorum in aulis Paganorum.

Sic Prætoriarum cohortiũ Præfectus.

ambitu duorum,& ſi ab vno regerentur,intentiorem fore diſciplinam aſſeuerante vxore, transfertur regimen cohortium ad [10] Burrhum Afranium [11] egregiæ militaris famæ, gnarum tamen cuius ſponte præficeretur. Suum quoque faſtigium Agrippina extollere altius, [12] carpento Capitolium ingredi: qui mos ſacerdotibus, & [13] ſacris Druidibus antiquitus conceſſus, venerationem augebat fœminæ: [14] quam Imperatore genitam, ſororem eius qui rerum potitus ſit, & coniugem & matrem fuiſſe, vnicum ad hunc diem exemplum eſt. Inter quæ præcipuus propugnator eius Vitellius, [15] validiſſima gratia, ætate extrema (adeo incertæ ſunt potentium res) accuſatione corripitur, deferente Iunio Lupo ſenatore. Is crimina maieſtatis, & [16] cupidinem imperij obiectabat. Præbuiſſetque aures Cæſar, nisi Agrippinæ minis magis quam precibus, [17] mutatus eſſet, vt accuſatori aqua atque igne interdiceret. [18] Hactenus Vitellius voluerat.

Ambitio muliebris.

Veneratio imperatricis fœminæ a genere.

Tres Soles viſi Claudio Conſule.

1 Tib. Clavdio qvintvm.] Plinius de hoc Conſulatu, lib.2. cap. 31. vbi de tribus Solibus viſis. *Noſtra ætas vidit, Diuo Claudio principe, Conſulatu eius, Cornelio Orfito collega. Plures ſimul Soles, quam tres viſi, ad hoc æui nunquam produntur.*

Toga maturata Neroni.

2 Virilis toga Neroni matvrata.] Cur *maturata?* Nam quindecim annos attigerat. Infra enim, & anno ſequenti, 16. *annos natus Nero*, vt ait Tacitus. Atqui fuere, qui 14. anno togam ſumerent. dixi libro 3. Sed reſpicit ad veteris Reip. morem.

Conſulatus 42. anno vet. Rep.

3 Vt vicesimo ætatis anno Consvlatvm iniret.] Veteri Rep. 42. anno expleto, & poſt obiros anteambulones magiſtratus, Quæſturam, Ædilitatem, Præturam. Sed ſub Auguſto, & Imperatoribus ſequentibus, hæc inuerſa, vt dixi. Et pueri etiam facti Conſules in cunis, poſt Auguſtum.

Proconſulare Neronis Imperium.

Quid diſtet ab Auguſti Proconſulari Imperio.

4 Proconsvlare Imperivm.] Primum Auguſto datum perpetuum, vt nec illud deponeret vrbem intraturus, & intra pomœrium vrbis: ſed ne Auguſto Nero æquaretur, datum eſt Neroni extra vrbem; Auguſto intra, & extra vrbem. Dio lib. 57.

Iuuentutis principes ad iuuentutem demerendam.

5 Princeps ivventvtis.] Sunt hæc temporum Auguſti veſtigia, ciuſque ſolertiæ. Ita enim Caium & Lucium Cæſares voluit appellari principes iuuentutis. Et hoc ad demerendam iuuentutem, & vt ille reliquos ciues ad ſe traheret, & patres Conſcriptos maxime.

Donatiuum proprie militi.

Vſurpat Tertullianus in milite Chriſtiano.

Coronati milites in donatiuo.

Non gratuita eſt idololatria.

6 Donativvm militi.] Iſto verbo vſus eſt Tertullianus de reſurr. carn. *Donatiuum Dei, vita æterna.* Et libro de Coron. *Donatiuum Dei expectat.* Vtiturque eo in propria ſignificatione. Nam de milite Chriſtiano verba facit. *Donatiuum* autem proprie eſt militum. Suetonius in Aug. *Militibus donatiuum repoſcentibus, reſpondit: ſe bonæ fidei eſſe.* Coronabantur autem milites in donatiuo læti largitionibus principis. Idem Tertullianus de Cor. *Eadem laurea in donatiui diſpenſatione denunciatur: plane non gratuita idololatria, aliquibus aureis venditans Chriſtum, vt argenteis Iudas.* Et nota in donatiuo aureos datos. Iſta autem donatiua, a Cæſare Iulio incœpere, ad mercaturam militum.

Aurei dati in donatiuo.

Prætexta veſtis puerilis.

Quæ a Tarquinio Priſco cœpit.

7 Britannicvs in prætexta.] Id eſt, veſte puerili. Nam ad annum vſque 17. hac veſte vtebantur pueri. Macrobius lib. 1. cap. 6. Quod a Tarquinio Priſco cœptum ait, bullaque & prætexta donaſſe filium in triumpho. Sic enim Scholiaſtes Iuuenal. Sat. 10. *Prætexta. Quarum Tarquinius Priſcus vſum inuenit, & Romam intulit, palmatam dicit.* Vtebantur etiam prætexta puellulæ nondum nuptæ. Feſtus. etiam magiſtratus, & ſacerdotes. immo libertinorum filij. De libertinorum filiis, Macrob. loco citato. De aliis, Liuius lib. 34. Et erat ſacra veſtis, vt dixi lib. quinto.

Etiam puellulæ prætextatæ.

8 Nero trivmphali veste.] Id eſt, purpura auro intertexta. Dixi ſupra.

Nominibus non prænominibus ſe compellabant Romani.

9 Domitivm salvtavere.] Suetonius ſcribit Ahenobarbum ſalutaſſe cap. 7. in Nerone. Nominibus enim ſe compellabant. Quod peruium in Comœdiis, & aliis Poetis. Martialis lib. 1. epig. 69.

Scriberet heſterna patri cum luce ſalutem,
Næuia lux, inquit, Næuia numen aue.

Et idem lib. 2. epigram 68.

Quod te nomine iam tuo ſaluto.

Sed ſi dignitas accederet, ex dignitatis nomine ſalutabantur. *Salue Auguſte.* Martial. lib. 1. epig. 113.

Cum te non noſſem, dominum, Regemque vocabam:
Cum bene te noui, iam mihi Priſcus eris.

Erat Romæ Coruus ſalutator, cuius ſalutatio matutina erat, *Χαῖρε Auguſte.* Plinio cap. 43. *omnibus matutinis euolans in roſtra forum verſus, Tiberium, deinde Germanicum & Druſum Cæſares nominatim, mox tranſeuntem populum R. ſalutabat.* D. Ignatius epiſtola ad Antiochenos ita monet fœminas coniugatas, ne de nomine viros appellent, ſed aut *maritos*, aut *dominos* nuncupent. Et ita Sara appellabat virum ſuum *dominum Abraham.* Quod D. Petrus etiam epiſtola ſua præcipit. Ita Ignatius, *μὴτ' ἐξ ὀνόματος αὐτοὺς τολμάτωσαν καλεῖν.* Et nomine dignitatis, non modo per ſe, ſed etiam per ſeruos ſalutatores compellabant: quos Plautus in Aulul.

Si dignitas accederet, ex dignitate.

Serui ſalutatores.

Salutigerulos pueros vocat. D.Hieron. epiſt.13. *Multitudines hominum, & officia, & ſalutationes, velut quaſdam catenas fugias.* Maior vero erat gratia in prænominibus. Sic enim Martialis epigr.22.lib.5.

Quintum pro Decimo, pro Craſſo Regule Marcum
Ante ſalutabat Rhetor Apollonius.
Nunc vtrumque ſuo reſalutat nomine. quantum
Cura, laborque poteſt! ſcripſit, & edidicit.

Martialis explicatus.

Ridet memoriam fluxam Apollonij. Sic Domitius Cleopatram, nunquam Reginam appellauit, ſed nomine tantum compellauit: dixi ſupra. Dio. Confirmat autem Horatius prænomina gratioſiora nominibus, dum ait.

Prænomina gratioſa apud Rom.

-- gaudent prænomine molles
Auriculæ.

Idem.

Quincte puta, aut Publi.

Marcipores, Lucipores.

Ita Marcipores, & Lucipores & Philippopores appellati ſerui veterum Romanorum. Plinius. *Quos*, inquit, *dominorum prænominibus appellabant.* In quibus ſane erat libertatis aliquid, & ingenuitatis. Cicero ex Ennio.

O Tite, ſi quid ego adiuto, curamve leuaſſo.

Perſius.

Ingentes trepidare Titos.

Prænomina Chriſtianorum a ſanctis.

Chriſtiani, veluti ad vindicias libertatis, per ſanguinem CHRISTI patroni vocati, gaudent Chriſtianis nominibus, ſeque Petros & Paulos nominalibus vocant, non Abrahamos aut Iſaias. quamquam illorum honorabilis commemoratio fit & fuerit ſemper: ſed quia ſunt veteris legis. Hæc vero Euangelij præualida, & Heroum Chriſtianæ fidei nomina. Ita D. Chryſoſtomus Homil.22. in cap.4. epiſt.1. *Chormis exardet in eos, qui ſanctorum nominibus relictis, alia nomina ſectantur.* Et cur nos Iudaizare cogitis, o qui vos καθαρούς puroſque appellatis? An vobis Chriſtiana Apoſtolorum nomina pro paleis? Sed addo, quod ſi cuiquam bene volebant, ſalutem precabantur. Plautus in Pſeud.

Herus meus me tibi ſalutem multam voluit.

Salus optata mane & ſero. Et litteris ſcripta. Sternutamentis. Abſinthiũ pro ſalute & ſanitate datum.

Non modo in ſalutatione matutina, vel alia, quæ viua voce, ſed litteris. In *inſcriptione* enim litterarum, ſalutem dicit. In *ſternutatione* etiam. Ita Plinius. *In ſternutamentis ſalutari voluit* (loquens de Tiberio.) *Immo etiam in ſacris Latinarum feriis, quadrigæ certant in Capitolio, victorque abſinthium bibit ad ſalutem & ſanitatem. Credo*, inquit Plinius, *ſanitatem pro præmio dari, honorifice arbitratus maioribus.* lib.27.cap.7. In votis, vt in Comicis. *Quod te ſalus*, &c. At verum eſt quod ait Plaut. in Pſeud.

In votis.

Beneuolentibus ſalus, odioſis nulla ſalus.

Manu ſalutem mittunt beneuolentibus;
Eadem malam rem mittunt maleuolentibus.

Nulla enim ſalute odioſos dignabantur. Idem in Trucul.

Non ego ſum ſalute dignus.

Amicos vero innumera ſalute excipiebant. Nam Comicus *ſalutem* dixit *propinare plenis faucibus.* Et Terentius.

Plurima ſalute ſummum ſuum impertit Gnato.

Mane *ſalue* dicebant; ſero, *vale*. Vide Suetonium in Galba. Heic autem Nero in fermento eſt, quod ſuo nomine, Britannicus eum ſalutauerit. Sic Caligula apud Senecam. *Iratus*, inquit, *fuit Macro, qui illum Caium ſalutabat.* O ſtolidum pectus.

10 BVRRHVM.] De quo Seneca 2. de Clement. *Animaduerſurus in latrones duos Burrhus præfectus tuus, vir egregius, & tibi principi natus.* Sane Tacitus de tanti viri virtutibus, non tacet.

11 EGREGIÆ MILITARIS FAMÆ.] Lego, *egregium militari fama.* Error, quod ita fuerit ſcriptum: *Egregiu Militari fama*: finxerunt *egregiæ*, contra modum ſcribendi Taciti.

12 CARPENTO CAPITOLIVM INGREDI.] Velii carpento, honos apud Quirites. Idque fœminis. Nam *honori Meſſallinæ Senatus dedit, vt carpento veheretur ludis Circenſibus.* Sueton. in Claud.cap.60. *& vt primum in conſeſſu haberet locum.* Pari modo datum fuerat Agrippinæ, vt ludos carpento, ſed non Capitolium ingrederetur. Et noto matronalis vecturæ plures fuiſſe formas: quod Lampridius tangit in Heliogabalo. Pono locum quia mutilus. *Sed ſemiamirica S.C. facta ſunt ridicula, de legibus matronalibus. Quæ quo veſtitu incederent, quæ cui cederent*, (ita lego, non *crederent.* nam cedebant via magiſtratibus) *quæ ad cuius oſculum venirent: quæ pilento, quæ equo ſagmario* (id eſt ſarcinario) *quæ aſino, quæ carpento, quæ mulari, quæ ſella, quæ aſino veherentur; quæve earum pellicea, an oſſea, an eborata, an argẽtata: & quæ aurum, vel gemmas in calciamentis haberent.* Et idem in Zenobia. *Vſa eſt vehiculo carpentario, raro pilento, equo ſæpius.* At carpentum vetuſtiſſimum fuit matronarum vehiculum. Tullia enim per corpus patris, carpentum egit. Liuius lib.1. Et idem lib.5. ſic inquit. *Honoremque, ob eam dedit munificentiam matronis, vt pilento ad ſacra, ludoſque, carpentis, feſto, profeſtoque vterentur.* Ouid. 1. Faſtor.

Carpentum genus vehiculi. Proprium Romanis matronis. Tullia carpento vecta.

Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant.

Diſparat autem Liuius *carpentum a pilento.* Mirorque Varronem de ling. Lat. ſcripſiſſe pilentum ſua ætate primum in vſum veniſſe, cum a priſco æuo Liuius repetat. Et noſter oſtendit, iam non pilento, ſed carpento adiiſſe ſacra matronas. Tamen Horatius epiſt. 2. vt ſcias pilenta fuiſſe in vſu.

Carpentum a pilento diuerſum. Varro ſua ætate pilentum inuentum ſcribit. Tamen Liuius refert ad priſcum æuum.

Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues.

Illa autem carpenta mulis vecta. inde *muliare carpentum* dictum. Ad quod reſpicit Plautus.

Carpenta mulis vecta.

Æquum eſt purpuram, atque aurum dari,
Ancillas, mulos, muliones, pediſſequas,
Salutigerulos pueros, vehicula; qui vehar.

Porro carpenta duriora, pilenta molliora fuerunt. Ideo *molle pilentum* vocat Prudentius; erantque primum veneti coloris, poſtea ruſſati. Seruius ad 8. Æn. Et carpento matronæ Capitolium intrabant: Quod Tertullianus vocat *omnium dæmonum templum.* de ſpectac. Et alio loco. *Faſtigium nominis Romani.* Quodque ſanctum erat. Per Capitolia enim iurabant. Val. cap. de paupertate. *Teſtor illa Romuli Capitolia.* Et Liuius lib.1. *Hæc*, inquit, *templi eſt origo, quod omnium primum Romæ ſacratum eſt.* Non licebat autem omnibus intrare Capitolium. Quod indicat Tertullian. quem corrigo, de ſpectaculis. *Proinde ſi Capitolium, ſi Serapium ſacrificator, & adorator intrauero* (lego, *vt ſacrificator,*

Carpenta duriora pilentis. Molle pilentum. Primum veneta. Mox ruſſata. Capitolium, omnium dæmonum templum. Apud paganos ſanctum. Iuſiurandum per Capitolium. Non licuit omnibus intrare Capitolium. Tertull. correct.

ficator,

ficator, & adorator intrauero) a Deo excidam. Seneca lib. 2. Contron. 1. *Colu etiam in Capitolio Romuli caſam, victor omnium gentium populus, cuius tant um fœlicitatem nemo miratur*. lego, *cuius tamen fœlicitatem nemo miratur*. Et auratum vocat his verbis, *Bell a ciuilia aurato Capitolio geſſimus*. Nec aureum tantum, vel auratum Capitolium fuit. Sed etiam Caluaria ex qua dictum eſt Capitolium, fuit expurgata & aurata. Cn. Gellius in 30. Annal. *Caluariaque eius ipſum oſſum expurgauerunt inaurauerumque*. Vnde merito colligas Capitolium fuiſſe domum auream Iouis luce. Nam primum Iupiter Capitolinus ex fictili factus eſt. Nec prætereo in aliis vrbibus Capitolia fuiſſe. Nam Suet. 56. in Calig. *Capitolium Capuæ Idib. Martiu de cælo tactum eſt*. Vt ſcias fœlicitatem vno loco non conſiſtere.

Capitolio ... Romuli ... inaurata. [margin, partly cut off]

13 SACRIS ANTIQVITVS.] Lipſius in manuſcriptis ait eſſe, *ſacris Druidibus*. Et repoſuit, *ſacris antiquitus conceſſos*. Sed apage iſtas profanas voces a Taciti ſacris. Et lege fidenter, *ſacris Deorum cuſtodibus conceſſos*. Eſt enim vera lectio, ex qua monſtrum *Druidibus* ſomniarunt. Manuſcr. enim habebat, *DrmPolibus*. Fuit cum legeretur, *ſacris Deorum æditui s*. Proxime ad verum; nec tamen verum. Nam terminatio fieri debebat in (*bus*) vt verum verbum reponeretur. Nec alioqui inconcinnum fuit legere, *æditui s*. Quippe æditui, ſeu æditumi, *erant ædium ſacrarum cuſtodes*, vt refert Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 2. & l. 1. de tutelis. Quorum alij Sacerdotes erant, alij minime. Qui autem erant ſacerdotes, ius, & poteſtatem habebant, templum carpento ingrediendi, cuius tutelam habebant. Seneca de ædituorum munere, ita epiſt. 41. *Non ſunt ad cælum eleuandæ manus, nec exorandus ædituus, vt nos ad aures ſimulachri, quaſi magis exaudiri poſſimus, admittat*. Iungit autem Sacerdotibus æditu os, quod Sacerdotibus & æditui s, tota factotum cura. Varro eodem loco: *Accerſitus ab Ædile cuius procuratio huius templi eſt*. Philo Iudæus de profug. *Tota Leuitica tribus æditu orum & ſacerdotum eſt*. Et vt notes æditu orum magna priuilegia, qui antiſtites erant fanorum oraculorumq. ſæpiſſime interpretes. Habebãt illi ſi ſacerdotes eſſent, in templis, & vt parochi noſtri, ſua paſtophoria. Nam *paſtophoria ſunt, in quibus habitat præpoſitus templi*. ait D. Hieron. in Iſaiam. Tacitus ita de æditu o. *Ipſa adyta intrare delectus a propinquis, conſulta, reſponſaque, vt internuntius numinis, portabat*. Quod notat magnam æditu orum authoritatem. Qui etiamſi non ſacerdotes, tamen ædis curam habebant. Feſtus. *Æditu us, qui ſacræ ædis tutor, nec ſacerdos eſt*. Quod ſcripſi, non vt mea deſtruerem, ſed aſſererem magis.

...tui. ...tumi. ...more, vt ...dotes. ...tores ſimu... ...rorum pre... ...tr. ...libus dom... paſtophoria ...bant. ...ta intra... ...ibant con... , & re... ...a. [margin, partly cut off]

14 QVAM IMPERATORE GENITAM.] De matre Caracallæ, idem pæne dictum a Xiphilino 77. Et Plin. li. 7. c. 41. *Lampedo mulier Lacedæmonia raræ fœlicitatis, vt quæ Regis filia, Regis mater & Regis vxor*. At ſimilis claritudinis exempla, apud nos multa ſunt; vt de Claudia Ludouici XII. Chriſtianiſſimi Regis filia, quæ regis Franciſci I. vxor, Henrici II. mater, Franciſci II. Caroli IX. & Henrici III. auia fuit. Et habuit, vt auia, quod apud nos paucæ, apud exteros nullæ, habuerunt. Genebrardus lib. 4. Chroni. 1555. Iſabella Hungariæ regina obiit quæ rara fœlicitate fuit regis filia, regis ſoror, vxor & mater. Sed hæc omnia fumus.

Rara fœlicitas: regum mater, & vxor & filia.

Claudia Francorum Regina Franciſci I. vxor.

Habuit quod paucæ in Francia, nullæ inter exteros.

15 VALIDISSIMA GRATIA ÆTATE EXTREMA.] Non male, *& ætate extrema*, & vera eſt lectio. nam in verbo *ætate*, (&) iſtud.

16 CVPIDINEM IMPERII.] Quod metuunt omnes principes & fruſtra. Ex M. Antonij philoſophi litteris ad Verum fratrem in Auidio Caſſio apud Spartianum. *Si ei diuinitus debetur imperium, non poterimus interficere, etiam ſi velimus. Scis etiam proaui tui dictum, Succeſſorem ſuum nullus occidit. Sin minus, ipſe ſponte ſine noſtra crudelitate in fatales laqueos incidet* (ita lego, non *incidat*.) *Adde quod non poſſum reum facere quem nullus accuſat, & (vt ipſe dicit) milites amant. Deinde in cauſis maieſtatis hæc natura eſt, vt videantur vim pati etiam quibus probatur. Scis enim ipſe quid auus tuus Adrianus dixerit: Miſera conditio imperatorum quibus de affectata tyrannide niſi occiſis credi non poteſt.*

17 MVTATVS.] Quid ſi, *inuitatus eſſet*? Precibus enim *inuitamus*.

18 HACTENVS VITELLIVS VOLVERAT.] Lego, *valuerat*. Id eſt, pro animi libidine, & arbitrio, multaque cum libentia vixerat. Sed Pollio Aſinius dixit in Pharſalica clade, *Hoc voluerunt*: & in epitaphio Perpennæ ita ſcriptum. *Vixi quemadmodum volui: quare mortuus ſim, neſcio*. Sed quid ſi *valuerat*? Nec vtrumque abeſt ab authoribus. Et ita in veteri Sexti Polenſis epitaphio. *Hactenus valui, voluique*. Et in Epitaphio Penandri.

Οὐκ ἴσχυσ' ἀρκέσας ὡς ἤθελε.

Quod non quæ voluit valuit.

Tacitus infra, *Nero hactenus*. Suet. in Domit. cap. 16. *Vtinam hactenus*. Tertullianus in Pallio. *Hactenus Sodoma, & nulla Gomorrha, & cinis, omnia*. pro momentaria fortunæ mutatione, in aliam formam. Idem Tertull. *Abiit iam, & reuerti debet*. lib. de Anima. Martialis lib. 2. epig. 27. Virgil. lib. 11. de Camilla moriente.

Hactenus Acca ſoror potui.

Eo ſenſu dixit Florus li. 1. c. 12. *Hoc tunc Veientes fuere, nunc fuiſſe, quis meminit? quæ reliquiæ? quod veſtigium? Laborat annalium fides, vt Veios fuiſſe credamus*. Certe homo bulla, ſed & tota tellus quæ momento mutatur, momento perit.

Multa eo anno prodigia euenere. Inſeſſum diris auibus Capitolium, crebris terræmotibus proruptæ domus, ac dum latius metuitur, trepidatione vulgi, inualidus quiſque obtritus. [1] Frugum quoque egeſtas, & orta ex eo fames, in prodigium [2] accipiebatur. Nec occulti tantum queſtus: ſed iura reddentem Claudium, circum-

Sub malis imperatoribus crebra prodigia, crebræ ruinæ.

Fames Romæ ſub Claudio. Vulgus impe-

ratorem iura reddentem vrget.

uaſere clamoribus turbidis, pulſumque in extremam fori partem vrgebant, donec [3] militum globo, infeſtos perrupit. Quindecim dierum alimenta vrbi non amplius ſuperfuiſſe conſtitit. magnaque deum benignitate, & modeſtia vrbis rebus extremis ſubuentum. At hercule olim ex Italiæ regionibus longinquas in prouincias commeatus [4] portabant. nec nunc infœcunditate laboratur, ſed Africam potius & Ægyptum exercemus, nauibuſque & caſibus via populi Romani permiſſa eſt.

Fames ſub Claudio. Agabus vates futuræ inediæ.

1 FRVGVM QVOQVE EGESTAS.] Sub Claudio magna fuit fames, cuius veſtigium eſt in Act. Apoſtol. cap. 11. Quippe Agabus, afflante Spiritu ſancto, prædixit *futuram famem per totum orbem terrarum.* Suetonius autem in illa fame, ſcribit populum in caput Claudij adeo exarſiſſe, vt lapides iaceret. Illa tamen per ſeptem aut octo dies, tantum durauit Romæ. Eratque Claudij cura ne frumentum Romæ deficeret. Sane vrbs illa plerumque illo morbo vexata eſt: mirumque populi Romani vitam in poteſtate fuiſſe exterarum gentium. Tiberius ſupra lib. 3. hanc querimoniam mouet his verbis. *At Hercule nemo refert quod Italia externæ opis indiget, quod vita P. Rom. per incerta maris & tempeſtatum quotidie voluitur; ac niſi prouinciarum copiæ, & dominis, & ſeruitiis, & aris ſubuenerint, noſtra nos ſcilicet nemora, noſtræque villæ tuebuntur? hanc P. C. curam ſuſtinet princeps.* Similem caſum in vrbe refert Liuius lib. 10. *Caritas annonæ vrbem ſollicitam habuit, ventumque ad inopiæ vitium foret (vt ſcripſere quibus hoc anno ædilem fuiſſe Fabium Maximum placuit) ni eius viri cura, qualis in bellicis rebus multis annis fuerat, talis domi, tum in annonæ diſpenſatione, comparando, & conuehendo frumento fuiſſet.* Quod ſub Veſpaſiano etiam accidiſſe ſcribit noſter hiſtor. 4. *Celerrimas nauium frumento onuſtas, ſæuo adhuc mari committit: Quippe tanto diſcrimine vrbs natabat, vt decem haud amplius dierum, frumentum in horreis fuerit: cum a Veſpaſiano commeatus ſubuenere.*

Fames 7. dies Romæ.

Romæ vita ciuium in prouincialium poteſtate.

Fabius Maximus. In bello magnus. In pace P. R. pater.

Periculum famis Romæ.

2 ACCIPIEBATVR.] Lege, *accipiebantur.*

3 MILITVM GLOBO.] Exiſtimo legendum, *Donec cum militum globo.*

4 PORTABANT.] *Portabantur.*

Eodem anno bellum inter Armenios Hyberoſque exortum, Parthis quoque ac Romanis grauiſſimorum inter ſe motuum cauſa fuit. Genti Parthorum Vologeſes imperitabat, materna origine ex pellice Græca, conceſſu fratrum regnum adeptus. Hyberos Pharaſmanes vetuſta poſſeſſione, Armenios frater eius Mithradates obtinebat opibus noſtris. Erat Pharaſmani filius nomine Rhadamiſtus, decora proceritate, vi corporis inſignis, & patrias artes edoctus, claraque inter accolas fama. * Is [1] modicum Hyberniæ regnum ſenecta patris detineri ferocius crebriuſque iactabat quam vt cupidinem occultaret. Igitur Pharaſmanes [2] iuuenem potentiæ promptæ, & ſtudio popularium accinctum vergentibus iam annis ſuis metuens, aliam ad ſpem trahere, & Armeniam oſtentare, pulſis Parthis datam Mithradati a ſemet memorando: ſed vim differendam, & potiorem dolum quo incautum opprimerent. Ita Rhadamiſtus ſimulata aduerſus patrem diſcordia, tanquam nouercæ odiis impar, pergit ad patruum, multaque ab eo comitate in ſpeciem liberum cultus, primores Armeniorum ad res nouas illicit: ignaro & orante inſuper Mithradate, reconciliationis ſpecie aſſumpta, regreſſus ad patrem, qua fraude confici potuerit prompte nuntiat, cætera armis exequenda. Interim Pharaſmanes belli cauſas confingit, prælianti ſibi aduerſus regem Albanorum, & Romanos auxilio vocanti fratrem aduerſatum, eamque iniuriam excidio ipſius vltum iturum. Simul magnas copias filio tradidit. Ille irruptione ſubita territum exutumque campis Mithradatem compulit in caſtellum Gorneas, tutum loco ac præſidio militum,

* Is Moſchicum

Vis latens in imperio dando, & dolus occultus; mox vis & arma.

* quis

*quis Cælius Pollio præfectus, centurio [3] Caſperius præerat. Nihil tam ignarum Barbaris quam machinamenta & aſtus oppugnationum. At nobis ea pars militiæ maxime gnara eſt. Ita Rhadamiſtus fruſtra vel cum damno tentatis munitionibus obſidium incipit. Et cum vis negligeretur, [4] auaritiam præfecti emercatur, obteſtante Caſperio, ne ſocius rex, ne Armenia donum populi Romani ſcelere & pecunia venderentur. Poſtremo quia multitudinem hoſtium Pollio, iuſſa patris Rhadamiſtus obtendebant, pactus inducias abſcedit, vt niſi Pharaſmanem bello abſterruiſſet, T. Vinidium Quadratum præſidem Syriæ doceret quo in ſtatu Armeniæ forent.

*quis

Donum P. R. ſcelere & pecunia vendi non debet.

1 Modicvm Hyberiæ regnvm.] Perſolæ nugæ. Lego, *Moſchicum Hyberiæ regnum*. Nam Hyberia tripartita eſt: Cuius partem habent Moſchi. Strabo lib. 10. Nec enim de tota Hyberia conquerebatur Rhadamiſtus, ne pietatis immemor, patrem regno pellere videretur: ſed de parte regni, deque *Moſchica Hyberia*, quæ nec modicum regnum eſt. De Moſchis Lucanus lib. 3.

——ſæuiſque affinis Sarmata Moſchis
Colchorum qui rura ſecat ditiſſima Phaſis.

Forte etiam addit *Hyberiæ regnum Moſchicum*, ad excluſionem Hyberiæ occidentalis, quæ in Hiſpania. Et vterque populus ab auro dictus, quod apud vtroſque aurum reperiatur. quæ ſententia eſt Strabonis. Sed ad hiſtoriam noto, cum Mithradatis Eupatoris potentia præualeret, totam Hyberiam ei paruiſſe, ſemperque ei præfuiſſe amicos regis: inter quos fuit Moaphernes patruus matris Strabonis, vt fatetur ille. Sed Mithradate ſublato omnis regio ſubuerſa eſt, multiſque diſtributa.

Moſchicum regnum, pro, modicum.

Moſchi Hyberi.

Moſchi Hiſpani.

2 Ivvenem potentiæ promptæ.] Non ita, ſed *iuuenem potentia, promptitudine, & ſtudio popularium.*

3 Casperivs.] Forſan pater Æliani Caſperij, qui præfectus Prætorio ſub Nerua. De quo Xiphilinus in Nerua.

4 Avaritiam præfecti emercatvr.] O Fabrici, vbi es? Iulius Hyginus in fragm. vbi de Samnitibus aurum Fabricio offerentibus. *Tum Fabricius planas manus, ab auribus ad oculos, & infra, deinceps ad nares, & ad os, & ad gulam, atque inde porro ad ventrem imum deduxit, & legatis ita reſpondit: Dum illis omnibus membris, quæ attigiſſet, obſiſtere, atque imperare poſſet, nunquam quidquam defuturum: Propterea pecuniam, qua nihil ſibi eſſet vſus, ab iis quibus ſciret vſui eſſe, non accipere.* En Romana virtus, & pagana: vbi nunc Chriſtiana? Si ſic factum, Troia ſtaret adhuc.

Digreſſu centurionis velut cuſtode exolutus præfectus, hortari Mithradatem ad ſanciendum fœdus, *coniunctionem fratrum, ac priorem ætate Pharaſmanem & cætera neceſſitudinum nomina* referens, *quod filiam eius in matrimonio haberet, quod ipſe Rhadamiſto ſocer eſſet. Non abnuere pacem Hyberos, quanquam in tempore validiores, & ſatis cognita Armeniorum perfidia, nec aliud præſidij quam caſtellum [1] commeatu egenum, [2] ne dubitaret armis quam incruentas conditiones malle.* Contante ad ea Mithradate & ſuſpectis præfecti conſiliis quod pellicem regiam polluerat, inque omnem libidinem venalis habebatur, Caſperius interim ad Pharaſmanem peruadit: vtque Hyberi obſidio decedant expoſtulat. Ille propalam incerta, & ſæpius molliora reſpondens, ſecretis nuntiis monet Rhadamiſtum, oppugnationem quoquo modo accelerare. Augetur flagitij merces, & Pollio occulta corruptione impellit milites, vt pacem flagitarent, ſeque præſidio abituros minitarentur. Qua neceſſitate Mithradates diem locumque fœderi accipit, caſtelloque egreditur. Ac primo Rhadamiſtus in amplexus eius effuſus, ſimulare obſequium, ſocerum ac parentem appellare. Adiicit iuſiurandum, non ferro, non veneno vim allaturum: ſimul in lucum propinquum trahit, [3] prouiſum illic ſacrificium imperatum dictitans, vt diis teſtibus pax firmaretur. [4] Mos eſt regibus quoties in ſocietatem coeant, implicare dextras polliceſque inter ſe vincire, nodoque præſtringere. Mox vbi

Conſiliũ fœderis honeſtũ & vtile.

Mithradates venalis.

Fraus ſub pacis velamine.

Conſuetudo amicitiæ firmandæ.

ſanguis in artus extremos ſe effuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum. Sed tunc qui ea vincula admouebat, decidiſſe ſimulans [5] genua Mithradatis inuadit, ipſumque proſternit: ſimulque concurſu plurium iniciuntur catenæ [6] * ac compedes, quod dedecorum Barbaris trahebatur. [7] Moxque vulgus duro imperio [8] habitum, probra ac verbera intentabat. Et erant contra qui tantam fortunæ * commotionem [9] miſerarentur. Secutaque cum paruis liberis coniunx cuncta lamentatione complebat. Diuerſis & contectis vehiculis adduntur, dum [10] Pharaſmanis iuſſa exquirerentur. Illi cupido regni fratre & filia potior, animuſque ſceleribus paratus. viſui tamen conſuluit, ne coram interficerentur. Et Rhadamiſtus quaſi iuriſiurandi memor, non ferrum, non venenum in ſororem & patruum expromit, ſed proiectos in humum, & [11] veſte multa grauique opertos necat. Filij quoque Mithradatis quod cædibus parentum [12] illachrymauerant, trucidati ſunt.

* ac compede ſuo, quod decorum Barbaris, trahebatur.

* commutationem

1 COMMEATV EGENVM.] Legendum, *commeatu tunc egenum. tũ. c.* pro *tunc.*

2 NE DVBITARET ARMIS QVAM INCRVENTAS CONDITIONES MALLE.] *Ne dubia tentaret armis, quam incruentas conditiones mallet.* Ita lego. Et firmat Tacitus 4. hiſt. *Moneāt vos,* inquit, *vtriuſque fortunæ documenta, ne contumaciam cum pernicie quam obſequium cum ſecuritate malitis.* Sic Cicero dixit 1. de Offic. *Decernenda eſt magis ratio quam decertandi fortitudo.* Explico autem quod Tacitus ait; & hoc eſt: ne per arma in caſum daret, quod fœdere & incruentis conditionibus retinere poſſet. Sic Annal. 2. *Ipſorum in manu ſit integrum aduerſus Romanos an pacem incruentam malit.* Noſter heic opponit, dubiis armorum euentibus, incruentas conditiones. Niſi accipias verbum *dubitare,* pro, in dubium & incertum euentum dare. Quod non placet. Lego *mallet,* pro magis vellet. Tacitus 2. *Vi venere in manus, nec vltra dubitatum.* Et alibi. *Tuta & præſentia, quam vetera & periculoſa mallent.* Et Annal. 13. *Pacem quam bellum mallent.* Idque ex ſcriptione Salluſtij in Iugurth. *Ne vim quam miſericordiam eius experiri mallet.* Dixi ſupra lib. 4.

Dubitaret pro dubia tentaret.

3 PROVISVM ILLIC SACRIFICIVM IMPERATVM DICTITANS.] Ita corrigo, *Prouiſum illic ſacrificium, vt imperatum fuit dictitans.* Sic Seuerus Sulpitius Dialog. 1. de mirac. D. Martin. *Fera paululum, vt cerneres imperatam, adeo modeſta, ſeceſſit.* id eſt, beſtia fuit adeo modeſta & lenis vt putares lenitatem ei imperatam; ideo ſeceſſit & abiit.

Tacitus correctus.

4 MOS EST REGIBVS.] Qui mos hodie etiam viget apud quoſdam populos, vti audio. D. Hieron. ad Marcellam, vbi de Montaniſtarum fœderibus. *Prætermitto ſcelerata miniſteria, quæ dicuntur de lactante puero, & de victuro martyre confarreata: Sic falſum omne quod ſanguis eſt.* Quæ omnia explicat Minutius Felix in Octauio, & Tertull. in Apologetico. Papin. Theb. 5.

Fœdera ſanguine humano icta. Et ſacrificia. Apud Montaniſtas hæreticos.

——*accipiunt ſeſe, & mirantia ferro*
Pectora, congeſtiſque auidæ ſimul vndique dextris,
Perfringunt, ac dulce nefas in ſanguine viuo
Coniurant, matremque recens circumuolat vmbra.

Tertull. ad Senat.

——*lacerant corpus, funduntque cruorem,*
Quale ſacrum eſt vero quod fertur nomine ſanguis?

5 GENVA.] Simile aliquid eſt in Apuleio 9. Metam. *Simulans ſe ad commouendam miſerationem, velle genua eius contingere, ſubmiſſius atque incuruatus, arreptis eius pedibus vtriſque ſublimem elatum, terræ grauiter applaudit.* Et Tacitus infra, lib. 15. vbi de coniuratione Neronis. *Lateranus quaſi ſubſidium rei familiaris oraret, deprecabundus, & genibus Principis accidens, proſterneret incautum, premeretque, animis validus, & corpore ingens.*

Genua in adorationem contacta.

6 AC COMPEDES, QVOD DEDECORVM BARBARIS, TRAHEBATVR.] Lego, *ac compede ſuo, (quod dedecorum barbaris) trahebatur.* nam ſ pro ſiglo. Dixi vbi de catenis lib. 2. Nam quemadmodum exſcriptor ſæpe omittit quæ facile intelliguntur; ita heic. Iſta enim verborum compoſitio noſtrum denormat agellum. Ait autem, *dedecorum barbaris.* Sed dico etiam Græcis. nam ſic Plaut. in Captiu.

Tacitus emendatus.

At nos pudet quia cum catenis ſumus.

Et lib. 2. Reg. in lamentatione Abner. *Nequaquam vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner: manus tuæ non ſunt ligatæ, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati.* D. Hieron. explicat. *Non es iure belli captus, & manus tuæ non ſunt ligatæ, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati, ſicut eorum manus ſolent ligari, & pedes vinciri, qui prælio capi ſolent.* Dolo igitur, non viribus peremptus eſt.

7 MOXQVE.] Lege, *mox quoque.* Idem mendum eſt apud Plin. li. 4. epiſt. *Cum ſit. Nam cum matrem meam parentis loco venerere, meque* (lego, *me quoque*) *a puero ſtatim formare, laudare, talemque qualis nunc vxori meæ videor ominari ſolebas.*

8 HABITVM, PROBRA AC VERBERA.] Ita lego, *habitum cui probra.*

9 MISERARENTVR.] Nam principes

honorandi,

honorandi, & in improſpera fortuna miſerandi. Ludos enim miros facit in principum rebus, & ſæpius meliores exagitat fortuna.

Ludum inſolentem ludere pertinax.

Tacitus explicatus.

10 PHARASMANIS IVSSA EXEQVERENTVR.] Id eſt, dum inquireretur, an Pharaſmanes ſcelus fratris iuſſiſſet.

11 VESTE MVLTA.] Eadem mors Tiberij a Caio & Mucrone patrata.

12 ILLACHRYMAVERANT.] Simile crudelitatis acroama in matre Suſij Gemini ſupra.

At Quadratus cognoſcens proditum Mithradatem, & regnum ab interfectoribus obtineri, vocat conſilium, docet acta, & an vlciſceretur conſultat. Paucis decus publicum curæ. plures, tuta diſſerunt,[1] omnes, *ſcelus externum cum lætitia habendum. Semina etiam odiorum iacienda, vt ſæpe principes Romani eandem Armeniam ſpecie largitionis, turbandis Barbarorum animis* [2] *præbuerint. Potiretur Rhadamiſtus male partis, dum inuiſus, infamis,* [3] *quando id magis ex vſu quam ſi* [4] *cum gloria adeptus foret.* In hanc ſententiam itum. Ne tamen annuiſſe facinori viderentur, & diuerſa Cæſar præciperet, miſſi ad Pharaſmanem nuntij, vt abſcederet a finibus Armeniis, filiumque abſtraheret. Erat Cappadociæ procurator Iulius Pelignus [5] ignaui animi, & deridiculo corporis iuxta deſpiciendus. ſed Claudio perquam familiaris, cum priuatas olim [6] conuerſationes [7] curaret, iners otium oblectaret. Is Pelignus auxiliis prouincialium contractis, tanquam recuperaturus Armeniam, dum ſocios magis quam hoſtes prædatur, abſceſſu ſuorum, & incurſantibus Barbaris, præſidij egens; ad Rhadamiſtum venit, doniſque eius euectus, vltro regium inſigne ſumere cohortatur. Sumentique adeſt auctor & ſatelles. Quod vbi turpi fama diuulgatum, ne [8] cæteri quoque ex Peligno coniectarentur, [9] Heluidius Priſcus legatus cum legione mittitur, rebus turbidis pro tempore vt conſuleret. Igitur propere [10] montem Taurum tranſgreſſus, moderatione plura quam vi, compoſuerat, cum redire in Syriam iubetur, ne initium belli aduerſus Parthos exiſteret. Nam Vologeſes caſum inuadendæ Armeniæ obueniſſe ratus, quam a maioribus ſuis poſſeſſam, externus rex flagitio obtineret, contrahit copias fratremque Tiridatem deducere in regnum parat, ne qua pars domus ſine imperio ageret. Inceſſu Parthorum ſine acie pulſi Hyberi: vrbeſque Armeniorum [11] Artaxata & Tigranocerta iugum accepere. Dein atrox hiems, ſeu parum prouiſi commeatus, & orta ex vtroque tabes, perpellunt Vologeſen omittere præſentia: vacuamque rurſus Armeniam Rhadamiſtus inuaſit, truculentior quam antea, tanquam aduerſus defectores, & in tempore rebellaturos. Atque illi quamuis ſeruitio ſueti patientiam abrumpunt, armiſque regiam circumueniunt. Nec aliud Rhadamiſto ſubſidium fuit, quam pernicitas equorum,* quis ſeque & coniugem abſtulit. Sed [12] coniunx grauida, primam vtcunque fugam ob metum hoſtilem & mariti charitatem tolerauit. Poſt feſtinatione continua, vbi [13] quati vterus, & viſcera vibrantur, orare vt morte honeſta contumeliis captiuitatis eximeretur. Ille primo amplecti, alleuare, adhortari, modo virtutem admirãs, modo timore æger, ne quis relicta potiretur. Poſtremo violentia amoris, & facinorum non rudis, diſtringit acinacem, vulneratamque ad ripam Araxis trahit, flumini tradit, ne corpus etiam auferretur. Ipſe præceps Hyberos ad patrium regnum peruadit. Interim [14] Zenobiam, id mulieri nomen,

* queis

placida illuuie, ſpirantem ac vitæ manifeſtam aduertere paſtores, & dignitate formæ haud degenerem reputantes, obligant vulnus, agreſtia medicamina adhibent, cognitoque nomine & caſu, in vrbem Artaxata ferunt: vnde publica cura deducta ad Tiridatem, comiterque excepta, cultu regio habita eſt.

1 Omnes scelvs.] Excuſam firmo. Nam vbi dixit. *Paucis decus publicum curæ, plures tuta diſſerunt, omnes, ſcelus, externumque*, &c. Vt illud (*omnes*) reſpiciat verbum (*paucis*) cui opponatur. Tacitus enim per gradationem ſequitur ſententias eorum quos vocarat in conſilium Quadratus: memoratque quod paucis, deinde quod pluribus, mox quid omnibus placuerit.

2 Præbverint.] Forte, *præbuerunt*.

3 Qvando id magis.] Puto ſcriptum, *quandoquidem*. & magis ex vſu. Atque ita eſſe docet verbum *id*.

4 Cvm gloria adeptvs foret.] *Cum gloria ea adeptus foret?*

5 Ignavi animi.] Exiſtimo legendum, *ignauia animi*. Nam *a* geminatur.

6 Conversationes.] Corrugat nares iſtud verbum. nec eſt ex vena Taciti. Neque agnouerim vnquam pro legitimo in hac parte, habuerit licet Herculem defenſorem.

Comiſſatio.

Lego itaque non *conuerſationes*, ſed *comiſſationes*: Verbum vſitatum omnibus antiquis.

Priuata.

Priuatas autem *comiſſationes* vocat Tacitus, quod tum priuatus eſſet Claudius nec dum Imperator: Et *priuatas* dicit quod in ædibus priuatis & inter priuatos parietes & cum priuatis amicis, vt erat Iulius Pelignus, exercerentur. Illæ autem Comiſſationes non a verbo Latino *comedo*, nec a *commiſceo*, vt Fuluius Vrſinus vir in litteris ſingularis correxit, ſed a verbo χωμάζειν, quod ſignificat temulentorum & ebriorum hominum more iocari, ludere & ſcorrari, & omni cum laſciuia verſari, vt docet Lambinus oda 1. Horatij 4. Carminum. Nec prætereo adeo exoſas omnibus populis illas comiſſationes, vt legibus Iudæorum, & poſt Chriſtianorum, imo etiam Paganorum prohibeantur. Nam de Iudæis in Deuter. cap. 21. ita. *Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum & ducent ad Seniores ciuitatis illius & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat & luxuriæ atque conuiuiis. Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael pertimeſcat.* Et in libris Machabæorum Iudæi conqueruntur templum ſpurcitiis Paganorum & conuitiis & comeſſationibus maculatum. *Templum luxuria & comiſſationibus Gentium erat plenum.* D. Petrus in ſua epiſtola cap. 4. damnat eos qui in comiſſationibus & compotationibus luxurioſis ambulant. vt & D. Paulus ad Galatas 5. damnat eos qui ſectantur ebrietates & comiſſationes. & ad Romanos cap. 4.

Noctu factæ comiſſationes.

At illæ comiſſationes noctu vt plurimum fiebant. Ideo eleganter Puteanus Lipſij ſucceſſor, ſui ſæculi litteratum lumen, ſcribit in Como. *Comus maritus Nocti datus eſt.* Suetonius in Tito docet, *Ad mediam noctem comiſſationes factas cum profuſiſſimo quoque familiarium.*

Epulæ tripartitæ.

Et *triſariam apud luxurioſos*, inquit idem Suetonius in Vitellio, cap. 13.

Etiam quadripartitæ.

epulæ diuidebantur, a Vitellio, interdum quadriſariam, in ientacula, prandia, & cœnas, ac comeſſationes. Poſt cœnam autē illa comiſſatio fiebat.

In ientacula, prandia, cœnas.

Quæ dicta Ciceroni *vltima tempeſtas*, de Oratore, & *ſupremæ tempeſtatis tempeſtas.* Nam in comiſſatione nil modeſtiæ. ideo tota de tenebris. Idem Suetonius in Domit. cap.

Comiſſationes. Comiſſatio poſt cœnam.

21. *Conuiuabatur non vltra Solis occaſum, neque vt poſtea comiſſaretur.* Cicero 3. de Oratore. *Veniunt poſt cœnam comiſſatores coniurationis.* Titus

Vnde verbum comiſſatio.

Liuius lib. 40. *Demetrius poſt cœnam, qua ſodales acceperat, dixiſſe: Quin comeſſatum ad fratrem imus?* Sic deſcribitur a Petronio comiſſatio, etiam

In comiſſationibus vinum, alea, ſcorta, ſaltatio. Cantus.

nocte intempeſta. Et Seneca notat cantus in comeſſatione, & cantores. Nam *in comiſſationibus*, inquit, *noſtris, plus cantorum eſt, quam in theatris olim ſpectaculorum fuit.* epiſt. 84.

Franci dicunt Baller.

Hodie in Francia vocamus, *le Bal.* Et verbum *Baller*, quia in iis comiſſationibus noſtris, non cymbala, vt olim, & a quibus iſtud verbum de-

A cymbalis.

ductum: ſed citharœdi, & choraulæ, & ſaltatio adhibebantur. Inde *ſalire* pro *ſaltare*, & a Saliis. Can. 53. Concil. Laodic. Burcardus in Synodo Bracharenſi, can. 80. *Si quis balationes ante Eccleſias ſanctorum fecerit, ſeu quis faciem ſuam transformauerit in habitu muliebri & mulier in habitu viri, emendatione pollicita tres annos pœniteat.* Nam hæ ſunt comiſſationum perpetuæ ſociæ, quas prohibuit Dominus ſub pœna mortis Iudaico populo. Vnde Lucillius.

Stulte ſaltatum te inter veniſſe cinædos.

D. Auguſtinus 9. cap. 12. Confeſſ. *Viſum mihi eſt vt irem lauatum. Quod audieram inde nomen balneis inditum, quia Græci* βαλανεῖον *dixerunt, quod anxietatem pellat,* παρὰ τὸ ἀποβάλλειν τὰς ἀνίας. *quod de cymbalo dici poteſt.* Cicero pro Muræna. *Tempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.* Aderant Pſaltriæ. Nam idem. *Adimit hilaritatem comiſſantis cymbaliſtria.* D. Athanaſius epiſt. ad Rom. cap. 17. ſcribit κώμους Græce cantationes dici, quæ poſt nimiam vini luxuriam, & potum abundantiſſimum, per luxuriam decantabantur. & παροινία etiam, & χωμάζειν pro nocturna compotatione libidinoſa, & petulanti, vt ſcribit Donatus in Terent. Et Cicero in Catil. *Quod ſi in vino, & alea comiſſationis ſolum, & ſcorta quærebat.* Quod notandum. Nam ſcorta, & alea comiſſationum comites. Quibus addo ſaltationem. At interdum in his comiſſationibus, vt Vitellianis, moriebantur comiſſan-

In comiſſationibus aliquando moriebantur.

tes. Quod ſcribit Xiphilinus in Domitiano. Vnde illa vox Vibij Criſpi: *Se mortuum niſi*

ægrotaſſet:

ægrotaſſet: Quippe morbus illum comiſſatione exemerat. De vino comiſſatorio. Martialis lib. 9. epigramm. 62.

Atque oluere lares comiſſatore Lyæo,
Creuit & effuſo lætior vmbra mero.

Theodoſius Magnus prohibuit miniſteria laſciua, pſaltriaſque comiſſationibus adhiberi. Aurel. Victor in epit. Cicero Philip. 5. *Saltatores, cithariſtas, totum denique comiſſationis Antonianæ chorum. At nemo*, inquit idem pro Muræna, *ſaltat ſobrius.* In ſaltatione autem *æra* ſonabant. Petron. Arbiter. *Intrans Cymbaliſtria, & concrepans æra, omnes excitauit.* Et poſtea. *Adiuuit hilaritatem comeſſantis cymbaliſtriæ.* Nonius. *Mulier cantabat, tibijs altera cymbalizabat.* D. Paulus ponit illam comiſſationem inter ἔργα τῆς σαρκός, *inter opera carnis*, quorum mater eſt, & vltimam inter ea opera ſcribit D. Hieron. epiſt. ad Galat. 5. Iſaiasc. 5. *Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum inconuiuijs veſtris.* Et Concilium Cabilonenſe can. 10. *Qui ſe mero vſque ad alienationem mentis ingurgitat, ſobrietatem prædicare non poteſt. Hoc & de comiſſationibus & cæteris peſtibus ad gaſtrimargiam pertinentibus eſt obſeruandum.* Vide 44. diſtinct. Nec omitto adoleſcentes ad comiſſandum ſymbolam dediſſe. Quod prohibetur Chriſtianis Laodicena Synodo, can. 15. tam ſecularibus & laicis, quam miniſtris altaris. Prouerb. 23. *Noli eſſe in comeſſationibus eorum qui carnes ad veſcendum conferunt, quia vacantes potibus conſumentur, & veſtietur pannis dormitatio.* Terentius.

--ſymbolam dedit, cœnauit.

Nec omitto in his liberioribus conuiuijs & omni luxuria madentibus adhibitas Laruas, quibus ne agnoſcerentur, vultus hominum tegebantur. Legi ego in antiquo canone Cōcilij Rhemenſis: *Laruas dæmonum quas vulgus talamaſcas vocabat, de cætero prohibemus.* Et vocabant *comiſſalia* conuiuia; vulgus male *comenſalia.* Crimen autem iuuenum erat comiſſatio. Apul. Apolog. 1. *Habes crimen meum quaſi improbi comiſſatoris.* Plautus in Rud.

Comiſſatum omnes venite ad me in annos tredecim.

Idem in Sticho, vbi Citharœdus aderat.

Quiſquis prætereat: comiſſatum volo vocari.

Et in Moſtellaria.

Nunc comiſſatum ibo ad Philolachem,
Vbi nos hilari ingenio, & lepide excipiet.

Martialis lib. 12. epigramm. 48.

Non Albana mihi ſit comiſſatio tanti;
Nec Capitolinæ, Pontificumque dapes.

Sic *comiſſatio* Vitellianæ epulæ dictæ. Sueton. in Vitel. Sed ante Vitellium a Caligula frequentius habitæ, prodigioſa etiam liberalitate. Nam *agitatori Eutycho comiſſatione quadā in apophoretis vicies HS. cōtulit, & ab eo vectigalia comiſſationibus abſumpta.* Seneca ad Helu. *Capitolij vectigal ſingulis comiſſationibus hauſit.* Seneca pater libr. 2. Controuerſia 6. *Vnguento cum madent, & comiſſator ſenex nulli minus luxurioſus, ſed parum ſanus videtur.* De Paulo maximo comiſſatore, ita ſcribit Horatius ode 1. libr. 1.

itain tione.

rpureis apud

Tempeſtiuius in domo
Pauli, purpureis ales oloribus,
Comeſſabere Maximi.

Ait autem *purpureis*, pro ſplendentibus. Purpura enim ſplendet. Sic Virgilius.

—— ſplendenti murice veſtes.

Alioqui olores non ſunt purpurei. Horatius Sat. 6. lib. 2.

—— Rubro vbi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos.

Sed comiſſatum ſatis, ſaltis ſaltatum, ſatis & abunde exhilaratum. Tamen non contineo manum quin addam Gaudentij Epiſcopi Brixienſis de comiſſatione iudicium, Tractatu 2. de lectione Euangelica. *Hoc*, inquit, *cuſtodire poteritis ſi ebrietatem deuitetis & conuiuia inhoneſta, vbi turpium fœminarum colubrini geſtus concupiſcentiam mouent illicitam, vbi lyra ſonat, & tibia: vbi omnia poſtremo genera Muſicorum inter cymbala ſaltantium concrepant. Infœlices illæ domus ſunt quæ nihil diſcrepant a Theatris. Auferantur quæſo vniuerſa de medio, & domus Chriſtiani ac baptiſati hominis immunis a choro diaboli ſit: plane humana ſit, hoſpitalis, orationibus ſanctificetur, aſſiduis Pſalmis, hymnis aſſiduis canticiſque ſpiritualibus. Frequenter ſit ſermo Dei, & ſignum crucis in corde, in ore, in fronte, inter cibos, in lauacris, in cubilibus, in ingreſſu, in egreſſu, in lætitia, in mœrore: & iuxta Beatiſsimi Pauli doctrinam, ſiue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliquid facitis, omnia in nomine Domini noſtri* IESV CHRISTI, *qui vos vocauit ad gratiam, faciatis. Væ*, inquit Propheta, *qui potentes eſtis ad bibendum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.* Sed o Gaſtrimonia, *vale, res tuas habeto*, inquit adoleſcens frugi.

7 CVRARET, INERS OTIVM OBLECTARET.] Lege *curaret, & iners otium oblectaret.* dixi iam lib. 1. de repetitionibus vocum ſimilium.

8 CÆTERI EX PELIGNO CONIECTARENTVR.] Id eſt, ne cæteri Reges diadema a Peligno accepiſſe putarentur, qui Pelignus libertus Claudij erat, quique principis dedecore magno, in Britannias miſſus. Ibi *Cæſareæ potentiæ longo ſpectaculo per ſuperbiam valde delectabatur*, ait Seneca 2. de Benef. 5.

9 HELVIDIVS PRISCVS.] Gener Thraſeæ, & altera virtutis imago, qui a Tacito ſcite deſcribitur 1. Hiſtoriarum, & 16. Annalium.

10 MONTEM TAVRVM.] Quem Plinius eleganter deſcribit lib. 5. cap. 26. & ſcribo locum, quia mendoſus. *Taurus mons ab Eois veniens littoribus, Chelidonio promontorio diſterminat.* (lego *diſterminatur.*) *Immenſus ipſe, & innumerarum gentium arbiter*: (quia vt arbiter familiæ erciſcundæ, ſic diuidit gentes.) *Dextro latere Septentrionalis, vbi primum ab Indico mari exurgit, læuo, Meridianus, & ad occaſum tendens, mediamque diſtrahens Aſiam, niſi opprimenti terras, occurrerent maria. Reſilit ergo ad Septentriones, flexuſque immenſum iter quærit, velut de induſtria, rerum natura ſubinde æquora opponente; hinc Phœnicium, hinc Ponticum, illinc Caſpium, & Hyrcanium,* (forte *Hyrcanum*,) *contraque Mæoticum lacum*, (quid ſi citraque?) *Torquetur igitur colliſus inter hæc clauſtra, & tamen victor flexuoſus, euadit, vſque ad cognata Riphæorum mon-*

Deſcriptio Tauri montis.

Diſterminat pro diſterminatur.

Plinius explicatus.

tium iuga. Numeroſis nominibus, & nouis quacunque incedit inſignis: Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Paropaniſus, Circius, Cambades, Parphariades, Choatias, Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus: atque vbi ſe quoque exuperat, Caucaſus; vbi brachia emittit, ſubinde tentanti maria ſimilis, Sarpedon, Coraceſius, Cragus, iterumque Taurus: etiam vbi dehiſcit, ſeque populis aperit, (lego, *operit*) *portarum tamen nomine, vnitatem ſibi vendicans. Nam vt portæ duos diſiunctos parietes, ſic vnit duas diſparatas prouincias, quæ alibi Armenicæ, alibi Caſpiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Quin etiam confractus, effugiens quoque maria, plurimis ſe gentium nominibus hinc illinc implet. A dextra, Hyrcanus Caſpius, a læua, Pariedrus, Moſchicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatur, in vniuerſum vero Græce Ceraunius.* Ab eo Tert. dixit *Tauricas fabulas*, reſpiciens ad Thyeſtem & Medeam, & tragœdiarum Græcarum lemmata. Claudianus 1. in Eutrop.

A Tauro Taurica fabula.

Reſtitit Antiochus præſcripto margine Tauri.

Et libro ſecundo.

- Cilicas rupto deſcendere Tauro.

Nam Taurus mons in Cilicia. Tibullus lib. 1. eleg. 7.

Taurus in Cilicia.

Frigidus intonſos Taurus alit Cilices.

Ille eſt mons, qui ea parte qua Ararat imminet campis, arcam Noe aquis fluctuantem ſtetit, & genus humanum pæne naufragum, ſicco dedit.

11 Artaxata et Tigranocerta.] Iuuenalis.

Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Plinius libr. 6. cap. 9. *Tigranocerta in excelſis, Artaxata in campis. Iuxta Araxem, Artaxata ab Hannibale condita eſt, nomine Artaxis Regis Armeniæ.* Strabo lib. 11. *Artaxata, Artaſiaxata appellata, quam Hannibal Artaxiæ Regi cōdidit.*

Artaxata in campis. Tigranocerta in excelſis. Artaxata iuxta Araxem. Ab Annibale condita. In gratiam Artaxis regis.

12 Coniux gravida.] Hypſicratea coniux Mithridatis 8. regina Ponti, idem præſtitit. Nam, vt ait Valerius lib. 4. de amicitiæ vinculo. *In penatibus vagari ſe credidit, cum marito exulante ſimul exularet.*

13 Quati vterus.] Ita legendum. *Quatitur vterus.* Qui vterus partumeius, & partuiproximus ſarcinam ſuam tunc inquiete habitam parabat eijcere viſceribus ruptis, quia tenta præcordia leuari ſpiritu nequibant. Ideoque natura ſibi obſtetrix & ſaga mulier, vt vocat Lucillius in Satyr. Nos dicimus Franci, *Sages femmes*, non ſapientes, ſed ſagas & ſagaces in extrahendo fœtu & inuolucris euoluendis & euellendis.

Ætatem & faciem vt ſaga & bona conciliatrix.

14 Zenobiam.] Notum poſtea Orientalibus nomen. Quippe ſub Aureliano Zenobia vxor Odenati de qua ita Aurelianus. *Audio P. C. mihi obijci quod non virile munus impleuerim, Zenobiam triumphando. Næ illi qui me reprehendunt, ſatis laudarent ſi ſcirent qualis illa eſt mulier, quam prudens in conſilijs, quam conſtans in diſpoſitionibus, quam erga milites grauis, quam larga cum neceſſitas poſtulet, quam triſtis cum ſeueritas poſcit. Poſſum dicere illius eſſe quod Odenatus Perſas vicit ac fugato Sapore Cteſiphontem vſque peruenit.*

Tacitus correctus.

Fauſto Sylla, Siluio Othone Coss. Furius Scribonianus in exilium agitur, quaſi finem principis per Chaldæos ſcrutaretur. Adnectebatur crimini Iunia mater eius, vt caſus prioris, nam relegata erat, impatiens. Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam mouerat. Idque ad clementiam trahebat Cæſar, qui ſtirpem hoſtilem iterum conſeruaret. Neque tamen exuli longa poſthac vita fuit: morte fortuita, an per venenum extinctus eſſet, vt quiſque credidit, vulgauere. De mathematicis Italia pellendis factum Senatuſconſultum atrox & irritum. Laudati dehinc oratione principis, qui ob anguſtias familiares ordine ſenatorio ſponte [1] cederent, motique qui remanendo impudentiam paupertati adijcerent. Inter quæ refertur ad patres de pœna fœminarum, quæ ſeruis coniungerentur. Statuiturque [2] vt ignaro domino ad id prolapſa, in ſeruitutem ſui conſenſiſſet, & qui nati eſſent pro libertis haberentur. Pallanti quem repertorem eius relationis ediderat Cæſar, [3] prætoria inſignia, & centies quinquagies ſeſtertium cenſuit conſul deſignatus Barea Soranus: additum a [4] Scipione Cornelio grates publice agendas, qui regibus Arcadiæ ortus, veterrimam nobilitatem vſui publico poſtponeret, ſeque inter miniſtros principis haberi ſineret. Aſſeuerauit Claudius contentum honore Pallantem, intra priorem paupertatem ſubſiſtere. Et fixum eſt ære [5] publico Senatuſconſultum, quo libertinus ſeſtertij ter millies poſſeſſor, antiquæ parſimoniæ laudibus cumulabatur.

1 Cederent.]

1 CEDERENT.] Lego, *ceſſiſſent*. Nam verbum, *moti*, quod ſequitur, indicat iam factum: motio enim poſt ceſſionem facta eſt. Et iſtud diſcerniculum verba cogit ad pulchritudinem & veritatem.

2 VT IGNARO.] Nihil verius, ſubeſſe heic vitium. Nec enim lex imperfecta fuit, & improuida, quæ vnum tantum ſtatueret, alterum omitteret. Nam oportuit, vt mulieri, & domino ſeruiret, liberis etiam prouideri. Et Senatuſconſulti Claudiani veſtigium eſt in L. Lucius. 2. D. depoſiti. Et L. Ingenuæ mulieres. de murileg. C. Nam ingenua, quæ Gynæciario nubit, ſi fiſcus denuntiauerit, vt his nuptijs abſtineat, nec velit, fit Gynæciaria. Idem de ea, quæ monetario iungitur, L. Edicimus. eod. Cod. Et primum ſciendum eſt mulieres quæ ſeruis iunguntur, (*quod matrimonium eſt omni adulterio turpius*, vt ait Seneca Controu. 6. lib. 7.) aut ſeruis proprijs, aut alienis iungi. Si proprijs, capite plectuntur, & igni verbero deputatur. Filij autem in nuda manent libertate, exuti omnibus dignitatibus, nec ex bonis maternis capiunt quidquam. Quod a Conſtantino decretum eſt L. 7. Cod. de mulieribus quæ ſe ſeruis proprijs iunxerunt. Quæ autem ſeruis alienis iunguntur, aut conſentiente domino iunguntur, aut non. Si non conſentiente, fœminæ ex liberis, fiunt ancillæ, quia in ſerui ſeruitutem conſenſerunt: liberi autem mares fiunt, liberti, ſi eo conſentiente, & illa, & liberi qui naſcuntur, liberi fiunt. Et certe vt excuſa eſt lectio, lex illa vnum caput tantum complectebatur. vt ergo tria illa contineat, ita puto legendum: *Statuiturque vt ignaro domino ad id prolapſa in ſeruitute eſſet: ſin conſenſiſſet, & ea, & qui nati eſſent, pro libertis haberentur.* Miror enim ſi lex liberos omiſiſſet, quibus ea in parte magis proſpiciendum eſt, quam parentibus. Quantum ad primum caput legis, nulla eſt dubitatio. Nam non modo id ratum eſt ex iure, ſed etiam ex Tertulliani ſententia, qui Iuriſconſultus fuit. Ita enim ille ad vxorem. *Nonnullæ ſe ſeruis & libertis conferunt, omnium hominum exiſtimatione deſpecta, dummodo habeant a quibus nullum impedimentum ſuæ libertatis timeant.* Huic autem capiti proſpexit Conſtantinus, vt dixi. de altero capite, in quo mulier domino ſerui inconſulto nupſit, ita idem Tertull. eodem. *Nonne inſuper cenſuerunt ſeruituti vindicandas, quæ cum alieno ſeruo poſt dominorum denuntiationem, in conſuetudine perſeuerauerunt? Seueriores habebuntur terrenæ diſciplinæ cœleſtibus præſcriptis, vt gentiles extraneis iunctæ libertatem ſuam amittant? noſtræ vero Diaboli ſeruos ſibi coniungant, & in ſtatu ſuo perſeuerent?* Hoc autem introductum, quia conſenſiſſe in ſeruitutem ſui videretur, & in odium violatæ ingenuitatis, libertatiſque, imo pudoris & ſplẽdoris natalium. Quod ſi conſenſerit dominus, efficitur liberta mulier: liberique eius fiunt liberti domini, ad quem ille ſeruus pertinebat. Sed poſtea, temporibuſque Veſpaſiani, hæ diſtinctiones ſublatæ ſunt, decretumque, vt quoquomodo, ſeu voluntate domini, ſerui, ſeu eo inuolente, ſeruo iungeretur, omnimodo ancilla fieret. D. Hieronym. ad Læt. hoc fœminarum vitium tangit, dum ſcribit. *Nobiles fœminæ, quæ nobiliores habuere neglectui procos, viliſſimæ conditionis hominibus & ſeruulis copulantur.* Quod vtinam ad noſtrum æuum non fluxiſſet.

Si ingenua ſeruo iungatur, matrimonium eſt adulterio turpius.
Iunguntur aut ſeruis proprijs, aut alienis.
Si proprijs, capite plectuntur.
Verbero igni deputatur.
Filij in libertate manent, ſed nuda.
Nec capiunt quidquam e bonis maternis.
Exuuntur etiã Domini dignitate.
Quæ alienis, aut conſentiente domino, aut non.
Tacitus correctus.
Si non conſentit, fiunt ex liberis ancillæ, liberi liberti: ſi conſentiente, & liberi liberti ſunt.
Tertullianus e ſæculari diſciplina, argumentatur ad cœleſtem.
Vt a minori ad maius.
Ratio conſtitutionis.

3 PRÆTORIA INSIGNIA.] De quibus & Plinius, & Scholiaſtes Iuuenalis queruntur.

4 SCIPIONE CORNELIO.] Orphitus eſt Scipio, e cuius poſteritate Scipio Cornelius Orphitus Conſul ſub Marco, a quo S. C. Orphitianum, & longe poſt ſub Conſtantio Orphitus de quo Am. Marcel.

Scipio Orphitus a quo Senatuſconſultum Orphitianum.

5 PVBLICO SENATVSCONSVLTVM.] Quid ſi *in publico Senatuſconſultum*? Tamen *publico* vſitatum apud authores. Sueton. in Veſpaſ. dixit *publicum Quadrageſimæ*. Et *publicum* Iuriſconſultis, quod vectigalium cauſa locatum eſt. L. 34. ex quib. cauſ. mai. Idem Sueton. in Claud. cap. 38. *Quoſdam in publico parum tempeſtiue adeuntes, manu ſua repulit.* Cicero 6. in Ver. dixit *in publico pernoctare*. Sic Iuriſconſulti, *Statua in publico poſita*. L. 29. de reb. auth. Iud. poſſ. Et *in publico deponere*. L. 64. de fideiuſſ. Ita *publicus* dicitur *Conſul*, qui publicum curat. Iuuenal. Sat. 10.

Quippe tenet ſudans hunc publicus.

Plautus in Sticho, *impendes publicum*. Cui contrarium *priuatum*, vel *priuum*. Liuius libro 30. *Senatuſconſultum in hæc verba factum, vt priuos lapides, ſilices, verbenaſque priuas ſecum ferrent.* Horatius in epiſtol.

—— Turdus,
Siue aliud priuum dabitur tibi.

Quid publicum ex Iuriſconſultis.
Conſul publicus.
Sermo publicus.

At non frater eius cognomento [1] Felix pari moderatione agebat, iam pridem [2] Iudææ impoſitus, & cuncta malefacta ſibi impune ratus, tanta potentia ſubnixo. [3] Sane præbuerant Iudæi ſpeciem motus orta ſeditione, [4] poſtquam cognita cæde Caij haud obtemperatum eſſet, manebat metus; ne quis principum eadem imperitaret. Atque interim Felix intempeſtiuis remedijs delicta accendebat, [5] æmulo ad deterrima Ventidio Cumano cui pars prouinciæ habebatur, ita diuiſis, vt huic [6] Galilæorum natio, Felici Samaritæ parerent, diſcordes olim & tum contemptu regentium minus coercitis odijs. Igitur raptare inter ſe, immittere latronum globos, componere inſidias, & aliquando prœlijs congredi, ſpoliaque & prædas ad procura-

tores referre. Hique primo lætari: mox gliſcente pernicie, cum arma militum interieciſſent, cæſi milites. Arſiſſetque bello prouincia, ni Quadratus Syriæ rector ſubueniſſet. Nec diu aduerſus Iudæos qui in necem militum proruperant, dubitatum, quin capite pœnas luerent: Cumanus & Felix contationem afferebant, quia Claudius cauſis rebellionis auditis ius ſtatuendi etiam de procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem inter iudices oſtentauit,[7] receptum in tribunal quo ſtudia accuſantium deterrerentur. Damnatuſque flagitiorum,[8] quæ duo deliquerant, Cumanus, & quies prouinciæ reddita. Nec multo poſt, agreſtium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum, ſæpe & alias commotæ, tunc Troſobore duce,[9] montes aſperos caſtris cepere. Atque inde decurſu in littora aut vrbes, vim cultoribus ac oppidanis, ac plerunque in mercatores & nauicularios audebant. Obſeſſaque[10] ciuitas Anemurienſis, & miſſi e Syria in ſubſidium equites cum præfecto Curtio Seuero turbantur, quod duri circum loci, peditibuſque ad pugnam idonei, equeſtre prælium haud patiebantur.[11] Dein rex eius oræ Antiochus blandimentis aduerſus plebem, fraude in ducem cum Barbarorum copias diſſociaſſet, Troſobore pauciſque primoribus interfectis, cæteros clementia compoſuit.

Fœlix infœlix mancipium.

Venale.

1 Foelix pari moderatione.] Pallantis liberti Claudij frater. In Act. Apoſtol. 24. de iſto Fœlice, infœlici certe mancipio, mentio fit non bona. Nam titulum habet corruptiſſimi viri, cuius ad nequitiam venales manus erant. De eo, noſter Hiſtor. 5. *Antonius Fœlix per omnem ſæuitiam ac libidinem, ius regium ſeruili ingenio exercuit: Druſilla Cleopatræ & Antonij nepte in matrimonium accepta, vt eiuſdem Antonij Fœlix progener, Claudius nepos eſſet.* Sext. Aurel. Victor. *Fœlicem legionibus Iudeæ præfecit.* Sueton. in Claud. *Libertorum præcipue ſuſpexit Poſſidem Spadonem, nec minus Fœlicem, quem cohortibus, & alis, prouinciæque Iudææ impoſuit, trium Reginarum maritum.* Ex quarum numero erat Druſilla, quæ Iudæa erat, & filia Herodis Agrippæ: ex Cypria magni Herodis ſororis filia, habuit Berenicem, Mariamnem, & iſtam Druſillam. D. Hieronym. Idcirco putem eum recutitum fuiſſe, & verpam. Mulieres enim Iudaicæ ex lege, nulli auſæ, niſi Iudæo, nubere. Et Herodes Aſcalonita, vt Mariamnem duceret, ſe circuncidit.

3. Reginarum vir.

Iudeus factus.

2 Ivdææ impositvs.] *Iudæa terra aliquando tota terra duodecim tribuum appellatur, aliquando duæ tantum tribus, quæ quondam Iuda vocabantur ad diſtinctionem Galilææ & Samariæ aliarumque in terra repromiſſionis regionum. Et notandum apud Hiſtoricos, quod Iudæa ad Palæſtinam, Galilæa vero & Samaria ad Phœnicem pertineant.* Hæc D. Hieronymus de locis Hebraicis in Actis Apoſt.

3 Sane.] Nemo melius hæc explicauerit Philone Iudæo de legat. ad Caium.

Caius vult dici Iupiter.

4 Postqvam.] Iſta clauſula tota & mendax & mendoſa eſt. Lego itaque: *Poſtquam autem cognita cæde Caij, haud obtemperatum eſt: etiam manebat metus, ne quis principum eadem imperitaret.* Explico. C. Caligula, viuus videnſque, ſed non prudens, in numerum Deorum volebat collocari; & ſe Iouem Olympium vocitabat, curaueratq. Iouis Olympij coloſſum adduci Romam, vt impoſita Caij effigie, Iupiter Olympius diceretur. Non ſatis. Nam inuaſit templum Hieroſolymitanum, quo Deus verus colebatur, effigiemque ſuam in eo voluit imponi, & adorari. Quod Iudæis pro ſua religione erat abominabile. Ideo Petronium Syriæ Præſidem inclamantes, tantum nefas ſunt execrati. Cumque nullo conſilio, Caius a concepto facinore dimoueretur, paulo momento interijt. Ergo Iudæa in motu, & ſeditio cœpta erat: At poſtquam cognita morte Caij, haud obtemperatum eſt eius voluntati; manebat etiam metus, ne quis principum eadem imperitaret.

Vult adorari. Templum Dei inuadit. Quo colatur Deo expulſo.

Sed ſtatim corruit.

5 Æmvlo ad deterrima Ventidio Cvmano.] Si non ſoboles P. Ventidij, qui ſub Iulio Cæſare vixit, at in diuerſo homine eadem, in eodem nomine fortunæ nequitia. Ideo Tacitus vocat *æmulum ad deterrima.* De Ventidio autem ſuperiori, Plinius lib. 7. cap. 43. *Triumphare de Parthis P. Ventidium fortuna voluit quidem ſolum, ſed eundem in triumpho Aſculano Cn. Pompeij Strabonis duxit puerum. Quanquam Maſſurius author eſt bis in triumpho ductum. Cicero, mulionem caſtrenſem ſuffraneum fuiſſe* (a ſufferendo dictum, nos vocamus, *muletier de charge*, ad differentiam lecticariorum.) *Plurimi iuuentam inopem in caliga militari toleraſſe.* Dio lib. 43. *Ventidius,* inquit, *ex agro Piceno oriundus erat, & in bello, quod a ſocijs in Romanos geſtum eſt, ipſe quoque aduerſus eos arma tulerat. Pompeius Strabo eum*

Ventidius æmulus ad deterrima.

Ventidius ex mulione caſtrenſi. Conſul & triumphator de Parthis, & bis.

Oriundus agro Piceno.

captum

captum in triumpho vinctum duxerat: poſt dimiſſus, ſucceſſu temporis in Senatum allectus Prætor a Iulio Cæſare, mox Conſul, de Parthis triumphauit. Iuuenal. Sat. 7. de Ventidio.

Ventidius quid enim? quid Tullius? anne aliud quam
Sidus, & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphum.

Correctus vet. Interpr. Iuuen.

Vetus Interp. Iuuenalis: *Ventidius*, inquit, *ex munitione Cæſaris dictatoris fuit.* (lego, *ex mulitione. mulitium*, vt *equitium.* Tacitus de morib. Germ. *Mos eſt ciuitatibus vltro equitium conferre principibus. Mulitio, mulitionis*, pro cura mulorum.) Adijcit, *vt Tullius in epiſtolis & in Philippicis loquitur.* Recte: nam Cicero *mulionem* vocat 10. fam. epiſt. *Quid.* De Philippicis 12. eſt, in qua ita Cicero de Ventidio. *Ventidius vbi ſit, cui fui ſemper amicus, antequam Reip. boniſque factus eſt tam aperte inimicus.* Mox ſubiungit: *opitulante Antonio Auguſto*, (accipit autem Auguſtum pro Octauio; nam tum Octauius nondum Auguſtus,) *vſque eo prouectus eſt, vt ei crederetur Parthicum bellum.* Repoſui *mulitione.* Nam 10. famil. ita ſcriptum: *Ventidij (mulionis) caſtra deſpicio.* Sed cur Iuuenalis inter plebeios, & viliores, Tullium reponit? Nam Cicero non triumphauit, nec vinctus ductus eſt in triumpho: & forte legendum eſt, *Fuluius.* Nam Plinius eodem loco iungit Ventidium, & L. Fuluium, vt duo paria fortunæ ludentis & hominibus illudentis. Sane non ita Silius de Cicerone lib. 8.

…us Ciceronis Silio elegans.

Tullius æratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto.
Indole proh quanta iuuenis, quantumque daturus
Auſoniæ populis ventura in ſæcula ciuem!

…ui tamen a …ullo Rege non …genitum ſcri…t.

Id eſt M. Tullium Ciceronem: quanquam alicubi a Tullio rege non natum ſe ingenue ſcribat. Et addit Silius.

Ille ſuper Gangem, ſuper exauditus & Indos,
Implebit terras voce, & furialia bella
Fulmine compeſcet linguæ, nec deinde relinquet
Par decus eloquio cuiquam ſperare nepotum.

Fuit quidem Arpinas nominatus, & nouus ciuis. Sed iſto nouo ciue & Arpinate, nil vetus Roma habuit nobilius.

…lilæi. …lilæa Syriæ, …us ſitus.

6 GALILÆORVM NATIO.] D. Hieronym. *Galilæa Syriæ regio ad Septentrionem, Iudæam habens, ab Occidente Ptolomaidem, & Carmelum montem ab Oriente, Iopem & Badacam, a meridie Samariam, a Septentrione Tyrum, & Sidonem, & Cæſaream Philippi, in tribu Neptalin ſita. Inferior in tribu Zabulon circa Tiberiadem & ſtagnum Geneſareth. Duæ enim ſunt: vna Galilæa gentium, vicina finibus Tyriorum in tribu Neptalim: altera circa Tiberiadem & ſtagnum GeneZareth in tribu Zabulon.* idem Diuus de locis Hebraicis.

…uplex fuit …erior & in…ior.

Tribunal iudicum. Præco. Præconis ſententiæ ex tabula recitandæ. Correctus Apuleius.

7 RECEPTVM IN TRIBVNAL.] Ergo iudices in tribunalibus. Apuleius 1. Florid. *Præco cum proconſule, & ipſe tribunal aſcendit, & ipſe togatus illic videtur. Et quidem interdum ſtat, aut ambulat, aut plerunque contemptiſſime clamitat. Enimuero ipſe Proconſul moderata voce, rarenter, & ſedens loquitur, & plerunque de tabula legit.* (Quod accipio de ſentẽtijs ex tabella recitãdis, de quibus eſt titulus in Cod. nam adijcit.) *Quippe præconis vox garrula miniſterium eſt. Proconſulis autem tabella ſententia eſt, quæ ſemel lecta, neque augeri littera vna, neque autem minui poteſt,* (lege, *neque authentico minui poteſt.*) Sic authenticum vocant Iuriſconſulti, quod nos Franci dicimus *Original.* Et ita *authenticæ rationes*, L. 8. de famil. erciſ. ἀρχέτυπα Græci vocant. Quidam iudices in tribunalibus, magiſtratus ſcilicet; reliqui in ſubſellijs. Dio vbi de Claudio L. Syllæ, *cum is propter ſenium in ſuo ſubſellio quædam audire non potuiſſet, atque ideo ſurrexiſſet, permiſit vt in prætorijs ſubſellijs ſederet.*

Iudices in tribunalibus ſi magiſtratus ſint, vel in ſubſellijs ſi non magiſtratus.

8 QVÆ DVO DELIQVERANT, CVMANVS.] Lego, *Damnatuſque flagitiorum quæ duo deliquerant, Cumanus vnus.* Id eſt, ſolus Cumanus damnatus eſt eorum quæ ille & Fœlix deliquerant. Nam Fœlix authoritate validior, legum telas diſrupit, ſordida & auara muſca. Plinius Nepos lib. 2. epiſt. *Solet.* de ſimili facto. *Æquiſſimum erat commune crimen ab vtroque defendi, & ſi dilui non potuiſſet, ab vtroque puniri.* Sed vt ait Poeta,

Cumanus. Fœlix.

Vnum pro cunctis dabitur caput.

Et merito: nam Cumanus quæ ſeminarat meſſuit.

Caſtella in Cilicia plurima.

9 MONTES ASPEROS CASTRIS.] Sunt etiam illic caſtella in conuallibus. Nam Plinius: *Cætera caſtella 44. inter aſperas conualles latent.* lib. 5. cap. 27. Et Strabo lib. 14. *Primum Ciliciæ caſtellum eſt Coraceſium, in petra prærupta poſitum, quo Diodorus, cognomento Tryphon, receptaculo vſus, quo tempore Syriam a Regibus deſciſcere fecit.* Et de eo Tryphone Machab. 2. Sic Spart. in Trebelliano de Iſauris qui in Cilicia. *Non ſunt ſtatura decori, non virtute graues, non inſtructi armis, non conſilijs prudentes, ſed hoc ſolo ſecuri, quod in editis poſiti adiri nequeunt.*

Anemurium promontorium & vrbs.

10 CIVITAS ANEMVRIENSIS.] Sane promontorium Anemurienſe eſt in Cilicia, ſed de ciuitate ſilet Strabo. Verum Plinius libro 5. cap. 27. *in continenti oppida multa* eſſe ſcribit, *vt Myanda, Anemurium.*

11 DEIN.] Caſſum verbum. lego, *Demum. D. M.* in notis.

Sub idem tempus inter [1] lacum Fucinum amnemque [2] Lyrin perrupto monte, quo magnificentia operis a pluribus viſeretur, lacu in ipſo nauale prælium adornatur, vt quondam Auguſtus ſtructo cis Tiberim ſtagno, ſed leuibus nauigijs & minore copia ediderat. Claudius triremeſque & vndeuiginti hominum millia armauit, cincto ratibus ambitu, [3] ne vaga effugia forent: attamen ſpatium amplexus, ad vim remigij, & gubernantium artes, impetuſque nauium prælio

ſolitos. in ratibus prætoriarum cohortium manipuli turmæque adſtiterant, [4]antepoſitis propugnaculis, ex queis catapultæ baliſtæque tenderentur. Reliqua lacus claſſiarij rectis nauibus obtinebant. Ripas & colles, ac montium edita in modum theatri, multitudo innumera compleuit, proximis e municipijs, & alij vrbe ex ipſa, viſendi cupidine, aut officio in principem. Ipſe inſigni paludamento, neque procul Aprippina [5]chlamyde aurata præſidere. Pugnatum, [6]quanquam inter ſontes, fortium virorum animo: ac poſt multum vulnerum, occidioni exempti ſunt. Sed perfecto ſpectaculo [7]apertum aquarum iter, & incuria operis manifeſta fuit, haud ſatis depreſſi ad lacus ima vel media. [8]Eoque tempore interiecto altius effoſſi ſpecus, & contrahendæ rurſus multitudini, gladiatorum ſpectaculum editur, inditis pontibus pedeſtrem ad pugnam. Quin & [9]conuiuium effluuio lacus appoſitum magna formidine cunctos affecit, quia vis aquarum prorumpens, proxima trahebat, conuulſis vlterioribus, aut fragore & ſonitu exterritis. Simul Agrippina trepidatione principis vſa, miniſtrum operis Narciſſum incuſat cupidinis, ac prædarum. Nec ille reticet, impotentiam muliebrem nimiaſque ſpes eius arguens.

Lacus Fucini opera.

1 LACVM FVCINVM.] Plinius de iſto Claudij opere ita ſctibit, leui tamen mendo. *Eiuſdem Claudij inter maxime memoranda equidem duxerim, (quamuis deſtitutum ſucceſſoris odio) montem perfoſſum ad lacum Fucinum emittendum, inenarrabili profecto impendio, & operarum multitudini per tot annos: cum aut corriuatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in vertice* (lego, *in verticem.* Quippe, *in*, in principio verbi ſequentis) *machinis, aut ſilex cæderetur: omniaque intus in tenebris fierent, quæ neque concipi animo, niſi ab ijs qui videre, neque humano ſermone enarrari poſſunt.* De iſta autem emiſſione Fucini lacus, cape quod Martialis libr. 1. epigramm. 24.

Plinius correctus.

Ne te decipiat ratibus naualis Enyo,
Et par vnda fretis, heic modo terra fuit.
Non credis? ſpectes dum laxant æquora Martem:
Parua mora eſt, dices: heic modo Pontus erat.

Idem de Naumachia Domitiani, quæ poſt Claudium.

Fucinus, & pigri taceantur ſtagna Neronis:
Hanc norint vnam ſecula Naumachiam.

Hiſtoria B. Lini de paſſione D. Petri. *Peruenit*, inquit, *populus infinitus ad locum qui appellatur Naumachia iuxta obeliſcum Neronis in monte. Illic crux Petri poſita eſt.*

2 LYRIN.] De quo Plinius ſcribit libr. 2. cap. 13. *Fontium plurimorum natura mira eſt feruore, itaque etiam iugis Alpium, ipſoque in mari, inter Italiam & Ænariam, vt in Baiano ſinu, & in Lyri fluuio, multiſque alijs.*

Lyris fluuius.

3 NE VAGA EFFVGIA.] Forte, *ne vagis* (vel *vagantibus*) *effugia forent.*

4 ANTEPOSITIS PROPVGNACVLIS.] Hoc eſt quod dicit Dio, cinxiſſe ligneo muro, & fixiſſe.

5 CHLAMYDE.] Virgil. 4. Æneid. chlamydem dat Didoni, ad venandum eunti ſaltuſque petenti.

Sidoniam picto chlamydem circundata limbo.

6 QVANQVAM INTER SONTES.] Quippe damnati omnes, & imperatore munus exhibente, illi ex toto orbe Romani aduehebantur *Beſtiarij* dicti. de quibus Apuleius. *Noxij perdita ſecuritate ſuis epulis beſtiarum ſaginas inſtruentes.* Seneca 2. de benefic. *Leonem in amphitheatro ſpectauimus, qui vnum e beſtiarijs agnitum, cui quondam fuiſſet magiſter, protexit ab impetu beſtiarum.* Idem epiſtola 60. *Nuper in ludo beſtiariorum, vnus e Germanis cum ad matutina ſpectacula pararetur.* Tertullian. in Apolog. *Sed beſtiarij, inquitis, hoc opinor minus quam homines, an hoc turpius, quod mali homines.* Docebantur autem pugnare cum beſtijs: & ideo *scholas beſtiariorum* vocat Seneca. At de ſummo mane illa ſpectacula. Suetonius in Claud. cap. 34. *Beſtiarijs ita delectabatur, meridianiſque, vt etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet.*

Beſtiarij damnati.
Romani aduecti ex toto orbe.
Leo nutritorem ſeruat in Amphitheatro.
Beſtiarij viles.
Minus quam homines.
Turpiſſimi, quia mali homines.
Schola beſtiariorum, qua docebantur pugnare cũ beſtijs.
Summo mane beſtiarum ſpectacula.
Vel meridie.

7 APERTVM AQVARVM ITER, ET.] Male: nam mutila oratio eſt. Lego, *apertum vt aquarum iter eſt, tum incuria operis manifeſta fuit.* Et eſt ingenuum os Taciti.

8 EOQVE.] *Ideoque*, lego.

9 CONVIVIVM.] Quid ſi, *compluuium?* nam quid conuiuium cum compluuio, & effluuio lacus? De conuiuio, Suetonius aliquid tangit cap. 32. *Conuiuatus eſt ſuper emiſſarium Fucini lacus, ac pæne ſubmerſus.* Sed heic non quadrat. Scribit enim Tacitus, *conuiuium magna formidine cunctos affeciſſe.* Quod eſt abſurdum; ergo legendum, *compluuium.* Eſt autem *compluuium*, locus in ædibus, in quem imber deciduus ex pluribus locis ſe colligit, vt impluuium area inquam collectus cadit. Varro tamen paulo aliter 4. de ling. Lat. *Si relictus impluebat,*

Tacitus correctus.
Compluuium, legendum, non conuiuium.
Quid impluuium.

erat locus in medio vt lucem caperet deorſum, quia impluebat, impluuium dictum, & ſurſum qua compluebat, compluuium. Quod Aſconius firmat. Hic autem erat locus, per quem Fucinus lacus erat emittendus. Tacitus videtur innuere his verbis: *compluuium effluuio lacus adpoſitum.* Ego non *conuiuium*, ſed *compluuium*, lego, & repono.

[Quid] compluuium.

D. Iunio, Q. Haterio Coss. ſedecim annos natus Nero Octauiam Cæſaris filiam in matrimonium accepit. Vtque ſtudijs honeſtis, & eloquentiæ gloria niteſceret,[1] cauſa Ilienſium ſuſcepta, Romanum Troia demiſſum, & Iuliæ ſtirpis auctorem Æneam, aliaque haud procul fabulis vetera facunde executus, impetrat vt Ilienſes omni publico munere ſoluerentur. Eodem oratore[2] Bononienſi Coloniæ igni hauſtæ ſubuentum, centies ſeſtertij largitione. Redditur Rhodijs libertas, adempta ſæpe aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi ſeditione deliquerant. Tributumque[3] Apamienſibus terræmotu conuulſis, in quinquennium remiſſum. At Claudius ſæuiſſima quæque promere adigebatur eiuſdem Agrippinæ artibus, quæ Statilium Taurum opibus illuſtrem hortis eius inhians peruertit, accuſante Tarquinio Priſco. Legatus is Tauri Africam imperio proconſulari regentis, poſtquam reuenerant, pauca repetundarum crimina, cæterum magicas ſuperſtitiones obiectabat. Nec ille diutius falſum accuſatorem indigna ſorte perpeſſus, vim vitæ ſuæ attulit ante ſententiam Senatus. Tarquinius tamen curia exactus eſt, quod Patres odio delatoris, contra ambitum Agrippinæ peruicere.

[Adol]eſcentes a[d] [ora]torandis [exerce]bantur. *[Vt in]noteſceret [ciuib]us.* *[Ad glo]riam pa[randa]m.*

1 Cavsa Iliensivm svscepta.] Apuleius Apolog. 2. *Eruditiſſimi iuuenes laudis gratia primum hoc rudimentum forenſis operæ ſubibant, vt aliquo inſigni iudicio, ciuibus ſuis noſcerentur.* Qui mos incipientibus adoleſcentibus, ad illuſtrandum ingenij florem apud antiquos conceſſus, diu exoleuit. At aliquando ad gloriam parandam, vt ait idem Apuleius. Quemadmodum M. Antonius Carbonem, C. Mutius Aul. Albutium, P. Sulpitius Cn. Norbanum, Curius M. Aquilium, C. Curio Q. Metellum accuſarunt. Quod apud principes etiam inualuit, & triumphales. Nam Plinius triumphalis cauſas orauit. præfat. natur. Hiſtor. Etiam Germanicus. Quod notaui libr. 2. Sed Nero mirandus, quod tunc quindecim tantum annos habuerit, ſi Tacito credimus, quodque mirere, non tantum pro Ilienſibus, ſed etiam pro Bononienſibus Latine, pro Rhodijs Græce declamauit. Ita Gallio cum eſſet adoleſcentulus admodum. Seneca pater præfat. libr. 9. Controu. Et idem de Fabiano. *Adoleſcens admodum tantæ opinionis in declamando, quantæ poſtea in diſputando fuit.* Sed mirum cum ita declamauerit Nero, Seneca etiam præceptore, quomodo noſter alibi ſcripſerit, *aliena facundia eguiſſe.* Nam facundum heic vocat. *Facunde*, inquit, *exequutus.* Cæterum de Ilienſibus, tradit Strabo libr. 13. a Dardanis originem ſuam petere, & ſuis temporibus vicum eſſe tantum: nouoſque vocat Ilienſes, quos Palladis templum habere ſcribit. Addit etiam a Iulio Cæſare Ilienſibus ſeruatam libertatem, & immunitatem datam, quod ab Iulo ortus, qui inter poſteros Æneæ. Tamen eis multa ablata ab Antonio, & ſtatua Aiacis, quam poſtea eis Auguſtus reſtituit.

15. annos agit cau[ſas].

Ilienſes a Dardanis. *Antonius eos male tractat.* *Auguſtus per[tractat] optime.*

2 Bononiensi Coloniæ.] *Princeps Hetruriæ, & olim Felſina nominata.* Plin. l. 3. c. 14.

3 Apamiensibvs.] Apamia terræmotibus obnoxia, & ante Mithridaticum bellum ſæpe concuſſa. Eius reparandæ gratia, Mithridates centum talenta dedit. Strabo li. 12. Ideo coluit Neptunum. Et *Apamia* dicta a lapidum nigredine.

Apamia. Dicta a nigredine lapidum. Obnoxia terræmotibus.

Eodem anno ſæpius audita vox principis, parem vim rerum habendam[1] a procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Ac ne fortuito prolapſus videretur, Senatus quoque conſulto cautum, plenius quam antea & vberius. Nam Diuus Auguſtus apud equeſtres qui Ægypto præſiderent lege agi, decretaque eorum proinde haberi iuſſerat, ac ſi magiſtratus Romani conſtituiſſent: mox alias per prouincias, & in vrbe pleraque conceſſa ſunt, quæ olim a prætoribus

noſcebantur. Claudius omne ius tradidit, de quo toties ſeditione aut armis certatum, cum Sempronijs rogationibus equeſter ordo in poſſeſſione iudiciorum locaretur, aut rurſum Seruiliæ leges ſenatui iudicia redderent. Mariuſque & Sylla olim de eo vel præcipue bellarunt. Sed tunc ordinum diuerſa ſtudia: & quæ vicerant, publice valebant. C. Oppius & Cornelius Balbus primi Cæſaris opibus potuere conditiones pacis & arbitria belli tractare. Matios poſthac & Vedios, & cætera equitum Romanorum præualida nomina, referre nihil attinuerit, cum Claudius libertos, quos rei familiari præfecerat, ſibique & legibus adæquauerit.

Non appellatur a procuratoribus Cæſaris. 1 A PROCVRATORIBVS AC SI IPSE STATVISSET.] Capio de appellatione, vt ab illis non appellaretur: quod magiſtratibus conceſſit Caligula. Sueton. in *Claudij decreto.* Caio 16. *Magiſtratibus liberam iuriſdictionem, & ſine ſui appellatione conceßit.* Id eſt, vt ad eum non appellaretur. Nam a principe non ap- *Primum ſerui erant, mox liberti.* pellatur. En quo potentiæ iſti procuratores prouecti: ſed nec tantum appellatione nulla, ſed iuriſdictione multa, & multum ampliata. *Dein equites.* Primum autem iſti procuratores erant ſerui, dein liberti, ſtatim equites, & *Et ſub Claudio reges.* ſub Claudio etiam reges. Tunc enim terrarum orbis, mancipijs & ergaſtulis paruit, quibus etiam ius fuit dandi diademata, vt noſter ſupra docuit de Peligno. De ſeruis procuratoribus frequens eſt mentio apud Iuriſconſultos titulis de procuratoribus, & *Druſillanus ſeruus Claudij procurator.* negot. geſt. At quemadmodum ſeruos procuratores habebant priuati, ita etiam principes, vt ille Druſillanus Claudij ſeruus, no- *Rotundus dictus.* mine Rotundus, de quo Plinius libr. 33. *Iulianus Neronis.* cap. 11. Et Iulianus Neronis, de quo idem. Sunt autem ſeruorum procuratorum ſparſa nomina per Iuriſconſultorum agros. At *Aliquando rebus ſingularibus.* hi procuratores ſiue ſerui, ſiue liberti, ſiue ingenui, equiteſve, aliquando quibuſdam rebus, aliquando omnibus præponebantur. *Aliquando vniuerſalibus præpoſiti.* Quibuſdam rebus, vt veſtimentis, vnde Gynæciarij: oſtijs, vnde oſtiarij: lecticæ, vnde lecticarij: omnibus, vt diſpenſationi domus, vnde diſpenſatores. Etiam vniuerſo patrimo- *Vt toti patrimonio Cæſaris.* nio principis, vt procuratores Catholici dicti 11. Cod. de procurat. & conduct. do- *Prima cura Cæſaris procuratorum rationes audire.* mus Aug. Primaque eorum cura audire rationes conſeruorum, vel conlibertorum ſuorum, quibus erant præpoſiti: quomodo Atrienſes reliquis ſeruis in domo herili. *Inde rationales dicti.* Poſtea creſcente imperatorum authoritate, *Non iudicabãt.* creuit quoque eorum dignitas, & de rationibus Cæſaris cognouerunt, quæ quaque *Poſtea data iuriſdictio.* in prouincia redderentur, in qua Cæſar ſeruos & poſſeſſiones haberet. Nihil tamen *Deinde cognitio inter fiſcum & priuatos.* iudicabant: dicebanturque rationales Cæſaris. Poſtea vero iuriſdictio data eſt libertis principis in audiendis rationibus, iuſque dicendæ ſententiæ in his quæ pertinerent *Mox vice præſidum functi.* ad Cæſarem: Deinde cognitio inter fiſcum, & priuatos, in cauſis fiſcalibus tantum pe- *Criminales cauſas iudicarunt.* cuniarijs. Poſtea vero vice præſidum functi ſunt in prouincijs. L. 4. ad L. Fabiam, de Plagiar. & L. 2. Cod. de Pœnis. Tunc de criminalibus cauſis agnouere. L. 9. de offic. præſid. L. 3. vbi cauſæ fiſcales. In eo gradu poſiti. Nunc Claudius cupit parem cum illo habere rationem, cenſetque rebus ab *Nulla appellatione.* eis iudicatis, ita ſtandum, ac ſi ipſe iudicaſſet. Senatuſque ipſe maiora multo dedit, & vberiora, quam haberent ante. Nam *Seruilis beatitudo ſub Claudio.* contulit eis id omne, de quo tantopere olim fuerat in Republica certatum. Sic tulit ſeruilis fœlicitas, tunc humani generis rectrix.

Rettulit dein de immunitate [1] Cois tribuenda. Multaque ſuper antiquitate eorum memorauit: Argiuos vel cum Latonæ parente, vetuſtiſſimos inſulæ cultores: mox aduentu Æſculapij artem medendi illatam, maximeque inter poſteros eius celebrem fuiſſe, nomina ſingulorum referens, & quibus quiſque ætatibus viguiſſent. Quin etiam dixit Xenophontem, cuius ſcientia ipſe vteretur, eadem familia ortum. Precibuſque eius dandum vt omni tributo vacui in poſterum Coi, ſacram & [2] tanti Dei miniſtram inſulam colerent. neque dubium haberetur, multa eorundem in Popul. Rom. merita, ſociaſque victorias potuiſſe tradi. Sed Claudius facilitate ſolita quod vni conceſſerat, nullis extrinſecus adiumentis velauit. At Byzantij, data dicendi copia, cum magnitudinem onerum apud Senatum deprecarentur, cuncta repetiuere, orſi a fœdere quod nobiſcum icerant, qua tem-

peſtate

peſtate bellauimus aduerſus regem Macedonũ, cui vt degeneri, Pſeudophilippi vocabulum impoſitum. Miſſas poſthac copias in Antiochum, Perſen, Ariſtonicum, & piratico bello adiutum Antonium. Memorabantque quæ Syllæ aut Lucullo aut Pompeio obtuliſſent. Mox recentia in Cæſares merita. quando ea loca inſiderent, quæ tranſmeantibus terra marique ducibus, exercitibuſque, ſimul vehendo commeatui opportuna forent. Namque arctiſſimo inter Europam Aſiamque diuortio Byzantium in extrema Europa poſuere Græci, quibus[3] Pythium Apollinem conſulentibus vbi conderent vrbem, redditum oraculum eſt: *quærerent ſedem cæcorum terris aduerſam.* Ea ambage Chalcedonij monſtrabantur, quod priores illuc aduecti,[4] præuiſa locorum vtilitate peiora legiſſent. Quippe Byzantium fertili ſolo fœcundoque mari, quia[5] vis piſcium[6] in Pontum erumpens, & obliquis ſubter vndas ſaxis exterrita, omiſſo alterius littoris flexu, hos ad portus defertur. Vnde primo quæſtuoſi & opulenti, poſt magnitudine onerum vrgente, finem aut modum orabant, annitente principe qui Thracio Boſphoranoque bello recens feſſos iuuandoſque rettulit. Ita tributa in quinquennium remiſſa.

Cois inſula. Coos vrbs. Eius ſitus. Venus mari emergens. Eius tabula. Cot millibus empta.

1 Cois tribvenda.] Strabo l. 14. vrbem Coam Aſtypalæam olim fuiſſe dictam ſcribit, quæ alio loco, & ad mare habitabatur. *Non magna eſt*, inquit, *ſed optime omnium habitata, & aſpectu iucundiſſima ijs, qui eo nauigant. Inſula tota fertilis, & quemadmodum Chius, & Leſbus, optimo vino abundans. Inerat in ea Venus mari emergens, quæ nunc D. Cæſari Romæ dicata eſt. Auguſtus eam patri poſuit, vt generis ſui parentem. Dicunt pro ea pictura, remiſſa fuiſſe Cois centum talenta.* Patria fuit Hippocratis, & Philetæ Poetæ. Auſonius.

Cincta mari quænam tellus creat Hippocratẽ? Cos.

Et Lucanus 3. Ciuilium.

——Spirat de littore Coo
Aura fluens.

2 Tanti Dei ministram.] Quid ſi, *tutantis Dei miniſtram?* id eſt tutelaris Dei.

3 Pythivm Apollinem.] Vide Strabonem l. 9. vbi de iſto oraculo clare, & fuſe.

Pythius Apollo minus mendax cæteris oraculis. Damnatum ab Alexandro oraculum Delphorum. Pythius tamen Apollo mẽdax. Ex magiſtri diſciplina.

Pythiumque Apollinem *minus mendacem cæteris oraculis*, ſcribit: Ideoque *Alexander damnauit templum Apollinis Delphis, ne eſſent homines futurorum præſcij*, vt ſcribit Vet. Interpr. Iuuenal. Sat. 6. Martialis lib. 9. epigramm. 43. ad Apollinem.

Nec Delphis tua mentiatur vlli.

Et certe Tertullianus illuſorem Pythium ſic arguit in Apolog. *In oraculis quo ingenio ambiguitates temperent in euentus, ſciunt Crœſi, ſciunt Pyrrhi.* Cæterum teſtudinem decoqui cum carnibus pecudis Pythius eo modo renuntiauit, quo ſupra diximus. Sed defecit iſtud oraculum mendax Christo, veritatis Sole terras illuſtrante. Euſeb. lib. 5. de præpar. Euang. cap. 8. Plutarchus de defectu oracul.

Pythicum dæmonium. Cur Pythicus dæmon.

Et *Pythicum dæmonium* vocat Tertullianus lib. de orat. Pythicus autem dictus propter Pythica certamina, in honorem eius, ab Amphictyonibus inſtituta ob Pythonem draconem interemptum. Strabo lib. 9. De illo ſunt hi verſus.

Pollens ſagittis inclytus
Arcitenens Delphis prognatus,
Pythius Apollo.

Impræuiſum.

4 Prævisa.] Lege, *impræuiſa.* Nam *i*, vltima littera verbi *aduecti*, cum titulo, *impræuiſa* faciebat. Et *impræuiſum*, Tacito familiare; vt *impræuiſa tela.*

Locus Taciti emendatus.

5 Vis piscivm.] Exiſtimo legendum. *Quia vis piſcium innumera*, (vt bene Lipſius,) *Ponto erumpens.* Mihique adſtipulatur Salluſtius, in quo legitur. *E Ponto piſcium vis erũpens.* Et ſi integrum haberemus, videremus hunc locum ab eo deſumptum, quem ex Manuſcripto ſanaremus, qui lucem capit ex Ariſtotele & Plinio.

Vere piſces intrant Pontum Hieme imminente, & circa Autumnum prodeunt. Intrant piſciculi infantes. Linquunt adulti. Piſces cito Ponto adoleſcunt. Ob aquas dulces. Pontus ſinus eſt aquarum dulcium. Portus molles & arenoſi. In Ponto nullum cete infeſtum piſcibus. Bona paſcua. Saxa caua, ſpeluncæ limoſæ. Vmbroſa promontoria.

Vt autem hæc intelligantur, ſciendum eſt Vere piſces intrare Pontum a Propontide, hieme autem imminente, & circa Autumni finem, prodire Ponto in Propontidem, & inde in Ægæum mare, quod ſit Ponto benignius. P. Belonus hæc ſcribit li. de Piſcibus circa finem. Tamen non inficior, quod quidam piſces, in Propontide æſtiuant, nec Pontum intrant: Qui vero Pontum intrant, aut grandiores ſunt, aut puſilli & infantes piſciculi, eoque commeant, vt adoleſcant: & grandiores, vt pariant. Pariunt enim Martio menſe, Aprili, & Maio. *Nam piſcium genus omne maxima celeritate adoleſcit, in Ponto maxime.* cauſa eſt multitudo amnium dulces inferentium aquas. nam infinitis & copioſis fluminibus rigatur. Item quia molles & arenoſi ſunt portus; ideoque bona paſcua, & ſaxa caua, ſpeluncæque limoſæ, & promontoria vmbroſa; denique quæcunque grata ſunt piſcibus. Quod Oppianus narrat eo loci. Addo quod nullum animal Ponto illis infeſtum. Itaque illa dulcedine & ſecuritate illecti, eo confluunt fœti piſces,

aut partui proximi. Autumni vero fine redeunt: & ſi hyems Auſtrina ſit, tardius; ſi Aquilonia, citius. Quod Ariſtoteles tradit lib. 8. Dixi, redeunt fine Autumni, quia rigidior tempeſtas turbat vorticoſum mare, & minime profundum. Ideoque piſcis inhoſpitalem Pontum tunc fugit, vt ſe abdat Ægæi maris profundioribus latibulis, aut in Propontide maneat. Quæ omnia Oppianus lib. 1. de piſcat. deſcribit valde eleganter. Et Gellius ei adſtipulatur. Piſcatio autem Autumnalis opima eſt: Vernalis vero ſterilis, & macra. Licet enim Vere tanta ſit piſcium copia in Pontum erumpentium, vt manu capi poſſint, & lapide feriri: Tamen nondum ſunt adulti piſces, aut ſi adulti, fœminæ ſunt partui proximæ. Cape ergo Tacitum de piſcibus Ponto erumpentibus tempore Autumnali, non verno. Tunc enim Byzantinis capturæ vberrimæ, cum tunc valde ſit piſculentum mare. At corrigo Plinium mendoſum in hac parte libr. 9. cap. 15. a quo explicationem huius loci ſumere licet. *Thynni*, inquit, *dextra ripa intrant* (ſcilicet Pontum ab Ægæo vel Propõtide) *exeunt læua. Id accidere exiſtimatur, quia dextro oculo plus cernunt, vtroque natura hebete. Et in Euripo Thracij Boſphori, quo Propontis Euxino iungitur, in ipſis Europam Aſiamque ſeparantis freti anguſtijs ſaxum miri candoris, a vado, ad ſumma perlucens iuxta Chalcedonem, in latere Aſiæ. Huius aſpectu repente territi, ſemper aduerſum Byzantij promõtorium ex ea cauſa appellatum Auricornu, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantij eſt, magna Chalcedoniæ penuria D. paſſus medij interfluentis Euripi. Opperiuntur autem Aquilonis flatum, vt ſecundo fluctu exeant e Ponto, nec niſi intrantes Pontum, Byzantij capiuntur.* Lego, *vitantes Pontum*, non *intrantes*. Si enim hæc ſcriptura vera, Plinius ſibi eſſet contrarius, & res ipſa veritati non conueniret, & hiſtoriæ. Quemadmodum autem Vere piſces maris Ægæi, & Propontidis Pontum intrant, ita etiam Mæotidis piſces, eundem Pontum, ad delicias dulcis aquæ, petunt. Iuuenal. Sat. 4. vbi de magno Rhombo, Vere capto & ſole iam adulto.

Thynni dextra intrant Pontũ, exeunt læua.

Plinius correctus.

Mæotidis piſces in Pontum.

—— neque enim minor hæſerat illis
Quos operit glacies Mæotica, ruptaque tandem
Solibus effundit torpentis ad oſtia Ponti,
Deſidia tardos, & longo frigore pingues.

Sunt qui locum D. Ambroſij huc, illuſtrandi gratia, attulerunt appoſite, & hercule laudandi, nec vlla re inuidendi. Tamen hic locus facit, & ad Oppiani, & Plinij, & Ariſtotelis ingenium, lib. 8. Anim. cap. 13. qui Vere ſcribunt Pontum ſubire piſces, Autumno exire. Sed tollo mendum ab ipſo Diuo authore male exſcripto, eum inquit. *Ad illud Septentrionalium mare partium quadam naturæ lege comendunt.* Quid hoc eſt, *partium mare*? lego, *ad illud Septentrionalium mare partiarium.* Sic Apuleius 9. Met. de puello adultero. *Plane cum vxore mea partiarie tractabo* (non *partiario*, niſi legas *iure*) *nec erciſcundæ familiæ, ſed communi diuidundo formula.* Vocat mare *partiarium*, quod ſepoſitum a reliquo mari, in Septentrionis glacialibus angulis. Tertullian. contra Marcion. *Ab humanioribus fretis quaſi quodam barbariæ pudore ſeceſſit.* Apuleius lib. 8. *Domi vero promiſcuis operis partiarios agebat concubitus.* Et verbum eſt frequens apud Iuriſconſultos, vt L. 28. §. Si vis maior. D. locati. Vlpian. Reg. tit. 26. Non aſſentior illi (quamuis magno viro,) qui cæcos Chalcedonas putat dici, quod Byzantini luminibus eorum officerent. Nam etſi verum eſt: tamen cæci dicti, quod eorum cum eſſet electio in habenda ſede, peiorem elegerunt. Strabo 7. lib.

D. Ambroſius correctus.

Cur Pontus mare Partiarium dictum.

Sepoſitus eſt a reliquis fretis.

Partiarius concubitus.

Cur cæci Chalcedones.

Quod peiora elegere.

6 IN PONTVM.] Quod mare dulcius ſapore eſſe cæteris tradit Salluſtius in fragm. Sed non abeo intacto Tertull. qui Pontum deſcripſit eleganter, ſed non ſano loco. Is eſt primo lib. contr. Marc. *Pontus igitur*, inquit, *qui Euxinus, natura negatur.* Id eſt, qui ex ſua natura propter inquietum mare, & Aquilonem ſæuientem, inhoſpitalis eſt: & ideo ἄξεινος, non εὔξεινος, nobis negatur. Ac ſi diceret, non permittit nos illic verſari propter inhoſpitalitatem: ita Plinius. *Pontus Euxinus antea ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus.* libr. 9. *Nomine*, inquit Tertullianus, *illuditur.* Id eſt, per contrarium nomen illi oppoſitum, quod eſt Euxinus, ei illuditur. Sic illudunt principibus fatuis Gabbæ, & adulatores Paraſiti, quorum vitia in virtutes mutant. Et illuditur, quod contrarium ei nomen datur. Nam cum ſit ἄξεινος, dicitur Euxinus. Ouidius.

Pontus dulcior cæteris aquarũ congregationib.

Tertullianus correctus.

Et explicatus.

Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Et Strabo l. 7. mox adijcit. *Cæterum hoſpitalem Pontum nec de ſitu æſtimes. Ita ab humanioribus fretis noſtris, quaſi quodam barbariæ ſuæ pudore ſeceſſit.* Refutat eos, qui Euxinum vocant. Et ait inhoſpitalem eſſe a ſitu: quippe ſub rigore Septentrionis ſitus, & præ pudore inhoſpitalis ſedis & barbariei naturalis, a reliquis pelagis ſeceſſiſſe. Quod poſtea demonſtrat his verbis. *Gentes ferociſſimæ inhabitant, ſi tamen habitatur in plauſtro.* (Nam prouerbium eſt, Scythica plauſtra.) *Sedes incerta, vita cruda, libido promiſcua, & plurimum nuda, etiam cum abſcondunt ſuſpenſis de iugo pharetris indicibus, ne temere qui intercedat.* (lego, *quis intercedat.*) *Ita nec armis ſuis erubeſcũt.* Vide reliqua; nã ſana ſunt, & ſi heic inſererẽ, ſemina iacerẽ in Pontum.

Pontus a cæteris fretis ſeceſſit.

Plauſtra ſedes & habitacula incolarum Ptũ.

M. Aſinio, M. Acilio Coss. mutationem rerum in deterius porten[illegible] cognitum eſt[2] crebris prodigijs. Signa enim ac[3] tentoria militum igne cœleſti arſere. [4] Faſtigio Capitolij examen apum inſedit. Biformes hominum partus. Et ſuis fœtum editum, cui accipitrum vngues erant. Numerabatur inter oſtenta,[5] diminutus omnium magiſtratuum numerus, quæſtore, ædili, tribuno, ac prætore, & conſule, paucos intra menſes defunctis. Sed in præcipuo pauore[6] Agrippina vocem

Claudij,

Claudij, quam temulentus iecerat, fatale ſibi, vt coniugum flagitia ferret, dein puniret, metuens, agere & celerare ſtatuit, perdita prius [7] Domitia leuibus & muliebribus cauſis: quia Lepida minore Antonia genita, auunculo Auguſto, Agrippinæ [8] ſobrina prior, ac Gnei mariti eius ſoror, parem ſibi claritudinem credebat. Nec forma, ætas, opes multum diſtabant, & vtraque impudica, infamis, [9] violenta, haud minus vitijs æmulabantur quam [10] ſi qua ex fortuna proſpera acceperant. Enimuero certamen acerrimum, amita potius an mater apud Neronem præualeret. Nam Lepida blandimentis & largitionibus iuuenilem animum deuinciebat, truci contra ac minaci Agrippina, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat. Cæterum obiecta ſunt quod coniugium principis deuotionibus petiuiſſet, quodque parum coercitis per Calabriam ſeruorum agminibus pacem Italiæ turbaret. Ob hæc mors indicta multum aduerſante Narciſſo, qui Agrippinam magis magiſque ſuſpectans, prompſiſſe inter proximos ferebatur, *certam ſibi perniciem, ſeu Britannicus rerum, ſeu Nero potiretur. Verum ita de ſe meritum Cæſarem, vt vitam vſui eius impenderet. Conuictam Meſſallinam & Silium.* [11] *Pares iterum accuſandi cauſas eſſe.* [12] *Si Nero imperitaret Britannico ſucceſſore, nullum principi meritum, ac nouercæ inſidijs domum omnem conuelli, maiore flagitio, quam ſi impudicitiam prioris coniugis reticuiſſet: quanquã ne impudicitiam quidem nunc abeſſe, Pallante adultero, ne quis ambigat, decus, pudorem, corpus, cuncta regno viliora habere.* Hæc atque talia dictitans, amplecti Britannicum, robur ætatis quam maturrimum precari, modo ad deos, modo ad ipſum tẽdere manus, adoleſceret, patris inimicos depelleret: matris etiam interfectores vlciſceretur.

1 M. Asinio, M. Acilio.] Dio vocat Q. Aſinium, & Manium Acilium.

2 Crebris prodigiis.] Quaſi *prædicijs. Prodigium* enim a *prædico.* Nam quæ nũc g, ab antiquis c, vocabatur. Plinius, vbi de cometa, & eius prodigijs. *In noſtro*, inquit, *æuo circa veneficium, quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu eius aſsiduum prope, ac ſæuum.* lib. 2. cap. 25. ait *circa veneficium,* quia veneficio boletorum obijt, & Neroni reliquit imperium.

Cometæ circa mortem Claudij.

Perpetua & atrox imperio Neronis.

3 Tentoria milit.vm.] Liuius libr. 33: *Ad Monetæ duarum haſtarum ſpicula arſerant.* Et 43. *Fregellis in domo L. Atrei, haſtam quam filio militi emerat, incendio plus duas horas arſiſſe; ita vt nihil eius ambureret ignis.* Apul. Iulium Obſequentem, eadem multa prodigia, quæ fruſtra fecerit qui recenſuerit.

Haſtæ ardere viſæ.

4 Fastigio Capitolii examen apvm.] Quod mali ominis. Iulius Obſequẽs. *Examen apũ in caſtris Druſi, in tabernaculo Hoſtilij Rutilij præfecti caſtrorum, conſedit.* Et ſupra. *In caſtris Caſsij examen apum conſedit.* Dio libr. 42. *Apes in Capitolio iuxta Herculis ſtatuam, ſedem occupauere, cum Iſidis ſacra fierent: itaque aruſpices omnia templa Iſidis iuſſerunt demoliri.* Ita Liuius lib. 24. *Romæ quoque in ipſa vrbe, ſecundum apum examen* (lego, *fœcundum*) *in foro viſum quod mirabile eſt, quia rarum: affirmantes quidem legiones ſe armatas videre in Ianiculo:* (lege, *affirmanteſque quidam*) *concitauerunt ciuitatem ad arma. Qui cum Ianiculum iniſſent,* (lego, *qui tum*) *negarunt quenquam ibi præter aſſuetos collis eius cultores apparuiſſe.* Cape ita apud Florum, vbi vulgo, *fuga victimarum apum exanima.* Nam inter mala omina, examen apum, aut formicarum.

Examen apum. Et formicarum. Mala omina.

Correctus Liuius.

5 Diminvtvs magistratvvm nvmervs.] Lubet exſcribere, quod ſcribit Plinius lib. 7. cap. 48. *Adnotare ſuccurrit quinquennium fuiſſe, quo Senator nullus moreretur, cum Flaccus & Albinus Cenſores Luſtrum condidere, vſque ad proximos Cenſores ab anno vrbis* DLXX. Quod ſcripſit, vti fauſtum prodigium. Sed contra infauſtum, quando vrbs ſine magiſtratibus fuit, & extitit annus, quo Conſules, & Prætores interiere. Tit. Liuius lib. 40. *Prætor T. Minutius, & haud ita multo poſt Conſul C. Calpurnius moritur, multique alij omnium ordinum illuſtres viri. Poſtremo prodigij loco, ea clades haberi cœpta eſt. C. Seruilius Pontifex Maximus, piacula iræ Deum conquirere iuſſus eſt. Decemuiri libros inſpicere, Conſul Apollini, Æſculapio, Saluti dona vouere, & dare ſigna aurata: Quæ vouit, deditque.* Dio li. 42. *Auxit metum ipſa forma vrbis, quæ miſera, & inſolens. Nã Kalendis Ianuar. & multo poſt tempore, nullus Conſul, nullus Prætor.* Et idem l. 41. *Ad hæc, nullus præfectus vrbis, qui ferijs celebrandis præeſſet, eo anno conſtitutus, & omnia quæ erant eius muneris, Prætores adminiſtra-*

Nullus Senator mortuus bonum omen.

Infauſtum ſi vrbs ſine magiſtratu.

Populus ſine magiſtratu, pedes ſine capite.

uerunt. Populus certe ſine magiſtratu, pedes ſine capite, grex ſine paſtore, nauis ſine rectore.

6 AGRIPPINA VOCEM.] Lego, *Agrippina non vocem.* Et nota principum verba, etiam leuiora, quam late pateant: plerunque ad ſalutem, plerunque etiam ad interitum eorum & ſuorum.

Domitia Lepida.

7 DOMITIA.] Addi debet *Lepida.* Quod omiſit librarius, & omiſſum facit offucias. Nec tollo verbum *Lepida*, quod ſubſequitur in his verbis. *Quia*, inquit, *Lepida.* Nam licet ſit repetitio verbi eiuſdem, tamen non inuenuſta eſt. Et rogo ne iſtas fabas, aut fabullas culpes, ſunt enim Pythagoræ cognatæ.

Sobrina propior, verba iuris.

8 SOBRINA PRIOR.] Iuriſconſulti dicunt ſemper, *ſobrina propior.* Et ita heic legendum eſſe cenſeo, quia ita ſcriptum fuit ab authore; ſed abbreuiatum verbum, vitium fecit. Hoc vlcus tactum eſt olim a Cuiacio ad Tit. de Gradib. in Inſtit. legitque non *Lepida minore*, ſed *Lepida maiore*: quod confirmat authoritate Suetonij cap. 5. in Nerone. Nam fuit Lepida Germanici patris Agrippinæ conſobrina, Germanicus ex Antonia minore, Cn. Domitius, & Lepida ex Antonia maiore. Conſobrinos autem Galli ſeu ſobrinos propiores vocant *Couſins de germains.*

9 VINOLENTA.] De ſimili muliere dixit Apul. 9. Met. *Mulier ſæua, ſæua, vitioſa, ebrioſa, peruicax, pertinax.* Similis eſt locus apud eundem 1. Met. *Solita vinolentia, ac diurna fatigatione pertentatus bonus Socrates.* Vbi legendum, *violentia*, pro *vinolentia.* Afranius in Diuortio.

Vigilans ac ſolers, ſicca, ſana, ſobria,
Viroſa non ſum, & ſi ſim, non deſunt mihi
Qui vltro dent: ætas integra eſt; formæ ſatis.

Sunt autem hæc non modo hominum, ſed etiam mulierum vitia, *ambitio, cupiditas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cuppedia.* Et Dio Agrippinam vinolentam ſcribit & *vinibuam*, vt ait Lucillius. Eſt tamen apud D. Auguſtinum mendum, in quo *vinolentia* reponendum, pro *violentia.* Locus eſt Pſalm. 75. *Eſt*, inquit, *quidam modus viuendi communis omnibus. Furtum non facere num domino non præcipitur, ſeruo præcipitur? Num caſtimoniali præcipitur:* (Lego, *num caſtimonia moniali præcipitur,*) *& nuptæ non præcipitur. Adulterium non facere omnibus præcipitur. Non amare violentiam,* (lege, *vinolentiam*) *qua ingurgitatur anima & corrumpitur in ſe templum Dei, omnibus æqualiter præcipitur. Non ſuperbire omnibus æqualiter præcipitur.*

10 SI QVA.] Legendum, *his quæ ex fortuna acceperant.*

11 PARES ITERVM ACCVSANDI CAVSAS.] Quod Agrippina cum Pallante eadem adulteria exerceret, quæ Meſſallina cum Silio.

Meſſallinæ & Agrippinæ paria adulteria.

12 SI NERO IMPERITARET.] Me iudice, tota hæc oratio balbutit, & interpolata eſt. Et hæc verba eaque quæ ſequuntur, ſenſum nullum habent, aut perabſurdũ. Ita autem reſtituo & explico. *Si Nero imperitaret, nullum in principem meritum.* Id eſt, nihil feciſſe ſe, ex quo gratiam Principis mereretur. Et ſane verba talem ſcripturam recipiunt & poſtulant. Britannico autem ſucceſſore, nouercæ inſidijs domum omnem conuelli. Nam dixit certam ſibi perniciem, ſeu Britannicus, ſeu Nero rerum potiretur. Si Nero, nullo eum beneficio ſibi demeruiſſe; Si Britannicus, nouercæ inſidijs, cui Narciſſus inuiſus erat, periturum. Heic forte meum acetum rideas. Et vereor ne ex nouo, veteri morbo medear.

Tacitus correctus.

Et explicatus.

In tanta mole curarum Claudius valetudine aduerſa corripitur, refouendiſque viribus, mollitie cœli & ſalubritate aquarum,[1] Sinueſſam pergit. Tum Agrippina ſceleris olim certa & oblatæ[2] occaſionis propera, nec miniſtrorum egens, de genere veneni[3] conſultauit: ne repentino & præcipiti facinus[4] proderetur: ſi lentum & tabidum delegiſſet, ne admotus ſupremis Claudius, & dolo intellecto, ad amorem filij rediret. Exquiſitum aliquid placebat, quod turbaret mentem, & mortem differret. Deligitur artifex talium, vocabulo[5] Locuſta, nuper veneficij damnata, & diu inter inſtrumenta regni habita. Eius mulieris ingenio paratum virus, cuius miniſter e ſpadonibus fuit Halotus, inferre epulas, &[6] explorare guſtu ſolitus. Adeoque cuncta mox pernotuere, vt temporum illorum ſcriptores prodiderint, infuſum delectabili[7] cibo boletorum venenum, nec vim medicaminis ſtatim intellectam,[8] ſocordiane Claudij an vinolentia? ſimul ſoluta aluus ſubueniſſe videbatur. Igitur exterrita Agrippina, & quando vltima timebantur, ſpreta præſentium inuidia, prouiſam iam ſibi Xenophontis medici conſcientiã adhibet. Ille tanquã niſus euomẽtis adiuuaret, pinnã rapido veneno illitam faucibus eius demiſiſſe creditur, haud ignarus ſumma ſcelera incipi cũ periculo, peragi cũ præmio. Vocatur interim ſenatus, votaq. pro incolumitate principis conſules & ſacerdotes nuncupabant, cum iam exanimis veſtibus & fomentis obtegeretur,

geretur, dum res firmando Neronis imperio componuntur. Iam primum Agrippina velut dolore victa & ſolatia conquirens, tenere amplexu Britannicum, veram paterni oris effigiem appellare, ac variis artibus [9] demorari, ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque & Octauiam ſorores eius attinuit. & cunctos aditus cuſtodiis clauſerat, crebroque vulgabat, ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in ſpe ageret, tempuſque proſperum ex monitis Chaldæorum attentaret. Tunc medio diei, tertio ante idus Octobr. foribus palatij repente diductis, comitante Burrho Nero egreditur ad cohortem quæ more militiæ excubiis adeſt. vbi monente Præfecto, feſtis vocibus exceptus, inditur lecticæ. Dubitauiſſe quoſdam ferunt reſpectantes, rogitanteſque vbi Britannicus eſſet: mox nullo in diuerſo auctore, quæ offerebantur ſecuti ſunt. Illatuſque caſtris Nero, & congruentia tempori præfatus promiſſo donatiuo, ad exemplum paternæ largitionis, Imperator conſalutatur. Sententiam militum ſecuta Patrum conſulta. Nec dubitatum eſt apud prouincias. Cœleſteſque honores Claudio decernuntur, & funeris ſolenne perinde ac diuo Auguſto celebratur æmulante Agrippina proauiæ Liuiæ magnificentiam. Teſtamentum tamen haud recitatum, ne antepoſitus filio priuignus, iniuria & inuidia animos vulgi turbaret.

1 Sinvessam pergit.] Sinueſſa gratiſſima ſanis natabula, & ægris medicabula. *Sinueſſa aquis medicis fæcunda.* Martial. lib. 11. epig. 8.

Dicet & ictericam ſe forſitan altera mœcha
In Sinueſſano velle ſedere lacu.

Et idem lib. 6. epig. 42.

Nec fontes Aponi rudes puellis,
Mollis Sinueſſa. *Non mollis Sinueſſa, feruidique*
Fluctus paſſeris, aut ſuperbus Anxur.

Tepens. Sic Silius tepentem vocat lib. 8.

—— *Sinueſſa tepens, fluctuque ſonorum*
Vulturnum.

Ouid. 15. Metam.

Albis frequens colubris. —— *niueiſque frequens Sinueſſa colubris.*

Petrino vino notabile oppidum. nam ex petris vina fluunt: quod mirabile.

2 Occasionis propera.] Forte, *occaſioni.*

3 Consvltavit.] Lego, *Conſultat vt nec repentino,* &c. Sic Tuditanus in fragm. authore Gellio lib. 6. cap. 4. *Regulus addidit venenum ſibi Carthaginenſes dediſſe, non præſentaneum, ſed eiuſmodi, quod mortem in dies proferret: & conſilio, vt viueret quidem tantiſper quoad fieret permutatio, poſt autem graſſante ſemper veneno, cor tabeſceret.*

4 Proderetvr si lentvm.] Puto legendum, *proderetur vt ſi lentum.*

5 Locvsta.] Peſtilens Pontica fera, & *Locuſta ingens venenaria.* trux fœmina: &

Calens venenis officina Colchicis.

De qua Iuuenalis Sat. 1.

Inſtituitque rudes melior Locuſta propinquas
Per famam, & populum nigros efferre maritos.

Vetus Schol. correctus. Quo loco vetus Scholiaſt. ita. *Locuſtam ex Galliis matronam veneficam Nero exhibuit* (lego, *exciuit*) *ad ſe, propter venena conficienda, quoniam magnæ famæ erat, & in familiaritate habuit, vt etiam eum doceret venena miſcere. Inde ait Turnus in Satyra.*

Ex qua Cæſareas ſoboles horrida Locuſta
Occidit cura ſui verna nota Neronis.

Sarmatica verba. Lego. ita & corrigo. *Turnus in Satyra correctus.*

Ex qua Cæſareas ſoboles horrenda Locuſta.
Occidit, curans ſæui venenata Neronis.

Illa autem Locuſta ſub Galba & illo imperante vincta, per totam vrbem vecta, cum aliis Neronis comitibus, & mulctata. Dio lib. 64. Quis autem hic fuerit Turnus, docet vt *Quis fuerit.* obiter dicam idem Scholiaſtes, cum ait, *Turnum Scæuæ & Memoris Tragici poetæ fratrem, libertini generis, qui ambitione ad honores prouectus eſt.* Rutilius.

Huius vulnificis Satyra ludente Camœnis,
Nec Turnus potior, nec Iuuenalis erit.

Hæc extra funem, ſed non extra vtilitatem, & prætereiens. Et Cicero Locuſtam nominat 3. ad Q. fratrem, ſed non eiuſdem artificij fœminam, ſed innocentioris: vt ſcias hoc nomen quibuſdam fœminis inditum.

6 Explorare gvstv solitvs.] *Prægustatio ciborum.* D. Hieron. epiſt. 2. *Veſtes ori applicitas, & oblatos, ac deguſtatos cibos.* Idem de virgin. ſeru. ad Euſtoch. *Iſte per ſingulos menſes, patri omnium* *D. Hieron. coniectura tentatus.* *reddit rationem, a quo etiam cibi cum facti fuerunt, præguſtantur.* Idem de vit. ſuſp. contub. *Inter viros matronaſque conuiuium ſpectabis, aliena oſcula, præguſtatos cibos.* Plinius lib. 21. cap. 3. lo- *Plinius correctus, & explicatus.* quens de coronis. *Apparatu belli Actiaci gratificationem ipſius Reginæ, Antonio timente* (id eſt, ne regina, vt gratificaretur Octauio, eum veneno tolleret) *nec niſi præguſtatos cibos ſumente, fertur pauore illuſiſſe* (lego, *pauori*) *extremis coronæ floribus veneno illitū, ipſaſque capiti im-*

Antonij & Cleopatræ fercula.

poſita, mox procedente hilaritate, inuitauit Antonium vt coronas biberent. Quis ita timeret inſidias? Ergo concerpta in ſcyphum incipienti haurire, oppoſita manu. En ego ſum, inquit illa, chare Antoni, quam tu noua præguſtantium diligentia caues? De illa præguſtatione, ſunt verſus Iuuenalis in fine Sat. 6.

Liuida materno feruent adipata veneno.
Mordeat ante aliquis: quidquid porrexerit illa,
Quæ peperit, timidus præguſtet pocula papas.

Cur præguſtatio ex Dione.

Ratio præguſtationis ex Dione lib. 55. quod principibus ab amicis, vt inimicis, etiam vt ab extraneis, ita ab domeſticis, ſit timendum, iiſque qui cibos miniſtrant. Ad hanc præguſtationem alluſit Seneca de Beata vita cap. 11. *Egregium apud vos virtutis officium, voluptates præguſtare.* Et Iuuenalis Sat. 6.

At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ,
Sed tamen & ferro, ſi præguſtabit Atreides
Pontica ter victi cantus medicamina Regis.

Ad id aptari debet quod Horat. Sat. 6. lib. 2. de ruſtico more, & vrbano fabulatur.

—— veluti ſuccinctus curſitat hoſpes:
Continuatque dapes: nec non vernaliter ipſis
Fungitur officiis, prælambens omne, quod affert.

Boleti Claudiani.

7 Cibo boletorvm.] Vnde Martialis. *Boletos quales Claudius edit, edas.*

Sic moriuntur humani Ioues. Et recte ille. *Regi & miſero commune eſt naſci & mori. Homo & animal omne quod naſcitur, inſpiratur, attollitur, vt elementorum voluntaria congreſſio eſt, in quæ rurſus diſſoluitur, diuiditur, diſſipatur. Ita in fontem refluunt & in ſemet omnia reuoluuntur.* Sed cur ait Martialis, *Quales?* Quia quidam innocentiores, quidam boleti nocentiores. Nocentiores *qui diluto rubore, rancido aſpectu, liuido intus colore.* Vide Plinium. Hic autem ſic de boletis lib. 22. cap. 22. Nat. hiſt. *Inter ea, quæ temere manduntur, boletos merito poſuerim: optimi quidem hos cibi, ſed immenſo exemplo, in crimen adductos veneno Tiberio Claudio Principi, per hanc occaſionem, a coniuge Agrippina dato. Quo facto, illa terris venenum alterum, ſibique ante omnes Neronem ſuum dedit.* quia Nero eam necauit. De iſta per boletos Claudij nece, Iuuenalis Sat. 6.

Pro veneficio.

Agrippina mariti venenaria.

Nero venenum orbis.

—— ſi quidem vnius præcordia preſſit
Ille ſenis, tremulumque caput deſcendere iuſſit
In cœlum, & longa manantia labra ſaliua.

Inde illa conſideratio Plinij de hominis fato, quæ non abſurda. *Tu* (inquit de homine) *qui corporis viribus fidis: tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem exiſtimas, ſed partum. Tu cuius ſemper in victoria eſt mens. Tu qui te Deum credis aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti? Atqui etiam hodie minoris potes quantulo ſerpentis ictus dente, aut etiam, vt Anacreon poeta, acino vnæ paſſæ, vt Fabius Senator potu in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus.* Et hoc ad mores, & ne homo ſuperbiat. Cæterum hi boleti qui cum fungis pituita ſunt arborum, calidiſſimi mandebantur. Nam Seneca natural. Quæſt. lib. 4. *Sed ardentes boletos, & raptim condimento ſuo merſatos deuorant, pæne fumantes, quos deinde reſtinguunt niuatis potionibus.*

Boleti calidiſſimi.

At Serenus *fungis periit*, quem Seneca eius amicus plangit epiſt. 63. *Familias nuper boleti interemere*, inquit Plinius, *& tota conuiuia Annæum Serenum præfectum Neronis vigilum, & tribunos, & Centuriones. Quæ voluptas tanta ancipitis cibi?* At tanta eis boletorum voluptas, vt eſſe *cerebrum Iouis* putarent vt cum Ennio loquar. Non eſt omittenda de boletis inſcriptio vetus & hiſtoria non contemnenda.

Serenus boletis periit.

Præfectus Neronis vigilum.

Tota familia boletis obruta.

Conuiuium pro conuiuis.

D. M.

P. ACTILIO. RVFO. ET. ACTILIÆ. BERONICÆ. VXO. VIXERVNT. ANN. XIIII. SED. PVBLIVS. MENSES. X. ANTE. NATVS. EST. ET. EADEM. HORA. FVNGORVM. ESV. AMBO. MORTVI. SVNT. ILLE. ACV. ISTA. LANIFICIO. VITAM. AGEBANT. NEC. EX. EORVM. BONIS. PLVS. INVENTVM. EST. QVAM. QVOD. SVFFICERET. AD. EMENDAM. PYRAM. ET. PICEM. QVIBVS. CORPORA. CREMARENTVR. ET. PRÆFICA. CONDVCTA. ET. VRNA. EMPTA. ATQVE. INDVLGENTIA. PONTIFICALI. LOCVS. DATVS. EST.

Notandum iſtud veneficium a cœlo deſignatum cometa fulgente. nam ſic Plin. *Cometes nunquam in occaſura cœli parte eſt. Terrificum magna ex parte ſidus, ac non leuiter piatum, vt ciuili motu Octauio Conſule, iterumque Pompeij & Cæſaris bello. In noſtro vero æuo circa veneficium quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu eius aſſiduum, ac ſæuum.* lib. 2. cap. 25.

8 Socordiam.] Lego interrogando.

9 Demorari.] Ne iret ad Prætorias cohortes, & imperium capeſſeret. Nam hoc æuo militare ſuffragium, & vis incondita, Senatorum conſiliis, votiſque præpollebat. Et ſcribit Victor, fuiſſe milites, qui ſub Pertinace imperium venale ſub haſta ponerent, & licitatoribus præponerent. Res horrenda.

Imperium Romanum venale.

Et ſub haſta a militibus.

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librum duodecimum Annal. C. Cornelij Taciti.

C. COR-

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER DECIMVS TERTIVS.

Scelus alterũ ſcelus vlciſcitur.

* patratur, * exitium

PRIMA nouo principatu mors Iunij Silani proconſulis Aſiæ, ignaro Nerone, per dolum Agrippinæ [1] * paratur, non quia ingenij violentia [2] * exitum irritauerit, ſegnis & dominationibus aliis faſtiditus, adeo vt C. Cæſar pecudem auream eum appellare ſolitus ſit: verum Agrippina fratri eius L. Silano necem molita vltorem metuebat, crebra vulgi fama, anteponendum eſſe vixdum pueritiam egreſſo Neroni, & imperium per ſcelus adepto virum ætate compoſita, inſontem, nobilem, & quod tunc ſpectaretur, e Cæſarum poſteris. quippe & Silanus D. Auguſti abnepos erat. Hæc cauſa necis: miniſtri fuere [3] P. * Celerius eques Romanus & Ælius libertus, [4] rei familiari principis in Aſia impoſiti. Ab iis proconſuli venenum inter epulas datum eſt, apertius quam vt fallerent. * Nec minus [5] properato Narciſſus Claudij libertus, de cuius iurgiis aduerſus Agrippinam retuli, aſpera cuſtodia, & [6] neceſſitate extrema, ad mortem agitur inuito principe, [7] cuius abditis adhuc vitiis per auaritiam ac prodigentiam mire congruebat: Ibaturque in cædes niſi Afranius Burrhus, & Annæus Seneca obuiam iſſent. Hi rectores imperatoriæ iuuentæ, & pari in ſocietate potentia concordes, diuerſa arte ex æquo pollebant Burrhus militaribus curis, & ſeueritate morum, Seneca præceptis eloquentiæ, & comitate honeſta, iuuantes inuicem, quo facilius lubricam [8] principis ætatem, ſi virtutem aſpernaretur, voluptatibus conceſſis retinerent. Certamen vtrique vnum erat contra ferociam Agrippinæ, quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, habebat in partibus Pallantem, quo auctore Claudius nuptiis inceſtis & adoptione exitioſa ſemet peruerterat. Sed neque Neroni [9] infra ſeruos ingenium, & Pallas triſti arrogantia modum liberti egreſſus, tædium ſui mouerat. Propalam tamen omnes in eam honores cumulabantur, [10] ſignumque more militiæ petenti tribuno dedit, OPTIMÆ MATRIS. Decreti & a ſenatu duo lictores, flaminium Claudiale, ſimul Claudio cenſorium funus, & mox conſecratio.

* Celer inſignis eques Romanus

* Nec minus propere Antonius Narciſſus Claudij libertus,

Vir ſapiens crudeli principi dandus ad moderationem.

Burrhus & Seneca frena Neronianæ atrocitatis.

Malus Pallas malum dat conſiliũ Principi, nuptias inceſtas & adoptionem exitioſam ſuadens.

Fœmina dat ſignum in caſtris.

IN LIBRVM XIII. ANNALIVM C. CORNELII TACITI
Nouarum Cogitationum liber decimus tertius.

Patratur, pro paratur.

1 PARATVR.] Quid ſi, *patratur?* Melius vt opinor: & puto veram ſcriptionem. Sed addit, *patratum ſcelus inſcio Nerone*, quod puto verum. Quia *nouum imperium inchoantibus vtilis clementiæ fama.* Tacit. 4. hiſt.

Exitum, pro exitium.

2 EXITVM.] Lego, *exitium*, non *exitum*. nam dixit ſupra. *non quia ingenij violentia exitium irri-*

tauerit. & verbum *irritauerit* præfert violẽtiam.

P. Celer inſignis eques, pro, P. Celerius eques.

3 P. CELERIVS.] Nota adiuncta nomini errorem induxit. Et legendum eſt, *P. Celer inſignis eques Romanus.* Nec me hæc alea fallit. Eadem nota apud Verrium Flaccum in verbo *Pinnaria. Pinnaria,* inquit, *ſororis Pinarij dicta.* Lego. *Pinnaria ſoror inſignis Pinarij dicta.*

Res familiaris Principis. Res dominica.

4 REI FAMILIARI.] Id eſt, *rei dominicæ,* vt vocant Iuriſconſulti. Talis erat Capito tempore Tiberij procurator in Aſia. Dio lib. 54. Auguſtus iudicem ſuorum bonorum omnium fecit, ac ſi eſſet priuatus.

Properato, pro propere.

Anto Narciſſus.

Liberti Claudij Antonij dicti. Vt Antonius Fœlix.

Narciſſus Antonius.

5 PROPERATO.] Verbum hoc non diſplicet: ſed ſuſpicor ſcriptum fuiſſe *propere:* & notam quandam adiunctam in fine, ex qua *properato* finxerunt Librarij. Illa autem nota prænomen Narciſſi ferebat, qui, vti coniicio (ago enim heic ex coniecturis tantum, & in re arbitraria) *Antonius* vocabatur, vti multi ex Claudij libertis, vt Fœlix, qui *Antonius Fœlix* dictus. quod docui ſupra. & Narciſſus, qui *Antonius* quoque appellatus. Tacitus ſupra. *Multum aduerſo Antonio Narciſſo.* Ex quo finxerunt, *aduerſante Narciſſo.* Et *Antonius Caſtor* multum citatus a Plinio, a 12. ad 20. vſque librum Nat. hiſt. quique de plantis & arboribus ſcripſit egregie: *& Titus Claudius Lenius D. Claudij Aug. libertus a ſtudiis.* in veterib. inſcript. Antonij autem dicti ab Antonia matre Claudij, cuius erant liberti. Nam patroni nomen accipiebant. Tertullianus lib. de reſur. carn. *Si famulum tuum libertate mutaueris, & veſtis albæ nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu, menſaque honoratur.* Iuuenal.

Verterit hunc dominus; momento turbinis exit
Marcus Dama.

Id eſt, ſi dominus liberum fecerit (quod per vertiginem fiebat) fiet ex Dama Marcus, & ex ſeruo liber, & domini nomen aſſumet. Epitaphium vetus. Q. BATONI. TELESPHORI. F. Q. BATONIVS. ONESIMVS. PATRONO. PIO. Et ſepulchrum ſæpiſſime cum libertis: *ſibi libertis libertabuſque ſuis.* quod peruium. Sane principio libri 12. Tac. Petinæ partes tuetur in conſequendo Claudij matrimonio. At ex Petina erat Antonia. Et mater Claudij *Antonia minor* dicta, Druſi fratris Tiberij vxor. Ideoque ſcribo ex coniectura. *Nec minus propere Antonius Narciſſus Claudij libertus.* Nam *Anto* cum titulo, pro *Antonius* in notis. Et ſupra lib. 12. vbi ſcriptum, *Multum aduerſante Narciſſo:* in notis puto ita ſcriptum, AT, pro *Ant.* Noto autem illum Antonium fuiſſe *podagricum.* Seneca in Ludo. Et Dio lib. 60. *Nitidum* quoque vocat Seneca eodem. Ab epiſtolis fuit Claudij, quas omnes moriens combuſſit, quia ſecreta continebant in Agrippinam. Et tam diues, vt amplius, quam quater millies ſeſtertium poſſideret. Dio libro 60. De eo Poeta.

Narciſſus podagricus. Nitidus cultu. Ab epiſtolis fuit Claudij. Ditiſſimus.

Nec Crœſi fortuna vnquam, nec Perſica regna
Sufficiunt animo, nec diuitiæ Narciſſi,
Indulſit Cæſar cui Claudius omnia.

Vocabant eum *dominum domini.* Dixi ſupra aliquid de iſto Claudij mancipio, cuius mundus fuit poſtea mancipium.

Plurimi fame necati.

6 NECESSITATE EXTREMA.] Victus ſcilicet. Sic enim Druſus adactus ad mandendam culcitram, & tomentum, & fame plurimi perierunt, his temporibus, regnantium ſæuitia.

Nero pecuniis cogendis auarus. In profundendis prodigus.

7 CVIVS ABDITIS ADHVC VITIIS.] Nero enim in cogendis pecuniis crudelis & auarus; in profundendis, mire prodigus, & perditus.

8 PRINCIPIS ÆTATEM.] Scholiaſt. Iuuenal. Sat. 5. in verſu, *At Seneca.* loquens de Seneca. *Erudiendo,* inquit, *Neroni in palatium adductus, ſæuum immanemque natum & ſenſit cito, & mitigauit: inter familiares ſolitus dicere, Non fore ſæuo illi leoni, quin, guſtato ſemel hominis cruore, ingenita redeat ſæuitia.* Oraculum vere miſeris Quiritibus nimium probatum. D. Hieronymus in encomio D. Pauli, loquens de nouo Neronis Imperio, ait: *Sciendum autem in prima ſatisfactione necdũ Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtorici, Paulum a Nerone dimiſſum, vt in Occidentis partibus prædicaret.*

9 INFRA SERVOS INGENIVM.] Id eſt, vt more Claudij, ſeruis ſubditus, & ſeruus ſeruorum ab iis regeretur. quod turpe regnanti, imo turpiſſimum.

A principe ſignum. Si abſens, a præfecto vrbis.

10 SIGNVMQVE MORE MILITIÆ PETENTI.] Si princeps in vrbe extaret, ſignum ab eo petebatur; at abſente eo, ſi abeſſent prætoriæ cohortes, a Conſulibus; iiſque abſentibus, a præfecto vrbis.

Sapiẽtia Claudij ridicula etiam poſt mortem.

Die funeris laudationem eius princeps exorſus eſt. [1] Dum antiquitatem generis, conſulatus, ac triumphos maiorum enumerabat, intentus ipſe & cæteri. Liberalium quoque artium commemoratio, & nihil regente eo Reip. triſte ab externis accidiſſe, pronis animis audita. Poſtquam ad prouidentiam ſapientiamque flexit, [2] nemo riſui temperare, quanquam oratio a Seneca compoſita multum cultus præferret: vt fuit illi viro, ingenium amœnum & temporis illius auribus accommodatum. Adnotabant ſeniores, quibus otium eſt vetera & præſentia contendere, primum ex iis qui rerum potiti eſſent Neronem [3] alienæ facundiæ eguiſſe. [4] Nam dictator Cæſar ſummis oratoribus æmulus, & Auguſto prompta ac profluens, quæ deceret principem, eloquentia fuit. Tiberius artem quoque callebat, qua verba expenderet,

Eloquentia Auguſtorum cenſita.

ret, [5] tum validus ſenſibus aut conſulto ambiguus. Etiam C. Cæſaris turbata mens vim dicendi non corrupit. Nec in Claudio quoties meditata diſſereret, elegantiam requireres. Nero puerilibus ſtatim annis viuidum animum in alia detorſit. Cælare & pingere, cantus aut regimen equorum exercere. & aliquando [6] carminibus pangendis, ineſſe ſibi elementa doctrinæ oſtendebat. Cæterum peractis triſtitiæ imitamentis, curiam ingreſſus, & de auctoritate patrum, & conſenſu militum præfatus, [7] conſilia ſibi & exempla capeſſendi egregie imperij memorauit: *nec iuuentam armis ciuilibus, aut domeſticis diſcordijs imbutam, nulla odia, nullas iniurias, nec cupidinem vltionis afferre.* Tum formam futuri principatus præſcripſit, ea maxime [8] declinans, quorum recens flagrabat inuidia. *Non enim ſe negotiorum omnium iudicem fore, vt clauſis vnam intra domum accuſatoribus & reis, paucorum potentia graſſaretur.* [9] *Nihil in penatibus ſuis venale,* [10] *aut ambitioni peruium: diſcretam domum & Remp. Teneret antiqua munia ſenatus. Conſulum tribunalibus Italia & publicæ prouinciæ aſſiſterent.* [11] *Illi Patrum aditum præberent, ſe mandatis exercitibus conſulturum.* Nec defuit fides. Multaque arbitrio ſenatus conſtituta ſunt; Nequis ad cauſam orandam mercede aut donis emeretur. Ne deſignatis quidem quæſtoribus edendi gladiatores neceſſitas eſſet. Quod quidem aduerſante Agrippina, tanquam acta Claudij ſubuerterentur, obtinuere patres, qui in palatium ob id vocabantur, vt aſtaret abditis a tergo foribus [12] velo diſcreta, quod [13] viſum arceret, aditus non adimeret. Quin & legatis Armeniorum cauſam gentis apud Neronem orantibus, [14] aſcendere ſuggeſtum imperatoris, & præſidere ſimul [15] parabat, niſi cæteris pauore defixis Seneca admonuiſſet, venienti matri occurreret. Ita ſpecie pietatis, obuiam itum dedecori.

Principia Neronis elegantia, finis exitioſiſſimus.

Vera laus Principis: nihil in penatibus ſuis venale.

Senatus Senatorias habeat virtutes; Princeps arma curaret.

Agrippina abdita ſecretis foribus Senatus munia ſpectat & audit.

Agrippina præſidere volebat & aſcendere ſuggeſtũ imperatoris muliebri ſuperbia.

Specie pietatis itum obuiã publico dedecori.

Defunctorum laudes a maioribus.

1 Dvm antiqvitatem generis consvlatvs.] D. Hieron. epiſt. ad Nepotian. *Præcepta ſunt Rhetorum, vt maiores eius qui laudandus eſt, & eorum geſta, altius repetantur: ſicque ad ipſum, per gradus, ſermo perueniat, quo videlicet auitis paterniſque virtutibus illuſtrior fiat, & aut non degeneraſſe a bonis, aut mediocres ipſe ornaſſe videatur.* Idem ad Demetr. epiſt. 8. *Rhetorum diſciplina eſt, ab auis, & atauis, & ab omni retro nobilitate, ornare quem laudes, vt ramorum ſterilitatem radix fœcunda compenſet, & quod in fructu non teneas, mireris in trunco.* Quod idem firmat ad Principiam.

2 Nemo risvi temperare.] Sed ille riſus cum quadam modeſtia, ob reuerentiam imperatoris, qui tum dicebar. Aliæ ſunt irriſiones amarulentæ, quæ geſtu fiunt. Has autem D. Hieron. notat epiſt. 4. dum ſcribit. *Aut Ciconiarum deprehendes poſt te colla curuari, aut manu auriculas agitari aſini, aut æſtuantem canis protendi linguam.* Quod procul dubio a poeta Perſio ſumpſit Sat. 1.

O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas,
Nec linguæ, quantum ſitiat canis Appula, tantum.

Tria genera ſannarum. Aut collo. Aut lingua. Aut manu.

Vbi Vet. Scholiaſt. *Tria genera ſannarum: aut manu ſignificare ciconiam, aut oppoſito temporibus pollice, auriculas aſininas, aut linguam ſitientis canis. Sanna autem dicitur os diſtortum cum vultu, quod facimus, cum alios deridemus. Inde Sanniones dicti, qui non rectum vultum habent.*

Quid ſanna. Sanniones.

3 Alienæ.] Forte, *aliena facundia eguiſſe:* Quanquam & vtrumque caſum regit.

4 Nam Dictator Cæsar.] Sueton. in Iul. cap. 55. *Eloquentia, militarique arte* (ſic enim lego) *aut æquauit præſtantiſſimorum gloriam, aut exceſſit.* De Auguſto, idem cap. 86. *Genus dicendi ſecutus eſt elegans, & temperatum, vitatis ſententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum, vt ipſe dicit, fætoribus.* De Tiberio cap. 68. *In oratione Latina ſecutus eſt Coruinum Meſſalam, quem ſenem adoleſcens obſeruauerat.* De Caio Caligula cap. 53. *Diſciplinis liberalibus minimum, eruditioni, vt eloquentiæ* (ſic legendum) *plurimum attendit, quantumuis facundus, & promptus: vtique ſi perorandum in aliquem eſſet, irato & verba, & ſententiæ ſuppetebant.* Sed quid hoc, *quantumuis facundus, & prõptus?* lego, *quam tamen imminuit facundus, ſed promptus.* Nam, vt ait Seneca, *ſunt declamatores quos caldos vocant.* De Claudio cap. 40. *principem non infecundum, nec indoctum, imo pertinaciter ſtudiis deditum.* De facundia Neronis dixi ſupra. Et notæ ſunt Neronis orationes, vt *cantica*, de quibus Sueton. in Vitell. cap. 11. De Galba eloquentiſſimi patris filio, nullus au-

Sueton. correct. Militaris eloquentia C. Iul. Cæſaris. Auguſti. Tiberij. Caij. Claudij. Facundia Neronis.

thor eſt creuiſſe eloquentiæ paternam hereditatem, ſed iuri ciuili operam dediſſe. At de adoptione Piſonis, ſi non a Tacito ficta, certe per omnes eloquentiæ gradus abſoluta eloquentia. De Othone, aut Vitellio, nihil habeo quod dicam, ſed Titi, & Domitiani eloquentiam authores profitentur.

5 Tvm validvs.] Lego, *erat enim validus ſenſibus, an conſulto ambiguus?* nam in verbo expenderet (*erat*) ineſt. Et pro *enim*, fecerunt, *tum*.

6 Carminibvs pangendis.] Verſum Neronis attulit Seneca lib. 1. nat. Quæſt.

Colla Cytheriacæ ſplendent agitata columbæ.

Nero malus poeta.

Quamuis neque bonus vir, neque Poeta fuerit. Perſius Sat. 1. alios verſus adfert, vt,

Et qui cæruleum dirimebat Nerea Delphin.

Et alium;

Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.

At hos verſus reprehendit Perſius Neronem ridens. Plinius autem ſic ſcribit lib. 37. cap. 3. *Domitius Nero in cæteris vitæ ſuæ portentis capillos quoque coniugis ſuæ Poppææ in hoc nomen adoptauerat, quodam etiam carmine Succina appellando.* Dixi malum poetam, quod vetus Scholiaſtes Perſij confirmat, cum ait ipſum Perſium initio poematis culpaſſe Neronem, *cuius verſus,* inquit, *in Neronem cum ita ſe haberet.*

Perſius Midam Neronem vocat, quia aſellus eſſet.

Auriculas aſini Mida rex habet.

id eſt Nero: *In hunc modum a Cornuto ipſo eſt emendatus.*

Auriculas aſini quis non habet?

ne hoc Nero in ſe dictum arbitraretur. Tamen Martialis *doctum* vocat aulica adulatione lib. 1. epigr.

Martialis doctũ vocat Neronem.

Carmina quis docti nota Neronis habet?

Sed ex Aulico oleo.

Et poetas doctos vocabant.

Sed poetas *doctos* vocabant. D. Hieron. ad Nepotian. *poeta nominatus homo perlitteratus.* Horat. 2. epiſt.

Scribimus indocti, doctique poemata paſſim.

Et libri 1. Sat. 9.

Noris nos, inquit, docti ſumus.

Etiam *litteratores* dicebantur. Meſſalla Coruinus de Valerio Catone poeta & grammatico. *Non eſſe ſibi rem cum Furio Bibaculo, ne cum Sigida quidem, aut litteratore Catone.* Sueton. de Clar. Gram. In his autem verſibus, Neruam Nero vocabat ſui temporis Tibullum: Et de eo ita ſcripſit lib. 9. epig. 27. Martialis.

Ipſe tuas etiam veritus Nero dicitur aures,
Laſciuum iuuenis cum tibi luſit opus.

Sed hæc omnia non ex veritate, ſed ex adulatoria aulicorum caliditate.

7 Consilia.] Tacitus ſupra de Seiano. *Incipiente potentia, bonis conſiliis volebat noteſcere.* lib. 4.

8 Declinans.] Legendum eſt, *delineans.* Nam non declinabat, ſed aperiebat, vt ſequentia demonſtrant.

9 Nihil in penatibvs svis venale.] Nam imperiorum ruina vbi honorum venalium officina. Et firmat D. Greg. Papa epiſt. 114. qui ſcribit: *Vbi non merita, ſed pecuniæ ſuffragantur, nihil ſibi grauitas, nihil ſibi defendat induſtria, ſed ſolum auri profanus honor obtineat. Multi indigni poſſident,* ait D. Hieron. epiſt. 26. *venales dignitates.* Et D. Chryſoſtomus. *Corrupta ſunt omnia quia venalia ſunt omnia.* Ergo non auro dandum quod virtute quærendum.

10 Avt ambitioni pervivm.] Nam *Munera virtute ambire oportet, non fautoribus.* Plaut. in Amphit. Ideo Valentinianus in Nouellis, *fœlicem fore* dicebat *Remp. ſi a nolentibus gubernaretur.* Seneca 1. Nat. quæſt. *Non niſi per indigna trahit nos ad dignitates ambitio:* quæ certe *Dæmon eſt peſſimus,* ait D. Gregor. Nazianz.

11 Illi patrvm aditvm præberent.] Libenter legerem, *illis paternum aditum præberent.* Id eſt, eos exciperent vice patrum, quibus in filios, quia ſumma beneuolentia, ita facilior acceſſus. Sunt enim magiſtratus, quos aditus centum atque oſtia centum circumuallant, vt nequeant adiri.

Tacitus explicatus.

Et correctus.

12 Velo discreta.] Vt vela in templis, ita in Senatu, qui habebatur vt plurimum in templis. & licet in Palatio, tamen ne parum ſententiæ delibarentur, aut Themidis ſacri ſecretique aditus, ne viſu prophano pollueretur, expanſo velo templa operiebant.

Vela in templis.

Vela in Senatu.

In templo Iudæorum, præter Bibliorum teſtimonia, & Philonis Iudæi, & Tertulliani in Apolog. cap. 16. *Templum Iudæorum ſolis ſacerdotibus adibatur, conſpectu cæterorum arcebatur, & velo opaco interdicebatur.* Idem aduerſ. Valentian. hæret. vbi de eorum templis ſic ait: *Cæterum tota in adytis diuinitas, tot ſiparia portarum, totum ſignaculum linguæ, ſimulachrum membri virilis reueletur.* Lego, *tot ſiparia portarum, vt totum ſignaculum linguæ, ſimulachrum in membri virilis reuelatur.* Apud Chriſtianos vela in templis. D. Hieron. in epiſt. ad Nepot. *Semper ſollicitus ſi niteret altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi pauimenta terſa, ſi ianitor creber in porta, vela ſemper in oſtiis, ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa luculenta, & in omnes ceremonias pia ſollicitudo diſpoſita.*

Vela in templis Chriſtianorum.

De Paganorum templis, Apuleius 11. Met. *Dum velis candentibus reductis, in diuerſum Deæ venerabilem conſpectum adprecamur.* Plautus in fragm. Queruli.

Et paganorum.

Iſti ſunt qui in fanis & ſacellis obſeruant vela.

Velorum obſeruatores.

Vela in cubiculis.

Diuerſis cubiculis diuerſa vela.

Etiam cubicula velis tecta. Plinius lib. 7. epiſt. ad Cornutum. *Cubicula obductis velis opaca.* Vt tentoria imperatorum. Seneca 3. de Ira, de Militibus Antigono maledicentibus. *Audierat omnia Antigonus, vt pote cum inter dicentem & audientem palla tantum intereſſet,* (ſic lego, *intereſſet*) *quam ille leuiter commouit.* De cubiculis etiam in Can. Gulliſarius. 23. quæſt. 2. *Me ad ſe venire pacifice iuſſit, pro quibuſdam Eccleſiaſticis diſpoſitionibus in palatium acciuit, & ad primum & ſecundum velum me retinuit.* Saluianus 3. de Prouid. *Intra ianuas non modo illuſtrium poteſtatum, ſed etiam præſidum, aut præpoſitorum, non omnes paſſim intrare præſumunt, niſi quos aut iudex vocauerit, aut negotium traxerit, aut ipſa honoris proprij dignitas intrare permiſerit.* Nota ergo duo vela, ſed in diuerſis cubiculis, vt arbitror. De Curijs, in quibus cauſæ diſceptabantur, quæ maiorem indaginem cauſæ requirebant, velo protenſo iudicabantur; quæ minorem, leuato. Clemens Rom. Conſtit. Apoſtol. lib. 2. & L. 5. Cod. de naufr. lib. 11. Cod. Etiam in Grammaticorum ludis vela.

Vela in curiis.

In cauſis leuioribus leuata vela.

In grauioribus protenſa.

Vela in ludis Grammaticorum.

D. Auguſtinus

Vela in theatris. Carbaſina. In foro.

D. Auguſtinus 1. Confeſſ. *Vela pendent in liminibus Grammaticarum ſcholarum.* Vela in theatris. Plin. l. 19. c. 1. *Carbaſina vela primus in theatro duxiſſe traditur Lentulus Apollinaribus ludis.* Idem eodem de foro. *Marcellus Octauia ſorore Auguſti genitus, in ædilitate ſua forum velis inumbrauit, vt ſalubrius litigantes conſiſterent: quantum mutatis moribus Catonis Cenſorij, qui ſternendum quoque forum muricibus cenſuerat?* Etiam in cauædijs. Idem eodem. *In cauis ædium, & muſeum a ſole defendunt:* (lego *Muſæum.*) Muſæa, in quibus Muſis delicias facimus, in quibus *muſinamur*, vt ait Plinius præfat. Hiſtor. natural. Syneſius de ſacerdotibus Chriſtianis a mulieribus etiam in naui ſeparatis. *Nos*, inquit, *cortina, tanquam murus disiunxit.* epiſt. 4. Aitque nec cibaria quædam ab ijs capere voluiſſe. Ita Philo Iudæus mediano in Alexandria ſeparatas a viris fœminas Chriſtianã Religionem profitẽtes ſcribit. Erant enim primi monachi, primæque moniales quæ poſtea in Thebaidis deſerta ſeceſſerunt, vrbibus relictis. D. Hieron. in epiſtolis.

Plinius correct. Muſinari. Velis diſcreti ſacerdotes Chriſtiani a mulieribus. A quibus necibaria quidem accipiebant. Mediano ſeparatæ mulieres a viris in Alexãdria.

13 Visvm arceret, aditvs non adimeret.] Quid ſi legas, *Viſum arceret, & aditus non adimeret?* Arceret viſum velo interiecto, ſed aditus non adimeret, quod inter velum, & oſtium clauderetur. Scribit illud D. Hieronym. epiſtola 10. vbi hæc lego de Agrippina. *Peſſimæ conditionis eſt, cum fragilis ſexus, & imbecilla ætas ſuo arbitrio abutitur.* Similis eſt hiſtoria Reg. 3. cap. 2. *Venit ergo Berſabee ad Regem Salomonem,* (id eſt mater ad filium,) *vt loqueretur ei pro Adonia, & ſurrexit Rex in occurſum eius, adorauitque eam, & ſedit ſuper thronum ſuum, poſituſque eſt thronus matri eius, quæ ſedit ad dexteram eius.*

Tacitus explicatus.

14 Ascendere svggestvm imperatoris.] Seneca 2. Controu. libr. 1. *Eſcende*, inquit, *occide Tyrannum; niſi occideris, indicabo.* Et paulo poſt. *Tempus eſt, eſcende.* Plautus dixit, *inſcendere* in Aulul. *Inſcende actutum.* Et Varro. *In carnarium inſcendit.* Apul. 8. Metamorphoſ. *Cerneres non tam hercules memorandum, quam miſerandum ſpectaculum: canes copioſos ardentibus animis, alios fugientes arripere, alios ſtantibus inhærere, quoſdam iacentes inſcendere,* (ita legendum,) *& per omnem noſtrum commeatum, morſibus ambulare.*

Eſcendo, pro aſcendo.

15 Parabat.] En muliebris audacia, quæ quid non patrat? tanto ardentius ad magna contendit quantum cor habet imbecillius.

Mulieres audaciores quo imbecilliores.

Fine anni turbidis rumoribus prorupiſſe rurſum Parthos, & rapi Armeniam allatum eſt, pulſo Rhadamiſto, qui ſæpe regni eius potitus, dein profugus, tum quoque[1] *bellum deſeruerat. Igitur[2] in vrbe ſermonum auida, quemadmodum princeps vix ſeptemdecim annos egreſſus, ſuſcipere eam molem aut propulſare poſſet: quod ſubſidium in eo qui a fœmina regeretur: num prælia quoque & oppugnationes vrbium, & cætera belli per magiſtros adminiſtrari poſſent, inquirebant. Contra alij *melius eueniſſe*[3] dixerunt, *quam ſi inualidus ſenecta & ignauia Claudius, militiæ ad labores vocaretur, ſeruilibus iuſſis obtemperaturus. Burrhum tamen & Senecam multarum rerum experientia cognitos,* & imperatori quantum ad robur deeſſe? cum octauodecimo ætatis anno Gn. Pompeius, nonodecimo Cæſar Octauius[4] ciuilia bella ſuſtinuerint. Pleraque in ſumma fortuna[5] auſpicijs & conſilijs quam telis & manibus geri. Daturum plane documentum, honeſtis an ſecus amicis vteretur, & ſi ducem amota inuidia egregium, quam ſi pecunioſum & gratia ſubnixum per ambitum deligeret.* Hæc atque talia vulgantibus, *Nero & iuuentutem proximas per prouincias quæſitam ſupplendis Orientis legionibus[7] admouere legioneſque ipſas propius Armeniam collocari iubet. Duoſque veteres[8] Agrippam & *Iocchum expedire copias, *quis Parthorum fines vltro intraret, ſimul pontes per amnem Euphratem iungi. Et minorem Armeniam Ariſtobulo, regionem Sophenem Sohemo cum inſignibus regijs mandat. Exortuſque in tempore æmulus Vologeſo filius Vardanes. Et abſceſſere Armenia Parthi, tanquam differrent bellum.

*belli vim deſeruerat.

Collatio temporum Neronianorum & Claudianorũ.

* ſed imperatori.

Conſilium armis prępollet.

Iuuentute ſuppletæ legiones Oriẽtis.

* Antiochum

* queis

1 Bellvm deservverat.] Lego, *belli vim deſeruerat.* Quod ſcripſit Tacitus. Nam vi multa & optima deſeruntur.

2 In vrbe sermonvm avida.] Quod ſæpe inculcat Tacitus, & D. Hieron. in vita Paulæ confirmat, & 2. contra Ruffinum 1. dicit *ſe primum reſpondere rumoribus quibus illius Romæ carpatur fides.* Iſtos autem rumores deſcribit eleganter ad Aſellam epiſtola 99. Et Tertullianus in Apologetico,

Vbi Romanam linguam notat Cæſaribus ſuis non parcentem.

3 DIXERVNT.] Quid ſi, *diſſeruerunt.*

Gloſſema eijciendum a cõtextu.

4 CIVILIA BELLA SVSTINVERINT.] Verbum, *ciuilia*, gloſſema eſt, quod in textum irrepit. Nam de Pompeio falſum bella ciuilia decimo octauo anno ætatis ſuſtinuiſſe.

5 AVSPICIIS ET CONSILIIS.] Forte, *auſpicijs*, *ſeu conſilijs.*

6 NERO ET IVVENTVTEM.] Illud *et*, ſuſpicionem inijcit falſi loci, & ita legi debere putaui, & credo. *Nero Euphrati iuuentutem proximas per prouincias quæſitam ſupplendis Orientis legionibus admoueri, legioneſque ipſas propius Armeniam collocari.* Noſter libr. 6. *Vitellius robur legionum ſociorumque ripam ad Euphratis ducit.* Ita ſcriptum erat: *Nero ei iuuentutem*, pro *Nero Euphrati.* Vnde fecere, *Nero &*, nullo ſenſu: ſed authoris ſenſus apertus.

7 ADMOVERE.] Legendum, *admoueri.* nam adiungit, *collocari debet.*

8 AGRIPPAM ET IOCCHVM.] Vides veſtigium priſcarum litterarum, aut notarum potius? Nam ita ſcriptum, *AgrippAM Iocchum*, pro *Agrippam vt Antiochum*: vbi enim ſcribebant *Albinum*, A, pro A & L ponebant.

Veſtigium antiquarum notarum.

Erant in Senatu qui res Neronis in maius celebrarent: quod fit ſæpe.

Sed apud ſenatum omnia in maius celebrata ſunt, ſententijs eorum qui ſupplicationes & diebus ſupplicationum veſtem principi triumphalem, vtque ouans vrbem iniret, effigieſque eius pari magnitudine, ac Martis Vltoris eodem in templo cenſuere, præter ſuetam adulationem læti, quod Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ præpoſuerat. Videbaturque locus virtutibus patefactus. Copiæ Orientis ita diuiduntur, vt pars auxiliarium cum duabus legionibus apud prouinciam Syriam, & legatum eius [2] Quadratum Vinidium remaneret, par ciuium ſociorumque numerus Corbuloni eſſet, additis cohortibus aliſque, quæ apud Cappadociam hiemabant. Socij reges prout bello conduceret, parere iuſſi. Sed ſtudia eorum in Corbulonem promptiora erant, qui vt famæ inſeruiret, quæ * in nouis cœptis validiſſima eſt, itinere propere confecto, apud [3] Ægas ciuitatem Ciliciæ obuium Quadratum habuit, illuc progreſſum, ne ſi ad accipiendas copias Syriam intrauiſſet Corbulo, omnium ora in ſe verteret, corpore ingens, verbis magnificus, & ſuper experientiam ſapientiamque etiam ſpe inanium validus. Cæterum vterque Vologeſem regem nuntijs monebant, * pacem quam bellum mallet, datiſque obſidibus, ſolitam prioribus reuerentiam in populum Romanum continuaret. Et Vologeſes quo [4] bellum ex æquo modo pararat, an vt æmulationis ſuſpectos per nomen obſidum amoueret? tradit nobiliſſimos ex familia Arſacidarum. Accepitque eos [5] centurio Oſtorius ab Vinidio miſſus, forte priore de cauſa adito rege. Quod poſtquam Corbuloni cognitum eſt, ire præfectum cohortis Arrium Varum, & recipere obſides iubet. Hinc ortum inter præfectum & centurionem iurgium, ne diutius externis ſpectaculo eſſet, arbitrium rei obſidibus legatiſque qui eos ducebant, permiſſum. Atque illi ob recentem gloriam & inclinationem quandam etiam hoſtium, Corbulonem prætulere. Vnde diſcordia inter duces, quærente Vinidio prærepta quæ ſuis conſilijs patrauiſſet: teſtante contra Corbulone non prius conuerſum regem ad offerendos obſides, quam ipſe dux bello delectus, ſpes eius ad metum mutaret. Nero quo componeret diuerſos, ſic euulgari iuſſit: Ob res a Quadrato & Corbulone proſpere geſtas laurum faſcibus imperatorijs addi. Quæ in alios conſules egreſſa, coniunxi. Eodem anno Cæſar effigiem Gn. Domitio patri, conſularia inſignia [6] Aſconio Labeoni, quo tutore vſus erat, petiuit a ſenatu, ſibique [8] ſtatuas argento vel auro ſolidas, aduerſus offerentes, [9] prohibuit. Et quanquam cenſuiſſent

Videbatur locus virtuti patefactus.

Fama nouis cœptis validiſſima.

* vt nouis

Corbulonis laus.

* vt pacem quam bellum mallet.

Inter præfectum & centurionem natum honoris iurgium.

Aſconius Labeo tutor Neronis inſignia capit conſularia.

ſuiſſent patres, vt principiũ anni inciperet menſe Decemb. quo ortus erat Nero, veterem religionem Calendarũ Ianu. inchoando anno retinuit. Neq. recepti ſunt in reos[10] Carinas Celer ſenator, ſeruo accuſante, aut Iulius Denſus[11] eques ter, cui fauor in Britannicum crimini dabatur.

Deorum effigies in coloſſis. Tum tripedaneæ ſtatuæ Romæ. Antiquæ omnes ſtatuæ pedeſtres. Poſtea equeſtres.

1 Effigiesqve eivs pari magnitvdine.] Deorum effigies Coloſſis primum olim effictæ; hominum, non item. Et primæ hominum ſtatuæ Romæ tantum tripedaneæ. Plinius lib. 34. c. 6. ita ſcribit. *Non omittendum videtur quod Annales annotauere, tripedaneas his foro ſtatutas fuiſſe ſtatuas. Menſura illa honorata tunc erat: Exceſſere poſtea, & quemadmodum omnes antiquæ pedeſtres, ſic poſtea equeſtres poſitæ ſunt, excepta Clæliæ ſtatua, quæ peruetus.* De Marte Coloſſo noſter, & Plinius lib. 36. cap. 5. *Mars eſt etiamnum ſedens Coloſſeus in templo Callaici apud circum. Memorant inter Deos Coloſſos, Capitolinum Apollinem, ex Apollonia Ponti tranſlatum a M. Lucullo; vt eſt Iupiter in Campo Martio, qui Pompeianus dictus eſt, & Solis coloſſus Rhodi, & Mercurius in Armenia, qui magnitudine omnes exceſſit.* Cæterum vt hominum minores erant ſtatuæ, quam Deorum, ita etiam Cæſarum maiores, quam reliquorum hominum. Inde calumniatoris auſa in Marcellum. *Statuam Marcelli altius, quam Cæſarum ſitam.* Tacitus 1. Annal. Et Plin. 35. cap. 7. *Nero princeps iuſſerat Coloſſeum ſe pingi CXX. pedum in linteo, incognitum ad hoc tempus. Ea pictura cum peracta eſſet in Lamianis hortis, accenſa fulmine cum optima hortorum parte conflagrauit.* Spartianus in Ælio Vero. *Statuas per totum orbem coloſſeas poni iuſſit: templa etiam in nonnullis vrbibus fieri.* Sed ille non tantum pingi, ſed fingi marmore, voluit a Zenodoro: & quem Soli dicauit poſtea Veſpaſianus. & ita intellige Iuuenalem Sat. 8.

Mars coloſſus. Capitolinus Apollo. Iupiter in Cãpo Martio. Solis coloſſus Rhodi. Mercurius in Armenia. Minores hominum quam Deorum ſtatuæ. Minores reliquorum quam Cæſarum.

Ante pedes Domitî longum tu pone Thyeſtæ,
Syrma, vel Antigonæ, ſeu perſonam Menalippes,
Et de marmoreo citharam ſuſpende Coloſſo.

Picturis enim vt ſtatuis Principes gaudebant: de quibus Plinius videndus & legendus, vbi de ſtatuis & imaginibus. Nec omitto vetuſtiſſimam fuiſſe, hanc veterum principum, ſed præcipue magnanimorum profeſſionem, ſeu pictura, ſeu lapide. Et quod mirere, Spart. in Quieto ſcribit. *Etiã mulieres in auro & argento, & in reticulis, & in dextrocherijs, & in annulis, & in omni genere ornamentorum exſculptum ſemper habuiſſe. Eo vſque vt tunicæ & lumbi & penulæ matronales, in familia Quieti hodie ſpectentur. Tanta fuit viri eius etiam poſt fata exiſtimatio.*

Quadratum Ninium memorat Dio. Quadratus Ninius Trib. pleb.

2 Qvadratvm Vinidivm.] Dio vocat Ninium, memoratque quendam Quadratum Ninium Tribunum pleb. qui pro Cicerone egerit, libr. 38. Et Lucium vocat, ac in faſtis Conſularibus ſub Traiano T. Numidium Quartinum. Et ſub M. Philoſopho, idem nomen ſcribitur.

Æge ciuitas Siciliæ. Altera Macedoniæ. Altera in Æolide. Et in Eubœa. In Cilicia.

3 Ægas civitatem Siciliæ.] Hoc addit, *ciuitatem Siciliæ*, quod in Macedonia vrbs eiuſdem nominis fuit. Plin. lib. 5. cap. 10. *Oppida Æge, in quo mos ſepelire reges.* Et in Æolide cap. 30. Intus Æge Itala, & eſt illa de qua Tacitus. Et in Eubœa, *Ægarum*, inquit Strabo lib. 8. *Eubœa: exiſtentium Ægeæ iſtæ par nomen habent.* De ea, quæ in Cilicia, Plinius idem. *Flumen Chlorus oppidum, Æge liberum*, de qua ita Lucanus lib. 3.

—— externæ reſonant naualibus Ægæ.

Poeta vocat *externas Ægas:* quod apud Cilices, non in Sicilia, quæ pars Italiæ fuit ante abruptum ſolum a continenti Italiæ.

Tacitus correctus. Et explicatus.

4 Bellvm ex æqvo modo pararat.] Stellato huic vitio medear. Nam lego, *Quo bellum ex æquo omnimodo pararet.* Id eſt, quo videretur non niſi magna æquitate ad bellum deſcendiſſe. An etiam vt amoueret ſub nomine obſidum ſibi ſuſpectos, & æmulos? Et ſane numquam ineundum bellum niſi iuſtum eſt. Et ſi iuſtum eſt, nunquam gerendum, niſi clarigatione prius interpoſita & iuſta rerum repetitione per fæciales. Qui enim hæc omittit, prædonis crimẽ committit. Inde tot in veteri Rep. conqueſtiones, *bella geri, non auerruncari.* Nam P. R. votum bella ex bellis ſerere. Cato contra Cæſarem.

[illegible] centurio.

5 Centvrio Ostorivs.] Ex genere forſan illius Oſtorij, qui Britanniæ præfectus fuit ſupra.

Labeones Antiſtij dicti.

6 Asconio Labeoni.] Vereor ne ſubſit mendum. Nam Antiſtij Labeones dicti. Quod notaui lib. 3. in fine. Sed heic veritus, adoptionis nomen non muto.

Statuæ a Senatu & populo. Publ. Cornel. Scipio & M. Popilius Cenſores.

7 Petivit a Senatv.] Recte: nam & diruendi, & ponendi ſtatuas, authoritas erat Senatus, & olim etiam populi, vigente veteri Rep. *Nam Publ. Cornel. Scipio & M. Popilius Cenſores, ſtatuas circa forum, eorum qui magiſtratum geſſerant, præter eas quæ populi aut Senatus ſententia ſtatutæ eſſent, ſuſtulerunt, & ſtatuam, quam ſibi conſtituiſſet Sp. Caßius, qui regnum affectarat, Cenſores conflauerunt.* Plinius lib. 34. cap. 6. & idem eodem capite 5. vbi de ſtatuis. *Neſcio an primo honore, talia a populo; antea enim a Senatu erant.* Suetonius capite 34. in Caligul.

Statuæ aureæ & argenteæ. Inuentum ſub Auguſto. Romæ prius viderat. Sed exterorum regum vt Pharnacis & Mithridatis. Calend. Ian. ſtatuas iſtas offerebant. Munera exacta a regibus. Sauli nulla munera.

8 Statvas argento vel avro solidas.] Hoc inuentum fuit Romæ temporibus Auguſti, atque in adulationem eius; licet prius Roma principum ſtatuas argenteas viderit in triumphis Pompeij, vt Pharnacis, & Mithridatis. Sed hæc inter exteros, quod Dio lib. 53. confirmat, qui & argenteas ſtatuas ab amicis datas ſcribit & populis, quas in numiſmata concidit. Et idem libro 54. *Cum ad imagines faciendas, Senatus populuſque conferrent, nullam ſibi, ſed Salutis & Concordiæ, & Pacis poſuit.* Solebant autem Calendis Ianuarijs hæc offerre Auguſto, & emendicabatur a populo quid certa die quotannis. Quod nouum minime inter reges. Nam Reg. 1. c. 10. de Rege Saule. *Deſpexerũt eum, & non attulerũt ei munera.*

Auguſto viritim data. *Quamuis prius in commune.* *Reddebat ipſe tantumdem, aut plus.* *Reſpuit Nero.* *Exegit Domitianus.* *Leontinus Gorgias primus ex auro ſolido ſtatuam poſuit Delphis.*

Solebant autem primum Auguſto in commune ōfferre; poſtea, viritim obtulerunt, &, vt ait idem Dio, *cum ad eum accedentes plus minuſve ſinguli porrigerent: ipſe tantumdem aut plus addens, eis reddidit. Claudius*, ait idem l. 60. *edixit ne quis ipſum adoraret, ne quis illi ſacrificaret; acclamationes crebras & nimias inhibuit, imaginem ſui argenteam vnam modo, ſtatuaſque duas ex ære & lapide ſibi initio decretas, admiſit; & inanes ſumptus eſſe dicebat.* Nero heic reſpuit talia dona, quæ poſtea Domitianus exegit, ſtatuaſque ſibi ex auro & argēto poni edixit. Suetonius in Domit. cap. 13. de aureis ſtatuis. *Primus hominum Leontinus Gorgias in templo Delphico ſibi ex auro ſolido ſtatuam poſuit.* Plinius l. 33. c. 4. & 12. vt ſcias a philoſophis hæc inania incœpiſſe.

9 PROHIBVIT.] Hoc factum fuiſſe Calendis Ianuarijs, quæ ſequuntur, oſtendunt. Statim enim de Calend. Ianuar. reminiſcitur.

10 CARINAS CELER.] Fuit huius nominis, qui Morinos rebellantes ſubegerit & profligauerit, Sueuoſque Rhenum tranſgreſſos; ſed ſub Octauio Cæſare. Dio libr. 51.

11 EQVESTER.] Non ita; ſed, *equeſtris ordinis*. Et nota eſt, *equeſt. or.* vnde *equeſter* ſcripſerunt, mira fictione. *Nota, equeſt. or. pro, equeſtris ordinis.*

Claudio Nerone, L.[1] Antiſtio Coss. cum in acta principis iurarent magiſtratus, in ſua acta collegam Antiſtium iurare prohibuit, magnis patrum laudibus, vt iuuenilis animus leuium quoque rerum gloria ſublatus, maiores continuaret. Secutaque lenitas in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Meſſallinæ ordine remotum, reddidit ſenatui, clementiam ſuam obſtringens crebris orationibus, quas Seneca, teſtificando quam honeſta præciperet, vel cauſa iactandi ingenij, voce principis vulgabat. * Cæterum[2] infracta paulatim potentia * matris, delapſo Nerone[3] in amorem libertæ, cui vocabulum Acte fuit:[4] ſimul aſſumptis in conſcientiam Othone &[5] Claudio Senecione adoleſcentulis decoris, quorum Otho familia conſulari,[6] Senecio liberto Cæſaris patre genitus, ignara matre, dein fruſtra obnitente,[7] * penitus irrepſerat[8] per * luxum & ambigua ſecreta: ne ſeuerioribus quidem principis amicis aduerſantibus,[9] muliercula nulla cuiuſquam iniuria cupidines principis[10] explente: quando vxore ab Octauia nobili quidem, & probitatis ſpectatæ fato, quodam, an quia præualent[11] illicita? abhorrebat: metuebaturque ne in ſtupra fœminarum illuſtrium prorumperet, ſi illa libidine prohiberetur. Sed Agrippina libertam æmulam,[12] nurum ancillam, aliaque eundem in modum muliebriter fremere. Neque pœnitentiam filij, aut ſatietatem opperiri: quantoq. fœdiora exprobrabat, acrius accendere, donec vi amoris ſubactus, exueret obſequium in matrem,[13] *Senecæque permitteret. Ex cuius familiaribus[14] Annæus Serenus ſimulatione amoris aduerſus eandem libertā primas adoleſcentis cupidines velauerat, præbueratq. nomen, vt quæ princeps furtim mulierculæ tribuebat, ille palā largiretur.

Iuuenilis animus leuium gloria tumidus. Plautius Lateranus adulter Meſſallinæ redditus Senatui.

* Cæterum tum fracta * matris eſt.

*penum illius * per luſum

* Seneca quæ permitteret

Nero quanto fœdiora mater exprobrabat, acrius accendebatur.

Exuit obſequium matris.

Antiſtius Vetus. *Academiæ profeſſor poſt Tullium.* *In Academia orti fontes.*

1 ANTISTIO.] Vetere ſcilicet. Et hic eſt Antiſtius Vetus, quem Plinius Iunior, ait poſſediſſe Academiam, villam Ciceronis, aquis ſalubribus oculis, eo poſſeſſore emergentibus: cuius extat carmen laureæ Tullij.

Quo tua Romanæ vindex clariſsime linguæ
Sylua loco melius ſurgere iuſſa viret,
Atque Academiæ celebratam nomine villam,
Nunc reparat cultu ſub meliore Vetus:
Heic etiam apparent lymphæ non ante repertæ;
Languida quæ infuſo lumina rore leuant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope:
Vt quoniam totum legitur ſine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

Oculis ſalubres. *Idque honore Tullij.*

2 INFRACTA.] Putaui aliquando heic deeſſe aliquid. Sed fruſtra, integra enim ſunt: ſed verbum, *fuit*, quod ambiguum incertumque an referatur ad perſonam Actes, an ad potentiam Agrippinæ, & quod eſt longius poſitum, nebulam facit. *Cæterum*, inquit, *infracta fuit paulatim potentia matris, delapſo in amorem libertæ Nerone, cui vocabulum Acte.* Quæ omnia bene ſtant. Tale autem nomen habuit puella quædam a Catullo nominata, quæ famæ fuit non nimium bonæ. Noſtra autem Acte, *ex Aſia fuit*, ait Dio, *& in familiam Attali Regis relata a Nerone, quam habuit Octauia vxore chariorem.* Hoc autem nomen vulgare: nam in ſepulchretis inſcriptiones. VIRIÆ. ACTÆ. AMPLIATVS. LIB. & alibi ſæpius.

Verbum, fuit, ambigue ſitum, ambiguum Tacitum reddit. *Acte liberta Agrippinæ.* *Huius nominis vna apud Catullum.* *Acte Agrippinæ ex Aſia. Ex Attali regis familia.*

3 IN AMOREM.] Impurum ſcilicet. Nam duo ſunt amores, quemadmodum duæ Veneres matres: Amor impurus, ex impura ma-

tre

tre Venere; Amor purus, ex pura, & cœleſti Venere matre. *Cœleſti amori*, ait Quintil. declamat. 15. *debemus liberos vſitata coniugij pietate: impuro & fœdo, inceſta, libidines, adulteria, meretrices.* Huic Nero debet amorem Actes. Nam Venus impura hunc inlexit in hoc diſpendium, quia melleus eſt laqueus. Sic aries Martius a ſcotto per collum captus abducitur.

4 SIMVL.] Lego, *is ſimul.* Et tota hæc clauſula male habita eſt ab exſcriptoribus; quam reſtituo vnde vi deiecta fuit. *Is ſimul*, inquit Tacitus, *aſſumptus in conſcientiam Othone, & Claudio Senecione adoleſcentibus decoris*, &c. (Is autem Senecio liberto Cæſaris patre erat natus:) *ignara matre. Dein fruſtra obnitente, Agrippina penum eius irrepſerat per luſum, & ambigua ſecreta, nec ſeuerioribus quidem principis amicis aduerſantibus, ſi muliercula nulla cuiuſquam iniuria, cupidines Principis expleret, quando vxore ab Octauia, nobili quidem, & probitate ſpectatæ, fato tamen quodam, an quia præualent illicita? abhorrebat.* Quod certe metuebatur. Et ſane pura eſt hæc lectio, *qua veritas, quaſi virgine victoria, iure exultauerit*, vt dicebat Cato Porcius.

Claudius Senecio.

5 CLAVDIO SENECIONE.] Fuere Romæ his temporibus multi Seneciones. Nam Seneca pater de oratore Senecione verba facit in Suaſorijs, & Seneca filius de Cornelio Senecione epiſtola 101. ſic enim ſcribit. *Senecionem Cornelium equitem Romanum ſplendidum & officioſum noueras. Ex tenui ipſe ſeſe principio promouerat, & iam illi decliuis erat curſus ad cætera. Facilius enim creſcit dignitas, quam incipit. Pecunia quoque circa paupertatem, plurimam moram habet, dum ex illa erepta*; Id eſt, dum pecunia manibus paupertatis ſe eripit, vt libera ſit & in libertate creſcat & augeatur, multam moram habet & multum moratur. Quippe difficile multum eſt a paupertate emergere ad diuitias; ſed facile a diuitijs ad paupertatem. Quia facilius deſcenditur quam aſcenditur. De Senecione lapides. SENECIO. TERENTIVS. HONORATÆ. SERVIÆ. MATRI.

Seneca correctus.

Liberti nomen patroni ferebāt. Tiro Tullius.

6 LIBERTO CÆSARIS.] Claudij. Nam Claudius Senecio dicebatur, ferebatque nomen patroni. Quod erat peruium. Tertullian. de reſur. carn. Sic Tiro Tullius, quia M. Tullij Ciceronis libertus. Sic Antonius Fœlix Iudææ impoſitus, quod e libertis Antoniæ matris. Meſſalla de Auguſto dicebat, nullum libertorum menſæ adhibuiſſe.

Libertus Ciceronis.

Antonius Fœlix Antoniæ libertus.

7 PENITVS.] Legendum exiſtimo, *penum illius.* Tum quod *penitus*, non conueniat & turbet orationem, reddatque ſine ſenſu. Niſi legas, *penatibus eius irrepſerat.* Sed penates non habet ſeruula, nec liberta. Capio autem *penum* pro *cellula*, continens pro contento. Et ita *M. Cato*, inquit Cicero 4. Verrina, *ſapiens, cellam penuariam Reip. nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit.* Sic *penus locus intimus in ædibus Veſtæ.* Ver. Flac. Nam in dominorum ædibus, vnuſquiſque ſeruulorum, ſeruularumque, etiam libertorum, libertarumque penum habebat, in quam recondebat ea, quæ ad vſum vitæ neceſſaria, vt eſculenta, poculentaque.

Tacitus correctus.

Penitus, pro, penum eius.

Quid penus.

Cellæ libertis & ſeruis.

Vide Tit. de penu leg. D. Salomon in ædibus ſuis ſeruorum habitacula habuit, quæ Regina Saba mirata eſt. Reg. 3. Salluſt bello Iugurth. *Hiempſal reperitur occultans ſe tugurio mulieris ancillæ, quo initio, pauidus, & ignarus loci, profugerat.* Erat autem tenue & anguſtum. Nam Suet. ita de penu. *Locus apud Velitras permodicus, & cellæ penuariæ inſtar.* c. 6. in Aug. Val. l. 7. c. 6. *Cellis ſeruilibus extracta corpora.* Et de libertis & libertabus. L. Codicillis. de vſu & vſufr. leg. D. *Libertis, libertabuſque meis habitationes in domo*, Seneca pater l. 7. Controu. 7. *Soror mea ancillulæ pellex eſt, ſed vt domina nuberet, conſeruula de cella extracta eſt.* Et paulo ſupra, de ſeruis. *Ex cella, migrabit in cubiculū dominæ ſuæ, vel domina migrabit ex cubiculo in cellā.* Terent. in Eunuch.

Exiguæ.

Sed interdum dabantur laxiores.

Cum in cellulam, ad te patris penum omne congerebam clanculum.

Si diuites fierent, dabatur in ædibus domini cella laxior. Seneca filius, de Tranquil. animi. vbi de Demetrio liberto Pompeij. *Iam dudum diuitiæ illi eſſe debuerant, duo vicarij, & cella laxior.* Liberti quoq. cellas habebant in ædibus patronorum. Martial. lib. 9. epigr. 75.

Præneſtina tenes defuncti rura patroni,
In quibus indignor ſi tibi cella fuit.

Quod ſi non placet, *penum illius*, ſane potes legere, puro & puto ſenſu, *penatibus illius*, vt dixi. Et niſi hæc conueniant, *Peto Delum*; *dicet conſultus Apollo.*

8 PER LVXVM.] Repoſui *luſum.* Nam noſter ita infra. *Solitus luſus principis intendere.* Nec dubito quin luxus fuerit finis præcipuus Neroni irrumpendi in penum ancillulæ, ſed per luſum: id eſt laſciuiam, itum eſt ad luxum, & luxuriam: & per ambigua ſecreta illi communicanda, quæ ſunt amantium figmenta. Ait autē *ambigua*, quod ignorabatur an ad explēdam cupidinem hæc haberet, an quod re vera eſſet, quod ei velut in aurem diceretur. Sic Plaut. in Aſinar.

Tacitus correctus.

Hominem alienum intromittat neminem,
Quod illa aut amicū ſuum, aut patronum nominet.

Sueton. correct.

In eodem autem verbo *luxus*, corrigo Suetonium in Tib. c. 6. *Infantiam, pueritiamque habuit luxurioſam & exercitatam.* quod abſurdum. lego, *Infantiam, pueritiamque habuit, luſu haud otioſam, ſed exercitatam.*

9 MVLIERCVLA.] Libuit reponere, *Si muliercula.* oratio enim Taciti eſt, & ſuauitatem habet. Nam littera, *Si*, in fine verbi *aduerſantibus*, legitur; & in verbo *autem*, ſequente *in*, quæ prima littera eſt, primus pes pro *i*. At illa muliercula lethale mulſum Neronis fuit. Ibi perdidit probos mores & verecundiam princeps, *magna cupiditate mulieroſitatis quam φιλογυνίας vocant*, ait Cic. Tuſcul.

10 EXPLENTE.] Lege, *Expleret.* Nam ex Pub. Mimo, *Amoris vulnus eadē quæ ſanat facit.* Sed aliud longe apud nos Chriſtianos quam apud Paganos. Nam apud iſtos, impudicitiæ frena viris laxātur, & ſolo ſtupro atque adulterio dānato paſſim per lupanaria aut ancillulas libido permittitur. Et recte Tertull. loquens de Chriſtianis. *Nihil intereſt an quis viduam vel virginem incurſet, dum non ſuam fœminā; quia vtrumque eſt contaminatæ carnis elogium.*

11 ILLICITA.] Bene cum interrogante.

12 NVRVM ANCILLAM.] Vocat ancillam quam libertam prius nominauerat. Quod facit per depreſſionem. ſic ſæpe apud authores. Et certe *qui vindicta non erant manumiſſi, veluti vinculo ſeruitutis attinebantur*, ait Tacit. libr. 4. vbi de iniurijs libertorum in patronos. Sic idem Tacitus ſeruitia pro libertis capit lib. 14. *Seruitia armaret, militem accenderet.* Et Salluſtius. *Tarrula Scyrroque peſſimis ſeruorum diuitiæ partæ ſunt*; licet tamen non ſerui, ſed liberti eſſent.

13 SENECÆQVE PERMITTERET.] *Seneca purgatus a culpa.* Puto melius, *Seneca quæ permitteret.* Nam Burrho & Senecæ deſtinatum compeſcere audaciam Agrippinæ, ad omne ſcelus ruentis. *Ex authoritate ſimilis conſilij.* Sed nunquid ſapientiſſimi ſenis decus onero? minime; cum Reip. amore id faceret. Exemplum eſt præ manibus ex authoritate D. Hieronym. ad Ruſtic. monach. *Vitio per vitiũ medetur.* & in re non diſſimili. *Philoſophi ſæculi*, inquit, *ſolent amorem veterem, amore nouo, quaſi clauum clauo, pellere; quod & Aſſuero Regi ſeptem fecere principes Perſarum, vt Vaſthi reginæ deſiderium, aliarum puellarum amore compeſcerent. Illi vitium vitio, peccatumque peccato medicantur. Nos amore virtutum, vitia ſuperemus.* Scio tamen quoſdam Senecæ parum æquos: *Dio parum æquus Senecæ.* vt Dio, qui non modo exuendi obſequij materni authorem Senecam facit; ſed & interficiendæ matris. Verum dicam de Seneca.

Ille mihi ſemper Deus.

Nec facile credo tantum virũ huc prolapſum, cum firmaretur tot præceptis ſapientiæ. Auſonius tamen in Panegyrico, adſtipulatur quodammodo Dioni, cum ſcribit. *Diues Seneca; nec tamen Conſul. Arguetur rectius quam prædicabitur, non erudiiſſe indolem Neronis, ſed armaſſe ſæuitiã.* Arguetur vt Cato, ſed nunquã conuincetur. De verbo autẽ *permittendi*, Tertullianus ad vxor. *Ex eo quod permiſit, malum eſſe conuincitur: Quidquid enim permittitur quod non eſt bonum, ſuſpectam habet permiſſionis ſuæ cauſam.* D. Hieronym. aduerſ. Iouinia. *Si bonum eſt mulierem non tangere, malum eſt ergo tangere: nihil enim bono contrarium eſt niſi malum. Si autem malum eſt, & ignoſcitur: ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat. Quale autem illud bonum eſt, quod conditione deterioris conceditur?* Hæc fuit Hieronymi ſapientia, & ſcientia, cui ſubſcribo: eſt enim Chriſtiana & veriſſima.

14 ANNÆVS SERENVS.] Plinius libr. 22. cap. 23. vbi de fungis, meminit Annæi Sereni, vt Seneca epiſt. 63. & ita Plinius. *Familias nuper interemere, & tota conuiuia. Annæum Serenum præfectum Neronis vigilum & tribunos & centuriones. Quæ voluptas tanta ancipitis cibi?*

Tum Agrippina verſis artibus, per blandimenta iuuenem aggredi, ſuum potius [1] cubiculum ac ſinum offerre contegendis quæ [2] prima ætas, & [3] ſumma fortuna expeterent. Quin & fatebatur intempeſtiuam ſeueritatem, & ſuarum opum quæ haud procul imperatorijs aberant, copias tradebat, [4] vt nimia nuper coercendo filio, ita rurſum intemperanter demiſſa. Quæ mutatio neque Neronem fefellit, & proximi amicorum metuebant, orabantque [5] * caueri inſidias mulieris ſemper atrocis, tum & falſæ. (* caueret inſidias) Forte illis diebus Cæſar inſpecto ornatu, [6] quo principum coniuges ac parentes effulſerant, deligit veſtem & gemmas, miſitque [7] donum matri, nulla parſimonia, cum præcipua & [8] cupita alijs, prior deferret. Sed Agrippina [9] non his inſtrui cultus ſuos, ſed cæteris arceri proclamat, & diuidere filium, quæ cuncta ex ipſa haberet. [10] Nec defuere qui in deterius referrent. Et Nero infenſus ijs quibus ſuperbia muliebris innitebatur, demouet Pallantem cura rerum queis a Claudio impoſitus, velut [11] arbitrum regni agebat. Ferebaturque digrediente eo, magna proſequentium multitudine, non abſurde dixiſſe: Ire Pallantem, [12] vt eiuraret. *Mater Neronis nimia in coercendo mox demiſſa in patiendo.* Sane [13] pepigerat Pallas, ne cuius facti in præteritum [14] interrogaretur, pareſque rationes cum Repub. haberet. Præceps poſt hæc Agrippina, ruere in terrorem & minas, neque principis auribus abſtinere, quo minus teſtaretur, adultum iam eſſe Britannicum, veram dignamque ſtirpem ſuſcipiendo patris imperio, quod inſitus & adoptiuus per iniurias matris exerceret. Non abnuere ſe, quin cuncta infœlicis domus mala pateſierent, ſuæ in primis nuptiæ, ſuum veneficium: Id ſolum dijs & ſibi prouiſum, quod viueret priuignus: ituram cum illo in caſtra. Audiretur hinc Germanici filia, inde [15] vilis * rurſus Burrhus & exul Seneca, (* Rufulus Burrhus)

neca, [16] trunca ſcilicet manu, & profeſſoria lingua, generis humani regimen expoſtulantes. Simul intendere manus, aggerere probra: [17] conſecratum Claudium, infernos Silanorum manes inuocare, & tot irrita facinora.

1 CVBICVLVM AC SINVM.] Nemirere: nam violenta peſtis eſt ambitio, quæ proſtrat primum verecundiam. Conditio enim ambitioſi hominis eſt, *nihil pudere*. Hæc docuit Semiramis dominandi cupida. *Cupida regni*, inquit noſter, *fratre, & filia potior*. Quod ſi naturam ſuperat, facile virtutes & verecundiam ſubiecerit. *Nihil abnuere, dum dominationis ius apiſceretur*, ait Tacitus de Macrone. *Et quoquo facinore properus clareſcere*, vt Brutidius. In ſumma; *Cupido dominandi, cunctis affectibus flagrantior*. ait noſter. Et vt ſcribit Euripides in Iphig. *Qui ambitioni obnoxius eſt, ingenii malo eſt obnoxius*. Claud. 2. de laudib. Stiliconis.

Libido inſtammat totam noſtræ natiuitatem.

Ambitio quæ veſtibulis foribuſque potentum
Excubat, & pretiis commercia poſcit honorum.

Lubricum adoleſcentiæ.
Charybdis luxuria.
Scylla renidens libido.

2 PRIMA ÆTAS.] D. Hieronym. eleganter ad Demetr. loquens de Sathana. *Aduerſum iuuenes & puellas, ætatis ardore hoſtiis abutitur, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ.* Idem Diuus epiſt. 41. *Scitis ipſi lubricum adoleſcentiæ, in quo ego lapſus ſum, & vos non ſine timore tranſiſtis.* Et ad Heliodorum. *In illo æſtu Charybdis luxuriæ ſalutem vorat. Ibi ore virgineo, ad pudicitiæ perpetranda naufragia, Scylla, ſeu renidens libido blanditur.* Quintilian. declamat. 322. *Hic adoleſcens eſt: omnes cupiditates, omnes impetus, in hac ætate facilius conualeſcunt. Sane nulla ætas floridior; ſed nulla ad intemperantiam fluidior.* belle & vere.

In ſumma fortuna nihil plerunque deeſt, præter honeſtum ingenium.

3 SVMMA FORTVNA.] Cui quod cupit licet, & plerunque nihil illi deeſt, præter honeſtum ingenium. Sed meminerit cauendum a meretricibus. Nam, vt ait Varro, *oleam ſi lambendo, capra lingua contigerit, cleſeritque primo germinatu, ſterileſcit.* Nam meretricis contactus, virtutum omnium ſterilitas & exitium eſt.

4 VT NIMIA NVPER.] Nota muliebre ingenium, ſine modo.

Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.

Nam quæ atrox, ſtatim mutata, fit manſueta vltra modum. Tacit. 2. hiſt. Vxor Vitellij, *vltra fœminam ferox*. Contra Galeria imperatoris vxor *non minax triſtibus*.

5 CAVERI.] Lego, *caueret inſidias*.

6 QVO PRINCIPVM CONIVGES.] Claudianus ita de nuptijs Honorij & Mariæ.

—— *iam munera nuptæ*
Præparat, & pulchros Mariæ, ſed luce minores
Eligit ornatus, quidquid venerabilis olim
Liuia, diuorumque nurus geſſere ſuperbæ.

Sueton. 39. in Caligula. *Inuitatus lucro quidquid inſtrumenti veteris aulæ erat, ab vrbe repetijt.* Vbi legendum; *ab vrbe condita*: & addit: *modo pœnitentiam ſimulans, quod rerum principalium priuato copiam faceret.* Nam quæ Principibus propria, ad priuatos non abeant.

7 DONVM MATRI.]

Κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

Ait Eurip. in Medea.

Improbi viri, dona vtilitatis nihil habent.

8 CVPITA ALIIS.] Quid ſi, *alias*? ſane melius, vt arbitror. Nam defert vltro, quod beneficium eſt. Et defert alias cupita, quod amplius. Neque multa eſt gratia id deferre, quod alij concupierint, ſed quod tute expectas, id tibi deferri, non modo gratum eſt, ſed & gratiſſimum. Quod vero ſcribit, *dilegit veſtem*, pro *deligit*, id cupitum mulieribus, quibus votum eſt vt niteant. D. Hieronym. epiſt. 12. *Multas, licet inſignis pudicitiæ, quamuis nulli virorum, tamen ſibi, ſcimus libenter ornari.* Nam vt ait idem, *φιλόκοσμον genus mulierum eſt.* Noto autem mulieres donis capi, & dona illices perpetuos eſſe mortalibus & inter mortales mulieribus capiendis. Martial. lib. 5. epigramm. 18.

Donis capta mulieres.
φιλόκοσμον genus mulierũ.

Odi doloſas munerum & malas artes.
Imitantur hamos dona: namque quis neſcit,
Auidum vorata decipi ſcarum muſca?

Recte, muſca. Nam mulier muſca eſt non modo, ſed & hamus.

Tacitus explicatus.

9 NON HIS INSTRVI CVLTVS SVOS.] Id eſt, non ea eſſe ſua ornamenta, ſed alia a quibus arceretur. Illam enim arcuerant a rerum cognitione, & a Tribunali Principis, cum itum eſt obuiam huiuſmodi dedecori. Cæterum inciuile eſſe, filium matri partem facere rerum, quas integras illi quæſiuiſſet. Non prætereo de his veſtimentis, quod de Eutrapelo dicit Horatius.

——*Eutrapelus cuicunque nocere volebat,*
Veſtimenta dabat pretioſa.

Nam ſpecie ciuilitatis, omnes quos oderat, male tractabat.

Lingua Aulicorum flabellum ignium.

10 NEC DEFVERE QVI IN DETERIVS REFERRENT.] Præcipue apud Aulicos, quorum lingua, flabellum eſt, & magnorum ignium incentiuum ſæpe. Et Aulici melius ſæpe in deterius, & deterius in melius conuertunt, ſi vtilitas ſuadeat.

11 ARBITRVM.] Forte, *velut arbitrium regni agebat*. vt ſcilicet pro ſuo arbitrio cuncta regeret. Sic apud Iuriſconſultos *arbitrium* pro libera facultate. L. 49. D. famil. erciſc. L. 1. Cod. ſi maior fact. Et *arbiter* pro iudice. Ouid.

Eiurare.

Arbiter es formæ, certamina ſiſte dearum.

Aulicorum infelix exitus.

12 VT EIVRARET.] Scilicet Rempublicam quam in manu habebat & in poteſtate. Quod ſit autẽ acumen iſtorum verborum, multi dubitant. Et exiſtimo reſpexiſſe Neronem ad formulam eiurandi bonam copiam, de qua Cicero in familiarib. epiſt. ad Pætum. *Tu autem quod mihi bonam copiam eiures, nihil eſt.* Vocant Iuriſconſulti *cedere bonis*. Pallas ergo exibat eiuraturus bonam copiam, & ingentem proſequentium multitudinem, immenſam-

que authoritatem malæ fortunæ, inuidiſque, & maleuolis, quaſi iniquis creditoribus, relicturus. Quod infortunium mortalibus frequens, egregie tangit D. Cyprianus epiſt. 1. nec omitto. *Illum vide*, inquit, *qui amictu clariore conſpicuus fulgere tibi videtur in purpura. Quibus hoc ſordibus emit vt fulgeat? Quos arrogantes faſtus prius pertulit? Quas ſuperbas fore matutinus ſalutator obſedit? Quos tumentium contumelioſa veſtigia in clientum cuneis ante præceſſit, vt ipſum etiam ſalutatum, & omnes poſtmodum pompa præcederet obnoxia, non homini, ſed poteſtati? Neque enim coli moribus meruit ille, ſed faſcibus. Horum denique videas exitus turpes, cum anceps temporum palpator abſceſſit, cum priuati latus nudum deſertor aſſecla fœdauit. Tunc laceratæ domus plagæ conſcientiam feriunt; Tunc rei familiaris exhauſtæ damna noſcuntur, quibus redemptus fauor vulgi, & caducis atque inanibus votis, popularis aura quæſita eſt.* Chriſtiane hercle, & ſapienter. Quæ omiſiſſe, nec potui, nec debui.

13 PEPIGERAT PALLAS.] Cum Claudio ſcilicet, vt omnia Pallas peteret, omnia Claudius annueret.

14 INTERROGARETVR.] Id eſt accuſaretur. Nam apud Tacitum pro accuſatione. ſupra, *Bithynis interrogātibus*: id eſt accusātibus, Nullus autem in Veteri Rep. fuit, qui geſtorum a ſe rationem Reip. non redderet. Nam de rebus geſtis ad Senatum ſcribere oportebat, & quæ quiſque feciſſet, commentarijs tradere, petereque a Senatu, vt ea rata haberentur. Primum Iulio Cæſari indultum, vt ea quæ feciſſet, rata eſſent: inuaſerat enim Remp. Auguſto deinde, mox ſecutis imperatoribus, vtque in eorum acta iuraretur, nec amplius inquireretur, pareſque cum Rep. rationes haberent. Inde illud Ciceronis vbi de Antonio ad Attic. *Si nos timor confirmare eius acta non coegiſſet.* epiſt. 10. l. 5. Sed qui timore aliquid agit, nihil agit. Accuſatores autem interrogabant. Noſter teſtis eſt lib. 6. in his verbis. *Tum interrogante accuſatore, an cultus dotales, ac detractum ceruici monile venum dediſſet.* Velleius lib. 2. *P. Rutilium virum non ſæculi ſui, ſed omnis æui optimum interrogatum lege repetundarum, maximo cum gemitu ciuitatis, damnauerant.* In Pſalmo 34. *Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.* Id eſt, accuſabant me de rebus mihi incognitis.

Interrogare accuſare eſt.

Quiſque rationem geſtorum pro Repub. reddebat.

Iulij acta rata omnia.

Cæſares parem cum Rep. rationem habebant.

15 VILIS RVRSVS BVRRHVS.] Hic locus me exercuit, meumque incertauit animum. Puto legendum: *Inde vilis Rufulus Burrhus.* Repoſui, *vilis Rufulus*, quod eſſet Tribunorum militarium nomen vile. Liuius lib. 9. Nam hi non a populo, ſed ab imperatore fiebant; nec ſuffragio, ſed arbitrio. Et quia Rutilius Rufus de his legem tulerat: ideo Rufuli appellati ſunt; & fuere primum creati Q. Seruilio, L. Genutio ſecundum Conſulibus. Vocat autem Burrhum Rufulum, per deſpectum, quia is Tribunus. Scio quidem temporibus Neronis Rufulos in vſu non fuiſſe, ſed muneris deperditi nomen manſit, & cum nomine contumelia. Sic *Troſſuli equites*, de quibus Plinius libro 33. cap. 2. Et *Troſſuli dicti*, *quod duce Numio, ſine peditibus, oppidum Hetruriæ expugnarunt non longe a Volſcis*, vt Vet. interpres Perſij ſcribit ad Satyr. 1. Dico quod ſentio; dicat qui meliora ſentit.

Rufuli militarium tribunorū nomen.

Dicti Rufuli a Rutilio Ruſo.

Quando creati.

Troſſuli equites.

Vnde dicti.

16 TRVNCA SCILICET MANV ET PROFESSORIA LINGVA.] Lego, *Trunca ille manu, hic profeſſoria lingua.* Nam Burrhus curis militaribus addictus, ſuam militiam recte curauerat & exercuerat: ideo poterat trunca eſſe manu; quod animoſioribus militibus contingere ſolet; & centurionibus præcipue. Seneca pater l. 1. Contrſ. 4. Viro forti, trunco manibus. *Inuoco te*, ait, *Reſpub. quæ meas manus poſſides.* Claudianus.

—— manibuſque redit truncatus, & armis.

Ioſephus filius Gorionis cap. 19. belli Iudaici. *Craſtina die ter mille viros principes quos ceperant viuos, ac eruerunt ſingulis oculum & manum amputarunt. & remiſerunt illos ad Titum.* Tacitus de militibus libro 1. *Tricena aut quadragena ſtipendia ſenes trunco ex vulneribus corpore.* Quintil. decl. 371. *Integer in miſerum ſenem incurrit: quid ſi haberet manus?* Fuit ſane manuum amputatio inter grauiora tormenta. Florus libr. 2. cap. 18. vbi de bello Numidico. *Hoc ſic a barbaris acceptum quaſi manus abſcinderentur.* Et vbi de clade Variana: *Barbaros* ſcribit *cauſidicis linguam, oculos, & manus amputaſſe, vt ſcilicet qua parte peccaſſent, plecterentur.* Iuuenal. Satyr. 3.

-- Atque ideo nulli comes exeo, tanquam
Mancus, & extinctæ corpus non vtile dextræ.

De lingua autem profeſſoria, Euodius pro Symmacho Papa. *Lucri adſtrictus, compedibus linguæ vendit obſequium, & dum animus habendi libidine ſubiugatus, præſumptum iam temere exiſtimat compendium; ſic ingruentia per ſtyli exercitium neſcit timere diſcrimina.* Papin. in Syluis ad Septim. Seuerum.

Eſt & frementi vox hilaris foro,
Venale ſed non eloquium tibi,
Enſiſque vagina quieſcit,
Stringere ni iubeant amici.

Syneſius epiſt. 59. *Decreuit ad aliud nauigare forum, vbi lingua venalis eſt, quo ducuntur Rhetores.* Lucanus 1. libr. 1.

Audax venali comitatur Curio lingua.

& Seneca in Hercule furente.

Clamoſi rabioſa fori iurgia vendunt:
Iras & verba locant.

At venali lingua, nil vilius, nil inquinatius.

Tacitus correctus.

Burrhus trunca forte manu.

Manus trunca fortibus viris.

Manus amputatio inter tormēta grauiora.

Aduocatis lingua & manus amputata.

Obſequium linguæ vtilitatis gratia.

Aduocati eloquentia parca ſit, nec venalis.

Lingua venali nil inquinatius.

17 CONSECRATVM CLAVDIVM.] Solebant Deos, & manes parentum inuocare, grauiter afflicti, & mortem cupientes. In Tragœdia Pacuuij de parentibus.

Mater, te appello, quæ curā ſomno ſuſpenſam leuas,
Neque te mei miſeret: ſurge, & ſepeli natum.

De dijs, Virgil. 4. Æn. de Didone moriente.

Teſtatur moritura Deos, & conſcia fati
Sidera.

Salluſt. 3. hiſtor. *Vti ſolet in extremis rebus, ſibi quiſque clariſſimum domi recordari, cunctique omnium ordinum extrema ſequi.* Dicit autem *conſecratum Claudium*; quod iſta conſecratione inter deos Claudius. Teſtaturque quaſi Deū vindicem ereptæ imperio imperatoriæ ſobolis, ſeque a filio deſpectam & male habitam.

Morituri manes parentum aduocabant.

Turbatus

Turbatus his Nero, & propinquo die, quo quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat, volutare ſecum, modo matris violentiam, modo ipſius[1] indolem, vt quidem experimento nuper cognitam, quo tamen fauorem late quæſiuiſſet.[2] Feſtis Saturno diebus inter alia æqualium ludicra,[3] regnum luſu ſortientium, euenerat ea ſors Neroni.[4] Igitur * cæteris diuerſa, nec ruborem illatura, vbi Britannico iuſſit exurgeret, progreſſuſque in medium cantum aliquem inciperet, irriſum ex eo ſperans pueri ſobrios quoque[5] conuictus, nedum temulentos ignorantis: ille conſtanter exorſus eſt carmen, quo[6] euolutum * cum ſede patria rebuſque ſummis[7] ſignificabatur. Vnde orta miſeratio manifeſtior, quia[8] diſſimulationem nox & laſciuia exemerat. Nero intellecta inuidia, odium intendit. Vrgentibuſque Agrippinæ minis, quia nullum crimen, neque iubere cædem fratris palam audebat, occulta molitur. Parari venenum iubet, miniſtro Pollione Iulio prætoriæ cohortis tribuno,[8] cuius cura attinebatur damnata veneficij nomine Locuſta, multa ſcelerum fama. Nam vt proximus quiſque Britannico, neque fas, neque fidem penſi haberet, olim prouiſum erat. Primum venenum ab ipſis educatoribus accepit, tranſmiſitque exoluta aluo parum validum, ſiue temperamentum inerat, ne ſtatim ſæuiret. Sed Nero lenti ſceleris impatiens, minitari tribuno, iubere ſupplicium veneficæ, quod dum rumorem reſpiciunt, dum parant defenſiones, ſecuritatem morarentur.[9] Promittentibus dein tam præcipitem necem quam ſi ferro vrgeretur, cubiculum Cæſaris iuxta decoquitur virus[10] cognitis antea venenis rapidum. Mos habebatur principum liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus ſedentes veſci in aſpectu propinquorum, propria & parciore menſa.[11] Illic epulante Britannico, quia cibus potuſque eius delectus ex miniſtri guſtu explorabatur, ne omitteretur inſtitutum, aut vtriuſque morte proderetur ſcelus, talis dolus repertus eſt. Innoxia adhuc ac[12] præcalida, & libata guſtu potio traditur Britannico. Dein poſtquam feruore aſpernabatur, frigida in aqua affunditur venenum, quod ita cunctos eius artus peruaſit, vt vox pariter & ſpiritus eius raperentur. Trepidatum[13] a circunſedentibus, diffugiunt imprudentes. At quibus altior intellectus, reſiſtunt defixi, & Neronem intuentes. Ille vt erat reclinis, & neſcio ſimilis, *ſolitum ita* ait, *per*[14] *comitialem morbum quo primum ab infantia afflictaretur Britannicus, & redituros paulatim viſus ſenſuſque.* At Agrippinæ is pauor, ea conſternatio mentis quamuis[15] vultu premeretur, emicuit,[16] vt perinde ignaram fuiſſe ac Octauiam ſororem Britannici conſtiterit: quippe ſibi ſupremum auxilium ereptum, & parricidij exemplum intelligebat. Octauia quoque quamuis rudibus annis, dolorem, charitatem, omneis affectus abſcondere didicerat. Ita poſt breue ſilentium repetita conuiuij lætitia. Nox eadem necem Britannici & rogum coniunxit, prouiſo ante funebri apparatu, qui modicus fuit. In campo tamen Martio ſepultus eſt, adeo turbidis imbribus, vt vulgus iram deum portendi crediderit aduerſus facinus, cui plerique etiam hominum ignoſcebant, antiquas fratrum diſcordias, & inſociabile regnum exiſtimantes.

* Igitur iubet

* ſe ſede paterna

1 INDOLEM VT QVIDEM.] Lege, *indolem leui quidem experimento nuper cognitam.* & dele, *vt.* Sic ex veſtigio Herculis totum corpus metiebantur: & ex gutta fons, ex pomo arbor tota dignoſcitur.

Saturnalia dies iocoſi.

2 FESTIS SATVRNO DIEBVS.] Id eſt, Saturnalibus: de quibus Martial. lib. 11. epigramm. 7.

Fritillus regnator.

Vnctis falciferi ſenis diebus,
Regnator quibus imperat fritillus,
Verſu ludere non laborioſo
Permittis. puto pileata Roma
Riſiſti: licet ergo, nec vetamur.

Certe hi dies toti iocoſi, & otioſi apud Romanos qui Deum Saturnum vetulum & veternoſum ſenem, moroſumque & toruum his ſalibus recreabant. Nam dij paganorum iocis, epulis & potaculis propitiabantur.

Imperatores Reges dicti.

3 REGNVM LVSV SORTIENTIVM.] In manuſcriptis aiunt legi, *R. Regnum.* Forte, *Romanum regnum ſortientium.* Nam imperatores Romani, poſtea etiam Reges nominabantur. Martialis epigr. 2. lib. 1.

Inuidioſa feri radiabant atria regis.

Id eſt Neronis. Dixit autem, *R. Regnum ſortientium,* vt *regna vini* dixit Horatius *ſortiri.* Nam ſic ſcribit:

Nec regna vini ſortiere talis.

Ille autem *rex vini* erat qui leges dabat in menſa: quem *arbitrum bibendi*, quem *dictatorem conuiuij*, quem *magiſtrum cœnæ* dicebant. Sortiebantur autem talis, cuique Venus obtigerat, is rex fiebat. Nam Cicero de diuinat. libr. 1. *Quatuor tali iacti caſu Venereum efficiunt.* Sed nemo Suetonio hunc ludum magis expreſſerit. Nam in Auguſto c. 71. *Talis*, inquit, *iactu vt quiſq. canem aut ſenionẽ miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in mediũ conferebat; quos tollebat vniuerſos qui Venereum iecerat.* Inde tam ſæpe apud Plautum illa vox: *Hoc Venereum eſt.* Ait autem *ſortientium*, quia per ſortes illud diadema contingebat, interpoſito *fritillo*, qui ideo *regnator* dicitur. At alea & fritillus huius Regni datores. regnabant autem Saturnalibus. Martialis.

Dum blanda vagus alea December
Incertis ſonat hinc & hinc fritillis.

Per ſortes autem, non modo regnum, ſed & alia multa fiebant. Sed apud Chriſtianos damnatæ hæ ſortes, etiam in iudicijs. Nam Iuriſconſulti ſorte aliquando ambigua cauſarum dirimebant. L. in iſtis. D. de Iudicijs. Leo IV. Pontifex ſummus ad Epiſcopos Britanniæ, poſtquam diuinos & veraculos damnauit, ita ſubiungit. *Vnde ad illorum ſimilitudinem, ſortes quibus vos cuncti in veſtris diſcriminatis iudicijs: (lego, diſcrimina terminatis in iudicijs) nihil aliud quam quod illi patres damnarunt, diuinationes, & maleficium eſſe decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari, & vltra inter Chriſtianos nolumus nominari, & vt abſcindantur, ſub Anathematis interdicto præcipimus.* D. Clemens Romanus & D. Aquinas libro de ſortibus, has damnant. Nec enim Apoſtolus Matthias ſecundum has ſortes electus eſt, ſed ſigno dato a Deo hunc ſibi placuiſſe. Nec enim Apoſtoli erant aleatores, & fritillatores: quæ a veteribus Chriſtianis omnia damnata ſunt, & prohibita. Sed quid aleatore turpius & obſcœnius?

4 IGITVR.] Mendum eſt in eo verbo; quod caliginem infundit: imo toti clauſulæ, quæ turbata & confuſa eſt. Itaque lego, non *igitur*, ſed *iniunguntur cæteris diuerſa, nec ruborem illatura, vbi Britannico iuſſit exurgeret, progreſſuſque in medium, cantum aliquem inciperet irriſurum, (non irriſum) ex eo ſperans pueri ſobrios quoſque conuiuiorum cantus, nedum temulentos ignorantis, ille conſtanter exorſus eſt.* Et niſi ita legas, non video quomodo ex impedito, te facias expeditum. Sed ea explico. author ergo innuit Neronem adepto per ſortes Regno omnibus ſubditis pro imperio & poteſtate aliquid imperaſſe. Cæteris iniunxiſſe aliquid quod eis ruborem non adferret. Vbi vero venit ad Britannicum, iuſſiſſe vt exurgeret & vt cantum aliquem inciperet. Sperabat enim ridiculum omnibus facturum eum, quod ignoraret ſobrios quoſque conuiuiorum cantus, nedum temulentos & comiſſationibus aſſuetos, in quibus cinædicas cantiones nulla verecundia fundebant. Plautus de iſta comiſſatione in Sticho.

Tacitus correctus.

Lepidam & ſuauem cantionem aliquam occipito cinædicam.

Quo loci comiſſatoria cœna deſcribitur, & cantus temulenti. De ſobria vero certum eſt vſui fuiſſe cantus in amicorum cœnis: quod ex Cicerone in Bruto notũ eſt. *Vtinam*, inquit, *extarent illa carmina quæ multis ſæclis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis conuiuis de clarorum virorum laudibus in Originibus ſcriptum reliquit.* Loquitur enim de Catone.

5 CONVICTVS.] Attende, & expendo hoc verbum, nebulam videbis. Nam quid cantus ad conuictum? Non ideo Nero iuſſit Britannicũ canere, vt irrideretur eius conuictus. Et quid hoc, *Pueri ſobrios conuictus ignorantis?* Immo non ignorabat his innutritus, non vero temulentis poculis, vt Nero. Repoſui, *ſobrios pueri conuiuiorum cantus ignorantis, nedum temulentos.* Nam hoc ſibi vult: Neronem iuſſiſſe Britannicum canere, ſperans inde irriſui fore omnibus, quod eſſet puer ignorans quoſque conuiuiorum cantus, nedum temulentos. Et hoc fecit Nero, quod in arte canendi doctus haberi vellet, cum non eſſet tamen. Vtque peritia eius in canendo, cum Britannici imperitia expenderetur. Alluditque ad comiſſationes, quibus ille ſemper interfuerat, cum Britannicus in temperantiæ ſinu nutriretur. Meliora te docebunt forſan, qui Varronis theſauros habent. Sed non omitto hunc canendi morem a Græcis quibus in conuiuio data ordine cithara, quam pulſarent, addita voce & carminibus, vel in laudem Deorum vel heroum: quod qui ignoraret, pro inſulſo habitus.

6 EVOLVTVM.] Lego, *euolutum ſe ſede paterna, rebuſque ſummis, ſignificabat.* Nam illud (*ſe*) in verbo, *ſede.* Nec omittere debeo totum hunc locum turbatum, & ſuperiora etiam, quæ vt ad normam reducam, ita lego. *Turbatus his Nero, & propinquo die, quo quartumdecimum*

ſumdecimum ætatis annum Britannicus explebat, voluitare ſecum modo matris violentiam, modo ipſius indolem leui quidem experimento cognitam, quo tamen fauorem late quæſiuiſſet. Et feſtis Saturno diebus, inter alia æqualium ludicra, Romanum regnum luſu ſortientia, tum euenerat. Ea ſors Neroni; (vt ſcilicet rex fieret,) *iniunguntur cæteris diuerſa, nec ruborem allatura* : (quod fiebat ab ipſo Rege ſortium, qui imperabat cuique vt ea faceret quæ mandabat,) *vbi Britannico iuſſit vt exurgeret, progreſſuſque in medium, cantum aliquem inciperet, irriſurum ex eo ſperans pueri ſobrios quoſque conuiuiorum cantus, ne dum temulentos ignorantis.* (nam hæc in comiſſationibus acta.) *Ille conſtanter exorſus eſt carmen, quo euolutum ſe ſede paterna rebuſque ſummis ſignificabat. Vnde orta miſeratio.* De ſimili fratrum perfidia omnia Theatra tam Græca quam Latina perſonant, ſed Polynices Euripidis de his ampliter te docuerit.

Diſſimulatio in temulentia difficilis.

7 DISSIMVLATIONEM NOX ET LASCIVIA.] Nam diſſimulatio, inter calentia vina, rara & difficilis, ac nocte præcipue, quæ tenebris tecta, nos audaciores & apertiores reddit.

8 CVIVS CVRA ATTINEBATVR.] Id eſt, in cuius erat cuſtodia. Sic Act. Apoſtol. vbi de D. Paulo. *Tribunus timuit, quia ciuis Romanus eſſet, & quia alligauit eum* : Quippe milite cuſtode attinebatur.

9 PROMITTENTIBVS DEIN.] Lego, *promittentibus demum.* Nec heic caput ſcabo, aut viuos vngues mordeo. Nam res plana eſt. Et ſi quis aliud cenſeat, audiet a me, Noli turbare muſicam Taciti.

Venena recognoſcere. Neroniana crudelitas. Venenorum plura nomina. Plures effectus. Quædam gelantia, quædam adurentia.

10 COGNITIS ANTEA VENENIS.] Neroniana vere crudelitas. Quintilianus declamat. 246. *Sæpe in ſcelere virtutis eſt noſſe veneni modum.* Et vt ait declamat. 350. *Venenorum plura genera, plura nomina ſunt, diuerſi etiam effectus : alind ex radicibus herbarum contrahitur, aliud ex animalibus mortiferis reſeruatur : ſunt quæ frigore ſanguinem gelent, ſunt quæ calore nimio vitalia exurant.*

Quam execrabile inter cibos venenum porrigere.

11 ILLIC EPVLANTE BRITANNICO.] De ſimili veneno idem Quintilian. declamat. noua 321. *Venenum*, inquit, *aliquis inter lares ſuos, inter ſacra menſæ, coronatis pariter quos colebamus Dijs immortalibus, venenum aliquis hilaris hilari dedit? Venenum aliquis circumſtante familia, præſentibus miniſterijs daret, fœdaturus continuo cadauere illud conuiuium ſuum?* At ſeuera nobis antiquitas tradidit, infeſtos animos placauere menſæ, & homines, qui inter ſe armis & exercitibus conflixerant, tuti tamen iacuere media cœnæ ſede, vt Triumuiri in Sexti Pompeij nauali cœna.

Decocta inuentum Neronis.

12 PRÆCALIDA POTIO.] Decocta fuit, quæ *inuentum Neronis*, vt ait Plinius libr. 12. cap. 3. & 31. cap. eodem. *Cumque ille fugiens latoſam aquam bibiſſet. En decocta Neronis*, inquit Sueton. 48. in Nerone. Iuuenalis.

Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.
Non eadem vobis poni modo vina querebar,
Vos aliam potaſtis aquam.

Sub Caio calda aqua vendita.

Tamen ante Neronem, ſub Caio, iam calidam aquam conſueuiſſe potari certum eſt. Nam qui calidam aquam iuſtitio vendiderat, necatus eſt. Dio lib. 59. Et Philo Iudæus de vit. cōtemplat. *Vinum* enim ait *non dari contemplatoribus, ſed aquam limpidiſſimam, cæteris frigidam, caldam vero ſenioribus qui delicatius tractantur.* Puto tamen in decocta Neroniana aliquid interueniſſe. Quod indicat Plinius libro 31. cap. 3. *Neronis*, inquit, *inuentum eſt decoquere aquam, vitroque demiſſam in niues refrigerare : ita voluptas frigoris contingit ſine vitijs niuis. Omnem vtiq. decoctam vtiliorem eſſe conuenit, item calefactam refrigerari ſubtiliſſimo inuento.* Quod probatur Plutarchi teſtimonio in quæſtionibus 6. cap. 4. *Menſæ omnis aqua*, inquit, *calefacta fit poſtea frigidior, vt illa quæ Regibus datur. Vbi enim ad bullitum vſque calefacta eſt, cingitur illa niuibus vas ambientibus, & ſic frigidior fit.* Et hæc decocta Neronis. Menſæ autem initio aquam aut vinum præbebant. Plaut. in Sticho.

Decocta Neroniana forma. Aqua aut vinum initio cœnæ.

Quid iſtuc eſt prouinciæ? STI. *Vtrum fontali, an libero*
Imperium te inhibere mauis? SAC. *Nimio liquido libero.*

Aqua aut calida aut frigida.

Aqua autem aut calida apponebatur, aut frigida. Et vtramque iungit Iuuenal. Sat. 5.

Quando vocatus adeſt calidæ, gelidæque miniſter.

Martial. libr. 1. epigramm. 12.

Iam defeciſſet portantes calda miniſtros,
Si non potares Sextiliane merum.

Tepētia pocula.

De calida heic. Et Apul. 2. Metamorphoſ. *Me preſſim deoſculato, ac flore perſperſo, arripit poculum, ac deſuper aqua calida iniecta, porrigit bibam, idque modicum.* Et idem eodem. *Calida enim œnophoris & calice cœnarum reliquijs diſcus ornatus.* Inde Prudent. dixit *tepentia pocula*, in pugna Luxuriæ.

—— inde tepentia linquens
Pocula. Et Martialis.
Incipiat poſitus quam tepuiſſe calix.

De calida, idem lib. 12. epigramm. 61.

Natali pallere ſuo ne calda Sabello
Deſit, & vt liquidum potet Alauda merum.

Calda ad bibendum & lauandum.

Erat autem calda ad bibēdum, ſed erat etiam ad lauandum ante cœnam. Et Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe miror, cum alioqui lauari calida frequenter induceret. Plaut. in Rud.

Vt eapſe ſic ſuccincta aquam calefactat vt lauemus.

Ideo idem in eadem comœdia facit lenonem ita loquentem, & ad balneationem ſpectantem.

Aedepol Neptune tu es balneator frigidus.

In balneis frigida. Calida. Tepida. Declamatores caldi.

Nam in balneis ante cibum, frigida aliquando, aliquando calida lauabant, aliquando etiam tepida. Sic Seneca declamatores feruidos, & ſufflaminandos, *caldos* vocat Suaſor. 3. *Quoties audierat aliquem ex declamatoribus illis, quos ſcholaſtici caldos vocant.* De frigida, Plinius lib. 38. cap. 4. *Aqua calida perfundere caput ante balnearum vaporationem, & poſtea frigida, ſaluberrimum intelligitur.* Dio ſcribit libr. 53. Antonium Muſam medicum balneis frigidis ægrotum Auguſtum ſanaſſe. Plin. Nepos 5. epiſtol. *Si pœnitet teporis frigidaria cella*

connectitur Media, cui Sol benigniſſime præſto eſt. De tepidis, Martialis lib. 3. epigr. 25.

Si temperari balneum cupis feruens,
Fauſtine, quod vix Iulianus intraret:
* *Rogo lauet vii rhetorem Sabineum.*
Neronianas is refrigerat thermas.

* Lege, Rogo laues vbi Rhetor eſt Sabineus.

Frigus Theognidis tragici.

Loquitur enim de oratore frigido, quem Cicero *parum vehementem* dicit alicubi. Sic Theognidi Tragico, Ariſtophanes hiemem & frigus exprobrat, & gelidum vatem facit. Addo ſuperioribus, quod Martial. epigramm. 48. lib. 10.

Temperat hic thermas, nimios prior hora vapores
Halat, & immodico ſexta Nerone calet.

Sed quid te minutijs paſco? Audiam de me Horatianum iſtud,

--ſatis inter vilia fortis.

Cur legendum, circūſtantibus.

13 A CIRCVMSEDENTIBVS.] Lego, *circumſtantibus.* Nam qui circumſedebant, erant pueri trepidationis nondum capaces. At quibus altior intellectus, hi trepidabant, & reſtabant defixi, alij imprudentes diffugiebant. Non ignoro tamen fuiſſe qui menſis imperatorum accumberent: ſed de accubitoribus ne vola quidem hoc loco.

Comitialis morbus.

14 COMITIALEM MORBVM.] Comitialis, quod comitia diſſolueret. Serenus ita de his morbis.

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo
Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat.

Accidentia morbi comitialis.

Cornelius Celſus lib. 3. cap. 24. *Inter notiſſimos morbos, eſt etiam is, qui comitialis, vel maior nominatur: homo ſubito concidit, ex ore ſpumæ mouentur: deinde interpoſito tempore ad ſe redit, & per ſe ipſum conſurgit. Sonticum morbum* dicunt Iuriſconſulti L. 115. de verb. ſignif. *qui cuique rei gerendæ obeſt.* L. 46. de re iudic. Cæterum infantes plerunque, & pueri hoc morbo laborant, ob cerebri nimiam frigiditatem, ſed augente calore, per ætatem abit. Sic Cæſar Iulius, ſic Alexander Magnus, ſic Hercules olim epileptici. Et vno verbo, iſte morbus magnorum virorum comes.

Sonticus morbus.

Cauſæ morbi comitialis.

Magnorum virorum morbus comitialis.

Tyrannus non ſinit matres plorare filios.

15 VVLTV PREMERETVR.] Xiphilinus de matre Getæ, ait *coactam fuiſſe, de confoſſo in ſinu filio, ridere.* En quo Tyrannorum feritas nos adigit. lib. 77. Et ſane,

Plus ſcire, quam loqui ſeruum hominem, ea ſapientia eſt. ait Plautus.

16 PERINDE IGNARAM.] Moneo eos, qui Manuſcriptos non norint, dictionibus inſertis Tacitum fœdauiſſe. Nam ſæpe eruerunt multas quæ eſſent in textu, ſed in verborum latitantes ſimilitudine, vt heic. Nam cum eſſet ſcriptum, *Agrippinam perinde ignaram fuiſſe Octauia vt ſoror Britannici.* Repoſuere: *Ac Octauiam ſororem Britannici.* Putaueruntque, pro *Octauia vt,* legendum *Octauiam.* Ideoque *ſororem,* pro *ſoror* ſcripſere. Vnde tot in Tacito maculæ.

Tradunt plerique eorum temporum ſcriptores, [1] crebris ante exitium diebus illuſiſſe pueritiæ Britannici Neronem, [2] vt iam non præmatura, neque ſæua mors videri queat, quamuis inter ſacra menſæ, ne tempore quidem ad complexum ſorori dato, ante oculos inimici properata ſit [3] in illum ſupremum Claudiorum ſanguinem, ſtupro prius quam veneno pollutum. Feſtinationem exequiarum [4] edicto Cæſar defendit, id [5] a maioribus inſtitutum referens, [6] *ſubtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus, aut pompa detinere. Cæterum & ſibi amiſſo fratris auxilio, reliquas ſpes in Rep: ſitas: & tanto magis fouendum patribus populoque principem, qui vnus ſupereſſet e familia ſummum ad faſtigium genita.* Exin largitione potiſſimos amicorum auxit. Nec defuerunt, qui arguerent [7] viros grauitatem aſſeuerantes, quod domos villaſque id temporis quaſi prædas diuiſiſſent. Alij neceſſitatem adhibitam credebant a principe, ſceleris ſibi conſcio, & veniam ſperante, ſi largitionibus validiſſimum quenque obſtrinxiſſet. At matris ira nulla munificentia leniri: ſed amplecti Octauiam. Crebra cum amicis ſecreta habere. Super ingenitam auaritiam, vndique pecunias quaſi in ſubſidium [8] corripiens, tribunos & centuriones comiter excipere. Nomina & virtutes nobilium, qui etiam tum ſupererant, in honore habere, quaſi quæreret ducem & partes. Cognitum id Neroni, excubiaſque militares, quæ vt coniugi [9] imperatoris * ſolitum & vt matri ſeruabantur, & [10] Germano ſuper eundem honorem cuſtodes additos digredi iubet. Ac ne cœtu ſalutantium frequentaretur, ſeparat domum, matremque transfert in eam quæ Antoniæ fuerat, quoties ipſe illuc ventitaret, ſeptus turba centurionum, & poſt breue oſculum digrediens.

Modus ſibi aſciſcendi imperij.

* ſoli tum, &

1 CREBRIS

Illudere pro vitium inferre.

1 Crebris ante exitivm diebvs illvsisse pveritiæ Britannici.] *Illuſiſſe*, pro *vitium intuliſſe*. Seneca pater 1. Controu. 2. *Nemo in tanta euntium redeuntiumque turba inuentus eſt qui fortunæ tuæ vellet illudere*: id eſt, te polluere. Plautus vocat *pulſare verecundiam*, in Epidico. Et libro Iudicum cap. 19. *Tradidit eam ad illudendam*. Et Silius libr. 8. —— *vix ſi bellum comitata relictis*

Deiphile thalamis, illi illudenda tuliſſem.

O quam bene Martialis de Nerone ita turpiter illudente. —— *Quid Nerone peius?*

Quid thermis melius Neronianis?

Sic Apuleius lib. 1. Metamorphoſ. *Hic catamitus meus, qui diebus ac noctibus ætatem meam illudit*. Et Sueton. in Tib. cap. 45. *Fœminarum quoque & quidem illuſtrium, capitibus, quantopere ſolitus ſit illudere*. Deinde ea, quæ turpia, honeſtis verbis Latini velant, vt in illis verſib.

Quod meus hortus habet ſumas impune licebit,

Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

Et in iſtis Martialis. -- *iſtud puerile popoſcit*. Horat. 3. Car. Od. 27.

Sic & Europe niueum doloſo

Credidit tauro latus.

Et ita Græci: nam Odyſſ. ε. de Iaſione & Cerere. -- μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ.

Commixta eſt in amicitia & lectulo.

Et eodem de Vlyſſe & Calypſo. τερπέσθην φιλότητι, *oblectabantur amore*. Romani dixere modeſtis verbis, *rem habere*, *commercium*, *conſuetudinem habere*. D. Hieron. Apologia aduerſ. Ruffinum. καταφιλήσατε, *deoſculamini dicitur. Quod ego nollem transferre putide: ſenſum magis ſequutus ſum, vt dicerem Adorate. Quia qui adorant ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere*. Et in Comico. *Ego cum illa nolo facere mutuum. Quid ita? quia proprium facio*. Etiam contractis verbis vtuntur, vt apud Sueton. in Iul. *Eductum Cæſarem*; pro, traditum ad libidinem Regis. Et in Tiber. 45. *Mallonia cuiuſdam exitu quam perductam, nec quidquam amplius pati conſtantiſſime recuſantem*. Noſter lib. 14. *Copioſa & molli vita ſecretum illud tolerauiſſet*. Cicero 2. de Orat. *Præſtet idem ingenuitatem & ruborem ſine verborum turpitudine*. Sed egregie noſtri Chriſtiani, vt D. Hieronym. aduerſ. Heluidium: *Propter aurium ſanctitatem primos homines filias duxiſſe vxores magis ſcriptura vult intelligi quam exprimere*. Et idem ad Euſtochium de cuſtodienda virginitate. *Virtus eius in lumbis & poteſtas in vmbilico. Honeſte viri mulieriſque genitalia immutatis ſunt appellata nominibus, vnde & de lumbis eius Dauid, ſuper ſedem eius promittitur eſſe ſeſſurus: & ſeptuaginta quinque animæ introierunt in Ægyptum, quæ exierunt de femore Iacob. Eſt enim rerum obſcœnitas vitanda*. Et verba turpia non niſi a turpibus efferuntur.

2 Vt iam non præmatvra neqve sæva mors.] Reſpicit ad hunc morem, quo pueros, puellaſque necare, & ſæuum, & præmaturum videbatur. De iſto autem more, dixi vbi de filia Seiani ſupra. Et ſæuam Britannici mortem dicit, quia veneno præuenta, quia ante 14. tum annum patrata ſit. Sed omnia iura ruperat Nero. Non omitto Euſebium crudelitatem Neronis recēſentem ſcripſiſſe matrem, fratres & vxorē trucidaſſe. At inter fratres Britannicus. ſed qui ſunt alij? Euſebius fratres forte vocat coniunctos ſanguine. Nam præter Britannicum nullus. φράτερες vocant Græci coniunctos.

Sæua mors ante 14. in maſculis.

3 In illvm svpremvm Clavdiorvm sangvinem.] Ergone Britannicus ſupremus Claudiorum ſanguis? Nonne Nero ex Claudijs, cum vocetur *Nero Claudius*? Sed hoc adoptione. Nam ille e gente Domitia per patrem Domitium, e Claudia tamen per Agrippinam matrem. At vtitur verbo, *ſanguis*, quo patrem notat: Deinde, intelligit de Claudijs Cęſaribus, quales fuere Tiberius, & Claudius. Nam ex Claudiana familia alij multi.

4 Edicto.] Edictum certe, cui adſcribi non potuerit bonum factum, vt ait Florus, & Tertullian. lib. de pudicit.

5 Amatoribvs institvtvm referens.] Spectat forſitan Tiberij edictum, quod eſt 3. Annal. *Multos illuſtrium Romanorum ob Rempub. obiiſſe, neminem tam flagranti deſiderio celebratum*, &c. *Principes mortales, rempub. æternam eſſe. proni repeterent ſolennia; & quia ludorum Megalenſium ſpectaculum ſuberat, etiam voluptates reſumerent*. Hæc Tiberius in Germanici morte. Iſta Nero in morte Britannici. vtroque a populo deſiderato, vtroque veneno ſublato: ſed illo a patre, iſto a fratre, idque ambitione ſtimulante. *O crudelis & miſera ambitio*, inquit D. Bernardus, *quomodo, cum omnes crucias, omnibus places?*

Comparatio mortis Germanici cum morte Britannici.

Ambitio licet omnes cruciet, omnibus placet.

6 Svbtrahere.] Lego, *ſubtraherent, neque laudationibus aut pompa detinerentur*. Sunt verba edicti, quæ repono, vt in ſuperiori. *Repeterent ſolennia, voluptates reſumerent*.

Neroniani edicti verba repoſita.

7 Viros gravitatem.] In Senecam hic aculeus, & Stoicam ſectam reſpicit. Sic infra de Thraſea. *Iſta ſecta*, ait, *genuit Tuberones, & Fauonios, veteri quoque Reip. ingrata nomina*. Et ſupra. *Ne ſeuerioribus amicis aduerſantibus*. De iſta grauitate philoſophorum, Syneſius: *Oportet te (ſi quidem ad ipſam philoſophiam ingenue acceſſiſti) ab eorum deſiſtere ſocietate, qui ab ea ſunt alieni, & venditatione adulterant eius grauitatem*. Sane ſi Dio vera ſcribit, Senecæ grauitas, magna fuit iniquitas. Sed Iupiter, neque ſudus, neque vdus omnibus placet, ait Tertul.

Seneca carptus.

Grauitas philoſophica.

8 Corripiens.] Verbum illud vim ſonat, & auiditatem. Virgil. 5. Æneid.

-- *ſignoque repente*

Corripiunt ſpatia audito. Et *corripere gradum*. Hor. ode 3. l. 1. Ita verbum, eripere, & arripere. *Quando*, inquit D. Bernardus, *Roma aurum reſpuit? ſed quando non eripuit?* I.C. L. 44. de adquir. rer. dom. *Erepta e pecoribus noſtris a lupo*. Et noſter infra de verbo *Corripere*. *Non minus tali largitione, quam corripiendis pecunijs*.

Corripere vim ſonat.

Et eripere.

9 Imperatoris soli.] Lege: *ſic olim, tum & vt matri ſeruabantur, digredi iubet*. Præſidio ſpoliatur, vt illam nudam inuadat Nero.

10 Germanos.] Quia *nulli mortalium fide, aut armis, ſunt ante Germanos*. dicebant infra Verritus, & Malorix. Heic vere intelligit de Batauis. & Martial. eſt autem epig. de iſta Germanorū cuſtodia. Dicebant fide, & armis. Armis, quia in Germania natus infans, ſtatim

Nulli ante Germanos fide & armis.

haſtile vibrat. Seneca epiſtol. 37. fide, quia fides perpetua comes fortis animi, nec niſi ignauos, infidos reperias. Et hoc tam certum quam ipſa certitudo.

Nihil rerum mortalium tam inſtabile ac fluxum eſt, quam[1] fama potentiæ, non ſua vi * nixa.[2] Statim relictum Agrippinæ limen. Nemo ſolari, nemo adire, præter paucas fœminas, * amore[3] an odio, incertum. Ex quib. erat Iulia Silana, quam matrimonio C. Silij a Meſſallina depulſam, ſupra rettuli; inſignis genere, forma laſciua, & Agrippinæ diu perchara: mox occultis inter eas offenſionibus, quia Sextium Africanum nobilem iuuenem a nuptijs Silanæ deterruerat Agrippina, impudicam & vergentem annis dictitans, non vt Africanum ſibi ſeponeret, ſed ne opibus & orbitate Silanæ maritus potiretur. Illa ſpe vltionis[4] cauſa oblata, parat accuſatores ex clientibus ſuis Iturium & Caluiſium, non vetera, & ſæpius iam audita deferens, quod Britannici mortem lugeret, aut Octauiæ iniurias euulgaret: ſed deſtinauiſſe eam Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu a Diuo Auguſto, ad res nouas extollere:[5] coniugioque eius etiam * imperio Remp. rurſus inuadere. hæc[6] Iturius & Caluiſius Atimeto Domitiæ Neronis amitæ liberto aperiunt. Qui lætus oblatis (quippe inter Agrippinam & Domitiam[7] infenſa æmulatio exercebatur) Paridem hiſtrionem libertum & ipſum[8] Domitiæ impulit ire propere, crimenque[9] atrociter deferre. Prouecta nox erat, & Neroni per vinolentiam trahebatur. cum ingreditur Paris, ſolitus alioquin id temporis[10] luſus principis intendere. Sed tunc compoſitus ad mœſtitiam, expoſitoque indicij ordine, ita audientem exterret, vt non tantum matrem Plautumque interficere, ſed Burrhum etiam demouere præfectura deſtinaret, tanquam Agrippinæ gratia prouectum, & vicem reddentem.[11] Fabius Ruſticus auctor eſt, ſcriptos eſſe ad[12] Cæcinnam Thuſcum codicillos mādata ei prætoriarum cohortium cura, ſed ope Senecæ dignationem Burrho retentam. Plinius & Cluuius nihil dubitatum de fide præfecti referunt. ſane Fabius inclinat ad laudes Senecæ cuius amicitia floruit. Nos conſenſum auctorum ſecuturi, quæ diuerſa prodiderint, ſub nominibus ipſorum trademus.

* nixæ.
* amore an odio?
* impio

1 FAMA POTENTIÆ.] *Forma* lego, non *fama*; id eſt conſtitutio potentiæ, quæ per ſe non ſubſiſtit, ſed alieno pedamento. Nam quod in aliena voluntate eſt, fluxum & caducum eſt. *τύχη ὀρθοῖ, τύχη καταῤῥέπει. Fortuna erigit, fortuna deijcit,* ait Sophocl. in Antigon.

2 STATIM RELICTVM.] Cato de ſimili caſu, ita. *Ita deſtitutus, vt ne quis incultior, deſertior, religioſor, publicis negotijs repulſior.*

3 AN ODIO.] Ita lego acute, & interrogando: *amore, an odio? incertum.*

4 SPE VLTIONIS.] Nam fœmineum genus ad vltionem feruidum, & paratum ſemper. Ouid. in Amor.

Fœmineum genus plenum vltionis.

Sed neque fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt,
Fulmineo rapidos cum rotat ore canes.
Nec lea cum catulis lactantibus vbera præbet,
Nec breuis ignaro vipera quaſſa pede.
Fœmina quam ſocij deprenſa pellice lecti,
Ardet, & in vultu pignora mentis habet.

Baccha bacchans fœmina vbi furit.

5 CONIVGIOQVE EIVS ETIAM IMPERIO.] Tolle iſtud *imperium*. Nam heic per vim ſibi locum fecit, & lege: *coniugioque eius etiam impio*. Sed cur ait, *etiam impio*? Nam Agrippina impio coniugio ſibi Claudium ſociauerat. En aliud coniugium quod meditatur, non minus impurum & impium cum Rubellio Plauto ſibi conſanguineo. Ita fugitiuarius ego, fugitiuam retraho veritatem. Et impium vocat coniugium, quod inceſtuoſum. Horat. 3. Carm. oda 6.

In Taciti texto emendatio.
Ratio emendationis.

Iam nunc & inceſtos amores
De tenero meditatur vngui.

Hic autem inceſtus non niſi tempotibus impijs, & nos experti ſumus, & Poeta vere vates.

Fœcunda culpæ ſæcula nuptias
Primum inquinauere & genus & domos.
Hoc fonte deriuata clades
In patriam populumque fluxit.

Et illi inceſti impia & imputata matrimonia dicebantur.

6 ITVRIVS.]

6 ITVRIVS.] *Titurius* mihi placet. Et fit mentio Titurinæ familiæ apud Ciceron. lib. 13. epiſtol. *Cum familia Titurina.* Ita ſcriptum fuit, *Tturius*, & repoſuere, *Iturius*.

7 INFENSA ÆMVLATIO.] Legendum puto, *intenſa æmulatio*. Id eſt longa, & annoſa & rigida. Et in hoc verbo, multa emendanda in Tacito.

Iræ muliebres inter Domitiã amitam, & Agrippinam matrem Neronis.

Vtramque duxit.

Paſſienus quot poſſederit.

8 DOMITIÆ.] Ne mirere ſi inter Domitiam & Agrippinam tantæ iræ. Nam hæ duæ buccula de marito Paſſieno, vt de tauro, decertarunt. Et Agrippina facta ad dolos, Domitiæ maritum ſurripuit. Vet. interpr. ad Iuuenal. Sat. 4. *Vxores*, inquit, *habuit duas, primam Domitiam, deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Cæſaris.* (oportuit autem Domitiam, aut diuortio reliquiſſe, aut ceſſiſſe: nam diu poſtea vixit:) addit. *Poſſedit bis ∞ HS. omnium principum gratiam adpetiuit, ſed præcipue Cæſaris, quem iter facientem ſecutus eſt pedibus. Hic nullo audiente a Nerone interrogatus, haberetne, ſicut ipſe, cum ſorore germana conſuetudinem.* Falſum. Nam Nero nullam ſororem habuit. Et hæc verba, *a Nerone*, gloſſemata ſunt inepti interpretis, quæ in textum irrepſere. Lego itaque & corrigo nullo cum vento. *Hic interrogatus haberetne, ſicut ipſe, cum ſorore germana conſuetudinem. Nondum*, inquit: *Quantumuis decenter, & caute*; (lego, *Quantum is decenter & caute?*) *ne aut negantem eum argueret, aut adſentientem ſibimet* (lege, *adſentientem ſibi ſemet*) *mendacio dehoneſtaret.* Attigit locum Lipſius, & partim correxit, partim corrigendum alijs reliquit.

Correct. Vet. Iuuen. interpr.

Sermo ciuilis. Opponitur ſermoni mimico. Primus humilis & comis.

9 ATROCITER.] Id eſt potentibus, & feruentibus verbis, vno verbo, tragicis. Sic ſolent mimi. Nam ſermo ciuium, ſermo vulgaris, & comis: ſermo mimorum elatus, & cothurnatus, & tumens. Sic Perſius de primo dixit Satyra 5.

Secundus fermentatus & ampullatus.

Verba togæ ſequeris. Sed de alio.
Grande locuturi nebulas Helicone legunto.

Et alibi. *— quantas robuſti carminis offas*
Ingeris, vt par ſit centeno gutture niti?

10 LVSVS.] Ita lego. Nam opponitur mœſtitiæ in his verbis. *Sed tanc compoſitus ad mœſtitiam.* Et verbum *luxus*, mihi eſt pro partu ſuppoſititio. *Luſus, proluxus.*

11 FABIVS.] Ruſticus ſcilicet. Quem ſæpe Tacitus citat, & præſertim libro ſequenti: vbi de morte Agrippinæ. Elegans ingenium, ſed infœlici natum tempore; quem Hiſtoria mater genuerat, & aluerat ad ſui imperij decus & elegantiam. Hodie Ruſticus ille abijt ruſticatum a nobis, nam libri eius non extant. *Fabius Ruſticus. Scriptor.*

12 CÆCINNAM THVSCVM.] Fuit inter Cæcinnas, Cæcinna Seuerus, Cæcinna Volaterranus: fuit & Thuſcus. De priori, Tertullianus in Pallio; de ſecundo, Plinius Hiſtor. natural. De Thuſco, Sueton. Fuit nutricis Neronis filius, & in exilium actus, quod parato ad excipiendum Neronem balneo ſe lauiſſet, cum eſſet Ægypti præfectus. Quod periculoſiſſimum. Nam ita fert lex. Quod Neronum eſt, ne tangito. *3. Cæcinnæ. Cæcinna Seuerus. Cæcinna Volaterranus. Cæcinna Thuſcus.*

13 CLVVIVS.] Tacitus hunc citat ſæpe, vt lib. 14. principio, *Tradit Cluuius.* Et niſi fallor, Cluuius eſt Rufus, de quo Dio libr. 63. *Certauit in omnibus vrbibus, in quibus fiebant certamina; ibique quotieſcunque præconio opus fuit, Cluuio Rufo viro conſulari vſus eſt.* Sueton. c. 31. in Nerone. *Nioben ſe cantaturum per Cluuium Rufum pronuntiauit.* Puto eſſe eiuſdem filium, qui Cluuienus vocatur a Iuuenale Sat. 1. *Cluuius ſæpe citatus a Tacito. Cluuius Rufus. Conſularis. Hiſtoriographus. Cluuius Neronis laudator. Cluuienus forte filius Cluuij.*

Si natura negat, facit indignatio verſum,
Qualemcunque poteſt: quales ego, vel Cluuienus.

Nero trepidus, & interficiendæ matris auidus, non prius differri potuit, quam Burrhus necem eius promitteret, ſi facinoris coargueretur. *Sed cuicunque, nedum parenti defenſionem tribuendam, nec accuſatores adeſſe, ſed vocem*[1] *vnius ex inimica domo afferri.*[2] *Refutare tenebras, & vigilatam conuiuio noctem, omniaque temeritati & inſcitiæ propiora.* Sic lenito principis metu & luce orta, itur ad Agrippinam vt noſceret obiecta, diſſolueretque, vel pœnas lueret. Burrhus ijs mandatis Seneca coram fungebatur. Aderant & ex libertis arbitri ſermonis. Deinde a Burrho poſtquam crimina & auctores expoſuit, minaciter actum. Agrippina ferociæ memor, *Non miror*, inquit, *Silanam*[3] *nunquam edito partu, matrum affectus ignotos habere. Neque enim perinde a parentibus liberi, quam ab impudica adulteri mutantur. Nec ſi Iturius & Caluiſius adeſis omnibus fortunis, nouiſſimam ſuſcipiendæ accuſationis operam*[4] ** anni rependunt, ideo aut mihi infamia paricidij,*[5] *aut Cæſari conſcientia ſubeunda eſt: nam Domitiæ inimicitijs gratias agerem, ſi beneuolentia mecum in Neronem meum certaret. Nunc per concubinum Atimetum, & hiſtrionem Paridem quaſi ſcenæ fabulas componit. Baiarum ſuarum piſcinas excolebat, cum meis conſilijs adoptio, & proconſulare ius, & deſignatio conſulatus, & cætera adipiſcendo imperio præpararentur.*[6] *Aut exiſtat qui cohortes in vrbe tentatas, qui prouinciarum fidem labefactatam, denique ſeruos vel libertos ad ſcelus corruptos arguat. Vi-*

Mater filio de nece ſuſpecta, ſed Neroni.

Quæ nunquã peperit neſcit quis ſit matrũ amor in filios.

Impudica mulier gaudet mutatione virorum.

* anni

Verba aliquãdo incanta impatientia charitatis emittuntur.

uere ego Britannico potiente rerum poteram ? [7] *ac ſi Plautus aut quis alius* *vindicaturus
[8] *Remp.* * *iudicaturus obtinuerit*, [9] *deſunt ſcilicet mihi accuſatores, qui non verba impatientia charitatis aliquando incauta, ſed ea crimina obijciant, quibus niſi a filio mater abſolui non poſſim.*

Olim correctũ in Piſoniana, mimicum, pro inimicum.

1 Vnius ex inimica domo.] Correxi aliquando locum Ciceronis in Piſonem quo *mimica*, pro *inimica* repoſitum. Heic nihil corrigo. Nam licet accuſator mimus extiterit, legique poſſit, *ex mimica domo*, tamen *inimica* magis placet ad refellendam accuſationem. Primum quod vnius teſtimonium ſit; deinde quod vnius mimi. Tertio quod ex inimica domo. Domitia enim Agrippinæ inimica, vt ſupra dixit noſter.

Tacitus explicatus.

2 Refvtare tenebras.] Recte meo iudicio, *Reputaret tenebras*, id eſt aduerteret. noctis tenebroſum tempus, tenebroſis comiſſationibus tranſactum: ſi quid modo patraretur, viſurum temeritati & inſcitiæ propius. Temeritati, ſumpto a Nerone largius mero. Inſcitiæ, ſi mater indefenſa, imo non accuſata, & ſi accuſatio foret, nullo teſtimonio conuicta, a filio necaretur. Nam hominis ſalus nullo beneficio penſatur, & diu multumque cunctari oportet, vbi de ſpiritu, & vita hominis agitur: nedum matris & principis, & ex ſanguine Auguſti. Amm. Marcell. lib. 29.

3 Nvnqvam edito partv.] Nam

Δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα,
Πᾶσίν τε κοινὸν, ὡς ὑπερκάμνειν τέκνων.

Acerbum eſt parere, & adfert deſiderium ingens, omnibuſque commune, vt laborent pro liberis. Euripid. in Iphig. Quintilianus declam. 338. ita. *Alia eſt horum ratio, quos breuis tranſitus voluptatis, facit parentes: quos liberis ſuis extra poſitæ voluptates conciliant: Aliter amant quæ pepererunt: quæ memoriam decem menſium, quæ tot periculorum, tot ſollicitudinum recordationes, ad vos iudices adfert.* Et ſane ex Medea Ennij, vt ait Varro lib. 5. *Ter ſub armis, malim vitam cernere, quam ſemel modo parere*, ait Medea. Et Papin. 7. Theb. mater alloquitur filium.

Aliter amat quæ peperit.

Anne times, ne forte doli te conſcia mater
Decipiam? non ſic miſeros fas omne Penates
Effugiet. Vix Oedipode ducente timeres.
Nupſi equidem, peperique nefas; ſed diligo tales,
(Ah dolor) & veſtros etiamnum excuſo furores.

Etiam filios noxas parentes amant.

Adijcit poſtea.

—— ſua credite matri
Viſcera.

Claudianus 3. de Raptu Proſerp.

—— noſti quid ſit Lucina, timorque
Pro genitis, & quantus amor, partuſque tuliſti
Tu geminos.

Nam Hymenæus, vt ait Catullus in Nuptijs Iuliæ & Manlij,

-- boni
Coniugator amoris, & bonum
Non abſcondit amorem.

Anni pro anui.

4 Anni rependvnt.] Ne putes ita ſcriptum, ſed *anui*, id eſt, vetulæ Domitiæ amitæ Neronis, quæ grauata annis. Veteres Romani dicebant olim *anuis*. Terentius.

Eius anuis opinor cauſa, quæ eſt mortua.

Et ſcribebant *Senatuis, domuis, fluctuis*, vt tradit Gellius lib. 4. cap. 16. Et in eodem verbo, corrigo Arnobium libro 7. *Vt paruuli*, inquit, *puſiones, quo aninis parcant*, (lege, *anuis parcant*, id eſt vetulis mulieribus quæ eorum curam habent,) *abſtineantque ploratibus, paſſerculos, pupulos, equuleos, panes, accipiunt, quibus auocare ſe poſſint. Pupulos* vocat puparum maſculos. Nam puppæ virguncularum effigie, & puerulorum.

Tacitus explicatus.

5 Avt Cæsari conscientia.] Id eſt, aut me parricidio accuſari, aut Cæſarem ita ſuſpicari æquum eſt. Sed vt dicebat Alexander, *vna matris lachrymula omnes Antipatri accuſatorias litteras delebit.* Verum, fallit in Nerone, quia Nero eſt non Alexander.

6 Avt existat.] Exiſtimo legendum, *Anne extat, qui cohortes, &c. arguat?* Et vera eſt lectio; niſi me meus deludit Apollo.

7 At si.] *Aut ſi*, pro *haud*, quod in manuſcriptis peruium. Sic Papin. 6. Theb.

--ſocero redit aut ſperatus Adraſto.

Id eſt, non ſperatus, non expectatus, quique præter ſpem & expectationem Adraſti ſoceri venit. Plautus in Amphitr.

Neſcio quam tu familiaris ſis: niſi actutum hinc abis,
Familiaris accipere ſaxo aut familiariter.

Pro *non familiariter.* Quod tam familiare eſt & in auctoribus peruium, quam herba in ſolo, quam aqua in mari.

Non iudicaturus, ſed vindicaturus.

8 Rempvb. ivdicatvrvs.] Lego *vindicaturus*. Nam ex Seneca epiſtola 97. *Scelus ſceleri ſupplicium eſt.* Et interpretor *vindicaturus*, quod Agrippina vt ſuo Neroni imperium pararet, inceſtu ſe maculauerit, quod adoptionem Neronis procurauerit, quod Claudium ſuſtulerit, quod remoto Britannico (qui vnus ex familia Cæſarum ſummum ad faſtigium genitus ſupererat) ſuum Neronem terris dederit, quod Auguſti ſanguinem venenis, & ferro ſuſtulerit. Tamen ſi lubet, heic percunctabere doctos.

9 Desvnt.] Incipio clauſulam. *Deſunt ſcilicet mihi accuſatores.* Per Ironiam.

Commotis qui aderant, vltroque ſpiritus eius mitigantibus, colloquium filij expoſcit. Vbi nihil pro innocentia quaſi diffideret, nec beneficijs quaſi exprobraret diſſeruit, [1] ſed vltionem in delatores & præmia amicis obtinuit. Præfectura annonæ [2] Senio Rufo, cura ludorum qui a Cæſare parabantur Aruntio Stellæ, Ægyptus C. Balbillo permit-

permittuntur. Syria P. Anteio deſtinata, & varijs mox artibus eluſus, ad poſtremum in vrbe retentus eſt. At Silana in exilium acta. Caluiſius quoque & Iturius relegantur. De Atimeto ſupplicium ſumptum, validiore apud libidines principis[3] Paride, quam vt pœna afficeretur. Plautus ad præſens ſilentio tranſmiſſus eſt. Deferuntur dehinc conſenſiſſe Pallas, ac Burrhus, vt Cornelius Sulla claritudine generis, & affinitate Claudij, cui per nuptias Antoniæ, gener erat, ad imperium vocaretur. Eius accuſationis auctor extitit Pætus quidam, exercendis apud ærariûm ſectionibus famoſus, & tum vanitatis manifeſtus. Nec tam grata Pallantis innocentia, quam grauis ſuperbia fuit. quippe nominatis libertis eius, quos conſcios haberet, reſpondit, nihil vnquam ſe domi, [4] niſi nutu aut manu ſignificaſſe, vel ſi plura demonſtranda eſſent, ſcripto vſum, ne vocem * conſociaret. Burrhus quamuis reus, inter iudices ſententiam dixit. Exiliumque accuſatori irrogatum, & tabulæ exuſtæ ſunt, quibus oblitterata ærarij [5] monimenta retrahebat.

* conſaucia-ret.

Accuſatores rei facti.

1 SED VLTIONEM.] Puto ſcriptum, ſenatuſconſulto. Id eſt, *Senatuſconſulto vltionem in delatores, & præmia amicis obtinuit.* Quod explicatur fuſius ſequentibus verbis.

2 SENIO RVFO.] Conſtanter Tacitus, *Fænio*, non *Senio*. Et Ruffi dicti a colore ruffo quaſi ignei. ſic *Pyrrhus*, quaſi igneus & *Ruffus*. Et is fuit color Adami hominum fontis, qui *terra rubra* dicitur, & Dauidis qui *cor Dei* a Deo nominatus. Sic Nigrini a Nigro, ſic Albini ab Albo coloribus. Nã Spartian. in Albini vita ita nominatum ſcribit, quod alij infantes cum vtero fluunt, ſoleãt ſanguine rubere; Albinus cõtra totus cãdidus proceſſerit. Quodq. mireris, eodẽ tempore orbis Nigro & Albino imperatorib. vſus eſt. Nigro in Oriẽte, Albino in Gallia quæ a lacte dicta; ita ludente cœlo.

3 PARIDE.] De eo Iuuenalis:

Vtque magis ſtupeas, ludos, Paridemque reliquit.

Loquitur de Romana muliere libidinoſa, captaque hiſtrionum amoribus. Vbi Vet. interpr. *Paridem dicit illius temporis pantomimum, quem poſtea, ob adulteratam ab eo ſuam Domitiam, Domitianus interfecit.* Eius epitaphium extat apud Martial. lib. 11. epigramm. Fuitque Ægyptius, & ſepultus Flaminia via, ac in marmore: quod arguit non reum factum, ſed indicta cauſa ſublatum.

Quiſquis Flaminiam teris, viator,
Noli nobile præterire marmor.
Vrbis deliciæ, ſaleſque Nili,
Ars & gratia, luſus & voluptas,
Romani decus, & dolor theatri,
Atque omnes Veneres, Cupidineſque
Hoc ſunt condita, quo Paris ſepulchro.

Vet. interp. Iuu. ait *multos eius fautores, Paridis gratia fuiſſe promotos.* Digna Domitiano gratia.

4 NISI NVTV.] *Nutus* enim pro *verbo* eſt, L. 17. de nouationib. D. *nutu vbi fari non poteſt, delegare debitorem ſuum quis poteſt.* Ouid. 1. de arte. Nigidius autem Figulus in fragm. ita ſcribit: *Cum adnuimus, & abnuimus, motus quidem ille vel capitis, vel oculorum, a natura rei, quã ſignificat, non abhorret.* De iſto nutu, dixi iã.

5 MONIMENTA RETRAHEBAT.] Id eſt, præſcripta debita fiſci exigebat, vel iam ſoluta, iterum petebat. Erat enim ærarij factionibus famoſus.

Paris pantomi-tia.

Adulter Domi-tiæ.
Hunc Domi-tianus interfe-cit.

Ægyptius fuit.
Sepultus Fla-minia.

Fautores hi-ſtrionis, a principibus amati & hono-rati.

Nutus pro ver-bo.

Fine anni ſtatio cohortis aſſidere ludis ſolita, demouetur, quo maior ſpecies libertatis eſſet, vtque miles theatrali licentiæ non permixtus, incorruptior ageret, & plebs daret experimentum, an amotis cuſtodibus, modeſtiam retineret. [1] Vrbem princeps luſtrauit e reſponſo aruſpicum, quod Iouis ac [2] Mineruæ ædes de cœlo tactæ erant. [3] Q. Voluſio, P. Cepione Coss. otium foris, fœda domi laſciuia, [4] qua Nero itinera vrbis & lupanaria, & diuerticula [5] veſte ſeruili [6] in diſſimulationem ſui compoſitus pererrabat, comitantibus qui [7] raperent ad venditionem expoſita, & obuijs vulnera inferrent [8] aduerſus ignaros, adeo vt ipſe quoque acciperet ictus, & ore præferret. [9] Deinde vbi Cæſarem eſſe qui graſſaretur pernotuit, augebanturque iniuriæ aduerſus viros fœminaſque inſignes, [10] & quidam ſimili licentia ſub nomine Neronis, [11] multi proprijs cum globis eadem exercebant, & [12] in modum captiuitatis nox agebatur. Iulius quidem Mon-

Vrbs luſtrata quod ædes Mineruæ de cœlo tacta.

Nero itinera vrbis veſte ſeruili pererrat & graſſatur.

Vulneratur vulnerans & a Montano.

tanus ſenatorij ordinis, ſed qui nondum honorem capeſſiſſet, congreſſus forte per tenebras cum principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum orauerat, quaſi exprobraſſet, mori adactus eſt. Nero autem metuentior in poſterum, milites ſibi, & [13] pleroſque gladiatorum circundedit, qui rixarum initia modica, & quaſi priuata ſinerent. ſi a læſis validius ageretur, [14] arma inferebant. Ludicram quoque licentiam, & fautores hiſtrionum velut in prælia conuertit impunitate & præmijs, atque ipſe occultus, & plerunque coram proſpectans: donec diſcordi populo ex grauioris motus terrore, non aliud remedium repertum eſt, quam vt hiſtriones Italia pellerentur, mileſque theatro rurſum aſſideret.

Hiſtriones Italia pulſi ad remedium.

Amburbia. Hoſtiæ amburbiales.

1 VRBEM PRINCEPS LVSTRAVIT.] Quæ luſtratio, *amburbia* dicta; & in ea *amburbales hoſtiæ*; quæ deducebantur per terminos vrbis. Eratque vrbium luſtratio frequens, tam Græcis, quam Latinis. Nam cum Athenienſes peſte laborarent, reſpondit Pythia vrbem luſtrandam, & Epimenidem accerſendum. Diog. Laert. in Epimen. Vopiſcus in Aurel. *Conditum eſt Senatuſconſultum, itum deinde ad templum, inſpecti libri, proditi verſus, luſtrata vrbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarualia promiſſa, atque ita ſolennitas quæ iubebatur, expleta eſt.* At celebratio illa cantu & carmine fiebat. Obſequens. *Virgines ter nouenæ in vrbe cantarunt.* Et alibi. *Per virgines viginti ſeptem cantitatum.* Et poſtea. *Virgines viginti ſeptem, dona canentes tulerunt.* Et maioribus hoſtijs etiam cum lactantibus faciebant. Lactantes enim & lactentes ſacrificabant. Id eſt matres, & fœtus. Vide Feſtum libr. 6. & Varron. 5. de ling. Lat. & Macrob. Saturnal. 1. & 3. Notatque Statij interpres Lactantius Gallos in ambarualibus, hominem extra pomœrium, conſueſſe opprimere lapidibus. Alluſit ad amburbia Prudentius hymno 18. Martyr.

Amburbia Chriſtianorum.

Omnibus portis ſacer immolatus
Sanguis, excluſit genus inuidorum
Dæmonum, & nigris pepulit tenebris
Vrbe piata.
Nullus vmbrarum latet intus horror,
Pulſa nam peſtis populum refugit;
CHRISTVS *in totis habitat plateis,*
CHRISTVS *vbique eſt.*

Scriptum enim CHRISTI nomen plateis & domibus adponebatur, & in portis vrbium fiebat liturgiarum ſacra operatio. Ita Chriſtiani, quod male ad ſuos vſus impietas tranſtulerat, ſibi vindicarunt. Plinius lib. 10. cap. 12. *Propter Bubonem vrbs luſtrata eſt.* Nec ſileo luſtrari apud Rom. ſolitum exercitus. De quibus ſuo loco infra dicemus. Et curias, & colonias, & agros, & ouium greges, & armenta, & tubas, & domos, ac in domo, lectos, etiam & perſonas. De quibus dixi libro 1. De curijs, eſt locus in Varrone 5. de ling. Lat. *Immolatione vituli extracti vtero bouis fordæ.* Vnde Ouidius.

Pogania amburbia propter bubonem.

Forda ferens bos eſt, fœcundaque dicta ferendo:
Hinc etiam fœtus nomen habere putant.

De colonijs, Cicero lib. de diuinat. De agris Cato de re Ruſt. lib. 41. De ouibus 4. Faſtor. Ouid.

Cærulei fiant puro de ſulphure fumi,
Tactaque fumanti ſulphure balet ouis.

De tubis. idem.

Luſtrantur puræ quas facit ille tubæ.

De domibus. Virgil. 6. Æneid.

Luſtrauitque domos.

Plinius libri 35. cap. 15. De lectis, Ouid.

——— *Luſtret anus lectumque locumque,*

2 MINERVÆ ÆDES.] Eſt de Minerua epigramma apud Martialem libr. 11. epigramm. 5. quo *Mineruam totam patris Summi*, id eſt Iouis filiam vocat, quia Iupiter ex ſe illam genuit, non iunctus fœminæ. Appono illud, & corrigo.

Cur Minerua filia tota Iouis dicatur.

Sacra, Lareſq. Phrygum, quos Troiæ maluit heres,
Quam rapere arſuras Laomedontis opes:
Scriptus es æterno nunc primum Iuppiter auro,
Et ſoror, & ſummi filia tota patris:
Et qui purpureis iam tertia nomina faſtis
Iane refers Neruæ, vos precor ore pio.
Hunc omnes ſeruate ducem, ſeruate Senatum:
Moribus hic viuat principis, ille ſuis.

Vbi lego primo verſu, *quos Troiæ maluit heros.* Nam intelligit de Ænea, qui *Troius heros* vocatur a Virgilio 8. Æneid. non *heres*: Quippe Troia vſta non habuit heredem, nec fuit heres Troiæ in puluerem verſæ, neque creuit illam hereditatem profugus.

Martialis correctus.

3 Q. VOLVSIO ET P. SCIPIONE CONSVLIBVS.] Notaui aliquando conſulatus datos geminis fratribus, vt M. Valer. Meſſallæ & Cottæ fratri. Aliquando ijs, qui ex eadem familia, vt Geminis. ſupra lib. 5. & heic. Quod magna factum eſt prudentia. Nam ex concordi magiſtratu magnos fructus percepit olim Reſpub. & ex diſcordi, ingentes luctus. Hic autem Q. Voluſius filius fuit L. Voluſij, quem Plinius ita dignatur. *Notum eſt Corneliæ Scipionum gentis, Voluſium Saturninum, qui conſul fuit, genitum poſt 62. annum.* Ideo huic collega datur Publ. Scipio, vt eſſet duplex Scipionum nomen in conſulatu. Sic geminos vidit Roma Meſſallas ſub Tiberio, & etiam Geminos conſules pari nomine.

Conſulatus fratribus dati. Et ijs qui ex eadem familia.

4 QVA.] Lege, *Quia.* Nam ratio eſt. *Laſciuiæ Neronianæ.*

5 VESTE SERVILI.] Quid audio? An diſtin-

diſtinguebantur veſte ſerui a liberis? Seneca 1. de Clement. cap 24. *Seruos vt a liberis cultus diſtingueret, aliquando in Senatu dicta ſententia eſt: ſed apparuit quantum periculum immineret, ſi ſerui noſtri numerare nos cœpiſſent.* Diſtinguebantur tamen primum, quod raſo capite. Plaut. in Amphitr.

Itidem habet petaſum, ac veſtitum, tam conſimil' eſt atque ego.
Sura, pes, ſtatura, tonſus, oculi,

Quod ſi liberi fierent, vel teſtamento, vel vindicta aut alio modo, pileum geſtabant quouſque pilis recreſcentibus nudus vertex veſtiretur. inde pileus pro libertate. At tum Romani ciues capillati. Idem in Rud.

Dij te ament cum irraſo capite.

Sic ſeruus liberum alloquitur. Vtebantur etiam ſerui tunicis, & pallijs. Nam idem in Aulul.

——E v. *Agedum excutedum pallium.*
S t a. *Tuo arbitratu.* E v. *Ne inter tunicas habeas.* S t r. *Tenta qua lubet.*

Et conſutitiæ tunicæ erant. In Amphitr.

Aduenisti audaciæ columen conſutis dolis. S o. *imo equidem tunicis*
Conſutitijs.

Horatius enim Sat. 1. libri 1.

——*ita ſordidus, vt ſe*
Non vnquam ſeruo melius veſtiret.

Et illæ tunicæ ad genua, & poplites. Philo Iudæus de vit. contemplat. Ac cincti erant. Horatius.

Præcincti recte pueri, comptique miniſtri.

Lib. 2. Satyr. 8. *Serui nec colobia, nec calceos habebant*: ait Seruius ad 1. Æneid. Colobia latos clauos interpretantur. At vtebantur centone, quem *conſutitias tunicas* nominauit Plaut. Cato in oratione de ſacrilegio, ait Feſtus in verbo Prohibere. *Serui, ancillæ, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium fecit.* Loquitur de domeſtica auſpicatione. Plaut. de habitu ſeruili in Epid.

-- *ſoccos, tunicam, pallium*
Tibi dabo. E p i d. *Quid deinde porro?* P e. *Libertatem.*

6 In dissimvlationem svi.] *Caligula*, ait Sueton. 11. *ganeas atque adulteria capillamento celatus & veſte longa noctibus obiret*: id eſt fœminam mentitus. At Nero pileo & galero ſe tegebat. Et mos erat mentiri ſexum, vt impurus animus velaretur. Nam impudicitia mares in fœminas, fœminæ in mares mutantur. Inuertitur naturæ ordo, puderque ſexus cum quem impudicitia de homine in belluam mutauit. Nam Nero belluæ in modum tectus, inguina monentium inuaſit impudicus & helluo. Suetonius 28. *Nouiſſime quaſi genus luſus excogitaret, quatenus feræ pelle contectus emitteretur e cauea, virorumque ac fœminarum ad ſtipitem deligatorum inguina inuaderet, & cum affatim deſæuiſſet conficerentur* (ita lego,) *Doryphoro liberto.* Habuit Nero ſucceſſores Nerone non indignos: nam de Gallo ita Marcellinus 14. *Nouo pernicioſoque exemplo Gallus auſus eſt inire flagitium graue, quod Romæ cum vltimo dedecore tentaſſe aliquando dicitur Gallienus, & adhibitis paucis clam ferro ſuccinctis veſperi per tabernas palabatur, & compita, quæritando Græco ſermone, cuius erat impendio gnarus, quid de Cæſare quiſque ſentiret.*

7 Raperent.] Graſſatores in vrbe ſemper, quos compeſcuiſſe, erat Neronis munus, ſed acuit. Temporibus enim Auguſti fuere multi, vt indicat Sueton. in eius vita. Et ipſe Iuuenalis ſub Domitiano conqueritur.

Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rem.

Sueton. cap. 43. in Auguſt. Ideo caſtra prætoriana Romæ conſtituit Tiberius. Et ludorum diebus, cuſtodes in vrbe diſpoſuit Auguſtus, ne raritate remanentum, graſſatoribus obnoxia eſſet. Et ſub Iulio. Sueton. cap. 32. *Graſſatorum plurimi palam ſe ferebant ſuccincti ferro.* Sed ferrum ferro retunditur. Mirumque graſſatores tanta audacia egiſſe, cum vt ait Marcell. *pernoctantium luminum claritudo dierum ſoleat imitari fulgorem Romæ.* Sed hæc poſteris temporibus.

8 Adversvs.] O tolle, tolle aduerſarium iſtum, & repone: *Adorſus ignaros adeo, vt ipſe quoque acciperet ictus.* Id eſt, tanto impetu irruens in ignaros prætereuntes, vt ipſi eſſe principē neſcientes, ictus ictibus retunderent, & cicatricibus deformaretur: Quas tamē tapſia illitas, ſanabat. Sic D. Hieronym. de ſeru. vid. ad Sa. *Iſmaelitæ negotiatores vendunt ſtactam, & caſiam, & reſinam, quæ naſcitur in Galaad, & quæ cutem cicatricibus obducit.* De tapſia, locus eſt Plinij, qui narrat Neronis deſcriptas heic intemperias.

Emendatus & explicatus Tacitus.
Tapſia reficit vulnera faciei.

9 Deinde vbi.] Si mihi credis, lege: *& diſcedebatur, vbi Cæſarem eſſe qui graſſaretur pernotuit.* Nullaque ſectione, ſed continuo ſpiritu clauſulam hanc perfice: *Adorſus ignaros, adeo vt ipſe quoque acciperet ictus, & ore perferret.* Mox incipe clauſulam alteram: *& diſcedebatur, vbi Cæſarem eſſe, qui graſſaretur, pernotuit. Augebanturque iniuriæ*, &c. Nam aliter, nemo bonam lucem heic præluxerit.

10 Et qvidam.] Non lego, *& quidem*, pro *& certe*. Nam poſtea dicit, *Multi*. Quippe opponit, *quidam*, verbo, *multi*. Nec abnuerint ex trunco nati iſtam lectionem.

11 Mvlti propriis cvm globis eadem exercebant.] Suppoſita verba. Itaque lego. *Multi proprijs cum globis, cædem exercebant.* Ita enim Taciti manus. Quod ſi non credis,

Pileatus ſeruus eſt, huius nomine nil præſtabis.

Sed explico. *Quidam ſub nomine Neronis*, id eſt imperatoris nomen obtendentes, *cædem exercebant.* alij *proprijs cum globis*, id eſt cum ſeruis ſuis, cum globis ſeruorum vel gladiatorum quorum proprietas ad eos pertinebat, *cædem exercebant.* Ita intelligo quod ſcribit Seneca Contr. 7. *Hoc eſt*, inquit, *quod pater efficaciter dicet detrahere illum operibus ſuis glomerarium ſanguinariorum*, (vel *ſanguinarium*: id eſt globum gladiatorum qui militantes ſemper ſequebatur, quibuſque quaſi ſtipatoribus vtebantur) *filium illi detrahere.* Vocat *glomerarium*, quia omnes conglomerati & conglobati circa latera domini. Et vocat *ſanguinarium glomerarium*, quia gladiatores nihil niſi

de ſanguine fundendo cogitent.

12 IN MODVM CAPTIVITATIS.] Tacitus li. 6. de Tiber. *Si retinerent propinquus, aut parens, vim, raptus, ſuaque ipſis libita, velut in captos exercebant.* Et idem in principio 4. hiſt. *Vbique lamenta, conclamationes & fortuna captæ vrbis*: lego, *& forma captæ vrbis.* Alibi noſter, *in modum captiuitatis.* Et lib. 14. Annal. *Adeo vt regnum per centuriones, domus per ſeruos velut captæ vaſtarentur.* Virgil. 4. Æneid.

Non ſecus ac ſi immiſſis ruat ignibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros; flammæque furentes
Culmina perque hominum voluantur, perq. deorũ.

Vide Silium 2. de excidio Sagunthi. Syneſ. epiſtol. 1. *Heu vbique auditum. In foro auditi virorum fletus, mulierum eiulatus, puerorum ploratus: captæ ciuitatis formam illi induerunt.* D. Hieronym. in obitu Nepot. *Arabia, Phœnice, Palæſtina, Ægyptus, timore captiuæ.* Et idem ad Demetr. *Cum incenſis direptiſque domibus, in vrbe captiuitas ſit.* Ideo Catullus cecinit in nuptiali carmine.

Quid faciant hoſtes capta crudelius vrbe?

Salluſtius de illa captiuitate in oratione Cæſaris. *Rapi virgines, pueros, diuelli liberos a complexu parentum; matres familiai pati quæ victoribus collibuerint; fana atque domos ſpoliari, cædem, incendia fieri: poſtremo armis, cadaueribus, cruore atque luctu omnia compleri.* Sed nihil expreſſius quam excidium Cremonæ apud Tacitum in hiſtorijs, in quo ſtupra cædibus, cædes ſtupris miſcebantur.

13 PLEROSQVE GLADIATORVM.] Forſan ſcriptum fuit, *pleroſque gladiatores.*

14 ARMA INFEREBANT.] Lego, *inferrent.* Quia dixit, *ſinerent*, eodem modo.

Per idem tempus actum in ſenatu de fraudibus libertorum, efflagitatumque vt aduerſus male meritos, [1] reuocandæ libertatis ius patronis daretur. Nec deerant qui cenſerent. Sed [2] conſules relationem incipere [3]* non auſi ignaro principe: perſcripſere tamen conſenſum Senatus. [4] Ille auctor co nſtitutionis fieret, vt inter paucos & ſententiæ aduerſos: quibuſdam *coalitam libertate irreuerentiam eo prorupiſſe* frementibus, [5]* *vi an æquo cum patronis iure agerent, ſententiam eorum conſultarent, an verberibus manus vltro intenderent, impellerentve* [6] *pœnam ſuam diſſuadentes.* [7] *Quid enim aliud læſo patrono conceſſum, quam vt viceſimum vltra lapidem in oram Campaniæ libertum releget? Cæteras actiones promiſcuas & pares eſſe. Tribuendum aliquod telum. quod ſperni nequeat. Nec graue manumiſſis, per idem obſequium retinendi libertatem, per quod aſſecuti ſint. Ac criminum manifeſtos merito ad ſeruitutem retrahi, vt metu coerceantur quos beneficia non mutauiſſent.* Diſſerebatur contra, *Paucorum culpam ipſis exitioſam eſſe debere, nihil vniuerſorum iuri derogandum. quippe late fuſum id corpus. Hinc plerunque* [8] *tribus,* [9] *decurias,* [10] *miniſteria magiſtratibus & ſacerdotibus, cohortes etiam in vrbe conſcriptas, &* [11] *plurimis equitum, pleriſque ſenatoribus, non aliunde originem trahi. Si ſeparentur libertini, manifeſtam fore penuriam ingenuorum: non fruſtra maiores cum dignitatem ordinum diuiderent, libertatem in communi poſuiſſe. Quin & manumittendi duas ſpecies inſtitutas, vt relinqueretur pœnitentiæ aut nouo beneficio locus. Quod* [12] *vindicta patronus non liberauerit, velut vinculo ſeruitutis attineri. Diſpiceret quiſque merita, tardeque concederet, quod datum non adimeretur.* Hæc ſententia valuit. Scripſitque Cæſar ſenatui, priuatim expenderent cauſam libertorum, quoties a patronis arguerentur: [13] in commune nihil derogent. Nec multo poſt, ereptus amitæ libertus Paris, [14] quaſi iure ciuili, non ſine infamia principis, cuius iuſſu perpetratum ingenuitatis iudicium erat.

* non auſi ſunt ignaro

* vt vi an æquo

Fraus & irreuerentia libertorum in patronos.

Manumittendi duæ ſpecies.

Vindicta aut teſtamento.

1 REVOCANDÆ LIBERTATIS IVS PATRONIS.] Martialis ſic Neruam laudat, quod reſtituerit iura ſua patronis.

2 CONSVLES RELATIONEM INCIPERE.] Atqui, Tacite, iam erat in Senatu de hac re cenſitum; ergo iam relatum; cum ſententiæ ſint poſt relationem. Quid ergo nunc poſt dictas ſententias ſcribis, conſules non auſos incipere relationem? An legendum, non *incipere*, ſed *incidere relationem*, (in æs ſcilicet.) Nam vbi Senatuſconſultum factum, in æs incidebatur. Heic Senatuſconſultum abſolutum. Nam ait; *Perſcripſere tamen conſenſum Senatus*: ſed a principe poſtulatum,

Abſurditas excuſa lectionis.

Legendum, inſculpere, pro incipere.

Inſculpere, pro incidere in æs.

ſtulatum, vt author fieret Senatuſconſulti. Et Cicero 5. Philipp. de more inferendi Senatuſconſultum in ærarium. *Sed*, inquit, *Senatuſconſulta perinde accepta falſa, ſyngraphæ obſignabantur, Senatuſconſulta, tanquam facta, ad ærarium referebantur. Huius turpidinis teſtes erant exteræ nationes.* An legendum, *relationem tum perficere non auſi?* cum iiſdem verbis ſit vſus author l. 14. ſed puto melius, *relationem ſuſcipere non auſi.*

Ni legas, perficere non auſi. Ita ſuperius.

3 NON AVSI IGNARO.] Quid ſi, *non auſi ſint.* Addit enim, *præſcripſere tamen.*

4 ILLE AVTHOR.] Ita lego, *Præſcripſere tamen conſenſum Senatus, ille author conſtitutionis fieret, velut inter paucos & ſententia diuerſos.*

5 VI AN ÆQVO.] Puto legendum, *Vt iam æquo cum patronis iure agerent.* Id eſt, pari authoritate cum patronis eſſent, & eis componerentur.

6 POENAM SVAM DISSVADENTES.] *Pœnam ſumi diſſuadentes.* Quæ vera eſt lectio. Et exprobratio eſt nimiæ facilitatis Senatorum, quod liberti eo prorumperent audaciæ, vt iam æquo iure cum patronis agerent. Imo explorarent Senatorum ſententias, expectarentque eorum opiniones, & conſilia, an patronis verberantibus vltro manus intenderent & verberibus verbera repellerent; etiam ad hæc facienda impellerent patres, quia diſſuaderent pœnas ſumi de eorum ingratitudine. Et nota veterem eſſe patronorum querelam, quæ repetenda eſt a Tiberij æuo. Nam libro 3. Tiberio imperante, mota erat illa queſtio, multum querente C. Cæſtio Senatore, precabanturque Druſum vt daret vltionis exemplum. Sed tunc tectum, non ſanatum eſt vlcus, quod Caligula, mox Claudio dominantibus recruduit. Apud quos, ſerui & liberti plus poterant, quam Reſpublica ipſa. Vbi ergo nunc intumuit, & in tanta æui licentia indoluit aſperrime, iterum ad medicinam recurritur, quæ non data, ſed eluſa eſt: Donec Traianus, poſt Domitiani colluuiem purgatam, etiam patronis ſua iura reddidit, vt dixi de Martiale Poeta, qui ita ſcribit ad Traianum lib. 10. epigramm. 34.

Tacitus correctus. Et explicatus.

Roma in compeſcendis libertis ingratis ambigua.

Qui ſua reſtituis ſpoliato iura patrono,
Libertis exul non erit ille ſuis.

Cæterum pœna illa, de qua Tacitus, iam apud exteros inualuerat. Nam Valerius de ext. Inſtit. vbi de Athenienſibus. *Conuictus*, inquit, *a patrono libertus ingratus, ita in ſeruitutem redigebatur.* (id eſt his verbis.) *Superſedeo te*, inquit, *habere ciuem, tanti muneris impium æſtimatorem. Nec adduci poſſum, vt credam vrbi vtilem, quem domi ſceleſtum cerno. Abi igitur, & eſto ſeruus, quoniam liber eſſe neſciuiſti.* Quod & Maſſilienſes obſeruarunt, qui tres in eodem liberto manumiſſiones approbarunt, ſi ter ab eodem deceptum dominũ cognouerint, quarto errori ſubueniendum non putant. De nequitia libertinorum, Plautus in Perſa.

Præclara verba patroni in libertum ingratum. Apud Athenienſes.

Maſſilianæ leges de libertis ingratis. Nequitia libertorum in patronos.

Sed ita pars libertinorum eſt, niſi patrono qui aduerſatus eſt,*
Nec ſatis liber ſibi videtur, nec ſatis frugi, nec ſatis honeſtus.
** Ni id effecit, ni ei maledixit, ni grato ingratus*

* *Forte*, quis

* *Lego*, Ni ei officit,

repertus eſt.

Et Perſius Satyra 5.

Vindicta poſtquam meus a Prætore receſſi,
Cur mihi non liceat, iuſſit quodcunque voluntas,
Excepto, ſi quid Maſuri rubrica vetauit?

At de reuocanda libertate, Perſius ita eadem Satyra.

Sin tu, cum fueris noſtræ paulo ante farinæ,
Pelliculam veterem retines, & fronte politus
Aſtutam vapido ſeruas ſub pectore vulpem:
Quæ dederam ſupra, relego, funemque reduco.

Dio lib. 55. ait Auguſtum definiuiſſe iura, quibus in libertos patroni vterentur.

7 QVID ENIM ALIVD LÆSO PATRONO.] Relegatio illa frequens, non modo patroni in libertos, ſed mariti in vxorem & domini in ſeruum. Tertullianus libr. 3. *Nonnulli etiam de vtilitatibus cum odio iſto paciſcuntur, contenti iniuria, dum ne domi habeant quod oderunt. Vxorem iam pudicam maritus, iam non zelotypus, filium ſubiectum pater retro patiens abdicauit. Seruum iam fidelem, dominus olim mitis, ab oculis relegauit.* Quæ tria erant apud Romanos poteſtatis vincula: magna hercle, & tali digna imperio.

Relegare libertum, ex ædibus expellere. Sic mariti vxores. Domini ſeruos. Patres filios.

8 TRIBVS.] Romæ conſuetudo erat, vt qui ex manumiſſione ciues Romani efficerentur, inter ciues Romanos frumentum acciperent. Quod non fiebat, niſi tribu accepta. Vnde illa Perſij verba Sat. 5.

Frumentum ciuibus Romanis. Qui in tribu.

Libertate opus eſt, non hac, vt quiſque Velina
Publicus emeruit ſcabioſum teſſerula far.

Ideo Cicero pro Cornelio Balbo, ait *tribum illi conceſſam.* Claudianus in Eutropium conqueritur Eunuchos libertos irrumpere in tribus ciuium, lib. 1.

Martius Eunuchi repetet ſuffragia campus?
Æmilios inter, ſeruatoreſque Camillos.
Eutropius? Et paulo poſt.
Eunuchi veſtros habitus inſignia ſumunt.
Ambigui Romana mares. Rapuere tremendas
Hannibali, Pyrrhoque togas: flabella peroſi.

Eadem eſt fere Tertulliani conqueſtio in Pallio. *Subuerbuſti in liberalibus:* ſed res humanæ totæ in corruptione poſitæ.

9 DECVRIAS.] Vetus interpr. Iuuenalis mire corruptus, hanc Decuriarum venalitatem tangit, quem libet exſcribere, & repurgare, imo vſque ad reſegmina vnguium, more Græco, medicinam huic corpori facere. Ergo Satyr. 5. vbi de Sarmento. *Sarmentus*, inquit, *natione Tuſcus, e domo Marci Faboni*, (pro *Fauonij*) *incertum libertus, an ſeruus. Plurimis* (lego, *plurimum is*) *forma & vrbanitate promeritus*, (non *promeritis*) *eo fiduciæ venit, vt per equitem Romanum ageret:* (lego, *vt præter equitem Romanum ageret:*) *decuriam quoque quæſtoriam compararet. Quare per ludos qui ibi primus*, (lego, *quibus primum is*) *quatuordecim ſedit, hæc a populo in eum dicta ſunt.*

Vet. Iuuenal. interp. correct.

Sarmentus ſeruus. Natione Tuſcus. Eques Rom.

Aliud ſcriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat.
Digna dignis. Hic Sarmentus habeat craſſas compedes.
Ruſticine nihil agitis? Aliquis Sarmentum alliget.

Erat enim officium ruſticorum, ſarmenta ex

Ruſtici ſarmenta alligabant.

amputatis vitium funiculis colligere, & colligare, inque faſciculum componere. Sed ſequor. *Dum vt cauſam vſurpatæ dignitatis hic,* (quæ trunca verba ſunt & ſine ſenſu: lego itaque; *Demum vt cauſam vſurpatæ dignitatis egit,*) *pro ciuibus* (pro ciue is) *& gratia ſummoto accuſatore, dimiſſus eſt. Cum apud iudices nihil docere tentaret, quod conceſſa ſibi libertate a Mæcenate:* (Lego, *quam quod conceſſa ſibi libertas eſſet a Mæcenate*) *ad quem rectio bonorum fauor pertinuerat.* (*vt fauor pertinuerat.*) *Iam aut vt ſenex,* (*Iam autem vt ſenex*) *in maximis neceſſitatibus, ad quas libidine luxurieque deciderat, coactus auctionare,* (*coactus eſt auctionari*) *cum interrogaret* (*interrogaretur*) *conſcriptum,* (*vt conſcriptii*) *quoque Cenſorium venderet,* (id eſt tabulas, quibus in numerum ciuium a Cenſoribus eſſent adſcripti,) *non infacite bone ſe memoriæ eſſe perdita.* (lego, *bona ſuæ memoriæ eſſe perdita.* Ita hæc antiquitatis perpolio. Plin. autem l. 33. c. 1. ita ſcribit. *Quæ ſub D. Auguſto impleri non potuerant decuriæ, non capiunt eum ordinem, paſſimque ad ornamenta ea etiam ſeruitute liberati tranſiliunt.* Quod antea nunquam erat factum, quoniam in ferreo annulo equites, iudiceſque intelligebantur.

10 MINISTERIA MAGISTRATIBVS ET SACERDOTIBVS.] Cicero de magiſtratibus ad Quint. fratr. *Accenſus ſit eo etiam numero quo eum maiores noſtri eſſe voluerunt: qui hoc, non in beneficij loco, ſed in laboris ac muneris non temere, niſi libertis ſuis deferebant, quibus illi quidem, non multo ſecus ac ſeruis, imperabant.* Sic Orbilius plagoſus Grammaticus apparituram fecit magiſtratibus. Suetonius de clar. Grammat. At de ſacerdotum miniſterijs; refero ad poppas, & victimarios, & præficas, & deſignatores, ex libertina gente, vt plurimum, & calatores. Nam *Cornelius Epicadus Grammaticus, fuit ſacerdotio augurali calator,* ait idem Suetonius eodem. Et noto Philonis Iudæi locum libro, Quod omnis prob. lib. ſit. nam ita ille aut ſimili ſenſu. *Seruiliter natos benignitas fortunæ promouit ad ingenuorum officia; ſiunt enim procuratores in amplis opibus: interdum etiam conſeruis præficiuntur; cæteris quibuſdam vxorum pupillorumque ſeruilium tutela commiſſa eſt, ob ſpectatam ipſorum fidem, poſthabitis amicis ac neceſſarijs, nihilominus tractant ſeruilia, fœnerantur, emptitant, reditus colligunt, patronos ſuos demerentur obſequijs.*

Magiſtratuum miniſteria ex libertis.

11 PLVRIMIS EQVITVM.] Martialis lib. 1. epigramm. 85.

Domumque, & agros implet equitibus
Vernis.

12 VINDICTA.] Vet. interpr. Iuuenalis. *Virga eſt, inquit, qua manumittendi, a Prætore in capite pulſantur:* Ideo dicta, quod eum vindicat libertati. Paulus 4. Sent. Tit. 12. *iuſtam* vocat *libertatem.* Perſius *meram libertatem.* Satyra 5. Solennia enim verba interueniebant. L. manumiſſio. de manumiſſ. Et qui vindicta manumittitur, fit ciuis Romanus.

Vindicta manumiſſi vere ciues. Iuſta libertas. Mera libertas.

13 IN COMMVNE.] Quid ſi, *iuri communi nihil derogent?* ſupra enim dixit. *Nihil vniuerſorum iuri derogandum.* Tamen *in commune*, ſcriptio eſt Taciti.

14 QVASI IVRE CIVILI.] Per dationem aureorum annulorum. Nam datis aureis annulis, ciuis Romanus, & eques, fiebat, habebatque ius ſedendi in 14. ordinibus. Suetonius in Vitellio capite 12. *Primo imperij die, Aſiaticum donauit aureis annulis.* Horatius de Mena liberto Pompeij, 4. Epod.

Tacitus explicatus.

Aureis annulis fit ciuis Romanus.

Sedilibuſque magnus in primis eques,
Othone contempto ſedet.

Nam *dabat olim ius ſedendi ingenuitas, & cenſus,* ait Quintilianus declamat. 302. Otho autem voluit eum qui quadringentorum ſeſtertiorum reditus haberet, ſedendi inter equites ius habere. Iuuenal. Sat. 3.

Othonis lex de ſedendi iure in 14. ordinibus.

Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni.

Cæterum, quod notauit Lipſius in L. 3. de condit. cauſ. dat. §. ſi liber homo, Vlpianum ſcripſiſſe Domitiam fuiſſe filiam Neronis, vere ab hac inſcitia Vlpianum liberat, quem Athenæus, vt ſtudioſum inueſtigatorem commendat, & merito culpat exſcriptorem. Nam pro Neronis θεία, ſcripſerunt, filia. Amita enim, quæ eſt patris ſoror, & matertera, quæ matris, vtraque promiſcue θεία appellatur: vel apud quoſdam τηθίς, nos vulgo *Tante.* Non prætereo autem iſtam dationem annulorum factam a Nerone, in amitæ contumeliam. Et innuit tacite noſter Tacitus, atque vt ingratitudinem Paridis notes, peſſimum caput pretium pactæ libertatis, a Domitia repetiſſe; quaſi ille, non eius, ſed principis beneficio, factus eſſet liber. Quod tradit Scholiaſtes.

Vlpianus ſtudioſus inueſtigator antiquitatis.

Sic eum vocat Athenæus.

Exculpatus a Lipſio vere.

Manebat nihilominus quædam imago Reip. Nam [1] inter Vibulium prætorem, & plebei tribunum Antiſtium ortum certamen, quod immodeſtos fautores hiſtrionum & a prætore in vincula ductos, tribunus omitti iuſſiſſet, comprobauere patres, incuſata Antiſtij licentia. Simul prohibiti tribuni ius prætorum & conſulum [2] præripere, aut [3] vocare ex Italia cum quibus lege agi poſſet. Addidit L. Piſo deſignatus conſul, [4] ne quid intra domum pro poteſtate animaduerterent: neue mulctam ab ijs dictam, quæſtores ærarij in publicas tabulas [5] ante quatuor menſes referrent: medio temporis contradicere liceret. deque eo conſules ſtatuerent. Cohibita arctius & ædilium poteſtas, ſtatutumque [6] quantum curules, quantum plebeij pignoris

Certamen inter Prætores & tribunos plebis.

Intra domum male recta non vindicanter a patribus familiarum.

gnoris caperent, vel pœnæ irrogarent. Eo Heluidius Priſcus tribunus plebis, aduerſus Obultronium Sabinum ærarij quæſtorem contentiones proprias exercuit, tanquam ius haſtæ aduerſus inopes[7] inclementer augeret. Dein princeps curam tabularum publicarum a quæſtoribus ad præfectos tranſtulit. Varie habita, ac ſæpe immutata eius rei forma. Nam Auguſtus permiſit ſenatui deligere præfectos. dein ambitu ſuffragiorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero prætorum qui præeſſent. Neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius quæſtores rurſum impoſuit, iiſque ne metu offenſionum ſegnius conſulerent, extra ordinem honores permiſit. Sed deerat robur ætatis eum primum magiſtratum capeſſentibus. Igitur Nero[8] præfectura perfunctos, & experientia probatos delegit. Damnatus iiſdem conſulibus Vipſanius Lenas ob[9] Sardiniam prouinciam auare habitam. Abſolutus Ceſtius Proculus repetundarum, cedentibus accuſatoribus. Clodius Quirinalis, quod præfectus remigum qui Rauennæ haberentur, velut[10] infimam nationum, Italiam luxuria ſæuitiaque afflictauiſſet, veneno damnationem anteuertit. Aminius Rebius ex primoribus peritia legum, & pecuniæ magnitudine,[11] cruciatus ægræ ſenectæ miſſo per venas ſanguine effugit, haud creditus ſufficere ad conſtantiam ſumendæ mortis, ob libidines muliebriter infamis. At L. Voluſius egregia fama conceſſit. cui[12] tres & nonaginta anni ſpatium viuendi[13] præcipuæque opes bonis artibus,[14] inoffenſa tot imperatorum malitia fuit.

Iuriſconſultus Aminius Rebius.

Idem pecunioſiſſimus & doctiſſimus.

1 INTER VIBVLLIVM PRÆTOREM.] Erant hæ veteres inter tribunos plebis, & Prætores querelæ. De quibus in fine lib. 1. ſupra. Interceſſio autem Tribunorum, hiſtrionum fauore fiebat, & ad delicias plebis deperditæ hiſtrionum amoribus.

Querelæ prætorum & Tribunorum ple. veteres.

2 PRÆRIPERE.] Ratio ex Cicerone; *quod quemadmodum ſi vnumquodque membrum ſe valere putaret, ſi alterius commoda ad ſe traheret, atque illiceret, totum corpus interire neceſſe eſſet*: ita etiam in corpore Reipub.

3 VOCARE EX ITALIA.] Labeo noſter Iuriſconſultus dicebat, *Tribunos pleb. vocationem habere Romæ, prehenſionem, minime. In vrbe quidem vocationem habebant, cui parendum erat, ne authoritas Tribuni contempta videretur. Sed extra Romam non æque, ne ad longinqua ſubſellia traherentur*: Deinde, vt ait Liuius libr. 3. *Poteſtas Tribunorum mænibus coercita.*

Tribuni pleb. Romæ vocationem in ius habuere.

Prehenſionem minime.

Tribunorũ poteſtas mænibus coercita.

4 NE QVID INTRA DOMVM PRO POTESTATE.] *Ne de ſeruo quidem, vel captiuo, omni loco, aut omni genere, aut per quos libebit, aut cum quibus libebit, ſupplicium ſumi fas eſt*, Seneca lib. 9. Controu. 2. in qua Quinti Flaminij factum exagitat, qui domi, & in conuiuio, ciuem Romanum per carnificem necauerit, vt amaſio puero vel meretrici gratificaretur. *Quis ferret te, inquit, ſi in triclinio tuo, iudicium coegiſſes*? Plutarchus in vita T. Flaminij.

Seruus & captiuus vt puniendus ex iure.

5 ANTE QVATVOR MENSES.] Cautum iam de Senatuſconſultis, vt non ante 30. dies: ſic de mulctis Tribunorum plebis, vt non ante quatuor menſes, tabulas in ærarium referrent.

6 QVANTVM CVRVLES, QVANTVM PLEBEII.] Hi ex plebe, illi ex Patricijs creati: Munus illorum, videas apud Ciceronem 7. in Verr. iſtorum, apud Dionyſium lib. 6.

7 INCLEMENTER AVGERET.] Quid ſi, vrgeret? Tamen excuſa bona eſt. Symmach. de trad. Baſil. *Abſunt ab ærarij veſtri puritate illa compendia; fiſcus bonorum principum, non ſacerdotum damnis, ſed hoſtium ſpolijs augetur.* Dixit autem, *aduerſus inopes*, quorum deſolatam penuriam habet. Iuuenalis Sat. 3.

Fiſcus bonorum principum.

Hoſtium ſpolijs, non ſacerdotũ damnis.

-- vltimus autem
Ærumnæ cumulus, quod nudum, & fruſtra rogantem,
Nemo cibo, nemo hoſpitio, tectoque iuuabit.
Si magna Aſſarici cecidit domus, horrida mater,
Pullati proceres; differt vadimonia Prætor,
Tunc gemimus caſus vrbis, tunc odimus ignem.
Ardet adhuc, & iã accurrit qui marmora donet,
Conferat impenſas.

Paupertatis damna.

Forte primo verſu, legas optimo authoris ſenſu, *Fraſta rogantem*, non *fruſtra.* Nam addit: *Nemo cibo*, &c. Quod fruſtrationem innuit ſatis, nec repetenda eſt.

8 PRÆFECTVRA PERFVNCTOS.] Quemadmodum libro 1. *Prætores ærarij* dixit Quæſtores, quia præeſſent ærario: ita heic *præfecturas*, quia his præficerentur.

Prætor qui præeſt.

Et præfectus.

9 SARDINIAM PROVINCIAM AVARE HABITAM.] Itaque Sardinia alteram ſenſit Sardiniam, nempe auaritiam. Satyro-

graphus, ideo Sat. 8. hæc præcepta ponit.

Prouinciæ ſociales expilatæ a Romanis.

Exſpectata diu tandem prouincia, cum te
Rectorem accipiat, pone iræ frena modumque,
Pone & auaritiæ: miſerere inopum ſociorum.
Oſſa vides regum vacuis exucta medullis.

10 INFIMAM NATIONVM ITALIAM.] Sic C. Gracchus apud Gellium. *Me infimum omnium hominum habitote.* Plinius lib. 6. epiſtolar. epiſtola, Scis tu. *Deforme arbitratus, (vt erat) honorem petituros, vrbem, Italiamque non pro patria, ſed pro hoſpitio, aut ſtabulo, quaſi peregrinantes habere.* Nam Italiam Itali ſupra reliquas terras extulerunt, volueruntque, & iure, illam reuereri ab omnibus gentibus, quarum illa tunc caput, & vertex. Vt a Plinio libro 2. cap. 5. vt ſcias quomodo Italia caput ſuper reliquas mundi prouincias exerat. Ideoque iure Quirinalis *armentoſiſſimam* vocat, ait Gellius lib. 11. cap. 1. Et populoſiſſimam Virgil. 2. Georg.

Laus Italiæ.

Italia armentoſa.

Adde tot egregias vrbes, operumque laborem,
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis,
Fluminaque antiquos ſubter labentia muros.

Dixi armentoſiſſimam, quod boues ἰταλοὶ dicti, vt Timæus narrat in Hiſtorijs. Virgil. de laudibus Italiæ 2. Georg.

Sed neque Medorum ſiluæ, ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent.

Italia enim ocellus orbis.

11 CRVCIATVS ÆGRÆ SENECTÆ.] Pulchre ille.

Vita noſtra vino ſimillima.

Vita vino noſtra eſt quam ſimillima;
Vbi paulum reſtat, in acetum vertitur.

In ſenibus creſcit ſapientia, cum corpus decreſcit inſipientia.

Podagra carnificina mortaliū.

Senectus omnium malorum officina.

Vita hominum mala.

Ideo *Senectus ægra* dicta, & ab alijs, *omnium malorum officina.* D. Hieronym. epiſt. Paulæ ad Marcel. *Omnes pæne virtutes corporis mutantur in ſenibus, & creſcente ſola ſapientia, decreſcunt cæteræ.* Puto autem de podagra intelligere Tacitum, qua luxurioſus ille Iuriſconſultus laborauit. Agrippa certe ſibi ſtupefecit pedes, præſidium putans aduerſus morbum. Fuit alter, qui violentas manus ſibi adferret, alter veneno ſibi pedes perungeret. At ægræ ſenectæ iniurias Plinius auunculus exequitur eleganter, quod nec prætereo imprudenter, l. 7. cap. 50. Ergo vbi de acerbitate ſenectutis & de angoribus longæ ætatis. *Tot*, inquit, *periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum frequentius ſit votum. Natura vero nihil breuitate vitæ præſtitit melius. hebeſcunt ſenſus, membra torpent, præmoritur viſus, auditus, inceſſus, dentes etiam, ac ciborum inſtrumenta, & tamen vitæ hoc adnumeratur.* Ergo pro miraculo id ſolitarium reperitur exemplum, *Xenophilum muſicum centum & quinque annis vixiſſe, ſine vllo corporis incommodo.* Sed ſacra oracula multo ſapientius, & verbis elegantioribus finem hominis exequuntur. *Antequam*, inquiunt, *rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vita aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternam, & reuertatur puluis in terram ſuam, vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Eccleſiaſt. 12.

Mors frequens hominum votū.

Xenophilus muſicus vixit 105. annos.

Nullo incommodo.

12 TRES ET NONAGINTA ANNI SPATIVM VIVENDI.] Inter Macrobios hic Voluſius reponitur a Plinio libr. 7. cap. 48. nat. quæſt. Vere homo multorum annorum, etiã multorum bonorum, non vero multorũ honorum, a quibus abſtemius fuit. Quod docui ſupra lib. 3. Multa bona ei obuenere, non modo ex clara & opima familia, ſed ex parſimonia, quæ opum cumulatrix. Idem Plinius de Spurina epiſt. 1. libr. 3. *Illi poſt ſeptimum & ſeptuageſimum annum, aurium oculorumque vigor integer. Inde agile, & viuidum corpus, ſolaque ex ſenectute prudentia.* Cæterum ex hac Voluſij longæua vita, colligo verum, quod Tacitus ſcribit in Agricola. *Sciant quibus moris eſt inlicita mirari poſſe, etiam ſub malis principibus magnos viros eſſe, obſequiumque ac modeſtiam, ſi induſtria ac vigor adſint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, ſed in nullum rei poſt vſum, ambitioſa morte inclaruerunt.*

13 PRÆCIPVÆQVE OPES BONIS ARTIBVS.] Quid ſi, *præceptæque opes, partæque bonis artibus*? Quod rarum ſatis, & Tuſcis libellis dignum. Nam ita Diuus Hieronymus, *Diues aut iniquus, aut iniqui heres.* Et hic quæſitas opes parſimonia, iure ſucceſſorio perceperat.

Opes bonis artibus partæ prodigium eſt.

Diues iniquus, aut iniqui heres.

Tacitus correctus.

Idem explicatur.

14 INOFFENSA TOT IMPERATORVM MALITIA FVIT.] Tiberios intelligit, & Caios, & ſub Claudijs, Meſſallinas, vt poſtea ſub Neronibus Agrippinas, & Nerones rapinarum vncos, æternumque potentiorum opibus inhiantes. Nam dixit ſupra. *Caueret vim atque opes.* Ideo conſilium fuit ditiores & nobiliores exſcindere criminibus fictis, & in eorum facultates graſſari. Tale fuit ingeniũ Neronis, ſub quo virtus Romana abijt obijtque. Quod autem ait, *tot imperatorum inoffenſa malitia fuit*: prius dixit, *Imperitante Tiberio impune fuit.* Nam qui ſub iſtis dominis diu viuit, ſi probus eſt, non modo probus eſt, ſed fœlix.

Sub Nerone Romana virtus abijt obijtque.

Nerone ſecundum, L. Piſone conſulibus, pauca memoria digna euenere, niſi cui libeat, laudandis fundamentis & trabibus, queis molem amphitheatri apud campum Martis Cæſar extruxerat, volumina implere, cum ex dignitate populi Romani repertum ſit, res illuſtres annalibus, talia, diurnis vrbis actis mandare. Cæterum coloniæ Capua atque Nuceria, additis veteranis, firmatæ ſunt. Plebeique congiarium quadrigeni nummi viritim dati, & ſeſtertium quadringenties ærario illatum eſt ad retinendam populi fidem. [1] Vectigal quoque quintæ & viceſimæ venalium mancipiorum remiſſum ſpecie magis quam

Vectigal ad retinendam populi fidem.

quam vi, quia cum venditor pendere iuberetur, in partem pretij emptoribus[2] accreſcebat. Edixit Cæſar ne quis magiſtratus, aut procurator qui prouinciam obtineret, [3] ſpectaculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod aliud ludicrum ederet. Nam ante non minus tali largitione, quam corripiendis pecunijs, ſubiectos affligebant, dum quæ libidine deliquerāt, [4] ambitu propugnāt. Factum & Senatuſconſultum [5] vltioni iuxta & ſecuritati, vt ſi quis a ſuis ſeruis interfectus eſſet, ij quoque qui teſtamento manumiſſi ſub eodem tecto manſiſſent, inter ſeruos ſupplicia penderent. Redditur ordini Luſius Varius conſularis, auaritiæ criminibus olim perculſus. Et Pomponia [6] Græcina inſignis fœmina [7] Plautio, qui ouans ſe de Britanniis rettulit, nupta, ac ſuperſtitionis externæ rea, mariti iudicio permiſſa. Iſque priſco inſtituto[8] propinquis coram, de capite famaque coniugis cognouit, & inſontem nuntiauit. Longa huic Pomponiæ ætas, & continua triſtitia fuit. Nam poſt Iuliam Druſi filiam dolo Meſſallinæ interfectam, [9] per quadraginta annos, non cultu niſi lugubri, non animo niſi mœſto egit. Idque illi imperitante Claudio impune, mox ad gloriam vertit. Idem annus plures reos habuit, quorum P. Celerem accuſante Aſia, quia abſoluere nequibat Cæſar, traxit ſenecta donec mortem obiret. Nam Celer interfecto vt memoraui Silano proconſule, magnitudine ſceleris cætera flagitia obtegebat. [10] Coſſutianum Capitonem Cilices detulerant, maculoſum fœdumque, & idem ius audaciæ in prouincia ratum, quod in vrbe exercuerat. Sed peruicaci accuſatione conflictatus, poſtremo defenſionem omiſit, ac lege repetundarum damnatus eſt. Pro [11] Eprio Marcello a quo Lycij res repetebant, eo vſque ambitus præualuit, vt quidam accuſatorum eius exilio mulctarentur, tanquam inſonti periculum feciſſent.

Pomponia Græcina Chriſtiana.

Per quadraginta annos ſemper in lugubri cultu.

P. Celer reus expilatæ prouinciæ euaſit ſenecta.

Serui venditi, ſeu capti, ſeu non capti.

1 Vectigal qvintæ et vicesimæ mancipiorvm.] Serui vendebantur, ſiue capti, ſiue empti, ſiue nati. Horatius.

Vendere cum poßis captiuum, occidere noli,
Seruiet vtiliter.

Iuuenalis Satyra 3.

-- præbere caput domina venale ſub haſtâ,

Plautus in Captiu.

Here, quos emi de præda, de quæſtoribus,
His indito catenas ſingularias.

Quæſtores vendebant aceruatim. Sectores particulatim.

Quæſtores vendebant aceruatim, ſectores particulatim mangonibus alijſque, vt ille Turranius apud Plinium, qui Antonio Triūuiro duos Menæchmos vendidit. In illis autem ſeruorum venditionibus vigeſima quinta deducebatur fiſco præſtanda. Suetonius de clar. Gram. *Apud maiores, cum familia alicuius venalis produceretur, non temere quem* (lege *quendam*) *litteratum in titulo, ſed litteratorem inſcribi ſolitum eſſe.* Et nota venales ſeruos, titulos ſui artificij habuiſſe, vt vnus Medicus, alter pictor, alter ſartor diceretur, alter litterator. Aliquando tamen viua voce præconis, vt videre eſt apud Martialem pleriſq. locis.

Tacitus explicatus.

2 Accrescebat.] Id eſt, quod viceſima quinta fiſco perſoluebat venditor. Is vbi venderet, augebat pretium rei emptoribus, quibus ideo in partem pretij accreſcebat. Sed illa accretio, decretio erat re vera.

3 Spectacvlvm gladiatorvm.] De tali ſpectaculo, locus eſt apud Apuleium lib. 4. qui mendoſus, vbi de Demochare. *Genere*, inquit, *primarius vir, & opibus pluribus & liberalitate præcipuus, digno fortunæ ſuæ ſplendore, publicas voluptates inſtruebat. Quis tantus ingenij, quis facundiæ, qui ſingulas ſpecies apparatus multijugi verbis idoneus poſſit explicare? Gladiatores iſti* (lego *iſtic*) *famoſæ manus* (id eſt, potentiæ famoſæ,) *venatores illi* (lego, *illic*) *probatæ pernicitatis, alibi noxij, perdita ſecuritate, ſuis epulis beſtiarū ſaginas inſtruentes.* Iuu. Sat. 3.

Spectacula gladiatorum.

Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notæque per oppida buccæ,
Munera nunc edunt, & verſo pollice vulgus
Quum libet occidunt populariter: inde reuerſi
Conducunt foricas: & cur non omnia? cum ſint,
Quales ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit, quoties voluit Fortuna iocari?

Munera edita a male feriatis hominibus.

Sic interpretare Martial. epigram. 41. lib. 10.

Explicatum epigramma Martial.

Menſe nono Iani veterem Proculeia maritum
Deſeris, atque iubes res ſibi habere ſuas.
Quid rogo, quid factū eſt? ſubiti quæ cauſa doloris?
Nil mihi reſpondes? dicam ergo, Prætor erat.
Conſtatura fuit Megalenſis purpura centum
Millibus, vt nimium munera parca dares.

Et populare ſacrum bis millia dena tuliſſet.
Diſſidium non eſt hoc, Proculeia: lucrum eſt.

Munera parca dixit Gladiatorum, ſiue ferarum, quæ exhibuiſſe oportebat initio magiſtratus. Nam niſi his auſpicijs, non licebat ingredi Rempub.

4 AMBITV PROPVGNANT.] *Ad replendas lacunas rei familiaris*, inquit Cicero.

Suſpicio paternæ necis non cadit in filios.
Suſpicio domini necis cadit in ſeruos.
Suſpecti ſemper dominis ſerui.

5 VLTIONI IVXTA.] Duo tamen Clœlij, ſplendido loco nati in Terracina, cum ſuper patris nece arguerentur, abſoluti ſunt, quod in eodem cubiculo dormientes reperti ſunt, neque aut ſeruus, aut liber inueniretur, ad quem cædis ſuſpicio perueniret. Sed hæc in filijs, & ingenuo ſanguine, heic vero in ſeruis. Præſumptio non cadit in filios, cadit in ſeruos. Nam *ſemper ſuſpecta fuere dominis ſeruitia*. Inde vox trita, *Tot ſerui, tot hoſtes.*

Iulius Græcinus quem Caligula occidit.
Filius ſub Auguſto.

6 GRÆCINA SVPERSTITIONIS EXTERNÆ REA.] Forte Iulij Græcini ſanguis. De quo Seneca de Benefic. *Vtamur Græcini Iulij exemplo, viri egregij, quem C. Cæſar occidit, ob hoc vnum, quod melior vir erat, quam eſſe cuiquam tyranno expediret.* Erat & alius, ſi alius eſſe potuit, ad quem Ouidius ſcribit 2. de Ponto eleg. 6. Vigaitque hoc præclarum nomen inter bonos. Fuit & Græcinus Laco præfectus vigilum ſub Tiberio. Dio lib. 58. *Externam* autem *ſuperſtitionem*, Chriſtianam vocat, quam illi Iudaicam dicebant. Nam vere externa quia a Iudæis. Et Iudæorum religio externa dicitur Ouidio 1. de Rem. Am.

Externa ſuperſtitio Religio Chriſtiana dicta.

Nec pluuias opta, nec te peregrina morentur
Sabbatha.

Putabant enim Chriſtianos Iudæos, nec errabant; quippe ab illo fonte Chriſtiani, vt docui ſupra. Dio de Nerua Traiano: *Neue liceret aut impietatis*, (Chriſtianæ ſcilicet, nam ita vocabant,) *aut Iudaicæ ſectæ quempiam dehinc inſimulari. Multorum tamen nomina falſo delata; inter quos Suras philoſophus condemnatus fuit.* Chriſtianam autem fuiſſe Græcinam, indicio eſt cultus lugubris. Nam ſic Tertullian. de hab. mulier. *Si tãta in terris moraretur fides, quanta merces eius expectatur in cœlis, nulla omnino veſtrum, ſorores dilectiſſimæ, ex quo Deum viuum cognouiſſet, & de ſua, id eſt de fœminæ conditione cognouiſſet, lætiorem habitum, ne dicam glorioſiorem, appetijſſet; vt non magis in ſordibus ageret, & ſqualorem potius affectaret.* Sane veſtibus atris a Paganis Chriſtianæ fœminæ diſtinguebantur. Nam idem de cultu fœmineo. *Grandis blaſphemia, ſi qua dicatur, ex quo eſt facta Chriſtiana, pauperius incedere. Timebit pauperior videri, ex quo locupletior facta eſt, & ſordidior, ex quo mundior.* D. Hieron. ad Lætam de Inſt. filiæ. *Caue ne aures eius perfores, ne ceruſſa & purpuriſſo conſecrata Deo ora depingas, ne collum auro & margaritis premas, ne caput gemmis oneres, nec capillum irrufes, & ei aliquid de gehennæ ignibus auſpiceris. Habeat alias margaritas, quibus poſtea venditis, emptura eſt pretioſum margaritum.* D. Paulinus Epiſcopus Nolanus epiſtola 10. ad Seuerum, vbi de habitu Melaniæ. *Craſſam illam & velut ſpartei ſtaminis tunicam & vile palliolum gaudebant manu tangere.* Sed nemo melius Eunapio Pagano, qui loquẽs de Chriſtianis in Maximo, ἔπι τὰ φαιὰ ἱμάτια, &c. *impia natio fuſcis vtentium veſtimentis*, id eſt Chriſtianorum. Et in Epheſina Synodo vbi Neſtorius pingitur Theodoreti penicillo. *Homo*, inquit, *vocalis, id eſt voce promptus, fuſca veſte indutus, triſtis incedens, ſtrepitus forenſes declinans, corporis pallorem quo continens habeatur aucupans, libris domi vt plurimum intendens, in oleo & quiete ſecum conuerſans: denique huiuſmodi qui magis Chriſtianus videretur quam re ipſa eſſet.*

Virgo Chriſtiana nigris veſtibus vtebatur, ſed aliquãdo etiã albis ne Chriſtiana eſſe diceretur.

Atrata veſte fœminæ Chriſtianæ.

Vides pallorem & fuſcas veſtes? erant comites Chriſtianorum. Sed quid de viris? idem Tertullian. in Pallio. *Gaude pallium, & exulta, iam te philoſophia melior dignata eſt, ex quo Chriſtianum veſtire cœpiſti.* Et certe, ita veſtiti, pro Chriſtianis habebantur, vt idem ſcribit lib. de Anima. *Hactenus ſapiens & prudẽs habetur, qui prope Chriſtianum pronuntiarit. Cum ſi quid prudentiæ aut ſapientiæ affectauerit, ſeu ceremonias deſpuens, ſeu ſæculum renuntians, pro Chriſtiano denotatur.* Et forſan is fuit Chriſtianus, de quo Martialis libro primo epigramm. 97.

Et viri.

Amator ille triſtium lacernarum;
Et bæticatus, atque leucophæatus.

D. Cyprian. de hab. virg. ita de Chriſtiano veſtitu. *Ex Chriſtiana Academia, ornamentorum ac veſtium inſignia, & lenocinia formarum non niſi proſtitutis & impudicis congruunt.* Prudent. in hymno D. Eulaliæ, ita illam deſcribit.

D. Cyprianus idem ait. Veſtimenta ſplendida non niſi proſtitutis.

Spernere ſuccina,
Fulua monilia reſpuere:
Ore ſerena, modeſta gradu,
Moribus & nimium teneris,
Canitiem meditata ſenum.

Adijcit ad notam Chriſtianæ religionis, *animo mæſto ſemper fuiſſe Græcinam.* D. Hieron. ad Furiam. *Ardor in Chriſtum, pallor ex ieiunijs, eleemoſyna in pauperes, obſequium in ſeruos, & humilitas veſtium, & cordis, atque in cunctis ſermo moderatus.* Et idem de Paula. *Pallebant ora ieiunijs, & mens deſiderijs æſtuaret.* Et hæc in epit. Paulæ, ni fallor. Tertullianus mœſtitiam animi ex pauco ſermone. *Elingui*, inquit, *Philoſophia Chriſtiana contenta eſt.* Etiam in caſta muliere, mœſtitiam oris Martialis notauit.

Animus mæſtus indicium Chriſtianæ mentis.
Ardor in Chriſtum pallor ex ieiunijs.
Eleemoſyna in pauperes, humilitas veſtium & cordis.
Sermo moderatus.

Caſta, nec antiquis cedens Læuina Sabinis,
Et quouis tetrico triſtior ipſa viro.

Regula Monachorum vbi de ieiunijs. *In armento Iouiniani grunniunt ſues; de grege noſtro, triſtes, pallidi, ſordidi.* Et Seuerus Sulpitius ad Baſſulam, *pallidas turbas monachorum* vocat ob exantlata ieiunia, quos Pagani magno odio proſequebantur. Eunapius in vita Ædeſij. D. Hieronym. epiſt. 15. de laudibus Aſellæ. *Nihil illius ſeueritate iucundius, nihil iucunditate ſeuerius, nihil ſuauitate triſtius, nihil triſtitia ſuauius. Ita pallor in facie eſt, vt cum continentiam indicet, non redoleat oſtentationem.* Et idem de eadem. *Cum primum hoc propoſitum arripuit, aurum colli ſui, quod murænulam vulgus vocat, abſque parentibus vendidit, & tunicam fuſciorem induta, ſe Domino conſecrauit.* Nam Chriſtianis nigra pallia, pro togis candentibus. S. Adſtarius de Sancta Euphemia Chalcedonenſi nobiliſſima martyre. *Adſtabat*, inquit, *virgo pulla veſte & pallio philoſophiam affectãte.* In funere

viri

viri Pagani attrati, ſed fœminæ in cãdida veſte.

7 Plavtio.] Aulus eſt Plautius, qui conſulatium primus rexit Britanniam. Tacitus in vit. Agricol.

8 Propinqvis coram.] Ex veteri lege, *maritus mulieri iudex, & pro cenſore erat, habebatque imperium, quod vi etiam tueretur.* Dixi ſupra, vbi de pœna adulterorum. Aliquando autem viri de vxorum criminibus cognoſcebant, & iudicia ferebant, vt ſunt apud Liuium exempla plurima. Aliquando a conſulibus damnatas ipſi puniebant. Valer. libr. 6. cap. de ſeuer. vbi de inceſtuoſis Bacchanalibus loquitur. *Cum multæ eſſent damnatæ, in omnes cognati intra domos animaduerterunt.* Et poſtea. *Quia viros ſuos veneno necauerant, propinquorum decreto ſtrangulatæ ſunt.* Loquitur de Publicia Albini & Licinia Aſellij. Suetonius in Tiber. c. 35. Extat titulus in iure de emendat. propinquor. Sed hanc ſuſtulit imperatoria poteſtas, quo ſuam ſolam dominationem fulciret; quemadmodum & cognitionem patris in filios, & domini in ſeruos. Seneca veſtigium habet illius paternæ iuriſdictionis in filios, vbi de Tarrio, qui de filio cogniturus aduocauit in conſilium Auguſtum Cæſarem, de Clement. libr. 1. cap. 25. Et ſane illa emendatio, magnum erat Reipub. vinculum.

Emendatio propinquorum ſublata a Iuſtiniano.

9 Per qvadraginta annos.] Probo *quatuordecim*: ſed hos errores faciunt numerorum notæ, apud authores plerumque mentientes.

10 Cossvtianvm Capitonem.] Duos Capitones his temporibus Aſia pertulit, fœdos auaritiæ ſinus, Lucilium, & Coſſutianum: Lucilium ſub Tiberio, Coſſutianum ſub Nerone. Vterque Aſiæ procurator; vterque exactor crudelis. De Lucilio, dixi. de Coſſutiano, noto generum fuiſſe Tigillini, ſcelerati capitis, cuius precibus poſt damnationem Senatui redditus eſt. Dignus ſocero gener. Is autem eſt Coſſutianus, qui Antiſtium maieſtatis accuſauit, Neronianæ crudelitatis Aquilo.

Duo Capitones hoc æuo Lucilius & Coſſutianus.

11 Eprio Marcello.] Monſtrum nulla virtute domandum, licet eloquentia clarum; quod ſeruarat fortuna, vt poſtea vna cum Coſſutiano, in Thraſeam, quaſi in virtutem, exurgeret, quam exſcindere concupiuit. Et exſcidit, æuo impuro id patiente, imo exigente. Heluidius gener Thraſeæ, poſtea illum accuſauit, dixitque eſſe ſatis Marcello, quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit, frueretur præmio & impunitate, Veſpaſianum melioribus relinqueret. Nam Veſpaſianus ad bonorum vitam, vt Nero ad eorum necem.

Eprius Marcellus. *Monſtrum ingens.*

Nerone tertium conſule ſimul inijt conſulatum Valerius Meſſalla, cuius proauum oratorem Coruinum, Diuo Auguſto abauo Neronis, collegam in eo magiſtratu fuiſſe, pauci iam ſenum meminerant. ſed nobili familiæ honor auctus eſt, oblatis in ſingulos annos quingenis ſeſtertijs, quibus Meſſalla[1] paupertatem innoxiam ſuſtentaret. [2] Aurelio quoque Cottæ & [3] Haterio Antonino annuam pecuniam ſtatuit princeps, quamuis per luxum habitas opes diſſipaſſent. Eius anni principio, mollibus adhuc initijs prolatum inter Parthos Romanoſque de obtinenda Armenia bellum acriter ſumitur: quia nec Vologeſes ſinebat fratrem Tiridatem dati a ſe regni expertem eſſe, aut alienæ id potentiæ donum habere: & Corbulo dignum magnitudine populi Romani rebatur, parta olim a Lucullo Pompeioque recipere. Ad hæc Armenij[4] ambigua fide vtraque arma inuitabant, ſitu terrarum, ſimilitudine morum Parthis propiores, connubijſque permixti, ac [5] libertate ignota [6] illuc magis ad ſeruitium inclinantes. Sed Corbuloni plus molis aduerſus ignauiam militum quam contra perfidiam hoſtium erat. Quippe Syria tranſmotæ legiones pace longa ſegnes, [7] munia Romanorum ægerrime tolerabant. Satis conſtitit fuiſſe in eo exercitu veteranos, qui non ſtationem, non vigilias iniſſent: vallum foſſamque quaſi noua & mira viſerent: ſine loricis,[8] nitidi & quæſtuoſi, militia per oppida expleta. Igitur dimiſſis quibus ſenecta, aut valitudo aduerſa erat, ſupplementum petiuit. Et habiti per Galatiam ac Cappadociam [9] dilectus. Adiectaque ex Germania legio cum equitibus alarijs, & peditatu cohortium. Retentuſque omnis exercitus [10] ſub pellibus, quamuis hieme ſæua adeo vt obducta glacie niſi effoſſa humus, tentorijs locum non præberet. Ambuſti multorum artus

Veterani militiæ rudes.

Supplementũ legionum ſenibus & morboſis militibus miſſis.

Exemplum hiemis frigidiſſimæ ſimilis illi cuius meminit Xenophõ de expeditione Cyri.

vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati ſunt. Annotatuſque miles, qui faſcem lignorum geſtabat, ita [11] præriguiſſe manus, vt oneri adhærentes, truncis brachijs deciderent. [12] Ipſe cultu leui, capite intecto, in agmine, in laboribus, frequens adeſſe: laudem ſtrenuis, ſolatium inualidis, exemplum omnibus oſtendere. Dehinc quia duritiam cœli militiæque multi abnuebant, deſerebantque, remedium ſeueritate quæſitum eſt. Nec enim vt in alijs exercitibus primum alterumque delictum venia proſequebatur, ſed [13] qui ſigna reliquerat, ſtatim capite pœnas luebat. [14] Idque vſu ſalubre, & miſericordia melius apparuit. Quippe pauciores illa caſtra deſeruere, quam ea in quibus ignoſcebatur.

Magno frigore dux Romanus cultu leuis & capite intecto.

Salubris rigor, infeſta lenitas in caſtris.

Sacri & negotioſi dies.

Qui decoxit fortunæ vitio, iuuatur; qui ſuo, minime.

1 Pauperatem innoxiam.] Sic apud Iuriſconſultos, qui fortunæ vitio decoxit, beneficio legis iuuatur; qui ſuo, repellitur. Et egregie vocat *innoxiam paupertatem*, quia ſit a fortuna. Sic Horatius vbi de fortuna:

Laudo manentem, ſi celeres quatit
Pinnas; reſoluo quæ dedit, & mea
Virtute me inuoluo, probamque
Pauperiem *ſine laude quæro.*

D. Auguſtinus. *Quid lucrum auaritiæ, ſi damnum innocentiæ? Innoxiæ autem paupertatis*, vt ait idem D. Auguſtinus, *Deus fideiuſſor eſt.* Pſalm. 24. Ideoque in perturbationibus pauper multo ſecurior quam diues. Homerus de Nomadibus.

Lac potant, inopes degunt, iuſtumque ſequuntur.

2 Aurelio quoque Cottæ.] Iungit Cottam Valerio Meſſallæ, quia ex vno eodemque fonte ambo, & a Coruino Meſſalla oratore. At Cotta pater, inſignis helluo fuit. De quo dixi lib. 2. Huius autem Cottæ, de quo noſter ſæpe, meminit Martialis: Et inopem vocat lib. 10. epigr. 89.

Bis Cotta ſoleas perdidiſſe ſe queſtus,
Dum negligentem ducit ad pedes vernam,
Qui ſolus inopi præſtat, & facit turbam.

Nepos guloſi damnu eget.

More paterno, guloſus vixit. Nam idem Martialis ante inopiam lib. 10. epigr. 49.

Cum potes amethyſtinos trientes,
Et nigro madeas Opimiano;
Propinas modo conditum Sabinum,
Et dicis mihi, Cotta, Vis in auro?
Quiſquam plumbea vina vult in auro?

Procul dubio de iſto Cotta intelligit Iuuenalis Sat. 14. vbi loquitur de filijs, qui didicere boletos condire a nebulone patēte. Quod dixi ſupra. Nec Satyricus errauit.

3 Haterio Antonino.] Haterij etiam ſoboles oratoris, qui per aſſentationes ſibi locum in amicitia Tiberij quæſiuit. Et ſcite de Haterio, & Cotta ſubiungit: *Quamuis per luxum auitas opes diſsipaſſent.* Nam nimio luxu, in pauperiem lapſi ſunt. Vnde Mart. de Cotta, *macelli conturbatricem menſam* dixit.

Menſa macelli conturbatrix. Quid Conturbare.

Heic pretioſa fames, conturbatrixque macelli
Menſa.

Conturbare enim, eſt creditoribus decoquere, & fuga ſolutionem nominum vitare. Idem Martial.

Conturbabit Atlas, & non eſt vncia tota,
Decidat totum qua pater ipſe Deum.

4 Ambigva fide.] Magis graphice, *ambigui fide*, vt ad Armenios referatur.

5 Ac libertate ignota.] Neſcientes quid eſſet libertas, cuius inæſtimabilis res eſt apud cordatos.

Libertas inæſtimabilis.

6 Illvc.] Quid ſi, *illatum magis ad ſeruitium inclinātes*? Parthi enim Armenias iam tenuerāt.

7 Mvnia Romanorvm.] Puto legendum, *armorum Romanorum.* Nam ita ſcriptum *muni AR.* Sed in paribus fere verbis, pares litteræ per notas confuſæ ſunt. Plinius l. 6. cap. 29. *Nec tamen arma Romana ibi ſolitudinem fecerunt.* Et de iſtis armis Toxiles libere dixit apud Tigranem, *Rem inuictam Romana arma.* ἄμαχον πρᾶγμα τὰ Ῥωμαίων ὅπλα, ait Plutarch. in Lucullo. Spart. in Peſcennino Nigro: *Milites tui vagantur, Tribuni medio die lauant; pro triclinijs popinas habent, pro cubiculis meritoria; ſaltant, bibunt, cantant, & menſuris conuiuiorum vacant, cum hoc ſine menſura potant. Hæc, ſi vlla vena paternæ diſciplinæ apud nos fierent? Emenda igitur primum tribunos, deinde militem; quem quamdiu timueris, tandiu timebis. Sed ſcias, idque de Nigrino, militem timere non poſſe, ſi integri fuerint Tribuni & duces militum.* Vide Florum in Epitom. 57. lib. Liuij: *Corruptum*, inquit, *luxuria licentiaque exercitum ad generoſiſsimam militiæ diſciplinam reuocauit, omnia deliciarum inſtrumenta reſcidit. Duo millia ſcortorum,* (id eſt puerorum, non puellarum; nam puellæ nuſquam in caſtris,) *e caſtris reiecit. Militem omni die in opere habuit, & 30. dierūm frumentum ad ſeptenos vallos ferre cogebat. Ægre propter onus incedenti dicebat: Cum gladio recte vallare ſcieris, vallum ferre deſinito.*

8 Nitidi et qvæstvosi.] De nitellis militum, dixi lib. 1. Quibus addo Claudianum 2. in Eutrop.

Pulcher, & vrbanæ cupiens exercitus vmbræ,
Aſsiduus ludis, auidus ſplendere lauacris,
Nec Soles, imbreſue pati, multumque priori
Diſpar, ſub clypeo Thracum qui ferre pruinas,
Dum Stilico regeret, nudoque hiemare ſub axe
Sueuerat.

Seneca epiſt. 57. *Effœminat animos amœnitas nimia, nec dubie aliquid ad corrumpendum vigorem poteſt regio, quā libet viam iumenta patiuntur, quorum durata in aſpero vngula eſt. In molli paluſtriq. paſcuo ſaginata cito ſubteruntur, & fortior miles ex confragoſo venit: Segnior eſt vrbanus, & verna.*

Durities virtutem, mollities voluptatem ſapit.

Nullum

Nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma, ab aratro transferuntur. in primo deficit puluere ille vnctus, aut nitidus. Seuerior loci diſciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. Linterni honeſtius Scipio, quam Baijs exulabat. Pulchra verba, & res vera. Sed nec omitto quod præfecti caſtrorum Marco Philoſopho ſcripſere. *Recte conſuluiſti, mi domine, quod Caſſium præfeciſti Syriacis legionibus. Nihil enim tam expedit, quam homo ſeuerus Græcanicis militibus. Ille ſane omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo & ſinu militis excutiet. Annona omnis militaris parata eſt, neque quidquam deeſt ſub bono duce. Non enim multum quæritur aut impeditur.*

9 Dilectvs.] Suetonius in Iul. cap. 65. Militem neque a moribus, neque a fortuna, (lege ex veris, *neque a maioribus, neque a fortuna*) *probabat, ſed tantum a viribus, tractabatque pari ſeueritate atque indulgentia.*

Exercitus ſub pellibus.

10 Svb pellibvs.] Noſter lib. 14. *Exercitus ſub pellibus habitus.* Claudian. de laudibus Stilicon.

Vincit cura ducis quoties ſub pellibus egit
Ædonas hiemes, & tardi flabra Bootæ.

Pœna in caſtris pellito tentorio carere.

Valer. de diſcipl. milit. *Neue tentorium ex pellibus haberet.* Vopiſcus in Aurel. *Pelles tentoriæ ad tabernacula & tentoria paratæ.* Liuius initio lib. 5. *Quippe illos* (id eſt Veientes) *hiemem ſub tectis ſuis agere, egregijs muris, ſituque naturali vrbem tutantes; militem Romanum; in opere, niuibus, pruiniſque obtutum, ſub pellibus durare: ne hiemis quidem ſpatio, quo omnium bellorum terra marique ſit quies, arma deponentem.*

Miles Romanus in caſtris æſtate & hieme.

Mos ab Hebræis.

Hic autem mos ab Hebræis. Nam Iſaiæ 54. *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende.* D. Hieronym. eo loci. *Dilatandum eſt ergo tabernaculum, & aulæa, pelleſque tendendæ, & funiculi multiplicium variorumque ſermonum longius producendi, & clam ratione firmandi a dextris & a ſiniſtris.* Idem aduerſus Ruffinum. *Tota illa tabernaculi pulchritudo pellibus tegitur & cilicijs, ardoremque ſolis & iniurias imbrium ea quæ viliora ſunt prohibent.* De iſtis pellibus, Virgil. 3. Georg.

—— barbas incanaque menta
Cyniphij tondent hirci ſetaſque comantes
Vſum in caſtrorum.

Vt notes hircinis pellibus tabernacula tecta contra pluuiarum cœlique iniurias. Caſſiodorus Pſalm. 34. *Cilicium fit ex hœdis aſperum ſetigerumque tegumentum.* Et Gloſſarium vetus. *Cilicia dicuntur veſtimenta pilis caprarum contexta, ex quibus Arabes ſua tentoria faciunt.* Et in ſacris ſcripturis, *Pelles Madian.* Lucillius in Satyris.

Hic vbi conceſſum, pelleſque vt in ordine tentæ.

Spartianus in Auidio. *Delicias omnes a caſtris ſubmouit, iuſſitque eos hiemem ſub pellibus agere, niſi corrigerent ſuos mores, & egiſſent, niſi honeſtius vixiſſent.* Et in eodem. *Multa grauia contra militum licentiam ab eo facta inueniuntur. Nam & virgis cecidit in foro & in medijs caſtris ſecuri percuſſit, quia ita meruerant, & manus multis amputauit.*

Tacitus correctus.

11 Prærigvisse manvs.] Forſan *manibus.* Sed vtrumque valet. Et vera eſt lectio. Silius de ſimili caſu lib. 3.

—— abſciſſâ relinquunt
Membra gelu, fractoſque aſper rigor occupat artus.

Satius eſt gelu, quam otio, militum manus rigere.

12 Ipse cvltv levi.] Silius lib. 1. carmine exequitur, quod noſter heic proſa oratione.

Munia ducis magni a Silio deſcripta.

—— primus ſumpſiſſe laborem,
Primus iter carpſiſſe pedes, partemque ſubire,
Si valli feſtinet opus: nec cætera ſegnis,
Quæcunque ad laudem ſtimulant: ſomnumque negabat
Naturæ, noctemque vigil ducebat in armis:
Interdum proiectus humi, turbæque Libyſſæ
Inſigni ſagulo duris certare maniplis.
Celſus at in magno præcedens agmine ductor,
Imperium perferre ſuum: tum vertice nudo
Excipere inſanos imbres, cœlique pruinas.

Num imperator, licet ſit imperio maximus, tamen exemplo maior eſt? Dic de Corbulone, quod Valerianus de Poſthumo. *Præſente quo, non miles in caſtris, non iura in foro, non in tribunalibus lites, non in curia dignitas pereat.* Erant autem in vrbe duo genera veſtium, vt in caſtris: in vrbe penula, adurente ſole; campeſtre, gelu rigente. Horat. ad Bullatium.

Penula ſolſtitio, campeſtre niualibus auris.

In caſtris erat cultus leuis per æſtatem, cultus grauis per hiemem. Sed vt virtus imperatoris laudaretur, per hiemes ille in cultu leui. Dixi iam lib. 2. vbi de intecto capite.

13 Qvi signa reliqverat.] Idem Silius Italicus lib. 7. de Fabio, & eius caſtrenſi diſciplina.

Obſequium victoriæ pars.
Sub ſignis ſtatus pacis.

-- Diſcedere ſignis
Haud licitum, ſummumque decus quo tollis ad aſtra
Imperij, Romane, caput, parere docebat.

Val. de diſcipl. milit. vocat *ſigna militaris diſciplinæ, tenaciſſimum vinculum, cuius ſinu, ac tutela, ſerenus, tranquilluſque beatæ pacis ſtatus acquieſcit.* Nam militaris diſciplina, pacis belli que medium eſt.

Signa diſciplinæ vinculum tenaciſſimum.

14 Idqve vsv salvbre.] Liuius lib. 8. vbi de Manlij imperio in filium. *Fecit atrocitas pœnæ obedientiorem duci militum, & ea ſeueritas profuit.* Seneca epiſt. 57. *Magni imperatores cum male parere militem vident, aliquo labore compeſcunt, expeditionibus detinent. nunquam vacat laſciuia diſtrictis, nihilque tam certum eſt, quam otij vitia negotio diſcuti.* Quod verum. Et ſane in caſtris miſericordiâ potior eſt legum ſeueritas. Noſter libr. 3. *Decumum quemque ignominioſæ cohortis, ſorte ductos, fuſte necat: Tantumque ſeueritate profectum, vt vexillum veteranorum, non amplius quingenti numero fuderint. Vide quid valeat diſciplina in caſtris.* Et notandum quod in Auidio ſcribit Spartianus. *Notum habeas, Caſſium hominem Caſſianæ ſeueritatis & diſciplinæ. neque enim milites regi poſſunt niſi vetere diſciplina. Scis enim verſum a bono Poeta dictum.*

Miſericordia potior eſt ſeueritas.

Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.

Interim Corbulo legionibus intra caſtra habitis, donec ver adoleſceret, diſpoſitiſque per idoneos locos cohortibus auxiliarijs, ne pugnam priores adirent, prædicit. Curam præſidiorum Pactio Orphito primipili honore perfuncto mandat. Is quanquam incautos Barbaros, & bene gerendæ rei caſum [1] offerri ſcripſerat, tenere ſe munimentis, & maiores copias opperiri iubetur. [2] Sed rupto imperio, poſtquam paucæ e proximis caſtellis turmæ aduenerant, pugnamque imperitia poſcebant, congreſſus cum hoſte funditur. Et damno eius exterriti qui ſubſidium ferre debuerant, ſua quiſque in caſtra trepida fuga rediere. Quod grauiter Corbulo accepit. Increpitumque Pactium, & præfectos, militeſque [3] tendere omnes extra vallum iuſſit. Inque ea contumelia detenti, nec niſi precibus vniuerſi exercitus exoluti ſunt. At Tiridates ſuper proprias clientelas, ope Vologeſi fratris adiutus, non furtim iam, ſed palam bello infenſare Armeniam, quoſque fidos nobis rebatur depopulari, & ſi copiæ contra ducerentur, eludere, huc quoque & illuc volitans, plura fama quam pugna [4] extrahere. Igitur Corbulo quæſito diu prælio, fruſtra habitus, & exemplo hoſtium circumferre bellum coactus, diſpartit vires, vt legati præfectique diuerſos locos pariter inuaderent. Simul Antiochum regem monet, proximas ſibi præfecturas petere. Nam Pharaſmanes interfecto filio Rhadamiſto, quaſi proditore ſuo, quo fidem in nos teſtaretur, vetus aduerſus Armenios odium promptius exercebat. Tunc quoque primum illecti [5] Iſichi, gens ante alias ſocia Romanis, auia Armeniæ incurſauit. Ita conſilia Tiridati in contrarium vertebantur. Mittebatque oratores, qui ſuo Parthorumque nomine expoſtularent, *cur datis nuper obſidibus, redintegrataque amicitia, quæ nouis quoque beneficijs locum aperiret, vetere Armeniæ poſſeſſione depelleretur? Ideo nondum ipſum Vologeſem commotum, quia cauſa, quam vi agere mallet. Sin perſtaretur in bello, non defore Arſacidis virtutem fortunamque ſæpius clade Romana expertam.*

Orphitus primipilus ducis obedientiam quam certam victoriam mauult.

Ducis ira in non obſequentes qui male pugnarant.

Pater filium necat regni gratia.

1 OFFERRI.] Magis placet, *offerre.*

2 SED RVPTO IMPERIO. Verba Valerij aurea ſunt de Poſthumo Tuberto, de diſcipl. milit. lib. 2. *Tu namque Poſthumi dictator,* (ait) *A. Poſthumium, quem ad generis penetraliumque ſacrorum ſucceſſionem propagandam genueras, cuius infantiæ blandimenta ſinu atque oſculis foueras, quem puerum litteris, quem iuuenem armis inſtruxeras, ſanctum, fortem, amantem tui, pariter & patriæ, quia non tuo iuſſu, ſed ſua ſponte præſidio progreſſus, hoſtes fuderat, victorem ſecuri feriri iuſſiſti: & ad hoc peragẽdum imperium, paternæ vocis miniſterio hoc agere voluiſti.* (erat enim imperantium vox, HOC AGE.) *Nam oculos tuos certum ſcio, clariſſima in luce, tenebris offuſos, ingens animi opus intueri nequiuiſſe.* Sic in ſacrificijs Iphigeniæ, velatos paternos vultus fecit pictor. Cato in Origin. *Imperator noſter ſi quis extra ordinem depugnatum iuit, ei multam facit.* Refert Gellius libr. 11. cap. 1. Et Velleius de Tiber. *Non ſequentibus diſciplinam, quatenus exemplo non nocebatur, ignouit.*

Imperium etiã filijs non parcens.

Hoc age, pater dixit imperans filij cædem.

3 TENDERE OMNES EXTRA VALLVM.] Quod a Iudæis deductum ad Romanos. Veſtigium apud Iudæos extat 32. Exod. *Videns,* inquit, *Moſes populum quod eſſet nudatus: ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis,* (id eſt idololatriæ) *& inter hoſtes nudum conſtituerat: & ſtans in porta caſtrorum,* &c. Sueton. in Auguſt. cap. 24. *Varijs ignominijs affecit, vt ſtare per totum diem iuberet ante Prætorium, tunicatos, diſcinctoſque nonnunquam cum decempedis, vel etiam ceſpitem portantes.* Liuius de Marcello libr. 26. *Centuriones manipulorum quorum ſigna amiſſa fuerant, diſtrictis gladijs diſcinctos deſtituit.* Et Iulianus Apoſtata in Zozimo libr. 3. *Amictos veſte muliebri per caſtra duxit ratus militibus qui viri eſſent eam pœnam grauiorem morte futuram.* At Valerius de diſciplin. milit. *L. Calpurnius Piſo,* inquit, *iuſſit C. Titium equitum præfectum, quod circumuentus fugitiuorum multitudine, arma tradidiſſet, toga lacinijs abſciſſis amictum, diſcinctaque toga indutum, nudis pedibus, a mane ad noctem vſque ad principia, per omne tempus militiæ adeſſe: interdixit ei etiam conuictum hominum, vſumque balnearum, turmaſque equitum quibus præfuerat, ademptis equis, in funditorum alas tranſcripſit.* O ſi cen-

Extra vallum tendere a Iudæis deductum.

Pœnæ militares.

ſura

ſura Romana nunc viueret, quid non cenſendum foret?

Firmata excuſa lectio.

4 EXTRAHERE.] Ad excuſam lectionem firmandam, notandum eſt quæ paulo poſt Tacitus ait. *Cætera terrore, alia ſpōte in deditionem veniebant, vt quod ſponte non veniret, fama & metu traheretur.* Non abnuo tamen *exterreret.* Nam terrore trahuntur.

Iſichi. Iſichius ſinus.

5 ISICHI.] Suidas de Iſicho ſinu meminit circa Pontum libr. 1. & libr. 11. Neſcio an ad iſtos Iſichos populos referri poſſit. Sed excuſa non placet, & interpolata eſt. Lego, *exercebat. Ac tunc primum.* Nam verbum *quoque* addititium eſt ab ijs, qui *Ac* putabant ex priore dictione non petendum.

Ad ea Corbulo, ſatis comperto, Vologeſem defectione Hyrcaniæ attineri, ſuadet Tiridati precibus Cæſarem aggredi: *poſſe illi regnum ſtabile, & res incruentas contingere, ſi omiſſa ſpe longinqua & ſera, præſentem potioremque ſequeretur.* Placitum dehinc, quia commeantibus inuicem nuntijs, [1] nihil in ſumma pacis proficiebatur, colloquio ipſorum tempus locumque deſtinari. Mille equitum præſidium Tiridates affore ſibi dicebat, *quantum Corbuloni cuiuſque generis militum aſſiſteret, non ſtatuere, dum poſitis loricis & galeis,* [2] * *in faciem pacis veniretur. Cuicunque mortalium, nedum veteri & prouido duci, barbaræ aſtutiæ patuiſſent. Ideo arctum inde numerum finiri, & hinc maiorem afferri, vt dolus patraretur. Nam equiti ſagittarum vſu exercito ſi detecta corpora obijcerentur, nihil profuturam multitudinem.* [3] Diſſimulato tamen intellectu, rectius de ijs quæ in publicum conſulerentur, totis exercitibus coram diſſertaturos reſpondit. Locumque delegit, cuius pars altera colles erant clementer aſſurgentes, accipiendis peditum ordinibus, pars in planitiem porrigebatur, ad explicandas equitum turmas. Dieque pacto, prior Corbulo ſocias cohortes & auxilia regum pro cornibus, medio ſextam legionem conſtituit: cui accita per noctem alijs ex caſtris, tria millia tertianorum permiſcuerat, vna cum aquila, quaſi eadem legio ſpectaretur. Tiridates vergente iam die procul aſtitit, vnde videri magis quam audiri poſſet. Ita ſine congreſſu dux Romanus abſcedere militem ſua quenque in caſtra iubet. Rex ſiue fraudem ſuſpectans, quia plura ſimul in loca ibatur, ſiue vt commeatus noſtros Pontico mari, & Trapezunte oppido aduentantes interciperet, propere diſcedit. Sed neque commeatibus vim facere potuit, quia per montes ducebantur præſidijs noſtris inſeſſos: & Corbulo, ne irritum bellum traheretur, [4] vtque Armenios ad ſua defendenda cogeret, excindere parat caſtella. Sibique quod validiſſimum in ea præfectura cognomento [5] Volandum, ſumit: minora Cornelio Flacco legato, & Iſteo Capitoni caſtrorum præfecto mandat. Tum circumſpectis munimentis, & quæ expugnationi idonea, prouiſis, hortatur milites, vt hoſtem vagum, neque paci aut prælio paratum, ſed perfidiam & ignauiam fuga confitentem, exuerent ſedibus, gloriæque pariter & prædæ conſulerent. Tum quadripartito exercitu, hos in teſtudinem conglobatos, ſubruendo vallo inducit, alios ſcalas mœnibus admouere, multos tormentis faces & haſtas incutere iubet, Libratoribus funditoribuſque attributus locus, vnde eminus glandes torquerent: ne qua pars ſubſidium laborantibus ferret, pari vndique motu. Tantus inde ardor certantis exercitus fuit, vt intra tertiam diei partem, nudati propugnatoribus muri, obijces portarum ſubuerſi, capta aſcenſu munimenta, omneſque puberes trucidati ſint, nullo milite amiſ-

* in ſpeciem pacis, *aut*, in ſpecimen pacis

Corbulo Tiridate aſtutior.

Puberes trucidati, impuberes innoxij.

ſo, paucis admodum vulneratis. & imbelle vulgus ſub corona venundatum: reliqua præda victoribus ceſſit.

1 Nihil in pacis.] Mihi non arridet excuſa lectio, & habet euidentem næuum. Si ſcriptum fuiſſet, *nihil ad ſummam pacis proficiebatur*, vt ſupra ſcripſit Tacitus, conticuiſſem. Sed puto legendum, *Nihil in pace ſumenda his proficiebatur, colloquio ipſorum, tempus locumque deſtinari.* Aliquando enim eueniebat vt territus hoſtis diſciplina Romana 100. annorum pacem peteret, vt in Auito Spartian. *Quæ res*, inquit, *tantum diſciplinæ Romanis addidit, tantum terroris Barbaris iniecit, vt pacem annorum* 100. *ab Antonino abſente peterent.*

Sumere galeam arma notat. Vt reliquos habitus militares.

2 In faciem pacis.] Lego, *in ſpeciem pacis veniretur.* Aſſumptio enim galeæ, & loricæ, vel armorum, belli indicium eſt; vt depoſitio, pacis. Virgil. 2. Æneid.

Arma amens capio, nec ſat rationis in armis.

In pace, idem lib. 12.

In pace ſcuta reclinare.

Defigunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant.

Exſcriptor qui heic *faciem* dedit, male Taciti *faciem* nouit. Idem mendum libr. 19. de Ciuit. cap. 7. vbi legitur, *per pacem ſocietatis.* Male, quippe legendum, *per ſpeciem ſocietatis.* Quanquam Apuleius ita libr. 4. Metam. *Hæ arbores in lauri faciem foliatæ*, pro *ſpeciem*, vt arbitror.

3 Dissimvlato tamen intellectv.] *Intellectu* in manuſcriptis legi ſcribit Lipſius. Ideo excuſa placet: & noto vſitatiſſima eſſe noſtro authori hæc verba, *Diſſimulato, comperto, condicto, cognito;* & ſimilia. quod refero ad Salluſtianum ſcribendi morem. Nam 6. Hiſtor. *Comperto lege Gabinia Bithyniam, & Pontum Conſuli datam.* Ita Iuriſconſultus L. 86. §. vlt. de adq. vel omitt. hered. *Comperto matrem ſuam deceſſiſſe.* Paulus lib. 10. D. de in ius voc. *non diſſimulato ſe libertum eſſe.* Vtuntur etiam verbo *intellectu* Iuriſconſulti, vt in L. 6. §. ſi inter. D. mandati. Tacitus habet *intellectu*. Et *prohibitus intellectu.* L. 14. §. religioſus. D. de Relig.

4 Vtqve Armenios.] Ita lege, *Vique Armenios ad ſua defendenda cogeret.* & verbum *cogeret* vim notat.

5 Volandvm svmit.] *Inſumit* forte.

Artaxata oppugnata.

Pari fortuna legatus ac præfectus vſi ſunt, tribuſque vna die caſtellis expugnatis, cætera terrore, & alia ſponte incolarum, in deditionem veniebant. Vnde orta fiducia caput gentis Artaxata aggrediendi. Nec tamen proximo itinere ductæ legiones, quæ ſi amnem Araxem, qui mœnia alluit, ponte tranſgrederentur, ſub ictum dabantur: procul & latioribus vadis tranſiere. At Tiridates pudore & metu: ne ſi conceſſiſſet obſidioni, nihil opis in ipſo videretur; ſi prohiberet, impeditis locis ſeque & equeſtres copias illigaret: ſtatuit poſtremo oſtendere aciem, & dato die prælium incipere, vel ſimulatione fugæ, locum fraudi parare.

Inter duo pericula fraus ſita, ſed periculoſa.

Igitur repente agmen Romanum circumfundit, non ignaro duce noſtro, qui viæ pariter & pugnæ compoſuerat exercitum: Latere dextro tertia legio, ſiniſtro ſexta incedebat, medijs decumanorum delectis: recepta inter ordines impedimenta, & tergum mille equites tuebantur, quibus iuſſerat, vt inſtantibus cominus reſiſterent, refugos non ſequerentur.

Dux ad viam & pugnam componit exercitum.

In cornibus pedes ſagittarius, & cætera manus equitum ibat, productior cornu in ſiniſtro per ima collium, vt ſi hoſtis intrauiſſet, fronte ſimul & ſinu exciperetur.

Ducis prudẽtia ad omnes euentus proſpicit.

Aſſultare ex diuerſo Tiridates, non vſque ad iactum teli, ſed[2] tum minitans, tum ſpecie trepidantis, ſi laxare ordines & diuerſos conſectari poſſet. Vbi nihil temeritate ſolutum, nec amplius quam decurio equitum audentius progreſſus, & ſagittis confixus, cæteros ad obſequium exemplo firmauerat, propinquis iam tenebris abſceſſit.

Vnius decurionis non obſequentis in acie mors ſola, quia ſolus contumax.

Et Corbulo caſtra in loco metatus an expeditis legionibus nocte Artaxata pergeret, obſidioneque circumdaret agitauit, conceſſiſſe illuc Tiridatem ratus. Dein poſtquam exploratores attulere longinquum regis iter, & Medi an Albani peterentur, incertum, lucem opperitur: præmiſſaque leuis armatura, quæ muros interim ambiret, oppugnationemque eminus inciperet. Sed oppidani portis ſponte patefactis, ſe

ſuaque

ſuaque Romanis permiſere, quod ſalutem ipſis tulit. Artaxatis ignis immiſſus, [3] deletaque & ſolo æquata ſunt. quia nec teneri ſine valido præſidio, ob magnitudinem mœnium, nec id nobis virium erat, quod firmando præſidio, & capeſſendo bello diuideretur. Vel ſi integra & incuſtodita relinquerentur, nulla in eo vtilitas aut gloria quod capta eſſent. Adijcitur miraculum velut numine oblatum. Nam cuncta extra tecta hactenus ſole illuſtria fuere: quod mœnibus cingebatur, ita repente [4] atra nube coopertum, fulguribuſque diſcretum eſt, vt quaſi infenſantibus deis exitio tradi crederetur. Ob hæc [5] conſalutatus imperator Nero, & ſenatuſconſulto ſupplicationes habitæ: ſtatuæque & arcus, & continui conſulatus principi: vtque inter feſtos referretur dies, quo patrata victoria, quo nuntiata, quo relatum de ea eſſet, aliaque in eandem formam decernuntur, adeo modum egreſſa, vt [6] C. Caſſius de cæteris honoribus aſſenſus, *ſi pro benignitate fortunæ dijs grates agerentur, ne totum quidem annum ſupplicationibus ſufficere diſſeruerit: eoque oportere diuidi ſacros & negotioſos dies, quis diuina colerentur, & humana non [7] impedirent.*

Artaxata alte-ra Sodome cœli igne cremata.

Si de Dei benignitate gratiæ ſemper agerentur, annus non ſuffi-ceret.

1 AMNEM ARAXAM.] De hoc amne qui Aſſyriam permeat, ita Papinius Silu. 1.

Hunc quoque perque nouem timuit Pamphylia meſſes,
Pannoniuſque ferox, arcuque horrenda fugaci
Armenia & Latij patiens iam pontis Araxes.

2 TVM MINITANS, TVM SPECIE TREPIDANTIS.] Cicero ſæpe, *cum*, & *tum*, noſter non item. Nec enim illud in libris Taciti reperias.

3 DELETAQVE ET SOLO ÆQVATA.] Id eſt *exfundata*, vt dicebant veteres. Sic Cælius Antipater 7. Annal. ex Nonio. *Republica amiſſo & exfundato pulcherrimo oppido.*

4 ATRA NVBE COOPERTVM FVLGVRIBVSQVE.] Ita Tertullianus de Sodoma. *Impietas ignium meruit imbres. Pluet*, inquit Pſaltes, *ſuper peccatores laqueos*, (quibus ſcilicet intercapientur) *ignis & ſulphur & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.* De libidine Aſſyriorum Ezech. 23. *Fornicata eſt ſuper me Oolla & inſaniuit in amatores, ſuos in Aſſyrios propinquãtes, veſtitos hyacintho, principes & magiſtratus, iuuenes cupidinis vniuerſos, equites, aſcenſores equorum.* Et ſane quibus idem crimen, idem ſupplicium fuit, nec vulgare. Nam Iuuenalis Satyra 2. ita taxat Artaxatorum mores.

Apud Gamorriam & Sodomam.

Idem ſupplicium Artaxatenſibus.

Quia idem vitium.

-- Et tamen vnus
Armenius Zalaces cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti ſeſe indulſiſſe Tribuno.
Adſpice quid faciant commercia: venerat obſes,
Heic fiunt homines: nam ſi mora longior vrbem
Indulſit pueris, non vnquam deerit amator:
Mittentur braccæ, cultelli, frena, flagellum.
Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Nota inde Sodomitatum vindicem ignem eſſe cœleſtem, & vulgaris ignis brutum eſt & imbecillum expurgamentum ad tantum ſcelus.

5 CONSALVTATVS IMPERATOR.] *In loco prælij*, inquit noſter ſupra l. 2. *conſalutatus imperator*, vt videlicet victor Corbulo, totuſque exercitus auſpicijs Neronis id ſe feciſſe proteſtarentur. Nam membra a capite mouentur.

6 C. CASSIVS.] Longinus videlicet: & noſter Iuriſconſultus de quo dixi, qui more ciuilis diſciplinæ, de otioſis & negotioſis diebus heic diſſerit. Nam apud Romanos qui tum Pagani, quidam erant dies otioſi & negotioſi, quos pretiamitores indicebant. Hi autem Flaminibus Diali & Quirinali præibant, exclamabantque ferijs publicis, vt homines ab opere abſtinerent. (Quod fit hodie apud Chriſtianos, ſed ex Curionum ore in Eccleſijs.) Quia tunc opus facientem videre, religioſum erat. Vide Feſtum in verbo *Pretiamitores*. Et *Calendis ſingulis Pontifices kalabant*, (id eſt vocabant) *populum in Capitolium, vel in Curiam Kalabram ideo ita dictam, & Nonæ, an Quintanæ, an Septimanæ forent, publicabant.* Varro 5. de ling. Lat. Quinetiam ſi terra mouiſſet, ferias Prætor indicebat. Sueton. cap. 22. in Claud. Et ferias indicebant aliquando Conſules, præſertim ſi imperatiuæ feriæ eſſent: etiam aliquando Dictator creatus, indicendarum feriarum cauſa. Et Scæuola conſultus quid ferijs diebus agere liceret: *Id omne*, inquit, *quod prætermiſſum noceret.* Virgil. in Georg.

Quid agendum diebus ferijs.

Sunt etiam quædam feſtis agitanda diebus.

At his feſtis diebus Paganis, Dijs libabant, mox potabant ample & liberaliter. De diebus otioſis & negotioſis, eſt lex Dominico. de ſpectac. in Cod. Theodoſ. Et totus titulus de ferijs, Cod. At de iſtis ludis D. Ambroſius 4. epiſt. his verb. *Videt quemadmodum conuiuia gentiles adornent, feſta adnuntient. Sed ea pijs mentibus infeſtiora ſunt, quia ijs plerique decipiuntur, dulcibus ineſcantur epulis, capiuntur ſaltantibus choris.* D. Hieronym. inter Longinos, maxime memorat Creticum in epiſtolis ad Ruſtic. *Creticum*, inquit, *diceres eſſe Longinum, Cenſo-*

Creticus Longinus.

Cenſor Romanæ facundiæ.

remque Romanæ facundiæ. Iuuenal. Sat. 10. de noſtro Longino.

Temporibus diris igitur, iuſſuque Neronis
Longinum, & magnos Senecæ prædiuitis hortos
Clauſit, & egregias Lateranorum obſidet ædes
Tota cohors.

Er Caſſiana ſeueritas & diſciplina in Prouerbium venere apud Romanos.

Sacris diebus ſacra.
Negotioſis negotia curantur.
Quod vſitatum apud Iudæos.

7 IMPEDIRENT.] Puto legendum, *impedirentur.* Nam ſacris diebus diuina coluntur, negotioſis humana non impediuntur. Quod vſitatum fuit apud Iudæos, Chriſtianos, & Paganos. Apud Iudæos, Sabbathini, & non Sabbathini dies. De quibus Rufus in Itiner.

Septima quæque dies turpi damnata veterno,
Quanquam laſſati mollis imago Dei.

Vbi lego *Tanquam.* Et Iuuenalis Sat. 14.

Sed pater in cauſa: cui ſeptima quæque fuit lux
Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.

Nam ex veteri Prouerbio, *Ignauis ſemper ſunt feriæ.* Theocritus in Idyllijs. Et ex Iudæorum Sabbathis puto deductum iſtud prouerbium. Apud Chriſtianos, eraut feſti dies, & operoſi. De quibus Prudent. in Paſſione DD. Petri & Pauli.

Et apud Chriſtianos.

Hæc didiciſſe ſat eſt Romæ tibi: tu domum reuerſus,
Diem bis feſtum ſi colas memento.

Idem eodem.

Aſpice per bifidas plebs Romula funditur plateas;
Lux in duobus feruet vna feſtis.

Apud Paganos.

Apud Paganos faſti, & nefaſti, feſti, & profeſti dies. Et Ouidius in Faſt.

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur;
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

Nam vt idem ſcribit,

Non habet officium Lucifer omnis idem.

Certe & vna dies mater, altera nouerca. Vna ſedet & deſidet, altera operatur.

Innocens magis quam ſupplex mori maluit.
Aulicorum magnæ opes non ſine culpa.

Varijs deinde caſibus iactatus, & multorum odia meritus reus, haud tamen ſine inuidia Senecæ damnatur. Is fuit P. Suillius imperitante Claudio [1] terribilis ac venalis, & mutatione temporum, non quantum inimici cuperent demiſſus, quique ſe nocentem videri, quam ſupplicem mallet. Eius opprimendi gratia repetitum credebatur Senatuſconſultum, pœnaque Cinciæ legis, aduerſus eos qui pretio cauſas orauiſſent: nec Suillius queſtu aut exprobratione abſtinebat, præter ferociam animi [2] extrema ſenecta liber, & Senecam increpans, infenſum amicis Claudij, ſub quo iuſtiſſimum exilium pertuliſſet. *Simul* [3] *ſtudijs inertibus, & iuuenum imperitiæ ſuetum, inuidere ijs qui viuidam & incorruptam eloquentiam tuendis ciuibus exercerent. Se quæſtorem Germanici, illum domus eius adulterum fuiſſe. An grauius exiſtimandum ſponte litigatoris præmium honeſtæ operæ aſſequi, quam corrumpere cubicula principum fœminarum?* [4] *Qua ſapientia, quibus philoſophorum præceptis, intra quadriennium regiæ amicitiæ, ter millies ſeſtertium parauiſſet?* [5] *Romæ teſtamenta & orbos, velut indagine eius capi, Italiam & prouincias immenſo fœnore hauriri. At ſibi labore quæſitam, & modicam pecuniam eſſe. Crimen, periculum, omnia potius toleraturum, quam veterem ac olim partam dignationem ſubitæ felicitati ſubmittere.* Nec deerant qui hæc ijſdem verbis, aut verſa in deterius Senecæ deferrent. Repertique accuſatores, direptos ſocios cum Suillius prouinciam Aſiam regeret, ac publicæ pecuniæ peculatum detulere. Mox quia [6] inquiſitionem annuam impetrauerat, breuius viſum, ſuburbana crimina incipi, quorum obuij teſtes erant. Ij acerbitate accuſationis [7] Q. Pomponium ad neceſſitatem belli ciuilis detruſum: Iuliam Druſi filiam, Sabinamque Poppæam ad mortem actas: & Valerium Aſiaticum, Luſium Saturninum, Cornelium Lupum circumuentos, iam equitum Romanorum agmina damnata, omnemque Claudij ſæuitiam Suillio obiectabant. Ille nihil ex his ſponte ſuſceptum, ſed principi paruiſſe defendebat, donec eam orationem Cæſar cohibuit, compertum ſibi referens ex commentarijs patris ſui, nullam cuiuſquam accuſationem ab eo coactam. Tum iuſſa Meſſallinæ prætendi, & labare defenſio. *Cur enim neminem alium electum,*

Teſtamenta & orbi velut indagine capti Romæ.
Partam virtute dignitatem fœlicitati nō debere ſubijci.

Princeps a prædonibus author dicitur mali facti.

ctum, qui ſæuienti impudicæ vocem præberet? Puniendos rerum atrocium miniſtros, vbi pretia ſcelerum adepti, ſcelera ipſa alijs delegent. Igitur adempta bonorum parte (nam filio & nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam quæ teſtamento matris, aut aui acceperant) in [8] inſulas Baleares pellitur, non in ipſo diſcrimine, non poſt damnationem fractus animo. Ferebaturque [9] copioſa & molli vita, [10] ſecretum illud tolerauiſſe. Filium eius Nerulinum aggreſſis accuſatoribus per inuidiam patris, & [11] crimina repetundarum, interceſſit princeps, tanquam ſatis expleta vltione.

Qui crimini aurem præbet, is puniendus.

Puniendi rerum atrocium miniſtri qui ſcelera alijs delegant.

Suillius poſt damnationem non fractus animo.

Filio parcitur quia iam pœnarum ſatis in Suillium.

1 Terribilis ac venalis.] Terribilis, quod præceps in hominum neces, & meliorum. Sic Iuſtinianus vocat libros, in quibus de criminibus tractatur in iure, *libros terribiles*, quod reis mortem intentarent. Sic Papin. 6. Theb.

Tacitus explicatus.

Terribilis liber.

Centauros habet arte truces, aurumque figuris
Terribile. hcic mixta Lapitharum cæde notantur
Saxa.

Et noſter Annal. 14. *Militibus quoque noſtris terribilis incederet.* Sic Seneca de Corſica inſula.

-- Terribilis cum primum incanduit æſtas.

Terribilis æſtas.

Ait etiam venalem, quod quam eſſet aſſecutus principis amicitiam, in exitium cuiuſque boni venderet. Sic apud Iuriſconſultos venales ſententiæ, L. 7. quando prou. non eſt neceſ. Et noſter vbi de L. Cincia, *Aduocatorum venalis perfidia.* Tolle pretium, ſuſtuleris vitium.

Cur venalis.

2 Extrema senecta liber.] Aulus Caſelius I. C. noſter, quem ſapientem & ſcientem fuiſſe aiunt Horatius, & Agellius. Duas res habere ſe dicebat, quæ hominibus amariſſimæ, magnam ſibi licentiam præberent, Senectutem, & Orbitatem, vt ait Valerius lib. 8. cap. 2. De eo Horatius.

Iuriſconſultus Caſelius.

Sapiens & ſciens.

Senectus & orbitas duæ libertatis columnæ.

-- nec ſcit quantum Caſelius Aulus.

Sic Tacitus de Silano. *Valuit*, inquit, *pecunioſa orbitate, & ſenecta.* Papinius 3. Thebaidos.

Silanus pecunioſus & orbus.

Vnde ea libertas? iuxta illi finis & ætas
Tota retro, ſeraque velit decus addere morti.

3 Stvdiis inertibvs et ivvenvm imperitiæ svetvm.] Sane hoc comprobat ipſe Seneca Pater præfat. lib. 3. Controu. *Agedum*, inquit, *iſtos declamatores produc in Senatum, in forum; cum loco mutabuntur:* (ita lege) *velut aſſueta claſſi & dilectæ vmbræ corpora, ſub diuo ſtare non poſſunt; non imbrem ferre, non Solem ſciunt, vix ſe inueniunt. Aſſueuerunt enim ſuo arbitrio diſerti eſſe. Non eſt quod oratorem in hac pueriliexercitatione ſpectes. Quid ſi velis gubernatorem in piſcina æſtimare?* Quod autem ait *ſub Diuo:* Tertullianus ſcribit *ſub Dio*, id eſt ſub oculis Iouis, quos effugit nemo: & ita authores Latini.

Quid interſit inter declamatorem ſcholaſticum & Aduocatum.

4 Qva sapientia.] Simile apud Suetonium de clar. Grammat. vbi de Craſſitio. *Miramur quibus ille diſciplinis tantam ſit ſapientiam aſſecutus.* Certe philoſophi non veri, nantis ſunt ſimiles, qui quo ſpectare putantur, nunquam eo tendunt, ait Plutarch. *Damnant opes quibus inhiant viribus totis, & apud eos ſumma diſſimulatio, ſumma eſt philoſophia.*

Philoſophi nantis ſimiles.

5 Romæ testamenta et orbos.] Horatius captatorem hereditatis vt coruum ad cadauer, his verſibus exprimit libr. 2. Satyra 4.

Captator hereditatis, coruus ad cadauer.

—— Leniter in ſpem
Arrepere officioſus: vt & ſcribare ſecundus
Heres: &, ſi quis caſus puerum egerit Orco,
In vacuum venias: Perraro hæc alea fallit.

Martialis feſtiuo epigramm. 56. libr. 4. ad Gargilianum.

Captatoria munera.

Munera quod ſenibus, viduiſque ingentia mittis,
Vis te munificum, Gargiliane, vocem?
Sordidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius vno,
Qui potes inſidias dona vocare tuas.
Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus:
Callida ſic ſtultas decipit eſca feras.
Quid ſit largiri, quid ſit donare, docebo.
Si neſcis; dona, Gargiliane, mihi.

Huius artificij principem facit Plinius Iunior Regulum epiſt. vlt. lib. 2. *Quo homine, nil natura tulit vnquam ſpurcius, nihil impudentius.* Et de his captatoribus, eſt lex Captatores. de hered. inſtitu. & L. Captatorias. de teſtam. mil. D.

6 Inqvisitionem annvam.] Id eſt, annum impetraſſet ad purgandam innocentiam: Quippe teſtes Aſia educendi, cui præfuerat. Et hoc innuit, quod ſubijcit: *Breuius viſum ſuburbana crimina incipi, quorum obuij teſtes erant.* Nam ab extremis Aſiæ finibus ad Romana ſubſellia teſtes citari, vt damnoſum teſtibus, ſic reo moleſtum.

Tacitus explicatus.

7 Q. Pomponivm.] De quo ſupra, & quem fratrem dixit Pomponij Secundi lib. 5. *Inquietum* autem fuiſſe ſcribit noſter, *& turbidum.*

8 Insvlas Baleares.] Hodie *Maiorcam*, & *Minoricam* appellant; cuniculorum fœturis olim commendabiles inſulas, quæ Gymneſiæ dictæ, authore D. Hieronym. 2. ad Galat. Non longe ſitæ ab Hiſpania. Plin. lib. 36. cap. vlt. & libr. 2. cap. 5. ſed fœliciſſimæ, quod ſerpentes non ferant, ſpurcum genus.

Baleares cuniculorum fœturis copioſæ.

Serpentibus odioſæ.

9 Copiosa et molli vita.] Id eſt affluente & effluente in luxuriam. Tacitus. *Didius ſenectute grauis, & multa copia honorum.* Et Annal. 4. de Salluſtia. *Copia & affluentia.* De Agrippina. *Suarum opum copias tradebat.* Apud Cicer. Philipp. 2. *Copioſiſſimum & munitiſſimum oppidum.* Et idem ad Attic. 12. epiſt. *Nullum.*

Neque hanc vendituram puto; delectatur enim, & copioſa eſt. Copioſa vita inopi & ſtrictæ & laborioſæ oppoſita eſt.

10 SECRETVM ILLVD TOLERAVISSE.] Hoc eſt quod dixit in fine libr. 11. de Cæſonio. *Cæſonius vitijs protectus eſt, tanquam in illo fœdiſſimo cœtu, paſſus muliebria.* Sic Tacitus honeſte innuit, quod re ipſa turpiſſimum eſt. Et erat mos Romanorum, turpia flagitia honeſtis nominare verbis. Quod ex ſacris litteris nos Chriſtiani didicimus. Nam in his peſſima quæque hominum honeſtis verbis velantur, vt de hoc ſecreto cum fœminis dicunt, *Humiliauit illam*, vel *dormiuit cum illa, illuſit ei.* cæteraque integri animi & pudicæ linguæ indicia.

11 CRIMINA.] Lego, *crimine repetundarum.* Vnum enim fuit non plura. Sed quid ſi legamus, *crimine auaritiæ?* vt illud, *a*, ſit nota verbi *auaritiæ*, quod ſequebatur.

Adultera adultero inſidia.

Mulier ſi altius matrimonium ſibi partum ſperet, prius rumpit.

Per idem tempus Octauius Sagitta plebei tribunus Pontiæ mulieris nuptæ amore vecors, ingentibus donis adulterium, & mox vt omitteret maritum emercatur, ſuum matrimonium promittens, ac nuptias eius pactus. Sed vbi [1] mulier vacua fuit, nectere moras, aduerſam patris voluntatem cauſari, repertaque ſpe ditioris coniugis, promiſſa exuere. Octauius contra modo conqueri, modo minitari, famam perditam, pecuniam exhauſtam obteſtans, denique ſalutem quæ ſola reliqua eſſet, arbitrio eius permittens. Ac poſtquam ſpernebatur, [2] noctem vnam ad ſolatium poſcit, qua delinitus, modum in poſterum adhiberet. Statuitur nox. Et Pontia conſciæ ancillæ cuſtodiam cubiculi mandat. Ille vno cum liberto ferrum veſte occultum infert. Tum [3] vt aſſolet in amore & ira, iurgia, preces, exprobratio, ſatisfactio, & pars tenebrarum libidine ſepoſita. Et queſtu incenſus, nihil metuentem [4] ferro tranſuerberat, & accurrentem ancillam vulnere abſterret, cubiculoque prorumpit. Poſtera die manifeſta cædes, haud ambiguus percuſſor, quippe manſitaſſe vna conuincebatur. Sed libertus [5] ſuum illud facinus profiteri, ſe patroni iniurias vltum eſſe. Commoueratque quoſdam magnitudine exempli, donec ancilla ex vulnere refecta, verum aperuit, poſtulatuſque apud conſules a patre interfectæ, [6] poſtquam tribunatu abierat, ſententia patrum, & lege Cornelia de ſicarijs condemnatur.

Libertus pro domino mori cupit & crimē domini ſuum facit.

Vacua mulier. Vidua.
Vacua hereditas.
Vacua poſſeſsio.
Aqua vidua nondum benedicta Chriſtianis.

1 MVLIER VACVA.] Pro vidua. Sic Iuriſconſulti *vacuam poſſeßionem* dicunt, & *vacuam hereditatem.* ita lex de raptu. *Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, vltimo ſupplicio punitur.* Martialis lib. 1.

Si quid Fuſce vacas adhuc amari.

Sic Tertullianus de Baptiſt. *aquam viduam* dixit, quæ nondú eſſet benedicta, & Cic. *aquam pudam* pro aqua putida, ni fallor. Sed iam dixi. Et idem Tertull. de reſurr. carn. *Omnis vis Dei benefica vacuiſſet.* Noſter libr. 11. *vacuoque adultero potiretur.* Et Plautus, *vacinus vitium, vacinas aures, vacinas ædes* ſcripſit; Romane prorſus. Mulier etiam *vacua* dicitur quæ nullum amatorem habet. Horatius 1. Oda 5.

Vacuus adulter.
Vacina aures, & ædes.

Qui ſemper vacuam, ſemper amabilem
Sperat, neſcius auræ
Fallacis.

Sed væ tali amori ſi ſuſpicemur aliquid pulchrius quam eſt ille a quo omne pulchrum. D. Auguſtin. in Matth. 18.

2 NOCTEM.] Prudentius in hymno matutin. 2.

Verſuta fraus & callida
Amat tenebris obtegi,
Aptamque noctem turpibus
Adulter occultus fouet.

Sic ſerpens terris abditus, ſua venena fundit. Horat. de furunculis.

Noctem peccatis & fraudibus obijce nubem.

3 VT ASSOLET IN AMORE.] Terentius in Eunuch. Act. 1. Scen. 1. explicat docte & ſuauiter.

Amantium mores.

In amore hæc omnia inſunt vitia: iniuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum.

Manilius.

Commutāt animos interdum & fœdera rumpunt,
Mox repetunt.

Horatius reddidit eleganter libr. 2. Satyra 3. Nam hæc tam pure ſcripta, vt alij authores ad ſe traxerint.

Horatius Terentij amator & mirator.

Seruus non paulo ſapientior: O here, quæ res
Nec modum habet, neque conſilium, ratione, modoque
Tractari non vult; in amore hæc ſunt mala, bellū,
Pax rurſum. Hæc ſi quis tempeſtatis prope ritu
Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret
Reddere certa: ſibi nihilo plus explicet, ac ſi
Inſanire

Inſanire paret certa ratione, modoque.

Non puriore ſermone ſcripſit Comicus, quã reddidit Satyricus. Et *ſi Iupiter* (dicebat Paganus) *apud nos loqueretur, ita loqueretur.*

4 FERRO TRANSVERBERAT.] Sed in amore cui rei odium tantum? Catullus in eadem re epigr. 86.

Odi & amo. quare id faciam ſi forte requiris,
Neſcio, ſed fieri ſentio & excrucior.

Verum hæc fuſius in epigr. ad Leſbiam 63.

Dicebas quondam ſolum te noſſe Catullum,
Lesbia, nec præ me velle tenere Iouem.
Dilexi tum te, non tantum vt vulgus amicam,
Sed pater vt gnatos diligit & generos.
Nunc te cognoui: quare & ſi impenſius vror,
Multo mi tamen es vilior & leuior.
Qui potis eſt? inquis. quod amantem iniuria talis
Cogat amare magis, ſed bene velle minus.

Et Iuuenalis.

Ardeat ipſa licet, tormentis gaudet amantis.

Hoc vulnus alio amore curari tradunt. Et ſane *Truditur clauus clauo*, & ea fuit Horatij ſententia 11. Epod. Sed morbo male curatur morbus: Quin ſobrietate & negotio proteruo & difficili curatur, & fuga perſonæ peſtilẽtis.

Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.

Vide Ouid. in Rem. amoris.

5 SVVM ILLVD FACINVS PROFITERI.] Quod fit vrgente vi amoris. Vt ille apud Virgil.

Me me adſum qui feci: in me conuertite ferrum.

Et de ſeruis dominorum facinora profitentibus, ſæpe apud Appianum, & Valerium. *Seruo bono, nil magis fidum: infido, nil magis infidum.*

6 POSQVAM TRIBVNATV ABIERAT.] Erat enim inuiolabilis magiſtratus Tribunitia poteſtas. Liuius lib. 3. *Vt qui Tribunis pleb. ædilibus, Iudicibus nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet, familia ad ædem Cereris, liberique venum irent.* Et Macer, D. de accuſat. *Qui ſunt in magiſtratu accuſari non poſſunt.* Valer. lib. 6. de pudicit. ait, *M. Claudium Marcellum Caio Scantinio Tribuno pleb. diem dixiſſe, quod filium ſuum de ſtupro appellaſſet, eoque aſſeuerante ſe cogi non poſſe, quia ſacroſanctam poteſtatem haberet, totum collegium Tribunorum negauit ſe intercedere quominus quæſtio pudicitiæ perageretur.* Quod in odium criminis ſemper execrandi factum eſt. Nam, vt ait Virgilius in Georg.

Tribunus plebis ſacer.

Magiſtratus accuſari non poſſunt.

At non quadrupedes agitat tam dira cupido.

Non minus inſignis eo anno impudicitia, maiorum Reip. malorum initium fecit. Erat in ciuitate [1] Sabina Poppæa, T. [2] Ollio patre genita, ſed nomen aui materni ſumpſerat, illuſtri [3] memoria Poppæi Sabini conſulari & triumphali decore præfulgentis. Nam Ollium honoribus nondum functum amicitia Seiani peruertit. [4] Huic mulieri cuncta alia fuere, præter honeſtum animum. Quippe mater eius ætatis ſuæ fœminas pulchritudine ſupergreſſa, gloriam pariter & formam dederat. Opes claritudini generis ſufficiebant. [5] Sermo comis, nec abſurdum ingenium [6] modeſtiam præferre, & laſciuia vti. [7] rarus in publicum egreſſus: idque [8] velata parte oris, ne ſatiaret aſpectum, vel quia ſic decebat. Famæ nunquam pepercit, maritos & adulteros non diſtinguens, neque affectui ſuo aut alieno obnoxia. vnde vtilitas oſtenderetur, illuc libidinem transferebat. Igitur agentem eam in matrimonio Rufi Criſpi equitis Romani, ex quo filium genuerat, [10] Otho pellexit iuuenta ac luxu, & quia flagrantiſſimus in amicitia Neronis habebatur. Nec mora quin adulterio matrimonium iungeretur. Otho ſiue [11] amore incautus, laudare formam elegantiamque vxoris apud principem: ſiue vt accenderet, ac ſi eadem fœmina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adijceret. Sæpe auditus eſt conſurgens e conuiuio Cæſaris, *ſe ire ad illam, ſibi conceſſam* [12] dictitans *nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium, & gaudia felicium.* His atque talibus irritamentis, non longa cunctatio interponitur. Sed accepto aditu, Poppæa primum per blandimenta & artes valeſcere, imparem cupidini ſe, & forma Neronis captam ſimulans: mox acri iam principis amore, ad ſuperbiam vertens, ſi vltra vnam alteramque noctem attineretur, *nuptam eſſe ſe* dictitans, *nec* [13] *poſſe matrimonium amittere, deuinctam Othoni per genus vitæ,* [14] *quod nemo adæquaret. Illum animo & cultu magnificum: ibi ſe ſumma fortuna dignam viſere. At Neronem pellice ancilla & aſſuetudine Actes deuinctum, nil e contubernio ſeruili, niſi abiectum & ſordidum traxiſſe.*

Qualis Poppæa Neronis poſtea vxor.

Laus vxoris in ore mariti ſordida.

Inſidioſa laus Neronis a Poppæa.

Etiam Othonis mariti.

Nnn

Deijcitur familiaritate ſueta, poſt congreſſu & comitatu Otho, & poſtremo, ne in vrbe [15] æmulatus ageret, [16] prouinciæ Luſitaniæ præficitur. Vbi vſque ad ciuilia arma, non ex priore infamia, ſed integre ſanctéque egit, procax otij, & poteſtatis temperantior.

Sabina Poppæa. Altera Helena. Cuius Nero Paris. Iumentis ſuis ſoleas dedit aureas. 50. aſinas habuit. Lacteo balneo lauit. 4. maritos habuit.

1 Sabina Poppæa.] Helena altera, quæ forma mirabilis, libidine incomparabilis, crudelitate inſuperabilis, Romam ſecundam Troiam pæne ſubruit, cum Nerone Paride. Hæc delicatioribus iumentis, quibus vehebatur, ſoleas ex auro puro dedit, vt luxum noſtes. Plin. lib. 33. cap. 11. Et vt mollitiem noſcas, quingentas ſecum fœtas aſinas trahebat, vt lacteo balneo ſe ablueret, extendi quoque cutem putans. Idem lib. 11. cap. 41. Deſultores habuit maritos Rufum Criſpinum, qui Piſonianæ coniurationis reus, exul fuit: Veſtinum, qui in eadem Conſul trucidatus eſt: Othonem & Neronem. Dijs iniqua capita. Nam poſt Othonem & cum Othone forſan, vt ait Accius in Bacchis, Neronem habuit.

Formæ, figuræ nitiditate non tantum hoſpes, ſed ſcortum regis.

Nam rex fuit Nero & horrendus, & iſta λαμπρὰ, vt florida, & ſolida, & ſucci plena, delectabatur adprime vecors iſte & perditus luxuria princeps.

2 Ollio.] Infra repetit, ideoque ſcripturam Taciti puto.

3 Memoria Poppæi Sabini.] Cuius extat nummus cum corona impoſita ſellæ Curuli, ita inſcriptus: C. POPPÆVS. SABINVS. ÆDIL. CVRVL.

4 Hvic mvlieri.] D. Auguſtin. in ſimili pulchritudinis vitio, ita ſcribit. Pſalm. 43. Quod pro documento eſt. *Peritus artifex fecit ingentem oris pulchritudinem, non vt fornicareris, ſed vt tibi ſuam oſtenderet ſapientiam. Ne ergo artifici iniuriam feceris, nec commiſeris, vt eius ſapientiæ opus, ſtupri & impudicitiæ a te fiat receptaculum.* Et Pſalmo 49. *Ne mihi pulchritudinem narres; ſed pulchritudinem animi ſpecta. Quid enim aliud eſt formoſa mulier, quam ſepulchrum dealbatum, niſi pudicitia prædita ſit?* Subſcribit autem huic Chriſtianæ ſententiæ Paganitas. Martialis enim lib. 8. epigr. 53.

Formoſa mulier non ſapiens, eſt ſepulchrum.

Formoſiſſima quæ fuere, vel ſunt,
Sed viliſſima quæ fuere, vel ſunt.
O quam te fieri, Catulla, vellem
Formoſam minus, aut magis pudicam.

Nam pulchra mulier, nec pudica, ſcropha eſt monilibus ornata. *Diuitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis eſt; virtus clara æternaque habetur*, ait Salluſt. principio Catilinarij belli.

5 Sermo comis.] *Quid non facit* (ait Satyricus) *vox blanda & nequam?* Dio libr. 42. vbi de Cleopatra, ait, *ipſam elegantia formæ omnibus mulieribus præſtitiſſe, fuiſſeque tum forma florenti, ſed in eius voce ſummum extitiſſe leporem, ita vt quiſquis illam loquentem audiret, amore concideret, licet alienior a fœminis.* Vere Ægyptia Siren Cleopatra, vt Poppæa, Romana Circe.

6 Modestiam præferre.] Sic ſolent illæ Veneris victimæ, nimium ſæpe procumbentes, & turpiter. *Hæc ſunt venena formoſarum mulierum, ætas & corpus tenerum & morigeratio & ſimulata modeſtia.* Nam vt ait Euripides in Medea:

Στέργοι δέ με σωφροσύνα,
Δώρημα κάλλιστον θεῶν.

Placet modeſtia donum pulcherrimum deorum.

Et nota quod Eccleſiaſtes ſcribit cap. 7. *Inueni amariorem morte mulierem quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius: vincula ſunt manus illius. Qui placet Deo, effugiet illam: qui vero peccator eſt, capietur ab ea.*

Matronarum vitium ſi in publico.

7 Rarvs in pvblicvm egressvs.] Romanæ caſtitatis indicium, & *grata ſigilla pudicis*, vt ait Horat. 1. epiſt. vlt. etiam matronarum decus. Nam ita Tertullianus in Pallio. *Conuerte & ad fœminas*, (lego, *conuerte te ad fœminas*) *habes ſpectare quod Cæcinna Seuerus grauiter Senatui impreſſit, Matrona ſine ſtola in publico.*

Sed hæc priſco æuo.

Sic in lege Oppia, Cato apud Liuium. *Quis hic mos eſt in publicum procurrendi, & obſidendi vias, viros alienos appellandi: iſtud ipſum ſuos quæque domi rogare non potuiſtis? An blandiores in publico, quam in priuato, & alienis, quam veſtris eſtis? Quiſquamne domi quidem vos ſui iuris finibus contineret pudor, quæ leges, ſic rogarentur, abrogarenturne, curare decuit?* Liuius l. 34. Cato antiquæ virtutis patronus ita in re ruſt. de villicæ officijs cap. 143. *Vicinis aliiſque mulieribus quam minimum vtatur, neue ad eas domum eat, neue ad ſe recipiat. Ad cœnam ne quo eat, neue ambulatrix ſiet.* Et in prouerbus Salomonis vbi deſcribit mulierem extraneam. *Occurrit*, inquit, *illi mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas: garrula & vaga, quietis impatiens, non valens conſiſtere in domo pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians.* capite 7. Prouerb. Papin. de moribus ſub Domitiano in Silu.

Poſtea nil vulgarius.

Omnis plebeio teritur matrona tumultu;
Hinc eques, hinc iuuenum cœtu ſtola mixta laborat.

Et ſane recte dictum olim. *Meretrix in platea, matrona domi*: vnde Theognis.

Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον.

Odi mulierem circum curſantem.

At illæ pudicæ matronæ ſaltem reminiſci debent Venerem olim pictam habuiſſe torpedinem ſub pedibus. Verum odere claues, nec concludi deſiderant.

Reticulum.

8 Velata parte oris.] Reticulo ſcilicet. Quod nos dicimus *Rezeuil* apud Fràcos. *Reticulum recte ab irretiendo vel raritudine.* Varro 4. de ling. Lat. Cicero in Verrem. *Coronam habebat vnam in capite, alteram in collo; reticulum ad nares ſibi opponebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis* (nos dicimus *Petites mailles*) *plenum roſæ.* Sic Iuuenalis Sat. 2.

Materia reticulorum. Linum forma. Maculis minutis textum.

Reticulumque comis auratum ingentibus implet.

Reticuli menſura.

Quod autem dicit Cicero, *Reticulum tenuiſſimo lino*, linteolis dixit Tert. libr. de virg. vel. *Aliæ modice linteolis, credo ne caput premant.* (Id eſt,

Ad aures. — *Ornamentum capitis reticulū.* — *Non modo paganis.* — *Sed Chriſtianis mulieribus.* — *Apud Græcos. Et Romanos.*

eſt oucrent,) *nec ad aures vſque demiſſis, cerebro tenus operiuntur.* Iuriſconſulti *plagas* vocant, L. veſtim. de ſupellect. leg. reponuntque inter ornamenta capitis. Plin. lib. 12. cap. 14. *Perſona adijcitur capiti*, (nos dicimus *vn Maſque.* nam muliebris eſt vultus operimentum,) *denſuſque reticulus, ne ſcilicet agnoſcatur.* Non abeo incorrecto Tertulliano eodem loco de virgin. vel. *Meritone*, ait, *etiam in oratione ipſa facillime*, (lego *futillimæ*, id eſt vanæ, alloquitur enim virgines,) *fimbriam, aut villum, aut quodlibet filum cerebro ſuperponunt, & tectas ſe opinantur? Tanti caput ſuum mentiuntur.* D. Hieronym. de virgin. ſeru. ad Euſtoch. *Excuſes, liceatque cauſeris obducta velamine ora contexi.* Et idem ad Marcellam. *Quando in publico quaſi per verecundiam, operit faciem, lupanarium arte id ſolum oſtendit, quod oſtenſum magis placere poteſt.* Et non modo apud Romanos, ſed & Græcos. Theocritus Idyl. 1. de muliere ſculpta in vaſculo, ait ornaram peplo, reticuloque. Mulier velatur, vt nec videatur, nec videat. Sed ex Ouidij iudicio.

Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſæ.

Filius Rufi ludens imperia & ducatus. — *Ideo Nero mergendum putauit.*

9 RVFI, EX QVO FILIVM.] Quem Nero impuberem adhuc, quod ducatus, & imperia luderet, mergendum mari ſeruis eius imperauerat. Sueton. cap. 35. in Nerone. Et ſane hoc exemplo, Nero Cato fuiſſet, ſi Reip. magis quam crudelitatis animo Rufum merſiſſet.

Otho vnguentatum pedibus fecit Neronem. Plinius correctus. Et explicatus. — *Otho ſcambus.* — *Sed libidinoſus.*

10 OTHO PELLEXIT.] Is eſt Otho, de quo Plinius lib. 13. cap. 3. *Vidimus etiam veſtigia pedum tingi.* (vnguentis ſcilicet) *Quod M. Othonem monſtraſſe principi Neroni ferebant. Quæſo vt qualiter ſentiretur* (forte, *qualibet*, id eſt, qua in parte eſſet, *ſentiretur*) *iuuaretque in ea parte corporis.* Atqui verba iſta ſunt bruta, & incorrecta. Et forte legendum: *Quæſo vt qua iret ſentiretur, oleretque in ea parte corporis.* Id eſt vnguenti odore ſentiretur qua iret, & eum iuuaret bene olere in ea parte corporis, id eſt pedibus. quod ſtultum fuit. Et ſtultius, quod Otho fuerit *male pedatus, ſcambuſque.* Ita enim legendum in Othone apud Sueton. cap. 12. vt ait Turnebus. Et repetenda *s*, littera in fine (*pedatus*) & addenda verbo *cambus*, vt ſit *ſcambus.* Fuit autem ille Otho cuiuſque libidinis & luxuriæ officina, & aulicæ philoſophiæ doctor magnus. Nam de prodigioſa eius mollitie, Iuuenalis Sat. 2.

Speculum in bello. Othonis ſpoliū.

Ille tenet ſpeculum pathici geſtamen Othonis,
Actoris Arunci ſpolium: quo ſe ille videbat
Armatum, cum iam tolli vexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibas, atque recenti
Hiſtoria, ſpeculum ciuilis ſarcina belli.

Et fuit *Poppææ vxoris leno & pararius*, vt ait Apul. Apol. 2. Et ideo Tertullianus illum deſignat, cum ita ſcribit in Pallio. *Nec magnæ forte conſtantiæ mandatum ſit impuriorem Phithone, molliorem Sardanapalo Cæſarem deſignare.* Ita etiam illum fecit Martialis, & vt de molli & fluxo homine loquitur, epigr. 32. lib. 6.

Otho mollis in vita.

Cum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo
Forſitan, & poſſet vincere mollis Otho,
Damnauit multo ſaturum tam ſanguine Martem,
Et fodit certa pectora nuda manu.

Sic Cato dum viuit, ſane vel Cæſare maior:
Dum moritur, numquid maior Othone fuit?

Cato moritur.

Fuit. Nam moritur Cato quod Remp. ſeruare non potuit; moritur Otho, quod non euerterit.

Amor incautus.

11 AMORE INCAVTVS.] Sic Iuſtinus de Candaule. Et Plutarch. in conuiualibus quæſtionibus. *Hic vxorem quam propter formæ pulchritudinem deperibat, prædicare omnibus ſolebat, non contentus voluptatum ſuarum conſcientia tacita, niſi etiam matrimonij reticenda publicaret, quaſi ſilentium damnum pulchritudinis eſſet.* In Varronis Prometheo. *Chryſoſandalos vocat ſtulte amicā ſuā de lacte*, (id eſt *lacteam*,) *vocat etiam ceram Tarentinam, quam apes Mileſiæ coegerint ex omnibus floribus libantes, ſine oſſe & neruis, ſine pelle, ſine pilis, puram, putam, proceram, candidam, teneram, formoſam.* Sed homini amant[illegible] num cerebrum putet? recte Euripid. in Medea.

Βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα.
Hominibus amores malum magnum.

Nam amoris veſania, vera inſania eſt.

Dictitans, verbum Tacito frequent. — *Sed heic nullius frugis.* — *Legendum, dignitatem.* — *Amantes in re amata ſuam dignitatem ponunt.* — *Ineptiæ amantium.* — *Otho in re turpi dignitatem poſuit.*

12 DICTITANS.] Verbum frequens Tacito; ſed heic nullius frugis. Nam 15. Annal. *Milichus magna & atrocia ferre ſe dictitās.* Et Annal. 13. *Formidoloſum id imperatori dictitans.* Annal. 16. *Nihil poteſtate Senatus opus eſſe dictitans.* Sed heic palea eſt, & nugiuendulus ego ſi admitterem: quamuis verum ſignet amantium vitium. De quo egregie D. Auguſtin. Pſalm. 41. *Mos eſt amantium amorem non celare, ſed enuntiare vitium, & dicere ſe amare. Ardens enim res eſt natura dilectionis, nec poteſt anima ſuſtinere, vt eam ſilentio teneat.* Quod ſi verbum hoc vitium heic facit, quomodo ergo legemus? Lege: *Se ire ad illam ſibi conceſſam dignitatem, nobilitatē, pulchritudinem*, &c. vocat autem Poppæam *ſuam dignitatem*, vt amantes in comœdijs vocāt amicas *voluptates ſuas*, & *ſuauitates.* At *dignitatem* dicit, quod Poppæa amica quaſi dignitate quadam ornaretur, ſplendidiorque fieret. Claud. Quadrigarius ex Gellio 17. c. 2. *Factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter præcellebat.* Sed in re amatoria. Plaut. in Bacch.

Quo nunc capeſſis tete hinc aduerſa via
Cum tanta pompa? PI. *Huc.* LVD. *Quid huc? quis iſtic habet?*
PI. *Amor, voluptas, Venus, venuſtas, gaudium,*
Iocus, ludus, ſermo ſuauis, ſuauiatio.

Et in Captiuis.

Ego tibi nunc ſum ſummus Iupiter
Idem ego ſum ſalus, fortuna, lux, lætitia, gaudium.

Et alter inſanus in Pœnulo.

Dij immortales omnipotentes, quid eſt apud vos pulchrius?
Quid habetis, mage qui immortales vos credam eſſe, quam ego ſiem?
Qui hæc tanta oculis bona concipio: Nam Venus non eſt Venus.
Hanc equidem Venerem venerabor, me vt amet poſthac propitia, Et paulo poſt.
Mea voluptas, meæ deliciæ, mea vita, mea amœnitas,
Meus ocellus, meum labellum, mea ſalus, meum ſuauium,
Meum mel, meum cor, mea colluſtra, meus molliculus caſeus.

D. Hieronym. ex Chriſtianorum motibus ad Nepot. *Mel meum, lumen meum, deſiderium meum, omnes delicias, & lepores, & riſu dignas vrbanitates, & cæteras ineptias amatorum in comœdijs erubeſcimus, vti ſæculis omnibus deteſtamur.* Cicero tamen ad Attic. 7. epiſt. *Quæſo vbi autem eſt dignitas, niſi honeſtas?* Falſus ergo Otho, qui dignitatem in re turpi poſuit.

Differentia inter omiſſum & amiſſum matrimonium.

13 POSSE MATRIMONIVM AMITTERE.] Atqui non amittebat, licet binoctio vel trinoctio attineretur, ſed omittebat. Verum hæc dicebat, vt in matrimonium Neronis tranſiret, moueretque ad concupiſcendas nuptias. Scortum cordatum, ſed fallax.

Meretriciæ artes poſcinummia.

Ad æmulationem ſemper habet quod comparet.

14 QVOD NEMO ADÆQVARET.] Legc: *quod Nero minime adæquaret.* Viden meretricias artes? quæ ſunt *poſcinummiæ*, vt ait Apul. Vbi enim Othonem *magnificum* dicit, inuitat Neronem ad magnificentiam. At meretricum genus, vti vulgus, habet ſemper quod comparet. Terent. in Eunucho.

Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo. ſi quando illa dicet, Phædriam
Intro mittamus comeſſatum; tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. ſi laudabit hæc
Illius formam: tu huius contra: denique
Par pari referto quod eam remordeat.

Nam nunquam meretrices ſine perfidia, nũquam proci ſine ſocordia & inuidia.

Æmulatio aſſecla amantiũ.

15 ÆMVLATVS AGERET.] Ita ſcriptum li. 2. & eodem verbo vſus eſt author. Æmulatus autem amantium aſſeclæ perpetui. Nam libr. 14. *Dominum æmulum non tolerans.* Suetonius in Tib. *Confeſſus nihil deuitaſſe, quam æmulationem, & ſuſpicionem.* Sic Seneca primo de benef. cap. 9. *Si quis nulla ſe amica fecit inſignem, nec alienæ vxori æmulum præſtat.* *Riualitatem* vocat Apuleius 10. Metam. *Domum iuuenis protinus ſe direxit ſæua riualitas*; id eſt æmulatio, quæ ex *aliorum voluptatibus ſuam crucem facit*, vt ait D. Cyprianus, de inuidia. Tertullianus in carmine de Marcionis Antitheſibus vocat *æmulamenta*, his verbis.

Quapropter merito nos æmulamenta loquuti
Ipſius ex verbis, etiam monumenta ſalutis
Nitimur exprimere.

16 PROVINCIÆ LVSITANIÆ PRÆFICITVR.] De Luſitanis populis Silius Ital. lib. 3.

Vos Viriatus agit, Luſitanumque remotis
Extractum luſtris, primo Viriatus in æuo,
Nomen Romanis factum mox nobile damnis.

Noto autem honeſta exilia, non in Othones vitijs turpes, ſed in Catones, id eſt claros virtute viros, ob nimias virtutes vſitata. Quemadmodum in Scipionem Naſicam, qui *propter iniquiſſimam virtutum ſuarum apud ciues æſtimationem, ſub titulo legationis, Pergamum ſeceſſit.* ait Valer. 5. de ingrat. Et in Iuuenalem, qui cum in Domitiani ſuſpicionem veniſſet, quaſi tempora figurate notaſſet, ſtatim per honorem militiæ, quanquam octogenarius, vrbe ſummotus, miſſus eſt ad præfecturam cohortis, in extrema parte tendentis Ægypti. At tu quiſquis es de quo cogito, & quem toto pectore amo, quem oculis mentis aſpicio, cuiuſque altos ſuſpicio pro Republ. ſpiritus, viue longum, & fœlix: nam tuus ille in longinquas terras, per honoris ſpeciem, ſeceſſus, æternis vinculis tibi patriam copulauit, & hoſtes contriuit, infœlices prorſus, & miſeros, & vltra miſeriam ipſam prorſus abominandos.

Honeſta exilia Catonibus. Turpia vitioſis & Othonibus.

Vir magnus honeſto exilio, & ſub honoris ſpecie, in terras longinquas actus 4 S. P.

Nero flagitia ſua velauerat; nunc impunis ſceleribus gaudet.

Hactenus Nero flagitijs & ſceleribus velamenta quæſiuit. Suſpectabat maxime Cornelium Syllam, ſocors ingenium eius in contrarium trahens, callidumque & ſimulatorem interpretando. Quem metum Graptus ex libertis Cæſaris, vſu & ſenecta[1] a Tiberio vſque * domum principum edoctus, tali mendacio intendit.[2] Pons Miluius[3] in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat, ventitabatque illuc Nero, quo ſolutius vrbem extra laſciuiret. Igitur regredienti per viam Flaminiam [4]compoſitas inſidias, fatoque euitatas, quoniam diuerſo itinere [5]Salluſtianos in hortos remeauerit, auctoremque eius doli Syllam ementitur: quia forte redeuntibus miniſtris principis, quidam per iuuenilem licentiam quæ tunc paſſim exercebatur, inanem metum fecerant. Neque ſeruorum quiſquam, neque clientiũ Syllæ agnitus. Maxime deſpecta & nullius auſi capax natura eius a crimine abhorrebat: perinde tamen quaſi conuictus eſſet, cedere patria, & Maſſilienſiũ mœnibus coerceri iubetur. Iiſdem conſulibus auditæ Puteolanorum legationes, quas diuerſas Senatorius ordo plebſque ad Senatũ miſerant: illi vim multitudinis, hi magiſtratuũ & primi cuiuſq. auaritiam increpantes. Cũq. ſeditio ad ſaxa & minas igniũ progreſſa necẽ & arma perliceret, C. Caſſius adhibendo remedio[6] delectus. quia[7] ſeueritatẽ eius non tolerabãt, precante ipſo,[8] ad Scribonios fratres ea cura transfertur, data cohorte prætoria: cuius terrore & paucorũ ſupplicio, redijt oppidanis cõcordia.

* domo in principum edoctus,

Nero graſſator.

Natura deſpecta nullius auſi capax.

A TIBERIO

Tacitus correctus.

1 A Tiberio vsqve domvm principvm edoctvs,] Nec cohæret ſenſus, nec oratio. Lego, *a Tiberij æuo, vſque domo in principum eductus.* Nam Lipſius ſcribit in manuſcriptis reperiri, *a Tiberij æuo vſque.* Sic ſupra lib. 1. *In domo regnatrice edoctus.* At eſt ſimile mendum apud Plin. lib. 35. cap. 10. *Verum,* ait, *omnes prius genitos, futuroſque ſuperauit Apelles, euſque Olymp. 112. in pictura prouectus.* Vbi legendum, *Apelles Cous eo uſque,* &c.

Pons Miluius.

2 Pons Milvivs.] Quidam *Moluium,* quidam *Muluium*: ſed frequentius *Miluium.* Ammianus Marcell. 27. *Seceſſit ad Muluium pontem, quem ſtruxiſſe ſuperior dicitur Scaurus.* De eo Martial. lib. 4. epigramm. 64.

Cum ſit tam prope Miluius, ſacrumque
Lapſæ per Tiberim volent carinæ. Prudentius.
Teſtis Chriſticolæ ducis aduentantis ad vrbem
Miluius, exceptum Tiberina in ſtagna Tyrannum
Præcipitem.

Licinius prope pontem Miluium merſus.

Salluſtius in Catil. *Imperat vt in ponte Miluio, per inſidias Allobrogum comitatus deprehendant.* Graſſatoribus valde erat opportunus pons Miluius, vt etiam Pomptina palus, & vicus qui ad Gallinas dictus, quibus ideo armati cuſtodes adpoſiti. Iuuenal. Sat. 3.

Pons Miluius opportunus graſſatoribus.

Et Pomptina palus atque Gallinaria pinus.

Armato quoties tutæ cuſtode tenentur,
Et Pomptina palus, & Gallinaria pinus.
Sic inde huc omnes tanquam ad viuaria currunt.

Nam prædo dum rapit, loca opportuna capit. Fuit autem iſte pons a M. Æmilio Scauro factus, quod explicat Marcellinum. Nam ita aſſerit Plinius de vir. illuſtrib. Non ſileo ad inſidias opportunam etiam Næuiam ſiluam. Nam ex Verrio Flacco, *Næuia nemora in quibus homines nequam.* Quæ non longe ab vrbe. Sic D. Hieronym. de locis Hebraicis ait Meledomin hodie Græce dici ἀνάβασιν πύῤῥων, id eſt aſcenſum rufforum ſiue rubentium, apud Iudæos, propter ſanguinem qui a latronibus illic creber effundebatur. Et hic locus non longe ab Ælia, id eſt ab Hieruſalem deſcendentibus Hiericho. Vnde Chriſti Iesv Saluatoris parabola, de eo qui non longe ab Hiericunte incidit in latrones.

3 In eo tempore.] Gloſſema ineptum. Lego, *Tum celebris nocturnis illecebris*; cumque interpretatio verbi, *tum*, eſſet appoſita his verbis, *eo tempore*, attexuere contextui, & authoris verba deturparunt. Verbum *in*, mihi index fuit, reliquiæ verbi *tum*.

4 Compositas insidias.] Lege, & perlege hanc orationem, merum vitium agnoueris. Ita ergo reſtituo. *Igitur regredienti per viam Flaminiam, ait compoſitas inſidias fatoque euitatas, quoniam Salluſtianos in hortos remeauerit, authoremque eius doli Syllam ementitur.* Vide quid poſſit exſcriptorum ſomnolentia.

5 Sallvstianos in hortos.] Vlpianus memorat tales hortos §. vlt. L. 39. de legat. 1. aitque tum fuiſſe Auguſti, id eſt Alexandri Mameę. Sed noto Diui Auguſti temporibus hortos Salluſtianos ad Auguſtũ pertinuiſſe. Nam ſic Plinius 7. cap. 16. *Fuere ſub D. Auguſto ſemipede addito, quorum corpora eius miraculi gratia in conditorio Salluſtianorum aſſeruantur hortorum. Puſioni & Secundillæ erant nomina.* Et Dio 67. ait Veſpaſianũ raro habitaſſe Palatium, & ſæpius in hortis Salluſtianis degiſſe. Idem refert de Domitiano Sueton. In his Nerua obijt. Euſebius in chron. Erant autem in parte ſiniſtra vrbis. nam ita Tacit. Hiſt. 3. *Qui in partem ſiniſtram vrbis ad Salluſtianos hortos per anguſta & lubrica viarum flexerant.*

6 Dilectvs.] Lego, *dilectus eſt.* Et quia ita in manuſcriptis, *dilectus e*, littera, *e*, quæ ſequitur, pro *eſt*. Sic in nummis, Q. V. M. S. EX. EA. P. Q. I. S. AD. A. D. E. Id eſt, *Quod viæ munitæ ſunt ex ea pecunia, quæ iuſſu Senatus ad ærarium delata eſt.*

7 Severitatem eivs.] Seueritas illa virtutis comes. Sic *ſeuerus* Cato dictus, & *rigidi ſeruator honeſti.* Ita Caſſiorum mores ad ſeueritatem & diſciplinam maiorum facti. *Horridam ac triſtem* vocat Valerius, tamen ſeueritas validum legum munimentum. Ideo Horatius ait, *ſeueris ortos parentibus* Romanos fuiſſe qui Hannibalē & Pyrrhum vicerint.

Scribonij fratres.

Quibus eadem vita, eadem mors.

8 Ad Scribonios fratres.] Libones erant, quorum origo vetus, copia ingens, magna inuicem concordia, & eadem mors. Quippe venis inciſis periere. Præfuere autem ambo Germaniæ. Xiphil. vbi de Nerone. Nec pœnitendum par fratrum.

Thraſeæ ſententia in Senatu reprehenſa.

Non referrem vulgatiſſimum Senatuſconſultum, quo ciuitati Syracuſanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur, niſi Pætus Thraſea contradixiſſet, præbuiſſetque materiam obtrectatoribus arguendæ ſententiæ. *Cur enim ſi Remp. egere libertate ſenatoria crederet, tam leuia conſectaretur? quin de bello aut pace, de vectigalibus & legibus,* [1] *quibuſque alijs Romana continentur, ſuadere diſſuaderéve licere patribus: quoties ius dicendæ ſententiæ accepiſſent, quæ vellent expromere, rationemque in ea poſtulare. An ſolum emendatione dignum, ne Syracuſis ſpectacula largius ederentur? Cætera per omnes imperij partes perinde egregia, quam ſi non Nero, ſed Thraſea regimen eorum teneret? Quæ ſi ſumma diſſimulatione tranſmitterentur, quanto magis inanibus abſtinendum?* Thraſea contra, rationem poſcentibus [2] amicis, *non præſentium ignarum* reſpondebat, *eiuſmodi conſulta corrigere: ſed patrum honori dare, vt manifeſtum fieret, magnarum rerum curam non diſſimulatu-*

Si magna diſſimulãdo trãſimus, quanto magis inania?

Magna non diſſimulant qui leuia reprehendunt.

ros, qui animum etiam leuiſſimis[3] *aduerterent.* Eodem anno crebris populi flagitationibus [4] immodeſtiam publicanorum arguentis, dubitauit Nero an cuncta vectigalia omitti iuberet: idque pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum eius, multum prius laudata magnitudine animi, attinuere [5] ſenatores, *diſſolutionem imperij* docendo, *ſi fructus quibus Reſp. ſuſtineretur, diminuerentur: Quippe ſublatis portorijs, ſequens vt*[6] *tributorum abolitio expoſtularetur: Pleraſque vectigalium ſocietates, a conſulibus & tribunis plebis conſtitutas acri etiam Populi Rom. tum libertate. Reliqua mox ita prouiſa, vt ratio quæſtuum & neceſſitas erogationum inter ſe congruerent. Temperandas plane publicanorum cupidines, ne per tot annos ſine querela tolerata, nouis acerbitatibus ad inuidiam*[7] *verterent.* Ergo edixit princeps vt leges cuiuſque publici occultæ ad id tempus, proſcriberentur, omiſſas petitiones non vltra annum reſumerent. Romæ prætor, per prouincias qui pro prætore aut conſule eſſent, iura aduerſus publicanos extra ordinem redderent. Militibus immunitas ſeruaretur, [8] niſi ijs qui veno exercerent. Aliaque admodum æqua: quæ breui ſeruata, dein fruſtra habita ſunt. Manet tamen abolitio quadrageſimæ quinquageſimæque, & quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani inuenerant. Temperata apud tranſmarinas prouincias frumenti ſubuectio. Et ne cenſibus negotiatorum naues aſcriberentur, tributumque pro illis penderent, conſtitutum. Reos ex prouincia Africa, qui proconſulare imperium illic habuerant, Sulpitium Camerinum, & Pomponium Siluanum, abſoluit Cæſar. Camerinum aduerſus priuatos & paucos, ſæuitiæ magis quam captarum pecuniarum crimina obijcientes. Siluanum magna vis accuſatorum circumſteterat, poſcebatque tempus euocandorum teſtium: reus illico defendi poſtulabat. Valuitque pecunioſa orbitate & ſenecta, quam vltra eorum vitam produxit, quorum ambitu euaſerat.

Nero cogitat de remittẽdis omnibus vectigalibus. Sed obſtat Senatus. Nam diſſolui imperium ſi fructus imperij diſſoluantur. Auaritia publicanorum comprimẽda, ſed tributa non ſupprimenda.

Siluanus accuſatoribus ſuperuixit.

1 QVIBVSQVE ALIIS ROMANA.] Ita puto legendum: *Res Romana continetur.* Sic Salluſtius ſæpe, & lib. 1. hiſtor. *Res Romana plurimum imperio valuit.*

2 AMICIS NON PRÆSENTIVM.] Legendum eſt, *Se non præſentium ignarum reſpondebat.*

3 ADVERTERENT.] Ita ſupra vbi de Corbulone: *Intentumque & inexorabilem, cui tantum aſperitatis, etiam aduerſus leuia credebatur.*

4 IMMODESTIAM PVBLICANORVM.] Tacitus ſupra: *Ob immodeſtiam Publicanorum, Friſij iugum exuere. Publicani* autem erant qui publica exigebant vectigalia. Exoſa & inuiſa ſtirps Iudæis, cum quibus negotiari, nec edere licebat, nec habere quidquam commercij. Quia hoc genus hominum malo publico natum cenſebatur: quippe magna violentia exigebant vectigalia. Cicero acute ſcribit, *Publicanos in omnibus exigendis vectigalibus petitores, non poſſeſſores eſſe.* 5. in Ver. Et idem 1. ad Quint. fratr. *non eſſe leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quam noſtros publicanos.* Et bonus telonarius rara auis. Dixere tamen de Veſpaſiano, καλῶς πλατιάσαι. Sueton. in eius vita. Et dicere idem de Diuo Matthæo potuerunt. Sed hic relicto teloneo ſecutus eſt Chriſtum: erat autem Iudæorum exprobratio in Chriſtum; *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat?* Vocantque Publicanos *peccatores*, quia ſumma auaritia, ſumma violentia, ſumma rapacitate vectigalia exigebant. Erant autem equites Romani qui *δημόσιοι* Græcis dicti. Vide L. 9. ad L. Rhodiam, quique de terra, aut mari, aut flumine, vectigalia exigebant. D. Hieronym. *Publicani,* ait, *ſunt, qui ſæculi ſectantur lucra, & exigunt vectigalia per negotiationes, & fraudes, ac furta, ſcelerataque pecunia.* cap. 18. lib. 3. in Matth. Sed his publicanis, Romana Reſpub, carere non potuit.

Immodeſti publicani.

Quid Publicani.

Publicani peccatores.

5 SENATORES.] Non muto: nam hæc acta in Senatu.

6 TRIBVTORVM ABOLITIO EXPOSTVLARETVR.] Exiſtimo legendum, *Quippe ſublatis portorijs ſequens, vt tributorum abolitionis lex poſtularetur.*

Tacitus correctus.

7 VERTERENT.] *Verterentur*, puto legendum.

8 NISI IN IIS QVÆ VÆNO EXERCERENT.]

Milites a negotiatione longe ſepoſiti.

CERENT.] Scribo: *niſi tamen ijs, qui veno exercerent*. Titulus eſt in iure noſtro, Ne negotiatores militent: ſed eſt lex, de qua Sidonius, *ne milites negotientur*. Nam ſi miles negotiatur, priuilegia perdit. Quod ratione magna introductum: ne ſcilicet cupiditate lucri, a militiæ muneribus auocetur. Ideo non vxorati milites, nec in dignitate poſiti, vnum tantum curant, vt Martem curent, & principem; & præterea nihil. Sed habeo quod quæram. Si milites militum priuilegio non gaudeant, quia negotientur: equites Romani nullo priuilegio gaudebant? quippe erant vectigalium redemptores. Reſpondeo; Differentiam eſſe inter negotiatorem, & mercatorem: Negotiatores, qui aduehendis magnis mercibus occuparentur, priuilegio gaudere; eos vero minime qui minutiariam procurent negotiationem. vocamus apud Francos, *Marchands en gros*, & *Marchands en detail*.

Milites non honorati. Nemo in dignitate poſiti. Vnum curant vt Martem curent.

Quietæ ad id tempus res in Germania fuerant, ingenio ducum, qui peruulgatis triumphi inſignibus, maius ex eo decus ſperabant, ſi pacem continuauiſſent. Paulinus Pompeius, L. Vetus, ea tempeſtate exercitui præerant. Ne tamen ſegnem militem attinerent, ille inchoatum ante tres & ſexaginta annos a Druſo aggerem coercendo Rheno, abſoluit: Vetus Moſellam atque Ararim facta inter vtrunque foſſa connectere parabat, vt copiæ per mare, dein Rhodano & Arare ſubuectæ, per eam foſſam, mox fluuio Moſella, in Rhenum, exin Oceanum decurrerent, ſublatiſque itinerum difficultatibus [1] nauigabilia inter ſe Occidentis Septentrioniſque littora fierent. Inuidit operi Helius Gracilis Belgicæ Legatus, deterrendo Vetere, ne legiones alienæ prouinciæ inferret, [2] * in ſtudiaque Galliarum affectaret, formidoloſum id imperatori dictitans, [3] quo plerunque prohibentur conatus honeſti. Cæterum continuo exercituum otio fama inceſſit, ereptum ius Legatis ducendi in hoſtem. [4] Eoque Friſij iuuentutem ſaltibus aut paludibus, [5] imbellem * ætatem per lacus admouere ripæ, agroſque vacuos, & militum vſui ſepoſitos inſedere, auctore Verrito, & Malorige qui [6] nationem eam regebant, [7] in qua tum Germani regnabant. Iamque * finxerant domos, ſemina aruis intulerant, vtque patrium ſolum exercebant, cum [8] Dubius Auitus accepta a Paulino prouincia, minitando vim Romanam, niſi abſcederent Friſij veteres in [9] locos, aut nouam ſedem a Cæſare impetrarent, perpulit Verritum & Malorigem preces ſuſcipere. Profectique Romam dum alijs curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea quæ Barbaris [10] oſtentantur intrauere Pompeij theatrum, quo magnitudinem populi viſerent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum conſeſſum caueæ, diſcrimina ordinum, quis eques, vbi Senatus percunctantur, aduertere quoſdam cultu externo in ſedibus Senatorum: & quinam forent rogitantes, poſtquam audiuerant, earum gentium Legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent, NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE, exclamant, digrediunturque & inter patres conſidunt. quod comiter a viſentibus exceptum, quaſi [11] * impetus antiqui, & bona æmulatio. Nero ciuitate Romana ambos donauit. Friſios decedere agris iuſſit. Atque illis aſpernantibus, auxiliaris eques repente immiſſus neceſſitatem attulit captis cæſiſue qui peruicacius reſtiterant.

Nauigabilia Occidentis & Septemtrionis littora.

* & vi ſtudia Galliarum infeſtaret,

Nomine imperatoris cohibentur honeſti conatus.

* exſtantem

* fixerant domos,

* impetus æqui,

Cæptum Henrici IV. Franc. Reg.

1 NAVIGABILIA INTER SE OCCIDENTIS SEPTENTRIONISQVE LITTORA.] Hæc cum ſcriberem, Henricus IV. Frãcorum Rex Chriſtianiſſimus, idẽ in Gallia moliebatur: Iamque poſt ingentia opera, decreuerat Ararim Moſæ, & Ligerim Sequanæ

& Matronæ coniungere; vtque a Maſſilienſi & Tyrrheno mari, ad Burdegalenſem Oceanum iretur, & a Rhodano ad vſque Icciacos portus, & Septentrionis vltima littora. Quod imperio validus omnes ſui imperij partes adunare vellet, & ita coniungere, vt nullo negotio remotiſſima quæque facile ſibi ſuccurrerent & coirent. Quæ emendatio orbis, tentata quondam principibus magnis. Nam Alexander Magnus Tyrum a continenti diuiſam, ſedi reſtituit. Idem in promontorio Corycæo planiciem VII. M. CCCCC. paſſuum longitudine intercidi iuſſit, vt duos ſinus iungeret, Erythraſque cum Mimante circumfunderet. Vet. Schol. in Iuuenal. verſ. Sat. 10. *Velificatus Athos*, ſcribit hunc montem *perforaſſe* Xerxem, *& immiſiſſe terris nouum mare.* Plin. lib. 5. cap. 29. *Nicanor Zeleucus anguſtias inter Caſpium & Boſphorum Cimmerium perfodere tentauit.* Idem lib. 6. cap. 11. *Demetrius Rex, Peloponeſum inſulam effieere aggreſſus*; Quod poſtea *Dictator Cæſar, & C. Caligula, & Domitius Nero infauſto, vt omnibus patuit, exitu ſunt conati.* Plinius libr. 4. cap. 4. Et Sueton. in Caligul. capite 21. & Nerone 37. Seſoſtris rex Ægypti cogitauit a Daneo portu nauigabilem alueum ad Nilum perducere. Mox Darius Perſarum rex, deinde Ptolemæus ſequẽs, qui duxit foſſam latitudine pedum 100. altitudine 30. in longitudinem 37. mill. 500. Dio ex Xiphilino, id adoriente Nerone, ſanguinem tellure manaſſe ſcribit, mox terribiles viſas ſpecies, & auditos vlulatus & mugitus horrendos, futuræ ingentis ruinæ prænuntios. Etiam deterritum Demetrium eleganti ratione, quod operum duces altiorem Corinthiacum ſinum, quam Cenchræ, & Ægina eſſent renuntiaſſent, vniuerſaſque inſulas procul dubio aquarum diluuio merſuras. Quin nec Iſthmum nauigabilem futurum, ſinu Corinthiaco, magno impetu in demiſſius mare ruente, nec nauigia aduerſo fluctu excipiente. Iulius etiam Cæſar voluit Pomptinas paludes iniecto aggere complanare. Dio lib. 43. emittere Fucinum lacum, viam munire a mari ſupero, per Apennini dorſum, ad Tiberim vſque perfodere Iſthmum. Sueton. cap. 44. *Auguſtus mare immiſit in Lucrinum, & Auernum lacum, opera vicies mille ſeruorum quos manumiſit.* Traianus Euphratem foſſa in Tigrim deriuauit. Carolus Quintus imperator, vbi ſe Americæ totius Regem vidit, Iſthmum voluit perfodere, a ciuitate nominis Dei, ad Panania vſque, vt vtrumque mare, Septentrionale, & Auſtrale iungerentur; ſed eadem ratione deterritus qua Demetrius, immotam naturæ compagem reliquit. Ferdinandus etiam Rex Hiſpaniæ, foſſam a mari rubro, ad Nilum ducere inſtituerat: vnde Africa, & Æthiopia totæ eſſent nauigabiles; Verum ſatius duxit naturam ferre, quam emendare, nec vltra eſt progreſſus. Recte. nam vt Rheatini dicebant libro 1. *Optime rebus mortalium conſuluiſſe naturam. Non ex formula natura reſpondet*, inquit Seneca.

Emendatio orbis tentata a magnis viris.

Alexander Magnus.

Demetrius Rex. Iulius Cæſar. Auguſtus. Caligula. Nero.

Carolus Quintus nuper.

Ferdinandus Rex Hiſpaniæ.

2 IN STVDIA QVE GALLIARVM AFFECTARET.] Lego, *& vi ſtudia Galliarum infeſtaret.* Id eſt, Gallos amicos & beneuolentes, infeſtos redderet, & ex amicis hoſtes & inimicos: quod eſſet irritare crabrones.

3 QVO PLERVNQVE PROHIBENTVR.] Explico ſic: infeſtos redderet Gallos, quod formidoloſum erat imperatori, vti dicebat, quodque ſæpe facit vt honeſti conatus prohibeantur. Nam prohibet princeps quod e re ſua non eſt; & ſæpe formidamus id agere, quod imperatori formidoloſum eſt.

Tacitus correctus. Et explicatus.

4 EOQVE FRISII.] *Ideoque Friſij.* Sic lego.

5 IMBELLEM ÆTATEM.] *Imbellem extantem*, lege. Alioqui deficit oratio, quæ verbo eget. & ſcripſere *ætatem* pro *extantem*, quo verbo noſter vtitur, vt l. 1. *Medio ore tenus extantes.*

Ætatem pro extantem.

6 NATIONEM EAM REGEBANT.] Dubito an non ita fuerit ſcriptum. *Qui nationem eo ingerebant*, vt Verritus & Malorix Friſiorum nationem impellerent ad occupandas illas ſedes *in quibus tum Germani regnabant*, id eſt Germanica natio. Et ſane Friſij ſe Germanos nuncupant, & probat Tacitus libr. 4. *Id alijs nationibus arduum apud Germanos, (id eſt apud Friſios) difficilius tolerabatur.* loquitur enim de tributo Friſijs impoſito. Et ſane maiores minoreſque Friſij inter Germanos a noſtro authore numerantur.

7 IN QVA TVM GERMANI REGNABANT.] Quid ſi legendum ita, *In qua tum germani fratres regnabant?* Verritus ſcilicet, & Malorix gemini fratres, vt illa prouincia a duobus fratribus geminis regeretur. Quod non ſine miraculo. Nam *fratrum rara cõcordia*, Euripides in Phœn. Et M. Philoſophus ſapientiſſimus omnium imperantium Romæ, fratrem Verum vix ferebat ſibi moribus diſſimilem. Et ille priſca integritate, hic diſſolutiſſima vita: qui lectum habebat reticulis clauſum repletumque folijs roſæ, quibus album ademptum, iacebatque cum concubinis velamine de lilijs facto ſe tegens, vnctuſque odoribus Perſicis. Cõtra Marcus inter curas imperij, ſpinaſque rerum non niſi ambitioſis gratas. Tamen extat altera hiſtoria in Dione lib. 3. de Rufo & Proculo Scribonijs germanis fratribus qui cum æquales eſſent moribus, nihilque ſeparatim vnquam geſſiſſent, vt erant inſtituto & vitæ genere & facultatibus iuncti, diuque ſimul Germaniam adminiſtraſſent, accerſiti a Nerone qui tum in Græcia erat, eos falſis criminibus obrutos interemit. Sed lectio, *tum Germani regnabãt*, ſatis placet. Seneca pater l. 9. Controu. 3. ita de geminis fratribus. *Plus quidem eſt geminos eſſe quam fratres.* Et Cicero 1. ad Quint. fratr. *Amabat vt fratrem, & iam vt maiorem fratrem verebatur.* Sed de geminis, Lucanus lib. 3.

Stant gemini fratres fœcundæ gloria matris,
Quos eadem varijs genuerunt viſcera fatis.

Et Virgil. 10. Æneid.

Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in aruis,
Daucia Laride, Tymberque ſimillima proles
Indiſcreta ſuis, gratuſque parentibus error.

Natura enim ludit interdum in ſimilitudine, vt in varietate. De fratrum autem rara concordia in imperio, ſic Seuerus Auguſtus ſcribit:

bit: *Albino Cæſari fratri amantiſsimo & deſideratiſsimo ſalutem. Te quæſo vt eo animo Remp. regas, quo dilectus es frater animi mei, frater imperij.* Et tamen inter ſuauiſſimas iſtas litteras Seuerus Albino triſtiſſimam necem parabat.

8 DVBIVS AVITVS.] Eſt *Aulus Didius Gallus*, de quo dixi ſupra. Et heic lego *Didius*.

Lucos, pro locos.

9 LOCOS.] Non, ſed *lucos*. nam ita ſupra. *Ideoque Friſij iuuentutem ſaltibus, aut paludibus imbellem extantem. ſaltibus*, id eſt lucis.

10 OSTENTANTVR.] Lego, *oſtentabantur.*

Æquum & bonum coniuncta apud Iuriſconſultos.

11 IMPETVS ANTIQVI.] *Impetus æqui, & bona æmulatio?* Ita legebam. quod ſæpe æquum & bonum coniungerentur, vt in formula iuris, *ex æquo & bono*. Et *conceptæ in æquum & bonum* actiones. Terentius, *præter æquumque & bonum*. Qui enim illi *antiqui impetus*? Sed quid ſi ita fuerit ſcriptum? *Quod comiter a Vcientibus acceptum vt impetus æqui, an etiam quia & bona æmulatio?* Nam Germania, pro virtute quæ in ea eſt, habet ſuas eruptiones; ideoque ex impetu natiuo, hæc Germani protulerunt, & comiter acceptum. An etiam quia & bona æmulatio, vbi de laude agitur? Quippe æmulabantur quod nemo armis, aut fide, ante Germanos eſſet; Ideoque ad gloriam. Non omitto in hoc verbo, *æqui*, mendũ eſſe apud Suet. in Calig. c. 34. *De iuris quoque conſultis, quaſi ſcientiæ omnẽ vſum aboliturus, ſæpe iactauit ſe me hercle effecturum ne quid reſpondere poſſint præter æquum.* Quod defectum habet euidentem. Nam quid illud *me hercule*? & quam importune heic ſitum? Deinde, quid illud *de Iuriſconſultis, ne quid reſpondere poſſint præter eum*? vel *præter eccum*? lego, *Effecturum ſe ſine Hercule*, (id eſt ſine vi, ſine vllo potenti adiutore,) *ne quid reſpondere poſſent præter eius votum*. Ex quo *eum* formarunt exſcriptores. Id eſt, vt omnia ad eius voluntatem referrent, licet iniuſtam. Nam *eccum*, non mihi videtur congruere, vt ad ſingulas conſultationes, etiã de abſente reſponderent, *eccum*. Et ſane ſi nihil niſi ex eius voto reſponderent, omnis vſus ſcientiæ iuris periturus erat. Et hoc eſt quod dixit Suetonius. *Quaſi ſcientiæ omnem vſum abolituru*s. Alludebat Caligula ad verbum *eccum* pro *æquum*. Nam officium Iuriſconſulti eſt de æquo reſpondere. Sed redeo ad Tacitum, quo inſpecto propius, cenſui legendum, *impetus æqui*. Sueton. 25. in Claudio. *Germanorum legatis in orcheſtra ſedere permiſit, ſimplicitate eorum & fiducia motus, quod in popularia deducti, cum animaduertiſſent Parthos & Armenios ſedentes in Senatu, ad eadem loca ſponte tranſierant, nihil deteriorem virtutem aut conditionem ſuam prædicantes.*

Suetonius correctus.

Eoſdem agros Anſibarij occupauere, validior gens non modo ſua copia, ſed adiacentium populorum miſeratione: quia pulſi a Chaucis & ſedis inopes, tutum exilium orabant. Aderatque ijs clarus per illas gentes, & nobis quoque fidus, nomine Boiocalus, vinctum ſe rebellione Cheruſca, iuſſu Arminij referens, mox Tiberio & Germanico ducibus, ſtipendia meruiſſe, quinquaginta annorum obſequio.[2] Id quoque adiungere, quod gentem ſuam ditioni noſtræ ſubijceret. *Quotam partem campi iacere, in quam pecora & armenta militum aliquando tranſmitterentur? Seruarent ſane receptos gregibus*[3] *inter* * *hominum famam, modo ne vaſtitatem & ſolitudinem mallent, quam amicos populos. Chamauorum quondam ea arua, mox Tubantum, & poſt Vſipiorum fuiſſe. Sicut cœlum dijs, ita terras generi mortalium datas: quæque ſint vacuæ, eas publicas eſſe.* Solem deinde reſpiciens, & cætera ſidera vocans, quaſi coram interrogabat, *vellentne contueri inane ſolum? potius mare ſuperfunderent aduerſus terrarum ereptores.*[4] Et commotus his Auitus,[5] * patienda meliorum imperia.[6] Id ijs quos implorarent placitum, vt arbitrium penes Romanos maneret, quid darent, quid adimerent, neque alios iudices quam ſeipſos paterentur. Hæc in publicum Anſibarijs reſpondit, ipſi Boiocalo, ob memoriam amicitiæ daturum agros. quod ille, vt proditionis pretium, aſpernatus, addidit,[7] *Deeſſe nobis terra, in qua viuamus? in qua moriamur non poteſt.* atque ita infenſis vtrinque animis diſceſſum. Illi Bructeros, Tencteros, vlteriores etiam nationes [8] ſociaſque bello vocabant. Auitus ſcripto ad Curtilium Manciam ſuperioris exercitus Legatum, vt Rhenum tranſgreſſus, arma a tergo oſtenderet, ipſe legiones in agrum Tencterum induxit, excidium minitans, niſi cauſam ſuam diſſociarent. Igitur abſi-

* hominum inſaniam,

* patienda ait meliorum imperia.

ſtentibus his, pari metu exterritis Bructeris, & cæteris quoque aliena pericula deſerentibus ſola Anſibariorum gens retro ad Vſipios & Tubantes conceſſit: quorum terris exacti, cum Cattos, dein Cheruſcos petiſſent, errore longo; hoſpites, egeni, hoſtes in alieno, [9] quod iuuentutis erat, cæduntur. Imbellis ætas in prædam diuiſa eſt.

1 SVA COPIA.] Id eſt, ex ſe ſuiſque viribus. *Copia* pro poteſtate & facultate apud Iuriſconſultos.

2 ID QVOQVE ADIVNGERE.] Scribe, *adiungens*.

3 INTER HOMINVM FAMAM.] Imo, *inter hominum infamiam*. Sic enim legendum eſt. Peſſime enim audiebant apud populares, qui ſe ad Romanos recepiſſent, vt Rex Marabaudus, de quo noſter lib. 2. *Inuiſum popularibus Regem Marabauduum*. Inde illa Armenij exprobratio ad Flauium fratrem, *quod gentis ſuæ deſertor & prædo, quam imperator haberi mallet.* Pſyllus ego, aut Marſus, qui hunc ſerpentem Taciti floribus proſerpentem beſtiam contriuerim.

Inter hominum infamiam, nō, inter famam.

4 ET COMMOTVS.] Repono, *nec commotus his Auitus*, id eſt nullo modo his percuſſus. Nam Auito auitum fuit non commoueri, cum inter maximos duces reponatur, & duces Romanos, & quod ante exteros hæc dixerit.

5 PATIENDA MELIORVM IMPERIA.] Lego, *patienda ait meliorum imperia*. Verbum enim, *ait*, comprehenditur litteris *a*, & *m*, ſequentis & præcedentis voculæ. Seneca in hunc ſenſum: *Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis*. epiſt. 109. ſed gnome eſt Græcorum:

Τῶν δὲ κρατούντων μάθε φέρειν ἐξουσίας.
Diſce pati recte imperia dominantis.

Ergo recte Cato in veteri inſcriptione. *Pareant ergo & noſcant omnes S. P. Q. R. imperium deorum numine & militum fortitudine & tueri & regi.*

6 ID DIIS PLACITVM.] Ita Virgilius 5. Æneid.

Vulgaris formula, Sic placitum Dijs.

Iamque dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honorandum (ſic Dij voluiſtis) habebo.

Horatius Satyra 6. lib. 2.

Vnde homines operum primos, vitæque labores
Inſtituunt (ſic Dijs placitum) tu carminis eſto
Principium.

Florus lib. 1. cap. 1. *Quirinum in cælo vocari placitum Dijs, ita gentium imperio Roma potiretur.* Plautus in Rud.

Hoc Deo complacitum eſt, me hoc ornatu ornatam.

7 DEESSE NOBIS.] Elegantiſſima hæc, & vere Germana verba corrupta ſunt. Quæ ita reſtituo. *Deeſſe nobis terra in qua viuamus? in qua moriamur non poteſt.* Et Tacitus 4. Hiſt. *Quomodo lucem noctemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperit.* Ita Ciuilis alter Germanus & in eadem re. Ouid. 6. Metamorphoſ.

Quid prohibetis aquas? vſus cōmunis aquarū eſt.
Nec ſolem proprium natura, nec aera finxit,
Nec tenues vndas: ad publica munera veni.

8 SOCIASQVE BELLO VOCABANT.] Lege, *ſocia ad bella vocabant.*

9 QVOD IVVENTVTIS.] *Quotquot iuuentutis erat, cæduntur.*

Eadem æſtate inter Hermunduros Cattoſque certatum magno prælio, dum flumen gignendo ſale fœcundum, & conterminum, vi trahunt, ſuper libidinem cuncta armis agendi, religione inſita, eos maxime locos propinquare cælo, preceſque mortalium a deis nuſquam propius audiri, [1] Inde indulgentia numinum illo in amne, illiſque ſiluis ſalem prouenire, non vt alias apud gentes [2] eluuie maris areſcente vnda, ſed ſuper ardentem arborum ſtruem fuſa, contrarijs inter ſe elementis, igne atque aquis concreta. Sed bellum Hermunduris proſperum, Cattis exitio fuit: quia victores diuerſam aciem Marti ac Mercurio ſacrauere, quo voto, equi, viri, [3] cuncta victa occidioni dantur. Et minæ quidem hoſtiles in ipſos vertebantur. Sed ciuitas Bibonum ſocia nobis malo improuiſo afflicta eſt. Nam ignes terra editi, villas, arua, vicos, paſſim corripiebant, ferebanturque in ipſa conditæ nuper [4] Coloniæ mœnia. neque extingui poterant, [5] non ſi imbres caderent, non ſi fluuialibus aquis, aut quo alio humore niterentur: donec inopia remedij, & ira cladis, agreſtes quidam eminus ſaxa iacere, dein reſidentibus flammis propius ſuggreſſi, ictu fuſtium, aliiſque verberibus, vt feras abſterrebant: poſtremo [6] tegmina corpori direpta inijciunt, quanto magis profana & vſu polluta, tanto magis

Sal in ſiluis.

oppreſſura

oppreſſura ignes. Eodem anno Ruminalem arborem in comitio, quæ ſuper octingentos &[7] quadraginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus & areſcente trunco deminutam, prodigij loco habitum eſt, [8] donec in nouos fœtus reuiuiſceret.

1 INDE INDVLGENTIA NVMINVM ILLO IN AMNE.] Repone, *indulgentia numinum.* & punctum fige, mox incipe clauſulam. *Illo in amne*, &c.

2 FLVMINE MARIS ARESCENTE VNDA.] Nam Salinæ, Romæ: vnde Liuius 24. *Fœdum incendium quo æquata ſolo omnia quæ inter Salinas & Carmentalem portam.* & libr. 7. *depopulatum agrum circa Romanas Salinas prædaque partem in Cæretum fines auectam.* Rutilius in Itinerar. ita confectionem ſalis aperit, non ſine verborum mendis.

Salis confectio.

Subiectas villæ vacat aſpectare Salinas;
Namque hoc cenſetur nomine ſalſa palus.
Qua mare terrenis decline canalibus intrat,
Multifidoſque lacus paruula foſſa rigat.
Aſt vbi flagrantes admouit Sirius ignes,
Cum pallent herbæ, cum ſitit omnis ager.
Cum cataractarum clauſtris excluditur æquor,
Et fixos latices horrida durat humus.

Et alia quæ ſequuntur.

Omnis occidioni data ex præcepto Dei. Hierichuntis exciſio.

3 CVNCTA VICTA OCCIDIONI DANTVR.] Sic ſæpe in Biblijs, *cuncta occidioni data*; quodque mirere, ex præcepto Dei. Sic enim de Hiericho capta, rapta, & exciſa: *Et interfecerunt omnia quæ erant in ea, a viro, vſque ad mulierem; ab infante, vſque ad ſenem: boues quoque & oues, & aſinos in ore gladij percuſſerunt.* Ioſue 6. Sic lib. 4. Reg. cap. 3. *Percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam & vniuerſum lignum fructiferum ſuccidetis, cunctoſque fontes aquarum obturbabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus.* Sic Artaxata perijt, nec ſe fuiſſe meminit, fruſtraque in Artaxata, Artaxatam reperias. Sic apud Spartian. in Ingenuo: *Gallienus Valeriano. Non mihi ſatiſfacies ſi tantum armatos occideris, quos & fors belli interimere potuiſſet. Perimendus eſt omnis ſexus virilis. Si & ſenes & impuberes ſine reprehenſione noſtra occidi poſſent, occidendus eſt quicunque male voluit, occidendus eſt quicunque male dixit.* Sed hæc non ex regentiũ ſapientia, ſed ex pereuntium inſipiẽtia. Ioſippus Gorionis 1. li. Iudaici belli cap. 7. loquens de Gerara, vel Gadara quam euertit Veſpaſianus. *Euertit eam & percuſſit populum eius in ore gladij a viro vſque ad fœminam, a paruulo vſque ad lactantem, a boue vſque ad ouem, a camelo vſque ad aſinum, nec quidquam reliquum fecit.*

4 COLONIÆ.] Agrippinæ, quam nuper conditam dixit.

5 NON SI IMBRES.] Plinius lib. 2. cap. 2. vbi de limo flagrante ſtagni Comagenes. *Aquis*, inquit, *accenditur, terra tantum reſtingui docuere experimenta.* Eadem tradit idẽ vbi de igne Chimeræ montis. *Ignem*, inquit, *eius accendi aqua, extingui terra, aut fœno.* Vbi Longolius, *fimo.* non male. Nam fimo & fœno, vnde fumus potuit extingui. Idem quoque de ignibus Hephæſtij montis. *Flagrant*, inquit, *adeo, vt lapides quoque riuorum, & arenæ in ipſis aquis ardeant: aliturque ignis ille pluuijs.* Mirum contraria a contrarijs ali. Sed quæ miracula natura non parturit? Nuſquam mirabilior quam in aquis.

6 TEGMINA CORPORI DIREPTA INIICIVNT.] Dio narrat eadem in Actiaca pugna. Et Plutarch. ait Luculli milites naphthæ ignibus omnes pæne corruiſſe. Tamen alumine illita ignes reſpuunt. Ita Archelai turrim ligneam alumine illitam, Sylla Piræum obſidens, comburere non potuit. Quod ſcripſit Quadrigarius Annal. 11. vt refert Gellius lib. 15. cap. 1. aitque Græcos homines ad flammas ſubijciendas miſiſſe, nec quiuiſſe incendere.

Alumine illita ignibus non ſubiecta.

7 QVADRAGINTA.] Puto legendum, *Quaſi triginta.* Et noto nullam in libris maiorem ſcabiem quam in iſtis numerorum notis. D. Hieron. de eadem re expoſtulatus eſt libr. 2. Reg. Nam pro 18. millibus, *decem millia* exſcripſerant.

Ficus Ruminalis.

8 DONEC IN NOVOS FOETVS.] De iſta ficu Plinius lib. 14. cap. 18. *Colitur ficus arbor in foro ipſo, ac comitio: Romæ nata, ſacra fulguribus ibi condi[illegible], magiſque ob memoriam eius quæ nutrix fuit Romuli & Remi conditoris appellata, quoniam ſub ea inuenta eſt lupa infantibus præbens rumam,* (ita vocabant mammam) *miraculo ex ære iuxta dicato.* Quod ſcilicet Remus & Romulus infantes, ex ære facti, ibi ad miraculum poſiti eſſent, tanquam in comitium ſponte tranſiſſet. Fuere autem duæ ficus arbores, vna Ruminalis, de qua heic noſter; altera Nauia. Ficus Ruminalis, a Ruma; Nauia, a Nauio augure, quod nouaculam Nauij ibi defoſſam, ficum dicerent genuiſſe. Quod autem ſcribit Tacitus, *donec in nouos fœtus reuiuiſceret*; Suetonius in pari omine ſcribit cap. 92. in Aug. *Apud inſulam Capreas, veterrimæ ilicis demiſſos ad terram languenteſque ramos, conualuiſſe aduentu ſuo: ex quo adeo lætatus eſt Auguſtus, vt eas* (Capreas ſcilicet) *cum Rep. Neapolitanorum permutarit.* Nota optimi Principis aduentu, naturam reuireſcere, vt iniqui præſentia marceſcit.

Duæ ficus arbores. Ruminalis. Et Nauia. Ruminalis a Ruma, id eſt mamma. Nauia a Nauio Augure. Ficus ex nouacula nata.

Simile oſtentum Tiberio factũ.

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librũ mdecimum tertium Annal. C. Cornelij Taciti.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER DECIMVS QVARTVS.

Neronis audacia vetuſtate imperij creſcit.

CAIO[1] Vipſanio, Fonteio Coſs. diu meditatum ſcelus non vltra Nero diſtulit, vetuſtate imperij coalita audacia, & flagrantior in dies amore Poppææ, quæ ſibi matrimonium, & diſſidium Octauiæ incolumi Agrippina haud ſperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias[2] incuſare principem, & pupillum vocare,[3] qui iuſſis alienis obnoxius non modo imperij, ſed libertatis etiam indigeret. Cur enim differri nuptias ſuas? formam ſcilicet diſplicere,[4] & triumphales auos. An fœcunditatem, & verum animum timeri?[5] ne vxor[6] ſaltem iniurias patrum, iram populi aduerſus ſuperbiam auaritiamque matris[7] aperiat. Quod ſi nurum Agrippina non niſi filio infeſtam ferre poſſet, reddatur ipſa Othonis coniugio, ituram quoquo terrarum, vbi audiret potius contumelias imperatoris quam viſeret periculis eius mixta. Hæc atque talia[8] lachrymis & arte adulteræ penetrantia, nemo prohibebat: cupientibus cunctis infringi matris potentiam, & credente nullo, vſque ad cædem eius duratura filij odia. Tradit Cluuius ardore[9] retinendæ Agrippinam potentiæ eo vſque prouectam, vt medio diei, cum id temporis Nero per vinum & epulas incaleſceret, offerret ſe ſæpius[10] temulento[11] comptam, & inceſto paratam. Iamque[12] laſciua oſcula prænuntias flagitij blanditias annotantibus proximis, Senecam contra muliebres illecebras, ſubſidium a fœmina petiuiſſe: immiſſamque Acten libertam, quæ ſimul[13] ſuo periculo, & infamia Neronis anxia, deferret,[14] peruulgatum eſſe inceſtum gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium. Fabius Ruſticus non Agrippinæ, ſed Neroni[15] cupitum id memorat, eiuſdemque libertæ aſtu diſiectum. Sed quæ Cluuius eadem cæteri quoque auctores prodidere, & fama huc inclinat, ſeu vt conceperit animo tantum immanitatis Agrippina,[16] ſeu credibilior nouæ libidinis meditatio in ea viſa eſt, quæ puellaribus annis ſtuprum cum Lepido ſpe dominationis admiſerat, pari cupidine vſque ad libita Pallantis prouoluta, & exercita ad omne flagitium patrui nuptijs.

IN

IN LIBRVM XIIII. ANNALIVM C. CORNELII TACITI Nouarum Cogitationum liber decimus quartus.

Vipſanus, non Vipſanius.

CAio Vipsanio Fonteio Coss.] *Vipſanum* nummi ſcribunt, non *Vipſanium.* Nam Martialis libro primo epigrammat. 109.

At mea Vipſanas ſpectant cœnacula laurus.

Et Plinius lib. 2. cap. 60. *Solis defectum Vipſano & Fonteio, conſules qui fuere ante paucos annos, factum, pridie Calend. Maias* (legunt, *vndecimo Calend. Maias.* & adſtipulatur Martianus, qui in diem xi. Calendas Maias incidiſſe ait) *Campania hora diei inter ſeptimam & octauam ſenſit. Corbulo inter horam diei decimam & vndecimam, prodidit viſum: circuitu globi alia & alijs detegente & occultante.* Dio autem iſtos Conſules vocat Vipſanum Apronianum, & Fonteium Capitonem. lib. 16. Tamen Vipſanius Agrippa dictus eſt, & Vipſania eius filia, quæ Tiberio, mox Aſinio Gallo nupſit: a quibus hic Vipſanius, vt opinor.

Tamen Vipſanius Agrippa.

Et Vipſania eius filia.

2 Incusare principem.] Lego, *Incuſaret principem & pupillum vocaret.* En meretricum procacitas & proteruia, quæ, vt ait Poeta, *clune agili, femore facili, manu rapaces, lingua procaces.* Sic Amm. Marcell. 1. de Galli vxore: *Acerbitati eius vxor graue acceſſerat incentiuum. Megæra quædam mortalis inflammatrix ſæuientis aſſidue, humani cruoris auida, nihilo mitior quam maritus.* Sed amantium iræ, amoris redintegratio.

3 Qui iussis.] *Quique iuſſis alienis.* ſic lego.

4 Et triumphales avos.] Interrogans tollo, & punctum pono.

5 Ne vxor.] *Neue vxor,* ita lego.

6 Saltem.] Lege, *ſaltanti*: id eſt, dum ſaltat in theatro, & hiſtrionicam agens, cantat Agauen, aliaſque fabulas, illa aperiat iniurias patrum, id eſt, Senatus conqueſtiones, & iram populi aduerſus Agrippinæ arrogantias. Ita in Apuleio 2. Apol. pro *conſultas,* repoſuere *cum ſaltas.*

7 Aperiat.] Per interrogatiunculam lego, *aperiat?*

8 Lachrymis et arte adulteræ.] Sic enim Ouidius de arte Amandi:

Quo non ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter,
Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.

Sic fit victrix Venus verecundiæ & caſtitatis.

9 Retinendæ Agrippinam.] Somnolentia exſcriptoris verba intercalantis. Ita ſcribo, *Retinendæ potentiæ Agrippinam eo vſque prouectam.*

10 Medio diei cum id temporis Nero per vinum et epulas.] Id eſt meridie, & cum id temporis Nero per vinum & epulas incaleſceret. Sic enim D. Hieronym. epiſt. 10. *Non Ætnæi ignes, non Vulcania tellus, non Veſuuius, & Olympus tantis ardoribus æſtuant, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapibus inflammatæ.* Ideo Martialis inter epulas cupit ſua Veneria legi, etiam a ſapientibus, vt a Plinio. epigramm. 19. lib. 10.

Seras tutior ibis ad lucernas.
Hæc hora eſt tua, dum furit Lyæus,
Dum regnat roſa, dum madent capilli,
Tunc me vel rigidi legant Catones.

Heic autem de tempeſtiuis, & intempeſtiuis conuiuijs tractant. Tempeſtiua conuiuia vocant, quæ ante nonam; intempeſtiua, quæ in noctem. Probo intempeſtiua conuiuia quæ in noctem. Nam nox intempeſta dicitur, quæ vltra ſupremam tempeſtatem, & Solis occaſum. Solis enim occaſus ſuprema tempeſtas eſt, non modo litigioſis, ſed etiam negotioſis hominibus. Et operarum principium eſt Aurora. Terentius.

Luceſcit: ceſſo iam pultare oſtium Vicini?

Et Horatius.

Mane domo vigilare, clienti promere iura.

Meridies, medius diei punctus, & *melior pars diei,* ait Virgilius; occaſus, finis negotiorum omnium. Ideo *nox intempeſta* dicta, quod non eſſet opportuna negotijs gerendis. Sed habeo quod rogem. Si intempeſtiuum dicitur quod fit minime in tempore, & cum tempus agēdi nullum eſt: cur non intempeſtiua conuiuia dici iure poſſint, quæ citius ſolito exerceantur? Vtraque enim minime in tempore. Iterum rogo. Si tempeſtiua ſunt conuiuia quæ ante nonam, quomodo Catoni adeo grata, vt fateretur ſe eis delectari? Nam primum ea conuiuia contra bonos mores, cum *in filio ea caſtiget pater, & exprobret,* vt ait Seneca. Atqui non eſt Catonis agere contra bonos mores; nec tantum contra bonos mores, ſed contra ſolitum accumbendi morem ciuitatis, qui mos erat frugi & plenus temperantiæ. Addo tempeſtiua illa conuiuia, quæ ante nonam, eſſe moleſta, & incommoda conuiuatori; imo inciuilia prorſus. Cicero 11. ad famil. ad Brutum, *Qui nos intempeſtiue adeunt, moleſti ſæpe ſunt.* Sed Martialis feſtiuo quodam ad Cæcilianum epigr. id demonſtrat. Sic Sueton. in Aug. cap. 74. *Nunquam ſerius inibat conuiuia, & maturius relinquebat, cum conuiuæ & cœnare inciperent, & permanerent digreſſo eo.* Accedit quod Catoni Cēſorio, iſtud turpiſſimum fuiſſet, incurrere in peſſimos mores, quos virgula cenſoria tangeret. Plus dico, ſæculo priſci Catonis, (nam de eo loquitur Cicero) extitiſſe paucos, qui ante nonam accumberent; iſtud enim ſæculum erat frugi. Nec ſubſiſto, ſed inſuper addo; Catonem (ſi ita foret) non tempeſtiuis, ſed intempeſtiuis conuiuijs delectatum potius. Quod probat hoc verſu Martialis lib. 2. epigramm. 89.

Quod nimio gaudes noctem producere vino,
Ignoſco: vitium, Gaure, Catonis habes.

Poteſt tamen Martialis verſus ad Catonem Vticenſem referri: Quippe etiam eodem vitio ipſe male audiebat. Nam Plutarchus ſcri-

Ooo

bit Memmium quendam de Vticenſi dixiſſe, *tota nocte eſſe ebrium*; & Ciceronem reſpondiſſe: *Quin tu ais, tota die eum alea ludere?* At Horatius de priſco dixit 3. Odar.

Narratur & priſci Catonis
Sæpe mero caluiſſe virtus.

Quæ non niſi de Portio Catone poſſunt intelligi. Et Cicero librum vocat Catonem maiorem, ſeu de Senectute, ad excluſionem Catonis Vticenſis; inducitque eum de ſe & ſuis conuiuijs tempeſtiuis loquentem, & gaudentem. Ego vero tempeſtiua iſta quæ putant conuiuia, culpari video ab omnibus: ideoq. nunquam a Catone probata fuiſſe mihi perſuadeo, nedum frequentata. Nam Martialis vocat *nequiora conuiuia*, etiam Domitiani temporibus, quibus in luxu & luxuria tantum cuique licuit.

Mimos ridiculi Philiſtionis,
Et conuiuia nequiora vita.

Exiſtimo autem tempeſtiua conuiuia fuiſſe publica, quæ ſtatis, indictiſque diebus ſacerdotes præberent, quibuſque liceret, & tempeſtiuius accedere, & intempeſtiuius recedere: ijſque delectatum Catonem puto, quod in ijs honeſta omnia eſſent. De tali conuiuio, Plautus.

Quid tunc ſi in ædem ad cœnam veneris,
Atque ibi opulentus tibi par forte vt venerit,
Appoſita ſit cœna, popularem quam vocant?

Seneca pater libr. 9. Controu. 2. *Quid ſi per Deos immortales nullo die populo inſpectante in foro conuiuium habuiſſes?* Addo nuptiales cœnas, & quædam ſumptuoſiora ſeu liberaliora conuiuia, & populares epulas, quas triumphis erogabant populo, quibus Cato interfuit, vt in epulo illo Domitiani, de quo lib. 8. epigramm. 39. Martialis. Suntque hi honeſti ſermones quibus Cato delectabatur. Priuatæ autem epulæ merito damnatæ; quibus a media die ad mediam noctem epulabantur, imo ad nouos Solis radios. Qua de re dixi libr. 3. in verbo, *noctem conuiuiis.* Et ſane priſcis & ſobrijs Romanis, ſola cœna erat, vti etiam priſcis Francis, qui veſpere tantum edebant, ſumebantque iuſculum: inde *Soupper* apud nos; quod verbum notat ſonitum, qui editur in ſorbitione iuſculi: Quippe priſca frugalitas cochlearia non norat, ſed ore ſorbebat. Romani poſtea medio die aliquid ſumpſerunt, & prandium dixerunt, quod cibos prenderent ederentque. Vnde Catullus:

Vos conuiuia lauta ſumptuoſe
De die facitis: mei ſodales
Quærunt in triuio vocationes.

Cicero. *Ego qui cœnis a meride ad multam noctem productis, delectabar.* Eoſdem Franci imitati ſunt, qui meridie, id eſt media die, cibos guſtarent: vocantque *Diſner* a verbo δειπνέω, quod eſt, guſto, authore Plutarcho in Sympoſ. Prandium a πρὸ τῆ ἐνδίου, quod meridie ſumeretur. Homerus tamen ἄριστον vocat. Et fiebat etiam apud Hebræos hora duodecima, ſiue meridie. Daniel. capite 13. Apud Chriſtianos non ante nonam ieiunia frangebant. Prudentius in hymn. D. Fructuoſi.

Quoſdam de populo videt ſacerdos
Libandum ſibi poculum offerentes:
Ieiunamus, ait, recuſo potum,
Nondum nona diem reſignat hora,
Nunquam conuiolabo ius dicatum,
Nec mors ipſa meum ſacrum reſoluet.

Poſtea Romani non a meridie, ſed a decima, mox a nona; etiam ab octaua & ſeptima, & quinta, imo a luce ipſa. Sic creuit gula. De nona Cicero 9. ad famil. ad Pætum. *Accubueram hora nona.* Vera erat accumbendi hora, octaua temperabat thermas; ſeptima calefaciebat, ſexta thermæ Neronianæ calebant. De octaua, Martial. libr. 10. epigramm. 48.

Nuntiat octauam Phariæ ſua turba iuuencæ.

De ſeptima, Sueton. in Calig. cap. 58. *Hora quaſi ſeptima cunctatus an ad prandium ſurgeret.* De quinta, dixi ſupra ex Martiale, ſed addo ex Auſonio.

Soſia, prandendum eſt, quartam iam totus in horam
Sol calet, ad quintam flectitur hora notam.

De luce, Horatius,

Si bene qui cœnat, bene viuit: lucet, eamus
Quo ducit gula.

Romani etiam guſtationem habebant ante cœnam, vti noſtri Franci: olim erat autem cœnæ pars antecurſoria. Petronius. *Diſcubuimus, & guſtatione multifaria initiati, vino etiam Falerno mundabamur.* Dicimus *le Gouſter.* *Cremutius Cordus*, inquit Seneca, *aſcendit cubiculum quaſi guſtaturus.* De conſol. ad Mart. Erat & ientaculum, quod ieiunij ſolutionem innuit, ſed pueris ſtomacho calentibus hæc parata potius, quam viris dicata: licet & viri & fœminæ ientarent. Martial. libr. 1. epigramm. 88.

Paſtillos Coſmi luxurioſa voras:
Iſta linunt dentes ientacula.

Plautus in Curcul.

Quid anteponunt Venerio ientaculo?

Idem in Menæchm.

Mihi, tibi, atq. illi iubebo iam apparari prandium.

Et poſtea.

Cur igitur tibi me iuſſiſti coquere prandium?

Et nota *coquere*: nam in eo aliquid coctι. Nos dicimus *le Deſieuner.* De comeſſatione, ſupra iam diximus. Sed eſt alia pars cibatiorum, quæ a nobis dicitur *collatio*: Franci dicunt *Collation.* Hæc enim a Chriſtianorum inſtitutis profluxit: Et fit in ieiunio, in quo cibi parcitas, mica eſt, ad quam iſtud Martialis libr. epigramm. 59. aptari poteſt.

Mica vocor. Quid ſim cernis? cœnatio parua.

Vere *cœnatio.* Nam cœnatio pauperum, cœnæ diuitum: cœnationes paruæ, cœnæ amplæ; cœnationes in cœnaculis, cœnæ in atrijs: cœnacula in ſuperiori ædium parte, atria in inferiori. Virgilius 1. Æneid. in cœna data Æneæ.

--per ampla volutant
Atria, dependent lychni laquearibus aureis.

Fiebat autem illa collatio a preſbyteris, & Monachis die Calendarum vniuſcuiuſque menſis, qui in alicuius fratrum domo conueniebant,

ueniebant, & ibi conferebant. de diuinis, vnde *collatio* dicta; tum quod veſcebantur ibi de confertis. *Conferta* autem vocabant panem & vinum quod conferebant. Nam in capitulis Græcarum Synodorum, ex Martino Bracarenſi. *Non oportet aliquid aliud in ſanctuario afferri; præter panem, & vinum, & aquam.* Canon: 55. & Canon. 61. *Non liceat ſacerdotes, vel clericos, ſed nec religioſos laicos, conuiuia facere de confertis.* Ideo in Concilio Nanctenſi, quod habitum fuit ſub Arnolpho imperatore; ſed in quo veterum Canonum multa renouantur, & præclara; ita ſcriptum fuit. *Quando presbyteri per Calendas ſimul conueniunt poſt peractum diuinum myſterium, ad neceſſariam collationem, non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandium, ibi ad tabulas reſideant.* Hic autem Canon non repetitur in concilio Nanctenſi, vt nec duo alij, quos Gratianus ſuis compilationibus addit, diſt. 44. quod arguit corruptum valde eſſe illud Concilium, licet egregium. Sed inde apparet collationem illam parcam & frugalem menſam extitiſſe, quæque preſbyteros deceat, ſimilemque prandio, quod momentaneum erat, non cœnæ, quæ diuturnior. Nam cœna copioſa erat, & longa; prandium breue & frugale. Et certe prandium illud erat tantum guſtatio. Priſcique Franci habebant tantum guſtationem & cœnam. Hodie habent ientaculum, prandium, guſtationem & cœnam. Horatius, de prandio Romanorum.

Pranſus non auide quantum interpellet inani
Ventre diem durare.

Contra Nero *prandebat ad ſatietatem*, ait Sueton. in eius vita. Dixi breue: ideo Martialis, vbi de prandio ſobrio, in quo ſobria verba, & ſobrij conuictus.

Accedent ſine felle ioci, nec mane timenda
Libertas, & nil quod tacuiſſe velis.

Ideo *ſobria* dicta *prandia*, vt *ſobrij verſus*, non aculeati, nec laſciui, ſed modeſti. Nam idem de ſobrio verſu lib. 11. epigramm. 18.

Inuenies & quod mane Sabine legas.

Ita Seneca, ſine menſa ſuum prandium facit, epiſt. 83. Sed ſum forte

Plenior, & non te delectat copia, iuſto.

Itaque mihi currenti per hæc ſpatia, do frenos, & reſiſto.

10 TEMVLENTO.] Temulentus, temeto multo impletus. *Agite, exite, temulentum tollite.* ait Nonius ex Feſto. Et idem. *filias habeo temulentas.* Et Lucillius:

Vertitur œnophoris fundus ſententia nobis.

Ob temulentiam videlicet. Sed iam dudum ſcriptum eſt a Rege ſapiente: *Noli regibus, o Lamuel, dare vinum, ne forte bibant & obliuiſcantur iudiciorum & mutent cauſam filiorum pauperis.* Ideo dicebat idem: *Cogitaui in corde meo abſtrahere a vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam.* Nam hcic temulentus Nero inceſtum parat. Vnde illud verum quod Diuus Ambroſius libr. de Elia. *Fuit ebrietas origo inceſti, peſſimæ regenerationis partus deterior.* Et ſane, *luxurioſa res vinum, tumultuoſa ebrietas. omnis qui cum his miſcetur non erit ſapiens*, inquit Salomon. Nam vino dementamur, ſobrietate philoſophamur. Et reges Ægyptij vinum non bibebant. Pſammitichus primus vinum bibit inter reges Ægyptiorum. Plutarch. in Iſide & Oſiride: & peſſimo exemplo.

11 COMPTAM ET INCESTO PARATAM.] Mulieres oculis venaturam faciunt, atque aucupium crinibus.

Cura comarum muliebris.

Tertullianus de oculis, libr. de virgin. vel. *Inuicem ſe eadem oculorum genera deſiderant. Eiuſdem libidinis eſt videri & videre. Tam ſancti viri eſt ſubfundi, ſi virginem viderit, quam ſanctæ virginis ſi a viro viſa ſit.* Lucan. libr. 10.

Vultus adeſt precibus, facieſque inceſta pererrat.

D. Paulus ait *Capillum eſſe capitis muliebris gloriam*, 1. Corinth. 2. & *pro velamento comam eis datam ad pudorem.* De crinibus innuit Horatius, qui comas vocat *plumam ſuperbiæ*, ode 10. lib. 4. Et ad Lydiam.

Coma pluma ſuperbiæ.

Nos cantabimus inuicem
Neptunum & virides Nereidum comas.

Claudianus de iſto capillorum decore multa. Inde verſus Neronis de Poppææ capillamento, & poema quod *Succinum* vocauit, vt ait Plinius: & quod vento agitatum, miram dabat collo gratiam. Vnde carmen ipſius a Seneca notatum.

Succinum poema Neronis.

Colla Cytheriacæ ſplendent agitata columbæ.

Sane non modo capillatura ſuperbiunt fœminæ inter homines; ſed & inter bruta animalia equæ. Nam in iubis decus ponunt; idque ſentiunt ipſæ & gloriantur. Iubatæ equis generoſis ſe ſupponunt, & pulchræ pulchris equis miſcentur. Sciſſa iuba aſinos excipiunt, quod in capillatura faciunt nunquam. Ideoque prurigæ antequam eas aſinis copulent, crines abſcindunt. hoc in vſu eſt, & tradit Plinius dum ait: *Equarum libido extinguitur iuba tonſa.* At de equorum iubis ita Claudian. in nupt. Hon. & Mariæ.

Nobilis haud aliter ſonipes quem primus amoris
Sollicitauit odor, tumidus quatienſque decoras
Curuata ceruice iubas, Pharſalia rura
Permeat.

Non crediderim tamen ſolo crine comptam dici Agrippinam, ſed de habitu etiam oris, & corporis & reliquo lenocinio. Nam ita Diuus Hieronymus epiſtol. 109. *Quid facit in facie mulieris Chriſtianæ purpuriſſus & ceruſſa; quorum alterum ruborem genarum labrorumque mentitur, alterum candorem oris & colli?* Idem ad Demetr. præciſe, velut acu, hæc ornamenta pingit, quia non tantum inſania, ſed rabies eſt.

12 LASCIVA OSCVLA.] Quæ partes adulterij, vt heic inceſti. Tertullianus de monog. *Adulterium non modo in oſculis, amplexibus, & carnis congreſſione, ſed etiam ſi oſculum quis impegerit libidinoſe, & animam commouerit impudice.* Sic noſter infra. *Laſciua oſcula, prænuntias flagitij blanditias annotantibus proximis.* Quod pro culpa eſt. Nam nec iſtius criminis ſuſpicio ſine culpa. Ei oportet Cæſaris vxorem vacare ſuſpicione. Iſtudque La-

Anima commota pro peccato eſt.
Laſciua baſia anteambulones flagitij.

berii in Neronem torqueri poteſt.

Quænam mens? quænam deliritas vos
Suppolitores facit cum cano eugio puellitarier?

Canum eugium vocat muliebrem ſemitam iam anilem & præ ſenio caneſcentem. Sic Horatius dixit Cupiennium *albi ſeminalis miratorem.* *Suppolitores* autem vocat pro *Suppilitores* qui pilis pilos ſupponunt: quod rem turpem notat. Et idem vtitur etiam verbo *puellitari*, id eſt, cum puellis ludere, ſaltare, laſciuire. Sic Plaut. dixit in Perſa, *puerilitèr ſtultus*. Quæ omnia verba ſunt antiqua quidem, ſed antiquæ laſciuiæ, & inſaniæ, & verba nimium Romana. Feſtus ſic dixit *Teſticulari*, pro *teſticulis ludere*, vt Dio ait Agrippinam libidinoſis aſpectibus Claudium patruum & filium Neronem ſibi ſubieciſſe. Vtinam liceret, dixit: ſi vis licet, reſpondit mater.

Fœminæ pellices non amant.

13 SVO PERICVLO.] Quod ſcilicet ei periculum immineret ab Agrippina, non patiente ſibi pellicem ancillam. Et quod Nero princeps inceſtuoſus, ſibi copulata matre, haberetur. Quod odioſiſſimum.

14 PERVVLGATVM INCESTVM GLORIANTE MATRE.] Agathias Hiſtor. 2. narrat temporibus Coſroæ, cum per vanitatem philoſophos quoſdam Græcos acceſſiſſet & ſuæ profectionis eos pœnituiſſet. (nam æque cum eo profecerant, atque Plato cum Dionyſio tyranno) redeuntes nudum inueniſſe cadauer & inhumatum. quod ita volente philoſophia & mortalis naturæ obſequijs ſepelierunt. Sed nocte ſequente venerandum ſenem vni eorum apparuiſſe qui hos verſus inclamauerit.

Ne tumules inhumatum, at nudum linque cadauer
Dilacerare canes, eſcamque volucribus eſſe:
Mater enim tellus cunctorum, haud ſuſcipit illum
Qui matrem eſt auſus facto temerare nefando.

Mane vero per illum locum regredientibus, denuo cadauer inſepultum & nudum repererunt. Quod eſt memorabile in odium tanti ſceleris. Et memini Plinium narrantem de equo qui cogente proriga cum velatus matrem inſiliſſet; velo abacto, cognito ſcelere ſe in ſcopulos præcipitauit. En inceſtæ copulationis peſſimus ſemper exitus. Hoc Oedipi norunt. Imo & Oedipi infœlix ſoboles Polynices cum fratre ſunt experti. Nec enim tellus tam infanda pondera ſuſtinet. Et ille terræ motus qui Neronis interitum præceſſit, docuit ſatis. Quia vltrix tellus (ait Dio) & eorum animæ quos interfecerat, crudeliter eius capiti iam inſultabant. Et nouiſſima fuit eius vox:

Mori iubent me coniux, mater & pater.

Hoc autem facinus vulgare eſt apud Perſas, cum Ninus filius matrem Semiramin Aſſyriam ad coitum eum prouocantem interfecerit. Et Pariſatis mater Artaxerxis non quidem ab eo necata, ſed repulſa & vitata fortiter & viriliter. Ideo Tert. in Apologet. *Perſas cum ſuis matribus miſceri Cteſias refert. Perminxit matrem ille quia triſtatur.*

Nero materni concubitus cupitor.

15 CVPITVM ID MEMORAT.] Id eſt Neronem, non Agrippinam, vſuariam matris operam deſideraſſe in coitu, & tali cupiditate diſiectum Actæ blanditijs, & aſtu. Sic vitium matris vitium maius pellit. Suetonius tamen non dubitat. nam ſcribit: *Matris concubitum appetiſſe nemo dubitauit.* 28. in Nerone; & probat multis rationibus. Quod ſcelus infandum eſt. Nam de materno vtero id dicendum eſt quod Lucillius ſcribit.

Nemo iſtum ventrem pertundet, delicet vti.

Sic Tennes Cygni filius, Neptuni nepos, Peribœam nouercam deſpexit, Hippolytus Phædram. Sed generoſus animus his probris non ſe polluit: nec iſtis immoramur turpiculis nugis.

Tacitus correctus.

16 SEV CREDIBILIOR.] Lego, *ſeu vt credibilior.*

Igitur Nero vitare ſecretos eius congreſſus. Abſcedentem [1] in hortos, [2] aut Tuſculanum vel [3] Antiatem in agrum, laudare quod otium laceſſeret. Poſtremo vbicunque haberetur, prægrauem ratus, interficere conſtituit, hactenus conſultans, veneno, an ferro, vel qua alia vi. Placuitque primo venenum. Sed inter epulas principis ſi daretur, referri ad caſum non poterat, tali iam Britannici exitio. Et miniſtros tentare arduum videbatur [4] mulieris vſu ſcelerum aduerſus inſidias intentæ. atque ipſa præſumendo remedia [5] munierat corpus. Ferrum & cædes quonam modo occultaretur nemo reperiebat, & ne quis illi tanto facinori delectus, iuſſa ſperneret metuebat. Obtulit ingenium [6] Anicetus libertus, [7] claſſis apud Miſenum præfectus & [8] pueritiæ Neronis educator, ac mutuis odijs Agrippinæ inuiſus. Ergo nauem poſſe componi docet, [9] cuius pars ipſo in mari per artem ſoluta effunderet ignara: [10] Nihil tam capax fortuitorum quam mare, & ſi naufragio intercepta ſit, quem adeo iniquum, vt ſceleri aſſignet, quod venti & fluctus deliquerint? [11] Additurum principem defunctæ

templum

templum, & aras & cætera oſtentandæ pietati. Placuit ſolertia, tempore etiam adiuta, quando [12] Quinquatruum feſtos dies apud [13] Baias frequentabat. Illuc matrem elicit, ferendas parentum iracundias, & placandum animum dictitans, quo rumorem reconciliationis efficeret, acciperetque Agrippinam, [14] facili fœminarum credulitate ad gaudia venientem. Dehinc [15] obuius [16] in littora (nam Antio aduentabat) excipit manu & [17] complexu, ducitque [18] Baulos: id villæ nomen eſt, quæ promontorium Miſenum inter & Baianum lacum flexo mari alluitur. Stabat inter alias, nauis ornatior, tanquam id quoque honori matris daretur. Quippe ſueuerat [19] triremi, & claſſiariorum remigio vehi. Ac tum [20] inuitata ad epulas erat, vt occultando facinori nox adhiberetur. Satis conſtitit extitiſſe proditionem, & Agrippinam, auditis inſidijs, an crederet ambiguam, geſtamine Baulos peruectam. [21] Ibi blandimentum ſubleuauit metum, comiter excepta, ſuperque ipſum collocata. Nam pluribus ſermonibus modo familiaritate iuuenili Nero, & rurſus adductus quaſi ſeria conſociaret, tracto in longum conuictu, [22] proſequitur abeuntem arctius oculis & pectori hærens, ſiue explenda ſimulatione, ſeu perituræ matris ſupremus aſpectus, quamuis ferum animum retinebat.

1 IN HORTOS.] Cæſarum ſcilicet. De quibus dixi.

2 AVT TVSCVLANVM.] Locus Ciceronis ingenio, & dominio valde celebris: quique primum Syllæ fuit, & in quo pinxit quomodo ab exercitu fuerit corona donatus. Plin. lib. 16. cap. 6. Fuit etiam Hortenſij, ſi bene memini apud Dionem. Fuit & aliorum M. Piſonis, vt ſcribit Gellius libr. 2. capite 20. Ibique ſtruxit leporarium, ſeu viuarium, in quo apri fuere multi. Fuit & Catonis Valerij Grammatici. Nam ita Sueton. de clar. Gram.

Tuſculanum quos nobiles dominos habuerit. Ciceronem. Hortenſium. Syllam. M. Piſonem. Catonem Valerium. Tironem Ciceronis.

Catonis modo Galle Tuſculanum,
Tota creditor vrbe venditabat.

Tuſculana autem villa a Seauri ſeruis poſtea cremata fuit: deinde reparata, ad Ciceronem peruenit. De ea accipe quod ille ad Papyr. l. 9. epiſt. 14. *Domum Syllanam deſperabam iam, vt tibi proxime ſcripſi: ſed tamen non abieci.* Et ab ea violæ Tuſculanæ, atque illa *Tuſculani collis morus a Paſsieno adamata*, ait Plin. lib. 16. cap. 44. Qui bis Conſul, & orator, & Agrippinæ coniugio, & Nerone priuigno maxime emicuit. Eam enim oſculari, complectique & vino perfundere erat ſolitus, ſubterque cubare. Credis Paſſienum ſapuiſſe? deſipuit ſane, ſaltem in hac parte.

Exuſtum a ſeruis Seauri. Reparatum a M. Tullio.

In Tuſculo morus arbor a Paſsieno adamata.

3 ANTIATEM IN AGRVM.] In quo cunæ Neronis, fortunæ & equeſtris domicilium, quondam Aphrodiſium dictum. Huc conceſſiſſe credo Agrippinam, quod Tiberius ſumptuoſiſſimis ornaſſet ædificijs; & Nero porticu, qua carebat, inſtruxit. Titus Liuius. *Antium, vt tum res erat, opulentiſſimum nacti.* Quod innuit, poſtea fortuna, & diuitijs excidiſſe, vt ſunt omnia æui mutantis. Nam ὁ βίος τύχος, ait Phocylides.

Ager Antias. Cuna Neronis. Domicilium fortunæ equeſtris. Dictum Aphrodiſium. Ornatum ædificijs a Tiberio. Et porticu a Nerone.

4 MVLIERIS VSV SCELERVM.] Non puto ingenuam lectionem; & aliquid additum, aut detractum ſuſpicor, licet ferri poſſit lectio. Sed videant acutiores. *Præſumere* autem ait, pro *anteſumere*, & *præcipere*. Sic Quintilianus dixit *Præſumptiones* libr. 9. Sic Virgilius lib. 11.

Quid Præſumere.

-- & ſpe præſumite bellum.

Ita Tert. in Apologetico. *Ex confeſsione nominis iam præſumpſerat.* Ita Plin. vbi de Mithridate, l. 24. c. 2. *Vnum ei excogitatum quotidie venenum bibere, præſumptis remedijs, vt conſuetudine ipſa innoxium fieret.* Et hoc eſt quod ait Martialis libro 5. ep. 76. de Mithridate, profuiſſe Mithridati toties poto veneno, ne toxica illi nocerent. Et quoniam veneno viuunt anates, ab ijs Mithridatem ſumpſiſſe remedium putant.

Venenum per venenum innoxium.

5 MVNIERAT CORPVS.] Quod Principibus frequens, quibus venenis potius, quam libero fato vita cadit. Sic cecidit Mithridates, ſic magnus Antiochus, & alii complures vertices coronati. Et ſane de hac Agrippina Sueton. ait, *ter veneno tentatam a Nerone, ſed corpus præmuniuiſſe.* In Nerone cap. 34. Idem Suetonius in Caligul. cap. 29. *Trucidaturus fratrem, quem metu venenorum, præmuniri medicamentis ſuſpicabatur. Antidotum, inquit, aduerſus Cæſarem?* Et fuit apud Cæſares corpus Prægustatorum. Nam Epitaphium vetus, *Zoſimi procuratoris corporis prægustatorum.* Sic Halotus fuit prægustator Claudij. Sueton. 44. in Claudio.

6 ANICETVS.] De eo vide Tacit. 3. Annal. Nam ad Veſpaſianum vixit, ſi is eſt, fuitque pars bellorum ciuilium. Vocatur a Tacito, Polemonis Regis Ponti *libertus & claſsis regiæ præfectus*: quod de Neromana claſſe poteſt

intelligi. Sed nec Tacitus ſiluiſſet Agrippinæ necem ſi is fuiſſet. Deinde non Pontum, ſed nactus eſt Sardiniam.

Præfectus claſſis habebat milites ſub ſe claſſiarios.

7 CLASSIS APVD MISENVM PRÆFECTVS.] Habebat hic præfectus ſub ſe claſſiarios milites, qui aliquando in militum raritate, ex remigibus capiebantur. Sueton. in Galba. Et de claſſiarijs iſtis militibus cape quod Claudianus 1. de laud. Stil.

Vexillum nauale dares, ſub puppibus ibat
Ionium.

Tacitus libr. 4. *Italiam vtroque mari duæ claſſes, Miſenum apud & Rauennam proximumque Galliæ litus roſtratæ naues præſidebant.*

8 PVERITIÆ NERONIS EDVCATOR.] Neronis pædagogum vocat Sueton. cap. 35. in Ner. vti Plautus.

Pædagogus mihi fuit a puero paruulo.

Sed iam dixi.

Chriſtiani fluctibus expoſiti per ſolutionem nauis.

9 CVIVS PARS IPSO IN MARI.] Eadem nequitia in Chriſtianorum necem factitata eſt. Ita enim Prudentius in hymno D. Hippolyti.

En tibi quos properes rimoſæ imponere cymbæ,
Pellere & in medij ſtagna profunda freti:
Quos vbi ſuſceptos rapidum male ſuta per æquor
Vexerit, & tumidis celſa labarit aquis.
Diſſociata putrem laxent tabulata carinam,
Conceptumque bibant vndique naufragium:
Squammea cœnoſo præſtabit ventre ſepulchrum
Bellua, conſumptis cruda cadaueribus.

Dio Anicetum excuſat. Fabricandæ nauis non authorem facit, ſed Neronem.

Dio tamen, non ex Aniceti conſilio hanc nauem fabricatam narrat, lib. 61. ſed in theatro, cum vidiſſet Nero nauim ita per ſe diſſolui, & emiſſis beſtijs rurſum firmari, ſimilem iuſſit ædificari. Sed theatralis ad voluptatem; hæc facta ad crudelitatem.

Mare capax fortuitorum.

10 NIL TAM CAPAX FORTVITORVM QVAM MARE.] Id eſt, quod Syneſius firmat epiſt. 4. οἷα δὴ τὰ θαλάττης, ἄδηλον δήπου καὶ ἔτι καὶ παρ' ὑμῶν λέγεται. *Vt maris res habent (incertæ videlicet, & ſunt & a vobis dicuntur.)* Sic Pittacus. *Quid infidum? mare. Quid fidele? Terra.*

Correctio Taciti.

11 ADDITVRVM PRINCIPEM DEFVNCTÆ TEMPLVM.] Itane additurum templum, nondum cogitatum, nondum decretum a principe, nondum conſultum a Senatu, nondum factum, nondum dedicatum. oportuit prius Agrippinam inter Deos collocare. Lege ergo cum fiducia. *Addit decreturum principem defunctæ templum, & aras.* Sic tragulam iſtam ſcindo, quæ ad veritatem occludit iter.

Quinquatrus. Mineruæ feſtū. Fama Demoſtenis & Ciceronis votis cupita. Vnde nomen Quinquatrus. Id eſt, iunctus quintus dies diebus quatuor.

12 QVINQVATRVVM.] De iſto Mineruæ feſto, Iuuenalis.

Eloquium aut famam Demoſthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, & totis Quinquatribus optat,
Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam.

Sic Ouidius, vbi de etymologia nominis.

Nominaque a iunctis quinque diebus habent.

Quia ſcilicet Iduum intercalatione ſeparatus dies a quatuor, eis iungatur, & Quinquatrus dicatur, quaſi quintus dies quatuor iunctus. Tertull. de Idolol. *Quis ludimagiſter, ſi non tabularia Idolorum, Quinquatria tamen frequentabit?*

Baiæ a quo dictæ.

13 BAIAS FREQVENTABAT.] *Baiæ ab Vlyſſis ſocio Baia*, ait Strabo. Et in ijs portus Iulij, ait Sueton. in Aug. cap. 16. Quas *amænas* vocat Horatius. Seneca de Baijs. *Habet quaſdam naturales dotes, quia ſibi illum locum celebrandum luxuria deſumpſit*, epiſt. 51. Silius Italicus lib. 12.

A ſocio Vlyſſis. Amœnæ dictæ.

—— docet ille tepentes
Vnde ferant nomen Baiæ, comitemque dediſſe
Dulichiæ puppis ſtagno ſua nomina monſtrat.

Et tepentes. Vnde nomen.

Plinius cap. 2. lib. 31. vbi loquitur de ſalubribus aquis. *Nuſquam largius quam in Baiano ſinu, nec pluribus auxiliandi generibus.* Hunc Nero frequentabat, vt ait noſter, duxeratque foſſam a Baiano lacu, Hoſtiam vſque. Plin. libr. 14. cap. 6. Extat nobile epigramma de Baijs lib. 11. epigr. 8. apud Martial.

Abundantes ſalubribus aquis. Frequentabat Nero. Cuius foſſa a Baiano lacu Hoſtiam vſque.

Littus beatæ Veneris Baias,
Baias ſuperbæ blanda dona naturæ,
Vt mille laudem, Flacce, verſibus Baias:
Laudabo digne non ſatis tamen Baias.

Idem lib. 6. epigr. 43. Et de Baiarum amœnitate lib. 3. epigr. 20.

An æſtuantes iam profectus ad Baias,
Piger Lucrino nauiculatur in ſtagno?

Quin memoratur Apollo Baianus, a Capitolino in Albini vita: vt Baias putes Solis amicas. Lubet heic attexere, quod modo in mentem venit, quodque ſupra prætericram ex Tacito 2. hiſtor. & magnos viros torſit. *Vnum*, inquit, *ad potentiam iter, prodigis epulis,* (lego, *prodigioſis epulis*) *& ſumptu Caianæ aquæ, ſatiare inexplebiles Vitellij libidines.* Sed quid heic, *Caianæ aquæ*? an intelligit Curtium & Cæruleum fontes, inchoato Caij opere per aquæductum in vrbem deductos, & mox a Claudio perfectos? Nugæ. nam nihil ad propoſitū illæ aquæ, quæ nullo alio quam aquarum titulo commendantur, nec *Caianæ*, quam *Claudianæ* potius dictæ. Scio etiam *Claudiam aquam*, quæ ab Appio Claudio Cæco ducta eſt in vrbem, ex Cæruleo & Curtio fontibus, vt ait Frontinus lib. 1. memorari, L. 2. §. fuit. de Orig. iur. D. vt L. vlt. de aquæductibus, in Cod. Theodoſ. Et *Caianas aquas*, vt *Claudianas*, poſſe dici. Sed nihil faciunt ad Vitellij explendas libidines: Quid ergo? Exiſtimo legendum, *hauſtu centeno Baianæ aquæ, ſatiare inexplebiles Vitellij libidines.* Et illud *C.* puto notam fuiſſe centenarij numeri, non nominis Caij, vt ſunt plurimæ in his libris. Dixitque *hauſtu centeno*, pro crebro, & frequenti hauſtu, ac indefinito, vt Cicero. *Habemus hominem confixum centum Senatuſconſultis.* Virgil. in Bucol.

Quid Caianæ aquæ.

Tacitus correctus.

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Sed quid, inquies, iſte centenarius hauſtus ad Vitellij voluptates? Dicam. *Epulas* (inquit Sueton. cap. 13. in Vitell.) *trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat: in ientacula, & prandia, & cœnas, comiſſationeſque, facile omnibus ſufficiens vomitandi conſuetudine; nec cuiquam minus ſinguli apparatus quadrigenis millibus nummum conſtiterunt.* Prodigioſa ſane ingluuies, & gulæ inſania vel rabies. Vomitione ergo Vitellius his omnibus ſufficiens, non ſic alijs, qui non ita in vomendo faciles, & ſtomacho faſtidioſi. Ergo Baianas aquas ſorbebant. Nam de Baianis aquis hoc narrat Plin.

Vitellij ingluuies. Eius vomitiones.

Baianæ aquæ ad concoctionē cibi optimæ.

cap. 2.

cap. 2. lib. 31. *Obſonia quoque percoquunt.* Nec mirum, cum aliæ ſulphuris, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ bituminis; nonnullæ etiam acida, ſalſave miſtura eſſent. Scio tamen ex Suet. c. 1. *Natum eum inſigni anno Caiana nece.* Id eſt, eo anno quo Caius a Chærea confoſſus perijt miſere. Et ſcio ex Dione lib. 59. locum in quo Caius aurigabatur, *Caianum* dictum; & ſic aquæductum Caij, Caianas aquas potuiſſe appellari, vt Caiana clades, & Caiana nex. Sueton. cap. 1. Titi. Et *Caianæ cuſtodiæ* dictæ. Seneca de tranquill. animi. Sed nihil ad aquas noſtras, quæ ſine illa interpretatione, heic turbidæ, & turbulentæ. Nec abſimile quod de vino abſinthiaco ſcribit D. Ambroſius lib. de Tob. *Si quis*, inquit, *inſtaurandum conuiuium putat, ad negotiatorem mittit, vt abſinthiaci capellam ſibi gratis deferat ad cauponem, diriget vt Picenum vinum. Nam abſintiacum concoctionem iuuat.* Dioſcor. lib. 3. cap. 49. Dixeris forſan me frigidis te curaſſe, Antonij Muſæ exemplo. Nego. & certe hiberna noſtra maxime frigent; ſed illa frigida calentibus ingenijs non ingrata erunt.

14 Facili foeminarvm credvlitate.] Vera magis omnium veraculorum conſultationibus ſententia. Vbi enim gaudium, ibi cor mulieris, iſtiſque illecebris capitur. Sic Batauos ſpecie epularum ſacrnm apud nemus cepit Ciuilis. Nam *quiſque ſua cupiditate decipitur, vt piſcis eſca.* D. Ambroſius. *Facile plerique decipiuntur, dulcibus ineſcantur epulis, capiuntur ſaltantium choris.* Et ſane mulieris illex voluptas.

Mulieris cor vbi gaudium. Quiſque ſua cupiditate decipitur.

15 Obvivs.] Tiberius, vt ait Dio libr. 57. *Cum conuiuio Conſules exciperet, ingredientes apud ianuam excipiebat, & abeuntes proſequebatur.* Quod Principatus initio factum, nec longius tractum.

16 In littora.] Puto, *littore Auerno*, ſcriptum. Nam (*a*) pro *Auerno*. Quamuis & ſcripta lectio, ſua pedamenta habeat, quibus fulciatur. ſiglum eſt igitur quod frequens in noſtro authore, & reddit rationem. *Nam Antio aduentabat*, ait.

17 Complexv.] Qui fiebat collo brachijs circundato. Quod monſtrat Virgilius 1. Æneid.

Complexus quomodo fiebat.

Ille vbi complexu Æneæ, colloque pependit.

Et 1. Horat. in Satyr.

O qui complexus & gaudia quanta fuerunt.

Ouidius. Leander Hero.

——pretium non vile laborum
Iam Dominæ vobis colla tenenda dabo.

Et idem eodem.

In tua ſi veniant alieni colla lacerti,
Sitque nouus noſtri finis amoris amor.

Silius Italicus lib. 13.

--colla amplexu materna patebat.

Et ſane collum pars muliebris amicabilior.

Candida ſidereis ardeſcunt lumina flammis,
Fundunt colla roſas.

Plautus de Amphitruone & Alcmena.

Manum prehendi & oſculum retuli tibi.

Id eſt quod ait Tacitus, *excipit manu, & complexu.*

18 Bavlos.] Portus Baiarum Bauli. Vnde Martialis lib. 4. epigr. 63.

Dum petit à Baulis mater Cærelia Baias,
Occidit inſani crimine merſa freti.
Gloria quanta perit vobis? hæc monſtra Neroni
Nec quondam iuſſæ præſtiteratis aquæ.

Nam ſpectat caſum Agrippinæ, cui tum fretum pepercit, quamuis Nerone aliter volente. Symmachus Patri ſuo, primo epiſt. epiſt. 1. *Audi verſus ad Baulorum hiſtoriam pertinentes.*

Heic deus Alcides ſtabulando armenta coegit,
Eruta Geryonis de lare tergemini.
Inde recens ætas corrupta Boalia Baulos
Nuncupat occulto nominis indicio.
Ab diuo ad proceres dominos fortuna cucurrit;
Fama loci obſcuros ne pateretur heros.
Hanc celebrauit opum fœlix Hortenſius aulam,
Contra Arpinatem qui ſletit eloquio.
Heic Conſul clarum produxit Acyndinus æuum,
Quique dedit leges Orphitus Aeneadis.
Hos inter iuuenile decus, ſed honore ſenili,
Biſſeno celſus Symmache faſce cluis.
Si te Baulorum nec dum lenta otia quærunt,
Cura habeat Iuuenem publica peruigilem.

Baiarum autem aquæ celebres tum fuere quibus in balneis vtebantur: & balnea frequentiſſima quibus ante cœnas vtebantur. D. Auguſtinus lib. 9. Confeſſ. cap. 12. ait Balneis nomen inditum a Græcis Βαλανεῖα, *quod anxietatem pellerent ex animo*, ἀπὸ τὸ βάλλειν τὰς ἀνίας.

19 Triremi.] Quam primum inueniſſe Aminoclem Corinthium, ex Thucydide tradit Plinius libr. 7. cap. 57. Tu ſi voles, eum conſule. Nam quis nauem primus, quis proram, quis ſingulas eius partes, quiſque biremem, triremem, vſque ad quinquageſimam repererit, ipſe te docebit.

Triremium inuentor Aminocles Corinthius.

20 Invitata ad epvlas.] Comiſſatorias intelligit, quæ in multam noctem, vt docui, interque Venerem & Bacchum, inter ſcorta & pocula: ideoque addit, *Vt occultando facinori nox adhiberetur.* Puto eam cœnam datam ab Othone. Ita enim Sueton. in Othon. cap. 3. *Omnium conſiliorum, ſecretorumque participes, die, quam Nero necandæ matri deſtinauerat, ad auertendas ſuſpiciones, cœnam vtrique exquiſitiſſimæ comitatis dedit.* Et hæc fuit vltima cœna Agrippinæ. Sic accipe ingentia ſcelera ingenti gaudio tegi, & ingenti velo blanditiarum.

Otho Agrippinæ vltimam parat cœnam.

Magnum ſcelus voluptate tegitur.

21 Ibi blandimentvm.] Quid ſi, *ibi blandimento illatum ſubleuauit metum*? nam docui, *quem*, pro *quæ* eum ſcribi in his libris, & duo nomina vno contineri.

22 Proseqvitvr abevntem.] Nemo melius Papinio 4. Theb. naturæ affectus in iſta proſecutione expreſſerit.

Affectus naturæ verſu expreſſus.

Sic vbi forte viris longum ſuper æquor ituris,
Cum iam ad vela Noti, & ſciſſo redit anchora fundo,
Hæret amica manus, certant innectere collo
Brachia, mananteſque oculos, hinc oſcula turbant,
Hinc magni caligo maris, tandemque relicti
Stant in rupe, tamen fugientia carbaſa viſu
Dulce ſequi, patrioſque dolent crebreſcere ventos.
Stant tamen, & notam puppem de rupe ſalutant.

Et in diſceſſu dolor.

Et Quintilian. iſtius modum proſequutionis

exequitur pulchre declam. 12. *Noſtris manibus legatum in nauem intulimus, ac ne quid moræ eſſet, pro ſua quiſque portione, etiam comeatum dedimus, retinacula incidimus, & littus ingreſſi, claſſem publicis manibus impulimus: inde fugientia vela longe viſu proſequuti, facilem emptionem, ſecundos ventos, placidum mare, non ſecus ac ſi ipſi nauigaremus, precati ſumus.* Et Apollonij Tyrij interpres. *Data*, inquit, *proficiſcendi copia, deducit eos ad littus, oſculaturque filiam & generum, & ventum eis optat.* Loquitur de Rege filiam nauigantem proſequente. Et Ouidius eadem expreſſit verſibus elegantiſſimis in Oenone Paridi.

Ah quoties, cum te vento querere morari,
Riſerunt comites! ille ſecundus erat.
Oſcula dimiſſæ quoties repetita dediſti!
Quam vix ſuſtinuit dicere lingua, vale!
Proſequor infælix oculis abeuntia vela,
Qua licet, & lachrymis humet arena meis.

Vide D. Hieronym. de obitu Paulæ, qui nauigationi proximam, iamque in naui poſitam, non ſine dolore ingenti, iſtum animi motum pingit. Suetonius ait Neronem *papillas matris exoſculatum.* Forte legendum *pupillas*, id eſt oculos. Nam oculos exoſculatum ſcribit Dio. Et olim oculos amicorum baſiabant. Plaut. in Caſina. *Pupilla, pro papilla reponendum.*

Sine tuos oculos deoſculer, voluptas mea.

Tamen Tacitus addit, *oculis & pectori hærens.* Ideoque nihil mutandum cenſeo. Noto autem abeuntes de nocte proſequi ſolitos cum lucernis & funalibus. Iuuenalis Sat. 3. *Lux abeuntibus noctu prælata.*

——comitum longiſſimus ordo:
Multum præterea flammarum, atque ænea lampas.

At Nero ad ſcelus lumine non egebat. Hic autem mos abeuntes oſculandi Perſis vſitatiſſimus, exoſus Medis tamen, vt Ioſephus tradit 11. Antiq. 4. & lib. 3. Eſdræ.

Noctem ſideribus illuſtrem, & placido mari quietam, quaſi conuincendum ad ſcelus, dij præbuere. Nec multum erat progreſſa nauis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus: ex quibus Crepereius Gallus haud procul gubernaculis adſtabat, [1] Aceronia [2] ſuper pedes cubitantis recliuis, pœnitentiam filij & recuperatam matris gratiam per gaudium memorabat: cum dato ſigno, ruere tectum loci multo plumbo graue, preſſuſque Crepereius, & ſtatim [3] * exanimatus. Agrippina & Aceronia eminentibus [4] tecti parietibus forte validioribus, quamuis oneri cederent, protectæ ſunt: nec diſſolutio nauigij ſequebatur turbatis omnibus, & quod plerique ignari conſcios impediebant. Viſum dehinc remigibus, ratem vnum in latus inclinare, atque ita nauem ſubmergere. Sed neque ipſis promptus in rem ſubitam conſenſus, & alij contra nitentes dedere facultatem lenioris in mare iactus. Verum Aceronia imprudens, dum ſe Agrippinam eſſe, & vt ſubueniretur matri principis clamitat, contis & remis, & quæ ſors obtulerat, naualibus telis conficitur. Agrippina ſilens, eoque minus agnita, vnum tamen vulnus humero excepit. Nando, deinde occurſu * lenunculorum Lucrinum in lacum vectam, villæ ſuæ inferunt. Illic reputans, ideo ſe fallacibus litteris accitam, & honore præcipuo habitam, quodque littus iuxta non ventis acta, non ſaxis impulſa nauis, ſumma ſui parte, veluti terreſtre machinamentum concidiſſet, obſeruans etiam Aceroniæ necem, ſimul ſuum vulnus aſpiciens, ſolum inſidiarum remedium eſſe, ſi non intelligerentur: miſit libertum Agerinum, qui nuntiaret filio, *benignitate deum, & fortuna eius euaſiſſe grauem caſum: Orare, vt quamuis periculo matris exterritus, viſendi curam differret: ſibi ad præſens quiete opus.* Atque interim ſecuritate ſimulata, medicamina vulneri & fomenta corpori adhibet. Teſtamentum Aceroniæ requiri, bonaque obſignari iubet. id tantum non per ſimulationem.

* exanimatus eſt.

* renunculorum

1 ACERONIA.] Quæ *Paula Aceronia* dicta. Dio lib. 61. vel Xiphilinus ex Dione.

2 SVPER PEDES CVBITANTIS RECLIVIS.] Serui ad dominorum pedes, ex more Romano, de quo iam dixi. Et addo Senecam epiſt. 27. *Habebat ad pedes hos, a quibus ſubinde cum peteret verſus quos referret, & ſæpe medio verſu excidebat.* Sic D. Magdalena Chriſtiani amoris imago vera, ad pedes heri diſcumbentis Chriſti quaſi mancipium iacuit,

cuit, digna ancilla tam ingentis Domini.

3 EXANIMATVS.] *Exanimatus eſt.* Ita enim ſcribebant, *exanimatuſt*, pro *exanimatus eſt.*

4 TECTI PARIETIBVS.] Reponebam olim, *tecti partibus.* Sed heic parietes, imo & tecti parietes a me agnoſcuntur. Sic Vitruuius *eraticios parietes* dixit, & *parietes tabulatos.* Vbi legi, *quamuis oneri cederent*, exiſtimabam loqui de parietibus, qui tectum ſuſtinerent: ideoque vocati *tecti parietes.* Nam tectum ruit multo plumbo onuſtum: ſed fultum parietibus validioribus, non potuit tam ſubitum caſum habere, quam cupiebatur ad ſcelus.

Parietes de tabulis.

At Neroni nuntios patrati facinoris opperienti, affertur euaſiſſe ictu leui ſauciam, [1] & hactenus adito diſcrimine ne auctor dubitaretur. Tum pauore exanimis, & iam iamque affore obteſtans vindictæ properam, ſiue ſeruitia armaret, [2] vel militem accenderet, ſiue ad Senatum & populum peruaderet, naufragium & vulnus, & interfectos amicos obijciendo: quod contra ſubſidium ſibi? niſi quid Burrhus & Seneca expergiſcerentur: quos ſtatim acciuerat, incertum an & ante ignaros. Igitur longum vtriuſque ſilentium ne irriti diſſuaderent, & eo deſcenſum credebant, vt niſi præueniretur Agrippina, percundum Neroni eſſet. [3] Poſt Seneca hactenus promptior, reſpicere Burrhum, [4] * ac ſi ſcitaretur, an militi imperanda cædes eſſet. Ille prætorianos toti Cæſarum domui obſtrictos, & memores Germanici, nihil aduerſus progeniem eius atrox auſuros reſpondit: perpetraret Anicetus promiſſa. Qui nihil cunctatus, poſcit ſummam ſceleris. Ad illam vocem Nero, illo ſibi die dari imperium, auctoremque tanti muneris libertum profitetur. Iret propere, duceretque promptiſſimos ad iuſſa. Ipſe audito, veniſſe miſſu Agrippinæ nuntium Agerinum, ſcenam vltro criminis patat: gladiumque dum mandata [5] perfert, abijcit inter pedes eius: tum quaſi deprehenſo, vincla inijci iubet: vt exitium principis molitam matrem, & pudore deprehenſi ſceleris ſponte mortem ſumpſiſſe confingeret.

* ac ſi ſciſcitaretur,

Tacitus emendatus.

1 ET HACTENVS ADITO DISCRIMINE.] Qui oculos habet, heic defectum videt. Et ſane verbum, *hactenus*, ſpurium mihi eſt. Lego: *Et haud tenui adito diſcrimine, vt nec author dubitaretur.* Nemo enim tam audax, qui, præter Neronem, Agrippinæ matri tantum strueret periculum. *Filius in matrem impius, at mare miſericors*, ait Dio.

Mare Nerone clementius.

2 VEL MILITEM.] Prætorianum ſcilicet. Qui timebatur.

3 POST SENECA.] Aliquid malefacti eſt in illa dictione, *Poſt.* Iubens legerem, *Poſt quæ Seneca hactenus promptior.* Et Tacitus heic innuit tacite, Senecam oblitum ſapientiæ ſuæ, quæ cunctatrix. Nam ex Publio;

Ad pœnitendum properat cito qui iudicat.

Conſus conſilii Deus eſt & Neptuno genitus, qui tardus & lentus aquarum Deus; non Vulcano, qui rapax ignis eſt. Promptitudo autem in ſapiente, efficit non ſapientem: Quippe Biantis hoc dictum eſt; *Noli cito loqui, eſt enim inſaniæ indicium.* Et duo ſunt, quæ optima conſilia deturpent, ira, & feſtinatio. Tacitus: *Scelera impetu, bona conſilia mora valeſcunt.* Et recte dictum, *Ne ſis velox ad loquendum*; ait Socrates Hebræus. Nam verbis feſtinus eſt ſapientia tardus.

4 AC SI SCITARETVR.] Lege ex veris, *ac ſeiſcitatus an militi imperanda cædes eſſet.* Nam poſtea vtitur verbo, *reſpondit.* Ergo interrogationi præcedenti reſpondit: ideo ſciſcitatus eſt.

5 PERFERT.] *Profert.* ſimile mendum docui ſupra lib. I.

Interim vulgato Agrippinæ periculo, quaſi caſu eueniſſet, vt quiſque acceperat, decurrere ad littus. Hi molium obiectus, hi proximas ſcaphas ſcandere. Alij quantum corpus ſinebat, vadere in mare, quidam manus protendere. Queſtibus, votis, clamore diuerſa rogantium, aut incerta reſpondentium, omnis ora compleri: affluere ingens multitudo cum luminibus, atque vbi incolumem eſſe pernotuit, vt ad gratandum ſeſe expedire, donec aſpectu armati & minitantis agminis

diſiecti ſunt. Anicetus villam ſtatione circumdat, refractaque ianua, obuios ſeruorum arripit, donec ad fores cubiculi veniret: cui pauci adſtabant, cæteris terrore irrumpentium exterritis.[1] Cubiculo modicum lumen inerat, & ancillarum vna: magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo a filio, ac ne Agerinus quidem:[2] * aliam fere littore faciem, nunc ſolitudinem ac repentinos ſtrepitus, & extremi mali indicia.[3] Abeunte dehinc ancilla, *Tu quoque me deſeris*, prolocuta, reſpicit Anicetum[4] trierarcho Herculeo & Oloarito centurione claſſiario comitatum.[5] Ac ſi ad viſendum veniſſet, refotam nuntiaret: ſin facinus patraturus, nihil ſe de filio credere, non imperatum paricidium. Circunſiſtunt lectum percuſſores, & prior trierarchus fuſte caput eius afflixit. Nam in mortem centurioni ferrum diſtringenti, protendens vterum,[6] *Ventrem feri*, exclamauit, rogans miniſtrum vt vtero dirum enſem conderet, adijciens, *Hic eſt hic eſt fodiendus ferro, monſtrum qui tale tulit.* Poſt hanc vocem cum ſupremo mixtam gemitu, animam tandem poſt fera triſtem vulnera reddit. Ictibus enim multiſque vulneribus confecta eſt. Hæc conſenſu traduntur. Aſpexeritne matrem exanimem Nero, & formam corporis eius laudauerit, ſunt qui tradiderint,[7] ſunt qui abnuant. Cremata eſt[8] nocte eadem,[9] conuiuali lecto, & exequijs vilibus.[10] Neque dum Nero rerum potiebatur congeſta aut clauſa humo, mox domeſticorum cura, leuem tumulum accepit, viam Miſeni propter, & villam Cæſaris dictatoris, quæ ſubiectos ſinus editiſſima proſpectat. Accenſo rogo libertus eius cognomento[11] Mneſter ipſe[12] ferro ſe transfegit: incertum charitate in patronam, an metu exitij. Hunc ſui finem multos ante annos crediderat Agrippina contempſeratque. Nam conſulenti ſuper Nerone, reſponderunt Chaldæi, fore vt imperaret matremque occideret: atque illa, *Occidat*, inquit, *dum imperet*.

** aliam ferre littora faciem.*

1 CVBICVLO MODICVM LVMEN.] Quod tenuis conditionis argumentum eſt. Nam Reg. 4. & cap. 4. de Sunamitide. *Faciamus ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum & menſam & ſellam & candelabrum, vt cum venerit ad nos maneat ibi.* Ruffinus contra D. Hieronym. ſatis declarat, his verbis. *Hæc quare ſcripſerim, & ad pauperis lucernæ igniculum cito ſermone dictauerim.* Matialis.

Parua candela tenuitatis indicium.

Dum paruus lychnus modicum conſumit oliui.

Et idem.

Quod ſpurcæ moriens lucerna Ledæ.

Nam hæc Leda erat ſcortum publicum Romæ notiſſimum illis temporibus; & in Saburræ ſordibus in pauperie degens. Et Iuuenalis Sat. 6. de Meſſallina id oſtendit.

Obſcuriſque genis turpis, fumoque lucernæ
Fœda, lupanaris tulit ad puluinar odorem.

Idem Satyra 3.

Me, quem Luna ſolet deducere, vel breue lumen
Candelæ, cuius diſpenſo & tempero filum,
Contemnit.

Martialis libr. 3. epigramm. 92.

Cum te lucerna balneator extincta,
Admittat inter buſtuarias mœchas.

Et libri 8. epigramm. 59.

Nec dormitantem vernam fraudare lucerna
Erubuit fallax, ardeat illa licet.

Candelæ autem paupetum erant, vt lychni diuitum. Martialis in apophoretis.

Lychni diuitũ, candelæ pauperum.

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt:
Non norat parcos vncta lucerna patres.

Vlpianus L. 6. §. nec tenuis. de offic. præſid. *Nec tenuis*, inquit, *vitæ homines, ſub prætextu aduentus militum, lumine vnico, vel breui ſupellectili in aliorum vſus tranſlatis, iniurijs afficiantur.* Contra, frequens lucerna teſtis ampliſſimæ fortunæ, & gaudij. vt Actuum Apoſtol. 20. *Erant autem lampades copioſæ in cœnaculo, in quo erant congregati.* Martialis quoque hunc morem tangit. Claudianus de nupt. Honor.

——funalibus ordine ductis
Plurima venturæ ſuſpendunt lumina nocti.

Erant autem duplicis generis: aut geſtatiles, aut penſiles. de penſilibus D. Paulinus Nolanus in natali Sancti Fœlicis.

Lucernæ penſiles & portatiles.

Et vibrent tremulas funalia pendula flammas.

De geſtatilibus, Virgil. 11. Æneid. Tenebantur etiam faces per confictos Satyros. Athenæus lib. 5. Dipnoſoph. cap. 5. Etiam per iuuenes ſimulatos. Sic Lucillius.

Satyri efficti & iuuenes portantes lucernas.

Si non aurea ſunt iuuenum ſimulachra per ædes,

Lampades

Lampades igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditarent.

Apud diuites larga omnia.

Nota autem morem lautorum conuiuiorum. In quibus, vt obiter dicam, larga & ampla omnia. Nam integri apri apponebantur, non per partes. Ita Horatius vbi de conuiuio lauto, Sat. 4. libr. 2.

Vmber & iligna nutritus glande rotundas
Curuet aper lances. Et Satyr. 6.
Integrum edax dominus conſumeret.

Et idem Satyra vlt. lib. 2.

In primis Lucanus aper leni fuit Auſtro
Captus, vt aiebat cœnæ pater.

Apud pauperes parua & in partes ſciſſa.

In pauperiorum cœnis omnia minuta, & in partes ſecta. Iuuenalis Sat. 14.

—— concham æſtiuam cum parte lacerti
Signatam, vel dimidio, putrique ſiluro,
Filaque ſectiui numerata includere porri.

Sed redeo ad lucernas. Ennius libr. 9. de ingenti conuiuio & Luculliano.

—— lychnorum lumina bis ſex.

Horatius ode 8. lib. 3.

-- vigiles lucernas
Perfer in lucem.

Et auro præcinctę huiuſmodi lampades. Ouidius in Hypermn.

Vndique collucent præcinctæ lampades auro.

Plinius ait *in delicijs fuiſſe lychnos penſiles, & arborum modo mala ferentium lucentes fuiſſe, vt in delubro Apollinis Palatini.* Etiam candelabra in conuiuijs præter penſiles lucernas extitiſſe. Idem docet in recenſenda hiſtoria *Egeſippi Fullonis, qui numinis vice, coluit candelabrum, quo nudus in conuiuio per ludibrium conſtitit.* Plinius lib. 34. cap. 3. Prudentius in hymno incenſi cerei Paſchalis, qui mos in Eccleſia Catholica, luminum genera recenſet, quæ ſuo tempore vigebant. Vt Euſebius in vita Conſtantini 4. *Columnam ceream* vocat, vtiturque Eccleſia Catholica etiamnum hodie illo cereo Paſchalibus ferijs, ad formam columnæ ſimulato, altoque & ingenti. Vide quæ ſcripſit de Cereo Paſchali D. Briſſonius præſes doctiſſimus & deſideratiſſimus mihi, quem bellorum ciuilium æſtus abſtulit nobis. ô miſeriam!

Cereus Paſchalis, apud Chriſtianos.

Etiam hodie in vſu.

2 ALIAM FERE LITTORE FACIEM.] Et cur *fere*? lego, *aliam ferre littora faciem.* Nam dixit ſupra, *Effluere ingens multitudo cum luminibus.* & *fere* ſcriptum, pro *ferre*.

Taciti locus correctus.

3 ABEVNTE DEHINC ANCILLA, TV QVOQVE.] Lego conſtanter: *Abeunte dehinc ancillA (ait) Tu quoque me deſeris? Prolocuta, &c. AT, pro, ait*: nam in iſtis litteris duabus, *AIT*. Noto autem iſtas deſolationes ægras & moleſtas deſolatis. Ouid. in epiſtola Hermiones.

Ipſa ego non longos etiam nunc ſciſſa capillos
Clamabam, Sine me ſiccine, mater, abis?

Omnes Neptuni filij, truculenti.

4 TRIERARCHO.] Omnes Neptuni filij, ſæui, & truculenti. Sic cecinit Poeta.

Vt nautæ.

Infidi nautæ, gens diris triſtior ipſis,
Sæua quibus veluti mergis dant æquora victum;
Si vobis nulla eſt hominum reuerentia cordi,
At ſperate Iouem, ſummo qui regnat Olympo:
Triſtis enim vultus Iouis eſt pœnæque paratæ,
His quibus hoſpitij non eſt pia teſſera curæ.

At Euripides recte in Hecuba:

Ναυτικὴ τ' ἀναρχία κρείσσων πυρός.
Nautica licentia igne violentior.

5 AC SI AD VISENDVM.] Defectus patens. Lego: *Tum ait: ſi ad viſendum veniſſet.* Nam repetenda erat vltima dictio verbi *comitaTVM*, & legendum, *Tum ait*: non *ac.* Quod ſcripſere pro, *ait*, & ita erat ſcriptum, *At.* & in littera *T* eſt *r* & *t*.

Matrum trucidatores.

6 VENTREM FERI.] Qui venter Murinum cauum fuit. Fœcunditate certe horrendum, ſalacitate deteſtandum. Cæterum in epigrammate quodam Græco, matris trucidator filius interrogatur, *An vbera, an ventrem ferias? Si ventrem, tulit te per nouem menſes, & peperit. Si vbera, te aluerunt.* Claudianus 3. de raptu Proſerpinæ.

Ambigui an ventrem, an vbera feriant.

Accipe, quas merui, pœnas: en ora fatiſcunt
Vulneribus, grandeſque tubent in pectore ſulci:
Immemor en vterus crebro contunditur ictu.

Ergo recte ille qui dixit: *Nero, Oreſtes, Almæon, matricidæ.* Et is fuit Anacreon qui de Oreſte & Alcmæone ſcripſit, τοὺς μητέρας κτανόντας. vterque matricida. Noſtri Chriſtiani, vt Euſebius libr. 2. cap. 24. ſcribunt Neronem matrem, fratres, & vxorem interfeciſſe cum infinitis generis vinculo ſibi coniunctis, & affeciſſe ſupplicijs quaſi hoſtes. Nec male Tertullianus in Apologetico. *Reperietis primum Neronem in hanc ſectam Cæſariano gladio ferociſſe. Sed tali dedicatore damnationis noſtræ gloriamur. Nam non niſi aliquod grande bonum damnabat.*

7 SVNT QVI ABNVANT.] Nam multi multa loquuntur. Et ſunt qui falſa de Nerone ſcripſerunt, vt Martialis innuit li. 3. epigramm. 20.

Multi multa falſa de Nerone ſcripſere.

An quæ Neroni falſus adſtruit ſcriptor?

Sunt qui hiſtorias ſcribunt, & inſcribunt, quas fabulas meras iure nomines, æſtuque amoris, aut odij improuido abrepti, per hiſtoriarum nomen, puram veritatem iugulant: quod in ſcriptoribus noſtri æui quotidie experimur, de quibus iure id dicas quod Catullus de Hiſtorijs Voluſij.

Annales Voluſi, cacata charta,
Infælicibus vſtulanda lignis.

8 NOCTE EADEM.] Multum enim cadauer ſceleris exprobrat, & arguit. Ideo ſtatim crematur corpus & tollitur. Sic factitatum eſt a Nerone in Britannici corpore cremando feſtinanter.

Cadauera cædem exprobrāt. Ideo ſtatim cremata.

9 CONVIVALI LECTO.] Ait conuiuali lecto, non funerali crematam, vt Neronis incuriam in peragendis matris exequijs ſignet; adijcitque, *exequijs vilibus*, quod in Britannici funere fuit non omiſſum. Sunt etiam *lecti cubiculares*, de quibus Seneca ad Heluiam, vbi de Cordi patris obitu loquitur. Conuiuales lecti ex auro, argento, ebore, aliaque inſigni materia & diuite. Quod non funerales, quibus omnia nigra & atrata.

Tacitus explicatus.

10 NEQVE DVM NERO.] Defuncti lecto impoſiti cremabantur, cineres e buſto colligebantur, vino lauabantur, vrnæ imponebantur, terra condebantur: mox ara & tumulus ſtatuebantur. Virgil. 5. Æneid.

Cura in defunctos.

Ex quo relliquias diuinique oſſa parentis
Condidimus terra, mœſtaſque ſacrauimus aras.

Nerone viuo mater non tumulata.

Agrippinæ autem tumulus, non a Nerone, ſed a domeſticis datus eſt. Durante autem Neronis imperio, non eſt congeſta, aut clauſa humo. Solebant enim humum exeauare, in qua concamerato opere, hypogæo facto, cineres in loculis ſtatuerentur. Ouid. libr. 3. Triſt. eleg. 3.

Oſſa tamen facito parua referantur in vrna:
Sic ego non, etiam mortuus, exul ero.

Reliquiæ monumento illatæ.

Ita Florentius I. C. *reliquias monumento illatas* dixit, L. 42. de ſumpt. funer. D.

Mneſter cum Meſſallina caſus.
Alius Mneſter ſub Nerone.
Forte pantomimos omnes Mneſteres appellarunt Romani.

11 MNESTER.] Tamen pantomimus fuit Mneſter, inquit Dio, qui cum Meſſallina concidit. lib. 61. vt noſter etiam ſcribit. Itaque alium eiuſdem nominis puto, Agrippinæ libertum: niſi authores Mneſteres omnes pantominos nominent. Quod nos Franci factitamus, vt dixi ſupra.

Viri in funere, gladio; mulieres igne pereuntes.

12 FERRO SE TRANSEGIT.] Quod frequens apud Romanos: nec tantum ſuetum viris, ſed & fœminis: Viri quippe in gladium, fœminæ ſe in ignem his funeribus, vtrique ſe in mortem præcipitabant. De fœminis, Poeta Comicus.

—— ad flammam acceſſit imprudentius.
Quæ ſeſe voluit in ignem conijcere; prohibui, ſeruaui.

Martialis libr. 4. epigramm. 75.

Arſerit Euadne flammis iniecta mariti,
Nec minor Alceſtin fama ſub aſtra ferat.

Silius in fine lib. 5. Strabo ſcribit apud Taxillos vxores ſponte cum viris comburi. libr. 15. De viris, Plinius 7. cap. 53. *Fœlice Ruſſato auriga elato, in rogum eius vnum ex fauentibus iecisse ſeſe, friuolum dictu, ne hoc gloriæ artificis daretur aduerſis ſtudijs, copia odorum corruptum criminantibus.* Vbi lege, *correptum*, ex veteri Codice. Ouid. 3. de arte Aman.

Accipe me, Capaneu; cineres miſcebimus, inquit
Iphias, in medios deſiluitque rogos.

Sueton. in Oth. cap. 12. *Multi præſentium militum cum plurimo fletu, manus ac pedes iacentis oſculati, fortiſſimum virum, vnicum imperatorem prædicantes, ibidem nec procul a rogo vim ſuæ vitæ intulerunt.* Salluſtius in fragm. *Se regibus deuouent, & poſt eos vitam refuſant; adeo illis ingenita eſt ſanctitas Regij nominis.* Sic fuit quidam apud Dionem, qui ſe pro Auguſto deuoueret; nec tantum morti, ſed etiam ægritudini. Seneca pater 2. Contr. 2. *Quædam ſe ardentibus maritorum rogis miſcuerunt: quædam vicaria anima maritorum vitam redemerunt. Quam magna gloria breui ſollicitudine penſata eſt!* Valerius vbi de Indis lib. 2. cap. 6. *Indico*, inquit, *rogo nihil eorum præferes, quem vxoris pietas in modum genialis thori, propinquæ mortis ſecura conſcendit.* Quod magis mirabile, quia illud genus variabile, & ſine amore prorſus.

Pro Regibus ſe vouentes.

Sed a Cæſare[1] perfecto demum ſcelere, magnitudo eius intellecta eſt: reliquo noctis, modo per ſilentium defixus, ſæpius[2] pauore exurgens, & mentis inops lucem opperiebatur, tanquam[3] exitium allaturam. Atque eum auctore Burrho, prima[4] centurionum tribunorumque adulatio ad ſpem firmauit, prehenſantium manum, gratantiumque quod diſcrimen improuiſum, & matris facinus euaſiſſet. [5] Amici dehinc adire templa: & cœpto exemplo, proxima Campaniæ municipia victimis & legationibus lætitiam teſtari. Ipſe diuerſa ſimulatione, mœſtus, & quaſi[6] incolumitati ſuæ infenſus, ac morte parentis illachrymans, quia tamen[7] non vt hominum vultus, ita locorum facies mutantur, obuerſabatur maris illius & littorum grauis aſpectus: & erant qui crederent,[8] ſonitum tubæ collibus circum editis, planctuſque tumulo matris audiri. [9] Neapolim conceſſit, litteraſque ad Senatum miſit, quarum ſumma erat, *Repertum cum ferro percuſſorem Agerinum, ex intimis Agrippinæ libertis, &* [10] *luiſſe eam pœnam ea conſcientia, qua ſcelus parauiſſet.* Adijciebat crimina longius repetita, *quod conſortium imperij, iuraturaſque in fœminæ verba prætorias cohortes, idemque dedecus Senatus & populi ſperauiſſet: ac poſtea quam* [11] *fruſtra oblata ſint, infenſa militibus patribuſque & plebi, diſſuaſiſſet donatiuum & congiarium, periculaque viris illuſtribus*[12] *inſtruxiſſet. Quanto ſuo labore perpetratum, ne irrumperet curiam, ne gentibus externis reſponſa daret?* Temporum quoque Claudianorum obita inſectatione, cuncta eius dominationis flagitia in matrem tranſtulit,[13] publica fortuna extinctam referens. [14] Namque & naufragium narrabat. quod fortuitum fuiſſe, quis adeo hebes inueniretur, vt crederet? aut a muliere naufraga miſſum cum

telo

telo vnum, [15] qui cohortes, & claſſes imperatoris perfringeret? Ergo non iam Nero, cuius immanitas omnium queſtus anteibat, ſed aduerſo rumore Seneca erat, [16] quod oratione tali confeſſionem ſcripſiſſet. Miro tamen certamine procerum decernuntur ſupplicationes [17] apud omnia puluinaria, vtque Quinquatria quibus apertæ eſſent inſidiæ, ludis annuis celebrarentur. [18] Aureum Mineruæ ſimulachrum in curia, & iuxta principis imago ſtatueretur. Dies natalis Agrippinæ inter nefaſtos eſſet. Thraſea Pætus ſilentio vel breui aſſenſu priores adulationes tranſmittere ſolitus, [19] exitium Senatui, ac ſibi cauſam periculi fecit: cæteris libertatis initium non præbuit.

Mali conſcientia vexati. Poſt ſcelus.

1 PERFECTO DEMVM SCELERE.] Epimetheus poſt factum, non ante factum ſapiebat, vt aiunt. Sic Nero: & ita D. Cyprianus epiſtola quadam. *Feruntur ſemper mali ſuo furore dementes, & poſteaquam ſcelera fecerunt, conſcientia ipſa ſceleratæ mentis agitantur.* Sed nemo melius D. Auguſtino lib. de continentia cap. 6. *Peccatum quod inultum videtur habet pediſſequam pœnam ſuam, vt nemo de admiſſo niſi aut amaritudine doleat, aut cæcitate non doleat.* Et 42. cap. Geneſ. homil. 64. *Ita ſe habet peccatum quando conſummatum eſt, & opere perfectum, tunc ſuæ abſurditatis oſtendit excellentiam: & ſicut ebrius, quando multum vinum ingurgitat, non ſentit a vino damnum, poſtea vero ſentit quantum ſit damnum; Ita & peccatum, donec conſummetur obtenebrat mentem, & quaſi denſa nube ita mentem corrumpit: Deinde conſcientia inſurgit, & quouis accuſatore grauius, mentem arrodit, monſtrans abſurditatem facti.* Ideo *cæcum nefas* vocat Papinius 6. Theb. Iuuenalis Sat. 13.

Cæcum nefas.

Cum ſcelus admittunt, ſupereſt conſtantia: quod fas,
Atque nefas, tandem incipiunt ſentire peractis
Criminibus. Tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari neſcia.

Sed hæc ex Biblijs. Nam Ionathas poſt facinus guſtati mellis, ſtatim *oculi ei inclaruerunt.* cap. 14. lib. 1. Reg. *Summitatem*, inquit, *virgæ, quam habebat in manu, intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius.* Id eſt ſenſit & animaduertit peccatum. Quod ſuetum poſt facinus. Nam a cæcis fit facinus, a videntibus animaduertitur. Et ita interpretantur, *fructum ſcientiæ boni & mali*, qui in Paradiſo Edem. Quippe eo guſtato viderunt authores noſtræ mortalitatis, quid eſſet bonum & malum. Sed malum experti ſunt abunde.

Scelus admiſſum non admittit ſomnos.

2 PAVORE EXVRGENS.] Claudianus 2. in Ruf. Quintilianus declamat. 314. *Non ſine cauſa vetus illa & antiqua ætas tradidit, eos qui aliquod commiſerunt ſcelus, furijs agitari, & per totum orbem agi.* Sic Caracalla *vexatus paternis fraterniſque manibus*, ait Xiphilinus. Ita Caligula. Nam Sueton. cap. 50. *Incitabatur inſomnio maxime; neque enim plus quam tribus nocturnis horis quieſcebat, ac ne his quidem placida quiete, ſed pauida miris rerum imaginibus, vt qui inter cæteras, pelagi quondam ſpeciem colloquentem ſecum videre viſus ſit.* Am. Marcel. lib. 14. *Hæc & huiuſmodi quædam innumerabilia vltrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix aliquoties operatur Adraſtia, (atque vtinam ſemper,) quam vocabulo duplici etiam Nemeſim appellamus. Ius quoddam ſublime numinis efficacis, humanarum mentium opinione lunari circulo ſuperpoſitum: vel, vt definiunt alij, ſubſtantialis tutela generali potentia partilibus præſidens fatis. Quam Theologi veteres fingentes Iuſtitiæ filiam ex abdita quadam æternitate tradunt omnia deſpectare terrena*, &c. Sic Apollodoro, ſic Hyparitio, ſic Pauſaniæ. Plut. de dilatione pœnarum.

3 EXITIVM ALLATVRAM.] Imo, *exitum allaturam.* Ni legas, *exitium ablaturam.* Exitum, inquam, tot trepidationum. Et ſane ſpineta ſunt heic; ideo ſuſpenſos teneo animos.

Tacitus correctus.

4 CENTVRIONVM TRIBVNORVMQVE.] Quibus ad gratulationem facinoris pecunia data. Dio libro 61.

5 AMICI DEHINC ADIRE TEMPLA.] Et amici, & magiſtratus, in priuata, & publica gratulatione, templa adibant. Noſter lib. 2. de Plancina: vbi dixi. Cicero ad Brutum. *Sed tamen recenti gratulationi quam tuo nomine ad omnium Deorum templa fecimus.* In publica, ſupplicationes Dijs decernebant per certos dies, ibantque ad eorum ædes.

Priuata & publica gratulatione adita templa.

6 INCOLVMITATI SVÆ INFENSVS.] Id eſt, quaſi vitæ ſuæ infenſus, & mortis appetens; dicitque *diuerſa ſimulatione*, quod municipes Campani vere triſtes, ſed in ſpeciem læti. Nero in ſpeciem triſtis, ſed re vera lætus; ſi lætitia eſt parricidis. Nam ita D. Auguſt. Iob. 1. *Quiſquis malus eſt, male ſecum eſt; Torqueatur neceſſe eſt ſibi ſeipſo tormento. Ipſe eſt enim pœna ſua, quem torquet conſcientia ſua.*

Nero poſt parricidium ſibi infeſtus, & hoſtis. Diuerſa ſpecies Neronis & Campanorum municipum. Qui vere triſtis lætitiam ſimulabat.

7 NON VT HOMINVM VVLTVS.] Vultus hominis Proteus eſt, imo Proteo mobilior. Diuerſas enim ſpecies induit, pro tempore, & pro rerum & perſonarum varietate. At vere homo Chamæleon. Sed non ita locorum facies quæ eadem ſemper, niſi natura mutante, cui paret.

Vultus hominis Chamæleon.

8 SONITVM TVBÆ.] Vt belli ſignum. Et ita cape oſtentum Iulio Cæſari factum cum tuba apud Rubiconem. Sueton. cap. 32. *Armorum crepitus*, (inquit Plinius lib. 2. cap. 57.) *& tubæ ſonitus auditos e cœlo Cimbricis bellis accepimus.* Quod Iulius Obſequens firmat. *Heic ſonitus auditi, & tubæ bellum ſignificantes.* Nam poſt ſcelus, in hominem tota exſurgit natura vindex. De iſto ſonitu tubæ. Ouid. 15. Met.

Natura vindex ſcelerum hominum.

Nocturni auditi armorum ſtrepitus.

Signa tamen luctus dant haud incerta futuri;
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,
Terribileſque tubas, auditaque cornua cœlo,
Præmonuiſſe nefas.

Quod ex Biblijs fluxit; quibus 19. Exod. *Mane inclaruerat: Ecce cœperunt audiri tonitrua ac micare fulgura, clangorque buccinæ vehementius perſtrepebat.* Apud Liuium: *Vox humana clarior noctis ſilentio auditur.* libr. 5. *Et vox ingens edita Silua Arſia.* Idem lib. 2. Quæ oſtenta ſunt futurorum malorum. ſed Virgilius 1. Georg. egregie.

Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audijt: inſolitis tremuerunt motibus Alpes.

Neapolis noua ciuitas. *Seceſſus & otiū Romanorum.*

9 Neapolim concessit] Noua ciuitas dicta, quod a Pythecuſis & Athenienſibus qui venerant, culta fuerit. Quæ ritu Græco vſa eſt diu. At Roma plurimi Neapolim concedebant olim, quietis & otij gratia; præſertim qui eruditioni dabant operam, aut qui remiſſioris vitæ deſiderio tenebantur, quoſque vel ſenectus, vel aduerſa valetudo cruciabat. Gellius libr. 19. cap. 15. *Neapolim conceſſeramus, decedere ex vrbis æſtu volentes.* At otioſorum domicilium fuit, non ambitioſorum. Nam non ambitioſis, nec negotioſis, ſed otioſis, vt receptaculum patebat. Horatius ideo *otioſam* vocat; & *nobilitatam vnguentis*, dicit Plinius. Strabo libr. 5. *Plurimum vero e Roma Neapolim ſeceſſum facientes, victum Græcanico ritu perducunt, aut quietis, atque otij gratia, præſertim qui eruditioni dant operam, aut remiſſioris vitæ deſiderio, & quos ſenectus affligit, aut aduerſa valetudo.* Ergo otium amant ſtudioſi, & otioſi & ſenes & inualidi. Ita eſt.

Otioſa dicta. Et vnguentis abundans.

10 Lvisse eam.] Lege, *luiſſe eum pœnam.*

11 Frvstra oblata sint.] Repone, *fruſtra habita ſunt.* Excuſa enim aliquid tinnit mendoſum & ſubæratum.

12 Instrvxisset.] *Tum ſtruxiſſet.*

Fortuna priuata principis. *Fortuna publica.* *Sacrata in colle Quirini.*

13 Pvblica fortvna.] Vt princeps ſuam fortunam habuit, ita publicum. Fuit enim templum *publicæ Fortunæ* in valle Quirini, quæ inter Eſquilias, & Quirinalem collem culta eſt. Ouid. 4. Faſtor.

Poſtera cum cœlo motis Pallantias aſtris
Fulſerit, & niueos Luna leuarit equos;
Qui dicet, Quondam ſacrata eſt colle Quirini
Hac Fortuna die Publica, *verus erit.*

De priuata, ita Tacitus. *Miſit Agerinum, qui nuntiaret filio benignitate Deum, & fortuna eius euaſiſſe.* De fortuna Augusti, Sueton. cap. 65. *Lætum eum, atque fidentem, & ſobole & diſciplina domus Fortuna deſtituit.* De fortuna Galbæ cap. 18. *Monile margaritis gemmiſque conſertum ad ornandam Fortunam ſuam Tuſculanam.* Et hæc fortuna priuatis in ædibus a Principe colebatur, quia priuata erat, & domeſticis aris, quia domeſtica.

14 Namqve.] Confidenter lego, *Nauimque & naufragium.*

15 Qvi cohortes et classes imperatoris.] Prætorias cohortes intelligit, & claſſiarios milites.

Tacitus emendatus. *Ratio correctionis.*

16 Qvod oratione tali confessionem scripsisset.] Inuerte, vera Taciti verba habebis. Et lege. *Quod orationem tali confeſſione ſcripſiſſet.* Somnolentia exſcriptoris eſt, quæ hoc monſtrum peperit. Nam culpatur Seneca orationis author, qui talem confeſſionem orationi ſuæ inſeruerit. Illa enim oratio, non excuſatio, ſed accuſatio Neronis erat. Et ſimile mendum detexi ſupra lib. 3. in quo repoſitum fuit, *Sua populique contumelia Romani.*

In lætis ſupplicationes. Et in aduerſis circa puluinaria Deorum.

17 Apvd omnia pvlvinaria.] Sic ſolitum apud Rom. in rebus afflictis, vt libro 13. *Supplicatio circa omnia puluinaria.* Et alibi. *ad omnia puluinaria ſacrificatum fuit.* In lætis. Horatius Carm. 1. od. 37. *Ornare puluinar Deorum.* Idem Seneca. *Eodem tempore quo templa illi conſtituebat, ac puluinaria, eos qui parum mœſti fuerant, crudeliſſima afficiebat animaduerſione.* *Puluinaria* autem erant lectuli plumaribus ſtrati, quibus imagines Deorum ſtatuebant, quaſi quieturos, feſtiſque epulis excipiebant. Nam epulis delinire ſua ſolebant numina Romani: inde toties *Iouis epulæ* in authoribus, & *lectiſternia*, illa puluinaria dicta. Quæ a *plumis*, vel *pelluleis*, ait Varro 5. de ling. Lat. quod ex pellibus. 1. Reg. in Biblijs, *Tulit Michol ſtatuam, & poſuit eam ſuper lectum, & pellem piloſam caprarum poſuit ad caput eius, & operuit eam veſtimentis.* Itaque puluinar ex pellibus. Lactantius lib. 7. *Lectiſternium Cereris erit Idibus proximis. Habent enim Dij lectos, atque vt ſtratis poſſint mollioribus incubare, puluinorum tollitur atque excitatur impreſſio.* Quod ex Græco more, fluxit ad Romanos.

Quid puluinaria.

Iouis epulæ.

Aureum ſimulachrum Mineruæ.

18 Avrevm Minervæ simvlachrvm.] Dixi de Deorum picturis & ſtatuis. Nobiliores autem aureæ. Inde Virgilianus Paſtor.

Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

Nam pro modo emolumenti gratias rependebant. Nihil autem pretioſius quam auro fingi aut pingi. Quod vſitatum fuit Romæ, quando in pretio aurum fuit. Liuius libro quadrageſimo. *Marcus Acilius Glabrio Duumuir ſtatuam auratam, quæ prima omnium in Italia poſita fuit, patri Glabrioni poſuit.* Nec male incœpit, quæ a gratia patris incœpit.

M. Acilius Glabrio Duumuir. Statuam auratam primus patri poſuit Romæ.

19 Exitivm Senatvi.] Laudanda plane correctio, *Exijt tum Senatu.* Et recte Lipſius ab hoc templo ſordem hanc amouit.

Prodigia quoque crebra & irrita interceſſere. Anguem enixa mulier, & alia in concubitu mariti fulmine exanimata: iam[1] ſol repente obſcuratus, & tactæ de cœlo quatuordecim vrbis regiones, quæ adeo

[2] ſine cura deum eueniebant, vt multos poſt annos Nero imperium & ſcelera continuauerit. Cæterum quo grauaret inuidiam matris, eaque demota, auctam lenitatem ſuam teſtificaretur, fœminas illuſtres Iuniam & Calphurniam: [3] præfectura functos, Valerium Capitonem & Licinium Gabolum ſedibus patrijs [4] reddidit, ab Agrippina olim pulſos. Etiam Lolliæ Paulinæ [5] cineres reportari, ſepulchrumque extrui permiſit, quoſque ipſe nuper relegauerat, Iturium & Caluiſium pœna exoluit. Nam Silana fato functa erat, longinquo ab exilio Tarentum regreſſa, labante iam Agrippina, cuius inimicitijs conciderat, vel tum mitigata. Cunctanti in oppidis [6] Campaniæ, quonam modo vrbem ingrederetur, an obſequium Senatus, an ſtudia plebis reperiret anxio, contra deterrimus quiſque, quorum non alia regia fœcundior extitit, inuiſum Agrippinæ nomen, & morte eius accenſum populi fauorem [7] diſſerunt. Iret intrepidus, & venerationem ſui coram experiretur. Simul progredi expoſcunt, & promptiora quam promiſerant inueniunt, obuias tribus, [8] feſto cultu Senatum: [9] coniugum ac liberorum agmina per ſexum & ætatem diſpoſita: extructos qua incederet [10] ſpectaculorum gradus, quo modo triumphi viſuntur. Hinc [11] ſuperbus ac publici ſeruitij victor, [12] Capitolium adijt, grates exoluit: ſeque in omnes libidines effudit, quas male coercitas, qualiſcunque matris reuerentia tardauerat.

Eclipſis Solis ingens ſub Nerone.

1 Sol repente obscuratus.] Dio libro 61. id eueniſſe medijs ſacrificijs, quæ decreto Senatus, Agrippinæ cauſa fiebant, memorat, & adeo defeciſſe ſolem, vt ſtellæ plane viderentur: quod in eclipſi palam fit.

Tacitus impius.
Qui nihil curare deos putauit.

2 Sine cura Deum.] Opinio Taciti e medijs Epicuri ſuccerdis deſumpta. Et ad eam iſtud Quintiliani ſpectat. *Inane hoc, ſupra nos, vacuumque cura cæleſtium putabat.* Declam. 314. Inde illa ferrea vox, quæ ſæpe in libris paganorum, *Creditis eſſe Deos?* vt Seneca lib. 1. Controu. 1. *Credis Deos eſſe? Quid inuocas, mulier? ſi innocens es, Dij non ſunt.* Et ita Cæcilius apud Minutium in Octauio: *Si mundus diuina prouidentia & alicuius numinis authoritate regeretur, numquam mereretur Phalaris & Dionyſius regnum, numquam Rutilius & Camillus exilium, numquam Socrates venenum.* Et Martial. lib. 4. epigr.

Pagana vox, Creditis eſſe Deos?

Nullos eſſe Deos, inane cælum
Affirmat Selius, probatque quod ſe
Factum, dum negat hæc, videt beatum.

Sed melius Poeta Latinus.

At ſperate Deos memores fandi atque nefandi.

Et Claudianus de diuitum nequiorum diuitijs egregie.

—— tolluntur in altum,
Vt lapſu grauiore ruant.

Extant duo antiqua epigrammata de hac re, quæ tacuiſſe nefas.

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato paruo,
Pompeius nullo: credimus eſſe Deos?

Egregium par epigrammatum de Licinio.

At reſponſum extat nobile, & pium plane.

Saxa premunt Licinum, leuat altum fama Catonem,
Pompeium tituli: credimus eſſe Deos.

Et re vera credendus Deus, bonorum malorumque vltor, & retributor. Ita cape verſus Horatij 3. Carm.

Cælo tonantem credidimus Iouem
Regnare.

Id eſt, credidimus eſſe Deos. Ad hunc ſenſum Claudianus, in Ruffin.

Sed cum res hominum tanta caligine volui
Adſpicerem, lætoſque diu florere nocentes,
Vexarique pios: rurſus labefacta cadebat
Relligio, cauſæque viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo qui currere ſemina motu
Affirmat, magnumque nouas per inane figuras
Fortuna non arte regi: quæ numina ſenſu
Ambiguo vel nulla putat vel neſcia noſtri.
Abſtulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum.

Id eſt, credidimus non caſu, ſed conſilio Dei omnia regi, & Deos eſſe.

3 Præfectura functos.] Puto in exſcriptione ſomnium fuiſſe, & pro, *prætura perfunctos*, ſcripſiſſe *præfectura functos*.

4 Reddidit.] Sed nihil publice minus aut congruum, aut decorum, quam notatum a Senatu, in Senatu ſedere, ipſiſque illis a quibus ſit notatus, æquari. Plinius lib. 1. Epiſtol. Epiſtola, *Illud*.

5 Cineres reportari, sepulchrum extrui.] Quod erat prohibitum exulibus, & deportatis. Nam etiam poſt mortem pœna manebat. Quia nec lugebantur.

Deportati poſt mortem non lugebantur.

6 Campaniæ, quonam.] Lego,

cunctanti in oppidis Campaniæ, & quonam modo.

7 DISSERVNT.] *Diſſeruerunt*, aut *diſſeruit*.

8 FESTO CVLTV SENATVM.] Ita Latinus Pacatus de hoc cultu. *Quid referam feſtum liberæ nobilitatis occurſum, conſpicuos veſte niuea Senatores?* Sueton. 26. in Calig. *Nibilo reuerentior erga Senatum quoſdam ſummis honoribus functos ad eſſedum ſibi occurrere togatos, per aliquot paſſuum millia, & cœnati modo ad pluteum, modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt.* Et Amm. Marcell. 15. *Viennam cum veniſſet, ingredientem honorifice ſuſceptura omnis ætas occurrebat & dignitas, proculque viſum plebs vniuerſa cum vicinitate finitima imperatorem clementem appellans & fauſtum præuijs laudibus celebrabat.* Primum autem in illo occurſu Senatores, mox populus, veſte albebant, mox capite florebant coronato. Tertullianus. *Coronatur & vulgus nunc ex principalium proprietatum exultatione, nunc ex municipalium ſolemnitatum proprietate, & eſt omnis publicæ lætitiæ luxuria captatrix.* Quiſquis eſt qui poſt D. Hieronym. ſcripſit ad Euſtoch. de vinculis beati Petri. *Cum hoc die Romam ingrederetur*, inquit, *ob triumphum tantæ victoriæ, ac pacem firmiſſimam toto orbi collatam vocatus eſt Auguſtus, qui primo ſolum Cæſar dicebatur. Coronatur ciuitas, fit lætitia ingens in populo, & omnibus Romanis ſcriptis firmatur.* Dio de Tiridate Romam intrante, ſcribit, in foro per certos ordines, populum albatum & coronatum ſediſſe. Apud Hebræos hic mos ſeruatus. Nam Iudith cap. 3. *Tantuſque metus prouincijs illis incubuit, vt vniuerſarum vrbium habitatores principes, & honorati ſimul cum populis, exirent obuiam venienti, excipientes eam cum coronis & lampadibus, & ducentes choros in tympanis & tibijs.* Etiam ramis ornati. 1. Machab. cap. 13. *Ierunt obuiam cum laude, & ramis palmarum, & cyniris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis, quia contritus eſt inimicus magnus ex Iſrael.* Etiam ignibus odoratis fumigati. Quod Athenæus teſtatur lib. 12. cap. 8. Vinoque effuſo, quod apud Francos etiam non ita nuper innaluit, vt teſtatur Froiſſardus, & Monſtreletius, vbi de Carolo VII. Etiam croco, & bellarijs. Suetonius cap. 25. in Ner. *Incedenti paſſim victimæ cæſæ, ſparſo per vias itidem croco, ingeſtæque aues, ac lemniſci, bellariaque.* Nam φυλλοβολία comes perpetua triumphorum. Etiam coronato mero. Papin. 8. Theb.

Obuiantes principi læto cultu. — *Albati, coronati.* — *Famulati.* — *Saltantes.* — *Cantantes.* — *Conuiuantes.*

> *Tunc dulces ſuperos atque omne ex ordine alumnum*
> *Numen, vbique ſacri reſonant Pæanes, vbique*
> *Serta, coronatumque merum.*

Coronato mero.

Et iactis floribus. Apuleius. *Mulieres candido ſplendentes amicimine, vario lætantes geſtamine, verno florentes coronamine; duæ de gremio per viam, qua ſacer incedebat comitatus, ſolum ſternebant floſculis.* Curtius l. 10. *Vicos per quos iter erat floribus coroniſq. ſterni iuſſit Alexander.* Et idem author ait, *Bagophanem arcis Babylonicæ cuſtodem obuiam Alexandro egreſſum totum iter floribus ſtrauiſſe, & altaria argentea erexiſſe, quæ non modo thure, ſed & omnibus odoribus flagrarent.* Et lucernatis, & laureatis ianuis, & lectisternijs in foro. Tertullianus in Apologet. *Poſt vindemiam parricidarum, ramatio ſuperſtes, quam recentiſſimis & ramoſiſſimis laureis poſtea præſtruebant, quam elatiſſimis & clariſſimis lucernis veſtibula enubilabant, quam cultiſſimis & ſuperbiſſimis toris forum ſibi diuidebant, non vt gaudia publica celebrarent, ſed vt vota propria iam ediſcerent.* En parricidæ principis feſtiuæ exceptiones a Senatu. Vnde verum iſtud Euripid. in Iphig.

Iactis floribus. — *Stratis lectiſternijs.* — *Accenſis lucernis.*

> Μεγάλαι μεγάλων εὐδαιμονίαι.
> *Magnæ magnorum fœlicitates.*

9 CONIVGVM ET LIBERORVM AGMINA.] Apud Græcos, vt ait Seneca Suaſor. 1. ſic ſolebant. *Obuiam fuere*, inquit, *Athenienſes M. Antonio cum coniugibus & liberis.* Diogenes Laertius in Empedocle.

Apud Græcos obuiam ibant principi cum liberis & coniugibus.

> *Queis quando egregias veniam comitatus in vrbes,*
> *Mulieribus maribuſque colar, comiteſque ſequentur*
> *Innumeri, ad lucrum quos ardens ſemita ducit.*

Velleius de ingreſſu Augusti in vrbem, poſt Actiacam victoriam. *Quo fauore omnium hominum, ætatum, ordinum exceptus ſit.* Apuleius 7. Metamorph. *Procurrunt parentes, affines, clientes, alumni, famuli, læti, faciem gaudio delibuti. Pompam cerneres omnis ſexus, & omnis ætatis, nouumque & hercules memorandum ſpectamen, virginem aſino triumphantem.* Lege, *in aſino.* Nam in ineſt in littera *m*, poſtrema verbi, *virginem.* Apud Latinos. Liuius libr. 27. *Matronæ ampliſſima veſte cum liberis, Dijs grates agebant.* Dio l. 51. *Ob deuictum Antonium, Auguſto vrbem ingredienti decretum fuit, vt Veſtales, & Senatus, populuſque cum liberis & coniugibus obuiam irent; quod non admiſit.* Sed ante iſtos Romanos authores Hirtius de bello Gallico: *Exceptus eſt Cæſaris aduentus ab omnibus municipijs & colonijs incredibili honore atque amore. Tum primum enim veniebat ab illo vniuerſæ Galliæ bello. Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum locorumque omnium qua Cæſar iturus erat excogitari poſſet. Cum liberis omnis multitudo obuiam procedebat. Hoſtiæ omnibus locis immolabantur, tricliniis ſtratis fora templaque occupabantur, vt vel expectatiſſimi triumphi lætitia percipi poſſet.* Apud Hebræos, mos progrediendi erat, vt diuideretur agmen in viros & fœminas. Zachariæ 12. Durauit etiam hic mos ad Chriſtianorum tempora. Prudentius in hymno D. Hippolyti, vbi de peregrinatione Chriſtianorum ad martyris ſepulchrum.

Apud Latinos idem. — *Apud Hebræos.* — *Apud Chriſtianos idem mos.*

> *Quiſque ſua lætus cum coniuge, dulcibus & cum*
> *Pignoribus, rapidum carpere geſtit iter.*

10 SPECTACVLORVM GRADVS.] Puto fuiſſe per vias, quibus incederet imperator, & gradus quoſdam in marginibus ſtructos ex tabulatis, per quos ſpectatoribus ſedentibus, triumphi ſpeciem liceret inſpicere. Et ita capio Senecam epiſtol. 88. in his verb. *Tabulata tacite in ſublime creſcentia.*

Gradus ſpectaculorum.

11 SVPERBVS, AC PVBLICI SERVITII VICTOR.] Nam peccatum parturiens aliquo pudore afficit: vbi peractum eſt, impudentiores ſui authores facit. Inde Nero ſuperbus

ſuperbus & publici ſeruitij victor. Notat autem Tacitus poſt Neronis ſcelus, illorum temporum adulationes, quæ Principi parricidæ, & agitatori, & ſaltatori, turpes triumphos pararent: quod ille Remp. quod naturæ leges, quod publicum decus, turpis, & improbus triumphator pedibus calcaſſet. O miſeriam! Quis neget ad ſeruitium factum hoc hominum genus? Romani non iam ſed veſani.

Fœda in Neronem adulatio.

12 CAPITOLIVM ADIIT.] *Terreſtre Iouis domicilium*, ait Cicero 6. in Verr. in quo Iupiter Capitolinus ex ære Deliaco. Plin. Iunior in fine Gratiar. actionis, quod tetigi ſupra. Et ita dictum Capitolium, *quod caput Tolli ibi repertum eſſet, qui apud Volſentanos dominatus olim.* Arnobius. *Quis eſt hominum, qui ignoret Tolli eſſe ſepulchrum Vulſentani?* Silius libro 12.

Capitolium domicilium Iouis terreſtre.

In Capitolinas certatim ſcanditur arces.
Sternunturque Ioui, & delubrum ſanguine honorant,
Tum Pæana canunt, reſponſaque fida precantur.

Idem eodem.

Tum vero paßim ſacra in Capitolia pergunt,
Inque vicem amplexi permiſta voce triumphum
Tarpeij clamant Iouis, ac delubra decorant.

Et Iuuenalis Sat. 8. de ſacrificio.

Eius ſacrificia.

Interea, dum lanatas, (id eſt oues) *toruumque iuuencum*
More Numæ cædit Iouis ante altaria, iurat
Solam Eponã, & facies olida ad præſepia pictas.

Sueton. in Iul. *Quadraginta elephantis lumina portantibus, Capitolium adijt.* Adibant Capitolium, quia Iupiter Romanis præcipuum numen. Prudentius ridens.

Cæſar adijt Capitolium cũ 40. Elephantis.

Quod Roma pollet, auſpicato condita,
Ioui Statori debet, & Dijs cæteris.

Nam per eum *ſtare imperium* credebant, & quod ſtetiſſet hoſtes.

Iupiter creditus numen præcipuum Romanis.

Vetus illi cura erat curriculo quadrigarum inſiſtere, nec minus fœdum ſtudium cithara [1] ludicrum in modum canere, [2] cum cœnaret: quod regibus & antiquis ducibus factitatum memorabat. Idque vatum laudibus celebre & deorum honori datum. Enimuero [3] cantus Apollini ſacros, talique ornatu aſtare, non modo Græcis in vrbibus, ſed [4] Romana apud templa, [5] numen præcipuum, & præſcium. Nec iam ſiſti poterat, cum Senecæ ac Burrho viſum, ne vtroque peruinceret, alterum concedere. Clauſumque valle Vaticana ſpatium in quo equos regeret, haud promiſcuo ſpectaculo. mox vltro vocari populus Romanus, laudibus extollere, vt eſt vulgus cupiens voluptatum, & ſi eo princeps trahat, lætum. Cæterum euulgatus pudor non ſatietatem, vt rebantur, ſed incitamentum attulit. Ratuſque dedecus amoliri, [6] ſi plures fœdaſſet, [7] nobilium familiarum poſteros, egeſtate venales, [8] in ſcenam deduxit: quos fato perfunctos nominatim tradam, maioribus eorum tribuendum puto. [9] Nam & eius flagitium eſt, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent. Notos quoque [10] equites Romanos operas arenæ promittere ſubegit donis ingentibus, niſi quod [11] merces ab eo qui iubere poteſt vim neceſſitatis affert. Ne tamen adhuc publico theatro dehoneſtaretur, inſtituit [12] ludos Iuuenalium vocabulo, in quos paſſim nomina data. non nobilitas cuiquam, non ætas aut acti honores impedimento, quo minus Græci Latiniue hiſtrionis artem exercerent, vſque [13] ad geſtus modoſque haud viriles. Quin & fœminæ illuſtres deformia meditari. Extructaque [14] apud nemus quod [15] nauali ſtagno circumpoſuit Auguſtus, conuenticula & cauponæ, & poſita veno [16] irritamenta luxus: [17] dabanturque ſtipes, quas boni neceſſitate, intemperantes gloria conſumerent. Inde gliſcere flagitia & [18] infamia, nec vlla moribus corruptis olim plus libidinũ [19] circũdedit quã illa colluuies. [20] Vix artibus honeſtis pudor retinetur, nedum inter certamina vitiorum, pudicitia, aut modeſtia, aut quicquam probi moris [21] reſeruaretur. Poſtremus ipſe [22] ſcenam inſcendit, multa cura tentans [23] citharam & [24] præmeditans, [25] aſſiſtentibus familiaribus, abſceſſerat cohors militum, cen-

turiones tribunique: &[26] mœrens Burrhus, ac laudans. Tuncque primum conſcripti ſunt equites Romani, cognomento[27] Auguſtanorum, ætate ac robore conſpicui, & pars ingenio procaces, [28] alij in ſpe potentiæ. Hi dies ac noctes plauſibus perſonare. [29] Formam principis vocemque deum vocabulis appellantes, quaſi per virtutem clari, [30] honoratique agere. Ne tamen ludicræ tantum imperatoris artes noteſcerent, [31] carminum quoque ſtudium affectauit, contractis quibus aliqua pangendi facultas. [32] * Nec dum inſignis ætatis nati, conſidere ſimul, & allatos vel ibidem repertos [33] verſus connectere, atque ipſius verba quoquo modo prolata ſupplere. quod ſpecies ipſa carminum docet, [34] non impetu & inſtinctu, nec ore vno fluens. Etiam ſapientiæ doctoribus tempus impartiebat poſt epulas. vtque contraria aſſeuerantium [35] diſcordiæ eruebantur. nec deerant qui [36] voce vultuque triſti inter oblectamenta regia ſpectari cuperent.

** Nedum inſignes ætatis ſic adunati conſidere ſimul.*

1 LVDICRVM IN MODVM.] Sæpe noſter ludit in hæc verba. *Ludicra deformitas velaretur.* lib. 16. *Ne tantum ludicræ artes imperatoris noteſcerent.* Placet tamen, *ludiorum*: nec parum placet. Iuuenalis Sat. 8. de Nerone, quem ridet cum ſuis ludiorum artibus.

Ludicrum opera Neronis opera.

Hæc opera, atque hæ ſunt generoſi Principis artes,
Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita cantu
Proſtitui, Graiæque apium meruiſſe coronæ.

Citharœdo enim principe quid abiectius?

2 CVM COENARET, QVOD REGIBVS ET ANTIQVIS DVCIBVS.] Exemplum in Papinio 1. Achil.

Cithara regibus & ducibus frequens olim.

Nunc libare dapes, Bacchæaque munera Chiron
Orat, & attonitam vario oblectamine mulcens,
Elicit extremo chelyn, & ſolantia curas
Fila mouet, leuiterque expertas pollice chordas
Dat puero.

Sic Chiron ludebat. Sic Achilles.

Sed & diſcipulus & nutritius Chironis Achilles apud Homer. Iliad. 9. ingentium virorum facta canebat ad citharam. Claudian. 3. Conſul. Honor.

—— non ocyus hauſit Achilles
Semiferi præcepta senis, (i. Chironis qui partim fera & equus, partim homo) *cuſpidis artes,*
Siue lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas.

Itaque cithara conuiuiorum ſodalis dicta Horatio 3. Carmin.

Conuiuiorum ſodalis cithara.

Nec dicax olim, nec grata: nunc &
Diuitum menſis, & amica templis.

Et ſane ſinguli conuiuæ ordine citharam pulſabant, Deoſque & heroas canebant. Theognis.

Singuli conuiuæ ordine pulſabant citharam.

Χαίρω δ' εὔφθογγον χερσὶ λύρην ὀχέων.
Lætor beneſonam manibus lyram tenere.

Lyræ enim cantus bonis non diſplicuit. Cicero 1. Tuſcul. *Mos apud maiores hic epularum fuit, vt qui accumberent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes, atque virtutes.* Idem Cicero de clar. orator. *Carmina in epulis cantata a ſingulis conuiuis de clarorum virorum laudibus.* Sed Cato Cenſorius non ſerij hominis eſſe dixit cantare, obiurgauitque Cæcilium Senatorem, appellans eum *ſpatiatorem & Feſcenninum. Præterea*, inquit, *cantat vbi collibuit: Quod non modo turpe viris, ſed & virginibus*, vt teſtatur Macrobius cap. 10. lib. 2. Nam pſallere, ſaltare elegantius, quam neceſſe ſit probæ, valde turpe eſt; Seruiliamque reprehendit, non quod ſaltaret, ſed quod *ſaltare ſcierit, filias quoque virgines inter ſtudioſa:* (lege, *inter ſtudia otioſa*) *numeraſſe ſaltandi meditationem, nefas.* At *Themiſtocles cum ſe lyræ imperitum dixiſſet, habitus eſt indoctior.* ait Cicero de Senect. Tamen Muſici, & vates, & ſapientes dicti. Quod autem addit *Regibus*, hoc facit vt ignominiam velet & antiquos reges prætendat tegendæ ignominiæ cauſa. Sic apud Comicum in ſtupro tegendo Chærea dicebat.

Canebant illuſtrium virorum facta.

Quod Iupiter fecit, ego homuncio non facerem?

Exẽpla vitiorum pro excuſatione ſunt, vt qui peccat exemplo, peccare non putet. At non imitanda vitia, ſed virtutes. Sic peccat Achilles inter virgines exemplo Herculis qui muliebri habitu in ſinu Omphales delituit. Tertullian. in Pallio, & Papin. in Achilleide. Et heic Nero reges citat, *— ne forte pudori*
Sit ſibi Muſa lyræ ſolers & cantor Apollo.

3 CANTVS APOLLINI SACROS.] Sulpitia ad Phœbum, indicat Apollini cantus ſacros.

Sancte veni, tecumque feras quicunque ſapores,
Quicunque & cantus corpora feſſa leuant.

Sane Homerus in hymno Apollinis ait cantus legem illi tributam. Ita Horatius lib. 4. ad Apollinem:

Honos antiquis Muſicis vt vates & ſapientes iudicarentur.

Doctor argutæ fidicen Thaliæ.

Propertius.

Pythius in longa carmina veſte ſonat.

Sed quis iure culpet canendi peritiam? Quintil. lib. 1. cap. 10. ait *Muſicam antiquis temporibus, tantum ſtudij & venerationis habuiſſe, quantum ars alia.* Sed Nero quo ſuum velet dedecus, Apollinem prætendit.

4 ROMANA APVD TEMPLA.] Præcipue in templo Palatino. Vnde Horatius:

Templum Palatinum.

Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo.

Et erat iſtud templum elegans valde: habuit tamen alijs in regionibus vrbis Romæ: quod docent Sextus Rufus, & Pub. Victor.

Apollini templa in vrbe multa.

5 NVMEN PRÆCIPVVM ET PRÆSCIVM.] Præcipuum dicit, quod inter præcipuos

Apollo præcipuus Romanis numen.

cipuos Romanorum Deos, & ſummates, & maiorum gentium colerentur. Cicero 2. de leg. Et ſane inter eos qui Ioui aſſident. Nam ſic Ennius.

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Ioui, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Et præſcium.

Cur ita dictũ.

Præſcium autem numen, quod ventura non modo præſciret, ſed & prædiceret, doceretque quæ Rempub. iuuarent. Liuius libr. 22. *Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum miſſus eſt, ſciſcitatum quibus precibus ſupplicationibuſque Deos poſſent placare.* En caſca Romanorum ſuperſtitio.

6 Si plvres.] Nequitia ſocios quærit, amatque corrumpere & corrumpi.

7 Nobilivm familiarvm.] Quas Iuuenalis figit ſine aculeis Sat. 4.

Nobiles Romani ſub Nerone ludiones.

Etiam longe ante.

Profuit ergo nihil miſero, quod cominus vrſos
Figebat Numidas, Albana nudus arena
Venator. Quis enim iam non intelligat artes
Patricias?

Martialis lib. 4. epigramm. 61.

Here, de theatro Pollione cantante,
Cum ſubito abires, dum fugis, loquebaris.

Ideoque ille qui abibat, in periculo vitæ erat, quamuis non loqueretur. Nam dictum pro facto, apud Nerones.

8 In scenam dedvxit.] Non ille prior, ſed Iulius Cæſar, qui quingentis millibus inuitauit ad ſcenam Laberium; vnde illa illius vox apud Macrobium lib. 2. cap. 7.

Sub Auguſto & Iulio equites mimi.

Eques Romanus lare egreſſus meo,
Domum reuertar mimus. Nimirum hoc die
Vno plus vixi, mihi quam viuendum fuit.

At Auguſtus ad ſcenicas & gladiatorias operas, equitibus Romanis vſus eſt. Suet. in Aug. cap. 43. vnde illi potuit obiici quod Salluſt. 1. Hiſtor. *Præclara Brutorum, atque Æmiliorum, & Lutatiorum proles; geniti ad ea quæ maiores peperere ſubuertenda.* Ex Senatoribus enim mimi, ex triumphalibus gladiatores. Sed habuere bella ciuilia Vitellij hoc decus: quod *cautum ſeuere ne equites Rom. ludo & arena pollnerentur.* Tacit. 2. Hiſt.

9 Nam et eivs.] Quid ſi legatur acute & per interrogationem: *Num & eius flagitium eſt, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent?*

10 Eqvites Rom. operas arenæ.] Depugnauere ſub Iulio, Furius Leptinus ſtirpe prætoria, & Aulus Calpenus Senator quondam, actorque cauſarum. Suetonius in Iul. cap. 39. vt vlcus nouum eſſe non putes. Sed vbi princeps arenarius factus eſt, eo omnes turmatim concurrerunt: nec viri tantum, ſed & fœminæ. Ælia Catulla nobiliſſima, annos nata 80. ſaltauit. O inſaniam! & hoc Dio narrat libr. 61. Et ſub Domitiano, Martialis etiam id indicat & laudat factum lib. 1. dum inquit.

Arenarij quidam equites ſub Iulio.

Et Senatores. Sub Nerone omnes.

Et fœminæ, vt Ælia Catulla.

--poſt tua munera, Cæſar,
Hæc iam fœminea vidimus acta manu.

His enim temporibus nullus pudor, præſertim fœminis, & nihil erubuiſſe virtus fuit.

11 Merces ab eo.] Laberius ſuum factum excuſauit ſub Iulio Cæſare his verſibus.

Merces data ad nobilitatem arena fœdandã.

Etenim dij negare cui nil potuerunt,
Hominem me denegare, quis poſſet pati?

Poteſtas, inquit Macrobius libr. 2. cap. 2. *non ſolum inuitat, ſed & ſi ſupplicet, cogit.* Recte.

Qui rogat princeps cogit.

12 Lvdos Ivvenalivm.] Non ij qui a Salinatore Senenſi prœlio voti; & *ludi iuuentutis* dicti. de quibus Cicero in Bruto. Sed *ludi Iuuenalium*, a iuuentute depoſita cum prima barba. De qua depoſitione eſt Apollonidis epigramma Græcum tit. de laudibus in Antholog. Et Xiphilinus in Auito, *ſemel*, ſcribit, *Auitum mentum raſiſſe, ob eamque cauſam dies egiſſe feſtos.* Maiores autem & vetuſtiores Romani barbati & capillati erant omnes. Inde Iuuenalis verſus.

Iuuentutis ludi voti a Salinatore.

Iuuenales ludi a barba prima depoſita.

Maiores Romani barbati omnes.

--dignum barba, dignumque capillis
Maiorum.

Et ſane omnes in nummis veterum vultus, horridi barba, & capillis. Et pro indicio eſt Senator ille apud Liuium, cui Gallus barbam depilauerit, ſcipione ob immodeſtiam percuſſus. Cato etiam *intonſus* dictus fertur. Tonſores vero Romæ non fuiſſe, niſi anno CCCCLIIII. ex authoritate Varronis, pro argumento eſſet; niſi etiam inde concludi poſſet, quia piſtores Romæ non fuerunt, niſi ab V. C. anno ſupra DLXXX. idcirco Romanos panem non habuiſſe: quod non ſequitur. Tamen vſque ad hæc tempora intõſos fuiſſe Plinius ait lib. 7. cap. 59. Verum refragatur vetus Iuuenal. interpres Sat. 4. qui *Tarquinium Superbum propexam barbam habuiſſe* ſcribit, *etiamſi ſocer eius Seruius detonſam haberet.* Sane primus Africanus, quotidie barbam & capillum raſit, eiuſque ſtatuæ omnes ſine barba & crine. Mos ergo poſt illum veterem inualuit, barbam ponere, & lanuginem ſacrare Dijs. Papin. 2. Theb.

In nummis.

Cato intonſus.

Quando tonſores Romæ.

Tarquinius Superbus propexa barba.

Eius ſocer inraſus.

Africanus quotidie raſus.

Barbæ poſitio.

--vbi caſta adoleuerit ætas,
Virgineas libare comas.

Petronius Arbiter. *Cui deo crinem vouiſti?* Puellæ Mineruæ, pueri Dijs vouebant. Martialis lib. 9. epigr. 17.

Conſilium formæ ſpeculum, dulceſque capillos
Pergameo poſuit dona ſacrata Deo,
Ille puer tanto domino gratiſſimus aula,
Nomine qui ſignet tempora verna ſuo.

Et epigramm. 18.

Hos tibi laudatos dominorum voce capillos
Ille tuus Latia miſit ab vrbe puer.

Petronius Arbiter: *Pyxis aurea non puſilla in qua barbam ipſius conditam eſſe dicebant.* At primam barbæ depoſitionem feſto cultu celebrauere; nec tamen hic mos omnibus placuit. Nam Aenobarbos & Halas, alioſque plurimos in nummis videmus promiſſa barba vixiſſe. Sane temporibus Senecæ ad barbitium redierant, ſed attonſis pilis ſuperioris labri, reliquo barbitio promiſſo. Sic enim ille epiſt. 114. *quod vides iſtos ſequi, qui & barbam vellunt, aut interuellunt, qui labra preſſim tondent, & abradunt, ſeruata & ſubmiſſa cætera parte.* Temporibus Domitiani varie ſe tondebant. Martialis lib. 8. epigr. 47.

Feſto cultu celebrata.

Mos tondendi barbam Senecæ filij æuo.

Sub Domitiano.

Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt,
Pars vulſa eſt: vnum quis putet eſſe caput?

Et epigramm. 94. lib. 7.

-- Rigetque barba,

Qualem forcipibus metit ſupinis,
Tonſor Cinyphio Cilix marito.

D. Hieronym. aut quiſquis eſt, qui de cereo Paſchali ſcripſit. *Alius barbam ſcindit æqualiter, & hilaritatem frontis nitenti deſuper coma protegit: tam ſi paulum, vt nos facere ſolemus ruſticani, capillum vſque ad cutem proſecueris, riſum præbebis.* Suetou. de Auguſto. *Tunc enim omnes barbam ponebant.* Nam paſtor Virgilianus.

Sub Auguſto omnes ingenui ponebant barbam.

Candidior poſtquam tondenti barba cadebat.

Serui crinem. *Capilli & barba auro condita.*

Serui vero ponebant crines, vbi eſſent viriles facti: quod docet Martialis lib. 10. Hi autem capilli auro conditi principibus viris. Idem Martialis.

Diſpenſat pueris, rogatque longos
Leuis ponere villicus capillos.

13 Ad gestvs modosqve havd viriles.] Iſtas hiſtrionum, & hiſtriones imitantium ſpurcitias, viderunt primi Chriſtiani veteres, & primi ſunt execrati. D. Cyprianus 2. ad Donat. epiſtola. *Motum*, inquit, *quanta labes, quæ probrorum fomenta, quæ alimenta vitiorum, hiſtrionicis geſtibus inquinant? Videas contra fœdus iuſque naſcendi patientiam incertæ turpitudinis elaboratam. Euirantur mares, honor omnis, & vigor ſexus eneruatur*, &c. Libuit hæc attexere, quod ita mores eant, vt iuuentus ſuæ ſpeculum muliebritatis habeat.

Hiſtrionum geſtus haud viriles primi Chriſtianorum notarunt.

14 Apvd nemvs.] Olim ſtagnum, poſtea nemus. Nam Auguſtus vt exhiberet Naumachiam, iuſſit cauari ſolum vicinum Tiberi, traductiſque aquis compleuit, & nauale bellum exhibuit: Naumachia exhibita, ſiccata humo, dilapſiſque aquis, nemus inſtituit Cæſarum. Quia vero tota exhauriri non potuit, dedit illas aquas proximis hortis ad irrigandum. Quod notant authores, & nominatim noſter heic. Illud autem nemus dictum *Horti Cæſaris*, quos Iulius Cæſar poſſederat, & teſtamento populo Romano legarat, vt ſcribit Suetonius cap. 83. in Iul. Et nunc nemus dicitur, nunc horti Cæſaris ab authoribus. Cicero epiſt. 6. libr. 11. ad Attic. *Cæſaris hortos & Baias deſponderat.* Et Martial. lib. 1. epigr. 13.

Vbi nemus iſtud.

Rura, nemuſque ſacrum, dilectaque iugera Muſis
Signat vicina quartus ab vrbe lapis.

Suetonius in Aug. cap. 43. dixi de eo libr. 6. in his verbis, *aditu iuxta Tiberim hortis.* Nam iſtud nemus lauretum erat ex ramis triumphantium Auguſtorum ibi conſitis conſitum.

15 Navali stagno.] De quo Martialis lib. 1. epigramm.

Auguſti laudes fuerant committere claſſes,
Et freta nauali ſollicitare tuba.

At puto illud ſtagnum dictum *Piſcinas Cæſarum*, quæ in hortis Tiberinis, quibus citati piſces ad nomen veniebant. Plinius libr. 10. cap. 70. Et de illo ſtagno interpretor, quod ait Horatius de Arte Poetica.

——*ſiue receptus*
Terra Neptunus, claſſes Aquilonibus arcet.

Poſt Auguſtum, Titus eodem loci Naumachiam habuit, vt ex Dione ſcribit Xiphil. libr. 7.

16 Irritamenta lvxvs.] Edulia, vinũ, & meretrices, ſcorta meritoria, diobolaria, quæſtuariæ mœchæ, & hoc genus omne.

17 Dabantvrqve stipes.] Stipes illæ Dijs, aut ludis Deorum gratis faciendis, quæ XII. Tabulis prohibitæ, niſi in ludis Idææ matris: Tamen & poſt 12. Tabulas, Mineruália, & Sotiria Mineruæ, & Apollini ſunt perſoluta. Tertull. autem ea omnia ridet in Apolog. *Templorum*, *inquitis*, *vectigalia quotidie decoquunt: ſtipes quotuſquiſque iam iactat? Non enim ſufficimus & hominibus, & Dijs veſtris mendicantibus opem ferre; nec putamus alijs quam petentibus impertiendum: Deinde porrigat manum turpiter, & accipiat, cum interim plus noſtra inſumit miſericordia vicatim, quam veſtra religio templatim.* Etiam imperatores ſuam ſtipem, vt Dij, colligebant. Sueton. in Aug. *Ex nocturno viſu etiam ſtipem quotannis die certo emendicabat a populo, cauam manum aſſes porrigentibus præbens.* Quod turpe imperium habenti.

Stipes Dijs aut ludis Deorum faciendis. *Mineruália.* *Sotiria.* *Mendicantes Dij paganorũ.*

18 Infamia.] Pro re infami, & indecora.

Infamia & dedecus ſub Nerone late diffuſum.

19 Circvmdedit.] Lego, *circumedidit*, id eſt late vagatas circumtulit iſtas turpitudines.

20 Vix artibvs honestis pvdor retinetvr.] Aurea ſententia. Nam vt ſeges lollio macteſcit, ſic pudicitia inter vitiorum turbas.

21 Reservaretvr.] Puto legendum, *Reip. ſeruaretur.*

Tacitus emendatus.

22 Scenam inscendit.] Plautus in Rud.

Quid mihi ſceleſto tibi erat auſcultatio,
Quidve abitio, quidve in nauem inſcenſio?

Idem in Menæchm.

--nunc equos iunctos iubes
Capere me indomitos, feroces, atque currum inſcendere.

Inſcendo, verbum vetus.

Eſcendere etiam dicitur. Noſter Annal. 13. *Eſcendere ſuggeſtum imperatoris.* Et *eſcenſus, capta eſcenſu munimenta.* Sunt priſca verba, ſed optima veterum Romanorum, qui licet allium ederent, tamen non olebant male.

Et eſcendo.

23 Citharam.] Author qui de diuerſis generibus muſicorum ſcripſit epiſt. 28. poſt D. Hieronym. Tom. 6. *Cithara*, inquit, *de qua in 42. Pſalmo ſcriptum eſt, Confitebor tibi in Cithara, proprie conſuetudinis eſt apud Hebræos, quæ cum chordis 24. quæ in modum Δ litteræ, ſicut peritiſſimi tradunt, vtique componitur, & per digitos Pindari varijs vocibus tinnulis, ictibuſque diuerſis modis concitatur.* Sane in nummis, imago Citharæ paſſim viſitur multis chordis inſtructa. Sed fuiſſe tantum ſeptem chordis ornatam ſcribit Horat. hoc verſu,

Deſcriptio Citharæ. *24. Chordas habuit.* *Facta in modũ Δ litteræ.*

——*reſonare ſeptem*
Callida neruis.

Et verum eſt tantum fuiſſe principio quatuor, mox additas tres. Quod ex Strabone liquet. Poſtea nouem, deinde viginti quatuor.

24 Præmeditans.] Lege, *præmeditatus.* In ſcena enim non erat præmeditans, ſed præmeditatus. Nam erat præmeditatio domeſtica, non publica, & ante inſcenſionem theatri, non poſt. Sic Tacitus facit Neronem

Tacitus correctus. *Præmeditatio ante ingreſſum theatri.*

nem Senecæ reſpondentem. *Quod meditatæ tuæ orationi prorſus occurram.* Oportuit enim in vmbratili puluere ſe exercere, antequam in ſcenam prodiret. Diuus Auguſtinus Serm. 4. *Nullus eſt citharœdus, nullus tibicē, quin ita ſe exerceat ſcenam ingreſſurus, timens ne quid inſuaue & inconcinnum canat: At nos ingreſſuri theatrum Angelorum*, &c. Horatius.

I nunc, & verſus tecum meditare canoros.

Ergo præmeditari oportuit ante ingreſſum theatri.

25 Assistentibvs familiaribvs.] Lectionum magna eſt varietas, & nulla ad verum. Lego, *Adſiſtebant cantibus familiares.* Nam vetus lectio ſic habet; *adſiſtentibus facies*, & addo, *acceſſerat & cohors.*

26 Moerens Bvrrhvs ac lavdans.] Pectore mœrens, ore laudans: mœrebat tacite Principis inſaniam, laudabat publice propudioſam cantus harmoniam. Tamen ſcripſere citatum nominatim a Gallione prodijſſe in theatrum, & ſtetiſſe in habitu citharœdi, ipſumque Neronem dixiſſe ſpectanti populo, *Domini mei, audite me libenter.* & ex parua & tinnula voce fletum & riſum hominibus excitaſſe. Dio, aut Xiphilinus ex Dione, non modo Burrhum, ſed & Senecam adſtantes facit, & ei ſuggerentes plaudenteſque manibus ac veſtimentis, vt reliquos ad eadem dedecora impellerent. Vere Quintilianus. *A corrugatis laudabantur etiam quæ non placerent.*

Aulici interdū pectore mœrent quod ore laudant.

27 Avgvstanorvm.] Qui erant quinque millia, ait Dio libr. 61. & *Auguſtales* vocat, Suetonius *Auguſtanos*, quanquam ſcriptum ſit *Auguſtianos. Sequentibus*, inquit, *curum ouantium ritu plauſoribus, Auguſtianos militeſque ſe triumphi eius clamitantibus.* Quod explico. Triumphantes enim habebant comites triumphi milites, qui bellis victorijſque adſtiterant. Ita etiam Auguſtanos Nero, qui palmarum ſuarum teſtes comiteſque extitiſſent.

Quinque millia Auguſtanorum.
Qui Auguſtales Dioni.
Auguſtani Suetonio.
Explicatus Suetonius.

28 Alii in spe potentiæ.] Legendum, *alti in ſpe potentiæ.* Quia potentia inescabantur. Nam multa authoritas eis promittebatur, cuius ſpe, Neroni fauebant. *Quid ſi, alti in ſpeciem potentiæ?* Nam ſpecies potentiæ eſt apud Reges & imperatores multos habere ſtipatores milites, & Prætorianos. Illa vero imagine & ſpe alebantur iſti Auguſtiani. Re vera autem vt principem in theatro, & extra theatrum laudarent, & adulatorijs vocibus celebrarent. Quod aperiunt quæ ſequuntur. *Hi dies, ac noctes plauſibus perſonare.*

Auguſtani alti in ſpeciem potentiæ.
Qui laudarent Principis dedecora.
In theatro & extra theatrū.

29 Formam Principis vocemqve Devm vocabvlis appellantes.] Quod cum vultu & cultu Deus eſſet, etiam vocem haberet diuinam vt putabant. Quæ ſunt aulicorum adulantium offæ. Dio explicat & dicit eſſe qui exclamarent; *Quam pulcher Cæſar, Apollo Auguſtus, & alter veluti Pythius. Per ipſum Cæſarem vincit Cæſar. alij, Neroni Herculi. Neroni Apollini. Sacra vox Alij, Beati qui te audiunt. Alij, Oua Olympionice, victor, Oua Pythice. Victor quam ſolus victor es.* Sic Tiberio diuinas occupationes ingere-bant, quas reſpuit: heic diuinam vocem, & diuina ora Neroni tribuunt, quæ ſtultus princeps excipit & credit, & inde ſibi plaudit.

Aulicorum adulationes.
Qui dicebant Tiberij diuinas occupationes.
Quod reſpuit.
Hi Neroni diuinam vocem tribuunt.

Num hoc adulatorium a Poetis? Quippe ſunt eorum voces. *Diuino eſt ore locutus. Diuino hæc edidit ore. Digna Deo facies.* Virg. 1. Æn.

Poetæ adulationis fontes.
Et declamatores.

O quam te memorem virgo! nanque haud tibi vultus
Mortalis; nec vox hominem ſonat.

Num etiam a declamatoribus? Seneca pater ſuaſor. 3. *Quærebat a Gallione Meſſalla, quid illi viſus eſſet Nicetes? Gallio ait; Plena Deo.* Ita accipe epigr. 48. lib. 6. Martial.

Homo ſua cœna diſertus.
Acclamationes diſcipulorum de magiſtris.

Quod tam grande ſophos clamat tibi turba togata:
Non tu, Pomponi, cœna diſerta tua eſt.

Rhetor Phoſphorus.

Tertullianus contra Valentinianos: *In ſcholis Carthaginenſibus, fuit quidam rigidiſſimus Rhetor Latinus, Phoſphorus nomine, cum virum fortem peroraret. Venio, inquit, ad vos, optimi ciues, de prælio, cum victoria mea, cum fœlicitate veſtra, amplius, glorioſus, fortunatus, maximus, triumphalis. Et ſcholaſtici ſtatim familiæ Phoſphori φεῦ acclamabant.* Et ſane hæ diſcipulorum erant voces in magiſtellos declamantes. *O hominem litteratum, & σοφόν.* Eadem acclamatio in recitatione Tragœdiarum, & verſuum. Plutarchus libro de tranquill. ait Meropem Tragœdum illis exclamationibus inflatum, ſe ipſum peſſum dediſſe. Et hoc tangit D. Irenæus 1. contr. hæreſ. cap. 5. Quod explicatur ab Epiphanio, vt docet in Tertullianum Pamelius. Sic Perſius Sat. 1.

Acclamationes de Rhetore.
De Poetis.
De recitante Tragœdo.

-- eſſe recuſo
Euge tuum, & belle. nam belle hoc, excute totum.
Et, verum, inquis, amo; verum mihi dicito de me.

D. Auguſtinus in Pſalmum 59. *Non quemadmodum laudatur a ſtudioſis theatricarum nugarum vel auriga, vel venator, vel quilibet hiſtrio, & a laudatoribus inuitantur alij laudatores & exhortantur, vt pariter clament.* Quod idem libro 4. cap. 1. Confeſſionum explicat. *Nam*, inquit, *& popularis gloriæ ſectantes inanitatem vſque ad Theatricos plauſus & agonem coronarum fœnearum & ſpectaculorum nugas.* Cicero in orat. *Conciones ſæpe exclamare vidi, cum apte verba cecidiſſent.* Gellius lib. 5. cap. 1. vbi de Muſonio ſapiente viro. *Cum philoſophus*, inquit, *hortatur, monet, ſuadet, obiurgat, aliudve quid diſciplinarum diſſerit, tum qui audiunt, ſi de ſummo & ſoluto pectore obuias vulgataſque laudes effutiunt ſi clamitant, etiam ſi geſtiunt, ſi vocum eius feſtiuitatibus, & modulis verborum, ſi quibuſdam quaſi frequentamentis orationis mouentur, exagitantur, & geſtiunt, tum ſcias & qui dicit, & qui audit, fruſtra eſſe, neque illic philoſophum loqui, ſed tibicinem canere.* Nam ſic fiebat apud tibicines. Martialis adiungit baſia data gratulationis cauſa, lib. 1. epigr. 77.

De Philoſopho.
Baſia data Poetis cauſa gratulationis.

-- at circum pulpita noſtra
Et ſteriles cathedras, baſia ſola crepant.

Has igitur adulatorum voces Nero audijt. Erat enim ignauum pectus: idque Herodis exemplo: cui, vt notaui in fine libr. 2. & ex Act. Apoſtol. *populus acclamabat, Dei voces, & non hominis.* Tamen illam diuinam vocem Nero mortalem eſſe ſciens, primum laminis plumbeis iuuabat, ait Plinius libr. 34. cap. 18.

Nero ad vocem iuuandam ſectili porro vſus & oleo.

Deinde cibo: ſtatis enim omnium menſium diebus, vocis cauſa, ſectiuo porro, & oleo veſcebatur, nihilque aliud, ac ne panem quidem ſumebat. Idem author libr. 19. cap. 6. Dio eius vocem tam paruam & obſcuram ſcribit (quam tamen diuinam illi adulatores faciebant,) vt fletum & riſum ſimul omnibus moueret. In ſumma, dici poteſt de Nerone, quod de Portio Latrone ſcribit Seneca pater. *Nihil vocis cauſa non facere, vt illam per gradus, paulatim ab imo ad ſummum perduceret, & rurſus a ſumma contentione, paribus interuallis deſcenderet.* Perſius Sat. 1. in verſu,

Vox Neronis parua & obſcura. Imo ridicula.

—— liquido cum plaſmate guttur
Colluerit.

Indicat ad vocem firmandam, poetas vti ſolitos inter recitandum ſorbitiunculis. Et curſim corrigo epigramma 65. lib. 10. Martialis, quod fœdatum miſere, de voce.

Martialis correctus.

Os blæſum tibi, debiliſque lingua eſt:
Nobis filia fortius loquetur.

Loqui, pro rugire de leone. Loqui de auibus garrulis.

Lego, *Non nobis lea fortius loquetur.* Ponit *loqui* pro rugire. Nam rugitus vox, & loquela leonis. Sic aues *loquaces* dictæ, ſic res mutæ, & inanimatæ; vt loqui hiſtoriæ, & ipſæ res. Martial. libr. 10. epigramm. 3

-- credis hoc, Priſce,
Voce vt loquatur pſittacus coturnicis.

30 Honoratiqve agere.] Lego, *ageret*, id eſt principem quaſi Deum colebant, ac ſi cum virtute ageret, & honore. Ita fortaſſe legendum: *Quaſi per virtutem clare honorateque ageret.* Nam virtutem comitatur honor.

31 Carminvm qvoqve stvdivm.]

Nero malus Poeta, peior imperator.

Dixi ſupra, malum fuiſſe poetam, & peiorem ac crudeliorem principem. Fuere tamen inter Cæſares; qui poeſim delibaſſent. Nam Iulius Cæſar a puero Tragœdiam Oedipi ſcripſit. Sueton. cap. 56. & de Lapſanis carmen. Auguſtus vero Aiacem, quem in ſpongia eſſe dixit, vt ait Macrobius. Et Suetonius ita de illo, *Poematum quoque non imperitus.* cap. 89. in Auguſt. Extant inter epigrammata Martialis, quædam, vt lib. 11. epigr. 21. ſed Latina nimis. Tiberius quoque compoſuit carmen, cuius erat titulus, *Conqueſtio de L. Cæſaris morte.* Fecit & Græca poemata, imitatus Euphorionem & Rhianum, & Parthenium. Et ex Plinio carmen nobile de acontia Cometæ genere lib. 2. nat. Hiſtor. cap. 25. Et quamuis *Titus* legatur, tamen de Tiberio loqui certum, cum adijciat, *ad hunc diem nouiſſime viſa.* Nam opponit *hunc diem* principatui Tiberij qui ſuperiori ſæculo vixit. Caius illa imperij bellua de oratione celebratur, de compoſitis verſibus ſiletur. Et certe indignus, cui Muſæ fauerent. Tamen cantor & ſaltator ingens, ac Neronis prodromos. Claudius Comœdiam Græcam ſcripſit; Nero Troiam, ſeu Troicon, authore Iuuenalis interprete, aliaque quæ recenſui ſupra. Otho ſimia Neronis, fuit *ἄμουσος*. Vitellius in patinis animum habuit; Veſpaſianus, poeta non fuit, ſed poetas amans. Suetonius cap. 18. *Titus fingendis poematibus promptus, & facilis.* Idem cap. 3. in Tito. Plinius in præfat. *Domitianus carminibus cognoſcendis operam impendit, & poetices ſtudium ſimulauit.* Idem Sueton. in Domit. cap. 2. De alijs non dico. Infinito abhorret animus.

Poetæ Cæſares.

32 Necdvm insignis ætatis nati.] Non ita, ſed, *nedum inſigniores ætatis. Adunati conſidere ſimul.* Tacitus verbo *inſignior* vſus eſt ſupra, & verbo *inſignire.* Gellius libr. 10. cap. 12. ex oratione M. Catonis Cenſorij: *Inſignitas iniurias, plagas, verbera.* Et Gracchus in oratione de Legibus apud eundem eiuſdem lib. cap. 3. *Ecquid eſt quod aut ampliter inſigniterque dixeris?*

33 Versvs connectere.] Id eſt componere. Iuuenalis Sat. 6.

Vet. Iuuenalis Scholiaſt. correctus.

Componunt ipſæ per ſe formantque libellos.

Vitæ Iuuenalis quiſquis eſt author, ait Iuuenalem Satyram compoſuiſſe in poetam Neronis Paridem, his verbis mendoſis. *Paucorum verſuum Satyra non abſurde compoſita in Paridem pantomimum, poetamque Claudij Neronis, eius semeſtribus militiolis tumentem:* (lego, *initiolis.*) Ergo Paris pantomimus inter iſtos poetas. O quales turpitudinum poetæ! Tamen Sueton. cap. 52. in Ner. *Ad poeticam*, inquit, *pronus, carmina libenter ac ſine labore compoſuiſſe; neque, vt quidam putant, aliena prorſus edidit. Venere* (addit) *in manus meas pugillares, libellique cum quibuſdam notiſſimis verſibus, ipſius chirographo ſcriptis, vt facile appareret non tranſlatos, aut dictante aliquo exceptos, ſed plane quaſi a cogitante atque generante exaratos.* De verſuum inſuaui connexione, ita Martial. lib. 10. epigr. 100.

Quid ſtulte noſtris verſibus tuos miſces?
Cum litigante quid tibi miſer libro.
Quid congregare cum leonibus vulpes,
Aquiliſque ſimiles facere noctuas quæris?
Habeas licebit alterum pedem Ladæ,
Inepte fruſtra crure ligneo curres.

Inconcinno concinnatore nihil ineptius.

34 Non impetv, et instinctv, nec ore vno flvens.] Sic Propertius eleg. 1. lib. 4.

Quid auerſus Apollo. Inuiti cantus accerſiti.

Accerſis lachrymis cantus. auerſus Apollo.
Poſcis ab inuita verba pigenda lyra.

Id eſt, cantus non faciles, ſed inuitos, neque fluentes, imo lachrymis accerſitos. Contra faciles cantus, & faciles Dij.

Si mihi Dij faciles, & ſunt in amore ſecundi.

Et alibi.

-- ſint faciles in mea vota Dij.

Et poſtea.

Da mihi te placidum (id eſt facilem) *dederis in carmina vires.*

Martialis libr. 8. epigramm. 62.

Scribit in auerſa Picens epigrammata charta,
Et dolet auerſo quod facit illa Deo.

Sic opponuntur apud Ciceron. *facilis* & *durus*, ad Attic. epiſt. 14. *Occupationibus. Si duriorem te eius miſeræ, & afflictæ fortunæ præbes.* Et addit. *Sed facilem te profecto præbebis.* ait autem, *non impetu*, quod poetarum ex ingenijs prorumpant verſus valido impetu. Cicero 3. ad Q. fratrem, epiſtola *Gabinius. De verſibus quos tibi a me ſcribi vis, deeſt mihi quidem opera, quæ non modo tempus, ſed etiam animum vacuum ab omni cura deſiderat, ſed abeſt etiam* ἐνθουσιασμός. Ita Horatius de Pindaro.

Poetæ flauent impetu.

Et uno ore.

- immenſuſque

-- immenſuſque ruit profundo
Pindarus ore.

Inſtinctu, id eſt natura afflante ad Poeticam: Quippe a natura ille furor. Non enim poetæ fiunt, ſed naſcuntur. ait autem, *vno ore fluens*: Quippe manantes vno fonte riui, quaſi argentea vena, per prata labuntur leniter, & continua fluunt ſerie. At verſus diuerſa manu texti, non ita, ſed more panniculorum attextorum, produnt ſuam inconcinnitatem. Horat. ad Mæcenatem.

-- tenui deducta poemata filo.

Contra illi qui ad fulciendas carminis ruinas, apta pariter & inepta capiunt attoniti, vt Lucianus quibuſdam poetis exprobrat.

35 DISCORDIÆ ERVEBANTVR.] Horologia prius conuenient quam philoſophi. Quot capita, tot ſententiæ. Tertullian. de Patient. *Philoſophi quidem cum inter ſeſe varijs ſectarum libidinibus, & ſententiarum æmulationibus diſcordent, ſolius tamen patientiæ in commune memores, huic vni ſtudiorum ſuorum commiſerunt pacem.* Tam proprium eſt philoſophorum diſcordare, quam mulierum litigare.

Horologia potius conuenirent quam philoſophi.

36 VOCE VVLTVQVE TRISTI.] Taxat Stoicorum horrida ſupercilia, & ipſum Senecam principis magiſtrum. Sane D. Hieronym. vocat philoſophos *gloriæ animalia.* Quod ex Tertulliano ſumpſit libro de patient. *Et iſti minime ſapientes philoſophi, qui alieno tempore triſtitiam inter oblectamenta principis induiſſent.* Eſt enim intempeſtiua talis ſapientia. Muſica in luctu, narratio importuna eſt; in epulis, triſte ſupercilium. Martialis ad Pollam lib. 10. epigramm. 64.

Philoſophus gloriæ animal. Ex triſtitia gloriam aucupantur.

Sed male tempeſtiua triſtia illa inter principis iocos.

Contigeris regina meos ſi Polla libellos,
Non tetrica noſtros excipe fronte iocos.

Ideo idem author lib. 1. in præfat. *Non intret Cato in theatrum, ni ſpectat Florales.* Claudianus.

-- quæ tempeſtiua relaxat
Nunc canimus.

Sub idem tempus leui contentione atrox cædes orta inter colonos [1] Nucerinos Pompeianoſque, gladiatorio ſpectaculo, quod * Liuidineius Regulus, quem motum Senatu retuli, edebat. quippe oppidana laſciuia inuicem inceſſente, probra, deinde ſaxa, poſtremo ferrum ſumpſere, validiore [2] Pompeianorum plebe, apud quos ſpectaculum edebatur. Ergo deportati ſunt in vrbem multi e Nucerinis trunco per vulnera corpore, ac plerique liberorum ac parentum mortes deflebant. Cuius rei iudicium princeps Senatui, Senatus conſulibus permiſit. Et rurſus re ad patres delata, prohibiti publice in decem annos eiuſmodi cœtu Pompeiani, collegiaque quæ contra leges inſtituerant, diſſoluta. * Liuidineius & qui alij ſeditionem conciuerant, exilio mulctati ſunt. Motus Senatu & Pedius Blæſus, accuſantibus [3] Cyrenenſibus, violatum ab eo [4] theſaurum Æſculapij, [5] delectumque militarem pretio & ambitione corruptum. Iidem Cyrenenſes reum agebant Attilium Strabonem, prætoria poteſtate vſum, & miſſum diſceptatorem a Claudio agrorum, quos [6] regis Apionis quondam * habitos, & Populo Romano cum regno relictos, proximus quiſque poſſeſſor inuaſerant, [7] diutinaque licentia & iniuria, quaſi iure & æquo nitebantur. Igitur abiudicatis agris, orta aduerſus iudicem inuidia, & Senatus ignota ſibi eſſe mandata Claudij, & conſulendum principem reſpondit. Princeps probata Strabonis ſententia, ſe nihilominus ſubuenire ſocijs, & vſurpata concedere ſcripſit. Sequuntur virorum illuſtrium mortes, Domitij Afri, & M. Seruilij, qui ſummis honoribus, & multa eloquentia viguerant. Ille orando cauſas, Seruilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris, & elegantia vitæ, [8] * quam clariorem effecit, vt par ingenio, ita [9] morum diuerſus.

* Liuineius

* Liuineius

* auitos,

* quæ cum clariorem effecit,

1 NVCERINOS.] Silius libr. 8.

Illic Nuceria & Gaurus naualibus apta.

Nuceria & Gaurus. Pompeij vrbs Campaniæ.

2 POMPEIANOSQVE.] Vrbs Campaniæ illuſtris nomine, cuius excidium narrat Tertullianus in Pallio, & Seneca natural. quæſt. lib. 6. Idem ſcribens ad Lucilium. *Pompeiorum tuorum conſpectum incredibile eſt quam recens deſiderium tui fecerit.* epiſt. 49. & 70. *Pompeios tuos vidi.* Quod indicat Lucilium Pompeiorum dominum extitiſſe, aut in illis villam habuiſſe. Illa clades vicinitate Veſuuij montis aduenit, cuius nobiliſſimam vrbem abſorbuit. iniqua vicinitas.

Lucilius Pompeiorum dominus.

3 CYRENENSIBVS.] De Cyrenaica re-

gione, quæ in Africa, dixi ſupra. Hæc laſerpicij ferax. Plautus in Rud. Catullus.

Laſerpiciferu iacet Cyrenis.

4 Thesavrvm Æscvlapii.]Omnia templa Deorum gentilium plena donarijs. Machab. 1. cap. 6. *Audiuit eſſe ciuitatem Elimaidem in Perſide, nobiliſſimam, & copioſam argento & auro, templumque in ea locuples valde. Et illic velamina aurea, & loricæ, & ſcuta, quæ reliquit Alexander Philippi Macedo, qui regnauit primus in Græcia.* Vide caput 1. eiuſdem libri de templo Hieroſolymitano, quod expilauit Antiochus Illuſtris, qui *radix peccati* dicitur, & cuius rapinæ, & vngues, etiam Dei viuentis ſacra inuaſerunt, vt olim Circuncelliones, & Donatiſtæ, & eorum proles impia. Æſculapio autem ſotiria dabantur magna & ingentia, pro recuperata valetudine, & præclara dona a ciuitatibus, peſtis graſſantis temporibus, alijſque aeris intemperijs. Ideo theſaurus eius valde diues. Liuius libr. 45. *Haud parem opibus Epidaurum, ſed inclytam Æſculapij nobili templo, quod quinque millibus paſſuum ab vrbe.* Nunc veſtigijs reuulſorum donorum: Tunc enim donis diues erat, quæ remediorum ſalutarium ægri mercedem ſacrauerant Deo. Et ſane *a Romanis*, vt teſtatur idem Liuius libr. 40. *ſigna inaurata data ſunt Æſculapio peſtilentia vigente, & tabulæ pictæ ad ornatum templi*, libr. 49. De iſto Africano Æſculapio, loquitur Tertullianus de Pallio. *Inſtar eius*, inquit, *Æſculapio iam veſtro, ſacerdotium eſt.* Dicit *iam*, quod prius apud Epidaurum in Græcia cultus: a Græcis & Peloponeſo, ad Romanos, a Romanis ad Africanos & Carthaginienſes migrauerit. Non prætereo de Æſculapio locum Tertulliani in Apol. male habitum, quem Æſculapius ad hunc vſque diem non ſanauit. *Iſte ipſe*, inquit, *Æſculapius, medicinarum demonſtrator alias demorituris Cordij denatij, & Aſclepiodori ſubminiſtrator.* Lego, *ſcordij, & Athanaſiæ, & Aſclepionis ſubminiſtrator.* Has enim tres herbas veluti ſaluberrimas nominat. Scordium, quod ad omnes corporis dolores eius ſuccus. Plin. lib. 26. cap. 11. Athanaſiam, quod immortales homines reddat, vt ſcribit Teophraſtus. Et Aſclepionem, quæ Panacea dicitur, & quæ omnibus morbis efficax. Idem Plin. l. 25. cap. 4. Et ideo inuentores habet Deos.

Signa inaurata data Æſculapio a Rom. Et tabulæ pictæ. Tertullianus explicatus. Tertullianus correctus. Tres herbæ ſaluberrimæ. Scordium. Athanaſia. Aſclepio ſeu Panacea.

5 Delectvmqve militarem.]En correctorum & exſcriptorum facinus. Lege, *dilectuque militari eum pretio & ambitione corruptum.* Quia legerunt *militarem*, pro *militari eum*: ideo *dilectum*, pro *dilectu* repoſuerunt.

6 Regis Apionis.] Lego, *Regi Apioni quondam habitos.* Ita legi lib. 11. *A Lucullo habitos, non emptos.*

7 Divtinaqve licentia.] *Diutina tamen poſſeſſio ſine iuſto titulo prodeſſe ad præſcriptionem non poteſt.* L. Diutina. de præſcript. Cod. Bonam enim fidem habere præſcribentem oportet, & improba poſſeſſio firmum titulum poſſidenti præſtare nullum poteſt. L. improba. de adqu. & retin. poſſeſ. Cod. Tertullianus, *Veritati præſcribere nemo poteſt, non ſpatium temporis, non patrocinia perſonarum, non priuilegium regionum.* de virgin. vel.

Diutina poſſeſſio ſine iuſto titulo. Improba poſſeſſio firmum titulum poſſidenti non poteſt præſtare.

8 Qvam clariorem.] Lege, *quæ eum clariorem.* Et ſunt notæ non agnitæ, quæ miras tenebras huic noſtro & omnibus ſcriptoribus offundunt. Correxi ſimilia menda ſupra. Sed quia addit, *clariorem*, explico, magis notum, magis conſpicuum. Nam veteribus Grammaticis eſt claritas luminis & claritas perſpicuitatis. Illa ſplendoris, iſta nobilitatis eſt. Salluſt. in Iugurth. *Multæ artes animi, quibus claritudo paratur.*

Taciti correctio.

9 Morvm diversvs.] Nam in Domitio Afro male habitauit eloquentia, in Seruilio bene. Domitius vir malus, dicendi peritus: Seruilius contra vir bonus, & eloquens, qui præter fori dotes, etiam res Romanas ſcripſit. Non vane, non imprudenter, non impudenter, vt multi, quibus fides nulla, quia fidem non habent. Et mentiri in Reges Chriſtianos & Principes pulchrum putant & laudabile: quod nequiſſimum tamen.

Differentia Domitij Afri & Seruilij. Seruilij hiſtoria.

Nerone quartum, Cornelio Coſſo Coſs. [1] quinquennale ludicrum Romæ inſtitutum eſt, ad morem Græci certaminis, varia fama, vt cuncta ferme noua. Quippe erant qui Gn. quoque Pompeium incuſatum a ſenioribus ferrent, [2] quod manſuram theatri ſedem poſuiſſet. *Nam antea [3] ſubitarijs gradibus, & ſcena in tempus ſtructa, ludos edi ſolitos: vel ſi vetuſtiora repetas, ſtantem populum ſpectauiſſe: ſi conſideret, theatro [4] dies totos ignauia continuaret. [5] Ne ſpectaculorum quidem antiquitas ſeruaretur, [6] quoties Pop. Rom. ſederet, nulla cuiquam ciuium [7] neceſſitate ſpectandi. Cæterum abolitos paulatim patrios mores, funditus euerti per accitam laſciuiam, vt quod vſquam corrumpi & corrumpere queat, in vrbe viſatur, degeneretque ſtudijs externis iuuentus, gymnaſia & otia, & turpes amores exercendo, principe & Senatu auctoribus, qui non modo licentiam vitijs permiſerint, ſed vim [8] adhibeant: Proceres Romani ſpecie orationum & carminum, ſcena polluantur: [9] quid ſupereſſe, niſi vt corpora quoque nudent, & cæſtus aſſumant, eaſque pugnas pro militia & armis meditentur? [10] * An iuſtitiam augurij, & [11] decurias equitum, egregium iudicandi munus expleturos, [12] ſi fractos* * An ſcientiã augurij.

ſonos

ſonos & dulcedinem vocum perite audiſſent? Noctes quoque dedecori adiectas, ne quod tempus pudori relinquatur, ſed cœtu promiſcuo quod perditiſſimus quiſque per diem concupiuerit, per tenebras audeat. Pluribus ipſa licentia placebat, ac tamen honeſta nomina[13] prætendebant: [14] *Maiores quoque non abhorruiſſe ſpectaculorum oblectamentis, pro fortuna quæ tum erat, eoque a Thuſcis accitos hiſtriones, a Thurijs equorum certamina, & poſſeſſa Achaia Aſiaque, ludos accuratius editos: neque quenquam Romæ honeſto loco ortum,* [15] *ad theatrales artes degenerauiſſe, ducentis iam annis a* [16] *L. Mummij triumpho qui primus id genus ſpectaculi in vrbe præbuerit. Sed & conſultum parcimoniæ, quod perpetua ſedes theatro locata ſit, potius quam immenſo ſumptu, ſingulos per annos*[17] *conſurgeret ac ſtrueretur.*[18] *Nec perinde magiſtratus rem familiarem exhauſturos, aut populo efflagitandi Græca certamina a magiſtratibus cauſam fore, cum eo ſumptu Reſp. fungatur. Oratorum ac vatum victorias incitamentum ingenijs allaturas: nec*[19] *cuiquam iudici graue, aures ſtudijs honeſtis, & voluptatibus conceſſis*[20] *impartire. lætitiæ magis quam laſciuiæ dari paucas potius quinquennij noctes, quibus tanta luce ignium nihil illicitum occultari queat.* Sane nullo inſigni dehoneſtamento id ſpectaculum tranſijt. Ac ne modica quidem ſtudia plebis exarſere, quia redditi quanquam ſcenæ Pantomimi, [21] certaminibus ſacris prohibebantur.[22] Eloquentiæ primas partes nemo tulit, ſed victorem eſſe Cæſarem pronuntiatum. Græci amictus[23] quos per eos dies plerique inceſſerant, tum exoleuerant.

1 QVINQVENNALE LVDICRVM.] Vt decennale, de quo Dio lib 53. vicennale, de quo Euſebius in vita Conſtantini. dicit autem *Romæ*, quia ante Nicopoli, apud Actium quinquennales in honorem Victoriæ Actiacæ. de quibus noſter ſupra.

2 QVOD MANSVRAM THEATRI SEDEM POSVISSET.] Eo ſpectant verba Plinij de theatro Scauri. *Hic*, inquit, *fecit in Ædilitate ſua opus maximum omnium quæ vnquam fuere humana manu facta: non temporaria mora, verumetiam æternitatis deſtinatione.* lib. 37. cap. 15. ait autem *temporaria mora*, quia illa theatra ſtatim orientia, ſtatim occidentia. Nam vbi ſtructa, continuo deſtructa. Martialis de iſto Pompeij theatro lib. 10. epigr. 51.

Sed nec Marcelli, Pompeianumque, nec illic
Sunt triplices thermæ, nec fora iuncta quater.

Tertullianus Chriſtianus vocat damnatum & damnandum opus in Apolog. *Vbi ſunt*, inquit, *leges, quæ theatra ſtuprandis moribus orientia deſtruebant?* Valer. libr. 2. cap. 4. vocat *theatra vrbana caſtra, excogitata cultus Deorum, & hominum delectationis cauſa*, atque *inchoata a Meſſalla, & Caßio Cenſoribus, ſed authore P. Scipione Naſica, omnem apparatum operis eorum ſubiectum haſtæ veniſſe.*

3 SVBITARIIS GRADIBVS, ET SCENA IN TEMPVS STRVCTA.] Nam ceſpitibus aggeſtis ſibi editiorem locum faciebant Quirites. Primum autem ſtantes ſedebãt non modo populus, ſed & magiſtratus. Mox ſedente magiſtratu, vt gratiam faceret populo, gradus fecit ſubitarios & breui manſuros: quod ad Pompeium durauit, qui ex quadrato lapide cum gradibus theatrum ſtruxit.

Subitarij gradus theatrorũ.

4 DIES TOTOS IGNAVIA CONTINVARET.] Id eſt ſederet, & reſideret. Nam otia, ſunt vota populi. Poeta in Bucolicis.

Otia votum plebeculæ.

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.

Tertull. in Pallio, ex verbis Virgilij: *Verum nobis hæc otia, & annona a cœlo.* Et Martialis.

—— O Soles, o tunicata quies.

ait, *tunicatam quietem* vulgi, quia populus tunicatus. Hor. -- *vendens tunicato ſcruta popello.* Equites trabeati, Senatores togati, tunicati Quirites. at Regum eſt curare, & negotia agere; vulgi vero otiari, & edere. Poteſtas Regia, ſeruitus eſt, & aurei compedes; populi ignauia, veſana libertas. Horat. clare hos populi mores deſcribit. - *Fuit haud ignobilis Argis,*

Populus tunicatus.

Regum negotiari.

Vulgi otiari.

Qui ſe credebat miros audire Tragœdos,
In vacuo lætus ſeſſor plauſorve theatro.

Et egregie Valerius, qui Senatuſconſulto cautum fuiſſe ſcribit, *Ne quis in vrbe propiuſve paſſus mille, ſubſellia poſuiſſe, ſedenſve ludos ſpectare vellet, vt ſcilicet remißioni animorum, iuncta ſtandi virilitas, propria Romanæ gentis, nota eſſet.* Quod eleganter dictum. Nam Roma nil niſi vigor & virilitas. Hac ſibi parauit imperium. Nec ſileo quod Suet. in Caligula ait 26. *Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca occupantium omnes fuſtibus abegit, eliſique per eum tumultum 20. amplius equites Rom. & totidem matronæ ſuper innumeram turbam cæteram.* Vt notes ignauiam populi Rom. fuit autem a Theatro non longe ædes Murciæ deæ quæ dea ignauiæ fuit, non male ibi locata.

Theatri vulgus amantiſſimum.

5 NE SPECTACVLORVM.] Legendum puto, *nec*: quippe erant qui incuſarent man-

ſuras ſedes theatri, & quod nec antiquitas ſpectaculorum ſeruaretur.

6 QVOTIES.] Defectus locus. Lego; *Quia quoties*, & ſimiles litteræ repetendæ noctem fecerunt.

7 NECESSITATE CERTANDI.] *Neceſſitas eſſet certandi.* Id eſt, ex quo gradus in theatro Populo Romano dati, nulla erat cuiquam certandi neceſſitas: at modo contra, etiam inuiti ad certamen trahuntur. Nec lego, *prætor*, ſed, *Populus Romanus ſederet*.

Tacitus explicatus.

8 ADHIBEANT. PROCERES ROMANI.] *Vim adhibeant vt proceres Romani.*

9 QVID SVPERESSE.] *Quid ſupereſt.*

10 AN IVSTITIAM AVGVRII.] Quis authorum vnquam dixit, *iuſtitiam augurij?* Et quid iuſtitiæ cum augure? lege, *An ius ſcientiamque augurij.* Scientia enim dicitur, & diſciplina. Et vere ſcientia augurum fuit, apud Romanos. Sic Cicero ad App. Pulchrum 3. famil. epiſt. *Vix tandem, ipſam cognitionem iuris Auguralis conſequi cupio.* Ac ideo libri Augurales. eod. epiſtol. *Cum eſſenr.* Et *diſciplinam Augurum* vocat epiſt. *Vereor.* l. 6. famil. Lucanus eam ſcientiam paucis verbis & Augurum munia delineat.

Augurij iuſtitiam dixit nemo.

Dixere ſcientiam augurum.

- quis noſcere fibra
Facta queat, quis prodat aues, quis fulgura cæli
Seruet, & Aſſyria ſcrutetur ſidera cura?

Augures autem ſunt, *qui rerum omnium coniecturas prudenter ac diligenter amplectuntur.* Nonius. *Auguramur, cum futura veris captamus augurijs. Accius in Teleph. Pro certo arbitrabor ſortis oracula aditus auguria*, pro *ſortes, oracula aditus, auguria*.

11 DECVRIAS EQVITVM, EGREGIVM.] Lego, *vt egregium iudicandi munus expleturos.*

12 FRACTOS SONOS.] Teſtis Seneca pater præfat. lib. 1. Controu. *Torpent ecce ingenia deſidioſæ iuuentutis, nec in vllius honeſtæ rei labore vigilatur. Somnus languorque, & ſomno & languore turpior, malarum rerum induſtria, inuaſit animos. cantandi, ſaltandique nunc obſcœna ſtudia effœminatos tenent: & capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollitie corporis certare cum fœminis, & immundiſſimis ſe excolere munditijs, noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt.* Specimen quidem, ſed ſpurcum.

Fracti ſoni.

Vel extenuata mollitie.

13 PRÆTENDEBANT.] Puto legendum, *prætendebantur.* Id eſt, turpibus factis, honeſta velamenta quærebant.

14 MAIORES QVOQVE.] Pono, *quoſque.*

15 AD THEATRALES ARTES DEGENERAVISSE.] Cur ita? Quia proborum morum repagula clauſos eos tenebant intra virtutum clauſtra, nec ſinebant ad dedecora prorumpere. Sed nunc vitiorum profluuijs, ſubrutis moribus, & imperantium exemplo, proturbato & proſtrato pudore, quis Scaurorum & Scipionum, non ludio, non gladiator factus? Quis inter Parides & Mneſteres non computatus? Quorum orbis ſpectarat virtutem, horum arena Romana vidit dedecus. Et non modo viros, ſed & mulieres ſpectauit arenarias. Vnde Iuuenalis.

—— Mænia Tuſcum
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

Dio ſcribit viſos Furios, Fabios, Portios, Valerios in arena & digito monſtratos. Macedones dicebant, hic Pauli nepos. Græci, ille Memmij. Siculi, ſpectate Claudium. Epirotæ, & Appium: Aſiatici, Lucium. Hiſpani, Publium: Carthagienſes, Africanum. Quin Ælia Catula nobiliſſima & ditiſſima octogenaria ſaltauit, & poſita perſona Nero choreas agitare omnes iubebat, oſtendebatque eos qui paulo ante geſſerant magiſtratum. Ne mirere igitur ſi pluribus ipſa licentia placebat, ſed ex horrore flagitioſis factis honeſta nomina prætendi.

16 L. MVMMII.] Quo Cenſore inaurata fuere Capitolia. Plin. l. 33. c. 3. *Corinthum euertit, Corinthia vaſa Romam intulit, ad tabulas pictas Romanos inclinauit, ſignis vrbem repleuit, & poſt tot geſta vnicæ filiæ dotem non reliquit.* Idem tamen eundem laudat lib. 34. cap. 7. & lib. 37. cap. 1. Et eius habes elogium in Strabone: *Mummius animi magnitudine magis excelſus quam ſtudio artis pictoriæ & plaſtices, facile rogantibus amicis & tabulas & ſigna largiebatur.* Vir ſane fortiſſimus & abſtinentiſſimus. Nam nihil e Corintho ad ſe träſtulit, & ad familiam ſuam. Epitome Liuij l. 53. *Arma Romana, duce Mummio, euertere Corinthum; ſed poſtea Corinthus Romam.* Nam de euerſione Corinthi ita Cicero in Agraria. *Corinthi veſtigium vix relictum eſt. Erat enim poſita in anguſtijs atque in faucibus Græciæ, ſic vt terræ clauſtra teneret & duo maria maxime nauigationi diuerſa pæne coniungeret, cum pertenui diſcrimine ſepararentur.*

Mummius euerſor Corinthi.

Romam impleuit ſignis.

Dotem filiæ non reliquit.

Vir fortiſſimus & abſtinentiſſimus.

17 CONSVRGERET AC STRVERETVR.] Scribe, *deſtrueretur.* Nam in eo ſumptus quod extrueretur, mox deſtrueretur.

18 NEC PERINDE.] *Nec proinde.*

19 IVDICI GRAVE.] Audenter lego, *videri graue.* Ophthalmia fuit exſcribentis.

20 IMPARTIRE.] Ex veteri loquendi forma. Terentius:

Impartio, verbum vetus.

Salutem plurimam impartit Gnatho.

Salluſtius: *prouincias inter ſe partiuerant.* In Iugurth. Et ita noſter Tacitus ſupra.

21 CERTAMINIBVS SACRIS.] Quia ſcenici turpes erant perſonæ, & adeſſe ſacris, ignominioſo nefas. Dixi lib. 1. Et firmat L. 22. §. nec non. ſolut. matr. Et L. 12. de Scenicis, in Cod. Theodoſ. Corrigo autem locum, & explico, quia ſe offert in Tertulliano de iſtis agonibus in Scorpiaco. *Agonas iſtos*, inquit, *contentioſa ſolennia & ſuperſtitioſa certamina Græcarum & religionum, & voluptatum, quanta gratia ſæculum celebret, etiam Africæ liquit.* (Id eſt, cognitum fuit, ab illa ſcilicet voce Senatorum ſententias in Senatu depromentium qui aliquando dicunt *Non liquet*, vt heic, *liquit.* Pergit Tertullianus & addit. *Adhuc Carthaginem ſingulæ ciuitates gratulando inquietant, donatã Pythico agone poſt ſtadij ſenectutem*, (id eſt poſtquam illi & ſenuerunt, poſt longum æuum & ſpatium ludorum.) *Ita ab æuo digniſſimum creditum eſt, ſtudiorum in experimentum, committere artes corporum, & vocum præſtantiam expedere, præmio indice, ſpectaculo indice, ſententia, voluptate. Qua* (lego, *Quia*) *nulla ſunt prælia, nulla vulnera, pugni quaſſant, calces arietant,*

Sacris adeſſe ignominioſo nefas.

Tertullianus correctus.

Et explicatus.

ceſtus

cæſtus dilaniant, ſlagella dilacerant: nemo tamen agonis præſidem ſuggillauerit, quod homines violentiæ obiectet: iniuriarũ actiones, actiones extra ſtudium. Sed quãtum liuores illi, & cruores, & vibices negotiantur, intendis? Coronas ſcilicet, & gloriam, & dotem, priuilegia publica, ſtipendia ciuica, imagines, ſtatuas, & qualem poteſt præſtare ſæculum de fama æternitatem, de memoria reſurrectionem; Proles ipſa non queritur, dolere ſe non vult, corona premit vulnera, palma ſanguinem obſcurat, plus victoriatum eſt, quam immoratum. Lego, *victoriarum, quam iniuriarum.* Etſi Tertullianus ſit maximus verborum plaſtes; tamen in hac parte iſta duo verba non admitto. Suetonius de Domit. cap. 4. *Inſtituit quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex, Muſicum, Equeſtre, Gymnicum, & aliquanto plurium quam nunc eſt coronatorum: certabant etiam & proſa oratione Græce, Latineque: ac præter citharœdos, chorocithariſtæ, & pſilocithariſtæ.* De Nerone autem iſtud recte dixeris quod 2. Machab. 4. de Iaſone impio & nefario. *Feſtinabant principes fieri palæſtræ & præbitionis eius iniuſtæ & in exercitijs diſci: & patrios quidem honores nihil habentes Græcas glorias optimas arbitrabantur.*

22 ELOQVENTIÆ PRIMAS PARTES.] Quid ſi ſcriptum, *Eloquentiæ primas, partium nemo tulit?*

23 QVOS.] Repone, *Queis per eos dies plerique inceſſerant.*

Inter quæ &[1] ſidus cometes effulſit, de quo vulgi opinio eſt, tanquam mutationem regis portendat. Igitur quaſi iam depulſo Nerone, quis nam deligeretur inquirebant, & omnium ore Rubellius Plautus[2] celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iulia familia. Ipſe placita maiorum colebat habitu ſeuero,[3] caſta & ſecreta domo, quantoque metu occultior, tanto plus famæ adeptus. Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam quia diſcumbentis Neronis apud[3] Simbruina ſtagna, cui[4] Sublaqueum nomen eſt, ictæ dapes,[5] menſaque diſiecta erat, idque[6] finibus Tiburtum acciderat, vnde paterna Plauto origo: hunc illum numine deum deſtinari credebant,[7] fouebantque multi, quibus noua & ancipitia præcolere auida & plerunque fallax ambitio eſt. Ergo permotus ijs Nero, componit ad Plautum litteras, conſuleret[8] ſibi, & turbis, ſeque praue diffamantibus ſubtraheret: eſſe illi per Aſiam auitos agros, in quibus tuta & inturbida iuuenta frueretur. Ita illuc cum coniuge Antiſtia & paucis familiarium conceſſit. Iiſdem diebus nimia[9] luxus cupido, infamiam & periculum[10] Neroni tulit, quia[11] fontem aquæ Martiæ ad vrbem deductæ[12] nando inceſſerat, videbaturque potus ſacros & ceremoniam loci[13] corpore loto polluiſſe, ſecutaque anceps valitudo iram deum affirmauit.

Sidus cometes. Cincinnatum dictum.

1 SIDVS COMETES.] Quod *cincinnatum ſidus dicebatur*, ait Scholiaſt. Iuuenal. Sat. 6. de eo Plinius lib. 2. cap. 25. *In noſtro*, inquit, *æuo circa veneficium*, (ita lego) *quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu eius aſſiduum prope ac ſæuum.* Nam Neronis imperium fuit veneficium orbis. Plinius enim lib. 1. vbi de Agrippina matre Neronis, *Orbi Neronem*, inquit, *alterum venenum dedit*. Sunt tamen quidam cometæ innocui. Sic enim Claudianus 4. Conſul. Honor.

Aſſiduum tempore Neronis.

Cometes innoxius.

> *Viſa etiam medio populis mirantibus audax*
> *Stella die dubitanda nihil, nec crine retuſo*
> *Languida, ſed quantus numeratur nocte Bootes.*

De horrendo cometa, & pogonato ſidere, Silius lib. 1.

> *Crine vt flammifero terret fera regna cometes,*
> *Sanguineum ſpargens ignem: vomit atra rubentes*
> *Fax cœlo radios, & ſæua luce coruſcum*
> *Scintillat ſidus, terriſque extrema minatur.*

Cometes non impune viſus.

Prudentius hymno de Epiphania.

> *— triſtis cometes intercidat,*
> *Et ſi quod aſtrum Sirio feruet vapore.*

De iſto autem cometa Seneca Nat. quæſt. 7. *Sex menſibus hic quem nos Neronis lætiſſimo principatu* (loquitur de quinquennio) *vidimus, ſpectandũ ſe præbuit in diuerſum illi Claudiano circumactus. Nam ſub Claudio viſus etiam cometes. Ille enim a Septemtrione in verticem ſurgens Orientem petijt ſemper obſcurior. Hic ab eadem parte cœpit, ſed in Occidentẽ tendens ad Meridiem flexit & ibi ſe ſubduxit oculis.* Idem eodẽ. *Nec eſt quod putamus eundem viſum eſſe ſub Claudio quem ſub Auguſto vidimus. Nec hunc qui ſub Nerone Cæſare apparuit, & cometis detraxit infamiam (quia nihil minabatur) illi ſimilem fuiſſe qui poſt necem D. Iulij ludis Veneris genitricis circa vndecimam horam diei emerſit.* Claudianus de diro cometa 1. de rapt. Proſerp. ſcribit elegantibus verbis: quæ videris. ſed hi cometæ non ſine malo augurio.

2 CELEBRATVR.] *Celebrabatur.*

3 CASTA ET SECRETA DOMO.] Nam bene latuiſſe ſapientia eſt his temporibus.

Tunc me biremis præſidio ſcaphæ
Tutum per Ægæos tumultus
Aura feret geminuſque Pollux. ait Horatius,

Simbruina ſtagna. Simbriuium, non Simbruinum. Sublaceum, Sublaqueum.

4 SIMBRVINA STAGNA.] Simbruina ſtagna, queis Sublaceum nomen eſt. dixi ſupra *Simbriuium*, non *Simbruinum*.

5 SVBLAQVEVM.] Si a lacu *ſublaceum*. Tamen & Tacitus heic, & Plinius lib. 3. cap. 12. *Ex alia parte*, inquit, *Anio in monte Trebanorum ortus, lacus tres amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim.*

6 FINIBVS TIBVRTVM.] Lege, *finibus Tiburti tum acciderat.* Martialis de Tibure.

Cum Tiburtinas damnet Curiatius auras,
Inter laudatas ad Styga miſſus aquas.

Idem libr. 4. epigramm. 64.

Centeno gelidum ligone Tibur,
Vel Præneſte domate, pendulamque
Vni dedite Sætiam colono.

7 FOVEBANTQVE.] *Fauebantque multi.*

8 SIBI ET TVRBIS.] Id eſt vulgo: ſi vera eſt lectio. Sic enim poteſt interpretari. Nam Tertullian. in Apologet. *Vobiſcum concutitur imperium, concuſſis etiam cæteris membris eius. Vtique & nos, licet extranei a turbis æſtimemur.* Iuuenalis:

——*turbæ rapienda togatæ.*

Id eſt plebi Romanæ. Seneca de Tranquill. *Antiquæ magis opulenta turbæ.* Idem Iuuenalis, quem in hoc verſu corrigo.

--*parce & meſſoribus iſtis,*
Qui ſaturant vrbem circo cœnæque vacantem.

Iuuenalis correctus.

Lego, *Qui ſaturant turbam*, id eſt, populum Romanum vacantem tantum circenſibus, & annonæ. Nam idem poeta *panem, & circenſes* facit populi vota. Si legas *vrbem*, cum plebe comprehendas etiam primores ciuitatis. At Iuuenalis intelligit tantum de plebe, quæ circo & cœnæ dedita, nihil aliud curat. Quid ſi legatur, *Circo ſcenæque vacantem*? vt illa ſcena de theatro intelligatur. Diſpice ſi lubet. Nam ita mens mea præſagit. Meſſores autem Africanos vocat, qui ſuis meſſibus alebant Populum Romanum. Sed tamen non placet verbum *turbis*, quin lego, *conſuleret ſibi & tutelæ vrbis.* quæ vera ſcriptio. Et *t*, ſiglum eſt, pro *tutela*.

Tacitus correctus.

9 LVXVS CVPIDO.] *Luſus cupido*, id eſt animus ludendi. Nam in aqua natare, luxus non eſt, ſed luſus; & luditur in aquis. Terentius.

Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere
Pauliſper, donec exoſſabitur. Virgil. eclog. 9.
-*Quis eſt nam ludus in vndis?*

Noto autem Alexandrum Magnum ſibi morbum conciliauiſſe, cum in Cydnum flumen lauandi cauſa ſe immiſiſſet, non ludendi, vt heic Nero qui diſpar in omnibus ab Alexandro.]

10 NERONI TVLIT.] *Neroni intulit.*

Martia aqua. Salubritate & frigiditate præcipua. Anteia dicta aqua Martia.

11 FONTEM AQVÆ MARTIÆ.] De qua ita Plinius lib. 31. cap. 3. *Clariſſima aquarum omnium in toto orbe, frigoris ſalubritatiſque palma, præconio vrbis, Martia eſt, inter reliqua Deûm munere vrbi tributa quæ vocabatur quondam Anteia: fons autem ipſe Pironia, qui oritur in vltimis montibus Pelignorum, tranſitque Marſos, & Fucinum lacum, Romam non dubie petens: mox ſpecu merſus, in Tiburtina ſe aperit* IX. M. P. *fornicibus ſtructis perductus. Primus eam in vrbem ducere auſpicatus eſt Ancus Martius vnus ex Regibus. Poſtea* Q. *Martius rex in Prætura: rurſuſque reſtituit M. Agrippa. Domitianus deduxit in ſuas thermas ſuper portam Eſquilinam.*

A quibus in vrbem deducta.

12 NANDO INCESSERAT.] Multis nationibus apud Paganos aquæ fluminum & fontium ſacræ. Ideo Naiades & Hydriades Nymphæ ſacræ dicuntur. Quarum quæ κρηνίδες, id eſt fontanæ, & ποταμηΐδες, i. fluuiatiles, in magna ſût veneratione. *Perſæ*, ait Strabo 15. *in aquas fluminum & fontiû non micturiunt, nec in illas exſpuunt*, ait Tacitus, *nec in illis lauantur, & eluuntur, nec mortuum inijciunt, nec alia immunda.* Ideo ἱερὸν ῥόον, *ſacros fontes, ſacras aquas* vocant Græci. Et ita Horat. Od. 1. lib. 1.

Nunc viridi membra ſub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput ſacræ.

Nudari ante res ſacras nefas. Capita fontiû ſacra. Conſpuere fontes nefas.

Ad capita autem fontium nudari nefas, quia nudari ante res ſacras non permiſſum. Valer. lib. 11. *Capita vero fontium ſacra ſunt*, ait Seneca filius, *vt ipſi fontes, in quos conſpuere & turbare non eſſet licitum.* Nam apud Heſiodum in lib. operum & dierum, *conſpuere in fontes nefas.* De non turbandis planctus eſt paſtoris, apud Virgil.

Eheu quid volui miſero mihi? floribus Auſtrum,
Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros.

Aquilius quod venena fontibus hoſtium miſcuiſſet, infamem victoriam fecit, ait Florus de bello Aſiatico. Ouidius:

Nec noceat turbaſſe lacus, ignoſcite Nymphæ,
Mota quod obſcuras vngula fecit aquas.
Tu Dea pro nobis fontes, fontanaque placa
Numina.

Fontes mundi apud Iudæos.

Apud Iudæos *fontes, & ciſternæ, & omnis aquarum congregatio munda eſt.* Leuit. 11. Addo (quod Neronis facinus forſan augeat:) apud Ægyptios Regi inhoneſtum fuit natare. Syneſius l. 1. de prouid. loquitur de Typhone. *Neque legibus regijs, neque ſibi parcens, flumini ſe immittere, ibique volitare, natare, omnia tum facere, tum perpeti, vt ridiculus fieret.* Et queâdmodum capita fontium ſacra Nymphis, ita etiam ima fontiû non ſacra, quæ traijcere licebat, vel nudo pede, vel nudo corpore: ſed poſt lauatas manus & adorato flumine. Nam Nonius in verbo, *Nitidant*, citat ex Ennio. - *eam ſecum aduocant:*

Eunt ad fontem nitidantque corpora.

Quin magiſtratus Romani Petroniam in Tiberim profluentem euntes in campum auſpicato trâſibant. Et Feſtus. *Perenne auſpicatur*, inquit, *qui amnem, aut aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit.* Quod alij ante me docuere. Verum nemo melius Plinio Iuniore epiſt. 8. li. 8.

Pollutio maior aut minor. Ex lege Moſis.

13 CORPORE TOTO.] Non reſpuo verbum *toto*. Nam inter pollutiones quædam maiores, aliæ minores. Minor ſi quis digito tantû contigiſſet. maior, ſi toto corpore. In lege Moſis ſi quis quid immundum tetigerit, ad veſperâ immundus erat: at qui vxori in profluuio méſtruorum ſe miſcuiſſet, ſeptê menſium diebus immûdus erat. Dicit autê *toto corpore polluiſſe*, id eſt in totû ſe polluiſſe. Cicero 2. ad Q. fratrê. *Totum aqua madidum.* Et Plautus, *Totus gaudeo.*

Toto corpore recte ſcriptum. Vt tota cute. Et totam fontis aquis.

In

Ingenioſa correctio, loto corpore.

in Milite. Tamen *corpore loto*, ingenioſa correctio eſt. Et meminit Iuuenalis qui Satyra 6. ait:

Ad mœchum veniet lota cute.

Vbi excuſa habet, *tota cute*. Et male: nam vult innuere venturam eam poſtquam ſe frequenti aqua mundauerit. Polluti enim præcipue libidinibus infandis, qualis Nero, aquas polluebant; vnde Ouidius 2. Metamorphoſ. inducit Dianam ita Parrhaſim alloquentem quæ ſe concubitu fœdo polluerat.

I procul hinc, dixit, nec ſacros pollue fontes,
Cynthia, deque ſuo iuſſit ſecedere cœtu.

Et noto fontes virgines habitos apud priſcos Paganos. Inde *virgo fons* dicta aqua Martia, ex Plinio, de qua heic noſter. quod alias dixi. Et fontes *lymphas* appellabant quaſi Nymphas. Collumella lib. 10.

Doctaque Parthenope Sebethide roſcida lympha.

Et Nymphæus Italiæ fluuius propter Velitras. Et Nympha Velina. Et Nympha Iuturna quod vota iuuaret. 1. Faſtor. Quibus ſacrificabant. Horat. lib. 3. Od. 13.

Dulci digne mero, non ſine floribus,
Cras donaberis hœdo.

Etiam melle. Homer. Odyſſ. Ideo fontes polluere nefas, quia virgines, eiſque virginalis reuerentia præſtanda: vt non tangantur, non corrumpantur. Catullus in Carm. Nupt. Vt flos, ſic virgo intacta ambitur, tacta vitatur.

Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contuſus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber:
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ.
Idem cum tenui carptus defloruit vngui,
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ.

* motum hoſti cauto intēderet,

At Corbulo poſt deleta Artaxata, vtendum recenti terrore ratus, ad occupanda Tigranocerta, quibus excisis,[1]* metum hoſtium intenderet, vel ſi pepercisset, clementiæ famam adipiſceretur, illuc pergit non infenſo exercitu, ne ſpem veniæ auferret, neque tamen remiſſa cura, gnarus[2] facilem mutatu gentem, vt ſegnem ad pericula, ita infidam ad occaſiones. Barbari pro ingenio quiſque, alij preces offerre, quidam deſerere vicos, & in auia digredi, ac fuere qui ſe ſpeluncis, ac chariſſima ſecum abderent. Igitur dux Romanus diuerſis artibus, miſericordia aduerſus ſupplices, celeritate aduerſus profugos, immitis ijs qui latebras inſederant, ora & exitus ſpecuum ſarmentis virgultiſque completos, igni exurit. Atque illum fines ſuos prætergredientem incurſauere[3] Mardi, latrocinijs exerciti, contraque irrumpentem montibus defenſi: quos Corbulo immiſſis Hyberis vaſtauit, hoſtilemque audaciam externo ſanguine vltus eſt. Ipſe exercituſque, vt nullis ex pretio damnis, ita per inopiam & labores fatiſcebant,[4]* carne pecudum propulſare famem adacti. Ad hæc penuria aquæ, feruida æſtas, longinqua itinera, ſola ducis patientia mitigabantur, eodem[5] plura quam gregario milite tolerante. Ventum dehinc in locos cultos. Demeſſæque ſegetes, & ex duobus caſtellis in quæ confugerant Armenij, alterum impetu captum: qui primam vim depulerant, obſidione coguntur. Vnde in[6] regionem Taurantium tranſgreſſus, improuiſum periculum vitauit. Nam haud procul tentorio eius, non ignobilis barbarus cum telo repertus, ordinem inſidiarum, ſeque autorem & ſocios per tormenta edidit. Conuictique & puniti ſunt, qui ſpecie amicitiæ dolum parabant. Nec multo poſt legati Tigranocerta miſſi, patere mœnia afferunt, intentos popularis ad iuſſa. Simul[7] hoſpitale donum coronam auream tradebant. Accepitque cum honore, nec quicquam vrbi detractum, quo promptius obſequium integri retinerent. At præſidium regium, quod ferox iuuentus clauſerat, non ſine certamine expugnatum eſt. Nam & prælium pro muris auſi erant, & pulſi intra munimenta aggeris, demū & irrumpentium armis ceſſere. quæ facilius proueniebant, quia Parthi Hyrcano bello diſtinebantur. Miſerantque Hyrcani ad principem

* carne pelo-ridum

Dux gregario milite magis patiens.

Tacitus correctus. Mania militis & laritia.

TE.] Verba arguunt mendum: lego, *plura quoquam gregario milite tolerante.* Claudian. 4. de Conſ. Honor.

-- neu flantibus Auſtris,
Neu pluuijs cedas: neu defenſura calorem
Aurea ſummoueant rapidos vmbracula Soles.
Inuentis vtare cibis: ſolabere partes
Æquali ſudore tuas.

Suetonius de Aug. ait *non modo ducis, ſed etiam militis functum munere*, cap. 10. Et hoc curant magni duces, quia in his virtus, & exiſtimatio.

6 REGIONEM TAVRANTIVM.] Qui a monte Tauro dicti, vt opinor.

Hoſpitio recepta gentes a Senatu. Dona miſſa hoſpitibus.

7 HOSPITALE DONVM.] Liuius de hoſpitali dono libr. 5. *Hoſpitium cum eo Senatuſconſulto eſt factum, donaque publice data.* Loquitur de Timaſitheo Liparenſi. Sic Homer. Iliad. ε. & Odyſſ. α. facit Telemachum Mineruæ hoſpiti dantem munus. Apud Virgil. 1. Æneid.

Dona dehinc auro grauia ſectoque elephanto
Imperat ad naues ferri. Et lib. 7.
Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.
Abſenti Æneæ currum geminoſque iugales
Semine ab ætherio, ſpirantes naribus ignem.

Mutua munera ſunt hoſpitij vincula.

Et Seruius 9. Æneid. *Conſuetudo erat apud maiores, vt inter ſe homines hoſpitij iura mutuis muneribus contraherent.* Syneſius epiſt. 4. memorat appulſis fuctū dari munera, atque mulieres Africanas alijs mulieribus hoſpitalis terræ dona porrexiſſe. Legi eadem munera in Apuleio, qui non modo cœnam, ſed & munera dedit nouiter aduenienti. Seneca optimi hoſpitis mores deſcribit eleganter libr. 4. de benefic. *Accurrit*, inquit, *ſpiritum eius recolligit, in villam illum ſuam tranſtulit, lectulo ſuo ceſſit, affectum ſemianimemque recreauit, triginta diebus impenſa ſua curauit, refecit viatico, inſtruxit.* Et Vitruuius lib. 6. *Hoſpitibus aduenientibus inſtituebant triclinia, & cubicula, & cum penu cellas, puroque die*, (id eſt non nubilo,) *ad cœnam inuitabant; poſtero, mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquaſque res agreſtes.* Indicium autem hoſpitalitatis *teſſera*, quam vbi repræſentaſſent, pro hoſpitibus habebantur. Plaut. in Pœnul.

Africanæ mulieres appulſis dant munera. Grati hoſpitis cura. Primo die inuitati ad cœnam. Poſtero muneribus donati. Teſſera ſignum hoſpitalitatis.

-- teſſeram
Conferre ſi vis hoſpitalem, eccam attuli.

Sed Homero nemo melius, qui omnes recipiendi hoſpitis ritus commemorat in Odyſſ. Et Cicero vocat *Memmium hoſpitaliſſimum hominem*, pro ſumma laude: & apud Gellium, *Hoſpes in proxima parte amicitiæ.*

Homerus hoſpitalitatis ritus commemorat.

Turpe gloſſema. Tacitus explicatus.

8 AD LITTORA MARIS RVBRI DEDVXIT.] Tolle *rubri.* Nam gloſſema eſt viri imperiti. Mare enim, mare eſt Caſpium, non rubrum, aut Arabicus ſinus. Hyrcani enim longe a mari rubro; At prope a Caſpio, cuius ſunt vicini: ideoque patriam repetentibus, ad mare Ponticum, non mare rubrum, deducere oportuit. Et ſane ſi ad mare rubrum, propiores habuiſſent Parthos, & Parthorum fines. Quod tamen cauebant. De iſto mari ita Poeta:

Alluitur rubris fluctibus Oceani.

Dionyſius autem ita deſcribit.

-- eximie ipſum
Inter omnes valde opulenti & inſignes populi colunt.
Aliud quinetiam miraculum valde obtigit illi,
Semper flagrans aromatu ſuauiter ſubolet
Vel thus, vel myrrham, vel bene odoratum calamum,
Aut etiam diuinū matureſcens thus vel caſſiam.

9 AVERSOS ANIMI.] Bene *auerſos animi*, licet plures in ſingulari. vbi de Agrippina, ait *ferox animi.* Liuius: *Itaque conſuli territo animi.* Salluſt. hiſtor. fragm. *Ipſe animi atrox.* Apuleius, *exterminatus animi.* lib. 3. Met.

10 PERPOPVLATVS.] Id eſt, longe lateque populatus. Et his verbis vtitur Tacitus ſæpe, vt *perornare* Annal. 16. *perpollucere.* Sic Liuius lib. 26. dixit, *Annibal infeſtius perpopulato agro.* *Verba Tacito familiaria.*

11 VT CVIQVE FINITIMA PARS NICOPOLIQVE.] Deſperato loco medicinam facio, & lego: *Vt cuique finitima Parthis, Nicopolique Ariſtobulo atque Antiocho parere iuſſæ.* Ita ſcriptum erat, *Part*, vnde *pars* finxere. Ariſtobulus Iudæam regebat, ſed minor Armenia ei etiam mandata erat. Tacitus Annal. 13. *Minorem Armeniam*, inquit, *Ariſtobulo, Sophenem Sohemo, cum inſignibus Regijs mandat.* Antiochus autem erat Antiochi filius regis Ciliciæ, cui Caligula Comagenem paternum regnum adiectis Ciliciæ maritimis dedit, & mox abſtulit; ſed reddidit ei Claudius. Dio libr. 59. & 60. Ergo vbi Tigranes ad capeſſendum Armeniæ imperium delectus eſt, dati ſunt illi ad præſidium mille legionarij, tres ſociorum cohortes, & duæ equitum alæ; quibus facilius nouum regnum tueretur. Quod erat ampliſſimum decretum. Eſt autem Taciti ſenſus, vt pars Armeniæ Parthis vicina, ab Ariſtobulo, pars Nicopoli finitima, ab Antiocho regeretur. Et verus eſt ſenſus ille, ac vera correctio.

Tacitus correctus. Ariſtobulus Iudææ rector. Sed ei Armenia minor mandata. Tacitus explicatus.

12 CORBVLO IN SYRIAM ACCESSIT.] Lego, *inde Syriam acceſſit morte Vinidij legati vacuam.* Et quia erat ſcriptum, *in Syriam*, legerunt & ſcripſerunt *in Syriam*, quanquam accedere *in Syriam* non ſit ex vſu Latinis. At Syria pars eſt Syriæ. Plin. lib. 5. cap. 12. Et verbum, *In*, ſiglum eſt. Sic ante dixit *A mare*, pro *Adriaticum mare.*

Eodem anno ex illuſtribus Aſiæ vrbibus,[1] Laodicea tremore terræ prolapſa, nullo a nobis remedio, proprijs opibus reualuit. At in Italia vetus oppidum[2] Puteoli,[3] ius coloniæ, & cognomentum a Nerone adipiſcuntur. Veterani Tarentum & Antium adſcripti, non tamen infrequentiæ locorum ſubuenere, dilapſis pluribus in prouincias, in quibus ſtipendia expleuerant. Neque coniugijs ſuſcipiendis,

neque alendis libertis ſueti, orbas ſine poſteris domos relinquebant. [4] Non enim vt olim vniuerſæ legiones deducebantur cum tribunis & centurionibus, & ſui cuiuſque ordinibus militibus, vt conſenſu & charitate Remp. efficerent, ſed ignoti inter ſe [5] diuerſis manipulis ſine rectore, ſine affectibus mutuis, quaſi ex alio genere mortalium repente in vnum collecti, numerus magis quam colonia. Comitia prætorum arbitrio Senatus haberi ſolita, quod acriore ambitu exarſerant, princeps compoſuit, tres qui ſupra numerum petebant, [6] legioni præficiendo. Auxitque patrum honorem, ſtatuendo, vt qui a priuatis iudicibus ad Senatum prouocauiſſent, [7] eiuſdem pecuniæ periculum facerent, cuius ij qui imperatorem appellauere. nam antea vacuum id ſolutumque pœna fuerat. Fine anni Vibius Secundus eques Romanus, accuſantibus Mauris repetundarum damnatur, atque Italia exigitur, [8] ne grauiore pœna afficeretur, Vibij Criſpi fratris fauore [9] enixus.

Senatus æquatur imperatori in iudicandis appellationibus.

Fratris fauor fratrem a pœna ſoluit.

1 LAODICEA.] Dixi iam de altera lib. 2. Noſtram hanc Strabo libr. 12. ait frequenti motu terræ concuti, & Phrygiæ vrbium inter maximas numerat. Sed non omitto creuiſſe eam temporibus Auguſti, & ſuperioribus, cum prius humilis eſſet, & obſidione Mithridatis Eupatoris valde labefactata. Situs vrbis, & quidam ciues nobiles, & dites, valde eam nobilitarunt: Hiero, qui Populum Romanum heredem reliquit, Zeno Orator, & Polemo eius filius, qui ob probitatem regnum meruit. Et hoc eſt quod ait Tacitus. *Proprijs opibus reualuit.*

Laodicea inter maiores vrbes Phrygiæ.
Et frequenti chaſmate concuſſa.
Ex humili magna.
Obſidione Eupatoris valde concuſſa.
Sed poſtea nobilis.
Ciues Laodiceæ illuſtres, Hiero, Zeno, Polemo.

2 PVTEOLI.] Hodie *Pouzol*. Puteoli colonia Dicæarchia dicta Plinio lib. 3. cap. 5. vt a Strabone. Et a puteorum frequentia dicti *Puteoli*, quia circa eum locum multæ aquæ frigidæ & calidæ. Quidam tamen a putore aquarum. Ibi enim magnus exiſtit per Baiarum & Cumarum tractum, quo ſulphuris & ignis & aquarum calidarum fœtoribus plena ſunt omnia. Strabo lib. 5. vnde Lucillius:

Inde Dicæarchum populos Delumque minorem.

Nam Puteoli, Delos minor: vt enim Delos fuit olim emporium totius orbis, ſic temporibus Lucillij Puteoli municipium Græcum.

Puteoli colonia Dicæarchia.
Dicti a puteorum abundantia.
Quidam a putore.

3 IVS COLONIÆ ET COGNOMENTVM A NERONE.] Quid ſi legatur ita interpungendo. *Vetus oppidum Puteoli ius coloniæ adeptum, nunc cognomentum a Nerone adipiſcuntur.* vt longe ante colonia fuerit, ſed nunc dicta ſit *colonia Neroniana*, vt colonia Agrippinæ, vel Agrippina.

4 NON ENIM.] Homerus tale conſilium habere videtur, quale habet Tacitus. Nam libr. 2. Iliad. facit ſapientem Neſtorem, ita ſuadentem, vt tribus tribubus, gentes gentibus auxilientur in acie Græcorum. Et ita Plutarchus Sympoſ. 1. quæſt. 2. facit Pammenem ſuadentem, vt in bello amatores amatos iuxta locarentur, quo firmius eſſet vinculum.

Fortis acies erit ſi amicitijs & charitatibus fulciatur.

5 DIVERSIS MANIPVLIS.] Puto legendum: *Diuerſis ſuis manipulis.* Vegetius Tacitum iuuat lib. 2. *Auxiliatores*, ait, *conducuntur ad prælia ex diuerſis locis, ex diuerſis muneribus venientes, nec diſciplina inter ſe, nec notitia, nec affectione conſentiunt: Alia inſtituta, alius eſt vſus armorum.* Ita certe apud Romanos alius armorum vſus.

6 LEGIONI PRÆFICIENDO.] Sic Iuuenalis vrbe ſummotus eſt honoris ſpecie, & alij permulti quos recenſui ſupra.

7 EIVSDEM PECVNIÆ PERICVLVM.] Mulcta modus eſt iugulandarum litium. Multa autem, pecuniaria animaduerſio eſt. L. 131. de verb. ſignif. Prius tamen in pecore, poſtea in pecunia, ſolutæ ſunt. Primum enim bobus mulctabantur, aut ouibus. Varro de ling. Lat. lib. 4. Deinde pecunia, vbi nummus aureus & argenteus percuſſi. Et inde apud Liuium, *ex mulctatitia pecunia*, tot opera facta, vt *in inſula Fauni ædes*. libr. 33. *Clypea inaurata*, lib. 35. *Quadrigæ Capitolij inauratæ*, & alia.

Mulctæ ex pecoribus.
Mox pecunia.
Ex mulctatitia pecunia olim multa publica opera.

8 NE GRAVIORE.] Scribe, *Neue grauiore pœna.* Nam ex iure Ciuili, *duæ repetundarum pœnæ*, L. 1. & vlt. ad L. Iul. Repet. *quadruplum, & exilium.* Et ait *grauiore pœna*, quod fauore fratris, tantum pulſus Italia, non orbe Romano.

Duæ pœnæ legis repetundarum. Quadruplum, & exilium.

9 ENIXVS.] Quid ſi *innixus*? *enixus* autem quia non ſine labore. Sic Pomponij Secundi frater gratia præualidus, fratrem ſeruauit, l. 3. Sic D. Silanus, a M. Silano protectus eſt. Nec fraterna amicitia alia maior, quæ heic non ſine labore & more parturientium.

Fraterna amicitia grande vinculum.

Ceſonio Pæto, Petronio Turpiliano Coss. grauis clades in Britannia accepta. In qua neque Auitus legatus, vt memoraui, niſi parta retinuerat, & ſucceſſor Verannius, modicis excurſibus [1] ſiluas populatus, quin vltra bellum proferret, morte prohibitus eſt, magna dum

vixit

vixit ſeueritatis fama, ſupremis teſtamenti verbis ambitionis manifeſtus. Quippe multa in Neronem adulatione addidit, ſubiecturum ei [2] prouincias fuiſſe, ſi biennio proximo vixiſſet. Sed tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos, ſcientia militiæ & rumore [3] populi, qui neminem ſine æmulo ſinit, Corbulonis concertator, receptæque Armeniæ decus æquare domitis perduellibus cupiens. Igitur [4] Monam inſulam incolis validam, & receptaculum perfugarum aggredi parat, naueſque fabricatur [5] plano alueo aduerſus [6] breue littus & incertum. Sic pedites, [7] equites vado ſecuti, aut altiores inter vndas adnantes, equis tranſmiſere. Stabat pro littore [8] diuerſa acies denſa armis viriſque, intercurſantibus fœminis: [9] in modum Furiarum, veſte ferali, crinibus deiectis, faces præferebant. [10] Druidæque circum, preces diras ſublatis ad cœlum manibus fundentes, nouitate aſpectus perculere militem, vt quaſi hærentibus membris immobile corpus vulneribus præberent. [11] Dein cohortationibus ducis & ſe ipſi ſtimulantes, ne muliebre & fanaticum agmen paueſcerent, inferunt ſigna, ſternuntque obuios, & igni ſuo inuoluunt. Præſidium [12] poſthac impoſitum vicis, [13] exciſique luci, ſæuis ſuperſtitionibus ſacri. Nam cruore captiuo adolere aras, & [14] hominum fibris conſulere deos fas habebant.

Viuus magna fama, mortuus ambitione manifeſtus.

Vulgus ſine æmulo ſinit neminem.

Fœminæ Druidarum in bello Furijs aſſimilatæ.

Fanaticum agmen.

Fas Druidibus hominum fibris deos cõſulere.

1 SILVAS POPVLATVS.] Non damno *Siluras*, de quibus ſupra: ſed nec obliuiſcor verborum Taciti de Britannis: *in ſiluis, & lacubus eorum vita*: ideo populatæ ſiluæ, quibus ſe & ſua condebant.

Firmata lectio excuſa.

2 PROVINCIAS FVISSE.] Lego, *prouinciæ oras fuiſſe*; & ita ſcriptum fuit a Tacito. Nam prouinciam appellat totam Britanniam. *Defectio*, inquit infra, *prouinciæ nuntiatur*. Et in prouincias Britannia non partita: ſed loquitur de oris prouinciæ, in quibus etiam inſulæ multæ, vt Orcades. Strabo enim lib. 3. *Circa Britanniam paruas eſſe inſulas, ſed inſularum ampliſſimas, Hyberniam, & Thulen, interque inſulas Monam.* Quod verum.

Britannia ſub Tiberio in prouincias non partita.

3 POPVLI QVI NEMINEM SINE ÆMVLO SINIT.] Vulgi fabulæ ſunt de magnis viris, quos componit inter ſe, iſtiſque ſermocinationibus ſuam lactat ignauiam. Ita Suetonium Corbulonis facit concertatorem, æquatque receptis Armenijs receptionem Britanniarum. Sic vulgi fabulæ nebulæ ſunt.

4 MONAM INSVLAM.] *Quæ inter Hyberniam & Britanniam*, inquit Plinius libr. 4. cap. 16.

5 PLANO ALVEO.] Recte, *plana aluo*. Nam venter nauium *aluus* dicitur. Tacit. lib. 2. *Mille naues ſufficere viſæ, properatæque aliæ breues anguſta puppi, proraque, & lato vtero, quo facilius fluctus tolerarent, quædam planæ carinis, vt ſine noxia ſiderent.* Et hoc eſt quod dicit *plana aluo*. nam carina *venter eſt, & aluus nauis*. Virgil. 2. Æneid.

——inque feri curuam compagibus aluum
Contorſit.

6 BREVE LITTVS, ET INCERTVM.] De his littoribus, ita Sueton. in Iul. cap. 58. *Exercitum neque per inſidioſa itinera duxit vnquam, niſi perſpeculatus locorum ſitus: Neque in Britanniam tranſuexit, niſi ante per ſe, portus, & nauigationem, & acceſſum ad inſulam exploraſſet.* Quo loci docui legendum, *perſæpe portus exploraſſet.*

Sueton. correct.

7 EQVITES VADO.] Rectius legeres, *equites vero vado ſecuti.*

8 DIVERSA ACIES.] Lubenter legerem, *aduerſa acies.*

9 IN MODVM FVRIARVM.] Puto legendum, *Hæ in modum Furiarum.* Hic autem locus a Liuio mutuatus lib. 7. Nam ita ille. *Inde terror maximus fuit, quod ſacerdotes eorum facibus ardentibus, anguibuſque prælatis, inceſſu furiali, militem Romanum inſueta turbauerunt ſpecie.* Florus lib. 1. de bello Etruſco. *Fidenæ, quia pares non erant ferro, ad terrorem mouendum facibus armatæ, & diſcoloribus ſerpentum in modum vittis, furiali more proceſſerant.* Diogenes Laert. in Mened. ait, *illum ſumpto habitu Furiarum vrbem circuiſſe, & dicere ſolitum ſe ſpeculatorem ex inferno veniſſe ijs qui peccarent.* Et deſcribit habitum Furiarum, *veſtem pullam, tunicam talarem adſtrictam puniceo baltheo, cum Arcadico pileo capiti impoſito habenti intexta elementa, & tragicus cothurnus, barba prolixa, & virga in manu fraxinea.* In Dione, res pæne eadem de Salonitis. *Mulieres demiſſis capillis, veſtitu nigro indutæ, acceptis facibus, denique quammaximo habitu terribili compoſitæ, media nocte ad caſtra oppugnantium acceſſerunt, metuque exanimatis excubitoribus, quippe dæmonum ſpeciem exhibebant, omnibus ſimul caſtrorum locis ignem iniecerunt, & eas ſubſecuti viri multos occiderunt.* Habitus quoque Furiarum deſcribitur a Virgilio 7. Æneid. Et Cicero 2. Tuſcul. *Hæc me deiecit veſte furiali.* Et forte eo loci legendum eſt, *ferali veſte.* Martial. lib. 12. epigr. 32.

Menedemus habitu furiarũ.

Deſcriptio habitus furiarum.

10 DRVIDÆQVE CIRCVM.] De Druidibus multa Cæſar de bello Gall. qui a Δρῦς

Druidarum religio damnata & interdicta Romanis. Druidas cruci ſuffixit Tiberius. Claudius aboleui. Dicti Gallorum magi.

δρυὸς, id eſt, a quercubus & arboribus dicti. Auguſtus eorum religionem damnauit, & Romanis interdixit, & *Tiberius Druidas cruci ſuffixit*, ait Tertullianus in Apolog. Et in totum Romæ aboleuit eorum artes. Sueton. in Claud. Gallorum Magi dicebantur a Plinio lib. 16. cap. 49. *Qui nihil ſacratius viſco habuere. Tanta gentium in rebus friuolis religio fuit.* Hi præter cauſarum naturalium ſtudia, etiam moralem diſciplinam exercebant, iuſtiſſimi ſuorum opinione: ideoque publica & priuata iudicia eis mandabantur. Strabo libr. 4. Summa in dignitate habiti: ideo auro pictis veſtibus induti, & torquibus collo ornati, & armillis brachia circum & manus. Gens exoſa Romanis propter ſacrificiorum diritatem. Druis quidā Celtarum rex quartus fuit, cui ſucceſſit Bardus Muſices ſtudioſiſſimus, & poſt eum Lucus a quo Galli Lucenſes.

11 DEIN COHORTATIONIBVS.] *Demum*, lego.

12 POSTHAC.] Melius, *poſthæc*.

13 EXCISIQVE LVCI.] In quibus robora, & in roboribus viſcus. Plinius lib. 16. cap. 44. *Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant Magos) viſco, & arbore in qua gignitur, (ſi modo ſit robur) ſacratius. Iam per ſe roborum eligunt lucos, nec vlla ſacra ſine roborum fronde conficiunt, vt inde quoque appellari interpretatione Græca poſſint Druidæ videri. Enimuero quicquid adnaſcatur illis, a cœlo miſſum putant, ſignumque eſſe a Deo electæ arboris. Neque excidebantur illæ arbores niſi ſacrificio facto*, ait idem Plin. libr. 17. cap. 28. In ſumma tota illa Druidarum religio, in lucis, qui minime lucebant. Noto autem ſucciſas iſto exemplo a Chriſtianis arbores paganorum, quibus idola ſua, tanquam in nidulis collocabant, vocabanturque a Iudæis *Idola luci*. Sulpitius in vit. D. Martini. *Commonebat nihil eſſe religionis in ſtipite; Deum potius cui ſeruiret ipſe ſequeretur; arborem illam exſcindi oportere, quia eſſet dæmoni dedicata.* Ita in Biblijs paſſim idolorum luci exciſi. Paralipom. 2. cap. 17. de Ioſaphat. *Excelſa, & lucos de Iuda abſtulit.* & 2. Reg. cap. 18. *Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos.* In Concilio Nanetenſi, idem cauetur de Chriſtianis, cap. 9. his verbis: *Summo ſtudio decertare debent Epiſcopi & eorum miniſtri, vt arbores dæmonibus conſecratæ quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, vt nec ramum, nec ſurculum inde audeat amputare, radicitus exſcindantur, atque comburantur.* Burchardus lib. 10. Decretorum vbi de incantat. & augur. Et addit, *vt nullus votum faciat, vel candelam, vel aliquod munus pro ſalute ſua rogaturus alibi deferat niſi ad Eccleſiam Domino Deo ſuo.*

Luci Druidarum. Nihil ſacratius habent Druidæ his lucis & arboribus. Druidæ ab arboribus dicti.

14 HOMINVM FIBRIS CONSVLERE DEOS.] Tertullianus in Scorp. *Sed enim Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum hominum victima placari, apud ſæculum liquet. Et Latio in hodiernum Ioui, media in vrbe humanus ſanguis guſtatur; nec quiſquam retractat, aut non rationem præſumit aliquam, aut inæſtimabilem Dei ſui voluntatem.* Florus in bello Thracico. *Nihil interim per id omne tempus reſiduum crudelitatis fuit in captiuos ſæuientibus: litare Dijs ſanguine humano, bibere in oſſibus capitum, & huiuſmodi ludibrio fœdare mortem: Tam igne, quam fumo, partus quoque grauidarum extorquere tormentis.* Plutarch. de ſuperſtit. ait Tartaros & Gallos Dijs humano ſanguine ſacrificaſſe: ſed & mandebant humanas carnes in ſacrificijs. *Ructatur ab homine caro paſta de homine*, in Apologet. Quinetiam *Carthaginenſes, Saturno ad tibias, filios, filiaſque immolabant, coactique patres & matres ſiccis oculis adſpicere natorum funus.* Obijcitur paſſim in Biblijs Regibus Iſrael & Iudæ, filios ſuos flammis addixiſſe, & Moloch idolo ſacrificaſſe. Quod interpretatur Rex, vt ſcribit D. Hieronym. lib. 16. in Eſaiam, cap. 57. *Succidias humanas* vocat Cato orat. in Q. Thermum, quæ mendoſa eſt, & quam corrigo. *Tuum nefarium facinus peiore facinore operire poſtulas: Succidias humanas facis, decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis, indicta cauſa, iniudicatis, indemnatis.* Sed mirum eſt Cenſores criminis in crimen impegiſſe. Nam Romani aliquando humano ſanguine litauerunt: quippe duos Græcos & duos Gallos viuos defoderunt in foro Boario. Et Helbia ex Sibyllinis oraculis hominem ſacrificarat. vnde fulmine icta cum equitaret. Plut. in rebus Romanis 83. quæſt. Plinius de Carthaginenſibus lib. 36. cap. 5. *In honore eſt & in templo, Hercules: ad quem Pœni omnibus annis humana ſacrificauerunt victima.* Vide Lucianum dialogo Toxaris. Suetonius in Claudio 25. *Druidarum religionem apud Gallos diræ humanitatis & tantum ciuibus ſub Auguſto prohibitam penitus deleuit.* Quod hic locus confirmat.

Homines immolati a Scythis Dianæ. Mercurio a Druidibus. Saturno ab Africanis. Ioui in Latio & Romæ. Idem apud Thraces. Tartaros. Et Carthaginenſes. Quod reges Iſrael factitauere.

Opinio Regis verſa in eius perniciem.

Hæc agenti Suetonio, repentina defectio prouinciæ nuntiatur. Rex Icenorum Praſutagus, longa opulentia clarus, Cæſarem heredem duaſque filias ſcripſerat, tali obſequio ratus regnum & domum ſuam procul iniuria fore. quod contra vertit, adeo vt regnum per centuriones, domus per ſeruos, velut capta vaſtarentur. Iam primum vxor Boodicia verberibus affecta, & filiæ ſtupro violatæ ſunt. Præcipui quique Icenorum, quaſi cunctam regionem muneri accepiſſent, auitis bonis exuuntur, & propinqui regis inter mancipia habebantur. Qua contumelia & metu grauiorum (quando in formam prouinciæ ceſſerant) rapiunt arma, commotis ad rebellionem Trinouantibus, & qui alij nondum ſeruitio aſſuefacti, reſumere libertatem occultis coniurationibus

Romanorum militum rabies in Anglia aduerſus deuictos.

iurationibus pepigerant, acerrimo in veteranos odio. Quippe in coloniam Camalodunum recens deducti, pellebant domibus, exturbabant agris, captiuos, ſeruos appellando, fouentibus impotentiam veteranorum militibus, ſimilitudine vitæ, & ſpe eiuſdem licentiæ. Ad hæc templum Diuo Claudio conſtitutum, quaſi[1] ara æternæ dominationis aſpiciebatur: [2] dilectique ſacerdotes [3] ſpecie religionis, omnes fortunas effundebant. Nec arduum videbatur excindere coloniam nullis munimentis ſeptam: quod ducibus noſtris parum prouiſum erat, dum amœnitati prius quam vſui conſulitur. Inter quæ nulla palam cauſa delapſum Camaloduni ſimulachrum Victoriæ, ac [4] retro conuerſum, quaſi cederet hoſtibus. Et[5] fœminæ in furore turbatæ, [6] adeſſe exitium canebant, [7] externoſque fremitus [8] in curia eorum auditos. Conſonuiſſe[9] vlulatibus theatrum, [10] viſamque ſpeciem in æſtuario, notam eſſe [11] ſubuerſæ coloniæ. Iam[12] Oceanum cruento aſpectu. Sic[13] dilabente æſtu, humanorum corporum effigies relictæ. Vt Britanni ad ſpem, ita veterani ad metum trahebantur. Sed quia procul Suetonius aberat, petiuere a Cato Deciano procuratore auxilium. Ille haud amplius quam ducentos ſine iuſtis armis miſit: & inerat modica militum manus, [14] tutela templi freti. [15] Et impedientibus qui occultæ rebellionis conſcij, conſilia turbabant, neque foſſam aut vallum [16] præduxerunt, * neque motis ſenibus & fœminis, iuuentus ſola reſtitit: [17] quaſi media pace incauti, multitudine barbarorum circumueniuntur. Et cætera quidem impetu direpta aut incenſa ſunt. Templum in quo ſe miles conglobauerat, biduo obſeſſum expugnatumque. Et victor Britannus [18] Pæto Ceriali legato legionis nonæ in ſubſidium aduentanti obuius, fudit legionem, & quod peditum interfecit. Cerialis cum equitibus euaſit in caſtra & munimentis defenſus eſt. Qua clade & odijs prouinciæ, quam auaritia in bellum egerat, trepidus procurator Catus in Galliam tranſijt.

Perfidia Romanorum in Camalodunos.

Fœminæ turbatæ exitium prædicunt coloniæ.

Incuria militum.

*atque immotis ſenibus

Auaritia & odium Camalodunũ dant exitio.

1 ARA ÆTERNÆ DOMINATIONIS.] Quod placet, non *arra*. Loquitur enim de Claudij templo, in quo ara. Aræ enim in templis. Et alludit ad ararum inſcriptiones: ÆTERNÆ DOMINATIONIS.

2 DILECTIQVE.] Lego, *dilecti quo ſacerdotes omnes fortunas effundebant*. Id eſt quo templo dilecti ſacerdotes, fortunarum facerent naufragium.

3 SPECIE RELIGIONIS.] Explicat hoc Tertullianus in Apol. his verb. *Sed agri tributo onuſti viliores, hominum capita ſtipendio cenſa ignobiliora. Nam hæ ſunt notæ captiuitatis. Dij vero qui magis tributarij, magis ſancti; imo, qui magis ſancti, magis tributarij. Majeſtas quæſtuaria efficitur. Circuit cauponas religio mendicans mercedem, pro ſolo templi, pro aditu ſacri. Non licet Deos noſſe gratis; venales ſunt.*

Specie religionis agri tributarij.
Dij magis tributarij, magis ſancti.
Maieſtas quæſtuaria.
Religio mendicans.
Dij venales.

4 RETRO CONVERSVM.] Puto legiſſe me alicubi apud Homerum vultus ſuos Mineruam auertiſſe precantibus Iliadum matribus. Et refer huc Horatium in his verbis.

——prece qua fatigent
Virgines ſanctæ minus audientem
Carmina Veſtam.

5 FOEMINÆ IN FVRORE TVRBATÆ.] *Vt furore turbatæ*. Idem Dio ſcribit de mulieribus Salonenſibus. 42.

6 ADESSE EXITIVM CANEBANT.] Sic Cicero de ſuo conſulatu.

Fæminæ turbatæ exitium canunt.

Tum vero vanæ nocturno tempore viſæ
Terribiles formæ, bellum, motuſque monebant,
Multaque per terras vates oracla furenti
Pectore fundebant, triſtes minitantia caſus.

Noto autem caſibus aduerſis ſemper mulieres neſcio quid muliebris ſuperſtitionis miſcuiſſe. Virgil. 7. Æneid.

Caſibus aduerſis fæminæ ſuas ſuperſtitiones iniÿciunt.

Fama volat: furijſque accenſas pectore matres,
Idem omnes ſimul ardor agit, noua quærere tecta.
Deſeruere domos.

Et libro 5.

Tum vero attonitæ monſtris, actæque furore
Conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem.
Pars ſpoliant aras, frondem, ac virgulta, faceſque
Conijciunt.

7 EXTERNOSQVE FREMITVS.] Ita Cicero de Aruſp. reſp. *In agro Latinenſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. Exauditus in agro propinquo & ſuburbano ſtrepitus quidam reconditus, & horribilis fremitus armorum.*

Fremitus.
Strepitus.
Oſtenta futuræ calamitatis.

Curia pellita.

8 In Cvria.] Curiam pellitam barbarorum vocat Claudianus.

-- pellita Getarum
Curia.

Et Propertius non de barbaris, ſed Romanis ita:

Pellitos habuit ruſtica corda patres.

Curiæ, theatra, fora, extructa a Rom. vt domitas prouincias mollirent.

Et Curia erat vbi ſacerdotes res diuinas curarent, Senatus humanas. Noto autem Romanos, quo barbariem illam recens domitam, in ſuos mores traherent, curiam, & fora, & theatra ibi extruxiſſe: Deinde vt theatrorum mollita voluptatibus, facilius pareret. Dio lib. 56. id docet, vbi de clade Variana. Et Florus apertius, qui deſæuiiſſe adeo barbaros narrat, *in cauſidicos*, & fora frequentantes, vt nihil vnquam atrocius.

Theatra apud Britannos. *Britannia rudis & impolita inſula.* *Nulla mancipia litteris aut Muſica polita.*

9 Vlvlatibvs theatrvm.] An ergo theatra in Britannia? Cicero paulo ſuperiori æuo, vbi de Britannis. *Rudi tamen illa inſula, nulla ſpes prædæ, niſi ex mancipijs, quibus nullos puto te litteris aut muſica expolitos expectare.* Sed puto Romanos ſtruxiſſe Theatra in Britannia, quo Romanis moribus aſſueſceret & barbariem deponeret hac arte ciuilis futura. Strabo lib. 19. vbi de Bœotia, ait ad imperandum natura comparatam: ſed illius præſides diſciplina non vſos. Nam licet imperiũ in ea habuerint, tamen non diu tenuerunt. Epaminondas quidem imperauit Bœotijs. Sed illo mortuo ſtatim perdiderunt; quia conſuetudinis cum hominibus ineundæ rationem non tenuerunt. Cum barbaris violentia, cum humanioribus populis amicitia & honeſtate certandum. Sic Romani ad imperium ſibi viam fecere. Non nego tamen putaſſe me aliquando legendum, *Conſonuiſſe vlulatibus tetrum.* Sed vbi Dionem conſuluiſſem, & *theatrum* legiſſem, piſce diſceſſi taciturnior. Legeram tamen in Cicerone 2. de legib. *Tetra prodigia procurent augures.* Non prætereo vſum verbo *vlulatibus*, vt apud barbaros, quibus vlulare proprium eſt. Lucanus:

Vlulatus proprium barbarorum.

-- crinemque rotantes
Sanguineum, populi vlularunt triſtia Galli.

Et Titus Liuius: *Vlulatus, cantuſque diſſonos, vagantibus circa mœnia barbaris.* De iiſdem Gallis loquitur Plinius libr. 27. cap. 4. *Cum Cimbri Teutonique terribili Marte vlularent.*

Species adis viſa in æſtuario.

10 Visamqve speciem in æstvario.] Dio ait illam ſpeciem, quam noſter non explicat, fuiſſe ædis ſpeciem viſam in æſtuario. Et libenter adderem, *ſpeciem ædis in æſtuario.* nec enim puto Tacitum omiſiſſe. Liuius libr. 12. *In agro Amiterno, multis locis, hominum ſpecies procul candida veſte viſas, nec tamen illic ingreſſas.*

11 Svbversæ.] Rectius, *ſubuerſuræ coloniæ.* Hoc autem omne videtur in Floro lib. 4. vbi de bello Pompeiano.

10 Oceanvm crvento adspectv.] Ita ſæpe in Romanorum prodigijs Sol cruentus, & ſanguinolentus imber, vt apud Liuium lib. 25. & 40. Lucanus lib. 1.

-- atra Charybdis
Sanguineum fundo torſit mare.

In Britannia magni maris æſtus. *Tritones & Nereides pulſa in littus.*

13 Dilabente æstv hvmanorvm corporvm effigies relictas.] Magni ſunt maris æſtus in Britannia. Quod Pythius Maſſilienſis ſcripſit, vt ait Plinius. *Octogenis enim cubitis ſupra Britanniam fluctus intumeſcunt.* Dilabente igitur æſtu, piſcium multitudo ingens fluctibus pulſa, iacet in littore, & deſolata vadis, inter quos Tritones, & Nereides, quæ humano vultu, in piſces aluo deſinunt. Dio lib. 54. ait, *M. Druſo Libone, & L. Calpurnio Piſone* Coss. *viſas ſpecies, quæ ſexaginta pedes longæ, viginti latæ, mulieribus ſimiles extabant.* Vnde Iuuenalis Sat. 14.

Oceani monſtra, & iuuenes vidiſſe marinos.

Noſtra ætate viſa ingentis magnitudinis.

Noſtra ætas in Hollandia complures vidit, Britannis vicina: quæ vix credas, & Antiquitas non abnuit. Quippe Plinius lib. 9. cap. 5. ait, *Legatum quendam Galliæ ad Auguſtum ſcripſiſſe, complures apparere in littore exanimes Nereidas iacenteſque.* Et forte in Gallico littore Britannis vicino. Hoc eſt quod vocat Tacitus, *humanorum corporum effigies.* Horatius vocat *ſcatentem belluis Pontum*, 3. Carm. Nam belluæ multæ non ferina tantum, ſed humana ſpecie; & quot tellus tot fretum habet figuras, immo maiores & horribiliores. Cæterum lego, *dilabente & æſtu.*

Tacitus explicatus. *Et Tertullian.* *Qui ridet Deos paganos.* *Quorum templa ſeruant milites.* *Quia ſe ipſos ſeruare illi Dij non poſſunt.*

14 Tvtela templi freti.] Id eſt, exiſtimantes templi reuerentia barbaros nihil auſuros in milites qui templum cuſtodiebant. Cuſtodia enim paganorum templorum vulgaris in libris. Tertullianus illam ridet in Apologet. *Si Angeli, aut dæmones,* inquit, *ſubſtantia peſſimi ſpiritus beneficium aliquod operantur: ſi perditi conſeruant, ſi damnati liberant, ſi denique, quod in conſcientia veſtra eſt,* (id eſt, ſi quod vos ſcitis) *mortui viuos tuentur. Iam vtique primo ſtatuas ſuas, addo & imagines, & ædes tuerentur. Quæ, vt opinor, Cæſarum militis* (lege milites,) *excubijs ſuis ſalua præſtant.* D. Cyprianus Tertulliani diſcipulus, ad Demetria. *Pudeat eos colere, quos ipſe defendis; pudeat tutelam de iis ſperare, quos tu ipſe tueris* De cuſtodia templorum, locus eſt apud Senecam Controuerſia quadam, & L. 17. de alimenr. & cibar. leg. vbi de ſeruis relictis ad cuſtodiam templi. Sic Liuius fine lib. 35. ait, *milites cæſos, qui templorum, quæ aſyla Græci vocant, ſe religione tutos putabant.* At fuere templa cuſtodita propter depoſitos in iis nummos. Æs enim in æde Saturni primum conditum, quod factum nondum auro argentoque ſignato. Ideo *Saturnia æra* dicta Perſio Satyra 2. Poſtea Senatores in foro arcas habuerunt, quibus argentum & aurum erat depoſitum. Et illæ arces *opes* dicebantur. Sic enim Iuuenal. Sat. 10.

-- vt maxima toto
Noſtra ſit arca foro.

Id eſt, in foro Traiani. Etiam in foro Martis, in quo Senatores arcas æratas habebant, quia ibi æra recondebant. Sed cum latrones nocte *intempeſta* illas effregiſſent, & diripuiſſent pecuniam, templo Caſtoris tunc collocarunt. Quod notat Scholiaſtes Iuuenal. ad Sat. 14. in verſu, *Ex quo Mars vltor.*

15 Et impedientibvs.] Etiam impedientibus.

16 Prædvxervnt.] Melius, *produxerunt.*

17 Qvasi.]

17 QVASI.] *Itaque ac ſi media pace.*
18 PÆTO CERIALI.] Q. Petilius Cerealis dictus, Veſpaſiano affinis, & clarus inter Senatores Romanos.

At Suetonius mira conſtantia medios inter hoſtes Londinium perrexit,[1] cognomento quidem coloniæ non inſigne, ſed copia negotiatorum & commeatu maxime celebre: ibi ambiguus an illam ſedem bello deligeret, circunſpecta infrequentia militis, ſatiſque magnis documentis temeritatem Petilij coercitam, vnius oppidi damno ſeruare vniuerſa ſtatuit. Neque fletu & lachrymis auxilium eius orantium flexus eſt, quin daret profectionis ſignum, & comitantes in partem agminis acciperet. Si quos imbellis ſexus, aut feſſa ætas, vel loci dulcedo attinuerat, ab hoſte oppreſſi ſunt. Eadem clades municipio [2]Verulamio fuit,[3] quia barbari omiſſis caſtellis præſidijſque militarium, quod vberrimum ſpoliant, &[4] deferentes in tutum,[5] læti præda, & aliorum inſignes petebant. Ad ſeptuaginta millia ciuium & ſociorum ijs quæ memoraui locis, occidiſſe conſtitit. Neque enim capere aut venundare, aliudve quod belli[6] commercium, ſed cædes, patibula, ignes, cruces, tãquã[7] reddituri ſuppliciũ, ac prærepta interim vltione feſtinabãt. Iã Suetonio quartadecima legio cũ vexillarijs viceſimarijs, & e proximis auxiliares, decẽ ferme millia armatorũ erant, cum omittere cunctationẽ, & cõgredi acie parat. deligitq. locũ arctis faucib. & a tergo ſilua clauſũ, ſatis cognito, nihil hoſtiũ niſi in frõte, & apertã planitiem eſſe ſine metu inſidiarum. Igitur legionarius frequens ordinibus, leui circum armatura conglobatus, pro cornibus eques aſtitit.

Londinum copia negotiatorum clarum.

70. millia ciuium cæſa in Anglia.

1 COGNOMENTO QVIDEM.] Lego, *Cognomentum quidem*. Et incipio clauſulam.
2 VERVLAMIO.] Gildas Sapiens de excidio Britanniæ de illo municipio verba facit, dum ait Sanctum Albanum martyrem Verulaminenſem fuiſſe, cuius feſtum celebratur in Eccleſia Romana 10. Iulij. De Verulamio ita Beda 1. Eccleſiaſticæ Anglorum hiſtoriæ: *Paſſus eſt beatus Albanus 10. die Kalendarum Iuliarum iuxta ciuitatem Verolamium, quæ nunc a gente Aualorum Weilamaceſtir ſiue Warlinquaceſtir appellatur, vbi poſtea redeunte temporum Chriſtianorum ſerenitate Eccleſia eſt mirandi operis atque eius martyrio condigna extructa.*
3 QVIA.] Fidenter lego, *quod*, pro *quia*, & tranſpoſitio eſt verborum. Nam ita debet legi: *Eadem clades municipio Verulamio fuit, quod barbari omiſſis caſtellis, præſidijs militarium, quia vberrimum* (non, *quod vberrimum*) *ſpoliant*. Et ille locus crucem fixit magnis viris. Nec erunt hæc pœnitenda.
4 DEFERENTES IN TVTVM.] Legendum eſt *intutũ*. Id eſt, defendi nõ poterat cũ ſecuritate.
5 LÆTI PRÆDA.] Repetenda eſt vox vltima verbi *intutum*, & legendum, *Tum læti præda, & alia rurſum haud ſegnes petebant.* Ita in ſacris ſcripturis, & in Iſaia de lætitia ingenti victorum. *Sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia.* Tota ergo ita bene legetur. Vera verba, & verus Taciti ſenſus.
6 COMMERCIVM.] Deeſt verbum. *Commercium retinuit.*
7 REDDITVRI.] Recte *reddituris*. Nã littera *ſ*, quæ inchoat verbũ *ſupplicium*, duplicãda erat.

Taciti correctio, qui tranſpoſitus.

Emendatio verborum Taciti.

Firmata lectio Lipſii.

At Britannorũ copiæ paſſim per cateruas & turmas exultabant, quãta non alias multitudo, & animo adeo fero, vt coniuges quoque teſtes victoriæ ſecum traherent, plauſtriſque imponerẽt, quæ ſuper extremum ambitum cãpi[1] poſuerant. Boudicea curru filias præſe vehens vt quanque nationem acceſſerat, *ſolitum quidem Britannis fœminarũ ductu bellare* teſtabatur, *ſed tunc non vt tantis maioribus ortam regnũ & opes, verũ vt vnã e vulgo, libertatem amiſſam, confectum verberibus corpus, contrectatam filiarũ pudicitiam vlciſci. eo prouectas Romanorum cupidines, vt non corpora, nec ſenectam quidem, aut virginitatem impollutam relinquant. Adeſſe tamen deos iuſtæ vindictæ. cecidiſſe legionem, quæ prælium auſa ſit: cæteros caſtris occultari, aut fugam circumſpicere. Ne ſtrepitum quidem & clamorem tot millium, nedum impetus & manus perlaturos. Si copias armatorum, ſi cauſas belli ſecum expenderent, vincendũ illa acie, vel cadendũ eſſe. Id mulieri deſtinatum: viuerent viri,*

Crudelitas & immodeſtia Anglos cõtra Romanos armat.

Pulchræ bellandi cauſæ & honeſtæ.

& ſeruirent. Ne Suetonius quidem in tanto diſcrimine ſilebat, qui quanquam confideret virtuti, tamen exhortationes & preces miſcebat. *Vt ſpernerent*[2] *ſonoras Barbarorum & inanes minas. plus illic fœminarum quam iuuentutis aſpici. imbelles,*[3] *inermes ceſſuros ſtatim, vbi ferrum virtutemque vincentium, toties fuſi agnouiſſent. Etiam in multis legionibus*[4] *paucos eſſe qui prælia profligarent. gloriæque eorum acceſſurum, quod modica manu vniuerſi exercitus famam adipiſcerentur. Conferti tantum, & pilis emiſſis, poſt vmbonibus & gladijs ſtragem cædemque continuarent, prædæ immemores. parta victoria cuncta ipſis ceſſura.* Is ardor verba ducis ſequebatur, ita ſe ad intorquenda pila expedierat vetus miles & multa præliorum experientia, vt certus euentus Suetonius, daret pugnæ ſignum. Ac primum legio gradu immota, & anguſtias loci pro munimento retinens, poſtquam propius ſuggreſſus hoſtis certo iactu tela exhauſerat,[5] velut cuneis erupit. Idem auxiliarium impetus, & eques protentis haſtis, perfringit quod obuium & validum erat. Cæteri terga præbuere difficili effugio, quia circumiecta vehicula ſepſerant abitus. Et miles ne mulierum quidem neci temperabat. confixaque telis etiam iumenta, corporum cumulum auxerant.

Suetonius intrepidus.

Miles mulierum necis auidus.

1 Posverant.] Scribe, *Poſuere.* nec enim hoc verbum, vti poſitum eſt, olet gratiam Taciti, qui ita ſæpe ſuas clauſulas terminat, vt ſupra eodem, *Patrias in ſedes remeauere.* Et poſtea, *crebra irrita interceſſere.* Ac lib. 12. *captiuitate Caratacti diſſeruere.*

2 Sonoras barbarorvm et inanes minas.] *Inhonoras* lego: vtiturque hac voce Papinius lib. 10.

Tunc inhonora cohors laceris inſignibus ægras
Secernunt acies.

Et noſter, *inhonora ſigna.* Vbi male legunt, *innixa.* Quod dixi lib. 1. Et eodem libro, *honora oratione. Inhonoras* autem pro *indecoras,* dicit: hæ enim minæ, parum honeſtæ. *Minacijs authoritas nulla eſt apud liberos.* dicebat Antonio M. Brutus 11. famil. Plautus in Rud.

Minacias iſtas flocci non facio tuas.

Ouidius 5. Metamorph.

Rident Pæonides, ſpernuntque minacia verba.

Inhonora barbarorum acies.

Inhonora ſigna.

Honora oratio.

Tacitus explicatus.

Minæ indecoræ.

Apud liberos minacijs nulla eſt authoritas.

3 Inermes.] *Inermes eſſe.* Sic lego.

4 Pavcos esse qvi proelia profligarent.] Tacitus de morib. German: vbi de Chattis. *Alios ad prælia ire videas, Chattos ad bellum.* Et eodem: *Ipſa plerunque fama bella profligant.* Et Annal. 15. *Bellum habere, quam gerere malebant.* Florus libr. 3. *Si quis,* inquit, *bello Punico, trium temporum monimenta conſideret: primo commiſſum eſt bellum, profligatum ſecundo, tertio vero confectum eſt.* Et nota verbum *profligare* habere in ſe quid victoriæ, quæ non ſine conteſtatione parta ſit. Lucillius apud Non.

Vt populus Romanus victus vi & ſuperatus prælijs
Sæpe eſt multis, bello vero numquam, in quo ſunt
omnia.

Profligare bellum.

5 Velvt cvneis ervpit.] Lego, *velut cuneo is erupit*: id eſt ad formam cunei, cuius cuſpis acuta, & ſcindens, quo adigitur, vim facit, & intrat, penetratque ſemper fortior, quo fertur interior. Cunei enim corpus ad inſtar trianguli pateſcit magis quo diſtenditur. Tertullian. aduerſ. Val. *Denique hunc primum cuneum congreſſionis armauimus.*

Cuneus.

Tacitus correctus in hoc verbo.

Et explicatus.

Clara & antiquis victorijs par ea die laus parta. Quippe ſunt qui paulominus quam octoginta millia Britannorum cecidiſſe tradant, militum quadringentis ferme interfectis, nec multo amplius vulneratis. Boudicea vitam veneno finiuit. Et Pœnius Poſthumus præfectus caſtrorum ſecundæ legionis, cognitis quartadecimanorum viceſimanorumque proſperis rebus, quia pari gloria legionem ſuam fraudauerat, abnueratque contra ritum militiæ[1] iuſſa ducis, ſe ipſum gladio tranſegit. Contractus deinde omnis exercitus ſub pellibus habitus eſt, ad reliqua belli perpetranda. Auxitque copias Cæſar, miſſis e Germania duobus legionariorum millibus, octo auxiliariorum cohortibus, ac mille equitibus: quorum aduentu, nonani legionario milite ſuppleti ſunt. Cohortes alæque nouis hibernaculis locatæ,

800. millia Britannorum cæſa.

Poſthumius ſe ferro tranſigit, quod victoris iuſſa ducis ſpreuerat.

quod

quodque nationum ambiguum aut aduerſum fuerat, igni atque ferro vaſtatur. Sed nihil æque quam fames affligebat [2] ſerendis frugibus incurioſos, & [3] omni * ætate ad bellum verſa, dum noſtros commeatus ſibi deſtinant, [4] genteſque præferoces tardius ad pacem inclinant: [5] quia Iulius Claſſicianus ſucceſſor Cato miſſus, & Suetonio diſcors, bonum publicum priuatis ſimultatibus impediebat, diſperſeratque, nouum legatum opperiendum eſſe, ſine hoſtili ira & ſuperbia victoris clementer deditis conſulturum: Simul in vrbem mandabat, nullum prælio finem expectarent, niſi ſuccederetur Suetonio. Cuius aduerſa prauitati ipſius, proſpera ad fortunam Reip. referebat. Igitur ad ſpectandum Britanniæ ſtatum miſſus eſt ex libertis [6] Polycletus, [7] magna Neronis ſpe, poſſe autoritate eius, non modo inter legatum procuratoremque concordiam gigni, ſed & rebelles Barbarorum animos pace componi. Nec defuit Polycletus, quominus ingenti agmine [8] Italiæ Galliæque grauis poſtquam Oceanum tranſmiſerat, militibus quoque noſtris terribilis incederet. Sed hoſtibus irriſui fuit, apud quos flagrante etiam tum libertate, nondum cognita libertorum potentia erat. mirabanturque quod dux & exercitus tanti belli confector [9] ſeruitijs obedirent. Cuncta tamen ad imperatorem in mollius relata. Detentuſque rebus gerundis [10] Suetonius, quod perpaucas naues in littore, remigiumque in ijs amiſerat, [11] * tanquam durante bello tradere exercitũ Petronio Turpiliano, qui iam cõſulatu abierat, iubetur. Is nõ irritato hoſte, neq. laceſſitus, honeſtũ pacis nomẽ ſegni otio impoſuit.

* æſtate

* & tanquam

Bonum publicum priuatis ſimultatibus non impediendum.

Polycletus Nerónis libertus Galliæ grauis, Romanis terribilis.

1 IVSSA DVCIS.] Tota caſtrorum diſciplina in obſequio & imperio eſt. His duobus res Romana ſtetit. T. Manlius Conſul apud Liuium. *Quandoquidem tu, T. Manli, neque imperium Conſulare, neque maieſtatem patriam veritus, aduerſus edictum noſtrum, extra ordinem in hoſtem pugnaſti, & quantum in te fuit, militarem diſciplinam, qua ſtetit ad hanc diem Romana res, ſoluiſti: I lictor, deliga ad palum.* Eadem refert Dion. Halicarnaſ. l. 2. *Hortantibus multis ſacra mouere ſigna* (loquitur de ſeceſſu in Auentinum montem) *neque tutum, neque ſanctum eſſe exiſtimantibus duces relinquere, ob ſacramentum militare: Quod maxime ſeruant Romani: Iubet enim militantes ſequi ducem quocunque eat, lexque dedit poteſtatem ducibus occidendi non parentes, relinquenteſve ſigna, etiam indemnatos, & indicta cauſa.*

Res caſtrenſis imperio & obſequio contenta.

Manlij inuicta contumacia in tuendo imperio.

2 SERENDIS FRVGIBVS INCVRIOSOS.] Non repudio lectionem Lipſij. *Nulla enim hoſtibus cura ſerendi, adeo ferox Britannorum animus totus verſus ad arma, quique Romanorum copiam ſibi deſtinabat parta victoria.* Non ita Sueui, de quibus Cæſar l. 4. belli Gall. *Hi*, inquit, *centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis ſingula millia armatorum bellandi cauſa finibus ſuis educunt. Reliqui qui domi manſerint, ſe atque illos alunt. Hi rurſus inuicem anno poſt in armis ſunt; illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio, neque vſus belli intermittitur.* Quod eſt conſultiſſimum. Nam temporibus Strabonis & ſub Auguſto viri *cogebantur ad aratra & ad agrorum culturas*, vt ait lib. 4. licet bello quam agris eſſent meliores.

3 ET OMNI ÆTATE.] Lege, *& omni æſtate ad bellum verſa.* verbum enim, *ætate*, pro Ægiſtho eſt; quippe tranſacta æſtas eſt armis ferẽdis; nõ ſerendis. Sed quid ſi per hæc verba, *omni ætate ad bellum verſa*, intelligat iuuenes & ſenes armis occupatos fuiſſe? Non placet tamen, quia nec pueri bello idonei. Bellum fit æſtate, deſtinatur & concipitur hieme.

4 GENTESQVE.] Figo punctũ, & lego: *Gentes quoque præferoces*, &c. Quod eſt veriſſimum. Nam ferocia potius quam amicitia ducũtur. Ille impetus pacem minus quam bellũ cupit.

5 QVIA IVLIVS.] Illa ratio ſuperiora non reſpicit, & defectum locum arguit. Lego ita: *Tardius ad pacem inclinabant, quia*, &c. ac vera eſt lectio.

6 POLYCLETVS.] Neronis libertus, auaritiæ ſinus, & prouinciarum ſpoliarium. Dio enim lib. 63. ait Polycletum & Criſpinillam omnia rapuiſſe & ſpoliaſſe temporibus Neronis.

Polycletus Neronis libertus. Spoliarium prouinciarum.

7 MAGNA NERONIS SPE.] Ironia eſt fatuitatis Neronianæ. Quæ exoſa & ridicula cunctis, ſoli Neroni placebat.

8 ITALIÆ GALLIÆQVE GRAVIS.] Quia & Polycletum, & Polycleti magnum agmen excipere, nutrire, & commeatibus iuuare oportuit, patique tot hoſpites inſanos & indignos.

Principis ſerui prouincijs graues.

9 SERVITIIS OBEDIRENT.] Sane graue eſt ſeruitijs obſequi, ſed turpibus & propudioſis, extremum malorum eſt. In domibus priuatis, cæteri ſerui mediaſtino parent; ſed in publicis *liberos ſeruis obſequi*,

Quam graue turpibus ſeruis obſequi.

non tolerabile. Seneca Tragœdus in Troade.

Durum, inuiſum, graue eſt
Seruitia ferre.

Seruus ne dominetur, verbum vetus eſt.

Tacitus emendatus.

10 SVETONIVS QVOD.] Melius, *qui quod poſtea paucas naues in littore, remigiumque cum ijs amiſerat.*

11 TANQVAM DVRANTE BELLO.] Verba ipſa deliquium patiuntur, nec ſenſus eſt. Nam Tacitus vult innuere tandiu futurum bellum in Britannia, quamdiu Paulinus imperaret, idque Principem mouiſſe, vt eum reuocaret; Quod verba non explicant. Puto itaque ſcriptum, ſed non bene exſcriptum. *Tanquam in duce durante bello, quod Iulius Claſſiarius, tantæ virtutis radios non ſuſtinens, turpi calumnia ingerebat.* Et fuit hæc olim Romæ accuſatio frequens in magnos viros, quod bella protelarent. Qualis fuit Catonis in Cæſarem Iulium, & in Corbulonem ſupra l. 11. Et contra L. Lucullum. Dio libr. 35. principio.

Eodem anno Romæ inſignia ſcelera, alterum ſenatoris, ſeruili alterum audacia, admiſſa ſunt. Domitius Balbus erat prætorius, ſimul longa ſenecta, ſimul orbitate &[1] pecunia inſidijs obnoxius. Eius propinquus Valerius Fabianus[2] capeſſendis honoribus deſtinatus,[3] ſubdidit teſtamentum, aſcitis Vicio Ruffino, & Terentio Lentino[4] equitibus Romanis. Illi Antonium Primum & Aſinium Marcellum ſociauerant. Antonius audacia promptus, Marcellus Aſinio Pollione proauo clarus, neque morum ſpernendus habebatur, niſi quod[5] paupertatem præcipuum malorum credebat. Igitur Fabianus tabularijs quos memoraui, & alijs minus illuſtribus,[6] obſignat. Quod apud patres conuictum. Et Fabianus Antoniuſque cum Ruffino & Terentio[7] lege Cornelia damnantur. Marcellum memoria maiorum, & preces Cæſaris, pœnæ magis quam infamiæ exemere. Perculit is dies Pompeianum quoque Helianum iuuenem quæſtorium, tanquam flagitiorum Fabiani[8] gnarum. Eique Italia & Hiſpania in qua ortus erat, interdictum eſt. Pari ignominia Valerius Ponticus afficitur, quod reos, ne apud præfectum vrbis arguerentur, ad prætorem detuliſſet, interim ſpecie legum, mox præuaricando vltionem eluſurus. Additur Senatuſconſultum. *Qui talem operam emptitaſſet, vendidiſſetve, vt perinde pœna teneretur, ac ſi publico iudicio calumniæ condemnatus.* Haud multo poſt præfectum vrbis Pedanium Secundum ſeruus ipſius[9] interfecit, ſeu negata libertate, cui[10] pretium pepigerat, ſiue[11] amore exoleti infenſus, & [12] dominum æmulum non tolerans. Cæterum cum vetere ex more[13] familiam omnem quæ ſub eodem tecto manſitauerat ad ſupplicium agi oporteret,[14] concurſu plebis quæ tot innoxios protegebat, vſque ad ſeditionem ventum eſt:[15] Senatuſque (in quo ipſo erant ſtudia nimiam ſeueritatem aſpernantium) pluribus nihil mutandum cenſentibus. Ex quibus C. Caſſius ſententiæ loco in hunc modum diſſeruit.

Paupertas præcipuum malorum putauit Marcellus Aſinius.

Lege Cornelia de falſis damnati.

Ex Syllaniano S. C. domino necato omnis ſeruorum familia quæ ſub eodem tecto plectebatur.

Caſſius Iuriſconſultus.

Ex cupiditate omnia ſcelera.

1 PECVNIA INSIDIIS OBNOXIVS.] Firmat hoc Quintilianus declamat. 321. *Omnia*, inquit, *quæ toto orbe terrarum committuntur ſcelera, circumſpicite, Iudices, pleraque ex cupiditate naſcuntur: hæc Latrones facit, hæc piratas: hæc intra muros, etiam intra domos noſtras, & templa, ſicas percuſſorum acuit*, &c.

2 CAPESSENDIS HONORIBVS.] Nota tales debuiſſe vacare crimine, non ſuo tantum, ſed & ſuorum. Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 10. vbi Scipio Africanus Æmilianus in oratione contra legem Iudiciariam ſic ait: *Cum ductus ſum in ludum ſaltatorium, plus mediusfidius in eo ludo vidi pueris virginibuſque quingentis: in his vnum, quod me Reip. maxime miſertum eſt, puerum bullatum, petitoris filium, non minorem annis 12. cum crotalis ſaltare: quam ſaltationem impudicus ſeruulus honeſte ſaltare non poſſet.* Quanta tunc magiſtratum ambientibus puritas, quibus etiam peccata ſuorum imputabantur!

3 SVBDIDIT TESTAMENTVM.] D. Cyprianus ad Donat. epiſt. 2. *Hic teſtamentum ſubijcit, ille falſum fraude capitali committit. heic arcentur commoditatibus liberi, illic bona donantur alienis.*

Suppoſititium teſtamentum.

4 EQVITIBVS ROMANIS.] Omiſſum verbum reddo, *teſtibus*, & ita lego, *Teſtibus equitibus Romanis*. Poſtea enim obſignant vt teſtes.

Suppletus Tacitus.

5 PAV-

5 PAVPERTATEM PRÆCIPVVM MALORVM CREDEBAT.] Seneca : *Honeſta eſt paupertas : læta illa vero iam paupertas non eſt ſi læta eſt.* Cui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Horatius Satyr. 3. libr. 2.

——credidit ingens
Pauperiem vitium, & cauit nil acrius.

Lucretius vocat paupertatem *acrem, & ſemotam ab dulci vita & ſtabili : & ante lethi portas excubantem*, lib. 3. Ouid. ita :

Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt, quæ ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Tamen generoſæ mentis & amantis Deum, argumentum eſt, nihil terreni poſſidere. P. Antioch. Homil. 86. *Apud Chriſtianos eſt Apoſtolicum paupertas munus.* Heſiodus autem ſcribit paupertatem nemini exprobrandam, quod Dei donum ſit : & notum iſtud Theodori Prodromi : *Πενίη σοφίην ἔλαχε, paupertas ſapientiam nacta eſt.* Euripides in Medea.

Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος.
Paupertatem fugiunt omnes eminus amici.

Quamuis de Auaritia ita Cato : *Auaritiam omnia vitia habere putabat : ſumptuoſus, cupidus, elegans, vitioſus, irriſus qui habebatur, ijs laudabatur.* Phocylidis præceptum eſt *μὴ ῥίψῃς πενίαν. Ne abijcias paupertatem.* Brutus de Cicerone ad Attic. *Nimium timemus mortem, & exilium, & paupertatem : hæc mihi videntur Ciceroni vltima eſſe in malis.* Tamen Petron. Arbiter vocat *paupertatem bonæ mentis ſororem.* Et Apul. Apol. 1. ait illam in *Ariſtide iuſtam, in Phocione benignam, in Epaminonda ſtrenuam, in Socrate ſapientem, in Homero diſertam.* Idem Apuleius libro eodem. *Paupertas olim philoſophiæ vernacula eſt, frugi; ſobria, paruo potens, æmula laudis, aduerſum diuitias poſſeſſa, habitu ſecura, cultu ſimplex, conſilio beneſuada : Neminem vnquam ſuperbia inflauit, neminem impotentia deprauauit, neminem tyrannide efferauit : delicias ventris & inguinum, neque vult vllas, neque poteſt. Quippe hæc, & alia flagitia, diuitiarum alumni ſunt.* Et recte Lucillius :

Mors, exilium, & paupertas tria cappa & capita malorũ.
Quæ Ciceronis erat ſententia.
Contra poeta perditus Petron. Arbiter.
Paupertas vernacula philoſophiæ.
Eius elogium ab Apul.
Etiam id probat Seneca.

Nam ſi quod ſatis eſt homini id ſatis eſſe potiſſet,
Hoc ſat erat. Nunc cum hoc non eſt, qui credimu' porro
Diuitias vllas animum mi explere potiſſe?

Seneca epiſt. 80. *Vis ſcire quam nihil in illa* (paupertate ſcilicet) *mali ſit : Compara inter ſe diuitum & pauperũ vultus; ſæpius pauper, & fidelius ridet. Nulla ſollicitudo in eo eſt : horum, qui fœlices vocantur, hilaritas, ficta eſt aut grauis, & ſuppurata triſtitia; Et quidem grauior, quia interdum non licet eſſe miſeros.* Atque hæc a Paganis Chriſtianos verecundia ſuffundentibus. Sed ex Chriſtiana diſciplina, loquentem Chriſtianum audiamus. Petrus eſt Blæſenſis epiſt. 3. *Apud pauperem Chriſtum, pretioſus eſt titulus paupertatis : Chriſtus pauper, & pauperis Virginis Filius, pauperes elegit Apoſtolos.* Idem epiſt. 102. *Pauperies ſola eſt via expedita & ſecura ad vitam.* D. vero Auguſtinus auguſtiore calamo, Pſalmo 9. Et D. Hieronym. in vit. Pau. Erem. *Eligerem,* inquit, *magis tunicam Pauli cum meritis, quam regiam purpuram cum diuitijs.* Sane ex Ouidio pagano poeta ſola anus paupercułæ domus Dijs patuit. Sic ſe Chriſtiani malunt pauperes, quam diuites eſſe. *Diuitiæ enim glorioſæ ſordes.* Et vt paganum iudicem capiamus, Horatius 1. epiſt.

Sed maxime Chriſtiani.
Blæſenſis.
D. Auguſtin.
D. Hieronym.

Non domus aut fundus, non æris aceruus & auri
Ægroto domini deduxit corpore febres.

6 OBSIGNAT.] Imo obſignandas dat. Teſtes enim, non heredes obſignabant teſtamentarias tabulas. Sic libro 1. *ducebant*, pro *duces ibant.*

7 LEGE CORNELIA DAMNANTVR.] Lex Cornelia eſt teſtamentaria, quæ in eum lata, qui ſciens dolo malo teſtamentum ſurripuit, ſuppreſſit, ſubiecit, reſignauit, quiue falſum teſtamentum ſcripſit, recitauit. L. 2. D. ad L. Cornel. de falſ. Pœna autem illa capitalis fuit, ex L. 1. & 5. Quæ ſunt Antonij Caracallæ, & Alexandri Mammeæ : & poſtea facta non capitalis. Puto ex hoc loco pœnam legis Corneliæ non capitalem fuiſſe, id eſt, vt ſequeretur aut mors, aut deportatio. Et hoc in Antonio confirmatur.

Quid lex Cornelia teſtamentaria.
Cuius pœna capitalis.
Sed ſub Antonio Caracalla, Alexandro Mammea.

8 GNARVM.] Scientia tamen illa, ſi ſola ſit, non punitur : oportuit ſuam operam venditaſſe, aut alioqui participaſſe commodis.

Ex L. Cornelia ſcientia ſola non punitur.

9 INTERFECIT.] Idem ſcelus in Plinio 3. epiſt. quæ incipit, *Regem atrocem.* de Largio Macedone, ſed domino ſæuo & ſuperbo, qui pæne oppreſſus a ſeruorum familia : viuus tamen vidit vindictam ſceleris, & ita vindicatus ac ſi occiſus foret.

10 PRETIVM PEPIGERAT.] Emptitia illa libertas fiebat ex ſeruulorum pecunijs. Et ad eam alludit Seneca epiſt. 80. *Itaque in tabellas vanum conijcitur nomen libertatis, quam nec qui emerunt, habent, nec qui vendiderunt. Tibi des oportet iſtud bonum. A te petas. Libera te primum metu mortis; illa nobis primum iugum imponit. Deinde metu paupertatis.* Idem eadem epiſt. *Peculium ſuum quod comparauerunt fraudato pio capite numerant. Tu non concupiſces quanticunque ad libertatem peruenire, qui te putas in illa natum?* Plaut. in Rud.

Quomodo fiebat emptitia libertas.

Pro illo dimidio Grippum emittam manu.

Et apud Iuriſconſultos L. ſi quis. §. qui ſe. de pœn. D. *Qui ſe ſuis nummis redemptum non probauerit, libertatem petere non poteſt.* Apud Diogen. Laertiũ Philoſophus dicebat Demetrio iamdiu libero, ſe pretiũ redemptionis remittere.

11 AMORE EXOLETI INFENSVS.] Forte *incenſus*. Quanquam bene *infenſus*, id eſt, offenſus, irritatus. Et amor habet ex ſe hæc incendia. Sic Virgilius 4. Æneid.

Quid exoletum eſt.

His dictis incenſum animum inflammauit amore.

Exoletum autem dicunt, qui creſcere amplius non poteſt. Plautus in Curcul.

Ibidem eruit exoleta ſcorta.

Et *exoleta virgo*, apud eundem Plautum in Trinummo, quæ adultior & vetuſtior eſt. Seneca de breu. vitæ. *Quam diligenter exoletorum ſuorum tunicas cingunt.* Idem epiſt. 66. *An potius optem, vt malaciſſandos articulos dem exoletis?*

11 DOMINVM ÆMVLVM.] Amor æmulum non patitur, ne Iouem quidem, & pro miraculo eſt (niſi inter ſpurcos) vt quis riuali non moueatur. Horatius de ſpurcitia ſpurcorum hominum.

Exoleta virgo.
Amor æmulum non ſuffert.
Ac ne Iouem.
Niſi inter ſpurcos viros.

Dimittit neque famoſum neque ſollicitum, ne
Ditior aut formæ melioris meiat eodem.

Et ille Plautinus nequam in Sticho.

Hæc faceti.s'ſt, amare inter ſe riuales duos:
Vno canthavo potare, & vnum ſcortum ducere.
Hoc memorabile eſt, ego tuſum, tu es ego, vnanimi ſumus,
Vnam amicam amamus ambo: mecum vbi eſt, tecum eſt tamen:
Tecum autem vbi eſt, mecum autem ibi eſt: neuter alteri inuidet.

His communis amor eſt, quibus erat commune vitium.

12 FAMILIAM OMNEM.] Paulus libr. 3. Recept. ſentent. *Domino occiſo, de ea familia quæſtio habenda eſt, quæ intra tectum fuit, vel certe extra tectum cum domino, eo tempore quo occidebatur.* Idem eodem. *Serui qui ſub eodem tecto fuerunt, vt dominus perhibetur occiſus, & torquentur, & puniuntur.* Etiam vxoris familia torquetur ex Senatuſconſulto Neroniano, viro occiſo: vt e contra. Seneca epiſt. 87. loquitur de familia Marcellini, qui ſe ipſum occidit: *Parere nolebant: primum detraxit metum, & indicans tunc familiam periculum adire, cum incertum eſſet an mors domini voluntaria fuiſſet.* Sed præcipue *in cubicularios* quæſtio exercebatur, ſi in cubiculo, & domi, dominus concidiſſet. Ita enim Quintilianus declam. 328. *Seruum torſi cubicularium eius qui occiſus eſt.* Apul. lib. 10. demonſtrat ſatis, cum ait, *Cubiculariis mulieris attractis, vi tormentorum veritatem eruit.* De iſtis *cubiculariis* eſt, L. 203. in fine de verb. ſignif. & L. 14. de bonis libert. D. Etiam de *ſupercilio Cubicularij* meminit Seneca lib. non cad. iniur. in ſap. cap. 14. Suet. in Domit. facit mentionem *Decurionis cubiculariorum*, lib. 17. Quos poſtea *præpoſitos ſacri cubiculi* vocauere, L. vlt. de Senat. Cod.

Occiſo domino omnis familia quæ ſub eodem tecto, & extra tectum, plectitur.

13 CONCVRSV PLEBIS.] Idem pæne exemplum in Silio libr. 6. de populo nitente per vim eripere Attilium de manu Pœnorum.

Plebi quæ vi reum eripit plectendum.

Proſequitur vulgus patres, ac planctibus ingens
Perſonat, & luctu campum reuocare libebat,
Interdum, & iuſto raptum retinere dolore.

At qui dolo malo fecit, quo minus iudicia tuto exerceantur, tenetur lege Iul. de vi. Et eadem cauetur, ne quis reum vinciat, impediat quo minus Romæ intra certum diem adſit. Sed cur concurſus plebis? quia pars maxima e ſeruis vel libertis. Deinde quod ingens erat damnatorum numerus.

14 SENATVSQVE IN QVO IPSO.] Incuria exſcriptoris pro, *Senatu quoque in ipſo.* Innuit enim plebe aduerſante & reos protegente, de tota familia ſupplicium non ſumi. Quin ipſo in Senatu eadem agitati; quibuſdam nimiam ſeueritatem damnantibus, quibuſdam probantibus.

Sæpenumero P. C. in hoc ordine interfui, cum contra inſtituta & leges maiorum noua Senatus decreta poſtularentur. Neque ſum aduerſatus, non quia dubitarem ſuper omnibus negotiis melius atque rectius olim prouiſum, & quæ conuerterentur in deterius mutari, ſed ne nimio amore antiqui moris ſtudium meum extollere viderer. Simul quicquid hoc in nobis autoritatis eſt, crebris contradictionibus deſtruendum non exiſtimabam, vt maneret integrum, ſi quando Reſp. conſiliis eguiſſet. Quod hodie euenit, conſulari viro domi ſuæ interfecto, per inſidias ſeruiles, quas nemo prohibuit, aut prodidit, quamuis[1] *nondum concuſſo Senatuſconſulto, quod ſupplicium toti familiæ minitabatur. Decernite hercule impunitatem. At quem dignitas ſua defendet, cum Præfectura vrbis non profuerit? Quem numerus ſeruorum tuebitur, cum Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? Cui familia opem feret, quæ ne in metu quidem pericula noſtra auertit? An vt quidam fingere non erubeſcunt, iniurias ſuas vltus eſt interfector?*[2] *quia de paterna pecunia tranſegerat, aut auitum mancipium detrahebatur? Pronuntiemus vltro, dominum iure cæſum videri. Libet argumenta conquirere in eo quod ſapientioribus deliberatum eſt. Sed & ſi nunc primum ſtatuendum haberemus, creditis ne ſeruum interficiendi domini animum ſumpſiſſe, vt non vox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur? Sane conſilium occuluit, telum inter ignaros parauit. num*[3] *excubias tranſiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, cædem patraret, omnibus neſciis? Multa ſceleris indicia præueniunt ſerui, ſi prodant. Poſſumus ſinguli inter plures, tuti inter anxios: poſtremo ſi pereundum ſit, non inulti inter nocentes agere.*[4] *Suſpecta maioribus noſtris fuere ingenia ſeruorum, etiam cum in agris aut domibus iiſdem naſcerentur, charitatemque dominorum ſtatim acciperent. Poſtquam vero nationes in familiis habemus, quibus diuerſi ritus, externa ſacra aut nulla ſunt, colluuiem iſtam*

Conuerſa mutantur in deterius.

Probis Iuriſconſultis antiquus mos optabilis.

Pedanio Secundo Prætori quadringenti ſerui, Craſſo quadraginta millia ſeruorum.

Suſpecta ſemper maioribus ingenia ſeruorum.

iſtam non niſi metu coercueris. At quidam inſontes peribunt.[5] *Nam & ex fuſo exercitu, cum decimus quiſque fuſte feritur, etiam ſtrenui*[6] *ſortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos, vtilitate publica rependitur.* Sententiæ Caſſij, vt[7] nemo vnus contraire auſus eſt, ita diſſonæ voces reſpondebant, numerum, aut ætatem, aut ſexum, ac plurimorum indubiam innocentiam miſerantium. Præualuit tamen pars quæ ſupplicium decernebat. Sed obtemperari non poterat, conglobata multitudine ſaxa ac faces minitante. Tum Cæſar populum edicto increpuit: atque omne iter quo damnati ad pœnam ducebantur,[8] militaribus præſidijs ſepſit. Cenſuerat Cingonius Varro vt liberti quoque qui ſub eodem tecto fuiſſent, Italia deportarentur. Id a principe prohibitum eſt, ne mos antiquus, quem miſericordia non minuerat, per ſæuitiam[9] incenderetur.

Quod ius eſt, licet durum, vtilitate publica rependitur.

Saxa & ſeditio ob Syllanianum Senatuſconſultum firmatum.

Tota familia ſeruorum necata.

1 Nondvm concvsso.] Nondum labefactato Senatuſconſulto.

2 Qvia de paterna.] Lego, *An quia de paterna pecunia tranſegerat?* Excuſationes ſunt domini pactæ manumiſſioni non ſtantis, quia ſeruus de ſua pecunia non ſoluerat pactam pecuniam, ſed de patris ſui patroni pecunia; quia forte is ſeruus procurator patris patroni extiterat. Deinde quod auitum eſſet, & veluti familiare mancipium, quod nollet data libertate, a ſuo domino ablegare.

Interpretata ſcriptura Taciti.

3 Excvbias transiret.] Domino enim dormiente, ſerui vigilabant excubitores. Seneca epiſt. 47. *Iamque militaris habitus glaber, diſtinctus pilis, aut penitus euulſis, tota nocte peruigilat, quam inter ebrietatem domini, ac libidinem diuidet, & in cubiculo vir, in conuiuio puer eſt.* Quintil. declamat. 328. *An vero parum iuſtas ſæuiendi cauſas habebant aduerſus cubicularium? Dominum ſuum non defenderat, non ſeruauerat, neſciebat quis Dominum ſuum occidiſſet.* De iſtis cubicularijs, lex eſt 65. de leg. 3. Silij vero locum non omitto lib. 1.

Serui excubitores.

Serui cubiculares.

Sæpe etiam famuli turbato ad lumina ſomno,
Expauere trucem per vaſta ſilentia vocem:
Ac largo ſudore virum inuenere, futuras
Miſcentem pugnas, & inania bella gerentem.

4 Svspecta ingenia servorvm.] Quot ſerui, tot hoſtes, aiunt. Inde illud Theognidis.

Οὔ ποτι δουλείη κεφαλὴ ἰθεῖα πέφυκεν,
Ἀλλ' αἰεὶ σκολιὴ, κ' αὐχένα λοξὸν ἔχει.
Nunquam ſeruile caput rectum natum eſt,
Sed ſemper obliquum, & ceruicem obliquam habet.

Quod intelligendum eſt de capite, quod in partu primum prodit, non pedibus. dixi iam. ſunt tamen domini, qui illos hoſtes non habeant, ſed faciant. Sed ex lege Christi, & Chriſtiana religione, vt fratres tractandi ſunt, non pagano more, velut mancipia inique exagitandi. οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον κ̀ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχετε. *Domini, iuſtum, & æquabilitatem ſeruis præſtate*, ait D. Paulus. Et omnis ſeruitus a Chriſtianitate remota eſt iam dudum. Quia tam ſerui quam domini & ingenui, coheredes Chriſti futuri ſumus. Apud Chriſtianos Saturnalia ſunt perpetua. Ideo peſſima & deteſtanda capita, qui ſeruitutem apud Chriſtianos iam dudum obliteratam cupiunt magna tyrannide inuehere. Homines impij & impietate ipſa nequiores, natique ad excidium & ſtragem orbis & mortalium omnium & regnorum. D. Paulus ad Philemonem de Oneſimo ſeruo. *Iam non vt ſeruum, ſed pro ſeruo chariſſimum fratrem.*

5 Nam et ex fvso.] Lege, *Num & ex fuſo.*

6 Sortivntvr.] Per modum interrogandi.

7 Nemo vnvs.] Pro *nullus*. Apuleius: *Neminem vnum*, pro *nullum*, *fortaſſe an*, pro *forſitan.* Ita Iuriſconſulti vſi ſunt L. 17. §. Item plures. D. de recept. qui arb. D. *Nemo vnus ſententiam diceret.* Tit. Liuius lib. 3. *Quia nemo vnus ſatis dignus.* Salluſtius, alijque authores. Sic *ningulus*, pro *nullus* dixere. Ex Ennio libr. 2. *ningulus mederi queat*, pro *nullus*. Vere Flaccus ex Feſto, vt *Nemo*, pro *nullus homo*, pro *ne homo. Non quidquam*, pro *nequicquam.* Apul. 4. Florid. *Eos omnes ad bene viuendum non quidquam eſſe.* Et 1. Eſdræ cap. 6. *Purificati fuerant ſacerdotes & Leuitæ quaſi vnus.* Lucillius in Sat.

Quis tu homo es? nemo ſum homo.

Chariſius lib. 1. *Nemo, in homine proprium eſt, & ſignificat, ne homo.* Terentius in Eun. *Numquis heic me ſequitur? Nemo homo eſt.*

Tacitus correctus.

8 Militaribvs præsidiis. Non modo viæ ſeptæ, ſed & is, qui agitur ad mortem, D. Hieronym. de mul. ſept. icta. *Turbatur tali nuntio vrbs propinqua,* (nam extra vrbem ſupplicia) *& tota lictorum turma glomeratur.*

Supplicijs reorũ viæ ſeptæ.

9 Incenderetvr.] *Intenderetur*, legendum. Nam vſus eſt verbo *minuerat*, cui opponit verbum *intendere*, & verbo, *miſericordia*, cui, *ſæuitiam. Quem miſericordia*, inquit, *non minuerat, per ſæuitiam intenderetur.*

Damnatus iiſdem conſulibus Tarquinius Priſcus repetundarum Bithynis interrogantibus, magno patrum gaudio, quia accuſatum ab

Interrogare accuſare eſt.

eo Statilium Taurum proconſulem ipſius meminerant. Cenſus per Gallias a Q. Voluſio & Sex. Africano, Trebellioque Maximo acti ſunt, æmulis inter ſe per nobilitatem Voluſio atque Africano: Trebellium dum vterque dedignatur, ſupra tulere. Eo anno mortem obijt Memmius Regulus, autoritate, conſtantia, fama [1] (in quantum præumbrante imperatoris faſtigio datur) clarus, adeo vt [2] Nero æger valetudine, & adulantibus circum qui [3] finem imperio adeſſe dicebant, [4] ſi quid fato pateretur, reſponderit habere ſubſidium Rempublicam. Rogantibus dehinc in quo potiſſimum, addiderit, in Memmio Regulo. Vixit tamen poſt hæc Regulus, quiete defenſus, & quia noua generis claritudine, neque inuidioſis opibus erat. [5] Gymnaſium eo anno dedicatum a Nerone, [6] præbitumque oleum equiti ac ſenatui Græca facilitate.

Trebellius dedignatus ab vtroque tandem ab vtroque eligitur.

Subſidium Reipublicæ dictus a Nerone Regulus.

1 IN QVANTVM PRÆVMBRANTE IMPERATORIS FASTIGIO.] Faſtigium enim imperiale reliquæ nobilitati vmbram facit, & ſupra eſt. Poſt illum primæ proceritatis verticem, erat regulus.

2 NERO ÆGER VALETVDINE.] Ex quo Martiæ aquæ caput nando polluerat.

3 FINEM IMPERIO ADESSE DICEBANT.] Sic 4. hiſt. *Nihil æque quam incendium Capitolij vt finem imperij adeſſe crederent, impulerat.* Heic vero Neronis morbus. Agathias vbi de terræmotu inquo Anatolius perijt vir Conſularis, quem Prætorij Præfectum dicit Eunapius in Proæreſio ait, *in vulgus prædictiones ſparſas tamquam mundo vniuerſo breui perituro*, l. 5. Hæc autem dicebant aulici Neroniani. Sed non in morte Neronis mors imperij, imo in vita. Vomito enim illo veneno, poterat conualeſcere. At vero, vt ex veris agamus, finis imperij erit, vbi Romanum imperium non erit. Sic enim Tertullianus ad Scap. *Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum imperatoris, quem ſciens a Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt, vt & ipſum diligat, & reuereatur, & ſaluum velit cum toto Romano imperio, quouſque ſæculum ſtabit, tandiu enim ſtabit.* Nam vbi Roma ruina erit, & ex fortitudine ad imbecillitatem defecerit, actum erit.

Nerone moriente non ſequitur mors imperium.

Imperio Romano moriente, orbis mors ſequitur.

4 SI QVID FATO PATERETVR.] Id eſt, ſi quid ei accideret. Nam ſic authores. *Id in animo habuiſſe ſi quid forte ſibi accidiſſet, Niger Peſcennius eidem, & Claudius Albinus ſuccederent, qui ambo grauiſſimi hoſtes Seuero extiterant.* Ita Spart. in Peſcennio Nigro. Et in Albino Capitolinus: *Si quid ei contingeret, Peſcennium Nigrum & Clodium Albinum ſibi ſubſtitueret.* Et Spartianus in Adriano: *Neratio Priſco I.C. dixit; Cõmendo tibi prouincias ſiquid mihi ſiniſtri contigerit.* Et in Auidio loquens de M. Antonino Philoſopho: *Timentibus cunctis ne quid fatale proueniret, rogatus ſit vt præcepta Philoſophiæ ederet.* Iuriſconſulti dicunt: *ſi quid mihi humanitus acciderit.* Sic l. 30. §. ab heredib. de ad. legat. Cicero 1. Philipp. *Si quid mihi humanitus accidiſſet.*

5 GYMNASIVM.] Iuuenalis Sat. 3.

Et quoniam cœpit Græcorum mentio, tranſi
Gymnaſia, atque audi facinus maioris abollæ.

Traianus poſt Neronem aliud fecit, cuius Apollodorus extitit architectus. Xiphil. ex Dione 69 Porro in libris Iuriſconſultorum, legata multa reperias Gymnaſijs relicta, vt olei, & aliarum rerum, quæ neceſſariæ collegijs.

Gymnaſia Romæ.

6 PRÆBITVMQVE OLEVM.] Conditum odoribus: Quippe hic mos erat, quamuis odores illi viliſſimi. Plin. l. 15. c. 7. Sic Agrippa in vaporario Laconico *oleũ præbuit.* Dio 53. & eſt in iure quidam locus, quo mulier oleum præbet ex teſtamento ad balnea. Forſan L. 5. §. proinde. de donat. int. vir. & vxor. *Si oleum pro vxore vir in æde ſacra poſuerit.* Et in L. Patronus. §. Codicillis, vel L. Mæuia, de man. teſt. *Saccys ſeruus meus & Eutychia & Hyreria ancillæ meæ omnes ſub hac conditione liberi ſunto, vt monumento meo alternis menſibus lucernam accendant & ſolemnia mortis peragant.* Sic in templis & balneis oleum præbitum. Dio autem in fine lib. 61. ait ſolis equitibus & Senatoribus præbitũ huiuſmodi oleum in Gymnaſijs.

Oleum Gymnaſiorũ conditum odoribus.

P. Mario, [1] L. Aſinio conſulibus, Antiſtius prætor quem in tribunatu plebis licenter egiſſe memoraui, probroſa aduerſus principem carmina factitauit: vulgauitque celebri conuiuio, dum [2] apud Oſtorium Scapulam epulatur. Exin a Coſſutiano Capitone, qui nuper Senatorium ordinem precibus Tigillini soceri ſui receperat, maieſtatis delatus eſt. Tum primum [3] reuocata ea lex credebatur, quæ haud perinde exitium Antiſtio, quam imperatori gloriam [4] quæſiuit, vt condemnatus a Senatu, interceſſione tribunitia morti eximeretur. Et

Probroſa carmina aduerſus Neronem, mors.

Condemnatus a Senatu morte eximitur Tribunitia interceſſione Antiſtius.

cum

cum Oſtorius nihil audiuiſſe pro teſtimonio dixiſſet, aduerſis teſtibus creditum. Cenſuitque Iunius[5] Marullus conſul deſignatus,[6] adimendam reo præturam,[7] necandumque more maiorum.[8] Cæteris inde aſſentientibus, Pætus Thraſea multo cum honore Cæſaris, & acerrime increpito Antiſtio, *non quicquid nocens reus pati mereretur, id egregio ſub principe, & nulla neceßitate obſtricto Senatu, ſtatuendum* diſſeruit: *carnificem & laqueum pridem abolita: & eſſe pœnas legibus conſtitutas, quibus ſine iudicum ſæuitia & temporum infamia, ſupplicia decernerentur.*[9] *Quin inſula publicatis bonis, quo longius ſontem vitam traxiſſet, eo priuatim miſerior, & publicæ clementiæ maximum exemplum futurum.* Libertas Thraſeæ[10] * ſilentium aliorum rupit. Et poſt quam diſceſſionem conſul permiſerat, pedibus in ſententiam eius iere, paucis exemptis: in quibus adulatione promptiſſimus fuit A. Vitellius, optimum quenque iurgio laceſſens, & reſpondenti reticens, vt pauida ingenia ſolent.[11] At conſules perficere Senatus decretum non auſi, de conſenſu ſcripſere Cæſari. Ille inter pudorem & iram cunctatus, poſtremo reſcripſit, *nulla iniuria prouocatum Antiſtium grauiſſimas in principem contumelias dixiſſe. earum vltionem a patribus poſtulatam. Et pro magnitudine delicti pœnam ſtatui par fuiſſe. Cæterum ſe qui ſeueritatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere. Statuerent vt vellent, data etiam abſoluendi licentia.* His atque talibus recitatis, & offenſione manifeſta, non ideo aut conſules mutauere relationem, aut Thraſea deceſſit ſententia: cæteriue, quæ probauerant deſeruere: pars ne principem obieciſſe inuidiæ viderentur, plures numero tuti, Thraſea ſueta firmitudine animi, & ne gloria intercideret.

Relegatio quo longior, eo vita miſerior.

* ſeruitium

Princeps quæ dicta in eum moderatur, & viam parat patribus, vt reum abſoluerent.

Conſules & ſenatus non deſerunt ſententiam contra Antiſtium.

1 L. Asinio.] Gallo ſcilicet, Aſinij Galli ſobole. Dio lib. 62.

2 Apvd Ostorivm Scapvlam epvlatvr.] Is eſt P. Oſtorius Scapula, de quo ſuperius, quique præfuit Britannijs, & cuius progenies ad Seuerum vſque principem, quo imperante, rexit Carthaginem: Alter Scapula, qui Scapula Tertillus dictus, vt oſtendit L. Diuus. de off. præſid. Cod. & Tertullianus ad Scapulam.

Oſtorius Scapula. Britanniæ præfectus. Scapula rector Carthaginis.

3 Revocata.] Melius, *reuocanda*: quia nunquam reuocata.

4 Qvæsivit.] *Quæſiuiſſet*, lego.

5 Marvllvs.] Is eſt Marullus, ad quem Seneca ſcripſit epiſtolam cum filium paruulum amiſiſſet. Vide epiſtolam 99.

6 Adimendam reo Prætvram.] Olim, vt quis accuſaretur, exitus magiſtratus expectari ſolebat, ſi in magiſtratu quid deliquiſſet; tamen non ita in crimine læſæ maieſtatis. Nam Romani vt frangerent fœdus in Caudinis ictum; non expectato magiſtratus fine, ipſum magiſtratum hoſtibus dediderunt. Ita Claudij gener L. Silanus, non expectato fine magiſtratus, petitus eſt.

Qui in magiſtratu olim erat, eo durante non conueniebatur niſi finito. Præter quam in crimine læſæ maieſtatis.

7 Necandvmqve more maiorvm.] Suetonius in Nerone cap. 49. Et in Domit. 1. *Legit ſe hoſtem a Senatu iudicatum, & quæri vt puniatur more maiorum: interrogauitque quale eſſet id genus pœnæ, & cum comperiſſet nudi hominis ceruicem inſeri furcæ, corpus virgis ad necem cædi.* Et in Claudio 34. *Cum ſpectare antiqui moris ſupplicium Tiburi concupiſſet & deligatis ad palum noxijs carnifex deeſſet, accitum ab vrbe veſperam vſque opperiri perſeuerauit.* Cæſar in fine libri 6. Belli Gallici: *De Acone more maiorum ſupplicium ſumpſit.* Et explicat lib. 8. vbi de Gutturnato. *Quem verberibus exanimatum, etiam corpus ſecuri percuſſerunt.* Sed apud Plutarchum in Publicola, hic mos maiorum belliſſime exprimitur.

Quid more maiorum puniri.

8 Cæteris inde.] Lego, *Cæteris ſubinde aſſentientibus.*

9 Qvin insvla.] *Quin maneat inſula publicatis bonis.* Nam verbum deficit.

10 Silentivm aliorvm.] Imo, *ſeruitium aliorum rupit.* Nam more maiorum necandum cenſebāt. Nec ſilentio locus eſt heic, nec Harpocrati. Lipſius ait in Farneſiano Codice legi *ſeruitium*, quod opponitur *libertati.* Et ſane natiua Taciti oratio eſt, & ludit in ambiguis: Quippe per adulationem, & vt principi ſanguinis auidiſſimo gratiam facerent, in ſeueriores tranſibant ſententias: & ita ſuam ſæuitiam & ſeruitium fatebantur. Tacitus 15. *Nulli magis gnarum, quam Neronem, qui ſæpius libertatem Senecæ, quam ſeruitium expertus eſſet.* Opponit ſeruitio libertatem.

Oppoſita frequentia in Tacito.

Relata Senatus ſententia ad principem quò firmet.

11 At Consules.] Ita lib. 13. vbi de ingratis. *Ille author conſtitutionis fieret*, (id eſt princeps,) *vt inter paucos, & ſententia diuerſos.* Quod ſæpe fit in his libris.

Thraſeæ firmitudo animi.

12 Thrasea sveta firmitvdine animi.] De illa animi firmitudine, ſic Martialis lib. 4. epigram. 54.

Diuitior Criſpo, Thraſea conſtantior ipſo.

Et libr. 1. epigramm. .

Quod magni Thraſeæ, conſummatique Catonis
Dogmata ſic ſequeris, talis vt eſſe velis,
Pectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes,
Quod feciſſe velim te, Deciane, facis.
Nolo virum, facili redimit qui ſanguine famam:
Hunc volo, laudari qui ſine morte poteſt.

Quid ſentiat Martialis de Thraſeæ conſtantia.

Codicilli cōtra Neronē.

Licentia habendi libros prohibitos obliuionem attulit.

Haud diſpari crimine Fabricius Veiento conflictatus eſt, qui multa & probroſa in patres & ſacerdotes compoſuiſſet, ijs libris quibus nomen codicillorū dederat. Adijciebat Talius Geminus accuſator, venditata ab eo munera principis & adipiſcendorū honorū ius. Quæ cauſa Neroni fuit ſuſcipiendi iudicij. Conuictumque Veientonem Italia depulit, & libros exuri iuſſit, conquiſitos lectitatoſque donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi, obliuionem attulit. Sed graueſcentibus in dies publicis malis, ſubſidia minuebantur. Conceſſitque vita Burrhus, incertum valetudine an veneno.[1] Valetudo ex eo coniectabatur,[2] quod in ſe tumeſcentibus paulatim faucibus & impedito meatu, ſpiritum finiebat. Plures iuſſu Neronis, quaſi remedium adhiberetur, illitum palatum noxio medicamine aſſeuerabant: & Burrhum intellecto ſcelere,[3] cum ad viſendum princeps veniſſet, aſpectum eius auerſatum,[4] ſciſcitantique, *Hactenus*, reſpondiſſe, *ego me bene habeo.* Ciuitati grande deſiderium eius manſit[5] per memoriam virtutis, & ſucceſſorum alterius ſegnem innocentiam, alterius flagrantiſſima flagitia & adulteria. Quippe Cæſar duos prætorijs cohortibus impoſuerat:[6] Fenium Rufum ex vulgi fauore, quia rem frumentariam ſine quæſtu tractabat:[7] Sofonium Tigillinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo ſecutus, ac quæ illi pro cognatis moribus fuere. Validior Tigillinus in animo principis ex intimis libidinibus aſſumptus. Proſpera populi & militum fama Rufus, quod apud Neronem aduerſum experiebatur.

Laus Burrhi poſt mortem ex ſegnitia ſucceſſorū & vitiure viri.

Impudicitia & infamia pro cognatis moribus Tigillino.

1 Valetvdo ex eo.] Lege, *Valetudo ex veneno coniectabatur.* Scriptum erat, *ex vo*, id eſt, *veneno.* Nam incertum erat valetudine, an veneno ægrotaret: valetudo ſine veneno eſſe potuit; non potuit eſſe venenum ſine valetudine. Quod valetudine detineretur, coniecturis opus non erat; quod vero valetudine ex veneno, inde coniectabatur, quod fauces intumeſcerent. Et ſæpe loco remedij, venena vulneribus ingerebant. Suetonius in Calig. cap. 55. *Columbo victori, leuiter tamen ſaucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellauit.* Sic idem venenata edulia ſæpe mittebat. Auguſtus ita de Panſæ morte ſuſpectus. *Panſæ*, inquit Sueton. in Auguſt. cap. 11. *adeo ſuſpecta mors fuit, vt Glyco medicus cuſtoditus ſit, quaſi venenum vulneri indidiſſet.*

2 Qvod in se tvmescentibvs.] Puto ſubeſſe quid mali: & ita lubenter legerem. *Quod velut ſanie tumeſcentibus paulatim faucibus, & impedito meatu ſpirituum finiebat.* Nam verba, *in ſe*, heic non placent, & ſunt notæ nam, *in*, erat, *vt*, & appoſitum pro, *velut*, prima & vltima ſyllaba ſcripta: &, *ſ*, & *e*, pro, *ſanie.* ita Lucanus:

- Mens nulla ſanie polluta veneni.

De veneno autem ita infuſo Iuriſconſulti loquuntur L. 7. ad leg. Aquil. *Qui venenum pro medicamento dedit.* Et L. 5. §. 1. eodem: *Si quis per vim vel ſuaſum medicamentum infudit, vel ore, vel clyſtere.*

3 Cvm ad visendvm.] Legendum, *Cum eum ad viſendum.* Ægrotos enim ſolebant inuiſere, & remedia procurare. Cicero 3. Tuſcul. quæſt. *Eripiamus ægritudinem quodammodo, eum collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus.* Et in Biblijs 4. Reg. cap. 9. *Aſcendit & profectus eſt in Iſrael. Ioram enim ægrotabat ibi. Et Ochoſias deſcenderat ad viſitandum Ioram.* De Chriſtianis in Euang. *Æger fui, & non viſitaſtis me.* Nam infirmos viſitare Chriſti præceptum eſt. De Latinis Gellius lib. 2. cap. 16. *Cum M. Frontonem pedibus ægrum inuiſeret.* De Græcis Plutarchus in præceptis ſanitatis docet quid inquirendum, quid agendum in ægrorum viſitatione.

4 Sciscitantiqve, Hactenvs, respondisse.]

DISSE.] Non eſt ſine culpa hæc oratio. Nam quid Nero eſt ſciſcitatus? Verbum vnum puto reponendum, quod dictio, *auerſatum*, nobis hauſit. Ita enim ſcriptum erat ni fallor; *Aſpectum eius auerſatum, ſtatumque ſciſcitanti, Hactenus, reſpondiſſe, ego me bene habeo.* Sic vna dictio, dictionem vicinam abſorbet, propter ſimilitudinem litterarum. Varro. *Cuius ibi multis annis maſculi veſtigium inuentum eſt*: & latet verbum, *nullum*, in fine verbi *veſtigium*, & principio verbi, *inuentum*.

5 PER MEMORIAM SVCCESSORVM.] Succeſſorum enim inertia, anteceſſorum eſt deſiderium. Hoc ſcripſit Noſter in electione Tiberij facta ab Auguſto: *Comparatione*, inquit, *deterrima, gloriam ſibi quærente.* Nam eſt aucupium laudis ex alieno dedecore. Quod viri probi ſemper deteſtantur.

Deſideramur per ſocordiam ſucceſſorum.

6 FENIVM RVFVM.] Cuius vere iſtud, quod poſtea de T. Cæſio præfecto annonæ dicit inſcriptio.

Qui largæ Cereris meſſes fructuſque renatos
Digerit in pretium: cui conſtat fama, fideſque,
Et cui diuitias ſuperat pudor.

Et equidem ex conſilio Eccleſiaſtis cap. 7. *Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ, quam vnguenta pretioſa.*

7 SOFONIVM TIGELLINVM.] De quo Martialis lib. 3. epigr. 20.

An impudici balneo Tigellini?

Vocat eum vetus interpres Iuuenalis, *C. Fulcinium Tigellinum, patre Agrigentino natum*, Sat. 1. in verſu, *Pone Tigellinum.* Quod non conuenit cum Tacito. Fuit autem ille calcar, quo pungente, Nero ſe tulit in Chriſtianos, quos viuos ardebat. Voluit enim illos cereos fieri, vt lucerent ſpectatoribus per dies & noctes totas. Nam inuoluebantur papyro, ceraque ſuperueſtiebantur, vt ſic ad ignem admoti arderent. Sed *Tigellinus & Nero improbitatis abyſſi, nihil niſi maxime bonum damnare potuerunt*, ait Tertullianus in Apologetico. Sed vis natiuam Tigellini pictutam? Hæc a Tacito præſto eſt Hiſtor. 1. *Sophonius Tigellinus obſcuris parentibus, fœda pueritia, impudica ſenecta, præfecturam vigilum, & Prætorij, & alia præmia virtutum quia velocius erat vitijs adeptus, crudelitatem mox, deinde auaritiam & virilia ſcelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone, quædam ignaro auſus, ac poſtremo euſdem deſertor, ac proditor. Vnde non alium pertinacius ad pœnam flagitauere diuerſo affectu, quibus odium Neronis inerat, & quibus deſiderium.* Mox addit: *Accepto apud Sinueſſanas aquas ſupremæ neceſſitatis nuntio, inter ſtupra concubinarum & oſcula & deformes moras, ſectis nouacula faucibus infamem vitam fœdauit etiam exitu ſero & inhoneſto.*

Tigellinus Neronianæ impudicitia teda.
Sofonius dictus Tacito.
C. Fulcinius veteri Schol. Iuuenal.
Chriſtianorum hoſtis.
Quos ignibus addixit.

Mors Burrhi infregit Senecæ potentiam, quia nec bonis artibus idem virium erat, altero velut duce amoto, & Nero ad deteriores inclinabat. Hi varijs criminationibus Senecam adoriuntur, *tanquam ingentes &* [1] *priuatum ſupra modum euectas opes adhuc augeret,* [2] *quodque ſtudia ciuium in ſe verteret,* [3] *hortorum quoque amœnitate & villarum magnificentia quaſi principem ſupergrederetur. Obijciebant etiam eloquentiæ laudem vni ſibi aſciſcere, & carmina crebrius factitare, poſtquam Neroni amor eorum veniſſet. Nam oblectamentis principis palam iniquum, detractare vim eius equos regentis: illudere voces quoties caneret.* [4] *Quem ad finem? nihil in Rep. clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur. Certe finitam Neronis pueritiam & robur iuuentæ adeſſe. exueret magiſtrum ſatis amplis doctoribus inſtructus, maioribus ſuis.* At Seneca criminantium non ignarus, prodentibus ijs quibus aliqua honeſti cura, & familiaritatem eius magis aſpernante Cæſare, tempus ſermoni orat: & accepto, ita incipit. *Quartuſdecimus annus eſt, Cæſar, ex quo ſpei tuæ admotus ſum, octauus vt imperium obtines. Medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulaſti, vt nihil felicitati meæ deſit, niſi moderatio eius. Vtar magnis exemplis,* [5] *nec meæ fortunæ, ſed tuæ.* [6] *Atauus tuus Auguſtus, M. Agrippæ Mitylenenſe ſecretum, C. Mæcenati vrbe in ipſa, velut peregrinum otium permiſit: quorum alter bellorum ſocius, alter Romæ pluribus laboribus iactatus, ampla quidem, ſed pro ingentibus meritis præmia acceperant. Ego quid aliud munificentiæ adhibere potui* [7] *quam ſtudia (vt ſic dixerim) in vmbra educata? e quibus claritudo venit, quod iuuentæ tuæ rudimentis affuiſſe videor,* [8] *grande huius rei pretium. At tu gratiam immenſam, innumeram pecuniam dediſti, adeo vt plerunque intra me ipſum voluam: Ego ne equeſtri & prouinciali loco ortus proceribus ciuitatis annumeror? Inter nobiles & longa decora præferentes,* [9] *noui-*

Opes fuere in Senecam accuſationis cauſæ.

Stultæ in Senecam criminationes quæ laudandæ.

tas mea enituit? Vbi eſt animus ille modicis contentus?[10] * *Tales hortos inſtruit & per hæc ſuburbana incedit, & tantis agrorum ſpatijs, tam lato fœnore exuberat? Vna defenſio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui. Sed vterque menſuram impleuimus, & tu quantum princeps tribuere amico poſſet, & ego quantum amicus a principe accipere. Cætera inuidiam augent. quæ quidem, vt omnia mortalia, infra tuam magnitudinem iacent, ſed mihi incumbunt. mihi ſubueniendum eſt. quo modo in militia aut via feſſus adminiculum*[11] *orarem: ita in hoc itinere vitæ, ſenex, & leuiſſimus quoque curis impar, cum opes meas vltra ſuſtinere non poſſim, præſidium peto.* [12] *Iube eas per procuratores tuos adminiſtrari,* * *in tuam fortunam recipi. Nec me in paupertatem ipſe detrudam, ſed traditis quorum fulgore perſtringor, quod temporis hortorum aut villarum curæ ſeponitur,* [13] *in animum reuocabo. Supereſt tibi robur, &*[14] *tot per annos nixum faſtigij regimen: poſſumus ſeniores amici,*[15] *quiete reſpondere. Hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad ſumma vexiſſe, qui & modica tolerarent.*

*Tam illuſtres hortos, & præter hæc

* & in tuam

1 Privatvm svpra modvm evectas opes.] Lego, *Et præter priuatum modum euectas opes.* Nam in verbo priuatum (p) & (r) faciunt *præter*. Tacit. 2. Hiſt. de Mutiano. *Magnificentia, & opes, & cuncta priuatum modum ſupergreſſa.* Id eſt præter modum euecta. Opes autem Senecæ Dio notat & ter millies ſeſtertium fuiſſe ſcribit.

2 Qvodqve stvdia.] Et ſane cogitatum fuit de eo imperatore creando. Tacitus lib. 15. *Fama fuit Subrium Flauium cum centurionibus occulto conſilio, neque tamen ignorante Seneca, deſtinauiſſe, vt poſt occiſum ope Piſonis Neronem, Piſo quoque interficeretur, tradereturque imperium Senecæ.* Hoc ſi fuiſſet, habuiſſet orbis philoſophum imperantem, aut imperatorem philoſophantem.

Cogitatum de creando imperatore Seneca. Eonon ignorante.

3 Hortorvm qvoqve amoenitate.] Vt enim erant horti Salluſtiani, horti Lamiani, horti Luculliani, horti Mæcenatis: ſic Senecæ, alijque plures magna cura exculti, non ab hoc æuo, ſed priſco. Et vt cultum hortorum notes apud priſcos Rom. *male cultus hortulus, arguebat diligentiam matrisfamilias*, ait Plinius. fœminarum enim erat cura hortos colere. Et ex horto plebi macellum, agerque pauperum erat hortulus. Cumque vrbs poſt deuictam Italiam, & prouincias, plebis multitudinem capere non poſſet, habebant tum ciues hortos in feneſtris, quod Plinius docet lib. 19. cap. 4. & Martialis lib. 12. epigr. 19. M. Cato etiam hortos coluit, non modo ad victum, ſed & ad Deorum cultum, & ad coronamenta. Et florum ſationem docuit Athenis Epicurus, otij magiſter, primuſque hortos inſtituit. Nec iſtud abhorruit Stoicorum ſupercilium. Seneca noſter documento erit, de quo ita Iuuenalis Satyra 10.

Horti Romæ plures. Quorum cura ad matrem famil.

Ex horto plebi macellum.

Horti in feneſtris.

M. Cato cultor hortorum.

Epicurus Athenis hortorũ cupientiſſimus.

-- magnos Senecæ prædiuitis hortos.

De otio hortorum Sueton. in Claud. 5. cap. *Abiecta ſpe dignitatis ad otium conceſſit, modo in hortis & ſuburbano, modo in Campaniæ ſeceſſu delitеſcens.* Ideo cupiti tales horti. Martialis libr. 1.

Horti Senecæ.

In ſuburbanis.

En tibi ſitque precor, multos creſcatque per annos,
Pulchra quidem, verum Transtiberina domus.

Et libr. 8. epigramm. 61.

Sed quod ſub vrbe rus habemus æſtiuum,
Vehimurque mulis non vt ante conductis,
Quid imprecabor, o Seuere, liuenti?
Hoc opto, mulas habeat, & ſuburbanum.

Id eſt peruiones & Eſquilias. Nam *peruiones*, mulas a tarditate dixere per Antiphraſim. Suburbanæ autem erant Eſquiliæ, quibus noxij agebantur in crucem: Inde ille iocus, de quo dixi li. 2. *A porta Eſquilina video villam tuam*: Id eſt patibulum. D. Hieronymus de ſuburbano ad Princip. & Paulam. *Suburbanus ager vobis pro monaſterio fuit, rus relictum pro ſolitudine.* Martialis:

Explicatum Martialis epigramma.

Suburbana Chriſtianorum pro monaſterijs.

Parua ſuburbani munuſcula mittimus horti,
Faucibus oua tuis poma ſeuera gulæ.

Idem libr. 3. epigramm. 20.

An rure Tulli fruitur, atque Lucani?
An Pollionis dulce currit ad Quartum?

Et in ſuburbanis vinea frequens, qualis in hortis Senecæ, & in Nomentano, vbi fuit fœcundiſſima: quod docet Plinius vbi de vinea Polemonis Grammatici quam emit Seneca. Et de iſtis vineis Senecæ eiuſdem eſt epiſtola 103. *In Nomentanum meum fugi. Quantum mihi adiectum putas viribus, poſtquam vineas attigi?* At pro miraculo eſt iſtam Polemonis vineam annuo prouentu, trecenta ſexaginta quinque vaſa reddidiſſe. Suetonius de clar. Gram. Nec mirum, nam vt de liberalibus ſcribit Ouidius:

Vinea Polemonis.

Et fecit patrio rure Senator opus.

4 Qvem ad finem nihil in Rep.] Rectius, *Quem ad finem?* per interrogandi modum, *nihilne in Rep. clarum foret.*

5 Nec meæ fortvnæ, sed tvæ.] Noto vnumquemque priuatum apud paganos fortunam priuatam ſibi finxiſſe. Villicus ille Senecæ, per fortunam heri iurabat. inde templum Fortunæ priuatæ, quod à Seruio factum eſt. Plin. libr. 36. cap. 22. Nec male, nam a fortuna priuata, ad publicam euectus eſt regni fortunam. Apuleius 4. Metamorph.

Quiſque paganorum fortunam priuatam habuit, aut ſibi finxit.

Iuſiurandum per fortunam heri.

Templum Fortunæ priuatæ Seruij regis.

Dum

Dum ſedulo fortunam inquirebamus popularem. Vocauit Seruius illam Fortunam Seiam, ait Plinius. Cum Seios filios, Manios priuatos, dicerent Romani. Inde prouerbium, *Vnuſquiſque ſuæ fortunæ artifex.* Sunt verſus in Plauto de fortuna priuata.

Nam a priuata fortuna ad publicam venit. Sua fortuna.

Centum doctum hominum conſilia hæc deuicit Dea
Fortuna, atque hoc verum eſt, vt quiſque fortuna,
Ita præcellere atque ſapere omnes dicimus.

Atauus pro vno ex maioribus.

6 A T A V V S.] Atauum dixit pro vno ex maioribus; alioqui vere abauus eſt. Virgil. 7. Æneid.

Turnus auis, atauiſque potens.

Agrippina abneptis Auguſti.

id eſt maioribus. Dio lib. 61. ſignate abauum facit Auguſtum. *Agrippina*, inquit, *Germanici filia, Agrippinæ neptis, Auguſti abneptis, a filio ſuo, cui regnum detulerat, interfecta eſt.*

7 Q V A M S T V D I A.] Quæ Caligulæ temporibus valde celebria: ſub Hadriano tamen exiſtimationem perdidere. Vide Agellium.

8 G R A N D E.] Lego maiore littera, *Grande*, & incipio clauſulam.

9 N O V I T A S M E A E N I T V I T.] Velleius eo verbo vtitur in eadem re cum ait: *M. Agrippæ, Statilio Tauro, nouitas familiæ haud obſtitit, quo minus ad multiplices Conſulatus, triumphoſque, & complura eniterentur ſacerdotia.* Nam *multa quæ præuideri non poſſunt, fortuito in melius cadunt.* Tacit. libr. 2. Et magna negotia magnis adiutoribus egent, intereſtque Reipub. quod vſu neceſſarium, & dignitate eminere, vtilitatemque authoritate muniri. *Noui* vero *homines* dicebantur, quibus nec adhuc claritudo generis, nec munerum. Et ita *nouus Arpinas* Cicero dictus a Iuuenale Sat. 8.

—— & modo Romæ
Municipalis eques.

Velleius de eodem: *Suam nouitatem nobilitauit.* Ita certe: nam hodie viuit Cicero per virtutem, cum plerique ſummæ nobilitatis homines Romani ignorentur.

10 T A L E S H O R T O S I N S T R V I T, E T P E R H Æ C S V B V R B A N A I N C E D I T.] Lego, *tam illuſtres hortos inſtruit.* dixi ſuperius: itaque heic conticeo. ſed hæc hortorum claritas fuit hoſtibus Senecæ accuſationis cupiditas.

11 O R A R E M.] *Quomodo aut militia, aut via feſſus, adminiculum orarem.* Forte oraret. Nam Seneca nunquam miles: & quomodo Cicero dixit *feſſus de via*, heic dicit, *feſſus via.* Tiberius eadem pæne in Senatu dixit, vbi in ſpeciem refutaret imperium. *Dum*, inquit, *veniam ad id tempus, quo vobis æquum poſſit videri dare vos aliquam ſenectuti meæ requiem.* Nam prima, & media ætatis tempora, danda ſunt Reipub. extrema nobis.

12 I V B E E A S.] Horatius epiſtol. ad Mæcenat. 2. ita reſignat liberaliter data.

Non, quo more pyris veſci Calaber iubet hoſpes,
Tu me feciſti locupletem. Veſcere ſodes.
Iam ſatis eſt. At tu quantumuis tolle. Benigne.

Nam moroſa beneficia non ſunt beneficia, ſed maleficia. Onera ſunt & impedimenta, nõ honeſtamenta. Sunt enim qui quiſquilijs ſibi hominum libertatem oppignoratam putant, multum minutiolas ſuas æſtimantes, & nihili pendentes quod vere eſt maximum.

13 I N A N I M V M R E V O C A B O.] Plane ſubeſt mendum. Nam quid hoc, *reuocabo in animum quod temporis hortorum aut villarum curæ ſeponitur?* Intelligo quid velit. nam ait ad animi culturam ſe id temporis impertiturum, quod hodie hortorum & villarum culturæ impenditur. ſed verba non explicant. Quid ſi legamus, *ad animi cultum reuocabo*? Subodoror ita, & putam puto & putam lectionem.

Tacitus explicatus.

14 T O T P E R A N N O S.] Imo non multi anni. Sexennium enim tantum extat. Et Nero in reſponſione firmat qui ait, *Prima imperij ſpatia ingrediamur.*

15 Q V I E T E R E S P O N D E R E.] Legi poteſt aptiſſime, *Quieti nos ſpondere.* D. Hieronym. epiſt. 12. eo verbo vſus eſt. *Solent quædam cum futuram virginem ſpoponderunt.* Iuuenalis Sat. 9.

Spondere.

An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, & fidibus promittere?

Id eſt ſibi ſpondere. Tertullianus tamen De corona milit. vſus eſt verbo *reſpondere. Credimuſne humanum ſacramentum diuino ſuperduci licere, & in alium dominum reſpondere poſt Chriſtum?* Idem D. Hieron. ad Euſtoch. de virgin. ſeruanda. *Naturali ducimur malo, adulatoribus noſtris libenter fauemus, & quanquam nos reſpondeamus indignos.* Idem epiſt. 11. ad Publ. *Reſpondeant, tributa perſoluant.* Et epiſt. 10. *Quis procedet ad publicum? quis reſpondebit pro agrorum tributis?* Vox autem *reſpondere*, pro *ſponſione* eſt accepta a Iuriſconſultis, L. libertus. §. vlt. ad municip. D. Et a Grammaticis. Varro de ling. Lat. *Spondere eſt dicere Spondeo a ſponte, nam id valet, & a voluntate. Ab eadem ſponte a qua dictum ſpondere, declinatum ſpondet & reſpondet.* Ergo reſpondere ſpondere eſt. Lego ergo: *poſſumus ſeniores amici quieti reſpondere.* Et inde apertior ſenſus, & aptior.

Et reſpondere.

Ad quæ Nero ſic fermé reſpondit. *Et* [1] *quod meditatæ orationi tuæ ſtatim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantum præuiſa, ſed ſubita expedire docuiſti. Auus meus Auguſtus Agrippæ & Mæcenati vſurpare otium poſt labores conceſſit, ſed* [2] *in ea ipſa ætate, cuius autoritas tueretur quicquid illud & qualecunque tribuiſſet. attamen neutrum datis a ſe præmijs exuit. Bello & periculis meruerant. In his enim iuuenta Auguſti verſata eſt.* [3] *Nec mihi tela & manus tuæ defuiſſent, in armis agenti. Sed quod præſens conditio poſcebat, ratione, conſilio, præceptis pueritiam, dein iuuentam meam fouiſti. Et tua quidem erga me munera, dum vita ſuppetet, æterna erunt. Quæ a me*

habes, horti, & fænus, & villæ, caſibus obnoxia ſunt : ac licet multa videantur, plerique haud quaquam artibus tuis pares, plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores ſpectantur. Vnde etiam rubori mihi eſt, quod præcipuus charitate, nondum omnes fortuna[5] *antecellis. Verum & tibi valida ætas, rebuſque & fructui rerum ſufficiens, & nos prima imperij ſpatia ingredimur : niſi forte aut te Vitellio ter conſuli, aut me Claudio præponis, & quantum Voluſio longa parcimonia quæſiuit, tantum in te mea liberalitas explere non poteſt. Quin ſi qua in parte lubricum adoleſcentiæ noſtræ declinat, reuocas, * inornatumque robur ſubſidio impenſius regis. Non tua moderatio, ſi reddideris pecuniam, nec quies, ſi reliqueris principem, ſed mea auaritia, meæ crudelitatis metus in ore omnium verſabitur. Quod ſi maxime continentia tua laudetur, non tamen ſapienti viro decorum fuerit, vnde amico infamiam parat, inde gloriam ſibi recipere.* His adijcit complexum & oſcula, factus natura, & conſuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditijs. Seneca[6] (qui finis * omnium cum dominante) grates agit: ſed inſtituta prioris potentiæ commutat : prohibet cœtus ſalutantium : vitat comitantes, rarus per vrbem, quaſi valetudine infenſa, aut ſapientiæ ſtudijs domi attineretur.

* inordinatumque robur

* omnium ſermonum cum dominante.

1 QVOD MEDITATÆ.] Æſchylus in Prometh. —— νόσημα δὲ

Αἴσχιστον εἶναι φημὶ συνθέτους λόγους.

Peſtem turpiſſimam iudico orationem compoſitam.

Nam veritatis ſermo ſimplex eſt. Et oratio ſoluta eſſe debet & libera. Amm. Marc. 17.

2 IN EA IPSA ÆTATE.] *In ea ipſe ætate.* Nam verbum, *cuius*, hoc innuit, & loquitur de ætate & authoritate Auguſti; opponitque ſuam ætatem ætati Auguſti. Auguſtus enim, cum Agrippæ & Mæcenati tam multa concederet, ætate validus, imperio ſecurus : *Ego vero* (inquit Nero) *adoleſcens adhuc, nec firmus in imperio.*

3 NEC MIHI TELA ET MANVS TVÆ DEFVISSENT.] Per Ironiam hæc dicta puto. Nam Seneca, *peſſimus miles, aut plane nullus*. Et aduerte ex moribus Neronis quod ait Plinius : *Nullum tam infidum mare quam ſunt blanditiæ principum iſtorum, quibus tanta leuitas, tanta fraus, vt facilius eſſet iratos quam propitios habere.* In Panegyr. Nec male iſtud Lucillianum potuiſſet dicere Seneca.

Neſcio quorſum mihi eueniunt tua verba tam delenifica.

4 CASIBVS OBNOXIA SVNT.] Sciuit hoc Seneca pater l. 12. Controu. 1. *Diuitias putas aurum, & argentum, ludibria fortunæ, quæ inter iocum ipſis dominis veniunt?* Idem : *Fragilis eſt, & caduca fœlicitas, & omnis fortunæ blandientis cum periculo niſor; & ſine cauſa ſæpe fluit, & ſine ratione deſtituit.* Sciuit & Seneca filius. *Omnia*, inquit, *iſta in quæ dominum caſus exercet, ſeruitia ſunt pecuniæ, & corpus, & honores, imbecillia, fluida, mortalia, poſſeſſionis incertæ.* Ita ſane ex mẽte pagana, ſed veritate Chriſtiana.

5 ANTECELLIS.] Florus ſic dixit de bello Gallico lib. 1. *Adeo tum quoque in vltimis religio publica priuatis affectibus antecellebat.* Cæterum poſt hoc verbum, inuerſa tota eſt oratio, & corrupta, & oculatus quilibet, ſi heic aciem figat, facile videri. Lege ergo (vt iſta ſegmenta aptius componam,) poſt verbum *antecellis*. *Niſi forte aut te Vitellio ter Conſuli; aut me Claudio poſtponis. Sed quantum Voluſio longa parcimonia quæſiuit, tantum in te mea liberalitas explere num poteſt? Verum eſt tibi inualida ætas, rebuſque & fructui rerum inſufficiens, & nos prima imperij ſpatia ingredimur. Quin ſi qua in parte lubricum adoleſcentiæ noſtræ declinat, reuocas, inordinatumq. robur ſubſidio impenſius regis*, &c. quæ explico. Et primum dixi *poſtponis*, non *præponis*. Quis enim dubitet Senecam Neroni Claudium poſtponere, quem in luſu deridiculum facit, & fatuum, ſibique inuiſum, quod in exilium egerit? Senſus ergo hic eſt. Plerique haud artibus tuis pares plura tenuerunt, vt Vitellius ille, qui ſub Claudio ter Conſul fuit, & ditiſſimus : niſi forte te poſtponis Vitellio, & me Claudio. Nam *Vitellius validiſſima gratia*, inquit noſter : mox addendum. *Sed quantum Voluſio longa parcimonia quæſiuit, tantum te mea liberalitas explere num poteſt?* Quod lego per interrogationem. Num mea liberalitate tot tantaque tibi ingerere poſſum, quanta ſibi per parcimoniam quæſiuit Voluſius Saturninus? qui tum temporis ditiſſimus fuit. Tacitus de Voluſio l. 3. *Opumque queis domus illa immenſum viguit, primus accumulator. Verum & tibi valida ætas.* Lego, *Verum eſt tibi inualida ætas.* Nam reſpõdet Nero omnibus partibus orationis Senecæ, idque ordine. Et quia dixit, *Senex & leuiſſimis curis impar*. Dein, *poſſumus ſeniores amici quieti nos ſpondere* : Ideo ait, *Verum eſt tibi inualida ætas.* Et nota obiter, quanto errore labantur, qui ex loco corrupto, de multis, & fere Neſtoreis annis Senecæ ratiocinantur. Mox addit : *Rebuſque & fructui rerum ſufficiens.* Vbi lego, *inſufficiens*. quia *m*, vltima littera verbi *rerum*, habet *in*. Dixerat Seneca : *Cum meas opes vltro ſuſtinere nõ poſſim, præſidium peto.* Subiũgit. *Et nos prima imperij ſpatia ingredimur.* Nã dixerat:

Inuerſus totus Tacitus in oratione ad Senecam.

Tacitus explicatus.

Claudius a Seneca Neroni poſt poſitus.

Nero ſingulis orationis Senecæ membris reſpondet.

Lapſus eorum, qui Senecæ longiſſimam vitã faciant, falſi mendoſa lectione.

Supereſt

Supereſt tibi robur, & tot per annos nixum imperij regimen. Vocat ſexennium primum imperij ſpatium: Quippe iuuenis adhuc ſibi longum fore prætendebat. Quin addit. *si qua in parte lubricum adoleſcentiæ noſtræ declinat*; Quæ verba ponenda ſunt poſt hæc, *Spatia ingredimur.* Ait enim: Tibi eſt inualida ætas, nobis robur, qui prima imperij ſpatia ingredimur; ſed non ideo te abire decet. Nam ſi lubricum adoleſcentiæ noſtræ a recta via declinat, tu nos reuocas, & reducis ad rectam viuendi rationem. *Inornatumque robur.* Lego, *inordinatumque robur ſubſidio impenſius regis.* Id eſt iuuenilem ætatem, quæ robur eſt inordinatum, & ſtolida ferocia & rudis, & impolita vis, tuorum ſtudiorum ſubſidijs regis, & moderaris, quaſi habenis philoſophiæ tuæ, & præceptorum tuorum Exemplo optimorum equitum, qui equorum ferociam freno compeſcunt, & equitanri parere diſcunt. Seneca autem dixerat, *Supereſt tibi robur.* Quibus verbis reſpondet, & vocat *inordinatum*, quod nondum ordinem agnoſcere, nondum legere, nondum pati ſciat illa ferocitas iuuenilis.

6 QVI FINIS OMNIVM CVM DOMINANTE.] Id eſt ſiue viua voce, ſiue ſcripto, principes alloquerentur, ſemper in fine vota pro eius incolumitate ſolere fieri. Quod ſupra tetigi. Et puto heic legendum. *Qui finis ſermonum omnium cum dominante.* Et ſe voces cognatæ litteris inuicem ſorbuerunt. Quod notarij non ignorarunt, ſed exſcriptores.

Mos alloquendi principem. Cum votis ſcilicet finita oratione.

Perculſo Seneca, promptum fuit Rufum Fenium imminuere, [1] Agrippinæ amicitiam in eo criminantibus. Validiorque in dies Tigellinus, & malas artes, quibus ſolus pollebat, gratiores ratus ſi principem ſocietate ſcelerum obſtringeret, [2] metus eius rimatur. Compertoque Plautum & Syllam maxime timeri, Plautum in Aſiam, Syllam in Galliam Narbonenſem nuper amotos: nobilitatem eorum, & propinquos huic Orientis, illi Germaniæ exercitus commemorat. * *Non ſe, vt Burrhum.* [3] *diuerſas ſpes, ſed ſolam incolumitatem Neronis ſpectare, cui caueri vtcunque ab vrbanis inſidijs* [4] *præſentia, longinquos motus quonam modo comprimi poſſe? Erectas Gallias ad* [5] *nomen dictatorium, nec minus ſuſpectos Aſiæ populos, claritudine aui Druſi.* [6] *Syllam inopem, vnde præcipuam audaciam: &* [7] *ſimulatorem ſegnitiæ, dum temeritati locum* [8] *reperiret. Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otij, ſed veterum Romanorum imitamenta præferre,* [9] *aſſumpta etiam Stoicorum arrogantia, ſectaque, quæ turbidos, & negotiorum appetentes faciat.* Nec vltra mora. Sylla ſexto die peruectis Maſſiliam percuſſoribus, ante metum & rumorem interficitur, cum epulandi cauſa diſcumberet. [10] * Relatum caput eius illuſit Nero tanquam [11] præmatura canitie * deforme. Plauto parari necem, non perinde occultum fuit, quia pluribus ſalus eius curabatur, & ſpatium itineris ac maris tempuſque interiectum mouerat famam: vulgoque fingebant, petitum ab eo Corbulonem, tum magnis exercitibus præſidentem, [12] ſi clari atque inſontes interficerentur, præcipuum ad pericula: quin & Aſiam fauore iuuenis arma cepiſſe, [13] nec milites ad ſcelus miſſos aut numero validos, aut animo promptos, poſtquam iuſſa efficere nequiuerint, ad ſpes nouas tranſiſſe vna. Hæc in ore famæ, credentium [14] otio agebantur. Cæterum libertus Plauti celeritate ventorum præuenit centurionem, & mandata L. Antiſtij ſoceri attulit: *effugeret ſegnem mortem:* [15] *otium, ſuffugiũ, & magni nominis* [16] *miſerationem, reperturam bonos, conſociaturum audaces. nullũ interim ſubſidium aſpernandum. ſi ſexaginta milites (tot enim adueniebant) propuliſſet, dum refertur nuntius Neroni, dum manus alia permeat, multa ſecutura, quæ ad* [17] *vſque bellũ eualeſcerent. denique aut ſalutem tali conſilio quæri, aut nihil grauius audenti quam ignauo patiendum eſſe.* Sed Plautum ea non mouere: ſiue nullam opem prouidebat inermis atque exul, ſeu tædio ambiguæ ſpei, an amore coniugis & liberorum, quibus placabiliorem

* Non ſe vt Burrhus in diuerſas ſpes,

* Relato tum capiti eius illuſit Nero * deformi.

fore principem[18] rebatur? nulla ſollicitudine turbatum. Sunt qui alios a ſocero nuntios veniſſe ferant, quanquam nihil atrox immineret, doctoreſque ſapientiæ Cœranum Græci, [19] Muſonium Thuſci generis, [20] conſtantiam opperiendæ mortis, pro incerta & trepida vita ſuaſiſſe. Repertus eſt certe per medium diei nudus exercitando corpori. Talem eum centurio trucidauit, coram Pelagone Spadone, quem Nero centurioni & manipulo quaſi ſatellitibus miniſtrum regium præpoſuerat. Caput interfecti relatum. cuius aſpectu, ipſa principis verba referam: *Quin*, inquit, *Nero depoſito metu nuptias Poppææ ob eiuſmodi errores dilatas maturare parat, Octauiamque coniugem amoliri, quamuis modeſte agat, & nomine patris, & ſtudijs populi grauem.* Sed ad Senatum litteras miſit, de cæde Syllæ Plautique haud confeſſus. verum vtriuſque turbidum ingenium eſſe, & ſibi incolumitatem Reip. magna cura haberi. Decretæ eo nomine ſupplicationes, vtque Sylla & Plautus Senatu mouerentur, [21] grauioribus tamen ludibrijs quam malis.

Amicitia non eſt crimen.

1 AGRIPPINÆ AMICITIAM IN EO CRIMINANTIBVS.] Ergo amicitia crimen erit? O ſæclum vere Neronianum. Sed habuit pro exemplo Tiberianum in Sabino, & Germanici amicis, & in Seiani cultoribus.

2 METVS EIVS RIMATVR.] Acumen aulicum, penetrare omnes aditus mentis principis, etiam magis arcanos: & quid natura cupiat, quid fugiat, inquirere; vt ad eius ingenium, verba, & mores ſuos fingant, & informent, ac ferant (vt ait Martialis) *oleum in auriculam.*

3 DIVERSAS SPES.] Agrippinæ ſcilicet, & Neronis: nam matri Neronis deuinctus erat per beneficium Burrhus; filio vero per obſequium.

Correctio Taciti.

4 PRÆSENTIA.] *Vt præſentia ſua poſſit cauere Neroni Tigellinus ab inſidijs vrbanis*: Tamen ſentio quid deſit verbis Taciti. Quid ſi ſcriptum fuit: *Cui cauere vtcunque ab vrbanis inſidijs, præſentia longinquos motus quonam modo comprimere poſſit?* Et ni ita legas, labaſcit oratio, & ſenſus.

5 NOMEN DICTATORIVM.] Quod Syllæ Fœlix, olim dictator, inter Syllæ maiores.

Inopia compellit ad ſcelus.

Inopia facinora a Seneca.

Curio fax bellorum ciuilium nihil habuit in cenſu præter diſcordiam principum.

6 SYLLAM INOPEM.] Seneca Pater 2. Contron. 6. *Noli pecuniam concupiſcere. Quid tibi dicam? Hæc eſt quæ auget diſcordiam, vrbes, & terrarum orbem in bellum agitat, humanum genus cognatum natura, in fraudes & ſcelera mutua inſtigat.* Plinius de Curione lib. 36. cap. 15. qui fuit fax bellorum ciuilium. *Nec fuit*, inquit, *Curio Rex, aut gentium imperator, non opibus inſignis, vt qui nihil in cenſu habuerit præter diſcordiam principum.* Claud. 2. in Eut. *– feritaſque dolore*

Creuerat, & teneris etiam quæ crimina ſuadet
Ingenijs, Scythicum pectus flammabat egeſtas.

Tacitus de Morib. German. *Leuiſſimus quiſque Gallorum, & inopia audax.* Sic Valer. Max. de milit. inſt. *Quorum nimia inopia ſuſpecta erat; ideoque his publica arma non committebantur.* Et recte Euripid. in Hecuba: Σκληρά γὰρ ἀνάγκη. *Dura neceſſitas.* Et ſic Tragœdiam finit. Sed iſtud meditandum Oroſii clarum dictum. *Dei clementiæ eſt quod viuimus. Quod autem miſere viuimus, intemperantiæ noſtræ.* Nam Sylla nequam.

7 SIMVLATOREM SEGNITIÆ.] Sic de Salluſtio Criſpo, noſter ſuperius l. 3. *Suberat tamen vigor animi, ingentibus diuitijs par, eo acrior, quo ſomnum & inertiam magis oſtentabat.* Et ſic Horatius vbi de Lauernionum voto.

Da mihi fallere, da iuſtum ſanctumque videri.

8 REPERIRET.] Lego, *reperiat*, & fidenter Nam poſtea addit, *faciat.*

Habet vitium quod culpet in virtute.

9 ASSVMPTA STOICORVM ARROGANTIA SECTAQVE.] Ita de Thraſea l. 16. *Iſta ſecta Tuberones & Fauonios, veteri quoque Reipub. ingrata nomina genuit. Vt imperium euertant, libertatem præferunt: ſi peruerterint, ipſam aggredientur.* Sic illudunt virtuti vitia, perditis & profligatis rebus.

10 RELATVM CAPVT EIVS ILLVSIT NERO.] Nouum facinus. Lego, *Relato tum capiti eius illuſit Nero.* —Οὐχ ὅσιον κτ
φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν.
Mortuis ſolent omnes iacentibus illudere.
Iulius Cæſar *relato capiti Pompeij eſt illachrymatus*, ait Sueton. Spart. in Auidio. *Caput eius ad Antoninum cum delatum eſſet, ille non exultauit, non elatus eſt, ſed etiam doluit.* Nam Marcus erat, non Nero.

Seneciones ſenes verni.

Putant indiciũ maturæ mortis.

Cato author eius ſententiæ.

Tacitus interpretatus.

11 PRÆMATVRA CANITIE DEFORME.] *Seneciones dicuntur, quibus præmatura canities, & ſenes verni: vere enim ætatis iam ſeneſcunt, quod præmaturæ mortis velut indicium putant: Idque ex oraculo Catonis Cenſorij ad filium.* Plinius libr. 7. cap. 51. Sed puto non de corporis, ſed animi præmatura ſenectute hæc intellexiſſe.

12 SI CLARI.] Quod ita interpretor: Plauti hoſtes finxiſſe per rumorem, Corbulonem tũ magnum virum, magniſque in Oriente exercitibus præſidentem, ab eo petitum, vt in eius partes tranſiret. Eaq. ratione perſuaſũ, quod ſi clari & inſontes viri ita necarentur, præcipuum fore cuius capiti periculũ immineret.

13 NEC MILITES.] Lego: *Nec milites ad ſcelus miſſos, aut numero validos, aut animo promptos; poſtquam autem iuſſa efficere nequiuerunt, ad ſpes nouas tranſiiſſe vna.*

14 OTIO AGEBANTVR.] Bene Florentinus: *More famæ, credentium otio angebantur.*

Nam

Nam ab otioſis, non negotioſis hæc agitabantur. Noſter, *more famæ, in maius aucta.* Scio quod ſcribit rectius eſſe.

15 OTIVM, SVFFVGIVM.] *Otiantium ſuffugium.* Sic noſter ſcribit lib. 4. *Vnum vrgentium malorum ſuffugium.* Lego autem heic *otiantium.* nam ſæpe ludit in his verbis, vt Annal. 15. *Pætus imminentium neſcius.* Et eodem. *Dolo fabricantium.* Alibi quoque. *Intra trepidationem fugientium.* & crebrius, *operientium, cupientium, tranſeuntium, tranſcurrentium.* Quæ omnia ſcholæ Taciti familiaria.

Verba familiaria Tacito.

16 MISERATIONEM.] *Magni nominis iniret rationem.* Ita lego.

17 BELLVM EVALESCERENT.] *Ad vſque belli vim inualeſcerent.*

18 REBATVR.] Scribe interrogando.

19 MVSONIVM THVSCI GENERIS.] Vetus Iuuenal. interpres, eius meminit in illo verſu: *Magni delator amici.* Vocatque Muſonium Rufum, qui ſub Veſpaſiano Egnatium Celerem accuſauit, Bareæ Sorani magiſtrum, eiuſque delatorem. Dio lib. 62. *Rufus Muſonius, ob coniurationem in caput Neronis, actus eſt ab eo in exilium.* Gellius etiam ſæpe meminit tam ſapientis viri. Pliniuſque libr. 3. epiſt. etiam eius recordatur. Verum noſter apertius Hiſtor. 3. in his verbis: *Miſcuerat ſe legatis Muſonius Rufus equeſtris ordinis, ſtudium philoſophiæ & placita Stoicorum æmulatus: cœptabatque permixtus manipulis, bona pacis bellique diſcrimina diſſerens, armatos monere: Id pleriſque ludibrio, pleriſque tædio.* Sed non pudebit de Muſonio dicere quod de Muſæo Virgilius 6. Æneid.

Muſonius Rufus.
Accuſator Ignatij Celeris.
Ob coniurationem Neronis actus in exiliũ.

Quos circumfuſos ſic eſt affata Sibylla,
Muſæum ante omnes: medium nam plurima turba
Hunc habet, atq. humeris extantem ſuſpicit altis:

20 CONSTANTIAM OPERIENDÆ MORTIS.] Quod eſt e penu paganæ philoſophiæ. Seneca epiſt. 69. *Si me quidem velis audire, hoc meditare, exerce te, vt mortem & ſuſcipias, & ſi ita res ſuadebit, accerſas.*

Meditatio mortis, philoſophi ſcopus.

21 GRAVIORIBVS TAMEN LVDIBRIIS QVAM MALIS.] Mortui enim nil ſentiunt, ſed fama ludibrijs læditur.

Mortui nil ſentiunt.

Igitur accepto patrum conſulto, poſtquam [1] cuncta ſcelerum pro egregijs accipi videt, [2] exturbat Octauiam, [3] ſterilem dictitans. Exin Poppææ coniungitur. Ea diu pellex, & adulteri Neronis, mox mariti potens, quendam ex miniſtris Octauiæ impulit, ſeruilem ei amorem obijcere. deſtinaturque reus cognomento Eucerus, [4] natione Alexandrina, canere tibijs doctus. Actæ ob id de ancillis quæſtiones, & vi tormentorum victis quibuſdam, vt falſa annuerent, plures perſtitere ſanctitatem dominæ tueri. Ex quibus vna inſtanti Tigellino, caſtiora eſſe muliebria Octauiæ reſpondit, [5] quam os eius. [6] Mouetur tamen primo ciuilis diſſidij ſpecie, domumque Burrhi, & prædia Plauti, infauſta dona accipit. Mox in Campaniam pulſa eſt addita militari cuſtodia. Inde crebri queſtus, nec occulti [7] per vulgum, cui minor ſapientia, & ex mediocritate fortunæ, pauciora pericula ſunt. [8] His (haud quaquam Nero pœnitentia flagitij) coniugem reuocauit Octauiam. Exin læti Capitolium ſcandunt, deoſque tandem venerantur. Effigies Poppææ proruunt. [10] Octauiæ imagines geſtant humeris, [11] ſpargunt floribus, [12] foroque ac templis ſtatuunt. Itur etiam * in principis laudes, [9] repetitum venerantium. Iamque & palatium multitudine & clamoribus complebant, cum emiſſi militum globi verberibus & intento ferro turbatos diſiecere. Mutataque quæ per ſeditionem verterant, Poppææ honos repoſitus eſt. Quæ ſemper odio, tum & metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret, aut Nero inclinatione populi mutaretur, prouoluta genibus eius: *Non eo loci res ſuas agi, vt de matrimonio certet (quanquam id ſibi vita potius) ſed vitam ipſam in extremum adductam a clientulis & ſeruitijs Octauiæ, quæ plebis ſibi nomen indiderint, ea in pace auſi, quæ vix bello euenirent. Arma illa aduerſus principem ſumpta. ducem tantum defuiſſe, qui motis rebus facile reperiretur.* [13] *Omitteret modo Campaniam & in vrbem* [14] * *ipſam pergeret, ad cuius nutum abſentis tumultus cierentur. Quod alioquin* [15] * *ſuum delictum? quam cuiuſquam offenſionem? An quia veram progeniem penatibus Cæſarum datura ſit, malle populum Romanum* [16] *tibicinis*

* in principis ædes repetitum inter cœtus venerantium.

* ipſe pergeret, deiegeret ad cuius
* ſumunt delictum?

Ægyptij ſobolem imperatorio faſtigio induci? Denique ſi id rebus conducat,[7] *libens quam coactus acciret dominam, vel conſuleret ſecuritati iuſta vltione. Et modicis remedijs, primos motus conſediſſe. at ſi deſperent vxorem Neronis fore Octauiam, illi maritum daturos.*

Proſpero ſcelere nil nocentius.
Vitia pro virtutibus habita.

1 CVNCTA SCELERVM PRO EGREGIIS ACCIPI.] Quod malorum principum ad omnia ſcelera audaciam acuit. Seneca. *Proſperum ſcelus virtus eſt.* alicubi in Tragœd. Et Tacitus ſupra. *Vitia pro virtutibus habebantur.* Quæ vbi accidunt, omnis virtutum fundus dehiſcit.

2 EXTVRBAT.] Iſtud repudium vere *a re pudenda dictum*, vt aiunt Grammatici. Nam illa *exturbatio* Neroniani ſceleris fuit publicatio.

Tyranni liberorum cupientiſſimi.
Sed orbi.

3 STERILEM DICTITANS.] Tyranni ſobolem quærunt, nec inueniunt. Nero liberorum cupientiſſimus, ſed ἄπαιδες. Vide Aimoinum Monachum in Chilpetico Fredegondis marito, & de tributis populo non ingerendis, aureum dictum. At illa ſterilitas abdicandarum reginarum via eſt.

Ægyptij exoſi Romanis.

4 NATIONE ALEXANDRINVS.] Natio exoſa Romanis Ægyptus. Iuuenalis Sat. 1.

--inter quas auſus habere
Neſcio quis titulos Ægyptius, atque Alabarches.

Et Satyra 4.

——hoc tu
Succinctus patria quondam Criſpine papyro,
Hoc pretio ſquamm

Iuuenalis correct.

Lego, *ſquammas? ſcilicet emis?* Inde migrandi deſiderium Poetis.

5 QVAM OS EIVS.] Plautus in Pœnulo.

Miſera bucca Plauto.

--miſeram prædicant eſſe buccam ſibi.

Martialis lib. 11. epigramm. 62. tale os deſcribit, vt dignum eſt.

Lingua maritus, mœchus ore.

Lingua maritus, mœchus ore Manneius,
Summœnianis inquinatior buccis.

Ideo Martialis in matutina ſalutatione malebat manum quam os baſiare. Hæc autem dixiſſe Pythiadem Dio ſcribit lib. 62. Et certe,

Diuortunt longe mores virgini, ac lupæ.

ait Plautus. Non prætereo quod Valerius de Hortenſio Corbione & Hortenſij oratoris nepote dixit. *Omnibus ſcortis abiectiorem & obſcœniorem vitam exegiſſe, & ad vltimum linguam eius tam libidini cunctorum inter lupanaria præſtitiſſe quam aui* (id eſt, Hortenſij clariſſimi oratoris) *pro ſalute ciuium in foro excubuerat.* libro 3. cap. 5. Corbio dictus forſan a nigredine, forſan quod inter ſcortorum greges quaſi inter cadauera verſaretur.

6 MOVETVR.] Lege, *ſummouetur tamen.* Nam vltima littera verbi, *eius*, quæ eſt *ſ*, indicium facit, quæ repetenda erat, & *ſ*, addita *m*, facit *ſum*.

7 PER VVLGVM CVI MINOR SAPIENTIA, ET EX MEDIOCRITATE FORTVNÆ PAVCIORA PERICVLA.]

Proceras quercus, non dumeta fulmen ferit. Ideo plebs ſecurior.

Nam quæ ante pedes; videt, quæ retro, non videt: ideo ſapientia minor in eo. Nec pericula timet, quia proceras quercus, non humilia dumeta, fulmen ferit. Et nihil eſt in eius bonis, ex quo fiſcus vnctior eſſe poſſit. Dio itaque 59. ſcribit Principes libertatem vulgarium hominum libentius ferre quam potentiorum. Et impune fuit ei qui Caligulæ Iouem imitanti dixit ſe magnum videre deliramentum.

Nero vt fama conſulat, vxorem reuocat. Mox relegat.

8 HIS HAVD QVAQVAM NERO.] Verbum, *Nero*, gloſſema eſt textui inſertum; & exiſtimo legendum: *Hu* (vulgi queſtibus) *haud quaquam pœnitentia flagitij, coniugem reuocauit Octauiam.* Et ita integra eſt oratio. *Queſtibus* enim *vulgi*, non quod flagitij pœniteret, vxorem reuocauit, quam tamen poſtea relegauit turpius, imo mactauit crudelius.

Tacitus ſuppletus & correct. Ratio correctionis.

9 REPETITVM VENERANTIVM.] Lacunam expleo, medeorque vulneri conclamato, ex oratione, & ratione, & Taciti mente, & verbis. Nam ita lego: *Itur etiam in principis ædes reperti tum inter cœtus venerantium.* Noſter lib. 11. *reperitur inter cœtus venerantium.* Idem ſupra. *Ne cœtu ſalutantium exciperetur.* Et eſt vera lectio, & ſolutio iſtius Sphingis.

Imagines Poppeæ deturbatæ.

10 OCTAVIÆ IMAGINES GESTANT HVMERIS.] Nota inconſultos populi amores. Nam vbi Octauiæ putat ſuffragari, illi nocet, & exitium parat. Quæ enim agit, in contumeliam Poppææ agit, cuius imagines diſiecerant. Et ita accipe L. 38. de iniur. & L. 28. de pœn. *Ne quis imaginem principum portaret in alterius contumeliam.* Quanquam & de Aſylo hęc capi poſſint. Noto autem imagines illas graues fuiſſe: Aliter enim humeris non erant geſtandæ: niſi per oſtentationem hoc fieret.

Odorati imbres.
Flores viuis & mortuis.

11 SPARGVNT FLORIBVS.] *Odoratos imbres*, Muſa Rhetor vocabat. Seneca præfat. 10. Contr. *Floreas ſparſiones*, quæ tam viuis, quam mortuis datæ. Propertius l. 1. eleg. 17.

De mortuis.

Illa meo charos donaſſet funere crines,
Molliter & tenera poneret oſſa roſa.

Iuuenalis Satyra 7.

Dij maiorum vmbris tenuem, & ſine pondere terram,
Spirantesqae crocos, & in vrna perpetuum ver.

Plinius de tumulo Scipionis, qui Serapio dictus eſt. *Populus flores & proſpectu omni ſparſit.* lib. 21. cap. 3. De viuis. Suet. cap. 25. in Ner.

De viuis.

Sparſo per vias croco. Vbi de reditu eius. Apul. 11. Met. *Tunc cuncti populi tam religioſi, quam profani, vannos onuſtos aromatis, & huiuſcemodi ſupplicijs certatim congerunt.* Et paulo ante, *mulieres ſolum ſternebant floſculis.* Idem 6. Metam. *Horæ roſis & cæteris floribus purpurabant omnia.* Claudianus in Nupt. Honor.

——ſerta per omnes
Neptuni diſperſa domos.

Martialis.

——Cilices nimbis qui maduere ſuis.

Cilicia enim optimo croco abundans. Et Prudentius.

Sparſiſſe

Sparſiſſe tellurem reor,
Rus omne denſis floribus,
Ipſaſque arenas Syrtium
Fragraſſe nardo & nectare.

Idem in pugn. Luxur.

Lilia luteolis interlucentia ſertis,
Et ferrugineo vernantes flore coronas.

Clandian. in Nupt. Honor.

Tu feſtas Hymenææ faces, tu Gratia flores
Elige: tu geminas Concordia necte coronas.

Salluſtius. *Simul croco ſparſa humus.* Nam vt ver gaudet florum picturis: ita feſti dies. Et noto quod erga homines gratos, flores, & florum ſparſiones crebræ, imo etiam & ſtatuę parentum lauro cinctæ. Cicero pro Muræna. *Qui imaginem parentis ſui laureatam in gratulatione conſpexit.* Quod erat ſummum decus. At vero erga inuiſos *rapa.* Suetonius in Veſpaſ. Et *lapides*, vt in Vatinium, qui in theatro lapidatus eſt, & obtinuit ab Ædilibus, ne quis niſi pomum mitteret in theatro. Et *arena*; vt Actuum 21. *Arenam iactantibus, & obuia quæque impura.*

Flores gratis hominibus ſparſi.

Inuiſis rapa.

12 Foroqve ac templis statvvnt.] Duo præcipui ſtatuarum nidi, fora, & templa? Fora, queis ab omnibus viderentur, & laudarentur; templa, queis colerentur, veluti humana quædam numina. Sic ſtatuæ Regum Romanorum in Capitolio poſitæ. Plin. libr. 34. cap. 5. Et Spurius Caſſius qui regnum affectauerat, ſtatuam ſuam in æde Telluris poſuerat, quæ tamen deturbata eſt poſtea. Extra templa etiam fuere poſitæ; vt Annij Fœcialis, iuxta ædem Caſtorum Martij: At in foro, præcipue Romano, multæ item ſtatuæ, vt in foro C. Cæſaris, *in quo fulget*, inquit Martialis, *plurima imago ducum Romanorum.* Nec omitto quod quemadmodum ſtatuæ honoris cauſa decernebantur & ſtatuebantur; ita ignonimiæ cauſa deturbabantur. Apud Hebræos Idolum Dagon mutilum, confractum & deturbatum iacuit, 1. Regum. Apud Græcos in nauigatione Luciani, omnes ſtatuæ tyranni Megapenthis diſiectæ fuere & deturbatæ. Apud Latinos, iam dixi de ſtatuis Piſonis: apud Francos ſtatua Enguerrantij Palatinis gradibus: vt notes ab omni æuo hanc ſtatuarum diſiectionem.

Duo nidi ſtatuarum.

Fora, & templa.

13 Omitteret modo Campaniam.] Id eſt, Nero omitteret tantum Campaniam, in qua tunc erat, & in vrbem pergeret. Non enim de Octauia hæc accipi debent, quæ cum Nerone in Campania. Neque de Poppæa, quæ non in Campaniam pulſa, ſed de Principe, qui Octauiam reuocauerat, & habebat ſecum in agro Campano. Tamen vetus interpr. Iuuenal. ita de Poppæa ſcribit in verſu, *Et pinguia Poppæana. Poppæa Vxor Neronis, adeo diligens in excolenda forma*, &c. dixi ſupra. At de exilio Poppææ, nihil legi, nec memorat author noſter. Sed notandum hæc verba Poppææ dicta ad Neronem cum eſſet in Campania; quamuis author de ſeceſſu in Campaniam, nihil.

Noctes in Tacito.

Poppæa in exilium acta authore Iuuenal. interprete.

14 Ipsam pergeret.] Lego, *ipſe in vrbem pergeret*; id eſt Nero *pergeret in vrbem, detegeret ad cuius nutum abſente ſe tumultus cierentur.* Ita lego. Nam defectus verbi manifeſtus erat. Et hæ inuerſæ, euulſæ voces, tranſpoſitæ, detortæ, facinora ſunt exſcribentium, qui nobis noctes effundunt. Neque omitto oportuiſſe alios tumultus excitatos in vrbe, quam quibus ſtatuæ Poppææ deiectæ; eoſque abſente Nerone factos; cum ſcribat Author: *Detegeret ad cuius nutum abſente ſe tumultus cierentur.* Deinde pacata erant omnia, reducta domum Octauia. Sed quia lucem nemo profert; ideo qui magis videt heic, nihil videt.

Plures tumultus Romæ pro Octauia. Quidam præſente Nerone, quidam abſente.

15 Svvm delictvm.] Forſan, *Quod alioquin ſumunt delictum? quam cuiuſquam offenſionem?* Niſi ſuppleas verbum, & legas: *Quod alioquin ſuum delictum, aut quam cuiuſquam offenſionem?* Supple *ſument?* Seneca eandem clauſulam habet iiſdemque pæne verbis 1. Cont. 2. *Quod enim odium, quæ inimicitiæ cuiuſquam eſſe poſſunt, quam nemo ciuium ſuorum norat antequam proſtitit?*

16 Tibicinis Ægyptii.] Quia Encerus, cuius amor obijciebatur Octauiæ (quamuis per calumniam) Ægyptius erat, & tibijs canere doctus. Et habebant Romani Tibicines ad cultum Deorum: & collegium tibicinum fuit in vet. Rep. *quod in foro oculos omnium ad ſe conuertebat*: ait Valer. libr. 2. cap. 5. Et adſciſcebantur publicis ferijs priuatiſque perſona vultum tegente. Quippe hoc ad pudorem; etiam veſte varia. De his, Liuius lib. 9.

17 Libens qvam coactvs.] Forte, *quanquam coactus* (per parentheſim, & repetendo verbum *quam*) *acciret dominam.* Tamen illa formula ſueta Tacito, pro *potius quam.* dixi ſupra.

Varius ſermo, & ad metum atque iram accommodatus, terruit ſimul audientem & accendit. Sed parum valebat ſuſpicio in ſeruo, & quæſtionibus ancillarum [1] eluſerat. Ergo confeſſionem alicuius quæri placet, cui rerum quoque nouarum crimen affingeretur. Et viſus idoneus maternæ necis patrator Anicetus, claſſi apud Miſenum (vt memoraui) præfectus, leui poſt admiſſum ſcelus gratia, dein grauiore odio: quia grauiorum facinorum miniſtri quaſi exprobrantes aſpiciuntur. Igitur accitum eum Cæſar [2] operæ prioris admonet. Solum incolumitati principis aduerſus inſidiantem matrem ſubueniſſe: locum haud minoris gratiæ inſtare, ſi coniugem infenſam depelleret.

Grauiorum ſcelerum miniſtri quaſi exprobrantes aſpiciuntur.

Nec manu aut telo opus. Fateretur Octauiæ adulterium. Occulta quidem ad præſens, ſed magna ei præmia, & ſeceſſus amœnos promittit; vel ſi negauiſſet, necem intentat. Ille inſita vecordia, & facilitate priorum flagitiorum, plura etiam quam iuſſum erat, fingit, faceturque apud amicos, quos velut conſilio adhibuerat princeps. Tum in Sardiniam pellitur, vbi non inops exilium tolerauit, & fato obijt. At Nero præfectum ſpe ſociandæ claſſis corruptum, & incuſatæ paulo ante ſterilitatis oblitus abactos partus conſcientia libidinum, eaque ſibi [3] comperta dicto memorat. Inſulaque Pandateria Octauiam claudit. Non alia exul viſentium oculos maiore miſericordia affecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinæ a Tiberio, recentior Iuliæ memoria obuerſabatur a Claudio pulſæ. Sed illis robur ætatis affuerat. Læta aliqua viderant, & præſentem ſæuitiam melioris olim fortunæ recordatione eleuabant. [4] Huic primum nuptiarum dies loco funeris fuit, [5] deductæ in domum, in qua nihil niſi luctuoſum haberet, erepto per venenum [6] patre, & ſtatim fratre. Tum [7] ancilla domina validior. Et Poppæa non niſi in perniciem vxoris nupta. Poſtremo [8] crimen omni exitio grauius. [9] Ac puella viceſimo ætatis anno, inter centuriones & milites, præſagio malorum [10] iam a vita exempta, [11] nondum tamen morte acquieſcebat. [12] Paucis dehinc interiectis diebus, [13] mori iubetur cum iam [14] viduam ſe & tantum ſororem teſtaretur, [15] communeque Germanici, & poſtremo Agrippinæ nomen cieret, qua incolumi infelix quidem matrimonium, ſed ſine exitio pertuliſſet. Reſtringitur vinculis, venæque eius per omnes artus exoluuntur. Et quia preſſus pauore ſanguis tardius labebatur, præferuidi balnei vapore enecatur. Additurque atrocior ſæuitia, quod caput amputatum latumque in vrbem Poppæa vidit. Dona ob hæc templis decreta. Quod ad eum finem memorauimus, vt quicunque caſus temporum illorum nobis vel alijs auctoribus noſcent, præſumptum habeant, [16] quoties fugas & cædes iuſſit princeps, toties grates deis actas; quæque rerum ſecundarum olim, tum publicæ cladis inſignia fuiſſe. Neque tamen ſilebimus, ſi quod Senatusconſultum, adulatione nouum, aut patientia poſtremum fuit. Eodem anno libertorum potiſſimos veneno [17] interfeciſſe creditum eſt, Doryphorum quaſi aduerſatum nuptijs Poppææ, Pallantem quod immenſam pecuniam longa ſenecta detineret. Romanus ſecretis criminationibus incuſauerat Senecam vt C. Piſonis ſocium, ſed validius a Seneca eodem crimine perculſus eſt. Vnde Piſoni timor & orta inſidiarum in Neronem magna moles, ſed improſpera.

Nuptiarum dies loco funeris. Ancilla domina validior, magnum malum in matrimonio. Meretrices in perniciem vxorū naſcūtur.

Quot neces, tot grates & ſupplicationes dijs actas.

1 ELVSERAT.] Lego, *eluſus erat*. Id eſt, ex ancillarum quæſtionibus non id erat conſequutus quod optabat.

2 OPERÆ PRIORIS ADMONET.] Id eſt, quam pulchrum facinus admiſerit in trucidanda Agrippina matre, quantumque ſibi Neronem deuinxerit.

3 COMPERTA DICTO MEMORAT.] *Comperta* (*E*) *edicto memorat*, pro *comperta eſſe*. Sic infra lib. 16. *Edicto teſtificatus non longam ſuam abſentiam*. Et eodem, *dein edicto teſtificatus*.

Teſtificari edicto.

4 HVIC PRIMVM.] Non muto. Nam adijcit, *Tum*, vt primum ſæuientis fortunæ vulnus fuerit, quod nuptiarum dies, loco funeris extiterit, quodque fuerit domum deducta, in qua nihil niſi luctuoſum. & vere πικρογαμία fuit Neronis cum Octauia coniunctio. Secūdum vero, quod Acte ancilla, apud Neronem maritum validior domina. Deinde

Explicatus Tacitus.

quod Poppæa non nupta Neroni niſi in exitium vxoris, eam diuortij ſpecie, exulem egerit, maritum eripuerit, nec niſi in perniciem eius nupſerit, confiĉto crimine. Itaque figo virgulam poſt verbum primum. Nec accipio verbum, *ancillam*, pro Acte, cuius amor obſoluerat, ſed pro Poppæa, quæ ancilla antequam vxor.

Deductio in domum.

5 DEDVCTÆ.] Legendum puto, *deducta in domum.* vt non referatur ad verbum *huic.* Deducebantur autem nouæ nuptæ in domum viri. Tertullianus de virgin. vel. *Velatæ ad virum ducuntur.* Catullus.

Ad domum dominam voca,
Coniugis cupidam noui.
Clauſtra pandite ianuæ,
Virgo adeſt.

Et Iuriſconſultus *deductam* dicit L. 8. D. de iure dot. & *deducta ſponſa* L. 5. §. interdum. D. commodati. Quod erat ſolitum Hebræis & a quibus pagani ſumpſere. Nam Tobiæ 6. *Apprehendens dextram filiæ ſuæ, dextræ Tobiæ tradidit.* Quod fiebat cum benedictione & monitis. Monita autem erant, vt honoraret ſoceros, diligeret maritum, regeret familiam, gubernaret domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhiberet. Eodem libro cap. 10. Sed vere de illa deductione iſtud Poetæ:

Ὦ γυναικῶν λέχος πολύπονον.
O laborioſiſſime thalame mulierum.

Ex Menandro.

6 PATRE ET STATIM FRATRE.] Claudio patre & Britannico fratre.

7 ANCILLA.] Acte videlicet.

8 CRIMEN.] Adulterium confictum, quod erat omni morte grauius.

9 AC PVELLA.] Lego, *At puella.*

10 IAM A VITA.] *Iam iam amicis vita exempta*, quia inter milites & centuriones erat, inter quos alloqui non licebat, & ſic amicis mortua. &, *a*, ſiglum eſt. Cæterum de Octauiæ morte cape Iuuen. verſum Sat. 8. *ſed nec Electræ iugulo ſe polluit.*

Interpret. Iuuenalis.

Nam Octauiam comparat Electræ poeta, & Electram vocat, quæ Oreſtis ſoror, vt Octauia fuit ſoror Neronis. Sed Nero iugulauit Octauiam: Oreſtes non iugulauit Electram. Oreſtes inſanus erat; at Nero ſanæ mentis, ſi nequam ille aliquid ſapiebat, ſororis & coniugis parricidium patrauit. Nero ergo peior Oreſte & improbior.

11 NONDVM TAMEN MORTE ADQVIESCEBAT.] Lego, *nondum tamen morti addicta quieſcebat.* ita ſunt ſupplendæ notæ ſcripturientium. Et noto in Plinio eaſdem notas, vt lib. 12. cap. 25. vbi de Balſamo: *Sæuiere in eandem Iudæi, ſicut in vitam quoque:* lego, *Sæuiere in eam dementes Iudæi, ſicut in vitam quoque ſuam.* Inde dementia.

12 PAVCIS.] *At paucis.* Ita lego.

13 MORI IVBETVR.] Quia virtus, opes, nobilitas, apud Neronem pro criminibus.

14 VIDVAM SE ET TANTVM SOROREM.] Id eſt intactam a Nerone, quia Nero quantumuis adoleſcens & mulieroſus præ nequitia cubiculum pudoris eius numquam intrarat, nec ſibi ſociam delibarat virginem.

Intactæ vxores ſorores dictæ.

Fundum arabat alienum Nero, incultum familiarem deſerebat. Inſaniebat in adulteras, vxorem pudicam negligebat. Quod eſt indicium magnæ nequitiæ & corrupti animi. Ideo dicit *ſororem.* Herma Diui Pauli diſcipulus in Paſtore, viſione ſecunda. *Coniugi tuæ quæ futura eſt ſoror tua, impropera verba hæc.* Et Gregor. Turon. de Rit. caſtitat. coniugal. *Deprecor, piiſſime frater, expectatum ſuſcipe diu fratrem & coniunge te artubus impollutis.* c. 74. Sic enim coniuges vocabant intactas, aut poſt tactum, pudicitiæ ergo, a maritis puras. D. Hieronym. ad Ruſt. *Quod ignotus ad ignotum audet ſcribere, ſanctæ ancillæ Chriſti Hedebiæ, filiæ meæ, & coniugis tuæ Artemiæ, imo ſororis ex coniuge id fecit deprecatio.* Ita Chriſtiani vocabant ſorores, quæ mutuo conſenſu, propter Chriſtum, a maritis diuertiſſent. Idem D. Hieronym. ad Licinium epiſt. 28. *Habes tecum prius in carne, nunc in ſpiritu ſociam, de coniuge germanam, de fœmina virum, de ſubiecta parem, quæ ſub eodem iugo ad cæleſtia ſimul feſtinat.* Ita capio Tibulli verſus li. 3. eleg. 1.

Vx. poſt tactū pudice factæ.
Apud Chriſtianos quæ mutuo conſenſu diuertiſſent a maritis vt Chriſto ſeruirent, ſorores dictæ.
Quod obtinuit apud paganos.

Hæc tibi, vir quondam, nunc frater, caſta Neæra
Mittit, & accipias munera parua rogat.
Teque ſuis iurat caram magis eſſe medullis,
Siue tibi coniux, ſiue futura ſoror.

Neæra a Tibullo diuulſa vt caſte ageret, ſoror vocata.

Et iſta Neæra a conſuetudine Tibulli receſſerat, vt pudice vitam ageret; licet id nollet Tibullus. Ideo vocat illam *caſtam & tantum ſororem,* & quia ſeceſſiſſe putabat, quo facilius Poeta caperet eam in coniugem; ideo ſcribit:

Explic. Tibulli.

Siue tibi coniux, ſiue futura ſoror.

Ouidius epiſt. Hermione Oreſti.

Alloquor Hermione nuper fratremque virumque:
Nunc fratrem, nomen coniugis alter habet.

Apul. 5. Metamorph. de Cupidine diuortente a Pſyche. *Tu quidem ob iſtud tam dirum facinus, confeſtim thoro meo diuerte, tibique res tuas habeto: ego vero ſororem tuam & nomen quo tu cenſeris, aiebat, iam mihi confeſtim arra, atque his nuptijs coniugabo.*

15 COMMVNEQVE GERMANICI ET AGRIPPINÆ NOMEN.] In periculis, chara nomina, charaſque teſtationes aduocabant. Sic Poeta.

Iliaci cineres, & fata extrema meorum,
Teſtor in occaſu veſtro; nec tela, nec vllas
Vitauiſſe vices Danaum: & ſi fata fuiſſent
Vt morerer, meruiſſe manu.

Et 4. Æneid. moritura Dido:

Tercentum tonat ore Deos, Erebumque Chaoſque,
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

16 QVOTIES.] Quiſquis eſt qui ad Demetriadem ſcripſit de virgin. ſeruanda: *Adulatores, inquit, vt inimicos caue, quorum ſermones ſuper oleum molles, & ipſi ſunt iacula. Corrumpunt fictis laudibus leues animas, & male credulis mentibus blandum vulnus infligunt. Creuit hoc in noſtra ætate vitium, & in vltimo fine ſtetit, nec iam augeri poteſt. In hac omnes nos ſcholam ſtudiumque dedimus, vt officium putemus illudere: quod ipſi ab alijs libenter accepimus, id alijs, quaſi*

quoddam munus libenter offerimus, & ſpe recipiendæ laudis, eos a quibus laudari volumus, ante laudamus. D. Auguſt. in Matth. 12. *Inſanit qui laudat quod non eſt bonum. Si laudes iniquum, eo ipſo quod iniquus eſt, nonne & tu iniquus eris? ſi laudes furem, eo ipſo quod fur eſt, nonne & tu particeps eris?*

17 INTERFECISSE.] *Intercepiſſe* Suetonius ſcribit; quod aptius ad rem: nam incautos & veneno.

Sic alij multi reges rerumque potentes
Occiderunt magnis qui gentibus imperitarunt.

ait Lucretius 7. Et *æqua lege neceſſitas Sortitur inſignes & imos. Vna omnes manet nox*: ait Lyricus Poeta.

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librum decimum quartum Annal. C. Cornelij Taciti.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER DECIMVS QVINTVS.

INTEREA [1] rex Parthorum Vologeſes, cognitis Corbulonis rebus, regemque alienigenam Tigranem Armeniæ impoſitum: ſimul [2] fratre Tiridate pulſo, ſpretum Arſacidarum faſtigium ire vltum volens, magnitudine rurſum Romana & continui fœderis reuerentia, [3] diuerſas ad curas trahebatur, cunctatorin genio, & diſſenſione Hyrcanorum gentis validæ, multiſque ex eo bellis illigatus. Atque illum ambiguum nouus inſuper nuntius contumeliæ extimulat. Quippe egreſſus Armenia Tigranes, Adiabenos conterminam nationem latius ac diutius [4] quam per latrocinia vaſtauerat. Idque [5] primores gentium ægre tolerabant, eo contemptionis deſcenſum, [6] vt ne duce quidem Romano incurſarentur, ſed temeritate [7] obſidis, tot per annos inter mancipia habiti. Accendebat dolorem eorum Monobazus quem penes Adiabenum regimen, [8] quod præſidium, aut vnde peteret [9] rogitans. Iam de Armenia conceſſum, proxima [10] trahi: & niſi defendant Parthi, leuius ſeruitium apud Romanos [11] deditis, quam captis eſſe. Tiridates quoque regni profugus, [12] per ſilentium haud modice querendo, grauior erat. [13] *Non enim ignauia, magna imperia contineri, virorum armorumque faciendum certamen. Id in ſumma fortuna* [14] *æquius, quod validius. Et* [15] *ſua retinere, priuatæ domus: de alienis certare, regiam laudem eſſe.* Igitur commotus his Vologeſes [16] concilium vocat, & proximum ſibi Tiridatem conſtituit, atque ita orditur. *Hunc ego eodem mecum patre genitum, cum mihi per ætatem ſummo nomine conceſſiſſet, in poſſeſſionem Armeniæ deduxi. qui tertius potentiæ gradus habetur. nam Medos Pacorus anteceperat. videbarque contra vetera fratrum odia & certamina, familiæ noſtræ penates rite compoſuiſſe. prohibent Romani, & pacem ipſis nunquam proſpere laceſſitam, nunc*

Diuerſæ regentium curæ.

Leuior ſeruitus deditis quam captis.

Magna imperia ignauia non quæruntur.

Æquius quod validius.

nunc quoque in exitium ſuum abrumpunt. Non ibo inficias;[17] *æquitate quam ſanguine,*[18] *cauſa quam armis retinere parta maioribus malueram. ſi contatione deliqui, virtute corrigam. Veſtra quidem vis & gloria in integro eſt,*[19] *addita modeſtiæ fama. quæ*[20] *neque ſummis mortalium ſpernenda eſt, & a dijs æſtimatur.* Simul diademate caput Tiridatis euinxit,[21] promptam equitum manum, quæ regem ex more ſectabatur, Moneſi nobili viro tradidit, adiectis Adiabenorum auxilijs: mandauitque Tigranem Armenia exturbari, dum ipſe compoſitis aduerſus Hyrcanos diſcordijs, vires intimas, molemque belli ciet, prouincijs Romanis minitans. Quæ vbi Corbuloni certis nuntijs audita ſunt, legiones duas cum Verulano Seuero, & Vectio Bolano, ſubſidium Tigrani mittit, occulto præcepto, compoſitius cuncta, quam feſtinantius agerent. quippe bellum habere quam[22] gerere malebat. Scripſeratque Cæſari proprio duce opus eſſe, qui Armeniam[23] defenderet: Syriam ingruente Vologeſe acriore in diſcrimine eſſe. Atque interim reliquas legiones pro ripa Euphratis locat. Tumultuariam prouincialium manum armat. hoſtiles ingreſſus præſidijs intercipit. Et quia[24] egena aquarum regio eſt, caſtella fontibus impoſita, quoſdam riuos congeſtu arenæ abdidit.

Parta retinere decet magis cauſa quã armis.

Bellum habere quam gerere quidam ſatius putant.

IN LIBRVM XV. ANNALIVM C. CORNELII TACITI

Nouarum Cogitationum liber decimus quintus.

1 REX PARTHORVM VOLOGESES.] Is eſt Vologeſes rex Parthorum, de quo Plinius libro 5. cap. 26. *Nuper Vologeſus rex oppidum Vologeſocertam in vicino condidit.* Et puto apud Parthos verbum, *certa*, vrbem ſignificare, vt *Tigranocerta*, vrbs Tigranis; *Vologeſocerta*, vrbs Vologeſis.

2 FRATRE TIRIDATE PVLSO.] De iſto Tiridate, ita Plinius libro 30. cap. 2. Nat. Hiſt. vbi de Nerone. *Magus ad eum venerat Tiridates, Armeniacum de ſe triumphum afferens, & ideo prouincijs grauis. Nauigare noluerat, quoniam expuere in maria, alijſque mortalium neceßitatibus violare naturam eam fas non putant. Magos ſecum adduxerat. Magicis etiam cœnis eum initiauerat. Non tamen cum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit.*

3 DIVERSAS AD CVRAS.] Explicuit Poeta his verſibus:

Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In parteſque rapit varias, perque omnia verſat.

Quod peruium magnis viris magna tractantibus, vt Regibus & imperatoribus præſertim.

4 QVAM PER LATROCINIA.] Quippe latrones erumpunt violenter, rapiunt feſtinanter, abeunt incunctanter.

5 PRIMORES GENTIVM.] Parthi ſcilicet, & Parthorum principes, maioriſque nominis viri, in illa gente.

6 VT NE DVCE QVIDEM ROMANO.] Emphaſis eſt in his verbis, *duce Romano*. Nam magnum victoris nomen, victo pro gloria eſt. Claudianus 4. Conſul. Honor.

Profuit, hoc vincente capi.

Magnus victor pro gloria eſt victo.

7 OBSIDIS INTER MANCIPIA HABITI.] Noſter lib. 14. *Cum aduenit Tigranes, a Nerone ad capeſſendum imperium dilectus, Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepos, ſed quod diu obſes apud vrbem fuerat, vſque ad ſeruilem patientiam demiſſus.* Ideo vocat heic mancipium.

Tacitus a ſe ipſo lumen capiens.

8 QVOD PRÆSIDIVM.] Lego, *Qui quod præſidum.* Nam hæ duæ dictiones ob ſimilitudinem confuſæ.

9 ROGITANS.] Non ita, ſed, *rogatus.* Rogabatur enim quod præſidium ſperaret, aut vnde peteret; & reſpondet Monobaſus, *iam de Armenia conceſſum.* id eſt ceſſiſſe Armenia Parthos.

Tacitus explicatus.

10 TRAHI.] Melius, *Proxima trahi ait.* Eſt enim reſponſio. Sic ſupra verbum, *ait*, prius abſumptum, repoſitum eſt a me pluribus locis. *patienda ait meliorum imperia: Sic Dijs placitum.* Et libr. 1. *Quis ille tam flebilis ſonus? quid tam triſte?* pro, *Quid tam aiunt triſte?*

Et correctus.

11 DEDITIS QVAM CAPTIS.] Qui ſe dedit, certa conditione ſe dedit; qui capitur, vi capitur, fitque totus in voluntate & poteſtate victoris. Silius Italicus.

-nec veniæ ſpes Marte ſubactis.

Ait noſter ſupra. *Trucidare dedititios ſæuum.* Et idem lib. 2. *Hic magnitudinem Romanam, opes Cæſaris, victis graues pœnas, in deditionem venienti paratam clementiam.* De dedititijs in bello, eſt L. 17. de capt. & poſtl. reu. Captiui pro libidine vincentis ſub haſta venditi. Et eſt dedi-

Differentia captorum & dedititiorum.

Sæuum trucidare dedititios: Clementia Romana in deditos. In deuictos pœna.

Captiui ſub haſta venditi.

tionis formula apud Liu. lib. 1. *Eſtiſne vos legati oratoreſque miſſi a populo Collatino, vt vos, populumque Collatinum dederetis? Sumus. Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditiſne vos populumque Collatinum, vrbem, agros, aquam, terminum, delubra, vtenſilia, diuina, humanaque omnia in meam Populique Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio.*

Formula deditionis ex Liuio.

12 Per silentium.] Lege, *per ſæuitiam.* Idem mendum correxi ſupra in oratione Thraſeæ.

13 Non enim ignavia magna imperia contineri.] Quod verum: *poteſtas* enim *maſcula eſſe debet*, ait Ariſtoteles in Polit. cap. 8. Etiam imperantes fœminæ ſexum mutare debent, & maſculæ fieri. Nam viris viri ſeruiunt. Sed ſunt fœminæ viris multis virilio*r*es: ſunt viri mulieribus pleriſque molliores. Itaque Marius tyrannus apud Spartianum dicebat. *Ars mihi obijciatur ferraria, dum me & exteræ gentes ferrum attrectaſſe ſuis cladibus recognoſcant in Italia. Denique vt omnis Alemania omniſque Germania cum cæteris quæ adiacent gentibus Romanum populum ferratam putent gentem & ſpecialiter in nobis ferrum timeant. Vos autem cogitetis velim, feciſſe vos principem qui numquam quidquam ſcierit tractare niſi ferrum.* Et recte Claud. in Eutrop.

-- tenero tractari pectore neſcit
Regia maieſtas.

14 Æquius quod validius.] Id eſt, ius in armis. *Ius* & *vis* iiſdem litteris ſcribuntur: ſed vis præualet iuri. Lucanus:

-- arma tenenti
Omnia dat qui iuſta negat.

Etiam iniuſta. Et inde eſt quod accipiter ſemper Regibus pro bono omine. Darius ex viſu accipitrum duo paria vulturum vellicantium, ſpem de regno Perſico concepit. Priamus apud Homerum Iouem orat, vt aquilam ſibi mittat teſtem optimi augurij. Nam prædas agere regium eſt apud paganos veri iuris, veræque iuſtitiæ Regiæ neſcios. Apud nos pie & iuste, ſit ſymbolum Regum: *Mecum quod æquũ.* Nam Thraſymachi dogma apud Platonem primo de Rep. nobis pro palea eſt: *Nihil eſſe iuſtum niſi quod vtile ſit fortioribus.* Imo: *Iuſtus pauper Mida rapace nobilior & iuſtior.*

15 Sua retinere.] Hic Parthus *omnia recta & honeſta negligit, vt potentiam conſequatur*, ait Cicero. Sed qui aliena rapit, ſua perdit. Tiridates grandia loquitur: ſed ſit memor Sophoclei carminis.

Ζεὺς μεγάλης γλώσσης κόμπους ἐχθαίρει.
Iupiter magnificæ linguæ faſtus odit.

Habet tamen Iſocratem ſibi adſtipulantem in Euagora. *νῦν δὲ πάντες ἂν ὁμολογήσαιμεν τυραννίδα ϗ τῶν θείων*, &c. *Nunc regnum omnium diuinorum & humanorum bonorum eſſe maximum, & ſplendidiſſimum, & ſumma vel armorum contentione digniſſimum fatentur omnes.* Sed Chriſtiani reges habent ex Chriſtiana diſciplina iſtud, *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Lamprid. in Alexandro.

16 Concilium vocat.] Eo in concilio Parthorum Reges ſolebant ſceptrum geſtare, & arcum manu, ſedentes aurea ſella. Ita enim Dio tradit de Phraate libr. 49. ad quem Antonius miſerat legatos, & pulſaſſe chordam arcus quaſi bellum minaretur, memorat.

17 Æquitate quam sanguine.] Claudianus in 4. Conſul. Honor. confirmat dictum Vologeſis, qui Tiridate multo ſapientior. Quippe Vologeſes regnandi vetus, & rerum experientia prudens, & Tiridate natu maior, ad æquitatem vires referebat imperij, non ad crudelitatem, in hac re nullomodo barbarus.

Virtute nitendum, non ſanguine.

18 Causa quam armis.] Claudianus idem eodem.

Omnia ſubſident meliori peruia cauſæ.

19 Addita modestiæ fama.] Putaui legendum olim, *Addite modeſtiæ famam.* Id eſt, concoquite fœlicitates veſtras & virtutem cum modeſtiæ ſuccis. Nam magno & modeſto animo nihil pulchrius; qui proſperis non inſoleſcit, non frangitur aduerſis. Sed excuſa placet, quia ait: In integro eſt vis veſtra & gloria bellica, cui modeſtiæ famam addidiſtis: Quippe laceſſiti a Romanis magis æquitate, quam ſanguine, mecum enitendum cenſuiſtis: De virtute veſtra nil quidquam deperit; quin modeſtiæ fama vobis addita eſt, quæ ſummis mortalium, neque ſpernenda eſt, & a Dijs ipſis æſtimatur. Sic Æſchylus in Prometh.

-- μηδ' αὐθαδίαν
Εὐβουλίας ἀμείνον' ἡγήσῃ ποτέ.
Neque peruicaciam vnquam exiſtimes meliorem prudentia.

20 Neque summis mortalium spernenda.] Nam nec magnis interuallis ſunt diuiſi dominus & carnifex. *Horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua*: ait Seneca.

21 Promptam equitum.] *Promptamque equitum manum.*

22 Gerere malebat.] Forte, *gerere malle.*

23 Defenderet Syriam.] *Et Syriam.* Sic lego.

24 Egena aquarum regio.] Syria & Libya aquarum egentes. Rauenna & inferior Germania aquarum potentes. Silius lib. 6. de Libya.

Libya aquarũ egens.

Hic ſtudio laticum, quorum eſt haud prodiga tellus.

Quæ dicta Libya quaſi λείπουσα τὸ ὕδωρ. Varro in fragm. *Syria quoque aquarum egena.* Martialis lib. 7. epigr. 54.

Et Syria.

Sed quæ de Solymis venit præuſtis.

At in caſtris ponendis, de aquis præcipua cura. Tibullus ad Meſſallam, lib. 4.

Caſtris ponendis aqua præcipua.

Iam te non alius belli tenet aptius artes,
Qua deceat tutam caſtris præducere foſſam,
Qualiter aduerſos hoſti defigere contos,
Quemve locum ducto melius ſit claudere vallo,
Fontibus vt dulces erumpat terra liquores;
Vt facilisque tuis aditus ſit, & arduus hoſti.

Erant autem olim ad fontium cuſtodiam, caſtella impoſita, & in caſtellis conſeruandis milites; qui ideo *caſtellarij* dicti L. 2. de fund. limit. Cod. Theodoſ.

Caſtella. Caſtellarij milites.

Ea dum a Corbulone[1] tuendæ Syriæ parantur, [2] acto raptim agmine Moneſes vt famam ſui præiret, [3] non ideo neſcium aut incautum Tigranem offendit: qui occupauerat Tigranocerta, vrbem copia defenſorum & magnitudine mœnium validam. Ad hæc Nicephorius amnis haud ſpernenda latitudine partem murorum ambit. & ducta ingens foſſa qua fluuio diffidebatur. Inerant milites, & prouiſi ante commeatus, quorum ſubuectu pauci auidius progreſſi, & repentinis hoſtibus circumuenti, ira magis quam metu cæteros accenderant. Sed Partho ad exequendas obſidiones nulla comminus audacia: [4] raris ſagittis, neque clauſos exterret, & ſemet fruſtratur. Adiabeni cum promouere ſcalas & machinamenta inciperent, facile detruſi, mox erumpentibus noſtris cæduntur. Corbulo tamen quamuis ſecundis rebus ſuis, [5] moderandum fortunæ ratus, miſit ad Vologeſem qui expoſtularent vim prouinciæ illatam. ſocium amicumque regem cohortes Romanas circumſedere. [6] omitteret potius obſidionem, aut ſe quoque in agro hoſtili caſtra poſiturum. Caſperius centurio in eam legationem delectus apud oppidum [7] Niſibin ſeptem & triginta millibus paſſuum a Tigranocerta diſtantem adit regem, & mandata ferociter edidit. [8] Vologeſi vetus & penitus infixum erat, arma Romana vitandi: nec præſentia proſpere fluebant, irritum obſidium, tutus manu & copijs Tigranes, fugati qui expugnationem ſumpſerant, miſſæ in Armeniam legiones, & aliæ pro Syria paratæ vltro irrumpere: ſibi imbecillum equitem pabuli inopia. nam [9] exorta vis locuſtarum abederat quicquid herbidum aut frondoſum. Igitur metu abſtruſo mitiora obtendens, miſſurum ad imperatorem Romanum legatos ſuper petenda Armenia & firmanda pace reſpondet. Moneſen omittere Tigranocerta iubet, ipſe retro concedit. Hæc plures vt formidine regis, & Corbulonis minis patrata & magnifica extollebant. Alij occulte pepigiſſe interpretabantur, vt omiſſo vtrinque bello, & abeunte Vologeſe, Tigranes quoque Armenia abſcederet. *Cur enim exercitum Romanum a Tigranocertis deductum? cur deſerta per otium, quæ bello defenderant? An melius hibernauiſſe in extrema Cappadocia, raptim erectis tugurijs, quam in ſede regni modo recenti? Dilata prorſus arma, vt Vologeſes cum alio quam cum Corbulone certaret: Corbulo meritæ tot per annos gloriæ, non vltra periculum faceret.* Nam, vt rettuli, proprium ducem tuendæ Armeniæ popoſcerat, & aduentare Ceſennius Pætus audiebatur: iamque aderat, copijs ita diuiſis, vt quarta & duodecima legiones, addita quinta quę recens e Mœſis excita erat, ſimul Pontica & [10] Galatarum Cappadocumque auxilia Pæto obedirent: tertia & ſexta & decima legiones, priorque Syriæ miles apud Corbulonem manerent. Cætera ex rerum vſu ſociarent, partirenturve. Sed neque Corbulo æmuli patiens, & Pætus cui ſatis ad gloriam erat ſi proximus haberetur, deſpiciebat geſta, nihil cædis aut prædæ, vſurpatas nominetenus vrbium expugnationes dictitans. Se tributa ac leges, & [11] pro vmbra regis, Romanum ius victis impoſiturum.

Vrbs magnitudine mœnium & copia defenſorum valida.

Secundis rebus moderandum.

Exorta vis locuſtarum quidquid herbidum aut frondoſum edit.

Quæſitam diu pericula gloriam conſeruandā.

erat commeatu, vt inſtante iam hieme, reduxit exercitum. compoſuitque ad Cæſarem litteras, quaſi confecto bello, [8] verbis magnificas, rerum vacuas. Interim Corbulo nunquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus præſidijs inſedit: & ne ponti inijciendo impedimentum hoſtiles turmæ afferrent (iam enim ſubiectis campis magna ſpecie volitabant) naues magnitudine præſtantes, & connexas trabibus, ac turribus auctas, agit per amnem, catapultiſque & baliſtis proturbat Barbaros, in quos ſaxa & haſtæ longius permeabant, quam vt contrario ſagittarum iactu adæquarentur. Dein pons continuatus, colleſque aduerſi per ſocias cohortes, poſt legionum caſtris occupantur, tanta celeritate & oſtentatione virium, vt Parthi omiſſo paratu inuadendæ Syriæ, ſpem omnem in Armeniam verterent. Ibi Pætus imminentium neſcius, quintam legionem procul in Ponto habebat. Reliquas promiſcuis militum commeatibus [9] infirmauerat, donec aduentare Vologeſem magno & infenſo agmine auditum. Accitur legio duodecima, & vnde famam aucti exercitus ſperat, [10] prodita infrequentia: qua tamen retineri caſtra, & eludi Parthus tractu belli poterat, ſi Pæto aut in ſuis, aut in alienis conſilijs conſtantia fuiſſet. Verum vbi a viris militaribus aduerſus vrgentes caſus firmatus erat, rurſus ne alienæ ſententiæ indigens videretur, in diuerſa ac deteriora tranſibat. Et tunc relictis hibernis, *non foſſam neque vallum ſibi, ſed corpora & arma* [11] *in hoſtem data* clamitans, duxit legiones quaſi prælio certaturus. Deinde amiſſo centurione & paucis militibus, quos viſendis hoſtium copijs præmiſerat, trepidus remeauit. Et quia minus acriter Vologeſes inſtiterat, vana rurſus fiducia, tria millia delectorum proximo Tauri iugo impoſuit, quo tranſitum regis arcerent. Alares quoque Pannonios robur equitatus in parte campi locat. Coniunx ac filius caſtello cui [12] Arſamoſata nomen eſt, abditi, data in præſidium cohorte, ac diſperſo milite, qui in vnum habitus, vagum hoſtem promptius ſuſtentauiſſet. [13] Ægre compulſum ferunt, vt inſtantem Corbuloni fateretur. Nec a Corbulone properatum, quo gliſcentibus periculis etiam ſubſidij laus augeretur. Expediri tamen itineri ſingula millia ex tribus legionibus, & alarios octingentos, parem numerum e cohortibus iuſſit.

Litteræ verbis magnificæ, rebus vacuæ.

Conſtantia deſiderata Pæto in ſuis & alienis rebus.

Qui alienæ ſententiæ indigens videri non vult, in magnas calamitates incidit.

1 FAMISVLANVS.] Hæc nominis compoſitio, præter morem facta eſt; & legendum puto, *Fannius Bolanus Vectonianus*. Noſter enim paulo ante dixit: *Legiones duas cum Verulano Seuero & Vectio Bolano, ſubſidium Tigrani mittit.* & eſt, vt puto, filius eius Bolani, qui Fannius Bolanus Vectonianus heic dicitur, & qui forte mortuo patre, ita dictus, Britanniã rexit. Tac. 2. & 3. Hiſt. & in vita Agricolæ.

2 CALAVIVS SABINVS.] Forte, *Calanius*. Calanius enim Romanum nomen, a Calando, id eſt vocando. Vnde *Calatores* & *Vocatores* ſerui.

3 TVRBATVS EQVVS.] Illi equi, non Conſulibus modo, ſed & Proconſulibus, & Dictatoribus dabantur. Nam lib. 10. ait Dionyſius purpuram, & faſces, cum ſecuribus 24. pro inſignibus datos, & equos phaleratos; idque honoris ergo.

Equi dati Conſulibus, Dictatoribus, & Proconſulibus.

4 RETRO EVASIT.] Id omne quod retro cedebat, pro malo omine accepere Romani. In defunctorum exequijs omnia retro. Docui ſupra. Sic retro amnes cedentes pro malo ſigno. Ouidius: Oenone Paridi.

Xanthe retro propera verſæque recurrite lymphæ.

Claudianus 1. in Eutrop.

Ac ſuper hoc reſlui pugnarunt montibus amnes,
Et retro fluctus torſit mare. monte relicto
Apenninicolæ fugere ad littora Fauni.

Horatius. ——*quis neget arduus*
Pronos relabi poſſe riuos
Montibus, & Tiberim reuerti?

Quod retro cedebat Romani pro malo omine habebant.

5 HOSTIAQVE QVÆ MVNIEBANTVR HIBERNACVLIS ASSISTENS.] Florus in bello Cæſaris & Pompeij. *Nunquam imminentis ruinæ manifeſtiora prodigia, fuga victimarum, examina, inſignes interdiu tenebræ.* Silius libro 14.

Mala omina. Hoſtia mactanda fugiens. Apum examina. Tenebræ inſignes.

Cum ſubito abruptis fugiens altaria taurus
Exilijt vinclis, mugituque excita late
Impleuit tecta, & fremitu ſuſpiria rauco
Congeminat, trepida & terrorem ſpargit in aula.

Idem libro 5.

Nec rauco taurus ceſſauit flebile ad aras
Immugire ſono: preſſamque ad colla bipennem
Incerta ceruice ferens, altaria liquit.

Ideo *piacularia* iſta vocabant, quia eſſent ſacrificio expianda. Plin. lib. 8. cap. 45. *Notatum eſt vitulos ad aras humeris hominis allatos, non fere litare.* lego, *non vere litare.* Et addit. *Sicut nec claudicante, nec aliena hoſtia, Deos placari, nec trahente ſe ab aris.* Quippe fuere hæc paganorum panica terriculamenta. Quidam tamen fuerunt Romani, qui iſta riderent, vt vana & inepta, & recte, vt Flaminius Conſul.

-- deforme ſub armis
Vana ſuperſtitio: Dea ſola in pectore virtus
Bellantum viget.

Cæſar Iulius cap. 58. apud Sueton. *Cum immolanti aufugiſſet hoſtia, profectionem non diſtulit.* Quin Veſpaſianus talia ridebat, vt apertum Auguſti Mauſoleum, & crinitas ſtellas: *Dicebatque ad Iuliam Caluinam vnum pertinere; alterum ad crinigeros Parthorum Reges.* Sueton. in Veſpaſ. cap. 23. Tamen imperator Titus iſta non contempſit. Suet. cap. 10. in Tito. *Sacrificanti Tito hoſtia aufugerat, ideo triſtior.* Nec mirum quia patris & filij non idem ſemper animus.

6 PILA MILITVM ARSERE.] Liuius lib. 33. *Ædes Feroniæ in Capenate de cœlo tacta erat. ad Monetæ duarum haſtarum ſpicula arſerant.* lib. 43. *Fregillis, in domo L. Atrei haſta quam filio militi emerat, interdiu plus duas horas arſiſſe.* Silius lib. 8.

Pila ardentia militum.
Tacta ædes Feroniæ.
In æde Monetæ ſpicula ardētia.

Per ſubitum attonitis pila exarſere maniplis.

7 RECIPERANDIS TIGRANOCERTIS.] Vt ſcilicet ſe Corbuloni præferret. Homo vecors: quippe veniſſe ſe dicebat vt Tigranocerta recuperaret, quæ Corbulo omiſiſſet: hincque ſibi laudem apud Rom. ciues parabat. Sed in Pæto probatum eſt, Sumi bellum ab ignauis, verum a ſtrenuis geri.

Vecordia Pæti Corbuloni inuidentis.

8 VERBIS MAGNIFICAS, REBVS VACVAS.] *In omni opere erit abundantia,* ait rex Iudæus. *Vbi vero verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas.* Prou. 14.

9 INFIRMAVERAT.] Pro *infirmiores reddiderat.* Quia iſtud belli diſciplina prohibitum, vt L. 1. de commeatu. Cod. 12. *Ne cui liceat præpoſitorum, vel tribunorum cohortium, vel vicariorum, vel familiarium eorum tempore expeditionis quocunque genere, de militibus, & caſtris, & ſignis, vel etiam locis in quibus prætendant, diſcedendi commeatum dare.* Nam hoſtis iſtas vacuationes explorat. Et inde lucrum ſibi, inimicis captat excidium & dedecus.

10 PRODITA INFREQVENTIA.] Lego, *Proditur infrequentia.* Id eſt raritas militum. quod animaduerſum ab hoſte dat ad dimicandum maiorem audaciam. Noſter libro 2. *Fama claſsis amiſſæ vt Germanos ad ſpem belli, ita Cæſarem ad coercendum erexit.*

11 IN HOSTEM DATA CLAMITANS.] Ad augendam Pæti ſocordiam hoc verbo vtitur Tacitus. Eſt apud Ciceronem exemplum ſimile, de homine turbido, cui male res ceſſere, vt Pæto. 5. ad Attic. epiſtola *Saturnalibus. Erat,* inquit, *in Syria noſtrum nomen in gratia,* (vt erat Corbulonis) *Venit interim Bibulus:* (ſic Pætus) *Credo voluit appellatione hac inani* (loquitur de nomine imperatorio) *nobis eſſe par. In eodem Amano cœpit laureolam in muſtaceo quærere: At ille totam cohortem primam perdidit, Centurionemque primipili nobilem ſui generis Aſinium Dentonem, & reliquos cohortis eiuſdem, & Sex. Lucilium T. Gauij Cæpionis locupletis, & ſplendidi hominis filium, tribunum militum. ſane plagam odioſam acceperat cum re, tum tempore.*

Bibulus apud Cicer. Pæto noſtro ſimilis.
Par in ambobus, & infælix fortuna, quia par ingenium.

12 ARSAMOSATA.] Arſamotam vocat Plinius lib. 6. cap. 9. *In maiore,* inquit, *Arſamote Euphrati proximum.* Et recte in margine notatum *Arſamoſata* ex veteribus manuſcriptis, & Ptolomæo.

13 ÆGRE.] *Et ægre.*

At Vologeſes quamuis obſeſſa a Pæto itinera hinc peditatu, inde equite accepiſſet, nihil mutato conſilio, ſed vi ac minis alares exterruit, legionarios obtriuit, vno tantum centurione Tarquitio Creſcente turrim in qua præſidium agitabat, defendere auſo: facta ſæpius eruptione, & cæſis qui Barbarorum propius ſuggrediebantur, donec igniū iactu circumueniretur. peditum ſi quis integer, longinqua & auia, vulnerati caſtra repetiuere: virtutẽ regis, ſæuitiam & copias gentium, cuncta metu extollentes, facili credulitate eorum qui eadem pauebant. Ne dux quidem obniti aduerſis, ſed cuncta militiæ munia deſeruerat, miſſis iterum ad Corbulonem precibus, *veniret prope, ſigna & Aquilas, & nomen reliquum infelicis exercitus tueretur: ſe fidem interim donec vita ſuppeditet, retenturos.* Ille interritus & parte copiarum apud Syriam relicta, vt munimenta Euphrati impoſita retinerentur, qua proximum & [2] commeatibus non egenum, regionem [3] Comagenam, exin Cappadociam, inde Armenios petiuit. Comitabantur

Fides in periculis retenta.

tur exercitum præter alia aſſueta bello, [4] magna vis camelorum onuſta frumentis, vt ſimul hoſtem famemque depelleret. Primum e perculſis Pactium primipili centurionem obuium habuit, dein pleroſque militum: quos diuerſas fugæ cauſas obtendentes, redire ad ſigna, & clementiam Pæti experiri monebat. *Se niſi victoribus immitem eſſe.* Simul ſuas legiones adire, hortari, priorum admonere, nouam gloriam oſtendere. *Non vicos aut oppida Armeniorum, ſed caſtra Romana, duaſque in ijs legiones pretium laboris peti.* [5] *Si ſingulis manipularibus præcipua ſeruati ciuis corona imperatoria manu tribueretur, quod illud & quantum decus, vbi par eorum numerus adipiſceretur, qui attuliſſent ſalutem, & qui accepiſſent?* His atque talibus in commune alacres, & erant quos pericula fratrum, aut propinquorum proprijs ſtimulis incenderent, continuum die noctuque iter properabant. Eoque intentius Vologeſes premere obſeſſos, modo vallum legionum, modo [6] caſtellum quo imbellis ætas defendebatur, oppugnare, propius incedens quam mos Parthis, ſi ea temeritate hoſtem in prælium eliceret. At illi vix contubernijs extracti, nec aliud quam munimenta propugnabant, pars iuſſu ducis, & alij propria ignauia, vt Corbulonem opperientes, ac ſi vis ingrueret, prouiſis exemplis Caudinæ ac Numantinæ cladis. [7] Neque eandem vim Samnitibus Italico populo, aut Pœnis Romani imperij æmulis. Validam quoque & laudatam antiquitatem, quoties fortuna contra daret, ſaluti conſuluiſſe. Qua deſperatione exercitus dux ſubactus, primas tamen litteras ad Vologeſen, non ſupplices, ſed in modum querentis compoſuit, *quod pro Armenijs ſemper Romanæ ditionis, aut ſubiectis regi quem imperator delegiſſet, hoſtilia faceret. Pacem ex æquo vtilem. Nec præſentia tantum ſpectaret. Ipſum aduerſus duas legiones totis regni viribus aduenïſſe: At Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum iuuarent.* Ad ea Vologeſes, nihil pro cauſa, ſed *opperiendos ſibi fratres Pacorū ac Tiridatem* reſcripſit. *Illum locum tempuſque conſilio deſtinatum quid de Armenia cernerent.* [8] * *Adieciſſe deos dignum Arſacidarum, ſimul & de legionibus Romanis ſtatuerent.* Miſſi poſt a Pæto nuntij, & regis colloquium petitum, qui Vaſacem præfectum equitatus ire iuſſit. Tum Pætus, Lucullos, Pompeios, & ſi qui duces obtinendæ donandæue Armeniæ egerant: Vaſaces imaginem retinendi donandive penes nos, vim penes Parthos memorat. Et multum inuicem diſceptato, Monobazus Adiabenus in diem poſterum teſtis ijs quæ pepigiſſent, adhibetur. Placuitque liberari obſidio legiones, & decedere omnem militem finibus Armeniorum, caſtellaque & commeatus Parthis tradi. Quibus perpetratis copia Vologeſi fieret mittendi ad Neronem legatos.

Vox ducis magnifica, ſe niſi victoribus immitem.

Par numerus eorum qui attuliſſent ſalutem & qui recepiſſent.

Valida & laudata antiquitas cōtra fortunam ſaluti conſulit.

Pax ex æquo vtilis.

* Adiecit eſſe & eos de genere regū Arſacidarum.

1 LONGINQVA ET AVIA.] *Per longinqua & auia*, forte: quanquam excuſa placet.
2 COMEATIBVS NON EGENVM, REGIONEM.] *Non egenum iter.*
3 COMAGENAM.] Syriæ partem. Plinius lib. 29. cap. 3. Cuius vrbs celebris Samoſata.
4 MAGNA VIS CAMELORVM.] Plinius vbi de Camelis. *Omnes iumentorum in ijs terris* (Orientalibus ſcilicet) *dorſo iunguntur, atque etiam equitantur in prælijs. Velocitas inter equos.* De Camelorum equitatione D. Hieronym. in vita Malchi Eremitæ.

Camelorum vtilitas in bello apud Orientales.

5 SI SINGVLIS MANIPVLARIBVS.] Ita Plinius lib. 22. cap. 4. ad hanc rem. *Si ciuicæ honos vno aliquo, ac vel humillimo ciue ſeruato, præclarus ſacerque habetur, qui tandem æſtimari debet vnius virtute ſeruatus vniuerſus exercitus?* Et certe graminea tunc dabatur.
6 CASTELLVM QVO IMBELLIS ÆTAS.] Arſamoſata, quo coniux & filius Pæti abditi.
7 NEQVE EANDEM VIM.] Id eſt, non

Samnitibus in Caudino fœdere, non Pœnis in Numantino, tantæ vires, quantæ Vologeſo tunc fuerunt.

8 ADIECISSE DEOS DIGNVM ARSACIDARVM.] Vulnus turpe: cui medeor. *Adiecit eſſe ſe, & eos, de genere regum Arſacidarum.* Semper enim in Arſacidis gloria Parthorum; de qua nullum apud eos ſilentium. Noſter infra. *Ille de nobilitate generis multa præfatus.* Idem lib. 12. *Non propinqui, neque de gente Arſacidarum.* Et initio huius libri: *Spretum Arſacidarum faſtigium.* Et libr. 13. *Non deforc Arſacidis virtutem fortunamque ſæpius clade Romana expertam.* Sic Tiridates vbi Neronem ſalutaret: *Ego*, inquit, *domine, Arſacis nepos, Vologeſi & Pacori regum frater.* Quod ex Xiphilino. Et Strabo libr. 16. ait Parthos valde Arſacidarum amantes. Quod huius loci nebulas ſcindit & in aëra purgat apertum.

Tacitus explicatus.

Reges Parthici ſemper de Arſacidarum nobilitate gloriantes.

9 PLACVITQVE.] Velleius de fœdere Numantino. *Vel ferocia ingenij, vel inſcitia noſtrorum ducum, vel fortunæ indulgentia, tum Pompeium magni nominis virum ad turpiſſima fœdera deduxit.*

Interim fluuio Arſameti (is caſtra præfluebat) pontem impoſuit, ſpecie ſibi illud iter experientis. Sed Parthi quaſi documentum victoriæ iuſſerant. [1] namque ijs vſui fuit. Noſtri per diuerſum iere. Addidit rumor, ſub iugum miſſas legiones, & alia ex rebus infauſtis: [2] quorum ſimulachrum ab Armenijs vſurpatum eſt. Nam & munimenta ingreſſi ſunt, antequam agmen Romanum decederet, & circumſtetere vias, captiua olim mancipia, aut iumenta agnoſcentes, abſtrahenteſque. Raptæ etiam veſtes, retenta arma, pauido milite & concedente, ne qua prælij cauſa exiſteret. Vologeſes armis & corporibus cæſorum aggregatis, quo cladem noſtram teſtaretur, viſu fugientium legionum abſtinuit. Fama moderationis quærebatur, poſtquam ſuperbiam expleuerat. [3] Flumen Arſametem elephanto inſidens, & proximus quiſque regi vi equorum perrupere, quia rumor inceſſerat, pontem ceſſurum oneri, dolo fabricantium. Sed qui ingredi auſi ſunt, validum & fidum intellexere. Cæterum obſeſſis adeo ſuppeditauiſſe rem frumentariam conſtitit, vt horreis ignem inijcerent: contraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem, neque ſe plus tridui itinere abfuiſſe. Adiecit, iureiurando Pæti cautum apud ſigna, adſtantibus ijs quos teſtificando rex miſiſſet, neminem Romanum Armeniam ingreſſurum, donec [4] referrentur litteræ Neronis, an paci annueret. Quæ vt augendæ infamiæ compoſita, ſic reliqua non in obſcuro [5] habentur: vna die [6] quadraginta millium ſpatium emenſum eſſe Pætum, deſertis paſſim ſaucijs: neque minus deformem illam fugientium trepidationem, quam ſi terga in acie vertiſſent. Corbulo cum ſuis copijs apud ripam Euphratis obuius, non eam ſpeciem inſignium & armorum prætulit, vt diuerſitatem exprobraret. [7] Mœſti manipuli, ac vicem commilitonum miſerantes, ne lachrymis quidem temperauere. Vix præ fletu vſurpata conſalutatio. [8] Deceſſerat certamen virtutis, & ambitio gloriæ, felicium hominum affectus. ſola miſericordia valebat, & apud minores magis. Ducum inter ſe breuis ſermo ſecutus eſt, [9] hæc conquerentium: *irritum laborem*, [10] *potuiſſe bellum fuga Parthorum finiri.* [11] Ille integra vtrique cuncta reſpondit, conuerterent aquilas, & iuncti inuaderent Armeniam, abſceſſu Vologeſis infirmatam. *Non ea imperatoris habere mandata* Corbulo: *periculo legionum commotum, e prouincia egreſſum. Quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Syriam repetiturum. Sic quoque optimam fortunam orandam, vt pedes confectus ſpatijs itinerum, alacrem & facilitate campo-*

Pactio turpis Romanis.

Fama moderationis quæſita, expleta ſuperbia.

Pætus dux Romanus fugiens.

Arguitur a Corbulone modeſte.

Fugientibus diſceditambitio gloriæ & certamen virtutis.

rum præuenientem equitem aſſequeretur. Exin Pætus per Cappadociam hibernauit. At Vologeſis ad Corbulonem[11] miſſi nuntij, detraheret caſtella trans Euphratem, amnemque vt omnium medium faceret. Ille Armeniam quoque diuerſis præſidijs vacuam fieri expoſtulabat. Et poſtremo conceſſit rex. Diruptaque quæ vltra Euphratem communierat Corbulo, & Armenij ſuo arbitrio relicti ſunt.

1 NAMQVE IIS VSVI FVIT.] *Nam neque*, ita lego. Non improbo tamen, *Neque ijs vſui fuit.* Quod ad maiorem Romanorum ignominiam factum. Quippe eo ponte non vſi ſunt Parthi, vt demonſtrarent illum tantum ſuæ victoriæ teſtem, nec ad alium vſum habitum, & a victis traditum.

Pons teſtis victoriæ Parthorum.

2 QVORVM.] Lege, *Quarum.* ſcilicet rerum. Nam illud, *quorum*, non habet cui referatur. ait ergo, *Quarum rerum ſimulachrum ab Armenijs vſurpatum eſt.* Id eſt, vſurparunt Armenij morem mittendi ſub iugum.

3 FLVMEN ARSAMETEM.] Vocat Tacitus *Arſanietem flumen*, quod *Arſaniam* alij. Nec legendum *Arſametem*; ſed *Arſanietem.* quod multos decipit. Idque ex Plinio libro 5. cap. 27. *Elegiam Armeniæ decem millibus paſſuum acceptus fluminibus Lyco, Arſania, Arſano.*

Arſametes flumius.

Arſanietes vere.

4 REFERANTVR.] Lego, *referrentur.*

5 HABENTVR.] *Habebantur.*

6 QVADRAGINTA MILLIVM.] Contra leges diſciplinæ. Sed Pætus fugiebat, non vero militaturus procedebat.

7 MOESTI MANIPVLI.] Tacitus lib. 4. *Stabant conſcientia flagitij mœſtæ*, legiones ſcilicet, *fixis in terram oculis: Nulla inter coeuntes exercitus conſalutatio, neque ſolantibus hortantibuſque reſponſa dabant; abditi per tentoria, & lucem ipſam vitantes. nec perinde periculum aut metus, quam pudor ac dedecus, obſtupefecerat; attonitis etiam victoribus, qui vocem preceſque adhibere non auſi, lachrymis ac ſilentio veniam poſcebant.*

Militi Romano certi modi progrediendi in diem.

8 DECESSERAT.] Habet quidem gloria in ſtudijs præſertim, quiddam ἀκοινώνητον, & inſociabile.

9 HÆC CONQVERENTIVM IRRITVM LABOREM.] Medeor vlceri: *Hic conquerens ſuum irritum laborem.* Nam Pætus rebus vacuis, verbis magnificis, irrita obſidione Tigranocertæ, redierat. Inde eius conqueſtio, laborem ſuum perijſſe.

10 POTVISSE BELLVM FVGA PARTHORVM FINIRI.] Sunt verba breuia Corbulonis reſpondentis & exprobrantis Pæto, non per obſidionem Tigranocertæ, ſed fuga Parthorum, bellum finiri potuiſſe. Ideo lego, *Potuiſſe bellum, fuga Parthorum finiri, ille*, &c. Et verbum, *ille*, reſpicit dictionem, *hic*, vt ſit ſenſus. Hic conquerebatur ſuum irritum laborem; ille, fuga Parthorum bellum finiri potuiſſe.

Tacitus heic male affectus ab exſcriptoribus.

11 ILLE INTEGRA.] Incipio clauſulam a verbo *integra.* Nam ſunt verba Pæti. Ipſa oratio mihi patrona eſt. *Integra*, inquit Pætus, *vtrique cuncta reſpondit.* ſibi videlicet, & Corbuloni. *Inuaderent ambo Armeniam ſignis & legionibus iunctis*, quando abſceſſu Vologeſis, illis pateret. At non ea ſibi imperatoris mandata reſpondit Corbulo. Tu ſi iſta ita diſtinxeris, purum ſenſum, puram hiſtoriam habueris.

12 MISSI.] *Miſſi ſunt nuntij.* Vera lectio.

At Romæ trophæa de Parthis arcuſque medio Capitolini montis ſiſtebantur, decreta ab Senatu, integro adhuc bello, neque tum omiſſa, dum aſpectui conſulitur,[1] ſpreta conſcientia.[2] Quin & diſſimulandis rerum externarum curis Nero[3] frumentum * plebis vetuſtate corruptum, in Tiberim iecit, quo ſecuritatem annonæ[4] ſuſtentaret. cuius pretio nihil additum eſt, quamuis ducentas ferme naues portu in ipſo, violentia tempeſtatis, & centum alias Tiberi ſubuectas, fortuitus ignis abſumpſiſſet. Tres dein conſulares, L. Piſonem, Ducennium Geminium, Pompeium Paulinum vectigalibus publicis præpoſuit, cum inſectatione[5] priorum principum, qui grauitate ſumptuum iuſtos reditus anteiſſent, ſe annuum ſexcenties ſeſtertium Reipub. largiri. Percrebuerat ea tempeſtate prauiſſimus mos, cum propinquis comitijs, aut ſorte prouinciarum,[6] plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios, præturaſque & prouincias inter partes ſortiti, ſtatim[7] emitterent manu quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia Senatum adeunt, ius naturæ, labores educandi, aduerſus fraudem & artes & breuitatem adoptionis enumerant. *Satis pretij eſſe orbis quod multa ſecuritate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta*

Integro bello decreti arcus de Parthis.

* pluuijs vt vetuſtate corruptum,

Priores principes grauitate ſumptuum Reip. reditus abſorbuerat.

Fictæ adoptiones ſublatæ.

prompta & obuia haberent. Sibi promiſſa legum diu expectata, in ludibrium verti, quando quis ſine ſollicitudine parens, ſine luctu orbus, longa patrum vota repente adæquaret. Factum ex eo Senatuſconſultum, ne ſimulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne [8] vſurpandis quidem hereditatibus prodeſſet.

Ficta adoptio nil iuuat.

1 SPRETA CONSCIENTIA.] Id eſt Senatus, graſſante bello, arcus & trophæa de Parthis decreuerat: iamque parabantur; nec omittebantur, quod gratum populo aſpectum præberent, quamuis quiſque ſciret nullum inde decus partum Romanis. Et hoc ſpretam vocat conſcientiam.

Tacitus explicatus.

2 QVIN ET DISSIMVLANDIS.] Verbum, *et*, redundans, malum factum arguit, & clauſula clauda eſt. Lege, *Quin intentus diſſimulandis rerum externarum curis Nero.* Ex ab breuiatura error.

3 FRVMENTVM PLEBIS.] Tolle, *plebis.* Et lege, *Pluuijs, & vetuſtate corruptum.* Duæ enim ſunt frumenti peſtes, *vetuſtas*, & *pluuiæ.* Minutius Felix: *Ecce arbuſta frugifera, ecce iam ſeges cana, iam temulēta vindemia imbri corrūpitur.* Sic Plin. ait, *in Africa & Hiſpania id demū curare omnes, & ante omnia, vt ſicco loco frumentum condatur. Imbres enim & humida frumento inimiciſſima, quibus corruptum germinat.* Ideo heronibus clauſum tenebant, id eſt tegetibus ſparteis aut alio vimine contextis. Vide L. 31. D. locati. Dio lib. 39. *Frumenti permultum exundatione Tiberis deperditum eſt.* Nec tantum inimiciſſimæ pluuiæ eum *in ſolo*, ſed *extra ſolum*: In ſolo, & quaſi in vtero matris, ſtante frumento, porcæ fiunt aquæ deriuandæ gratia: cum extra ſolum, etiam prouidendum eſt, ne humidas habeat ſedes. Humida enim valde corrumpunt fruges. Tacitus 5. Hiſtor. vbi de terra Iudæa & lacu Aſphaltite. *Halitu lacus infici terram, fœtus ſegetum putreſcere.* Ita cape L. 28. §. vlt. de contrah. empt. *Si frumenta niues corruperint.* Vere enim tepeſcente, niues Sole reſoluuntur, & mutantur in imbres. Seneca de breu. vitæ. *Simile*, inquit, *tu putas eſſe, vtrum cures vt incorruptum a fraude aduehentium & negligentium frumentum transfundatur in horrea, ne concepto humore vitietur?* Ideo Varro 1. de re ruſt. cap. 57. *Triticum*, ait, *condi oportet in granaria ſublimia*, vt ſcilicet loco ſicco, nec terræ vaporibus humido, reponatur. D. Auguſtinus Pſalmo 85. *Modo ſi amicus tuus intraret in domum tuam, & inueniret te in loco humido frumenta poſuiſſe, qui forte ſciret naturam corruptionis frumentorum, quam tu neſcires, daret tibi huiuſmodi conſilium, dicens: Frater, perdis quod cum magno labore collegiſti, in loco humido poſuiſti, paucis diebus iſta putreſcent.* Idem D. Auguſt. vbi de Getulia. *Pluit in Getulia Deus fere omni anno, & omni anno dat frumentum. ſeruari frumentum non poteſt, cito corrumpitur, quia omni anno datur.* Dixi non legendum *plebis*, ſed *pluuijs*. Scio tamen veteres gloſſas in Perſium ita ſcribere Satyr. 3. *decuſſa farina. Farinam panem non delitioſius cribro diſcuſſum, ſed plebeium, de populi annona, id eſt, fiſcalem.* Sed non reſilio: cum frumentum iſtud, de quo loquimur, pluuijs & vetuſtate eſſet corruptum. nam, vt inquit poſtea, *non alias vis fulgurum & imbrium crebrior.* Aduectum autem frumentum, publicis horreis condebatur; & illa horrea in partibus Tiberinis. Ibique etiam menſores, qui menſurato frumento piſtoribus tribuebant. Vnde Lucillius:

Duæ frumenti peſtes, pluuia, & vetuſtas.

Frumentum publicis horreis condebatur.

Et partibus Tiberinis.

Menſores admetiebantur piſtoribus.

Frumentarius eſt, modium heic ſecum atq. rutellū
Vna ad fert.

Vt notes frumentariorum habitum qui per medimnos frumenta dabant, vt vinarij vina per cados. Vnde factus panis, per ſcalas plebeculæ diſtribuebatur. Prudentius contra Symm.

Mox plebeculæ diſtribuebatur.

Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis.

A gradibus altis.

Cæterum propter vetuſtatis periculum, primum erat capiendum frumentum nouum, mox vetus, niſi miſceretur vtilitatis publicæ gratia, L. 2. de eod. in hor. pub. Nam ita lex. *Si per incuriam officij grauitatis tuæ ſartorum tectorum neglecta procuratione, aliqua pluuijs infecta perierint*, &c. Poſterioribus temporibus, in prouincijs præſides hanc curam habuerunt.

Nouum frumentum poſt vetus capiendū.

4 SVSTENTARET.] Lego fidenter, *ſiſtere tentaret.* Nam in manuſcripto ſcriptum, *ſiſtentaret*, ait Lipſius. Quippe in annonæ raritate diffidentia plebis; in amplitudine confidentia. Itaque ob amplitudinem ſi iaciatur in Tiberim, ſecuritas eſt annonæ quæ ſiſtitur animis plebis.

5 PRIORVM PRINCIPVM.] Non Tiberij, qui domi parcus, & in Rep. frugi; ſed Caligulæ vt puto. Nam is, vt ait Suetonius cap. 40. *vectigalia noua atque inaudita, primum per publicanos; deinde quia lucrum exuberabat, per centuriones, Tribunoſque & Prætorianos exercuit; nullo rerum aut hominum genere omiſſo, cui non aliquid tributi imponeret.* At illi tot ſumptibus iſta vectigalia onerabant, vt inde nihil publicum perciperet.

Caligulæ crudelitas.

In vectigalibus legendis.

6 PLERIQVE ORBI.] Ex lege 12. Tabul. *Cœlibes in Rep. eſſe prohibebantur*; Et cœlibes, orbos, & improles Reſpub. abhorrebat. Ex orbis enim nullus, qui Rempub. tueretur. Ideo interdicti muneribus. Cogebantur lege Papia vxores parare, & procreare ſobolem. Tertullianus ad vxor. & in Apolog. *Nimirum neceſſaria eſt ſoboles, quærenda nobis onera ſunt quæ legibus locantur.* Id eſt munera Reip. quæ quaſi locantur. Orbi ergo, qui iſtis muneribus interdicti, ſi quando illa ambirent, adoptione quæ imitatur naturam, ſibi filios quærebant, ſed adepto munere, manu emittebant ad fruſtrationem legis. De ea re queruntur heic filij emancipati.

Cœlibes exoſi legib. 12. Tabul.

Orbi & cœlibes a Rep. alieni.

Ergo qui munera cupiebat, debebat is primum ſobolem ſibi parare.

Quærebatur per adoptionem.

Sed adeptis honoribus adoptiuos filios emancipabant.

7 EMITTERENT MANV.] Id eſt emanciparent. Huius autem emancipationis, & ritus, & formulæ ex iure ciuili deprehendi poſſunt.

Ergo fruſtrabant leges.

Apul. correctus.

ſünt. Et aliquando illa emancipatio, dicitur *manumiſſio*, vt L. 2. D. de offic. proconſ. & legat. ſed improprie. Sic Apuleius piſces dixit emiſſos manu, vbi male legitur: *De manibus amiſſurum fuiſſe*, pro *emiſſurum*. Apolog. 1.

8 VSVRPANDIS QVIDEM HEREDITATIBVS.] Nã nihil capere poterant ex teſtamẽto. Tert. de mon. *Legibus intus agi credũt, & exiſtimãt cælibes & orbos ex teſtamẽto Dei ſolidũ nõ poſſe capere.* Quæ omnia ex iure noſtro intelligũtur clarius.

Ex teſtamento orbus non capiebat.

Exin Claudius Timarchus Cretenſis reus agitur, [1] cæteris criminibus, vt ſolent præualidi prouincialium, & opibus nimijs ad iniurias minorum elati. vna vox eius vſque ad contumeliam Senatus penetrauerat, quod dictitaſſet, in ſua poteſtate ſitum, an [2] proconſulibus qui Cretam obtinuiſſent, [3] grates agerentur. Quam occaſionem Pætus Thraſea ad bonum publicum vertens, poſtquam de reo cenſuerat, prouincia Creta depellendum, hæc addidit. *Vſu probatum eſt P. C. leges egregias, exempla honeſta, apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic oratorum licentia, Cinciam rogationem: candidatorum ambitus,* [4] *Iulias leges: magiſtratuum auaritia,* [5] *Calphurnia ſcita, pepererunt. Nam culpa quam pœna tempore prior, emendari quam peccare poſterius eſt. Ergo aduerſus nouam* [6] *prouinciarum ſuperbiam dignum fide conſtantiaque Romana capiamus conſilium, quo tutelæ ſociorum nihil derogetur,* [7] *nobis opinio * decedat, qualis quiſque habeatur alibi quam in ciuium iudicio * eſſe. Olim quidem non modo prætor aut conſul, ſed priuati etiam mittebantur, qui prouincias viſerent, & quid de cuiuſque obſequio videretur, referrent. trepidabantque gentes de æſtimatione ſingulorum. At nunc colimus externos, & adulamur, & quomodo ad nutum alicuius grates, ita promptius accuſatio decernitur.* [8] *Decernaturque & maneat prouincialibus potentiam ſuam tali modo oſtentandi. Sed laus falſa & precibus expreſſa, perinde cohibeantur, quam* [9] *malitia, quam crudelitas. Plura ſæpe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus. Quædam imo virtutes odio ſunt, ſeueritas obſtinata, inuictus aduerſum gratiam animus. Inde initia magiſtratuum noſtrorum meliora ferme, & finis inclinat, dum* [10] *in modum candidatorum ſuffragia conquirimus. quæ ſi arceantur, æqualius atque conſtantius prouinciæ regentur: nam vt metu repetundarum infracta auaritia eſt, ita vetita gratiarum actione* [11] *ambitio cohibetur.* Magno aſſenſu celebrata ſententia. Non tamen Senatuſconſultum perfici potuit, abnuentibus conſulibus ea de re relatum. Mox auctore principe ſanxere, ne quis ad concilium ſociorum referret, agendas apud Senatum propratoribus proueconſulibus grates, neu quis ea legatione fungeretur.

Prouin... in... repreſſæ.

Ex delictis honeſta exẽpla & bonæ leges naſcuntur.

Pœna culpa prior eſt.

*decidat

*eſſet.

Qualis apud ſuos, talis apud exteros eſſe cupiat.

Virtutes quædam odioſæ vt obſtinata ſeueritas.

Cieri crimine pro accuſari.

1 CÆTERIS CRIMINIBVS.] *Ciebatur is criminibus, vt ſolent præualidi prouincialium.* Cieri crimine, eſt vocari in crimen, & accuſari.

Proconſulibus templa decreta in prouincijs.

2 PROCONSVLIBVS.] Apud exteras gentes ſubactas, tanta erat in Romanos reuerentia, vt etiam Proconſulibus, per adulationem, templa ſtatuerent. Sueton. in Auguſt. cap. 52. *Templa etiam, quamuis ſciret Proconſulibus decerni ſolere, tamen in nulla prouincia, niſi communi ſuo Romæque nomine, recepit.*

3 GRATES AGERENTVR.] Cicero gloriatur honoris ſui cauſa legationes Romam miſſas e Cilicia redeunti, quod ſancte ibi ſe geſſiſſet.

Legationes in gratiam Proconſulis.

Lex Iulia de ambitu.

4 IVLIAS LEGES.] Inde apud Iuriſconſultos lex Iulia de ambitu.

Libido magiſtratuum Rom. in prouincijs caſtigata.

5 CALPVRNIA SCITA.] Quæ Calpurnius Piſo tribunus pleb. a Senatu impetrauit L. Cenſorio & M. Manilio Coſs. vt magiſtratuum libido in prouincijs grauiſſimis pœnis plecteretur, & vt hæc quæſtio certum Prætorem haberet, ad quem ſocij ſuas facerent expoſtulationes. Fit eius mentio a Cicerone 2. de offic. & in Bruto.

6 PROVINCIARVM.] *Prouincialium* lego.

7 NOBIS OPINIO DECEDAT QVALIS QVISQVE HABEATVR.] Monſtrum orationis. Lego: *A nobis opinio decidat* (id eſt, procul ſit a nobis) *qua alius quiſque habeatur alibi, quam in ciuium iudicio eſt.* D. Auguſtin. de diſcipl. Chriſt. *Quantum habebis, tantus eris.* Lucillius:

Tacitus correctus.

Quantum habeas, tantum ipſe ſies, tantique habearis.

A quo ſumpſit Horatius Sat 1. l. 1. *Tanti quantum habeas ſis.* Sed vere Sophocles in Antig.

Ἐν τοῖς γὰρ οἰκείοισιν ὅστις ἐστ᾽ ἀνὴρ

Χρηστός, φανεῖται κἀν πόλει δίκαιος ὤν.

In domeſticis quicunque eſt vir bonus, apparebit etiam in ciuitate iuſtus eſſe. Non me contineo, quin verba adponam authoris, quiſquis is fuit, nam non ſunt D. Hieronymi, qui ad Demetriadem ſcripſit de virg. ſeru. *Eo*, inquit, *perducta res eſt, vt neglecta veritate meriti, de ſola opinione curemus, qui teſtimonium vitæ noſtræ, non a conſcientia noſtra, ſed a fama petimus.* Sic Iuuenalis.

Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Sed nemo Blæſenſi melius. *Pondera te ipſum ſecretius, nec te maiorem vendas quam libra veritatis appendit.*

8 Decernatvrqve.] Sic in orat. C. Caſſij ſupra: *Pronuntiemus vltro.* Annal. 14. *Decernite impunitatem.*

9 Malitia.] Verbum hoc, non heic placet, licet alias vſitatum, nec ex hortis eſt Taciti, in hac parte ni fallor. Nam malitiam tantum iungit crudelitati. lego: *Quam magiſtratibus auaritia, quam crudelitas.* Quæ ſunt eorum vitia. Puto autem *m*, quæ prima littera eſt verbi, *malitia*, notam eſſe qua *magiſtratus*, ſcriberetur; & verbum, *auaritia*, in *alitia*, mutatum. In ſocijs punienda eſt falſa laus, vt in magiſtratibus punitur auaritia & crudelitas. Et in fine orationis, ita de auaritia, quam repetit. *Metu repetundarum, infracta auaritia eſt.* Cæterum verbo, *malitia*, iam vſus eſt Tacitus 13. Annal. *Inoffenſa tot imperatorum malitia fuit.* Sed in hoc verbo mendum eſt, vt docui.

Verbũ, malitia. *Tacitus correctus.* *Magiſtratuum vitia auaritia & crudelitas.*

10 In modvm candidatorvm.] Tertullianus de Idolol. ita de candidatis. *Purpurati regum dicebantur a purpura; vt apud nos a toga candida, candidati.* Plautus in Caſina. *Candidatus regit heic.* Honorum autem & magiſtratuum proci candida veſte tegebantur, erantq. valde gratioſi, quia vnumquemque multa veneratione ſalutabant. Cicero in Piſonem ait, *Candidatorum nationem officioſiſſimam eſſe.* Illis vox & manus datæ, id eſt commendatio & opitulatio. Seneca epiſt. 8. *Candidato vocem & manum cõmodare.* Ita D. Hieron. ad Pammach. de obitu vxor. vſurpat verbum candidati. *Munerarius*, inquit, *pauperum, & egentium candidatus, ſic feſtinat ad cœlũ.* Nam per hæc munera ad cœlũ iter eſt. *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.*

Candidati a candida toga. Qua vtebantur. *Officioſa natio candidatorum.* *Vocem & manum commodare candidato.*

11 Ambitio cohibetvr.] *Cohibebitur*, recte a Lipſio.

Iiſdem conſulibus gymnaſium ictu fulminis conflagrauit, effigieſque in eo Neronis ad informe æs liquefacta. Et motu terræ celebre Campaniæ oppidum Pompeij magna ex parte proruit.[1] Defunctaque virgo Veſtalis Lælia, in cuius locum Cornelia ex familia Coſſorum capta eſt. Memmio Regulo & Virginio Rufo Coſs. natam ſibi ex Poppæa filiam Nero vltra mortale gaudium accepit, appellauitque Auguſtam, dato & Poppææ eodem cognomento. Locus puerperio colonia [2] Antium, vbi ipſe generatus erat. Iam [3] Senatus vterum Poppææ commendauerat dijs, votaque publice ſuſceperat. quæ multiplicata, exolutaque. Et additæ ſupplicationes, templumque Fœcunditati, & certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum. Vtque [4] Fortunarum effigies aureæ in ſolio Capitolini Iouis collocarentur: ludicrum Circenſe vt Iuliæ genti apud Bouillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium ederetur. quæ fluxa fuere, quartum intra menſem defuncta infante. Ruſuſque exortæ adulationes, cenſentium honorem diuæ, & puluinar, ædemque & ſacerdotem. Atque ipſe vt lætitiæ, ita mœroris immodicus egit. Adnotatum eſt, omni Senatu Antium ſub recentem partum effuſo, Thraſeam prohibitum, immoto animo prænuntiam imminentis cædis contumeliam excepiſſe. Secutam dehinc vocem Cæſaris ferunt, qua[5] reconciliatum ſe Thraſeæ apud Senecam iactauerit, ac Senecam Cęſari gratulatum.[6] Vnde gloriæ egregijs viris, & pericula gliſcebant.

Adulatio Senatus.

Vnde gloria viris egregijs, inde pericula.

1 Defvnctaqve virgo Veſtalis.] Quas a Dijs electas putabant, vt conſeruatrices ignis perpetui: Idque in perpetua virginitate. Ita epitaphium vetus: Clæliæ Clavdianæ V. V. maximæ a Diis electæ. Nam ſorte fiebant.

Veſtales a Dijs electæ.

2 Antivm vbi generatvs erat.] Eſt enim innatum hominibus, vt locis quibus nati ſunt, quorumque primum aerem hauſere, valde delectentur. Inde illa vox apud Quintil. declam. 327. *Penates illos in quibus natus ſum, qui mihi quotidiana imagine verſantur ante oculos, amiſi.* Ita Auguſtus vertit in ſacrariũ eam domum, in qua natus erat ad capita bubula, vt Suetonius ſcribit in Aug. c. 5. Sic Domitianus natus regione vrbis ſexta, & ea domo, in qua malum Punicum pendebat, ad notitiam, eam poſtea vertit in templum gentis Flauiæ. Idem Suet. c. 1. in Domit. Et ita apud noſtros Iuriſcõſultos: *Domũ in qua minor creuit.* Nam ea omnia magno affectu nos contingunt. Reges Franci, vt Capetus, & Robertus,

&

Henricus primus & Ludouicus XII. priuatas ſuas domos reges facti in templa verterunt quæ dicarunt Chriſto.

3 SENATVS VTERVM POPPÆÆ.] In hac re vides, *quam paucis iudicium & amor Reipub.* vt ait Tacitus in Hiſtor.

4 FORTVNARVM EFFIGIES AVREÆ.] Sed quæ illæ Fortunæ? Maſcula & Muliebris illæ, vt opinor, quæ pridem ſacræ apud Rom. Plutarchus de Fortun. Rom. & in Coriolano. Dionyſius quoque lib. 8.

Fortuna muliebris & maſcula.

5 RECONCILIATVM SE THRASEÆ.] Falſis verbis ne credas: præcipue ſi palam edantur. Nam cogita illud Homeri Iliad. α. *Sciunt diſſimulare & ad ingenium redeunt.* Vide ſuſpectas principum reconciliationes Augusti cũ Bruto & Sext. Pompeio & cum M. Antonio, vt noris quid agendum quidve cauendum: & heic Neronis cum Thraſea. Tamen ſunt quædam feræ quæ manſueſcunt, & ſunt multi Principes optimi qui ſciunt vincere & ignoſcere.

6 VNDE GLORIÆ.] Lego, *vt inde, vnde gloria egregijs viris, & pericula gliſcerent.*

Vnde gloria magnis viris, inde pericula.

Interim veris principio legati Parthorum mandata regis Vologeſis, litteraſque [1] in eandem formam attulere. *Se priora & toties iactata ſuper obtinenda Armenia, nunc omittere, quoniam dij* [2] *quamuis potentium populorum arbitri poſſeſſionem Parthis non ſine ignominia Romana tradidiſſent. Nuper clauſum Tigranem, poſt Pætum legioneſque cum opprimere poſſet, incolumes demiſiſſe. Satis approbatam vim, datum & lenitatis experimentum. Nec recuſaturum Tiridatem accipiendo diademati in vrbem venire, niſi ſacerdotij religione attineretur. Iturum ad ſigna & effigies principis, vbi legionibus coram, regnum auſpicaretur.* Talibus Vologeſis litteris, quia Pætus diuerſa tanquam rebus integris ſcribebat, interrogatus centurio qui cum legatis aduenerat, quo in ſtatu Armenia eſſet, omnes inde Romanos exceſſiſſe reſpondit. Tum [3] intellecto Barbarorum irriſu, qui peterent quod eripuerant, conſuluit inter primores ciuitatis Nero, bellum anceps, an [4] pax in hoſte placeret. Nec dubitatum de bello. Et Corbulo tot per annos militum atque hoſtium gnarus, gerendæ rei præficitur, ne cuius alterius inſcitia rurſum peccaretur, quia Pæti piguerat. Igitur irriti remittuntur, cum donis tamen, vnde ſpes fieret, non fruſtra eadem oraturum Tiridatem, ſi preces ipſe attuliſſet. [5] * Syriæque executio Cintio, copiæ militares Corbuloni permiſſæ, & quintadecima legio ducente Mario Celſo, e Pannonia adiecta eſt. Scribitur tetrarchis ac regibus præfectiſque & procuratoribus, & qui prætorum finitimas prouincias regebant, iuſſis Corbulonis obſequi, in tantum ferme modum aucta poteſtate, quem Populus Romanus Gn. Pompeio bellum Piraticum geſturo dederat. Regreſſum Pætum cum grauiora metueret, facetijs inſectari ſatis habuit Cæſar his ferme verbis: *Ignoſcere ſe ſtatim, ne tam promptus in pauorem longiore ſollicitudine ægreſceret.*

Dij potentium populorum arbitri.

Reges ſacerdotes apud Parthos.

Corbulo gnarus bellorum bello præficitur.

* Syriaque ex S.C. Cincio, copiæ militares

Corbulo æquatur Pompeio.

Pætus pauidus inſectatur facetijs.

1 IN EANDEM FORMAM.] Hæc Tacitum non ſapiunt. Vereor ne adulter quidam Claudius Corneliam noſtram corruperit. Lego: *Litteraſque ea demum forma attulere.*

2 QVAMVIS.] Quantumuis potentium populorum arbitri vt Romanorum.

3 INTELLECTO BARBARORVM IRRISV.] Qualis fuit ille Darij regis Perſarum, qui cum omnia amiſiſſet, partem poſtulabat & partitionem. Q. Curtius.

4 PAX IN HOSTE.] Placet valde, *pax inhoneſta*, vt reſpondeat verbis, *bellum anceps.* Nam hic mos ſcribendi Tacito, & opponit *inhoneſtæ paci bellum anceps.* Ita Cicero libro 9. ad Attic. epiſt. 12. *Fugamne fœdam, an moram nefandam.* Ita enim reſtituit Turnebus fœliciter, pro *fugamne fidam, an moram defendam.*

Oppoſita pax inhoneſta bello ancipiti.

5 SYRIÆQVE EXECVTIO.] Lege, *Syriaque ex Senatuſconſulto L. Cincio, copiæ militares Corbuloni permiſſæ.* Nam poſtquam Senatus cenſuerat, & erat Senatuſconſultum factum, proponebatur edictum magiſtratuum. Tacitus lib. 2. in fine. *Adeo incendit, vt ante edictum magiſtratuum, ante Senatus conſultum, ſumpto iuſtitio, desererentur fora.* Cæterum addo *Lucio Cincio.* Nam Cinciorum familiæ prænomen Lucius, & *Senatuſconſulto* ita ſcribitur in notis, S C°, ex quo finxere *ſequutio.* Fuit autem quidam L. Cincius Annalium ſcriptor. At nobilis Romæ Cinciorum familia, a quibus Cincia lex, de qua Cicero 1. epiſt. ad Attic. ep. vlt. Fuit etiam Lucius Cincius qui de officio Iuriſconſulti libros ſcripſit, quos memorat Sextus Pompeius in verbo *Nuncupa-*

Cinciorum familia Romæ nobilis.

ta, & in verbo *Proſpera*, ſæpiuſque eius authoritatem laudat. Et idem Feſtus ex Verrio Flacco. *Cincia locus Romæ, in quo Cinciorum eſt monumentum.*

At Corbulo quarta & duodecima legionibus, quæ fortiſſimo quoque amiſſo, & cęteris exterritis, parũ habiles prælio videbantur, in Syriã tranſlatis, ſextam inde ac tertiam legiones, integrum militem & crebris ac proſperis laboribus exercitum in Armeniam ducit. Addiditque legionem quintam quæ per Pontum agens, expers cladis fuerat. Simul quintadecimanos recens adductos, & vexilla delectorum ex Illyrico & Ægypto, quodque alarum cohortiumque, & auxilia regum in vnum conducta apud Melitenen, qua tranſmittere Euphratem parabat. Tum[1] luſtratum rite exercitum ad concionem vocat, orditurque magnifica de auſpicijs imperatorijs, rebuſque a ſe geſtis,[2] aduerſam inſcitiam Pæti* declinans, multa autoritate, quæ viro militari pro facundia erat. Mox iter L. Lucullo quondam penetratum, apertis quæ vetuſtas obſepſerat,[3] pergit. Et venientes Tiridatis Vologeſiſque de pace legatos haud aſpernatus, adiungit ijs centuriones cum mandatis non immitibus. *Non enim adhuc eo ventum, vt certamine extremo opus eſſet. Multa Romanis ſecunda,[4] quædam Parthis euenisse, documento aduerſus ſuperbiam: proinde & Tiridati conducere intactum vaſtationibus regnum dono accipere, & Vologeſen melius ſocietate Romana quam damnis mutuis genti Parthorum conſulturum. Scire quantum intus diſcordiarum, quamque indomitas & præferoces nationes regeret. Contra imperatori ſuo immotam vbique pacem, & vnum id bellum eſſe.* Simul conſilio terrorem adijcere, &[5] Megiſtanas Armenios qui primi a nobis defecerant, pellit ſedibus, caſtella eorum exſcindit, plana, edita, validos, inualidoſque pari metu complet. Non infenſum, nec dum hoſtili odio Corbulonis nomen etiam Barbaris habebatur, eoque conſilium eius fidum credebant.[6] Ergo Vologeſes neque atrox * in ſummam, & quibuſdam præfecturis inducias petit. Tiridates locum diemque colloquio poſcit. Tempus[7] propinquum, locus in quo nuper obſeſſæ cum Pæto legiones erant, cum a Barbaris delectus eſſet, ob memoriam lætioris ſibi rei, non eſt a Corbulone vitatus, vt diſſimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neque[8] infamia Pæti augebatur, quod eo maxime patuit, quia filio eius tribuno ducere manipulos, atque opperiri reliquias malæ pugnæ imperauit. Die pacta Tiberius Alexander illuſtris eques Romanus miniſter bello datus, & Viuianus Annius gener Corbulonis,[9] nondum Senatoria ætate, ſed pro legato quintæ legioni impoſitus, in caſtra Tiridatis venere,[10] honore eius, ac ne metueret inſidias tali pignore. Viceni dehinc equites aſſumpti. Et viſo Corbulone, rex prior equo * deſiluit: nec cunctatus Corbulo. Sed pedes vterque[11] dextras miſcuere. Exin Romanus laudat iuuenem, omiſſis præcipitibus tuta & ſalutaria capeſſentem. Ille de nobilitate generis multum præfatus, cætera temperanter adiungit. Iturum quipe Romam, laturumque nouum Cæſari decus, non aduerſis Parthorum rebus ſupplicem Arſaciden. Tum placuit Tiridatem ponere apud effigiem Cæſaris inſigne regium, nec niſi manu Neronis reſumere. & colloquium oſculo finitum.

Authoritas viro militari pro facundia eſt.

Corbulonis nomen apud Barbaros non odioſum.

Iudicium de animo Corbulonis in Pætum.

Omiſſis præcipitibus iuuenis tuta & ſalutaria capeſſit.

Tiridates inſigne regium capit a ſtatua Neronis.

* delineam.

* inſumlt.

* deſilijt.

1 LVSTRATVM

Armiluſtrium. Luſtratus exercitus apud Hebræos.

1 LVSTRATVM RITE EXERCITVM.] Hoc Armiluſtrium ab Hebræis. Nam Ioſue 3. *Dixit Ioſue ad populum, Sanctificamini; Cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. Et ait ad ſacerdotes: Tollite Arcam fœderis, & præcedite populum.* Apud Græcos, Agamemnon Iliad. 1. luſtrari iubet totum exercitum. Apud Romanos, luſtratio totius exercitus Macedonici libro 40. Liuij. De locis luſtratis, lib. 4. Silius.

Apud Græcos. Apud Romanos. Loci luſtrati.

Aſt ego te Thraſymene vago cum milite præceps
Luſtrabo, & ſuperis quæram libamina belli.

In armiluſtrio omnes milites nitidi.

Solebant autem in armiluſtrio milites nitere. Quippe ſplendida veſte vtebantur, armiſque fulgentibus, & nudis; quippe thecas e corio factas detrahebant, vt puri nitenteſque in armorum fulgore ſpectarentur. Plutarchus in Bruto. *Armiluſtrium* autem dici putat Varro quod in eo armati ſacra facerent. Erant enim ancilibus armati, & ita ſaltabant, tubiſque canebant: ait Feſtus in verbo *Armiluſtrium.* Fiebat vero ſub dio. Liuius libr. 1. & 3. ſue & oue, & tauro mactatis. Licet Dionyſ. Halicarnaſſeus, non ſuem, ſed hircum ſuppoſuerit l. 4. Non tamen illius fidem ſequor, cum Suouetaurilia nominentur.

Tacitus correctus.

2 ADVERSAM INSCITIAM PÆTI DECLINANS.] Melius, *Aduerſantis inſcitiam Pæti delineans.* Quod eſt veriſſimum, infra enim noſter: *Neque infamia Pæti augebatur.* Deinde addit: *Multa authoritate, quæ viro militari profacundia erat.* Si declinabat, vt ne auderet attingere, cui bono illa authoritas, quæ viro militari pro facundia erat? Nec enim authoritate pro facundia opus erat ad ipſam tacendam inſcitiam. Verbum autem, *delineans,* ex pictorū tabulis: & res ipſæ quæ ſequuntur probant non declinaſſe, ſed graphice delineaſſe.

Excuſſa lectionis abſurditas.

Peragere abſoluere eſt.

3 PERGIT] *Peragit,* id eſt, abſoluit.

Locus Taciti mutilus ſanatus. Proſpera inflant animos. Improſpera minuunt.

4 QVÆDAM PARTHIS EVENISSE.] Si legas, *quædam Romanis ſecunda, quædam Parthis eueniſſe,* non habes quo referas quæ ſequuntur proxime: *Documento aduerſus ſuperbiam.* Proſpera enim ſuperbiam accendunt, non minuunt, & intumeſcit animus proſperis, nec ſunt documento contra ſuperbiam. Tacit. 2. Hiſt. *Rebus ſecundis etiam egregios duces inſoleſcere.* Lege ergo: *quædam Romanis ſecunda, quædam aduerſa Parthis eueniſſe, documento aduerſus ſuperbiam.* Sic Claudian. in Nupt. Hon. & Mariæ:

Miſit Achæmenio quidquid de Tigride Medus,
Cum ſupplex emeret Romanam Parthia pacem.

Quod non modo Parthis, ſed & Afris euenit. Silius lib. 7. de Syphace capto.

-- tum vincla viro manicæque pudenda
Addita: &, exemplum non vnquam fidere lætis,
Sceptriferas arcta palmas vinxere catena.
Ducitur ex alto deiectus culmine Regni,
Qui modo ſub pedibus terras, & ſceptra, patenſq.
Littora ad Oceani ſub nutu viderat æquor.

Sed de his, nemo melius Catone apud Agel. lib. 7. cap. 3.

Megiſtanes proceres Armeniorum.

5 MEGISTANAS.] Sunt proceres Armeniorum, & magnates. Seneca epiſt. 21. *Omnes illos Megiſtanas, & Satrapas, & regem ipſum, ex quo Idomenei titulus petebatur, obliuio alta ſuppreſſit.* Et ita capio quod ſcribitur c. 1. libri Eſth. *Fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris ſuis fortiſſimis, Perſarum & Medorum inclytis.* Omnes iſti magia eruditi. Et horum tria genera facit D. Hieronym. in Iouin. *Nulli* (ait Apuleius Apol. 1.) *inter Perſas conceſſum eſt magum eſſe, magis quam regnare. Et Perſarum lingua magus eſt ſapiens, & ſacerdos.* Claudianus.

Magi Perſarum eruditi. Eorum 3. genera a D. Hier. Magus ſapiens.

-- ritùque iuuencos
Chaldæo ſtrauere Magi.

Taciti vera correctio

6 ERGO VOLOGESES NEQVE ATROX IN SVMMAM.] Lego: *Ergo Vologeſes neque atrox inſumit. Nam & quibuſdam præfecturis inducias petit.* Quod firmat correctionem ex Taciti verbis factam; qui libro 6. *Inſtituta Parthorum inſumit patrijs moribus impar.* Et lib. 2. *Igitur paucos dies inſumit reficiendæ claſſi.* Sed cur ait, *Neque atrox?* Quia *barbarorum ob ferociam, tarda ſunt ad pacem ingenia:* ait Tacitus lib. 4.

7 PROPINQVVM.] Fidenter lege: *Tiridates locum diemque colloquio poſcit, & tempus propinquum. Locus,* &c.

Cur legendum angebatur, non augebatur.

8 INFAMIA PÆTI AVGEBATVR.] *Angebatur,* non *augebatur.* Et ſequentia firmant: *quia filio eius Tribuno ducere manipulos, atque operiri reliquias malæ pugnæ imperauit.* Si malam pugnam patris filio exprobrat, an hoc eſt angi infamia Pæti? Publicare eſt dedecus, non celare, ſed euulgare. Sane Corbulo Pæto diſcors, cui auxilium, niſi tardum, non dedit, vt ex Pæti infamia ſibi laudem quæreret. Quod ſupra Tacitus ſcripſit.

Teſtamentum Tiberij irritum.

9 NONDVM SENATORIA ÆTATE.] Sic Dio lib. 59. *Irritum fuit Tiberij teſtamentum, tanquam ab homine non ſano factum, qui imperium puero relinqueret; cui ne quidem eſſet in curiam per ætatem aditus.* Libro tamen 48. idem Quæſtorem puerum, & alterum Senatorem narrat.

10 HONORE EIVS.] *Hoc honore eius.*

11 DEXTRAS MISCVERE.] Silius lib. 13.

-- dextras iungamus inermes;
Fœderis en hæc teſtis erit.

Dein paucis diebus interiectis, magna vtrinque ſpecie, inde eques compoſitus per turmas, &[1] inſignibus patrijs, hinc agmina legionum ſtetere fulgentibus aquilis, ſigniſque &[2] ſimulachris deum in modum templi. Medio tribunal[3] ſedem curulem, & ſedes effigiem Neronis ſuſtinebat. Ad quam progreſſus Tiridates,[4] cæſis ex more victimis, ſublatum capite diadema imagini ſubiecit, magnis[5] apud cunctos animorum motibus,[6] quos augebat inſita adhuc oculis exercituum Romanorum cædes, aut obſidio. At nunc verſos caſus: itu-

rũ Tiridatem oſtentui gentibus, quanto minus quá captiuum? Addidit gloriæ Corbulo[7] comitatem, epulaſque, & rogitante rege cauſas, quoties nouum aliquid aduerterat: vt, initia vigiliarũ per centurionem núntiari, [8] conuiuium * buccina dimitti, & [9] ſtructa ante Auguralem * aram ſubdita face accendi: cuncta in maius extollens, admiratione priſci moris affecit. poſtremo die ſpatium orauit, quo tantum itineris aditurus, fratres ante, matremque viſeret: obſidem interea filiam tradit, litteraſque ſupplices ad Neronem. Et digreſſus Pacorum apud Medos, [10] Vologeſen Ecbatanis repperit, non incurioſum fratris: quippe & [11] * proprijs nuntijs a Corbulone petierat, ne quam imaginem ſeruitij [12] Tiridates perferret, [13] neu ferrum traderet, aut [14] complexu prouincias obtinentium arceretur, [15] foribuſve eorum aſſiſteret, tantuſque Romæ quantus conſulibus honor eſſet. Scilicet externæ ſuperbiæ ſueto, non erat notitia noſtri, apud quos [16] ius imperij valet, inania tranſmittuntur. Eodem anno Cæſar nationes [17] Alpium maritimarum in ius Latij tranſtulit. Equitum Romanorum locos ſedilibus plebis antepoſuit apud circum. Namque ad eam diem indiſcreti inibant, quia lex Roſcia nihil niſi de quatuordecim ordinibus ſanxit. Spectacula gladiatorum idem annus habuit, pari magnificentia ac priora. Sed fœminarum illuſtrium Senatorumque filiorum plures per arenam fœdati ſunt.

Corbulo comis in pace, vt in bello acer.

* buccina admiti,

* ara, eam ſubdita face accendi:

* properis nuntijs

Apud Romanos ius imperij valet, inania tranſmittuntur.

Fœminæ illuſtres & filij Senatorum in arena fœdati.

1 INSIGNIBVS PATRIIS.] Trabea, annulo, equo publico, anguſto clauo.

32 SIMVLACHRIS DEVM IN MODVM TEMPLI.] Quia templa extra & infra columnis ornabantur, picturis decorabantur, lauro vmbrabantur, floribus inſertabantur, ſigniſque & ſtatuis Deorum multis ad gloriã replebãtur. Scribitur in manuſcriptis, *dm*, pro *deorum* aut *deum*: quæ ſunt notæ familiares exſcriptori Taciti. De his ornamentis, ſic 1. Machab. cap. 14. *Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & ſcutulis, & dedicauerunt portas & paſtophoria.* Quæ omnia ceſſauere Deo ad iracundiam prouocato. Et tunc ait per prophetam: *Templum erit ſicut homo ignobilis*, id eſt nullo cultu, nullo ornatu. 2. Machab. cap. 1. De ſimulacris deum, Virgil.

In medio mihi Cæſar erit templumque tenebit.

Quod Cæſar in numerum deorum relatus. Seruius: *Delubrum quod ſub vno tecto plura contineat numina deorum.* Iani tres fuerũt ædes vna. De columnis autem, Plinius vbi de Epheſino templo. *Columnæ 127. a ſingulis Regibus factæ.* Et l. 35. cap. 15. *Patris ædes Iouis & Herculis, lapideas columnas*, &c. de picturis & de Fabio Pictore. *Ædem Salutis pinxit, quæ durauit ad noſtram memoriam.* Plin. lib. 15. De lauris. *Ex his*, inquit, *in gremio Iouis Opt. Max. deponitur, quoties lætitiam noua victoria attulit. Et Pontificum vt Cæſarum genitrix dicta.* De floribus, idem author l. 21. c. 3. *Coronæ Deorum honos erant.* De ſtatuis, idem l. 34. c. 7. *Lignea aut fictilia Deorum ſimulachra, in delubris dicata.* Sed in alijs authoribus magnum etiam florilegium. Papin. 5. Silu. vbi de Abſcantij pietate.

Lumine purpureo triſtes aperire tenebras,
Sertaque & Elyſios animæ præſternere flores.

Sic Salluſtius dixit de Metello Pio. *Simul croco ſparſa humus, & alia in modum templi celeberrimi.* Quod ijſdem verbis retulit Macrobius Saturn. 2. cap. 9. Apul. l. 3. ædiculam Eponæ ita adornatam ſcribit. *In ipſo*, inquit, *fere meditullio, Eponæ Deæ ſimulachrum reſidens ædiculæ, quod accurate corollis roſeis, equidem* (lego, *& quidem*) *recentibus fuerat adornatum.* Iuuenalis Satyr. 8. *— ſi quod ſpectabile ſignum,*
Siquis in ædicula Deus vnicus.

Petronius Arbiter. *Grande armarium in angulo vidi, in cuius ædicula erant lares argentei poſiti.* Illa autem ſimulachra, non modo Iulij & Auguſti, qui inter Deos relati erant, ſed Martis, Iouiſque, & Mineruæ, & Deorum ſummatum, in quorum tutela erat imperium Romanum. Sed addo etiam pauimentum teſſellatum, & muſiuo opere factum in Prætorio principis, licet in caſtris. Quod Ioſephus templi in modum extructum memorat. Et ita cape quod Suet. ait Cæſarem Iulium in expeditionibus teſſellata & ſectilia pauiméta circũtuliſſe, ad ornandum prætorium ſcilicet. cap. 47. Dixit autem, *In modum templi.* quo verbo vtitur noſter frequentius vt libr. 6. *In modum diadematis, In modum candidatorum*, & *in modum obſidij, Noſtrum in modum.* Et li. 11. *In modum cuſtodum.* Sic Plautus in Captiu. *Ad illum modum ſublitum os.* Quod autem heic facit Tiridates, poſtea fecit Artabanus Parthorum Rex. Nam Suet. in Veſpaſ. cap. 2. *Artabanum Parthorum, regem, ſummis artibus, non modo ad colloquium ſuum, ſed ad veneranda legionum ſigna pellexit.* Et ante Artabanum & Tiridató, Tigranes, qui victus vbi veniſſet ad caſtra Pompeij, toga ſemialba indutus, caudin purpureũ exuit, tiaram ſolam cũ faſcia geſtãs, ingreſſuſque

Eponæ ædicula ornata.

Apuleius correctus.

In Prætorijs caſtrenſibus teſſella.

Et pauimenta ſectilia.

Ad decus.

Formula loquendi Tacito, in modum.

ingreſſuſque pedes vallum, ante Pompeium procubuit, ipſum adorans, & ſuum diadema pedibus ſuis conſtituit. Dio lib. 36.

3 Sedem cvrvlem.] Cuius effigies frequens in nummis veteribus ſuperpoſita corona. *Curulis* autem dicta *ſella*, quod curules magiſtratus, id eſt maiores curru in curiam veherentur, in quo ſella erat eburnea. Gell. lib. 3. c. 18. ibique ſedebant: vide L. Qui ſella. de ſeruit. ruſt. præd. D. Dixi ſupra ſignis ornatam fuiſſe. Quæ Prætoribus in foro, Conſulibus in Senatu ponebatur. de Conſulari Cicero ad Att. 7. *Sella Q. Maximi, quem illi Conſulem eſſe dicebant, in campo poſita eſt.* de prætoria Plin. de viris Illuſt. *Veſtem ſcidit, ſellam concidit, ne quis ad eum in ius iret edixit.* De imperatoria Cicero ad Att. 15. epiſt. *VI. Calend. De ſella Cæſaris bene tribuni,* &c. Erat autem imperatoria ſella, non modo in Curia, ſed & in cubiculo iuxta lectum more regum Perſarum, & in atrio, in foro, in theatro, in triclinio, & omni loco quo imperator ſe ſiſteret. Dabanturque priſca Rep. illæ ſellæ curules ſingulari honore erga meritos. Sic enim Cicero 5. in Verrem: *Ob earum rerum laborem & ſollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in Senatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, ius imaginum ad memoriam poſteritatemque prodendam.* Sed vt heic agitur de ſella principis, dico eam cõmunem fuiſſe omnibus gentium regibus, & notabile eſſe quod Capitolinus ſcribit in Antonino Pio, *Sellam regiam Parthorum rege repetente, quam Traianus ceperat, Antoninum denegauiſſe.*

4 Cæsis ex more victimis.] In fœderibus, ex more victimæ. Dixi l. 2. Sed addo has victimas albas fuiſſe: Quippe Reges nonniſi albis victimis ſacrificabant, niſi Plutoni. Iulianus Auguſtus ad Libanium, ἔθυσα τῷ Διὶ βασιλικῶς ταῦρον λευκόν. *More Regio taurum album Ioui ſacrificaui.* Ioſippus Gorionis ita de iſtis victimis, vbi de bello Iudaico cap. 4. *Oſtenderunt illi munus Cæſaris. Fuit autem donum tale* (loquitur de Nerone,) *Taurus vnus pro holocauſto, coronatus corona aurea quammaxima, & cornua eius auro tecta erant, ſuperque illum veſtis purpurea ornata gemmis pretioſis. Illum præcedebãt qui portabant decem talenta auri: ſequebantur plurimæ oues pro pacificis ſacrificijs. Eiecit e templo Domini Eleazar ſacerdos dona Neronis Cæſaris, dicens, Non profanabimus templum & ſanctuarium Domini Dei noſtri oblationibus alienorum. Nec enim acceptabit ea Dominus, nec pacifica, nec holocauſta.*

5 Apvd cvnctos.] Puto ſcriptum, *apud comites.* Tiridatis ſcilicet. Quia loquitur tantum de Parthis, non de Romanis.

6 Qvos avgebat.] *Angebat* lego. Quia addit: *Iterum Tiridatem oſtentui gentibus.* Inde angores Parthorum.

7 Comitatem epvlasqve.] Lego, *comitatum epulaſque*, non *comitatem*. Nam Corbulonis comitas, quid ad gloriam Tiridatis? cederet potius Corboloni. Dicit ergo *comitatum*, quod illum Corbulo comitaretur, & cum Corbulone duce, illuſtriores Romani exercitus. Quod erat valde honorificum. Quippe Corbulo in caſtris Neronem Auguſtum repræſentabat, cuius auſpicijs bellum gerebat. Corbulo igitur maior Tiridate; & ſane Tiridates non ignorabat, qui *Corbulone viſo, prior ex equo deſilijt*, inquit Tacitus, faſſus ſuperiorem tali deſilitione. Proprie autem *comitatus* eſt minorum erga maiores. Quod notat Valla. At heic maior minorem comitatur, quod valde faciebat ad gloriam. Ouidius firmat his verſibus.

Et noſtros comitare gradus, & in ardua montis
Ire ſimul. Virgil. 9. Æneid.
Mene igitur ſocium ſummis adiungere rebus
Niſe fugis?

De epulis etiam hoc frequens apud illuſtriores. Nam Scipioni dat Syphax epulas, apud Silium 16. his verſibus.

-- quodque eſt de parte diei
Exacti ſuper, ad menſas & pocula vertunt.
Atq. epulis poſtquam finis, dant corpora ſomno.

Dat Sextus Pompeius Octauio, & M. Antonio; dat Nero Tiridati. Dio lib. 63. Porro epulæ apud Romanos, vt ad conciliandos Deos, & placandas numinum iras; ita etiam ad gentium reges honorandos, aut moderandos. Quippe gaudiorum erant indices, & animi grati; paſſimque aut in gaudio, ſeu priuato, ſeu publico, epulæ, aut ſtatim poſt luctum. Feſtis enim diebus epulabantur. Liuius lib. 24. *rediens vt ab epulis, per celebrem feſtumque diem actu.* Et ludis epulæ: quippe Senatores epulabãtur in Capitolio ludis Romanis. Dio l. 48. & 43. ait Iulium Cæſarem, quaſi in publica fœlicitate, epulum dediſſe populo. Poſt luctũ, vt in epulo funebri, & nouendiali cœna. De qua ita Seneca epiſt. 12. *Cum ſe funereis epulis ſepeliſſet Cæſar.* Sueton. in Iul. c. 26. *In filiæ memoriam, quod ante eum nemo fecerat, epulum pronuntiauit.* Papin. 3. Sylu. de epulo Domitiani.

Epulæ ad gratiam conciliandam Deorum & hominum.

Epulæ grati animi indicia.

In gaudio publico aut priuato epulæ.

Epulæ feſtis diebus.

In ludis epulæ.

Epulæ funebres ad leniendum dolorem.

Hic cum Romuleos proceres, trabeataque Cæſar
Agmina (id eſt equites) *mille, ſimul iuſſit*
diſcumbere menſis.

Dixi, ad conciliandos reges gentium, & vere dixi. Nam *infeſtos animos placauere menſæ*, ait Quintilianus noua quadam declamat. Et Scipio cum propter Gracchum conuiuio quodam accubuiſſet, inter infeſtos animos, gratiæ per liberorum nuptias fuere conciliatæ.

Menſæ hoſtes conciliant.

8 Convivivm bvccina dimitti.] Imo, *buccina admitti.* Error quod, *a*, duplex in verbo *buccina*, & in verbo *admitti*, a ſimplici ſcriptum pro duobus. Et hic mos tractus a Iudæis. Sic enim Numer. 10. *Si quando habebitis epulum, & dies feſtos, & Calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, vt ſint vobis in recordationem Dei veſtri.* Holocauſta autem nulla abſque conuiuio. Græci poſthac, & Romani a Iudæis hunc morem habuere, & erant præcepti buccinarum cantus apud Hebræos, vt media nocte ſtatim buccina occinerent, alijſque horis & temporibus. Ipſe Plutarchus libro *de Menſæ Colloq.* ait: *Iudæos tubis & buccinis vti in ſuis Bacchanalibus.* & *encenia* vocat *Bacchanalia* vir magnus, ſed Iudaicæ diſciplinæ neſcius & ignarus. Fuit autem mos vetus apud Francos, buccina, vel cornu indicere prandium, vel

Conuiuium buccina admiſſum.

Non dimiſſum.

Qui mos a Iudæis.

cœnam. Sũt apud nos libri Romanenſium fabularum (vocamus vulgo *Romans*) in quibus hoc tritum, *Corner l'eau*, id eſt, aquam poſcere buccina vel cornu ad ablutionem manuũ. Quippe ab illa ablutione, prandij vel cœnæ principium, apud reges & non reges. Sed illa ablutio buccina, vel cornu indicebatur, vel indicabatur in Regia; & hodie, in aula regis Francorum ex feneſtra domus regiæ magna voce Panetarius Franciæ citatur ad parandum panem regium, vt olim aquam.

9 Strvcta ante avgvralem aram.] Corrigo, *ſtructa ante augurale, in ara ſubdita face accendi.* Nam quod impoſitum erat aræ, ſubdita face accendebatur; ſed ipſa ara minime poterat accendi, cum eſſet ex ceſpite: Nec aliunde aræ & Tribunalia in caſtris, vt dixi ſupra l. 1. & 2. In quibus & auguralia, & altaris veſtigium eſt. niſi per metonymiam aram pro eo quod impoſitum erat aræ capiamus. *Structa* autem accipe pro impoſitis. Sic Plautus dixit *ſtruices patinarias*, pro edulijs, quæ menſæ impoſita erant.

Augurale in caſtris.
Ara ante augurale.
Structa pro impoſitis.

10 Vologesem Ecbatanis.] Primum Ecbatanæ caſtrum erant. Eſdræ 1. c. 6. *Inuentum eſt Ecbatanis, quod eſt caſtrum in Medena prouincia.* Deinde ciuitas. Iudith. l. 1. *Ædificauit ciuitatem potentiſſimam, quam appellauit Ecbatanas; ex lapidibus quadratis & ſectis fecit muros eius, in latitudinem cubitorum ſeptuaginta, & altitudinem cubitorum triginta: Turres vero eius poſuit in altitudinem cubitorum centum.* Quod exſcribo, vt agnoſcas huius ciuitatis robur. Eius conditor Arphaxat, eod. lib. Iudith. Plin. tamen: *Ecbatana Mediæ caput Seleucus rex condidit.* l. 6. c. 14. Dicunturque Ecbatanæ Medorum, ad differentiam Ecbatanarum Carmeli, quæ in Syria, eiuſdem libri c. 27. & lib. 5. c. 19. Tranſlatam tamen fuiſſe Plin. ſcribit l. 6. c. 27. *Ad Orientem*, inquit, *Magi obtinent Paſſagardas caſtellum, in quo Cyri ſepulchrum eſt, & horum Ecbatanæ oppidum tranſlatum eſt a Dario rege ad mõtes.* Quod confirmatur Tob. c. 5. *Manſi*, ait, *apud Gabellum fratrem noſtrum, qui moratur in Rages ciuitate Medorum, qui poſitus eſt in monte Ecbatanis.* Apul. de Mundo, vbi de Xerxe & Dario. *Eorum alter apud Suſam, & Ecbatanas in fano quodam ſacratus, nulli temere notitiam ſui oris panderet.* Tandem Mediæ caput facta eſt. Quintus Curtius l. 5. *Iam Ecbatana peruenerat, caput Mediæ.* Strabo de Ecbatanis. *Ecbatana magna ciuitas & Medici imperij caput, qua nũc etiam Parthi regia vtuntur. Nam reges ibi æſtatem agũt quia frigida eſt Media: hiemem vero Seleuciæ, quæ ſecus Tigrim eſt prope Babylonem. Hodie Tauris dicitur, olim etiam Terua.*

Ecbatana caſtrum.
Poſtea ciuitas.
Conditor Arphaxat.
Seleucus Plinio.
Ecbatana Medorum.
Ecbatana Carmeli quæ in Syria.
Ecbatana Medorum tranſlata ad montes.
Tandem Media caput facta.

11 Propriis nvntiis.] Quid ſi, *properis*? Nam 1. Annal. *Properis matris litteris accitur.* Et Annal. 2. *Iræ properum.* Et de Brutidio, *properus clareſcere.* l. 3. Et quid heic, *proprij nuntij*? Eluo ergo hanc notam a pulchris Taciti genis. Nam noſter author 2. Hiſt. *Acceperat vterque exercitus, præcipitibus vt aſſolet nuntijs, & tarda mole ciuilis belli.*

Properi nuntij, non proprij.

12 Tiridates.] De quo locus eſt Plinij l. 30. c. 2. quẽ heic corrigo, quia ſuperius omiſi correctionem. *Magus*, inquit, *ad eum Tiridates venerat*, (loquitur de Tiridate ad Neronem veniente) *Armeniorum de ſe triumphum afferens; & ideo prouincijs grauis nauigare maluerat, quoniam expuere in maria, aliiſque mortalium neceſſitatibus violare naturam eum fas non putant.* (lego, *violare naturam eam fas non putauit.*) *Magos ſecum adduxerat, magicis etiam cœnis eum initiauerat; Non tamen cum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit.* Quod autem notat Plinius non fas fuiſſe Perſis expuere in maria; addendum, neceſpirare in ignem, nec micturire in flumina. Et ſane Heſiodus id putidum credidit, eamque reuerentiam naturæ debitam putauit, non ex magiæ impuritate, ſed naturæ honeſtate. Eadem ſcribit Strabo, verum addit: *non lauari fluminibus, nec fas mortuum inijcere, nec aliud immundum.* lib. 15. Quod Romanis non placuit, qui cadauera in Tiberim putiſcentia trahebant mergebantq. ne ſepelirentur. Addo inter genera contumeliarum, ſputa. Nam conſpui valde erat cõtumelioſum. Seneca lib. Non cadere iniuriam in ſapientem. *Aduerſus voces improbas, & ſputa, & omnes alias inſanæ multitudinis contumelias Cato perſtitiſſet.* Et idem epiſtola 14. *Cato modo per populi leuatus manus & obrutus ſputis extra forũ trahebatur.* Lucillius.

Ructantur iuuenes & ſputis omnia fœdant.

Sic Christvs D. N. a Iudæis per ignominiã conſputus, & cæſus, & actus in crucem: ſic veteres Chriſtiani omne quod erat immundum conſpuebant & exſufflabant. Tertull. de Idololat. *Quo ore Chriſtianus fumãtes aras deſpuet & exſufflabit?* Et in exorciſmis Chriſtinæ & Catholicæ Eccleſiæ (nam nullibi exorciſtæ præterquam apud Iudæos & Chriſtianos, a quibus, & in quibus Eccleſia) ſputa & exſufflationes adhuc ſuperſunt. Quod teſtãtur Catholica baptiſmata, & exorciſmi frequentes in abreptis & poſſeſſis a dæmonibus iſtis temporibus miſellis, & præcipue in Nicolea Laudunenſi, cuius hiſtoria & Orientem & Occidentem peruagata eſt, crepantibus hæreticorum Vertumnis qui eam tollere decreuerant. *Hodie enim*, in Apoſtolica, & Catholica, & Romana Eccleſia, vt ait D. Cyprianus, *humana voce, poteſtate diuina flagellatur & vritur & torquetur diabolus.* Et, vt ait Tert. in Apolog. *de contactu atque afflatu noſtro contemplatione & repræſentatione ignis illius correpti, etiam de corporibus noſtris imperio excedunt multi & dolentes & vobis præſentibus erubeſcentes.* Sed vt ad aquarum cõſpuitiones redeam, L. prima de extraord. criminib. D. vtitur verbo *conſpurcare aquas.* Quod intelligitur de his qui immiſſo in fontes vel in puteos veneno ad cladem totius orbis cõſtuprant aquas, & ex ſalubribus venenatas reddunt. Quales fuere in Gallia Iudæi ſub Philippo Pulchro, vnde æterna illis exilia a regno Francorum, quod erit, dum Francia erit, ſemper memorabile. Has autem ſputorum prohibitas a Magis conſperſiones puto, quod maria inter omnes naturæ partes puritate gaudeãt. Quippe omnia immunda egerunt aguntque in littus, nec ſpurcis delectantur.

Plinius correct.
Tiridates magus.
Magi non expuunt in maria.
Magum Tiridates Neroni Magiam negat ſe edoctum.

13 Nev ferrvm traderet.] Nec tradidit. Nam vt ait Dio libr. 63. *Salutaturus Neronem, cum iuberetur acinacem ponere, non poſuit,*

fuit, ſed vaginæ clauis affixit. [illegible] vocat Strabo lib. 15. quibus armabantur. Erat autem prohibitum ad principem cum ferro ingredi. Dio tradit *Claudium iuſsiſſe, vt quicunque ſeu viri, ſeu mulieres ad eum accederent, diſcuterentur prius an gladium haberent.* Sed ſuſtulit illa Veſpaſianus, vt ait Sueton. Inde crebræ narrationes Taciti. de ijs qui accincti gladio principis ædes intrarent, vt Nouius. Certum eſt intrantes Senatum ferrum depoſuiſſe. Quod tradit Dio lib. 46. Nam vt ait Ouid.

Cum ferro nemo principem aggrediebatur.
Diſcuſſi a Claudio an ferrum haberent.
Suſtulit Veſpaſianus.
Ferrum deponitur ab intrantibus Senatum.

-- nec enim locus vllus in vrbe
Ad facinus diramque placet niſi curia cædem.

Neque licuit habere coram magiſtratu. Inde illa declamatio Quintiliani 386. de reo, qui gladio cinctus in iudicium veniſſet. Imo in vrbe nemo gladium ferebat. Idem author decl. 42. Voluit quoque Auguſtus vt in Italia, & in Ægypto equites eſſent ſine gladio. Sic tota vrbs M. Antonium gladio accinctum, & gladiatoribus ſtipatum demonſtrabat; cumque Iulium Cæſarem videret gladium non deponentem, Quid faciet, aiebat, cum Dictator erit? Et noto traditionem armorum deditionis ſignum eſſe. Cæſar 7. de bello Gallico: *Vercingentorix deditur, arma proijciuntur.* Et idem eodem. *Hedui manus tendere & deditionem ſignificare & proiectu armis mortem deprecari.* Et paulo poſt: *Ac tametſi dextris humeris exertis animaduertebantur, quod inſigne pacatu eſſe conſueuerat.* Nam brachia nuda proiectis armis exerebant. Sed depoſitio ferri ſubmiſſio eſt. Quod in præſtandis hominijs faciunt vaſſali dominis ſuis in Francia. Puro enim corpore & nullo ferro præſtant obſequium & reuerentiam.

Et coram magiſtratu.
In vrbe nemo gladium gerebat.
In Italia & Ægypto equites ſine gladio.
Vrbs tota horruit Antonium in gladio.

14 COMPLEXV PROVINCIAS OBTINENTIVM ARCERETVR.] Quod tutiſſimum; ne ſcilicet præſides & Proconſules, aut verbis, aut muneribus, & gratia corrupti, Rempub. proderent. Etiam legati extra vrbem plerunque audiebantur, vt in templo Bellonæ. Liuius lib. 42.

Proconſulum amplexu extranei prohibiti.

15 FORIBVSVE.] Nam ſeruitij ſeu clientelæ indicium erat. Claudian. 1. de laud. Stilic.

Nil breue moliri, nullis hærere potentum
Liminibus, fatiſque loqui iam digna futuris.

Et Claudius: *Milites domos Senatorias ſalutandi cauſa ingredi, etiam patrum decreto prohibuit.* 25. in Claudio Sueton.

16 IVS IMPERII.] Lego, *vis imperij.* Nam vi opponit *inania imperij.* Ideo ictum mei pollicis hic habebit error.

17 ALPIVM MARITIMARVM.] De Alpibus intelligit, vt opinor, quæ ſpectant mare inferum, ſeu Tyrrhenum, quæque verſus Ligures. Quamuis & produnt Geographi a ſupero ad mare inferum trahi. In Auguſti enim trophæo, *Gentes*, inquit, *Alpium, quæ a mari ſupero ad inferum pertinebant, ſub imperio P. R. ſunt redactæ.* At hæ gentes omnes recenſentur a Plinio lib. 3. cap. 20.

Alpes maritimæ.
Gentes Alpinæ quæ a mari ſupero ad inferũ.

[1] C. Lecanio, M. Licinio Coss. acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiſcuas ſcenas frequentandi. Nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuuenalibus ludis, quos vt parum celebres & tantæ voci anguſtos ſpernebat. Non tamen Romæ incipere ſcenas auſus, Neapolim quaſi Græcam vrbem delegit. Inde initium fore, vt transgreſſus in Achaiam, inſigneſque & antiquitus [2] ſacras coronas adeptus, maiore fama, ſtudia ciuium eliceret. Ergo contractum oppidanorum vulgus, & quos e proximis colonijs & municipijs eius rei [3] fama acciuerat, quique Cæſarem per honorem, aut varios vſus [4] ſectantur, etiam militum manipuli theatrum Neapolitanorum complent. Illic plerique vt arbitrabantur, triſte, vt ipſe, prouidum potius & ſecundis numinibus euenit. Nam egreſſo qui affuerat populo, vacuum & ſine vllius noxa theatrum collapſum eſt. Ergo per compoſitos cantus grates dijs, atque ipſam recentis caſus fortunam celebrans, petituruſque maris Hadriæ traiectus, apud [5] Beneuentum interim conſedit: vbi [6] gladiatorium munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fœdiſſima eius aulæ oſtenta fuit; ſutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetijs ſcurrilibus: primo in contumelias aſſumptus, deinde optimi cuiuſque criminatione eo vſque valuit, vt gratia, pecunia, vi nocendi etiam malis præmineret. Eius munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem a ſceleribus ceſſabatur. Iiſdem quippe [7] illis diebus Torquatus Silanus mori adigitur, [8] quia ſuper Iuniæ familiæ claritudinem Diuum Auguſtum atauum ferebat. Iuſſi id accuſatores obicere, prodigum largitionibus, neque aliam ſpem quam in nouis rebus eſſe. quin eum nobiles habere, quos

Nero citharœdus.
Lapſus theatri innoxius & incruentus.
Vatinij ſutoris & Neronis amici laudes.
Torquatus Silanus moritur, quod D. Auguſtum atauũ ferebat.

ab epiſtolis & libellis & rationibus appellet, [9] nomina ſummæ curæ & [10] meditamenta. Tum intimus quiſque libertorum vincti abreptique. Et cum damnatio inſtaret, brachiorum venas Torquatus interſcidit, ſecutaque Neronis oratio [11] ex more: *Quamuis ſontem & defenſioni merito diffiſum, victurum tamen fuiſſe ſi clementiam iudicis expectaſſet.*

Lecanius Baſſus.

1 C. Lecanio, M. Licinio Coss.] Eſt Lecanius Baſſus, vt opinor, quem Quintum vocat Plin. 1. c. l. 36. quemque narrat interijſſe *aculeo acu a pollice læuæ manus*, tam paruo vulnere, vt vix cerni poſſet. Vocat autem illum Conſularem, & annum fati notat. *Condentibus hæc nobis*, inquit, *eodem anno.* Alter eſt M. Licinius Craſſus.

Baſſus paruo acus vulnere mortuus.

Præmia Græcorum certaminũ.

2 Sacras coronas.] Quas nominat epigramma Græcum 1. Antholog.

-- κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Olea, poma, apium, pinus.

Acciri fama.

3 Fama civerat.] Melius, *fama acciuerat*; & confidenter, nam ita ſcriptum *famA ciuerat.*

4 Sectantvr.] *Sectabantur.*

Beneuentum antea Maleuentum.

5 Beneventvm.] *Maleuentum* antea dictum. Plinius libr. 3. cap. 11. *Vna Beneuentum auſpicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleuentum.* Sic nomen maledictionis in benedictionis omen & nomen mutatum.

Vatinius Beneuentanus.

6 Gladiatorivm mvnvs a Vatinio celebre edebatvr.] At Vatinius ille Beneuento natus. Quod Iuuenalis oſtendit Satyra 5. vbi & artificium, & naſum hominis perſtringit, ac mores.

Et ſutor. Et potator. Sulfure vitra ſarcita.

Tu Beneuentani ſutoris nomen habentem
Siccabis calicem naſorum quattuor, ac iam
Quaſſatum, & rupto poſcentem ſulfura vitro.

Sulfure enim vitra fracta ſarciebantur, & ouorum candido admixto viuæ calci. Vetus interpr. Iuuenal. ita: *Hoc ſolent vitrum ſolidare.* Plinius lib. 29. cap. 3. *Ne quid deſit ouorum gratiæ, candidum ex his admiſtum calci viuæ glutinat vitri fragmenta.* Et ad Vatinium refero quod Martialis lib 3. epigr. 16.

Martialis epigramma de Vatinio.

Das gladiatores ſutorum regule cerdo,
Quodque tibi tribuit ſubula, ſica rapit.
Ebrius es: nec enim faceres id ſobrius vnquam,
Vt velles corio ludere, cerdo, tuo.
Luſiſti ſatis: ſed te, mihi crede, memento
Nunc in pellicula cerdo tenere tua.

Vatinij plures & nequam omnes.

Plures autem apud antiquos Vatiniani nominis fuere; ſed nequam omnes fere, & ſcurræ, peſſimiſque moribus. Quod apud Francos abijt in prouerbium: nam dicimus *Badin*, pro *Vatin*, *B*, pro, *V*, vbi ſcurram nominamus. Seneca etiam temporibus Catonis, facit Vatinios peſſimos & profligatiſſimos ciues, cum ſcribit; *Ætas Catonis illum infra Vatinios poſuit.* nõ cad. iniur. in ſap. Id eſt, infra nequiſſimos & profligatiſſimos. Quod explicat Valer. l. 7. c. 5. *Vt comitiorum*, inquit, *maximũ crimen referam, M. Porcius Cato plus moribus ſuis, præturæ decoris adiecturus, quam prætexta eius ſplendoris ipſe laturus, conſequi illam tamen a populo non potuit. Proxima dementiæ ſuffragia, quæ ſatis quidem graues pœnas erroris ſui pependerunt; quoniam quem honorem Catoni negauerant, Vatinio dare coacti ſunt. Ergo ſi vere æſtimare volumus, non Catoni tunc Prætura, ſed Præturæ Cato negatus eſt.*

Badin, pro Vatin, apud Francos, quod ſcurram notat.

Vatinius Catonis.

Et Caluus orator. *In Vatinium factum eſſe ambitum omnes ſcitis, & hoc vos ſcire, omnes ſciunt epiſtolæ.* epiſt. Senecæ 53. Cicero vnum ridet ex Vatinijs, qui tam breuem habuit Conſulatum, vt in illo, nec ver, nec æſtas, nec Autumnus, nec bruma extiterint. Quod erat magnum oſtentum, dicebat Cicero in Macrob. 2. Saturnal. cap. 3. Et ad Q. Fratrem 2. *Quid quæris? homo petulans & audax Vatinius.* Catullus vnum ex Vatinijs peierantem Conſulem facit.

Vatinius Caluiorat oris.

Vatinius breuis Conſul Ciceroni irriſus.

Vatinius Catulli.

Quid eſt, Catulle, quod moraris emori?
Per Conſulatum peierat Vatinius.

Is idem eſt, ni fallor, in quem Cicero totus in fermento ea oratione quam in eum habuit, & de quo Cæſar in Tribunatu, *nihil feciſſe gratis, quia in pecunia omina poſuiſſet.* Alter eſt Vatinius, de quo Velleius Paterculus libr. 2. *Vt*, inquit, *Vatinius nulli nomini non poſtferendus, in quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenij, adeo vt animus eius digniſſimo incluſus domicilio videretur.* Is eſt, qui vixit temporibus Auguſti, & qui cum podagræ vitium diſcuſſiſſe videri vellet, ſe mille paſſus ambulare gloriaretur. *Non miror*, inquit Auguſtus, *dies aliquanto ſunt longiores.* Macrobius narrat Iuriſconſultum Caſelium vrbane in Vatinium iocantem lib. 2. cap. 7. *Lapidatus a populo Vatinius cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat vt Ædiles edicerent ne quis in arenam niſi pomum mitteret. Forte his diebus Caſelius I. C. a quodam an nux Punica pomum eſſet interrogatus, reſpondit: Si in Vatinium miſſurus es, pomum eſt.* Seneca non cad. iniur. in Sap. *Vatinium, hominem natum, & ad riſum, & ad odium: ſcurram fuiſſe venuſtum & dicacem memoriæ proditum eſt: in pedes ſuos ipſe plurima dicebat.* Quod arguit de eo loqui, qui vixit temporibus Auguſti, & qui, vt dixi, podagra vexatus.

Is in quem Cicero dixit.

Vatinius Velleij.

Turpis corpore & animo.

Vixit ſub Auguſto.

Vatinius Caſelij Iuriſconſulti.

Vatinius Senecæ natus ad riſum & odium.

Is Vatinius, Senecæ eſt Vatinius qui ſub Auguſto vixit.

7 Illis diebvs.] Tolle, *illis*: gloſſema eſt. Et lege, *ijſdem quippe diebus.* Nam ſat eſt. Simile mendum in fragm. Sempronij Aſellionis ex Gellio lib. 2. cap. 13. *Orare cœpit vt ſe defenderent, liberoſque ſuos: Eum quem virilis ſexus tum in eo tempore habebat.* Dele *in eo tempore*, & lege, *tum habebat*: Vera verba habueris.

8 Qvia svper.] *Qui ſuper.* Ita lege. Et eſt ratio cur mori adigeretur: ſed eius commendatio ab illuſtri Iuniorum familia, & Auguſti ſanguine; accuſatio ſequitur quod largitor opum & nouis rebus ſtuderet, vt ſummas curas meditaretur.

9 Nomina svmmæ cvræ.] Noſter infra de altero Silano: *Silanum increpuit ijſdem, quibus patruum eius Torquatum; tanquam diſponeret iam imperij curas, præficeretque rationibus, libellis, & epiſtolis libertos.* Dio ſcribit Domitianum

Principes mali ſuſpicaces & crudeles.

tianum Pompuſianum *necaſſe quod haberet orbem terrarum pictum in parietibus cubiculi, & legeret conciones Principum apud Liuium, cum tamen Veſpaſianus eum nullo damno affeciſſet.* At boni Principes mitiſſimi; mali ſæuiſſimi.

10 MEDITAMENTA.] Meditamenta magnæ curæ, ſunt magnarum rerum cogitationes. Tacitus infra de Sceuino. *Magnæ cogitationis manifeſtus.* Qui enim magna cogitat, ad ea intentum habet animum, ac ſilentio totus dedicus, pauca dicit, magna cogitat. φροντίσματα Græci vocant, quæ noſter *cogitationes*, & heic *magnæ curæ meditamenta.*

Meditamenta magna cura.

11 EX MORE.] Malorum Principum ſcilicet: Ita Tiberius de Libone. *Iurauitque imperiturum ſe vitam, quamuis nocenti, niſi voluntariam mortem properauiſſet.* libr. 2. At certe hæc ex artibus malorum principum.

Nec multo poſt omiſſa in præſens Achaia (cauſæ in incerto fuere) vrbem reuiſit, prouincias Orientis, maxime Ægyptum, ſecretis imaginationibus agitans. Dein edicto teſtificatus non longam ſui abſentiam, & cuncta in Rep. exinde immota ac proſpera fore, ſuper ea profectione adijt Capitolium, illic veneratus deos. Cum Veſtæ quoque templum iniſſet, repente cunctos per artus tremens, ſeu numine exterrente, ſeu facinorum recordatione nunquam timore vacuus, deſeruit inceptum, cunctas ſibi curas amore patriæ leuiores dictitans. *Vidiſſe ciuium mæſtos vultus,*[1] *audire ſecretas querimonias, quod tantum aditurus eſſet iter, cuius ne modicos quidem egreſſus tolerarent, ſueti aduerſum fortuita aſpectu principis refoueri. Ergo vt in priuatis neceſſitudinibus proxima pignora præualerent, ita Populum Romanum vim plurimam habere: parendumque retinenti.*[2] Hæc atque talia plebi volenti fuere, voluptatum cupidine, & quæ præcipua cura eſt, rei frumentariæ anguſtias ſi abeſſet metuenti. Senatus & primores in incerto erant, procul an coram atrocior haberetur, dehinc ([3] quæ natura magnis timoribus) deterius credebant quod euenerat. Ipſe quod fidem acquireret, nihil vſquam perinde lætum ſibi, [4] publicis locis ſtruere conuiuia, totaque vrbe quaſi domo vti. Et celeberrimæ[5] luxu famaque epulæ fuere, quas Tigellino paratas, [6] vt exemplum referam, ne ſæpius eadem prodigentia narranda ſit. Igitur in ſtagno Agrippæ fabricatus eſt ratem, cui ſuperpoſitum conuiuium aliarum tractu moueretur. Naues auro & ebore diſtinctæ. Remigeſque exoleti, per ætates & ſcientiam libidinum componebantur. Volucres & feras diuerſis e terris, & [7] animalia maris Oceano * abuſque petiuerat. Crepidinibus ſtagni [8] lupanaria aſtabant, illuſtribus fœminis completa. Et contra ſcorta viſebantur [9] nudis corporibus. Iam geſtus motuſque obſcœni, & poſtquam tenebræ incedebant, quantum iuxta nemoris, & circumiecta tecta [10] conſonare cantu & [11] luminibus clareſcere. Ipſe per licita atque illicita fœdatus, nihil flagitij reliquerat, quo corruptior ageret, niſi paucos poſt dies vni ex illo contaminatorum grege, [12] cui nomen Pythagoræ fuit, in modum ſolennium coniugiorum denupſiſſet. Inditum imperatori [13] flammeum. Miſſi auſpices duo, & genialis thorus, & faces nuptiales, cuncta denique ſpectata, quæ etiam in fœmina nox operit.

Populus aduerſus infortunia oculis principis refouetur.

Neronis mores.

Conuiuia.

* ab Indiſque petiuerat.

Nero vt fœmina nubit exoleto Pythagoræ. Flammeo ornatus.

1 AVDIRE.] *Audiſſe.*

2 HÆC ATQVE TALIA PLEBI VOLENTI FVERE.] Lego, *Hæc atque talia plebi violentius furenti voluptatum cupidine, & quæ præcipua cura eſt, rei frumentariæ anguſtias, ſi abeſſet, metuenti.* Quippe populus panem curat & Circenſes, vt diximus ſupra.

3 QVÆ NATVRA MAGNIS TIMORIBVS.] Claudianus vero carmine hæc omnia confirmat de bello Getico.

Sed malus interpres rerum metus omne trahebat
Augurium peiore via, truncataque membra

Nutricemque lupam Romæ regnoque minari.

4 Pvblicis locis strvere convivia.] *Compitales epulas* vocat Tertullianus in Apolog. Suetonius in Iulio: *Epulum ac viſcerationem, & poſt Hiſpanenſem victoriam, duo prandia.* cap. 38. Quod fiebat olim in ſumma Reip. lætitia.

5 Lvxv famaqve epvlæ fvere.] *Fuere, ferunt quas a Tigellino paratas.* vnum verbum aliud abſumpſit. Quid ſi legatur, *Celeberrimæ luxu formaque?* Luxus, quod animalia Oceano Indicoque mari petita, pro edulijs eſſent: forma, quod eſſet conuiuium rati impoſitum, quod aliarum tractu moueretur. Quia verſatilia cœnationum laquearia Nero commentus eſt, vt cum fercula admitterentur, alia facies cubiculi deſineret, alia ſuccederet. Sed *ipſæ voluptates in tormenta vertuntur,* ait Seneca epiſtola 24. *Epulæ cruditatem adferunt, ebrietates neruorum torporem tremoremque, libidines pedum manuumque & articulorum omnium deprauationes.*

Tigellini conuiuium forma & luxu mirum.

6 Vt exemplvm referam.] *Vt exemplum vnum referam, ne ſæpius.* Verbum enim, *ſæpius,* mihi indicat *vnum,* ſcriptum fuiſſe, vt ſit antitheſis verborum.

7 Animalia maris Oceano abvsqve petiverat.] Tolle mendoſa verba, & lege, *Animalia maris ſupremo Oceano, ab Indiſque petiuerat.* S, ſiglum eſt. Neque enim a proximo tantum Oceano, ſed ab vltimo. Iuuenalis Satyr. 5.

Piſces ab Oceano & Indijs petiti ad gulam.

Et iam defecit noſtrum mare, dum gula ſæuit.

Petronius.

—— *vltimis ab oris*
Attractus ſcarus, atque arata Syrtis,
Si quid naufragio dedit, probatur.

Seneca epiſt. 89. *Ad vos tranſeo, quorum profunda & inſatiabilis gula, maria ſcrutatur, aut terras; Quantulum ex tot conchylijs, tam longe aduectis, per iſtum ſtomachum inexplebilem labitur?* Quintilianus declamat. 301. *Inter veſtras quoque epulas non ſemper illa ponuntur, peregrinis petita littoribus & ſiluis: aliquando hæc viua quæ rure mittuntur adhibetis.* Suetonius de prodigioſis Vitellij epulis cap. 13. Petronius idem eleganter de iſta prodigentia.

Ingenioſa gula eſt: Siculo ſcarus æquore merſus,
Ad menſam viuus perducitur; inde Lucrinis
Eruta littoribus vendunt conchylia cœnas,
Vt renouent per damna famem. iam Phaſidos vnda
Orbata eſt auibus, mutoque in littore tantum
Solæ deſertis adſpirant frondibus auræ.

Claudianus 2. in Eutrop.

--*venere proterui*
Laſciuique ſenes, quibus eſt inſignis edendi
Gloria, corruptaſque dapes variaſſe decorum:
Qui ventrem inuitant pretio, traduntque palato
Sidereas pauonis aues, & ſi qua loquendi
Gnara, coloratis viridis defertur ab Indis.
Quæſitus trans regna cibus, quorumq. profundam
Ingluuiem, non Ægæus, non alta Propontis,
Non freta longinquis Mæotica piſcibus explent.

D. Hieronym. ad Nepot. epiſt. 2. *Noui nomina & genera piſcium, in quo littore concha lecta ſit calleo, ſapores auium diſcerno, & prouincias, & ciborum me raritas, ac nouiſſime damna ipſa delectant.* Vide Horatianum Naſidienum in menſa de gulæ profundis quæſtionibus laute & hilariter inter ructus philoſophantem. Sed iuuat Gellium emendare in illa peregrinorum ciborum luxuria, lib. 7. cap. 16. *Pauus e Samo, e Phrygia attagen* (*Ionica attagena* dicitur a D. Hieronymo,) *grues Melicæ,* (lego *Meliæ,* a Melitenſi inſula: dicimus Gallice *Malthe.* Grues enim imminente hieme inſulas petunt quæ Meridiem ſpectant, vt Baleares inſulas, & Melitam. Addit:) *Hædus ex Ambracia, pelamis Chalcedonia, muræna Tarteſſia, aſelli Peſſinuntij, oſtrea Tarentina, pectunculus Chius, elops Rhodius, ſcari Cilices, nuces Thaſiæ,* (non *Tatia,*) *gallina Ægyptia, glans Iberica.* Quod ſcribo, vt notes magnorum quorundam virorum opiniones vanas, qui aduectos piſces non putant Romam ex longinquo mari.

8 Lvpanaria.] Crebra Lupanaria fuere Romæ, vt Athenis, & ideo Roma *meretrix* ab Apoſtolo dicta, ſed Pagana. Et a Meretrice, & Lupa eius conditores. Athenæus 13. Dipnoſophiſtarum ait, Athenas olim maiorem habuiſſe meretricum multitudinem, cum florerent, quam virorum copias: quod verum eſt. Solon enim publicæ Veneris templum Athenis inſtituit primus: ſed quid aliud templa paganorum quam ſcortorum tabernæ? Lupanaria autem *conſiſtoria publicarum libidinum,* vocat Tertullianus, & *lupanarium* dixere Iuriſconſulti, L. 43. de ritu Nupt. Erant autem luparum Venerearum domicilia ſpecus quæ in Saburra, aut in crepidinibus ſtagnorum vel fluuiorum, extructas tabernas habebant, (vnde nomen Gallicum *Bordeau*) quibus tales ſcenas propudioſæ ſuæ voluptatis exhiberent. Cicero 5. in Ver. *Ipſam illam,* inquit, *ad partem littoris, vbi iſte per eos dies poſitis tabernaculis, caſtra luxuriæ collocarat.* Sic Suetonius in Iul. cap. 39. vbi agit de nauali prœlio. *Ad quæ ſpectacula,* ait, *tantum vndique confluxit hominum, vt plerique aduenæ, aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis poſitis manerent. Scorta autem in tabernis iſtis ſe recipiebant.* Catullus.

-- *vobis* (id eſt, *meretricibus*)
Frontem tabernæ ſcipionibus ſcribam;
Puella namque quæ meo ſinu fugit,
Amata tantum quantum amabitur nulla:
Pro qua mihi ſunt magna bella pugnata,
Conſedit iſtic.

Id eſt in taberna. Et tabernæ ſcipiones, erant baculi, quibus tabernæ ſuſtinebantur tabulata & clauſtra. Sueton. in Nerone cap. 27.

9 Nvdis corporibvs.] Quod tetigi ſupra lib. 2. nihil enim ſcortum pudet. Cui addo iſtud Horatij.

-- *ſub clara nuda lucerna*
Quæcunque excepit turgentis verbera caudæ.

Nudam meretricem vocat. Sic Martialis libr. 8. epigramm. 1.

Nuda recede Venus.

Reſpicit enim ad ea quæ luſit, nimium certe licenter, & meretricio more. Et libr. 5. epigramm. 2.

Tu, quem nequitiæ procaciores

Delectant

Delectant nimium, ſaleſque nudi.

Nec prætereo in mulieribus ignominioſam fuiſſe, vt in viris turpem nuditatem. Sixtus III. ſummus Pontifex libro de virginitate. *Dauid*, inquit, *inepta mulieris nuditate ſuperatur*. Et Diuus Cyprianus: *Turpis ille concubitus, fœda illa duorum coniacentium dormitio quantum criminis confitetur!* Prohibitum erat Iudæis ne altare gradarium ædificarent, quia deſcendentes nuditatem ſuam proderent. Sunt enim in corpore humano quædam partes non publicandæ, ſed per honeſtatem tegendæ. Philippus Macedo cum incautus in iudicando illas partes monſtraret, ſecreto & in aurem admonitus a quodam reo, ſtatim exclamauit: *Hic reus amicus meus eſt.* Cæſar Iulius cum trucidaretur, toga has partes velauit. Sueton. in Iulio. Et Plinius in morte Veſtalis de ſtupro ſuſpectæ: *Præuidit vt honeſte caderet*, quia adhibita manu & veſte ſe tegebat. Inde illud Saturnini inſigne, qui inter 30. tyrannos. *Iuſſit milites in conuiuio cum ſagis diſcumbere, ne turpia nudarentur.* Et accumbere menſis mulieres turpe putabant: ideo ſedentes cœnabāt. Nec enim ſpectabant quid expediret, ſed quid deceret. Tertull. de ſpect. *Sic euenit vt qui in publico vix neceſſitate veſicæ tunicam leuet, idem in Circo non aliter exultet, niſi totum pudorem in faciem omnium intentet.* Ergo quam ſpurca fuerint paganorum ſpectacula, iudica. Corrigo autem Suetonium a me prætermiſſum cap. 42. in Tiber. *Sexto Claudio libidinoſo & prodigo ſeni olim ab Auguſto ignominia notato, & a ſe ante paucos dies apud Senatum increpito, cœnam ea lege condixit, ne quid ex conſuetudine immutaret, vtque nullu puellis miniſtrantibus cœnaretur.* Lego, *nudis puellis*. Nam ita proſtibula conſueuerant. Et quæ in ſpeluncis ſuis & tenebris deliteſcere debebant ne diem contaminarent, ſe ferebant palam. Tertull. de ſpectaculis.

Scorta nudata conuiuijs miniſtrantia.

Suetonius correctus.

10 CONSONARE CANTV.] Cantus, cymbala, tibicines, perpetui comites lupanarium. Plautus in Sticho inter lupanarias operas.

Tibicines & cantus comites lupanarium.

Occine nobis cantionem cinædicam.

Ideo D. Hieronymus: *Quantum potes, arce pſaltrias & cantores a virginibus.* Idem de vit. ſuſpect. contub. *Narrant Gentilium fabulæ cantibus Sirenum nautas iſſe in ſaxa præcipites.* Et ſane a cantu ad concubitum, lupanarium iter eſt.

Arcendi cantores & pſaltriæ a virginibus.

11 LVMINIBVS CLARESCERE.] Quibus obſcœnorū corporū obſcœni motus, & turpes concubitus viderentur. Illaque cœna ad impudicitiā publicam parata erat magis, quam ad gulam. Sed *ex vicinitate membrorum agnoſce*, inquit D. Hieronym. *vicinitatem vitiorum.*

12 CVI NOMEN PYTHAGORÆ FVIT, DENVPSISSET.] Is erat pocillator Neronis. Martial. lib. 11. epigr. 7.

Pythagoras pocillator Neronis.

Miſce dimidios puer trientes,
Quales Pythagoras dabat Neroni.

Quod non leue munus. Nam D. Hieronym. in tradit. Hebr. *Vbi nos poſuimus principem vinariorum, in Hebræo ſcriptum eſt Maſcheth, quod in nomine ſerui Abraham dudum legimus; Quem nos poſſumus, more vulgi appellare pincernam: Nec vile putetur officium, cum apud Reges barbaros, vſque hodie, maximæ dignitatis ſit poculum Regi porrexiſſe. Poetæ quoque de Catamito & Ioue ſcriptitant, quod amaſium ſuum huic officio adſcripſerit.* Talis fuit Halotus Claudij. Sueton. in Claud. 44. Et in veteri inſcriptione Diadumenus Lurueſianus prægustator Auguſti. Puto autem ego obſcuris nominibus, de iſtis nuptijs hoc epigramma ſcripſiſſe Martialem, quod eſt lib. 12. 42.

Epigramma Martial. de nuptijs Neronis & Pythagoræ.

Barbatus rigido nupſit Calliſtratus Afro,
Hac qua lege viro nubere virgo ſolet.
Præluxere faces, velarunt flammea vultus:
Nec tua defuerunt verba Thalaſſe tibi.
Dos etiam dicta eſt: nondum tibi Roma videtur
Hoc ſatis? exſpectas numquid & vt pariat?

Quod vltrum cupiat.

Vocat barbatum Calliſtratum, quod eſſet exoletus Pythagoras, & Aſtum Neronem, quod barbam haberet, non quæ velaret vultum, ſed ab auriculis ſubter mentum deſcendens, hircum potius Venereū notaret, quam virum: quod oſtendunt ſtatuæ Neronis marmoreæ. Nam monſtrum erat Nero, & rigidum ob ſæuitiam & crudelitatem. Monſtra enim Africæ in Prouerbio. Calliſtratum autem ob pulchritudinem Pythagoræ, & quod eſſet pro ſtratoria culcitra Neroni. Romam vero in fine epigrammatis alloquitur, veluti eam quam magis crimen tangeret imperatorium. Oroſius de iſto matrimonio. & Neronis turpidinibus inauditiſque libidinibus ait, *ne a matre quidem vel ſorore vlla ve conſanguinitatis reuerentia abſtinuiſſe. Virum in vxorem duxit ipſe a viro in vxorem acceptus.* De eodem portentoſo coniugio, Iuuenalis Sat. 2.

Explicatus Iuuenalis de Nerone.

--o pater vrbis,
Vnde nefas tantum Latijs paſtoribus? vnde
Hæc tetigit, Gradiue, tuos vrtica nepotes?
Traditur ecce viro clarus genere, atque opibus vir.

At dixit, *Latijs paſtoribus*, quod reges & imperatores ſint paſtores populorum: ita enim illos vocat Homerus Iliad. α. Qualis erat Nero. Et addit, *Traditur ecce viro*; Pythagoræ ſcilicet, *Clarus genere atque opibus vir.* Is eſt Nero, qui clarus genere, & ex Iuliorum & Claudiorum gente: & opibus, quia quidquid haberet imperium, id haberet. Nota autem ad incredibilem huius beſtiæ libidinem, Sporo etiam nupſiſſe, vti Pythagoræ. Pythagoræ enim nupſit vt fœmina, Sporo vti vir. Nero vt fœmina Pythagoræ in domum deductus ſe vocabat *Dominam & heram, & Reginam.* vt vero Sporo iunctus tanquam maritus, vocabat Sporum Sabinam, quia Sabina antea Sporo nupſerat, & vt fœmina, exſectus fuit deſpondente Tigellino, vt lex iubebat. Dio 63. Quod teſtatur etiam Suetonius cap. 28. Sporum Auguſtarum ornamentis excultum, lecticaque vectum narrat idem author. Itaque Sporus ſuccuboneus Neronis. Nupſit quoque Dotyphoro liberto, quem ne putes eundem cum Pythagora, vt exiſtimat vir mihi amiciſſimus. Quippe Pythagoras a poculis, Doryphorus ab epiſtolis erat, vt ait ex Dione Xiphilinus. Itaque Nero inſtar Hyænæ, modo mas, modo fœmina. Ouid. de Hyæna.

Nero nupſit duobus eodem tempore.

Pythagoræ & Sporo.

Pythagoræ, vt fœmina; Sporo, vt vir.

Nec confundendi.

Pythagoras a poculis.

Sporus ab epiſtolis.

Nero Hyænæ ſimilis, modo mas, modo fœmina.

—— *quæ modo fœmina tergo*
Paſſa marem; nunc eſſe marem miremur Hyænā.

Xiphilinus in Auito: *Viri,* ait, *ac mulieris fungebatur officijs: eaque patiebatur quæ faciebat.* De ea autem interuerſa libidine, & quæ contra naturam eſt, lex eſt 31. ad L. Iul. de adulter. fœde maculata. *Cum vir,* inquit, *nubit, vt fœmina,* (ita lego,) *viris porrectura, quod cupiatur, vbi ſexus perdidit locum, vbi ſcelus eſt quod non proficit ſcire, vbi Venus mutatur in alteram formam, vbi amor quæritur, nec inuenitur.* Ita enim legendum: & opponuntur *quærere* & *non inuenire.* Ræuardus lucem attulit huic legi cap. vlt. libr. 4. Var. ſed non plenam. Legendum autem, *dote nupſiſſet,* pro *denupſiſſet.* Non quod *denubere* non idem ſit quod nubere: nam Tacitus ſupra, *in domum Rubellij Blandi denupſit.* Et dicimus, *nubere in domo,* & *in domum,* & *in claram familiam.* Sed lego, *dote,* quod auget ignominiam: quia verbum *nubere* proprie ad fœminas pertinet, & ſignificat Neronem non modo nupſiſſe vt fœmina, ſed dotem dediſſe: quod eſt turpiſſimum. Ratio autem meæ lectionis eſt, quod Sulpitius Seuerus in ſua hiſtoria ſcribit non *denupſiſſet,* ſed *nupſiſſet,* qui Taciti verbis vtitur. Deinde quod, *de,* pro *dote,* nota ſit, prima & vltima littera poſitis. Sic in notis Petri Diaconi, *D. P.* pro, *dotem petere.* Sueton. in Ner. cap. 28. *Cum dote & flammeo per ſolemne nuptiarum celeberrimo officio deductum.* Martialis ait dotem dictam, & doctiſſimus Torrentius recte monuit in Sulpitio Seuero Taciti verba reperiri longe aliter, quā vulgo excuſa ſint, vt pro *auſpices duo,* ſit, *auſpices, dos, & genialis thorus.* Quod ſi quis obijciat eodem verbo vſum Suetonium cap. 29. in eadem re, & ita ſcripſiſſe: *Doryphoro liberto, cui etiam ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denupſit.* Forte legendum: *Deinde nupſit.* Nam Sueton. idem in Iulio ſcripſit: *Cunctis decedentibus rebus in melius.* Vbi legi debet: *deinde cedentibus rebus. de,* pro *deinde.* De iſta turpi & monſtruoſa coniunctione Martialis.

Correcta lex cum vir. Cod. ad leg. Iul. de adulter.

Prodigioſa Venus.

Mentiturque virum prodigioſa Venus.

Et cogita de Nerone quod de Rege Babylonis ſcribit Hieremias cap. 51. *Ecce ego ad te, mons peſtifer, qui corrumpis vniuerſam terram. Extendam manum meam ſuper te, & euoluam te de petris, & dabo te in montem combuſtionis: & perditus in æternum eris.* Nam Reges hæc fata manent qui Neronibus ſimiles. Et mõtes illi in æternum comburuntur. Sed hoc ſcelus multi alij in multis authores notant. Iuuenal. Sat. 2.

Quadraginta dedit Gracchus ſeſtertia, dotem
Cornicini: ſiue hic recto cantauerat ore.
Signatæ tabulæ: dictum feliciter. ingens
Cœna, iacet gremio noua nupta mariti.

Claudianus in Eutrop. Eunuchum.

—— *nubas, ducaſue licebit,*
Mater eris nunquam, nunquam pater; hoc tibi ferrum,
Hoc natura negat.

Itaque per vitia mares in fœminas mutantur, & fœminæ in mares. Sed auertat Deus tam belluina corpora, & ſpurcas mentes.

Quid flammeū.

13 FLAMMEVM.] Nonius ait *flammeum tegimẽ eſſe, quo matronæ capita tegunt.* Et Verrius Flaccus in verbo *Nuptias. Ælius & Cincius dictum putant, quod flammeo caput nubentis obuoluatur.* Itaque *obnubere* antiqui vocarunt. ac ideo nubentium dicitur amiculum, ita nuncupatum a flaminica, quod eo ſemper vteretur, cui nec licebat diuortium facere. Eius color *luteus,* vt ſcribit Plinius lib. 21. cap. 8. his verbis. *Luteo video honorem antiquiſſimū,* (loquitur de coloribus,) *in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum.* Idem Verrius. *Regillis tunicis albis, reticulis luteis;* & ponit *reticulum* pro flammeo; quippe in modum retis piſcatorij compoſitum, atque *vtriſque recta textus ſurſum verſum.* Aptus autem hic color nubentibus: nam ſoccis luteis vtebantur etiam nouæ nuptæ. Seneca in Tragœd.

Nubentium amiculum.

Flammeum a flaminica.

Color luteus.

Socci lutei nubentibus.

Luteo plantas cohibente ſocco.

Flammeum tamen ſanguineum fuiſſe, ait Vet. interpr. Iuuenal. Sat. 6. *Genus,* inquit, *amicti, quo ſe cooperiunt mulieres die nuptiarum. Eſt enim ſanguineum propter ruborem cuſtodiendum.* Sed album fuiſſe ait Feſtus. Iſidorus tamen ex candido purpureoque. *Quod,* inquit, *eadem vitta candido purpureoque colore permiſcetur; Candor ad munditiem vitæ, purpura ad ſanguinis poſteritatem adhibetur.* 2. de offic. cap. 19. Et recenſetur in can. fœminæ. 30. quæſt. 5. Idem tranſlucidum fuiſſe flammeum ſcribit Syneſius epiſt. 3. vbi Ægyptiæ pronubæ apparatum deſcribit. *In punicea,* inquit, *veſte etiam tunc, flammeumque tranſlucidum, aurumque & lapides ſibi apparat.* Sic Prudent. in pugn. Luxur.

Sanguineum colorem flammei ait Iuu.

Album ex Feſto.

Flammeum tranſlucidum.

Punicea veſtis nouis nuptis apud Ægyptios.

—— *crinalis acus, redimicula, vittæ,*
Fibula, flammeolum, ſtrophium, diadema, monile.

Claudianus in nuptijs Honor. & Mariæ.

Flammea virgineis accommodat ipſa capillis.

Et idem de laud. Stilic. 1.

—— *granibus ſubnectens flammea gemmis.*

Papin. 2. Theb.

—*nec dum poſt flammea toti*
Intepuere thori.

Quintil. 306. declamat. *Operit flammeo canos.* loquitur de vetula nubente. Tertullianus contr. Valent. *His nuptijs recte* (lego, *rite*) *deducendis, pro face, & flammeo,* &c. Gellius ex Cæcilio in Synariſtoſis.

Heri vero proſpexiſſe ſe ex tegulis,
Hæc nuntiaſſe, & flammeum expanſum domi.

Quod antiquiſſimum eſt. Nam Rebecca in Geneſi, vt ait D. Ambroſius lib. de bened. Patriarch. *vbi vidit Iſaac ambulantẽ, eum interrogauit, quis eſſet. cognito quod ipſe eſſet cui duceretur vxor, deſcendit, & caput ſuum obnubere cœpit, docens verecundiam præeſſe nuptijs debere. Inde & nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia, puellæ ſe obnuberent.* Flammea etiam dicebantur a Chriſtianis vela virginum Deo dicatarum. D. Hieronym. in epiſtola D. Paulæ: *Neptis Chriſti flammeo reſeruatur.* Et docet Tertullian. de virgin. vel. Hoc autem ab incunabulis Eccleſiæ introductum eſt, quod hæ virgines Deo nuberent, non hominibus; melioribus ſane auſpicijs, & donatione propter nuptias longe vberiore. Hunc autem morem obnubendi virgines a Iudæis fluxiſſe ſcribit Tertullianus, & docet velamen capitis tam ſolemne

Flammea vela ſanctimonialium.

fœminis apud Iudæos, vt inde noſcantur. Nam non modo virgines velatæ, ſed & fœminæ. Prodire enim ſine velo caſtam non decet fœminam. Et *propudioſum Romani putabant ſi matrona in publico videretur.* Tertullian. in Pallio.

14 FACES NVPTIALES.] Papinius 2. Thebaid. oſtendit faces interueniſſe nuptijs.

Præmiſſaſque faces, feſtum nubentibus ignem
Obruit.

Et in Euangelio apud Hebræos lucernæ pro tedis. *Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus quæ ornauerunt lampades ſuas, & exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ.* Et *elegantiſſimus pictor Echion pinxit anum lampadas præferentem, & nouam nuptam verecundia notabilem*; ait Plinius l. 35. c. 10. Feſtus in dictione *Patrimi. Pueri,* inquit, *patrimi & matrimi prætextati tres, nubentē deducunt: vnus qui facem præfert ex ſpina alba, quia noctu nubebant, duo qui tenent nubentem.* Quintilianus declamat. 28. *Ego autem quid faciam? laqueum filiæ ſoluam, an flammeum ſuperponam? facem nubenti præferam, an rogum iacentis accendam?* Calpurn. decl. 44. *Cuius ergo? niſi faces accenderit & Feſcennina cecinerit, pater eſſe non poteſt.* Propert. lib. 4.

Quæ mihi deductæ fax omen prætulit, illa
Traxit ab euerſo lumina nigra rogo.

Plutarchus in quæſtion. Rom. ait quinque tantum faces præferri, quod quinque pariat tantũ fœmina. Sed in Euangelio parabola eſt de decem virginibus quæ ignem nuptijs præferebant. At vero hæc apud Hebræos, illa apud Græcos. Papinius. *Quinque faces. Cur quinque. Quia quinque pariat fœmina.*

Demigrant Helicone Deæ, quatiuntque nouena
Lampade ſolemnem thalamis coeuntibus ignem.

Idem 8. Thebaidos.

-- & multa deductam lampade fratrum
Harmoniem.

[1] Sequitur clades, forte, an [2] dolo principis incertum: nam vtrunque auctores prodidere: ſed omnibus quæ huic vrbi [3] per violentiam ignium acciderunt, grauior atque atrocior. Initium in ea parte Circi ortum, quæ Palatino Cælioque montibus contigua eſt. [4] Vbi per tabernas, quibus id mercimonium inerat quo flamma alitur, ſimul cœptus ignis, & ſtatim validus, ac vento citus longitudinem Circi corripuit. Neque enim domus munimentis ſeptæ, vel templa muris cincta, aut quid aliud moræ interiacebat. Impetu peruagatum [5] incendium, plana primum, deinde in edita aſſurgens, rurſus inferiora populando anteijt remedia velocitate mali, [6] & obnoxia vrbe arctis itineribus, hucque & illuc flexis, atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. Adhoc lamenta pauentium fœminarum feſſa ætate, aut rudis pueritiæ ætas, quique ſibi, quique alijs conſulebant, dum trahunt inualidos aut opperiuntur, pars morans, pars feſtinans, cuncta impediebant: & ſæpe dum in tergum reſpectant, lateribus aut fronte circumueniebantur: vel ſi in proxima euaſerant, [7] illis quoque igni correptis, etiam quæ longinqua crediderant, in eodem caſu [8] reperiebantur. Poſtremo quid vitarent, quid peterent ambigui, complere vias, ſterni per agros: quidam amiſſis omnibus fortunis diurni quoque victus, alij charitate ſuorum quos eripere nequiuerant, quamuis patente effugio interiere. Nec quiſquam defendere audebat, crebris multorum minis reſtinguere prohibentium, [9] & quia alij palam faces iaciebant, atque eſſe ſibi auctorem vociferabantur: ſiue vt raptus licentius exercerent, ſeu iuſſu. Eo in tempore Nero [10] Antij agens, non ante in vrbem regreſſus eſt quam domui eius, qua palatium & Mæcenatis hortos [11] contignauerat, ignis propinquaret. Neque tamen ſiſti potuit, quin & palatium & domus & cuncta circum haurirentur. [12] Sed ſolatium populo exturbato & profugo, campum Martis ac monumenta Agrippæ, hortos quinetiam ſuos patefecit. Et ſubitaria ædificia extruxit, quæ multitudinem inopem acciperent. Subuectaque vtenſilia ab Hoſtia, & propinquis municipijs, pretiumque frumenti minutum, vſque ad ternos nummos. Quæ quanquam popularia in ir-

Ignis Romæ violentiſſimus.

Deſcriptio incendij.

Nero vrbe cõflagrãte in ſcena cantat.

ritum cadebant, quia perſuaſerat rumor; ipſo tempore flagrantis vrbis iniſſe eum domeſticam ſcenam, & ceciniſſe [13] Troianum excidium, præſentia mala vetuſtis cladibus aſſimulantem. [14] Sexto demum die apud imas Eſquilias finis incendio factus, proruptis per immenſum ædificijs, vt continuæ violentiæ campus & velut vacuum cœlum occurreret. Necdum poſito metu * redibat. [15] Leuis rurſum graſſatus ignis, patulis magis vrbis locis, eoque [16] ſtrages hominum minor. delubra deum, & porticus amœnitati dicatæ latius procidere. Pluſque infamiæ id incendium habuit, quia prædijs Tigellini [17] Æmilianis proruperat. Videbaturque Nero [18] condendæ vrbis nouæ, & cognomento ſuo appellandæ gloriam quærere. Quippe [19] in regiones quattuordecim Roma diuiditur: quarum quattuor integræ manebant, tres ſolo tenus deiectæ: ſeptem reliquis pauca tectorum veſtigia ſupererant, lacera & ſemiuſta. Domuum, & inſularum, & templorum, quæ amiſſa ſunt, numerum inire haud promptum fuerit: ſed vetuſtiſſima religione, quod Seruius Tullius Lunæ, & Magna ara fanumque, quæ præſenti Herculi Arcas Euander ſacrauerat, ædeſque [20] Statoris Iouis vota Romulo, Numæque regia, & [21] delubrum Veſtæ cum penatibus Populi Romani, [22] exuſta. iam opes tot victorijs quæſitæ & Græcarum artium decora, exin monimenta ingeniorum antiqua & incorrupta, quamuis in tanta reſurgentis vrbis pulchritudine, multa ſeniores meminerant, quæ reparari nequibant. Fuere qui annotarent, XIIII. Kalend. Sextiles principium incendij huius ortum, quo & Senones captã vrbem inflammauerant. Alij eo vſque cura progreſſi ſunt, vt totidem annos menſeſque & dies inter vtraque incendia [23] numerent.

** redibat leuis rurſum graſſatus ignis.*

Nero condendæ vrbis nouæ cupidus vt ſuo nomine appellaret.

Incendij Neroniani damna in templa antiquæ religionis.

1 Seqvitvr clades.] Per modum interrogandi, non recta ſerie. Quæ clades euenit Anno vrbis conditæ DCCCXVII. Plinius lib. 17. cap. 1. Nat. Hiſt. vbi de lotis arboribus quæ in domo Craſſi. *Durarunt ad Neronis,* inquit, *principis incendia quibus cremauit vrbem annis CXXX.* in domo Craſſi oratoris quæ in Palatino monte; quibus Nero mortem accelerauit immiſſo incendio, licet poſt multum æui manſiſſent cultu virides iuueneſque.

2 Dolo.] Sulpitius Seuerus hiſtoriarum ſecundo. *Opinio omnium inuidiam incendij in principem retorquebat; credebaturque imperator gloriam innouandæ vrbis quæſiuiſſe. Neque vlla re Nero efficiebat quin ab eo iuſſum incendium putaretur.* quod a Tacito ſumpſit.

Ignes frequentes in vrbe.

3 Per violentiam ignivm.] Qui frequentes in vrbe. Martialis libr. 3. epigr. 51.

Empta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis:
Abſtulit hanc nimium caſus in vrbe frequens;
Collatum eſt decies. rogo, non potes ipſe videri
Incendiſſe tuam, Tongiliane, domum?

Explic. Martial.

Nam empta ducentis, & mox ambuſta, imperator decies dedit Tongiliano; vt illam de nouo ædificaret. Poeta iocatur, aitque Tongilianum videri incendiſſe ſuam domum, vt hanc liberalitatem ab imperatore conſequeretur. Cæterum vorantis incendij caſum, pingit Silius eleganter lib. 17. Quem tu videtis, ſi iuuat, & mens eſt. Sed non Virgilio maior in Troiæ conflagratione pingenda libr. 2. Æn. Vide etiam de iſto incendio Oroſium lib. 7.

4 Vbi.] *Vbi ijt per tabernas.* Vera lectio. Totis enim habenis tunc regnabat incendium.

5 Incendivm plana primvm.] *In plana primum.*

6 Et obnoxia.] *Ei obnoxia vrbe.*

7 Illis qvoqve.] *Illic quoque.*

8 Reperiebant.] Puto legendum, *reperiebantur.* Quia ſupra dixit, *circumueniebantur.*

9 Et qvi alii.] Lego, *& quia alij.*

Antium a Cicerone laudatum.

10 Antii agens.] In quo Poppæa puerpera, & natus Nero. Habuit hunc locum Auguſtus valde delectabilem, vt ait Strabo libr. 6. Et ſane Cicero de Antio dicebat, *Nihil quietius, nihil altius, nihil amœnius.* quod iam tetigi, & abeo.

Verbum contignationis in ædificijs.

In metallis plumbatura aut ferruminatio.

11 Continvaverat.] Legendum, *contignauerat,* quod eſt verbum Iuriſconſulti. Id enim quod ferruminatio aut plumbatura in metallis, id *contignatio* in ædificijs. L. 23. §. Item quæcunque. De rei vindic. D. Et vtitur verbo contignationis Iuriſconſultus in L. 47. de damno infecto.

12 Sed solativm popvlo.] Suetonius in Tito cap. 8. vbi de incendio Romano. *In his tot aduerſis ac talibus, non modo principis ſollicitudinem, ſed & parentis affectum vnicum præſtitit, nunc conſolando per edicta, nunc opitu-*

lando

lando quatenus ſuppeteret facultas. Quod Ouidius in ſuo Ioue prius oſtenderat, poſt Phaethontis arrogantia ambuſtum orbem. Nam ſic ille 2. Metamorph.

At pater omnipotens ingentia mœnia cœli
Circuit, & nequid labefactum viribus ignis
Corruat, explorat: quæ poſtquam firma, ſuique
Roboris eſſe videt, terras hominumque labores
Perſpicit.

13 TROIANVM.] Claudianus alludit 2. in Ruf. ad Neronis Troiam.

Obſeſſa tamen ille ferus lætatur in vrbe,
Exultatque malis, ſummoque a culmine turris,
Impia vicini cernit certamina Campi.

Quid ſi, *cecinit?* alludens ad Neronem. Idem 2. in Eutrop. —— *his fabula Tereus,*
His necdum commiſſa thoro cantatur Agaue.
Iuuenalis Sat. 8.
—— *in ſcena nunquam cantauit Oreſtes,*
Troica non ſcripſit.
Sub Oreſte enim Neronem deſcribit.

Roma ardens per 6. dies. Carthago Romæ æmula per 17.

14 SEXTO DEMVM DIE.] *Arſit Roma Neroniano incendio 6. diebus,* (Oroſius addit, *& ſeptem noctibus*) *& vt alij nouem,* (ſed 6. diebus igne rapido, reliquis igne tepido,) *ſed glorioſius reſurrectura. Romæ æmula Carthago arſit per 17. dies, nunquam caput elatura.* Florus libr. 2. cap. 15.

Lacuna in Tacito ſuppleta.

15 LEVIS RVRSVM.] Ita lego. *Nec dum poſito metu rediji, haud leuis rurſum graſſatus ignis:* Nam, *aut*, ſcribunt pro, *haut*, & verbum, *at*, in fine, *redibat*, facit *aut*, vt iam dixi. Sic Florus lib. 4. cap. 2. *Atque acrius multo, & vehementius Theſſalici incendij vires recaluere.* Et idem lib. 2. cap. 20. *Quaſi ex obruto incendio, ſubita de cineribus flamma prodibat. Tacita quippe ex minimo commota latiſſime ſerpunt*, ait Plinius.

16 STRAGES.] *Strage.*

Æmiliana.

17 ÆMILIANIS.] *In Æmiliana*, vera lectio eſt. Nam vltima ſyllaba verbi, *Tigellini*, illud, *in*, habet.

Nero cupidus condendæ nouæ vrbis. Quam non Romam, ſed Neropolim appellet. Explicatus Martialis locus de incendio Neronis.

18 CONDENDÆ VRBIS NOVÆ.] Quam Neropolim de Neronis nomine vocari voluit. Et videtur Martialis alluſiſſe ad id incendium lib. 5. epigramm. 7. ad Vulcanum; niſi de Capitolio ab Domitiano reparato capias.

Qualiter Aſſyrios renouant incendia nidos,
Vna decem quoties ſæcula vixit auis:
Taliter exuta eſt veterem noua Roma ſenectam,
Et ſumpſit vultus præſidis ipſa ſui.
Iam precor oblitus noſtræ, Volcane, querelæ
Parce; ſumus Martis turba, ſed & Veneris.
Parce pater: ſic Lemniacis laſciua catenis
Ignoſcat coniux, & patienter amet.

Roma in 14. regiones partita. Et 14. curatoribus aſſignata.

19 IN REGIONES QVATVORDECIM ROMA DIVIDITVR.] Ita partita eſt vrbs ab Auguſto, cum ille de reſtinguendis ignibus curaret Anno DCCLVII. Tiberio Nerone & Cn. Piſone COSS. Tandem enim curatores creati, qui qualibet in regione ignibus compeſcendis præeſſent, ſorteque ſunt electi, & data eis mancipia quæ ædilibus aderant prius, lictoreſque bini, & veſtis magiſtratuum. Dio lib. 55.

20 STATORIS IOVIS.] De quo Liuius lib. 1. *Heic ego templum* (inquit Romulus) *Statori Ioui, quod monimentum ſit poſteris præſenti ope ſeruatam vrbem eſſe, voueo.*

Delubrũ Veſtæ ſæpe incendio vaſtatum. In eo Metellus oculos amiſit. Serui 13. ædem Veſtæ ab incendio tutantur. Serui ideo manumiſſi. Etiam Veſtæ incendium M. Craſſo & Cn. Cornelio Coss.

21 DELVBRVM VESTÆ.] Quod ſæpe conflagrauit, ſed quod ſæpe inundauit: conflagrauit memorabili cauſa, ſed euentu miſero, Metellus ex eo Palladium rapiens, amiſſis oculis ſenectutem exegit. Plinius libr. 7. c. 43. Conflagrauit & altero incendio a 13. ſeruis protectum qui in publicum redempti, fuere manumiſſi. Cõflagrauit etiam M. Craſſo & Cn. Cornelio COSS. & ignis a Pauli porticu, graſſatus eſt ad Veſtæ ædem. Ideo ſacra in Palatium a Veſtalibus tranſlata ſunt, & in domo flaminis poſita, ſumma ſacerdote excæcata. Conflagrauit adhuc anno vrb. Cond. DCCXL. Alia fuere incendia, quæ heic enumeraſſe, nec iuuat, nec vacat. Sed noto exuſtos nunquam fuiſſe Penates, præterquã ſub Nerone. Et quæritur qui fuerint hi Penates, de quibus tã ſæpe in Romanis authoribus. Quidam fuiſſe putant duo Iuuenes veteris artis & operæ, paruis imagunculis ſedentes, & militari more pila tenentes. Nonnulli Apollinem & Neptunum. Alij Palladem Troianam. Cedrenus ligneam Mineruæ effigiem, dæmonum magicis verſibus conſecratam. Halicarnaſſeus attributis quibuſdam proprietatibus magis, quam nominibus deſcribit.

22 EXVSTÆ IAM OPES.] Figo punctum poſt verbum *Romani*, & ita incipio clauſulam ſequentem: *Exuſtæ etiam opes tot victorijs quæſitæ, & Græcarum artium decora; Exin monimenta ingeniorum antiqua, & incorrupta, quamuis* (lego, *quæ quamuis*) *in tanta reſurgentis vrbis pulchritudine, multa ſeniores meminerant, quæ reparari nequibant.*

Aurea domus Neronis.

Cæterum Nero vſus eſt patriæ ruinis,[1] extruxitque domum,[2] in qua haud perinde gemmæ & aurum miraculo eſſent, ſolita pridem, & luxu vulgata, quam [3] arua & ſtagna, & in modum ſolitudinum [4] hinc ſiluæ, inde aperta ſpatia, & proſpectus: magiſtris & machinatoribus[5] Seuero &[6] Celere, quibus ingenium, & audacia erat, etiam quæ natura denegauiſſet, per artem tentare, & viribus principis illudere. Nanque ab lacu Auerno nauigabilem foſſam vſque ad oſtia Tiberina depreſſuros promiſerant, ſqualenti littore, aut per montes aduerſos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam [7] Pomptinæ paludes: cætera abrupta, aut arentia, ac ſi perrumpi poſ-

Nero incredibilium cupitor.

ſent, intolerandus labor, nec ſatis cauſæ. Nero tamen vt erat incredibilium cupitor, effodere proxima [8] Auerno iuga connixus eſt: manentque veſtigia irritæ ſpei. Cæterum vrbis quæ domus [9] ſupererant, [10] non vt poſt Gallica incendia, nulla diſtinctione, nec paſſim erectæ: ſed dimenſis vicorum ordinibus, & [11] latis viarum ſpatijs, cohibita [12] ædificiorum altitudine, ac patefactis areis, additiſque porticibus, quæ frontem inſularum protegerent. Eaſque porticus Nero ſua pecunia extructurum, purgataſque areas dominis traditurum, pollicitus eſt. Addidit præmia pro cuiuſque ordine, & rei familiaris copijs: finiuitque tempus, intra quod effectis domibus aut inſulis, adipiſcerentur. Ruderi accipiendo Hoſtienſes paludes deſtinabat, vtque naues quæ frumentum Tiberi ſubuectaſſent, onuſtæ rudere decurrerent. Ædificiaque ipſa certa ſui parte, [13] ſine trabibus, [14] ſaxo Gabino Albanoque ſolidarentur: quod is lapis igni imperuius eſt. [15] Iam aqua [16] priuatorum licentia intercepta, quo largior & pluribus locis in publicum flueret, cuſtodes: & ſubſidia reprimendis ignibus, in propatulo quiſque haberet: nec communione parietum, ſed [17] proprijs quæque muris ambirentur. Ea ex vtilitate accepta decorem quoque nouæ vrbi attulere. Erant tamen qui crederent veterem illam formam ſalubritati magis conduxiſſe, quoniam anguſtiæ itinerum, & altitudo tectorum non perinde ſolis vapore perrumperentur. At nunc patulam latitudinem, & nulla vmbra defenſam, grauiore æſtu ardeſcere.

Lapis imperuius ignibus.

Decus nouæ vrbis.

1 EXTRVXITQVE DOMVM.] Quam *inuidioſam* vocat Martialis lib. 1. epigramm. 2. Quod ex principe, Nero Rex fieret. Quæ prima eſt ratio. Nam ita ſcribit:

Inuidioſa feri radiabant atria Regis,
Vnaque iam tota ſtabat in vrbe domus.

Inuidioſa domus Neronis.

Quod inuidioſum ciuibus Romanis. Secunda, quod iugera arationi propria in domos mutaret: quod inuidioſum agricolis. Ideo Horatius dixit 2. Od. 15.

Iam pauca aratro iugera regiæ
Moles relinquent.

Et addit: *-- non ita Romuli*
Præſcriptum & intonſi Catonis
Auſpicijs, veterumque norma.

Martialis explicatus.

Aurea domus Neronis.

Ait autem Martialis, *radiabant*, quia domus *aurea* dicta, & vere aurea. Plinius libr. 36. cap. 15. *Bis vidimus totam vrbem cingi domibus principum Caij & Neronis, & huius quidem ne quid deeſſet, aurea; nimirum heic habitarunt illi qui hoc imperium fecere.* Et lib. 33. cap. 3. *Et quota pars*, inquit, *fuit aureæ domus ambientis vrbem?* Tacitus tertiam tangit rationem infra, & vocat *inuiſam, & ciuium ſpolijs extructam domum.* Et certe Neronis domus vrbis & orbis ſpoliarium fuit: ipſe immodicus depredando, profuſus diſperdendo. Sed non ille ſolus. Nam Nerones habet ſequutuleios, & quidem plurimos. Cæterum notanda Cyri Medorum regis domus a Memnone illigatis auro lapidibus conſtructa. Quæ olim fuit orbis ſpectaculum. Nam vt inquit Claudian. in Paneg.

Inuiſa dicta Tacito.

Ciuium ſpolijs extructa.

Ardua priuatos neſcit fortuna penates.

Papin. 1. Theb. de ſuperba domo.

Et nondum craſſo laquearia fulua metallo,
Montibus aut alte Graijs ſuffulta nitebant
Atria, congeſtos ſatis explicitura clientes.

Aurea domus miſerorum pœnis extructa.

D. Hieron. ad Marcellam, vbi de rure Bethleemitico. *Vbi ſunt*, inquit, *latæ porticus, vbi aurata laquearia, vbi domus, miſerorum pœnis, & damnatorum labore veſtitæ? vbi inſtar palatij priuatorum extructæ baſilicæ, vt vile corpuſculum hominis pretioſius inhabitet, & quaſi mundo quidquam eſſe poſſit ornatius, tecta ſua magis volunt aſpicere, quam cælum.* D. Auguſtin. 16. in Luc. *Plus eſt pauperi videre cælum ſtellatum, quam diuiti tectum inauratum.* Plinius tamen ait apud Homerum Regum domos, auro, argento, electro, ebore ornatas, ſed nunquam marmore, cap. 7. lib. 35. & Homer. Odyſſ.

Damnatorum labore veſtita.

Magis illa tecta aſpiciuntur quam cælum.

Cælum, domus ſpectanda.

Θαύμαζον κτ̃ δῶμα διοτρεφέος βασιλῆος,
Ὥστε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης.

Admirabantur ſuper domum a Ioue nutriti regis:
Inſtar enim ſolis ſplendor erat atque lunæ.

2 IN QVA HAVD PERINDE GEMMÆ ET AVRVM.] Seneca Pater 2. Controuerſ. 1. *Ad delicias dementis luxuriæ, lapis omnis eruitur, cæduntur que gentium ſiluæ, æris ferrique vſus, auri quoque in exſtruendis & decorandis domibus.* Vt domus aurea Neronis, ſic eburnea regum Iſrael: vnde verſus, *A domibus eburneis, ex quibus te delectauerunt filiæ Regis.* De ſimili domo, Claudianus vbi de Proſerpina lib. 1.

Atria cingit ebur, trabibus ſolidatur ahenis
Culmen, & in celſas ſurgunt electra columnas.

Sed idem clarius in Nupt. Honorij:

Lemnius

Lemnius hæc etiam gemmis extruxit & auro,
Admiſcens artem pretio, grauibuſque ſmaragdis
Suppoſuit cæſas hyacinthi rupe columnas.
Beryllo paries & iaſpide lubrica ſurgunt
Limina, deſpectuſque ſolo calcatur achates.

Et in Biblijs 3. Reg. cap. 7. *Omnia de lapidibus pretioſis qui ad normam quandam atque menſuram tam intrinſecus quam extrinſecus ſerrati erant.* Loquitur de domo vxoris Salomonis. Petron. Arbiter.

Ædificant auro, ſedeſque ad ſidera mittunt.
Expelluntur aquæ ſaxis, mare naſcitur aruis,
Et permutata rerum ſtatione rebellant.
En etiam mea regna petunt: perfoſſa dehiſcit
Molibus inſanis tellus: iam montibus hauſtis
Antra gemunt, & dum varios lapis inuenit vſus,
Inferni manes cælum ſperare iubentur.

D. Hieronymus epiſt. 13. de gemmis. *Quæ vtilitas parietes fulgere gemmis, & Chriſtum in paupertate, fame periclitari?* Idem ad Demetriad. de Eccleſijs. *Alij ædificent Eccleſias, veſtiant parietes marmorum cruſtis, moles columnarum aduehant, earumque deaurent capita pretioſa, ornatum non ſentientia; ebore argentoque valuas, & gemmis aurata diſtinguant altaria, non reprehendo.* Et iure: Iudæorum enim altaria aurata & gemmata, imo ex puriore auro ſolida. De paganorum autem templis Manilius:

Templi Iudaici altaria aurea.

Hinc auguſta nitent ſacratis munera templis
Aurea, Phœbeis certantia lumina flammis,
Gemmarumque illi radiantes lucibus ignes.

Paganorum templa auro fulgentia.

Sed qui luxus Neronis, cuius viatoria cubicula vnionibus erant conſtructa? Nam de hac luxuria Plinius queritur libr. 37. Natur. Hiſtor. Et D. Auguſt. Pſalmo 33. ita ſcribit: *Ille diues fuit, quia habebat lectum eburneum: & tu pauper es, cuius cubiculum cordis plenum eſt tantis gemmis virtutum? Non adæquabitur ei aurum neque argentum.* loquitur de ſapientia & virtute.

3 ARVA ET STAGNA.] Seneca epiſt. 89. eleganter, & ad hanc rem. *Quouſque fines poſſeſſionum propagabitis? Ager vni domino qui populum cepit, anguſtus eſt. Quouſque arationes veſtras porrigetis ne prouinciarum quidem ſatione contenti circumſcribere prædiorum modum? Illuſtrium fluminum per priuatum decurſus, & amnes magni, magnarumque gentium termini, ad oſtium a fonte, veſtri ſunt. Hoc quoque parum eſt, niſi latifundijs veſtris maria cinxiſtis, niſi trans Adrianum & Ionium Ægæumque villicus veſter regnet, niſi inſulæ, ducum domicilia magnorum, inter viliſſima numerentur.*

4 HINC SILVÆ.] Iuuenalis Satyr. 4. hunc luxum perſequitur.

Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
Porticibus, quanta nemorum vectetur in vmbra,
Iugera quot vicina foro, quas emerit ædes?

5 SEVERO.] An ille Seuerus Cornelius, de quo Seneca in epiſtolis, qui Ætnam deſcripſit? Nil ſtatuo, nec mihi Mercurius vllus qui viam monſtret.

Cornelius Seuerus.

6 CELERE.] Forſan Aſinius Celer ille obſonator, & inter gurgites non vltimus; niſi ſit eius progenies.

Aſinius Celer obſonator nobilis.

7 POMPTINÆ PALVDES.] De quibus ita Silius lib. 8.

Et quos peſtifera Pontini vligine campi,
Qua Saturæ nebuloſa palus reſtagnat, & atro
Liuentes cœno per ſqualida turbidus arua
Cogit aquas Vfens, atque inficit æquora limo.

Plinius libr. 3. cap. 5. *A Circeijs palus Pomptina eſt, quem locum viginti trium vrbium fuiſſe, Mutianus ter Conſul prodidit.* Fit autem hæc palus alluuione duorum fluminum, ait Dio vbi de Traiano & per hæc tempora. Virgil. autem 7. Æneid. ſic ſcribit.

Qua Saturæ iacet atra palus, geliduſque per imas
Quærit iter valles atque in mare conditur Vfens.

Nam Pomptina palus dicta Satura.

8 AVERNO.] De quo Silius lib. 12.

Ille olim populis dictum Styga, nomine verſo
Stagna inter celebrem nunc mitia monſtrat Auernum.
Tum triſti nemore, atque vmbris nigrantibus horrens,
Et formidatus volucri, lethale vomebat
Suffuſo virus cælo, Stygiaque per vrbes
Religione ſacer, ſæuum retinebat honorem.
Hinc vicina palus, fama eſt Acherontis ad vndas
Pandere iter, cæcas ſtagnante voragine fauces, &c.

Auernus delineatus a Silio.

9 SVPERERANT.] Lego, *ſubruebant.* Sic D. Ambroſius ad Valent. *Ipſa Eccleſiarum ædificia ſubruerant.*

10 NON VT POST.] Florus tamen ait Gallicum incendium paupertatem Romuli abſcondiſſe. *Et vt deſtinata hominum ac Deorum domicilio ciuitas, non delata* (lego *deleta*,) *non obruta, ſed expiata potius, & illuſtrata videretur.* Seneca epiſt. 91. ait, *Timagenem fœlicitati vrbis inuidentem dicere ſolitum: illa Romana incendia ob hoc vnum dolere, quod ſcilicet Roma melior eſſet reſurrectura, quam arſiſſet.*

Gallicus ignis abſcondit paupertatem Romuli.

11 LATIS VIARVM SPATIIS.] Nam *inter mœnianum & mœnianum, debet eſſe ſpatium 50. pedum. Si mœnianum ſit publicum, 15. pedum.* L. Mœniana. de ædific. priuatis. Cod. Iuuenalis notat priſcæ vrbis ſtrictiores vias, Sat. 3.

Quot pedes inter mœniana & mœniana.

-- magnis opibus dormitur in vrbe.
Inde caput morbi: rhedarum tranſitus arcto
Vicorum inflexu, & ſtantis conuitia mandræ,
Eripient ſomnum Druſo, vituliſque marinis.

12 ÆDIFICIORVM ALTITVDINE.] Quæ fuit ſeptuaginta pedum. Sext. Aurel. in Traiano. At Strabo contemporaneus Auguſti, certius id memorat, atque prohibuiſſe eum, ne quis ſupra pedes ſeptuaginta ſublimius ædificaret in publicarum vicinitate viarum. Quod Traianus reduxit ad 70.

Altitudo ædificiorum Romanorum.

13 SINE TRABIBVS.] Ergo fornicata. & opere fornicato multum vſi Romani, quia diuturnius.

14 SAXO GABINO ALBANOQVE.] Miror cum in ijs ſit mollities. Plinius ait: *alia mollitia circa Romam Fidenati & Albano lapidibus* l. 36. c. 22. Tamen legi alicubi Romæ, *porticus cum columnis ex Albano lapide.* Et forte legendum, *Tuſculano.* Tuſculanus enim lapis duriſſimus, & igni imperuius, ac diſſilire igni traditur. Eſt & *quidam viridis lapis vehementer igni reſiſtens.* Iſidor. cap. 4. lib. 16.

Albanus lapis mollis.

Tacitus & Plinius non conueniunt in Albano lapide.

15 IAM AQVA.] Legendum, *etiam aqua.* Et verbum *eſt*, coniunctum verbo *iam*, facit *etiam.*

Martialis ſitienti domui aquam petit.

16 PRIVATORVM LICENTIA INTERCEPTA.] Martialis a principe venulam aquæ petit his verſibus.

Sicca domus queritur nullo ſe rore foueri,
Cum mihi vicino Martia fonte ſonet:
Quam dederis noſtris, Auguſte, penatibus vndã,
Caſtalis hæc nobis, aut Iouis imber erit.

De ea re eſt L. 1. §. ſed & ſi. D. Ne quid in flum. pub. *Pleroſque ſcio prorſus flumina auertiſſe alueoſque mutaſſe, dum prædijs ſuis conſulunt.* Cæterum prohibitum fuiſſe id Liuius docet libr. 31. in veter. Rep. *Aquam,* inquit, *publicam omnem in priuatum ædificium, aut agrum fluentem, ademerunt, & quæ loca publica inædificata immolitaue erant, intra dies 30. demolita ſunt.* Sane antiquitus nemini licebat habere aquam priuatam, niſi a Cenſoribus venderetur, aut Cenſoribus deficientibus, ab Ædilibus; & iſtud ius neque heredem, neque emptorem, nec vllam domum ſequebatur. Seneca natural. quæſt. 1. præfat. de ſuo æuo. *Deriuata,* ait, *in domos flumina.* Quod Plinius etiam de ſuo ſæculo narrat, lib. 26. cap. 15. *Si quis diligentius æſtimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piſcinis, domibus, Euripis, hortis ſuburbanis, villis, ſpatioque aduenientis extructos arcus, montes perfoſſos, conualles æquatas fatebitur, nihil magis mirandum in toto orbe terrarum.* Sed hæc de Roma non vetere, ſed noua luxu affluente, & fontibus vndique corriuatis. Et cape de illa aquarum interceptione quod Iuriſconſultus. ſcribit L. 2. de extraordin. crim. de riuis nouis inciuiliter inſtitutis. Rutilius autem ita de Roma, licet inferiori longe tempore.

Prohibitum aquam intercipere publicam.
Demolitis aquæ priuatæ caſtelli.
Aqua a Cenſoribus vendita, vel Ædilibus.
Ius aquæ non ſequitur heredes.

Romæ aqua publica abundans.

Nec minus & proprijs celebrantur Roſcida venis,
Totaque natiuo mœnia fonte ſonant:
Frigidus æſtiuas huc temperat halitus auras,
Innocuamque leuat purior vnda ſitim.

Cæterum noto totam hanc clauſulam in Tacito deprauatam. Nam ait, *interceptam aquam priuatorum licentia, quo largior pluribus locis in publicum flueret;* quod non conuenit. Rarior enim fluit in publicum, ſi intercipiatur a priuatis. Itaque lego: *Etiam aqua priuatorum licentia intercepta eſt reſtituta, quo pluribus locis flueret;* & verbum *eſt,* pro reliqua particula verbi *reſtituta* manſit. Addit etiam: *Quiſque haberet cuſtodes & ſubſidia reprimendis ignibus.* Quod nouiter introductum. Ante enim ex publico tantum, non priuato. Quippe Strabo libr. 5. vbi de Auguſto, ſub quo vixit, inſtitutos milites ſcribit, ex libertinorum numero, qui aduerſus incendia opem ferrent, & illi priuati cuſtodes Noctiani νυκτοφύλακας. Eos vero qui huiuſmodi incendijs opem ferrent, νυκτοστρατηγούς vocat lex vlt. §. legati. D. de muner. & honor. De his eſt L. 3. de offic. præf. vig. D. quæ ait cautum fuiſſe vt ſubſidia reprimendis ignibus quiſque haberet, quæ erant aqua, & acetum, L. 12. §. acetum. de inſtr. vel inſtru. leg. & hamulæ, id eſt ſitulæ ad capiendas & extrahendas aquas, vt dixi ſupra, ac cum ſparteis veſtibus, & centonibus; quippe centones inter veſtimenta quæ incendijs extinguendis inſeruiunt. L. 12. §. ſi domus. de inſtruct. & inſtrum. legat. D. Sparteæ autem veſtes extinguendis ignibus paratæ; inde Sparteoli milites. Nam Vet. interpr. Iuuenal. illo verſu, *Diſpoſitis prædiues hamis:* ſic ſcribit. *Per tranſlationem diſciplinæ militaris Sparteolorum Romæ, quorum cohortes in tutelam vrbis cum hamis, & cum aqua vigilias curare conſueuerunt vicinis.* De iſtis autem veſtibus, ita D. Hieronym. in obitu Pauli Eremitæ: *Ne quid pius heres ex inteſtati bonis non poßideret, tunicam eius ſibi vindicauit: quem in ſportarum modum* (lego, *ſpartearum modum*) *de palmæ folijs ipſe ſibi contexuiſſet.* Sparteæ ſunt veſtes ſparto confectæ, & ex iunco paluſtri, ignibus imperuiæ. Quod autem addit, *Cuſtodes & ſubſidia reprimendis ignibus vnuſquiſque haberet:* id explicat lex 1. de offic. præf. vig. *Fuerant,* inquit, *& priuatæ familiæ, quæ incendia, vel mercede, vel gratia extinguerent.* Quod poſt Auguſtum inualuit. Sed ſub Nerone, vnaquæque domus potentiorum, priuatos habuit cuſtodes ad reſtinguendos ignes: vnde *ſerui ianitores.* Vide quæ dixi lib. 3. ad finem. Illi autem ſerui tintinnabulis vtebantur ad mouendos vicinarum ædium alios ianitores ſeruos, ſi quid incendij, & alterius damni dominorum ædibus accidiſſet. Eorum autem exemplo Auguſtus Ioui Tonanti, quaſi excubitori ſeruo Iouis Capitolini, tintinnabulum dedit. Dio lib. 54. Sed hæc tractare, λογοδιάῤῥοια eſt.

Tacitus correctus.
Extinguendis ignibus publicæ familiæ.
Priuatæ etiam.
Subſidia ignibus reſtinguendis.
Aqua.
Acetum.
Hamulæ.
Sparteæ veſtes.
Vnde ſparteoli.
Cur Ioui Tonanti tintinnabulum datum ſit.

17 PROPRIIS QVÆQVE MVRIS.] Ea ædificia *inſulæ* vocabantur. De quibus in iure noſtro frequens mentio eſt: ita dictæ, quod nullis ædificijs contignarentur; quamuis omnis vrbs contignata ſua haberet ædificia, vt ſcribit Philo de vita contemplat. Sunt autem quædam prouinciæ magis ignibus obnoxiæ, vt Syria & Ægyptus, & Africa, quæ ſolibus iniquis vexatæ, magis patent incendio. Plerunque etiam ſiluæ ſubitis incendijs abſumuntur. Vide L. per prouincias. de ædific. priuatis: & Plinium vbi de Æthiopiæ ſiluis plerunque Solis feruore adustis.

Inſula Romæ.
Ædificia omnino contigua.
Prouinciæ quædam ignibus obnoxiæ.
Siluæ ſolibus adustæ in Æthiopia.

Et hæc quidem humanis conſilijs prouidebantur. Mox petita a dijs piacula, aditique Sibyllæ libri, ex quibus ſupplicatum Vulcano & Cereri Proſerpinæque, ac[1] propitiata Iuno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare. Vnde[2] hauſta aqua, templum & ſimulachrum deæ proſperſum eſt, &[3] lectiſternia ac[4] peruigilia celebrauere fœminæ quibus mariti erant. Sed non ope humana, non largitionibus principis aut deum placamentis, decedebat infamia, quin iuſſum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero[5] ſubdidit reos, &[6] exquiſitiſſimis pœnis affecit, quos[6] per flagitia inuiſos,

Piacula incendij.

Neronis in Chriſtianum nomen ſæuitia.

inuiſos, vulgus [8] Chriſtianos appellabat. Auctor nominis eius CHRISTVS, qui Tiberio imperitante, per [9] procuratorem Pontium Pilatum [10] ſupplicio affectus erat. Repreſſaque in præſens [11] exitiabilis ſuperſtitio rurſus erumpebat, non modo [12] per Iudæam originem eius mali, ſed [13] per vrbem etiam: quo cuncta vndique atrocia aut pudenda confluunt, celebranturque. Igitur primo correpti qui [14] fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens, [15] haud perinde in crimine incendij, quam odio humani generis conuicti ſunt. Ea pereuntibus addita ludibria, vt [16] ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, [17] aut crucibus affixi, [18] aut flammandi, atque vbi defeciſſet dies, in vſum nocturni luminis vrerentur. Hortos ſuos [19] ei ſpectaculo Nero obtulerat, & Circenſe ludicrum edebat, habitu aurigæ permixtus plebi, vel [20] circulo inſiſtens. Vnde quanquam aduerſus ſontes & nouiſſima exempla meritos, miſeratio oriebatur, tanquam non vtilitate publica, ſed in ſæuitiam vnius abſumerentur.

Chriſtiani inuiſi gentibus.

Innoxij omnium pœnarum generibus plectuntur.

In vrbe Roma multæ Iunones.

1 PROPITIATA IVNO PER MATRONAS APVD PROXIMVM MARE.] Quæ autem illa fuerit Iuno, non dicit. Quippe in vrbe multæ Iunones, Regina, Lucina, Moneta, Hoſpita, & aliæ multæ. Nam Iunonem diuerſis nominibus Roma coluit. Hoc Virgilius tacite innuit lib. 12.

Nec gens vlla tuos æque celebrabit honores.

Marmor vetus Maderni.

D. S.

HERCVLI. ET. IVNONI. VALERIVS.
SEVERVS. ET. CLAVDIA. CORNELIA.

Iuno Regina templum habet in Auentino & Capitolio.

Puto autem intelligi de Iunone Regina, quæ in Auentino templum habuit, etiam in Capitolio. Liuius lib. 5. In iſta autem propitiatione, ſimulachrum Deæ lecticæ imponebatur. Prudentius hymno D. Romani: vbi de bona Dea ita propitiata, ſic ait.

Propitiationes a Prudentio deſcripta. *Expiatio fiebat Dea in eſſedo poſita.* *Præibat populus & ibat ad lauacrum.* *Lauacrum ad mare.* *Vel fontes.* *Vel riuulos.*

Lapis nigellus euehendus eſſedo,
Muliebris oris clauſus argento ſedet,
Quæ dum ad lauacrum præeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis
Almonis vſque peruenitis riuulum.

Dio lib. 48. ſcribit in huiuſmodi propitiatione ſtatuam Virtutis quæ ante portam quandam ſtabat, in faciem decidiſſe. Quidam dixerunt matrem Deum iraſci populo: & eius rei cauſa, libri Sibyllini ſunt inſpecti; ex iiſque reſponderunt XV viri ſuccenſere Deam. Id cum fieret, Dea in profundum mare, & quamlongiſſime a terra progreſſa eſt, ibique aliquandiu morata, vix tandem rediit. Aliquando ergo in riuulis fontibuſque, aliquando in mari illa expiatio. Cicero pro Roſcio Amer. ait *mari cætera quæ violata ſunt, expiari.* Sed cur mari? ne mirere: mare enim puritatis ſymbolum, cum *maria ſe omni plenilunio purgent, & in littus immunda omnia & ſtercoroſa eiiciant*, vt ait Seneca 3. Natur. Quæſt. 26. quæſt. Tertullianus de Pallio, ſcribit, *Siculum mare expuere quodcunque ſorbuerit.* Et Plin. lib. 2. cap. 98. *Circa Meſſaniam*, inquit, *& Milas fimo ſimilia purgamenta in littus exſpui.* Sic pro purgamento & expiamento mare, vt dixi ſupra. Non prætereo quod Valerius 8. Argonaut. ſcribit, vbi de matre Deum in Almone lauata.

Imago Deæ aquis expoſita.

Latius ſi terras linquat, malum omen.

Vt ſi nolit regredi.

Sic vbi Mygdonios planctus ſacer abluit Almo,
Lætaque iam Cybele, feſtæque per oppida rhedæ,
Quis modo iam ſæuos adytis fluxiſſe cruores
Cogitet? aut ipſi qui iam meminere miniſtri?

Arnobius lib. 7. *Lauatio matris Deum eſt hodie.* aduerſ. gent. Exiſtimabant vero iſta lauatione Deos hilariores reddi, vt etiam conuiuiis. Ita Sathanas homines lapides reddit.

Ablutiones numinum.

2 HAVSTA AQVA TEMPLVM ET SIMVLACHRVM DEÆ PROSPERSVM.] Tacitus de morib. German. vbi de ſimili caſu. *More,* inquit, *vehiculum & veſtes, & ſi credere velis, numen ipſum ſecreto lacu abluitur.* Tertullianus libr. de Baptiſmo, vbi de aſpergine paganorum. *Nationes extraneæ ab omni intellectu ſpiritualium poteſtatum eadem fiducia idolis ſuis ſubminiſtrant, ſed viduis aquis ſibi mentiuntur:* (id eſt ſeipſos decipiunt, dum putant ſibi prodeſſe illas aquas ad puritatem, in quibus tamen nulla vis purificandi: ideoque *viduas* vocat.) Mox addit: *Nam & ſacris quibuſdam per lauacrum initiantur Iſidis alicuius, aut Mithræ. Ipſos etiam Deos lauationibus efferunt. Cæterum & domos, & villas, & templa, totaſque vrbes aſpergine circumlatæ aquæ expiant paſſim.* Apul. 11. Metamorph. de priuata aſpergine. *Me,* inquit, *purificandi ſtudio, marino lauacro trado, ſepties ſubmerſo fluctibus capite, quod eum numerum præcipue religionis* (lege, *religioni*) *aptiſſimum, diuinus ille Pythagoras prodidit.* Verum hæc lauatio, ſordes.

Aſpergines. *Tertullianus explicatus.* *Aſpergebantur villæ, domus, vrbes, templa.* *Et priuati.*

Lectiſternia Græcis & Latinis.

3 LECTISTERNIA.] Vſitatus mos Latinis non modo, ſed & Græcis: Imo & Ægyptiis a quibus cæteri populi habuere. Nam Mena primus Rex Ægyptiorum, vt ait Diodorus Siculus, docuit Ægyptios colere dæmonas & eis parare menſas & lectiſternia. de Latinis, intelligendus eſt locus Iuuenalis Sat. 15. & de lectiſterniis.

—— ne magnæ gaudia cœnæ
Sentirent, poſitis ad templa & compita menſis.

Virgilius 5. Æn. *—— adhibete penates*
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.

Gellius ait Romæ in lectiſternijs eodem in lecto poſitum Iouem cum Iunone, Latiam cum Saturno, Horam cum Quirino, Maiam cum Vulcano, Salatiam, id eſt Thetim, cum Neptuno, Netium cum Marte: & puto dici Nerenm Ponti filium, vt Heſiodus ſcribit in Theog. Silius lib. 12.

Sternunturque Ioui, & delubrum ſanguis honorat.

Iratos Deos placabant epulis Romani.

Id eſt, pecudum ſanguis in ſacrificijs fuſus, honorat templum. Liuius lib. 7. *Pacis expoſcendæ cauſa, tertium poſt conditam vrbem lectiſternium fuit.* Quippe ludis & epulis iratos Deos placabant, vt nutrices pueros vagientes mamma & crepitaculis; ſtruebantque lectos in publico, quibus Iupiter & Iuno, ac Mineruæ eodem lecto poſiti, aliquando in diuerſis, epularentur. Tertullian. in Apolog. *Grande videlicet officium, & focos, & thoros in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu abolefacere.* lego *obolefacere*, id eſt, grauem & moleſtam odore facere. ſic Iuuenalis de lupanario dixit,

Tertullianus correctus. Et explicatus.

— Olenti in fornice ſtantem.

Primum lectiſternium apud Rom. in peſtilentia.

Martialis vero, *olenti in popina*. Primum lectiſternium ob peſtilentiam apud Romanos ſtratum fuit: nec tantum in templis, ſed & in vicis, & priuatim id quoque ſacrum celebratum eſt. Liuius libr. 5. *Tota vrbe patentibus ianuis, promiſcuoque vſu rerum omnium, in propatulo poſito, notos ignotoſque paſſim aduenas, in hoſpitium euectos ferunt, & cum inimicis quoque benigne ac comiter ſermones habitos, iurgijs temperatum, vinctis quoque dempta in dies illos vincula: religioni deinde fuiſſe, quibus eam opem Dij tuliſſent, vinciri.* Apuleius de Mundo. *Sunt & publicarum epularum apparatus; & lectiſternia Deorum, & dies feſti.* De Græcis vero, Valer. lib. 11. cap. vlt. ait Rhodios ſtatuas Harmodij & Ariſtogitonis Rhodum inuectas, ſacris puluinaribus collocaſſe. Memini legiſſe me aliquid in Pauſania ſimile. Verum noto non modo fuiſſe publica, ſed & priuata, & priuatis in domibus lectiſternia. Ita enim Valer. libr. 2. cap. 4. *de Valeſio lectiſternia ludique fierent*; quod erat in priuata domo. Inde *lectiſternator* Plauto in Pſeudolo, qui curam lectorum ſternendorum haberet. Nam lectis accumbebant conuiuæ. ſed hæc alias. Noto autem ſenatores aliquando lectiſterniatores fuiſſe in iſtis ſolemnibus quę per octo aut amplius dies durabant trium lectorum apparatu ſuperbo. Sed & aliquando maiori lectorum numero, quod ex Liuio didici. Nec abeo quin Iudæorum mores tangam obiter, qui in publica lætitia mittebant inuicem ciborum partes & pauperibus munuſcula. Eſther. 9. cap.

In priuatis ædibus. Et vicis.

4 PERVIGILIA CELEBRAVERE FOEMINÆ QVIBVS MARITI ERANT.] De quibus cape illud Sapient. cap. 14. *Aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes.* Loquitur enim de peruigilijs Paganorum. Suetonius in Auguſto cap. 78. *Etſi vel ſacri, vel officij cauſa, maturius vigilandum eſſet.* In ijs autem peruigilijs magis dormiebant, quam vigilabant. Idem cap. 94. *Acciam cum ad ſolenne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet, poſita in templo lectica, dum cæteræ matronæ dormirent, obdormiſſe, draconemq. repente irrepſiſſe ad eam, pauloque poſt egreſſum, illamque expergefactam quaſi a concubitu mariti purificaſſe ſe.* Et erant in templis Deorum paganorum, qui aliorum mandato ſomniarent, & ſua ſomnia referrēt mandantibus. Illa autem peruigilia, aut publica erant, aut priuata; quale illud Galbæ apud Sueton. *Simulachrum in parte ædium conſecratum, menſtruis deinceps ſupplicationibus & peruigilio anniuerſario coluit.* Carmen habemus de peruigilio Veneris inſigne certe, cuius emendationes alias vulgabo. Plautus in Aulularia de ijs peruigilijs aliquid narrat. Papinius 2. Thebaid.

Peruigilia publica. Et priuata.

—— Tyrijs ea cauſa colonis
Inſomnem ludo certatim educere noctem
Suaſerat: Effuſi paſſim per tecta, per agros,
Serta inter, vacuoſque mero crateras anhelum
Proflabant ſub luce Deum.

Hæc autem peruigilia valde noſtris Chriſtianis vſitata, vt D. Hieronymus ſcribit, contra Vigilant. & in vita D. Hilarionis, vbi de Conſtantia loquitur, muliere Chriſtiana, quæ ſolita erat ſepulchro D. Hilarionis inſomnes noctes ducere. Et ad Sabinianum: *Tota Eccleſia nocturnis vigilijs Chriſtum Dominum perſonabat, & in diuerſarum gentium linguis, vnus in laudibus Dei ſpiritus concinebat.* Peruigilia vocant quidam Chriſtiani, vt Meldenſi ſynodo can. 10. *Placuit vt fœminæ in cœmeterijs non peruigilent.* *Vigilias* vocant alij, non *peruigilia*. Quorum veſtigia hodie Eccleſia retinet. Nam in Chriſti Natiuitate Vigilias agimus, vt olim Paſchæ. Atque in Calendario quoties Vigilias legis, tot peruigilia intelligis, quibus Chriſtiani veteres Pſalmis vacabant hymniſque & concionibus ſacriſque liturgijs, & ad extremum cœleſtibus edulijs per totam noctem. Quæ omnia frigiſculis & hæreticorum mox diuortijs paulatim deſueſecerunt. D. Ambroſ. in vita D. Agnetis ſcribit: Chriſtianos in ſepulchris Martyrum pernoctare conſueuiſſe, quibus lumina frequentia erant. D. Auguſtinus libr. de Cantico nouo, cap. 10. & Serm. 121. de diuerſ. *Quid ibi faciemus? Dormiemus fortaſſe; ſi modo pugnamus contra nos, quamuis geramus domum ſomni, carnem iſtam ſcilicet, & vigilamus in luminaribus, & ſolemnitas aliqua dat nobis animum vigilandi. Dies illa quales vigilias nobis dabit?* Quod exequitur luculenter Prudentius hymno de Cereo Paſchali, vbi de peruigilio. Tertullianus de iſtis Chriſtianorum peruigilijs ad vxor. *Quis nocturnis conuocationibus, ſi ita oportuerit, a latere ſuo eximi clementer feret? Quis denique ſolemnibus Paſchæ abnoctantem ſecurus ſuſtinebit?* De iſtis Paſchæ peruigilijs, vt D. Clemens Rom. D. Ambroſius, ita etiam Auſonius.

Peruigilia Chriſtianorum.

Peruigil. Tertul. nocturnæ conuocationes.

Chriſtiani peruigilij laus ab Auſonio.

Ad temet properant vigilata conuenienter,
Nox lucem reuehet funalibus anteferendam,
Nox lumen pariens credentibus indubitatum,
Nox flammis operum meditatrix ſydereorum.

Chriſtianorum peruigilia erant ſobrietatis plena; paganorum vero, ebrietatis, & intemperantiæ & ſomnolentiæ.

5 SVBDIDIT

Chriſtiani rei nomine non crimine.

5 Svbdidit reos.] Reos, non ex crimine, ſed nomine. Ita enim Tertullianus. *Prima cauſa odij in Chriſtianos nomen; de nomine queritur, de nominis crimine non quæritur, quia nullum eſt. Oderunt in hominibus innocuis nomen innocuum.* Sic pleriſque hominibus non de Catholici hominis cauſa inquiritur: nomen, & in nomine cauſa, condemnantur.

Chriſtianorum pœnæ exquiſitæ.

6 Exqvisitissimis poenis.] Ita ſane. Vide Scholiaſt. Iuuenal. Sat. 2. & Prudentium de coronis, qui ita canit.

Liberam ſuccincta ferro peſtis vrgebat fidem:
Ille virgas, & ſecures, & biſulcas vngulas
Vltro fortis expetebat Chriſti amore interritus.
Carcer illigata duris colla baccis impedit,
Barbaras locum per omne tortor exercet manus,
Veritas crimen putatur, vox fidelis plectitur;
Tunc & enſe cæſa virtus triſte percuſſit ſolum,
Et iugis ingeſta mæſtis ore flammas ſorbuit.
Dulce tunc iuſtis cremari, dulce ferrum perpeti.

Tertull. ad Scapulam: *Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro iuſtitia, pro pudicitia, pro fide, pro veritate, pro Deo viuo cremamur: quod nec ſacrilegi, nec hoſtes Dei veri, nec tot maieſtatis rei pati ſolent.* Etiam leonibus obiecti: vnde illa vox frequens: *Ad leonem.* Tertullianus ibid. *Et ad leonem virgines, vt vota per caſtitatem Deo membra, turpibus hominum tactionibus polluerentur.* Sed non ſileo in hac parte quod ait D. Hieronym. ad Lætam, vt martyrum iſtorum decus intelligas a Pop. Rom. poſtea veneratum. *Armatum ſcatet Capitolium fuligine, & aranearum telis omnia Romæ templa cooperta ſunt: mouetur vrbs ſedibus ſuis, & inundans populus, ante delubra ſemiruta currit ad martyrum tumulos.* En vani conatus Neronum. Et quia martyrum memorias Caluiniſtarum ſchola tota refutat, & vt nouellum inuentum & impium nobis exprobrat, hæc ex Eunapio philoſopho pagano, in Ædeſio & Maximo addemus. *Eorum, inquit, capita qui ob ſcelerum multitudinem a iudicibus extremo ſupplicio fuerant affecti, pro diuis oſtentabant, ijs genua ſubmittebant, eos in numerum deorum receptabant, ad illorum ſepulchra puluere ſordibuſque conſpurcati: In ijs nonnulli martyres, Diaconi alij, & legati arbitrique precum, petitionumque apud deos nominabantur, cum fuerint ſeruitia inſida & flagris peſſime ſubacta, & quæ cicatrices ſcelerum ac nequitiæ veſtigia corporibus circunferrent: eiuſmodi tamen Deos fert tellus.* Et ne quis Græca deſideret, addimus lubenter, poſt verſionem Adriani Iunij Hornani Caluiniſtæ. Οἳ τε γὰρ καὶ κεφαλὰς τῶν ἐπὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαλωκότων συναλίζοντες, οὓς τὸ πολιτικὸν ἐκόλαζε δικαστήριον, θεούς τε ἀπεδείκνυσαν, καὶ προσεκαλινδοῦντο καὶ κρείττους ὑπελάμβανον εἶναι μολυνόμενοι πρὸς τοῖς τάφοις· μάρτυρες γοῦν ἐκαλοῦντο καὶ διάκονοί τινες, καὶ πρέσβεις τῶν αἰτήσεων παρὰ τῶν θεῶν, ἀνδράποδα δεδουλευκότα κακῶς καὶ μάστιξι καταδεδαπανημένα, καὶ τὰς τῆς μοχθηρίας ὠτειλὰς ἐν τοῖς εἰδώλοις φέροντα. ἀλλ' ὅμως ἡ γῆ φέρει τούτους τοὺς θεούς. Hæc ſunt quæ pagani ſcripſere de Chriſtianis martyribus, qui maiore beneuolentia culti fuere prius, quam poſtea a Nerone horrenda truculentia trucidati. Et cur non addam quod D. Auguſtinus ait de verbis ſancti Petri Apoſtoli? *Volens Dominus ſuperborum frangere ceruices, non quæſiuit per oratorem piſcatorem, ſed de piſcatore, lucratus eſt, & oratorem, & imperatorem.* Et Pſalmo 65. *Elegit Dominus oratores: ſed illi ſuperbirent, niſi prius eligeret piſcatores; Elegit imperatores poſtea. Sed melius eſt, vt Romam cum venerit imperator, depoſito diademate, ploret ad memoriam piſcatoris, quam vt piſcator ploret ad memoriam imperatoris.* Leo Magnus Serm. 1. in Natal. Apoſtol. docet paganorum pœnas in Chriſtianos, Chriſtianorum decus fuiſſe, cum ait. *Non minuitur Eccleſia perſecutionibus, ſed augetur: & Dominicus ager ſemper ſegete ditiori veſtitur, dum grana, quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur.* Quod autem ait, *quæſitiſſimis pœnis*, intelligit de ingenioſis quæ magna arte & ingenio excogitabantur, & maiori crudelitate peragebantur. Nam in iure, vt ait Paulus lib. 5. tit. 17. *ſumma ſupplicia ſunt crux, crematio, decolatio: mediocria, metallum, ludus,* (ſiue gladiatorius ſiue venatorius) *deportatio. Minimæ pœnæ, relegatio, exilium, opus publicum, vincula.* Sed aduerſus Chriſtianos non modo maioribus ſupplicijs vtebantur, ſed crudelitate ingenioſa augebantur. Ideo Seuerus Sulpitius recte lib. 2. Hiſtoriarum vbi de Nerone: *Hic primus Chriſtianum nomen tollere eſt aggreſſus. Quippe ſemper inimica virtutibus vitia ſunt, & optimi quique ab improbis quaſi exprobrantes aſpiciuntur.* De triumpho martyrum, vide Gregorium Nazianz. 18. Iambico.

Martyrum tumulis procumbunt imperatores.

7 Per flagitia invisos.] At quæ flagitia? *Tunc virtutes pro flagitijs habebantur,* ait Tacitus. O ſæclum inſipiens! Quid ſi etiam hodie? Nam corrumpere & corrumpi ſæculum vocatur.

Chriſtianorum nomen nouum.

8 Christianos.] *Nomen nouum in orbe terrarum*, inquit D. Hieronymus in Eſaiam cap. 65. *& exoptatiſſimum.* D. Ignatius in epiſtolis. *Nam populus Dei non amplius vocabitur populus Iacob, ſed Chriſtianus.* De quibus vaticinium Sibyllæ, ait Conſtantinus in Euſebio, quod ſumptum a Virgilij 4. Ecloga.

Populus Dei populus Chriſtianus.

-- toto ſurget gens aurea mundo.
Tum demum ſurget magni præclara Dei gens.

ait Sibylla. Chriſtianum autem nomen, ab vnguento deductum, vnde illud Exod. 30. *Vnguentum effuſum nomen tuum.* Diuus Hieronymus in Eſaiam capite 65. *Nomen nouum ſiue aliud nullum eſt niſi quod ex Chriſti nomine deriuatur, vt vocetur populus Chriſtianus.* Chriſtianos autem a Chriſto eos vocabant pagani, vt docui ſupra. *Et apud nos*, inquit D. Auguſtin. Serm. 13. de verb. Dom. *non Chriſtus a Chriſtiano, ſed Chriſtianus a Chriſto dicitur.* Ait autem Tacitus nomen inuentum Tiberio imperitante. Quod firmatur Actuum 8. *Docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli Chriſtiani.* Sic Tertullian. in Apologet. *Tiberius, cuius tempore nomen Chriſtianum in ſæculum introijt: ab vnctione deductum venit nomen, & de ſuauitate & benignitate expreſſum, omnis criminis inſcium, & virtutis omnis conſcium; ideoque per orbem terrarum paulo momento propagatum.* Nec recens nomen, ſed Abrahamo promiſſum, qui inter Chriſtianos cenſetur ab Euſebio 1. Hiſtor. Eccleſ. cap. 4. Dixi Diſcipulos primum dictos, mox a Chriſto

Chriſtiani a Chriſto.

Ab vnctione & ſuauitate dicti.

Vitiorum genus inſcium. Virtutum conſcium maxime.

Primum diſcipuli dicti Chriſtiani.

Mox Chriſtiani Antiochia.

Chriſtianos Antiochiæ nuncupatos: & vere d.xi. Ideo a D. Ignatio epiſt. 1. ad Mariam Chriſti matrem, vocatur Antiochia θεόπολις, & epiſt. ad Antiochenſes, cuius Epiſcopus fuit, ait, πρώτη Χριστοῦ ἐπωνυμίας λαχοῦσα. At Chriſtus rex & ſacerdos dictus; ideo egreſſi de lauacro perungimur benedicta vnctione; idque de priſtina diſciplina, qua vngi oleo ambientes ſacerdotium ſolebant. Tertullian. de baptiſ. *Sic in nobis carnaliter currit vnctio, ſed ſpiritualiter proficit.* Pudet eorum qui tanto nomine inſigniti, factis deturpant. Illa autem vnctio πάγχρειος, id eſt, medicamentum omnibus morbis vtile dici poteſt. D. Hieronymus de Chriſtiano. *Nihil Chriſtiano fœlicius, cui promittitur regnum cœlorum: nihil laborioſius, qui quotidie de vita periclitatur: nihil fortius, qui vincit diabolum: nihil imbecillius, qui a carne ſuperatur. O beata germina temporis Chriſtiani*, ait Oroſius 7. *quantum præualuiſti in rebus humanis, vt etiam crudelitas hominis magis potuerit clades deſiderare quam inuenire.* Sed redeo ad Paganalia; nã de hoc nomine & numine iam dixi, licet me delectet hoc nomẽ vnctionis, in quod iuraui, cui fidem dedi, Sathanæ & Angelis impuris omnibus, ablegatis & abnegatis & deteſtatis. quod iuro iterum, nunquam peieraturus. CHRISTVS faxit.

Quando Pilatus miſſus in Iudæam.

9 PROCVRATOREM PONTIVM PILATVM.] Fuit is ciuis Romanus, cuius nomen *aleatorem* ſonat, ait D. Hieronymus. Tamen Cato, *Lapis candidior quam Pilates*, apud Feſtũ, vt a Pilato lapide Pilatum dictũ putes. Cum autem ageret annum imperij duodecimum Tiberius, vel decimumtertium, præſidem, ſeu procuratorem miſit, & ſucceſſorem Grato in Iudæam. Nam poſt mortem Herodis maioris, Archelaus filius eius habuit dimidiam partem eorum quæ poſſidebat: idque ex teſtamento paterno, quod confirmauit Auguſtus. Ioſephus lib. 17. Antiquit. 15. In ea autem parte Iudæa. At vbi Archelaus tyrannidis accuſatus eſt, & damnatus a Tiberio, miſſuſque Viennam in exilium: tunc Pilatus quintus Iudææ procurator, in Iudæam miſſus eſt, qui CHRISTVM vitam, morti neſcius tradidit, prius iuſtum confeſſus: inde toto orbi innotuit. Itaque aduentu CHRISTI Saluatoris, Pilatus quartum præfecturæ ſuæ annum agebat. Ioſephus de bello Iudaico 2. cap. 4. Euſeb. cap. 9. Eccleſ. hiſtor.

Chriſtus volens & lubens homo factus.
Et volens crucifixus vt deleret chirographum noſtræ damnationis.

10 SVPPLICIO.] Voluntario, vt humani generis pretium perſolueret, peccati chirographum deleret, panderetque cœlorum viam omnibus hominibus, primi hominis culpa interclusam. O bonitas inaudita, o pietas infinita, miſerere mei.

11 EXITIABILIS SVPERSTITIO.] En paganorum os ſpurcum & opicum vere. Et eadem nunc loquitur demens & cruciabilis infidelitas hæreticorum. Lego autem, *exitiabilis*, vt ſupra *perniciabilis*, pro *perexitiabilis*.

Chriſtus ad filios, non canes miſſus.
In Iudæa natus, altus & verſatus & tãdem mortuus.

12 PER IVDÆAM ORIGINEM EIVS MALI.] Quippe CHRISTVS venerat non canibus, ſed filijs panem eloquij ſui daturus, nec Gentilibus, ſed Iudæis, aquæ viuæ latices propinaturus. Ideo in Iudæa natus, verſatuſque, ac poſtea mactatus agni innocentis more, & in ara crucis oblatus quia voluit. Ergo Iudæa origo Chriſtianitatis, quam vt iniqua mater, ſemel conceptam abigere quaſi violento partu, & iniquo medicamine voluit. Sed vt ait in Apolog. Tertullian. *Si quantum Iudæi deliquerint, fiducia patrum inflati ad declinandum, & deriuantes a diſciplina in prophanum modum: ſi & ipſi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipſorum: diſperſi, palabundi, cœli & ſoli ſui extorres, vagantes per orbem, ſine homine, ſine Deo, ſine Rege: quibus nec aduenarum iure, terram patriam ſaltem veſtigio ſalutare conceditur.* Quod oſtendit Dei iras in hanc gentem.

Iudæa mater Chriſtianitatis.
Quam velut abortiuo partu abigere voluit.
Infœlicitas Iudæorum a Tertullia.
Quæ nunc etiam durat.

Roma Chriſtianorum expugnatrix, mox cultrix.
Quot dæmonia habuit, poſtea tot martyres habet.
Eccleſiæ Romanæ elogium a Tertull.

13 PER VRBEM ETIAM.] Romam ſcilicet, quæ ſanctorum Dei voratrix, mox cultrix fuit. Nam trecentis annis ſanguine martyrum innatauit: ſed tot poſtea martyrum nomina habuit, quot dæmonia ante coluit. Ibi Petrus & Paulus ſanguine ſuo ſignatum Euangelium reliquerunt. *Itaque fœlix Eccleſia* (ait Tertullianus de præſcript.) *cui totam doctrinam Apoſtoli Petrus & Paulus cum ſanguine ſuo profuderunt* (En Petrus Romæ,) *vbi Petrus Paſſioni Dominicæ adæquatur: vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apoſtolus Ioannes, poſteaquam in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur.* Et hoc firmat Prudentius, & D. Ambroſius: ſed Abdias longe ante, vt & innumerabiles authores quos ſanus refultauerit nemo. Fœlix vere Eccleſia, & in fœlicitate manſura, & contra æui hoſtiumque rabiem & inferni æſtus victura, dum ſtabit ſolum.

Confeſſio nominis & fidei Chriſtianæ a primis Catholicis.

14 FATEBANTVR.] Se Chriſtianos ſcilicet. *Chriſtianis*, inquit Tertullianus, *quid ſimile? neminem pudet, neminem pœnitet, niſi plane retro non fuiſſe. Si denotatur, gloriatur: ſi accuſatur, non defendit: interrogatus, vel vltro confitetur, damnatus gratias agit. Quid hoc mali eſt quod naturalis mali non habet? timorem, pudorem, tergiuerſationem, pœnitentiam, deplorationem? quid hoc mali eſt cuius reus gaudet, cuius accuſatio votum eſt, & pœna fœlicitas?* Solis Chriſtianis de fide accuſatio, confeſſio eſt, ſola de morte & excidio voluptas. Sic neminem pœnitet ſe eſſe Chriſtianum.

Veritas cœpit cum odio ſui.
Hoſtes Chriſtianorum Iudei ex æmulatione.
Milites ex concuſſione.
Hæretici ex natura hæreſis.
Chriſtiani odio non crimine conuicti.

15 HAVD PERINDE IN CRIMINE.] Lege: *Haud perinde immani crimine incendij, quam odio humani generis conuicti ſunt.* Nam *cum odio ſui cœpit ſimul veritas*, ait Tertullian. *atque apparuit inimica eſſe. Tot hoſtes eius quot extranei, & quidem* (lege, *quidam*) *proprij*, (loquitur de hæreticis, qui nobis ſunt hoſtes domeſtici) *ex æmulatione, Iudæi, ex concuſſione, milites, ex natura etiam ipſi domeſtici noſtri.* Ergo odio, non crimine, *conuicti Chriſtiani*, ait Tacitus. Bene. Nam nec crimine incendij conuictos fatetur, ſed odio. Verum quam æqua eſt paganitas, quæ odio nos conuictos, & condemnatos habet? Pereat illa ſuo gladio, quæ ſcripſit dudum, non odio, nec amore eſſe iudicandum. Lego autem, *immani crimine*: nam *in*, nota eſt, & *immane* incendij crimen dicitur, quod capitale eſt, L. capitalium. §. incendiarij. de pœnis. D. & plerumque viui exuruntur, ait Iuriſconſultus.

conſultus, *ſi dolo malo incenderint*. Nam *ſunt euerſores humani generis*. Paul. lib. 5. Sent. tit. 3. quod notat immanitatem.

16 FERARVM TERGIS CONTECTI.] Sic Tertullianus ad martyr. *Timebis forſan ca-ro gladium grauem, & crucem excelſam, & rabiem beſtiarum, & ſummam ignium pœnam, & omne carnificis ingenium in tormentis.* Prudent. hymno D. Quirini.

Chriſtiani obiecti beſtijs ferarum in pellibus.

Sed intrepidi.

Non illum gladij rigor,
Non incendia, non feræ
Crudeli interitu necant.

Pagani autem, quorum crudelitas Chriſtianos tam ſæpe exercuit, fuere feris ferociores, & crudeliores. Suetonius de Nerone. *Nouiſſime genus luſus excogitauit, quatenus feræ pelle contectus emitteretur e cauea, virorumque ac fœminarum ad ſtipitem deligatorum inguina inuaderet, magna petulantia: & cum affatim deſæuiſſet, conficeretur a Doryphoro liberto.* Hocque faciebat Nero parua tunica indutus & florente.

17 AVT CRVCIBVS AFFIXI.] Prudentius in paſſione D. Petri & Pauli.

Etiam crucifixi.

Prima Petrum rapuit ſententia, legibus Neronis
Pendere iuſſum præminente ligno.

At Crucifixi diſcipulos crux ipſa non pudet. Tamen hæ Chriſtianorum pœnæ mihi legenti & meditanti ſunt acrades, non pyra Melitæa.

18 AVT FLAMMANDI.] In Paſſione D. Lini. *Quia Paulus dixerat mundi figuram per ignes reſoluendam, iuſſit omnes Chriſti milites igne concremari.* Multis modis illa vſtulatio fiebat. Nam de vno genere Prudentius in martyr. D. Rom.

Multis modis vſti Chriſtiani.

Prima ſpecies vſtionis ex Prudentio.

At parte campi ex altera, immanem pyram
Texebat vſtor fumidus pinu arida,
Sarmenta miſtim ſubdita, & fœni ſtruem
Spargens, liquato rore feruentis picis,
Quo flamma paſtu creſceret ferocius.
Et iam retortis brachijs furea eminus
Romanus actus ingerebatur rogo.

Secunda ex Tertull. Sarmentarij dicti.

Aliud ex Tertulliano, eorum qui ad ſtipitem dimidij axis reuincti, ſarmentorum ambitu exurebantur. In Apolog. Ideo *Semiaxij* dicti. Eſt & tertium, de quo dixi iam ex Vet. interpret. Iuuenal. Sat. 2. *tæda lucebis in illa*: vt tæda & papyro circumuoluti, ceraque, & fixo ſtipiti, igne admoto, fierent candelæ, quæ nocte tota lucerent. Nam exurendis veſtis induebatur chartacea, inlita pice, quam *moleſtam* vocat Iuuenalis Sat. 9. in verſu, *Tunica punire moleſta*. Itaque ita ſubiecti flammis ardebant. Plautus explicat in Capt.

Et Semiaxij.

Tertia ex veteri ſchol. Iuuen.

—— at pol te, hic ſi ſapiet ſenex,
Atra pix agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat.

Et Euſebius de ſancta Potamiena, ait illitam fuiſſe pice feruenti, libr. 6. cap. 4. Alia etiam pœna ignium, quanquam paulũ inferiori æuo reperta, vt aſſulis ignes ſubderentur. De qua ita Tertullianus in Apolog. *Sic itaque nos ad Deũ expanſos vngulæ fodiant, cruces ſuſpendant, ignes lambant, gladij guttura detruncent, beſtiæ inſiliant, paratus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis Chriſtiani.* Et alia etiam ſuperioribus temporibus Catonis Cenſorij; quippe ille in Gellio lib. 3. cap. 14. *Homines defoderunt in terram dimidiatos, ignemque circumpoſuerunt, & interfecerunt.* Eſt & alia ignium pœna per craticulam, quam ſubijt D. Laurentius. Vide Prudentium: alia etiam per ſartaginem, in qua frixi, vt ſub Antiocho 2. Machab. cap. 7. torreri in ſartagine. Sic veritatis vnius multæ pœnæ.

4. Ignium pœna æuo poſteriori.

19 ET SPECTACVLO NERO OBTVLERAT.] *Qui ſcit Neronem* (ait Tertullianus) *intelligere poteſt non niſi aliquod grande bonum ab eo damnatum.* Et qui ſcit Neronis oblectamenta, non mirabitur Chriſtianos ardentes, pro ſpectaculo ei fuiſſe. Nam noctes, die lucidiores erant Romæ, tanta erat Chriſtianorum vſtrina ſub iſta beſtia.

Nero venenum orbis non niſi in bonos ſæuit.

20 CIRCVLO.] *Curriculo* placet. Nam lib. 14. *Vetus copia erat curriculo quadrigarum inſiſtere.* Iuuenalis Sat. 14.

Nero quadrigarius.

Dat libertatem, & totas effundit habenas
Curriculo: Quem ſi reuoces, ſubſiſtere neſcit.

Interea conferendis pecunijs peruaſtata Italia, prouinciæ euerſæ, ſocijque populi, & quæ ciuitatum liberæ vocantur. Inque eam prædam etiam dij ceſſere, ſpoliatis in vrbe templis, egeſtoque auro, quod triumphis, quod votis, omnis Populi Romani ætas proſpere aut in metu ſacrauerat. Enimuero per Aſiam atque Achaiam non dona tantum, ſed ſimulachra numinum abripiebantur, miſſis in eas prouincias Acrato, ac [1] Secundo Carinate. Ille libertus [2] cuicunque flagitio promptus: hic Græca doctrina ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat. Ferebatur Seneca, quo inuidiam ſacrilegij a ſemet auerteret, longinqui ruris ſeceſſum orauiſſe: & poſtquam non concedebatur, ficta valetudine quaſi æger neruis, [3] * cubiculum non egreſſus. Tradidere quidam, venenum ei per libertum ipſius cui nomen Cleonicus, paratum iuſſu Neronis: vitatumque a Seneca proditione liberti, ſeu propria formidine, dum ſimplici victu, & agreſtibus pomis, ac, ſi ſitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat. Per idem tempus gladiatores apud oppidum [4] Præneſte, tentata eru-

* cubiculo tum non egreſſus.

Nero Senecam adoritur veneno.

ptione, præſidio militis, qui cuſtos adeſſet, coerciti ſunt: iam Spartacum & vetera mala rumoribus ferente populo, vt eſt nouarum rerum cupiens pauiduſque. Nec multo poſt clades rei naualis accipitur. non bello (quippe haud alias tam immota pax), ſed certum ad diem in Campaniam redire claſſem Nero iuſſerat, non exceptis maris caſibus. Ergo gubernatores quamuis ſæuiente pelago a [5] Formijs mouere, & [6] graui Africo, dum promontorium Miſeni ſuperare contendunt, [7] Cumanis littoribus impacti, triremium pleraſque, & minora nauigia paſſim amiſerunt. Fine anni vulgantur [8] prodigia imminentium malorum nuntia. [9] Vis fulgurum non alias crebrior, & ſidus cometes, ſanguine illuſtri ſemper Neroni expiatum. Bicipites hominum aliorumue animalium partus [10] abiecti in publicum, aut in ſacrificijs [11] quibus grauidas hoſtias immolare mos eſt, reperti. Et in agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure eſſet. Secutaque haruſpicum interpretatio: parari rerũ humanarum aliud caput, ſed non fore validum, neque occultũ: quia in vtero repreſſum, aut iter iuxta editũ ſit.

Vulgus nouarum rerum cupientiſſimus.

1 SECVNDO CARINATE.] An nepos C. Carinatis, qui de Sueuis cum Cæſare Octauiano triumphauit? Dio lib. 51. Fuerit ille victor Sueuorum, fuit hic euerriculum ſimulachrorum, quæ omnia rapuit. fuit & prædo prouinciarum. nam Iuuenalis vocat *Piratam Cilicum*, quem damnarat iam Senatus, & reuocarat Nero. In eum iſtud Martialis libr. 8. torqueri poteſt:

Secundus Carinas priata Cilicum. Simulachrorum raptor.

Ne contemne caput, nihil eſt furacius illo:
Non fuit Autolyci tam piceata manus.

2 CVICVNQVE FLAGITIO.] Sic noſter ſupra de Domitio Afro: *Quouis flagitio properus clareſcere.*

3 CVBICVLVM NON EGRESSVS.] Lego, *Cubiculo minime egreſſus eſt.*

Correctio Taciti.

4 PRÆNESTE.] Quæ *Stephanos* dicta quondam: in qua Sylla templum Fortunæ ſtruxit lapide ſtratum. Seneca ait a *Præneſtina arce ad portam vſque Collinam, per ſanguinem humanum inceſſiſſe.* de benefic. cap. 16. lib. 5. Locus amœnus: quippe Martialis lib. 10. epigr. 30.

Præniſte Stephanos dicta. Qua templum Fortunæ a Sylla factum. Præneſte locus amœnus.

Præneſte nec ſic, Antiumue miratur.

5 FORMIIS.] Eſt oppidum Formiæ, *Hormiæ* olim dictum, vt exiſtimauere, & antiqua Læſtrygonum ſedes. Plinius lib. 3. cap. 5.

Formiæ ſedes antiqua Leſtrygonum.

6 GRAVI AFRICO.] Grauem vocat Africum duplici ratione: aut quia Africus, ſeu Auſter, qui calidus & humidus, grauia reddat corpora, & ab eo morbi & febres epidemicæ, etiam ipſa epidemia, febre voracior: vel quod Africus triremibus aduerſus, huic nauigationi obſiſteret, vel quod ſæuus & importunus, triremes Campanis littoribus impuliſſet, periculoſis valde & infauſtis nauigantibus. Eſt autem ille ventus nubiloſus & imbricoſus: imo & nimboſus valde. De quo noſter 2. Annal. *Mare omne in Auſtrum ceſſit, qui immenſo nubium tractu validus, & rigore vicini Septentrionis horridior, rapuit diſiecitque naues in aperta Oceani.* Notat autem Strabo lib. 5. apud Homerum Zephyrum non eſſe Fauonium, ſed Africum. Quod non eſt ſine cõtrouerſia.

Africus grauis.

7 CVMANIS LITTORIBVS.] Quia Cumis proximæ. De quibus Agathias libr. 1. *Eſt id oppidum Italicum munitiſſimum, neque facile expugnatum. Situm enim eſt in arduo quodam & difficilem aditum habente colle & veluti ſpecula maris Tyrrheni; imminet enim littori collis, ita vt ad eius pedem fluctus maris illiſi frangantur. editiore loco vallo cinctum eſt turribuſque & propugnaculis validiſſimæ ſtructuræ.* Sed hæc temporibus Iuſtiniani. Virg. 6. *Euboicas* vocat, *Cumas* Chalcidenſes Eubœi, & Cumæ Chalcidenſium colonia.

8 PRODIGIA.] Plinius libr. 2. cap. 13. *Amnes retro fluere & noſtra vidit ætas, Neronis principis annis ſupremis, ſicut in rebus eius retulimus, & prata & oleæ in contrarias ſedes tranſgreſſæ.* Prodigioſi principes, prodigioſam reddunt naturam. Alluſit Poeta Venuſinus.

Amnes retro tempore Neronis. Prata & olea in contrarias ſedes tranſgreſſæ.

—— quis neget arduis
Pronos relabi poſſe riuos
Montibus, & Tiberim reuerti?

Et Virgil. 2. Æneid.

Ex illo fluere & retro ſublapſa referri.

9 VIS FVLGVRVM NON ALIAS CREBRIOR.] Virgil. in eadem re.

Fulgura frequentia.

Non alias cælo ceciderunt plura ſereno
Fulgura.

Et Suet. Domit. *Cõtinuis octo menſibus tot fulgura facta nuntiataque ſunt, vt exclamauerit, Feriat iam quem volet.* Claudianus de bello Getico ait hæc fulgura eſſe Deum voces.

— quid cum mortalibus æther
Fulmineo velit igne loqui, quid carmine poſcat
Fatidico cuſtos Romani carbaſus æui.

Idem Virgil. 4. Æneid.

— cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos & inania murmura miſcent.

Lucret. 5.

— cui non conrepunt membra pauore,
Fulminis horribili cum plaga torrida tellus
Contremit, & magnum percurrũt murmura cælũ?

Plinius lib. 2. cap. 20. *Latet plurimos, magna cæli affectatione compertum a principibus doctrinæ viris, ſuperiorum*

ſuperiorum trium ſiderum ignes eſſe qui decidui ad terras fulminum nomen habeant. Sed maxime ex ijs medio loco ſiti. Ideo fulgura apud Paganos pro oſtentis. Iulius Obſequens ſic incipit ſuum opus de oſtentis: *Iunonis Lucinæ templum fulmine ictum, ita vt faſtigium valuæque deformarentur.* Eſt autem *triſulcum fulgur, quia aut incendit, aut afflat, aut terebrat.* Feſtus. Quod vbi euenerat, ſtatim ad libros Sibyllæ & aruſpices ibant, quos conſulebant; aut ad ſupplicationes, aut nudipedalia, & luſtrationes vrbis. *Supplicatio*, ait idem, *per decem patrimos pueros, & matrimos, totidemque virgines habita.* Et nouendiale habitum. Nam ita idem. *Sacrum Nouendiale factum, quod in Piceno lapidibus pluit.* Et alibi. *Procelloſa tempeſtate ſtrages in vrbe facta, ſigna ænea in Capitolio diſiecit, faſtigia templorum aliquot a culmine abrupta, diſſipauit. Et ad expiationem vrbe luſtrata, nihil triſte accidit.* Quinetiam ex Sibyllinis oraculis ait idem. *Populus circa compita ſacellaque operaturus ſedit.* Quæ fuerunt procurationes horum oſtentorum, vt putabant; ſed remedium morbo grauius. Horat. 1. Carm. od. 2. de his oſtentis:

Iam ſatis terris niuis atque diræ
Grandinis miſit Pater, & rubente
Dextera ſacras iaculatus arces
Terruit vrbem.

Homerus.

Iupiter intonuit: clangor cœlum occupat ingens.

Nec mirandum tamen crebra fulmina in Italia: *Quia*, inquit Plinius libr. 2. cap. 52. *mobilior aer mitiore hieme & æſtate nimboſa ſemper quodammodo vernat, vel autumnat, Italiæ quoque partibus ijs quæ a Septentrione deſcendunt ad teporē, qualis eſt vrbis. Campaniæ tractus iuxta hieme & æſtate fulgurat, quod non in alio ſitu.*

10 ABIECTI IN PVBLICVM.] Sed ſæpius in inſulam deſertam Aruſpicum iuſſu deportati. Plin. libr. 26. cap. 4. Aliquando in mare proiecti. Liuius lib. 31. *Iuſſi in mare extemplo deportari, ſicut proxime C. Claudio, M. Liuio* Coss. *deportatus ſimili prodigij fœtus erat.* Iulius Obſequens: *L. Scipione & C. Norbano* Coss. *In Hetruria Cluſij materfamil. vnum ſerpentem peperit, qui iuſſu aruſpicum, in profluentem deiectus, accerſa qua notauit.* Forte, *aduerſa aqua natauit.*

Monſtra in vltimas inſulas deportata.

Aut in mare proiecta.

11 QVIBVS GRAVIDAS HOSTIAS.] Id eſt, *fordicidia*, quæ a fordeis bubus nomen habent, inquit Varro. *Bos forda, quæ fert in ventre.* Nam ea die boues prægnantes immolantur. Quod fit 15. die Aprilis. Ouidius in Faſtis.

Fordicidium.

A fordeis bobus.

Bos forda.

Boues prægnantes immolata.

Forda ferens bos eſt, fœcundaque dicta ferendo:
Hinc etiam fœtus nomen habere putant.

Ineunt deinde conſulatum Silius Nerua, & Atticus Veſtinus, cœpta ſimul & aucta coniuratione, in quam certatim nomina dederant, ſenatores, eques, miles, fœminæ etiam, cum odio Neronis, tum fauore in C. Piſonem. Is Calphurnio genere ortus, ac multas inſigneſque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem aut ſpecies virtutibus ſimiles. Namque [1] facundiam tuendis ciuibus exercebat, largitionem aduerſus amicos, & ignotis quoque comi ſermone & congreſſu. Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies. Sed procul grauitas morum, aut voluptatum parſimonia. Lenitati ac magnificentiæ & aliquando luxui indulgebat. Idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine ſummum imperium non reſtrictum, nec perſeuerum volunt. Initium coniurationi non a cupiditate ipſius fuit, nec tamen facile memorauerim, quis primus auctor, cuius inſtinctu concitum ſit, quod tam multi ſumpſerunt. Promptiſſimos Subrium Flauium tribunum prætoriæ cohortis, & [2] Sulpitium Aſprum centurionem extitiſſe conſtantia exitus docuit. Et [3] Lucanus Annæus, [4] Plautiuſque Lateranus conſul deſignatus, viuida odia intulere. Lucanum propriæ cauſæ accendebant, quod famam carminum eius premebat Nero, prohibueratque oſtentare, [5] vanus aſſimulatione. Lateranum conſulem deſignatum, nulla iniuria, ſed amor Reipub. ſociauit. At Flauius Sceuinus & Afranius Quinctianus, vterque Senatorij ordinis, contra famam ſui, principium tanti facinoris capeſſiuere. Nam Sceuino diſſoluta luxu mens, & proinde vita ſomno languida. Quinctianus molli corpore infamis, & a Nerone probroſo carmine diffamatus, contumelias vltum ibat. Ergo dum ſcelera principis, & finem adeſſe im-

Piſo clarus apud vulgum per virtutes aut ſpeciem virtutum.

Lateranum amor Reipublicæ coniuratis ſociauit.

Diuerſæ coniuratorum in Neronem cauſæ.

petij, deligendumque, qui feſſis rebus ſuccurreret inter ſe aut inter amicos iaciunt, aggregauere[6] Tullium Senecionem, Ceruarium Proculum, Vulcatium Araricum, Iulium Tugurinum, Munatium Gratum, [7] Antonium Natalem, Martium Feſtum, equites Romanos: ex quibus Senecio e præcipua familiaritate Neronis ſpeciem amicitiæ etiam tum retinens, eo proprijs periculis conflictabatur. Natalis particeps ad omne ſecretum Piſoni erat. Cæteris ſpes ex nouis rebus petebatur. Aſcitæ ſunt[8] ſuper Subrium & Sulpitium, de quibus rettuli, militares manus, Granius Syluanus & Statius Proximus, tribuni cohortium prætoriarum, Maximus Scaurus & Venetus Paulus Centuriones. Sed ſummum robur in Fenio Rufo præfecto videbatur, quem vita famaque laudatum, per ſæuitiam impudicitiamque Tigellinus in animo principis anteibat, fatigabatque criminationibus, ac ſæpe in metum adduxerat, quaſi adulterum Agrippinæ & deſiderio eius vltioni intentum. Igitur vbi coniuratis præfectum quoque prætorij in partes deſcendiſſe, crebro ipſius ſermone facta fides, promptius iam de tempore ac loco cædis agitabant. Et cepiſſe impetum Subrius Flauius ferebatur, in ſcena canentem Neronem aggrediendi, aut cum [9] ardente domo per noctem huc illuc curſaret incuſtoditus. Heic occaſio ſolitudinis, ibi ipſa frequentia tanti decoris teſtis pulcherrimum animum extimulauerant: niſi impunitatis cupido retinuiſſet, magnis ſemper conatibus aduerſa.

Cupido impunitatis magnis animis & conatibus aduerſa.

Facundia tuetur ciues.

1 FACVNDIAM TVENDIS CIVIBVS EXERCEBAT.] Author libr. de Inuent. 1. *Ad ipſos qui eam adepti ſunt (eloquentiam) laus, honor, dignitas confluit: hinc amicis quoque eorum certiſſimum ac tutiſſimum præſidium.*

Aper quaſi aſper.

2 SVLPITIVM ASPRVM.] Aper dicitur a Dione: quanquam Apri, quaſi aſpri, quod aſperis locis verſentur: quod aſperis ſetis veſtiti. Quod aſperas etiam gerant iras & exitiales. Aper autem nomen Romanum eſt, vt epigr. 15. lib. 10. Martial. ad Aprum, & nos ſcimus inter Principes quoſdam fuiſſe nominatos Apros. Sic *Le Sanglier des Ardennes.* Arduanus aper.

3 LVCANVS ANNÆVS.] De quo Martialis lib. 7. epigr. 2c.

Hæc eſt illa dies, quæ magni conſcia partus,
Lucanum populis, & tibi Polla dedit.
Heu Nero crudelis, nullaque inuiſior vmbra:
Debuit hoc ſaltem non licuiſſe tibi.

Nam ſi hominem occidiſſe nefas, virum tantum trucidaſſe quod erit ſcelus?

Cui ſua committunt mortali clauſtra Camœnæ,

vt ait Lucilius.

4 PLAVTIVSQVE LATERANVS.] Magna huius viri commendatio paucis verbis. *Lateranum nulla iniuria, ſed amor Reip. ſociauit.* O viue, Laterane, per Taciti æternos Annales: ſi magni animi tui ſocios habes; paucos habes, aut certe nullos. Sic ille apud Salluſt. in Fragm. *Neque me diuerſa pars in ciuilibus armis, mouit a vero.* Et alius. *Inter arma ciuilia, æqui boni famam petij.* Quod rarum eſt, & oſtento ſimile.

Magna virtus in ciuilibus bellis bene ſapere.

5 VANVS ASSIMVLATIONE.] Placet, *aſſimilatione.* Quod neminem ſibi aſſimilari, nec cuperet, nec pateretur. Nam imperiorum & imperatorum ea eſt natura, ſocium nolle nec parem, nedum ſuperiorem. Porro Plautus eo verbo vſus in Mercatore.

Quaſi tu nunquam quidquam aſſimile huius facti feceris.

Plinius nat. Hiſtor. 9. cap. 9. vbi de Turſionibus: *roſtris canicularum aſſimilati.*

6 TVLLIVM SENECIONEM.] Forte frater Cornelij Senecionis, de quo Seneca epiſt. 101. qui inter Senecæ clientes fuit.

Senecio.

7 ANTONIVM NATALEM.] An vnus ex heredibus iſtius Natalis, de quo idem Seneca epiſt. 87. habuit enim heredes multos opicus ille, vt multorum heres fuit.

Antonius Natalis multorum heres, & multis hereditatem relinquens.

8 SVPER SVBRIVM.] Recte: ita infra, *Super Neronis & Tigellini ſæuas contentiones.*

9 ARDENTE DOMO.] Lego, *tarde abeunte domo.* Sic Martialis libr. 2. epigrammat. 11.

Tacitus correctus.

Quod ambulator porticum teris ſerus.

Noctes autem imperatoris Neronis, pro turpibus. *Ambigenti*, inquit, *quomodo ſuarum noctium ingenia noteſcerent.* Et ſupra de Neronianis deprædationibus, quæ in ponte Miluio nocte fiebant. Ni ita legas, paluſtres inter Minturnas hærebis, nec te niſi ſolea rupta extricaueris.

Neronis noctes.

Interim cunctantibus prolatantibuſque[1] ſpem ac metum, Epicharis quædam, incertum quonam modo * ſciſcitata, [2] neque illi ante

* ſuſcitata,

vlla

vlla rerum honeſtarum cura fuerat, accendere, & arguere coniuratos: ac poſtremo lentitudinis eorum pertæſa, & in Campania agens, primores claſſiariorum Miſenenſium labefacere, & conſcientia illigare connixa eſt tali initio. Erat nauarchus in ea claſſe Voluſius Proculus, occidendæ matris Neronis inter miniſtros non ex magnitudine ſceleris prouectus, vt rebatur.[3] Is mulieri olim cognitus, ſeu recens orta amicitia, dum merita erga Neronem ſua & quam in irritum cecidiſſent, aperit, adijcitque queſtus & deſtinationem vindictæ, ſi facultas oriretur, ſpem dedit poſſe impelli & plures conciliare: nec leue auxilium[4] in claſſe, crebras occaſiones, quia Nero multo apud Puteolos & Miſenum maris vſu lætabatur. Ergo Epicharis plura, & omnia ſcelera principis orditur.[5] *Neque ſenatui quid manere, ſed prouiſum quonam modo pœnas verſæ Reip. daret: accingeretur modo, nauaret operam, & militum acerrimos duceret in partes, ac digna pretia expectaret.* Nomina tamen coniuratorum reticuit. Vnde Proculi indicium irritum fuit, quamuis ea quæ audierat ad Neronem detuliſſet. Accita quippe Epicharis, & cum indice compoſita, nullis teſtibus innixum facile confutauit. Sed ipſa in cuſtodia retenta eſt, ſuſpectante Nerone, haud falſa eſſe etiam quæ vera non probabantur. Coniuratis tamen metu proditionis permotis, placitum maturare cædem apud Baias in villa Piſonis:[6] cuius amœnitate captus Cæſar crebro ventitabat, balneaſque & epulas inibat[7] omiſſis excubijs, & fortunæ ſuæ mole. Sed abnuit Piſo, inuidiam prætendens, *ſi ſacra menſæ*[8] *dijque hoſpitales cæde qualiſcunque principis cruentarentur. Melius apud vrbem in illa inuiſa & ſpolijs ciuium extructa domo, vel in publico patraturos, quod pro Rep. ſuſcepiſſent.* Hæc in commune: cæterum timore occulto, ne L. Silanus eximia nobilitate diſciplinaque C. Caſſij apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem ſublatus, imperium inuaderet, prompte daturis operam qui a coniuratione integri eſſent, quique miſerarentur Neronem tanquam per ſcelus interfectum. Plerique Veſtini quoque conſulis acre ingenium vitauiſſe Piſonem crediderunt,[9] ne a libertate moueretur, vel delecto imperatore alio, ſui muneris Remp. faceret. Etenim expers coniurationis erat, quamuis ſuper eo crimine Nero vetus aduerſus inſontem odium expleuerit.

Non ſemper falſa quæ vera eſſe non probantur.

Cæde qualiſcunque principis dij hoſpitales & ſacra menſæ non polluendi.

1 SPEM AC METVM.] Repone, *inter.* Nam excidit.

2 NEQVE ILLI.] Lege, *Neque enim illi.*

3 IS MVLIERI.] *Is ſeu mulieri olim cognitus, ſeu recens orta amicitia.* Sic ſcribit Tacitus.

4 IN CLASSE CREBRAS OCCASIONES.] Ita lego: *Nec leue auxilium in claſſe eſſe, crebras occaſiones.* Et ſic iſtam eluuiem effrico.

5 NEQVE SENATVI QVID MANERE.] Non tango; quia valet. Epicharis enim omnia ſcelera principis perſequuta, non omiſerat Principē omnia munia Senatus ad ſe traxiſſe, Senatumque ſine authoritate eſſe; nec quidquam Senatui manere; id eſt, nihil illi reliqui eſſe. Quod firmatur ſequentibus verbis: *ſed prouiſum quonammodo pœnas verſæ Reipub. daret.*

Nero omnia munia Senatus ad ſe trahens.

6 CVIVS AMOENITATE CAPTVS CREBRO VENTITABAT.] Puto fuiſſe ſcriptum: *Quia eius amœnitate captus, crebro eo ventitabat.*

Amænitas hortorum ilex principum.

7 OMISSIS EXCVBIIS, ET FORTVNÆ SVÆ MOLE.] Nam vt in caſtris, ita in ædibus Principis, per vices excubias agebant. Dixi de iſtis excubijs lib. 1.

8 DIIQVE HOSPITALES.] Tacitus de morib. German. *Quemque mortalium* (lego, *Quemcunque mortalium*) *arcere tecto, nefas habetur.*

Tacitus de morib. German. correctus.

9 NE A LIBERTATE MOVERETVR.] Lego, *Aut ne accita libertate moueretur.* Id eſt, poſt libertatem & reſtituta veteri Republica a Conſulatu moueretur quo fungebatur. Et illud, *vel*, oſtendit legendum eſſe, *aut.* Cæterum verbum, *accita*, ex Taciti latifundijs. Nam vbi de legibus libro 3. *Accitis quæ vſquam egregia.*

Tandem ſtatuere Circenſium ludorum die, qui Cereri celebratur, exequi deſtinata: quia Cæſar rarus egreſſu, domo aut hortis clauſus ad ludicra Circi ventitabat, promptioreſque aditus erant lætitia ſpectaculi. Ordinem inſidijs compoſuerant, vt Lateranus quaſi ſubſidium rei familiari[1] oraret deprecabundus, & genibus principis accidens proſterneret incautum premeretque, animi validus, & corpore ingens. [2] Tum iacentem & impeditum, tribuni & centuriones, & cæterorum vt quiſque audiuiſſet, accurrerent, trucidarentque: primas ſibi partes expoſtulante Sceuino, qui pugionem templo[3] Salutis in Hetruria, ſiue vt alij tradidere, Fortunæ Ferentano in oppido detraxerat, [4] geſtabatque, velut[5] magni operis ſacrum. Interim Piſo apud ædem Cereris opperiretur, vnde eum præfectus Fenius & cæteri accitum ferrent in caſtra comitante[6] Antonia Claudij Cæſaris filia, ad eliciendum vulgi fauorem. quod C. Plinius memorat. Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quamuis abſurdum videretur & inane, aut ipſi Antoniam nomen & periculum commodauiſſe, aut Piſonem notum amore vxoris, alij matrimonio ſe obſtrinxiſſe, niſi ſi[7] cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior eſt. Sed mirum quam inter diuerſi generis, ordinis, ætatis, ſexus, dites, pauperes, [8] taciturnitate omnia cohibita ſint: donec proditio cœpit e domo Sceuini. Qui pridie inſidiarum, multo ſermone cum Antonio Natale, dein regreſſus domum, teſtamentum[9] obſignauit: promptum vagina pugionem, de quo ſupra rettuli, vetuſtate obtuſum increpans, aſperari ſaxo, & mucronem ardeſcere iuſſit. Eamque curam liberto[10] Milicho mandauit. Simul affluentius ſolito conuiuium initum. ſeruorum chariſſimi[11] libertate, & alij pecunia donati. Atque ipſe mœſtus, & magnæ cogitationis manifeſtus erat, quamuis lætitiam vagis ſermonibus ſimularet. Poſtremo vulneribus ligamenta, quibuſque ſiſtitur ſanguis parare eundem Milichum monet, ſiue gnarum coniurationis, & hucuſque fidum, ſeu neſcium, & tunc primum arreptis ſuſpicionibus, vt plerique tradidere, de conſequentibus. Nam cum ſecum ſeruilis animus præmia perfidiæ reputauit, ſimulque immenſa pecunia & potentia obuerſabantur, ceſſit fas, & ſalus patroni, & acceptæ libertatis memoria. Etenim vxoris quoque conſilium aſſumpſerat, [12] muliebre ac deterius. quippe vltro metum intentabat, multoſque aſtitiſſe libertos ac ſeruos, qui eadem viderint: nihil profuturum vnius ſilentium. at præmia penes vnum fore, qui indicio præueniſſet.

Nihil regnādi cupiditate flagrantius.

Serui præmio accenduntur ad ſcelus.

Conſilium muliebre virili deterius.

Promiſſum præmium fatētibus, pœna tacentibus aperit coniurationem.

1 ORARET DEPRECABVNDVS.] *Et deprecabundus, & genibus principis accidens.* Quam deprecationis formam attigi ſuperius; ſed non omitto quod ait, *Lateranus quaſi ſubſidium rei familiari oraret.* Nam in iſtis deprecationibus, plerumque Principũ cædes. Suet. de Domit. c.17. *Legenti traditum libellum a ſe, & attonito ſuffodit inguina.* Florus de Caij filij Auguſti vulnere. *Intentum libello, quem vt theſaurorum rationem continentem ipſe porrexerat, ſtricto ferro cruētus:* lege, *cruentatus eſt.* Suet. in Calig. c.50. *Alij ſignum more militiæ petijſſe, & Caio Iouem dante, Chæream exclamaſſe, Accipe ratum, reſpicientique maxillã ictu diſcidiſſe.* Idem de Iulio Cæſare c. 82. *Aſſidentem conſpicati, ſpecie officij circumſteterunt, illicoque Cimber Tullius, qui primus partes ſuſceperat, quaſi aliquid rogaturus,* &c. Et hæc non tantum Romæ, ſed & alibi in vſu fuere.

Deprecationes in principibus necandis. Exempla.

2 TVM IACENTEM.] *Tum in iacentem.*

3 SALVTIS IN HETRVRIA.] A qua Romani ceremoniarum ſuarum initia accepete, & eorum exemplo ædem Salutis habuerunt. Quod Liuius prodit li.9. Plin. l.35.c.4. ait Fabium Pictorem caput principemque eius familiæ, ſua manu pinxiſſe anno vrbis Cond. CCCCL. Quæ pictura ad principatum vſque Claudij durauit, quo imperante exuſta eſt.

4 GESTABATQVE.] Potuit geſtare & occulere,

occulere: de Thraſea enim ita noſter, infra. *Aditum Senatus, globus togatorum obſederat, occultis gladijs.* Ergo occultari poterant. Suetonius in Auguſt. cap. 32. *Graſſatorum plurimi palam ſe ferebant ſuccincti ferro, quaſi tuendi ſui cauſa; quæ ex conſuetudine licentiaque bellorum ciuilium durauerant, aut per pacem etiam extiterant.* Nam vbi ad ſaga itum erat, palam ferro accingebantur, pace parta non item. Idem cap. 27. *Galbam Prætorem in officio ſalutationis tabulas duplices veſte tectas tenentem ſuſpicatus gladium occulere.* Et 35. *Quo tempore exiſtimatur lorica ſub veſte munitus, ferroque cinctus præſediſſe decem valentiſsimis Senatorij ordinis amicis ſellam ſuam circumſtantibus.* Ergo potuit geſtari gladius, ſed non videri; & vt appareat non viſum, occultatum gladium; *Excuti ſolere ſalutantes principem an gladium haberent.* Dio libr. 60. At idem clare ſcribit pugiones ſub ala occultari, vbi de Auguſto. *Nam Senatuſconſulto addiderunt excutiendos eſſe qui in Senatum venirent, ne quis eorum pugionem ſub ala haberet.* Quod oſtendit geſtatos, & occultatos, & qua in parte, eoſque exiguos fuiſſe, qui ſub ala geſtarentur. Suetonius in Claudian. cap. 13. *E plebe homo nocte media, iuxta cubiculum eius cum pugione deprehenſus eſt.*

Gladius potuit geſtari, non videri.

Pugio ſub ala.

5 MAGNI OPERIS SACRVM.] Forte, *magno operi ſacratum.* Sic Silius de altero gladio. —— *accipe digna*

Et Capua, & nobis, inquit, conſulta (togaque
Armatum amota nudat latus) hoc ego bellum
Conficere enſe paro, atque auulſum ferre Tonanti
Rectoris Libyci victor caput.

Antonia Claudij.

Ex Patina vxore prima.

6 ANTONIA CLAVDII CÆSARIS FILIA.] Ex Pætina Ælia ſecunda vxore, quæ Pompeio nupſit, ac poſtea Fauſto Syllæ. ait autem, *aut ipſi Antoniam nomen & periculum commendauiſſe, aut Piſonem notum amore vxoris, alij matrimonio ſe obſtrinxiſſe.* Similis eſt clauſula lib. 2. *Nec aut Vrgulania obtemperauit, aut ille obſtitit.* Cæterum in hoc nomine cito Iuuenal. veterem interpretem, qui Satyr. 8. ad verſum, *Cuius ſupplicio*, ait, *A Nerone autem mater occiſa eſt, & amita, & vxor, & Antonia Claudij. Illa, quæ illi pro harum morte, nubere noluit.* Id eſt, quia matrem & vxorem, & amitam occidiſſet, ei nubere noluit. Hanc occidit tamen poſtea. Nam cui non Nero fuit? Vocatque idem interpres paulo poſt Antoniam, *ſororem adoptiuam Neronis.* Nam erat filia Claudij, per naturam, cuius Nero filius fuit per adoptionem; ideoque illi ſoror.

7 CVPIDO DOMINANDI CVNCTIS AFFECTIBVS FLAGRANTIOR EST.] D. Bernardus. *O ambitio cum omnes crucias, quomodo omnibus places?* Petrus Blæſenſis epiſt. 23.

O curas hominum, o quantum eſt in rebus inane! O inanis gloria, o ambitio cæca, o terreni honoris inexplebilis fames, o tinea cordium, animarum ſubuerſio, cupiditas dignitatum: vnde obrepſit hæc peſtis? Et ſane omnes Chriſtiani ambitionem damnauere, purpuraſque & honorum omnium inſignia deſpuerunt. Quod ex Tertullian. Apologetico, & omnibus priſcis Chriſtianis didicimus. Lactant. lib. 8. principio ſic ſcribit: *Qui amore potentiæ inflammati omne ſtudium ſuum ad honores adquirendos contulerunt, nec ſi Solem ipſum geſtaremus in manibus, fidem commodabunt ei doctrinæ quæ illos iubet omni potentia & honore contempto humiles viuere.* Nam homini Chriſtiano dictum eſt, *Nolite ambulare in magnis.*

8 TACITVRNITATE.] Non eſt veriſimile facinus a numeroſa conſpiratione perpetratum manſiſſe occultum. Dionyſ. Halic. 3.

9 OBSIGNAVIT.] Quod non ſine ſolennitate fiebat: Quippe illa obſignatio, quia extremus vitæ, quaſi fabulæ actus, fiebat amicis vocatis, lætioribuſque ſumptis veſtimentis. Plin. de Aurelia, epiſt. vlt. libr. 2. *Signatura teſtamentum, ſumpſerat pulcherrimas tunicas.* Val. c. 6. l. 2. *Lectulo*, inquit, *cultius ſtrato recubans.*

10 MILICHO.] Vſitatum nomen. nam eſt epigramma Martialis ad Milichum. In quo verum iſtud fuit Satyrici Iuuenalis:

Milichus nomen vſitatum.

—— *Lingua mali pars peſſima ſerui.*

11 LIBERTATE ET PECVNIA DOMINATI.] Qui mos Romanorum fuit. Nec melius quis expreſſerit noſtris Iuriſconſultis in libris de legatis alijſque titulis, quibus teſtamentorum veterum extant veſtigia. Seneca epiſt. 87. *Minutas itaque ſummulas diſtribuit flentibus ſeruis, & vltro illos conſolatus eſt.* Tacitus de L. Vetere. *Largitur in ſeruos quantum aderat pecuniæ.* Et de Petron. Arbitr. *Seruorum alios largitione, quoſdam verberibus adfecit.* Quintilianus declamat. 311. *Seruos cur manumiſerit, manifeſtum eſt: delectatus eſt officijs, referre voluit gratiam obſequio. Alius ægrum curauerat, alius peregrinantem ſequutus erat, alius inter tot occupationes domeſticas cuſtodierat, alius hoc ipſum fœnus exercuerat. Voluit liberos eſſe quos amauerat, & a quibus amatum ſe eſſe crediderat.*

Libertas data teſtamento.

Tam ex legibus quam ex auctoribus.

12 MVLIEBRE AC DETERIVS.] In epiſtola Valerij ad Ruffinum, ne ducat vxorem, quæ extat poſt opera D. Hieronymi: *Inſani capitis & præcipitis eſt fœmina, indeliberata voluntate ſemper præcipuum arbitratur quod vult, & non expedit; vt præ omnibus placere cupit, ita placitum ſuum omnibus præferre conſultum eſt.* Tamen Germani contra. Nam Noſter de morib. German. *Ineſſe quinetiam ſanctum aliquid & prouidum in mulieribus putant, nec aut conſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negligunt.* Et D. Ignatius epiſtola ad Mariam Caſſabolitten, conſilium ſacrarum fœminarum lympidiſſimis fontibus & puriſſimis ſimile eſſe dicebat. Nam etiam non ſitientes ad ſe pertrahunt pulchritudine & tranſeuntes ad potum hauriendum. Sed ſapientem fœminam qui habet, theſaurum habet non comparabilem, & procul de vltimis finibus pretium eius. *Germani fœminis quaſi vim diuinam tribuebant*, ait noſter de morib. Germ. ſed heic de more Romano loquitur. Simile eſt L. Flori lib. 2. cap. 5. *Idque quo indignius foret, mulier imperabat.* Tamen quædam, quia bonæ, imperant bene. Cæſar lib. 1. belli Gallici: *Apud Germanos conſuetudo eſt, vt ſortibus & vaticinationibus matres familias declarent vtrum ex vſu ſit necne prælium committi.* Et de Velleda multa dicit de morib. German. & de Aurinia, & de Cimbris Strabo lib. 7.

Fœmina indeliberatum caput.

Recte picta.

Germani in fœminis aliquid prouidum putant.

Igitur cœpta luce Milichus in hortos Seruilianos pergit: & cum foribus arceretur, magna & atrocia afferre dictitans, deductuſque ab ianitoribus ad [1] libertum Neronis Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem, vrgens periculum, graues coniurationes, & cætera quæ audierat, coniectaueratque, docet. Telum quoque in necem eius paratum oſtendit, accirique reum iuſſit. Is raptus per milites, & defenſionem orſus, *Ferrum cuius argueretur, olim religione patria cultum, & [2] in cubiculo habitum, ac fraude liberti ſubreptum* reſpondit: *Tabulas teſtamenti ſæpius a ſe, & incuſtodita dierum obſeruatione, ſignatas: Pecunias & libertates ſeruis & ante dono datas: ſed ideo tunc largius, quia tenui iam re familiari, & inſtantibus creditoribus, teſtamento diffideret. Enimuero liberales ſemper epulas ſtruxiſſe, & vitam amœnam, & duris iudicibus parum probatam. Fomenta vulneribus nulla iuſſu ſuo, ſed quia cætera palam vana obieciſſet, adiungere crimen viſum, ſe pariter indicem & teſtem facere.* Adijcit dictis conſtantiam. incuſat vltro [3] inteſtabilem, & conſceleratum, tanta vocis ac vultus ſecuritate, [4] vt labaret indicium, niſi Milichum vxor admonuiſſet, Antonium Natalem multa cum Sceuino, ac ſecreto collocutum, & eſſe vtroſque C. Piſonis intimos. Ergo accitus Natalis: & diuerſi interrogantur, quiſnam is ſermo, qua de re [5] fuiſſet. Tum exorta ſuſpicio, quia [6] non congruentia reſponderant: inditaque vincla. Et tormentorum aſpectum ac minas non tulere. Prior tamen Natalis totius coniurationis magis gnarus, ſimul arguendi peritior, de Piſone primũ fatetur. Deinde adijcit Annæum Senecam, ſiue internuncius inter eum Piſonemque fuit, ſiue vt Neronis gratiam pararet, qui infenſus Senecæ, omnes ad eum opprimẽdum artes conquirebat. Tum cognito Natalis indicio Sceuinus quoque pari imbecillitate, ante cuncta iam patefacta credens, nec vllum ſilentij emolumentum, edidit cæteros. Ex quibus Lucanus Quinctianuſque, & Senecio diu abnuere. Poſt promiſſa impunitate corrupti, quo tarditatem excuſarent, Lucanus [8] Atillam matrem ſuam, Quinctianus Glicium Gallum, Senecio Annium Pollionem amicorum præcipuos nominauere.

Ferrum religione cultum paratur contra Neronem.

Atque interim Nero recordatus Voluſij Proculi indicio Epicharim attineri, ratuſque muliebre corpus impar dolori, tormentis dilacerari iubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium ne a fœmina ſpernerentur, peruicere quin obiecta denegaret. Sic primus quæſtionis dies contemptus. Poſtero cum ad eoſdem cruciatus retraheretur geſtamine ſellæ (nam diſſolutis membris inſiſtere nequibat) vinclo [10] faſciæ quam pectori detraxerat in modum laquei ad arcum ſellæ reſtricto, indidit ceruicem, & corporis pondere conniſa, tenuem iam ſpiritum expreſſit: [11] clariore exemplo libertina mulier in tanta neceſſitate alienos ac prope ignotos protegendo, [12] cum ingenui & viri & equites Romani ſenatoreſque in tantis tormentis chariſſima quoque ſuorum pignorum proderent. Non enim omittebant Lucanus quoque & Senecio & Quinctianus paſſim conſcios edere, magiſque pauido Nerone, quanquam multiplicatis excubijs ſemet ſepſiſſet. Quin & vrbem per manipulos occupatis mœnibus, [13] inſeſſo etiam mari & amne, velut in cuſtodiam dedit. Volitabantque per fora,

In muliere maſculum pectus.

Epicharis ſibi mortem parat.

Multis viris magnis generoſior.

Nero multiplicatis excubijs magis pauidus.

ra,

ra, per domos, rura quoque & proxima municipiorum pedites equiteſque permixti[14] Germanis, quibus fidebat princeps quaſi externis. Continua hinc & iuncta agmina trahi, ac foribus hortorum adiacere. Atque vbi dicendam ad cauſam introiſſent, [15] lætatum erga coniuratos, ſi fortuitus ſermo, & ſubiti occurſus, ſi conuiuium, ſi ſpectaculum ſimul iniſſent, pro crimine accipi: [16] cum ſuper Neronis ac Tigellini ſæuas percunctationes, Fenius quoque Rufus violenter vrgeret, nondum ab indicibus nominatus, ſed quo fidem inſcitiæ pararet, [17] atrox aduerſus ſocios. Idem Subrio Flauo aſſiſtenti, [18] annuentique an inter ipſam cognitionem diſtringeret gladium, cædemque patraret, retinuit, infregitque impetum iam manum ad capulum referentis.

Leuia pro crimine accepta in metu coniurationis.

Coniurati in coniuratos ſocios atroces.

Epaphroditus libertus Neronis.

1 LIBERTVM NERONIS EPAPHRODITVM.] Quem Domitianus interfecit, poſtquam relegauerat, & criminatus eſt, *Neroni opem non tuliſſe.* Dio libr. 67. aitque feciſſe id ad exemplum ſuorum libertorum, & vt de ſe melius curarent: ſed fruſtra. Nam deteriore fato concidit Domitianus homo nauci & nugator nihili.

Arma ſuſpenſa cubiculis.

Et prope lectum dormientium.

2 IN CVBICVLO HABITVM.] Ille mos ab Hebræis, quorum in cubiculis arma ſuſpenſa. Nam Reg. 1. cap. 27. *Inuenerunt Saul iacentem & dormientem in ten torio ſuo, & haſtam fixam in terra ad caput eius.* Et Iudith 13. *Cum hæc dixiſſet, acceſſit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem, qui in ea ligatus pendebat, exoluit.* Vt ſcias ad alias nationes hunc morem tranſijſſe. Nam apud Græcos Homer. Il. 10. vbi de Rheſo Rheſique militibus. *Dormiebant* (ait) *labore defeſſi, & iuxta eos arma terræ acclinata.* Et in Hymno Apollinis: *Latona manſit apud Iouem fulmine gaudentem quæ chordam remiſit & occluſit pharetram. Et illius ab fortibus humeris manibus captum arcum ſuſpendit ad columnam patris ſui.* Et Odyſſ. α.

Ἔγχος μὲν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν.

Haſtam quidem ſtatuit ferens ad columnā longam.

Apud Latinos, Sueton. in Domit. 17. *Puer qui curæ Larium cubiculi ex conſuetudine adſiſtens interfuit cædi. Hoc amplius: narrabat ſe iuſſum a Domitiano ad primum ſtatim vulnus pugionem puluino ſubditum porrigere ac miniſtros vocare: neque ad caput quidquam excepto capulo & præterea omnia clauſa reperiſſe.* Horat. 1. epiſt.

——Veientius armis

Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro.

Sic Hebræi, Græci & Latini huius conſuetudinis imitatores.

Inteſtabilis & conſecratus.

3 INTESTABILEM ET CONSCELERATVM.] Lego, *inteſtabilem & conſecratum.* Et iſtud eſt quod ait Horatius Sat. 3. lib. 1.

--inteſtabilis & ſacer eſto.

ἀπιμεσώδης, id eſt *execrandus, execrabilis, ſceleratus.* Quod innuit Macrob. lib. 3. *Homo ſacer is eſt quem populus iudicauit ob maleficium, neque fas eſt eum immolari. Sed qui occidit, parricidij non damnatur.* Ver. Flaccus apud Feſtum.

4 VT LABARET INDICIVM.] Salluſtius 2. Hiſto. *Fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur.*

5 FVISSET.] *Fuerit*, forte.

6 NON CONGRVENTIA.] Nam ὀρθὸν ἡ ἀλήθεια ἀεί. *Recta ſemper veritas.*

7 AN CVNCTA.] Interrogando.

8 ATTILLAM.] *Atticillam matrem ſuam.* De qua infra.

9 NON VERBERA, NON IGNES.] Nobile elogium extat Martiæ Bruti coniugis, vere Catonis filiæ, apud Dionem lib. 54. *Quæ probauit marito, ad efferendum arcanum, non flammas, non flagra, non ſtimulos poſſe adigere. Nam hæc arcana viris non mulieribus creduntur.* Sen. 2. Controu. 5. *Non tibi indicaui, nec tam magnum conſilium, virilibus quoque animis graue, commiſi muliebri garrulitati, quæ id ſolum poteſt tacere quod neſcit.* Hercules apud Euripidem.

Combure carnem hanc, concrema, repleto te
Meo cruore. nam prius vel ſidera
Terram ſubibunt, terra vel ſcandet polum,
Quam mollis a me extorqueatur vox tibi.

Et *qui peſſima perpetrarunt, omnia & facere & dicere moliuntur,* ait Plato in Eutyph. *Tamen,* vt ait lex, *ſunt qui duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas non poſſit: alij tanta impatientia, vt in quouis mentiri quam pati tormenta velint.* L. 1. de quæſt. Vide conſtantiam Ligurinæ mulieris apud Tacit. Hiſtor. 2. Tertullian. ad Martyras. *Ceſſit carnifici meretrix Athenienſis, quæ conſcia coniurationis cum propterea torqueretur a tyranno, non prodidit coniuratos: & nouiſſime linguam ſuam comeſtam in faciem tyranni expuit.*

Faſciarum multæ ſpecies.

Pectorales.

Quæ comprimunt papillas tumentes.

10 FASCIÆ QVAM PECTORI DETRAXERAT.] Erant enim faſciæ pectorales, & crurales, & pedales, etiam capitales. De pectorali, heic. Et Suetonius in Caligula. *Pueris ac fœminis faſcias purpuræ ac conchylij diſtribuit. Strophium* vocat Nonius Marcellus, id eſt, *faſciam breuem quæ virginalium tumorem papillarum* (ita lego) *cohibet.* Catullus in Nupt. Pel. & Thet.

Non contecta leui velatum pectus amictu,
Non tereti ſtrophio lactentes vincta papillas.

Terent. in Eunucho.

Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum,
quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient;
Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe aiunt.

Martialis in Apophor. 134.

Faſcia creſcentes Dominæ compeſce papillas,
Vt ſit quod capiat noſtra, tegatque manus.

D. Hieronymus ad Euſtoch. de virg. ſeru. *Non ſoluatur faſcia pectoralis*. Idem de vit. ſuſp. contub. *Papillæ faſciolis comprimuntur, & criſpanti cingulo anguſtius pectus arctatur*. Apuleius vbi de Photide. *Foris linea tunica mundule amicta, & ruſſea faſciola prænitente, altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula*. De illa faſcia Capitolinus in Albino: *Acceſſit omen quod cum pueri eius familiæ ruſſulis faſciolis illigarentur, quod forte lotæ atque vdæ eſſent ruſſulæ faſciolæ, quas mater prægnans parauerat, purpurea matris illigatus eſt faſcia*. Etiam in viris illæ faſciæ. Spartian. in Anton. Pio. *Tiliaciis tabulis in pectore poſitis faſciabatur cum eſſet ſenex*. De cruralibus, obiectum Pompeio id carmen. Seneca libr. 7. Contron. 4.

Faſciola qui crura ligat, digito caput vno
Scalpit; quid credas hunc ſibi velle virum?

De eodem ille. *Quid refert qua parte gerat diadema?* De pedum faſcijs, Suet. in Aug. c. 78. *Retectis pedibus pauliſper conquieſcebat*, id eſt faſcia pedulari reuincta, aut ſoluta. Plin. lib. 6. Hiſtor. Natur. cap. 2. *Faſcias quibus in calceis vtebatur mures arroſiſſe Carboni*. Ideo Tertullianus in Pallio opponit *nudipedem* & *vincipedem*. Quia *vincipes* ille, eſſet calceis tectus, pedem faſcia vinctum haberet: *nudipes*, cui pes liber, & pure nudus, vt dixi ſupra lib. 2. M. Tullius. *Cum vincirentur pedes faſcijs, cum calanticam* (nos dicimus *Callotte*, vt l. 17. de auro & argẽt. legato, D.) *capiti accommodares*. Et idem de Aruſp. reſp. *Cum a mulieribus ſoleis purpureiſque faſciolis factus derepente popularis*. Ouid. 2. Faſtor.

Scindebant magnos vincula parua pedes.

De capitali faſcia lib. 9. de ornament. Iſidorus. *Nimbus eſt faſciola tranſuerſa ex auro aſſuta linteo, quod eſt in fronte fœminarum*. Varro 4. de ling. Lat. *Texta faſciola, qua capillum in capite colligarent. Dictum capital a capite, quod ſacerdotulæ in capite etiam nunc ſolent habere*. In Regibus diadema faſcia eſt, & capitis integumentum. Seneca epiſt. 8. Horatius non faſciam, ſed zonam in ſimili calamitate citat libr. 3. Ode 27.

—— potes hac ab orno
Pendulum Zona bene te ſecuta elidere collum.

Faſciæ pectorales viris. — *Crurales faſcia.* — *Pedulares.* — *Nudipes.* — *Vincipes.* — *Nudipes cui pes pure nudus.* — *Vincipes cui pes faſcijs vinctus.* — *Faſcia capitalis.* — *Nimbus dicta.* — *In regibus diadema faſcia eſt.*

11 Clariore exemplo.] Plinius de Iphicratide, lib. 35. cap. 8. *Scortum hoc lyræ cantu familiare Harmodio & Ariſtogitoni, conſilia eorum de tyrannicidio, vſque ad mortem excruciata, tyrannis non prodidit.*

12 Cvm ingenvi.] Simile exemplum apud D. Hieronym. de mulier. ſep. icta. nam quæ mulier ſemper abnuit, iuuenis faſſus eſt, licet falſo, vique tormentorum impulſus. *Neque*, inquit, *multo poſt, cum liuidas carnes, vngula cruenta pulſaret, & ſulcatis lateribus dolor quæreret veritatem, infœlix iuuenis, volens compendio mortis longos cruciatus euitare, faſſus eſt*. Et ſunt in quos quæſtio nil poteſt, ſunt in quos plurimum; vt dixi iam.

Dolor veritatem non elicit fortibus.

13 Incesso mari et amne.] Mari ſcilicet infero, & amne Tiberi. Sic vrbem quaſi captiuam, dedit in cuſtodiam.

14 Germanis qvibvs fidebat Princeps.] Et ſane fidi imperatoribus. Ita Tacitus lib. 1. *Neque enim Dij ſinant, vt Belgarum, quanquam ſe offerentium, decus iſtud, & claritudo ſit, ſubueniſſe Romano nomini, compreſſiſſe Germaniæ populos*. Germanos hodie Alemanos vocamus, quod nomen ſibi dedere, quia fortiſſimi bellatores ſibi viderentur; non abs re.

Belgæ fidi imperatoribus.

15 Lætatvm erga conivratos.] Lego, *lætatum ergo aduerſum coniuratos*. Et refero ad milites, qui lætabantur coniuratis ad cauſam dicendam admiſſis. Sed *riſus ſtultorum ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla*, ait Sapiens.

16 Cvm svper.] *Et cum ſuper.*

17 Atrox.] *Erat atrox aduerſus ſocios.*

18 Annventiqve.] Imo, *innuentique*, quia tantum ſuam intentionem declarabat.

Fuere qui prodita coniuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Sceuinus, hortarentur Piſonem pergere in caſtra, aut roſtra conſcendere, ſtudiaque militum & populi tentare: *ſi conatibus eius conſcij aggregarentur, ſecuturos etiam integros, magnamque motæ rei famam, quæ plurimum in nouis conſilijs valeret. Nihil aduerſum hoc Neroni prouiſum: etiam fortes viros ſubitis terreri, nedum ille ſcenicus; Tigellino ſcilicet cum pellicibus ſuis comitante, arma contra cieret. Multa experiendo fieri, quæ ſegnibus ardua videantur. Fruſtra ſilentium & fidem in tot conſciorum animis & corporibus ſperari. Cruciatu aut præmio cuncta peruia eſſe. Venturos qui ipſum quoque vincirent, poſtremo indigna nece afficerent. Quanto laudabilius periturum, dum amplectitur Remp. dum auxilia libertati inuocat, dum* [1] *miles potius deeſſet, & plebs* [2] *desereret,* [3] *dum ipſe maioribus, dum poſteris, ſi vita præriperetur, mortem approbaret?* Immotus ijs, & paululum in publico verſatus, poſt domi ſecretus, animum aduerſum ſuprema firmat, donec manus militum adueniret, quos Nero tirones aut [4] ſtipendijs recentes delegerat. Nam vetus miles timebatur, tanquam fauore imbutus. Obijt abruptis brachiorum venis. Teſtamentum fœdis aduerſus Neronem adulationibus, amori vxoris dedit, quam degenerem, & ſola

Multa experiendo fiunt, quæ ſegnibus ardua. — Fruſtra ſilentium vbi tot coniurati. — Laudabile mori pro Republica. — Mors Piſonis.

ſola corporis forma commendatam, amici matrimonio abſtulerat. Nomen mulieris Arria Galla, priori marito Domitius Silius: hic patientia, illa impudicitia, Piſonis infamiam propagauere. Proximam necem Plautij Laterani conſulis deſignati Nero adiungit, [5] adeo propere, vt non complecti liberos, [6] non aliud breue mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum ſeruilibus pœnis ſepoſitum, manu Statij tribuni trucidatur, plenus conſtantis ſilentij, nec tribuno obijciens eandem conſcientiam.

Coniurator in coniuratorem carnifex.

1 Miles potius deesset.] *Miles potioribus deeſſet*, id eſt ciuibus, potentia nixis, qui Rempublicam vltam velint.
2 Desereret.] Lege interrogando.
3 Dum ipse maioribus.] Ita ſcribe: *Dignam ipſe maioribus, dignam poſteris, ſi vita præciperetur, mortem approbaret*. Quæ vera eſt lectio Taciti, & aculei pungentes, quos in orationum fine ſempet adhibet, quibus euincantur hominum animi. *Silius imminentem dominationem voluntario fine præuertit.*
4 Stipendiis recentes.] Auguſtanos forte, qui recenter creati a Nerone, & eius turpitudini nimium fauentes.
5 Adeo propere.] Quod Salluſtius ait, *maturrime*. Hiſtor. 1. *vt Lepidus*, ait, *& Catullus decretis exercitibus maturrime proficiſcerentur.*

Tacitus explicatus.

6 Non alivd breve mortis arbitrium.] Ita ego capio, vt ne quidem permiſerit illi mortis arbitrium & potētiam, vt ſua manu moreretur. Nam nihil breuius quam ſibi mortem inferre: quippe in ictu oculi, & paulo momento inueniri poteſt. *Ad moriendum* enim, inquit Seneca, *nihil aliud in mora eſt, quam velle. Non deerit ad mortem ingenium, cui non defuerit animus*. Et ita vſus eſt Seneca ijſdem verbis, *mortis arbitrio. Poſt diem*, inquit epiſtola 70. *tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio, ſi viuit, alienum negotium agit*. Negauit ergo illi Nero breue mortis arbitrium, vt raperet ad ſupplicium.

Quam breue mortis arbitriū.

Nihil niſi deeſt animus volenti mori.

Sequitur cædes Annæi Senecæ lætiſſima principi, non quia coniurationis manifeſtum compererat, ſed vt ferro graſſaretur, quando venenum non proceſſerat. Solus quippe Natalis, & hactenus prompſit: *miſſum ſe ad ægrotum Senecam vt viſeret conquereretúrq. cur Piſonem aditu arceret: melius fore ſi amicitiam familiari congreſſu exercuiſſent*. Et reſpondiſſe Senecam, *ſermones mutuos & crebra colloquia neutri conducere: cæterum ſalutem ſuam incolumitate Piſonis inniti*. Hæc fere Granius Siluanus tribunus prætoriæ cohortis, & an dicta Natalis, ſuaque reſponſa noſceret, percunctari Senecam iubetur. Is, [1] forte an prudens, ad eum diem ex Campania remeauerat, quartumque apud lapidem [2] ſuburbano rure ſubſtiterat. [3] Illo propinqua veſpera tribunus venit, & villam [4] globus militum ſepſit. Tum ipſi cum Pompeia Paulina vxore & amicis duobus epulanti mandata imperatoris edidit. Seneca miſſum ad ſe Natalem, conqueſtumque nomine Piſonis quod viſendo eo prohiberetur, ſe ratione valetudinis & amore quietis, excuſauiſſe reſpondit. [5] *Cur ſalutem priuati hominis incolumitati ſuæ anteferret, cauſam non habuiſſe, nec ſibi promptum in adulationes ingenium: Idque nulli magis gnarum quam Neroni, qui ſæpius libertatem Senecæ, quam ſeruitium expertus eſſet*. Vbi hæc a tribuno relata ſunt, Poppæâ & Tigellino coram, quod erat ſæuienti principi intimum conſiliorum, interrogat, an Seneca voluntariam mortem pararet. Tum tribunus nulla pauoris ſigna, nihil triſte in verbis eius aut vultu deprehenſum confirmauit. Ergo regredi & indicere mortem iubetur. Tradit Fabius Ruſticus, non eo quo venerat itinere reditum, ſed flexiſſe ad Fenium præfectum, & expoſitis Cæſaris iuſſis, an obtemperaret interrogauiſſe: monitumque ab eo, vt exequeretur, fatali omnium ignauia. Nam & Siluanus inter coniuratos erat, augebatque ſcelera in quorum vltionem conſenſerat.

Amor quietis Senecam retinet.

Mulier impudica & impudicus ganeo, conſilium Neronis.

Seneca impauidus etiam morte imminente.

Mors dicta Senecæ.

Voci tamen & aſpectui pepercit, Intromiſitque ad Senecam vnum ex centurionibus, qui neceſſitatem vltimam denunciaret. Ille inter ritus poſcit teſtamenti tabulas: ac [6] denegante centurione, conuerſus ad amicos, *quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur, quod vnum iam tamen & pulcherrimum habebat, imaginem vitæ ſuæ relinquere teſtatur: cuius ſi memores eſſent, bonarum artium famam tam conſtantis amicitiæ laturos.* Simul lachrymas eorum, [7] modo ſermone, modo intentior in modum coercentis, ad firmitudinem reuocat, rogitans: *Vbi præcepta ſapientiæ? Vbi tot per annos meditata ratio aduerſum imminentia? Cui enim ignaram fuiſſe ſæuitiam Neronis? Neque aliud ſupereſſe poſt matrem fratremque interfectos, quam vt educatoris præceptoriſque necem adijceret.*

Senecæ apparatus ad mortem.

1 Forte an prvdens.] *Forte, an prudens?* id eſt, an fortuna, an prudentia? quæ duo opponuntur. Nam fortuna cæca, prudentia perſpicax & cum iudicio oculata. Illa temeraria & turbulenta, hæc ſobria & ſana & ſicca & moderata.

2 Svbvrbano rvre.] De quo ille epiſtola 104. Et noto præteriens ſuburbanorum magnam fuiſſe curam apud priſcos Romanos. Nam *ſuburbanum*, quaſi *ſub vrbe amænum* domicilium & ædes.

3 Illo.] *Illic*, lego, quamuis & *illo rure*, non male; ſed nec Taciti verba ſunt.

4 Globvs.] Forte, *globis*. Nam multos impedire, vni difficillimum.

5 Cvr salvtem privati.] Accipit ſalutem pro ſalutatione. Nam ſupra dixit, *Conqueſtus cur Piſonem aditu arceret*: & addit, *priuati hominis*; quia publico homini ſua danda eſt dignatio.

Salus pro ſalutatione.

6 Denegante centvrione.] Ne ampliſſimæ hereditatis bolus etiperetur faucibus Neronis.

7 Modo sermone, modo intentior.] Lego, *modo ſermone leui, modo intentior in modum coercentis*. & *leui ſermoni* opponit *coercitionem*, quæ aſperior.

Vbi hæc atque talia velut in commune diſſeruit, complectitur vxorem, & [1] paululum aduerſus præſentem formidinem mollitus, rogat oratque *temperaret dolori*, [2] *ne æternum ſuſciperet, ſed in contemplatione vitæ per virtutem actæ, deſiderium mariti ſolatijs honeſtis toleraret.* Illa contra, ſibi quoque deſtinatam mortem adſeuerat, manumque percuſſoris expoſcit. Tum Seneca gloriæ eius non aduerſus, ſimul amore, ne ſibi vnice dilectam ad iniurias relinqueret: *Vitæ*, inquit, *delinimenta monſtraueram tibi, tu mortis decus mauis. non inuidebo exemplo. Sit huius tam fortis exitus conſtantia penes vtroſque par, claritudinis plus in tuo fine.* Poſt quæ, eodem ictu brachia [3] ferro exoluunt. Seneca, quoniam ſenile corpus & paruo victu tenuatum, lenta effugia ſanguini præbebat, crurum quoque & poplitum venas abrumpit. ſæuiſque cruciatibus defeſſus, ne dolore ſuo animum vxoris infringeret, atque ipſe viſendo eius tormenta, ad impatientiam delaberetur, ſuadet [4] in aliud cubiculum abſcederet. Et nouiſſimo quoque momento ſuppeditante eloquentia aduocatis ſcriptoribus, pleraque tradidit, quæ in vulgus edita eius verbis, inuertere ſuperſedeo. At Nero nullo in Paulinam proprio odio, ac ne gliſceret inuidia crudelitatis, inhiberi mortem imperat. Hortantibus militibus, ſerui libertique obligant brachia, premunt ſanguinem, incertum an ignaræ. Nam vt eſt vulgus ad deteriora promptum, non defuere qui crederent, donec implacabilem Neronem timuerit, famam ſociatæ cum marito mortis petiuiſſe, deinde oblata mitiore ſpe, blandimentis vitæ euictam: cui addidit paucos poſtea annos laudabili in maritum memoria, & [5] ore ac membris in eum pallorem albentibus, vt oſtentui eſſet, multum vitalis ſpiritus egeſtum.

Senecæ mors venis amputatis.

Seneca moriens aduocatis ſcriptoribus multa de eloquentia tradit. Forſan ſunt Controuerſiæ.

Coniux Senecæ mori optat; maritus vetat.

egeſtum. Seneca interim[6] durante tractu, & lentitudine mortis, Statium Annæum diu ſibi amicitiæ fide & arte medicinæ probatum, orat prouiſum pridem venenum, quo damnati[7] publico Athenienſium iudicio extinguerentur, promeret: allatumque hauſit fruſtra, frigidis iam artubus & clauſo corpore aduerſum vim veneni. Poſtremo ſtagnum calidæ aquæ introijt,[8] reſpergens proximos ſeruorum, addita voce, *Libare ſe liquorem illum Ioui Liberatori*. Exin[9] balneo illatus, & vapore eius exanimatus,[10] ſine vllo funeris ſolenni crematur. Ita codicillis præſcripſerat, cum etiam tum prædiues & præpotens, ſupremis ſuis conſuleret. Fama fuit, Subrium Flauium cum centurionibus occulto conſilio, neque tamen ignorante Seneca, deſtinauiſſe, vt poſt occiſum ope Piſonis Neronem, Piſo quoque interficeretur,[11] tradereturque imperium Senecæ, quaſi[11] inſonti, claritudine virtutum ad ſummum faſtigium delecto. Quin & verba Flauij vulgabantur, *Non referre dedecori, ſi citharœdus dimoueretur, & Tragœdus ſuccederet*. Quia vt Nero cithara, ita Piſo Tragico ornatu canebat.

Statius Annæus Medicus Senecæ amicus.

Non refert dedecori ſi citharœdus remoueretur & Tragœdus ſuccederet.

1 PAVLVLVM ADVERSVS PRÆSENTEM FORMIDINEM MOLLITVS.] Id eſt paulum ſecuritatis aduerſus formidinem, & paulum conſilijs mollitus contra inſtantem metum. Nam timidus eſt & ignauus qui cum non oportet mori deſiderat, & qui refugit cum ſit opportunum. Ad omnia enim etiam periculoſiora nos docet neceſſitas.

2 NE ÆTERNVM.] *Nec æternum ſuſciperet.*

3 FERRO EXOLVVNT.] Ipſe Seneca, vt ſui finis vates, idemque ſuorum præceptorum exequutor, ita lib. 3. de Ira. *Quæris quod ſit ad libertatem iter? Quælibet in corpore tuo vena*. Et epiſt. 71. *Non opus eſt vaſto vulnere diuidere præcordia ſcalpello. Aperitur ad illā magnam libertatem via, & puncto ſecuritas conſtat.* Et ſane ad hanc libertatem, non vna tantum, ſed totis præruptis venis irrupit, nobilis mortis contemptor, quem non laudo tamen, nimis ad lethum præcipitem, & laudarem ſapientem & patientem magis. D. Hieronymus inter ſanctos reponit Chriſtianos, quod legerit epiſtolas Pauli ad Senecam & Senecæ ad D. Paulum, quibus optare ſe dicit, licet potentiſſimus illius temporis, eius eſſe loci apud ſuos cuius ſit Paulus apud Chriſtianos. D. Hieronym. in Catalogo: tamen in extremo actu dixit, *Libemus Ioui liberatori*: quod non dixiſſet, ſi Chriſtianus fuiſſet.

Seneca ſui finis vates.

4 IN ALIVD CVBICVLVM ABSCEDERET.] *In aliud cubiculum vt abſcederet.* Licet præceptis inſtructa mariti. *Nam*, inquit D. Auguſtin. 6. Confeſſ. cap. 11. *Multi magni viri & imitatione digniſſimi ſapientiæ ſtudio cum coniugibus dediti fuerunt, pares ſtudio, pares matrimonio.*

5 ORE AC MEMBRIS IN EVM PALLOREM.] Legebam, *Ore ac membris in ſerum pallorem albentibus*, id eſt longum pallorem. Virgil.

--ſeros maneant hæc fata nepotes.

Sed excuſa placet, & ait *in eum pallorem Senecæ vxorem deueniſſe, vt reſtare paululum vitalis ſpiritus crederetur.* Quod bene ſtat. Nam

Amor perennis coniugis caſtæ manet.

Firmata excuſa lectio.

ait Mimus. cæterum vtitur verbo *albeſcentibus*, quod indicium ægritudinis & mœtoris fuit. Sic *album* in corpore hydropici *languorem* dixit Horat. Et *luteam pellem* Satyricus pro pallente cute. D. Hieronym. de obitu Nepot. ad Heliodor. *Marceſſebat, proh dolor, ſtante Auſtro lilium, & purpura violæ in pallorem ſenſim migrabat.* Idem de Paula ſcribit. Et quia me huc deduxit noſtri authoris lectio, tollam ex eodem loco mendum non ferendum. *Vnde*, inquit D. Hieronymus, *& Nioben, quia multum fleuerit, in lapidem & diuerſas beſtias commutatam finxit antiquitas?* lego, *quia multum fleuerit, in lapidem, & ob diuerſas moleſtias* (ſeu *mæſtitias*, non *beſtias*) *commutatam finxit antiquitas?* Nam nulla antiquitas quidquā de beſtijs quod ſciā.

6 DVRANTE TRACTV.] *Diu durante tractu & lentitudine mortis.* Et eſt tranſpoſitum verbum, quod inſertum eſt ſubſequenti lineæ. Nam excuti debet a verbis ſequentibus, & heic reponi. Lege ergo, *Statium Annæum ſibi amicitiæ fide, & arte medicinæ probatum.*

7 PVBLICO ATHENIENSIVM IVDICIO.] Videtur doctor ſapientiæ Seneca, longe ante, interitum ſuum præuidiſſe, & voluiſſe non modo in præceptis, ſed in exitu vitæ, ſummum illud ſapientiæ caput Socratem imitari, vt veneno finiret. De quo Iuuenalis Sat. 13.

-- dulcique ſenex vicinus Hymetto,
Qui partem acceptæ ſæua inter vincla cicutæ
Accuſatori nollet dare.

Seneca Socratem præceptis & exitu vitæ imitatus.

8 RESPERGENS.] Virgilius:

Luſtrauitque viros, dixitque nouiſſima verba.

Quæ paganum ſapiunt, non Chriſtianum.

9 BALNEO ILLATVS.] Lege, *in balneum elatus, & vapore eius exanimatus eſt.* Nam dixit ante, *ſtagnum calidæ aquæ introiſſe*; quod erat in balneo. Et habe mentem Senecæ pro diſciplina. nam quo non inuadit crudelitas?

10 SINE VLLO FVNERIS SOLENNI.] *Circumferuntur quædam epiſtolæ Senecæ ad D. Pau-*

Senecæ epiſtolæ.

lum, ait Lactantius, quibus *multa ſunt*, vt tradit D. Aug de ciuit. Dei, *quæ Chriſtianam diſciplinam quodammodo ſapiunt*. Quod D. Hieron. in Catalogo agnoſcit: vt iam dixi. Attamen Chriſtianus non fuit; teſtis illa vltima libatio ad Iouem Liberatorem: teſtis etiam illa ſepultura, ſine vllo funeris ſolenni. Quod erat ex eius diſciplina. Quippe ita ſcribit. *Sepultura ſapienti negligenda; nec æſtimanda eſt eius iactura*. nec de futura reſurrectione cogitabat. Nam illæ libationes Chriſtianis exoſæ, quibus de Ioue ne quidem cogitare licuit. At ſolennia funerum nunquam a Chriſtianis neglecta, non quod neceſſaria eſſent ad ſalutem, ſed quia exiſtimauerunt corpus, quod in exercendis virtutibus ſocium ſe animæ præbuiſſet, iamiam anima coronata, etiam honorari debuiſſe. Extat Tertulliani locus in Apolog. de Chriſtianor. funeribus multo thure honoratis. Et inde apud eos Cœmeteria tanto in honore habita; quod quiſquis Occidentalis Orientaliſque Eccleſiæ monimenta perlegerit, nunquam abnuerit. Vide Clementem Romanum libr. 2. de Conſtitut. Apoſtol. & D. Auguſt. de cura pro mort. hab. Prudentius in hymno de exeq. defunct.

Hinc maxima cura ſepulchris
Impenditur, hinc reſolutos
Honor vltimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.

Sed hæc alium habent locum, quo tractentur.

Chriſtianus non fuit.

Seneca ſepulturæ contemptor.

Chriſtiani de ſepultura ſolliciti.

11 TRADERETVRQVE IMPERIVM.] Et certe nunquam imperio melius quam cum regitur a ſapiente. Ipſemet Seneca epiſt. 90. *Illo ſæculo*, inquit, *quod aureum perhibetur, penes ſapientes fuiſſe regnum Poſſidonius indicat. Apud Parthos, penes Magos, qui de ſapientiæ ſtudio gloriabantur.* Sic σοφώτατος ille Prou. c. 1. *Sapiens habebit gubernacula.* Euripides in Hecuba.

— ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ
Πράττειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.

Poſtquam quæ inhoneſta ſunt facere auſus es, ſuſtine quæ non grata ſunt. Ita de Manlio Valerius l. 6. c. 2. *Manlius eras mihi cũ præcipites agebas Senones; poſtquam mutari cœpiſti, vnus factus es ex Senonibus.* Vide Syneſium de dono. Sed aut fallor, aut Seneca, ſi oblatũ foret, non recepiſſet imperium. Quippe a philoſophis didicerat quæ de refutando imperio recte dixit poſtea Saturninus in Spartiano: *Neſcitis, amici, quid mali ſit imperare. Gladij & tela, noſtris ceruicibus impendent, imminent haſtæ vndique, vndique ſpicula: ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur. Non cibus pro voluptate, non iter pro authoritate, non bella pro iudicio, non arma pro ſtudio. Adde quod omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex eſt quiſpiam, (* vt erat Seneca *) inhabilis videtur; ſin minus, ineſt furor. Nam quod imperatorem me cupitis, in neceſſariam mortem me trahitis.* At iſtam mortem Caligula pertulit, & Nero. *Sed Nero meruit, Caligula debuit*, dicebat M. Antoninus Philoſophus.

Bene impẽrijs eſt ſi a ſapientibus regantur.

Cæterum militaris quoque conſpiratio non vltra fefellit, accenſis quoque indicibus ad prodendum Fenium Rufum, quem eundem conſcium & inquiſitorem non tolerabant. Ergo inſtanti minitantique renitens Sceuinus, neminem ait plura ſcire quam ipſum.[2] Hortaturque vltro redderet tam bono principi vicem.[3] Non vox aduerſum ea Fenio, non ſilentium, ſed verba ſua præpediens, & pauoris manifeſtus,[4] cæteriſque ac maxime Ceruario Proculo equite ad conuincendum cum conniſis, iuſſu imperatoris a Caſſio milite qui ob inſigne corporis robur adſtabat, corripitur, vinciturque. Mox eorum indicio Subrius Flauius tribunus peruertitur, primo diſſimilitudinem morum ad defenſionem trahens, neque ſe armatum cum inermibus effœminatis tantum facinus conſociaturum. Dein poſtquam vrgebatur, confeſſionis gloriam amplexus, interrogatuſque a Nerone, quibus cauſis ad obliuionem ſacramenti proceſſiſſet:[5] *Oderam te*, inquit, *nec quiſquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruiſti. odiſſe cœpi poſtquam parricida matris & vxoris, auriga, hiſtrio & incendiarius extitiſti.* Ipſa rettuli verba, quia non vt Senecæ, vulgata erant. Nec minus noſci decebat[6] militaris viri ſenſus * & incomptos & validos.[7] Nihil in illa coniuratione grauius auribus Neronis accidiſſe conſtitit, qui vt faciendis ſceleribus promptus, ita audiendi quæ faceret, inſolens erat. Pœna Flauij Veianio Nigro tribuno mandatur. Is proximo in agro ſcrobem effodi iuſſit, quem Flauius vt humilem & anguſtum increpans, circumſtantibus militibus:[8] *Ne hoc quidem*, inquit, *ex diſciplina.* Admonitus fortiter protendere ceruicem: *Vtinam*, ait, *tu tam fortiter*

Fenius Rufus conſcius mortis Neronis, & tamen inquiſitor coniurationis.

Verba nouiſſima Subrij Flauij tribuni.

* ſat incomptos, ſed validos.

Nero promptus faciendis ſceleribus, audiendis inſolens.

Fortis viri fortia verba in morte.

ter ferias. Et ille multum tremens, cum vix [9] duobus ictibus caput amputauiſſet, ſæuitiam apud Neronem iactauit, ſeſquiplaga interfectum a ſe dicendo.

1 RENITENS.] Pulchre *renidens.* Sic Catullus:

Egnatius quod candidos habet dentes,
Renidet vſquequaque.

Tacitus 4. Hiſtor. *Marcellus minacibus oculis, Criſpus renidens.* Martial. lib. 6. epigr. 82.

Subriſi modice, leuique nutu,
Me quem dixerat eſſe non negaui.

2 HORTATVR.] Id eſt, hortatur vt Neroni tam bono principi hanc vicem redderet, vt de tota coniuratione faceret certiorem. Quia nemo melius ſciebat.

3 NON VOX, NON SILENTIVM.] *Non vox Fenio, non ſilentium iuuit:* ita legendum eſt. Quippe vox præpedita arguebat crimen, ſilentium pauorem: itaque locutus eſt, ſed turbide, & vt attonitus, ac mox ſiluit. Et vox *iuuit*, in verbo *ſilentium.* Cæterum *coniuratio tecta ſuos habet ardores, detecta ſuos tepores. Nec quiſquam eſt cui ſenſus non hebetetur, manum iniicientibus fatis.* Amm. Marcel.

4 CÆTERISQVE.] Reis videlicet, ac maxime Ceruario Proculo.

5 ODERAM TE.] Aſpera verba. Nam iucunde viro loquendum eſt, poteſtatem vitæ & necis habenti.

6 MILITARIS VIRI SENSVS ET INCOMPTOS ET VALIDOS.] *Militaris viri ſenſus ſat incomptos, ſed validos.* Καλὸν μὲν ἡ ἀλήθεια, dicebat Plato. & ſane veritas ipſa pulchra res, ſed facile non perſuadetur. Dixit Tacitus *incomptos.* Quintil. 9. declam. *Etiamſi non æque comptus, attamen integer.* Et eodem ſenſu dicunt *inconditos verſus, inconditam orationem.* D. Hieronym. ad Nepot. D. Cyprianus ait *non diſerta, ſed fortia.* Salluſtius. *Sanctus & ingenio validus.* Tertullianus recte ad hanc rem. *Naturaliter compendium ſermonis, & gratum, & neceſſarium eſt. Sapiet*, inquit ille, *dictio quæ feriet.* Huic dicto aptari poteſt, quod Cicero in Legibus. *Fannio ætate coniunctus Antipater, paulo inflauit vehementius, habuitque vires agreſtes ille quidem atque horridas, ſine nitore ac palæſtra: ſed tamen admonere reliquos potuit vt accuratius ſcriberent.* Liuius, cuius Noſter imitator, lib. 4. aduerſ. Tempanium. *Oratio incompta fuiſſe dicitur; cæterum militariter grauis. non fuit vana laudibus, non crimine alieno læta.* Et Tacitus de morib. German. *Nam epulæ, & quanquam incompti, largi tamen apparatus pro ſtipendio cedunt.* Sic D. Hieronym. ad Paul. epiſt. 153. *Paruas & incomptas litteras mittere.* Ruffinus cont. D. Hieronymum. *Nos licet incomptis verbis, & oratione incompoſita, reſpondebimus.*

Oratio incompta ſed valida.

7 NIHIL IN ILLA.] Seneca de Caio non cad. iniur. in Sap. *Omnia contumelias putabat, & fuit ferendarum impatiens, vlciſcendarum cupidiſſimus.*

Ingenium Caligula ferendarum iniuriarum impatiens, faciendarum cupidum.

8 NE HOC QVIDEM EX DISCIPLINA.] Quippe ex diſciplina militari, ſcrobes tot pedes in latitudinem, tot in profunditatem habere debebant. vide Vegetium. Sed metienda erant ex amplitudine ſcrobis omnia.

Diſciplina militaris ſcrobes metitur.

9 DVOBVS ICTIBVS.] Eadem crudelitas, ſed numero maior in muliere ſepties icta, de qua D. Hieronym. Et apud Suetonium in Caio ſimilis iactatio, *quod ſeſquiplaga hominem mactaſſet.* Eleganter ſane Quintil. 179. Declamat. *Non omnium animi durant ad ſanguinem: ſunt quidam mitiores qui ne conſpicere quidem cruorem ſufficerent.* quod in magnis principibus & vere Martijs vidiſſe me auſim affirmare.

Proximum conſtantiæ exemplum, Sulpitius Aſper centurio præbuit, percunctanti Neroni, cur in cædem ſuam conſpirauiſſet, breuiter reſpondens: *Non aliter tot flagitijs eius ſubueniri* [1] *poſſe.* Tum iuſſam pœnam ſubijt. Nec cæteri centuriones in perpetiendis ſupplicijs degenerauere. At non Fenio Rufo [2] par animus, ſed lamentationes ſuas etiam in teſtamentum contulit. Opperiebatur Nero vt [3] Veſtinus quoque conſul in crimen traheretur, violentum & infenſum ratus: ſed coniurati conſilia cum Veſtino non miſcuerant, quidam vetuſtis in eum ſimultatibus, plures quia præcipitem & inſociabilem credebant. Cæterum Neronis odium aduerſus Veſtinum ex intima ſodalitate cœperat, dum hic ignauiam principis penitus cognitam deſpicit, ille [4] ferociam amici metuit, ſæpe aſperis facetijs illuſus, quæ [5] vbi multum ex vero traxere, acrem ſui memoriam relinquunt. Acceſſerat repens cauſa, quod Veſtinus [6] Statiliam Meſſallinam matrimonio ſibi iunxerat, haud neſcius inter adulteros eius & Cæſarem eſſe. Igitur non crimine, non accuſatore exiſtente, quia [7] ſpeciem indicij inducere non poterat, ad vim dominationis conuerſus, Gerelanum tribunum cum cohorte militum immittit, iubetque præuenire conatus Conſulis,

Principis vitia non memoranda.

Vbi ex vero traxere: acrem ſui memoriā relinquunt.

occupare velut arcem eius, opprimere delectam iuuentutem, quia Veſtinus imminentes foro ædes, decoraque ſeruitia, & pari ætate habebat.[8] Cuncta eo die munia conſulis impleuerat.[9] Conuiuium celebrat, nihil metuens [10] an diſſimulando metu? cum ingreſſi milites vocari eum a tribuno dixere. Ille nihil demoratus exurgit. & omnia ſimul properantur, clauditur cubiculo, præſto eſt medicus, abſcinduntur venæ, vigens adhuc balneo infertur, calida aqua merſatur, nulla edita voce, qua ſemet miſeraretur. Circundati interim cuſtodia qui ſimul diſcubuerant, nec niſi prouecta nocte emiſſi ſunt, poſtquam pauorem eorum imminens exitium opperientium, & imaginatus & irridens Nero, *ſatis ſupplicij luiſſe* ait, *pro epulis conſularibus.* Exin M. Annæi Lucani cædem imperat. Is profluente ſanguine, vbi frigeſcere pedes manuſque, & paulatim ab extremis cedere ſpiritum, feruido adhuc & compote mentis pectore intelligit, recordatus carmen a ſe compoſitũ quo vulneratum militẽ per eiuſmodi mortis imaginẽ obijſſe tradiderat, verſus ipſos rettulit. eaque illi ſuprema vox fuit. Senecio poſthac & Quinctianus, & Sceuinus, non ex [11] priore vitæ mollitia, mox reliqui coniuratorũ periere, nullo facto dictoue memorãdo.

Satis ſupplicij pro epulis conſularibus.

1 Posse.] Forte, *potuiſſe.*

2 Paranimvs.] Itaque quem honeſte ſpiritum profundere pro Repub. noluerat, turpiter ſub manu carnificis abſumpſit. At in Rufum conuenit Sophoclis illud.

Λύσει γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν, οὐδ᾽ ἐπωφελεῖ,
Βάξιν καλὴν λαχόντι δυσκλεῶς θανεῖν.
Nihil conducit fama bona quæſita, ignominioſe mori.

Plus in metuenda morte mali eſt quam in eo quod timetur, ait Cicero ad Torquat. lib. 6. epiſtola *Noui.*

3 Vestinvs.] Eſt epigramma Martialis libr. 4. 74. de Veſtino, quod noſtro aptare quidam videntur, quibus non ego aſſentior. Nam hunc Veſtinum *annis grauem* vocat Martialis. Noſter vero erat gnauus, & diligens & violentus, qui eodem die quo cæſus eſt, Conſulum munia obierat. Deinde facit eum de obitu deliberantem, ſed incautum Tacitus, & imprudentem cæſum narrat. Itaque non ea mihi mens, vt eundem eſſe putem. Sed ſiue hic, ſiue ille idem Veſtinus, expertus eſt, δεινὰ τυράννων λήματα. *Vehementes Regum impetus.*

4 Ferociam amici.] Debet tueri hæc lectio, quod dixerit: *Hic ignauiam Principis, ille ferociam amici metuit.* Opponit ignauiam ferociæ, & Neronem principem Veſtino amico. Et quis ignorat ferociam in animo ſedem habere? Dixit, *amici*, propter intimam ſodalitatem quæ a iuuentute. Attende interea quod nemo cum ſerpente ludit ſecurus.

5 Vbi mvltvm.] Non placet hæc lectio. Quid ſi legatur, *vbi ſtimulum ex vero traxere?* nam facetiæ quo veriores, eo aſperiores. Et ſane verba deliquium fatentur, cui puto addidiſſe verum ſupplementum: niſi legas, *vbi vim multam ex vero traxere.*

Veriora magis pungunt quam falſa.

6 Statiliam Messallinam.] De qua vetus interpr. Iuuenal. Sat. 6. illo verſu, *Illa tamen grauior. Statiliam*, inquit, *Meſſallinam inſectatur, quæ poſt quatuor matrimonia diuerſo exitu ſoluta, poſtremo Neroni nupſit: poſt quem interemptum, & opibus, & forma, & ingenio plurimum viguit. Conſectata eſt vſum eloquentiæ vſque ad ſtudium declamandi.* Erat autem Statilij Tauri filia, qui amphitheatrum Romæ ſtruxit, biſque Conſulis, & triumphatoris abneptis. At fuere eo tempore duæ Meſſallinæ, Meſſallina Claudij, & hæc, quæ Neronis fuit. Suetonius autem, vt ea poriretur, ait Veſtinum trucidaſſe.

Statilia Meſſallina vxor Neronis.

Sectata eſt eloquentiam. Declamatrix. Abneptis Statilij Tauri. Duæ Meſſallinæ eodem tempore.

7 Speciem indicii indvere.] Lego, *ſpeciem iudicij induere*, quanquam plerunque verbo *induere* vtatur Noſter. Lego *iudicij*: quia nullus accuſator, nulli teſtes, nullum crimen; atque in iudicium deducere non potuit. Opponitur autem *ius* & *vis*, vt dixi ſupra.

Vbi nullum crimẽ, nullum iudicium. Nullus accuſator. Nulli teſtes.

8 Cvncta eo die.] Apud priſcos Romanos, quia Conſulatus ſacroſanctus erat, ideo non niſi depoſita dignitate, in eos fiebat animaduerſio. Heic contra Nero, & eius exemplo, in Flauium Clementem patruelem ſuum & Conſulem Domitianus, quem ipſo Conſulatu interemit. Cæterum Suetonij verba ſunt, *Tantum ipſo Conſulatu interemit*, pro quibus lege: *Repente, & ex tenuiſſima ſuſpicione tantum, in ipſo Conſulatu interemit.* Claudianus in præfat. 2. ad Eutrop.

Nero in dignitates nulla habita ratione ſæuit.

Suetonij correctio.

Illicitas Conſul pœnas ſe Conſule ſoluit;
Annus qui trabeas, hic dedit exitium.
Infauſtum populis in ſe quoque vertitur omen,
Sæuit in authorem prodigioſus honor.

9 Convivivm celebrat.] Legendum, *conuiuium tum celebrat.*

10 An dissimvlando metv.] *An diſſimulando in metu?* per interrogatiunculam.

11 Priore vitæ mollitia.] *Ex prioris vitæ mollitia.* Nam paulo momento mutantur hominum mores. Dio 39.

Sed

Sed compleri interim vrbs funeribus, Capitolium victimis : alius filio, fratre alius, aut propinquo, aut amico interfectis, agere grates deis, ornare lauru domum, genua ipſius aduolui, & dextram oſculis fatigare. Atque ille gaudium id credens, Antonij Natalis & Ceruarij Proculi feſtinata indicia impunitate remuneratur: Milichus [1] præmijs ditatus, Conſeruatoris ſibi nomen Græco eius rei vocabulo aſſumpſit. E tribunis Granius Siluanus quamuis abſolutus, ſua manu cecidit: Statius proximus veniam quam ab imperatore acceperat vanitate exitus corrupit. Exuti dehinc tribunatu Pompeius, Cornelius Martialis, Flauius Nepos, Statius Domitius, quaſi principem non quidem odiſſent, ſed tamen exiſtimarentur. Nouio Priſco per amicitiam Senecæ, & Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis quam conuictis, data exilia. Priſcum Antonia Flacilla coniunx comitata eſt: Gallum Egnatia Maximilla, magnis primum & integris opibus, poſt ademptis. quæ [2] vtraque gloriam eis auxere. Pellitur & [3] Rufus Criſpinus occaſione coniurationis, ſed Neroni inuiſus, quod Poppæam quondam matrimonio tenuerat. [4] Virginium Rufum claritudo nominis expulit. Nam Virginius ſtudia iuuenum eloquentia, Muſonius præceptis ſapientiæ fouebat. Cluuidieno Quieto, Iulio Agrippæ, Blitio Catulino, Petronio Priſco, Iulio Altino, velut in agmen & numerum, Ægæi maris inſulæ permittuntur. At Cadicia vxor Sceuini, & Ceſenius Maximus Italia prohibentur, reos fuiſſe ſe, tantum pœna experti. [5] Atilla mater Annæi Lucani [6] ſine abſolutione in ſupplicio diſſimulata.

Vxor virum exulem ſequitur licet indemnata.

Criſpinus Neroni inuiſus quod Poppæam Neroni amatam duxiſſet.

1 PRÆMIIS DITATVS.] Apud Romanos, quiſquis ſe dignum præmio putaſſet, id poſcebat libello, & ei dabatur ſi æquum eſſet. Noſter 3. Hiſtor. *Gregarius eque: occiſum a ſe proxima acie fratrem profeſſus, pretium petierat.* Et 1. Hiſtor. *Plures quam CXX. libellos præmia expoſcentium ob aliquam notabilem operam, Vitellius inuenit. En quo audacia ſcelerum.* Virtus pretium ſibi eſt, nec mercedem poſcit; ſcelus poſcit. Plinius 3. epiſtol. epiſt. *Audio.* ſic ſcribit. *Fuit moris antiqui eos qui vel ſingulorum laudes, vel vrbium ſcripſerant, aut honoribus, aut pecunia ornare: noſtris vero temporibus, vt alia ſpecioſa & egregia, ita hoc in primis exoleuit. Nam poſtquam deſijmus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus.*

2 VTRAQVE GLORIAM.] Sic Plinius 3. epiſtola *Adnotaſſe. Arria Pæti virum ſecuta, ita milites alloquebatur. Daturi eſtis viro Conſulari ſeruulos aliquos, quorum e manu cibum capiat, a quibus veſtiatur, a quibus calcietur. omnia ſola præſtabo.* Non impetrauit tamẽ. Sed nec prætereo quod D. Auguſtinus ſcribit in ſimili coniugum fortuna. Nam ita in Ioannem 14. *Non diligit vxorem ſuam qui propter dotem illam diligit. Nõ maritum caſte diligit quæ propterea diligit quia aliquid donauit. Donauit ei diues maritus & pauper factus eſt maritus. Quam multi proſcripti a caſtis vxoribus amplius dilecti ſunt? Probata ſunt multa caſta coniugia calamitatibus maritorum: & ne aliud amare vxores, quam maritos putarentur, non ſolum non deſeruerunt, ſed amplius etiam ſequutæ ſunt.* Et inde gloriam conſequutæ. Cuius rei nos oculati teſtes & experti.

3 RVFVS CRISPINVS.] De quo noſter infra lib. 16. *Hic quondam præfectus Prætorio, & Conſularibus inſignibus donatus, ac nuper crimine coniurationis, in Sardiniam exactus.*

Rufus Criſpinus. Præfectus quõdam prætorio. Ob coniurationem exul. In Sardiniam.

4 VIRGINIVM RVFVM.] Recte monuit Lipſius legendum, *Virginium & Muſonium Rufum.* Nam quæ ſequuntur indicant. Iuuenalis eum refert inter coniuratos Neronis Satyr. 8.

—— quid enim Virginius armis
Debuit vlciſci magis, aut cum Vindice Galba?

Vbi vetus interpres. *Virginius vnus de coniuratis qui Neronem occiderunt.* Is eſt Virginius Rufus, de quo Plinius epiſt. 1. lib. 2. *Cæſares quibus ſuſpectus, etiam inuiſus virtutibus fuerat, euaſit. Hic ter Conſul, faſtigium priuati hominis impleuit, cum principis noluiſſet. Deceſſit annum tertium & octogeſimum adeptus, laudatus a Conſule Cornelio Tacito. Hic enim ſupremus fælicitati eius cumulus acceſſit. Laudator eloquentiſſimus,* inquit Plinius. Et ſuffectum fuiſſe Tacitum in eius locum ſuſpicor. Quippe Conſul deceſſit Virginius ſub Traiano.

Virginius Rufus. Vnus de coniuratis in Neronem.

5 ATILLA.] Lege, *Aticilla:* nam fuit mater Annæi Lucani. Vocabatur autem Aticilla Polla. Martialis lib. 7. epigramm. 20. & 22. eiuſdem libri.

Phœbe veni; ſed quantus eras, cum bella canenti
Ipſe dares Latiæ plectra ſecunda lyræ.

Quid tanta pro luce precer? tu Polla maritum
Sæpe colas, & ſe ſentiat ipſe coli.

Papinius in Genethl. Lucani.

Adſis lucidus, & vocante Polla
Vnum quæſo diem Deos ſilentum
Exores.

Fœmina ſua virtute nobilis, ſed Lucani partu nobilior.

6 SINE ABSOLVTIONE IN SVPPLICIO DISSIMVLATA.] Ne credas ita ſcripſiſſe Tacitum. lege: *Sine abſolutione tamen ſupplicio diſſimulata.* id eſt, non fuit abſoluta, ſed nec ſupplicio addicta, ſed diſſimulata.

Tacitus correctus.

Quibus perpetratis Nero, & concione militum habita, bina nummum millia viritim manipularibus diuiſit,[1] addiditque ſine pretio frumentum, quo ante ex modo annonæ vtebantur. Tum quaſi geſta bello expoſiturus vocat Senatum, & triumphale decus[2] Petronio Turpiliano conſulari,[3] Cocceio Neruæ prætori deſignato, Tigellino præfecto prætorij tribuit, Tigellinum & Neruam ita extollens, vt ſuper triumphales in foro imagines apud palatium effigies eorum quoque ſiſteret. Dedit etiam conſularia inſignia Nymphidio, de quo quia nunc primum oblatus eſt, pauca repetam. nam & ipſe pars Romanarum cladium erit. Igitur matre libertina ortus, quæ corpus decorum inter ſeruos libertoſque[4] principum vulgauerat, ex C. Cæſare ſe genitum ferebat, quoniam[5] forte quadam[6] habitu procerus & toruo vultu erat: ſiue C. Cæſar ſcortorum quoque cupiens, etiam matri eius[7] illuſit. Sed Nero vocato Senatu, oratione inter patres habita, edictum apud populum, & collata in libros indicia, confeſſioneſque damnatorum adiunxit. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur, tanquam viros & inſontes ob inuidiam aut metum extinxiſſet. Cæterum cœptam, adultamque & reuictam coniurationem neque tunc dubitauere, quibus verum noſcendi cura erat, & fatentur qui poſt interitum Neronis in vrbem regreſſi ſunt.

1 ADDIDITQVE SINE PRETIO FRVMENTVM, QVO ANTE EX MODO ANNONÆ VTEBANTVR.] Mutilus hic locus mihi videbatur: ſed fallebar. Vult enim tantum eis frumentum dari ſine pretio, quantum pro modo annonæ conſequebantur.

Petronius Turpilianus.
A quo Senatuſconſultum Turpilianum.

2 PETRONIO TVRPILIANO.] De quo Annal. 14. & a quo Senatuſconſultum Turpilianum. *Quique miſſus in Britannias & honeſtum pacis nomen ſegni otio impoſuit.*

Cocceius Nerua filius Iuriſconſulti.
Qui de iure reſpondit anno 16.
Nerua filius dicitur in iure.

3 COCCEIO NERVÆ.] Filius eſt Neruæ Iuriſconſulti tantopere laudatus a Pomponio L. 2. de orig. iur. Quiq. annos natus 16. palam de iure reſpondit. Et vocatur paſſim in iure *Nerua filius.* Pater ſub Tiberio deceſſerat, hic ſub Nerone Prætor deſignatus, triumphalia conſequitur.

4 PRINCIPVM VVLGAVERAT.] Lego, *Principis tum vulgauerat.* Noſter 4. Hiſtor. idem tradit de Sabino. *Sabinus*, inquit, *ſuper inſitam vanitatem falſæ ſtirpis gloria incendebatur, proauiam ſuam D. Iulio per Gallias bellanti corpore atque adulterio placuiſſe.* Sueton. in Caligula 23. *Prædicabat matrem ſuam ex inceſto quod Auguſtus cum Iulia filia commiſiſſet procreatam.*

5 FORTE QVADAM.] Legendum eſt, *ſorte quadam.*

Caligula forma.
Eleganter a Seneca deſcripta.
Qui emendatur.

6 HABITV PROCERVS ET TORVO VVLTV ERAT.] Suetonius de ſtatura Caij cap. 50. *Statura fuit immani, pallido colore, corpore enormi, oculis & temporibus concauis.* At nemo melius Seneca, licet mendoſa lectione. *Inter cætera* (vitia ſcilicet) *quibus abundabat contumelioſius, mirabili ſtudio ferebatur, omnes aliqua nota feriendi* (non ferendi) *ipſe materia riſus digniſſima. Tanta illi palloris inſaniam teſtantis fœditas erat, tanta oculorum ſub fronte anili latentium toruitas, tanta capitis deſtituit* (lego *deſtituti*) *& emendicantis capillis aſperſi deformitas.* En hominem bellum, & bella præditum anima.

7 ILLVSIT.] *Illuſerit.*

[1] At in Senatu cunctis vt cuique plurimum mœroris, in adulationem demiſſis;[2] Iunium Gallionem, Senecæ fratris morte pauidum, & pro ſua incolumitate ſupplicem increpuit[3] Salienus Clemens, hoſtem & parricidam vocans: donec conſenſu patrum deterritus eſt, ne publicis malis abuti ad occaſionem priuati odij videretur,[4] neu compoſitam & oblitteratam māſuetudinem principis nouam ad ſæuitiam traheret.

traheret. Tum decreta dona & grates deis decernuntur, propriuſque honos[5] Soli, cui eſt vetus ædes apud Circum, in quo facinus parabatur, qui occulta coniurationis numine retexiſſet: Vtque Circenſium [6] Cerealium ludicrum pluribus equorum curſibus celebraretur:[7] menſiſque Aprilis Neronis cognomentum acciperet: Templum Saluti extrueretur, eo loci ex quo Sceuinus ferrum prompſerat. Ipſe eum pugionem apud Capitolium ſacrauit,[8] inſcripſitque IOVI VINDICI. In præſens haud animaduerſum, poſt arma Iulij Vindicis ad auſpicium & præſagium futuræ vltionis trahebatur. Reperio in commentarijs Senatus, Cerialem Anicium conſulem deſignatum, pro ſententia dixiſſe, vt templum diuo Neroni quam maturrime publica pecunia poneretur. Quod quidem ille decernebat, tanquam mortale faſtigium egreſſo, & venerationem[9] hominum merito: quod ad omina olim ſui exitus verteretur. Nam deum honor principi non ante habetur, quam agere inter homines deſierit.

Deum honor principi poſt mortem, non ante decernebatur.

1 AT IN SENATV. Paulo eſt obſcurior Tacitus in his verbis. Sed eius ſenſus eſt. In Senatu vt quiſque impenſius mœrebat, quod filij forte, aut cognati, aut agnati, aut amici coniurationi nomen dediſſent, fuiſſentque pœnis affecti, eo magis in adulationem demiſſi erant, ipſique Principi gratulabantur. Homines vere ad ſeruirutem nati, & alti.

2 IVNIVM GALLIONEM.] Dio vocat L. Iulium Gallionem, non Iunium, libr. 60. Annæum vero vocat Plinius, atque ait laboraſſe phthiſi, his verbis. *Principalis vero nauigandi phthiſi affectis, vt diximus, aut ſanguinem egerentibus, ſicut proxime Annæum Gallionem feciſſe poſt Conſulatum meminimus. Annæus Gallio*, verum nomen. Nam Annæus Seneca dictus, qui frater Annæi Gallionis. Quid ſi *Iunius Annæus Gallio*? Nam tot nomina Romani aliquando habuere. Quintilianus duos Galliones oratores numerat, patrem, & filium lib. 3. Inſtit. cap. 1. Quod huic loco bene quadrat. Deſcribitur ille eleganter a Iuuenale, ſed verbis Œdipodijs. Nam vbi de Græcis laudantibus quoſdam Romanos declamatores, & inter eos Gallionem, cui vox erat tinnula, ſic ſcribit figurate:

De ſuperiore Gallione ſub Tiberio iam dictum. Hic frater Senecæ philoſophi.

Iuuenalis ænigmate eum deſcribit.

Miratur vocem anguſtam, qua deterius nec
Ille ſonat quo mordetur Gallina marito.

Id eſt Gallio, ad cuius nomen alludit. Ideo author Dialogi, qui falſo Tacito adſcribitur de clar. orator. *tinnitus* nominat *Gallionis*. Et is eſt, qui vnco tractum in cœlum Claudium dixit, eleganti irriſione, eum illi infenſus eſſet propter Senecam fratrem. Dio libr. 60. Quique nominatim voce Neronem citauit, vt in theatrum prodiret. Idem lib. 61. Alter autem eſt ab Iunio Gallione, qui ſub Tiberio eum cenſuiſſet milites exactis ſtipendijs, vt in ſubſellijs equitum poſiti ſpectacula viderent, cuſtodijs addictus eſt. Idem author lib. 56. De eo eſt caput 18. Actuum, quo notatur vt negligens, videturque ſub Claudio proconſulatum Achaiæ habuiſſe. Nec omitto *Gallionem Senecæ* nominari in lapidibus ad differentiam huius Gallionis. Nam Cordubæ Hiſp. in marmore.

Gallio tinniebat in declamando, non tonabat.

Verbum Gallionis de Claudio facetum.

C. EGNATVLEIÆ. C. FIL.
GALLIONIS. SENECÆ.

3 SALIENVS CLEMENS.] Quid ſi *Saluienus Clemens*? Nam noſter, *Saluius Titianus*, *Saluius Cocceianus*.

Saluienus, pro Salienus.

4 NEV COMPOSITAM ET OBLITERATAM MANSVETVDINEM PRINCIPIS NOVAM AD SÆVITIAM TRAHERET.] Mala verba. Lege ex veris: *Neu compoſitam & obliteratam manſuetudine mentem Principis nouam ad ſæuitiam traheret*. Principis ira deſæuierat, menti quies redierat. Non incendium illud denuo excitandum, ſed continendum. Thalaſſium carpit Marcellinus quod Galulm imperatorem, *non conſilijs, non maturitate mitigaret. Vt*, ait, *aliquoties celſæ poteſtates iras principum mollinerunt. Sed aduerſando iurgandoque* intempeſtiue, & *cum parum congrueret, ad rabiem euibrabat*. In libr. Eſther, cap. 15. *Conuertit Deus ſpiritum regis in manſuetudinem*. Et ſane *ira regis mors eſt, vt lætitia eius, vita*, in Prouerb.

Tacitus correctus.

5 SOLI CVI ÆDES APVD CIRCVM.] Tertullianus hoc firmat de ſpectac. *Circus principaliter Soli conſecratur, cuius ædes medio ſpatio eſt, & effigies de faſtigio ædis emicat, quod non putauerunt ſub tecto conſecrandum quem in aperto habent.*

Circus Soli conſecratus. Sol in faſtigio ædis, non intra, cum in aperto emicet.

6 CEREALIVM LVDICRVM.] Quia ludis Cereris deſtinata erat ædes.

7 MENSISQVE APRILIS.] Prima veſtigia huius adulationis poſt Actiacam victoriam. Dio libr. 51. Diem quo capta fuit Alexandria faſtum eſſe Conſules edixerunt, ab eoque reliquis annis numerandis initium ſumendum.

Adulatio poſt Actiacam victoriam.

8 INSCRIPSITQVE IOVI VINDICI.] Sic Dio de Caligula. *Pugiones tres Romæ, Marti Vltori ſacrandos dedit*, l. 59. Cornelius Fronto: *Mars vltor dicitur, non vindex: vltio vindicat factum, vindicatio futura prohibet*. Nero tamen inſcripſit Ioui Vindici, quod coniurationem Iupiter eſſet vindicatus. Nam Dij, ait Virgilius, *memores fandi atque nefandi*. Et

Οἱ προσκυνοῦντες τὴν Ἀδράστειαν σοφοί.

Qui reuerentur diuinam vltionem ſunt ſapientes.

Sed aliter interpretatum, Iouem per Iulium Vindicem vlturum Neronis crudelitates. Quod accidit. Sic Iudith. 6. Gedeon Ierobaal dictus, quod vltor Baal deſtruxiſſet. Et Oſeæ 10. *Oblatus eſt munus regi vltori.* Vindex autem Neronis atrociſſimus hoſtis. Sueton. cap: 4. in Ner. vbi de Vindice. *Iam noctibus iurgia cum ſeruis plerique ſimulantes, crebro Vindicem poſcebant.* Et ſane omnes Gallias in Neronem conſciuit, Galbam imperatorem fecit. Itaque edicto promulgauit Nero, qui caput Vindicis ei adferret, multa daturum. At Vindex ampliora, qui Neronis caput. Quod fiebat vulgo. Nam Apollonij Tyrij interpres: *Quicunque*, ait, *Tyrium Apollonium regni mei contemptorem & inimicum viuum exhibuerit, accipiet quingenta talenta auri; qui vero caput, centum.* Ille tamen Vindex nominatus Cæſar a militibus, reſpuit & imperium. Plinius libr. 20. cap. 14. *Et paulo ante Iulium Vindicem aſſertorem illum a Nerone libertatis captatione teſtamentis ſic lenocinatum.* Sueton. cap. 40. in Neron. *Cum Gallias pro Prætore regeret, a Nerone primus omnium qui militibus præerant, defecit.* Inſcripſit autem *Ioui Vindici*, quod is mos eſſet Paganis ita inſcribere, & ad Chriſtianos abijt. Prudentius in pugna Pudicit. & Libid. niſi forte alludat ad Paganum morem.

Vindex Neronis hoſtis.

Vindex edixit multa ſe daturum ei qui Neronis caput tolleret.

Vindex captator.

--nec iam contenta, piatum
Condere vagina gladium: ne ſorde latenti
Occupet ablutum rubigo ſcabra nitorem,
Catholico in templo diuini fontis ad aram
Conſecrat, æterna ſplendens vbi luce coruſcet.

Sic in libro Iudith. cap. 16. *Iudith vniuerſa vaſa bellica Holophernis quæ dedit illi populus, & conopæum quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit in anathema obliuionis.*

9 Hominvm merito: qvod ad omina.] Aliquid abeſt ab illa oratione. Scio quid velit, ſed non cohæret, Cerialem. Antium Conſulem cenſuiſſe templum Neroni ex publica pecunia maturandum. At Conſulis mens erat Neronem hæc meruiſſe quaſi Numen: ideoque ita ſibi videri. Sed quod poſtea verteretur ad omina exitus eius breui futuri. Nam tum nemo viuens inter Deos referebatur; eratque indicium breui futuræ cædis. Puto ego ita ſcriptum. *Quod quidem ille decernebat tanquam mortale faſtigium egreſſo eo* (id eſt Nerone) *& venerationem numinum merito; ſed quod ad omina olim ſui exitus verteretur.*

10 Nam Devm honor.] Sic Plinius cap. 55. libr. 7. *Eadem vanitas in futurum ſe propagat, & in mortis quoque tempora, ipſa ſibi vitam mentitur, alias immortalitatem animæ, alias transfigurationem, alias ſenſum inferis dando, & manes colendo, Deumque faciendo, qui iam etiam homo eſſe deſierit.* En vltimis verbis manu Pagani transfixa Idolomania quæ nobiliore manu cadere non potuit. Nec aliter Auguſtini & Arnobij noſtri, totæque Chriſtianorum ducum cohortes.

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN librum decimum quintum Annal. C. Cornelij Taciti.

C. CORNELII

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSV DIVI AVGVSTI

ANNALIVM LIBER DECIMVS SEXTVS.

ILLVSIT dehinc Neroni fortuna per vanitatem ipſius,[1] ex promiſſo Ceſellij Baſſi, qui origine Pœnus, mente turbida,[2] nocturnæ quietis imaginem ad ſpem haud dubiam retraxit. Vectuſque[3] Romam, principis aditum emercatus, expromit repertum in agro ſuo ſpecum altitudine immenſa, quo magna vis auri contineretur,[4] non in formam pecuniæ, ſed rudi & antiquo pondere. Lateres quippe prægraues iacere,[5] aſtantibus * parte alia columnis. quæ per tantum æui[6] occulta, augendis præſentibus bonis latuerint. Cæterum vt coniectura demonſtrat, Didonem Phœniſſam Tyro profugam, condita Carthagine, illas opes abdidiſſe, ne nouus populus[7] nimia pecunia laſciuiret: aut[8] reges Numidarum & alias infenſi, cupidine auri ad bellum accenderentur. Igitur Nero non auctoris, non ipſius negotij fide ſatis ſpectata, nec miſſis viſoribus per quos noſceret, an vera aſſererentur, auget vltro rumorem, mittitque qui velut partam prædam adueherent. Dantur triremes & delectum nauigium, iuuandæ feſtinationi. nec aliud per illos dies populus credulitate prodentis diuerſa fama tulerat. Ac forte quinquennale ludicrum ſecundo luſtro celebrabatur: oratoribuſque[9] præcipua materia in laudem principis aſſumpta eſt. [10] *Non enim tantum ſolidas fruges, nec metallis*[11] *confuſum aurum gigni, ſed noua vbertate prouenire* * *terra, & obuias opes deferre deos.* Quæque alia ſumma facundia, nec minore adulatione ſeruilia fingebant, ſecuri de facilitate credentis. Gliſcebat interim luxuria ſpe inani, conſumebanturque veteres opes, quaſi oblatis quas multos per annos prodigeret. Quin & inde iam largiebatur. Et diuitiarum expectatio inter cauſas paupertatis publicæ erat.[12] Nam Baſſus effoſſo agro ſuo, latiſque circum aruis, dum hunc vel illum locum promiſſi ſpecus adſeuerat, ſequunturque non modo milites, ſed populus agreſtium efficiendo operi aſſumptus, tandem poſita væcordia,[13] non falſa ante ſomnia ſua, ſeque tunc primum eluſum admirans, pudorem & metum morte voluntaria effugit. Quidam vinctum, ac mox dimiſſum tradidere, ademptis bonis in locum regiæ gazæ.

* per periſtylia columnis.

* terras.

Verba oratorum adulantium Neroni.

Nero facilis credendis adulatoribus.

Luxus creſcit ſpe inanis ſomnij.

Diuitiæ expectatæ, cauſæ paupertatis.

IN LIBRVM XVI. ANNALIVM C. CORNELII TACITI Nouarum Cogitationum liber decimus ſextus.

1 EX PROMISSO.] Lege, *& ex promiſſo Ceſellij Baſsi.* Nã Nero in culpa vt Ceſellius Baſſus. Nero propter facilem credulitatem; Baſſus propter ſomnij vanitatem. Nero putabat iam ſe *gryphis & picis diuitem magis, qui aureos montes colunt*, vt ait Plautus in Aulularia. Baſſus in amicitia principis ſe potentiſſimum fore exiſtimabat: & vanitas, & nimia credulitas vtrumque peſſumdedere.

2 NOCTVRNÆ QVIETIS IMAGINEM.] Somnia enim ſunt imagines, quæ corporibus dormientibus, ſemperque vigilantibus animis naſcuntur, & intereunt. Amm. Marcel. 14. *Solutis corporibus* (ait) *animus ſemper vigens motibus indefeſsis & cogitationibus ſubiectus & curis, quæ mortalium ſollicitant mentes, colligit viſa nocturna quas phantaſias nos appellamus.* Sed auarorum ſunt ſomnia, opes. Salluſt. 3. frag. *Contra ille calui ratus,* (id eſt decipi) *quærebat num ſomnio theſaurus portenderetur.* Sed *non theſauri, non exercitus præſidia regni ſunt, ſed amici*, ait idem in Iugurth. bello. Petronius Arbiter ludit ita in his ſomnijs theſauros fingentibus.

Nocte ſoporifera veluti cum ſomnia ludunt
Errantes oculos, effoſſaque protulit aurum
In lucem tellus: verſat manus improba furtum,
Theſaurosque rapit, ſudor quoque perluit ora,
Et mentem timor altus habet, ne forte grauatum
Excutiat gremium, ſecreti conſcius auri.
Mox vbi fugerunt eluſam gaudia mentem,
Veraque forma redit: animus quod perdidit optat,
Atque in præterita ſe totus imagine verſat.

Quos verſus de iſtis Baſſi inſomnijs ſcripſit vti exiſtimo: nam erant contemporanei, nec poſtea diu ſuperuixit. Apul. 4. Metamorph. *Nocturnæ viſiones contrarios euentus nonnunquam pronuntiant; denique flere & vapulare, & nonnunquam etiam iugulari, lucroſum, proſperumque prouentum nuntiant. Contra ridere, & mellitis dulciolis ventrem ſaginare, vel in voluptatem Veneream conuenire, triſtitiæ animi languore corporis, damniſque cæteris, anxiatum iri prædicant.* Sic illudunt hominibus dormientibus dæmones per inſomnia.

3 ROMAM, PRINCIPIS ADITVM.] Lego, *vectuſque Romam, vt principis aditum emercatus eſt.* *Tacitus correctus.*

4 NON IN FORMAM PECVNIÆ, SED RVDI ET ANTIQVO PONDERE.] Iuriſconſulti dicunt *aurum factum*, vel *infectum*, vel *ſignatum.* Virgilius:

—— ſunt auri pondera facti,
Infectique mihi.

Aurum factum eſt, ait Vlpianus, *ex quo aliquid eſt effectum, veluti vaſa aurea, emblemata, ſigna. Infecto auro legato id debetur, quod teſtatoris ita factum eſt, vt eo quod ad rem comparatum eſt, non poſsit vti ſine refectione: & aurum ſignatum quod aliqua forma eſt expreſſum, veluti numiſmata.* L. 27. §. cui. de aur. & arg. legat. D. Tertullian. de Hab. muliebri. *Aurum terra glorioſior: ſicut & argentum de tormentis in ornamenta mutatur ferro & ære nihilo generoſior, quæ operas plures & neceſſariores exhibeant rebus humanis.* Et erant aurum & argentum illuſtrium tantum olim.

5 ADSTANTIBVS PARTE ALIA COLVMNIS.] *Adstantibus per periſtylia columnis.* Sic lego, & Vitruuius lib. 5. docet quid ſint *periſtylia.* Nam vbi fuit prima pars, vt de alia fiat mentio? nuſquam. Auſon. de periſtylijs in Clar. vrbib. vbi de Mediolano:

Cunctaque marmoreis ornata periſtyla ſignis.

Periſtylion autem locus eſt clauſus columnis circumquaque porticum habens.

6 OCCVLTA.] *Quæque per tantum æui occultata, augendis præſentibus bonis*, id eſt ad augenda bona præſentia.

7 NIMIA PECVNIA LASCIVIRET.] Nam vbi pecunia, ibi luxus: vbi luxus, ibi vitia; vbi vitia, ibi imperiorum lapſus. Sic Plinius vocat *Argentum venenum rerum omnium.* lib. 33. cap. 6. Et *aurum peſtem ac ſaniem. Non erat ſatis*, inquit, *vnam inuexiſſe peſtem, niſi etiam auri ſanies acceſsiſſet.* Et nota ex immenſis opibus tum egentiſſimam fuiſſe Rempub. Romanam.

Gradus a pecunia ad ruinam. Argentum venenum rerum omnium. Aurum altera peſtis orbis.

8 REGES NVMIDARVM ET ALIAS INFENSI.] Sic Virgilius facit Iarbam Numidarum regem Didoni & Carthaginienſibus infenſum 4. Æneid.

Fœmina, quæ noſtris errans in finibus, vrbem
Exiguam pretio poſuit: cui littus arandum,
Cuique loci leges dedimus; connubia noſtra
Reppulit, ac dominum Ænean in tecta recepit.

9 PRÆCIPVA.] *Præcipua ea*; vel, *hæc præcipua.*

10 NON ENIM.] Puto eſſe ipſiſſima oratorum verba.

11 CONFVSVM AVRVM GIGNI.] Recte. Nam aurum æri admixtum eſt. Plinius l. 23. c. 4. Et glareis marmoreis, & in oriente ſapphiro, & Thebano.

Aurum commiſcetur æri & glareis marmoreis.

12 NAM BASSVS EFFOSSO.] Ita Plinius: *Itur in viſcera matris telluris, ſcrutamurque omnes eius fibras.* Sic Caſſiodorus epiſt. 3. libr. 9. Var. *Intrant homines caligines profundas: viuunt ſine ſupernis: exulant a ſole: & dum ſub terris compendia quærunt, nonnumquam in lucris* (ita legendum) *gaudia derelinquunt. Aliquando illis ruina, via ſua, & reditus procurare nequeunt.* (lego, *illi ruina vias ſuas & reditus procurare nequeunt*) *qui pedibus ſuis ſemitas operoſis manibus effecerunt.* Reliqua male habita heic non notamus, alibi diſcutiemus. Sed mirum quod tanto labore

Effodiuntur opes, iritamenta malorum.

13 NON FALSA ANTE SOMNIA.] Lego, *nouit falſa ſomnia*, ſcilicet quæ ante habuerat, pœnitens conſilij Neroni dati. Nam ex Lucretio lib. 4.

- quo quiſque fere ſtudio defunctus adhæret,
Aut quibus in rebus multum ſumus ante morati,

Atque

Atque in qua ratione fuit contenta magis mens,
In ſomnis eadem plerumque videmur obire:
Cauſidici cauſas agere & componere leges:
Induperatores pugnare & prælia obire.

Interea [1] Senatus propinquo iam luſtrali certamine, vt dedecus auerteret, offert imperatori victoriam cantus, adijcit facundiæ coronam, qua ludicra deformitas velaretur. Sed Nero *nihil ambitu nec poteſtate Senatus opus eſſe dictitans*, [2] **ſe æquum aduerſus æmulos, &* [3] *religione iudicum meritam laudem aſſecuturum*, primo carmen in ſcena recitat: mox flagitante vulgo, *vt omnia ſtudia ſua publicaret* (hæc enim verba dixere) ingreditur theatrum, [4] cunctis citharæ legibus obtemperans: [5] ne feſſus reſideret, ne ſudorem, [6] niſi ea quam indutui gerebat veſte detergeret: vt nulla oris aut narium excrementa viſerentur. Poſtremo [7] flexus genu, & [8] cœtum illum manu veneratus, ſententias iudicum opperiebatur [9] ficto pauore. Et [10] plebs quidem vrbis, hiſtrionum quoque geſtus iuuare ſolita, [11] perſonabat certis modis, plauſuque compoſito. Crederes lætari, ac fortaſſe lætabantur per iniuriam publici flagitij. [12] Sed qui remotis e municipijs, ſeueramque adhuc, & antiqui moris retinentes Italiam, [13] quique per longas prouincias laſciuiæ inexperti officio legationum aut priuata vtilitate [14] aduenerant, neque aſpectum illum tolerare neque labori inhoneſto ſufficere: cum [15] manibus neſcijs fatiſcerent, turbarent gnaros, ac ſæpe a [16] militibus verberarentur, qui per cuneos ſtabant, ne quod temporis momentum impari clamore, aut ſilentio ſegni [17] præteriret. Conſtitit pleroſque equitum, dum per anguſtias aditus & ingruentem multitudinem enituntur, obtritos: & alios dum diem noctemque ſedilibus continuant, morbo exitiabili correptos. quippe grauior inerat metus, ſi ſpectaculo defuiſſent, multis palam & pluribus occultis, vt nomina ac vultus, alacritatem, triſtitiamque coeuntium ſcrutarentur. Vnde tenuioribus ſtatim irrogata ſupplicia, aduerſus illuſtres diſſimulatum ad præſens, & mox redditum odium. Ferebantque [18] Veſpaſianum tanquam ſomno conniueret, a Phœbo liberto increpitum, ægreque meliorum precibus obtectum: mox imminentem perniciem maiore fato effugiſſe.

** ſecurum aduerſus æmulos.*

Author ſomnij Baſſus ſe perimit.

Neronis non citharœdus tantum ſed poeta vulgo placet.

Veneratio per manus oſculationē.

Plebs vrbis moribus corrupta; ruſtica plebs ſeuera.

Veſpaſianus imminentem perniciem maiore fato effugit.

1 SENATVS PROPINQVO IAM.] Quid *propinquo?* cum ſupra dixerit, *iam præſens.* Nam ita ſcribit: *Ac forte Quinquennale ludicrum ſecundo luſtro celebrabatur.* Quid ergo? An obliuioſus Tacitus, nec ſui memor? minime: ſed narrat heic quæ ante; illic, quæ inſtanti certamine acta ſunt.

2 SE ÆQVVM ADVERSVS ÆMVLOS.] *Seque ſecurum aduerſus æmulos*: ita lego. Putaui tamen aliquando nihil mutandum, quaſi diceret, parem æmulis. Quod frequens in Tacito, vt de Petronio Arbitro, *vigentem ſe ac parem negotijs.* Et de Poppæo Sabino: *Par negotijs neque ſupra erat.* Error exſcriptionis, quod ita eſſet ſcriptum per notas, *ſeq,urum.* Sic Horatius 2. epiſt. epiſt. 1. *pœnæ ſecurus.* Et nota verum eſſe quod Ouidius docet:

Aurum & opes & dona frequens donabit amicus:
Qui velit ingenio cedere nullus erit.

3 RELIGIONE IVDICVM.] Nam in iudicijs religio primas partes habet. Iurabant autem ex animi ſui ſententia iudicaturos. Iurabant in leges. Aſcon. in Diuinatione in Verrem, *Subſcriptione perfecta iudices iurabant in leges, vt obſtricti religione iudicarent.* Ita apud Iuriſconſultos ſæpe *religio iudicis, religio præſidis*, vt L. 2. §. vlt. de excuſ. tut. & L. 1. Cod. ſi tutor, vel cur.

Religio in iudicijs, & iuſiurandum.

Iuſiurandum, ex animi mei ſententia.

4 CVNCTIS CITHARÆ LEGIBVS OBTEMPERANS.] Suetonius 24. *In certando*, inquit, *ita legi obediebat, vt nunquam excreare auſus, ſudorem quoque frontis detergeret; atque etiam in quodam tragico actu, cum elapſum baculum cito reſumpſiſſet*, (quod capio de ſceptro, nam Atreum aut Thyeſtem repræſentabat) *pauidus ac metuens, ne ob delictum certamine ſummoueretur: non aliter confirmatus eſt, quam adueniente hypocrita, non animaduerſum id inter exultationes ſucclamationeſque populi.* Et *hypocritas* vocat qui

Tacitus a Suetonio explicatus.

Explic. Sueton.

Quid hypocrita.

perſonati eſſent. Nam Prudent. contr. Symmach.

Vt tragicus cantor ligno tegit ora cauato,
Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.

Ergo ex cauato ligno larua.

5 NE FESSVS RESIDERET, NE SVDOREM.] Lego, *& ne ſudorem.*

Reges olim veſte ſudorem detergebant. Sic Telemachus in Homero.

6 NISI EA QVAM INDVTVI GEREBAT, VESTE DETERGERET.] Ergo veſte tergebant ſudorem? indecorum, inſulſum cum lintea habuerint. Tamen Odyſſ. 4. Homerus facit *Telemachum chlamyde ſe tergentem.* Quod hodie apud nos ruſticum & ridiculum. Tamen eodem tempore & lintea ad tergendum in vſu erant Romæ. Ita enim Petronius Arbiter: *Trimalcio vnguento perfuſus, tergebatur non linteis, ſed pallijs ex molliſſima lana factis.* Ita de Græcis Apuleius, vbi de hoſpitio Milonis. *Photis*, inquit, *ſarcinulas hoſpitis ſuſceptas cum fide, conde in illud cubiculum, ac ſimul e promptuario, oleum vnctui, & lintea terſui, & cætera eidem vſui profer ocyter.* Habebant quoque ſudariola. Idem Apuleius Apol. 1. *Sudariola inuoluta.* Et *ſetaba ſudaria* memorat Catullus epigr. 25.

Remitte pallium mihi meum, quod inuolaſti,
Sudariumque ſetabum, catagraphoſque Thynos.

Habebant ſudaria linea & lanea.

Atqui non modo lineis, ſed laneis ſudarijs tergebantur. manu quoque ſudorem aliquando detergebant. Idem Catullus epigramm. 100.

Nam ſimul id factum eſt, multis diluta labella
Abſterſti guttis omnibus articulis.

Linum non frequens apud Rom.

Linum tamen tunc non frequens apud Romanos. Silius lib. 4.

Indutoſque ſimul gentilia lina Faliſcos.

Quippe linum a Batauis & Germanis, commendatæque maxime Atrebatum telæ, vt dixi ſupra. Lego autem, *detergeret, & vt nulla oris aut narium excrementa viſerentur.*

Auguſtus genu flectit ante populum.

7 FLEXVS GENV.] Sic Auguſtus genu flexit ante populum, qui Dictatorem eum facere volebat. Sueton. in Auguſto. Ita de Tribunali paulo ante obitum populum ſalutauit. Dio lib. 56. *Tiberius triumphans deſcendit e curru, ſeque præſidenti patri ad genua ſubmiſit.* Sueton. in Tib. & in Claudio 12. *Cognitionibus magiſtratuum vt vnus e conſiliarijs frequenter interfuit. Et eoſdem ſpectacula edentes ſurgens & ipſe cum cætera turba, voce ac manu veneratus eſt.* Voce dicens *Auete*, quod erat genus ſalutationis, vt ait Suet. in Galba: vel his verbis, *Domini mei, audite me libenter.* quod Dio narrat de Nerone l. 61. Et veſtis detractione, quod Auguſtus fecit. Nam depoſitio veſtis ſummus honos erat. Suet. in Claud. cap. 6. *Quum & ſpectaculis aduenienti aſſurgere & lacernas deponere ſolebant.* Et idem in Iulio cap. 9. *Conueniſſe Curio ait vt togam de humero deijceret.* quaſi per derisiculũ Cæſari honoris ergo ſe ſubmitterent. Sed addo populum voce *Domini* ſalutaſſe, cum Nero eſſet populi dominus. Nam recte de Caio noſter Iuriſconſultus: *nec peiorem dominum, nec meliorem ſeruum.* Imperator Dominus vocabatur. Inde Plinij vox frequens in epiſtolis, *Domini.* Et Sueton. in Claud. 27. dominos identidem appellat. Genua autem flectebant qui ſalutabant, & qui deprecabantur apud Rom. & qui genibus aduoluebantur. Plautus in Milite.

Deprecantes genibus aduoluebantur.

Si poſt me ducere velit vxorem, genua amplectar,
Atque obſecrabo, aliquomodo ſi non queo impetrare,
Conſciſcam lethum, viuere ſine illo ſcio me non poſſe.

Confricare etiam *genua* ad leniendos homines dixit idem in Aſinaria.

Atqui pol hodie non feres ni genua confricantur.

Erat ſeruile dicterium & ſcomma vſitatum forte ridentibus ſeruis, non ingenuis.

8 OSCVLVM ILLVM MANV VENERATVS.] Varro de manus oſculatione. *Maiorum fuit hæc ſalutatio, vt hac potiſſimum ſe venerarentur.* Sueton. in Auguſt. cap. 94. *Eiuſque oſculum delibatum digitis ad os retuliſſet.* Scripſi ſupra.

Recitaturi de euentu ſolliciti pallebant.

9 FICTO PAVORE.] Nam recitaturi de euentu recitationis ſolliciti, deque auditorum iudicio pallebant. Syneſ. in epiſt. Sic oratores. Et Ouid. de Vlyſſe facit eum vix præ pauore oculos tollentem 13. Metamorph.

—— oculos paulum tellure moratos
Suſtulit ad proceres, expectatoque reſoluit
Ora ſono.

Ideo tam ſæpe apud Ciceronem, *Vereor, Iudices.* vt in orat. pro Quintio dicit ſe *vereri gratiam C. Aquilij & Q. Hortenſij eloquentiam.* Et pro Sex. Roſcio Amerino: *Ego*, inquit, *qui neque ingenio, neque authoritate ſum cum his qui ſedent comparandus.* Et pro Arch. poeta: *Si quid eſt in me ingenij, quod ſentio quam ſit exiguum.* Et hæc omnia in ſpeciem timidi animi, ne arrogantia dicentis interuertat gratiam iudicantis. Sed Homerus Iliados 3. ita de Vlyſſe.

-- ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας.

Videbat in terram oculos defigens.

Noſter author de Claudio Coſſo 1. Hiſtor. *Claudius Coſſus vnus ex legatis notæ facundiæ, ſed dicendi artem apta trepidatione occultans, atque eo validior militis animum mitigauit.*

10 PLEBS QVIDEM VRBIS, HISTRIONVM QVOQVE GESTVS.] Acclamabant quippe ſaltantibus hiſtrionibus, eiſque fauebant: vnde tam ſæpe fauor hiſtrionum memoratus apud Authores. At milites theatris additi, quo nimius iſte fauor, & licentia reprimerentur. Opponit autem plebem vrbis his qui longinquis municipijs aduenerant.

11 PERSONABAT CERTIS MODIS.] Nam plauſuum genera varia erant. Et ita accipe quod Tranquillus in Nerone. *Diuiſi in factiones plauſuum genera condiſcerent, operamque nauarent cantanti ſibi.* Quod ſub Nerone factum: nam ante, & præcipue in Rep. vet. plauſus nulla arte fiebant, erantque inconditi. Plauſus autem ore, & manu, & pedibus. de manibus Plautus in Caſina:

Verum qui non manibus clare quantum poterit pluſerit.

De ore, Noſter heic: *Perſonabat certis modis, plauſuque compoſito.* De pedibus, Virgil.

Pars pedibus plaudunt choreas.

Manuum vero plauſus fiebat quaſſatis & concuſſis inter ſe manibus. Ouidius:

Manibus

Manibus circum plaudere tuorum.
Sic Plinius de Gallis gallinaceis Hiſtor. natur. *Diem venientem nuntiant cantu, & plauſu laterum.* Ad alia etiam manuum plauſus. Nam eo excitabantur dormientes. Iudith. 14. *Tunc ingreſſus Vagao cubiculum eius, ſtetit ante cortinam, & plauſum fecit manibus; ſuſpicabatur enim cum Iudith domire.* Etiam in conclamandis mortuis illo plauſu vtebantur. Plinius libr. 7. cap. 52. *Plaudendo conciuiſſe miniſteria eum qui videbatur extinctus.*

12 SED QVI REMOTIS E MVNICIPIIS.] Forte, *remoti ex municipijs*: ſed verior excuſa.

13 QVIQVE PER LONGAS PROVINCIAS.] Lege, *longinquas prouincias.*

14 ADVENERANT.] Melius, *aduenerant, nec poterant aſpectum illum tolerare, neque labori inhoneſto ſufficere. & cum manibus.*

Tertullianus Tacitum explicat.

15 MANIBVS NESCIIS FATISCERENT.] In hunc ſenſum dixit de ſpect. Tertullianus. *Illas manus, quas ad Dominum extuleris, poſtmodum laudando hiſtrionem defatigare, & ex ore quo Amen in ſanctum protuleris, gladiatori teſtimonium reddere, εἰς αἰῶνας alij omnino dicere, niſi Deo* CHRISTO. Et acute dixit Cicero de Populo Romano perpetuo theatrorum ſeſſore, *Populum Rom. manus ſuas non in defendenda Rep. ſed in plaudendo conſumere*, lib. 16. ad Atticum, epiſt. 2.

16 MILITIBVS.] Cæſaris ſcilicet, & puto Prætorianis, inter quos Hilarius. Nam Interamnæ in veteri marmore. HILARIVS. NERONIS. CÆSARIS. CORPORE. CVSTOS. NATIONE. FRISÆO. VIX. A. XXXV. *Friſæo* dixit pro *Frizione*, qui ex Friſia. Nam Prætoriani partim ex Batauis compoſiti & inter Batauos Friziones.

17 PRÆTERIRET.] Lego, *præteriretur.*

18 VESPASIANVM.] Quem *clauſum tunc Fortuna tenebat, vt illum orbi daret, & imperatorem, & moderatorem futurum breui.* Tacit. in hiſtorijs.

Veſpaſianus a Fortuna clauſus, vt poſtea illum orbi daret.

Poſt finem ludicri Poppæa mortem obijt,[1] fortuita mariti iracundia, a quo[2] grauida ictu calcis afflicta eſt. Neque enim venenum crediderim, quamuis quidam ſcriptores tradant, odio magis quam ex fide. Quippe liberorum cupiens & amori vxoris obnoxius erat. Corpus[3] non igni abolitum, vt Romanus mos: ſed regum externorum conſuetudine,[4] differtum odoribus conditur, tumuloque Iuliorum infertur. Ductæ tamen publice exequiæ, laudauitque ipſe apud roſtra formam eius, & quod diuinæ infantis parens fuiſſet, aliaque fortunæ munera pro virtutibus. Mortem Poppææ vt palam triſtem, ita recordantibus lætam ob impudicitiam eius ſæuitiamque, noua inſuper inuidia Nero compleuit,[5] prohibendo C. Caſſium officio exequiarum. quod primum indicium mali, neque in longum dilatum eſt. Sed Silanus additur, nullo crimine, niſi quod Caſſius opibus vetuſtis, & grauitate morum, Silanus claritudine generis, & modeſta iuuenta præcellebant. Igitur miſſa ad Senatum oratione, remouendos a Rep. vtroſque diſſeruit. Obiectauitque Caſſio quod inter imagines maiorum, etiam C. Caſſij effigiem coluiſſet, ita inſcriptam:[6] DVCI PARTIVM.[7] Quippe ſemina belli ciuilis, & defectionem a domo Cæſarum quæſitam.[8] Ac vt memoria[9] tantum inſenſi nominis ad diſcordias vteretur, aſſumpſiſſe L. Silanum iuuenem genere nobilem, animo promptum, quem nouis rebus oſtentarent. Ipſum dehinc Silanum increpuit ijſdem quibus patruum eius Torquatum, tanquam diſponeret iam imperij curas, præficeretque rationibus & libellis & epiſtolis libertos: & inania ſimul & falſa. Nam Silanus intentior metu, & exitio patrui ad præcauendum[10] exterritus erat. Inducit poſthac vocabulo indicum, qui in Lepidam Caſſij vxorem, Silani amitam,[11] inceſtum cum fratris filio &[12] diros ſacrorum ritus confingerent. Trahebantur vt conſcij[13] Vulcatius Tullinus, ac Marcellus Cornelius Senatores, & Calphurnius Fabatus eques Romanus: qui appellato principe inſtantem damnationem fruſtrati, mox Neronem circa ſumma ſcelera diſtentum, quaſi minores euaſere. Tunc Senatuſconſulto Caſſio & Sila-

Poppææ obitus ictu calcis cum grauida eſſet.

Fortunæ munera pro virtutibus laudabantur.

Indices ſub Nerone, quia indices criminum.

Appellatio ad principem damnationē fruſtratur.

no exilia decernuntur, de Lepida Cæſar ſtatueret. Deportatuſque in inſulam Sardiniam Caſſius, [14] & * Senatus ius expectabatur. Silanus tanquam [15] Naxum deueheretur Hoſtia amotus, poſt municipio Apuliæ, cui nomen eſt [16] Barium, clauditur. Illic indigniſſimum caſum ſapienter tolerans, a centurione ad cædem miſſo corripitur. Suadentique venas abrumpere, *animum quidem morti deſtinatum* ait, *ſed non permittere percuſſori gloriam miniſterij.* At centurio quamuis inermem, præualidum tamen & iræ quam timori propiorem cernens, premi a militibus iubet. Nec omiſit Silanus obniti, & intendere ictus quantum manibus nudis valebat, donec a centurione vulneribus aduerſis tanquam in pugna caderet.

Maiora ſcelera minora obruunt.

* ſententia coniugis expectabatur, *id eſt Lepidæ.*

1 Fortvita mariti iracvndia.] Forte ſcriptum, *feruida mariti iracundia.* Tamen *fortuita* ferri poteſt, vt dicam mox.

2 Gravida ictv calcis.] De iſto ſæuiendi genere, ita lex Eum qui. ad L. Cornel. de ſicar. *Eum qui aſſeuerat homicidium ſe non voluntate, ſed caſu fortuito feciſſe, cum calcu ictu mortis occaſio præbita videatur.* Ergo non male *fortuita.* Sic obijt vxor Corinthiorum tyranni Periandri, quæ mater Lycophronis. Diogen. Laertius. D. Cyprianus ita de Nouato. *Vterus vxoris calce percuſſus, & abortione properante in parricidium, partus expreſſus eſt.* epiſtola, *Et cum*: mox addit. *Damnare nunc audet ſacrificantum manus*, (id eſt ſacerdotum Chriſtianorum, qui hoſtiam incruentam Deo quotidie offerebant, & offerunt hodie) *cum ſit ipſe nocentior pedibus quibus filius qui naſcebatur, reſciſſus eſt.* D. Hieronym. epiſt. 23. ad Marcellam: *Illidatur ei pro ſolea anathema.* Eſt epigramma Græcum 1. Anthol. de quodam qui calce ictus, perijt. Vide Plutarchum de rebus Græcis cap. 12. qui Charillam propter famem eleemoſynam Delphorum regi poſtulantem facit a rege ſolea batuatam, & ob dedecus ſuſpendio ſeipſam finiiſſe.

Qui ictu calcis quem occidit, tenetur L. Cornel. de ſicar.

Periander ſic vxorem occidit. Ita Nouatus hæreticus.

Nouatus in ſacerdotes iniquus.

3 Non igni abolitvm, vt Romanvs mos.] Plinius lib. 7. cap. 54. *Ipſum,* inquit, *cremare apud Romanos non fuit veteris inſtituti, terra condebantur. At poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc inſtitutum fuit.* Tamen ex 12. Tabulis: *In vrbe ne ſepelito, neue vrito.* Diogenes Laertius in Pyrrhone: *Ægyptij ſepeliunt, Romani vrunt.* Etiam Numa vetuit corpus ſuum vri, & vino rogum aſpergi. Plutarchus in eius vita. Ouidius in Remi funere, facit eum rogo impoſitum.

Vltima plorato ſubdita flamma rogo eſt.

Quid ergo Plinius ait ex veteri inſtituto non crematos, ſed conditos? Erat is mos tum frequentior; ſed poſtea omnes potius ambuſti, quam conditi. Suetonius de Caligula. *Cadauer eius clam in hortos Lamianos adportatum, & tumultuario rogo ſemiambuſtum, leui ceſpite obrutum, & poſtea per ſorores ab exilio reuerſas, erutum, crematum, ſepultumque.*

Plinius ait non fuiſſe veteris inſtituti apud Rom. corpora cremare. Tamen ex 12. Tabulis uſtio corporum. Numa vetuit ſuum corpus vri. Remus crematur poſt fata. Romanum eſt vrere corpora. Ægyptiorum ſepelire.

4 Differtvm odoribvs.] *Diffartum odoribus,* lego: balſamo ſcilicet, cinnamomo, caſia, myrrha, alijſque odoramentis. Ita Ennius:

Odoribus diffarta corpora.

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.

Quod autem addit, *Regum externorum conſuetudine*: Suetonius in Aug. *Conditorium & corpus Alexandri Magni cum prolatum e penetrali ſubieciſſet oculis, corona aurea impoſita, & floribus aſperſis, veneratus eſt: conſultuſque num & Ptolomæum videre vellet; regem ait ſe videre velle, non mortuos.* Digna vox Auguſto; id eſt terrarum præſide. At de virginibus Regijs & coniugibus regum, locus eſt apud eum, qui Apollonij Tyrij hiſtoriam eſt interpretatus. *Perfecto loculo*, inquit, *regalibus ornamentis exornat puellam, & in loculo poſuit.* Et apud Valerium de Maſſilienſi fœmina. Sed de iſtis odoramentis dixi lib. 3. nec iterum pono.

5 Prohibendo C. Cassivm officio exeqviarvm.] Parentalia dicuntur illæ exequiæ, ait D. Hieronym. 3. in Hierem. cap. 17. *Quas nos exequias & funeralia appellamus; veteres Parentalia, quod parentibus vita functis perſoluerentur: & quia iuſte exhibentur, Iuſta quoque nuncupabant & Februalia.* Idem ad Paulam de obitu Blaſillæ. *Poſtquam ſarcina carnis abiecta, ad ſuum anima reuolauit authorem, & in antiquam poſſeſſionem eius peregrinata, conſcendit, ex more parantur exequiæ, & nobilium ordine præeunte, aureum feretro velamen obtenditur.* Hæc apud Chriſtianos. At apud Iudæos exequiæ magno officio defunctis perſolutæ, nec niſi valde odioſis denegatæ, vt Paralipom. 21. *Ioram mortuus eſt in infirmitate, & non fecit ei populus ſecundum morem combuſtionem exequiarum.* Inde apud eos, pro ſummo dedecore, *ſepultura Aſini ſepeliri.* Quod docet D. Hieronymus 4. in Hierem. cap. 23. De paganitatis more, heic Tacitus, & alias ſæpe. Nec ſane iſta prohibitio Caſſium perculit, quem abfuiſſe a funere iſtius propudij, decus fuit, vt adfuiſſe dedecus. Nam ille *Caſſius fuit Iuriſconſultus*, ait Suetonius, *luminibus quidem orbatus, ſed qui aciem animi fixam ad ſapientiæ æternos vultus haberet.* Itaque de Neronis interdictione parum ſollicitus: quia virtus in aſperis, & vt ſcribit poeta, *Siccis dura omnia propoſuit Deus.*

Quid Parentalia, quid Iuſta.

Apud Chriſtianos.

Exequiæ apud Iudæos.

Odioſis hominibus denegatæ.

Sepultura Aſini apud Iudæos, eſt inſepultura.

Laus Caſſij Iuriſconſulti.

6 Dvci partivm.] Valerius Max. lib. 8. cap. 1. Sextum Titium ſimilis caſus proſtrauit: erat innocens, Agraria lege lata, gratioſus apud populum. Tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffragijs eum tota cognitio oppreſſit.

7 Qvippe semina.] *Quippe ſemina belli*

belliciuilis, & defectionem inde a domo Cæſarum quæſitam.

8 AC VT.] *Atque vt.*

9 TANTVM INFENSI NOMINIS.] Id eſt adeo infenſi, & infeſti apud Cæſares nominis.

10 EXTERRITVS ERAT.] Lego, *exercitus erat.*

11 INCESTVM CVM FRATRIS FILIO.] At quomodo inceſtus, ſi iam illæ nuptiæ a Senatu permiſſæ? Quippe matrimonium Claudij, cum Agrippina fratris filia, iam dudum a Senatu probatum, & exemplis firmatum. ſupra lib. 12. Prohibitas poſtea a Theodoſio has nuptias, ſcribit Aurelius Victor. Sed heic nota eſt Romanos ciues Agrippinæ probroſas nuptias non probaſſe. Et ſane extincta ea extinctus inceſtuoſus concubitus.

Nero arguit in Silano quod Agrippina materpatrarat.

12 DIROS SACRORVM RITVS.] Num ad noſtros Chriſtianos referas, qui de Oedipodio concubitu, de inceſtu, de infanticidijs damnabantur? *De nobis* (inquit Tertullianus in Apolog.) *nihil tale exquiritur*, (id eſt in crimen non inquiritur, ſed in nomen) *cum æque extorquere oportuerit quodcunque falſo iactatur; quot quiſque infanticidia iam deguſtaſſet, quot inceſta concelebraſſet; qui coci, qui canes affuiſſent.*

Diri ritus Chriſtianorum a paganis crediti.

13 VVLCATIVS TVLLINVS AC MARCELLVS CORNELIVS SENATORES EVASERE.] Qui plus laudis in carcere, quam in curia ſunt aſſequuti. Valerius libr. 5. cap. 4.

14 ET SENATVS EIVS EXSPECTABATVR.] Corrigo, *& ſententia coniugis exſpectabatur.* Id eſt ſententia Lepidæ coniugis Caſſij. Nam ad Cæſarem coniugis cognitio pertinuit; cognitio mariti, ad Senatum. Vide quid poſſit turbarum date mala exſcriptio. Scio tamen recte dici, *Senatus ius*, vt L. non ambigitur. D. de legibus, in qua ait Iuriſconſultus *Senatum ius facere poſſe*. Sed heic omiſſum eſt in quem iſtud ius. Sententia quippe ius eſt. tit. Si quis ius dicenti non obtemp. & L. 1. D. de iuriſdict. ius dicentis officium eſt.

Tacitus correctus.

15 NAXVM.] Vnam e Cycladibus. De qua Virgil. 3. Æneid.

Bacchatamque iugis Naxon, viridemque Donyſam.

16 BARIVM.] *Barion* vocat Plinius, & prius ait *Iapygen* dictum, in Apuliæ ſolo ſitum, nec longe a Brunduſio. Strabo lib. 6. *E Brunduſio Barium* DCC. *ſtadiorum ſpatium eſt.* Tamen Horatius vocat Bariam:

Barium municipium Apuliæ. Barion dictum.

Quinque bonos ſolitum Bariam dimittere patres.

Et idem.

-- via peior aduſque
Bari mœnia piſcoſi.

Piſcoſum.

Haud minus prompte L. Vetus, ſocruſque eius Sextia & Pollutia filia necem ſubiere: inuiſi principi tanquam viuendo exprobrarent interfectum eſſe Rubellium Plautum generum Lucij Veteris. Sed initium detegendæ ſæuitiæ præbuit interuerſis patroni rebus ad accuſandum tranſgrediens Fortunatus libertus, aſcito Claudio Demiano, quem ob flagitia vinctum a Vetere Aſiæ proconſule, exoluit Nero in præmium accuſationis. Quod vbi cognitum reo, ſeque & libertum pari ſorte componi, Formianos in agros digreditur. illic eum milites occulta cuſtodia circundant. Aderat filia ſuper ingruens periculum longo dolore atrox, ex quo percuſſores Plauti mariti ſui viderat, cruẽtaque ceruicem eius amplexa ſeruabat ſanguinem, & veſtes reſperſas, [1] vidua * implexa luctu continuo, nec vllis alimentis, niſi quæ mortem arcerent. Tum hortante patre Neapolim pergit. Et quia aditu Neronis prohibebatur, egreſſus obſidens, audiret inſontem, neue conſulatus ſui quondam collegam dederet liberto, modo muliebri eiulatu, aliquando ſexum egreſſa, [2] voce infenſa clamitabat, donec princeps immobilem ſe precibus & inuidiæ iuxta oſtendit. Ergo nuntiat patri abijcere ſpem, & vti neceſſitate. Simul affertur parari cognitionem Senatus, & trucem ſententiam. Nec defuere qui monerent magna ex parte [3] heredem Cæſarem nuncupare, atque ita nepotibus de reliquo conſulere. quod aſpernatus, ne vitam proxime libertatem actam nouiſſimo ſeruitio fœdaret, largitur in ſeruos quantum aderat pecuniæ: & ſi qua aſportari poſſent, ſibi quemque deducere, [4] tres modo lectulos ad ſuprema retineri iubet. Tunc eodem in cubiculo, eodem ferro abſcindunt venas, properique & [5] ſingulis veſtibus ad verecundiam velati, balneis inferuntur, pater filiam, auia neptem, illa vtroſque intuens, & certatim [6] precantes labenti animæ celerem

Viuentes filij mortui patris necem exprobrant.

Luctus honeſtæ fœminæ in mariti cæde.

*impera luctu

exitum, vt relinquerent ſuos ſuperſtites & morituros. Seruauitque ordinem fortuna: ac ſenior prius, tum cui prima ætas, extinguuntur. Accuſati poſt ſepulturam, decretumque vt more maiorum punirentur. [7] Et Nero interceſſit, [8] mortem ſine arbitrio permittens. ea cædibus peractis ludibria adijciebantur. [9] P. Gallus eques Romanus, quod Fenio Rufo intimus, & Veteri non alienus fuerat, aqua atque igni prohibitus eſt. Liberto & accuſatori præmium operæ, locus in theatro inter viatores tribunitios datur. Et menſis qui Aprilem eundemque Neronem ſequebatur, Maius Claudij, Iunius Germanici, vocabulis mutantur: teſtificante Cornelio Orfito qui id cenſuerat, ideo Iunium menſem tranſmiſſum, quia [10] duo iam Torquati ob ſcelera interfecti, infauſtum nomen Iunij tum feciſſent.

Menſium mutata nomina & dicta de nominibus imperatorum.

1 Vidva implexa lvctv continvo.] Repone *impexa, luctu continuo.* Ita Apuleius Apolog. 1 *Horrore impexus.* Terentius in luctu.

Vidue impexe. In luctu.

Capillus paſſus, prolixus, reiectus negligenter.

ἀτημελὴς κόμη, incompta & inculta coma. Ouidius 3. Faſt.

Illa etiam ante lares ſparſis proſtrata capillis
Contigit extructos ore tremente focos.

Hermione Oreſti apud eundem:

Traxit inornatis in ſua tecta comis.

Iuuenalis Sat. 3.

Si magna Aſſaraci cecidit domus, horrida mater.

Prudentius hymno poſt ieiunium.

Sed decus vultus, capitiſque pexum
Comit honorem.

In gaudio compta.

Quippe erat antiqui moris in luctu, impexos; in gaudio, pexos gerere capillos Iudith in iuſticio & luctu impexa; vbi iucunditatis veſtimenta capit, pectit & diſcriminat crines, imponitque mittam capiti ſuo. In gaudio. Tacitus de matre Neronis. *Offerret ſe temulento comptam.* In luctu. Apul. 9. Metamorph. *Crines pendulos quatiens.* In gaudio, Syneſius. *In diem ſeptimum ſequentem ornabitur atque turrita quemadmodum Cybele,* &c. In luctu. D. Hieronym. 1. ad Paulam. *Quis illam tunc non putaret more lymphatico, ſparſis crinibus, veſte conſciſſa, lacerum pectus inuadere.* Ergo capilli indices aut luctus, aut lætitiæ.

2 Voce infensa.] Legendum eſt, *intenſa clamitabat.* Nam inſenſa vox, quæ ſæuior, intenſa quæ altior. Et *naturalis pietas illam docuerat ita vociferari. Optima enim rerum natura pietatis eſt magiſtra, quæ nullo vocis miniſterio, nullo vſu litterarum indigens, proprijs ac tacitis viribus, charitatem parentum pectoribus liberorum infundit. Nam non docetur, ſed innaſcitur.* Valer. lib. 5. cap. 5. Et voce & lachrymis redimenda erat iracundia.

Intenſa vox. Et inſenſa.

3 Heredem Cæsarem.] *Nemo a bono patre heres ſcribitur, niſi malus Princeps,* ait Noſter in vita Agricolæ.

4 Tres modo lectvlos ad svprema retineri ivbet.] Prohibitum lege XII. Tabul. ne amplius quam tres lecti in funere. Seruius in Virgil. ait *glorioſum fuiſſe priſcis Romanis pluribus lectis efferri.* Aiunt enim Sullam tria millia lectorum habuiſſe in funere. Quod mirum. Verum nec in morte, nec vltra mortem, eum reliquit gloria.

Tres lecti in funere. Pluribus lectis vti glorioſum. Sulla tria lectorum millia habuit.

5 Singvlis vestibvs.] *Singulis ſuis veſtibus velati.* Ad verecundiam ſcilicet. Nam vt ait Tertullianus de Pallio, *indices cuſtodeſque dignitatis* (dico *caſtitatis*) *habitus, & lenocinij factitandi impedimenta.* Et nota ſ, in fine verbi, *ſingulis*, pro nota eſſe.

6 Precantes labenti animæ celerem exitvm.] Virgilius lib. 4. Æn.

—— Iuno longum miſerata dolorem,
Difficileſque obitus, Irim demiſit Olympo,
Quæ luctantem animam, nexoſque reſolueret artus.

Sic Valerius lib. 2. cap. 6. At Seneca laudat dulcem Marcelli exitum. *Triduo*, ait, *abſtinuit, & in ipſo cubiculo poni tabernaculum, ſolium deinde illatum, in quo diu iacuit, & calida deinde ſuffuſa, paulatim defecit, vt aiebat, non ſine voluptate quadam, quam adferre ſolet leuis diſſolutio animi non experta nobis, quos aliquando linquit animus.* Lego, *non inexperta nobis.* Nam in deliquio animi hanc ſentimus amœnam diſſolutionem. Sciunt qui experti ſunt.

Lenis diſſolutio animæ & corporis grata.

Seneca correctus.

7 Et Nero.] *Nero tamen interceſſit.*

8 Mortem sine arbitrio permittens.] Quid hoc eſt, *mortem permittere ſine arbitrio*? An vt inuiti morerentur? fabulæ. An ſine teſte & arbitrio? nugæ. An ſuo arbitrio? volæ. Et quomodo Nero permiſiſſet iam mortuis, vt ſuo arbitrio morerentur? Quintilianus ait, *poſt mortem nullum amplius eſſe arbitrium.* Scio Seruiliæ datum *ſuæ mortis arbitrium*, & Aſiatico *liberum mortis arbitrium*; ſed viuentibus. Sic Domitianus dicebat Senatui: *Permittite P. C. a pietate veſtra impetrari vt damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis.* Suet. 11. in Domit. Lego itaque, *mortem ſine opprobrio permittens.* Id eſt, qui iam mortui eſſent, licet accuſati poſt mortem, & damnati, ſine opprobrio tamen iacerent. Nam expendenda ſunt hæc verba, *Accuſati poſt ſepulturam, decretumque vt more maiorum punirentur.* Nero ſine opprobrio mortem eſſe voluit. Sed quod opprobrium ita damnatis? vt ſcilicet a carnifice vnco traherentur in Tiberim, vt inſepulta corpora proijcerentur, vt non lugerentur. Titus Liuius de M. Manlio libr. 6. *Adiectæ mortuo notæ ſunt.* Ideo autem Tacitus vocat *ludibria*; quia nihil ſentientibus corporibus,

Tacitus correctus.

damnatio

damnatio illa inflicta eſt, & poſt mortem remiſſa, ac cædibus peractis. Sic de Sila & Plauto cæſis: *Decretum*, inquit, *vt Senatu mouerentur, grauioribus ludibrijs, quam malis.* Refero autem ad illa verba, *ſine opprobrio*, illud vetus. *M. Annæo Lucano Cordubenſi Poetæ beneficio Neronis, fama ſeruata.* Vt videlicet ille lugeretur, vtque eius memoria apud poſteros haberetur. At quis Tacito hæc melius explicauerit? Is ergo lib. 6. vbi de Pomponio Labeone & vxore, qui ſtatim ſibi venas abruperant: *Promptas*, ait, *eiuſmodi mortes metus carnificis faciebat, & quia damnati, publicatis bonis, ſepultura prohibebantur. eorum qui de ſe ſtatuebant, humabantur corpora, manebãt teſtamenta, pretiũ feſtinãdi.*

9 P. GALLVS.] Soboles forſitan P. Galli infœlicis huius poetæ, de quo panniculum habemus non inamœnum. At Auguſtum hoſtem habuit, non gratuitum. Ingratus certe animus; & ſi ingratitudinem tollas, ex animo lugendus.

Gallus poeta non inamœnus.

10 DVO IAM TORQVATI.] *Duo Iunij Torquati.* Reddit rationem cur Iunius menſis tranſmiſſus. *Quia*, inquit, *duo Iunij Torquati, infauſtum nomen Iunij tum feciſſent.* Nam redundat illud, *iam*, cum adijciat ſtatim, *tum feciſſent.* Illa autem familia Rep. vigente, nobilis; moriente, lachrymabilis fuit; habuitque in fatis, vt ſub Neronibus, Tiberijs, & Domitijs, multa, eaque iniuſta, pateretur.

Tacitus emendatus. Iuniorum familia vetus & nobilis. Sed miſeranda ſub malis Cæſaribus.

Tot facinoribus fœdum annum etiam dij tempeſtatibus & morbis inſigniuere. Vaſtata Campania turbine ventorum, qui villas, arbuſta, fruges paſſim disiecit. pertulitque violentiam ad mœnia vrbis. In qua omne mortalium genus [1] vis peſtilentiæ depopulabatur, [2] nulla cœli intemperie quæ occurreret oculis. [3] Sed domus corporibus exanimis, itinera funeribus complebantur. Non ſexus, non ætas periculo vacua. Seruitia perinde ac ingenua plebes raptim extingui, inter coniugum & liberorum lamenta, qui dum aſſident, dum deflent, ſæpe eodem rogo cremabantur. Equitum Senatorumque interitus quamuis promiſcui, minus flebiles erant, tanquam communi mortalitate [4] ſæuitiam principis præuenirent. Eodem anno delectus per Galliam Narbonenſem Africamque & Aſiam habiti ſunt, ſupplendis Illyrici legionibus, ex quibus ætate aut valetudine feſſi, ſacramento ſoluebantur. [5] Cladem Lugdunenſem quadragies ſeſtertio ſolatus eſt princeps, [6] vt amiſſa vrbi reponerent. [7] quam pecuniam Lugdunenſes ante obtulerant, turbidis caſibus.

Sub Nerone vrbes Italiæ vaſtatæ turbinibus.

Peſtis vis.

1 VIS PESTILENTIÆ.] Claudianus 1. in Ruf.

Ac velut infeſto morbus crudeſcere cœlo
Incipiens, primo pecudum depaſcitur artus;
Mox populos, vrbeſque rapit, ventiſque peruſtis,
Corruptos Stygiam peſtem deſudat in amnes.

Eſt antiqua inſcriptio C. Terentij vi peſtilentiæ rapti. C. TERENT. T. TERENTI. PATRICIA. GENTE. ROMANORVM. ORTVS. PROH. NEFANDO. COELI. CONTAGIO. OPPRESS. INTERIIT. Is autem ſub C. Cæſare militabat.

2 NVLLA COELI INTEMPERIE QVÆ OCCVRRERET.] Si nulla intemperies cœli, vnde illa peſtis? lego, *nulla cœli tum temperie quæ occurreret oculis.* Id eſt, aer vndique corruptus. Nam duæ peſtilentiæ cauſæ ex Hippocrate, aut corruptus aer, aut terra exhalationibus ſæua. Homerus vbi de peſtilentia in Græcorum caſtris graſſante, ait *animalia odoratiora, vt canes, peſtem prima hauſiſſe. Et quia Apollo huius author peſtilentiæ, ideo nimio calori adſignare voluit. Cum vero animalia paſcuis addicta prima moriuntur, indicium eſt peſtem ſæuo telluris halitu infectam.* Lucretius hæc narrat, lib. 6. verſibus quibus initium,

—— *vnde repente*
Mortiferam poßit cladem conflare coorta
Morbida vis hominũ generi pecudumq. cateruis,
Expediam.

3 SED DOMVS.] Eleganter Silius peſtis graſſantis violentiam deſcribit, & Claudianus 2. in Ruf.

Magna quidem per rura lues; ſed maior oberrat
Intra tecta timor.

4 SÆVITIAM PRINCIPIS.] Silius lib. 1. ad Neronem forte ſpectans, ita ſcribit:

—— *immedicabilis ira,*
Et fructus regni feritas.

Fructus regni feritas.

Nam vixit ſub Nerone, a quo Conſulatum habuit. At illo principe nil inclementius, nec Sol vidit, nec terra tulit. Vnde illa ſcriptio Chriſtianorum veterum & B. Lini in Paſſione DD. Petri & Pauli. *Nero Antichriſtus, conſummata iniquitas, caput perditionis.*

5 CLADEM LVGDVNENSEM.] Vere clades, ſi ita manſiſſet; ſed ruinis, ſurgebat ad ingentem gloriam; vrbs clara hodie, inter Francorum potentiores modo numeranda, Olimque Romanis pro aſylo habita, ſuo emporio glorioſa & quod in ea Romani auream argenteamque cuderent monetam, temploque & ara Auguſti, Strabo lib. 4. Ita Claudianus de bello Getico.

Lugdunenſis clades. Quæ ad gloriã ſe erexit.

Quid turpes iam mente fugas; quid Gallica rura
Reſpicitis? Latioque libet poſt terga relicto
Longinquum profugis Ararim præcingere caſtris?
Scilicet Arctois conceſſa gentibus vrbe
Conſidet regnum Rhodano, captique ſuperſtes
Truncus erit, veſtros ſtimulant ſi pignora ſenſus.

Glaber Rodolphus lib. 5. Hiſtor. *Ipſa*, inquit, *Lugdunenſis ciuitas, index eſt veri luminis. Nam Lugdunum, quaſi mons lucidus dicitur*, (& re vera in monte ſitus, vt ait Strabo,) *maxima partis Galliæ; quoniam præcones, primitijs Chriſtianæ fidei, a S. Polycarpo diſcipulo Ioannis Apoſtoli miſſi, deuenientes, vniuerſam illuſtrauerunt regionem.* Quod ideo ſcribo, vt Catholicæ religionis memor, quam per tot annos coluit, & ſub qua in tantum floruit, ſuam laudem nunquam perire patiatur. De iſto autem Lugdunenſi incendio non ponerem Senecæ verba, niſi quia corrupta. *Tot*, inquit, *pulcherrima opera, quæ ſingula illuſtrare vrbes ſingulas poſſent, vna nox ſtrauit, & in tanta pace, quantum ne bello quidem timeri poteſt, accidit* (lego, *& in tanta pace, qua tum ne bellum quidem timeri potuiſſet, accidit.* Quæ correctio firmatur ex verbis ſequentibus.) *Nam quis hoc credat?* inquit, *vbique armis quieſcentibus, cum toto orbe terrarum diffuſa ſecuritas ſit, Lugdunum, quod oſtendebatur in Gallia, quæritur.* Illius autem pacis ſecuritatem comprobat Tacitus lib. 15. *Nunquam enim*, ait, *altiori pace imperium conquieuit.* Sed Deo irato pax pro bello eſt. Et in ſacris litteris: *In pace amaritudo mea amariſſima.*

Lugdunum mons lucidus.

Vrbs Catholica ad hunc diem.

Seneca correctus.

6 VT AMISSA VRBI REPONERENT.] *Vt amiſſa vrbi reponerentur.* Id eſt, quæ vrbs amiſiſſet incendio, recuperaret.

7 QVAM PECVNIAM.] *Quia eam pecuniam.* Et eſt ratio cur reponerentur.

[1] C. Suetonio, L. Teleſino Coss. Antiſtius Soſianus factitatis in Neronem carminibus probroſis, exilio, vt dixi, mulctatus, poſtquam id honoris[2] indicibus tamque promptum ad cædes principem accepit, inquietus animo, & occaſionum haud ſegnis,[3] Pammenem eiuſdem loci exulem, & Chaldæorum arte famoſum, eoque multorum amicitijs innixum, ſimilitudine fortunæ ſibi conciliat. Ventitare ad eum nuntios &[4] conſolationes non fruſtra ratus, ſimul annuam pecuniam a P. Anteio miniſtrari cognoſcit. Neque neſcium habebat, Anteium charitate Agrippinæ inuiſum Neroni, opeſque eius præcipuas ad eliciendam cupidinem, eamque cauſam multis exitio eſſe. Igitur interceptis Anteij litteris, furatus etiam libellos quibus dies genitalis eius, & euentura, ſecretis Pammenis occultabantur, ſimul repertis quæ de ortu vitaque Oſtorij Scapulæ compoſita erant, ſcribit ad principem, magna ſe & quæ incolumitati eius conducerent allaturum, ſi breuem exilij veniam impetrauiſſet. quippe Anteium & Oſtorium imminere rebus, & ſua Cæſariſque fata ſcrutari. Exin miſſæ Liburnicæ, aduehiturque propere Soſianus. Ac vulgato eius indicio,[5] inter damnatos magis quam inter reos Anteius Oſtoriuſque habebantur: adeo vt teſtamentum Anteij nemo obſignaret,[6] niſi Tigellinus auctor extitiſſet.[7] Monitus prius Anteius ne ſupremas tabulas moraretur. At ille hauſto veneno, tarditatem eius peroſus, interciſis venis, mortem approperauit. Oſtorius[8] longinquis in agris apud finem Ligurum id temporis erat.[9] eo miſſus centurio, qui cædem eius maturaret. Cauſa feſtinandi ex eo oriebatur, quod Oſtorius multa militari fama, & ciuicam coronam apud Britanniam meritus, ingenti corporis robore armorumque ſcientia, metum Neroni fecerat, ne inuaderet pauidum ſemper, & reperta nuper coniuratione magis exterritum. Igitur centurio vbi effugia villæ clauſit, iuſſa imperatoris Oſtorio aperit. Is fortitudinem aduerſum hoſtes ſæpe ſpectatam in ſe vertit. Et quia venæ quanquam interruptæ parum ſanguinis effundebant, hactenus manu ſerui vſus vt immotum pugionem extolleret, adpreſſit dextram eius iuguloque occurrit.

Pammenes Chaldæorum arte famoſus & exul.

Anteius charitate Agrippinæ infenſus Neroni.

Centurio Oſtorius fortis & animoſus.

1 CAIO SVETONIO.] Paulino ſcilicet, qui miſſus in Britannias, Bodicæa victa, inſignis fuit. Alter Conſul Pontius Teleſinus vocatur a Dione lib. 63.

2 INDICIBVS.]

Delatores præmiati. *Princeps ad cædes promptus.* *Duo mali ſeculi indicia.*

2 INDICIBVS.] Lego, *id honoris indicibus, tamque promptum ad cædes eſſe Principem accepit.*

3 PAMMENEM EIVSDEM LOCI EXVLEM ET CHALDÆORVM ARTE FAMOSVM.] Iuuenalis Sat. 6.

Nemo mathematicus Genium indemnatus abibit:
Sed qui pæne perit, cui vix in Cyclada mitti
Contigit, & parua tandem caruiſſe Seripho.

Conſultationes Chaldæorum. *Proba correctio.* *Firmata a Tacito, & Tertulliano.*

4 CONSOLATIONES.] Probo *conſultationes*; quæ Mathematicorum ſunt & Chaldæorum propriæ. Iuuenalis Sat. 6.

Conſulit ictericæ lento de funere matris.

Noſter de Tiberio & Traſullo lib. 6. *Quoties*, inquit, *ſuper negotio conſultaret.* Tertullian. in Apolog. *Eadem officia dependunt, & qui Aſtrologos, & Aruſpices, & Augures, & Magos de capite Cæſaris conſultant.* Ita oraculorum conſultationes, & librorum Sibyllæ. Sic *Princeps conſultus*, L. 11. de Decur. Et *conſulti iuriſperiti.* L. 27. qui teſt. fac. poſſ.

5 INTER DAMNATOS.] Sic ſupra lib 15. *Reos fuiſſe tantum pœna experti.*

6 NISI TIGELLINVS.] Ad Oſtorium forſan hoc ſpectat. Iuuenalis Sat. 6.

Præcipuus tamen eſt horum, qui ſæpius exul,
Cuius amicitia, conducendaque tabella
Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.

7 MONITVS.] *Et monitus prius Anteius.* Repetendum enim, *et*, ex vltima ſyllaba verbi, *conſtitiſſet.*

8 LONGINQVIS IN AGRIS APVD FINEM LIGVRVM.] Lege, *Oſtorius longinquis in agris Apuæ, fine in Ligurum.* nam Apua diſterminat Liguriam ab Hetruria, vnde Ligures, vt dixi ſupra. Et quilibet acutus, Tacitum in his verbis non agnoſcat.

Apua in fine Ligurum.

9 EO MISSVS.] *Miſſus eſt centurio.*

Etiam ſi bella externa, & obitas pro Rep. mortes tanta caſuum ſimilitudine memorarem, [1] meque ipſum ſatietas cepiſſet, aliorumque tædium expectarem, quamuis honeſtos ciuium exitus, triſtes tamen & continuos aſpernantium. At nunc patientia ſeruilis, tantumque ſanguinis domi perditum, fatigant animum & mœſtitia reſtringunt. Neque aliam defenſionem ab ijs quibus iſta noſcentur exegerim, quam ne oderim tam ſegniter pereuntes. Ira illa numinum in res Romanas fuit, quam non vt in cladibus exercituum, aut captiuitate vrbium ſemel editam tranſire licet. Detur hoc illuſtrium virorum poſteritati, vt quomodo exequijs a promiſcua ſepultura ſeparantur, ita in traditione ſupremorum accipiant habeantque propriam memoriam. Paucos quippe intra dies eodem agmine Annæus Mella, Cerialis Anicius, Rufus Criſpinus ac Petronius cecidere, Mella & Criſpinus equites Romani, [2] dignitate Senatoria. Nam hic quondam præfectus prætorij, & conſularibus inſignibus donatus, ac nuper crimine coniurationis in Sardiniam exactus, accepto iuſſæ mortis nuntio ſemet interfecit. Mella quibus Gallio & Seneca parentibus natus, [3] petitione honorum abſtinuerat, [4] per ambitionem præpoſteram, vt eques Romanus conſularibus potentia æquaretur. Simul acquirendæ pecuniæ breuius iter credebat, per procurationes adminiſtrandis principis negotijs. Idem Annæum Lucanum genuerat grande adiumentum claritudinis. quo interfecto, dum rem familiarem eius acriter requirit, accuſatorem conciuit Fabium Romanum, ex intimis Lucani amicis. Mixta inter patrem filiumque coniurationis ſcientia fingitur aſſimulatis Lucani litteris. quas inſpectas Nero, ferri ad eum iuſſit, opibus eius inhians. At Mella (quæ tum promptiſſima mortis via) exoluit venas, ſcriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum, generumque eius Coſſutianum Capitonem erogabat, quo cætera manerent. Aditur coddicillis, tanquam de iniquitate exilij querens [5] ita ſcripſiſſet: *Se quidem mori nullis ſupplicij cauſis, Rufum autem Criſpinum & Anicium Cerialem vita frui, infenſos principi.* quæ compoſita credebantur, de Criſpino quia interfectus erat, de Ceriale vt interficeretur. Neque enim multo poſt vim ſibi attulit minore quam

Neronianæ hominum ſtrages.

Annæus Mella Lucani pater.

Ab amicis Lucani accuſatur.

cæteri miſeratione, quia proditam C. Cæſari coniurationem ab eo meminerant.

Quæ diſiungũt equitem a Senatore & plebe.

Mella Mæcenatis & Salluſtij imitator.

1 MEQVE.] *Me quoque.*

2 DIGNITATE SENATORIA.] A qua equitum ordo diſiunctus, vt a plebe, annulis, anguſto clauo, & clauata tunica, equis, & cenſu ſeſtertium quadrigẽtorum millium. Sueton. in Iul. Tamen poſtea quidam Senatores facti dignitate Senatoria.

3 PETITIONE HONORVM.] Seneca pater præfat. 2. Controu. *Sed quoniam fratribus tuis ambitioſæ curæ ſunt, foroque ſe, & honoribus parant, in quibus ipſa quæ ſperantur timenda ſunt: Ego quoque aliquando eius proceſſus auidus, & hortator, laudatorque vel periculoſæ, dum honeſtæ modo induſtriæ, duobus filijs nauigantibus, te in portu retineo.* Aliter tamen hanc honorum abſtinentiam interpretatur Tacitus, & de Mella idem ait, quod de Salluſtio, & de Mæcenate. *Sine dignitate Senatoria, multos triumphalium, Conſulariumque potentia anteiſſe.*

Ambitio præpoſtera.

Quærentes quidam humilitatem, appetunt inde gloriam.

4 PER AMBITIONEM PRÆPOSTERAM.] D. Hieronym. in re non multum diſſimili, ſcribens ad Euſtoch. *Nec ſatis*, inquit, *religioſa velis videri, nec plus humilis quam neceſſe eſt; ne gloriam fugiens, quæras. Plures enim paupertatis, miſericordiæ, atque ieiunij arbitros declinantes, hoc ipſo cupiunt placere, quod placere contemnunt. Et mirum in modum laus, dum vitatur, appetitur.* Sic Philoſophi Pagani remigibus comparati qui eo tendunt a quo auerſi.

5 ITA SCRIPSISSET.] *Ita ſcripſiſſe, & ſe quidem mori.* Verba mera codicillorum.

Mors Petronij arbitri & vita.

[1] De C. Petronio[2] ſupra. Pauca repetenda ſunt. Nam[3] illi dies per ſomnum, nox officijs & oblectamentis vitæ tranſigebatur. Vtque alios induſtria, ita hunc ignauia ad famam protulerat, habebaturque non ganeo & profligator, vt plerique ſua haurientium, ſed erudito luxu. Ac dicta factaque eius quanto ſolutiora, & quandam ſui negligentiam præferentia, tanto gratius in ſpeciem ſimplicitatis accipiebantur. [4] Proconſul tamen Bithyniæ & mox conſul vigentem ſe ac parem negotijs oſtendit: dein reuolutus ad vitia, ſeu vitiorum imitatione inter paucos familiarium Neroni aſſumptus eſt, elegantiæ arbiter, [5] dum nihil amœnum, & molle affluentia putat niſi quod ei Petronius approbauiſſet. Vnde inuidia Tigellini, quaſi aduerſus æmulum & ſcientia voluptatum potiorem. Ergo crudelitatem principis cui cæteræ libidines cedebant, aggreditur, amicitiam Sceuini Petronio obiectans, corrupto ad indicium ſeruo, ademptaque defenſione, & maiore parte familiæ in vincla rapta. Forte illis diebus Campaniam petiuerat Cæſar, & Cumas vſque progreſſus Petronius illic attinebatur. Nec tulit vltra timoris aut ſpei moras. neque tamen præceps vitam expulit, ſed [6] inciſas venas vt libitum obligatas, aperire rurſum, & alloqui amicos, non per ſeria, aut quibus conſtantiæ gloriam peteret. Audiebatque referentes, nihil de immortalitate animæ, & ſapientium placitis, ſed leuia carmina & faciles verſus. Seruorum alios largitione, quoſdam verberibus affecit. Inijt & vias, ſomno indulſit, vt quanquam coacta mors, fortuitæ ſimilis eſſet. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus eſt: ſed flagitia principis ſub nominibus exoletorum fœminarumque & nouitate cuiuſque ſtupri perſcripſit, atque obſignata miſit Neroni. fregitque annulum, ne mox vſui eſſet ad facienda pericula. Ambigenti Neroni quonam modo noctium ſuarum ingenia noteſcerent, offertur Silia matrimonio Senatoris haud ignota, & ipſi ad omnem libidinem adſcita, ac Petronio perquam familiaris. agitur in exilium tanquam non ſiluiſſet quæ viderat pertuleratque, [7] proprio odio. At Numicium Thermum prætura functum Tigellini ſimultatibus dedidit, quia libertus Thermi quædam

Liber Petronij, vita Neronis eſt.

Nero miratur quomodo ſua vitia noteſcerent.

de Tigellino criminoſe detulerat, quæ cruciatibus tormentorum, ipſe patronus eius nece immerita lueret.

Petronius Neronis amicus. Qui pariter dixit & ſcripſit.

1 CAIO PETRONIO.] Qui dictus eſt, *Arbiter Neronianæ eloquentiæ*; interuerſor Naturæ, & lucernarius. Viuebat enim ad lucernas, de die dormiebat. Quod hodie multi faciunt caſtrenſes bardocuculi. Eſt de eo epigramma, quod expleo, tractum ex Bibliotheca Vaticana.

Petroni carmen diuino pondere currit,
Quo iuuenum mores arguit, atque ſenum;
Quare * *ille præſa* (lego *prenſa*) *gaudet laſciua puella,*
* *At quoque delicias frigida ſentit anus,*
* *Nam iter dici, ſcripſitque Neronis* * *amictus,*
Arbiter arbitrio dictus & ipſe ſuo.

* illo prenſo
* Vt quoque
* Nam pariter
* amicus,

Cæterum non idem eſt C. Petronius & T. Petronius de quo Plinius lib. 37. cap. 2. Nam T. Petronius mori non eſt iuſſus; ſed C. Petronius, qui heic moriturus ſub Nerone oſtenditur.

2 SVPRA PAVCA REPETENDA SVNT.] *De C. Petronio ſupra pauca repetenda ſunt.* Id eſt, ſcribendum eſt de Petronio paulo amplius quam paucitas expetat.

3 ILLI DIES PER SOMNVM, NOX OFFICIIS ET OBLECTAMENTIS VITÆ.] Sic Froiſſardus, Foxenſem Phœbum Gaſtonem facit, virum ſane in militia magnum, ſed in pace fluentem, & malchinum. Nam illi per diem ſopor & torpor, per noctem & ad candelas magnarum rerum meditamenta & opera.

4 PROCONSVL TAMEN BITHYNIÆ.] Qualis fuerat ante eum Catullus poeta, vterque vitæ mollioris. Nam de ſe ipſo Catullus.

—— incidere nobis
Sermones varij, quibus quid eſſet
Iam Bithynia, quomodo ſe haberet,
Et quonam mihi profuiſſet ære;
Reſpondi, id quod erat, mihi, nec ipſi,
Nec Prætoribus eſſe, nec cohorti,
Cur quiſquam caput vnctius referret.

Catullus & Petronius ambo Proconſules Bithyniæ.

5 DVM NIHIL AMOENVM.] *Dum nihil molle & amœnum in affluentia putat, niſi quod ei Petronius approbaſſet.*

6 INCISAS VENAS AD LIBITVM OBLIGATAS.] *Vt libitum*, id eſt pro animi libidine, aut obligaret, aut ſolueret.

7 PROPRIO ODIO.] *Propero odio*, pro præcipiti. Statim enim morti dedit, ſola ſuſpicione ductus. Hæc autem mors præceps laudata & cupita Romanis. Itaque Plinius 7. cap. 53. *Miraculo ſunt mortes repentinæ, hoc eſt ſumma vitæ fœlicitas, quas eſſe naturales docebimus.*

Nero viris trucidatis virtutem cupis exſcindere.

Barea Soranus & Thraſea Patauinus magni viri.

Trucidatis tot inſignibus viris ad poſtremum Nero[1] virtutem ipſam exſcindere concupiuit, interfecto Barea Sorano & Thraſea Pæto, olim vtriſque infenſus, & accedentibus cauſis in Thraſeam: quod Senatu egreſſus eſt, cum de Agrippina referretur, vt memoraui: quodque Iuuenalium ludicro[2] parum expetibilem operam præbuerat: eaque offenſio altius penetrabat, quia idem Thraſea[3] Patauij vnde ortus erat,[4] ludis Ceſticis a Troiano Antenore inſtitutis, habitu tragico cecinerat. Die quoque quo prætor Antiſtius ob probra in Neronem compoſita ad mortem damnabatur, mitiora cenſuit, obtinuitque: & cum deum honores Poppææ decernuntur, ſponte abſens, funeri non interfuit. Quæ oblitterari non ſinebat Capito Coſſutianus, præter animum ad flagitia præcipitem, inimicus Thraſeæ, quod auctoritate eius concidiſſet iuuantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant. Quin & illa obiectabat: *principio anni vitare Thraſeam ſolenne iuſiurandum: nuncupationibus votorum non adeſſe, quamuis[5] Quindecimuirali ſacerdotio præditum: nunquam[6] pro ſalute principis, aut cœleſti voce immolauiſſe: aſſiduum olim & indefeſſum, qui vulgaribus quoque patrum conſultis ſemet fautorem aut aduerſarium oſtenderet,[7] triennio non introïſſe curiam: nuperrimeque cum ad coercendos Silanum & Veterem certatim concurreretur, priuatis potius clientium negotijs vacauiſſe: ſeceſſionem iam id & partes, &, ſi multi idem audeant, bellum eſſe. Vt quondam C. Cæſarem,* inquit, *& M. Catonem, ita nunc te Nero & Thraſeam[8] auida diſcordiarum ciuitas loquitur. Et[9] habet ſectatores vel potius ſatellites,[10] qui nondum contumaciam ſententiarum, ſed[11] habitum vultumque eius ſectantur, rigidi & triſtes,[12] qui tibi laſciuiam exprobrent. Huic vni[13] incolu-*

Bonorum hominum ingrata nomina in aula Neronis.

mitas tua ſine arte, ſine honore. Proſperas principis res ſpernit, etiamne luctibus & doloribus non ſatiatur? Eiuſdem animi eſt, Poppæam diuam non credere, cuius in acta Diui Auguſti & Diui Iulij non iurare. Spernit religiones, abrogat leges. Diurna Populi Romani per prouincias, per exercitus, accuratius leguntur, vt noſcatur[14] *quid Thraſea non fecerit. Aut tranſeamus ad illa inſtituta, ſi potiora ſunt: aut noua cupientibus auferatur dux & auctor. Iſta ſecta*[15] *Tuberones & Fauonios veteri quoque Reip. ingrata nomina genuit. Vt imperium euertant, libertatem præferunt: ſi peruerterint, ipſam aggredientur.*[16] *Fruſtra Caſſium amouiſti, ſi gliſcere & vigere Brutorum æmulos paſſurus es. Denique nihil ipſe de Thraſea ſcripſeris, diſceptatorem Senatum nobis relinque.*

Calumniæ in probos viros, vt imperium euertant, libertatem præferunt; ſi euerterint ipſam aggredientur.

1 VIRTVTEM IPSAM EXSCINDERE.] At virtus morte premitur, non opprimitur.

2 PARVM EXPETIBILEM.] Nihil heic tango, ſincera enim ſint omnia; & puto *parum expetibilem* ſcriptum, quod ludis Iuuenalibus, in quibus omnes Principi inſanienti plaudebant, interque eos forſan Seneca, & ipſe mœrens ac laudans Burrhus; tamẽ Thraſeas nihil de grauitate ſueta, & ſupercilio triſti remiſiſſet. *Parum expetibilem* autem *operam* ponit, pro ea quæ a Thraſea expetebatur in his ludis; vt ſcilicet Neroni manibus plauderet, laudaret, & probaret inhoneſtas principis nugas. Sic Cicero 8. famil. epiſt. ad Bithynicum. *Magis expetam promiſſum tuum, quo in litteris vteris.* Xiphilinus ſcribit de Auito, Silium Meſſallam & Pomponium Baſſum reos factos quod rebus quas ille faceret minime oblectarentur, ſeque & ſuos mores ab eis examinari dicebat.

3 PATAVII.] De Patauio verſus eſt, vbi de Antenore, in antiqua ſepultura.

Expulit Euganeos, Patauinam condidit vrbem,
Quem tenet heic humili marmore cæſa domus.

Virgilius 1. Æneidos.

Heic tamen ille vrbem Pataui, ſedeſque locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troia.

Thraſeam Patauinum fuiſſe, indicat vetus epitaphium, quod etiam hodie viſitur in ædibus Chartulariorum ad D. Thomam Apoſtolum. MER. S. D. POPILIVS. PÆTVS. GN. LABEF. POETÆ. COS. DESIG. FRATRI. SVO. B. M. F. HVNC. SOMNO. ÆTERNALI. PATRIA. RETINET.

4 LVDIS CESTICIS.] De iſto ceſtuum ludo, vide Virgil. 5. Æn. Legunt tamen, *Xyſticis.*

5 QVINDECIMVIRALI SACERDOTIO PRÆDITVM.] *Præditus tum.* Nam ita ſcribendum. Putatur autem iſtud ſacerdotium a Sulla creatum, vt alia pleraque, cum decem tantum eſſent prius, & inter munera, Sibyllinos libros ſeruaſſe. Quod Lactantius ſcribit. *Omnia*, ait, *Sibyllarum carmina haberi exceptis Cumææ, cuius libri a Romanis occuluntur; nec niſi a Quindecimuiris aſpici fas eſt.* Tacitus ita libro ſuperiori. *Cum eo tempore multa vana Sibyllarum nomine ferrentur, iuſſiſſe eum conquiſita Samo, Erythrea, Ilio, Africa, & per Italicas colonias, carmina intra certum diem ad Præfectum vrbis adferrentur, & iudicium, cenſuramque Quindecimuirorum adhiberi, nec haberi priuatim liceret.* Quod iam a maioribus erat cautum. Tertullian. ita de Quindecimuiris. *Regnauerunt Babylonij ante Pontifices, & Medi ante Quindecimuiros.* Scripſit Varro de Quindecimuiris, ſacrorum vnum librum. Vide D. Auguſtinum 6. de ciuit. Dei cap. 4. Nec omitto Tacitum authorem noſtrum ſub Domitiano iſto fuiſſe præditum ſacerdotio. Nam 2. Annal. *Domitianus quoque edidit ludos ſæculares, iiſque intentius adfui ſacerdotio Quindecimuirali præditus ac tum Prætor: quod non iactantia refero, ſed quia collegio Quindecimuirum antiquitus ea cura mandabatur, & magiſtratus potiſſimum exequebantur officia cerimoniarum.*

Quindecimuiratus libris Sibyllæ ſeruandis conſtitutus. Imo cenſendis.

Et ne priuatim habeantur.

6 PRO SALVTE PRINCIPIS.] Romani primum pro Auguſti ſalute immolatunt. Dio lib. 53. Et illo in vrbem reuerſo, pro ſalute eius gratiæ actæ ſunt. Poſt Actiacam victoriam decretum eſt, vt cum pro S. P. Q. R. fierent vota, eius quoque nomine fierent. Fiebant autem Calend. Ianuar. Plinius in Panegyr. *Non pacem, non concordiam, non ſecuritatem, non opes oramus, non honores. Vox vna omnia hæc complectitur*, SALVS PRINCIPIS.

Romani pro ſalute principis immolant. Agunt gratias Dijs pro eius incolumitate. Vota pro principe.

7 TRIENNIO NON INTROIISSE CVRIAM.] Quod ſine mulcta non fiebat. Cicero 3. de orat. & Philipp. 1. his verbis. *Quid erat cauſæ, cur in Senatum heſterna die tam acerbe cogerer? Soluſne aberam? An non ſæpe minus frequentes fuiſtis? an ea res agebatur, vt etiam ægrotos deferre oporteret? De ſupplicationibus referebatur: quo in genere, Senatores deeſſe non ſolent. Coguntur enim pignoribus, ſed eorum, quorum de honore agitur gratia.*

Mulcta Senatoribus qui curiã non introibant.

8 AVIDA DISCORDIARVM CIVITAS.] Ita noſter vbi de Suetonio Paulino. *Obtinebat*, inquit, *Britannias ſcientia militiæ, & rumore populi, qui neminem ſine æmulo ſinit.*

9 HABET SECTATORES.] Cicero pro Muræn. *Aſſectabantur multi. Doce mercedem, concedam eſſe crimen: hoc quidem remoto, quid reprehendas? Quid opus eſt, inquit, ſectatoribus? A me tu id quæris quid opus ſit eo quo ſæpe vſi ſumus? homines tenues vnum habent in hunc noſtrum ordinem, aut promouendi, aut proferendi beneficij locum, hanc in noſtris petitionibus operam atque affectionem. Neque enim ferri poteſt, neque poſtulandum eſt a nobis, aut ab equitibus Romanis, vt ſuos neceſſarios candidatos ſectentur*

Sectatores philoſophorum & ſapientum. Eorum officia a Cicerone.

totos

totos dies, a quibus ſi domus noſtra celebratur, interdum ad forum deducimur, ſi vna Baſilicæ ſpatio honeſtamur, diligenter obſeruari videmur, & coli. Sane vnuſquiſque elegantiorum philoſophorum & declamatorum, ſuos habuit ſectatores, vt Heraclitus, & Zeno, & Chryſippus. Atque inter declamatores Latro Portius, & Arelius: de quo Plinius. *Vidimus*, inquit, *& ipſi Arelium Fuſcum motum equeſtri ordine ob inſignem calumniam, cum celebritate aſſectarentur adoleſcentes ſcholæ* (lege, *cum eum*) *ex argento annulos habentem.* D. Hieronym. Apolog. in Ruf. *Grammaticum quidam habuit Afrum Romæ, virum eruditiſſimum, & in eo ſe æmulum Præceptoris putabat, ſi ſtridorem linguæ eius, & vitia tantum oris exprimeret.* Gellius lib. 2. cap. 2. vbi de Tauro philoſopho. *Taurus ſectatoribus commodum dimiſſis.* Hi autem ſectatores, ab eodem authore, *cohors* appellantur. Et lib. 2. cap. 18. *Phædo Elidenſis ex cohorte illa Socratica fuit.* Idem lib. 10. cap. 19. *Sectatores ſuos ad rationes bonæ inculpatæque indolis ducebat.* Diogenes Laertius de Heraclito, *Sectatores* ait *habuiſſe, qui appellarentur Heraclitij.*

Etiam oratores habuere ſectatores.

Plinius correctus.

Cohors Socratica.

10 QVI NONDVM.] Quid ſi *non dudum*? Certe potior hæc dictio, & magis ad rem. Et indicat in ciuitate eſſe plures Thraſeæ ſectatores, qui non a longo tempore eius dogmata ſectentur; ſed qui habitu, & vultu, Thraſeanos ſe eſſe profiteantur.

11 HABITVM VVLTVMQVE EIVS SECTANTVR.] Induunt philoſophi non modo vultus, ſed & habitus ſeueros. Apuleius 2. Metamorph. *Nec deerat qui pallio, baculoque & baxeis, & hircino barbitio philoſophum fingeret.* Sic ſectatores Thraſeæ, *habitu rigidiores, vultu triſtiores.* Horatius de Catone.

--Si quis vultu toruo ferus, & pede nudo.

Lego autem *ſectentur*, quia ſequitur verbum, *exprobrent.*

12 QVI TIBI.] *Quique ſibi.* Nam erat ſcriptum per abbreuiaturam.

13 INCOLVMITAS TVA SINE ARTE.] Non ingrata fuit correctio Lipſij: *Incolumitas tua ſine cura, artes ſine honore.* Quippe de aurigatione, & cantu, ac ſaltatione Neronis, hæc intelligenda ſunt. A quibus erat artibus edoctus. At gratior multo & verior Theodori Marſilij lectio ad me relata. *Incolumitas tua ſine ara, artes ſine honore.* Sed excuſa bene ſtat: *incolumitas tua ſine arte, artes ſine honore.* Repetit (*arte*) vt veram dictionem putes: ſic interdum, *certa ſecuritas & ſecura æternitas & æterna fœlicitas & fœlix ſuauitas & ſuauis iucunditas*, in Auguſtino.

14 QVID THRASEA NON FECERIT.] Vox *non* repugnat ſententiæ. Lege. *Quid Thraſea noui fecerit.* Addit enim: *Aut noua cupientibus auferatur dux & author.*

Tacitus correctus.

15 TVBERONES ET FAVONIOS INGRATA NOMINA.] *Ingrata*? Imo veteri P. R. gratiſſima nomina. Quippe ſub Tuberonibus antiqua Reſpub. fœlix; ſub Neronibus, vltra infœlicitatis gradum, Roma infœlix, & orbis totus. De Fauonio, Plutarchus in Pompeio multa honorifice, & etiam in Catone Vticenſi, & Bruto. Is autem Marcus dicebatur, eratque Catonis ſimia, cuius ope, ædilitatem eſt adeptus. Profitebatur philoſophiam, cuius vmbram viderat, non corpus. Multa tamen egit digna homine magno, & philoſopho non inſuaui.

Fauoniorum non ingrata nomina in Vet. Rep.

Qua probi mores.

Catonis ſimia Fauonius.

Marcus dictus.

Vixit moriente Rep. & optimis moribus ſepultis.

16 FRVSTRA CASSIVM AMOVISTI SI GLISCERE ET VIGERE BRVTORVM ÆMVLOS PASSVRVS ES.] Sic ille alter, fruſtra Caligulam ſublatum ſi Nero regnet. Hæc oratio iungit Brutos & Caſſios Cæſarum hoſtes, vt amicos Reipublicę: ideoque remoto Caſſio ait Brutos eſſe damnandos: ſed Bruto & Caſſio nullos ciues habuit Reſpublica meliores, & ſi pati potuiſſent imperium, nullos amiciores, vt ita dicam.

Extollit ira promptum Coſſutiani animum Nero: adijcitque Marcellum Eprium acri eloquentia. At Baream Soranum iam ſibi Torius Sabinus eques Romanus popoſcerat reum ex proconſulatu Aſiæ, in qua offenſiones principis auxit, [1] iuſtitia atque induſtria: & quia [2] portui Epheſiorum aperiendo curam inſumpſerat: vimque ciuitatis Pergamenæ prohibentis [3] Acratum Cæſaris libertum ſtatuas & picturas auehere, inultam omiſerat. Sed crimini dabatur amicitia Plauti, & ambitio conciliandæ prouinciæ ad ſpes nouas. Tempus damnationi delectum quo Tiridates accipiendo Armeniæ regno aduentabat: vt ad externa rumoribus inteſtinum ſcelus obſcuraretur, [4] an vt magnitudinem imperatoriam cæde inſignium virorum quaſi regio facinore oſtentaret? Igitur omni ciuitate ad excipiendum principem ſpectandumque regem effuſa, [5] Thraſea occurſu prohibitus non demiſit animum: ſed codicillos ad Neronem compoſuit, requirens obiecta, & expurgaturum aſſeuerans, ſi notitiam criminum & copiam diluendi habuiſſet. Eos codicillos Nero properanter accepit, ſpe exterritum Thraſeam [6] ſenſiſſe per quæ claritudinem principis extolleret, ſuamq. [7] famam dehoneſtaret. Quod vbi nō euenit, vultumq.

Laudantur improbi a Nerone.

Crimen fit amicitia bonorum.

Claritudo laudata principis mali eſt dehoneſtamentum virtutis.

Conſultatio Thraſeæ inter proximos de vita aut morte.

Diſtinctio honeſti exitus ab ignauo.

& ſpiritus & libertatem inſontis vltro extimuit, vocari patres iuſſit. Tum Thraſea inter proximos conſultauit, tentaretne defenſionem, an ſperneret. Diuerſa conſilia afferebantur. Quibus intrari curiam placebat, *ſecuros eſſe de conſtantia eius* dixerunt, *nihil dicturum, niſi quo gloriam augeret. Segnes & pauidos ſupremis ſuis*[8] *ſecretum circumdare. Aſpiceret populus virum morti obuium, audiret Senatus voces quaſi ex aliquo numine ſupra humanas: poſſe ipſo miraculo etiam Neronem permoueri: ſin crudelitas*[9] *perſiſteret, diſtingui certe apud poſteros memoriam honeſti exitus ab ignauia per ſilentium pereuntium.* Contra qui opperiendum domi cenſebant, de ipſo Thraſea eadem: ſed *ludibria & contumelias imminere. ſubtraheret aures conuitijs & probris. Non ſolum Coſſutianum aut Eprium ad ſcelus promptos,*[10] *ſupereſſe qui forſitan manus ictuſque per immanitatem Auguſti. etiam bonos metu ſequi. Detraheret potius Senatui quem*[11] *perornauiſſet infamiam tanti flagitij: & relinqueret incertum, quid viſo Thraſea reo decreturi patres fuerint, vt Neronem flagitiorum pudor caperet,*[12] *irrita ſpe agitari: multoque magis timendum, ne in coniugem, in familiam, in cætera pignora eius ſæuiret. Proinde intemeratus, impollutus, quorum veſtigijs & ſtudijs vitam duxerit, eorum gloria peteret finem.*

1 Iustitia atque industria.] Id eſt, quod iuſte feciſſet Soranus & induſtrioſe, vt ita dicam, auxit Principis offenſiones. Iuſtitia, quod non vltus eſſet Acrati ſacrilegi iniurias illatas a Pergamenis: induſtria, quod portum Epheſinum aperuiſſet, non gratum Neroni.

2 Portui Ephesiorum.] Hunc portum Attalus Philadelphus fecit, ſed anguſtum nimis & appellentibus incommodum. Reficere igitur oportuit. Vide Strabonem lib. 14.

3 Acratum Cæsaris libertum statuas.] Tacitus ſupra. *Enimuero per Aſiam atque Achaiam non dona tantum, ſed ſimulachra numinum abripiebantur, miſſis in has prouincias Acrato atque Secundo Carinate*, audacibus ſcilicet ſacrilegis.

4 An vt magnitudinem, &c. ostentaret.] Scribe interrogando.

5 Thrasea occursu prohibitus.] Satis Thraſeam laudat Tacitus, qui *virtutem* eſſe dixit. At illam virtutem damnat Nero, arcetque Palatij foribus demens, vt paulo ante Caſſij doctrinam, & ſeueros mores. Sed iſta repulſa acuit virtutem, non dehoneſtauit. Quippe Nero *nihil exoſum habuit niſi ſummum bonum. Nihil amauit præter ſummum malum.* Tertull. in Apolog.

6 Sensisse.] *Scripſiſſe* recte, vt arbitror, & ſenſus eſt. Sperabat Nero Thraſeam extorritum ſcripturum quid, quod eius gloriæ cederet, vt fecerant alij, ſed fruſtra. Nam ſi ſenſiſſet tantum, nihil ad gloriam Neronis futurum; ſi ſcripſiſſet, ſcripta Neronem oſtenſurum, vnde ſibi ex tanti viri teſtimonio decus pararet. Et ſane codicilli non ſine ſcriptura.

7 Famam dehonestaret.] At ſciebat Thraſeas ex Electra Sophoclis: *Nullus generoſus, viuens male, famam contaminare vult inglorius.* Et ex Sapiente, *Melius eſt nomen bonum quam tyrannorum amor.*

8 Secretum circundare.] Non hæc a Tacito. Nam *circundare ſecretum ſupremis ſuis*, quæ oratio eſt? forte legendum, & ita conijcio; *Supremis ſuis ſecretum circumducere.* Id eſt nihil in morte effari, nihil proloqui. Et me iuuat Tacitus, qui poſtea addit, *Diſtingui apud poſteros memoriam honeſti exitus ab ignauia per ſilentium pereuntium.* Amor Reip. verus timere neminem poteſt; nec principem, nec inter principes Neronem.

9 Persisteret.] Lego, *perſtaret*. Ita enim Tacitus ſolet.

10 Superesse.] *Inſuper eſſe qui forſan intendant manus, ictuſque præter immanitatem Auguſti, etiam bonos metu ſequi.*

11 Perornavisset.] Probo, nec moueo. Nam ex aruis Taciti illa ſeges.

12 Irrita spe agitari.] Id eſt fruſtra ſperari vt Neronem flagitiorum pudeat, quia totus ad nequitiam factus, & eſt virtutum clades.

Thraſea impauidus mortis.

Aruleni iuuenis cohibet ſpiritus Thraſea ſenex.

Aderat conſilio Ruſticus Arulenus flagrans iuuenis, & cupidine laudis offerebat ſe interceſſurum Senatuſconſulto. Nam plebis tribunus erat. Cohibuit ſpiritus eius Thraſea, *Ne vana & reo non profutura,*[1] *interceſſori exitioſa inciperet. Sibi actam ætatem, & tot per annos continuum vitæ ordinem non deſerendum: illi initium magiſtratuum, & integra quæ ſuperſint*

perſint. Multum ante ſecum expenderet, quod tali tempore capeſſendæ Reip. iter ingrederetur. Cæterum ipſe an venire in Senatum deceret, meditationi ſuæ reliquit. At poſtera luce duæ prætoriæ cohortes armatæ [2] templum Genitricis Veneris inſedere. Aditum Senatus globus togatorum obſederat, non occultis gladijs. diſperſique per fora ac baſilicas cunei militares. inter quorum aſpectus & minas ingreſſi curiam Senatores. Et oratio principis per Quæſtorem eius audita eſt. [3] Nemine nominatim compellato patres arguebat, quod *publica munia deſererent, eorumque exemplo equites Rom. ad ſegnitiam verterentur. Etenim quid mirum e longinquis prouincijs [4] aduenìri, cum plerique adepti conſulatum & ſacerdotia, hortorum potius amœnitati inſeruirent?* quod velut telum arripuere accuſatores. Et initium faciente Coſſutiano, maiore vi Marcellus, *ſummam Reip. agi clamitabat: contumacia inferiorum, lenitatem imperitantis diminui. Nimium mites ad eam diem patres, qui Thraſeam deſciſcentem, qui generum eius [5] Heluidium Priſcum in ijſdem furoribus, ſimul Paconium Agrippinum paterni in principes odij heredem, & Curtium Montanum deteſtanda carmina factitantem, [6] eludere impune ſinerent. Requirere ſe in Senatu conſularem, in votis ſacerdotem, [7] in iureiurando ciuem: niſi contra inſtituta & cerimonias maiorum, proditorem palam & hoſtem Thraſea induiſſet. [8] Denique agere Senatorem, & principis obtrectatores protegere ſolitus, veniret, cenſeret quid corrigi aut mutari vellet: facilius perlaturos ſingula increpantem, quam nunc ſilentium perferrent omnia damnantis. [9] Pacem illi per orbem terræ, an victorias ſine damno exercituum diſplicere? [10] Ne hominem bonis publicis mœſtum, [11] & qui fora, theatra, templa pro ſolitudine [12] haberet, qui minitaretur exilium ſuum, ambitionis prauæ compotem facerent. Non illi conſulta hæc, non magiſtratus, aut Romanam vrbem videri. Abrumperet vitam ab ea ciuitate, cuius charitatem olim, nunc & aſpectum exuiſſet.*

Quod iter capeſſendæ Reip. ſub improbis ſit capeſſendum.

Nero arguit Senatum quod ſua munia deſereret.

Contumacia inferiorum, lenitas ſuperiorum minuitur.

1 INTERCESSORI EXITIOSA.] Lege, *Interceſſori etiam exitioſa inciperet.*

2 TEMPLVM GENITRICIS VENERIS.] Hoc templum vouit Cæſar Iulius ante Pharſalicam pugnam, & in foro ſuo ædificauit, ac conſecrauit. Dio lib. 43. Auguſtus in eo poſuit ſtatuam Iulij inſignitam crinita ſtella, ad memoriam eius.

3 NEMINE NOMINATIM.] *Et nemine.* Nam, *eſt*, quod præcedit, facit etiam, *et.*

4 ADVENIRI.] *Haud veniri e longinquis prouincijs.* Nam equites, imo Senatores Romani tum ſumebantur etiam e longinquis prouincijs. Noſter ſupra lib. 11. *Orationem principis ſecuto Senatuſconſulto, primi Ædui Senatorium ius in vrbe adepti ſunt.* Quod longe ante inualuerat. Nam inquit idem, *ex Etruria Lucaniaque & omni Italia in Senatum accitos.*

5 HELVIDIVM PRISCVM.] Qui gener fuit Thraſeæ, quia Fanniam duxit filiam Thraſeæ. Plinius Secundus Nepos duos fuiſſe ait, epiſtola ad Cerealem lib. 4. *Patrem*, de quo heic, *& filium.* filius ſub Domitiano vixit, & ab eo occiſus eſt. Sueton. cap. 10. in Domit. Vir magnus, ſed in Veſpaſianum contumax, *quem priuato nomine ſalutauit reuerſum ex Syria, & quem in Prætura ſine honore, & vlla mentione omnibus edictis tranſmiſit.* Sueton. in Veſpaſi. cap. 15. Habet pater magnum elogium in Hiſtor. Taciti. Et Vet. interpr. ad verſum Iuuenalis, *Thraſea Heluidiuſque. Heluidius*, inquit, *Priſcus poſt damnationem ſoceri Pæti Thraſeæ, interdicta ſibi Italia, Apolloniam conceſſit. Sed poſt interfectum Neronem reſtitutus a Galba, non aliter quam libero ſtatu egit.* Eius vitam ſcripſit Senecio. Inde reus factus, inde exul, tulitque in exilio libros exilij cauſam. Plin. lib. 7. epiſtola *Angit.*

6 ELVDERE IMPVNE SINERENT.] *Ei illudere*, id eſt Neroni principi, *impune ſinerent.*

7 IN IVREIVRANDO CIVEM.] Quia formula erat iuriſiurandi: *Neque ſe, neque liberos Cæſare chariores habere.* Prudent. in hym. D. Romani.

Accingere ergo quiſquis es, nequiſſime,
Pro principibus rite nobiſcum Deos
Orare viris, vel quod hoſtem publicum
Pati neceſſe eſt: Solue pœnam ſanguinis:
Spreuiſſe templa, reſpuiſſe eſt principem.

8 DENIQVE.] Legendum eſt, *Demuſque agere Senatorem, licet principis obtrectatorem, pro-*

Tacitus correctus.

Et explicatur. *tegere ſolitus.* Quia Antiſtium exilio tantum mulctari cenſuerat. Id eſt, concedamus eum munia Senatoris agere, quamuis ſit ſolitus protegere obtrectatores principis; quod a Senatore alienum. Ita Noſter ſuperius: *Detur hoc illuſtrium virorum poſteritati.* Sunt hæc oratorum ſtadia, & Iuriſconſultorum, vt L. 26. §. vlt. de fideicom. libert. L. 1. §. vtrum. ad S C. Tertullian.

9 PACEM ILLI.] *Pacem vt illi.*

10 NE HOMINEM.] *Ne? hominem*, ita lego, &c. Thraſeam vocat hominem qui vere homo & homo ſapiens, de quo Seneca de Benef. 6. *Homo, non incogitatum opus, nec tumultuarium.*

11 ET QVI FORA.] *Et quis fora, theatra, templa, pro ſolitudine haberet, quique minitaretur, exilium ſuum ambitionis prauæ compotem facerent.*

12 HABERET QVI MINITARETVR.] *Haberet, & quis minitaretur exilium ſuum*, per ambitionem ſcilicet, *ambitionis compotem facerent.* Nec diſpar erat mens Thraſeæ a mente Piſonis lib. 1. *Ambitum fori, corrupta iudicia, ſæuitiam oratorum, accuſationes minitantium: Abire ſe & cedere vrbe, victurum in aliquo abdito & longinquo rure, teſtabatur.* Sane peſſimis temporibus, ſolitudo ciuitate potior, Romanis præcipue, cordatis & animoſis, vt omnibus bonis & virtutis aſperitate rigidis. *Ciuitate potior ſolitudo peſſimo æuo.*

Cum per hæc atque talia Marcellus inueheretur toruus & [1] minax voce, vultu, oculis ardeſceret, non illa [2] nota & celebritate periculorum [3] ſueta iam Senatus mœſtitia, ſed nouus & altior pauor, manus & tela militum cernentibus, ſimul ipſius Thraſeæ [4] venerabilis ſpecies obuerſabatur: & erant qui Heluidium quoque miſerarentur, innoxiæ affinitatis pœnas daturum. *Quid Agrippino obiectum, niſi triſtem patris fortunam? quando & ille perinde innocens Tiberij ſæuitia concidiſſet. Enimuero Montanum* [5] *probæ iuuentæ, neque famoſi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi.* Atque interim Torius Sabinus Sorani accuſator ingreditur, orditurque de amicitia Rubellij Plauti, quodque [6] proconſul Aſiæ Soranus pro claritate ſibi potius accommodatum, quam ex vtilitate communi egiſſet, alendo ſeditiones ciuitatum. Vetera hæc. ſed recens, diſcrimini patris filiam connectebat, quod pecuniam Magis dilargita eſſet. [7] Acciderat ſane pietate [8] Seruiliæ (id enim nomen puellæ fuit) quæ charitate erga parentem, ſimul imprudentia ætatis, non tamen aliud conſultauerat, quam de incolumitate domus, & an placabilis Nero, an cognitio Senatus nihil atrox afferret. Igitur accita eſt in Senatum, ſteteruntque diuerſi ante tribunal conſulum, grandis æuo parens, contra filia intra viceſimum ætatis annum, nuper marito Annio Pollione in exilium pulſo, viduata deſolataque, ac ne patrem quidem intuens, cuius oneraſſe pericula videbatur. Tum interrogante accuſatore, an cultus dotales, an detractum ceruici monile venundediſſet, quo pecuniam faciendis magicis ſacris contraheret: primum ſtrata humi, longoque fletu & ſilentio, poſt, altaria & aram complexa: *Nullos*, inquit, *impios deos, nullas deuotiones, nec aliud infelicibus precibus inuocaui, quam vt hunc optimum patrem tu Cæſar & vos patres ſeruaretis incolumem. Sic gemmas & veſtes & dignitatis inſignia dedi, quomodo ſi ſanguinem & vitam popoſciſſent. Viderint iſti antehac mihi ignoti quo nomine ſint, quas artes exerceant: nulla mihi principis mentio, niſi inter numina fuit. Neſcit tamen miſerrimus pater; & ſi crimen eſt, ſola deliqui.* Loquentis adhuc verba excipit Soranus, proclamatque, non illam in prouinciam ſecum profectam, non Plauto per ætatem noſci potuiſſe, non criminibus mariti connexam, nimiæ tantum pietatis ream, ſepararent a ſe quamcunque ſortem ſubiret. ſimul in amplexus occurrentis filiæ ruebat, niſi interiecti lictores vtriſque obſtitiſſent. Mox datus teſtibus locus, & quantum nunc ſæuitia accuſationis permouerat, tantum iræ [9] P. Egnatius

Innoxia affinitas dat pœnas alieni facti.

Seruilia accuſata quod Magis pecuniam eſſet dilargita.

Seruiliæ amor patris noxius.

Seruiliæ defenſio plena charitatis in patrem.

Egnatius teſtis conciuit. Cliens hic Sorani, & tunc emptus ad opprimendum amicum, auctoritatem Stoicæ ſectæ præferebat, habitu & ore ad exprimendam imaginem [10] honeſti & exerciti, cæterum animo perfidioſus, & ſubdolus, auaritiam ac libidinem occultans. Quæ poſtquam [11] pecunia recluſa ſunt, dedit exemplum præcauendi, quomodo fraudibus inuolutos, aut flagitijs commaculatos, ſic [12] ſpecie bonarum artium falſos & amicitiæ fallaces.

Egnatius emptus ad opprimendum amicum.

Amici fallaces ſpecie bonarum artium.

1 MINAX VOCE.] *Minax ac voce, vultu, oculis ardeſceret.* Ita *agitatur virtus*, ait Seneca epiſt. 92. *e faſtigio ſuo humi deiecta.*

2 NOTA ET CELEBRITATE.] *Non illa nota erat & crebritate periculorum*, &c.

3 SVETA IAM SENATVS.] *Sueta erat iam Senatus mæſtitia.*

4 VENERABILIS SPECIES.] Virgilius:

Os humeroſque Deo ſimilis.

D. Ignatius de vultu beatiſſimæ Matris & Virginis Mariæ *cœleſte ſpectaculum* nominat, 1. epiſt. quæ licet in exemplari Græco deſiderentur, non minus tamen Ignatij eſſe poſſunt, & Ignatium ſapiunt.

O quam te memorem Virgo (ait Poeta) *namque haud tibi vultus*
Mortalis, nec vox hominem ſonat. O dea certe.

Obuerſabatur quidem illa venerabilis ſpecies; ſed ei nemo Senatorum ſubueniebat. Et verum eſt quod ille vetus ex Chriſti ſchola: *Sapiens probitas laudatur, ſed nullus eam ſtipat populus, nulla multitudo ambit, homo nullus amplectitur; & in mundo iſto, velut in nouercali domo, horret, etiam neceſſarijs diſcooperta, quandiu veſtem ſuæ non habuerit dignitatis. Sapiens laudatur & alget*, ait Paganitas.

5 PROBÆ IVVENTÆ.] *Vt proba iuuenta, neque famoſi carminis.*

6 PROCONSVL.] *Proconſulatum Aſiæ, pro claritate ſibi potius accommoda, quam ex vtilitate communi egiſſet.* Et illud, *tum*, detractum verbo, *proconſul*, dederunt verbo, *accommodatum*, pro *accommoda*. Idem exemplum ſupra, vbi, *quod*, pro *qua*, reſcripſere.

7 ACCIDERAT.] Scribunt: *Acciderat ſane pietati Seruiliæ (id etenim nomen puellæ fuit) qua charitate erat erga parentem.* Sed puto ſcriptum fuiſſe: *Acciderat ſane pietati Seruiliæ id (etenim nomen puellæ fuit) quâ charitate erat erga parentem*, &c. Id eſt, hoc acciderat Seruiliæ pietati, vt pecuniam magis largiretur, qua charitate erat præcipua erga parentem. Nam *pietate Seruiliæ id acciderat*, id eſt per pietatem, non placet, nec Taciti manus eſt.

Tacitus explicatus.

8 SERVILIÆ.] Quæ Romana erat familia, mulier valde nobilis. Plinius libr. 34. capite 13. *Seruiliorum familia habet trientem ſacrum, cui ſumma cum cura, magnificentiaque, ſacra quotannis faciunt. Quem ferunt alias creuiſſe, alias decreuiſſe videri. Et ex eo, aut honorem, aut diminutionem familiæ fieri.* Paſcebatur auro & argento, & conſumebat vtrumque. En ſuperſtitio fœda, ſed Paganis vſitata.

Talentum Seruiliorum familiæ.
Fœminarum deprecantium forma.

9 P. EGNATIVS.] An nepos Egnatij Rufi, qui in deſpectum Auguſti, dicebat ſe integram vrbem ſucceſſori reliquiſſe? dubito. Sed interpres Iuuenalis, ita de noſtro. *Egnatium philoſophum ſignificat, qui filiam Bareæ Sorani, quam cum ipſe ad magicam deſcendiſſet, hortatus, detulit Neroni.* Corrigunt ita: *Quam cum ipſe ad magicam deſcendiſſet hortatu, Neroni detulit.* Corrigo ego, ſed alio modo, & ex veris: *Quam cum ipſe ad magicam diſcendam eſſet hortatus, Neroni detulit.* Quippe verbum *deſcendiſſet*, pro *diſcendam eſſet*, notarum reliquia eſt. Noto autem Baream inter nobiliores Romanos. Iuuenalis Sat. 5.

—— tu Camerinos,
Et Baream, tu nobilium magna atria curas.

Noto etiam tres Egnatios: vnum in epiſtolis Ciceronis lib. 13. *Lucio*, inquit, *Egnatio, equite Rom. vel familiariſſime vtor.* Qui Egnatius Rufus dictus. Quod indicat eodem libro alia epiſtola. Secundus eſt Egnatius, qui vixit temporibus Auguſti. & hic tertius, qui vitia facundiſſime accuſans, intercutibus vitijs ſtagnabat.

Tres Egnatij.

10 HONESTI ET EXERCITI.] Non ita, ſed, *ad exprimendam imaginem honeſti, & ex tetricis.* Sic tollo crucé a magnis ingenijs. Ait enim Stoicum fuiſſe, nec Stoicum vulgarem, ſed vnum ex tetricis: id eſt qui & vultu, & habitu & compoſitis moribus, ſe inter ſeueriores, & triſtiores, & rigidiores Stoicos ferret. Spart. in Nigro: *Vſui denique Reip. ſub Seuero homine tetrico eſſe potuiſſet, ſi cum eo eſſe voluiſſet.* Ita etiam noſter ſuperius. *Habitum, vultumque ſectantur rigidi & triſtes.* Quod accuſatores Thraſeæ ei obiectabant. Et libro 14. *Nec deerant, qui voce, vultuque triſti, inter oblectamenta regia ſpectari cuperent.* Martialis libr. 2. epigramm. 36.

Tacitus correctus.
Et explicatus.

Nunc tibi ſunt pilis, & ſunt tibi pectora ſetis
Horrida: ſed mens eſt Pannice vulſa tibi.

Iuuenalis Satyr. 10.

- Deformem ac tetrum ante omnia vultum.

Sic duo Tetrici inter Romanos tyrannos dicti, Tetricus Senior & Tetricus Iunior. Arnobius libr. 4. *In mores tetrica aſperitate durati.* *Tetricos* vocat Lactantius acerrimos Stoicos. Loquens de Seneca: *Sunt autem multi, qui iſta ſpecie fallant, virtutem verba putent.* Iuuenalis Sat. 14.

Qui tetrici.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra,
Cum ſit triſte habitu, vultuque & veſte ſeuerum.

Syneſius epiſt. 154. *Viris tetricis ſupercilium, papæ! quam eſt minax, quam elatum?* Certe *odi homines ignaua opera, philoſopha ſententia.* Et puto verum quod Domitius ſapiens ille inſanus dicebat de philoſophis ex M. Catone. *Vos phi-*

loſophi, mera eſtis mortuaria gloſſaria.

11 PECVNIA RECLVSA SVNT.] Id eſt, vbi recondita illa vitia, per pecuniam patuere. Sic noſter ſupra, de Milicho dominum accuſante. *Cum ſeruilis animus præmia perfidiæ reputauit, ſimulque immenſa pecunia, & poteſtas obuerſabantur; ceſſit fas, & ſalus patroni.* O funeſta pecunia, quid non deſignas?

12 SPECIE BONARVM ARTIVM.] Seneca libro 2. de Ira, deſcribit hoc modo Egnatios & vere: *Alius delator venit eius criminis, cuius manifeſtior reus eſt, & index damnationis quæ fecit, eligitur.*

13 AMICITIÆ FALLACES.] *Amicitiæ fallaces.* Qui multi hoc ſæculo, ſed ex Catone:

Damnaris nunquam poſt longum tempus amicũ.
Mutauit mores, ſed pignora prima memento.

Idem tamen dies & honeſtum exemplum tulit [1] Caſſij Aſclepiodoti, qui magnitudine opum præcipuus inter Bithynos, quo obſequio florentem Soranum celebrauerat, [2] labentem non deſeruit. Exutuſque omnibus fortunis, & in exilium [3] actus, [4] * æquitate deum erga bona malaque documenta. Thraſeæ Soranoque & Seruiliæ datur mortis arbitrium. Heluidius & Paconius Italia depelluntur. [5] Montanus patri conceſſus eſt, prædicto ne in Rep. haberetur. Accuſatoribus Eprio & Coſſutiano [6] quinquagies ſeſtertium ſingulis, Oſtorio duodecies & quæſtoria inſignia tribuuntur. Tum ad Thraſeam in hortis agentem [7] quæſtor conſulis [8] miſſus, veſperaſcente iam die illuſtrium virorum fœminarumque cœtus frequentes egerat, maxime intentus Demetrio Cynicæ inſtitutionis doctori: cum quo, vt coniectare erat intentione vultus, & auditu ſi qua clarius proloquebantur, de natura animæ, & diſſociatione ſpiritus corporiſque [9] inquirebat: donec aduenit Domitius Cæcilianus ex intimis amicis, & ei quid Senatus cenſuiſſet, expoſuit. Igitur flentes quiritanteſque qui aderant, faceſſere propere Thraſea, neu pericula ſua miſcere cum ſorte damnati hortatur. Arriamque tentantem mariti ſuprema, & exemplum [10] Arriæ matris ſequi, monet retinere vitam, filiæque communi ſubſidium vnicum non adimere. Tum progreſſus in porticum, illic a quæſtore reperitur, lætitiæ propior, quia Heluidium generum ſuum Italia tantum arceri cognouerat. Accepto dehinc Senatuſconſulto, Heluidium & Demetrium in cubiculum inducit: porrectis vtriuſque brachij venis, [7] poſtquam cruorem effudit, humum ſuper ſpargens, propius vocato quæſtore, *Libemus*, inquit, *Ioui Liberatori. Specta iuuenis, & omen quidem dij prohibeant: cæterum in eá tempora natus es, quibus firmare animum expedit conſtantibus exemplis.* Poſt lentitudine exitus graues cruciatus afferente, obuerſis in Demetrium * * *

de deum æquitate erga bona malaq. dedit documenta.

Moribundi ſapientis pulchræ de anima diſſertiones.

Mors honeſti viri inter mortis anxietates.

1 CASSII ASCLEPIODOTI.] Simile eſt elogium Meſſallæ, de philoſopho Speuſippo, cum Auguſto eum conciliaret. *En amicus noſter Speuſippus, qui Brutum in nouiſſimis non reliquit.* Viri boni elogium elegans, ſed a Meſſalla profectum, elegantius.

Meſſalla Speuſippum Auguſto conciliat.

2 LABENTEM NON DESERVIT.] Itaque recte Cicero 9 famil. *Vt aurum igne; ſic beneuolentia fidelis, periculo aliquo perſpici poteſt. Periculum ignis eſt, & calamitas, fides aurum quod probat. At in multis non aurum; ſed aurichalcum.* Imo plumbum merum.

3 ACTVS.] *Actus eſt.*

4 ÆQVITATE DEVM ERGA BONA.] Lego, de *Deum æquitate erga bona malaque dedit documenta.* Sic Hiſt. 4. *Benignitate deum fractæ vires hoſtium.* Et nota omittere ſæpe exſcriptores iſtas particulas minutulas, quod facillime intelligantur. nam geminantur. Ait autem æque Deos curare bona ac mala. Quæ Taciti impia fuit ſententia, dantis omnia fatis, nihilque diuinæ prouidentiæ. Sic Horatius libr. 1. Satyr.

Tacitus dat omnia fatis & nihil prouidentiæ.

– *Namque Deos didici ſecurum agere æuum,*
Nec ſi quid miri faciat Natura, Deos id
Triſtes ex alto cæli demittere tecto.

Horatius Epicureus in eadem ſententia.

Sic Diogenes Laert. in Pyrrhone ait, *de Dijs Græcos diuerſe ſentire: alios prouidentiam Deorum confiteri, alios negare.* Quadrigarius ex Gellio libr. 17. cap. 2. *Hæc maxime verſatur Deorum iniquitas, quod deteriores ſunt incolumiores, neque optimum quempiam ſinunt inter nos diurnare.* Quæ

Nil curare Deos.

Græci de Dijs diuerſa ſentiũt.

mala

Tacitus mendaciorum loquaciſſimus a Tertulliano dictus.

mala & infœlix ſententia. O Tacite, quam te in hac parte dixit Tertullianus vere *mendaciorum loquaciſſimum*. Vtinam heic tacuiſſes, nunquam poſtea taciturus. Nec ſemel hæc dixit: ſed in hiſtorijs palam. Nam Hiſt. 1. *Nec enim vnquam altioribus P. R. cladibus magiſve iuſtis indicijs approbatum eſt, non eſſe curæ Dijs ſecuritatem noſtram, eſſe vltionem.* (ſic Deos Paganorum eſſe Dæmones fatetur) *Atque non adeo fuiſſe ſterile ſæculum, quin bona exempla ediderit.* Iuuenalis Sat. 13. eos reprehendit:

Dij ex Tacito non habent curæ ſecuritatem mortalium ſed vltionem. Ergo Dæmones, non Dij.

Sunt in Fortunæ qui caſibus omnia ponunt,
Et nullo credant mundum rectore moueri,
Natura voluente vices & lucis, & anni.

Prouidentia Dei a Chriſtianis edocta grauiter.

Sed de prouidentia Dei, nemo melius noſtris Chriſtianis; magnis hercule, atque glorioſis viris. Et in Malachia iſtud legas & notes cap. 3. *Vanus eſt qui ſeruit Deo: & quod emolumentum quia cuſtodiuimus præcepta eius? In die quam ego facio videbitis quid ſit inter iuſtum & impium, inter ſeruientem Deo & non ſeruientem.*

5 MONTANVS PATRI.] Ad emendationem ſcilicet, quod paſſim fiebat, tit. de emendar. propinq.

6 QVINQVAGIES SESTERTIVM.] *Sed grande gaudium*, inquit Tacitus in Hiſtor. *quod tam pauperes eſſent quibus donarat Nero, quam quibus abſtulerat.*

Quæſtor Principis. Quæſtor Conſulis. Quæſtor Proconſulis.

7 QVÆSTOR CONSVLIS.] Ad differentiam Quæſtoris principis. Quæſtor eſt Conſulis, qui Quæſtor olim Reipub. vt quæſtor Proconſulis, qui Quæſtor prouinciæ.

8 MISSVS.] *Miſſus eſt.*

9 INQVIREBAT.] *Anquirebat*, lego. Eſt enim Taciti natiua ſcriptio: vt docui ſupra.

10 ARRIÆ MATRIS.] Fuit incredibilis amor Paganarum erga maritos; quem Valerius perſequitur: & eſt memorandum vetus monumentum maioribus litteris de hac re ſcriptum.

D. M.

Pub. Cornelia Annia ne in deſolata orbitate ſuperuiuerem, miſera viuam me vltro in hanc arcam cum viro defuncto incomparabili amore dilacerata damnatam dedo. Cum quo vixi annos XX. ſine vlla do. (puto legendum, *ſine vllo diuortio*) *Liberis libertabuſque noſtris, vt quotannis ſuper arcam noſtram Plotoni & oxori Proſerpinæ omnibuſque dijs ſacruficent roſiſque exornent, de reliquo ibi epulentur, do de pecunia mea LLS X. atque T faciundum delegaui. Vale vita.*

11 POSTQVAM.] Lego, *Poſtquam autem.* nam in verbo, *poſtquam*, in fine, *autem*, reperias.

12 OBVERSIS IN DEMETRIVM.] *Obuerſis in Demetrium oculis. Nonne tibi videor, inquit, libare Ioui Liberatori? Atque ſingulis amicis oſcula offerens, exanimatus eſt.* Hæc autem ex veteri ſcholiaſte Iuuenalis addidi, Sat. 5. Demetrius autem ille Cynicus erat, quem memorat Philoſtratus in vita Apollonij.

Nunc exclamo iſtud Martialis.

Ohe iam ſatis eſt; ohe libelle,
Iam perueniminus vſque ad vmbilicum.

Atque vtinam reliquum adeſſet, licet plagoſum, quod emendaremus. Sed quoniam vltra progredi non datur; heic ad CHRISTVM verſi, ita de ſuſcepto, & peracto labore gratias agemus. HÆC *ſunt* CHRISTE *pater, & Domine, quæ tuis auſpicijs meditata digeſſimus, digeſta exſcripſimus, exſcriptaque publicauimus. Ad te laus redeat, quæ a te profecta eſt. Nobis Chriſtianis, Paganum authorem illuſtraſſe, nec tædet, nec pudet, quia hoſtium amor tibi pro titulo eſt.* O CHARITAS, *quid te melius, quid ſuauius? Sentiat hoc ſaltem ingrata Gentilitas, Chriſtianum nomen ſibi profuiſſe, quæ tam ſæpe, fuſo amicorum tuorum ſanguine, rubuit nec erubuit. Dolemus tamen (nec fruſtra) quod relictis Bibliorum fontibus limpidiſſimis, quibus imperiorum ratio, & regendorum populorum certiſſimus modus, in paludoſo Paganitatis ſolo, medijſque Rauennatibus ſibi ciſternas fodiat Chriſtianitas tota. Tantine vitrum, quanti margaritum?* O CHRISTE, *qui te neſcit, & ſe neſcit. At tibi,* TRINITATIQVE *ſummæ ſit ſumma laus, honor, virtus & gloria in æternum. Amen.*

LVDOVICVS DORLEANS, HÆC SCRIBEBAT
ANTVERPIÆ IN NIDVLO SVÆ SECESSIONIS.

FINIS NOVARVM COGITATIONVM IN
Annales C. Cornelij Taciti.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV NERONIS
HISTORIARVM LIBER PRIMVS.

A. V. C. DCCCXXII.
Cauſa huius ſcriptionis.
Priora, priores ſcripſerunt.

INITIVM mihi operis Ser. Galba iterum, T. Vinius conſules erunt. Nam poſt conditam vrbem DCC. & XX. prioris æui annos multi auctores retulerunt: dum res populi Rom. memorabantur, pari eloquentia ac libertate. Poſtquam bellatum apud Actium, atque *omnem poteſtatem ad vnum conferri pacis inter- fuit; magna illa ingenia ceſſere. Simul veritas pluribus modis infracta. primum inſcitia Reip. vt alienæ, mox libidine aſſentandi, aut rurſus odio aduerſus dominantes. Ita neutris cura poſteritatis, inter infenſos vel obnoxios. Sed ambitionem ſcriptoris facile auerſeris: obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur. quippe adulationi fœdum crimen ſeruitutis, malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt. Mihi Galba, Otho, Vitellius, nec beneficio nec iniuria cogniti. Dignitatem noſtram a Veſpaſiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius prouectam non abnuerim. ſed incorruptam fidem profeſſis, nec amore quiſquam, & ſine odio dicendus eſt. Quòd ſi vita ſuppeditet, principatum diui Neruæ, & imperium Traiani, vberiorem ſecurioremque materiam ſenectuti ſepoſui: rara temporum felicitate, vbi ſentire quæ velis, & quæ ſentias dicere licet.

* Regiæ codex, omnium

Ipſe hæc poſtrema, pari cura.

Materies operis.
Varia bella.

Opus aggredior plenum variis caſibus, atrox prœliis, diſcors ſeditionibus, ipſa etiam pace ſæuum. Quatuor Principes ferro interempti. Tria bella ciuilia, plura externa, ac plerumque permixta. Proſperæ, in Oriente; aduerſæ, in Occidente res. Turbatum Illyricum, Galliæ nutantes, perdomita Britannia, & * ſtatim miſſa cohorte in Sarmatarum ac Sueuorum gentes, nobilitatus cladibus mutuis Dacus. Mota etiam prope Parthorum arma falſi Neronis ludibrio. Iam vero Italia nouis cladibus, vel poſt longam ſæculorum ſeriem repetitis, afflicta. Hauſtæ aut obrutæ vrbes. Fœcundiſſima Campaniæ ora, & vrbs, incendiis vaſtata; conſumptis antiquiſſimis delubris, ipſo Capitolio ciuium manibus incenſo. Pollutæ cærimoniæ. magna adulteria. plenum exſiliis mare. infecti cædibus ſcopuli. atrocius in vrbe ſæuitum. Nobilitas, opes, omiſſi, geſtique honores pro crimine; & ob virtutes, certiſſimum exitium. Nec minus præmia delatorum inuiſa quam ſcelera: cum alij ſacerdotia & conſulatus vt ſpolia adepti, procurationes alij & interiorem potentiam, agerent ferrent * cuncta. Odio & terrore corrupti in dominos ſerui, in patronos liberti: & quibus deerat

* ſtatim amiſſa: coortæ Sarmatarum

Clades.

Sæuitia.

Miſeriæ.

* cuncta, odio & terrore. Corrupti

inimicus,

Etiã virtutes.

inimicus, per amicos oppreſſi. Non tamen adeo virtutum ſterile ſæculum, vt non & bona exempla prodiderit. Comitatæ profugos liberos matres, ſecutæ maritos in exilia coniuges, propinqui audentes, conſtantes generi, contumax etiam aduerſus tormenta ſeruorum fides. Supremæ clarorum virorum neceſſitates; ipſa neceſſitas fortiter tolerata; & laudatis antiquorum mortibus pares exitus.

Et exitus conſtantes.

Præter multiplices rerum humanarum caſus; cælo terráque prodigia, & fulminum monitus, & futurorum præſagia, læta, triſtia, ambigua, manifeſta. Nec enim vnquam atrocioribus populi Rom. cladibus, magiſve iuſtis iudiciis approbatum eſt, non eſſe curæ deis ſecuritatem noſtram, eſſe vltionem.

Nolim dictum.

Ceterum antequam deſtinata componam, repetendum videtur, qualis ſtatus vrbis, quæ mens exercituum, quis habitus prouinciarum, quid in toto terrarum orbe validum, quid ægrum fuerit: vt non modo caſus euentuſque rerum, qui plerumque fortuiti ſunt, ſed ratio etiam cauſſæque noſcantur.

Cauſæ motuũ ab origine.

Finis Neronis vt lætus primo gaudentium impetu fuerat; ita varios motus animorum, non modo in vrbe apud patres, apud populum, apud vrbanum militem, ſed omnes legiones ducéſque conciuerat, euulgato imperij arcano, poſſe Principem alibi quam Romæ fieri.

Mors Neronis varie læta aut triſtis.

Sed patres læti, vſurpata ſtatim libertate, licentius vt erga Principem nouum & abſentem. primores equitum proximi gaudio patrum. pars populi integra, & magnis domibus annexa, clientes libertique damnatorum & exulum, in ſpem erecti.

Bonis & magnis læta.

Plebs ſordida & circo ac theatris ſueta, ſimul deterrimi ſeruorum, aut qui adeſis bonis, per dedecus Neronis alebantur, mœſti & rumorum auidi.

Malis & vilibus, contra.

Miles vrbanus longo Cæſarum ſacramento imbutus, & ad deſtituendum Neronem arte magis & impulſu, quam ſuo ingenio traductus, poſtquam neque dari donatiuum ſub nomine Galbæ promiſſum, neque magnis meritis ac præmiis eundem in pace qui in bello locum, præuentamque gratiam, intelligit, apud Principem a legionibus factum, pronus ad nouas res, ſcelere inſuper Nymphidij Sabini Præfecti imperium ſibi molientis agitatur.

Miles præmia ſpectabat.

Et Nymphidius quidem in ipſo conatu oppreſſus. Sed quamuis capite defectionis ablato, manebat pleriſque militum conſcientia; nec deerant ſermones, ſenium atque auaritiam Galbæ increpantium.

Nymphidius cum turbat.

Laudata olim & militari fama celebrata ſeueritas eius, angebat coaſpernantes veterem diſciplinam, atque ita XIIII. annis a Nerone aſſuefactos, vt haud minus vitia Principum amarent, quam olim virtutes verebantur. Acceſſit Galbæ vox pro Rep. honeſta, ipſi anceps, legi a ſe militem, non emi.

Galba parum benigne habet.

Nec enim ad hanc formam cetera erant. Inualidum ſenem T. Vinius & Cornelius Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignauiſſimus, odio flagitiorum * onerabant, contemptu inertiæ deſtruebant.

Qui & in aliis rebus peccat.

* veteres oneratum,

Tardum Galbæ iter & cruentum, interfectis Cingonio Varrone conſule deſignato; & Petronio Turpiliano conſulari. ille vt Nymphidij ſocius, hic vt dux Neronis, inauditi atque indefenſi, tamquam innocentes perierant. Introitus in vrbem, trucidatis tot millibus inermium militum, infauſtus omine, atque ipſis etiam qui occiderant, formido-

Sæuitiam exercet.

Vrbs plena milite. loſus. Inducta legione Hiſpana, remanente ea quam e claſſe Nero conſcripſerat, plena vrbs exercitu inſolito. * multi adhoc & innumeri e Germania ac Britannia & Illyrico, quos idem Nero electos præmiſſoſque ad clauſtra Caſpiarum, & bellum quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis cœptis reuocauerat: ingens nouis rebus materia, vt non in vnum aliquem prono fauore, ita audenti parata. Forte *Clodius Macer cæſus:* congruerat vt Clodij Macri & Fonteij Capitonis cædes nuntiarentur. Macrum in Africa haud dubie turbantem, * Trebonius Garucianus *Capito cæſus:* procurator, iuſſu Galbæ; Capitonem in Germania, cum ſimilia cœptaret, Cornelius Aquinus & Fabius Valens legati legionum interfecerant, antequam iuberentur. Fuere qui crederent, Capitonem vt auaritia & libidine fœdum ac maculoſum, ita cogitatione rerum nouarum abſtinuiſſe: ſed a legatis bellum ſuadentibus, poſtquam im- *Cum inuidia Galbæ.* pellere nequiuerint, crimen ac dolum compoſitum vltro: & Galbam mobilitate ingenij, an ne altius ſcrutaretur, quoquo modo acta, quia mutari non poterant, comprobaſſe. Cæterum vtraque cædes ſiniſtre accepta: & * inuiſo ſemel Principe, ſeu bene ſeu male facta premunt. *Qui libertis nimis etiam obnoxius.* Iam afferebant venalia cuncta, præpotentes liberti. Seruorum manus ſubitis auidæ, & tamquam apud ſenem feſtinantes. eademque nouæ aulæ mala, æque grauia, non æque excuſata. Ipſa ætas Galbæ, & irriſui & faſtidio erat, aſſuetis iuuentæ Neronis, & Imperatores forma ac decore corporis (vt eſt mos vulgi) comparantibus. Et hic quidem Romæ, tanquam in tanta multitudine, habitus animorum *Cluuius Rufus Hiſpaniæ Præſes.* fuit. E prouincijs, Hiſpaniæ præerat Cluuius Rufus, vir facundus, &, pacis artibus, belli inexpertus. Galliæ, ſuper memoriam Vindicis, obligatæ recenti dono Romanæ ciuitatis, & in poſterum tributi leuamen- *Galliarum pars aliena Galbæ:* to. Proximæ tamen Germanis exercitibus Galliarum ciuitates, non eodem honore habitæ, quædam etiam finibus ademptis, pari dolore *Etiam legiones ad Rhenum.* commoda aliena ac ſuas iniurias metiebantur. Germanici exercitus, quod periculoſiſſimum in tantis viribus, ſoliciti & irati ſuperbia recentis victoriæ, & metu, tamquam alias partes fouiſſent. Tarde a Nerone deſciuerant: nec ſtatim pro Galba Verginius. an imperare voluiſſet dubium: delatum ei a milite imperium conueniebat. Fonteium Capitonem occiſum, etiam qui queri non poterant, tamen indignabantur. Dux deerat, abducto Verginio per ſimulationem amicitiæ: quem non remitti, atque etiam reum eſſe, tãquam ſuum crimen *Hordeonius Flaccus parti earum præfectus:* accipiebant. Superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum ſpernebat, ſenecta ac debilitate pedum inualidum, ſine conſtantia, ſine auctoritate: ne quieto quidem milite, regimen. adeo furentes infirmitate retinentis vltro etiam accendebantur. Inferioris Germaniæ legiones diutius ſine conſulari fuere: donec, miſſu Galbæ, Vitellius ad- *Parti Vitellius.* erat, cenſoris Vitellij ac ter conſulis filius. Id ſatis videbatur. In Britã- *Britannicæ legiones modeſtæ.* nico exercitu nihil irarũ. Non ſane aliæ legiones, per omnes ciuilium bellorum motus, innocentius egerunt: ſeu quia procul, & Oceano diuiſæ; ſeu, crebris expeditionibus, doctæ hoſtem potius odiſſe. Quies & Illyrico: quãquam excitæ a Nerone legiones, dum in Italia cunctãtur, Verginium

Right margin: * multi adhoc numeri. — * Trebonianus, eſt Plutarcho. — * inuiſum C principem

Verginium legationibus adiſſent. Sed longis ſpatijs diſcreti exercitus, quod ſaluberrimum eſt ad continendam militarem fidem, nec vitijs nec viribus miſcebantur. Oriens adhuc immotus. Syriam & quatuor legiones obtinebat Licinius Mucianus, vir ſecundis aduerſiſque iuxta famoſus. Inſignes amicitias iuuenis ambitioſe coluerat. mox attritis opibus, lubrico ſtatu, ſuſpecta etiam Claudij iracundia, in ſecretum Aſiæ repoſitus, tam prope ab exſule fuit, quam poſtea à Principe. Luxuria, induſtria, comitate, arrogantia, malis boniſque artibus mixtus. nimiæ voluptates, cum vacaret: quoties expedierat, magnæ virtutes. Palam laudares, ſecreta male audiebant. Sed apud ſubiectos, apud proximos, apud collegas, varijs illecebris potens: & cui expeditius * fuerat tradere imperium, quam obtinere. Bellum Iudaicum Flauius Veſpaſianus (ducem eum Nero delegerat) tribus legionibus adminiſtrabat. Nec Veſpaſiano aduerſus Galbam votum, aut animus. Quippe T. filium ad venerationem cultumque eius miſerat, vt ſuo loco memorabimus. Occulta lege fati, & oſtentis ac reſponſis deſtinatum Veſpaſiano liberiſque eius imperium, poſt fortunam credidimus. Ægyptum copiaſque quibus coërceretur, iam inde a diuo Auguſto, equites Romani obtinent loco regum. Ita viſum expedire, prouinciam aditu difficilem, annonæ fecundam, ſuperſtitione, ac laſciuia diſcordem & mobilem, inſciam legum, ignaram magiſtratuum, domi retinere. Regebat tum Tiberius Alexander eiuſdem nationis. Africa, ac legiones in ea, interfecto Clodio Macro, contentæ qualicunque Principe, poſt experimentum domini minoris. Duæ Mauritaniæ, * Rhætia, Noricum, Thracia, & quæ aliæ procuratoribus cohibentur, vt cuique exercitui vicinæ, ita in fauorem aut odium contactu valentiorum agebantur. Inermes prouinciæ, atque ipſa in primis Italia, cuicunque ſeruitio expoſitæ, in pretium belli ceſſuræ erant. Hic fuit rerum Romanarum ſtatus, cum Ser. Galba iterum, Titus Vinius conſules, inchoauere annum ſibi vltimum, Reip. prope ſupremum. Paucis poſt Kalen. Ian. diebus Pompeij Propinqui procuratoris, e Belgica litteræ afferuntur, ſuperioris Germaniæ legiones, rupta ſacramenti reuerẽtia, Imperatorem alium flagitare, & ſenatui ac Pop. Rom. arbitrium eligendi permittere, quo ſeditio mollius acciperetur. Maturauit ea res conſilium Galbæ, iam pridem de adoptione ſecum & cum proximis agitantis. Non ſane crebrior tota ciuitate ſermo per illos menſes fuerat. primum licentia ac libidine talia loquendi, dein feſſa * iam ætate Galbæ. Paucis iudicium, aut Reip. amor: multi occulta ſpe, prout quis amicus vel cliens, hunc vel illum * ambitionis rumoribus deſtinabant. Et iam in T. Vinij odium diuerterant, qui in dies quanto potentior, * eodem [actu] inuiſior erat. Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates, ipſa Galbæ facilitas intendebat: cum apud infirmum & credulum minore metu, & maiore præmio peccaretur. Potentia principatus diuiſa in T. Vinium conſulem, & Cornelium Laconem prætorij præfectum. Nec minor gratia Icelo Galbæ liberto, quem annulis donatũ equeſtri nomine Martianũ

Marginal notes (left):

* fuerit
* Rhætiæ,
* Rhen. feſſa annis ætate
* ambitioſis
* eadem inuiſior,

Marginal notes (right):

Syriæ præſes Mucianus.
Eius vita breuiter, & ingenium.
Veſpaſianus cum Iudæis belligerat.
Ægypti Præſes Ti. Alexander.
Nuncij de legionum Germanicarum defectione.
Galba de adoptando Cæſare cogitat.
Quem alij alium deſtinant.
Galba ipſe vix ſui arbitrij.
Triumuiri cum regunt, aut diſtrahunt.

vocitabant. Hi diſcordes, & rebus minoribus ſibi quiſque tendentes, circa conſilium eligendi ſucceſſoris in duas factiones ſcindebātur. Vinius pro M. Othone; Laco atque Icelus conſenſu non tam vnum aliquem fouebant, quam alium. Neque erat Galbæ ignota Othonis ac T. Vinij amicitia, ex rumoribus nihil ſilentio tranſmittentium: quia Vinio vidua filia, cælebs Otho, gener ac ſocer deſtinabantur. Credo & Reip. curam ſubiſſe, fruſtra a Nerone tranſlatæ, ſi apud Othonem relinqueretur. namque Otho pueritiam incurioſe, adoleſcentiam petulanter egerat, gratus Neroni æmulatione luxus. Eoque iam Poppæam Sabinam Principale ſcortum, vt apud conſcium libidinum depoſuerat, donec * Octauiam vxorem amoliretur. Mox ſuſpectum in eadem Poppæa, in prouinciam Luſitaniam ſpecie legationis ſepoſuit. Otho, comiter adminiſtrata prouincia, primus in partes tranſgreſſus, nec ſegnis, & donec bellum fuit, inter præſentes ſplendidiſſimus, ſpem adoptionis ſtatim conceptam, acrius in dies rapiebat: fauentibus pleriſque militum, prona in eum aula Neronis vt ſimilem. Sed Galba, poſt nuntios Germanicæ ſeditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum, anxius quonam exercituum vis erumperet, ne vrbano quidem militi confiſus, quod remedium vnicum rebatur, comitia imperij tranſigit. Adhibitoque ſuper Vinium ac Laconem, Mario Celſo conſule deſignato, ac Ducenio Gemino præfecto vrbis, pauca præfatus de ſua ſenectute, Piſonem Licinianum accerſiri iubet: ſeu propria dilectione, ſiue, vt quidam tradiderunt, Lacone inſtante. cui apud Rubellium Plautum exercita cum Piſone amicitia: ſed callide vt ignotum fouebat, & proſpera de Piſone fama conſilio eius fidem addiderat. Piſo M. Craſſo & Scribonia genitus, nobilis vtrimque, vultu habituque moris antiqui, & æſtimatione recta ſeuerus, deterius interpretantibus triſtior habebatur. Ea pars morum eius, quo ſuſpectior ſolicitis, adoptanti placebat. Igitur Galba apprehenſa Piſonis manu, in hunc modum locutus fertur. *Si te priuatus, lege curiata apud Pontifices, vt moris eſt, adoptarem; & mihi egregium erat tunc, Pompeij & M. Craſſi ſubolem in penates meos adſciſcere; & tibi inſigne, Sulpitiæ ac Lutatiæ decora, nobilitati tuæ adieciſſe. Nunc me deorum hominumque conſenſu ad imperium vocatum, præclara indoles tua, & amor patriæ impulit, vt principatum, de quo maiores noſtri armis certabant, bello adeptus, quieſcenti offeram. exemplo diui Auguſti, qui ſororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes ſuos, poſtremo Tiberium Neronem priuignum, in proximo ſibi faſtigio collocauit. Sed Auguſtus in domo ſucceſſorem quæſiuit, ego, in Rep. Non quia propinquos aut ſocios belli non habeam: ſed neque ipſe imperiū ambitione accepi; & iudicij mei documentū ſint, non meæ tantum neceſſitudines, quas tibi poſtpoſui, ſed & tuæ. Eſt tibi frater pari nobilitate, natu maior, dignus hac fortuna, niſi tu potior eſſes. Ea ætas tua quæ cupiditates adoleſcētiæ iam effugerit: ea vita, in qua nihil præteritum excuſandum habeas. Fortunam adhuc tantum aduerſam tuliſti. Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant: quia miſeriæ tolerantur, fælicitate corrumpimur. Fidem, libertatem, amicitiam, præcipua humani animi bona, tu*

T. Vinius Othonem promouet.

Qui non ea fortuna dignus.

* Regius cod. Octauia vxor amoueretur.

Tamen calidè ambiebat.

Sed Galba alium ab omniū mente eligit,

Piſonem Licinianum,

Virum nobilem, & ſeuerum.

Galbæ ad eum aurea oratio.

quidem

*quidem eadem conſtantia retinebis: ſed alij per obſequium imminuent. Irrumpet adulatio, blanditiæ peſſimum veri affectus venenum, ſua cuique vtilitas. Etiam ego ac tu ſimpliciſſime inter nos hodie loquimur; cæteri, libentius cum fortuna noſtra, quam nobiſcum. Nam ſuadere Principi quod oporteat, multi laboris: aſſentatio erga Principem quemcumque, ſine affectu peragitur. Si immenſum imperij corpus ſtare ac librari ſine rectore poſſet, dignus eram, a quo Reſp. inciperet. Nunc eo neceſſitatis iampridem ventum eſt, vt nec mea ſenectus conferre plus Populo Rom. poſſit, quam bonum ſucceſſorem; nec tua plus iuuenta, quam bonũ Principem. Sub Tiberio, & Caio, & Claudio, vnius familiæ quaſi hereditas fuimus: loco libertatis erit, quod eligi cœpimus. Et finita Iuliorum Claudiorumque domo, optimũ quemque adoptio inueniet. Nam generari & naſci à Principibus, fortuitum, nec vltra æſtimatur: adoptãdi iudicium integrum; & ſi velis eligere, cõſenſu monſtratur. Sit ante oculos Nero, quem lõga Cæſarũ ſerie tumẽtem, non Vindex cum inermi prouincia, aut ego cum vna legione, ſed ſua immanitas, ſua luxuria ceruicibus publicis depulere. Neque erat adhuc damnati Principis exẽplum. Nos bello, & ab æſtimantibus aſciti, cum inuidia quamuis, egregij erimus. Ne tamen territus fueris, ſi duæ legiones in hoc concuſſi orbis motu nondũ quieſcunt. Ne ipſe quidem ad ſecuras res acceſſi: & audita adoptione, deſinam videri ſenex, quod nunc mihi vnum obijcitur. Nero a peſſimo quoque ſemper deſiderabitur: mihi ac tibi prouidendũ eſt, ne etiã a bonis deſideretur. Monere diutius neq. tẽporis huius, & impletũ eſt omne cõſilium, ſi te bene elegi. Vtiliſſimus * quidem ac breuiſſimus bonarũ malarumq. rerũ dilectus, cogitare quid aut nolueris ſub alio Principe, aut volueris. Neque enim heic, vt in cæteris gentibus quæ regnantur, certa dominorũ domus, & cæteri ſerui: ſed imperaturus es hominibus, qui nec totam ſeruitutem pati poſſunt, nec totam libertatem.* Et Galba quidẽ, hæc ac talia, tanquam Principem faceret; cæteri, tanquam cum facto loquebantur. Piſonem ferunt ſtatim intuentibus, & mox coniectis in eum omniũ oculis, nullum turbati, aut exultantis animi motum prodidiſſe. Sermo erga patrem imperatoremque reuerens, de ſe moderatus, nihil in vultu habituque mutatum: quaſi imperare poſſet magis, quam vellet. Conſultatum inde, pro roſtris, an in ſenatu, an in caſtris adoptio nuncuparetur. Iri in caſtra placuit. honorificum id militibus fore, quorum fauorem vt largitione & ambitu male acquiri, ita per bonas artes haud ſpernendum. Circũſteterat interim palatium publica expectatio magni ſecreti impatiens, & male coërcitam famam ſupprimentes augebant. Quartum Idus Ianu. fœdum imbribus diem, tonitrua & fulgura & cæleſtes minæ vltra ſolitum turbauerant. Obſeruatum id antiquitus comitiis dirimendis, non terruit Galbam quo minus in caſtra pergeret: contemptorem talium vt fortuitorum; ſeu quæ fato manent, quamuis ſignificata, non vitantur. Apud frequentem militum concionem, imperatoria breuitate, adoptari a ſe Piſonem * more diui Auguſti, & exẽplo militari, quo vir virum legeret, pronuntiat: ac ne diſſimulata ſeditio in maius crederetur, vltro aſſeuerat, quartam & duodeuiceſimam legiones, paucis ſeditionis auctoribus, non vltra verba ac voces erraſſe, & breui in officio fore. Nec vllum orationi aut lenocinium * additum, aut pretium. Tribuni tamen centurioneſque, & proximi

* Cod. regius, idem

Piſo par fortunæ:

Eamque immotus excipit.

In caſtra itur:

Adoptio exponitur:

* Ferretus, exẽplo diui Auguſti, & more militari,

Sed donatiui nulla mentio.

* Veneta editio, addidit,

militum,gratabundi reſpondent. per cæteros mœſtitia ac ſilentium,
tanquam vſurpatam etiam in pace donatiui neceſſitatem, bello per-
Et omnino Galba nimis reſtrictus. didiſſent. Conſtat potuiſſe conciliari animos quantulacunque parci
ſenis liberalitate. Nocuit antiquus rigor & nimia ſeueritas,cui iam pa-
res non ſumus. Inde apud ſenatum non comptior Galbæ, non lõgior
Inde apud Patres publicata adoptio: quam apud milites ſermo: Piſonis comis oratio. Et patrum fauor ad-
erat,multi voluntate effuſius, qui noluerant medie, ac plurimi obuio
Admodum ea lætos. obſequio priuatas ſpes agitantes,ſine publica cura. Nec aliud ſequenti
quatriduo (quod medium inter adoptionem & cædem fuit) dictum
a Piſone in publicum, factumve. Crebrioribus in dies Germanicæ
defectionis nuntiis, & facili ciuitate ad accipienda credendaque
omnia noua, cum triſtia ſunt, cenſuerant patres mittendos ad Ger-
Legati ad legiones Germanicas miſſi. manicum exercitum legatos. agitatum ſecreto, num & Piſo profici-
ſceretur * maiore prætextu: illi auctoritatem ſenatus, hic dignatio- * Suſpectum.
nem Cæſaris laturus. Placebat & Laconem prætorij præfectum ſimul
mitti. Is conſilio interceſſit. Legati quoque (nam ſenatus electionem
Galbæ permiſerat) fœda inconſtantia nominati, excuſati, ſubſtituti,
ambitu remanendi aut eundi, vt quemque metus vel ſpes impulerat.
Pecunia in publicũ quæſita: Proxima pecuniæ cura. Et cuncta ſcrutantibus iuſtiſſimum viſum eſt,
inde repeti, vnde inopiæ cauſa erat. Bis & vicies * mille ſeſtertium do- * millies
Et repetita a Neronis aſſeclis. nationibus Nero effuderat. Appellari ſingulos iuſſit, decuma parte
liberalitatis apud quemque eorum relicta. At illis vix decumæ ſuper
portiones erant: iiſdem erga aliena ſumptibus, quibus ſua prodege-
rant, cum rapaciſſimo cuique ac perditiſſimo, non agri, aut fœnus, ſed
ſola inſtrumenta vitiorum manerent. Exactioni * xxx. equites Ro- * quinquaginta, qui numerus in Suetonio.
mani præpoſiti, nouum officij genus, & ambitu ac numero oneroſum:
vbique haſta, & ſector, & inquieta vrbs auctionibus. Attamen grande
gaudium, quod tam pauperes forent quibus donaſſet Nero, quam
quibus abſtuliſſet. Exauctorati per eos dies tribuni, e prætorio An-
tonius Taurus, & * Antonius Naſo: ex vrbanis cohortibus, Æmy- * Farn. cod. Aurelius.
lius Pacenſis: e vigiliis, Iulius Fronto. Nec remedium in cæteros fuit,
ſed metus initium: tanquam per artem & formidinem ſinguli pelle-
Otho ad imperium ſe exſtimulat: rentur, omnibus ſuſpectis. Interea Othonem, cui compoſitis rebus
nulla ſpes, omne in turbido conſilium, multa ſimul exſtimulabant:
luxuria etiam Principi oneroſa, inopia vix priuato toleranda, in Gal-
bam ira, in Piſonem inuidia. Fingebat & metum, quo magis concupi-
ſceret. *Prægrauem ſe Neroni fuiſſe. nec Luſitaniam rurſus aut alterius exilij
honorem exſpectandum: ſuſpectũ ſemper inuiſumque dominãtibus, qui proximus
deſtinaretur. Nocuiſſe id ſibi apud ſenem Principem: magis nociturum apud iu-
uenem, ingenio trucem, & longo exilio efferatum. Occidi Othonem poſſe. proin
agendum audendumque dum Galbæ auctoritas fluxa, Piſonis nondum coaluiſſet.
Opportunos magnis conatibus trãſitus rerũ: nec cũctatione opus, vbi pernicioſior
ſit quies, quam temeritas. Mortem omnibus ex natura æqualem, obliuione apud
poſteros, vel gloria diſtingui. Ac ſi nocẽtem innocentẽq. idẽ exitus maneat, acrioris
viri eſſe, merito perire.* Non erat Othonis mollis & corpori ſimilis animus.
Item liberti eius: Et intimi libertorum ſeruorumque corruptius quam in priuata domo
habiti,

habiti, aulam Neronis, & luxus, adulteria, matrimonia cæteraſque regnorum libidines auido talium, ſi auderet, vt ſua oſtentantes; quieſcẽti, vt aliena exprobrabant: vrgentibus etiam mathematicis, dum nouos motus, & clarum Othoni annum obſeruatione ſiderum affirmant. genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in ciuitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur. Multos ſecreta Poppææ mathematicos, peſſimum principalis matrimonij inſtrumentum, habuerant: e quibus Ptolemæus Othoni in Hiſpania comes, cum ſuperfuturum eum Neroni promiſiſſet, poſtquam ex euentu fides, coniectura iam & rumore, ſenium Galbæ, & iuuentam Othonis computantium, perſuaſerat fore, vt in imperium aſciſceretur. Sed Otho tanquam peritia, & monitu fatorum prædicta accipiebat, cupidine ingenij humani libentius obſcura credi. Nec deerat Ptolemæus, iam & ſceleris inſtinctor, ad quod facillime ab eiuſmodi voto tranſitur. Sed ſceleris cogitatio incertum an repens, ſtudia militum iam pridem ſpe ſucceſſionis, aut paratu facinoris affectauerat. In itinere, in agmine, in ſtationibus, vetuſtiſſimum quemque militum nomine vocans, ac memoria Neroniani comitatus, contubernales appellando, alios agnoſcere, quoſdam requirere, & pecunia aut gratia iuuare: inſerendo ſæpius querelas, & ambiguos de Galba ſermones, quæque alia turbamenta vulgi. Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperij, atrocius accipiebantur: cùm Campaniæ lacus & Achaiæ vrbes claſſibus adire ſoliti, Pirenæum & Alpes, & immenſa viarum ſpatia, ægrè ſub armis eniterentur. Flagrantibus iam militum animis, velut faces addiderat Meuius Pudens e proximis Tigellini. is mobiliſſimum quemque ingenio, aut pecuniæ indigum, & in nouas cupiditates præcipitem alliciendo, eo paulatim progreſſus eſt, vt per ſpeciem conuiuij quoties Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti, viritim centenos nummos diuideret. quam velut publicam largitionem, Otho, ſecretioribus apud ſingulos præmiis, intendebat. adeo animoſus corruptor, vt Cocceio Proculo ſpeculatori de parte finium cum vicino ambigenti, vniuerſum vicini agrum ſua pecunia emptum dono dederit: per ſecordiam præfecti, quem nota pariter & occulta fallebant. Sed tum e libertis Onomaſtum futuro ſceleri præfecit, a quo Barbium Proculum Teſſerarium ſpeculatorum, & Veturium Optionem eorundem perductos, poſtquam vario ſermone callidos, audaceſque cognouit, pretio & promiſſis onerat, data pecunia ad pertentandos plurium animos. Suſcepere duo manipulares imperium Pop. Rom. transferendum, & tranſtulerunt. In conſcientiam facinoris paucis aſciti, ſuſpenſos cæterorum animos, diuerſis artibus ſtimulant: primores militum, per beneficia Nymphidij vt ſuſpectos; vulgus & cæteros, ira & deſperatione dilati toties donatiui. erant quos memoria Neronis, ac deſiderium prioris licentiæ accenderet. in commune omnes metu mutandæ militiæ terrebantur. Infecit ea tabes legionum quoque & auxiliorum motas iam mentes, poſtquam vulgatum erat labare Germanici exercitus fidem.

Et diuinaculi.

Inter quos Ptolemæus quidam:

Fidem alia prædictione meritus.

Milites in eum proni.

Varia olim arte conciliati.

Et acceſſit corruptor Meuius Pudens.

Qui largitur nummos iis dabat, pro ſportula.

Et Otho ipſe animoſus largitor.

Electi duo milites, aliorum illices.

Hi varie mouent & alienant a Galba.

Et ſtatim: parata manus.

Adeoque parata apud malos ſeditio, etiam apud integros diſſimulatio fuit, vt poſtero Iduum die, redeuntē a cœna Othonem rapturi fuerint, niſi incerta noctis, & tota vrbe ſparſa militum caſtra, nec facilem inter temulentos conſenſum timuiſſent: non Reip. cura, quam fœdare Principis ſui ſanguine ſobrij parabant, ſed ne per tenebras, vt quiſque Pannonici vel Germanici exercitus militibus oblatus eſſet, ignorantibus pleriſque pro Othone deſtinaretur. Multa erumpentis ſeditionis indicia per conſcios oppreſſa; quædam apud Galbæ aures præfectus Laco eluſit, ignarus militarium animorum, conſiliique quamuis egregij, quod non ipſe afferret, inimicus, & aduerſus peritos peruicax. XVIII. Kalend. Febr. ſacrificanti pro æde Apollinis Galbæ, haruſpex Vmbricius triſtia exta, & inſtantes inſidias, ac domeſticum hoſtem prædicit: audiente Othone (nam proximus adſtiterat) idque vt lætum e contrario, & ſuis cogitationibus proſperum interpretante. Nec multo poſt libertus Onomaſtus nuntiat, exſpectari eum ab architecto & redemptoribus. quæ ſignificatio coëuntium iam militum, & paratæ coniurationis conuenerat. Otho, cauſam digreſſus requirentibus, cum emi ſibi prædia vetuſtate ſuſpecta, eoque prius exploranda finxiſſet, innixus liberto, per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad Miliarium aureum, ſub ædem Saturni pergit. Ibi tres & viginti ſpeculatores conſalutatum Imperatorem, ac paucitate ſalutantium trepidum, & ſellæ feſtinanter impoſitum ſtrictis mucronibus rapiunt. Totidem ferme milites in itinere aggregantur; alij conſcientia, plerique miraculo: pars clamore & gladijs, pars ſilentio, animos ex euentu ſumpturi. Stationem in caſtris agebat Iulius Martialis tribunus. Is magnitudine ſubiti ſceleris, an corrupta latius caſtra, ac ſi contra tenderet, exitium metuens, præbuit pleriſque ſuſpicionem conſcientiæ. Antepoſuere ceteri quoque tribuni centurioneſque præſentia dubijs & honeſtis. Iſque habitus animorum fuit, vt peſſimum facinus auderent pauci; plures vellent; omnes paterentur. Ignarus interim Galba & ſacris intentus, fatigabat alieni iam imperij deos: cum affertur rumor, rapi in caſtra incertum quem ſenatorem, mox Othonem eſſe qui raperetur. Simul ex tota vrbe vt quiſque obuius fuerat, alij formidinem augentes, quidam minora vero, ne tum quidem obliti adulationis. Igitur conſultantibus placuit tentari animum cohortis, quæ in palatio ſtationem agebat, nec per ipſum Galbam, cuius integra auctoritas maioribus remediis ſeruabatur: Piſo pro gradibus domus vocatos, in hunc modum allocutus eſt. *Sextus dies agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri, & ſiue optandum hoc nomen ſiue timendum erat, Cæſar aſcitus ſum: quo domus noſtræ aut Reip. fato in veſtra manu poſitum eſt. non quia, meo nomine, triſtiorem caſum paueam, vt qui aduerſa expertus cum maxime, ducam ne ſecunda quidem minus diſcriminis habere: patris & ſenatus & ipſius imperij vicem doleo, ſi nobis aut perire hodie neceſſe eſt, aut, quod æque apud bonos miſerum eſt, occidere. Solatium proximi motus habebamus, incruentam vrbem & res ſine diſcordia tranſlatas. Prouiſum adoptione videbatur, vt ne poſt Galbam quidem bello locus eſſet. Nihil arrogabo mihi nobilitatis aut modeſtiæ. neque enim*

Indicia & initia ſeditionis ſpreta a Lacone.

Prædictum Galbæ diſcrimen. Audiente Othone.

Qui ad coniuratos ſuos pergit:

Paucos pro re tanta.

Rapiunt illum in caſtra.

Et admittitur:

Dū alij ſilent, alij probant.

Ad Galbam is nuncius.

Placuit fidem cohortis excubantis tentari.

Alloquitur Piſo facunde.

enim relatu virtutum, in comparatione Othonis, opus eſt. Vitia, quibus ſolis gloriatur, euertere imperium, etiam cum amicum Imperatoris ageret. Habitune & inceſſu, an illo muliebri ornatu, mereretur imperium? Falluntur, quibus luxuria ſpecie liberalitatis imponit. Perdere iſte ſciet, donare neſciet. Stupra nunc, & comiſſationes, & feminarum cœtus, voluit animo. hæc Principatus præmia putat, quorum libido ac voluptas, penes ipſum ſit; rubor ac dedecus, penes omnes. Nemo enim vnquam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit. Galbam conſenſus generis humani; me Galba, conſentientibus vobis, Cæſarem dixit. Si Reſp. & ſenatus, & populus, vana nomina ſunt: veſtra, commilitones, intereſt, ne Imperatorem peſſimi faciant. Legionum ſeditio aduerſum duces ſuos audita eſt aliquando: veſtra fides famaque, illæſa ad hunc diem manſit. & Nero quoque vos deſtituit, non vos Neronem. Minus xxx. transfugæ & deſertores, quos centurionem aut tribunum ſibi eligentes nemo ferret, imperium aſſignabunt? Admittitis exemplum? & quieſcendo commune crimen facitis? Tranſcendet hæc licentia in prouincias: & ad nos ſcelerum exitus, bellorum ad vos pertinebunt. Nec eſt plus quod pro cæde Principis, quam quod innocentibus datur. ſed proinde a nobis donatiuum ob fidem, quam ab alijs pro facinore accipietis. Dilapſis ſpeculatoribus, cætera cohors non aſpernata concionantem, vt turbidis rebus euenit, timore magis, & nonnullo adhuc conſilio, parat ſigna, quod poſtea creditum eſt, inſidijs & ſimulatione. Miſſus & Celſus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipſanij in porticu tendentes. Præceptum Amulio Sereno & Domitio Sabino primipilaribus, vt Germanicos milites e Libertatis atrio acceſſerent. Legioni claſſicæ diffidebat, infeſtæ ob cædem commilitonum, quos primo ſtatim introitu trucidauerat Galba. Pergunt etiam in caſtra prætorianorum tribuni Cerius Seuerus, Subrius Dexter, Pompeius Longinus, ſi incipiens adhuc & nondum adulta ſeditio melioribus conſiliis flecteretur. Tribunorum Subrium & Cerium milites adorti minis, Longinum manibus coërcent, exarmantque: quia non ordine militiæ, ſed e Galbæ amicis, fidus Principi ſuo, & deſciſcentibus ſuſpectior erat. Legio claſſica nihil cunctata prætorianis adiungitur. Illyrici exercitus electi, Celſum infeſtis pilis proturbant. Germanica vexilla diu nutauere, inualidis adhuc corporibus, & placatis animis, quod eos a Nerone Alexandriam præmiſſos, atque inde rurſus longa nauigatione ægros, impenſiore cura Galba refouebat. Vniuerſa iam plebs palatium implebat, mixtis ſeruitiis, & diſſono clamore, cædem Othonis, & coniuratorum exilium poſcentium, vt ſi in circo ac theatro ludicrum aliquod poſtularent. Neque illis iudicium aut veritas: quippe eodem die diuerſa pari certamine poſtulaturis: ſed tradito more, quemcumque Principem adulandi, licentia acclamationum, & ſtudiis inanibus. Interim Galbam duæ ſententiæ diſtinebant. Titus Vinius *manendum intra domum, opponenda ſeruitia, firmandos aditus, non eundum ad iratos cenſebat: daret malorum pœnitentiæ, daret bonorum conſenſui ſpatium. ſcelera impetu, bona conſilia mora valeſcere. Denique eundi vltro ſi ratio ſit, eandem mox facultatem: regreſſus, ſi pœniteat, in aliena poteſtate.* Feſtinandum cæteris videbatur, antequam creſceret inualida

Illi fidi & proni videntur. Sed verbis.

Mittitur ad conciliandos alios milites.

Etiã ad ipſos prætorianos.

Qui minantur, & ſperunt.

Nec alij ſane audiunt.

Niſi quod plebs æſtuat pro Galba.

Non in longum.

T. Vinius in Palatio manendum cenſet.

Alij celeriter obuiam eundum.

adhuc coniuratio paucorum. *Trepidaturum etiam Othonem, qui furtim*
digreſſus, ad ignaros illatus, cunctatione nunc & ſegnitia terentium tempus,
imitari Principem diſcat. Non exſpectandum, vt compoſitis caſtris, forum
inuadat, & proſpectante Galba Capitolium adeat: dum egregius imperator,
cum fortibus amicis, ianua, ac limine tenus domum cludit, obſidionem nimi-
rum toleraturus. Et præclarum in ſeruis auxilium, ſi conſenſus tantæ multitudi-
nis, & quæ plurimum valet, prima indignatio langueſcat. Proinde intuta,
quæ indecora: vel ſi cadere neceſſe ſit, occurrendum diſcrimini. Id Othoni in-
uidioſius, & ipſis honeſtum. Repugnantem huic ſententiæ Vinium, La-
Inter quos & Laco. — co minaciter inuaſit, ſtimulante Icelo, priuati odij pertinacia, in pu-
blicum exitium. Nec diutius Galba cunctatus, ſpecioſiora ſuadenti-
bus acceſſit. Præmiſſus tamen in caſtra Piſo, vt iuuenis magno nomi-
Idque factũ. — ne, recenti fauore, & infenſus T. Vinio; ſeu quia erat, ſeu quia irati
Vanus interea rumor de cæde Othonis. — ita volebant: Et facilius de odio creditur. Vix dum egreſſo Piſone,
occiſum in caſtris Othonem, vagus primum & incertus rumor, mox
vt in magnis mendacijs, interfuiſſe ſe quidam, & vidiſſe affirmabant;
Seu forte, ſeu conſulto ſparſus. — credula fama, inter gaudentes, & incurioſos. Multi arbitrabantur
compoſitum auctumque rumorem, mixtis iam Othonianis, qui ad
euocandum Galbam, læta falſo vulgauerint. Tum vero non populus
Itaque omnes iam prompti. — tantum & impedita plebs in plauſus & immodica ſtudia, ſed equitum
plerique ac Senatorum, poſito metu incauti, refractis palatij foribus,
Et pro Galba ruere. — ruere intus, ac ſe Galbæ oſtentare, præreptam ſibi vltionem queren-
tes. Ignauiſſimus quiſque, & (vt res docuit) in periculo non auſurus,
nimij verbis, linguæ feroces: nemo ſcire, & omnes affirmare. donec
inopia veri, & conſenſu errantium victus, ſumpto thorace Galba, ir-
ruenti turbæ neque ætate neque corpore ſiſtens, ſella leuaretur. Ob-
Inſigne eius dictum ad vanum militem. — uius in palatio Iulius Atticus ſpeculator, cruentum gladium oſten-
tans, occiſum a ſe Othonem clamauit. Et Galba, *Commilito*, inquit,
At magis firmæ in caſtris mentes. — *quis iuſſit?* inſigni animo ad coercendam militarem licentiam, mi-
nantibus intrepidus, aduerſus blandientes incorruptus. Haud dubiæ
iam in caſtris omnium mentes, tantuſque ardor, vt non contenti ag-
mine & corporibus, in ſuggeſtu, in quo paullo ante aurea Galbæ
ſtatua fuerat, medium inter ſigna Othonem vexillis circumdarent.
Nec tribunis aut centurionibus adeundi locus: gregarius miles caue-
Vera illic alacritas & minæ. — ri inſuper præpoſitos iubebat. Strepere cuncta clamoribus, & tumul-
tu, & exhortatione mutua; non tanquam in populo ac plebe, varijs
ſegni adulatione vocibus, ſed vt quemque affluentium militum aſpe-
xerant, prehenſare manibus, complecti armis, collocare iuxta, præ-
Otho geſtibus excitat. — ire ſacramentum, modo Imperatorem militibus, modo Imperatori
milites commendare. Nec deerat Otho protendens manus, adorare
vulgum, iacere oſcula, & omnia ſeruiliter pro dominatione. Poſt-
quam vniuerſa claſſiariorum legio ſacramentum eius accepit, fidens
viribus, & quos adhuc ſingulos exſtimulauerat, accendendos in com-
mune ratus, pro vallo caſtrorum ita cœpit. *Quis ad vos proceſſerim,*
Etiam apta oratione. — *commilitones, dicere non poſſum: quia nec priuatum me * vocari ſuſtineo,* (* Libri, vocare)
Princeps a vobis nominatus, nec Principem, alio imperante. Veſtrum quoque
nomen

*nomen in incerto erit, donec dubitabitur Imperatorem Populi Rom. in caſtris, an hoſtem habeatis. Auditiſne, vt pœna mea, & ſupplicium veſtrum ſimul poſtulentur? adeo manifeſtum eſt, neque perire nos, neque ſaluos eſſe, niſi vna poſſe. Et cuius leuitatis eſt Galba, iam fortaſſe promiſit: vt qui nullo expoſcente, tot millia innocentiſſimorum ciuium trucidauerit. Horror animum ſubit, quoties recordor feralem introitum, & hanc ſolam Galbæ victoriam, cum in oculis vrbis decumari deditos iuberet, quos deprecantes in fidem acceperat. His auſpicijs vrbem ingreſſus, quam gloriam ad Principatũ attulit, niſi occiſi Obultronij * Sabini, & Cornelij Marcelli in Hiſpania, * Beruichilonis in Gallia, Fõteij Capitonis in Germania, Clodij Macri in Africa, Cingonij in via, Turpiliani in vrbe, Nymphidij in caſtris? Quæ vſquã prouincia, quæ caſtra ſunt, niſi cruenta & maculata? aut, vt ipſe prædicat, emendata & correcta? Nã quæ alij ſcelera, hic remedia vocat: dũ falſis nominibus, ſeueritatẽ pro ſæuitia, parſimoniã pro auaritia, ſupplicia & contumelias veſtras, diſciplinã appellat. Septem a Neronis fine menſes ſunt, & iam plus rapuit Icelus, quã quod Polycleti, & Vatinij, & Elij, [& alij] parauerunt.*

* Albini,

* Cod. regius, Betus Chilonis. Rhen. Vetij. recte.

* Videntur includenda.

Minore auaritia aut licentia graſſatus eſſet T. Vinius, ſi ipſe imperaſſet. nunc & ſubiectos nos habuit tãquam ſuos, & viles vt alienos. Vna illa domus ſufficit donatiuo, quod vobis nunquam datur, & quotidie exprobratur. Ac ne qua ſaltẽ in ſucceſſore Galbæ ſpes eſſet, accerſit ab exilio, quem triſtitia & auaritia ſui ſimillimum iudicabat. Vidiſtis, commilitones, notabili tempeſtate, etiam deos infauſtam adoptionẽ auerſantes. Idem ſenatus, idem Populi Rom. animus eſt. Veſtra virtus expectatur, apud quos omne honeſtis conſilijs robur, & ſine quibus quamuis egregia inualida ſunt. Non ad bellum vos, nec ad periculum voco: omnium militum arma nobiſcum ſunt. Nec vna cohors togata defendit nunc Galbam, ſed detinet. Cum vos aſpexerit, cum ſignum meum acceperit, hoc ſolum erit certamen, quis mihi plurimum imputet. Nullus cunctationi locus eſt in eo conſilio, quod non poteſt laudari niſi peractum. Aperire deinde armamentarium iuſſit. rapta ſtatim arma, ſine more & ordine militiæ, vt prætorianus, aut legionarius inſignibus ſuis diſtingueretur. Miſcentur auxiliaribus, galeis ſcutiſque. Nullo tribunorũ centurionumve adhortante, ſibi quiſque dux & inſtigator: & præcipuum peſſimorũ incitamentum, quod boni mœrebant. Iam exterritus Piſo fremitu crebreſcentis ſeditionis, & vocibus in vrbem vſque reſonãtibus, egreſſum interim Galbam & foro appropinquantem aſſecutus erat: iam Marius Celſus haud læta rettulerat. cũ alij in palatium redire, alij Capitolium petere, pleriq. roſtra occupanda cenſerent, plures tantũ ſententijs aliorum contradicerent, vtque euenit in conſilijs infœlicibus, optima viderentur, quorum tempus effugerat. Agitaſſe Laco, ignaro Galba, de occidendo T. Vinio dicitur, ſiue vt pœna eius animos militũ mulceret, ſeu conſcium Othonis credebat, ad poſtremum vel odio. Hæſitationem attulit tẽpus ac locus, quia initio cædis orto, difficilis modus: & turbauere conſilium trepidi nuntij, ac proximorum diffugia, languentibus omnium ſtudijs, qui primo alacres fidem atque animum oſtentauerãt. Agebatur huc illuc Galba, vario turbæ fluctuantis impulſu, completis vndique baſilicis ac templis, lugubri proſpectu. neque populi aut plebis vlla vox, ſed attoniti vultus, & conuerſæ ad omnia aures. non tumultus, non quies, quale magni

Arma diuidit.

Iamque in vrbem ruunt.

Galba fluctuat.

Laco agitat de Vinij cæde.

Intempeſtiue.

Plebs iam ſilet, & pendet ab euentu.

metus, & magnæ iræ ſilentium eſt. Othoni tamen armari plebem nuntiabatur. Ire præcipites, & occupare pericula iubet. Igitur milites Romani, quaſi Vologeſen, aut Pacorum, auito Arſacidarum ſolio depulſuri, ac non Imperatorem ſuum inermem & ſenem trucidare pergerent, diſiecta plebe, proculcato Senatu, truces armis, rapidis equis forum irrumpunt. Nec illos Capitolij aſpectus, & imminentium templorum religio, & priores & futuri Principes terruere, quo minus facerent ſcelus, cuius vltor eſt quiſquis ſucceſſit. Viſo cominus armatorum agmine, vexillarius comitantis Galbam cohortis (Atilium Vergilionem fuiſſe tradunt) dereptam Galbæ imaginem ſolo afflixit. Eo ſigno manifeſta in Othonem omnium militum ſtudia, deſertum fuga populi forum, diſtricta aduerſus dubitantes tela. Iuxta Curtium lacum, trepidatione ferentium Galba proiectus e ſella, ac prouolutus eſt. Extremam eius vocem, vt cuique odium aut admiratio fuit, varie prodidere. Alij ſuppliciter interrogaſſe, quid mali meruiſſet? paucos dies exſoluendo donatiuo deprecatum. Plures obtuliſſe vltro percuſſoribus iugulum, agerent ac ferirent, ſi ita e Rep. videretur. non interfuit occidentium quid diceret. De percuſſore non ſatis conſtat. quidam Terentium Euocatum, alij Lecanium, crebrior fama tradidit Camurium xv. legionis militem, impreſſo gladio, iugulum eius hauſiſſe. Cæteri crura brachiaque (nam pectus tegebatur) fœde laniauere. pleraque vulnera, feritate & ſæuitia, trunco iam corpori adiecta. Titum inde Vinium inuaſere. de quo & ipſo ambigitur, conſumpſeritne vocem eius inſtans metus, an proclamauerit, non eſſe ab Othone mandatum vt occideretur. Quod ſeu finxit formidine, ſeu conſcientia coniurationis confeſſus eſt: huc potius eius vita famaque inclinat, vt conſcius ſceleris fuerit, cuius cauſa erat. ante ædem Diui Iulij iacuit, primo ictu in poplitem, mox ab Iulio Caro legionario milite in vtrumque latus tranſuerberatus. Inſignem illa die virum Sempronium Denſum ætas noſtra vidit. Centurio is prætoriæ * cohortis ad Galbæ cuſtodiam a Piſone additus, ſtricto pugione occurrens armatis, & ſcelus exprobrans, ac modo manu, modo voce, vertendo in ſe percuſſores, quanquam vulnerato Piſoni effugium dedit. Piſo in ædem Veſtæ peruaſit, exceptuſque miſericordia publici ſerui, & contubernio eius abditus, non religione, nec cærimonijs, ſed latebra imminens exitium differebat. cum aduenere, * iuſſu Othonis, nominatim in cædem eius ardentes, Sulpicius Florus e Britannicis cohortibus, nuper a Galba ciuitate donatus, & Statius Murcus ſpeculator. a quibus protractus Piſo, in foribus templi trucidatur. Nullam cædem Otho maiore lætitia excepiſſe, nullum caput tam inſatiabilibus oculis perluſtraſſe dicitur: ſeu tum primum leuata omni ſolicitudine mens, * vagare gaudio cœperat; ſeu recordatio majeſtatis in Galba, amicitiæ in T. Vinio, quamuis immitem animum imagine triſti confuderat. Piſonis, vt inimici & æmuli, cæde lætari, ius faſque credebat. Præfixa contis capita geſtabantur, inter ſigna cohortium iuxta Aquilam

Milites Othoniani forum auidi irrumpunt.

Deficit, & deſerit Galbam ſua cohors.

Ipſe a ferentibus in terram proijcitur.

De ſuprema voce eius variant.

Sicut & de percuſſore.

T. Vinius occiſus.

Sempronij Denſi fides.

Piſo in Veſtæ confugit.

Sed illinc extractus, & cæſus.

Lubenti & læto admodum Othone.

* Ambigua lectio.

* Libri aliquot, miſſu

* vacare

Aquilam legionis, certatim oſtentantibus cruentas manus qui occiderant, qui interfuerant, quive vere, quive falſo, vt pulchrum & memorabile facinus iactabant. Plures quam cxx. libellos præmia expoſcentium, ob aliquam notabilem illa die operam, Vitellius poſtea inuenit. omneſque conquiri & interfici iuſſit, non honore Galbæ, ſed tradito Principibus more, munimentum ad præſens, in poſterum, vltionem. Alium crederes Senatum, alium populum. Ruere cuncti in caſtra, anteire proximos, certare cum præcurrentibus, increpare Galbam, laudare militum iudicium, exoſculari Othonis manum: quantoque magis falſa erant quæ fiebant, tanto plura facere. Nec aſpernabatur ſingulos Otho, auidum & minacem militum animum, voce vultuque temperans. Marium Celſum, conſulem deſignatum, & Galbæ vſque in extremas res amicum fidumque, ad ſupplicium expoſtulabant, induſtriæ eius innocentiæque quaſi malis artibus infenſi. Cædis & prædarum initium, & optimo cuique perniciem quæri apparebat. ſed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum ſcelus, iubere iam poterat. Ita ſimulatione iræ, vinciri iuſſum, & maiores pœnas daturum affirmans, præſenti exitio ſubtraxit. Omnia deinde arbitrio militum acta. Prætorij præfectos ſibi ipſi legere: Plotium Firmum e manipularibus quondam, tum vigilibus præpoſitum, & incolumi adhuc Galba partes Othonis ſecutum. Adiungitur Licinius Proculus, intima familiaritate Othonis, ſuſpectus conſilia eius fouiſſe. vrbi Flauium Sabinum præficere, iudicium Neronis ſecuti, ſub quo eamdem curam obtinuerat, pleriſque Veſpaſianum fratrem in eo reſpicientibus. Flagitatum, vt vacationes præſtari centurionibus ſolitæ remitterentur. Namque gregarius miles, vt tributum annuum pendebat. Pars manipulis, pars per commeatus, aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem centurioni exſolueret, neque modum oneris quiſquam, neque genus quæſtus penſi habebat. Per latrocinia & raptus, aut ſeruilibus miniſterijs, militare otium redimebant. Tum locupletiſſimus quiſque miles, labore ac ſæuitia fatigari, donec vacationem emeret. Vbi ſumptibus exhauſtus, ſecordia miſer elanguerat, inops pro locuplete, & iners pro ſtrenuo, in manipulum redibat. ac rurſus alius atque alius, eadem egeſtate ac licentia corrupti, ad ſeditionem & diſcordias, & ad extremum, bella ciuilia ruebant. Sed Otho ne vulgi largitione, centurionum animos auerteret, ex fiſco ſuo vacationes annuas exſoluturum promiſit: rem haud dubie vtilem, & a bonis poſtea Principibus, perpetuitate diſciplinæ, firmatam. Laco præfectus, tanquam in inſulam ſeponeretur, ab Euocato quem ad cædem eius Otho præmiſerat, confoſſus. In Martianum Icelum, vt in libertum, palam animaduerſum. Exacto per ſcelera die, nouiſſimum malorum fuit lætitia. Vocat Senatum prætor vrbanus, certant adulationibus ceteri magiſtratus. Accurrunt patres, decernitur Othoni tribunicia poteſtas, & nomen Auguſti, & omnes Principum honores, annitentibus cunctis abolere conuicia ac probra, quæ promiſcue iacta

Multi gloriã hanc cædium affectant.

Cum ſuo poſtea exitio.

At Romani nimium ſe dant Othoni.

Marius Celſus ad cædem poſtulatur.

Arte eripitur ab Othone.

Duo Præfecti Prætorio facti.

Miles vacationes tolli vult.

Quales eæ.

Sed melius viſum e fiſco ſolui.

Laco occiſus.

Et Icelus.

In Senatu omnes honores Othoni habiti.

hæſiſſe animo eius nemo ſenſit. Omiſiſſet tot offenſas, an diſtuliſſet, breuitate imperij in incerto fuit. Otho, cruento adhuc foro, per ſtrages iacentium, in Capitolium atque inde in palatium vectus, concedi corpora ſepulturæ, cremarique permiſit. Piſonem Verania vxor ac frater Scribonianus, T. Vinium Criſpina filia compoſuere, quæſitis redemptiſque capitibus, quæ venalia interfectores ſeruauerant. Piſo vnum & triceſimum ætatis annum explebat, fama meliore quam fortuna. Fratres eius Magnum Claudius, Craſſum Nero interfecerat. Ipſe diu exſul, quatriduo Cæſar properata adoptione, ad hoc tantum maiori fratri prælatus eſt, vt prior occideretur. T. Vinius XLVII. annos varijs moribus egit. Pater illi e prætoria familia, maternus auus e proſcriptis. Prima militia infamis, Legatum Caluiſium Sabinum habuerat: cuius vxor, mala cupidine viſendi ſitum caſtrorum, per noctem militari habitu ingreſſa, cum vigilias & cætera militiæ munia eadem laſciuia tentaſſet; in ipſis principijs ſtuprum auſa, & criminis huius reus T. Vinius arguebatur. Igitur iuſſu C. Cæſaris oneratus catenis. mox mutatione temporum dimiſſus, curſu honorum inoffenſo, legioni poſt præturam præpoſitus, probatuſque. ſeruili deinceps probro reſperſus eſt, tanquam ſcyphum aureum in conuiuio Claudij furatus. Et Claudius poſtera die ſoli omnium Vinio fictilibus miniſtrari iuſſit. Sed Vinius, proconſulatu, Galliam Narbonenſem ſeuere integreque rexit. Mox Galbæ amicitia in abruptum tractus, audax, callidus, promptus, & prout animum intendiſſet, prauus aut induſtrius, eadem vi. Teſtamentum T. Vinij magnitudine opum irritum: Piſonis ſupremam voluntatem paupertas firmauit. Galbæ corpus diu neglectum, & licentia tenebrarum plurimis ludibrijs vexatum, diſpenſator Argius e prioribus ſeruis, humili ſepultura in priuatis eius hortis contexit. Caput per lixas caloneſque ſuffixum, laceratumque ante Patrobij tumulum (libertus is Neronis punitus a Galba fuerat) poſtera demum die repertum, & cremato iam corpori admixtum eſt. Hunc exitum habuit Ser. Galba tribus & ſeptuaginta annis, quinque Principes proſpera fortuna emenſus, & alieno imperio felicior, quam ſuo. Vetus in familia nobilitas, magnæ opes. ipſi medium ingenium, magis extra vitia quam cum virtutibus. Famæ nec incurioſus, nec venditator. Pecuniæ alienæ non appetens, ſuæ parcus, publicæ auarus. Amicorum libertorumque, vbi in bonos incidiſſet, ſine reprehenſione patiens: ſi mali forent, vſque ad culpam ignarus. Sed claritas natalium, & metus temporum obtentui, vt quod ſegnitia erat, ſapientia vocaretur. Dum vigebat ætas, militari laude apud Germanias floruit: proconſul Africam moderate; iam ſenior, citeriorem Hiſpaniam pari iuſtitia continuit, maior priuato viſus, dum priuatus fuit, & omnium conſenſu capax imperij, niſi imperaſſet. Trepidam vrbem, ac ſimul atrocitatem recentis ſceleris, ſimul veteres Othonis mores pauentem, nouus inſuper de Vitellio nuntius exterruit, ante cædem Galbæ ſuppreſſus, vt tantum ſuperioris Germaniæ exercitum

Cæſi, ſepulti.

De Piſone elogium.

De T. Vinio elogium.

Turpe eius ſtuprum.

Furti etiam ſuſpectus.

Galba vix ſepultus.

Elogium de eo, & iudicium.

Dignus imperio viſus, non fuit.

Nuntius de Vitellio electo.

exercitum deſciuiſſe crederetur. Tum duos omnium mortalium impudicitia, ignauia, luxuria deterrimos, velut ad perdendum imperium fataliter electos, non Senatus modo & eques, quis aliqua pars & cura Reip. ſed vulgus quoque palam mœrere. Nec iam recentia ſæuæ pacis exempla, ſed repetita bellorum ciuilium memoria, captam toties ſuis* ciuibus vrbem, vaſtitatem Italiæ, direptiones prouinciarum, Pharſaliam, Philippos, & Peruſiam ac Mutinam, nota publicarum cladium nomina, loquebantur. *Prope euerſum orbem, etiam cum de principatu inter bonos certaretur; ſed manſiſſe C. Iulio, manſiſſe Cæſare Auguſto victore, imperium, manſuram fuiſſe, ſub Pompeio Brutoque, Remp. Nunc pro Othone, an pro Vitellio, in templa ituros? Vtraſque impias preces, vtraque deteſtanda vota, inter duos, quorum bello ſolum id ſcires, deteriorem fore qui viciſſet.* Erant qui Veſpaſianum & arma Orientis augurarentur. &, vt potior vtroque Veſpaſianus, ita bellum aliud, atque alias clades horrebant. Et ambigua de Veſpaſiano fama: ſoluſque omnium ante ſe Principum, in melius mutatus eſt. Nunc initia cauſaſque motus Vitelliani expediam. Cæſo cum omnibus copijs Iulio Vindice, ferox præda gloriaque exercitus, vt cui ſine labore ac periculo, ditiſſimi belli victoria eueniſſet, expeditionem & aciem, præmia quam ſtipendia malebat: diuque infructuoſam & aſperam militiam tolerauerat, ingenio loci cælique, & ſeueritate diſciplinæ, quam in pace inexorabilem diſcordiæ ciuium reſoluunt: paratis vtrimque corruptoribus, & perfidia impunita. Viri, arma, equi, ad vſum & ad decus ſupererant. Sed ante bellum, centurias tantum ſuas turmaſque nouerant: exercitus finibus prouinciarum diſcernebantur. Tum aduerſus Vindicem contractæ legiones, ſeque & Gallias expertæ, quærere rurſus arma, nouaſque diſcordias: nec ſocios, vt olim, ſed hoſtes & victos vocabant. Nec deerat pars Galliarum quæ Rhenum accolit, eaſdem partes ſecuta, ac tum acerrima inſtigatrix aduerſus Galbianos. hoc enim nomen faſtidito Vindice indiderant. Igitur Sequanis Æduiſque, ac deinde provt opulentia ciuitatibus erat, infenſi, expugnationes vrbium, populationes agrorum, raptus penatium hauſerunt animo; ſecundum auaritiam & arrogantiam præcipua validiorum vitia, contumacia Gallorum iritati, qui remiſſam ſibi a Galba quartam tributorum partem, & publice donatos in ignominiam exercitus iactabant. Acceſſit callide vulgatum, temere creditum, decumari legiones, & promptiſſimum quemque centurionum dimitti. vndique atroces nuntij, ſiniſtra ex vrbe fama, infenſa Lugdunenſis colonia, & pertinaci pro Nerone fide fœcunda rumoribus. Sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipſis caſtris, odio, metu, & vbi vires ſuas reſpexerant, ſecuritate. Sub ipſas ſuperioris anni Kalend. Decembr. Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingreſſus, hiberna legionum cum cura adierat: redditi pleriſque ordines, remiſſa ignominia, alleuatæ notæ: plura ambitione, quædam iudicio: in quibus ſordem & auaritiam Fonteij Capitonis, adimendis

*Libri vett. exercitibus

Omnibus pauidis, & de rep. iam deſperantibus.

Certamen enim inter duos peſſimos.

Germaniel motus origo.

Ferociunt legiones ex.

Noua bella volunt.

Et inhiant opibus Gallorum.

Varijs etiam rumoribus concitantur.

Interea Vitellius ad eas venit.

Inſinuat ſeſe, & ambit.

aſſignandiſve militiæ ordinibus, integre mutauerat. Nec conſularis legati menſura, ſed in maius omnia accipiebantur. Et Vitellius apud ſeueros humilis. Ita comitatem bonitatemque fauentes vocabant, quod ſine modo, ſine iudicio, donaret ſua, largiretur aliena. Simul, auiditate imperandi, ipſa vitia pro virtutibus interpretabantur. Multi in vtroque exercitu ſicut modeſti quietique, ita mali & ſtrenui. Et profuſa cupidine, inſigni temeritate, legati legionum, Alienus Cæcina, & Fabius Valens: e quibus Valens infenſus Galbæ, tamquam detectam a ſe Verginij cunctationem, oppreſſa Capitonis conſilia ingrate tuliſſet, inſtigare Vitellium, ardorem militum oſtentans. *Ipſum celebri vbique fama: nullam in Flacco Hordeonio moram, affore Britanniam, ſecutura Germanorum auxilia, male fidas prouincias, precarium ſeni imperium, & breui tranſiturum: panderet modo ſinum, & venienti fortunæ occurreret. Merito dubitaſſe Verginium, equeſtri familia, ignoto patre: imparem ſi recepiſſet imperium, tutum ſi recuſaſſet. Vitellio tres patris conſulatus, cenſuram, collegium Cæſaris, imponere iampridem Imperatoris dignationem, & auferre priuati ſecuritatem.* Quatiebatur his ſegne ingenium, vt concupiſceret magis, quam ſperaret. At in ſuperiore Germania, Cæcina decora iuuenta, corpore ingens, animi immodicus, cito ſermone, erecto inceſſu, ſtudia militum allexerat. Hunc iuuenem Galba, quæſtorem in Bætica, impigre in partes ſuas tranſgreſſum, legioni præpoſuit. Mox compertum publicam pecuniam auertiſſe, vt peculatorem flagitari iuſſit. Cæcina ægre paſſus, miſcere cuncta & priuata vulnera Reip. malis operire ſtatuit. Nec deerant in exercitu ſemina diſcordiæ, quod & bello aduerſus Vindicem vniuerſus affuerat, nec niſi occiſo Nerone tranſlatus in Galbam, atque in eo ipſo ſacramento vexillis inferioris Germaniæ præuentus erat. Et Treueri ac Lingones, quaſque alias ciuitates atrocibus edictis, aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum propius miſcentur. Vnde ſeditioſa colloquia, & inter paganos corruptior miles, & in Verginium fauor cuicumque alij profuturus. Miſerat ciuitas Lingonum, vetere inſtituto, dona legionibus, dextras hoſpitij inſigne. Legati eorum in ſqualorem mœſtitiamque compoſiti, per principia, per contubernia, modo ſuas iniurias, modo ciuitatum vicinarum præmia, & vbi pronis militum animis accipiebantur, ipſius exercitus pericula & contumelias conquerentes, accendebant animos. Nec procul ſeditione aberant, cum Hordeonius Flaccus abire legatos, vtque occultior digreſſus eſſet, nocte caſtris excedere iubet. Inde atrox rumor affirmantibus pleriſque interfectos, ac ni ſibi conſulerent, fore vt acerrimi militum & præſentia conqueſti, per tenebras & inſcitiam ceterorum occiderentur. Obſtringuntur inter ſe tacito fœdere legiones. Aſciſcitur auxiliorum miles, primo ſuſpectus, tanquam circumdatis cohortibus alijſque, impetus in legiones pararetur: mox eadem acrius volens, faciliore inter malos conſenſu ad bellum, quam in pace ad concordiam. Inferioris tamen Germaniæ legiones ſolenni Kalen. Ianuar. ſacramento pro Galba adactæ, multa cunctatione, & raris primorum

Comis.

Largus.

Valens Legatus ad principatum capiendum exſtimulat.

Ille cupit, non audet.

Cæcina Legatus infenſus Galbæ.

Nec vniuerſi milites in eũ proni.

Quos irritant etiam Gallo-Germani.

Lingonum Legati ſeditioſe agunt.

Hosdeonius comprimere conatur.

Auget.

Coniurant inter ſe milites.

Inferior etiã exercitus turbat.

morum ordinum vocibus: cæteri ſilentio, proximi cuiuſque auda-
*inſito
çiam exſpectantes, * inſita mortalibus natura propere ſequi, quæ pi- Iurant quidam in Galbam, ſed lingua.
get inchoare. Sed ipſis legionibus inerat diuerſitas animorum: primani quintanique turbidi, adeo, vt quidam ſaxa in Galbæ imagines iecerint: quintadecima ac ſextadecima legiones, nihil vltra fremitum & minas auſæ, initium erumpendi circumſpectabant. At in ſuperiori exercitu, quarta ac duodeuiceſima legiones iiſdem hibernis tendentes, ipſo Kalend. Ianuar. die dirumpunt imagines Galbæ: quarta legio promptius, duodeuiceſima * cunctanter. Mox conſenſu, ac ne reuerentiam imperij exuere viderentur, in S. P. Q. R. obliterata iam nomina, ſacramenta aduocabant. nullo legatorum tribunorumve pro Galba nitente, quibuſdam, vt in tumultu, notabilius turbantibus. Non tamen quiſquam in modum concionis, aut ſuggeſtu locutus. neque enim erat adhuc cui imputaretur. Spectator flagitij Hordeonius Flaccus conſularis legatus aderat, non compeſcere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos auſus, ſed ſegnis, pauidus, & ſecordia innocens. Quattuor centuriones duodeuiceſimæ legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbæ imagines, impetu militum abrepti, vinctique. Nec cuiquam vltra fides, aut memoria prioris ſacramenti. ſed, quod in ſeditionibus accidit, vnde plures erant, omnes fuere. Nocte quæ Kalend. Ianuar. ſecuta eſt, coloniam Agrippinenſem Aquilifer quartæ legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam & duodeuiceſimam legiones, proiectis Galbæ imaginibus, in Senatus & Pop. Rom. verba iuraſſe. Id ſacramentum inane viſum. occupari nutantem fortunam, & offerri Principem placuit. Miſſi a Vitellio ad legiones legatoſque, qui deſciuiſſe a Galba ſuperiorem exercitum nuntiarent: proinde aut bellandum aduerſus deſciſcentes, aut ſi concordia & pax placeat, faciendum Imperatorem: & minore diſcrimine ſumi Principem, quam quæri. Proxima legionis primæ hiberna erant, & promptiſſimus e legatis Fabius Valens. Is die poſtero coloniam Agrippinenſem cum equitibus legionis, auxiliariorumque ingreſſus, Imperatorem Vitellium conſalutauit. Secutæ ingenti certamine eiuſdem prouinciæ legiones: & ſuperior exercitus, ſpecioſis Senatus populique Romani nominibus relictis III. Non. Ianuar. Vitellio acceſſit. ſcires illum priore biduo non penes Remp. fuiſſe. Ardorem exercituum Agrippinenſes, Treueri, Lingones æquabant, auxilia, equos, arma, pecunias offerentes, vt quiſque corpore, opibus, ingenio validus. Nec Principes modo coloniarum aut caſtrorum, quibus præſentia ex affluenti, & parta victoria magnæ ſpes: ſed manipuli quoque & gregarius miles, viatica ſua, & balteos, phaleraſque, inſignia armorum, argento decora, loco pecuniæ tradebant: inſtinctu, & impetu, & auaritia. Igitur laudata militum alacritate Vitellius, miniſteria principatus per libertos agi ſolita, in equites Romanos diſponit. Vacationes centurionibus ex fiſco numerat. Sæuitiam militum pleroſque ad pœnam expoſcentium ſæpius approbat, * pari

Marginal notes: At ſuperior palam deficit. — * cunctanter, mox conſenſu. Ac ne — Hordeonius non compeſcit. — Ad Vitellium is nuntius. — Qui porro legatis indicat. — E quibus Fabius Valens Imperatorem eum ſalutat. — Accedunt legiones. — Et finitimi prouinciarum. — Opes ſuas offerunt. — Ipſe quoſdam punit. — * partim

In pleroſque clementia vtitur.

ſimulatione vinculorum fruſtratur. Pompeius Propinquus procurator Belgicæ ſtatim interfectus. Iulium Burdonem Germanicæ claſſis præfectum aſtu ſubtraxit. Exarſerat in eum iracundia exercitus, tanquam crimen, ac mox inſidias, Fonteio Capitoni ſtruxiſſet. grata erat memoria Capitonis, & apud ſæuientes occidere palam, ignoſcere non niſi fallendo licebat. Ita in cuſtodia habitus: & poſt victoriam demum, ſtratis iam militum odijs, dimiſſus eſt. Interim vt piaculum obijcitur centurio Criſpinus, qui ſe ſanguine Capitonis cruentauerat: eoque & poſtulantibus manifeſtior, & punienti vilior fuit. Iulius deinde Ciuilis periculo exemptus, præpotens inter Batauos, ne ſupplicio eius ferox gens alienaretur. Et erant in ciuitate Lingonum VIII. Batauorum cohortes, quartædecimæ legionis auxilia, tum diſcordia temporum a legione digreſſæ: prout inclinaſſent, grande momentum, ſociæ aut aduerſæ. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium, centuriones, de quibus ſupra rettulimus, occidi iuſſit, damnatos fidei crimine, grauiſſimo inter deſciſcentes. Acceſſere partibus Valerius Aſiaticus, Belgicæ prouinciæ legatus, quem mox Vitellius generum aſciuit: & Iunius Blæſus Lugdunenſis Galliæ rector, cum Italica legione, & ala Taurina, Lugduni tendentibus. Nec in Rhæticis copijs mora, quo minus ſtatim adiungerentur. Ne in Britannia quidem dubitatum. Præerat Trebellius Maximus, per auaritiam ac ſordes contemptus exercitui inuiſuſque. Accedebat odium eius Roſcius Cælius legatus viceſimæ legionis olim diſcors, ſed occaſione ciuilium armorum atrocius proruperant. Trebellius ſeditionem & confuſum ordinem diſciplinæ Cælio; ſpoliatas & inopes legiones Cælius Trebellio obiectabat, cum interim, fœdis legatorum certaminibus, modeſtia exercitus corrupta, eoque diſcordiæ ventum, vt auxiliarium quoque militum conuicijs * proturbantibus, & aggregantibus ſe Cælio cohortibus alijſque, deſertus Trebellius ad Vitellium perfugerit. quies prouinciæ, quanquam remoto conſulari, manſit. Rexere legati legionum, pares iure, Cælius audendo potentior. Adiuncto Britannico exercitu, ingens viribus opibuſque Vitellius, duos duces, duo itinera bello deſtinauit. Fabius Valens allicere, vel ſi abnuerent, vaſtare Gallias, & Cotianis Alpibus Italiam irrumpere: Cæcina propiore tranſitu, Peninis iugis degredi iuſſus. Valenti inferioris exercitus electi cum Aquila * quintæ legionis, & cohortibus alijſque ad XL. millia armatorum data. XXX. millia Cæcina e ſuperiore Germania ducebat, quorum robur legio vna, prima & viceſima fuit. addita vtrique Germanorum auxilia, e quibus Vitellius ſuas quoque copias ſuppleuit, tota mole belli ſecuturus. Mira inter exercitum imperatoremque diuerſitas. Inſtare miles, arma poſcere, dum Galliæ trepident, dum Hiſpaniæ cunctentur. non obſtare hiemem, neque ignauæ pacis moras. inuadendam Italiam, occupandam vrbem. nihil in diſcordijs ciuilibus feſtinatione tutius, vbi facto magis quam conſulto opus eſſet. Torpebat Vitellius, & fortunam Principatus inerti luxu ac prodigis epulis præſumebat, medio diei temulentus, & ſagina grauis, cum tamen

Criſpinus cæſus.

Iulius Ciuilis liberatus.

Cohortes Batauorum.

Valerius Aſiaticus Vitellio ſe iunxit.

Rhæti.

Et Britanni.

Vbi res turbidæ.

* proturbatus

Duplices copias in Italiã Vitellius deſtinat.

Alteras, ſub Valente.

* decimæ quintæ. ex Vat.

Alteras, ſub Cæcina duce.

Miles eius mire feruet.

Ipſe ſecors & languidus.

men ardor & vis militum vltro ducis munia implebat, vt ſi adeſſet Imperator, & ſtrenuis vel ignauis ſpem metumque adderet. Inſtructi *intentique ſignum profectionis expoſcunt: nomine Germanici, Vitellio ſtatim addito. Cæſarem ſe appellari, etiam victor prohibuit. Lætum augurium Fabio Valenti exercituique, quem in bellum cogebat, ipſo profectionis die, aquila leui meatu prout agmen incederet, velut dux viæ præuolauit: longumque per ſpatium, is gaudentium militum clamor, ea quies interritæ alitis fuit, vt haud dubium magnæ & proſperæ rei omen acciperetur. Et Treueros quidem vt ſocios ſecuri adiere. Diuoduri (Mediomatricorum id oppidum eſt) quanquam omni comitate exceptos, ſubitus pauor exterruit, raptis repente armis, ad cædem innoxiæ ciuitatis, non ob prædam, aut ſpoliandi cupidinem, ſed furore & rabie, & cauſis incertis; eoque difficilioribus remedijs. donec precibus ducis mitigati, ab excidio ciuitatis temperauere. Cæſa tamen ad quattuor millia hominum. Iſque terror Gallias inuaſit, vt venienti mox agmini vniuerſæ ciuitates, cum magiſtratibus & precibus, occurrerent, ſtratis per vias pueris fœminiſque, quæque alia placamenta hoſtilis iræ, * non quidem in bello, ſed pro pace tendebantur. Nuntium de cæde Galbæ & imperio Othonis, Fabius Valens in ciuitate Leucorum accepit. Nec militum animus in gaudium, aut formidinem permotus, bellum voluebat. Gallis cunctatio exempta, & in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio & metus. Proxima Lingonum ciuitas erat, fida partibus. benigne excepti, modeſtia certauere. Sed breuis lætitia fuit, cohortium intemperie, quas a legione quartadecima, vt ſupra memorauimus, digreſſas exercitui ſuo Fabius Valens adiunxerat. Iurgia primum, mox rixa inter Batauos & legionarios. Dum his aut illis ſtudia militum adgregantur, prope in prælium exarſere, ni Valens animaduerſione paucorum, oblitos iam Batauos imperij admonuiſſet. Fruſtra aduerſus Æduos quæſita belli cauſa. Iuſſi pecuniam atque arma deferre, gratuitos inſuper commeatus præbuere. quod Ædui formidine, Lugdunenſes gaudio fecere. Sed legio Italica & ala Taurina abductæ.* Cohortes XVIII. Lugduni, ſolitis ibi hibernis, relinqui placuit. Manlius Valens, legatus Italicæ legionis, quamquam bene de paribus meritus, nullo apud Vitellium honore fuit. Secretis eum criminationibus infamauerat Fabius ignarum, & quo incautior deciperetur, palam laudatum. Veterem inter Lugdunenſes Viennenſeſque diſcordiam, proximum bellum accenderat. multæ inuicem clades, crebrius infeſtiuſque, quam vt tantum propter Neronem Galbamque pugnaretur. Et Galba reditus Lugdunenſium, occaſione iræ, in fiſcum verterat. Multus contra in Viennenſes honor. Vnde æmulatio, & inuidia, & vno amne diſcretis connexum odium. Igitur Lugdunenſes exſtimulare ſingulos militum, & in euerſionem Viennenſium impellere, obſeſſam ab illis coloniam ſuam, adiutos Vindicis conatus, conſcriptas nuper legiones in præſidium Galbæ referendo. Et vbi cauſas odiorum prætenderant, magnitudinem prædæ oſtendebant. Nec iam ſecreta exhortatio, ſed

*Vulgati, interritique

* Corrupta.

*Cohortem XVIII am

Vni ventri deditus.

Fœlix augurium Valenti.

Cuius agmen Diuoduri lymfatur.

Ciues innoxios cædunt.

Vnde in reliquos Gallos terror.

Qui tamen cæſo Galba, palam in Vitellium inclinant.

Batauæ cohortes ferociter agunt.

Valens comprimit.

Diſſidium vetus inter Lugdunenſes & Viennenſes.

Illi, milites in horum exitium prouocant.

Publicæ preces. *Irent vltores, exſcinderent ſedem Gallici belli. cuncta illic*
externa & hoſtilia, ſe coloniam Romanam & partem exercitus, & proſpe-
rarum aduerſarumque rerum ſocios. ſi fortuna contra daret, iratis ne relin-
querentur. His & pluribus in eundem modum, perpulerant, vt nec le-
Viennenſes ſupplices occurrunt.
gati quidem ac duces partium reſtingui poſſe iracundiam exercitus
arbitrarentur: cum haud ignari diſcriminis ſui Viennenſes, velamen-
ta & infulas præferentes, vbi agmen inceſſerat, arma, genua, veſti-
Et infenſos placant.
gia prehenſando, flexere militum animos. Addidit Valens tricenos
ſingulis militibus ſeſtertios. Tum vetuſtas dignitaſque coloniæ va-
Precibus tamen mixto pretio.
luit. Et verba Fabij ſalutem incolumitatemque Viennenſium cõmen-
dantis æquis auribus accepta. Publice tamen armis mulctati, priuatis &
Quin ipſe dux emptus.
promiſcuis copijs iuuere militem. Sed fama conſtans fuit, ipſum Va-
lentem magna pecunia emptum. Is diu ſordidus, repente diues, mu-
tationem fortunæ male tegebat, accenſis egeſtate longa cupidinibus,
Iam olim rapax.
immoderatus, & inopi iuuenta, ſenex prodigus. Lento deinde ag-
mine, per fines Allobrogum & Vocontiorum ductus exercitus: ipſa
itinerum ſpatia, & ſtatiuorum mutationes venditante duce, fœdis
pactionibus aduerſus poſſeſſores agrorum, & magiſtratus ciuitatum,
Qui etiam vias & manſiones vendit.
adeo minaciter, vt Luco (municipium id Vocontiorum eſt) faces ad-
mouerit, donec pecunia mitigaretur. quoties pecuniæ materia deeſ-
ſet, & ſtupris & adulterijs exorabatur. Sic ad Alpes peruentum. Plus
prædæ ac ſanguinis Cæcina hauſit. Iritauerant turbidum ingenium
Cæcina Heluetios inuadit.
Heluetij, Gallica gens, olim armis viriſque, mox memoria nominis
clara, de cæde Galbæ ignari, & Vitellij imperium abnuentes. Initium * vna & viceſimæ
bello fuit auaritia ac feſtinatio * vndeuiceſimæ legionis. Rapuerunt
pecuniam miſſam in ſtipendium caſtelli, quod olim Heluetij ſuis mi-
litibus ac ſtipendijs tuebantur. ægre id paſſi Heluetij, interceptis epi-
Nonnulla ipſorum culpa.
ſtolis, quæ nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones fere-
bantur, centurionem & quoſdam militum in cuſtodia retinebant.
Cæcina belli auidus, proximam quamque culpam antequam pœnite-
Vaſtat omnia.
ret, vltum ibat. Mota propere caſtra. Vaſtati agri. Direptus, longa
pace in modum municipij extructus, locus, amœno ſalubrium aqua-
Illi trepidant.
rum vſu frequens. Miſſi ad Rhætica auxilia nuntij, vt verſos in legio-
nem Heluetios a tergo aggrederentur. Illi ante diſcrimen feroces, in
periculo pauidi, quanquam primo tumultu Claudium Seuerum du-
cem legerant, non arma noſcere, non ordines ſequi, non in vnum
conſulere. exitioſum aduerſus veteranos prœlium, intuta obſidio, di-
lapſis vetuſtate mœnibus. hinc Cæcina cum valido exercitu, inde
Rhæticæ alæ cohorteſque. & ipſorum Rhætorum iuuentus ſueta ar-
Vocetium montem perfugiunt.
mis, & more militiæ exercita. vndique populatio & cædes. Ipſi in me-
dio vagi abiectis armis, magna pars ſaucij aut palantes, in montem
Vocetium perfugere. Ac ſtatim immiſſa cohorte Thracum depulſi, &
Sed plerique capti aut cæſi
conſectantibus Germanis Rhætiſque, per ſiluas atque in ipſis latebris
trucidati. Multa hominum millia cæſa, multa ſub corona venumda-
ta. Cumque direptis omnibus, Auenticum gentis caput iuſto agmine
peteretur; miſſi qui dederent ciuitatem, & deditio accepta. In Iulium
Alpinum

Alpinum e principibus, vt concitorem belli, Cæcina animaduertit: cæteros veniæ vel ſæuitiæ Vitellij reliquit. Haud facile dictu eſt, legati Heluetiorum minus placabilem Imperatorem, an militem inuenerint. Ciuitatis excidium poſcunt, tela ac manus in ora legatorum intentant. Ne Vitellius quidem minis ac verbis temperabat: cum Claudius Coſſus, vnus ex legatis, notæ facundiæ, ſed dicendi artem apta trepidatione occultans, atque eo validior, militis animum mitigauit: vt eſt mos vulgo, mutabili ſubitis, & tam prono in miſericordiam, quam immodicum ſæuitia fuerat. effuſis lachrymis, & meliora conſtantius poſtulando, impunitatem ſalutemque ciuitati impetrauere. Cæcina paucos in Heluetijs moratus dies, dum ſententiæ Vitellij certior fieret, ſimul tranſitum Alpium parans, lætum ex Italia nuntium accipit, alam Syllanam circa Padum agentem, ſacramento Vitellij acceſſiſſe. Proconſulem Vitellium Syllani in Africa habuerant; mox a Nerone, vt in Ægyptum præmitterentur, exciti, & ob bellum Vindicis remorati, ac tum in Italia manentes, inſtinctu decurionum, qui Othonis ignari, Vitellio obſtricti, robur aduentantium legionum & famam Germanici exercitus attollebant, tranſiere in partes: & vt donum aliquod nouo Principi, firmiſſima Tranſpadanæ regionis municipia, Mediolanum, ac Nouariam, & Eporediam, ac Vercellas, adiunxere. Id Cæcinæ per ipſos compertum. Et quia præſidio alæ vnius latiſſima pars Italiæ defendi nequibat, præmiſſis Gallorum, Luſitanorum, Britannorumque cohortibus, & Germanorum vexillis, in Alpe Graia ipſe paululum cunctatus, num Rhæticis iugis in Noricum flecteret, aduerſus Petronium [vrbis] procuratorem, qui concitis auxilijs, & interruptis fluminum pontibus, fidus Othoni putabatur. Sed metu ne amitteret præmiſſas iam cohortes alaſque, ſimul reputans plus gloriæ retenta Italia, & vbicunque certatum foret, Noricos in cætera victoriæ præmia *acceſſuros, Penino ſubſignanum militem itinere & graue legionum agmen, hibernis adhuc niuibus traduxit. Otho interim, contra ſpem omnium, non delitijs, neque deſidia torpeſcere. dilatæ voluptates, diſſimulata luxuria, & cuncta ad decorem imperij compoſita. Eoque plus formidinis afferebant falſæ virtutes, & vitia reditura. Marium Celſum conſulem deſignatum, per ſpeciem vinculorum, ſæuitiæ militum ſubtractum, acciri in Capitolium iubet. Clementiæ titulus, e viro claro & partibus inuiſo, petebatur. Celſus conſtanter ſeruatæ erga Galbam fidei crimen confeſſus, exemplum vltro imputauit. Nec Otho quaſi ignoſceret, ſed ne hoſtis metum reconciliationis adhiberet, ſtatim intra intimos amicos habuit, & mox bello inter duces dilegit. Manſitque Celſo velut fataliter etiam pro Othone fides, integra & infœlix. Læta primoribus ciuitatis, celebrata in vulgus Celſi ſalus, ne militibus quidem ingrata fuit, eandem virtutem admirantibus cui iraſcebantur. Par inde exultatio, diſparibus cauſſis conſecuta, impetrato Tigellini exitio. Sophonius Tigellinus obſcuris parentibus, fœda pueritia, impudica ſenecta, præfecturam vigilum & prætorij, & alia præmia virtutum, quia velocius erat

Legati eorum ad Vitellium. Valde aſperatum.

Vis eloquentiæ.

Ala Syllana Vitellio ſe iungit.

Et vna ſecū, aliquot oppida.

* ceſſuros,

Cæcina Peninis Alpibus tranſit.

Otho compoſite ſe gerit.

Celſum ſeruat.

Imo & ducem eligit.

Tigellinus noxæ permiſſus.

vitijs adeptus, crudelitatem mox, deinde auaritiam, & virilia ſcelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone, quædam ignaro auſus; ac poſtremo eiuſdem deſertor ac proditor. Vnde non alium pertinacius ad pœnam flagitauere, diuerſo affectu, quibus odium Neronis inerat, & quibus deſiderium. Apud Galbam T. Vinij potentia defenſus, prætexentis ſeruatam ab eo filiam. & haud dubie ſeruauerat, non clementia (quippe tot interfectis) ſed effugio in futurum. quia peſſimus quiſque, diffidentia præſentium mutationem pauens, aduerſus publicum odium, priuatam gratiam * præparat: vnde nulla innocentiæ cura, ſed vitæ impunitatis. Eo infenſior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti T. Vinij inuidia, concurrere e tota vrbe in palatium ac fora, & vbi plurima vulgi licentia, in circum ac theatra effuſi, ſeditioſis vocibus obſtrepere: donec Tigellinus, accepto apud Sinueſſanas aquas ſupremæ neceſſitatis nuntio, inter ſtupra concubinarum, & oſcula, & deformes moras, ſectis nouacula faucibus, infamem vitam fœdauit etiam exitu ſero & inhoneſto. Per idem tempus expoſtulata ad ſupplicium Galuia Criſpinilla, varijs fruſtrationibus, & aduerſa diſſimulantis Principis fama, periculo exempta eſt: magiſtra libidinum Neronis, tranſgreſſa in Africam ad inſtigandum in arma Clodium Macrum, famem Populi Romani haud obſcure molita, totius poſtea ciuitatis gratiam obtinuit conſulari matrimonio innixa, & apud Galbam, Othonem, Vitellium illæſa: mox potens pecunia, & orbitate, quæ bonis maliſque temporibus iuxta valent. Crebræ interim, & muliebribus blandimentis infectæ, ab Othone ad Vitellium epiſtolæ, offerebant pecuniam & gratiam, & quemcumque quietis locum prodigæ vitæ legiſſet. Paria Vitellius oſtendebat, primo mollius, ſtulta vtrimque & indecora ſimulatione: mox quaſi rixantes, ſtupra & flagitia inuicem obiectauere. neuter falſo. Otho, reuocatis quos Galba miſerat legatis, rurſus ad vtrumque Germanicum exercitum, & ad legionem Italicam, eaſque quæ Lugduni agebant copias, ſpecie Senatus miſit. Legati apud Vitellium remanſere, promptius quam vt retenti viderentur. Prætoriani, quos per ſimulationem officij legatis Otho adiunxerat, remiſſi, antequam legionibus miſcerentur. Addidit epiſtolas Fabius Valens, nomine Germanici exercitus, ad prætorias & vrbanas cohortes, de viribus partium magnificas, & concordiam offerentes. Increpabant vltro, quod tanto ante traditum Vitellio imperium, ad Othonem vertiſſent. Ita promiſſis ſimul, ac minis tentabantur: vt bello impares, in pace nihil amiſſuri. Neque ideo prætorianorum fides mutata. Sed inſidiatores ab Othone in Germaniam, à Vitellio in vrbem miſſi. Vtriſque fruſtra fuit: Vitellianis impune, per tantam hominum multitudinem, mutua ignorantia fallentibus: Othoniani, nouitate vultus, omnibus inuicem gnaris, prodebantur. Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis compoſuit, exitium ipſi filioque eius minitans, ni incolumes ſibi mater ac liberi ſeruarentur. Et ſtetit domus vtraque ſub Othone, incertum an metu; Vitellius victor, clementiæ gloriam tulit.

Æqualiter odioſus omnibus.

Noua ſceleſtorum ingenium.

*præparatum it, nulla i. cura, ſed vice imp.

Iugulum ſibi ſecat.

Criſpinilla liberata.

Imo ad potentiam poſtea euecta.

Otho ſiſtere & placare Vitellium nititur.

Et ille hunc.

Legati ab Othone in Germaniam.

A Valente epiſtolæ corruptrices Romam miſſæ.

Etiam vtrimque percuſſores.

tulit. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iuraſſe in eum Dalmatiæ, ac Pannoniæ, & Mœſiæ, legiones. Idem ex Hiſpania allatum: laudatuſque per edictum Cluuius Rufus. & ſtatim cognitum eſt, conuerſam ad Vitellium Hiſpaniam. Nec Aquitania quidem, quanquam a Iulio Cordo in verba Othonis obſtricta, diu manſit. Nuſquam fides aut amor, metu ac neceſſitate huc illuc mutabantur. Eadem formido prouinciam Narbonenſem ad Vitellium vertit, facili tranſitu ad proximos & validiores. Longinquæ prouinciæ, & quidquid armorum mari dirimitur, penes Othonem manebant, non partium ſtudio, ſed erat grande momentum in nomine vrbis ac prætextu Senatus. Et occupauerat animos prior auditus. Iudaicum exercitum Veſpaſianus, Syriæ legiones Mucianus ſacramento Othonis adegere. Simul Ægyptus, omneſque verſæ in Orientem prouinciæ, nomine eius tenebantur. Idem Africæ obſequium, initio a Carthagine orto. Neque expectata Vipſanij Aproniani proconſulis auctoritate, Creſcens Neronis libertus (nam * in malis temporibus partem ſe Reip. fecerat) epulum plebi, ob lætitiam recentis imperij, obtulerat: & populus pleraque ſine modo feſtinauit. Carthaginem cæteræ ciuitates ſecutæ. Sic diſtractis exercitibus ac prouincijs, Vitellio quidem ad capeſſendam Principatus fortunam bello opus erat. Otho, vt in multa pace, munia imperij obibat: quædam ex dignitate Reip. pleraque, contra decus, ex præſenti vſu properando. Conſul cum Titiano fratre in Kalend. Martias ipſe, proximos menſes Verginio deſtinat, vt aliquod exercitui Germanico delinimentum. Iungitur Verginio Poppæus Vopiſcus, prætextu veteris amicitiæ, plerique Viennenſium honori datum interpretabantur. Cæteri conſulatus ex deſtinatione Neronis, aut Galbæ, manſere. Cælio ac Flauio Sabinis, in Iulias; Ario Antonino & Mario Celſo, in Septembres: quorum honori ne Vitellius quidem victor interceſſit. Sed Otho, pontificatus auguratuſque honoratis iam ſenibus cumulum dignitatis addidit; & recens ab exilio reuerſos nobiles adoleſcentulos, auitis ac paternis ſacerdotijs in ſolatium recoluit. Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæſo, Seuino Promptino ſenatorius locus, qui repetundarum criminibus ſub Claudio ac Nerone ceciderant. Placuit ignoſcentibus, verſo nomine, quod auaritia fuerat, videri majeſtatem: cuius tum odio, etiam bonæ leges peribant. Eadem largitione ciuitatum quoque ac prouinciarum animos aggreſſus, Hiſpalienſibus & Emeritenſibus familiarum adiectiones, Lingonibus vniuerſis ciuitatem Romanam, prouinciæ Bæticæ Maurorum ciuitates dono dedit. Noua iura Cappadociæ, noua Africæ, oſtentui magis quam manſura. Inter quæ neceſſitate præſentium rerum & inſtantibus curis excuſata, ne tum quidem immemor amorum, ſtatuas Poppææ per Senatuſconſultum repoſuit. Creditus eſt etiam de celebranda Neronis memoria agitauiſſe, ſpe vulgum alliciendi. Et fuere qui imagines Neronis* proponerent: atque etiam Othoni, quibuſdam diebus populus & miles, tanquam

Illyricanæ legiones pro Othone.

Et panæ omnes tranſmarinæ.

Africa adiungitur.

* Scripſerim, is

Ipſe Romæ ciuilia adminiſtrat.

Conſules diſponit.

Sacerdotia diuidit.

Damnatos quoſdam reſtituit.

Beneficia varie largitur.

Poppææ ſtatuas reponit.

* reponerent.

nobilitatem ac decus aſtruerent, NERONI OTHONI acclamauit. Ipſe in ſuſpenſo tenuit, vetandi metu, vel * cognoſcendi pudore. Conuerſis ad ciuile bellum animis, externa ſine cura habebantur. Eo audentius Rhoxolani, Sarmatica gens, priore hieme cæſis duabus cohortibus, magna ſpe ad Mœſiam irruperant. nouem millia equitum, ex ferocia & ſucceſſu, prædæ magis quam pugnæ intenta. Igitur vagos & incurioſos, tertia legio adiunctis auxilijs, repente inuaſit. Apud Romanos omnia prœlio apta. Sarmatæ diſperſi, aut cupidine prædæ graues onere ſarcinarum, & lubrico itinerum adempta equorum pernicitate, velut vincti cædebantur. Namque mirum dictu vt ſit omnis Sarmatarum virtus, velut extra ipſos. nihil ad pedeſtrem pugnam tam ignauum; vbi per turmas aduenere, vix vlla acies obſtiterit. Sed tum humido die, & ſoluto gelu, neque conti neque gladij, quos prælongos vtraque manu regunt, vſui, lapſantibus equis, & cataphractarum pondere (id principibus & nobiliſſimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut præduro corio conſertum; vt aduerſus ictus impenetrabile, ita impetu hoſtium prouolutis inhabile ad reſurgendum) ſimul altitudine, & mollitia niuis, hauriebantur. Romanus miles facili lorica, & miſſili pilo, aut lanceis aſſultans, vbi res poſceret, leui gladio inermem Sarmatam, (neque enim defendi ſcuto mos eſt) comminus fodiebat. donec pauci, qui prœlio ſuperfuerant, paludibus abderentur. Ibi * ſæuitia, hic miſeria vulnerum abſumpti. Poſtquam id Romæ compertum, M. Aponius Mœſiam obtinens, triumphali ſtatua, Fuluius Aurelius, & Iulianus Titius, ac Numiſius Lupus, legati legionum, conſularibus ornamentis donantur: læto Othone, & gloriam in ſe trahente, tanquam & ipſe fœlix bello, & ſuis ducibus ſuiſque exercitibus Remp. auxiſſet. Paruo interim initio, vnde nihil timebatur, orta ſeditio, prope vrbi excidio fuit. Septimamdecimam cohortem, colonia Hoſtienſi, in vrbem acciri Otho iuſſerat. Armandæ eius cura, Vario Criſpino tribuno e prætorianis, data. Is quo magis vacuus, quietis caſtris, iuſſa exſequeretur; vehicula cohortis, incipiente nocte, onerari aperto armamentario iubet. Tempus, in ſuſpicionem; cauſa, in crimen; affectatio quietis, in tumultum eualuit. Et viſa inter temulentos arma, cupidinem ſui mouere. Fremit miles, & tribunos centurioneſque proditionis arguit, tanquam familiæ Senatorum ad perniciem Othonis armarentur. Pars ignari & vino graues, peſſimus quiſque in occaſionem prædarum; vulgus, vt mos eſt, cuiuſque motus noui cupidum. & obſequia meliorum nox abſtulerat. Reſiſtentem ſeditioni tribunum, & * ſeueriſſimum centurionum obtruncant. rapta arma, nudati gladij, inſidentes equis, vrbem ac palatium petunt. Erat Othoni celebre conuiuium, primoribus fœminis viriſque qui trepidi, fortuituſne militum furor, an dolus Imperatoris, manere ac deprehendi, an fugere & diſpergi, periculoſius foret; modo conſtantiam ſimulare, modo formidine detegi, ſimul Othonis vultum intueri. Vtque euenit inclinatis ad ſuſpicionem mentibus, cum timeret

Marginal notes:
- Sarmatæ Mœſiam incurrunt.
- Romani aggrediuntur, & vincunt.
- Genus pugnæ Sarmatarum.
- Legati Romæ honorantur. Ibi ſeditio.
- Eius cauſa.
- Suſpicio in Senatores.
- Miles Prætorianus, ad arma.
- Vrbem & palatium irrumpit.
- * agnoſcendi
- * ſæuitia hiemis,
- * ſeueriſſimũ centurionem

timeret Otho, timebatur. Sed haud ſecus diſcrimine Senatus quam ſuo territus, & præfectos prætorij ad mitigandas militum iras ſtatim miſerat, & abire propere omnes e conuiuio iuſſit. Tum vero paſſim magiſtratus, proiectis inſignibus, vitata comitum & ſeruorum frequentia, ſenes fœminæque per tenebras, diuerſa vrbis itinera, rari domos, plurimi amicorum tecta, & vt cuique humillimus cliens, incertas latebras petiuere.

Diffugiunt Senatores.

Militum impetus ne foribus quidem palatij coercitus, quo minus conuiuium irrumperent, oſtendi ſibi Othonem expoſtulantes: vulnerato Iulio Martiale tribuno, & Vitellio Saturnino præfecto legionis, dum ruentibus obſiſtunt.

Ipſi omnibus minantur.

Vndique arma & minæ, modo in centuriones tribunoſque, modo in Senatum vniuerſum: lymphatis cæco pauore animis, & quia neminem vnum deſtinare iræ poterant, licentiam in omnes poſcentibus. donec Otho, contra decus imperij thoro inſiſtens, precibus & lacrymis ægre cohibuit.

Otho precibus ægre cōponit.

Redieruntque in caſtra inuiti, neque innocentes. Poſtera die, velut capta vrbe, clauſæ domus, rarus per vias populus, mœſta plebs, deiecti in terram militum vultus, ac plus triſtitiæ quam pœnitentiæ. Manipulatim allocuti ſunt Licinius Proculus, & Plotius Firmus, præfecti: ex ſuo quiſque ingenio, mitius aut horridius. Finis ſermonis in eo, vt quina millia nummum ſingulis militibus numerarentur.

Et ſequenti die argenteis minis.

Tum Otho ingredi caſtra auſus.

Caſtra ingreditur.

Atque illum tribuni centurioneſque circumſiſtunt, abiectis militiæ inſignibus, otium & ſalutem flagitantes. Senſit inuidiam miles, & compoſitus in obſequium, auctores ſeditionis ad ſupplicium vltro poſtulabat. Otho quanquam turbidis rebus, & diuerſis militum animis, cum optimus quiſque remedium præſentis licentiæ poſceret: vulgus & plures, ſeditionibus & ambitioſo imperio læti, per turbas & raptus facilius ad ciuile bellum impellerentur: ſimul reputans non poſſe Principatum ſcelere quæſitum, ſubita modeſtia & priſca grauitate retineri, ſed diſcrimine vrbis & periculo Senatus anxius, poſtremo ita diſſeruit.

Inſigni me hercules oratione affatur.

Neque vt affectus veſtros in amorem mei accenderem, commilitones; neque vt animum ad virtutem cohortarer (vtraque enim egregie ſuperſunt:) ſed veni poſtulaturus a vobis temperamentum veſtræ fortitudinis, & erga me modum caritatis. Tumultus proximi initium, non cupidine vel odio, (quæ multos exercitus in diſcordiam egere) ac ne detractatione quidem aut formidine periculorum, nimia pietas veſtra acrius quam conſideratius excitauit. Nam ſæpe honeſtas rerum cauſſas, ni iudicium adhibeas, pernicioſi exitus conſequuntur. Imus ad bellum. num omnes nuntios palam audiri, omnia conſilia cunctis præſentibus tractari, ratio rerum, aut occaſionum velocitas patitur? Tam neſcire quædam milites, quam ſcire oportet. Ita ſe ducum auctoritas, ſic rigor diſciplinæ habet, vt multa, per centuriones tribunoſque tantum, iuberi expediat. Si vbi iubeantur, quærere ſingulis liceat; pereunte obſequio, etiam imperium intercidit. An & illic nocte intempeſta rapientur arma? Vnus alterve perditus ac temulentus (neque enim plures conſternatione proxima inſaniſſe crediderim) centurionis ac tribuni ſanguine manus imbuet? Imperatoris ſui tentorium irrumpet? Vos quidem iſtuc pro me. ſed in diſcurſu ac tenebris, & rerum

*omnium confuſione, pateſieri occaſio etiam aduerſus me poteſt. Si Vitellio & ſatellitibus eius eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentes imprecentur? quid aliud quam ſeditionem & diſcordiam optabunt? ne miles centurioni, ne centurio tribuno obſequatur: hinc confuſi pedites equiteſque, in exitium ruimus. Parendo potius, commilitones, quam imperia ducum ſciſcitando res militares continentur. Et fortiſſimus in ipſo diſcrimine exercitus eſt, qui ante diſcrimen quietiſſimus. Vobis arma & animus ſit; mihi conſilium, & virtutis veſtræ regimen relinquite. Paucorum culpa fuit, duorum pœna erit. Cæteri abolete memoriam fœdiſſimæ noctis. Nec illas aduerſus Senatum voces vllus vnquam exercitus audiat. Caput imperij, & decora omnium prouinciarum, ad pœnam vocare, non hercle illi, quos cum maxime Vitellius in nos ciet, Germani audeant. Vllne Italiæ alumni, & Romana vere iuuentus, ad ſanguinem & cædem depoſcerent ordinem, cuius ſplendore & gloria, ſordes & obſcuritatem Vitellianarum partium perſtringimus? Nationes aliquas occupauit Vitellius, imaginem quandam exercitus habet: Senatus nobiſcum eſt. Sic fit, vt hinc Reſp. inde hoſtes Reip. conſtiterint. Quid? vos pulcherrimam hanc vrbem, domibus & tectis, & congeſtu lapidum, ſtare creditis? Muta iſta & * inanima intercidere ac reparari promiſcue poſſunt. æternitas rerum, & pax gentium, & mea cum veſtra ſalus, incolumitate Senatus firmatur. Hunc auſpicato a parente & conditore vrbis noſtræ inſtitutum, & a regibus vſque ad Principes continuum & immortalem, ſicut a maioribus accepimus, ſic poſteris tradamus. Nam vt ex vobis ſenatores, ita ex ſenatoribus Principes naſcuntur.* Et oratio ad perſtringendos mulcendoſque militum animos, & ſeueritatis modus (neque enim in plures quam in duos animaduerti iuſſerat) grate accepta, compoſitique ad præſens, qui coerceri non poterant. Non tamen quies vrbi redierat. ſtrepitus telorum, & facies belli erat: militibus, vt nihil in commune turbantibus, ita ſparſis per domos, occulto habitu, & maligna cura in omnes, quos nobilitas aut opes, aut aliqua inſignis claritudo rumoribus obiecerat. Vitellianos quoque milites veniſſe in vrbem ad ſtudia partium noſcenda, plerique credebant. Vnde plena omnia ſuſpicionum, & vix ſecreta domuum ſine formidine. ſed plurimum trepidationis in publico, vt quemque nuntium fama attuliſſet, animum vultumque conuerſi, ne diffidere dubijs, ac parum gaudere proſperis viderentur. Coacto vero in curiam Senatu, arduus rerum omnium modus, ne contumax ſilentium, ne ſuſpecta libertas. Et priuato Othoni nuper, atque eadem dicenti, nota adulatio. Igitur verſare ſententias, & huc atque illuc torquere, hoſtem & parricidam Vitellium vocantes. Prouidentiſſimus quiſque, vulgaribus conuicijs; quidam, vera probra iacere, in clamore tamen, & vbi plurimæ voces, aut tumultu verborum ſibi ipſi obſtrepentes. Prodigia inſuper terrebant, diuerſis auctoribus vulgata. In veſtibulo Capitolij omiſſas habenas bigæ, cui Victoria inſtiterat. erupiſſe cella Iunonis, maiorem humana ſpeciem. ſtatuam Diui Iulij, in inſula Tiberini amnis, ſereno & immoto die, ab Occidente in Orientem conuerſam. prolocutum in Ethruria bouem. inſolitos animalium partus. & plura alia,

[Margin: * vulgo inania]

[Margin: Duo e ſeditioſis puniti.]

[Margin: Romæ omnia ſuſpenſa, ſuſpecta.]

[Margin: Senatus ipſe ſententiæ anxius. Ne hunc illumve offenderent.]

[Margin: Cladium Romæ ſigna.]

rudibus

rudibus ſæculis, etiam in pace obſeruata, quæ nunc tantum in metu audiuntur. Sed præcipuus, & cum præſenti exitio, etiam futuri pauor, ſubita inundatione Tiberis: qui immenſo auctu, prorupto ponte ſublicio, ac ſtrage obſtantis molis refuſus, non modo iacentia & plana vrbis loca, ſed ſecura huiuſmodi caſuum impleuit. Rapti e publico plerique, plures in tabernis & cubilibus intercepti. Fames in vulgus, inopia quæſtus, & penuria alimentorum, corrupta ſtagnantibus aquis inſularum fundamenta, dein remeante flumine dilapſa. Vtque primum vacuus a periculo animus fuit, id ipſum, quod paranti expeditionem Othoni, campus Martius & via Flaminia iter belli eſſet obſtructum, a fortuitis vel naturalibus cauſſis, in prodigium & omen imminentium cladium vertebatur. Otho, luſtrata vrbe, & expenſis belli conſilijs, quando Peninæ Cottiæque Alpes, & cæteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur, Narbonenſem Galliam aggredi ſtatuit, claſſe valida & partibus fida, quod reliquos cæſorum ad pontem Miluium, & ſæuitia Galbæ in cuſtodiam habitos, in numerum legionis compoſuerat. facta & reliquis ſpes honoratioris in poſterum militiæ. Addidit claſſi vrbanas cohortes, & pleroſque e prætorianis, vires & robur exercitus, atque ipſis ducibus conſilium & cuſtodes. Summa expeditionis Antonio Nouellio, Suedio Clementi primipilaribus, Æmilio Pacenſi, cui ademptum a Galba Tribunatum reddiderat, permiſſa. Curam nauium Oſcus libertus retinebat, ad obſeruandam honeſtiorum fidem * inuitatus. Peditum equitumque copijs Suetonius Paullinus, Marius Celſus, Annius Gallus, rectores deſtinati. Sed plurima fides Licinio Proculo prætorij præfecto. Is vrbanæ militiæ impiger, bellorum inſolens, auctoritatem Paullini, vigorem Celſi, maturitatem Galli, vt cuique erat, criminando. quod facillimum factu eſt, prauus & callidus, bonos & modeſtos anteibat. Sepoſitus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem, neque arcta cuſtodia, neque obſcura: nullum ob crimen, ſed vetuſto nomine, & propinquitate Galbæ monſtratus. Multos e magiſtratibus, magnam conſularium partem, Otho, non participes aut miniſtros bello, ſed comitum ſpecie, ſecum expedire iubet. In quis & L. Vitellium, eodem quo cæteros cultu, nec vt Imperatoris fratrem, nec vt hoſtis. Igitur motæ vrbis curæ, nullus ordo metu aut periculo vacuus, Primores Senatus ætate inualidi, & longa pace deſides; ſegnis & oblita bellorum nobilitas; ignarus militiæ eques: quanto magis occultare ac abdere pauorem nitebantur, manifeſtius pauidi. Nec deerant e contrario, qui ambitione ſtolida, conſpicua arma, inſignes equos, quidam luxurioſos apparatus conuiuiorum, & iritamenta libidinum, vt inſtrumenta belli mercarentur. Sapientibus quietis & Reip. cura: leuiſſimus quiſque, & futuri improuidus, ſpe vana tumens. Multis afflicta fides in pace, ac turbatis rebus alacres, & per incerta tutiſſimi. Sed vulgus & magnitudine nimia communium curarum expers populus, ſentire paulatim belli mala, conuerſa in militum vſum omni pecunia, in-

Tiberis inūdat.

Otho Prouinciam ſtatuit aggredi.

Idque claſſe.

Duces expeditionis.

* Suſpecta vox.

Licinius Proculus.

Calumniarū ſartor.

Dolabella relegatus.

Otho Senatores ad bellum ducit.

Sed hercules imbelles.

Plebs belli incommoda ſentit.

tentis alimentorum pretijs: quæ motu Vindicis, haud perinde ple-
bem attriuerant, ſecura tum vrbe, & prouinciali bello, quod inter le-
Diu eorum expers. giones Galliaſque velut externum fuit. Nam, ex quo Diuus Auguſtus
res Cæſarum cõpoſuit, procul & in vnius ſolicitudinem aut decus, po-
pulus Romanus bellauerat. Sub Tiberio & Caio, tantum pacis aduer-
ſa * pertimuere, Scriboniani contra Claudium incepta, ſimul audita **Vulgati, reip. pertimuere.*
& coercita. Nero nuntijs magis & rumoribus, quam armis depulſus.
Tum legiones claſſeſque, & quod raro alias, prætorianus vrbanuſ-
que miles, in aciem deducti Oriens Occidenſque & quidquid vtrim-
que virium eſt a tergo: ſub ducibus alijs ſi bellatum foret, longo bel-
Ancilium conditio. lo materia. Fuere, qui proficiſcenti Othoni moras religionemque
nondum conditorum ancilium afferrent. Aſpernatus omnem cun-
ctationem, vt Neroni quoque exitioſam; & Cæcina, iam Alpes tranſ-
Otho proficiſcitur. greſſus, exſtimulabat. Pridie Idus Mar. commendata patribus Rep.
reliquias Neronianarum ſectionum nondum in fiſcum conuerſas,
reuocatis ab exilio conceſſit: iuſtiſſimum donum, & in ſpeciem ma-
Concione ipſius habita. gnificum, ſed feſtinata exactione, vſu ſterile. Mox vocata concio-
ne, majeſtatem vrbis, & conſenſum populi ac Senatus pro ſe at-
tollens, aduerſum Vitellianas partes modeſte diſſeruit. inſcitiam po-
tius legionum, quam audaciam increpans, nulla Vitellij mentione.
ſiue ipſius ea moderatio, ſeu ſcriptor orationis ſibi metuens, con-
Quam caute compoſuit. tumelijs in Vitellium abſtinuit: quando, vt in conſilijs militiæ, Sue-
tonio Paullino & Mario Celſo, ita in rebus vrbanis Galerij Trachali
Galerius Trachalus. ingenio Othonem vti credebatur. & erant qui genus ipſum orandi
noſcerent, crebro fori vſu celebre, & ad implendas populi aures, la-
tum & ſonans. Clamor voceſque vulgi, ex more adulandi, nimiæ &
falſæ. quaſi dictatorem Cæſarem, aut Imperatorem Augúſtum pro-
ſequerentur, ita ſtudijs votiſque certabant. nec metu aut amore, ſed
ex libidine ſeruitij, vt in familijs, priuata cuique ſtimulatio, & vile
iam decus publicum. Profectus Otho, quietem vrbis curaſque im-
perij, Saluiò Titiano fratri permiſit.

C. COR-

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV NERONIS
HISTORIARVM LIBER SECVNDVS.

* varia ſorte

STRVEBAT iam fortuna, in diuerſa parte terrarum, initia cauſſaſque imperio: quod * varie ortum, lætum Reip. aut atrox, ipſis Principibus proſperum, aut exitio fuit. Titus Veſpaſianus e Iudæa, incolumi adhuc Galba, miſſus a patre, cauſam profectionis officium erga principem, & maturam petendis honoribus iuuentam ferebat. Sed vulgus fingendi auidum, diſperſerat, accitum in adoptionem. materia ſermonibus, ſenium & orbitas Principis, & intemperantia ciuitatis, donec vnus eligatur, multos deſtinandi. Augebat famam, ipſius Titi ingenium quantæcumque fortunæ capax, decor oris cum quadam majeſtate, proſperæ Veſpaſiani res, præſaga reſponſa, & inclinatis ad credendum animis, loco omnium etiam fortuna. Vbi Corinthi, Achaiæ vrbe, certos nuntios accepit de interitu Galbæ, & aderant qui arma Vitellij bellumque affirmarent, anxius animo, paucis amicorum adhibitis, cuncta vtrimque perluſtrat. Si pergeret in vrbem; nullam officij gratiam, in alterius honorem ſuſcepti: ac ſe Vitellio, ſiue Othoni, obſidem fore. Sin rediret; offenſam haud dubiam victoris. ſed incerta adhuc victoria, & concedente in partes patre, filium excuſatum. Sin Veſpaſianus Remp. ſuſciperet; obliuiſcendum * inſenſarum, de bello agitantibus. His ac talibus inter ſpem metumque iactatum, ſpes vicit. Fuere qui accenſum deſiderio Berenices reginæ, vertiſſe iter crederent. Neque abhorrebat a Berenice iuuenilis animus: ſed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum. lætam voluptatibus adoleſcentiam egit, ſuo quam patris imperio modeſtior. Igitur oram Achaiæ, & Aſiæ, ac læua maris * prætervectus, Rhodum & Cyprum inſulas, inde Syriam audentioribus ſpatijs petebat. Atque illum cupido inceſſit, adeundi viſendique templum Paphiæ Veneris, inclytum per indigenas aduenaſque. Haud fuerit longum initia religionis, templi ſitum, formam deæ, neque enim alibi ſic habetur, paucis diſſerere.

Titus ad Galbam miſſus.

Vulgi ſpe futurus Princeps.

Eius laus.

Galbam occiſum audit.

Deliberat, an pergeret.

* Vat. offenſarum,

Sed reſiſtit, & flectit iter.

* Vat. præuectus,

Veneris Paphiæ templũ adit.

Conditorem templi regem * Aeriam vetus memoria, quidam ipſius deæ nomen id perhibent. Fama recentior tradit, a Cinara ſacratum templum, deamque ipſam conceptam mari, huc appulſam. Sed ſcientiam artemque haruſpicum accitam, & Cilicem Thamyram intuliſſe. Atque ita pactum, vt familiæ vtriuſque poſteri cærimonijs præſiderent. Mox ne honore nullo regium genus peregrinam ſtirpem antecelleret, ipſa quam intulerant ſcientia hoſpites ceſſere. Tantum Cinarades ſacerdos conſulitur. Hoſtiæ vt quiſque vouiſſet, mares diliguntur. Certiſſima fides hœdorum fibris. Sanguinem aræ offundere vetitum. precibus & igne puro altaria adolentur, nec vllis imbribus quanquam in aperto madeſcunt. Simulacrum deæ non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exſurgens. Et ratio in obſcuro. Titus ſpectata opulentia doniſque regum, quæque alia lætum antiquitatibus Græcorum genus incertæ vetuſtati affingit, de nauigatione primum conſuluit. Poſtquam pandi viam, & mare proſperum accepit, de ſe per ambages interrogat, cæſis compluribus hoſtijs. Soſtratus, ſacerdotis id nomen erat, vbi læta & congruentia exta, magniſque conſultis annuere deam videt, pauca in præſens & ſolita reſpondens, petito ſecreto futura aperit. Titus aucto animo ad patrem peruectus, ſuſpenſis prouinciarum & exercituum mentibus, ingens rerum [fiducia] acceſſit. Profligauerat bellum Iudaicum Veſpaſianus, oppugnatione Hieroſolymorum reliqua, duro magis & arduo opere ob ingenium gentis & peruicaciam ſuperſtitionis, quam quod ſatis virium obſeſſis ad toleran das neceſſitates ſupereſſet. Tres, vt ſupra memorauimus, ipſi Veſpaſiano legiones erant, exercitæ bello: qnattuor Mucianus obtinebat in pace. Sed æmulatio & proximi exercitus gloria repulerat ſegnitiam. Quantumque illis roboris diſcrimina & labor, tantum his vigoris addiderat integra quies, & inexpertus belli labor. auxilia vtrique cohortium alarumque, & claſſes regeſque, ac nomen diſpari fama celebre. Veſpaſianus acer militiæ, anteire agmen, locum caſtris capere, noctu diuque conſilio, ac ſi res poſceret, manu hoſtibus obniti, cibo fortuito, veſte habituque vix a gregario milite diſcrepans, prorſus, ſi auaritia abeſſet, antiquis ducibus par. Mucianum e contrario magnificentia & opes, & cuncta priuatum modum ſupergreſſa extollebant. aptior ſermone, diſpoſitu, prouiſuque, ciuilium rerum peritus. egregium Principatus temperamentum, ſi demptis vtriuſque vitijs, ſolæ virtutes miſcerentur. Cæterum hic Syriæ, ille Iudææ præpoſitus, vicinis prouinciarum adminiſtrationibus inuidia diſcordes, exitu demum Neronis poſitis odijs in medium conſulere. primum per amicos; dein præcipua concordiæ fides Titus, praua certamina communi vtilitate aboluerat. natura atque arte compoſitus alliciendis etiam Muciani moribus. Tribuni centurioneſque, & vulgus militum, induſtria, licentia, per virtutes, per voluptates, vt cuique ingenium, adſciſcebantur. Antequam Titus aduentaret, ſacramentum Othonis acceperat vterque exercitus, præcipitibus, vt aſſolet, nuntijs, &

Margin notes:

* Alij libri, Verianum

Quis id condiderit.

Ritus ibi ſacrorum.

Deæ ipſius informe ſignum.

Titus a ſacerdote futura diſcit.

Ad patrem redit.

Eius vires & copiæ.

Ingenium & mores.

Muciani item mores.

Qui Syriæ præſes.

Orientales legiones Othoni iurauerant.

& tarda mole ciuilis belli, quod longa concordia quietus Oriens, tunc primum parabat. Namque olim validiſſima inter ſe ciuium arma, in Italia, Galliave, viribus Occidentis cœpta. Et Pompeio, Caſſio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare ſecutum eſt ciuile bellum, haud proſperi exitus fuerant. Auditique ſæpius in Syria Iudæaque Cæſares quam inſpecti. Nulla ſeditio legionum; tantum aduerſus Parthos minæ, vario euentu. Et proximo ciuili bello, turbatis alijs, inconcuſſa ibi pax: dein fides erga Galbam. Mox vt Othonem ac Vitellium ſceleſtis armis res Romanas raptum ire, vulgatum eſt, ne penes cæteros imperij præmia, penes ipſos tantum ſeruitij neceſſitas eſſet, fremere miles, & vires ſuas circumſpicere. Septem legiones ſtatim, & cum ingentibus auxilijs Syria Iudæaque: inde continua Ægyptus; duæque legiones: hinc Cappadocia Pontuſque, & quidquid caſtrorum Armenijs prætenditur. Aſia, & cæteræ prouinciæ, nec virorum inopes, & pecuniæ opulentæ. quantum inſularum mari cingitur, & parando interim bello * ſeclusum tutumque ipſum mare. Non fallebat duces impetus militum. Sed bellantibus alijs placuit exſpectari bellum, cum * in victores victoſque nunquam ſolida fides coaleſceret. Nec referre Vitellium an Othonem ſuperſtitem fortuna faceret. Rebus ſecundis etiam egregios duces inſoleſcere. diſcordiam his, ignauiam, luxuriem. & ſuiſmet vitijs, alterum bello, alterum victoria periturum. Igitur arma in occaſionem diſtulere, Veſpaſianus Mucianuſque nuper, cæteri olim mixtis conſilijs, optimus quiſque amore Reip. Multos dulcedo prædarum ſtimulabat, alios ambiguæ domi res. Ita boni malique, cauſis diuerſis, ſtudio pari, bellum omnes cupiebant. Sub idem tempus Achaia atque Aſia falſo exterritæ, velut Nero aduentaret: vario ſuper exitu eius rumore, eoque pluribus viuere eum fingentibus, credentibuſque. Cæterorum caſus conatuſque in contextu operis dicemus. Tunc ſeruus e Ponto, ſiue, vt alij tradidere, libertinus ex Italia, citharæ & cantus peritus (vnde illi ſuper ſimilitudinem oris propior ad fallendum fides) adiunctis deſertoribus, quos inopia vagos ingentibus promiſſis corruperat, mare ingreditur: ac vi tempeſtatum * Scithinum inſulam detruſus, & militum quoſdam ex Oriente commeantium adſciuit, & abnuentes interfici iuſſit, & ſpoliatis negotiatoribus, mancipiorum valentiſſimum quemque armauit. Centurionemque Siſennam dextras, concordiæ inſignia, Syriaci exercitus nomine ad prætorianos ferentem, varijs artibus aggreſſus eſt: donec Siſenna clam relicta inſula, trepidus & vim metuens aufugeret. inde late terror, multis ad celebritatem nominis erectis, rerum nouarum cupidine & odio præſentium. Gliſcentem in dies famam fors diſcuſſit. Galatiam ac Pamphyliam prouincias, Calpurnio Aſprenati regendas Galba permiſerat. Datæ e claſſe Miſenenſi duæ triremes ad proſequendum, cum quibus Scithinum inſulam tenuit. Nec defuere qui trierarchos nomine Neronis accirent. Is in mœſtitiam compoſitus, & fidem ſuorum quondam militum inuocans, vt eum in Syria,

Haud pronæ ad res nouas.

Niſi quod in communi hoc rumore intumeſcunt. Fretæ ſuis viribus.

* Vat. ſecundum

* inter

Veſpaſianus tamen bellum prolatat.

Falſus Nero in Aſia.

Qui milites colligit.

* Cythnum

aut Ægypto ſiſterent orabat. Trierarchi nutantes, ſeu dolo, alloquendos ſibi milites, & paratis omnium animis reuerſuros firmauerunt. Sed Aſprenati cuncta ex fide nuntiata. cuius cohortatione expugnata nauis, & interfectus quiſquis ille erat. Corpus inſigne oculis comaque & toruitate vultus, in Aſiam, atque inde Romam peruectum eſt. In ciuitate diſcordi, & ob crebras Principum mutationes inter libertatem ac licentiam incerta, paruæ quoque res magnis motibus agebantur. Vibius Criſpus pecunia, potentia, ingenio inter claros magis quam inter bonos, Annium Fauſtum equeſtris ordinis, qui temporibus Neronis delationes factitauerat, ad cognitionem Senatus vocabat. Nam recens Galbæ principatu cenſuerant patres, vt accuſatorum cauſæ noſcerentur. Id Senatuſconſultum varie iactatum, & prout potens vel inops reus inciderat, infirmum aut validum *retinebatur. Ad hæc terrore & propria vi Criſpus incubuerat delatorem fratris ſui peruertere: traxeratque magnam Senatus partem, vt indefenſum & inauditum dedi ad exitium poſtularet. Contra apud alios nihil æque reo proderat quam nimia potentia accuſatoris: dari tempus, edi crimina, quamuis inuiſum ac nocentem, more tamen audiendum cenſebant. Et valuere primo, dilataque in paucos dies cognitio. mox damnatus eſt Fauſtus, nequaquam eo aſſenſu ciuitatis, quem peſſimis moribus meruerat. quippe ipſum Criſpum eaſdem accuſationes cum præmio exercuiſſe meminerant. Nec pœna criminis, ſed vltor diſplicebat. Læta Othoni principia belli, motis ad imperium eius e Dalmatia Pannoniaque exercitibus. Fuere quattuor legiones, e quibus bina millia præmiſſa. Ipſæ modicis interuallis ſequebantur: ſeptima a Galba conſcripta: veteranæ, vndecima ac tertiadecima, & præcipui fama Quartadecumani, rebellione Britanniæ compreſſa. Addiderat gloriam Nero, eligendo vt potiſſimos. Vnde longa illis erga Neronem fides, & erecta in Othonem ſtudia. Sed quo plus virium ac roboris, e fiducia tarditas inerat. agmen legionum, alæ cohorteſque præueniebant. Ex ipſa vrbe haud ſpernenda manus, quinque prætoriæ cohortes, & equitum vexilla cum legione prima, ac deforme inſuper auxilium, duo millia gladiatorum, ſed per ciuilia arma etiam ſeueris ducibus vſurpatum. His copijs rector additus Annius Gallus, cum Veſtricio Spurinna ad occupandas Padi ripas præmiſſus: quoniam prima conſiliorum fruſtra ceciderant, tranſgreſſo iam Alpes Cæcina, quem ſiſti *inter Gallias poſſe ſperauerat. Ipſum Othonem comitabantur ſpeculatorum lecta corpora, cum cæteris prætorijs cohortibus, veterani e prætorio, claſſicorum ingens numerus. Nec illi ſegne aut corruptum luxu iter. ſed lorica ferrea vſus, & ante ſigna pedeſter, horridus, incomptus, famæque diſſimilis. Blandiebatur cœptis fortuna, poſſeſſa per mare & naues maiore Italiæ parte, penitus vſque ad initium maritimarum Alpium. quibus tentãdis, aggrediendæque prouinciæ Narbonenſi, Suedium Clementem, Antonium Nouellum, Æmylium Pacenſem duces dederat. Sed Pacenſis per licẽtiam militum victus; Antonio Nouello

Sed opprimitur ab Aſprenate.

Vibius Criſpus Annium accuſat.

* retinebatur adhuc. Terrore

Et damnat.

Ipſe tamen eiuſdem criminis damnandus.

Auxilia Othoni adfluunt.

Quartadecima, veterana & laudata legio.

Copiæ vrbicæ.

Annius Gallus & Spurinna ijs duces.

* *Venet.* intra

Ipſe Otho ſequitur.

Cultu & victu militari.

Prima belli ei proſpera.

Nouello nulla auctoritas; Suedius Clemens ambitioſo imperio regebat. vt aduerſus modeſtiam diſciplinæ corruptus, ita prœliorum auidus. Non Italia adiri, nec loca ſedeſque patriæ videbantur: tanquam externa littora, & vrbes hoſtium vrere, vaſtare, rapere: eo atrocius, quod nihil vſquam prouiſum aduerſum metus. pleni agri, apertæ domus. occurſantes domini iuxta coniuges & liberos, ſecuritate pacis, & belli malo circumueniebantur. Maritimas tum Alpes tenebat procurator Marius Maturus. Is concita gente, (nec deeſt iuuentus) arcere prouinciæ finibus Othonianos intendit. Sed primo impetu cæſi disiectique montani, vt quibus temere collectis, non caſtra non ducem noſcitantibus, neque in victoria decus eſſet, neque in fuga flagitium. Irritatus eo prœlio Othonis miles, vertit iras in municipium Albium Intemelium. quippe in acie nihil prædæ, inopes agreſtes, & vilia arma: nec capi poterant, pernix genus, & gnari locorum. ſed calamitatibus inſontium expleta auaritia. Auxit inuidiam præclaro exemplo fœmina Ligus, quæ filio abdito, cum ſimul pecuniam occultari milites credidiſſent, eoque per cruciatus interrogarent vbi filium occuleret, vterum oſtendens, latere reſpondit. Nec vllis deinde tortoribus, aut morte, conſtantiam vocis egregiæ mutauit. Imminere prouinciæ Narbonenſi, in verba Vitellij adactæ, claſſem Othonis, Fabio Valenti trepidi nuntij attulere. Aderant legati coloniarum, auxilium orantes. Duas Tungrorum cohortes, quattuor equitum turmas, vniuerſam Treuerorum alam, cum Iulio Claſſico præfecto miſit. e quibus pars in colonia Foroiulienſi retenta; ne omnibus copijs in terreſtre iter verſis, vacuo mari claſſis acceleraret. Duodecim equitum turmæ, & lecti e cohortibus, aduerſus hoſtem iere: quibus adiuncta Ligurum cohors, vetus loci auxilium, & quingenti Pannonij nondum ſub ſignis. Nec mora prœlio: ſed acie ita inſtructa, vt pars claſſicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exſurgeret, quantum inter colles ac littus æqui loci prætorianus miles expleret, in ipſo mari vt annexa claſſis & pugnæ parata, conuerſa, & minaci fronte prætenderetur. Vitelliani quibus minor peditum vis, in equite robur, Alpinos proximis iugis, cohortes denſis ordinibus poſt equitem locant. Treuerorum turmæ obtulere ſe hoſti incaute, cum exciperet contra veteranus miles, ſimul a latere ſaxis vrgeret apta ad iaciendum paganorum manus; qui ſparſi inter milites, ſtrenui ignauique in victoria idem audebant. Additus perculſis terror, inuecta in terga pugnantium claſſe. Ita vndique clauſi. deletæque omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuiſſet obſcurum noctis, obtentui fugientibus. Nec Vitelliani, quanquam victi, quieuere: accitis auxilijs, ſecurum hoſtem, ac ſucceſſu rerum ſecordius agentem inuadunt. cæſi vigiles, perrupta caſtra, trepidatum apud naues, donec ſidente paulatim metu, occupato iuxta colle defenſi, mox irrupere. Atrox ibi cædes, & Tungrarum cohortium præfecti, ſuſtentata diu acie, telis obruuntur. Ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum improuide ſecutos, conuerſi equites circumuenerunt.

Sed milites licenter & ſæue agunt.

Maturus Alpium procurator vincitur.

Albintemelium ſpoliatum.

Fortis ibi matris pietas.

Valens auxilia mittit Gallis.

Pugnant cum Othonianis.

Sed Marte non fauſto.

Quem iterũ tentant.

Nec tunc feliciter.

Ac velut pactis inducijs, ne hinc claſſis, inde equites ſubitam formidinem inferrent, Vitelliani retro Antipolim Narbonenſis Galliæ municipium, Othoniani Albingaunum interioris Liguriæ reuertere. Corſicam ac Sardiniam, cæteraſque proximi maris inſulas, fama victricis claſſis in partibus Othonis tenuit. Sed Corſicam prope afflixit Decimi Pacarij procuratoris temeritas, tanta mole belli nihil in *ſumma profutura, ipſi exitioſa. Namque Othonis odio iuuare Vitellium Corſorum viribus ſtatuit, inani auxilio etiam ſi prouenisſet. Vocatis Principibus inſulæ, conſilium aperit. Et contradicere auſos Claudium Phirricum trierarchum Liburnicarum ibi nauium, Quinctium Certum equitem Romanum, interfici iubet. quorum morte exterriti qui aderant, ſimul ignara & alieni metus ſocia imperitorum turba, in verba Vitellij iurauere. Sed vbi dilectum agere Pacarius, & inconditos homines fatigare militiæ muneribus occepit, laborem inſolitum peroſi, infirmitatem ſuam reputabant. Inſulam eſſe quam incolerent, & longe Germaniam vireſque legionum: direptos vaſtatoſque claſſe, etiam quos cohortes alæque protegerent. Et auerſi repente animi, nec tamen aperta vi: aptum tempus inſidijs legere. Digreſſis qui Pacarium frequentabant, nudus & auxilij inops, balneis interficitur. Trucidati & comites. Capita, vt hoſtium, ipſi interfectores ad Othonem tulere. Neque eos aut Otho præmio affecit, aut puniuit Vitellius, in multa colluuie rerum maioribus flagitijs permixtos. Aperuerat iam Italiam, bellumque tranſmiſerat, vt ſupra memorauimus, ala Syllana, nullo apud quemquam Othonis fauore, nec quia Vitellium mallent, ſed longa pax ad omne ſeruitium fregerat, faciles occupantibus, & melioribus incurioſos. Florentiſſimum Italiæ latus, quantum inter Padum Alpeſque camporum & vrbium, armis Vitellij (namque & præmiſſæ a Cæcina cohortes aduenerant) tenebatur. Capta Pannoniorum cohors apud Cremonam. Intercepti centum equites, ac mille claſſici inter Placentiam Ticinumque: quo ſucceſſu Vitellianus miles, non iam flumine aut ripis arcebatur. Iritabat quin etiam Batauos Tranſrhenanoſque Padus ipſe: quem contra Placentiam tranſgreſſi * raptis quibuſdam exploratoribus, ita cæteros terruere, vt adeſſe omnem Cæcinæ exercitum trepidi ac falſi nuntiarent. Certum erat Spurinnæ (is enim Placentiam obtinebat) nec dum veniſſe Cæcinam, & ſi propinquaret, coercere intra munimenta militem, nec tres prætorias cohortes, & mille vexillarios cum paucis equitibus, veterano exercitui obijcere. Sed indomitus miles, & belli ignarus, correptis ſignis vexilliſque ruere, & retinenti duci tela intentare, ſpretis centurionibus tribuniſque prouidentiam ducis laudantibus,* qui pro Othone, & accitum Cæcinam clamitabant. Fit temeritatis alienæ comes Spurinna, primo coactus, mox velle ſimulans, quo plus auctoritatis ineſſet conſilijs, ſi ſeditio miteſceret. Poſtquam in conſpectu Padus, & nox appetebat, vallari caſtra placuit. Is labor vrbano militi inſolitus contudit animos. Tum vetuſtiſſimus quiſque caſtigare credulitatem ſuam,

Procurator Corſicæ in Othonem molitur.

Aduerſos ſibi occidit.

Sed & ipſe mox ab inſulanis occiditur.

Pars Italiæ prima pro Vitellio.

Eius miles vlterius penetrat.

In quem pauci Othoniani ire volunt.

Alacrius quã prudentius.

Coercentur arte quadam a duce.

* ſummam

* captis

* quia

ſuam, metum ac diſcrimen oſtendere, ſi cum exercitu Cæcina, patentibus campis, tam paucas cohortes circumfudiſſet. Iamque totis caſtris modeſti ſermones, & inſerentibus ſe centurionibus tribuniſque, laudare prouidentiam ducis: quod coloniam virium & opum validam, robur ac ſedem bello legiſſet. Ipſe poſtremo Spurinna non tam culpam exprobrans, quam ratione oſtendens, relictis exploratoribus, cæteros Placentiam reduxit, minus turbidos, & imperia accipientes. Solidati muri, propugnacula addita, auctæ turres, prouiſa parataque non arma modo, ſed obſequium & parendi amor, quod ſolum illis partibus defuit, cum virtutis haud pœniteret. At Cæcina, velut relicta poſt Alpes ſæuitia ac licentia, modeſto agmine per Italiam inceſſit. Ornatum ipſius, municipia & coloniæ in ſuperbiam trahebant: quod verſicolore ſagulo, brachas tegmen barbarum indutus, togatos alloqueretur. Vxorem quoque eius Saloninam, quanquam in nullius iniuriam, inſigni equo oſtroque veheretur, tanquam læſi grauabantur. * Inſita mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introſpicere, modumque fortunæ a nullis magis exigere, quam quos in æquo videre. Cæcina Padum tranſgreſſus, tentata Othonianorum fide per colloquium & promiſſa, iiſdem petitus, poſtquam pax & concordia ſpecioſis & irritis nominibus iactata ſunt, conſilia curaſque in oppugnationem Placentiæ magno terrore vertit: gnarus, vt initia belli proueniſſent, famam in cætera fore. Sed primus dies, impetu magis quam veterani exercitus artibus, tranſactus. Aperti incautique muros ſubiere, cibo vinoque prægraues. In eo certamine, pulcherrimum amphitheatri opus, ſitum extra muros, conflagrauit: ſiue ab oppugnatoribus incenſum, dum faces & glandes ac miſſilem ignem in obſeſſos iaculantur, ſiue ab obſeſſis, dum regerunt. Municipale vulgus pronum ad ſuſpiciones, fraude illata ignis alimenta credidit, a quibuſdam vicinis coloniis, inuidiæ æmulatione, quod nulla in Italia moles tam capax foret. quocunque caſu * acciderat, dum atrociora metuebantur, in leui habitum: reddita ſecuritate, tanquam nihil grauius pati potuiſſent, mœrebant. Cæterum, multo ſuorum cruore, pulſus Cæcina. Et nox parandis operibus aſſumpta. Vitelliani pluteos crateſque & vineas ſuffodiendis muris, protegendiſque oppugnatoribus, Othoniani ſudes & immenſas lapidum ac plumbi æriſque moles, perfringendis operibus, obruendiſque hoſtibus expediunt. Vtrinque pudor, vtrinque gloria, & diuerſæ exhortationes, hinc legionum & Germanici exercitus robur; inde vrbanæ militiæ, & prætoriarum cohortium decus attollentium. Illi, vt ſegnem ac deſidem, & circo ac theatris corruptum militem; hi, peregrinum & externum increpabant. ſimul Othonem, ac Vitellium, celebrantes culpanteſque, vberioribus inter ſe probris, quam laudibus ſtimulabantur. Vix dum orto die, plena propugnatoribus mœnia, fulgentes armis viriſque campi, denſum legionum agmen, ſparſa auxiliorum manus, altiora murorum ſagittis aut ſaxis inceſſere, neglecta aut æuo fluxa cominus

Placentia munitur.

Cæcina interea in Italiam.

* Inſitō

Placentiam ſtatim oppugnat.

Amphitheatrũ exuſtum:

Capaciſſimũ omnium Italiæ.

* Vet. accidit,

Iterata oppugnatio.

Sed ſtrenua repugnatio.

aggredi. Ingerunt deſuper Othoniani pila, librato magis & certo ictu, aduerſus temere ſubeuntes cohortes Germanorum, cantu truci, & more patrio, nudis corporibus, ſuper humeros ſcuta quatientium. Legionarius puteis & cratibus tectus ſubruit muros, inſtruit aggerem, molitur portas. Contra prætoriani diſpoſitos ad id ipſum molares, ingenti pondere ac fragore, prouoluunt. pars ſubeuntium obruti: pars confixi, & exangues aut laceri, cum augeret ſtragem trepidatio, eoque acrius e mœnibus vulnerarentur, rediere, infracta partium fama. Et Cæcina, fama & pudore cœptæ temere oppugnationis, ne irriſus ac vanus iiſdem caſtris aſſideret, traiecto rurſus Pado, Cremonam petere intendit. Tradidere ſe abeunti Turullius Cerialis, cum compluribus claſſicis, & Iulius Briganticus, cum paucis equitum. hic præfectus alæ, in Batauis genitus; ille primipilaris, & Cæcinæ haud alienus, quòd ordines in Germania duxerat. Spurinna, comperto itinere hoſtium, defenſam Placentiam, quæque acta, & quid Cæcina pararet, Annium Gallum per litteras docet. Gallus legionem primam in auxilium Placentiæ ducebat, diffiſus paucitati cohortium, ne longius obſidium, & vim Germanici exercitus parum tolerarent. Vbi pulſum Cæcinam pergere Cremonam accepit, ægre coërcitam legionem, & pugnandi ardore vſque ad ſeditionem progreſſam, Bedriaci ſiſtit. Inter Veronam Cremonamque ſitus eſt vicus, duabus iam Romanis cladibus notus, infauſtuſque. Iiſdem diebus, à Martio Macro, haud procul Cremona, proſpere pugnatum. Namque promptus animi Martius, tranſuectos nauibus gladiatores, in aduerſam Padi ripam, repente effudit. Turbata ibi Vitellianorum auxilia, & cæteris Cremonam fugientibus, cæſi qui reſtiterant. Sed repreſſus vincentium impetus, ne nouis præſidiis firmati hoſtes, fortunam prœlij mutarent. Suſpectum id Othonianis fuit, omnia, quæcunque facta, praue æſtimantibus. Certatim, vt quiſque animo ignauus, procax ore, Annium Gallum, & Suetoniũ Paullinum, & Marium Celſum (nam eos Otho quoque præfecerat) variis criminibus inceſſerant. Acerrima ſeditionum ac diſcordiæ incitamenta, interfectores Galbæ, ſcelere & metu vecordes, miſcere cuncta, modo palam turbidis vocibus, modo occultis ad Othonem litteris. qui humillimo cuique credulus, bonos metuens, trepidabat, rebus proſperis incertus, & inter aduerſa melior. Igitur Titianum fratrem accitum, bello præpoſuit. Interea, Paullini & Celſi ductu, res egregiæ geſtæ. Angebant Cæcinam, nequidquam omnia cœpta, & ſeneſcens exercitus ſui fama. pulſus Placentia, cæſis nuper auxiliis, etiam per concurſum exploratorum, crebra magis quam digna memoratu prœlia, inferior: propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illuc concederet, reciperare gloriam, auidius quam conſultius, properabat. Ad duodecimum a Cremona, locus Caſtrorũ vocatur, ferociſſimos auxiliarium imminentibus viæ lucis occultos imponit. equites procedere longius iuſſi, & irritato prœlio ſponte refugi, feſtinationem ſequentiũ elicere, donec inſidiæ coorirentur, Proditũ id Othonianis ducibus. & curam peditum

Et abit Cæcina irritus.

Bedriacum, vicus.

Othonianorum pugna proſpera.

Qui ſeditioſi in duces.

Titianus copiis præfectus.

Cæcina inſidias ponit.

Quæ detectæ Othonianis.

Paullinus,

Paullinus, equitum Celſus ſumpſere. Tertiædecimæ legionis vexillum, quatuor auxiliorum cohortes, & quingenti equites in ſiniſtro locantur. Aggerem viæ tres prætoriæ cohortes, arctis ordinibus obtinuere. Dextra fronte prima legio inceſſit, cum duabus vexillaribus cohortibus, & quingentis equitibus. Super hos e prætorio auxiliiſque mille equites, cumulus proſperis, aut ſubſidium laborantibus, ducebantur. Antequam miſcerentur acies, terga vertentibus Vitellianis, Celſus doli prudens, repreſſit ſuos. Vitelliani temere exſurgentes, cedente ſenſim Celſo, longius ſecuti, vltro in inſidias præcipitantur. nam a lateribus cohortes legionum, aduerſa fronte, & ſubito diſcurſu terga cinxerant equites. Signum pugnæ non ſtatim a Suetonio Paullino pediti datum. Cunctator natura, & cui cauta potius conſilia cum ratione, quam proſpera ex caſu placerent. compleri foſſas, aperiri campum, pandi aciem iubebat, ſatis cito incipi victoriam ratus, vbi prouiſum foret ne vincerentur. Ea cunctatione, ſpatium Vitellianis datum, in vineas nexu traducum impeditas, refugiendi. Et modica ſilua adhærebat, vnde rurſus auſi, promptiſſimos prætorianorum equitum interfecere. vulneratur rex Epiphanes, impigre pro Othone pugnam ciens. Tum Othonianus pedes erupit: protrita hoſtium acie, verſi in fugam etiam qui ſubueniebant. Nam Cæcina non ſimul cohortes, ſed ſingulas acciuerat: quæ res in prœlio trepidationem auxit, cum diſperſos, nec vſquam validos, pauor fugientium abriperet. Orta & in caſtris ſeditio, quod non vniuerſi ducerentur. Vinctus præfectus caſtrorum Iulius Gratus, tanquam fratri apud Othonem militanti proditionem ageret: cum fratrem eius Iulium Frontonem tribunum, Othoniani ſub eodem crimine vinxiſſent. Cæterum ea vbique formido fuit, apud fugientes, occurſantes, in acie, pro vallo, vt deleri cum vniuerſo exercitu Cæcinam potuiſſe, ni Suetonius Paullinus receptui ceciniſſet, vtriſque in partibus percrebuerit. Timuiſſe ſe Paullinus ferebat, tantum inſuper laboris atque itineris, ne Vitellianus miles recens e caſtris feſſos aggrederetur, perculſis nullum retro ſubſidium foret. apud paucos ea ducis ratio probata, in vulgus aduerſo rumore fuit. Haud perinde damnum Vitellianos in metum compulit, quam ad modeſtiam compoſuit: nec ſolum apud Cæcinam, qui culpam in militem conferebat, ſeditioni magis quam prœlio paratum, ſed Fabij quoque Valentis copiæ (iam enim Ticinum venerat) poſito hoſtium contemptu, & recuperandi decoris cupidine, reuerentius & æqualius duci parebant. Grauis alioquin ſeditio exarſerat, quam altiori initio (neque enim rerum a Cæcina geſtarum ordinem interrumpi oportuerat) repetam. Cohortes Batauorum, quas bello Neronis a quartadecima legione digreſſas, cum Britanniam peterent, audito Vitellij motu in ciuitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas retulimus, ſuperbe agebant, vt cuiuſque legionis tentoria acceſſiſſent, coërcitos a ſe quartadecimanos, ablatam Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipſorum manu ſitam iactantes. Contumelioſum id militibus, acerbum duci, corrupta

Itaque in ipſum vertere.

Suetonij cautela & tarditas.

Vitelliani fugantur.

Suetonius receptui canit:

Sed præfeſtine.

Valens venit in Italiam.

Batauorum iactantia.

iurgiis aut rixis diſciplina. Ad poſtremum Valens e petulantia, etiam perfidiam ſuſpectabat. Igitur nuntio allato, pulſam Treuerorum alam Tungroſque à claſſe Othonis, & Narbonenſem Galliam circumiri, ſimul cura ſocios tuendi, & militari aſtu, cohortes turbidas, ac ſi vna forent, præualidas, diſpergendi, partem Batauorum ire in ſubſidium iubet. Quod vbi auditum, vulgatumque, mœrere ſocij, fremere legiones, *Orbari ſe fortiſſimorum virorum auxilio. veteres illos & tot bellorum victores, poſtquam in conſpectu ſit hoſtis, velut ex acie abduci. ſi prouincia, vrbe & ſalute imperij potior ſit, omnes illuc ſequerentur: ſin victoriæ ſanitas, ſuſtentaculum, columen in Italia verteretur, non abrũpendos, vt corpori, validiſſimos artus.* Hæc ferociter iactando, poſtquam, immiſſis lictoribus, Valens coërcere ſeditionem cœptabat, ipſum inuadunt, ſaxa iaciunt, fugientem ſequuntur. Spolia Galliarum, & Viennenſium aurum, & pretia laborum ſuorum occultare clamitantes, direptis ſarcinis, tabernacula ducis, ipſamque humum pilis & lanceis rimabantur. nam Valens, ſeruili veſte, apud decurionem equitum tegebatur. Tum Alphenus Varus præfectus caſtrorum, deflagrante paulatim ſeditione, addit conſilium, vetitis obire vigilias centurionibus, omiſſo tubæ ſono, quo miles ad belli munia cietur. Igitur torpere cuncti, circumſpectare inter ſe attoniti: & id ipſum quod nemo regeret pauentes, ſilentio, patientia, poſtremo precibus ac lacrymis veniam quærebant. Vt vero deformis & flens, & præter ſpem incolumis Valens proceſſit, gaudium, miſeratio, fauor: verſi in lætitiam (vt eſt vulgus vtroque immodicum) laudantes gratanteſque, circumdatum aquilis ſigniſque, in tribunal ferunt. Ille, vtili moderatione, non ſuppliciũ cuiuſquam popoſcit: ac ne diſſimulans ſuſpectior foret, paucos incuſauit: gnarus ciuilibus bellis, plus militibus quam ducibus, licere. Munientibus caſtra apud Ticinum, de aduerſa Cæcinæ pugna allatum, & prope renouata ſeditio, tanquam fraude & cunctationibus Valẽtis prœlio defuiſſent. Nolle requiem, non exſpectare ducem, anteire ſigna, vrgere ſigniferos. rapido agmine Cæcinæ iunguntur. Improſpera Valentis fama apud exercitum Cæcinæ erat: expoſitos ſe tanto pauciores integris hoſtium viribus querebantur, ſimul in ſuam excuſationem, & aduentantium robur per adulationem attollentes, ne vt victi & ignaui deſpectarentur. Et quanquam plus virium, prope duplicatus legionum auxiliorumque numerus erat Valenti, ſtudia tamen militum in Cæcinam inclinabant, ſuper benignitatem animi qua promptior habebatur, etiam vigore ætatis, proceritate corporis, & quodam inani fauore. Hinc æmulatio ducibus. Cæcina, vt fœdum & maculoſum: ille, vt vanum ac tumidum, irridebant. Sed condito odio, eandem vtilitatem fouere, crebris epiſtolis, ſine reſpectu veniæ, probra Othoni obiectantes: cum duces partium Othonis, quamuis vberrima conuiciorum in Vitellium materia, abſtinerent. Sane ante vtriuſque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitioſiſſimam, meruere, minus Vitellij ignauæ voluptates, quam Othonis flagrantiſſimæ libidines timebantur.

Addiderat

Suſpecta Valenti.

Diuidere eos parat.

Vnde nata ſeditio.

Dux comprimere parat: Sed ipſum inuadunt.

Latere cogitur. Varus per artem eos ſedat.

Valens prodit, læto & gratanti milite.

Qui feſtinat ad Cæcinam.

In quem milites valde proni.

In Othonem probra.

Comparatio eius cum Vitellio.

Addiderat huic terrorem atque odium cædes Galbæ: contra, illi initium belli nemo imputabat. Vitellius, ventre & gula ſibi ipſi hoſtis: Otho, luxu, ſæuitia, audacia, Reip. exitioſior ducebatur. Coniunctis Cæcinæ ac Valentis copiis, nulla vltra penes Vitellianos mora, quin totis viribus certarent. Otho conſultauit, trahi bellum, an fortunam experiri placeret. Tum Suetonius Paullinus, dignum fama ſua ratus, qua nemo illa tempeſtate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli cenſere, feſtinationem hoſtibus, moram ipſis vtilem diſſeruit. *Exercitum Vitellij vniuerſum aduenisse: nec multum virium a tergo, quoniam Galliæ tumeant, & deſerere Rheni ripam, irrupturis tam infeſtis nationibus, non conducat. Britannicum militem hoſte & mari diſtineri: Hiſpanias, armis non ita redundare: prouinciam Narbonenſem, incurſu claſſis, & aduerſo prœlio contremuiſſe: clauſam Alpibus, & nullo maris ſubſidio, Transpadanam Italiam, atque ipſo tranſitu exercitus vaſtatam: non frumentum vſquam exercitui, nec exercitum ſine copiis retineri poſſe. Iam Germanos, quod genus militũ apud hoſtes atrociſſimũ ſit, tracto in æſtatem bello, fluxis corporibus, mutationem ſoli cœlique haud toleraturos. Multa bella impetu valida, per tædia & moras euanuiſſe. Contra, ipſis omnia opulenta, & fida: Pannoniam, Mœſiam, Dalmatiam, Orientem, cum integris exercitibus: Italiam, & caput rerum vrbem, ſenatumque & populum, nunquam obſcura nomina, & ſi aliquando obumbrentur: publicas priuataſque opes, & immenſam pecuniam, inter ciuiles diſcordias ferro validiorem: corpora militũ aut Italiæ ſueta, aut æſtibus. Obiacere flumen Padum, tutas viris muriſque vrbes, e quibus nullam hoſti ceſſuram, Placentiæ defenſione exploratum. proinde duceret bellum. Paucis diebus quartamdecimam legionem, magna ipſam fama, cum Mœſiacis copiis affore. Tum rurſus deliberaturum, & ſi prœlium placuiſſet, auctis viribus certaturos.* Accedebat ſententiæ Paullini Marius Celſus. Idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapſu equi afflicto, miſſi qui conſilium eius ſciſcitarentur, rettulerant. Otho pronus ad decertandũ. Frater eius Titianus, & præfectus prætorij Proculus, imperitia properantes, fortunam & deos & numen Othonis adeſſe conſiliis, affore conatibus teſtabantur. neu quis obuiam ire ſententiæ auderet, in adulationem conceſſerant. Poſtquam pugnari placitum, intereſſe pugnæ imperatorem, an ſeponi melius foret, dubitauere. Paullino & Celſo iam non aduerſantibus, ne Principem obiectare periculis viderentur, iidem illi deteriores conſilij auctores pepulere, vt Brixellum concederet, ac dubiis prœliorum exemptus, ſummæ rerum & imperij ſe ipſum reſeruaret. Is primus dies Othonianas partes afflixit. Namque & cum ipſo prætoriarum cohortium, & ſpeculatorum, equitumque, valida manus diſceſſit; & remanentium fractus animus: quando ſuſpecti duces, & Otho, cui vni apud militem fides, dum & ipſe non niſi militibus credit, imperia ducum in incerto reliquerat. Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris vt in ciuili bello transfugiis, & exploratores cura diuerſa ſciſcitandi, ſua non occultabant. Quieti intentique Cæcina ac Valens, quando hoſtis imprudentia rueret, quod loco ſapientiæ eſt, alienam ſtultitiam opperiebantur, inchoato ponte tranſitum Padi ſimulantes,

Deliberat Otho, an pugnandum.

Negat peritiſſimus bellorum Suetonius.

Othoni mens alia, & imperitis.

Hi vicerunt.

Etiam hoc, ne Otho intereſſet.

Vitelliani agunt cautius.

Pontem in Pado ſtruunt.

aduerſus oppoſitam gladiatorum manum. ac ne ipſorum miles ſegne otium tereret, naues pari inter ſe ſpatio, validis vtrimque trabibus connexæ, aduerſum in flumen dirigebantur, iactis inſuper anchoris, quæ firmitatem pontis continerent. Sed anchorarum funes non extenti fluitabant, vt augeſcente flumine, inoffenſus ordo nauium attolleretur. Claudebat pontem impoſita turris, & in extremam nauem educta: vnde tormentis ac machinis hoſtes propulſarentur. Othoniani in ripa turrim ſtruxerant, ſaxaque & faces iaculabantur. Et erat inſula amne medio, in quam gladiatores nauibus molientes, Germani nando prælabebantur. Ac forte plures tranſgreſſos, completis liburnicis, per promptiſſimos gladiatorum Macer aggreditur. Sed neque ea conſtantia gladiatoribus ad prœlia quæ militibus, nec perinde nutantes e nauibus, quam ſtabili gradu e ripa, vulnera dirigebant. Et cum variis trepidantium inclinationibus, immixti remiges propugnatoreſque turbarentur, deſilire in vada vltro Germani, retentare puppes, ſcandere foros, aut cominus mergere. quæ cuncta in oculis vtriuſque exercitus, quanto lætiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani cauſam auctoremque cladis deteſtabantur. Et prœlium quidem, abruptis quæ ſuperfuerant nauibus, fuga diremptum: Macer ad exitium poſcebatur. Iamque vulneratum eminus lancea, ſtrictis gladiis inuaſerant, cum intercurſu tribunorum centurionumque protegitur. Nec multo poſt; Veſtricius Spurinna, iuſſu Othonis, relicto Placentiæ modico præſidio, cum cohortibus ſubuenit. Dein Flauium Sabinum conſulem deſignatum Otho rectorem copiis miſit, quibus Macer præfuerat, læto milite ad mutationem ducum, & ducibus ob crebras ſeditiones, tam infeſtam militiam aſpernantibus. Inuenio apud quoſdam auctores, pauore belli, ſeu faſtidio vtriuſque Principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noſcebantur, dubitaſſe exercitus, num poſito certamine, vel ipſi in medium conſultarent, vel ſenatui permitterent legere Imperatorem. Atque eo duces Othonianos, ſpatium ac moras ſuaſiſſe, præcipue Paullinum: quod vetuſtiſſimus conſularium, & militia clarus, gloriam nomenque Britannicis expeditionibus meruiſſet. Ego vt conceſſerim apud paucos, tacito voto, quietem pro diſcordia, bonum & innocentem Principem, pro peſſimis ac flagitioſiſſimis expetitum: ita neque Paullinum, qua prudentia fuit, ſperaſſe, corruptiſſimo ſæculo, tantam vulgi moderationem reor, vt qui pacem belli amore turbauerant, bellum pacis caritate deponerent: neque aut exercitus linguis moribuſque diſſonos, in hunc conſenſum potuiſſe coaleſcere: aut legatos ac duces, magna ex parte luxus, egeſtatis, ſcelerum ſibi conſcios, niſi pollutum obſtrictumque meritis ſuis Principem paſſuros. Vetus ac iam pridem inſita mortalibus potentiæ cupido, cum imperij magnitudine adoleuit, erupitque. Nam rebus modicis, æqualitas facile habebatur. ſed vbi ſubacto orbe, & æmulis vrbibus regibuſve exciſis, ſecuras opes cōcupiſcere vacuum fuit, prima inter patres plebemque certamina exarſere. Modo turbulenti tribuni, modo conſules præualidi, & in vrbe ac foro tentamenta

Leue prœliū inter gladiatores & Germanos.

Non pro bono illis.

Iracundia militaris in Macrum.

Flauius Sabinus ei ſubſtituitur.

Fama de ſtudio pacis.

Quam refellit Tacitus.

Imperij cupido vetus.

Cui origo, opes. Pluresq. Romæ ad illud adſpirarunt.

ciuilium

ciuilium bellorum. Mox e plebe infima, C. Marius, & nobilium ſæuiſſimus L. Sulla, victam armis libertatem in dominationem vertere runt. Poſt quos Gn. Pompeius occultior, non melior. Et numquam poſtea, niſi de principatu quæſitum. Non diſceſſere ab armis in Pharſalia ac Philippis ciuium legiones, nedum Othonis ac Vitellij exercitus ſponte poſituri bellum fuerint. Eadem illos deum ira, eadem hominum rabies, eædem ſcelerum cauſæ in diſcordiam egere. Quod ſingulis velut ictibus tranſacta ſunt bella, ignauia Principum factum eſt. Sed me veterum nouorumque morum reputatio longius tulit. Nunc ad rerum ordinem venio. Profecto Brixellum Othone, honor imperij penes Titianum fratrem, vis ac poteſtas penes Proculũ præfectum, Celſus & Paullinus, cum prudentia eorum nemo vteretur, inani nomine ducum, alienæ culpæ prætendebantur. Tribuni centurioneſque ambigui, quod ſpretis melioribus, deterrimi valebant. Miles alacer, qui tamen iuſſa ducum interpretari quam exſequi mallet. Promoueri ad quartum a Bedriaco caſtra placuit, adeo imperite, vt quamquam verno tempore anni, & tot circum amnibus, penuria aquæ fatigarentur. Ibi de prœlio dubitatum, Othone per litteras flagitante, vt maturarent: militibus, vt Imperator pugnæ adeſſet poſcentibus: plerique copias trans Padum agentes acciri poſtulabant. Nec perinde diiudicari poteſt, quid optimum factu fuerit, quam peſſimum fuiſſe quod factum eſt. Non vt ad pugnam, ſed ad bellandum profecti, Confluentes Padi & Adduæ fluminum XVI. inde millium ſpatio diſtantes petebant. Celſo & Paullino abnuentibus, militem itinere feſſum, ſarcinis grauem, obiicere hoſti, non admiſſuro quo minus expeditus & vix quatuor millia paſſuum progreſſus, aut incompoſitos in agmine, aut diſperſos, & vallum molientes aggrederetur. Titianus & Proculus, vbi conſiliis vincerentur, ad ius imperij tranſibant. Aderat ſane citus equo Numida, cum atrocibus mãdatis, quibus Otho, increpita ducum ſegnitia, rem in diſcrimen mitti iubebat: æger mora, & ſpei impatiens. Eadem die, ad Cæcinam operi pontis intentum, duo prætoriarum cohortium tribuni, colloquium eius poſtulantes, venerunt. Audire conditiones, ac reddere parabat, cùm præcipites exploratores adeſſe hoſtem nuntiauere. Interruptus tribunorum ſermo. eoque incertum fuit, inſidias, an proditionem, vel aliquod honeſtum conſilium cœptauerint. Cæcina dimiſſis tribunis, reuectus in caſtra, datum iuſſu Fabij Valentis pugnæ ſignum, & militem in armis inuenit. Dum legiones de ordine agminis ſortiuntur, equites prorupere, & mirum dictu, a paucioribus Othonianis, quo minus in vallum impingerentur, Italicæ legionis virtute territi ſunt. ea ſtrictis mucronibus, redire pulſos, & pugnam reſumere coëgit. Diſpoſita Vitellianarum legionum acies, ſine trepidatione, etenim (quanquam vicino hoſte) aſpectus armorum denſis arbuſtis prohibebatur: apud Othonianos pauidi duces, miles ducibus infenſus, mixta vehicula & lixæ, & præruptis vtrimque foſſis, via quieto quoque agmini anguſta. Circumſiſtere alij ſigna ſua, quærere alij: incertus vndique clamor, accurren-

Titianus pro Othone copiis præeſt, ſed titulo:

Vi Proculus.

Imperitia eorum & lapſus.

Militem feſſum hoſti obiiciunt.

Duorum Tribunorũ colloquium:

Incertum cui fini.

Vitelliani pugnæ ſe aptant:

Sine metu, & compoſite.

Apud Othonianos, contra, turbæ.

tium, * clamantium: & vt cuique audacia vel formido, in primam

* vocantium:

Falſo nuncio iis impoſitũ.

poſtremamve aciem prorumpebant, vel reuehebantur. Attonitas ſubito terrore mentes, falſum gaudium in languorem vertit, repertis qui deſciuiſſe à Vitellio exercitum ementirentur. Is rumor ab exploratoribus Vitellij diſperſus, an ipſa Othonis parte, ſeu dolo, ſeu forte ſurrexerit, parum compertum. Omiſſo pugnæ ardore, Othoniani vltro ſalutauere. & hoſtili murmure excepti, pleriſque ſuorum ignaris quæ cauſa ſalutandi, metum proditionis fecere. Tum incubuit hoſtiũ acies, integris ordinibus, robore & numero præſtantior. Othoniani

Tamen acriter pugnatũ.

quanquam diſperſi, pauciores, feſſi, prœlium tamen acriter ſumpſere. Et per locos arboribus ac vineis impeditos, non vna pugnæ facies. cominus, eminuſque, cateruis & cuneis, concurrebant: in aggere viæ, collato gradu, corporibus & vmbonibus niti, omiſſo pilorum iactu, gladiis & ſecuribus galeas loricaſque perrumpere, noſcentes inter ſe,

Duarum legionum certamen.

cæteris conſpicui, in euentum totius belli certabant. Forte inter Padum viamque, patenti campo, duæ legiones congreſſæ ſunt: pro Vitellio Vnaetuiceſima, cui cognomen Rapaci, vetere gloria inſignis: e parte Othonis, prima Adiutrix, non ante in aciem deducta, ſed ferox, & noui decoris auida. Primani, ſtratis Vnaetuiceſimanorum principiis, aquilam abſtulere. quo dolore accenſa legio, & impulit rurſus primanos, interfecto Orphidio Benigno legato, & plurima ſigna vexillaque ex hoſtibus rapuit. A parte alia, propulſa Quintanorum impetu tertiadecima legio: circumuenti plurium accurſu quartadeci-

Duces Othonis profugiũt:

mani. Et ducibus Othonis iam pridem profugis, Cæcina ac Valens ſubſidiis ſuos firmabant. Acceſſit recens auxilium Varus Alphenus cum Batauis, fuſa gladiatorum manu, quam nauibus tranſuectam, oppoſitæ cohortes in ipſo flumine trucidauerant. ita victores latus hoſtium inuecti. Et media acie perrupta, fugere paſſim Othoniani

Et mox exercitus.

Bedriacum petentes. Immenſum id ſpatium. obſtructæ ſtrage corporum viæ. quo plus cædis fuit. neque enim ciuilibus prœliis, capti in prædam vertuntur. Suetonius Paullinus, & Licinius Proculus, diuerſis itineribus, caſtra vitauere. Vedium Aquilam tertiædecimæ legionis

Qui ducibus infenſus, tumultuatur in caſtris.

legatum, iræ militum inconſultus pauor obtulit. Multo adhuc die vallum ingreſſus, clamore ſeditioſorum & fugacium circumſtrepitur. Non probris, non manibus abſtinent, deſertorem proditoremque increpant, nullo proprio crimine eius, ſed, more vulgi, ſuum quiſque flagitium aliis obiectantes. Titianum & Celſum nox iuuit, diſpoſitis

Placat Annius Gallus.

iam excubiis, compreſſiſque militibus, quos Annius Gallus precibus, conſilio, auctoritate flexerat, ne ſuper cladem aduerſæ pugnæ, ſuiſmet ipſi cædibus ſæuirent. ſiue finis bello veniſſet, ſeu reſumere arma

Prætorij miles nihil fractus eâ pugna.

mallent, vnicum victis in conſenſu leuamentum. Cæteris fractus animus. Prætorianus miles, non virtute ſe, ſed proditione victum fremebat. Ne Vitellianis quidem incruentam fuiſſe victoriam, pulſo equite, rapta legionis aquila. Supereſſe cum ipſo Othone militum quod trans Padum fuerit: venire Mœſicas legiones: magnam exercitus partem Bedriaci remanſiſſe. hos certe nondum victos, & ſi ita ferret, honeſtius in acie

in acie perituros. His cogitationibus truces aut pauidi, extrema deſperatione ad iram ſæpius, quam in formidinem, ſtimulabātur. At Vitellianus exercitus, ad quintum à Bedriaco lapidem conſedit, non auſis ducibus eodem die oppugnationem caſtrorum. Simul voluntaria deditio ſperabatur. Sed expeditis & tantum ad prœlium egreſſis, munimentum fuere arma & victoria. Poſtera die, haud ambigua Othoniani exercitus voluntate, & qui ferociores fuerant ad pœnitentiam inclinantibus, miſſa legatione, apud duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem concederent. Legati pauliſper retenti. ea res hæſitationem attulit, ignaris adhuc an impetraſſent. Mox remiſſa legatione patuit vallum. Tum victi victoreſque in lacrymas effuſi, ſortem ciuilem armorum miſera lætitia deteſtantes. Iiſdem tentoriis, alij fratrum, alij propinquorum vulnera fouebant. Spes & præmia in ambiguo: certa, funera & luctus. Nec quiſquam adeo mali expers, vt non aliquam mortem mœreret. Requiſitum Orphidij legati corpus, honore ſolito crematur. Paucos neceſſarij ipſorum ſepeliuere. Cæterum vulgus, ſuper humum relictum. Opperiebatur Otho nuntium pugnæ, nequaquam trepidus, & conſilij certus. Mœſta primum fama, dein profugi e prœlio perditas res patefaciunt. Non exſpectauit militum ardor vocem Imperatoris. bonum habere animum iubebant. ſupereſſe adhuc nouas vires, & ipſos extrema paſſuros, auſuroſque. neque erat adulatio. Ire in aciem, excitare partium fortunam, furore quodam & inſtinctu flagrabant. qui procul aſtiterant, tendere manus, & proximi prehenſare genua, promptiſſimo Plotio Firmo. Is prætorij præfectus, identidem orabat, *Ne fidiſſimum exercitum, ne optime meritos milites deſereret: maiore animo tolerari aduerſa quam relinqui. fortes & ſtrenuos, etiam contra fortunam, inſiſtere ſpei, timidos & ignauos ad deliberationem formidine properare.* Quas inter voces, vt flexerat vultum, aut indurauerat Otho, clamor & gemitus. Nec prætoriani tantum, proprius Othonis miles, ſed præmiſſi Mœſia, eandem obſtinationem aduentantis exercitus, legiones Aquileiam ingreſſas, nuntiabant. vt nemo dubitet potuiſſe renouari bellum atrox, lugubre, incertum victis, & victoribus. Ipſe * verſus a conſiliis belli. *Hunc*, inquit, *animum, hanc virtutem veſtram vltra periculis obijcere, nimis grande vitæ meæ pretium puto. Quanto plus ſpei oſtenditis, ſi viuere placeret, pulchrior mors erit. Experti inuicem ſumus, ego ac fortuna. ne tempus computaueritis, difficilius eſt temperare fœlicitate, qua te non putes diu vſurum. Ciuile bellum a Vitellio cœpit, & vt de principatu certaremus armis, initium illic fuit. ne pluſquam ſemel certemus, penes me exemplum erit. Hinc Othonem poſteritas æſtimet. Fruetur Vitellius fratre, coniuge, liberis. mihi non vltione, neque ſolatijs opus eſt. Alij diutius imperium tenuerunt; nemo tam fortiter reliquerit. An ego tantum Romanæ pubis, tot egregios exercitus, ſterni rurſus, & Reip. eripi patiar? Eat hic mecum animus, tanquam perituri pro me fueritis. Sed eſte ſuperſtites, nec diu moremur, ego incolumitatem veſtram, vos conſtantiam meam. Plura de extremis loqui, pars ignauiæ eſt. præcipuum deſtinationis meæ documentum habete, quod de nemine queror. Nam incuſare deos vel homines, eius eſt, qui viuere velit.*

Vitelliani victores caſtris adpropinquant.

Legati ad eos veniunt, pro venia.

Et impetrant.

Deteſtantur communiter ciuilia bella,

Triſtis hic ad Othonem nuncius.

Quem milites fidiſſimi erigunt:

Et cum iis Plotius Firmus.

Sed ipſe bellū abhorret.

* Libri alij, auerſus

Oratio huic rei elegans.

Attendite principes.

Suos dimittit. Talia locutus, vt cuique ætas aut dignitas, comiter appellatos, irent propere, neu remorando iram victoris aſperarent, iuuenes auctoritate, ſenes precibus monebat: placidus ore, intrepidus verbis, intempeſtiuas ſuorum lacrymas coërcens. Dari naues ac vehicula abeuntibus iubet. libellos epiſtolaſque, ſtudio erga ſe, aut Vitellium contumeliis, inſignes, abolet. Pecunias diſtribuit parce, nec vt periturus. Mox Saluium * Coccecianum fratris filium prima iuuenta trepidum, & mœrentem, vltro ſolatus eſt, laudando pietatem eius, caſtigando formidinem. *An Vitellium tam immitis animi fore, vt pro incolumi tota domo, ne hanc quidem ſibi gratiam redderet? Mereri ſe feſtinato exitu clementiam victoris. Non enim vltima deſperatione, ſed poſcente prœlium exercitu, remiſiſſe Reipub. nouiſſimum caſum. Satis ſibi nominis, ſatis poſteris ſuis nobilitatis quæſitum. poſt Iulios, Claudios, Seruios, ſe primum, in familiam nouam imperium intuliſſe. proinde erecto animo capeſſeret vitam, neu patruum ſibi Othonem fuiſſe, aut obliuiſceretur vnquam, aut nimium meminiſſet.* Poſt quæ, dimotis omnibus, paulum requieuit. atque illũ iam ſupremas curas * agentem repens tumultus auertit, nunciata conſternatione ac licentia militum. namque abeuntibus exitium minitabantur, atrociſſima in Verginium vi, quem clauſa domo obſidebant. increpitis ſeditionis auctoribus regreſſus, vacauit abeuntium alloquiis, donec omnes inuiolati digrederentur. * Veſperaſcente die, ſitim hauſtu gelidæ aquæ ſedauit. Tum allatis * pugionibus, cum vtrumque tentaſſet, alterum capiti ſubdit. Et explorato, iam profectos amicos, noctem quietam, vtque affirmatur, non inſomnem egit. Luce prima, in ferrum pectore incubuit. Ad gemitum morientis, ingreſſi liberti, ſeruique, & Plotius Firmus prætorij præfectus, vnum vulnus inuenere. Funus maturatum. ambitioſis id precibus petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum. Tulere corpus prætoriæ cohortes, cum laudibus & lacrymis, vulnus manuſque eius exoſculantes. Quidam militum, iuxta rogum interfecere ſe, non noxa neque ob metum, ſed æmulatione decoris, & caritate Principis. Ac poſtea, promiſcue Bedriaci, Placentiæ, aliis in caſtris, celebratum id genus mortis. Othoni ſepulcrum exſtructum eſt, modicum, & manſurum. Hunc vitæ finem habuit ſeptimo & triceſimo ætatis anno. Origo illi e municipio Ferentino. Pater conſularis, auus prætorius, maternum genus impar, nec tamen indecorum. pueritia ac iuuenta, qualem monſtrauimus. duobus facinoribus, altero flagitioſiſſimo, altero egregio, tantundem apud poſteros meruit bonæ famæ, quantum malæ. Vt conquirere fabuloſa, & fictis oblectare legentium animos, procul grauitate cœpti operis crediderim; ita vulgatis traditiſque demere fidem, non auſim. Die quo Bedriaci certabatur, auem inuſitata ſpecie, apud Regium Lepidum celebri * luco conſediſſe, incolæ memorant, nec deinde cœtu hominum, aut circumuolitantium alitum, territam pulſamve, donec Otho ſe ipſe interficeret: tum ablatam ex oculis: & tempora reputantibus, initium finemque miraculi, cum Othonis exitu competiſſe. In funere eius, nouata luctu ac dolore militum ſeditio. nec erat, qui coërceret. Ad Verginium verſi,

Marginal notes (left): Cauet omnibus in poſterum. — Fratris filium alloquitur. — Morti ſe parat. — Impeditur ſeditione militum: Quam interueniens ſedat. — Nocte ea dormit. Mane ſe interficit. — Funeratur magno ſtudio. — Milites multi ſe quoque interficiunt. — Elogia de Othone. — Prodigium de aue viſa. — Iterum ſeditio militaris.

Marginal notes (right): * Cocceium, vocat Plut. — * Quidam libri, animo voluantem — * Far. Veſpetante — * Libri aliquot, pugionibus duobus. — * Forte loco

verſi, modo vt reciperet imperium, nunc vt legatione apud Cæcinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant. Verginius per auerſam domus portam furtim digreſſus, irrumpentes fruſtratus eſt. Earum, quæ Brixelli egerant, cohortium, preces, Rubrius Gallus tulit. Et venia ſtatim impetrata, concedentibus ad victorem, per Flauium Sabinum, iis copiis quibus præfuerat. Poſito vbique bello, magna pars ſenatus extremum diſcrimen adiit, profecta cum Othone ab vrbe, dein Mutinæ relicta. illud de aduerſo prœlio allatum. Sed milites, vt falſum rumorem aſpernantes, quod infenſum Othoni ſenatum arbitrabantur, cuſtodire ſermones, vultum habitumque trahere in deterius: conuiciis poſtremo ac probris cauſam & initium cædis quærebant. cùm alius inſuper metus ſenatoribus inſtaret, ne præualidis iam Vitellij partibus, cunctanter excepiſſe victoriam crederentur. Ita trepidi & vtrimque anxij coëunt. nemo priuatim expedito conſilio, inter multos, ſocietate culpæ tutior. Onerabat pauentium curas ordo Mutinenſis, arma & pecuniam offerendo, appellabatque Patres Conſcriptos, intempeſtiuo honore. Notabile iurgium inde fuit, quo Licinius Cæcina Marcellum Eprium, vt ambigua differentem, inuaſit. Nec cæteri ſententias aperiebant. Sed inuiſum memoria delationum, expoſitumque ad inuidiam Marcelli nomen, iritauerat Cæcinam, vt nouus adhuc, & in ſenatum nuper adſcitus, magnis inimicitiis clareſceret. Moderatione meliorum diremptii. Et rediere omnes Bononiam, rurſus conſiliaturi. Simul, medio temporis, plures nuntij ſperabantur. Bononiæ, diuiſis per itinera qui recentiſſimum quemque percunctarentur, interrogatus Othonis libertus cauſam digreſſus, habere ſe ſuprema eius mandata reſpondit. Ipſum viuentem quidem relictum, ſed ſola poſteritatis cura, & abruptis vitæ blandimentis. Hinc admiratio, & plura interrogandi pudor. Atque omnium animi in Vitellium inclinauere. Intererat conſiliis frater eius L. Vitellius, ſeque iam adulantibus offerebat, cum repente * Cenus libertus Neronis, atroci mendacio vniuerſos perculit, affirmans ſuperuentu XIIII. legionis, iunctis a Brixello viribus, cæſos victores, verſam partium fortunam. Cauſa fingendi fuit, vt diplomata Othonis quæ negligebantur, lætiore nuntio reualeſcerent. Et Cenus quidem rapidus in vrbem vectus, paucos poſt dies, iuſſu Vitellij pœnas luit. Senatorum periculum auctum, credentibus Othonianis militibus vera eſſe quæ afferebantur. Intendebat formidinem, quod publici conſilij facie, diſceſſum Mutina, deſertæque partes forent. Nec vltra in commune congreſſi, ſibi quiſque conſuluere: donec miſſæ à Fabio Valente epiſtolæ, demerent metum. Et mors Othonis, quo laudabilior, eo velocius audita. At Romæ nihil trepidationis: Cereales ludi ex more ſpectabantur. vt ceſſiſſe vita Othonem, & a Flauio Sabino præfecto vrbis, quod erat in vrbe militum ſacramento Vitellij adactum, certi auctores in theatrum attulerunt, Vitellio plauſere: populus, cum lauru ac floribus, Galbæ imagines circum templa tulit, congeſtis in modum tumuli coronis, iuxta lacum Curtij, quem locum Galba

Senatus diſcrimen Mutinæ.

Eprius Marcellus accuſatur.

Senatus Bononiam redit.

Ibi de Othone certa fama.

* *Lib. vett. Comenus. vera ſcriptura, Cœnus*

Liberti Neroniani audax mendacium.

Ex quo periculum Senatui.

Plebs Romana ſtatim ad Vitellium.

Senatus honores in Vitellium cumulat.

moriens ſanguine infecerat. In ſenatu, cuncta longis aliorum principatibus compoſita, ſtatim decernuntur. Additæ erga Germanicos exercitus laudes, grateſque. & miſſa legatio, quæ gaudio fungeretur. Recitatæ Fabij Valentis epiſtolæ ad conſules ſcriptæ, haud immoderatæ. Gratior Cæcinæ modeſtia fuit, quod non ſcripſiſſet. Cæterum Italia grauius atque atrocius, quam bello affictabatur. Diſperſi per municipia & colonias Vitelliani, ſpoliare, rapere, vi & ſtupris polluere, in omne fas nefaſque auidi, aut venales, non ſacro, non profano abſtinebant. Et fuere qui inimicos ſuos ſpecie militum interficerent. ipſique milites regionum gnari, refertos agros, dites dominos in prædam, aut ſi repugnatum foret, ad excidium deſtinabant: obnoxiis ducibus, & prohibere non auſis. Minus auaritiæ in Cæcina, plus ambitionis: Valens, ob lucra & quæſtus infamis, eoque alienæ etiam culpæ diſſimulator. Iam pridem attritis Italiæ rebus, tantum peditum equitumque, vis, damnaque, & iniuriæ, ægre tolerabantur. Interim Vitellius victoriæ ſuæ neſcius, vt ad integrum bellum, reliquas Germanici exercitus vires trahebat. Pauci veterum militum in hibernis relicti, feſtinatis per Gallias dilectibus, vt remanentium legionum nomina ſupplerentur. Cura belli Hordeonio Flacco permiſſa. Ipſe e Britannico dilectu octo millia ſibi adiunxit. Et paucorum dierum iter progreſſus, proſperas apud Bedriacum res, ac morte Othonis concidiſſe bellum accepit. Vocata concione, virtutem militum laudibus cumulat. Poſtulante exercitu, vt libertum ſuum Aſiaticum equeſtri dignitate donaret, inhoneſtam adulationem compeſcuit. Dein, mobilitate ingenij, quod palam abnuerat, inter ſecreta conuiuij largitur: honorauitque Aſiaticum anulis, fœdum mancipium, & malis artibus ambitioſum. Iiſdem diebus, acceſſiſſe partibus vtramque Mauritaniam, interfecto procuratore Albino, nuntij venere. Luceius Albinus, a Nerone Mauritaniæ Cæſarienſi præpoſitus, addita per Galbam Tingitanæ prouinciæ adminiſtratione, haud ſpernendis viribus agebat. XVIII. cohortes, quinque alæ, ingens Maurorum numerus aderat, per latrocinia & raptus apta bello manus. cæſo Galba, in Othonem pronus, nec Africa contentus, Hiſpaniæ anguſto freto diremptæ imminebat. Inde Cluuio Rufo metus, & decimam legionem propinquare litori, vt tranſmiſſurus iuſſit. Præmiſſi centuriones, qui Maurorum animos Vitellio conciliarent. Neque arduum fuit, magna per prouincias Germanici exercitus fama. Spargebatur inſuper, ſpreto procuratoris vocabulo, Albinum inſigne regis, & Iubæ nomen vſurpare. Ita mutatis animis, Aſinius Pollio alæ præfectus, e fidiſſimis Albino, & Feſtus ac Scipio cohortium præfecti opprimuntur. Ipſe Albinus, dum e Tingitana prouincia Cæſarienſem Mauritaniam petit, appulſus littori, trucidatur. Vxor eius, cum ſe percuſſoribus obtuliſſet, ſimul interfecta eſt: nihil eorum quæ fierent Vitellio anquirente. Breui auditu, quamuis magna tranſibat, impar curis grauioribus. Exercitũ itinere terreſtri pergere iubet. Ipſe Arare flumine deuehitur, nullo principali paratu, ſed vetere egeſtate conſpicuus: donec Iunius Blæſus, Lugdunenſis

Cuius milites mire petulantes.

Hordeonius Germaniæ præfectus.

Aſiaticus libertus anulis donatur.

Mauritania vtraque ad Vitellium redit.

In altera Albinus, & turbatores, cæſi.

Iunius Blæſus.

Lugdunenſis Galliæ rector, genere illuſtri, largus animo, & par opibus, circumdaret Principi miniſteria, comitaretur liberaliter, eo ipſo ingratus, quamuis odium Vitellius humilibus blanditijs velaret. Præſto fuere Lugduni, victricium victarumque partium duces. Valentem & Cæcinam pro concione laudatos, curuli ſuæ circumpoſuit. Mox vniuerſum exercitum occurrere infanti filio iubet. Perlatum, & paludamento opertum, ſinu retinens, Germanicum appellauit, cinxitque cunctis fortunæ principalis inſignibus. Nimius honos inter ſecunda, rebus aduerſis in ſolatium ceſſit. Tum interfecti centuriones promptiſſimi Othonianorum: vnde præcipua in Vitellium alienatio, per Illyricos exercitus. Simul cæteræ legiones contactu, & aduerſus Germanicos milites inuidia, bellum meditabantur. Suetonium Paullinum, ac Licinium Proculum, triſti mora ſqualidos tenuit: donec auditi, neceſſarijs magis defenſionibus, quam honeſtis vterentur. Proditionem vltro imputabant: ſpatium longi ante prœlium itineris, fatigationem Othonianorum, permixtum vehiculis agmen, ac pleraque fortuita, fraudi ſuæ aſſignantes. Et Vitellius credidit de perfidia, & fidem abſoluit. Saluius Titianus, Othonis frater, nullum diſcrimen adijt, pietate & ignauia excuſatus. Mario Celſo conſulatus ſeruatur. Sed creditum fama, obiectumque mox in Senatu Cæcilio Simplici, quod eum honorem pecunia mercari, nec ſine exitio Celſi voluiſſet. Reſtitit Vitellius, deditque poſtea conſulatum Simplici, innoxium & inemptum. Trachalum aduerſus criminantes, Galeria vxor Vitellij protexit. Inter magnorum virorum diſcrimina (pudendum dictu) Maricus quidam, e plebe Boiorum, inſerere ſeſe fortunæ, & prouocare arma Romana, ſimulatione numinum auſus eſt. Iamque aſſertor Galliarum, & deus (nomen id ſibi indiderat) concitis octo millibus hominum, proximos Æduorum pagos trahebat: cum grauiſſima ciuitas, electa iuuentute, adiectis a Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem diſiecit. Captus in eo prælio Maricus, ac mox feris obiectus, quia non laniabatur, ſtolidum vulgus inuiolabilem credebat, donec ſpectante Vitellio interfectus eſt. Nec vltra in defectores, aut bona cuiuſquam, ſæuitum. Rata fuere eorum, qui acie Othoniana ceciderant, teſtamenta, aut lex inteſtatis. Prorſus, ſi luxuriam temperaret, auaritiam non timeres. Epularum fœda & inexplebilis libido. Ex vrbe atque Italia, irritamenta gulæ geſtabantur, ſtrepentibus ab vtroque mari itineribus. exhauſti conuiuiorum apparatibus principes ciuitatum. vaſtabantur ipſæ ciuitates. degenerabat a labore ac virtute miles, aſſuetudine voluptatum, & contemptu ducis. Præmiſit in vrbem edictum, quo vocabulum Auguſti differret, Cæſaris non reciperet, cum de poteſtate nihil detraheret. Pulſi Italia mathematici. Cautum ſeuere, ne equites Ro. ludo & arena polluerentur. Priores id Principes, pecunia, & ſæpius vi, perpulerant. Ac pleraque municipia, & coloniæ, æmulabantur corruptiſſimum quemque adoleſcentium, pretio illicere. Sed Vitellius, aduentu fratris, & irrepentibus dominationis magiſtris, ſuperbior & atrocior, occidi Dolabellam

Vitellij filius, vt Cæſar habetur.

Ipſe aduerſarios aut punit varie, aut abſoluit.

Marici inſania.

Qui pœnas cum ſuis luit.

Vitellius glutto & ganeo.

Edicta tamen eius quædam ſeuera.

Dolabellæ cædes.

iuſſit, quem in coloniam Aquinatem ſepoſitum ab Othone rettulimus. Dolabella, audita morte Othonis, vrbem introierat. Id ei Plautius Varus, prætura functus, ex intimis Dolabellæ amicis, apud Flauium Sabinum præfectum vrbis obiecit, tanquam rupta custodia, ducem ſe victis partibus oſtentaſſet. Addidit tentatam cohortem, quæ Hoſtiæ ageret. nec vllis tantorum criminum probationibus, in pœnitentiam verſus, * ſecundam veniam poſt ſcelus quærebat. Cunctantem ſuper tanta re Flauium Sabinum, Triaria L. Vitellij vxor, vltra fœminam ferox, terruit e periculo Principis famam clementiæ affectare. Sabinus ſuopte ingenio mitis, vbi formido inceſſiſſet, facilis mutatu, & in alieno diſcrimine ſibi pauens, ne alleuaſſe videretur, impulit ruentem. Igitur Vitellius, metu & odio, quod Petroniam vxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepiſſet, vocatum per epiſtolas, vitata Flaminiæ viæ celebritate, diuertere Interamnam, atque ibi interfici iuſſit. Longum interfectori viſum: in itinere ac taberna, proiectum humi iugulauit: magna cum inuidia noui principatus, cuius hoc primum ſpecimen noſcebatur. Et Triariæ licentiam, modeſtum e proximo exemplum onerabat, Galeria Imperatoris vxor, non minax triſtibus: & pari probitate, mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris. Dixiſſe quinetiam, ad primas filij ſui epiſtolas, ferebatur, non Germanicum a ſe, ſed Vitellium genitum. Nec vllis poſtea fortunæ illecebris, aut ambitu ciuitatis in gaudium euicta, domus ſuæ tantum aduerſa ſenſit. Digreſſum a Lugduno Vitellium, M. Cluuius Rufus aſſequitur, omiſſa Hiſpania: lætitiam & gratulationem vultu ferens, animo anxius, & petitum ſe criminationibus gnarus. Hilarius Cæſaris libertus detulerat, tanquam audito Vitellij & Othonis principatu, propriam ipſe potentiam & poſſeſſionem Hiſpaniarum tentaſſet: eoque diplomatibus nullum Principem præſcripſiſſet. Interpretabatur quædam ex orationibus eius, contumelioſa in Vitellium, & pro ſe ipſo popularia. Auctoritas Cluuij præualuit, vt puniri vltro libertũ ſuum Vitellius iuberet. Cluuius comitatu Principis adiectus, non adempta Hiſpania, quam rexit abſens, exemplo L. Arruntij, quem Tiberius Cæſar ob metum, Vitellius Cluuium nulla formidine retinebat. Non idem Trebellio Maximo honos. Profugerat Britannia, ob iracundiam militum. Miſſus eſt in locum eius, Vectius Bolanus. E præſentibus, angebat Vitellium victarum legionum haudquaquam fractus animus. Sparſæ per Italiam, & victoribus permixtæ, hoſtilia loquebantur: præcipua quartadecimanorum ferocia, qui ſe victos adnuebant. quippe Bedriacenſi acie, vexillarijs tantum pulſis, vires legionis non affuiſſe. Remitti eos in Britanniam, vnde a Nerone exciti erant, placuit, atque interim Batauorum cohortes vna tendere, ob veterem aduerſus quartadecimanos diſcordiam. Nec diu in tantis armatorum odijs, quies fuit. Auguſtæ Taurinorum, dum opificem quendam Batauus vt fraudatorem inſectatur, legionarius vt hoſpitem tuetur, ſui cuique commilitones aggregati, a conuicijs ad cædem tranſiere. & prœlium atrox arſiſſet, ni duæ prætoriæ cohortes, cauſam

Quem Varus improbe accuſat.

* *alias*, feram

Galeria, modeſta matrona.

Et Sextilia, etiam prudens.

Cluuius clam delatus.

Sed fidenter ſe purgat.

Victæ legiones, non pro victis.

Quartadecimani a Batauis diſſident.

Ad manus veniunt.

cauſam quartadecimanorum ſecutæ, his fiduciam, & metum Batauis feciſſent. quos Vitellius agmini ſuo iungi, vt fidos; legionem, Graijs Alpibus traductam, eo flexu itineris ire iubet, quo Viennam vitarent. Namque & Viennenſes timebantur. Nocte qua proficiſcebatur legio, relictis paſſim ignibus, pars Taurinæ coloniæ ambuſta: quod damnum, vt plerumque belli mala, maioribus aliarum vrbium cladibus oblitteratum. Quartadecimani, poſtquam Alpibus digreſſi ſunt, ſeditioſiſſimus quiſque ſigna Viennam ferebant. conſenſu meliorum compreſſi: & legio in Britanniam tranſuecta. Proximus Vitellio e prætorijs cohortibus metus erat. Separati primum, deinde, addito honeſtæ miſſionis lenimento, arma ad tribunos ſuos ferebant: donec motum a Veſpaſiano bellum crebreſceret. Tum, reſumpta militia, robur Flauianarum partium fuere. Prima claſſicorum legio, in Hiſpaniam miſſa, vt pace & otio miteſceret. Vndecima ac ſeptima, ſuis hibernis redditæ. Tertiadecimani, ſtruere amphitheatra iuſſi. Nam Cæcina Cremonæ, Valens Bononiæ, ſpectaculum gladiatorum edere parabant: nunquam ita ad curas intento Vitellio, vt voluptates obliuiſceretur. Et quidem partes modeſte diſtinxerat.* Apud Victores orta ſeditio ludicro initio, niſi numerus cæſorum inuidiam bello auxiſſet. Diſcubuerat Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Verginio. Legati tribunique, ex moribus Imperatorum ſeueritatem æmulantur, vel tempeſtiuis conuiuijs gaudent. perinde miles intentus, aut licentior. Apud Vitellium omnia indiſpoſita, temulenta, peruigilijs ac Bacchanalibus, quam diſciplinæ & caſtris propiora. Igitur duobus militibus, altero legionis quintæ, altero e Gallis auxiliaribus, per laſciuiam & certamen luctandi accenſis, poſtquam legionarius prociderat, inſultante Gallo, & ijs qui ad ſpectandum conuenerant in ſtudia diductis; erupere legionarij in perniciem auxiliorum, ac duæ cohortes interfectæ. Remedium tumultus fuit, alius tumultus. Puluis procul, & arma aſpiciebantur. Conclamatum repente XIIII. legionem, verſo itinere, ad prœlium venire. ſed erant agminis coactores. Agniti, dempſere ſollicitudinem. Interim Verginij ſeruus forte obuius, vt percuſſor Vitellij inſimulatur. & ruebat ad conuiuium miles, mortem Verginij expoſcens. Ne Vitellius quidem, quanquam ad omnes ſuſpiciones pauidus, de innocentia eius dubitauit. agre tamen cohibiti, qui exitium viri conſularis, & quondam ducis ſui flagitabant. Nec quemquam ſæpius, quam Verginium, omnis ſeditio infeſtauit. Manebat admiratio viri, & fama: ſed oderant, vt faſtiditi. Poſtero die, Vitellius, Senatus legatione quam ibi opperiri iuſſerat, audita, tranſgreſſus in caſtra, vltro pietatem militum collaudauit: frementibus auxilijs, tantum impunitatis atque arrogantiæ legionarijs acceſſiſſe. Cohortes Batauorum, ne quid truculentius auderent, in Germaniam remiſſæ, principium interno ſimul externoque bello parantibus fatis. Reddita ciuitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus, & prima ſtatim defectione, inter inania belli aſſumptus. Cæterum, vt largitionibus affectæ tamen imperij opes ſufficerent, amputari legionum auxiliorumque

Sed ſeiunguntur.

In Britanniã tranſuecti.

Prætoriani honeſte miſſi.

Cæteræ legiones, alia alibi, locatæ.

* Tranſpoſita.

Seditio Ticini.

A leui cauſa.

Inter legionarios & auxiliares.

Compoſuit eos fama de hoſte.

Verginius ad cædem poſcitur.

Bataui in Germaniam redeunt.

Vitellius militares numeros accidit.

Ffff ij

numeros iubet, vetitis ſupplementis. Et promiſcuæ miſſiones offerebantur. Exitiale id Reip. ingratum militi, cui eadem munia inter paucos, periculaque ac labor crebrius redibant. & vires luxu corrumpebantur: contra veterem diſciplinam, & inſtituta maiorum, apud quos virtute quam pecunia res Romana melius ſtetit. Inde Vitellius Cremonam flexit, & ſpectato munere Cæcinæ, inſiſtere Bedriacéſibus campis, ac veſtigia recentis victoriæ luſtrare oculis, concupiuit. Fœdum atque atrox ſpectaculum. intra XL. pugnæ diem, lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formæ, infecta tabo humus, protritis arboribus atque frugibus, dira vaſtitas. nec minus inhumana pars viæ, quam Cremonenſes lauro roſiſque conſtrauerant, exſtructis altaribus, cæſiſque victimis, regium in morem. quæ læta in præſens, mox perniciem ipſis fecere. Aderant Valens & Cæcina, monſtrabantque pugnæ locos: hinc erupiſſe legionum agmen, hinc equites coortos: inde circumfuſas auxiliorum manus. Iam tribuni præfectique, ſua quiſque facta extollentes, falſo vera, aut maiora vero miſcebant. Vulgus quoque militum, clamore & gaudio, deflectere via, ſpatia certaminum recognoſcere, aggerem armorum, ſtrues corporum intueri, mirarique. Et erant quos varia fors rerum, lacrymæque & miſericordia ſubiret. At non Vitellius flexit oculos, nec tot millia inſepultorum ciuium exhorruit. Lætus vltro, & tam propinquæ ſortis ignarus, inſtaurabat ſacrum dijs loci. Exin Bononiæ, a Fabio Valente, gladiatorum ſpectaculum editur, aduecto ex vrbe cultu. Quantoque magis propinquabat, tanto corruptius iter, immixtis hiſtrionibus & ſpadonum gregibus, & cætero Neronianæ aulæ ingenio. Namque & Neronem ipſum Vitellius admiratione celebrabat, ſectari cantantem ſolitus, non neceſſitate qua honeſtiſſimus quiſque, ſed luxu, & ſaginæ mancipatus emptuſque. Vt Valenti & Cæcinæ vacuos honoris menſes aperiret, coarctari aliorum conſulatus, diſſimulatus * M. Macri tanquam Othonianarum partium ducis: & Valerium Marinum, deſtinatum a Galba conſulem, diſtulit, nulla offenſa, ſed mitem, & iniuriam ſegniter laturum. Pedanius Coſta omittitur, ingratus Principi, vt aduerſus Neronem auſus, & Verginij exſtimulator. Sed alias protulit cauſſas. actæque inſuper Vitellio gratiæ, conſuetudine ſeruitij. Non vltra paucos dies, quanquam acribus initijs cœptum, mendacium valuit. Exſtiterat quidam, Scribonianum ſe Camerinum ferens, Neronianorum temporum metu in Hiſtria occultatum, quod illic clientelæ & agri veterum Craſſorum, ac nominis fauor manebat. Igitur deterrimo quoque in argumentum fabulæ aſſumpto, vulgus credulum, & quidam militum errore veri, ſeu turbatum ſtudio, certatim aggregabantur: cum pertractus ad Vitellium, interrogatuſque quiſnam mortalium eſſet, poſtquam nulla dictis fides, & a domino noſcebatur, conditione fugitiuus, nomine Geta, ſumptum de eo ſupplicium in ſeruilem modum. Vix credibile memoratu eſt, quantum ſuperbiæ ſecordiæque Vitellio adoleuerit, poſtquam ſpeculatores Syria Iudæaque, adactum in verba eius Orientem nuntiauere. Nam

Locum fœlicis ſibi pugnæ ſpectat.

Fœdum & triſtem.

Milites læti ea ſpecie.

Et Vitellius ſupra fas.

Qui Neronis olim aſſecla.

Honores ſuis diuidit.

* Marcij Macri

Falſus Scribonianus.

Capite & cruce mendacium luit.

Nam etſi vagis adhuc & incertis auctoribus, erat tamen in ore famaque Veſpaſianus, ac plerumque ad nomen eius Vitellius excitabatur. Tum ipſe exercituſque, vt nullo æmulo, ſæuitia, libidine, raptu, in externos mores proruperant. At Veſpaſianus bellum armaque, procul vel iuxta ſitas vires, circumſpectabat. Miles ipſi adeo paratus, vt præeuntem ſacramentum, & fauſta Vitellio omnia precantem, per ſilentium audierint. Muciani animus, nec Veſpaſiano alienus, & in Titum pronior. præfectus Ægypti Alexander, conſilia ſociauerat. Tertiam legionem, quod e Syria in Mœſiam tranſiſſet, ſuam numerabat. cæteræ Illyrici legiones, ſecuturæ ſperabantur. Namque omnes exercitus flammauerat arrogantia venientium a Vitellio militum, quod truces corpore, horridi ſermone, cæteros vt impares irridebant. Sed inerat a mole belli plerumque cunctatio, & Veſpaſianus modo in ſpem erectus, aliquando aduerſa reputabat. *Quis ille dies foret, quo* LX. *ætatis annos, & duos filios iuuenes bello permitteret? Eſſe priuatis cogitationibus* * *progreſſum: & prout velint, plus minuſve ſumi ex fortuna. Imperium cupientibus, nihil medium inter ſumma aut præcipitia.* Verſabatur ante oculos Germanici exercitus robur, notum viro militari. *Suas legiones, ciuili bello inexpertas: Vitellij, victrices. & apud victos, plus querimoniarum, quam virium. Fluxam per diſcordias militum fidem, & periculum ex ſingulis. Quid enim profuturas cohortes alaſque, ſi vnus alterque, præſenti facinore paratum ex diuerſo præmium petat? Sic Scribonianum ſub Claudio interfectum; ſic percuſſorem eius Volaginium, e gregario ad ſumma militiæ prouectum. Facilius vniuerſos impelli, quam ſingulos vitari.* His pauoribus nutantem, & alij legati amicique firmabant, & Mucianus poſt multos ſecretoſque ſermones, iam & coram ita locutus. *Omnes qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debent, an quod inchoatur, Reip. vtile, ipſis glorioſum, aut promptum effectu, aut certe non arduum ſit. Simul ipſe qui ſuadet conſiderandus eſt, adijciatne conſilio periculum ſuum: & ſi fortuna cœptis affuerit, cui ſummum decus acquiratur. Ego te Veſpaſiane ad imperium voco, tam ſalutare Reip. quam tibi magnificum. Iuxta deos, in tua manu poſitum eſt. Nec ſpeciem adulantis expaueris, a contumelia quam a laude propius fuerit, poſt Vitellium eligi. Non aduerſus Diui Auguſti acerrimam mentem, nec aduerſus cautiſſimam Tiberij ſenectutem, nec contra Caij quidem, aut Claudij, vel Neronis, fundatam longo imperio domum exſurgimus. ceſſiſti etiam Galbæ imaginibus. Torpere vltra, & polluendam perdendamque Remp. relinquere, ſopor & ignauia videretur, etiam ſi tibi, quam inhoneſta, tam tuta ſeruitus eſſet. Abijt iam & tranſuectum eſt tempus, quo poſſes videri concupiſſe. Confugiendum eſt ad imperium. An excidit trucidatus Corbulo? ſplendidior origine quam nos ſumus, fateor: ſed & Nero, nobilitate natalium, Vitellium anteibat. Satis clarus eſt apud timentem, quiſquis timetur. Et poſſe ab exercitu Principem fieri, ſibi ipſe Vitellius documento eſt, nullis ſtipendijs, nulla militari fama, Galbæ odio prouectus. Ne Othonem quidem, ducis arte, aut exercitus vi, ſed præpropera ipſius deſperatione victum, iam deſiderabilem & magnum Principem fecit. Cum*

Oriens in Vitellium iurat.

Tamen Veſpaſianus occulte de imperio agitat.

Vires ſuas circumſpicit.

Sperat: ſed interdum & metuit.

* Forte, regreſſum:

Amici eum firmant.

Inprimis acri & apta oratione Mucianus.

interim ſpargit legiones, exarmat cohortes, noua quotidie bello ſemina miniſtrat. ſi quid ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis & comeſſationibus, & Principis imitatione, deteritur. Tibi e Judæa & Syria & Ægypto nouem legiones integræ, nulla acie exhauſtæ, non diſcordia corruptæ. ſed firmatus vſu miles, & belli domitor externi. Claſſium, alarum, cohortium robora; & fidiſſimi reges; & tua ante omnes experientia. Nobis nihil vltra arrogabo, quam ne poſt Valentem ac Cæcinam numeremur. Ne tamen Mucianum ſocium ſpreueris, quia æmulum non experiris. me Vitellio antepono, te mihi. Tuæ domui triumphale nomen, duo iuuenes, capax iam imperij alter & primis militiæ annis apud Germanicos quoque exercitus clarus. Abſurdum fuerit, non cedere imperio ei, cuius filium adoptaturus eſſem, ſi ipſe imperarem. Cæterum inter nos non idem proſperarum aduerſarumque rerum ordo erit. Nam ſi vincimus, honorem quem dederis habebo: diſcrimen, ac periculum, ex æquo partiemur. imo vt melius eſt, tu hos exercitus rege, mihi bellum, & præliorum incerta trade. Acriore hodie diſciplina, victi, quam victores agunt. hos ira, odium, vltionis cupiditas ad virtutem accendit: illi per faſtidium, & contumaciam hebeſcunt. Aperiet & recludet, contecta victricium partium & tumeſcentiæ vulnera, bellum ipſum. Nec mihi maior in tua vigilantia, parſimonia, ſapientia, fiducia eſt, quam in Vitellij corpore, inſcitia, ſæuitia. Sed & meliorem in bello cauſam, quam in pace habemus. Nam qui deliberant, deſciuerunt. Poſt Muciani orationem cæteri audentius circum-

Cui omnes ſubſeruiunt. ſiſtere, hortari, reſponſa vatum, & ſiderum motus referre. Nec erat intactus tali ſuperſtitione, vt qui mox rerum dominus, Seleucum

Incitant & vaticinia. quendam mathematicum, rectorem & præſcium palam habuerit. Recurſabant animo vetera omina.

Siue omina. Cupreſſus arbor in agris eius, conſpicua altitudine, repente prociderat, ac poſtera die, eodem veſtigio reſurgens, procera & * latior virebat. grande id proſperumque, conſen- *lætior

ſu haruſpicum: & ſumma claritudo iuueni admodum Veſpaſiano promiſſa. Sed primo triumphalia, & conſulatus, & Iudaicæ victoriæ decus, impleſſe fidem ominis videbantur. Vt hæc adeptus eſt, portendi ſibi imperium credebat.

Carmelus deus. Eſt Iudæam inter Syriamque Carmelus, ita vocant montem, deumque. nec ſimulacrum deo, aut templum, (ſic tradidere maiores) * aram tantum & reuerentiam. Illic ſacrificanti *ara t. & reuerentia.

Veſpaſiano, cum ſpes occultas verſaret animo, Baſilides ſacerdos, inſpectis identidem extis, *Quidquid eſt*, inquit, *Veſpaſiane, quod paras, ſeu domum exſtruere, ſeu prolatare agros, ſiue ampliare ſeruitia, datur tibi magna ſedes, ingentes termini, multum hominum.* Has ambages & ſtatim exceperat fama, & tunc aperiebat. nec quidquam magis in ore vulgi: crebriores apud ipſum ſermones, quanto ſperantibus plura dicuntur. Haud dubia deſtinatione diſceſſere, Mucianus Antiochiam,

Prima Ægyptus Veſpaſiano iurat. Veſpaſianus Cæſaream. Illa Syriæ, hæc Iudææ caput eſt. Initium ferendi ad Veſpaſianum imperij Alexandriæ cœptum, feſtinante Tiberio Alexandro, qui Kalend. Iul. ſacramento eius legiones adegit. Iſque primus principatus dies in poſterum celebratus, quamuis Iu-

Sequuntur in Iudæa legiones. daicus exercitus * v. nonas Iul. apud ipſum iuraſſet, eo ardore, vt ne *In Suetonio eſt, v. idus

Titus quidem filius exſpectaretur, Syria remeans, & conſiliorum

inter

inter Mucianum ac patrem nuntius. cuncta impetu militum acta: non parata * cognitione, non coniunctis legionibus, dum quæritur tempus locuſque, quodque in re tali difficillimum eſt, prima vox, dum animo ſpes, timor, ratio, caſus obuerſantur. Egreſſum cubiculo Veſpaſianum, pauci milites ſolito aſſiſtunt ordine, vt legatum ſalutaturi: Imperatorem ſalutauerunt. Tum cæteri accurrere, Cæſarem, & Auguſtum, & omnia principatus vocabula cumulare. Mens a metu ad fortunam tranſierat. In ipſo nihil tumidum, arrogans, aut in rebus nouis nouum fuit. Vt primum tantæ multitudinis offuſam oculis caliginem diſiecit, militariter locutus, læta omnia, & affluentia excepit. Iam id ipſum opperiens Mucianus, alacrem militem in verba Veſpaſiani adegit. Tum Antiochenſium theatrum ingreſſus, vbi illis conſultare mos eſt, concurrentes, & in adulationem effuſos alloquitur: ſatis decorus etiam Græca facundia, omniumque quæ diceret atque ageret, arte quadam oſtentator. Nihil æque prouinciam exercitumque accendit, quam quod aſſeuerabat Mucianus, ſtatuiſſe Vitellium, vt Germanicas legiones in Syriam, ad militiam opulentam quietamque transferret. Contra, Syriacis legionibus Germanica hiberna, cœlo ac laboribus dura mutarentur. Quippe & prouinciales, ſueto militum contubernio gaudebant, plerique neceſſitudinibus & propinquitatibus mixti: & militibus, vetuſtate ſtipendiorum, nota & familiaria caſtra, in modum penatium diligebantur. Ante idus Iul. Syria omnis in eodem ſacramento fuit. Acceſſere cum regno, Sohemus haud ſpernendis viribus, Antiochus vetuſtis opibus ingens, & inſeruientium regum ditiſſimus. Mox, per occultos ſuorum nuntios, excitus ab vrbe Agrippa, ignaro adhuc Vitellio, celeri nauigatione properauerat. Nec minore animo, regina Berenice partes iuuabat, florens ætate formaque, & ſeni quoque Veſpaſiano magnificentia munerum grata. Quidquid prouinciarum alluitur mari, Aſia atque Achaia tenus, quantumque introrſus Pontum & Armenios pateſcit, iurauere. Sed inermes legati regebant, nondum additis Cappadociæ legionibus. Conſilium de ſumma rerum, Beryti habitum. Illuc Mucianus, cum legatis tribuniſque, & ſplendidiſſimo quoque centurionum ac militum, venit. Et e Iudaico exercitu, lecta decora. Tantum ſimul peditum equitumque, & æmulantium inter ſe regum paratus, ſpeciem fortunæ Principalis effecerat. Prima belli cura, agere dilectus, reuocare veteranos. deſtinantur validæ ciuitates, exercendis armorum officinis. apud Antiochenſes, aurum argentumque ſignatur. eaque cuncta per idoneos miniſtros, ſuis quæque locis, feſtinabantur. Ipſe Veſpaſianus, adire, hortari; bonos laude, ſegnes exemplo, incitare ſæpius quam coercere; vitia magis amicorum, quam virtutes diſſimulans. Multos, præfecturis & procurationibus; pleroſque, Senatorij ordinis honore percoluit, egregios viros, & mox ſumma adeptos. quibuſdam, fortuna pro virtutibus fuit. Donatiua militi, neque Mucianus prima concione, niſi modice oſtenderat. ne Veſpaſianus quidem, plus ciuili bello obtulit, quam alij in pace, egregie firmus

[Margin notes: * coitione, aut concione, | Etiam in Syria, opera Muciani. | Et reges ſociantur: Sohemus, Antiochus, Agrippa. Berenice. | Beryti conuentus. | Omnia ad bellum parantur. | Honores in amicos Veſpaſianus largitur. | At parce pecuniam militi.]

aduerſus militarem largitionem, eoque exercitu meliore. Miſſi ad Parthum Armeniumque legati. prouiſumque, ne verſis ad ciuile bellum legionibus, terga nudarentur. Titum inſtare Iudææ, Veſpaſianum obtinere clauſtra Ægypti placuit. Sufficere videbantur aduerſus Vitellium, pars copiarum, & dux Mucianus, & Veſpaſiani nomen, ac nihil arduum fatis. Ad omnes exercitus legatoſque ſcriptæ epiſtolæ, præceptumque vt prætorianos Vitellio infenſos, reciperandæ militiæ præmio inuitarent. Mucianus cum expedita manu, ſocium magis imperij quam miniſtrum agens, non lento itinere, ne cunctari videretur, neque tamen properans, gliſcere famam ipſo ſpatio ſinebat: gnarus modicas vires ſibi, & maiora credi de abſentibus. Sed legio ſexta, & tredecim vexillariorum millia, ingenti agmine ſequebantur. Claſſem e Ponto, Byzantium adigi iuſſerat: ambiguus conſilij, num omiſſa Mœſia, Dyrrhachium pedite atque equite peteret: ſimul longis nauibus verſum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum Achaia Aſiaque. quas inermes exponi Vitellio, ni præſidijs firmarentur: atque ipſum Vitellium in incerto fore, quam partem Italiæ protegeret, ſi ſimul Brundiſium Tarentumque, & Lucaniæ Calabriæque littora, infeſtis claſſibus peterentur. Igitur nauium, militum, armorum, paratu ſtrepere prouinciæ. Sed nihil æque fatigabat, quam pecuniarum conquiſitio: eos eſſe belli ciuilis neruos dictitans Mucianus, non ius aut verum in cognitionibus, ſed ſolam magnitudinem opum ſpectabat. paſſim delationes, & locupletiſſimus quiſque in prædam correpti. quæ grauia atque intoleranda, ſed neceſſitate armorum excuſata, etiam in pace manſere. ipſo Veſpaſiano, inter initia imperij, ad obtinendas iniquitates haud perinde obſtinato: donec, indulgentia fortunæ, & prauis magiſtris, didicit, auſuſque eſt. Proprijs quoque opibus Mucianus bellum iuuit, largitus priuatim, quod auidius de Rep. ſumeret. Cæteri conferendarum pecuniarum exemplum ſecuti; rariſſimus quiſque, eandem in reciperando licentiam habuerunt. Accelerata interim Veſpaſiani cœpta, Illyrici exercitus ſtudio in partes. Tertia legio exemplum cæteris Mœſiæ legionibus præbuit. Octaua erat ac ſeptima Claudiana, imbutæ fauore Othonis, quamuis prœlio non interfuiſſent: Aquileiam iam progreſſæ, * proturbatis qui de Othone nuntiabant, laceratiſque vexillis nomen Vitellij præferentibus, rapta poſtremo pecunia, & inter ſe diuiſa, hoſtiliter egerant. Vnde metus, & ex metu conſilium, poſſe imputari Veſpaſiano, quæ apud Vitellium excuſanda erant. Ita tres Mœſicæ legiones per epiſtolas alliciebant Pannonicum exercitum, aut abnuenti vim parabant. In eo * metu Aponius Saturninus Mœſiæ rector, peſſimum facinus audet, miſſo centurione ad interficiendum Tertium Iulianum, ſeptimæ legionis legatum; ob ſimultates, quibus cauſam partium prætendebat. Iulianus, comperto diſcrimine, & gnaris locorum adſcitis, per auia Mœſiæ vltra montem Hemum profugit. nec deinde ciuili bello interfuit, per varias moras ſuſceptum ad Veſpaſianum iter trahens, & ex nuntijs cunctabundus, aut properans. At

in

Marginal notes: Titus in Iudæa manet. — Mucianus it ad bellum. — Claſſem parat. — Pecuniam inprimis. — Acres vbique exactiones. — Et concuſſiones. — Illyriciani ad Veſpaſianum tranſeunt. — * Mendoſa & mutila hæc tota narratio. — * motu

in Pannonia XIII. legio ac VII. Galbiana, dolorem iramque Bedriacenſis pugnæ retinentes, haud cunctanter Veſpaſiano acceſſere, vi præcipua Primi Antonij. Is legibus nocens, & tempore Neronis falſi damnatus, inter alia belli mala, Senatorium ordinem reciperauerat, præpoſitus a Galba ſeptimæ legioni. ſcriptitaſſe Othoni credebatur, ducem ſe partibus offerens. a quo neglectus, in nullo Othoniani belli vſu fuit. labantibus Vitellij rebus Veſpaſianum ſecutus, grande momentum addidit, ſtrenuus manu, ſermone promptus, ſerendæ in alios inuidiæ artifex, diſcordijs & ſeditionibus potens, raptor, largitor, pace peſſimus, bello non ſpernendus. Iuncti inde Mœſici ac Pannonici exercitus, Dalmaticum militem traxere, quanquam conſularibus legatis nihil turbantibus. Titus Flauianus Pannoniam, Pompeius * Sullanus Dalmatiam tenebant, diuites ſenes. Sed procurator aderat Cornelius Fuſcus, vigens ætate, claris natalibus. prima iuuenta, quietis cupidine, Senatorium ordinem exuerat. idem pro Galba dux coloniæ ſuæ, eaque opera procurationem adeptus, ſuſceptis Veſpaſiani partibus, acerrimam bello facem prætulit. non tam præmijs periculorum, quam ipſis periculis lætus, pro certis & olim partis, noua, ambigua, ancipitia malebat. Igitur mouere & quatere quidquid vſquam ægrum foret, aggreditur. Scriptæ in Britanniam ad quartadecimanos, in Hiſpaniam ad primanos epiſtolæ: quod vtraque legio pro Othone, aduerſa Vitellio fuerat. Sparguntur per Gallias litteræ, momentoque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis exercitibus palam deſciſcentibus, cæteris fortunam ſecuturis. Dum hæc per prouincias, a Veſpaſiano ducibuſque partium, geruntur: Vitellius contemptior in dies ſegniorque, ad omnes municipiorum villarumque amœnitates reſiſtens, graui vrbem agmine petebat. Sexaginta millia armatorum ſequebantur, licentia corrupta. Calonum numerus amplior, procaciſſimis etiam inter ſeruos lixarum ingenijs. tot legatorum amicorumque comitatus inhabilis ad parendum, etiam ſi ſumma modeſtia regeretur. Onerabant multitudinem, obuij ex vrbe Senatores equiteſque: quidam metu, multi per adulationem, cæteri ac paulatim omnes, ne alijs proficiſcentibus, ipſi remanerent. Aggregabantur e plebe, flagitioſa per obſequia Vitellio cogniti, ſcurræ, hiſtriones, aurigæ, quibus ille amicitiarum dehoneſtamentis mire gaudebat. Nec coloniæ modo, aut municipia, congeſtu copiarum; ſed ipſi cultores, aruaque, maturis iam frugibus, vt hoſtile ſolum vaſtabantur. Multæ & atroces inter ſe militum cædes, poſt ſeditionem Ticini cœptam; manente legionum auxiliorumque diſcordia, vbi aduerſus paganos certandum foret, conſenſu. Sed plurima ſtrages, ad ſeptimum ab vrbe lapidem. Singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos, vt gladiatoriam ſaginam, diuidebat. Et effuſa plebs, totis ſe caſtris miſcuerat. Incurioſos milites, vernacula vrbanitate quidam ſpoliauere, abſciſſis furtim balteis, an accincti forent rogitantes. Non tulit ludibrium inſolens contumeliæ animus. Inermem populum gladijs inuaſere. Cæſus inter alios pater militis, cum filium comitaretur,

Opera maxime Antonij Primi.

Quid is hominis.

* Siluanus

Fax altera, Cornelius Fuſcus.

Alij exercitus item alliciuntur.

Vitellius lente interea ad vrbem.

Ingenti agmine.

Cui & viliſſimi miſcentur.

Italia adeditur, & atteritur.

Plebs vrbana a milite cæſa.

deinde agnitus. & vulgata cæde, temperamentum ab innoxijs. In vrbe tamen trepidatum, præcurrentibus paſſim militibus. Forum maxime petebant, cupidine viſendi locum in quo Galba iacuiſſet. Nec minus ſæuum ſpectaculum erant ipſi, tergis ferarum & ingentibus telis horrentes, cum turbam populi per inſcitiam parum vitarent, aut vbi lubrico viæ vel occurſu alicuius procidiſſent, ad iurgium, mox ad manus & ferrum tranſirent. Quin & tribuni præfectique, cum terrore & armatorum cateruis volitabant. Ipſe Vitellius, a ponte Miluio, inſigni equo, paludatus accinctuſque, Senatum & populum ante ſe agens, quo minus vt captam vrbem ingrederetur, amicorum conſilio deterritus, ſumpta prætexta & compoſito agmine inceſſit. Quattuor legionum aquilæ per frontem, totidemque circa e legionibus alijs vexilla; mox XII. alarum ſigna, & poſt peditum ordines, eques: dein quattuor & XXX. cohortes, vt nomina gentium, aut ſpecies armorum forent, diſcretæ. Ante aquilam præfecti caſtrorum tribunique, & primi centurionum, candida veſte: cæteri, iuxta ſuam quiſque centuriam, armis doniſque fulgentes. Et militum phaleræ, torqueſque ſplendebant. decora facies, & non Vitellio Principe dignus exercitus. Sic Capitolium ingreſſus, atque ibi matrem complexus, Auguſtæ nomine honorauit. Poſtera die, tanquam apud alterius ciuitatis Senatum populumque, magnificam orationem de ſemetipſo prompſit, induſtriam temperantiamque ſuam laudibus attollens: conſcijs flagitiorum ipſis qui aderant, omnique Italia, per quam ſomno & luxu pudendus inceſſerat. Vulgus tamen, vacuum curis, & ſine falſi verique diſcrimine ſolitas adulationes edoctum, clamore & vocibus adſtrepebat: abnuentique nomen Auguſti, expreſſere vt aſſumeret, tam fruſtra quam recuſauerat. Apud ciuitatem cuncta interpretantem, funeſti ominis loco acceptum eſt, quod maximum Pontificatum adeptus Vitellius, de cærimonijs publicis XV. Kalend. Auguſt. edixiſſet, antiquitus infauſto die Cremerenſi Allienſique cladibus. adeo omnis humani diuinique iuris expers, pari libertorum amicorumque ſecordia, velut inter temulentos agebat. Sed comitia conſulum cum candidatis ciuiliter celebrans, omnem infimæ plebis rumorem, in theatro vt ſpectator, in circo vt fautor affectauit. quæ grata ſane & popularia, ſi a virtutibus proficiſcerentur; memoria vitæ prioris, indecora & vilia accipiebantur. Ventitabat in Senatum, etiam cum paruis de rebus patres conſulerentur. Ac forte Priſcus Heluidius, prætor deſignatus, contra ſtudium eius cenſuerat. Commotus primo Vitellius, non tamen vltra quam Tribunos plebis in auxilium ſpretæ poteſtatis aduocauit. Mox mitiganribus amicis, qui altiorem iracundiam eius verebantur, nihil noui accidiſſe reſpondit, quod duo Senatores in Rep. diſſentirent: ſolitum ſe etiam Thraſeæ contradicere. Irriſere plerique impudenriam æmulationis. alijs id ipſum placebat, quod non ex præpotentibus, ſed Thraſeam ad exemplar veræ gloriæ legiſſet. Præpoſuerat prætorianis P. Sabinum, ac præfecturæ cohortis Iulium Priſcum, dum centurio eſſet. Priſcus, Valentis; Sabinus,

Ferocia Germanicorum militum.

Vitellius vrbem init.

Pulcherrimo exercitu.

Concionem habet.

Magno applauſu vulgi.

Malum omen Vitellio.

Popularem ſe facit.

Heluidius in eum liberior.

Quod comiter tamen acceptum.

Sabinus, Cæcinæ gratia pollebant. Inter diſcordes, Vitellio nihil auctoritatis. munia imperij Cæcina ac Valens obibant, olim anxij odijs, quæ bello & caſtris male diſſimulata, prauitas amicorum, & fœcunda gignendis inimicitijs ciuitas auxerat, dum ambitu, comitatu, & immenſis ſalutantium agminibus contendunt, comparanturque, varijs in hunc aut illum Vitellij inclinationibus. Nec vnquam ſatis fida potentia, vbi nimia eſt. Simul ipſum Vitellium, ſubitis offenſis aut intempeſtiuis blanditijs mutabilem, contemnebant metuebantque. Nec eo ſegnius inuaſerant domos, hortos, opeſque imperij: cum flebilis & egens nobilium turba, quos ipſos liberoſque patriæ Galba reddiderat, nulla Principis miſericordia iuuarentur. Gratum primoribus ciuitatis, etiam plebs approbauit, quod reuerſis ab exilio iura libertorum conceſſiſſet: quanquam id omnino ſeruilia ingenia corrumpebant, abditis pecunijs per occultos aut ambitioſos ſinus. Et quidam in domum Cæſaris tranſgreſſi, atque ipſis dominis potentiores. Sed miles, plenis caſtris, & redundante multitudine, in porticibus aut delubris, & vrbe tota vagus, non principia noſcere, non ſeruare vigilias, neque labore firmari: per illecebras vrbis, & inhoneſta dictu, corpus otio, animum libidinibus imminuebat. Poſtremo ne ſalutis quidem cura, infamibus Vaticani locis magna pars tetendit. vnde crebræ in vulgus mortes. Et adiacentia Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora, fluminis auiditas, & æſtus impatientia labefecit. Inſuper confuſus, prauitate vel ambitu, ordo militiæ. Sedecim prætoriæ, quattuor vrbanæ cohortes ſcribebantur, queis ſingula millia ineſſent. Plus in eo dilectu Valens audebat, tanquam ipſum Cæcinam periculo exemiſſet. ſane aduentu eius partes conualuerant, & ſiniſtrum lenti itineris rumorem proſpero prœlio verterat: omniſque inferioris Germaniæ miles Valentem affectabatur. vnde primum creditur Cæcinæ fides fluitaſſe. Cæterum non ita ducibus indulſit Vitellius, vt non plus militi liceret. Sibi quiſque militiam ſumpſere. quamuis indignus, ſi ita maluerat, vrbanæ militiæ adſcribebatur: rurſus bonis remanere inter legionarios aut alares volentibus, permiſſum. nec deerant qui vellent, feſſi morbis, & intemperiem cœli incuſantes. Robora tamen legionibus aliſque ſubtracta, conuulſum caſtrorum decus, xx. millibus e toto exercitu permixtis magis quam electis. Concionante Vitellio, poſtulantur ad ſupplicium Aſiaticus, & Flauius, & Rufinus duces Galliarum, quod pro Vindice bellaſſent. Nec coercebat eiuſmodi voces Vitellius, ſuper inſitam animo ignauiam, conſcius ſibi inſtare donatiuum & deeſſe pecuniam, omnia alia militi largiebatur. Liberti Principum, conferre pro numero mancipiorum, vt tributum iuſſi. Ipſe ſola perdendi cura, ſtabula aurigis exſtruere. Circum, gladiatorum ferarumque ſpectaculis, opplere: tanquam in ſumma abundantia, pecuniæ illudere. Quin & natalem Vitellij diem, Cæcina ac Valens, editis tota vrbe vicatim gladiatoribus, celebrauere: ingenti paratu, & ante illum diem inſolito. Lætum fœdiſſimo cuique, apud bonos inuidiæ fuit, quod extructis in campo Martio aris,

Diſſidium inter Valentem & Cæcinam.

Qui omnia Romæ poſſunt.

Exulibus ius libertorum reſtitutum.

Miles Romæ effœminatur.

Atque languefcit.

Numerus cohortium in vrbe augetur.

Idque cõfuſe.

Quidam ad ſupplicium poſtulati.

Vitellius vim pecuniæ profudit.

Neroni parentat. inferias Neroni feciſſet. Cæſæ publice victimæ crematæque: faces, Auguſtales ſubdidere: quod ſacerdotium, vt Romulus Tatio regi, ita Cæſar Tiberius Iuliæ genti ſacrauit. Nondum quartus a victoria menſis, & libertus Vitellij Aſiaticus, Polycletos, Patrobios, & vetera odiorum nomina æquabat. Nemo in illa aula, probitate aut induſtria certauit: vnum ad potentiam iter, prodigis epulis, & ſumptu Caianæ *aquæ ſatiare inexplebiles Vitellij libidines. Ipſe abunde ratus, ſi præſentibus frueretur, nec in longius conſultans, nouies millies ſeſtertium pauciſſimis menſibus interuertiſſe creditur. Magna & miſera ciuitas, eodem anno Othonem Vitelliumque paſſa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Aſiaticos, varia & pudenda ſorte agebat; donec ſucceſſere Mucianus & Marcellus, & magis alij homines, quam alij mores.

Aula eius corruptiſſima.

* ſaginaque

Miſeriæ ciuium.

Prima Vitellio tertiæ legionis defectio nuntiatur, miſſis ab Aponio Saturnino epiſtolis, antequam is quoque Veſpaſiani partibus aggregaretur. Sed neque Aponius cuncta, vt trepidans re ſubita, præſcripſerat; & amici adulantes, mollius interpretabantur. Vnius legionis eam ſeditionem; cæteris exercitibus conſtare fidem. In hunc modum etiam Vitellius apud milites diſſeruit, prætorianos nuper exauctoratos inſectatus, a quibus falſos rumores diſpergi. nec vllum ciuilis belli metum aſſeuerabat, ſuppreſſo Veſpaſiani nomine, & vagis per vrbem militibus, qui ſermones populi coercerent. Id præcipuum alimentum famæ erat. Auxilia tamen e Germania Britanniaque & Hiſpanijs exciuit: ſegniter, & neceſſitatem diſſimulans. Perinde legati prouinciæque cunctabantur. Hordeonius Flaccus, ſuſpectis iam Batauis, anxius proprio bello. Vectius Bolanus, nunquam ſatis quieta Britannia. & vterque ambigui. neque ex Hiſpanijs properabatur, nullo tum ibi conſulari. Trium legionum legati, pares iure, & proſperis Vitellij rebus, certaturi ad obſequium; aduerſam eius fortunam, ex æquo detractabant. In Africa legio cohorteſque dilectæ a Clodio Macro, mox a Galba dimiſſæ; rurſus iuſſu Vitellij militiam cœpere. ſimul cætera iuuentus dabat impigre nomina. quippe integrum illic ac fauorabilem proconſulatum Vitellius, famoſum inuiſumque Veſpaſianus egerat: perinde ſocij de imperio vtriuſque coniectabant. ſed experimentum contra fuit. Ac primo Valerius Feſtus legatus, ſtudia prouincialium cum fide iuuit. mox nutabat, palam epiſtolis edictiſque Vitellium, occultis nuntijs Veſpaſianum fouens, & hæc illa ve defenſurus, prout inualuiſſent. Deprehenſi cum litteris edictiſque Veſpaſiani, per Rhætiam & Gallias militum & centurionum quidam, ad Vitellium miſſi necantur. plures fefellere, fide amicorum, aut ſuomet aſtu occultati. Ita Vitellij paratus noſcebantur: Veſpaſiani conſiliorum pleraque ignota. primum ſecordia Vitellij; deinde Pannonicæ Alpes præſidijs inſeſſæ, nuntios retinebant. Mare quoque * Eteſiæ flabant. harum flatu in orientem nauigantibus ſecundum, inde aduerſum erat. Tandem irruptione hoſtium, atrocibus vndique nuntijs exterritus, Cæcinam & Valentem expediri ad bellum iubet. Præmiſſus Cæcina. Valentem e graui corporis morbo tum primum aſſurgentem, infirmitas tardabat.

Nuntij ſuper defectione a Vitellio.

Quos ſtulte coercet ipſe.

Lente militem colligit.

Africa pro eo admititur.

Sed præſes eius occulte pro Veſpaſiano.

* Longe aliter vulgati.

Cæcina it ad bellum.

tardabat. Longe alia proficiſcentis ex vrbe Germanici exercitus ſpecies. Non vigor corporibus, non ardor animis. lentum & rarum agmen, & fluxa arma, ſegnes equi. impatiens ſolis, pulueris, tempeſtatum: quantumque hebes ad ſuſtinendum laborem miles, tanto ad diſcordias promptior.

Non cum eodem milite, quem adduxerat.

Accedebat huc Cæcinæ ambitio vetus, torpor recens, nimia fortunæ indulgentia ſoluti in luxum: ſeu perfidiam meditanti, infringere exercitus virtutem, inter artes erat.

Dux ipſe ſolutus.

Credidere plerique Flauij Sabini conſilijs concuſſam Cæcinæ mentem, miniſtro ſermonum Rubrio Gallo, rata apud Veſpaſianum fore pacta tranſitionis. ſimul odiorum inuidiæque erga Fabium Valentem admonebatur, vt impar ad Vitellium, gratiam vireſque apud nouum Principem pararet.

Siue corruptus etiam.

Cæcina, complexu Vitellij multo cum honore digreſſus, partem equitum ad occupandam Cremonam præmiſit. Mox vexillarij quartædecimæ, & ſextædecimæ legionum, dein quinta, & * duodeuiceſima ſecutæ: poſtremo agmine vnaetuiceſima Rapax, & prima Italica inceſſere, cum vexillarijs trium Britannicarum legionum, & electis auxilijs.

Copiæ eius.

* Vat. duoetviceſima

Profecto Cæcina, ſcripſit Fabius Valens exercitui, quem ipſe ductauerat, vt in itinere opperiretur: ſic ſibi cum Cæcina conueniſſe. qui præſens, eoque validior, immutatum id conſilium finxit, vt ingruēti bello, tota mole occurreretur. Ita accelerare legiones Cremonam, pars Hoſtiliam petere iuſſæ. Ipſe Rauennam diuertit, prætexto Claſſem alloquendi. Mox Patauij ſecretum componendæ proditionis quæſitum. Namque Lucilius Baſſus poſt præfecturam alæ, Rauennati ſimul ac Miſenenſi claſſibus a Vitellio præpoſitus, quod non ſtatim præfecturam prætorij adeptus foret, iniquam iracundiam flagitioſa perfidia vlciſcebatur.

Proditionem cum Baſſo inſtituit.

Nec ſciri poteſt, traxeritne Cæcinam, an (quod euenit inter malos, vt & ſimiles ſint) eadem illos prauitas impulerit.

Quem, corrupitne? an ab eo corruptus.

Scriptores temporum, qui potiente rerum Flauia domo, monumenta huiuſce belli compoſuerunt, curam pacis & amorem Reip. corruptas in adulationem cauſas tradidere. Nobis, ſuper inſitam leuitatem, & prodito Galba mox vilem fidem, æmulatione inuidiaque, ne ab alijs apud Vitellium anteirentur, peruertiſſe ipſum Vitellium videntur. Cæcina legiones aſſecutus, centurionum militumque animos obſtinatos, pro Vitellio, varijs artibus ſuburebat.

Vterque ſuos tentat, & immutat.

Baſſo eadem molienti minor difficultas erat, lubrica ad mutandam fidem claſſe, ob memoriam recentis pro Othone militiæ.

Facilius Baſſus.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV NERONIS
HISTORIARVM LIBER TERTIVS.

Veſpaſiani duces de bello deliberant.

MELIORE fato fideque Flauianarum partium duces conſilia belli tractabant. Petouionem in hiberna tertiædecimæ legionis conuenerant. illic agitauere, placeretne obſtrui Pannoniæ Alpes, donec a tergo vires vniuerſæ conſurgerent, an ire cominus, & certare pro Italia conſtantius foret. Quibus opperiri auxilia, & trahere bellum videbatur, *Germanicarum legionum vim famamque* extollebant, *& aduenisse mox cum Vitellio Britannici exercitus robora: Ipſis nec numerum parem pulſarum nuper legionum, & quanquam atrociter loquerentur, minorem eſſe apud victos animum. Sed inſeſſis interim Alpibus, venturum cum copijs Orientis Mucianum. Supereſſe Veſpaſiano mare, claſſes, ſtudia prouinciarum, per quas velut alterius belli molem cieret. Ita ſalubri mora, nouas vires affore, & præſentibus nihil periturum.*

Quidam id diſſerunt.

Accelerant alij, & inprimis Antonius.

Ad ea Antonius Primus (is acerrimus belli concitator) *feſtinationem ipſis vtilem, Vitellio exitioſam* diſſeruit. *plus ſecordiæ, quam fiduciæ, acceſſiſſe victoribus. Neque enim in procinctu & caſtris habitos: per omnia Italiæ municipia deſides, tantum hoſpitibus metuendos: quanto ferocius ante ſe egerint, tanto cupidius inſolitas voluptates hauſiſſe. Circo quoque, ac theatris, & amœnitate vrbis emollitos, aut valetudinibus feſſos. Sed addito ſpatio, rediturum & his robur meditatione belli. Nec procul Germaniam, vnde vires; Britanniam freto dirimi, iuxta Gallias, Hiſpaniaſque. vtrinque viros, equos, tributa: ipſamque Italiam & opes vrbis. Ac ſi inferre arma vltro velint; duas claſſes, vacuumque Illyricum mare. Quid tum clauſtra montium profutura? quid tractum in æſtatem aliam bellum? vnde interim pecuniam, & commeatus? Quin potius eo ipſo vterentur, quod Pannonicæ legiones deceptæ magis, quam victæ, reſurgere in vltionem properent: Mœſici exercitus, integras vires attulerint. Si numerus militum potius, quam legionũ putetur; plus hinc roboris, nihil libidinum, & profuiſſe diſciplinæ ipſum pudorem. Equites vero, ne tum quidem victos; ſed, quanquam rebus aduerſis, diſiectam Vitellij aciem. Duæ tunc Pannonicæ ac Mœſicæ alæ perrupere hoſtem. Nunc* XVI. *alarum coniuncta ſigna, pulſu ſonituque, & nube ipſa operient ac ſuperfundent oblitos præliorũ equites, equoſque. Niſi quis retinet, idem ſuaſor auctorq. conſilij ero. Vos, quibus fortuna in integro eſt, legiones continete, mihi expeditæ cohortes ſufficiẽt. Iã, reſerata militia, impulſas Vitellij res audietis: iuuabit ſequi, & veſtigijs vincentis inſiſtere.* Hæc atque talia, flagrans oculis, truci voce, quo latius audiretur, (etenim ſe centuriones & quidam militũ conſilio miſcuerãt) ita effudit, vt cautos quoq. ac prouidos permoueret: vulgus,

Quem milites audiunt.

& cæteri, vnum virum ducemque ſpreta aliorum ſegnitia, laudibus ferrent. Hanc ſui famam ea ſtatim concione commouerat, qua recitatis Veſpaſiani epiſtolis, non, vt plerique, incerta diſſeruit, huc illuc tracturus interpretationem, prout conduxiſſet. Aperte deſcendiſſe in cauſam videbatur: eoque gratior militibus erat, culpæ vel gloriæ ſocius. Proxima Cornelij Fuſci procuratoris auctoritas. Is quoque inclementer in Vitellium inuehi ſolitus, nihil ſpei ſibi inter aduerſa reliquerat. Titus Ampius Flauianus, natura ac ſenecta cunctator, ſuſpiciones militum iritabat, tanquam affinitatis cum Vitellio meminiſſet. Idemque, quod cœptante legionum motu profugus, dein ſponte remeauerat, perfidiæ locum quæſiſſe credebatur. Nam Flauianum, omiſſa Pannonia ingreſſum Italiam, & diſcrimini exemptum, rerum nouarum cupido legati nomen reſumere, & miſceri ciuilibus armis impulerat, ſuadente Cornelio Fuſco, non quia induſtria Flauiani egebat, ſed vt conſulare nomen ſurgentibus tum maxime partibus, honeſta ſpecie prætenderetur. Cæterum vt tranſmitteret in Italiam impune, * & eo vſui foret, ſcriptum Aponio ſocium reuireſcere crederet. Quæſitum inde quæ ſedes bello legeretur. Verona potior viſa, patentibus circum campis ad pugnam equeſtrem, qua præualebant: ſimul coloniam copijs validam auferre Vitellio, in rem famamque videbatur. Poſſeſſa ipſo tranſitu Vicentia: quod per ſe parum (etenim modicæ municipio vires) magni momenti locum obtinuit, reputantibus illic Cæcinam genitum, & patriam hoſtium duci ereptam. In Veronenſibus pretium fuit. exemplo, opibuſque, partes iuuere. Et interceptus exercitus per Rhætiam Iuliaſque Alpes. ac ne peruium illa Germanicis exercitibus foret, * obſepſerat. quæ ignara Veſpaſiano, aut vetita. quippe Aquileiæ ſiſti bellum, expectarique Mucianum iubebat. Adijciebatque imperio conſilium, quando Ægyptus, clauſtra annonæ, vectigalia opulentiſſimarum prouinciarum obtinerentur, poſſe Vitellij exercitum egeſtate ſtipendij frumentique ad deditionem ſubigi. Eadem Mucianus crebris epiſtolis monebat, incruentam & ſine luctu victoriam, & alia huiuſcemodi prætexendo; ſed gloriæ auidus, atque omne belli decus ſibi retinens. Cæterum ex diſtantibus terrarum ſpatijs, conſilia poſt res afferebantur. Igitur, repentino incurſu, Antonius ſtationes hoſtium irrupit, tentatiſque leui prœlio animis, ex æquo diſceſſum. Mox Cæcina, inter Hoſtiliam vicum Veronenſium, & paludes Tartari fluminis, caſtra permunijt, tutus loco, cum terga flumine, latera obiectu paludis tegerentur. quod ſi affuiſſet fides, aut opprimi vniuerſis Vitellianorum viribus, duæ legiones nondum coniuncto Mœſico exercitu potuere: aut retro actæ, deſerta Italia turpem fugam conſciuiſſent. Sed Cæcina, per varias moras, prima hoſtibus prodidit tempora belli, dum quos armis pellere promptum erat, epiſtolis increpat, donec per nuntios pacta perfidiæ firmaret. Interim Aponius Saturninus, cum legione ſeptima Claudiana aduenit. Legioni tribunus Vipſanius Meſſalla præerat, claris maioribus, egregius ipſe, & qui ſolus ad id bellum artes bonas attuliſſet.

Marginal notes:

Vt vitum, & vt apertum.

Cornelius Fuſcus.

T. Flauianus.

* Confuſa & corrupta.

Veſpaſiani copiæ in Italia.

Vicentiam occupant.

Etiam Veronam.

Ipſo tamen ignaro & diſſuadente.

Cæcinæ caſtra ad Hoſtiliam.

Qui verbis in Flauianos ferox, re amicus.

Meſſallæ laus.

Caecinæ epiſtolæ parum liberæ.

Libertimæ Flauianorum.

Auxilia externa Veſpaſiani.

Has ad copias nequaquam Vitellianis pares (quippe tres adhuc legiones erant) miſit epiſtolas Cæcina, temeritatem victa arma tractantium incuſans. Simul virtus Germanici exercitus, laudibus attollebatur, Vitellij modica & vulgari mentione, nulla in Veſpaſianum contumelia. Nihil prorſus, quod aut corrûperet hoſtem, aut terreret. Flauianarum partium duces, omiſſa prioris fortunæ defenſione, pro Veſpaſiano magnifice, pro cauſa fidenter, de exitu ſecuri, Vitellium vt inimici, vt innocuum exercitum Mœſicum celebrare. At ne inermes prouinciæ, barbaris nationibus exponerentur; principes Sarmatarum Iazygum, penes quos ciuitatis regimen, in commilitium aſciti, plebem quoque, & vim equitum, qua ſola valent, offerebant. remiſſum id munus, ne inter diſcordias externa molirentur, ac maiore ex diuerſo mercede, ius faſque exuerent. Trahuntur in partes Sido atque Italicus, reges Sueuorum, quibus vetus obſequium erga Romanos, & gens * fidei commiſſæ patientior: oppoſita in latus auxilia, infeſta Rhætia, cui Porcius Septimius procurator erat, incorruptæ erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius Fœlix cum ala * Tauriana & VIII. cohortibus, ac Noricorum iuuentute, ad occupandam ripam Æni fluminis, quod Rhætos Noricoſque interfluit, miſſus, nunc illis, aut his prœlium tentantibus, fortuna partium alibi tranſacta. Antonio vexillarios e cohortibus, & partem equitum ad inuadendam Italiam rapienti, comes fuit Arrius Varus, ſtrenuus bello, quam gloriam ei dux Corbulo, & proſperæ in Armenia res addiderant. Idem, ſecretis apud Neronem ſermonibus, ferebatur Corbulonis virtutes criminatus. Vnde, infami gratia, primum pilum adepto, læta ad præſens male parta, mox in perniciem vertere. Sed Primus ac Varus, occupantes Aquileiæ proxima quæque, & Opitergij & Altini lætis animis accipiuntur. Relictum Altini præſidium, aduerſus claſſem Rauennatem, nondum defectione eius audita. Inde Patauium & Ateſte partibus adiunxere. Illic cognitum, treis Vitellianas cohortes, & alam cui Scribonianæ nomen, ad Forum Alieni, ponte iuncto, conſediſſe. Placuit occaſio inuadendi incurioſos. nam id quoque nuntiabatur. luce prima, inermes pleroſque oppreſſere. Prædictum, vt paucis interfectis, cæteros pauore ad mutandam fidem cogerent. Et fuere, qui ſe ſtatim dederent. plures, abrupto ponte, inſtanti hoſti viam abſtulerunt. Vulgata victoria, poſt principia belli ſecundum Flauianos, duæ legiones, ſeptima Galbiana, tertiadecima Gemina, cum Vedio Aquila legato, Patauium alacres veniunt. Ibi pauci dies ad requiem ſumpti. & Minucius Iuſtus, præfectus caſtrorum legionis ſeptimæ, quia * audacius quam ciuili bello imperitabat, ſubtractus militum iræ, ad Veſpaſianum miſſus eſt. Deſiderata diu res, interpretatione gloriæ, in maius accipitur, poſtquam Galbæ imagines, diſcordia temporû ſubuerſas, in omnibus municipijs recoli iuſſit Antonius: decorum pro cauſſa ratus, ſi placeret Galbæ principatus.* Et partes præſumpſere, facta tribunis & centurionibus retinendi quæ Vitellius indulſiſſet ſpe, atque ipſum Cæcinam non obſcure ad tranſitionem hortabantur. Recitatæ pro concione epiſtolæ addidere fiduciam, quod

* Libri vett. fideicommiſſior patientior.

* Vat. Auriana

Arrius Varus.

Opitergium. Altinum.

Patauium. Ateſte, a Flauianis occupata.

Legiones duæ ijs accedunt.

* Lib. opt. adductius.

Galbæ imagines reſtitutæ.

quod ſubmiſſe Cæcina velut offendere Veſpaſianum timens, ipſorum duces contemptim, tanquam inſultantes Vitellio ſcripſiſſent. Aduentu deinde duarum legionum, e quibus tertiam Dillius Aponianus, octauam Numiſius Lupus ducebant, oſtentare vires, & militari vallo Veronam circumdare placuit. Forte Galbianæ legioni, in aduerſa fronte valli opus ceſſerat, & viſi procul ſociorum equites, vanam formidinem vt hoſtes fecere. Rapiuntur arma, & vt proditionis * ira militum in T. Ampium Flauianum incubuit, nullo criminis argumento. Sed iam pridem inuiſus, turbine quodam ad exitium poſcebatur. propinquum Vitellij, proditorem Othonis, interceptorem donatiui clamitabant. Nec defenſioni locus, quanquam ſupplices manus tenderet, humi plerunque ſtratus, lacera veſte, pectus atque ora ſingultu quatiens. Id ipſum apud infenſos incitamentum erat, tanquam nimius pauor conſcientiam argueret. Obturbabatur militum vocibus Aponius, cum loqui cœptaret. fremitu & clamore cæteros aſpernantur, vni Antonio apertæ militum aures. Nam & facundia aderat mulcendique vulgum artes, & auctoritas. Vbi crudeſcere ſeditio, & a conuicijs & probris, ad tela & manus tranſibant, inijci catenas Flauiano iubet. Senſit ludibrium miles, diſiectiſque qui tribunal tuebantur, extrema vis parabatur. Oppoſuit ſinum Antonius ſtricto ferro, aut militum ſe manibus, aut ſuis moriturum obteſtans: vt quemque notum, & aliquo militari * honore inſignem aſpexerat, ad ferendam opem nomine ciens. Mox conuerſus ad ſigna & bellorum deos, hoſtium potius exercitibus illum furorem, illam diſcordiam inijcerent, orabat, donec fatiſceret ſeditio, &, extremo iam die, ſua quiſque in tentoria dilaberetur. Profectus eadem nocte Flauianus, obuijs Veſpaſiani litteris, diſcrimini exemptus eſt. Legiones, veluti tabe infectæ, Aponium Saturninum Mœſici exercitus legatum, eo atrocius aggrediuntur, quod non, vt prius, labore & opere feſſæ, ſed medio diei exarſerant, vulgatis epiſtolis, quas Saturninus ad Vitellium ſcripſiſſe credebatur. vt olim virtutis modeſtiæque, tunc procacitatis & petulantiæ certamen erat; ne minus violenter Aponium, quam Flauianum, ad ſupplicium depoſcerent. Quippe * Mœſici, adiutam a ſe Pannoniorum vltionem, referentes; & Pannonici, velut abſoluerentur aliorum ſeditione, iterare culpam gaudebant. In hortos, in quibus diuertebatur Saturninus, pergunt. Nec tam Primus, Aponianus, & Meſſalla (quanquam omni modo niſi) eripuere Saturninum, quam obſcuritas latebrarum, quibus occulebatur, vacantium forte balnearum fornacibus abditus. Mox, omiſſis lictoribus, Patauium conceſſit. Digreſſu conſularium, vni Antonio vis ac poteſtas in vtrumque exercitum fuit; cedentibus collegis, & obuerſis militum ſtudijs. Nec deerant qui crederent, vtramque ſeditionem fraude Antonij cœptam, vt ſolus bello frueretur. Ne in Vitellij quidem partibus quietæ mentes. exitioſiore diſcordia, non ſuſpicionibus vulgi, ſed perfidia ducum turbabantur. Lucilius Baſſus, claſſis Rauennatis præfectus, ambiguos

Verona obſeſſa.

Seditio in caſtris.

Antonius arte lenire parat.

Quæ detecta.

Igitur auctoritate agit.

* Ex manuſ. at vulgati, decore

Et peruincit.

Iterum ſeditio.

* Vat. Mœſicæ legiones,

Et pulſus Saturninus.

Antonius ſolus omnia regit.

Baſſus claſſem prodit.

militum animos, quod magna pars Dalmatæ Pannonijque erant, quæ prouinciæ Veſpaſiano tenebantur, partibus eius aggregauerat. Nox proditioni electa, vt cæteris ignaris, ſoli in principia defectores coirent. Baſſus, pudore ſeu metu quiſnam exitus foret, intra domum opperiebatur. Trierarchi, magno tumultu, Vitellij imagines inuadunt, & paucis reſiſtentium obtruncatis, cæterum vulgus rerum nouarum ſtudio, in Veſpaſianum inclinabat. Tum progreſſus Lucilius auctorem ſe palam præbet. claſſis Cornelium Fuſcum præfectum ſibi deſtinat, qui propere accurrit. Baſſus, honorata cuſtodia liburnicis nauibus Hadriam prouectus, a præfecto alæ Mennio Rufino, præſidium illic agitante, vincitur. Sed exoluta ſtatim vincula, interuentu Hormi Cæſaris liberti. is quoque inter duces habebatur. At Cæcina, defectione claſſis vulgata, primores centurionum, & paucos militum, cæteris per militiæ munera diſperſis, ſecreta caſtrorum affectans, in principia vocat. Ibi Veſpaſiani virtutem, vireſque partium extollit: tranſfugiſſe claſſem, arcem commeatuum, aduerſas Gallias Hiſpaniaſque, nihil in vrbe fidum, atque omnia de Vitellio in deterius. Mox, incipientibus qui conſcij aderant, cæteros re noua attonitos, in verba Veſpaſiani adigit. Simul Vitellij imagines direptæ, & miſſi qui Antonio nuntiarent. Sed vbi totis caſtris in fama proditio, recurrens in principia miles, præſcriptum Veſpaſiani nomen, proiectas Vitellij effigies aſpexit: vaſtum primo ſilentium, mox cuncta ſimul erumpunt. *Huc cecidiſſe Germanici exercitus gloriam, vt ſine prœlio, ſine vulnere, vinctas manus, & capta traderent arma? Quas enim ex diuerſo legiones? Nempe victas; & abeſſe vnicum Othoniani exercitus robur, primanos, quartadecimanoſque. quos tamen iiſdem campis illis fuderint ſtrauerintque, vt tot armatorum millia velut grex venalium exuli Antonio donum darentur. Octo nimirum legiones vnius claſſis acceſſionem fore. Id Baſſo, id Cæcinæ viſum, poſtquam domos, hortos, opes, principi abſtulerint, * etiam militibus principem auferre, licet integros incruentoſque, Flauianis quoque partibus viles. quid dicturos repoſcentibus aut proſpera, aut aduerſa?* Hæc ſinguli, hæc vniuerſi, vt quemque dolor impulerat, vociferantes, initio a quinta legione orto, repoſitis Vitellij imaginibus, vincla Cæcinæ iniijciunt. Fabium Fabulum, quintæ legionis legatum, & Caſſium Longum præfectum caſtrorum, duces diligunt. Forte oblatos trium liburnicarum milites, ignaros & inſontes trucidant. Relictis caſtris, abrupto ponte, Hoſtiliam rurſus, inde Cremonam pergunt, vt legionibus primæ Italicæ & Vnietviceſimæ Rapaci iungerentur: quas Cæcina ad obtinendam Cremonam, cum parte equitum præmiſerat. Vbi hæc comperta Antonio, diſcordes animis, diſcretos viribus hoſtium exercitus aggredi ſtatuit, antequam ducibus auctoritas, militi obſequium, & iunctis legionibus fiducia rediret. namque Fabium Valentem profectum ab vrbe, acceleraturumque, cognita Cæcinæ proditione, coniectabat. Et fidus Vitellio Fabius, nec militiæ ignarus. Simul ingens Germanorum vis, per Rhætiam timebatur: & Britannia, Galliaque & Hiſpania auxilia Vitellius acciuerat, immenſam belli luem, ni Antonius

Cæcina idem conatur de exercitu.

Indignatio militum.

* Ferretus, etiam milites auferre.

Cæcinam in vincla dant.

Cremonam eunt.

Antonius occaſione vti properat.

tonius

tonius id ipſum metuens, feſtinato prœlio victoriam præcepiſſet. Vniuerſo cum exercitu, ſecundis a Verona caſtris, Bedriacum venit. Poſtero die, legionibus ad muniendum retentis, auxiliares cohortes in Cremonenſem agrum miſſæ, vt ſpecie parandarum copiarum, ciuili præda miles imbueretur. Ipſe cum quattuor millibus equitum, ad octauum a Bedriaco progreſſus, quo licentius popularentur. Exploratores (vt mos eſt) longius curabant. Quinta ferme hora diei erat, cum citus eques, aduentare hoſtes, prægredi paucos, motum fremitumque late audiri, nuntiauit. Dum Antonius, quidnam agendum, conſultat, auiditate nauandæ operæ Arrius Varus cum promptiſſimis equitum prorupit, impulitque Vitellianos modica cæde. nam plurium accurſu, verſa fortuna, & acerrimus quiſque ſequentium, fugæ vltimus erat. nec ſponte Antonij properatum, & fore quæ acciderant, rebatur. Hortatus ſuos, vt magno animo capeſſerent pugnam, diductis in latera turmis, vacuum in medio reliquit iter, quo Varum equiteſque eius reciperet. Iuſſæ armari legiones, datum per agros ſignum, vt qua cuique proximum, omiſſa præda, prœlio occurrerent. Pauidus interim Varus, turbæ ſuorum miſcetur, intulitque formidinem. Pulſi cum ſaucijs integri, ſuometipſi metu, & anguſtijs viarum conflictabantur. Nullum in illa trepidatione Antonius conſtantis ducis, aut fortiſſimi militis, officium omiſit. occurſat pauentibus, retinet cedentes. vbi plurimus labor, vnde aliqua ſpes, conſilio, manu, voce inſignis hoſti, conſpicuus ſuis, eo poſtremo ardoris prouectus eſt, vt vexillarium fugientem haſta tranſuerberarit. mox raptum vexillum in hoſtem vertit. quo pudore, haud plures quam centum equites reſtitere. Iuuit locus, arctiore illic via, & fracto interfluentis riui ponte, qui incerto alueo, & præcipitibus ripis, fugam impediebat. Ea neceſſitas, ſeu fortuna, lapſas iam partes reſtituit. Firmati inter ſe, denſis ordinibus, excipiunt Vitellianos temere effuſos. atque illi conſternantur. Antonius inſtare perculſis, ſternere obuios. Simul cæteri, vt cuique ingenium, ſpoliare, capere, arma, equos abripere. Exciti proſpero clamore, qui modo per agros fuga palabantur, victoriæ ſe miſcebant. Ad quartum a Cremona lapidem, fulſere legionum ſigna, Rapacis atque Italicæ, læto inter initia equitum ſuorum prœlio, illuc vſque prouecta. Sed vbi fortuna contra fuit, non laxare ordines, non recipere turbatos, non obuiam ire, vltroque aggredi hoſtem, tantum per ſpatium curſu & pugnando feſſum: forte victi, haud perinde rebus proſperis ducem deſiderauerant, atque in aduerſis deeſſe intelligebant. Nutantem aciem, victor equitatus incurſat. Et Vipſanius Meſſalla tribunus, cum Mœſicis auxiliaribus aſſequitur, quos militiæ gloria legionarijs quanquam raptim ductos, æquabat. Ita mixtus pedes equeſque, rupere legionum agmen. Et propinqua Cremonenſium mœnia, quanto plus ſpei ad effugium, minorem ad reſiſtendum animum dabant. Nec Antonius vltra inſtitit, memor laboris ac vulnerum, quibus tam anceps * belli fortuna, quamuis proſpero fine, equites equoſque afflictauerat. Inumbrante veſpera, vniuerſum Fla-

Bedriacum venit.

Subitum ibi prœlium.

Nec Antonius primo proſperum.

Sed rem Antonius reſtituit.

Nimiſquam animoſe.

Adiuuit & caſus.

Vitelliani carem fine duce.

Itaque fugiunt.

Interea Flauianæ omnes copiæ iunctæ.

* Fam. prœlij

uiani exercitus robur aduenit. Vtque cumulos ſuper, & recentia cæde

Cremonam ire depoſcunt.

veſtigia inceſſere, quaſi debellatum foret, pergere Cremonam, & victos in deditionem accipere, aut expugnare depoſcunt. Hæc in medio, pulchra dictu. Illa ſibi quiſque. *Poſſe coloniam plano ſitam impetu*

Spe prædæ.

capi. Idem audaciæ per tenebras irrumpentibus, & maiorem rapiendi licentiam. Quod ſi lucem opperiantur, iam pacem, iam preces, & pro labore ac vulneribus, clementiam & gloriam inania laturos. ſed opes Cremonenſium, in ſinu præfectorum legatorumque fore. Expugnatæ vrbis prædam, ad militem; deditæ, ad duces pertinere. Spernuntur centuriones tribunique, ac

Ducibus etiã inuitis. Vnus Antonius retinet.

ne vox cuiuſquam audiatur, quatiunt arma, rapturi imperium ni ducantur. Tum Antonius inſerens ſe manipulis, vbi aſpectu & auctoritate ſilentium fecerat: *Non ſe decus neque pretium eripere tam bene meritis* affirmabat: *ſed diuiſa inter exercitum duceſque munia. militibus cupidinem pugnandi conuenire; duces prouidendo, conſultando, cunctatione ſæpius, quam temeritate prodeſſe. Vt pro virili portione, armis ac manu victoriam iuuerit; ratione & conſilio, proprijs ducis artibus, profuturum. Neque enim ambigua eſſe quæ occurrant, noctem, & ignotæ ſitum vrbis, intus hoſtes, & cũcta inſidijs opportuna. non ſi pateant portæ, niſi explorato, niſi die, intrandum. An oppugnationem inchoaturos, adempto omni proſpectu, quis æquus locus, quanta altitudo mœnium? tormentiſne, & telis, an operibus, & vineis aggredienda vrbs foret?* Mox conuerſus ad ſingulos, *num ſecures, dolabras, & cætera expugnandis vrbibus, ſecum attuliſſent*, rogitabat. Et cum abnuerent, *gladijs ne*, inquit, *& pilis, perfringere ac ſubruere muros, vllæ manus poſſunt? Si aggerem ſtruere, ſi pluteis cratibuſve protegi neceſſe fuerit, vt vulgus improuidum irriti ſtabimus, altitudinem turrium, & aliena munimenta mirantes? Quin potius mora noctis vnius, aduectis tormentis machiniſque, vim victoriamque nobiſcum ferimus.* Simul lixas caloneſque cum recentiſſimis equitum, Bedriacum mittit, copias cæteraque vſui, allaturos. Id vero ægre tolerante milite, prope ſeditionem ventum, cum

Cremonam Vitelliani omnes conuenere.

progreſſi equites ſub ipſa mœnia, vagos ex Cremonenſibus corripiũt. quorum indicio noſcitur, ſex Vitellianas legiones, omnemque exercitum qui Hoſtiliæ egerat, eo ipſo die triginta millia paſſuum emen-

Parati prœlio.

ſum, comperta ſuorum clade, in prœlium accingi, ac iam affore. Is terror obſtructas mentes, conſilijs ducis, aperuit. Siſtere tertiam le-

Itaque & Flauiani ſe parant. Eorum diſpoſitio.

gionem, in ipſo viæ Poſtumiæ aggere iubet, cui iuncta a læuo ſeptima Galbiana, patenti campo ſtetit: dein ſeptima Claudiana, agreſti foſſa (ita locus erat) præmunita; dextro, octaua per apertum limitem; mox tertiadecima, denſis arbuſtis interſepta. Hic aquilarum ſignorumque ordo. Milites mixti per tenebras, vt fors tulerat. prætorianum vexillum, proximum tertianis. cohortes auxiliorum, in cornibus. latera ac terga, equite circumdata. Sido atque Italicus Sueui, cum delectis popularium, primori in acie verſabantur. At Vitellianus exerci-

Vitelliani inuadunt.

tus, cui acquieſcere Cremonæ, & reciperatis cibo ſomnoque viribus, confectum algore atque inedia hoſtem, poſtera die profligare ac proruere, ratio fuit: indigus rectoris, * vacuus conſilij, tertia ferme no-

Quorum ordo incertus.

ctis hora, paratis, iamque diſpoſitis Flauianis impingitur. Ordinem

*Libri manuſc. inops

agminis

agminis diſiecti per iram ac tenebras, aſſeuerare non auſim: quanquam alij tradiderint, quartam Macedonicam, dextro ſuorum cornu; quintam, & quintamdecimam, cum vexillis nonæ, ſecundæque, & viceſimæ, Britannicarum legionum, mediam aciem; ſextadecimanos, duoetuiceſimanoſque, & primanos, læuum cornu compleſſe. Rapaces atque Italici, omnibus ſe manipulis miſcuerant. Equites, auxiliaque, ſibi ipſi locum legere. Prœlium tota nocte varium, anceps, atrox; his, rurſus illis, exitiabile. Nihil animus, aut manus, ne oculi quidem prouiſu iuuabant. Eademque, vtraque acie, arma. crebris interrogationibus, notum pugnæ ſignum: permixta vexilla, vt quiſque globus, capta ex hoſtibus, huc vel illuc raptabat. Vrgebatur maxime ſeptima legio, nuper a Galba conſcripta. Occiſi ſex primorum ordinum centuriones. abrepta quædam ſigna. Ipſam Aquilam, Atilius Verus primipili centurio, multa cum hoſtium ſtrage, & ad extremum moriens, ſeruauerat. Suſtinuit labentem aciem Antonius, accitis prætorianis. qui vbi excepere pugnam, pellunt hoſtem, dein pelluntur. Namque Vitelliani, tormenta in aggerem viæ contulerant, vt tela vacuo atque aperto excuterentur, diſperſa primo & arbuſtis ſine hoſtium noxa illiſa. Magnitudine eximia, * quartadecimæ legionis baliſta, ingentibus ſaxis hoſtilem aciem proruebat: lateque cladem intuliſſet, ni duo milites præclarum facinus auſi, arreptis e ſtrage ſcutis, ignorati vincla ac libramenta tormentorum abſcidiſſent. Statim confoſſi ſunt, eoque intercidere nomina. de facto haud ambigitur. Neutro inclinauerat fortuna, donec adulta nocte, luna ſurgens oſtenderet acies, falleretque. Sed Flauianis æquior a tergo. hinc maiores equorum virorumque vmbræ, & falſo, vt in corpora, ictu, tela hoſtium citra cadebant. Vitelliani, aduerſo lumine collucentes, velut ex occulto iaculantibus, incauti offerebantur. Igitur Antonius, vbi noſcere ſuos, noſcique poterat, alios pudore & probris, multos laude & hortatu, omnes ſpe promiſſiſque accendens, * *curras ri ſumpſiſſent arma*, Pannonicas legiones interrogabat. *Illos eſſe campos, in quibus abolere labem prioris ignominiæ, vbi reciperare gloriam poſſent*. Tum ad Mœſicos conuerſus, principes auctoreſque belli ciebat: *Fruſtra minis & verbis prouocatos Vitellianos, ſi manus eorum oculoſque non tolerent*. Hæc vt quoſque acceſſerat. Plura ad Tertianos, veterum recentiumque admonens: vt ſub M. Antonio Parthos, ſub Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepuliſſent. Mox infenſus prætorianis: *Vos*, inquit, *niſi vincitis pagani, quis alius Imperator, quæ caſtra alia excipient? Illic ſigna armaque veſtra ſunt, & mors victis. Nam ignominiam conſumpſiſtis*. Vndique clamor. & orientem ſolem (ita in Syria mos eſt) Tertiani ſalutauere. Vagus inde, conſilio ducis, ſubditus rumor, adueniſſe Mucianum, exercitus inuicem ſalutaſſe. gradum inferunt, quaſi recentibus auxilijs aucti, rariore iam Vitellianorum acie, vt quos, nullo rectore, ſuus quemque impetus vel pauor contraheret, diduceretve. Poſtquam pulſos ſenſit Antonius, denſo agmine obturbat. laxati ordines abrumpuntur. nec reſtitui quiue-

Longa & anceps pugna per tenebras.

Septima legio afflicta.

* quintadecimæ

Duorum militum audax facinus.

Luna Flauianos iuuat.

Antonius in primis, qui eos erigit.

* cur reſumpſiſſet

Tertianorum laus.

Callidum Antonij commentum.

re, impedientibus vehiculis, tormentiſque. Per limitem viæ ſparguntur, conſectandi feſtinatione, victores. eo notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit. Rem nominaque, auctore Vipſanio Meſſalla, tradam. Iulius Manſuetus, ex Hiſpania, Rapaci legioni additus, impuberem filium domi liquerat. Is mox adultus, inter ſeptimanos a Galba conſcriptus, oblatum forte patrem & vulnere ſtratum, dum ſemianimem ſcrutatur, agnitus, agnoſcenſque, & exanguem amplexus, voce flebili precabatur * piatos patris manes, neve ſe vt parricidam auerſarentur. publicum id facinus: & vnum militem quotam ciuilium armorum partem? Simul attollere corpus, aperire humum, ſupremo erga parentem officio fungi. Aduertere proximi, deinde plures. hinc per omnem aciem miraculum, & queſtus, & ſæuiſſimi belli execratio. Nec eo ſegnius propinquos, affines, fratres trucidatos ſpoliant. Factum eſſe ſcelus loquuntur, faciuntque. Vt Cremonam venere, nouum immenſumque opus occurrit. Othoniano bello, Germanicus miles mœnibus Cremonenſium caſtra ſua, caſtris vallum circumiecerat. eaque munimenta rurſus auxerat. Quorum aſpectu hæſere victores, incertis ducibus quid iuberent. Incipere oppugnationem, feſſo per diem noctemque exercitu, arduum; & nullo iuxta ſubſidio, anceps. Sin Bedriacum redirent; intolerandus tam longi itineris labor; & victoria ad irritum reuoluebatur. Munire caſtra; id quoque propinquis hoſtibus formidoloſum, ne diſperſos & opus molientes ſubita eruptione turbarent. Quæ ſuper cuncta, terrebat ipſorum miles, periculi quam moræ patientior. Quippe ingrata quæ tuta, & ex temeritate, ſpes. omniſque cædes, & vulnera, & ſanguis, auiditate prædæ penſabantur. Huc inclinauit Antonius, cingique vallum corona iuſſit. Primo ſagittis ſaxiſque eminus certabant, maiore Flauianorum pernicie, in quos tela deſuper librabantur. Mox vallum portaſque legionibus attribuit, vt diſcretus labor fortes ignauoſque diſtingueret, atque ipſa contentione decoris accenderentur. Proxima Bedriacenſi viæ, tertiani ſeptimanique ſumpſere; dexteriora valli, octaua ac ſeptima Claudiana; tertiadecimanos, ad Brixianam portam impetus tulit. Paulum inde moræ, dum e proximis agris ligones, dolabras, & alij falces, ſcalaſque conuectant. Tum, elatis ſuper capita ſcutis, denſa teſtudine ſuccedunt. Romanæ vtrinque artes. pondera ſaxorum Vitelliani prouoluunt, diſiectam fluitantemque teſtudinem lanceis contiſque ſcrutantur, donec ſoluta compage ſcutorum exangues aut laceros proſternerent. Multa cum ſtrage inceſſerat * cunctatio, ni duces feſſo militi, & velut irritas exhortationes abnuenti, Cremonam monſtraſſent. Hormine id ingenium, vt Meſſalla tradit, an potior auctor ſit C. Plinius, qui Antonium incuſat, haud facile diſcreuerim: niſi quod neque Antonius, neque Hormus, a fama vitaque ſua, quamuis peſſimo flagitio, degenerauere. Non iam ſanguis, neque vulnera morabantur, quin ſubruerent vallum, quaterentque portas, innixi humeris, & ſuper iteratam teſtudinem ſcandentes, prehenſarent hoſtium tela brachiaque. integri cum ſaucijs,

*ſeminecces

Patrem filius interficit.

Ad Cremonam caſtra.

Quæ oppugnatu ardua.

Tamen oppugnant.

Teſtudinem faciunt. Vitelliani eã diſijciunt.

Sed ſpe prædæ iterum accenduntur.

* Vulgo, placatos

* Fortaſſe, tentatio,

* Vat. ſemianimes

* ſemineces cum expirantibus voluuntur, varia pereuntium forma, & omni imagine mortium. Acerrimum, ſeptimæ, tertiæque legionum, certamen. Et dux Antonius, cum dilectis auxiliaribus, eodem incubuerat. Obſtinatos inter ſe, cum ſuſtinere Vitelliani nequirent, & ſuperiecta tela teſtudine laberentur, ipſam poſtremo baliſtam in ſubeuntes propulere: quæ vt ad præſens diſiecit obruitque quos inciderat, ita pinnas ac ſumma valli ruina ſua traxit. Simul iuncta turris, ictibus ſaxorum ceſſit. qua ſeptimani dum nituntur cuneis, tertianus ſecuribus gladijſque portam perfregit. Primum irrupiſſe C. Voluſium tertiæ legionis militem, inter omnes auctores conſtat. Is in vallum egreſſus, deturbatis qui reſiſterent, conſpicuus manu ac voce, capta caſtra conclamauit. Cæteri, trepidis iam Vitellianis, ſeque e vallo præcipitantibus, perrupere. completur cæde, quantum inter caſtra muroſque, vacui fuit. Ac rurſus noua laborum facies, ardua vrbis mœnia, ſaxeæ turres, ferrati portarum obijces, vibrans tela miles, frequens obſtrictuſque Vitellianis partibus Cremonenſis populus, magna pars Italiæ ſtato in eoſdem dies mercatu congregata. quod defenſoribus auxilium ob multitudinem, oppugnantibus incitamentum ob prædam erat. Rapi ignes Antonius, inferrique amœniſſimis extra vrbem ædificijs iubet: ſi damno rerum ſuarum, Cremonenſes ad mutandam fidem traherentur. propinqua muris tecta, & altitudinem mœnium egreſſa, fortiſſimo quoque militum complet. Illi trabibus, teguliſque, & facibus, propugnatores deturbant. Iam legiones in teſtudinem glomerantur, & alij tela ſaxaque incutiebant, cum languere paulatim Vitellianorum animi, & vt quiſque ordine anteibat, cedere fortunæ: ne Cremona quoque exciſa, nulla vltra venia, omniſque ira victoris non in vulgus inops, ſed in tribunos centurioneſque, vbi pretium cædis erat, reuerteretur. Gregarius miles, futuri ſecors & ignobilitate tutior, perſtabat. Vagi per vias, in domibus abditi, pacem ne tum quidem orabant, cum bellum poſuiſſent. Primores caſtrorum, nomen atque imagines Vitellij amoliuntur. Catenas Cæcinæ (nam etiam tum vinctus erat) exoluunt, orantque, vt cauſæ ſuæ deprecator aſſiſtat. Aſpernantem tumentemque, lacrymis fatigant extremum malorum:* ac fortiſſimi viri, proditoris opem inuocantes, mox velamenta & infulas pro muris oſtentant. Cum Antonius inhiberi tela iuſſiſſet, ſigna aquilaſque extulere. Mœſtum inermium agmen, deiectis in terram oculis, ſequebatur. Circumſtiterant victores, & primo ingerebant probra, intentabant ictus. Mox vt præberi ora contumelijs, & poſita omni ferocia cuncta victi patiebantur, ſubit recordatio, illos eſſe, qui nuper Bedriaci victoriæ temperaſſent. Sed vbi Cæcina, prætexta lictoribuſque inſignis, dimota turba, conſul inceſſit: exarſere victores. ſuperbiam, ſæuitiamque (adeò inuiſa ſcelera ſunt) etiam perfidiam, obiectabant. Obſtitit Antonius, datiſque defenſoribus ad Veſpaſianum dimiſit. Plebs interim Cremonenſium, inter armatos conflictabatur. nec procul cæde aberant, cum precibus ducum mitigatus eſt miles. Et vocatos ad concionem Antonius alloquitur, ma-

Denique peruincunt, & perrumpunt.

Vitelliani in vrbem fuga feruntur.

Sed & hanc victores aggrediuntur.

Ante vrbia incendunt.

Langueſcunt Vitellianorum prim.

Cæcinam exoluunt.

* Vatic. tot

Victoribus ſupplicant.

Inermes exeunt.

Flauiani infenſi Cremonenſibus.

Iulium Calenum tribunum, in Germaniam, Alpinum Montanum, præfectum cohortis, quod hic Treuir, Calenus Æduus, vterque Vitelliani fuerant, oſtentui miſere. Simul tranſitus Alpium, præſidiis occupati: ſuſpecta Germania, tanquam in auxilium Vitellij accingeretur. At Vitellius, profectò Cæcina, cum Fabium Valentem paucis poſt diebus ad bellum impuliſſet, curis luxum obtendebat: non parare arma, non alloquio exercitioque militem firmare, non in ore vulgi agere, ſed vmbraculis hortorũ abditus, vt ignaua animalia, quibus ſi cibum ſuggeras, iacent torpentque, præterita, inſtantia, futura, pari obliuione dimiſerat. Atque illum, in nemore Aricino deſidem & marcentem, proditio Lucilij Baſſi, ac defectio claſſis Rauennatis perculit. Nec multo poſt de Cæcina affertur mixtus gaudio dolor, & deſciuiſſe, & ab exercitu vinctum. plus apud ſecordem animum lætitia, quam cura valuit. Multa cum exultatione in vrbem reuectus, frequenti concione, pietatem militum laudibus cumulat. P. Sabinum prætorij præfectum, ob amicitiam Cæcinæ vinciri iubet, ſubſtituto in locum eius Alpheno Varo. Mox ſenatum, compoſita in magnificentiam oratione, allocutus, exquiſitis patrum adulationibus attollitur. Initium atrocis in Cæcinam ſententiæ, a L. Vitellio factum. Dein cæteri, compoſita indignatione, quod conſul Rempublicam, dux imperatorem, tantis opibus, tot honoribus cumulatus, amicum, prodidiſſet, velut pro Vitellio conquerentes, ſuum dolorem proferebant. nulla, in oratione cuiuſquam, erga Flauianos duces obtrectatio: errorem imprudentiamque exercituum culpantes, Veſpaſiani nomen ſuſpenſi & vitabundi circumibant. Nec defuit, qui vnum cõſulatus diem (is enim in locum Cæcinæ ſupererat) magno cum irriſu accipientis, tribuentiſque, eblandiretur. Pridie Kalend. Nouemb. Roſſius Regulus iniit, eiurauitque. Annotabant periti, nunquam antea non abrogato magiſtratu, neque lege lata, alium ſuffectum. Nam conſul vno die & ante fuerat Caninius Rebilus, C. Cæſare dictatore, cum belli ciuilis præmia feſtinarentur. Nota per eos dies Iunij Blæſi mors, & famoſa fuit; de qua ſic accepimus. Graui corporis morbo æger Vitellius, Seruilianis hortis, turrim vicino ſitam collucere per noctem crebris luminibus animaduertit. Sciſcitanti cauſam, apud Cæcinam Tuſcum epulari multos, præcipuum honore Iunium Blæſum nuntiatur. Cætera in maius, de apparatu, & ſolutis in laſciuiam animis. Nec defuere, qui ipſum Tuſcum & alios, ſed criminoſius Blæſum incuſarent, quod ægro Principe lætos dies ageret. Vbi aſperatum Vitellium, & poſſe Blæſum peruerti, ſatis patuit iis qui Principum offenſas acriter ſpeculantur, datæ L. Vitellio delationis partes. Ille infenſus Blæſo, æmulatione praua, quod eum omni dedecore maculoſum, egregia fama anteibat, cubiculum imperatoris reſerat: filium eius ſinu complexus, & genibus accipiens, cauſam confuſionis quærenti; *Non ſe proprio metu, nec ſui anxium, ſed pro fratre, pro liberis fratris, preces lacrymaſque attuliſſe. Fruſtra Veſpaſianum timeri, quem tot Germanicæ legiones, tot prouinciæ virtute ac fide, tantum denique terrarum ac maris immenſis ſpatijs arceat.*

Vitellius interea latet, & iacet.

Nuncij ad eum de Baſſo & Cæcina.

P. Sabinum in vincla dat.

Senatum habet.

Qui verba torquent & temperant.

Diarius Conſul ſuffectus.

Iunij Blæſi mors:

Ob leuem cauſam.

Sed delatores exaggerant:

Et in primis frater principis,

Hac oratione vſus.

In vrbe ac ſinu cauendum hoſtem, Iunios Antonioſque auos iactantem, qui ſe ſtirpe imperatoria comem ac magnificum militibus oſtentet. Verſas illuc omniũ mentes, dum Vitellius amicorum inimicorumque negligens, fouet æmulum, principis labores e conuiuio proſpectantem. Reddendam pro intempeſtiua lætitia mæſtam & funebrem noctem, qua ſciat & ſentiat viuere Vitellium, & imperare, & ſi quid fato accidat, filium habere. Trepidanti inter ſcelus metumque, ne dilata Blæſi mors maturam perniciem, palam iuſſa atrocem inuidiam ferret; placuit veneno graſſari. Addidit facinori fidem, nobili gaudio, Blæſum viſendo. quin & audita eſt ſæuiſſima Vitellij vox, qua (ipſa enim verba referam) ſe pauiſſe oculos, ſpectata inimici morte, iactauit. Blæſo ſuper claritatem natalium & elegantiam morum, fidei obſtinatio fuit. Integris quoque rebus, a Cæcina & primoribus partium iam Vitellium aſpernantibus, ambitus, abnuere perſeuerauit; ſanctus, inturbidus, nullius repentini honoris, adeo non principatus appetens, vt parum effugeret, ne dignus crederetur. Fabius interim Valens, multo ac molli concubinarum ſpadonumque agmine, ſegnius quam ad bellum incedens, proditam a Lucilio Baſſo Rauénatem claſſem, pernicibus nunciis accepit. Et ſi cœptum iter properaſſet, nutantem Cæcinam præuenire, aut, ante diſcrimen pugnæ, aſſequi legiones potuiſſet. Nec deerant qui monerent, vt cum fidiſſimis per occultos tramites, vitata Rauenna, Hoſtiliam Cremonamve pergeret. Aliis placebat, accitis ex vrbe prætoriis cohortibus, valida manu perrumpere. Ipſe, inutili cunctatione, agendi tempora conſultando conſumpſit. Mox vtrumque conſilium aſpernatus, quod inter ancipitia deterrimum eſt, dum media ſequitur, nec auſus eſt ſatis, nec prouidit. Miſſis ad Vitellium litteris, auxilium poſtulat. Venere tres cohortes, cum ala Britannica, neque ad fallendum aptus numerus, neque ad penetrandum. Sed Valens, ne in tanto diſcrimine quidem, infamia caruit, quo minus illicitas rapere voluptates, adulteriiſque ac ſtupris polluere hoſpitum domus crederetur. Aderant vis, & pecunia, & ruentis fortunæ nouiſſima libido. Aduentu demum peditum equitumque prauitas conſilij patuit, quia nec vadere per hoſtes tam parua manu poterat, etiam ſi fidiſſima foret, nec integram fidem attulerant. Pudor tamen, & præſentis ducis reuerentia morabatur, haud diuturna vincula apud auidos periculorum, & decoris ſecuros. Eo metu, & paucis, quos aduerſa non mutauerant, comitantibus, cohortes Ariminum præmittit. Alam tueri terga iubet. Ipſe flexit in Vmbriam, atque inde in Etruriam: vbi cognito pugnæ Cremonenſis euentu, non ignauum, &, ſi proueniſſet, atrox conſilium iniit, vt arreptis nauibus, in quamcunque partem Narbonenſis prouinciæ egreſſus, * Gallias & Germaniæ gentes, nouumque bellum cieret. Digreſſo Valente, trepidos, qui Ariminum tenebant, Cornelius Fuſcus admoto exercitu, & miſſis per proxima littorum liburnicis, terra marique circumuenit. Occupantur plana Vmbriæ, & qua Picenus ager Hadria alluitur. omniſque Italia, inter Veſpaſianum ac Vitellium, Apennini iugis diuidebatur. Fabius Valẽs e ſinu Piſano, ſæuitia maris, aut aduerſante vẽto, Portum

Marginal notes: Igitur veneno tollitur. — Cum turpi Vitellij voce. — Valẽs parum militariter it ad bellum. — Triſtia accipit. — Inutiliter cunctatur. — Libidine interea omnia fœdat. — In Vmbriam venit. — Conſilium eius forte. — * Auctius Vet. Gallias & exercitus & Ger. — Flauiani Italiæ prima occupant.

Portum Herculis Monœci depellitur. haud procul inde agebat Marius Maturus, Alpium maritimarum procurator, fidus Vitellio, cuius ſacramentum, cunctis circa hoſtilibus, non exuerat. Is Valentem comiter exceptum, ne Galliam Narbonenſem temere ingrederetur monendo terruit. ſimul cæterorum fides metu intacta. Nam circumiectas ciuitates, procurator Valerius Paullinus, ſtrenuus militiæ, & Veſpaſiano ante fortunam amicus, in verba eius adegerat. Concitiſque omnibus, qui exauctorati a Vitellio bellum ſponte ſumebant, Foroiulienſem coloniam, clauſtraque maris præſidio tuebatur: eo grauior auctor, quod Paullino patria Forum Iulij, & honos apud prætorianos, quorum quondam tribunus fuerat. Ipſique pagani, fauore municipali, & futuræ potentiæ ſpe iuuare partes annitebantur. quæ vbi paratu firma, & aucta rumore, apud varios Vitellianorum animos increbruere; Fabius Valens cum quatuor ſpeculatoribus, & tribus amicis, totidem centurionibus ad naues * regreditur mature: cæteriſque remanere, & in verba Veſpaſiani adigi volentibus fuit. Cæterum vt mare tutius Valenti, quam littora, aut vrbes; ita futuri ambiguus, & magis quid vitaret quam cui fideret certus, aduerſa tempeſtate Stœchadas Maſſilienſium inſulas affertur. Ibi eum, miſſæ à Paullino liburnicæ oppreſſere. Capto Valente, cuncta ad victoris opes conuerſa, initio per Hiſpaniam a prima Adiutrice legione orto, quæ memoria Othonis infenſa Vitellio, decimam quoque ac ſextam traxit. Nec Galliæ cunctabantur. Et Britanniam, inclytus erga Veſpaſianum fauor, quod illic ſecundæ legioni a Claudio præpoſitus, & bello clarus egerat, non ſine motu adiunxit cæterarum: in quibus plerique centuriones ac milites a Vitellio prouecti, expertum iam Principem anxij mutabant. Ea diſcordia, & crebris belli ciuilis rumoribus, Britanni ſuſtulere animos, auctore Venuſio: qui ſuper inſitam ferociam, & Romani nominis odium, propriis in Carthiſmanduam reginam ſtimulis accendebatur. Carthiſmandua Brigantibus imperitabat, pollens nobilitate: & auxerat potentiam, poſtquam capto per dolum rege Carataco, inſtruxiſſe triumphum Claudij Cæſaris videbatur. Inde opes, & rerum ſecundarum luxus. ſpreto Venuſio, is fuit maritus, armigerum eius Vellocatum in matrimonium regnumque accepit. concuſſa ſtatim flagitio domus. Pro marito, ſtudia ciuitatis: pro adultero, libido reginæ, & ſæuitia. Igitur Venuſius, accitis auxiliis, ſimul ipſorum Brigantum defectione, in extremum diſcrimen Carthiſmanduam adduxit. Tum petita a Romanis præſidia. & cohortes alæque noſtræ, variis prœliis, exemere tamen periculo reginam. Regnum Venuſio, bellum nobis relictum. Turbata per eoſdem dies Germania, & ſecordia ducum, & ſeditione legionum. Externa vi, & perfidia ſociali, prope afflicta Romana res. Id bellum, cum cauſis & euentibus (etenim longius prouectum eſt) mox memorabimus. Mota & Dacorum gens, nũquam fida, tunc ſine metu, abducto e Mœſia exercitu. ſed prima rerum, quieti ſpeculabantur: vbi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hoſtilia, accepere, expugnatis cohortium

Valerius Paullinus pro Veſpaſiano.

Valens mare intrat.

* Emend. & diſt. regreditur. Maturo, cæteriſque

Capitur à Paullino.

In Britannia rebellio, Duce Venuſio.

In Germania turbæ.

Et Daci rebellant.

Sed repreſſit opportune Mucianus.

alarumque hibernis, vtraque Danubij ripa potiebantur. Iamque caſtra legionum exſcindere parabant, ni Mucianus ſextam legionem oppoſuiſſet, Cremonenſis victoriæ gnarus, ac ne externa moles vtrinque ingrueret, ſi Dacus Germanuſque diuerſi irrupiſſent. Abfuit vt ſæpe alias, fortuna populi Ro. quæ Mucianum vireſque Orientis illuc tulit: & quod Cremonæ interim tranſegimus. Fonteius Agrippa ex Aſia (proconſul eam prouinciam annuo imperio tenuerat) Mœſiæ præpoſitus eſt: additis copiis e Vitellio exercitu, quem ſpargi per prouincias, & externo bello illigari, pars conſilij, paciſque erat. Nec cæteræ nationes ſilebant. Subita per Pontum arma, Barbarum mancipium, regiæ quondam claſſis præfectus, mouerat. Is fuit Anicetus Polemonis libertus, præpotens olim, & poſtquam regnum in formam prouinciæ verterat, mutationis impatiens. Igitur Vitellij nomine, adſcitis gentibus, quæ Pontum accolunt, corrupto in ſpem rapinarum egentiſſimo quoque, haud temnendæ manus ductor, Trapezuntem, vetuſtam admodum ciuitatem, à Græcis in extremo Ponticæ ore conditam ſubitus irrupit. Cæſa ibi cohors, regium auxilium olim. mox donati ciuitate Romana, ſigna armaque in noſtrum modum, deſidiam licentiamque Græcorum retinebant. Claſſi quoque faces intulit, vacuo mari * eludens, quia lectiſſimas liburnicarum, omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat. Quin & barbari contemptius vagabantur, fabricatis repente nauibus, quas cameras vocant, arctis lateribus, lata aluo, ſine vinculo æris aut ferri connexa. & tumido mari, prout fluctus attollitur, ſumma nauium tabulis augent, donec in modum tecti claudantur. Sic inter vndas voluuntur, pari vtrinque prora, & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiſcretum & innoxium eſt. Aduertit ea res * Veſpaſiani [animum,] vt vexillarios e legionibus, ducemque Virdium Geminum, ſpectatæ militiæ, diligeret. Ille incompoſitum & prædæ cupidine vagum hoſtem adortus, cogit in naues: effectiſque raptim liburnicis, aſſequitur Anicetum in oſtio fluminis Cohibi, tutum ſub Sedochezorum regis auxilio, quem pecunia doniſque ad ſocietatem perpulerat. Ac primo rex, minis armiſque ſupplicem tueri. Poſtquam merces proditionis, aut bellum oſtendebatur, fluxa, vt eſt Barbaris, fide, pactus Aniceti exitium, perfugas tradidit, belloque ſeruili finis impoſitus. Lætum ea victoria Veſpaſianum, cunctis ſuper vota fluentibus, Cremonenſis prœlij nuntius in Ægypto aſſequitur. Eo properantius Alexandriam pergit, vt fracto Vitellij exercitu, vrbem quoque externæ opis indigam fame vrgeret. Namque & Africam, eodem latere ſitam, terra marique inuadere parabat, clauſis annonæ ſubſidiis, inopiam, ac diſcordiam hoſti facturus. Dum hac totius orbis mutatione, fortuna imperij tranſit: Primus Antonius nequaquam pari innocentia, poſt Cremonam agebat. ſatisfactum bello ratus, & cætera ex facili: ſeu fœlicitas, in tali ingenio, auaritiam, ſuperbiam, cæteraque occulta mala patefecit. vt captam Italiam perſultare, vt ſuas legiones colere, omnibus dictis factiſque viam ſibi ad potentiam ſtruere. Vtque licentia militem

Margin notes: In Ponto bellum, Duce Aniceto liberto. — Is Trapezuntem capit. — Claſſem incendit. — * Nec male, illudens. — Cameræ, naues. — * Forte, Veſpaſianum, alia voce induſta. — Anicetus Romanis traditur. — Veſpaſianus Alexandriam venit. — Antonius immodeſte agit.

militem imbueret, interfectorum centurionum ordines, legionibus offerebat. eo ſuffragio turbidiſſimus quiſque delecti. nec miles in arbitrio ducum, ſed duces militari violentia trahebantur. quæ ſeditioſa, & corrumpendæ diſciplinæ, mox in prædam vertebat, nihil aduentantem Mucianum veritus, quod exitioſius erat quam Veſpaſianum ſpreuiſſe. Cæterum propinqua hieme, & humentibus Pado campis, expeditum agmen incedere. Signa aquilæque victricium legionum, milites vulneribus aut ætate graues, plerique etiam integri, Veronæ relicti. ſufficere cohortes alæque, & e legionibus lecti, profligato iam bello videbantur. Vndecima legio ſeſe adiunxerat, initio cunctata, ſed proſperis rebus, anxia quod defuiſſet. Sed millia Dalmatarum, recens delectus, comitabantur. Ducebat Poppæus Siluanus conſularis. vis conſiliorum penes Annium Baſſum, legionis legatum. Is Siluanum ſecordem bello, & dies rerum, verbis terentem, ſpecie obſequij regebat, ad omniaque quæ agenda forent, quieta cum induſtria aderat. Ad has copias, e claſſicis Rauennatibus legionariam militiam poſcentibus, optimus quiſque adſciti. Claſſem, Dalmatæ ſuppleuere. Exercitus duceſque ad Fanum Fortunæ iter ſiſtunt, de ſumma rerum cunctantes, quod motas ex vrbe prætorias cohortes audierant, & teneri præſidiis Apenninum rebantur, & ipſos in regione bello attrita, inopia & ſeditioſæ militum voces terrebant, Clauarium (donatiui nomen eſt) flagitantium. nec pecuniam, aut frumentum prouiderant: & feſtinatio atque auiditas præpediebant, dum quæ accipi poterant, rapiuntur. celeberrimos auctores habeo, tantam victoribus aduerſus fas nefaſque irreuerentiam fuiſſe, vt gregarius eques, occiſum a ſe proxima acie fratrem profeſſus præmium a ducibus petierit. Nec illis aut honorare eam cædem, ius hominum; aut vlciſci, ratio belli permittebat. Diſtulerant tanquam maiora meritum, quam quæ ſtatim exſoluerent. nec quidquam vltra traditur. Cæterum, & prioribus ciuium bellis, par ſcelus inciderat. Nam prœlio, quo apud Ianiculum aduerſum Cinnam pugnatum eſt, Pompeianus miles fratrem ſuum, dein cognito facinore, ſeipſum interfecit, vt Siſenna memorat. tanto acrior apud maiores, ſicut virtutibus gloria, ita flagitiis pœnitentia fuit. Sed hæc aliaque ex veteri memoria repetita, quotiens res locuſque exempla recti, aut ſolatia mali poſcent, haud abſurde memorabimus. Antonio ducibuſque partium, præmitti equites, omnemque Vmbriam explorari placuit, ſi qua Apennini iuga clementius adirentur: acciri aquilas ſignaque, & quidquid Veronæ militum foret: Padumque & mare, commeatibus compleri. Erant inter duces, qui necterent moras. quippe nimius iam Antonius, & certiora de Muciano ſperabantur. Namque Mucianus tam celeri victoria anxius, & ni præſens vrbe potiretur, expertem ſe belli gloriæque ratus, ad Primum & Varum media ſcriptitabat, inſtandum cœptis, aut rurſus cunctandi vtilitates ediſſerens: atque ita compoſitus, vt ex euentu rerum aduerſa abnueret, vel proſpera agnoſceret. Plotium Griphum, nuper ab Veſpaſiano in ſenatorum ordinem additum, ac legioni præpoſitum,

Et ambitioſe.

Copias in hoſtem expedit.

Earum enumeratio.

Cunctantur in via.

Pecuniæ & cõmeatuum anguſtia.

Immane ſcelus militis.

Reliquæ copiæ arceſſuntur.

Muciani ambigua ſcripta.

cæteroſque ſibi fidos, apertius monuit. Iique omnes, de feſtinatione Primi ac Vari ſiniſtre, & Muciano * volentia ſcripſere. Quibus epiſtolis Veſpaſiano miſſis, effecerat, vt non pro ſpe Antonij, conſilia factaque eius æſtimarentur. Ægre id pati Antonius, & culpam in Mucianum conferre, cuius criminationibus coaluiſſent pericula ſua, nec ſermonibus temperabat, immodicus linguæ, & obſequij inſolens. litteras ad Veſpaſianum compoſuit, iactantius quam ad Principem, nec ſine occulta in Mucianum inſectatione. *Se Pannonicas legiones in arma egiſſe, ſuis ſtimulis excitos Mœſiæ duces, ſua conſtantia perruptas Alpes, occupatam Italiam, interſepta Germanorum Rhætorumque auxilia. quod diſcordes, diſperſaſque Vitellij legiones, equeſtri procella, mox peditum vi, per diem noctemque fudiſſet, id pulcherrimum, & ſui operis. caſum Cremonæ, bello imputandum. maiore damno, plurium vrbium excidijs, veteres ciuium diſcordias reipublicæ ſtetiſſe. non ſe nuntijs neque epiſtolis, ſed manu & armis Imperatori ſuo militare. neque officere gloriæ eorum, qui Aſiam interim compoſuerint: illis Mœſiæ pacem, ſibi ſalutem ſecuritatemque Italiæ, cordi fuiſſe. ſuis exhortationibus, Gallias Hiſpaniaſque validiſſimum terrarum partem, ad Veſpaſianum conuerſas. ſed cecidiſſe in irritum labores, ſi præmia periculorum ſoli aſſequantur, qui periculis non affuerint.* Nec fefellere ea Mucianum. Inde graues ſimultates: quas Antonius ſimplicius, Mucianus callide, eoque implacabilius nutriebat. At Vitellius, fractis apud Cremonam rebus, nuntios cladis occultans, ſtulta diſſimulatione, remedia potius malorum quam mala differebat. Quippe confitenti conſultantique ſupererant ſpes vireſque: cum e contrario læta omnia fingeret, falſis ingrauefcebat. Mirum apud ipſum de bello ſilentium. prohibiti per ciuitatem ſermones, eoque plures: ac ſi liceret, vera narraturi, quia vetabātur, atrociora vulgauerant. Nec duces hoſtiū, augēdæ famæ deerant, captos Vitellij exploratores, circūductoſque, vt robora victoris exercitus noſcerēt, remittendo: quos omnes Vitellius ſecreto percunctatus, interfici iuſſit. Notabili conſtantia, centurio Iulius Agreſtis, poſt multos ſermones quibus Vitellium ad virtutem fruſtra accendebat, perpulit, ad vires hoſtium ſpectandas, quæque apud Cremonam acta forent, ipſe mitteretur. Nec exploratione occulta fallere Antonium tentauit, ſed mandata imperatoris ſuumque animum profeſſus, vt cuncta viſeret, poſtulat. Miſſi qui locum prœlij, Cremonæ veſtigia, captas legiones oſtenderent. Agreſtis ad Vitellium remeauit, abnuentique vera eſſe quæ referret, atque vltro corruptum arguenti: *Quandoquidem*, inquit, *magno documento opus eſt, nec alius iam tibi aut vitæ, aut mortis meæ vſus, dabo cui credas.* atque ita digreſſus, volūtaria morte dicta firmauit. Quidam iuſſu Vitellij interfectum, de fide conſtantiaque eadem tradidere. Vitellius vt e ſomno excitus, Iulium Priſcum, & Alphenum Varum, cum XIIII. prætoriis cohortibus, & omnibus equitum alis obſidere Apenninum iubet. Secuta e claſſicis legio. tot millia armatorum, lecta equis viriſque, ſi alius dux foret, inferendo quoque bello ſatis pollebant. Cæteræ cohortes, ad tuendam vrbem L. Vitellio fratri datæ. Ipſe nihil e ſolito luxu remittens, & diffidentia properus,

Qui alienat Veſpaſianum ab Antonio: Iſto nec ignaro, nec diſſimulante.

Litteræ eius ſuperbæ.

Quibus mire Mucianus offenſus.

Vitellius cladem diſſimulat.

Rumores vetat.

Centurionis memorabile factum.

Tandem Vitellius Apenninum occupat.

Honores largitur.

* Alias volenti

properus, feſtinare comitia, quibus conſules in multos annos deſtinabat: fœdera ſociis, Latium externis dilargiri: his tributa dimittere, alios immunitatibus iuuare, denique nulla in poſterum cura, lacerare imperium. Sed vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat, ſtultiſſimus quiſque pecunijs mercabatur. Apud ſapientes caſſa habebantur, quæ neque dari, neque accipi, ſalua republica poterant. Tandem, flagitante exercitu, qui Meuaniam inſederat, magno ſenatorum agmine, quorum multos ambitione, plures formidine trahebat, in caſtra venit, incertus animi, & infidis conſilijs obnoxius. Concionanti (prodigioſum dictu) tantum fœdarum volucrum ſuperuolitauit, vt nube atra diem * obtenderent. Acceſſit dirum omen, profugus altaribus taurus, diſiecto ſacrificij apparatu, longe nec vbi feriri hoſtias mos eſt, confoſſus. Sed præcipuum ipſe Vitellius oſtentum erat, ignarus militiæ, improuidus conſilij. quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus vrgendo trahendove bello modus, alios rogitans, & ad omnes nuntios, vultu quoque & inceſſu trepidus, dein temulentus. Poſtremo tædio caſtrorum, & audita defectione Miſenenſis claſſis, Romam reuertit, recentiſſimum quodque vulnus pauens, ſummi diſcriminis incurioſus. Nam cùm tranſgredi Apenninum integro exercitus ſui robore, & feſſos hieme atque inopia hoſtes aggredi, in aperto foret; dum diſpergit vires, acerrimum militem, & vſque in extrema obſtinatum, trucidandum, capiendumque tradidit, peritiſſimis centurionum diſſentientibus, & ſi conſulerentur, vera dicturis. Arcuere eos intimi amicorum Vitellij. ita formatis Principis auribus, vt aſpera quæ vtilia, nec quidquam niſi iocundum & læſurum acciperet. Sed claſſem Miſenenſem (tantum ciuilibus diſcordiis etiam ſingulorum audacia valet) Claudius Fauentinus centurio, per ignominiam a Galba dimiſſus, ad defectionem traxit, fictis Veſpaſiani epiſtolis pretium proditionis oſtentans. præerat claſſi Claudius Apollinaris, neque fidei conſtans, neque ſtrenuus in perfidia. & Apinius Tiro prætura functus, ac tum forte Minturnis agens, ducem ſe defectoribus obtulit. a quibus municipia coloniæque impulſæ, præcipuo Puteolanorum in Veſpaſianum ſtudio, contra Capua Vitellio fida, municipalem æmulationem bellis ciuilibus miſcebant. Vitellius, Claudium Iulianum (is nuper claſſem Miſenenſem molli imperio rexerat) permulcendis militum animis dilegit. data in auxilium vrbana cohors, & gladiatores, quibus Iulianus præerat. Vt collata vtrinque caſtra, haud magna cunctatione Iuliano in partes Veſpaſiani tranſgreſſo, Tarracinam occupauere, mœnibus ſituque magis, quàm ipſorum ingenio tutam. Quæ vbi Vitellio cognita, parte copiarum Narniæ cum præfectis prætorij relicta, L. Vitellium fratrem, cum ſex cohortibus & quingentis equitibus, ingruenti per Campaniam bello oppoſuit. Ipſe æger animi, ſtudiis militum & clamoribus populi arma poſcentis refouebatur: dum vulgus ignauum, & nihil vltra verba auſurum, falſa ſpecie, exercitus & legiones appellat. Hortantibus libertis (nam amicorum eius quanto quis clarior, minus fidus) vocari tribus iubet, dantes nomina ſacramento

Aut commoda.

In caſtra venit.

Mirum ei prodigium.

* *Ita manuſcr. vulgo*, obtunderent.

Romam redit.

Peſſimo in omnibus cōſilio vtus.

Miſenenſis claſſis defectio.

Puteolani, pro Veſpaſiano

Capuani, pro Vitellio.

Iulianus cum gladiatoribus tranſit ad Flauianos.

L. Vitellius in eum it.

Tribus Romanæ nomina dant.

adigit. Superfluente multitudine, curam dilectus in conſules partitur. Seruorum numerum & pondus argenti ſenatoribus indicit, equites Romani obtulere operam pecuniaſque, etiam libertinis idem munus vltro flagitantibus. Ea ſimulatio, officia metu profecta, verterat in fauorem. Et plerique haud perinde Vitellium, quam caſum locumque principatus miſerabantur. nec deerat ipſe vultu, voce, lacrymis, miſericordiam elicere, largus promiſſis, &, quæ natura trepidantium eſt, immodicus. Quin & Cæſarem ſe dici voluit, aſpernatus antea. ſed tunc, ſuperſtitione nominis, & quia in metu conſilia prudentium, & vulgi rumor iuxta audiuntur. Cæterum vt omnia inconſulti impetus cœpta, initiis valida, ſpatio langueſcunt, dilabi paulatim ſenatores, equiteſque, primo cunctanter & vbi ipſe non aderat, mox conterriti, mœſtive diſcrimine, donec Vitellius pudore irriti conatus, quæ non dabantur omiſit. Vt terrorem Italiæ poſſeſſa Meuania, ac velut renatū ex integro bellum intulerat; ita haud dubium erga Flauianas partes ſtudium, tam pauidus Vitellij diſceſſus addidit. ereptus Samnis, Pelignuſque, & Marſi, æmulatione, quod Campania præueniſſet, vt in nouo obſequio ad cuncta belli munia acres erant. Sed fœda hieme per tranſitum Apennini conflictatus exercitus: & vix quieto agmine niues eluctantibus, patuit quantum diſcriminis adeundum foret, ni Vitellium retro fortuna vertiſſet. quæ Flauianis ducibus non minus ſæpe quam ratio affuit. Obuium illic Petilium Cerialem habuere, agreſti cultu, & notitia locorum, cuſtodias Vitellij elapſum. Propinqua affinitas Ceriali cum Veſpaſiano, nec ipſe inglorius, militiæ, eoque inter duces aſſumptus eſt. Flauio quoque Sabino, ac Domitiano patuiſſe effugium, multi tradidere. Et miſſi ab Antonio nuntij, per varias fallendi artes penetrabant, locum ac præſidium monſtrantes. Sabinus inhabilem labori & audaciæ valetudinem cauſabatur. Domitiano aderat animus, ſed cuſtodes a Vitellio additi, quanquam ſe ſocios fugæ promitterent, tanquam inſidiantes timebantur. Atque ipſe Vitellius, reſpectu ſuarum neceſſitudinum, nihil in Domitianum atrox parabat. Duces partium, vt Carſulas venere, paucos ad requiem dies ſumunt: donec aquilæ, ſignaque legionum aſſequerentur. Et locus ipſe caſtrorum placebat, late proſpectans, tuto copiarum aggeſtu, florentiſſimis pone tergum municipiis. Simul colloquia cum Vitellianis decem millium ſpatio diſtantibus, & proditio ſperabatur. Ægre id pati miles, & victoriam malle quam pacem. ne ſuas quidem legiones opperiebantur, vt prædæ quam periculorum ſocias. Vocatos ad concionem Antonius docuit, *Eſſe adhuc Vitellio vires, ambiguas ſi deliberarent, acres ſi deſperaſſent. Initia bellorum ciuilium fortunæ permittenda, victoriam conſilijs & ratione perfici. Iam Miſenenſem claſſem & pulcherrimam Campaniæ oram deſciuiſſe, nec plus e toto terrarum orbe reliquum Vitellio, quam quod inter Tarracinam Narniamque iaceat. Satis gloriæ prælio Cremonenſi partum, & exitio Cremonæ, nimium inuidiæ. ne concupiſcerent Romam capere potius, quam ſeruare. Maiora illis præmia, & multo maximum decus, ſi incolumitatem ſenatui populoque Rom. ſine ſanguine quæſiſſent.* His & talibus mitigati animi.

Multi Italorum ad Flauianos deficiunt.

Hi Apenninum tranſeunt.

Cerialis elapſus.

Domitianus non item.

Caſtra Carſulis.

Antonius milites mitigat.

animi. Nec multo poſt legiones venere. Et terrore famaque aucti exercitus, Vitellianæ cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis ad trāſitionem, qui ſuas centurias turmaſque tradere donum victori, & ſibi in poſterum gratiam certabant. Per eos cognitum eſt, Interamnam proximis campis præſidio quadringentorum equitum teneri. Miſſus extemplo Varus, cum expedita manu, paucos repugnātium interfecit. plures, abiectis armis, veniam petiuere. quidam in caſtra refugi, cuncta formidine implebant, augendo rumoribus virtutem copiaſque hoſtium, quo amiſſi præſidij dedecus lenirent. Nec vlla apud Vitellianos flagitij pœna: & præmiis defectorum, vera fides. ac reliquum perfidiæ certamen, crebra transfugia tribunorum centurionumque. Nam gregarius miles induruerat pro Vitellio, donec Priſcus & Alphenus, deſertis caſtris ad Vitellium regreſſi, pudore proditionis cunctos exoluerent. Iiſdem diebus, Fabius Valens, Vrbini, in cuſtodia interficitur. Caput eius Vitellianis cohortibus oſtentatum, ne quam vltra ſpem fouerent. nam peruaſiſſe in Germanias Valentem, & veteres illic nouoſque exercitus ciere credebant. Viſa cæde, in deſperationem verſi. & Flauianus exercitus, immane quantum animo exitium Valentis, vt finem belli, accepit. Natus erat Valens Anagniæ, equeſtri familia, procax moribus, neque abſurdus ingenio famam vrbanitatis per laſciuiam petere. ludicro * Iuuenalium ſub Nerone, velut ex neceſſitate, mox ſponte mimos actitauit, ſcite magis quam probe. Legatus legionis, & fouit Verginium, & infamauit. Fonteium Capitonem in proditionem corruptum, ſeu quia corrumpere nequiuerat, interfecit. Galbæ proditor, Vitellio fidus, & aliorum perfidia illuſtratus. Abrupta vndique ſpe, Vitellianus miles tranſiturus in partes, id quoque non ſine dedecore, ſed ſub ſignis vexilliſque in ſubiectos Narniæ campos deſcendere. Flauianus exercitus, vt ad prœlium intētus * armatuſque, denſis circa viam ordinibus, adſtiterat. Accepti in medium Vitelliani. & circumdatos, Primus Antonius clementer alloquitur. pars Narniæ, pars Interamnæ ſubſiſtere iuſſi. relictæ ſimul e victricibus legiones, neque quieſcentibus graues, & aduerſus contumaciam validæ. Non omiſere per eos dies Primus ac Varus crebris nuntijs ſalutem, & pecuniam, & ſecreta Campaniæ, offerre Vitellio, ſi poſitis armis, ſeque ac liberos ſuos Veſpaſiano permiſiſſet. In eundem modum & Mucianus compoſuit epiſtolas: quibus plerunque fidere Vitellius, ac de numero ſeruorum, electione * lictorum loqui. Tanta torpedo inuaſerat animum, vt ſi Principem eum fuiſſe cæteri non meminiſſent, ipſe obliuiſceretur. At primores ciuitatis, Flauium Sabinum præfectum vrbis, ſecretis ſermonibus incitabant, victoriæ famæque partem capeſſeret. *Eſſe illi proprium militem cohortium vrbanarum. nec defuturas vigilum cohortes, ſeruitia ipſorum, fortunam partium, & omnia prona victoribus. ne Antonio Varoque de gloria concederet. Paucas Vitellio cohortes, & mœſtis vndique nuntijs trepidas. populi, mobilem animum: & ſi ſe ducem præbuiſſet, eaſdem illas adulationes pro Veſpaſiano fore. Ipſum Vitellium ne proſperis quidem parem, adeo ruentibus debilitatum. gratiam patrati*

Præſidium Interamnæ interceptum.

Vitelliani carptim ad victores tranſeunt.

Valentis cædes.

Vita & mores hominis.

* *Alias*, iuuenum

Cohortium Vitellij deditio.

* *Cod. reg.* ornatuſque,

Ipſi conditiones propoſitæ.

Nec ab eo ſpretæ.

* littorum

Sabinus incitatur ad arma.

belli penes eum, qui vrbem occupaſſet. Id Sabino conuenire, vt imperium fratri reſeruaret: id Veſpaſiano, vt cæteri poſt Sabinum haberentur. Haud quàquam erecto animo eas voces accipiebat, inualidus ſenecta. Erant qui occultis ſuſpicionibus inceſſerent, tanquam inuidia & æmulatione fortunam fratris moraretur. Namque Flauius Sabinus ætate prior, priuatis vtriuſque rebus, auctoritate pecuniaque Veſpaſianum anteibat. Et credebatur affectam eius fidem præiuuiſſe, domo agriſque pignori acceptis. Vnde, quanquam manente in ſpeciem concordia, offenſarum operta metuebantur. Melior interpretatio, mitem virum abhorrere a ſanguine & cædibus: eoque crebris cum Vitellio ſermonibus de pace, ponendiſque per conditionem armis agitare. Sæpe domi congreſſi. poſtremo in æde Apollinis, vt fama fuit, pepigere. Verba voceſque duos teſtes habebant, Cluuium Rufum & Silium Italicum. Vultus procul viſentibus notabantur, Vitellij proiectus & degener, Sabinus non inſultans, & miſeranti propior. Quod ſi tam facile ſuorum mentes flexiſſe Vitellius, quàm ipſe ceſſerat: incruentam vrbem Veſpaſiani exercitus intraſſet. Cæterum vt quiſque Vitellio fidus, ita pacem & conditiones abnuebant, diſcrimen ac dedecus oſtentantes, & fidem in libidine victoris. *Nec tantam Veſpaſiani ſuperbiam, vt priuatum Vitellium pateretur. ne victos quidem laturos. Ita periculum ex miſericordia. Ipſum ſane ſenem, & proſperis aduerſiſque ſatiatum. Sed quod nomen, quem ſtatum filio eius Germanico fore? Nunc pecuniam, & familiam, & beatos Campaniæ ſinus promitti. Sed vbi imperium Veſpaſianus inuaſerit, non ipſi, non amicis eius, non denique exercitibus ſecuritatem, niſi extincto æmulatu redituram. Fabium illis Valentem, captiuum & caſibus dubiis reſeruatum, prægrauem fuiſſe: nedum Primus ac Fuſcus, & ſpecimen partium Mucianus, vllam in Vitellium niſi occidendi licentiam habeant. Non a Cæſare Pompeium, non ab Auguſto Antoniũ incolumes relictos. Niſi forte Veſpaſianus altiores ſpiritus gerat, Vitellij cliens, cum Vitellius collega Claudio foret. Quin vt cenſuram patris, vt tres conſulatus, vt tot egregiæ domus honores deceret, deſperatione ſaltem in audaciam accingeretur. perſtare militem, ſupereſſe ſtudia populi. Denique nihil atrocius euenturum, quam in quod ſponte ruant. moriẽdum victis, moriendũ deditis. id ſolum referre, nouiſſimũ ſpiritum per ludibriũ & contumelias effundant, an per virtutem.* Surdæ ad fortia cõſilia Vitellio aures. Obruebatur animus miſeratione curaque, ne pertinacibus armis, minus placabilem victorem relinqueret coniugi ac liberis. Erat illi & feſſa ætate parẽs, quæ tamen paucis ante diebus opportuna morte excidiũ domus præuenit. nihil principatu filij aſſecuta, niſi luctum & bonam famam. xv. Kal. Ianu. audita defectione legionis cohortiumque, quæ ſe Narniæ dediderant, pullo amictu palatio digreditur, mœſta circum familia. Simul ferebatur lecticula paruulus filius, velut in funebrem pompam. Voces populi blandæ & intempeſtiuæ. miles minaci ſilentio. Nec quiſquam adeo rerum humanarum immemor, quem non commoueret illa facies, Romanum Principem, & generis humani paulo ante dominum, relicta fortunæ ſuæ ſede, per populum, per vrbem, exire de imperio. Nihil tale viderant, nihil audierant. Repentina vis dictatorem Cæſarem

Nec facile impellitur:

Et magis de pace annititur.

Quam Vitellij proximi dirimunt:

Eumque ad robur extimulant,

Natura ignauum & degenerem.

Mater eius obiit.

Ipſe Principatu abiturit.

Cæſarem oppreſſerat. occultæ Caium inſidiæ. nox & ignotum rus, fugam Neronis abſconderant. Piſo & Galba, tanquam in acie cecidere. in ſua concione Vitellius, inter ſuos milites, proſpectantibus etiam fœminis, pauca & præſenti mœſtitiæ congruentia locutus: *Cedere ſe pacis & Reip. cauſa: retinerent tantum memoriam ſui, fratremque, & coniugem, & innoxiam liberorum ætatem miſerarentur.* Simul filium protendens, modo ſingulis, modo vniuerſis commendans, poſtremo fletu præpediente, aſſiſtenti conſuli (Cæcilius Simplex erat) exolutum a latere pugionem, velut ius necis vitæque ciuium, reddebat. Aſpernante conſule, reclamantibus qui in concione adſtiterant, vt in æde Concordiæ poſiturus inſignia imperij, domumque fratris petiturus, diſceſſit. Maior hic clamor obſiſtentium penatibus priuatis, in palatium vocantium. interclusum alterũ iter, idque ſolum quod in ſacram viam pergeret, patebat. Tum conſilij inops, in palatium rediit. Præuenerat rumor, eiurari ab eo imperium. Scripſeratque Flauius Sabinus cohortium tribunis, vt militem cohiberent. Igitur tanquam omnis Reſp. in Veſpaſiani ſinum ceſſiſſet, primores ſenatus, & plerique equeſtris ordinis, omniſque miles vrbanus, & vigiles, domum Flauij Sabini compleuere. Illuc de ſtudiis vulgi, & minis Germanicarum cohortium affertur. Longius iam progreſſus erat, quàm vt regredi poſſet: & ſuo quiſque metu, ne diſiectos, eoque minus validos, Vitelliani conſectarentur, cunctantem in arma impellebant. Sed quod in eiuſmodi rebus accidit, conſilium ab omnibus datum eſt, periculum pauci ſumpſere. Circa lacum Fundani, deſcendentibus qui Sabinum comitabantur armatis, occurrunt promptiſſimi Vitellianorum. Modicum ibi prœlium, improuiſo tumultu, ſed proſperum Vitellianis fuit. Sabinus, re trepida, quod tutiſſimum e præſentibus, arcem Capitolij inſedit milite, & quibuſdam ſenatorum equitumque: quorum nomina tradere haud promptum eſt, quoniam victore Veſpaſiano, multi id meritum erga partes ſimulauere. Subierunt obſidium etiam fœminæ: inter quas maxime inſignis, Verulana Gracilia, neque liberos, neque propinquos, ſed bellum ſecuta. Vitellianus miles, cuſtodia ſecordi clauſos circumdedit, eoque, concubia nocte, ſuos liberos Sabinus, & Domitianum fratris filium, in Capitolium acciuit. At Sabinus, miſſo per neglecta ad Flauianos duces nuntio, qui circumſideri ipſos, niſi ſubueniretur, arctas res nuntiaret; noctem adeo quietam egit, vt digredi ſine noxa potuerit. Quippe miles Vitellij aduerſus pericula ferox, laboribus & vigiliis parum intentus erat. Et hibernus imber repente fuſus, oculos aureſque impediebat. Luce prima Sabinus, antequam inuicem hoſtilia cœptarent, Cornelium Martialem e primipilaribus, ad Vitellium miſit, cum mandatis & queſtu, quod pacta turbarentur. *Simulationem prorſus & imaginem deponendi imperij fuiſſe, ad decipiendos tot illuſtres viros. Cur enim e roſtris, fratris domum imminentem foro, & iritandis hominum oculis, quam Auentinum & penates vxoris petiſſet? Ita priuato, & omnem principatus ſpeciem vitanti, conueniſſe. Contra, Vitellium in palatium, in ipſam imperij arcem*

Concionem habet.

Abiecte ſe gerit.

Populus & miles in ſede eum reſtituunt.

Sabinus interea Remp. ſuſceperat.

Prœliatur cũ Vitellianis:

Pellitur.

Capitolium occupat.

Obſidetur.

Mittit ad Vitellium expoſtulatum.

regreſſum. Inde armatum agmen emiſſum, ſtratam innocentium cædibus celeberrimam vrbis partem. ne Capitolio quidem abſtineri. Togatum nempe ſe, & vnum e ſenatoribus, dum inter Veſpaſianum ac Vitellium prœlijs legionum, captiuitatibus vrbium, deditionibus cohortium iudicatur. Iam Hiſpanijs, Germaniiſque, & Britannia, deſciſcentibus, fratrem Veſpaſiani manſiſſe fide, donec vltro ad conditiones vocaretur. Pacem & concordiam victis vtilia; victoribus tantum pulchra eſſe. Si conuentionis pœniteat; non ſe, quem perfidia deceperit, ferro peteret, non filium Veſpaſiani vix puberem. quantum occiſis vno ſene, & vno iuuene profici? Iret obuiam legionibus, de ſumma rerum illic certaret. cætera ſecundum euentum prœlij ceſſura. Trepidus ad hæc Vitellius, pauca purgandi ſui cauſſa reſpondit, culpam in militem conferens, cuius nimio ardori imparem eſſe modeſtiam ſuam. Et monuit Martialem, vt per ſecretam ædium partem occulte abiret, ne a militibus internuntius inuiſæ pacis interficeretur. Ipſe neque iubendi neque vitandi potens, non iam imperator, ſed tantum belli cauſa erat. Vix dum regreſſo in Capitolium Martiale, furens miles aderat, nullo duce, ſibi quiſque auctor: cito agmine, forum & imminentia foro templa prætervecti, erigunt aciem per aduerſum collem, vſque ad primas Capitolinæ arcis fores. Erant antiquitus porticus in latere cliui, dextra ſubeuntibus. In quarum tectum egreſſi, ſaxis teguliſque Vitellianos deturbabant. neque illis manus niſi gladiis armatæ, & arceſſere tormenta, aut miſſilia tela, longum videbatur. Faces in prominentem porticum iecere, & ſequebantur ignem. ambuſtaſque Capitolij fores penetraſſent, ni Sabinus reuulſas vndique ſtatuas, decora maiorum, in ipſo aditu vice muri obieciſſet. Tum diuerſos Capitolij aditus inuadunt, iuxta lucum aſyli, & qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur. Improuiſa vtraque vis. propior atque acrior per aſylum ingruebat. Nec ſiſti poterant, ſcandentes per coniuncta ædificia: quæ, vt in multa pace, in altum edita, ſolum Capitolij æquabant. Heic ambigitur, ignem tectis oppugnatores iniecerint, an obſeſſi, quæ crebrior fama eſt, quo nitentes ac progreſſos depellerent. Inde lapſus ignis in porticus, appoſitas ædibus. mox ſuſtinentes faſtigium Aquilæ, vetere ligno, traxere flammam, alueruntque. Sic Capitolium, clauſis foribus, indefenſum & indireptum, conflagrauit. Id facinus poſt conditam vrbem luctuoſiſſimum fœdiſſimumque pop. Rom. accidit, nullo externo hoſte, propitiis, ſi per mores noſtros liceret, deis. Sedem Iouis optimi maximi, auſpicato a maioribus pignus imperij conditam, quam non Porſena dedita vrbe, neque Galli capta, * temerare potuiſſent, furore Principum exſcindi? Arſerat & ante Capitolium ciuili bello, ſed fraude priuata. Nunc palam obſeſſum, palam incenſum. quibus armorum cauſis, quo tantæ cladis pretio pro patria bellauimus? Vouerat Tarquinius Priſcus rex, bello Sabino, ieceratque fundamenta, ſpe magis futuræ magnitudinis, quam quo modicæ adhuc Pop. Rom. res ſufficerent. Mox Seruius Tullius, ſociorum ſtudio; deinde Tarquinius Superbus, capta Sueſſa Pometia, hoſtium ſpoliis extruxere. Sed gloria operis, libertati reſeruata.

Ille ſe purgat, militē culpat.

Capitolium oppugnatur.

Incenditur.

Querela ſuper eo.

* Pleriquelibri, tenere

Quis condiderit,

Auxerit.

Pulſis

Pulſis regibus, Horatius Puluillus iterum conſul dedicauit, ea magnificentia, quam immenſæ poſtea Pop. Rom. opes ornarent potius, quam augerent. Iiſdem rurſus veſtigijs ſitum eſt, poſtquam interiecto cccc x v. annorum ſpatio L. Scipione, C. Norbano Coss. flagrauerat. Curam victor Sulla ſuſcepit, neque tamen dedicauit. hoc ſolum fœlicitati eius negatum. Lutatij Catuli nomen, inter tanta Cæſarum opera, vſque ad Vitellium manſit. Ea tunc ædes cremabatur. Sed plus pauoris obſeſſis, quam obſeſſoribus intulit. Quippe Vitellianus miles, neque aſtu, neque conſtantia, inter dubia indigebat. Ex diuerſo, trepidus miles, dux ſegnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere. neque alienis conſilijs regi, neque ſua expedire. huc illuc clamoribus hoſtium circumagi. quæ iuſſerat vetare, quæ vetuerat iubere. Mox quod in perditis rebus accidit, omnes præcipere, nemo exequi. poſtremo abiectis armis, fugam & fallendi artes circumſpectabant. Irrumpunt Vitelliani, & cuncta ſanguine, ferro, flammiſque miſcent. Pauci militarium virorum, inter quos maxime inſignes, Cornelius Martialis, Æmylius Pacenſis, Caſperius Niger, Didius Scæua, pugnam auſi obtruncantur. Flauium Sabinum inermem, neque fugam cœptantem, circumſiſtunt, & Quinctium Atticum conſulem, vmbra honoris & ſuamet vanitate monſtratum quod edicta in populum pro Veſpaſiano magnifica, probroſa aduerſus Vitellium iecerat. Cæteri per varios caſus elapſi, quidam ſeruili habitu, alij fide clientium contecti, & inter ſarcinas abditi. Fuere, qui excepto Vitellianorum ſigno, quo inter ſe noſcebantur, vltro rogitantes reſpondenteſue, audaciam pro latebra haberent. Domitianus, prima irruptione apud æditiuum occultatus, ſolertia liberti, lineo amictu turbæ ſacricolarum immixtus ignaruſque, apud Cornelium Primum paternum clientem, iuxta Velabrum, delituit. Ac potiente rerum patre, disiecto æditui contubernio, modicum ſacellum IOVI CONSERVATORI, aramque poſuit, caſuſque ſuos in marmore expreſſit. Mox imperium adeptus, IOVI CVSTODI templum ingens, ſeque in ſinu dei ſacrauit. Sabinus & Atticus onerati catenis, & ad Vitellium ducti, nequaquam infeſto ſermone vultuque excipiuntur, frementibus, qui ius cædis, & præmia nauatæ operæ, petebant. Clamore a proximis orto, ſordida pars plebis ſupplicium Sabini expoſcit, minas adulationeſque miſcet. Stantem pro gradibus palatij Vitellium, & preces parantem, peruicere vt abſiſteret. Tum confoſſum conlaceratumque, & abſciſſo capite truncum corpus Sabini, in Gemonias trahunt. Hic exitus viri haud ſane ſpernendi. Quinque & xxx. ſtipendia in Repub. fecerat, domi militiæque clarus. Innocentiam iuſtitiamque eius, non argueres: ſermonis nimius erat. Id vnum ſeptem annis, quibus Mœſiam; duodecim, quibus præfecturam vrbis obtinuit, calumniatus eſt rumor. in fine vitæ, alij ſegnem, multi moderatum, & ciuium ſanguinis parcum credidere. Quod inter omnes conſtiterit, ante principatum Veſpaſiani, decus domus penes Sabinum erat. Cædem eius lætam fuiſſe Muciano accepimus. Ferebant

Reparauerit.

Torpor Sabini.

Conſul Atticus.

Multi elapſi.

Inter quos Domitianus.

Qui latebram ſuam poſtea ſacrauit.

Sabinus confoditur.

pleriqueetiam paci conſultum, dirempta æmulatione inter duos, quorum alter ſe fratrem Imperatoris, alter conſortem imperij cogitaret. Sed Vitellius conſulis ſupplicium poſcenti populo reſtitit, placatus ac velut vicem reddens, quod interrogantibus quis Capitolium incendiſſet, ſe reum Atticus obtulerat. Eaque confeſſione, ſiue aptum tempori mendacium fuit, inuidiam crimenque agnouiſſe, & a partibus Vitellij amolitus videbatur. Iiſdem diebus L. Vitellius, poſitis apud Feroniam caſtris, excidio Tarracinæ imminebat: clauſis illic gladiatoribus remigibuſque, qui non egredi mœnia, neque periculum in aperto audebant. Præerat, vt ſupra memorauimus, Iulianus gladiatoribus, Apollinaris remigibus, laſciuia ſecordiaque gladiatorum magis, quam ducum ſimiles. Non vigilias agere, non intuta mœnium firmare, noctu dieque fluxi, & amœna littorum perſonantes, in miniſterium luxus diſperſis militibus, de bello tantum inter conuiuia loquebantur. Paucos ante dies, diſceſſerat Apinius Tiro: doniſque ac pecunijs acerbe per municipia conquirendis, plus inuidiæ quam virium partibus addebat. Interim ad Vitellium ſeruus Verginij Capitonis perfugit, pollicituſque ſi præſidium acciperet, vacuam arcem furtim traditurum, multa nocte cohortes expeditas ſummis montium iugis, ſuper caput hoſtium ſiſtit. inde miles ad cædem magis, quam ad pugnam decurrit. ſternunt inermes, aut arma capientes, & quoſdam ſomno excitos, cum tenebris, pauore, ſonitu tubarum, clamore hoſtili turbarentur. pauci gladiatorum reſiſtentes, neque inulti cecidere. Cæteri ad naues ruebant, vbi cuncta pari formidine implicabantur, permixtis paganis, quos nullo diſcrimine Vitelliani trucidabant. Sex liburnicæ inter primum tumultum euaſere, in quis præfectus claſſis Apollinaris: reliquas in littore captas, aut nimio ruentium onere preſſas, mare hauſit. Iulianus ad L. Vitellium perductus, & verberibus fœdatus, in ore eius iugulatur. Fuere, qui vxorem L. Vitellij Triariam inceſſerint, tanquam gladio militari cincta, inter luctum cladeſque expugnatæ Tarracinæ, ſuperbe ſæueque egiſſet. Ipſe lauream proſpere geſtæ rei, ad fratrem miſit: percunctatus ſtatim regredi ſe, an perdomandæ Campaniæ inſiſtere iuberet. Quod ſalutare non modo partibus Veſpaſiani, ſed Reipub. fuit. nam ſi recens victoria miles, & ſuper inſitam peruicaciam ſecundis ferox, Romam contendiſſet, haud parua mole certatum, nec ſine exitio vrbis foret. quippe L. Vitellio, quamuis infami, inerat induſtria: nec virtutibus, vt boni, ſed quo modo peſſimus quiſque, vitijs valebat. Dum hæc in partibus Vitellij geruntur, digreſſus Narnia Veſpaſiani exercitus, feſtos Saturni dies, Otriculi per otium agitabat. Cauſa tam prauæ moræ, vt Mucianum opperirentur. Nec defuere qui Antonium ſuſpicionibus arguerent, tanquam dolo cunctantem, poſt ſecretas Vitellij epiſtolas, quibus conſulatum & nubilem filiam, & dotales opes, pretium proditionis, offerebat. Alij, ficta hæc, & in gratiam Muciani compoſita. Quidam, omnium id ducum conſilium fuiſſe, oſtentare potius vrbi bellum, quam inferre: quando validiſſimæ cohortes a Vitellio

Atticus ſæuientibus eripitur.

Tarracina obſeſſa.

Quam gladiatores ſegniter cuſtodiunt.

Proditur a ſeruo.

Iulianus occiſus.

Fœmina viriliter laſciuit.

L. Vitellij ingenium.

Flauiani Saturnalia agitant.

Cauſæ eius moræ.

Vitellio deſciuiſſent, & abſciſſis omnibus præſidijs, ceſſurus imperio videbatur. Sed cuncta feſtinatione, deinde ignauia Sabini corrupta: qui ſumptis temere armis, munitiſſimam Capitolij arcem, & ne magnis quidem exercitibus expugnabilem, aduerſus tres cohortes tueri nequiſſet. Haud facile quis vni aſſignauerit culpam, quæ omnium fuit. nam & Mucianus, ambiguis epiſtolis, victores morabatur; & Antonius, præpoſtero obſequio, vel dum regeret inuidiam, crimen meruit. cæterique duces, dum peractum bellum putant, finem eius inſigniuere. Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus præmiſſus, vt tranſuerſis itineribus per agrum Sabinum, Salaria via vrbem introiret, ſatis maturauerat: donec obſeſſi Capitolij fama cunctos ſimul exciret.

Mox omnes properant ad vrbem.

Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra, multo iam noctis, ſerum auxilium venit. Illic interfectum Sabinum, conflagraſſe Capitolium, tremere vrbem, mœſta omnia accepit. plebem quoque & ſeruitia pro Vitellio armari, nuntiabatur. Et Petilio Ceriali equeſtre prœlium aduerſum fuerat.

Equites eorum victi.

namque incautum, & tanquam ad victos ruentem, Vitelliani interiectus equiti pedes excepere. pugnatum haud procul vrbe, inter ædificia hortoſque, & amfractus viarum. quæ gnara Vitellianis, incomperta hoſtibus, metum fecerant. neque omnis eques concors, adiunctis quibuſdam, qui nuper apud Narniam dediti, fortunam partium ſpeculabantur. capitur præfectus alæ, Tullius Flauianus. cæteri fœda fuga conſternantur, non vltra Fidenas ſecutis victoribus.

Plebs pro Vitellio ſe armat.

Eo ſucceſſu ſtudia populi aucta. Vulgus vrbanum arma cepit. Paucis ſcuta militaria. plures, raptis quod cuique obuium telis, ſignum pugnæ expoſcunt. Agit grates Vitellius, & ad tuendam vrbem prorumpere iubet.

Legati de pace miſſi.

Mox vocato Senatu, diliguntur legati ad exercitus, vt prætexto Reipub. concordiam pacemque ſuaderent.

Sed ferociter excepti.

Varia legatorum ſors fuit. Qui Petilio Ceriali occurrerunt, extremum diſcrimen adiere, aſpernante milite conditiones pacis. Vulneratur prætor Arulenus Ruſticus. auxit inuidiam, ſuper violatum legati prætoriſque nomen, propria dignatio viri. Palantur comites. occiditur proximus lictor, dimouere turbam auſus. & ni dato a duce præſidio defenſi forent, ſacrum etiam inter exteras gentes legatorum ius, ante ipſa patriæ mœnia, ciuilis rabies vſque in exitium temeraſſet. Æquioribus animis accepti ſunt, qui ad Antonium venerant, non quia modeſtior miles, ſed duci plus auctoritatis.

Muſonij importuna ſapientia.

Miſcuerat ſe legatis Muſonius Rufus equeſtris ordinis, ſtudium philoſophiæ & placita Stoicorum æmulatus: cœptabatque permixtus manipulis, bona pacis ac belli diſcrimina diſſerens, armatos monere. Id pleriſque ludibrio, pluribus tædio. nec deerant qui propellerent proculcarentque, ni admonitu modeſtiſſimi cuiuſque, & alijs minitantibus, omiſiſſet intempeſtiuam ſapientiam.

Veſtales a Vitellio miſſæ.

Obuiæ fuere & virgines Veſtales, cum epiſtolis Vitellij ad Antonium ſcriptis. Eximi ſupremo certamini vnum diem poſtulabant. ſi moram interieciſſent, facilius omnia conuentura. Virgines cum honore dimiſſæ. Vitellio reſcriptum, Sabini cæde, & incendio

Capitolij, dirempta belli commercia. Tentauit tamen Antonius vocatas ad concionem legiones mitigare, vt caſtris iuxta pontem Miluium poſitis, poſtera die vrbem ingrederentur. Ratio cunctandi, ne aſperatus prælio miles, non populo, non ſenatui, ne templis quidem ac delubris deorum conſuleret. Sed omnem prolatationem, vt inimicam victoriæ, ſuſpectabant. Simul fulgentia per colles vexilla, quanquam imbellis populus ſequeretur, ſpeciem hoſtilis exercitus fecerant. Tripartito agmine, pars vt aſtiterat Flaminia via, pars iuxta ripam Tiberis inceſſit, tertium agmen per Salariam Collinæ portæ propinquabat. plebs, inuectis equitibus fuſa. Miles Vitellianus, trinis & ipſe præſidiis occurrit. Prœlia ante vrbem multa, & varia: ſed Flauianis conſilio ducum præſtantibus, ſæpius proſpera. Ij tantum conflictati ſunt, qui in partem ſiniſtram vrbis ad Salluſtianos hortos, per anguſta & lubrica viarum flexerant. Superſtantes maceriis hortorum Vitelliani, ad ſerum vſque diei, ſaxis piliſque ſubeuntes arcebant. donec ab equitibus, qui porta Collina irruperant, circumuenirentur. Concurrere & in campo Martio infeſtæ acies. Pro Flauianis fortuna, & parta toties victoria: Vitelliani deſperatione ſola ruebant. & quanquam pulſi, rurſus in vrbe congregabantur. Aderat pugnantibus ſpectator populus, vtque in ludicro certamine, hos modo, rurſus illos clamore & plauſu fouebat: quoties pars altera inclinaſſet, * abditos in tabernis, aut ſi quam in domum perfugerant, erui iugularique poſtulantes, parte maiore prædæ potiebantur. Nam milite ad ſanguinem & cædes obuerſo, ſpolia in vulgus cedebant. Sæua ac deformis vrbe tota facies. alibi prœlia & vulnera, alibi balneæ popinæque. Simul cruor & ſtrues corporum. iuxta ſcorta, & ſcortis ſimiles: quantum in luxurioſo otio libidinum, quidquid in acerbiſſima captiuitate ſcelerum: prorſus, vt eandem ciuitatem, & furere crederes, & laſciuire. Conflixerant ante armati exercitus in vrbe, bis L. Sulla, ſemel Cinna, victoribus, nec tunc minus crudelitatis. nunc inhumana ſecuritas, & ne minimo quidem temporis, voluptates intermiſſæ, velut feſtis diebus id quoque gaudium accederet, exultabant. nulla partium cura, malis publicis læti. Plurimum molis in oppugnatione caſtrorum fuit, quæ acerrimus quiſque vt nouiſſimam ſpem retinebant. Eo intentius victores, præcipuo veterum cohortium ſtudio, cuncta validiſſimarum vrbium excidiis reperta, ſimul admouent, teſtudinem, tormenta, aggeres, faceſque: quidquid tot prœlijs laboris ac periculi hauſiſſent, opere illo conſummari clamitantes. Vrbem ſenatui ac pop. Rom. templa dijs reddita; proprium eſſe militis decus, in caſtris. illam patriam, illos penates. ni ſtatim recipiantur, noctem in armis agendam. Contra Vitelliani, quanquam numero fatoque diſpares, inquietare victoriam, morari pacem, domos araſque cruore fœdare, ſuprema victis ſolatia complectebātur. Multi ſemianimes, ſuper turres & propugnacula mœnium, expirauere. Conuulſis portis, reliquus globus obtulit ſe victoribus: & cecidere omnes contrarijs vulneribus, verſi in hoſtem.

Ea cura

Sed miles moræ impatiens.

Triplici agmine vrbem adeunt.

Occurritur.

Sed Flauiani vincunt.

Inſtauratum in campo Martis prœlium.

Sed pari fortuna.

* Vulgo, abditi

Plebis leuitas & ſæuitia.

Miſera Romæ facies.

Caſtra Prætoria oppugnata.

Strenue propugnata.

Sed deo inuito.

Ea cura etiam morientibus decori exitus fuit. Vitellius capta vrbe, per auerſam palatij partem, Auentinum in domum vxoris ſellula defertur: vt ſi diem latebra vitauiſſet, Tarracinam ad cohortes fratremque perfugeret. Dein mobilitate ingenij, & quæ natura pauoris eſt, cum omnia metuenti, præſentia maxime diſplicerent, in palatium regreditur, vaſtum deſertumque: dilapſis etiam infimis ſeruitiorum, aut occurſum eius declinantibus. Terret ſolitudo, & tacentes loci. tentat clauſa, inhorreſcit vacuis. feſſuſque miſero errore, & pudenda latebra ſemet occultans, ab Iulio Placido tribuno cohortis protrahitur. Vinctæ pone tergum manus. laniata veſte, fœdum ſpectaculum ducebatur, multis increpantibus, nullo illacrymante. deformitas exitus miſericordiam abſtulerat. Obuius e Germanicis militibus Vitellium infeſto ictu, per iram, vel quo maturius ludibriis eximeret, an tribunum appetierit, in incerto fuit; aurem tribuni amputauit, ac ſtatim confoſſus eſt. Vitellium infeſtis mucronibus coactum, modo erigere os & offerre contumeliis, nunc cadentes ſtatuas ſuas, plerumque roſtra, & Galbæ occiſi locum contueri, poſtremo ad Gemonias, vbi corpus Flauij Sabini iacuerat, propulere. Vox vna non degeneris animi excepta, cum tribuno inſultanti, ſe tamen Imperatorem eius fuiſſe reſpondit. Ac deinde ingeſtis vulneribus, concidit. Et vulgus eadem prauitate inſectabatur interfectum, qua fouerat viuentem. Pater illi L. Vitellius. ſeptimum & quinquageſimum ætatis annum explebat. conſulatum, ſacerdotia, nomen locumque inter primores, nulla ſua induſtria, ſed cuncta patris claritudine adeptus, Principatum ei detulere, qui ipſum non nouerant. Studia exercitus, raro cuiquam bonis artibus quæſita perinde affuere, quam huic per ignauiam. Inerat tamen ſimplicitas ac liberalitas: quæ, ni adſit modus, in exitium vertuntur. Amicitias dum magnitudine munerum, non conſtantia morum continere putat, meruit magis quam habuit. * Reip. haud dubie intererat, Vitellium vinci. Sed imputare perfidiam non poſſunt, qui Vitellium Veſpaſiano prodidere, cum a Galba deſciuiſſent. * Præcipiti in occaſum die, ob pauorem magiſtratuum ſenatorumque, qui dilapſi ex vrbe, aut per domos clientium ſemet occultabant, vocari ſenatus non potuit. Domitianum, poſtquam nihil hoſtile metuebatur, ad duces partium progreſſum, & Cæſarem conſalutatum, miles frequens, vtque erat in armis, in paternos penates deduxit.

Vitellius palatiū deſerit.

Iterum repetit.

Latens capitur.

Ad necem ducitur.

Vox ſupra eius indolem.

Vita, & mores.

Abeſt ea vox a vulgatis: repoſita e Vat.

** Alij, Præcipitanti*

Domitianus Cæſar ſalutatus.

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSV NERONIS

HISTORIARVM LIBER QVARTVS.

Sæuitum in vrbe.

INTERFECTO Vitellio, bellum magis deſierat, quam pax cœperat. Armati per vrbem victores, implacabili odio, victos conſectabantur. plenæ cædibus viæ, cruenta fora templaque, paſſim trucidatis, vt quemque ſors obtulerat. Ac mox, augeſcente licentia, ſcrutari, ac protrahere abditos: ſi quem procerum habitu & iuuenta, proſpexerant, obtruncare; nullo militum, aut populi diſcrimine. quæ ſæuitia, recentibus odijs, ſanguine explebatur; dein verterat in auaritiam. Nihil vſquam ſecretum aut clauſum ſinebant, Vitellianos occultari ſimulantes. Initium id perfringendarum domuum, vel ſi reſiſteretur, cauſa cædis. nec deerat egentiſſimus quiſque ex plebe, & peſſimi ſeruitiorum prodere vltro dites dominos. alij ab amicis monſtrabantur. Vbique lamenta, conclamationes, & * fortuna captæ vrbis, adeo vt Othoniani Vitellianique militis inuidioſa antea petulantia deſideraretur. Duces partium accendendo ciuili bello acres, temperandæ victoriæ impares. Quippe in turbas & diſcordias peſſimo cuique plurima vis, pax & quies bonis artibus indigent. Nomen ſedemque Cæſaris, Domitianus acceperat, nondum ad curas intentus, ſed ſtupris & adulteriis filium Principis agebat. Præfectura prætorij, penes Arrium Varum. Summa potentiæ, in Primo Antonio. is pecuniam familiamque e Principis domo, quaſi Cremonenſem prædam rapere. Ceteri modeſtia vel ignobilitate, vt in bello obſcuri, ita præmiorum expertes. Ciuitas pauida & ſeruitio parata, occupari redeuntem Tarracina L. Vitellium cum cohortibus, extinguique reliqua belli, poſtulabat. Præmiſſi Ariciam equites. agmen legionum, intra Bouillas ſtetit. Nec cunctatus eſt Vitellius, ſeque & cohortes arbitrio victoris permittere. Et miles infelicia arma, haud minus ira, quam metu abiecit. Longus deditorum ordo, ſeptus armatis, per vrbem inceſſit. Nemo ſupplici vultu, ſed triſtes & truces, & aduerſum plauſus ac laſciuiam inſultantis vulgi immobiles. paucos erumpere auſos, circumiecti preſſere. cæteri in cuſtodiam conditi. Nihil quiſquam locutus indignum, & quanquam inter aduerſa, ſalua virtutis fama. Dein L. Vitellius interficitur, par vitijs fratris, in principatu eius vigilantior, nec perinde proſperis ſocius, quam aduerſis abſtractus. Iiſdem diebus Lucilius Baſſus, cum expedito equite, ad componendam Campaniam mittitur: diſcordibus municipiorum animis, magis inter ſemet, quam contumalia

Et prædæ actæ.

* *Vertrauius,* forma

Nec duces, militi coercendo.

Antonius impotenter ſe gerit.

L. Vitellius ſe dedit.

Iſque interfectus.

Campania compoſita.

tumacia aduerſus Principem. Viſo milite, quies, & minoribus colonijs impunitas. Capuæ, legio tertia hiemandi cauſa locatur: & domus illuſtres afflictæ, cum contra Tarracinenſes nulla ope iuuarentur. Tanto procliuius eſt iniuriæ, quam beneficio vicem exoluere: quia gratia oneri, vltio in quæſtu habetur. Solatio fuit ſeruus Verginij Capitonis, quem proditorem Tarracinenſium diximus, patibulo affixus, in iiſdem annulis, quos acceptos a Vitellio geſtabat. At Romæ Senatus cuncta principibus ſolita, Veſpaſiano decernit, lætus & ſpei certus. quippe, ſumpta per Gallias Hiſpaniaſque ciuilia arma, motis ad bellum Germanis, mox Illyrico, poſtquam Ægyptum, Iudæam Syriamque & omneis prouincias exercituſque luſtrauerant, velut expiato terrarum orbe, cepiſſe finem videbantur. Addidere alacritatem Veſpaſiani litteræ, tanquam manente bello ſcriptæ. ea, prima ſpecie, forma. Cæterum vt Princeps loquebatur, ciuilia de ſe, & Republica egregia. nec Senatus obſequium deerat. Ipſi conſulatus cum Tito filio, prætura Domitiano & conſulare imperium decernuntur. Miſerat & Mucianus epiſtolas ad Senatum, quæ materiam ſermonibus præbuere. *Si priuatus eſſet, cur publice loqueretur? potuiſſe eadem, paucos poſt dies, loco ſententiæ dici. ipſa quoque inſectatio in Vitellianos, ſera & ſine libertate. id vero erga Rempublicam ſuperbum, erga Principem contumelioſum, quod in manu ſua fuiſſe imperium, donatumque Veſpaſiano* iactabat. Cæterum inuidia, in occulto; adulatio in aperto, erant. Multo cum honore verborum, Muciano triumphalia de bello ciuili data. Sed in Sarmatas expeditio fingebatur. Adduntur Primo Antonio conſularia, Cornelio Fuſco, & Arrio Varro, prætoria inſignia. Mox deos reſpexere. reſtitui placuit Capitolium. Eaque omnia Valerius Aſiaticus, conſul deſignatus, cenſuit. Cæteri, vultu, manuque; pauci quibus conſpicua dignitas, aut ingenium adulatione exercitum, compoſitis orationibus aſſentiebantur. Vbi ad Heluidium Priſcum prætorem deſignatum ventum, prompſit ſententiam, * vt honorificam in bonum Principem. Falſa aberant, & ſtudijs Senatus * attollebantur. Iſque præcipuus illi dies, magnæ offenſæ initium, & magnæ gloriæ fuit. Res poſcere videtur, quia iterum in mentionem incidimus viri ſæpius memorandi, vt vitam ſtudiaque eius, & quali fortuna ſit vſus, paucis repetam. Heluidius Priſcus, regione Italiæ ſeptima, Tarracinæ municipio, Cluuio patre, qui ordinem primipili duxiſſet, ingenium illuſtre altioribus ſtudijs iuuenis admodum dedit: non vt plerique, vt nomine magnifico ſegne otium velaret, ſed quo firmior aduerſus fortuita, Rempub. capeſſeret. doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qui ſola bona quæ honeſta, mala tantum quæ turpia; potentiam, nobilitatem, cæteraque extra animum; neque bonis neque malis annumerant. Quæſtorius adhuc, a Pæto Thraſea gener dilectus, e moribus ſoceri nihil æque ac libertatem hauſit. ciuis, ſenator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemptor, recti peruicax, conſtans aduerſus metus. Erant quibus appetentior famæ videretur: quando etiam ſapientibus, cupido gloriæ,

Honores in Veſpaſianum a Senatu.

Qui comiter ad eos ſcribit.

Etiam Mucianus.

Sed ſuperbe.

Honores in duces.

Heluidius Priſcus.

* attollebatur.

Viri magni genus, & ingenium.

Stoicos amauit.

Et famam.

nouiſſima exuitur. Ruina ſoceri, in exilium pulſus, vt Galbæ principatu rediit, Marcellum Eprium delatorem Thraſeæ accuſare aggreditur. Ea vltio, incertum maior an iuſtior, ſenatum in ſtudia diduxerat. Nam ſi caderet Marcellus, agmen reorum ſternebatur. Primo minax certamen, & egregiis orationibus vtriuſque * teſtatum. Mox dubia voluntate Galbæ, multis ſenatorum deprecantibus, omiſit Priſcus: variis, vt ſunt hominum ingenia, ſermonibus, moderationem laudantium, aut conſtantiam requirentium. Cæterum eo ſenatus die, quo de imperio Veſpaſiani cenſebant, placuerat mitti ad Principem legatos. Hinc inter Heluidium, & Eprium, acre iurgium. Priſcus eligi nominatim a magiſtratibus iuratis; Marcellus vrnam poſtulabat, quæ conſulis deſignati ſententia fuerat. Sed Marcelli ſtudium proprius rubor excitabat, ne aliis electis poſthabitus crederetur. Paulatimque, per altercationem, ad continuas & infeſtas orationes prouecti ſunt. quærente Heluidio, *Quid ita Marcellus iudicium magiſtratuum paueſceret? eſſe illi pecuniam, & eloquentiam, queis multos anteiret, ni memoria flagitiorum vrgeret. Sorte & vrna, mores non diſcerni: ſuffragia & exiſtimationem ſenatus reperta, vt vniuſcuiuſque vitam famamque penetrarent. pertinere ad vtilitatem Reip. pertinere ad Veſpaſiani honorem, occurrere illi quos innocentiſſimos ſenatus habeat, qui honeſtis ſermonibus aures Imperatoris imbuant. Fuiſſe Veſpaſiano amicitiam cum Thraſea, Sorano, * Senecione: quorum accuſatores, etiam ſi puniri non oporteat, oſtentari non debere. hoc ſenatus iudicio, velut admoneri Principem, quos probet, quos reformidet. nullum maius boni imperij inſtrumentum, quam bonos amicos. * Eſſe ſatis Marcello, quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit. Frueretur præmiis & impunitate, Veſpaſianum melioribus relinqueret.* Marcellus, non ſuam ſententiam impugnari, ſed conſulem deſignatum cenſuiſſe dicebat, ſecundum vetera exempla, quæ ſortem legationibus poſuiſſent, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret. *Nihil eueniſſe cur antiquitus inſtituta exoleſcerent, aut Principis honor in cuiuſquam contumeliam * verteretur. ſufficere omnes obſequio. id magis vitandum, ne peruicacia quorundam irritaretur animus nouo principatu ſuſpenſus, & vultus quoque ac ſermones omnium circumſpectans. Se meminiſſe temporum, quibus natus ſit, quam ciuitatis formam patres auique inſtituerint: vlteriora mirari, præſentia ſequi: bonos imperatores voto expetere, qualeſcunque tolerare. Non magis ſua oratione Thraſeam, quàm iudicio ſenatus afflictum. Sæuitiam Neronis, per huiuſmodi imagines illuſiſſe. nec minus ſibi anxiam talem amicitiam, quam alii exilium. Denique conſtantia, fortitudine, Catonibus & Brutis æquaretur Heluidius: ſe vnum eſſe ex illo ſenatu, qui ſimul ſeruierit. ſuadere etiam Priſco, ne ſupra Principem ſcanderet, ne Veſpaſianum ſenem triumphalem, iuuenum liberorum patrem præceptis coerceret. Quo modo peſſimis imperatoribus ſine fine dominationem, ita quamuis egregiis modum libertatis placere.* Hæc magnis vtrinque contentionibus iactata, diuerſis ſtudiis accipiebantur. Vicit pars quæ ſortiri legatos malebat, etiam mediis patrum annitentibus retinere morem. Et ſplendidiſſimus quiſque eodem inclinabat, metu inuidiæ ſi ipſi eligerentur. Secutum aliud certamen. Prætores ærarij (nam tum

Actio eius in Marcellum.

* Ita libri. At Rhenano placuit. certatũ.

Cum eodem diſſenſio ſuper legatis.

Inuehitur in n.

* Manuſſ. Sentio:

* Eſſet

Marcellus cordate reſpondet.

* verteret.

Legati ſorte lecti.

De pecunia publica diſſenſio.

tum a prætoribus tractabatur ærarium) publicam paupertatem queſti, modum impenſis poſtulauerant. Eam curam conſul deſignatus, ob magnitudinem oneris, & remedij difficultatem, Principi reſeruabat. Heluidius, arbitrio ſenatus agendum cenſuit. Cum perrogarent ſententias conſules, Vulcatius Tertullinus tribunus plebis interceſſit, ne quid ſuper tanta re, Principe abſente, ſtatueretur. cenſuerat Heluidius, vt Capitolium publice reſtitueretur, adiuuaret Veſpaſianus. Eam ſententiam modeſtiſſimus quiſque ſilentio, deinde obliuio tranſmiſit. Fuere, qui & meminiſſent. Tum inuectus eſt Muſonius Rufus in Publicum Celerem, a quo Barcam Soranum falſo teſtimonio circumuentum arguebat. Ea cognitione renouari odia accuſationum videbantur. ſed vilis & nocens reus, protegi non poterat. Quippe Sorani ſancta memoria. Celer profeſſus ſapientiam, dein teſtis in Barcam, proditor corruptorque amicitiæ, cuius ſe magiſtrum ferebat. Proximus dies, cauſæ deſtinatur. Nec tam Muſonius aut Publius, quam Priſcus & Marcellus, cæterique motis ad vltionem animis, expectabantur. Tali rerum ſtatu, cum diſcordia inter partes, ira apud victos, nulla in victoribus auctoritas, non leges, non Principes in ciuitate eſſent; Mucianus vrbem ingreſſus cuncta ſimul in ſe traxit. fracta Primi Antonij Varique potentia, male diſſimulata in eos Muciani iracundia, quamuis vultu tegeretur. Sed ciuitas rimandis offenſis ſagax, verterat ſe tranſtuleratque. Ille vnus ambiri, coli. nec deerat ipſe, ſtipatus armatis, domos hortoſque permutans, apparatu, inceſſu, excubiis, vim Principis complecti, nomen remittere. Plurimum terroris intulit cædes Calpurnij Galeriani. Is fuit filius C. Piſonis, nihil auſus. ſed nomen inſigne, & decora ipſi iuuenta, rumore vulgi celebrabantur. Erantque in ciuitate adhuc turbida, & nouis ſermonibus læta, qui principatus inanem ei famam circumdarent. Iuſſu Muciani, cuſtodia militari cinctus, ne in ipſa vrbe conſpectior mors foret, ad quadrageſimum ab vrbe lapidem, via Appia, fuſo per venas ſanguine extinguitur. Iulius Priſcus, prætoriarum ſub Vitellio cohortium præfectus, ſe ipſum interfecit, pudore magis quàm neceſſitate. Alphenus Varus, ignauiæ infamiæque ſuæ ſuperfuit. Aſiaticus (enim is libertus) malam potentiam, ſeruili ſupplicio, expiauit. Iiſdem diebus, crebreſcentem cladis Germanicæ famam, nequaquam mœſta ciuitas excipiebat. cæſos exercitus, capta legionum* [caſtra] hiberna, deſciuiſſe Gallias, non vt mala loquebantur. Id bellum quibus cauſis ortum, quanto externarum ſociarumque gentium motu flagrauerit, altius expediam. Bataui, donec trans Rhenum agebant pars Cattorum, ſeditione domeſtica pulſi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, ſimulque inſulam inter vada ſitam occupauere, quam mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit: nec opibus Romanis, ſocietate validiorum attriti, viros tantum armaque imperio miniſtrant, diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, tranſmiſſis illuc cohortibus, quas vetere inſtituto, nobiliſſimi popularium regebant. Erat & domi delectus eques, præcipuo nandi

Et quædam ab Heluidio, non pro ſeruili ſtatu.

Muſonius Celerem accuſat.

Mucianus in vrbem venit.

Ad quem omnes ſe inclinant.

Calpurnius Piſo cæſus.

Aſiaticus, cruci affixus.

*Abeſt a manuſſ.

Initium belli Germanici.

Batauorum regio.

Et in armis gloria.

Iulius Paullus. Claudius Ciuilis.

ſtudio; arma equoſque retinens, integris turmis, Rhenum perrumpere. Iulius Paullus, & Claudius Ciuilis, regia ſtirpe, multo cæteros anteibant. Paullum Fonteius Capito, falſo rebellionis crimine interfecit. Iniectæ Ciuili catenæ, miſſuſque ad Neronem, & a Galba abſolutus, ſub Vitellio rurſus diſcrimen adijt, flagitante ſupplicium eius exercitu. Inde cauſæ irarum, ſpeſque ex malis noſtris.

Huius ſolertia.

Sed Ciuilis, vltra quam barbaris ſolitum, ingenio ſolers, & Sertorium ſe aut Hannibalem ferens, ſimili oris dehoneſtamento; ne vt hoſti obuiam iretur, ſi a populo Romano palam deſciuiſſet, Veſpaſiani amicitiam, ſtudiumque partium prætendit. miſſis ſane ad eum Primi Antonij litteris, quibus auertere accita a Vitellio auxilia, & tumultus Germanici ſpecie, retentare legiones iubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus præſens monuerat, inclinato in Veſpaſianum animo, & Reip. cura, cui excidium aduentabat, ſi redintegratum bellum, & tot armatorum millia Italiam irrupiſſent. Igitur Ciuilis * diſſidij certus, occultato interim altiore conſilio, cætera ex euentu iudicaturus, nouare res hoc modo cœpit.

* In vet. deſciſcendi

Dilectus Batauorum.

Iuſſu Vitellij, Batauorum iuuentus ad dilectum vocabatur: quem ſuapte natura grauem, onerabãt miniſtri auaritia ac luxu; ſenes aut inualidos conquirendo, quos pretio dimitterent. rurſus * impuberes, ſed forma conſpicui (& eſt pleriſque procera pueritia) ad ſtuprum trahebantur.

Occaſio rebellandi.

* Vat. impubes,

Hinc inuidia, & compoſiti ſeditionis auctores, perpulere vt dilectum abnuerent.

Ciuilis oratione eos incitat.

Ciuilis primores gentis, & promptiſſimos vulgi, ſpecie epularum, ſacrum in nemus vocatos, vbi nocte ac lætitia incaluiſſe videt, a laude gloriaque gentis orſus, iniurias & raptus, & cætera ſeruitij mala enumerat. *Neque enim ſocietatem vt olim, ſed tanquam mancipia haberi. Quando legatum, graui quidem comitatu, & ſuperbo cum imperio, venire? tradi ſe præfectis centurionibuſque. quos vbi ſpolijs & ſanguine expleuerint, mutari, exquirique nouos ſinus, & varia prædandi vocabula. Inſtare dilectum, quo liberi a parentibus, fratres a fratribus, velut ſupremum diuidantur. Nunquam magis afflictam rem Romanam, nec aliud in hibernis quam prædam & ſenes. attollerent tantum oculos, & inania legionum nomina ne paueſcerent. eſſe ſibi robur peditum equitumque; conſanguineos Germanos; Gallias idem cupientes: ne Romanis quidem ingratum id bellum, cuius ambiguam fortunam Veſpaſiano imputaturos: victoriæ rationem non reddi.* Magno cum aſſenſu auditus, barbaro ritu, & patrijs execrationibus, vniuerſos adigit.

Et impellit ad arma.

Miſſi ad Caninefates, qui conſilia ſociarent. Ea gens partem inſulæ colit, origine, lingua, virtute par Batauis: numero ſuperantur.

Caninefates quoque.

Mox occultis nuntijs, pellexit Britannica auxilia, Batauorum cohortes, miſſas in Germaniam, vt ſupra rettulimus, ac tum Maguntiaci agentes. Erat in Caninefatibus, ſtolidæ audaciæ Brinio, claritate natalium inſigni.

Brinio dux.

pater eius multa hoſtilia auſus, Caianarum expeditionum ludibrium impune ſpreuerat. Igitur ipſo rebellis familiæ * nomine placuit, impoſituſque ſcuto, more gentis, & ſuſtinentium humeris vibratus, dux diligitur.

* omine, eſt in edit. Rhen.

Hiberna Romana capit.

Statimque accitis Friſijs (Tranſrhenana gens eſt) duarum cohortium hiberna, proximo occupato Oceano, irrumpit. Nec præuiderãt impetum hoſtium milites:

milites: nec ſi præuidiſſent, ſatis virium ad arcendum erat. Capta igitur & direpta caſtra, dein vagos & pacis modo effuſos lixas, negotiatoreſque Romanos, inuadunt. Simul excidijs caſtellorum imminebant: quæ a præfectis cohortium incenſa ſunt, quia defendi nequibant. Signa vexillaque, & quod militum, in ſuperiorem inſulæ partem congregantur, duce Aquilio primipilari, nomen magis exercitus, quam robur. Quippe viribus cohortium abductis, Vitellius e proximis Neruiorum Germanorumque pagis, ſegnem numerum armis onerauerat. Ciuilis dolo graſſandum ratus, incuſauit vltro præfectos, quod caſtella deſeruiſſent: ſe cum cohorte cui præerat, Caninefatem tumultum compreſſurum. illi ſua quiſque hiberna repeterent. Subeſſe fraudem conſilio, & diſperſas cohortes facilius opprimi, nec Brinionem ducem eius belli, ſed Ciuilem eſſe patuit: erumpentibus paulatim indicijs, quæ Germani læta bello gens, non diu occultauerant. Vbi inſidiæ parum ceſſere, ad vim tranſgreſſus, Caninefates, Friſios, Batauos proprijs cuneis componit. directa ex diuerſo acies, haud procul a flumine Rheno, & obuerſis in hoſtem nauibus, quas incenſis caſtellis illuc appulerant. nec diu certato, Tungrorum cohors ſigna ad Ciuilem tranſtulit: perculſique milites improuiſa proditione, a ſocijs hoſtibuſque cædebantur. Eadem etiam nauibus perfidia. Pars remigum e Batauis, tanquam imperitia, officia nautarum propugnatorumque impediebant. mox contra tendere, & puppes hoſtili ripæ obijcere. ad poſtremum gubernatores centurioneſque, niſi eadem volentes, trucidant. donec vniuerſa quattuor & viginti nauium claſſis, tranſfugeret, aut caperetur. Clara ea victoria in præſens, in poſterum vſui: armaque & naues, quibus indigebant, adepti, magna per Germanias Galliaſque fama, libertatis auctores celebrabantur. Germaniæ ſtatim miſere legatos, auxilia offerentes. Galliarum ſocietatem, Ciuilis arte doniſque affectabat, captos cohortium præfectos ſuas in ciuitates remittendo: cohortibus abire an manere mallent data poteſtate. manentibus, honorata militia; digredientibus, ſpolia Romanorum offerebantur. Simul, ſecretis ſermonibus, admonebat malorum, quæ tot annis perpeſſi, *Miſeram ſeruitutem falſo pacem vocarent. Batauos, quanquam tributorum expertes, arma contra communes dominos cepiſſe. prima acie, fuſum victumque Romanum: quid ſi Galliæ iugum exuant? quantum in Italia reliquum? prouinciarum ſanguine, prouincias vinci. ne Vindicis aciem cogitarent: Batauo equite, protritos Æduos Aruernoſque. fuiſſe inter Verginij auxilia, Belgas. vereque reputantibus, Galliam ſuiſmet viribus concidiſſe. Nunc eaſdem omnium partes, addito ſi quid militaris diſciplinæ in caſtris Romanorum viguerit. eſſe ſecum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. Seruirent Syria, Aſiaque, & ſuetus regibus Oriens: multos adhuc in Gallia viuere, ante tributa genitos. Nuper certe, cæſo Quinctilio Varo, pulſam e Germania ſeruitutem. Nec Vitellium Principem, ſed Cæſarem Auguſtum bello prouocatum. Libertatem naturâ, etiam mutis animalibus, datam. Virtutem proprium hominis bonum. Deos fortioribus adeſſe. Proinde arriperent vacui, occupatos; in-*

Dolus Ciuilis.

Et mox apertavis.

Prœlium cum Romanis.

Qui produntur, & vincuntur.

Germaniam Ciuilis ſibi iungit. Conatur & Gallias.

Compoſita oratione.

tegri, feſſos. dum alij Veſpaſianum, alij Vitellium foueant, patere locum aduerſus vtrumque. Sic in Gallias Germaniaſque intentus, ſi deſtinata proueniſſent, validiſſimarum ditiſſimarumque nationum regno imminebat. At Flaccus Hordeonius, primos Ciuilis conatus, per diſſimulationem aluit. Vbi expugnata caſtra, deletas cohortes, pulſum Batauorum inſula Romanum nomen, trepidi nuntij afferebant: Mumium Lupercum legatum (is duarum legionum hibernis præerat) egredi aduerſus hoſtem iubet. Lupercus legionarios e præſentibus, Vbios e proximis, Treuerorum equites, haud longe agentes, raptim tranſmiſit: addita Batauorum ala, quæ iam pridem corrupta, fidem ſimulabat, vt proditis in ipſa acie Romanis, maiore pretio fugeret. Ciuilis captarum cohortium ſignis circumdatus, vt ſuo militi recens gloria ante oculos, & hoſtes memoria cladis terrerentur, matrem ſuam ſororeſque, ſimul omnium coniuges paruoſque liberos, conſiſtere a tergo iubet: hortamenta victoriæ, vel pulſis pudorem. Vt virorum cantu, fœminarum vlulatu, ſonuit acies; nequaquam par a legionibus, cohortibuſque redditur clamor. Nudauerat ſiniſtrum cornu Batauorum ala transfugiens, ſtatimque in nos verſa. ſed legionarius miles, quanquam rebus trepidis, arma ordineſque retinebat. Vbiorum Treuerorumque auxilia, fœda fuga diſperſa, totis campis palantur. Illuc incubuere Germani. Et fuit interim effugium legionibus, in caſtra, quibus Veterum nomen eſt. Præfectus alæ Batauorum, Claudius Labeo, oppidano certamine æmulus Ciuili, ne interfectus inuidiam apud populares, vel ſi retineretur, ſemina diſcordiæ præberet, in Friſios auehitur. Iiſdem diebus Batauorum & Caninefatium cohortes, cum iuſſu Vitellij in vrbem pergerent, miſſus a Ciuile nuntius aſſequitur. Intumuere ſtatim ſuperbia ferociaque, & pretium itineris, donatiuum, duplex ſtipendium, augeri equitum numerum, promiſſa ſane a Vitellio, poſtulabant; non vt aſſequerentur, ſed cauſam ſeditioni. Et Flaccus multa concedendo, nihil aliud effecerat, quam vt acrius expoſcerent, quæ ſciebant negaturum. Spreto Flacco, inferiorem Germaniam petiuere, vt Ciuili iungerentur. Hordeonius, adhibitis tribunis centurionibuſque, conſultauit, num obſequium abnuentes vi coerceret. Mox inſita ignauia, & trepidis miniſtris, quos ambiguus auxiliorum animus, & ſubito delectu ſuppletæ legiones angebant, ſtatuit continere intra caſtra militem. Dein pœnitentia, & arguentibus ipſis qui ſuaſerant, tanquam ſecuturus, ſcripſit Herennio Gallo, legionis primæ legato, qui Bonnam obtinebat, vt arceret tranſitu Batauos: ſe cum exercitu, tergis eorum hæſurum. Et opprimi poterant, ſi hinc Hordeonius, inde Gallus, motis vtrimque copijs, medios clauſiſſent. Flaccus omiſit inceptum, alijſque litteris Gallum monuit, ne teneret abeuntes. Vnde ſuſpicio, ſponte legatorum excitari bellum: quin cuncta quæ acciderant, aut metuebantur, non inertia militis, neque hoſtium vi, ſed fraude ducum euenire. Bataui, cum caſtris Bonnenſibus propinquarent, præmiſere qui Herennio Gallo mandata cohortium exponerent. *Nullum ſibi bellum aduerſus Romanus,*

Hordeonius ſegniter it obuiam.

Lupercus in eum miſſus.

Ciuilis animoſe occurrit.

Et inſigniter vincit.

Romani in caſtra Vetera fugiunt.

Batauorum cohortes corruptæ a Ciuili.

Ad eum tendunt. Hordeonius impedire vult, nec vult.

Bonnam veniunt. Innoxium tranſitum petunt.

Romanos, pro quibus toties bellaſſent. Longa atque irrita militia feſſis, patriæ atque otij cupidinem eſſe. Si nemo obſiſteret, innoxium iter fore: ſin arma occurrant, ferro viam inuenturos. Cunctantem legatum milites perpulerant, Sed reſiſtitur. fortunam prœlij experiretur. Tria millia legionariorum, & tumultuariæ Belgarum cohortes, ſimul paganorum lixarumque ignaua, ſed procax ante periculum manus, omnibus portis erumpunt, vt Batauos numero impares circumfundant. Illi veteris militiæ memores, in cuneis Illi ferro viam inueniunt. congregantur, denſi vndique, & frontem tergaque ac latus tuti. Sic tenuem aciem noſtrorum perfringũt. Cedentibus Belgis, pellitur legio, & vallum portaſque trepidi petebant. Ibi plurimum cladis. cumulatæ corporibus foſſæ: nec cæde tãtum & vulneribus, ſed ruina, & ſuis plerique telis interiere. Victores, colonia Agrippinenſium vitata, nihil cætero in itinere hoſtile auſi, Bonnenſe prœlium excuſabant: tanquam petita pace, poſtquam negabatur, ſibimetipſi conſuluiſſent. Ciuilis ad- Ciuilis Veſpaſiano callide iurat. uentu veteranarum cohortium, iuſti iam exercitus ductor, ſed conſilij ambiguus, & vim Romanam reputans, cunctos qui aderant, in verba Veſpaſiani adigit. Mittitque legatos ad duas legiones, quæ priore acie pulſæ in Vetera caſtra conceſſerant, vt idem ſacramentum acciperent. Redditur reſponſum, neque proditoris, neque hoſtium ſe conſilijs vti. Eſſe ſibi Vitellium Principem, pro quo fidem & arma vſque ad ſupremum ſpiritum retenturos. proinde perfuga Batauus arbitrum rerum Romanarum ne ageret, ſed meritas ſceleris pœnas exſpectaret. Quæ vbi relata Ciuili, incenſus ira, vniuerſam Batauorum gentem Copias contrahit & auget. in arma rapit. Iunguntur Bructeri Tencterique, & excita nuntijs Germania, ad prædam famamque. Aduerſus has belli concurrentis minas, legati legionum, Mumius Lupercus, & Numiſius Rufus, vallum muroſque firmabant. ſubuerſa longæ pacis opera, haud procul caſtris in modum municipij extructa, ne hoſtibus vſui forent. Sed parum prouiſum, vt copiæ in caſtra conueherentur; rapi permiſere. Ita paucis diebus per licentiam abſumpta ſunt, quæ aduerſus neceſſitates in longum ſuffeciſſent. Ciuilis medium agmen cum robore Batauorum Ad Vetera venit.

* *Deeſt cod. Budenſi.* obtinens, [* vtramque] Rheni ripam, quo truculentior viſu foret, Germanorum cateruis complet, aſſultante per campos equite. Simul naues in aduerſum amnem agebantur. Hinc veteranarum co-

* *Alij,* iugiſque hortium ſigna, inde depromptæ ſiluis * luciſque ferarum imagines, vt cuique genti inire prœlium mos eſt, iuxta belli ciuilis externique facie obſtupefecerant obſeſſos. & ſpem oppugnantium augebat amplitudo valli, quod duabus legionibus ſitum, vix quinque millia armatorum tuebantur. Sed lixarum multitudo, turbata pace illuc congregata, & bello miniſtra aderat. Pars caſtrorum, in collem le- Eorum deſcriptio. niter aſſurgens, pars æquo adibatur. quippe illis hibernis, obſideri premique Germanias Auguſtus crediderat: neq. vnquam id malorum, vt oppugnatum vltro legiones noſtras venirent. Inde non loco, neque munimentis labor additus. Vis & arma ſatis placebant. Batavi, Tranſ- Oppugnantur. rhenanique, quo diſcreta virtus manifeſtius ſpectaretur, ſibi quæque gens conſiſtunt, eminus laceſſentes. Poſt vbi pleraque telorum

Fruſtra. turribus pinniſque mœnium irrita* hærebant, & de ſuper ſaxis vulnerabantur; clamore atque impetu, inuaſere vallum. Appoſitis plerique ſcalis, alij per teſtudinem ſuorum, ſcandebant iam quidam; cum gladijs & armorum incuſſu præcipitati, ſudibus & pilis obruuntur, præferoces initio, & rebus ſecundis nimij. Sed * tum prædæ cupidine, aduerſa quoque tolerabant. Machinas etiam, inſolitum ſibi, auſi. nec vlla ipſis ſolertia: perfugæ captiuique docebant ſtruere materias in modum pontis, mox ſubiectis rotis propellere: vt alij ſuperſtantes, tanquam ex aggere prœliarentur: pars intus, occulti muros ſubruerent. Sed excuſſa baliſtis ſaxa, ſtrauere informe opus. & crates vineaſque parantibus, adactæ tormentis ardentes haſtæ. vltroque ipſi oppugnatores ignibus petebantur: donec deſperata vi, verterent conſilium ad moras, haud ignari paucorum dierum ineſſe alimenta, & multum imbellis turbæ. Simul ex inopia proditio, & fluxa ſeruitiorum fides, ac fortuita belli ſperabantur. Flaccus interim, cognito caſtrorum obſidio, & miſſis per Gallias qui auxilia concirent, lectos legionibus Dillio Voculæ duoetviceſimæ legionis legato tradit, vt quam maximis per ripam itineribus celeraret. Ipſe pauidus torpere, inuiſus militibus. neque enim ambigue fremebant, *Emiſſas a Maguntiaco Batauorum cohortes, diſſimulatos Ciuilis conatus, acciri in ſocietatem Germanos. non Primi Antonij, neque Muciani ope Veſpaſianum magis adoleuiſſe. aperta odia, armaque palam depelli: fraudem & dolum, obſcura, eoque ineuitabilia. Ciuilem ſtare contra, ſtruere aciem; Hordeonium, e cubiculo & lectulo, iubere quidquid hoſti conducat. Tot armatas fortiſſimorum virorum manus, vnius ſenis valetudine regi. Quin potius interfecto traditore, fortunam virtutemque ſuam malo omine exoluerent.* His inter ſe vocibus inſiſtentes, flammauere inſuper allatæ a Veſpaſiano litteræ, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitauit: vinctoſque qui attulerant, ad Vitellium miſit. Sic mitigatis animis, Bonnam, hiberna primæ legionis ventum. Infenſior illic miles, culpam cladis in Hordeonium vertebat: eius iuſſu directam aduerſus Batauos aciem, tanquam a Maguntiaco legiones ſequerentur: eiuſdem proditione cæſos, nullis ſuperuenientibus auxilijs. Ignota hæc cæteris exercitibus, neque Imperatori ſuo nuntiari: cum accurſu tot prouinciarum, extingui repens perfidia potuerit. Hordeonius exemplaria omnium litterarum, quibus per Gallias Britanniamque & Hiſpanias auxilia orabat, exercitui recitauit: inſtituitque peſſimum facinus, vt epiſtolæ Aquiliferis legionum traderentur, a queis ante militi quam ducibus * legebantur. Tum e ſeditioſis vnum vinciri iubet, magis vſurpandi iuris, quam quia vnius culpa foret. Motuſque Bonna exercitus, in coloniam Agrippinenſem; affluentibus auxilijs Gallorum, qui primo rem Romanam enixe iuuabant. Mox valeſcentibus Germanis, pleræque ciuitates aduerſum nos armatæ, ſpe libertatis; &, ſi exuiſſent ſeruitium, cupidine imperitandi. Gliſcebat iracundia legionum, nec terrorem vnius militis vincula indiderant. quin idem ille arguebat vltro conſcientiam ducis: tanquam nuntius inter Ciuilem Flaccumque, falſo crimine, teſtis veri opprimeretur.

Margin notes: Fruſtra. — Machinæ admouentur. — Fruſtra. — Igitur obſidium placuit. — Vocula ad id ſoluendum mittitur. — Miles in Hordeonium fremit. — Ille ſe purgat. — Galli auxiliantur ſtrenue Romanis.

* Vat. pendebant. — * Farn. tamen — * Pal. legantur.

Voculæ conſtans factum.

opprimeretur. Conſcendit tribunal Vocula, mira conſtantia, prehenſumque militem ac vociferantem duci ad ſupplicium iuſſit. Et dum mali pauent; optimus quiſque iuſſis paruere. Exin, conſenſu, ducem Voculam poſcentibus, Flaccus ſummam rerum ei permiſit. Sed diſcordes animos multa efferabant, inopia ſtipendij frumentique, & ſimul delectum tributaque Galliæ aſpernantes: Rhenus, incognita illi cælo ſiccitate, vix nauium patiens: arcti commeatus: diſpoſitæ per omnem ripam ſtationes, quæ Germanos vado arcerent: eademque de cauſa minus frugum, & plures qui conſumerent. Apud imperitos prodigij loco accipiebatur ipſa aquarum penuria, tanquam nos amnes quoque, & vetera imperij munimenta, deſererent. quod in pace, fors, ſeu natura; tunc fatum & ira dei, vocabatur. Ingreſſis Nouefium,* tertiadecima legio coniungitur. Additus Voculæ in partem curarum, Herennius Gallus, legatus: nec auſi ad hoſtem pergere, loco, Gelduba nomen eſt, caſtra fecere. Ibi ſtruenda acie, muniendo vallandoque, & cæteris belli meditamentis militem firmabant. Vtque præda ad virtutem incenderetur, in proximos Gugernorum pagos, qui ſocietatem Ciuilis acceperant, ductus a Vocula exercitus. Pars cum Herennio Gallo permanſit. Forte nauem, haud procul caſtris, frumento grauem, cum per vada hæſiſſet, Germani in ſuam ripam trahebant. Non tulit Gallus, miſitque ſubſidio cohortem. Auctus & Germanorum numerus, paulatimque aggregantibus ſe auxilijs, acie certatum. Germani, multa cum ſtrage noſtrorum, nauem abripiunt. Victi (quod tum in morem verterat) non ſuam ignauiam, ſed perfidiam legati culpabant. Protractum e tentorio, ſciſſa veſte, verberato corpore, quo pretio, quibus conſcijs, prodidiſſet exercitum, dicere iubent. Redit in Hordeonium inuidia. Illum auctorem ſceleris, hunc miniſtrum vocant: donec exitium minitantibus exterritus, proditionem & ipſe Hordeonio obiecit. Vinctuſque, aduentu demum Voculæ, exoluitur. Is poſtera die, auctores ſeditionis morte affecit. Tanta illi exercitui diuerſitas inerat, licentiæ, patientiæque. Haud dubie gregarius miles, Vitellio fidus: ſplendidiſſimus quiſque, in Veſpaſianum proni. inde ſcelerum ac ſuppliciorum vices, & mixtus obſequio furor: vt contineri non poſſent, qui puniri poterant. At Ciuilem* immenſum vniuerſa Germania extollebat, ſocietate nobiliſſimis obſidum firmata. Ille, vt cuique proximum, vaſtari Vbios Treueroſque, & alia manu Moſam amnem tranſire iubet, vt Menapios & Morinos & extrema Galliarum quaterent. Actæ vtrobique prædæ. Infeſtius in Vbijs, quos genus Germanicæ originis, eiurata patria, *Romanorum nomine Agrippinenſes vocarent. Cæſæ cohortes eorum, in vico Marcoduro, incurioſius agentes, quia procul ripa aberant. Nec quieuere Vbij, quominus prædas e Germania peterent. primo impune: dein circumuenti ſunt, per omne id bellum, meliore vſi fide quam fortuna. Contuſis Vbijs, grauior & ſucceſſu rerum ferocior Ciuilis, obſidium legionum vrgebat: intentis cuſtodijs, ne quis occultus nuntius venientis auxilij penetraret. Machinas molemque operum,

Quem omnes ducem deposcunt, & capiunt.

Sed multa Romanis aduerſa.

Herennius accedit Voculæ.

Fortuitum certamen. In quo Germani ſuperant.

Diuerſi affectus & vota inter Romanos.

Germani prædam e Gallis agunt.

Vbij ab ijs repreſſi.

Ciuilis ad Vetera ſatagit.

* Vat. xvi.

* Vulgati, immenſis actibus

* Malim, Romano

Qui Germanos oppugnatum ea mittit.

Parum conſulte.

Batauis delegat: Transrhenanos prœlium poſcentes, ad ſcindendum vallum ire, detruſoſque redintegrare certamen iubet: ſuperante multitudine, & facili damno. nec finem labori nox attulit. Congeſtis circum lignis accenſiſque, ſimul epulantes, vt quiſque vino incaluerat, ad pugnam temeritate inani ferebantur. Quippe ipſorum tela, per tenebras vana. Romani conſpicuam Barbarorum aciem, & ſi quis audacia aut inſignibus effulgens, ad ictum deſtinabant. Intellectum id Ciuili: & reſtincto igne, miſceri cuncta tenebris & armis iubet. Tum vero ſtrepitus diſſoni, caſus incerti, neque feriendi, neque declinandi prouidentia. Vnde clamor acciderat, circumagere corpora, tendere arcus: nihil prodeſſe virtus; fors cuncta turbare, & ignauorum ſæpe telis fortiſſimi cadere. Apud Germanos, inconſulta ira: Romanus miles periculorum gnarus, ferratas ſudes, grauia ſaxa, non forte iaciebat. Vbi ſonus molientium, aut appoſitæ ſcalæ, hoſtem in manus dederant; propellere vmbone, pilo ſequi. multos mœnia egreſſos, pugionibus fodere. Sic exhauſta nocte, nouam aciem dies aperuit. Eduxerant Bataui turrim, duplici tabulato, quam prætoriæ portæ (is æquiſſimus locus) propinquantem, promoti contra validi aſſeres, & incuſſæ trabes perfregere, multa ſuperſtantium pernicie. Pugnatumque in perculſos, ſubita & proſpera eruptione. Simul a legionarijs peritia & arte præſtantibus, plura ſtruebantur. Præcipuum pauorem intulit, ſuſpenſum & nutans machinamentum, quo repente demiſſo prærer ſuorum ora, ſinguli pluresve hoſtium ſublime rapti, verſo pondere intra caſtra effundebantur. Ciuilis omiſſa oppugnandi ſpe, rurſus per otium aſſidebat, nuntijs & promiſſis fidem legionum conuellens. Hæc in Germania ante Cremonenſe prœlium geſta, cuius euentum litteræ Primi Antonij docuere, addito Cæcinæ edicto. Et præfectus cohortis e victis, Alpinus Montanus, fortunam partium præſens fatebatur. Diuerſi hinc motus animorum. Auxilia e Gallia, quis nec amor, nec odium in partes, militia ſine affectu, hortantibus præfectis, ſtatim a Vitellio deſciſcunt: vetus miles cunctabatur. Sed adigente Hordeonio Flacco, inſtantibus tribunis, dixit ſacramentum, non vultu neque animo ſatis affirmans: & cum cætera iuriſiurandi verba conciperent, Veſpaſiani nomen hæſitantes, aut leui murmure, & plerumque ſilentio tranſmittebant. Lectæ deinde pro concione epiſtolæ Antonij ad Ciuilem, * ſuſpiciones militum iritauere, tanquam ad ſocium partium ſcriptæ, & de Germanico exercitu hoſtiliter. Mox allatis Geldubam in caſtra nuntijs, eadem dicta, factaque: & miſſus cum mandatis Montanus ad Ciuilem, vt abſiſteret bello, neue externa * armis falſis velaret. Si Veſpaſianum iuuare aggreſſus foret; ſatisfactum cœptis. Ad ea Ciuilis primo, callide: poſt, vbi videt Montanum præferocem ingenio, paratumque in res nouas, orſus a queſtu periculiſque quæ per quinque & viginti annos in caſtris Romanis exhauſiſſet, *Egregium*, inquit, *pretium laboris cepi, necem fratris, & vincula mea, & ſæuiſſimas huius exercitus voces, quibus ad ſupplicium petitus, iure gentium pœnas repoſco: vos autē Treueri, cæteræque ſeruiētium animæ, quod pretium*

Turris a Batauis ſtructa.

Sed confracta.

Igitur iterum ad obſidium Ciuilis vertit.

Milites Veſpaſiano iurare adacti.

Sed vere adacti.

* Vet. ſuſpectiones

Montanus ad Ciuilem, pro pace.

* Lego, arma

Sed ipſe vltro eum ad bellum trahit.

pretiū effuſi totiens ſanguinis expectatis, niſi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, ſecures, & dominorū ingenia? En ego præfectus vnius cohortis, & Caninefates Batauique, exigua Galliarum portio, vana illa caſtrorū ſpatia excidimus, vel ſepta ferro fameque premimus. denique auſos aut libertas ſequetur, aut victi ijdem erimus. Sic accenſum, ſed * meliora referre iuſſū, dimittit. Ille vt irritus legationis redijt, cætera diſſimulans, quæ mox erupere. Ciuilis parte copiarum retenta, veteranas cohortes, & quod e Germanis maxime promptum, aduerſus Voculam exercitumque eius mittit: Iulio Maximo, & Claudio Victore ſororis ſuæ filio, ducibus. Rapiunt in tranſitu hiberna alæ, Aſciburgij ſita. adeoque improuiſi caſtra inuolauere, vt non alloqui, non pandere aciem Vocula potuerit. Id ſolum, vt in tumultu, monuit, ſubſignano milite media firmare. auxilia paſſim circumfuſa ſunt. Eques prorupit, exceptuſque compoſitis hoſtium ordinibus, terga in ſuos vertit. Cædes inde, non prœlium. Et Neruiorum cohortes, metu ſeu perfidia, latera noſtrorum nudauere. Sic ad legiones peruentum. quæ, amiſſis ſignis, intra vallum ſternebantur; cum repente, nouo auxilio, fortuna pugnæ mutatur. Vaſconum lectæ a Galba cohortes, ac tum accitæ, dum caſtris propinquant, audito prœliantium clamore, intentos hoſtes a tergo inuadunt, latioremque quam pro numero terrorem faciunt: alijs a Noueſio, alijs a Maguntiaco vniuerſas copias aduenisse credentibus. Is error Romanis addit animos, & dum alienis viribus confidunt, ſuas recepere. Fortiſſimus quiſque e Batauis, quantum peditum erat, funduntur: eques euaſit, cum ſignis captiuiſque, quos prima acie corruperant. Cæſorum eo die, in partibus noſtris, maior numerus & imbellior; e Germanis, ipſa robora. Dux vterque, pari culpa meritus aduerſa, proſperis defuere. Nam Ciuilis, ſi maioribus copijs inſtruxiſſet aciem; circumiri a tam paucis cohortibus nequiſſet, caſtraque perrupta excidiſſet. Vocula, nec aduentum hoſtium explorauit, eoque ſimul egreſſus victuſque. dein victoriæ parum confiſus, tritis fruſtra diebus, caſtra in hoſtem mouit. quem ſi ſtatim impellere, curſumque rerum ſequi maturaſſet; ſoluere obſidium legionum eodem impetu potuiſſet. Tentauerat interim Ciuilis obſeſſorum animos, tanquam perditæ apud Romanos res, & ſuis victoria proueniſſet. Circumferebantur ſigna vexillaque. oſtentati etiam captiui. ex quibus vnus, egregium facinus auſus, clara voce geſta patefecit, confoſſus illic a Germanis. vnde maior indici fides. Simul vaſtatione incendijſque flagrantium villarum, venire victorem exercitum intelligebatur. In conſpectu caſtrorum conſtitui ſigna, foſſamque & vallum circumdari Vocula iubet, vt depoſitis impedimentis ſarcinisque expediti certarent. Hinc in ducem clamor pugnam poſcentium. & minari aſſueuerant. Ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto, incompoſiti feſſique prœlium ſumpſere. nam Ciuilis aderat, non minus vitijs hoſtium, quam virtute ſuorum fretus. Varia apud Romanos fortuna, & ſeditioſiſſimus quiſque ignauus: quidam recentis victoriæ memores, retinere locum, ferire hoſtem, ſeque & proximos hortari.

[Margin notes:]
* Vel, molliora
Ciuilis in Voculam mittit.
Quem improuiſo pæne opprimunt.
Caſus Romanos adiuuit.
Et Batauos cædunt.
Iudicium in vtrumque ducem.
Ciuilis obſeſſos fraude tentat.
Quam captiuus vnus aperit.
Ad Vetera certatur.
Primo ambigue.

Et redintegrata acie, manus ad obſeſſos tendere, ne tempori deeſſent. Illi cuncta e muris cernentes, omnibus portis prorumpunt. Ac forte Ciuilis lapſu equi proſtratus, * credita per vtrumque exercitum fama, vulneratum aut interfectum, immane quantum ſuis pauoris, & hoſtibus alacritatis indidit. Sed Vocula, omiſſis fugientium tergis, vallum turreſque caſtrorum augebat, tanquam rurſus obſidium immineret: corrupta totiens victoria, non falſo ſuſpectus bellum malle. Nihil æque exercitus noſtros, quam egeſtas copiarum fatigabat. Impedimenta legionum cum imbelli turba Noueſium miſſa, vt inde terreſtri itinere frumentum adueherent. Nam flumine hoſtes potiebantur. Primum agmen ſecurum inceſſit, nondum ſatis firmo Ciuile. qui reuerſus, miſſos Noueſium frumentatores, dataſque in præſidium cohortes, velut multa pace, ingredi accepit, rarum apud ſigna militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos, compoſitus inuadit: præmiſſis, qui pontes & viarum anguſta inſiderent. pugnatum longo agmine, & incerto Marte, donec prœlium nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus vt fuerant caſtris, quæ relictorum illic militum præſidio tenebantur. Non erat dubium, quantum in regreſſu diſcriminis adeundum foret, frumentatoribus onuſtis pauculiſque. Addidit exercitui ſuo Vocula mille dilectos, e quinta & quartadecima legionibus apud Vetera obſeſſis, indomitum militem & ducibus infenſum. Plures quam iuſſum erat profecti, palam in agmine fremebant, non ſe vltra famem, inſidias legatorum toleraturos. At qui remanſerant, deſertos ſe abducta parte legionum querebantur. Duplex hinc ſeditio, alijs reuocantibus Voculam; alijs redire in caſtra abnuentibus. Interim Ciuilis Vetera circumſedit. Vocula Geldubam, atque inde Noueſium conceſſit. Ciuilis capit Geldubam. Mox haud procul Noueſio, equeſtri prœlio proſpere certauit. Sed miles, ſecundis aduerſiſque, perinde in exitium ducum accendebatur. Et aduentu quintanorum quintadecimanorumque auctæ legiones donatiuum expoſcunt, comperto pecuniam a Vitellio miſſam. Nec diu cunctatus Hordeonius, nomine Veſpaſiani dedit. Idque præcipuum fuit ſeditionis alimentum. Effuſi in luxum & epulas, & nocturnos cœtus, veterem in Hordeonium iram renouant. nec vllo legatorum, tribunorumve obſiſtere auſo, (quippe omnem pudorem nox ademerat) protractum e cubili interficiunt. Eadem in Voculam parabantur, niſi ſeruili habitu, per tenebras, ignoratus euaſiſſet. Vbi ſedato impetu, metus redijt; centuriones cum epiſtolis ad ciuitates Galliarum miſere, auxilia ac ſtipendia oraturos. Ipſi, vt eſt vulgus ſine rectore præceps, pauidus, ſecors, aduentante Ciuile, raptis temere armis, ac ſtatim omiſſis, in fugam vertuntur. Res aduerſæ, diſcordiam peperere; ijs qui e ſuperiore exercitu erant, cauſam ſuam diſſociantibus. Vitellij tamen imagines, in caſtris, & per proximas Belgarum ciuitates, repoſitæ, cum iam Vitellius corruiſſet. Dein mutati in pœnitentiam primani, quartanique, * & duodeuiceſimani, Voculam ſequuntur: apud quem reſumpto Veſpaſiani ſacramento,

Mox eruptione, proſpere. Ciuilis periculum.

Vocula non vtitur victoria.

Frumentatores Ro. Ciuilis inuadit.

Ad quos eripiendos copiæ e Veteribus lectæ.

Geldubam Ciuilis capit.

Pecuniam Romani.

Quæ in perniciem datori vertit.

Diſcordia inter ipſos.

Ad Vitellium pars redeunt, iam nullum.

* dedita, ſiue didita

* duoetuiceſimani.

ſacramento, ad liberandum Maguntiaci obſidium ducebatur. Diſceſ- Maguntiacũ liberatum.
ſerant obſeſſores, mixtus ex Cattis, Vſipijs, Mattiacis exercitus, ſa- * Delenda videtur vocula.
tietate prædæ, nec incruentati. [* Ita] diſperſos & neſcios miles noſter inuaſerat. Quin & loricam vallumque per fines ſuos Treueri ſtruxere, magniſque inuicem cladibus cum Germanis certabant, donec egregia erga populum Romanum merita, mox rebelles fœdarent. Interea Veſpaſianus iterum, ac Titus, conſulatum abſentes inierunt, mœſta & multiplici metu ſuſpenſa ciuitate. quæ ſuper inſtantia mala, falſos pauores induerat, deſciuiſſe Africam, res nouas moliente L. Piſone. Falſus ab Africa metus. L. Piſo. Is præerat prouinciæ, nequaquam turbidus ingenio. Sed quia naues ſæuitia hiemis prohibebantur, vulgus alimenta in dies mercari ſolitum, cui vna ex rep. annonæ cura, clauſum littus, retineri commeatus dum timet, credebat: augentibus famam Vitellianis, qui ſtudium partium nondum poſuerant: nec victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates externis quoque bellis inexplebiles, nulla vnquam ciuilis victoria ſatiauit. Kalend. Ianuarijs, in Senatu, quem Senatus honores diſtribuit. Iulius Frontinus prætor vrbanus vocauerat, legatis exercitibuſque, ac regibus laudes grateſque decretæ. Et Tertio Iuliano prætura, quod tranſgredientem in partes Veſpaſiani, legionem deſeruiſſet, ablata, vt in Plotium Griphum transferretur. Hormo dignitas equeſtris data. Et mox, eiurante Frontino, Cæſar Domitianus præturam cepit. Domitianus Prætor. Eius nomen epiſtolis edictiſque proponebatur. Vis penes Mucianum: niſi quod pleraque Domitianus, inſtigantibus amicis, aut propria libidine, audebat. Sed præcipuus Muciano metus e Primo Antonio, Antonius Muciano ſuſpectus. Varoque Ario: quos recentes, claroſque rerum fama, ac militum ſtudijs, etiam populus fouebat, quia in neminem vltra aciem ſæuierant. Spei nouæ. Et ferebatur Antonius Scribonianum Craſſum, egregijs maioribus, & fraterna imagine fulgentem, ad capeſſendam rempub. hortatus: haud defutura conſciorum manu, ni Scribonianus abnuiſſet. ne paratis quidem corrumpi facilis, adeo metuens incerta. Igitur Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat: multis in Senatu laudibus cumulatum, ſecretis promiſſis onerat, citeriorem Hiſpaniam oſtentans, diſceſſu Cluuij Rufi vacuam. ſimul amicis eius, tribunatus præfecturaſque largitur. Callide eum exarmat. Dein, poſtquam inanem animum ſpe & cupidine impleuerat, vires abolet: dimiſſa in hiberna legione ſeptima, cuius flagrantiſſimus in Antonium amor. Et tertia legio, familiaris Ario Varo miles, in Syriam remiſſa. Pars exercitus, in Germanias ducebatur. Sic egeſto, quidquid turbidum, redit vrbi ſua forma, legeſque, & munia magiſtratuum. Quo die Senatum ingreſſus eſt Domitianus, de abſentia patris fratriſque ac iuuenta ſua, Domitianus Patres benigne alloquitur. pauca & modica diſſeruit, decorus habitu: & ignotis adhuc moribus, crebra oris confuſio, pro modeſtia accipiebatur. Referente Cæſare, de reſtituendis Galbæ honoribus, cenſuit Curtius Montanus, vt Piſonis quoque memoria celebraretur. Galbæ memoria reſtituta. Patres vtrumque iuſſere. de Piſone irritum fuit. Tum ſorte ducti, per quos redderentur bello rapta, quique æra legum vetuſtate delapſa noſcerent, figerentque,

Leges & Faſti, reparata.

& qui Faſtos adulatione temporum fœdatos exonerarent, modumque publicis impenſis facerent. Redditur Tertio Iuliano prætura, poſtquam cognitus eſt ad Veſpaſianum confugiſſe. Griphio honor manſit. Repeti inde cognitionem inter Muſonium Rufum & P. Celerem placuit, damnatuſque Publius, & Sorani manibus ſatisfactum. Inſignis publica ſeueritate dies, ne priuatim quidem laude caruit. Iuſtum iudicium expleſſe Muſonius videbatur. Diuerſa fama Demetrio Cynicam ſectam profeſſo, quod manifeſtum reum ambitioſius quam honeſtius defendiſſet. Ipſi Publio neque animus in periculis, neque oratio ſuppeditauit. Signo vltionis in accuſatores dato, petit a Cæſare Iunius Mauricus, vt commentariorum principalium poteſtatem ſenatui faceret, per quos noſceret, quem quiſque accuſandum popoſciſſet. Conſulendum tali ſuper re Principem, reſpondit. Senatus, inchoantibus primoribus, iuſiurandum concepit, quo certatim omnes magiſtratus, cæteri vt ſententiam rogabantur, *Deos teſtes aduocabant, nihil ope ſua factum quo cuiuſquam ſalus læderetur, neque ſe præmium aut honorem ex calamitate ciuium cepiſſe.* trepidis, & verba iuriſiurandi per varias artes mutantibus, queis flagitij conſcientia inerat. Probabant religionem patres; periurium arguebant. Eaque velut cenſura, in Sariolenum Voculam, & Nonium Actianum, & Ceſtium Seuerum acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famoſos. Sariolenum & recens crimen vrgebat, quod apud Vitellium molitus eadem foret. nec deſtitit Senatus manus intentare Voculæ, donec curia excederet. Ad Pactium Africanum tranſgreſſi, eum quoque proturbant: tanquam Neroni, Scribonianos fratres concordia opibuſque inſignes, ad exitium monſtrauiſſet. Africanus neque fateri audebat, neque abnuere poterat: in Vibium Criſpum, cuius interrogationibus fatigabatur, vltro conuerſus, miſcendo quæ defendere nequibat, ſocietate culpæ inuidiam declinauit. Magnam eo die pietatis eloquentiæque famam Vipſanius Meſſalla adeptus eſt, nondum Senatoria ætate, auſus pro fratre Aquilio Regulo deprecari. Regulum, ſubuerſa Craſſorum & Orphiti domus, in ſummum odium extulerat. Sponte ex S.C. accuſationem ſubijſſe iuuenis admodum, nec depellendi periculi, ſed in ſpem potentiæ videbatur. Et Sulpicia Prætextata Craſſi vxor, quattuorque liberi, ſi cognoſceret Senatus, vltores aderant. Igitur Meſſalla non cauſam neque reum tueri, ſed periculis fratris ſemet opponens, flexerat quoſdam. Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eo vſque progreſſus, vt poſt cædem Galbæ, datam interfectori Piſonis pecuniam a Regulo, appetitum morſu Piſonis caput obiectaret. *Hæc certe,* inquit, *Nero non coegit, nec dignitatem, aut ſalutem illa ſæuitia redemiſti. Sane toleremus iſtorum defenſiones; qui perdere alios, quam periclitari ipſi maluerunt. Te ſecurum reliquerat exul pater, & diuiſa inter creditores bona, nondum honorum capax ætas: nihil quod ex te concupiſceret Nero, nihil quod timeret. libidine ſanguinis, & hiatu præmiorum, ignotum adhuc ingenium, & nullis defenſionibus expertum, cæde nobili imbuiſti. cum ex funere Reipublicæ, raptis conſularibus ſpolijs, ſeptuagies ſeſtertio dignatus, & ſacerdotio fulgens,*

P. Celer damnatus.

Iurati patres a calumnia ſe purgant.

Delatores propulſi.

Meſſalla Regulum eripere tentat.

Curtius eum premit.

innoxios

*innoxios pueros, illuſtres ſenes, conſpicuas fœminas eadem ruina proſterneres: cum ſegnitiam Neronis incuſares, quod per ſingulas domos, ſeque & delatores fatigaret. poſſe vniuerſum Senatum vna voce ſubuerti. Retinete Patres conſcripti, & reſeruate hominem tam expediti conſilij, vt omnis ætas inſtructa ſit: & quomodo ſenes noſtri, Marcellum, Criſpum; iuuenes, Regulum imitentur. Inuenit etiam æmulos infœlix nequitia. quid ſi floreat vigeatque? Et quem adhuc quæſtorium offendere non audemus, prætorium & conſularem * viſuri ſumus?*

* Puto verius, *auſuri*

An Neronem, extremum dominorum putatis? Idem crediderant, qui Tiberio, qui Caio ſuperſtites fuerunt: cum interim inteſtabilior, & ſæuior exortus eſt. Non timemus Veſpaſianum: ea principis ætas, ea moderatio. Sed diutius durant exempla, quam mores. Elanguimus P. C. nec iam ille Senatus ſumus, qui occiſo Nerone, delatores & miniſtros, more maiorum puniendos flagitabat. Optimus eſt, poſt malum Principem, dies primus. Tanto cum aſſenſu Senatus auditus eſt Montanus, vt ſpem caperet Heluidius, poſſe etiam Marcellum proſterni. Igitur a laude Cluuij Rufi orſus, qui perinde diues & eloquentia clarus, nulli vnquam ſub Nerone periculum faceſſiſſet; crimine ſimul exemploque Eprium vrgebat, ardentibus patrum animis. quod vbi ſenſit Marcellus, velut excedens curia: *Imus*, inquit, *Triſce, & relinquimus tibi Senatum tuum: regna præſente Cæſare.* Sequebatur Vibius Criſpus: ambo infenſi, vultu diuerſo. Marcellus minacibus oculis, Criſpus renidens: donec accurſu amicorum, retraherentur. Cum gliſceret certamen, hinc multi boníque, inde pauci & validi pertinacibus odijs tenderent; conſumptus per diſcordiam dies.

Et Senatum permouet. Heluidius iterum in Marcellum.

Proximo Senatu, inchoante Cæſare de abolendo dolore iraque, & priorum temporum neceſſitatibus, cenſuit Mucianus prolixe pro accuſatoribus. Simul eos qui cœptam, dein omiſſam actionem repeterent, monuit ſermone molli, & tanquam rogaret. Patres cœptam libertatem, poſtquam obuiam itum, omiſere. Mucianus ne ſperni Senatus iudicium, & cunctis ſub Nerone admiſſis, data impunitas videretur: Octauium Sagittam, & Antiſtium Soſianum Senatorij ordinis, egreſſos exilium, in eaſdem inſulas redegit. Octauius, Pontiam Poſtumiam ſtupro cognitam, & nuptias ſuas abnuentem, impotens amoris interfecerat: Soſianus, prauitate morum multis exitioſus. Ambo graui Senatus conſulto damnati pulſique, quamuis conceſſo alijs reditu, in eadem pœna retenti ſunt. Nec ideo lenita erga Mucianum inuidia. Quippe Soſianus ac Sagitta, viles, etiam ſi reuerterentur: accuſatorum ingenia, & opes, & exercita malis artibus potentia, timebantur.

Sed memoria præteritorum abolita.

Sagitta reiectus in exilium.

Et Soſianus.

Reconciliauit paulisper ſtudia patrum, habita in Senatu cognitio, ſecundum veterem morem. Manlius * Patricius ordinis Senatorij, pulſarum ſe in colonia Senienſi, cœtu multitudinis, & iuſſu magiſtratuum querebatur. nec finem iniuriæ heic ſtetiſſe: planctum, & lamenta, & ſupremorum imaginem præſenti ſibi circumdata: cum contumelijs & probris, quæ in Senatum vniuerſum iacerentur. Vocati qui arguebantur. Et cognita cauſa, in conuictos vindicatum. Additumque S. C. quo Senienſium plebes modeſtiæ admoneretur. Iiſdem diebus Antonius Flamma Cyrenenſibus damnatur, lege repetundarum, & exilio ob

* *Vat.* Patruitus

Puniti qui Senatorem illuſerant.

Seditio pæne noua.

ſæuitiam. Inter quæ, militaris ſeditio prope exarſit. Prætorianam militiam repetebant a Vitellio demiſſi, pro Veſpaſiano congregati, & lectus in eamdem ſpem e legionibus miles, promiſſa ſtipendia flagitabat. Ne Vitelliani quidem, ſine multa cæde, pelli poterant. Ingreſſus caſtra Mucianus, quo rectius ſtipendia ſingulorum ſpectaret, ſuis cum inſignibus armiſque victores conſtituit, modicis inter ſe ſpatijs diſcretos. Tum Vitelliani, quos apud Bouillas in deditionem acceptos memorauimus, cæterique per vrbem, & vrbi vicina conquiſiti, producuntur prope intecto corpore. Eos Mucianus diduci, & Germanicum Britannicumque militem, ac ſi qui aliorum exercituum, ſeparatim aſſiſtere iubet. Illos primus ſtatim aſpectus obſtupefecerat. cum ex diuerſo, velut aciem telis & armis trucem; ſemet, clauſos nudoſque & illuuie deformes, aſpicerent. Vt vero huc illuc diſtrahi cœpere, metus per omnes, & præcipua Germanici militis formido, tanquam ea ſeparatione ad cædem deſtinarentur. prenſare commanipularium pectora, ceruicibus innecti, ſuprema oſcula petere, ne desererentur ſoli, neu in pari cauſa diſparem fortunam paterentur: modo Mucianum, modo abſentem Principem, poſtremum cœlum ac deos obteſtari. donec Mucianus, cunctos eiuſdem ſacramenti, eiuſdem imperatoris milites appellans, falſo timori obuiam iret. Namque & victor exercitus, clamore, lacrymas eorum iuuabat. Iſque finis illa die. Paucis poſt diebus, alloquentem Domitianum firmati iam excepere. Spernunt oblatos ſibi agros, militiam & ſtipendia orant. Preces erant, ſed quibus contradici non poſſet. igitur in prætorium accepti. Dein quibus ætas & iuſta ſtipendia, dimiſſi cum honore, alij ob culpam: ſed carptim, ac ſinguli. quo tutiſſimo remedio, conſenſus multitudinis extenuatur. Cæterum verane pauperie, an vti videretur, actum in Senatu, vt ſexcenties ſeſtertium a priuatis mutuum acciperetur. Præpoſituſque ei curæ Poppæus Siluanus. nec multo poſt neceſſitas abijt, ſiue omiſſa ſimulatio. Abrogati inde, legem ferente Domitiano, conſulatus quos Vitellius dederat. Funuſque cenſorium Flauio Sabino ductum: magna documenta inſtabilis fortunæ, ſummaque etiam miſcentis. Sub idem tempus L. Piſo proconſul interficitur. ea de cæde quam veriſſime expediam, ſi pauca ſupra petiero, ab initio cauſiſque talium facinorum non abſurda. Legio in Africa auxiliaque, tutandis imperij finibus, ſub Diuo Auguſto Tiberioque principibus, Proconſuli parebant. Mox C. Cæſar turbidus animi, ac M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam Proconſuli legionem, miſſo in eam rem legato tradidit. æquatus inter duos beneficiorum numerus, & mixtis vtriuſque mandatis, diſcordia quæſita auctaque. Prauo certamine, legatorum ius adoleuit, diuturnitate officij, vel quia minoribus maior æmulandi cura. Proconſulum ſplendidiſſimus quiſque, ſecuritati magis quam potentiæ conſulebant. Sed cum legionem in Africa regebat Valerius Feſtus, ſumptuoſæ adoleſcentiæ, neque modica cupiens, ſed affinitate Vitellij anxius. Is, crebris ſermonibus, tentaritne Piſonem ad res nouas; an tentanti reſtiterit, incertum. quoniam ſecreto eorum

Quam Mucianus comprimit.

Vitellianos produci iubet.

Illi fraudem & cædem timent.

Sed confirmat Mucianus.

Iterumque in Prætorium accipit.

Pecunia conquiſita.

De L. Piſonis cæde.

Inermis Proconſul Africæ factus.

Valerius Feſtus in ea legatus.

Is Piſonem criminatur.

nemo affuit, & occiſo Piſone plerique ad gratiam interfectoris inclinauere. Nec ambigitur, prouinciam & militem, alienato erga Veſpaſianum animo fuiſſe. & quidam e Vitellianis vrbe profugi, oſtentabant Piſoni nutantes Gallias, paratam Germaniam, pericula ipſius, & in pace ſuſpecta tutius bellum. Inter quæ Claudius Sagitta, præfectus alæ Petrinæ, proſpera nauigatione præuenit Papirium centurionem, a Muciano miſſum: aſſeuerauitque mandata interficiendi Piſonis, centurioni data. Cecidiſſe Galerianum, conſobrinum eius generumque. Vnam in audacia ſpem ſalutis. Sed duo itinera audendi, ſeu mallet ſtatim arma, ſeu petita nauibus Gallia, ducem ſe Vitellianis exercitibus oſtenderet. Nihil ad ea moto Piſone, centurio a Muciano miſſus, vt portum Carrhaginis attigit, magna voce, læta Piſoni omnia, tanquam Principi continuare: obuios & ſubitæ rei miraculo attonitos, vt eadem adſtreperent, hortari. vulgus credulum, ruere in forum, præſentiam Piſonis expoſcere. Gaudio clamoribuſque cuncta miſcebant, indiligentia veri, & adulandi libidine. Piſo indicio Sagittæ, vel inſita modeſtia, non in publicum egreſſus eſt, neque ſe ſtudijs vulgi permiſit. Centurionemque percunctatus, poſtquam quæſitum ſibi crimen cædemque comperit; animaduerti in eum iuſſit, haud perinde ſpe vitæ, quam ira in percuſſorem, quod idem ex interfectoribus Clodij Macri, cruentas legati ſanguine manus, ad cædem proconſulis rettuliſſet. Anxio deinde edicto Carthaginenſibus increpitis, ne ſolita quidem munia vſurpabat, clauſus intra domum, ne qua motus noui cauſa vel forte oriretur. Sed vbi Feſto conſternatio vulgi, centurionis ſupplicium, veraque & falſa, more famæ, in maius innotuere; equites in necem Piſonis mittit. Illi raptim vecti, obſcuro adhuc cœptæ lucis, domum proconſulis irrumpunt, diſtrictis gladijs, & magna pars Piſonis ignari: quod Pœnos auxiliares, Mauroſque in eam cædem dilegerat. haud procul cubiculo, obuium forte ſeruum, quis nam, & vbi eſſet Piſo? interrogauere. Seruus, egregio mendacio, ſe Piſonem eſſe reſpondit: ac ſtatim obtruncatur. nec multo poſt, Piſo interficitur. Namque aderat, qui noſceret, Bebius Maſſa e procuratoribus Africæ: iam tunc optimo cuique exitioſus, & in cauſas malorum quæ mox tulimus, ſæpius rediturus. Feſtus Adrumeto, vbi ſpeculabundus ſubſtiterat, ad legionem tendit, præfectumque caſtrorum Cetronium Piſanum vinciri iuſſit, proprias ob ſimultates: ſed Piſonis ſatellitem vocabat, militeſque & centuriones quoſdam punijt, alios præmijs affecit. neutrum ex merito, ſed vt oppreſſiſſe bellum crederetur. Mox Ophenſium Leptitanorumque diſcordias componit, quæ raptu frugum & pecorum inter agreſtes, modicis principijs, iam per arma atque acies exercebantur. Nam populus Ophenſis multitudine inferior, Garamantas exciuerat, gentem indomitam, & inter accolas latrocinijs fœcundam. Vnde arcta Leptitanis res, lateque vaſtatis agris, intra mœnia trepidabant. donec interuentu cohortium alarumque, fuſi Garamantes, & recepta omnis præda, niſi quam vagi per inacceſſa mapalium vlterioribus vendiderant. At Veſpaſiano poſt Cremonenſem pugnam, & proſperos vndique nuntios, cecidiſ-

Centurio ad cædem eius miſſus.

Qui fraude agit.

Piſo eum interficit.

Et plebem coercet.

Feſtus ad eius cædem mittit.

Serui mira fides.

Feſtus & alios punit.

Ophenſes. Leptitani.

Garamantes.

Veſpaſiano nuntij de victoria.

ſe Vitellium multi cuiuſque ordinis pari audacia fortunaque hibernum mare aggreſſi nuntiauere. Aderant legati regis Vologeſi, quadraginta Parthorum equitum millia offerentes. magnificum lætumque tantis ſociorum auxilijs ambiri, neque indigere. Gratiæ Vologeſo actæ, mandatumque vt legatos ad Senatum mitteret, & pacem eſſe ſciret. Veſpaſianus in Italiam reſque vrbis intentus, aduerſam de Domitiano famam accipit: tanquam terminos ætatis, & conceſſa filio egrederetur. Igitur validiſſimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua Iudaici belli perpetranda. Titum, antequam digrederetur, multo apud patrem ſermone oraſſe dicebatur, ne criminantium nuntijs temere accenderetur: integrumque ſe ac placabilem filio præſtatet. *Non legiones, non claſſes, perinde firma imperij munimenta, quam numerum liberorum. Nam amicos tempore, fortuna, cupidinibus aliquando, aut erroribus, imminui, transferri, deſinere: ſuum cuique ſanguinem indiſcretum. ſed maxime Principibus: quorum proſperis & alij fruantur, aduerſa ad iunctiſſimos pertineant. ne fratribus quidem manſuram concordiam, ni pater exemplum præbuiſſet.* Veſpaſianus haud æque Domitiano mitigatus, quam Titi pietate gaudens, bono eſſe animo iubet, belloque & armis rempublicam attollere: ſibi pacem domumque curæ fore. Tum celerrimas nauium frumento onuſtas, ſæuo adhuc mari committit. Quippe tanto diſcrimine vrbs nutabat, vt decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum a Veſpaſiano commeatus ſubuenere. Curam reſtituendi Capitolij in L. Veſtinum confert, equeſtris ordinis virum, ſed auctoritate famaque inter proceres. Ab eo contracti haruſpices, monuere, vt reliquiæ prioris delubri in paludes aueherentur, templum ijſdem veſtigijs ſiſteretur. nolle deos mutari veterem formam. Vndecimo Kalendas Iulias, ſerena luce ſpatium omne quod templo dicabatur, euinctum vittis coroniſque. Ingreſſi milites, quibus fauſta * nomina, fœlicibus ramis. dein virgines Veſtales, cum pueris puelliſque patrimis matrimiſque, aqua riuis & fontibus amnibuſque hauſta, perluere. Tum Heluidius Priſcus prætor, præeunte Plauto Eliano pontifice, luſtrata* boue tauriſque area, & ſuper ceſpitem redditis extis, Iouem, Iunonem, Mineruam, præſideſque imperij deos precatus vti cœpta proſperarent, ſedeſque ſuas pietate hominum inchoatas, diuina ope attollerent, vittas quibus ligatus lapis innexique funes erant, cõtigit. Simul cæteri magiſtratus, & ſacerdotes, & Senatus, & eques, & magna pars populi, ſtudio lætitiaque connixi, ſaxũ ingens traxere: paſſimque iniectæ fundamentis argenti aurique ſtipes, & metallorum primitiæ nullis fornacibus victæ, ſed vt gignuntur. Prædixere haruſpices, ne temeraretur opus ſaxo aurove in aliud deſtinato. Altitudo ædibus adiecta. Id ſolum religio annuere. & prioris tẽpli magnificentiæ defuiſſe creditum, quo tanta vis hominum retinenda erat. Audita interim per Gallias Germaniaſque mors Vitellij, duplicauerat bellum. Nam Ciuilis omiſſa diſſimulatione, in populum Romanũ ruere. Vitellianæ legiones externum ſeruitiũ, quam Imperatorem Veſpaſianum malle. Galli ſuſtulerant animos, eandem vbique exercituum noſtrorum

Marginal notes: Legati item a Partho. — Domitianus ei ſuſpectus. — Mitigat Titus. — Frumentum Romam miſſum. — Quæ periclitabatur a fame. — Capitolium refectum. — Quo ritu, quaque cerimonia? — Qua preces? — Aurum & argentum rude iniectum. — Altius id extructum. — In Germania acriores turbæ.

* *Vulgo*, omina.
* *Lego*, ſuouetaurilibus

noſtrorum fortunam rati. vulgato rumore, a Sarmatis Daciſque
Mœſica ac Pannonica hiberna circumſideri, paria de Britannia finge-
bantur. Sed nihil æque, quam incendium Capitolij, vt finem imperij — *Et arrecti hoſtes, ob incendium Capitolij.*
adeſſe crederent, impulerat. Captam olim a Gallis vrbem, ſed integra
Iouis ſede, manſiſſe imperium. Fatali nunc igne, ſignum cœleſtis iræ
datum. & poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus
portendi, ſuperſtitione vana Druidæ canebant. Inceſſeratque fama,
primores Galliarum ab Othone aduerſus Vitellium miſſos, antequam
digrederentur, pepigiſſe, ne deeſſent libertati, ſi populum Romanum
continua bellorum ciuilium ſeries & interna mala fregiſſent. Ante
Flacci Hordeonij cædem, nihil prorupit, quo coniuratio intelligere-
tur. Interfecto Hordeonio, commeauere nuntij inter Ciuilem Claſſi- — *Fœdus Ciuili cum quibuſdam Gallis.*
cumque præfectũ alæ Treuerorum. Claſſicus, nobilitate opibuſque,
*anteibat alios. Regium illi genus, & pace belloque clara origo. Ipſe, — ** Vet. ante alios*
e maioribus ſuis, hoſtis populi Rom. quam ſocius iactabat. Miſcuere
ſeſe Iulius Tutor, & Iulius Sabinus, hic Treuir, hic Lingon. Tutor, ripæ — *Cum Treueris primo.*
Rheni a Vitellio præfectus: Sabinus, ſuper inſitam vanitatem, falſæ
ſtirpis gloria incendebatur, proauiam ſuam diuo Iulio per Gallias
bellanti, corpore atque adulterio placuiſſe. Hi ſecretis ſermonibus,
animos cæterorum ſcrutari. vbi, quos idoneos rebantur, conſcientia
obſtrinxere; in colonia Agrippinenſi, in domum priuatam conue- — *Qui in Vbiis conſultant.*
niunt. nam publice, ciuitas talibus inceptis abhorrebat. Attamen in-
terfuere quidam Vbiorum, Tungrorumque. Sed plurima vis penes
Treueros, ac Lingonas. Nec tulere moras conſultandi. certatim pro- — *Deficiunt a Romanis.*
clamant, *Furere diſcordiis populum Rom. cæſas legiones, vaſtatam Italiam, capi
cum maxime vrbem, omnes exercitus ſuis quemque bellis diſtineri. ſi Alpes præ-
ſidiis firmentur; coalita libertate, diſpecturas Gallias, quem virium ſuarum ter-
minum velint.* Hæc dicta pariter, probataque. de reliquiis Vitelliani — *De legionibus deliberant:*
exercitus dubitauere. Plerique interficiendos cenſebant, turbidos, in-
fidos, ſanguine ducum pollutos. Vicit ratio parcendi: ne ſublata
ſpe veniæ, pertinacia accenderentur. Alliciendos potius in ſocieta-
tem. legatis tantum legionum interfectis, cæterum vulgus conſcien-
tia ſcelerum, & ſpe impunitatis, facile acceſſurum. Ea primi concilij — *Ad reliquos Gallos mittunt:*
forma. miſſique per Gallias concitores belli. Simulatum ipſis obſe-
quium, quo incautiorem Voculam opprimerent. Nec defuere qui Vo- — *Vocula reſciſcit, nec punire audet.*
culæ nuntiarent. Sed vires ad coërcendum deerant, infrequentibus in-
fidiſque legionibus. Inter ambiguos milites, & occultos hoſtes, opti-
mum e præſentibus ratus, mutua diſſimulatione, & iiſdem quibus pe-
tebatur artibus graſſari, in coloniam Agrippinenſem deſcendit. Illuc
Claudius Labeo, quem captum & extra conuentum amandatum in — *Claudius Labeo aliquid pro Romanis tentat.*
Friſios diximus, corruptis cuſtodibus perfugit. pollicitusque, ſi præ-
ſidium daretur, iturum in Batauos, & potiorem ciuitatis partem ad
ſocietatem Romanam retracturum: accepta peditum equitumque
modica manu, nihil apud Batauos auſus, quoſdam Neruiorum Be-
thaſiorumque in arma traxit. Et furtim magis, quam bello, Canine-
fates Marſacoſque incurſabat. Vocula Gallorum fraude illectus, ad

Treueri & Lingones palam deficiunt.

hoſtem contendit. Nec procul Veteribus aberat, cùm Claſſicus ac Tutor per ſpeciem explorandi prægreſſi, cum ducibus Germanorum pacta firmauere. Tumque primum diſcreti a legionibus, proprio vallo caſtra ſua circumdant, obteſtante Vocula, *Non adeo turbatam ciuilibus armis rem Romanam, vt Treueris etiam Lingonibuſque deſpectui ſit. Supereſſe fidas prouincias, victores exercitus, fortunam imperij, & vltores deos. Sic olim, Sacrouirum & Æduos; nuper, Vindicem Galliaſque ſingulis prœlijs concidiſſe. Eadem rurſus numina, eadem fata, ruptores fœderum expectarent. Melius diuo Iulio, diuoque Auguſto notos eorum animos. Galbam, & infracta tributa, hoſtiles ſpiritus induiſſe. Nunc hoſtes, quia molle ſeruitium: cum ſpoliati exutique fuerint, amicos fore.* Hæc ferociter locutus, poſtquam perſtare in perfidia Claſſicum Tutoremque videt; verſo itinere, Noueſium concedit. Galli, duum millium ſpatio diſtantibus campis, conſedere. Illuc commeantium centurionum militumque emebantur animi: vt (flagitium incognitum) Romanus exercitus in externa verba iurarent, pignuſque tanti ſceleris, nece aut vinculis legatorum daretur. Vocula, quamquam plerique fugam ſuadebant, audendum ratus, vocata concione, in hunc modum diſſeruit. *Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis ſolicitior, aut pro me ſecurior. Nam mihi exitium parari, libens audio: mortemque in tot malis hoſtium vt finem miſeriarum expecto. Veſtri me pudet miſeretque, aduerſus quos non prœlium & acies parantur. id enim fas armorum, & ius hoſtium. bellum cum populo Romano veſtris ſe manibus geſturum, Claſſicus ſperat: imperiumque & ſacramentum Galliarum oſtentat. Adeo nos, ſi fortuna in præſens virtuſque deſeruit, etiam vetera exempla deficiunt. quoties Romanæ legiones perire præoptauerunt, ne loco pellerentur? ſocij ſæpe noſtri, exſcindi vrbes ſuas, ſeque cum coniugibus ac liberis cremari pertulerunt. neque aliud pretium exitus, quam fides famaque. Tolerant cum maxime inopiam obſidiumque apud Vetera legiones, nec terrore aut promiſſis demouentur. Nobis, ſuper arma & viros, & egregia caſtrorum munimenta, frumentum & commeatus quamuis longo bello pares. Pecunia nuper etiam donatiuo ſuffecit: quod ſiue a Veſpaſiano, ſiue a Vitellio datum interpretari mauultis, ab Imperatore certe Romano accepiſtis. Tot bellorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuſo toties hoſte, ſi pauetis aciem, indignum id quidem. Sed eſt vallum murique, & trahendi artes, donec e proximis prouincijs auxilia exercituſque concurrant. Sane ego diſpliceam. Sunt alij legati, tribuni, centurio denique, aut miles. ne hoc prodigium toto terrarũ orbe vulgetur, vobis ſatellitibus, Ciuilem & Claſſicum Italiam inuaſuros. An ſi ad mœnia vrbis Germani Gallique duxerint, arma patriæ inferetis? Horret animus tanti flagitij imagine. Tutori Treuero agetur excubiæ? Signum belli Batauus dabit? & Germanorum cateruas ſupplebitis? quis deinde ſceleris exitus? cum Romanæ legiones contra direxerunt: transfugæ e transfugis, & proditores e proditoribus, inter recens & vetus ſacramentum inuiſi deis errabitis? Te Iupiter optime maxime, quem per octingentos viginti annos, tot triumphis coluimus; te Quirine Romanæ parẽs vrbis, precor veneror que, vt ſi vobis non fuit cordi, me duce hæc caſtra incorrupta & intemerata ſeruari: at certe pollui fœdarique à Tutore & Claſſico, ne ſinatis. Militibus Romanis, aut innocentiam detis; aut maturam, & ſine noxa pœnitentiam.* Varie excepta oratio

Vocula increpat.

Et Noueſium abit.

Galli Romanos ipſos ad ſe alliciunt.

Vocula dehortari conatur.

oratio inter ſpem metumque ac pudorem. Digreſſum Voculam,& de ſupremis agitantem, liberti ſeruique prohibuere fœdiſſimam mortem ſponte præuenire. Et Claſſicus, miſſo Æmilio Longino deſertore primæ legionis, cædem eius maturauit. Herennium & Numiſium legatos, vinciri ſatis viſum. Dein ſumptis Romani imperij inſignibus, in caſtra venit. Nec illi, quanquam ad omne facinus durato, verba vltra ſuppeditauere, quam vt ſacramentum recitaret. Iurauere qui aderant, pro imperio Galliarum. Interfectorem Voculæ, altis ordinibus; cæteros, vt quiſque flagitium nauauerat, præmiis attollit. Diuiſæ inter Tutorem & Claſſicum curæ. Tutor, valida manu circumdatos Agrippinenſes, quantumque militum apud ſuperiorem Rheni ripam, in eadem verba adigit. Occiſis Maguntiaci tribunis, pulſo caſtrorum præfecto, qui detractauerant, Claſſicus corruptiſſimum quemque e deditis pergere ad obſeſſos iubet, veniam oſtentantes ſi præſentia ſequerentur. aliter, nihil ſpei. Famem, ferrumque, & extrema paſſuros. Adiecere qui miſſi erant, exemplum ſuum. Obſeſſos hinc fides, inde egeſtas, inter decus ac flagitium diſtrahebant. Cunctantibus ſolita inſolitaque alimenta deerant; abſumptis iumentis equiſque, & cæteris animalibus, quæ profana fœdaque in vſum neceſſitas vertit. Virgulta poſtremo & ſtirpes & internatas ſaxis herbas vellentes, miſeriarum patientiæque documentum fuere: donec egregiam laudem, fine turpi macularent, miſſis ad Ciuilem legatis vitam orantes. Neque ante preces admiſſæ, quam in verba Galliarum iurarent. Tum pactus prædam caſtrorum, dat cuſtodes, qui pecuniam, calones, ſarcinas retentarent, ac qui ipſos leues abeuntes proſequerentur. Ad quintum fere lapidem coorti Germani, incautum agmen aggrediuntur. Pugnaciſſimus quiſque, in veſtigio; multi, palantes occubuere. Cæteri retro in caſtra profugiunt, querente ſane Ciuile & increpante Germanos, tanquam fidem per ſcelus abrumperent. Simulata ea fuerint, an retinere ſæuientes nequiuerit, parum affirmatur. Direptis caſtris, faſces iniiciunt. Cunctoſque qui prœlio ſuperfuerant, incendium hauſit. Ciuilis, barbaro voto, poſt cœpta aduerſus Romanos arma, propexum rutilatumque crinem, patrata demum cæde legionum, depoſuit. & ferebatur paruulo filio, quoſdam captiuorum, ſagittis iaculiſque puerilibus figendos, obtuliſſe. Cæterum neque ſe, neque quemquam Batauum, in verba Galliarum adegit: fiſus Germanorum opibus, &, ſi certandum aduerſus Gallos de poſſeſſione rerum foret, inclytus fama, & potior. Mumius Lupercus legatus legionis, inter dona miſſus Velledæ. Ea virgo nationis Bructeræ, late imperitabat: vetere apud Germanos more, quo pleraſque feminarum fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrentur deas. Tuncque Velledæ auctoritas adoleuit. nam proſperas Germanis res, & excidium legionum prædixerat. Sed Lupercus, in itinere interfectus. Pauci centurionum tribunorumque in Gallia geniti, reſeruantur, pignus ſocietatis. Cohortium, alarum, legionum, hiberna, ſubuerſa crémataque: iis tantum relictis, quæ Maguntiaci, ac Vindoniſſæ ſita ſunt. Legio XIII. cum auxiliis

Nec proficit multum.

Claſſici opera occiditur.

Legati alij vinciuntur.

Romani Gallis iurant.

Tutor Agrippinenſes eodem adigit.

Obſeſſi in Veteribus ſolicitantur.

Quos fames premit.

Et ad pactionem perpellit.

Abeuntes Germani præter fas cædunt.

Ciuilis crimen ponit, voti damnas.

Sæuitia eius.

Velledæ virginis auctoritas.

Caſtra Romana euerſa.

Legio quæ Noueſij,exit: ſimul deditis,à Noueſio in coloniam Treuerorum tranſgredi iubetur, præfinita die intra quam caſtris excederet. Medium omne tempus,per varias curas egere. ignauiſſimus quiſque,cæſorum apud Vetera exemplo, pauentes; melior pars,rubore & infamia,quale illud iter,quis dux viæ, & omnia in arbitrio eorum, quos vitæ neciſque dominos feciſſent. Alij, nulla dedecoris cura, pecuniam aut cariſſima ſibimet ipſi circumdare: quidam expedire arma, teliſque tanquam in aciem accingi. Turpi & triſti agmine. Hæc meditantibus, aduenit proficiſcendi hora, expectatione triſtior. Quippe intra vallum, deformitas haud perinde notabilis: detexit ignominiam campus, & dies. Reuulſæ Imperatorum imagines, * innexa ſigna, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis, ſilens agmen, & velut longæ exequiæ. * Cod. regiu, in hora Claudius Sanctus ducit. Dux Claudius Sanctus effoſſo oculo, dirus ore, ingenio debilior. Duplicatur flagitium, poſtquam, deſertis Bonnenſibus caſtris, altera ſe legio miſcuerat. Et vulgata captarum legionum fama, Illuditur a vulgo. cuncti qui paulo ante Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectiſque,& vndique effuſi, inſolito ſpectaculo nimium fruebantur. Ala vna abit, & ſe vindicat. Non tulit ala Picentina gaudium inſultantis vulgi. ſpretiſque Sancti promiſſis, aut minis, Maguntiacum abeunt: ac forte obuio interfectore Voculæ Longino, coniectis in eum telis, initium exoluendæ in poſterum culpæ fecere. Legiones nihil mutato itinere, ante mœnia Treuerorum conſidunt. Ciuilis & Agrippinẽſis colonia in ancipiti. Claſſicus rebus ſecundis ſublati, an coloniam Agrippinenſem diripiendam exercitibus ſuis permitterent, dubitauere. Sæuitia * ingenita & cupidine prædæ, ad excidium ciuitatis trahebantur. * Ex Vat. ſcribe, ingenij obſtabat ratio belli, & nouum imperium inchoantibus vtilis clementiæ fama. Sed fatum eam ſeruat: Ciuilem etiam beneficij memoria flexit; quod filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinenſi deprehenſum, honorate cuſtodierant. Germanis valde inuitis. Sed Tranſrhenanis gentibus inuiſa ciuitas, opulentia auctuque. Neque alium finem belli rebantur, quam ſi promiſcua ea ſedes omnibus Germanis foret: aut diſiecta, Vbios quoque diſperſiſſet. E queis Tencteri Vbios adeunt: Igitur Tencteri, Rheno diſcreta gens, miſſis legatis, mandata apud concilium Agrippinenſium edi iubent. quæ, ferociſſimus e legatis, in Horride affantur. hunc modum protulit. *Rediſſe vos in corpus nomenque Germaniæ, communibus deis, ſed præcipuo deorum Marti grates agimus: vobiſque gratulamur, quod tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem, flumina ac terras, & cælum quodammodo ipſum, clauſerant Romani: vt colloquia cõgreſſuſque noſtros arcerent: vel, quod contumelioſius eſt viris ad arma natis, inermes ac prope nudi, ſub cuſtode & precio coiremus. Sed vt amicitia ſocietaſque noſtra in æternum rata ſint: poſtulamus à vobis, muros coloniæ, munimenta ſeruitij, detrahatis. etiam fera animalia, ſi clauſa teneas, virtutis obliuiſcuntur. Romanos omnes, in finibus veſtris, trucidetis. haud facile libertas, & domini miſcentur. Bona interfectorum, in medium cedant: ne quis occulere quidquam, aut ſegregare cauſam ſuam poſſit. Liceat nobis vobiſque vtramque ripam colere, vt olim maioribus noſtris. quomodo lucem noctemque omnibus hominibus; ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. Inſtituta cultumque patriũ reſumite, abruptis * voluptatibus, quibus Romani plus aduerſus ſubiectos quam armis valẽt. ſincerus & integer,* * Vulgo, vectigalibus. & ſerui-*

& ſeruitutis oblitus populus, aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis. Agrippinenſes, ſumpto conſultandi ſpatio, quando neque ſubire conditiones metus futuri, neque palam aſpernari conditio præſens ſinebat, in hunc modum reſpondent. *Quæ prima libertatis facultas data eſt, auidius quam cautius ſumpſimus, vt vobis cæteriſque Germanis cõſanguineis noſtris iungeremur. Muros ciuitatis, cõgregantibus ſe cum maxime Romanorũ exercitibus, augere nobis, quam diruere tutius eſt. Si qui ex Italia aut prouinciis alienigenæ in finibus noſtris fuerant, eos bellum abſumpſit: vel in ſuas quiſque ſedes refugere. * Eductis olim, & nobiſcum per connubium ſociatis, quique mox prouenere, hæc patria eſt. Nec vos adeo iniquos exiſtimamus, vt interfici a nobis parentes, fratres, liberos noſtros velitis. Vectigal & onera commerciorum, reſoluimus. Sint tranſitus incuſtoditi, ſed diurni & inermes: donec noua & recentia iura, in vetuſtatem conſuetudine vertantur. Arbitrum habebimus Ciuilem & Velledam, apud quos pacta ſancientur.* Sic lenitis Tencteris, legati ad Ciuilem & Velledam miſſi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinenſium perpetrauere. Sed coram adire, alloquique Velledam negatum. Arcebantur aſpectu, quo venerationis plus ineſſet. Ipſa edita in turre. dilectus e propinquis, conſulta reſponſaque, vt internuntius numinis, portabat. Ciuilis ſocietate Agrippinenſium auctus, proximas ciuitates affectare, aut aduerſantibus bellum inferre ſtatuit. Occupatiſque Sunicis, & iuuentute eorum per cohortes compoſita: quominus vltra pergeret, Claudius Labeo Bethaſiorum Tungrorumque & Neruiorum tumultuaria manu reſtitit. fretus loco, quia pontem Moſæ fluminis anteceperat. Pugnabaturque in anguſtiis ambigue, donec Germani tranantes, terga Labeonis inuaſere. Simul Ciuilis, auſus, an ex compoſito, intulit ſe agmini Tungrorum, & clara voce, *Non ideo*, inquit, *bellum ſumpſimus, vt Bataui & Treueri gentibus imperent. Procul hæc à nobis arrogantia, accipite ſocietatem. tranſgredior ad vos, ſeu me ducem, ſeu militem mauultis.* Mouebatur vulgus, condebantque gladios; cum Campanus, ac Iuuenalis, ex primoribus Tungrorum, vniuerſam ei gentem dedidere. Labeo, antequam circumueniretur, profugit. Ciuilis Bethaſios quoque ac Neruios in fidem acceptos, copiis ſuis adiunxit: ingens rerum, perculſis ciuitatum animis, vel ſponte inclinantibus. Interea Iulius Sabinus, proiectis fœderis Romani monumentis, Cæſarem ſe ſalutari iubet: magnamque & inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam ciuitatem & nobis fidam. Nec Sequani detrectauere certamen. Fortuna melioribus affuit. Fuſi Lingones. Sabinus feſtinatum temere prœlium, pari formidine deſeruit. Vtque famam exitij ſui faceret, villam in quam perfugerat, cremauit. illic voluntaria morte interiiſſe creditus. Sed quibus artibus latebriſque, vitam per nouem mox annos traduxerit, ſimul amicorum eius conſtantiam, & inſigne Epponinæ vxoris exemplum, ſuo loco reddemus. Sequanorum proſpera acie, belli impetus ſtetit. Reſipiſcere paulatim ciuitates, faſque & fœdera reſpicere, principibus Remis: qui per Gallias edixere, vt miſſis legatis in commune conſultarent, libertas an pax placeret. At Romæ

Vbi ambigue & callide reſpondent.

* Deductis

Velledæ auctoritas:

Eiuſque faſtidium.

Labeo opponit ſe Ciuili.

Sed vincitur.

Tungri deduntur,

Bethaſij, & Neruij,

Sabini vanitas, qui Cæſarem ſe facit.

Sequanos inuadit:

Fugit, latet.

Concilium Galliarum, ſuper ſumma rei.

cunĉta in deterius audita Mucianum angebant. * Nequaquam egregij duces, iam enim Gallum Annium & Petilium Cerialem dilegerat, * ſummam belli parum tolerare. Nec relinquenda vrbs, ſine rectore. Et Domitiani indomitæ libidines timebantur: ſuſpectis, vti diximus, Primo Antonio, Varoque Ario. Varus prætorianis præpoſitus, vim atque arma retinebat. Eum Mucianus pulſum loco, ne ſine ſolatio ageret, annonæ præfecit. Vtque Domitiani animum, Varo haud alienum, deliniret: Arretinum Clementem, domui Veſpaſiani per affinitatem innexum, & gratiſſimum Domitiano, prætorianis præpoſuit, patrem eius ſub Caio Cæſare egregie fŭnctum ea cura dictitans. Lætum militibus idem nomen. atque ipſum quanquam ſenatorij ordinis ad vtraque munia ſufficere. Aſſumuntur e ciuitate clariſſimus quiſque; & alij per ambitionem. Simul Domitianus Mucianuſque accingebātur, diſpari animo. ille, ſpe ac iuuēta properus; hic, moras nectens, queis flagrantem retineret, ne ferocia ætatis, & prauis impulſoribus ſi exercitum inuaſiſſet, paci belloque male conſuleret. Legiones victrices VI. & XVIII. Vitellianarum vnaetuiceſima, e recens conſcriptis ſecunda, Peninis Coctianiſque Alpibus, pars monte Graio, traducuntur. XIIII. legio e Britannia, III. ac prima ex Hiſpania accitæ. Igitur veniētis exercitus fama, & ſuopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum ciuitates, in Remos conuenere. Treuerorum legatio illic opperiebatur, acerrimo inſtinctore belli Tullio Valentino. Is meditata oratione, cuncta magnis imperiis obiectari ſolita, contumeliaſque & inuidiam in populum Romanum effudit: turbidus miſcendis ſeditionibus, & pleriſque gratus vecordi facundia. At Iulius Auſpex e primoribus Remorum, vim Romanam, paciſque bona diſſertans, & ſumi bellum etiam ab ignauis, ſtrenuiſſimi cuiuſque periculo geri, iamque ſuper caput legiones: ſapientiſſimum quemque reuerentia fideque, iuniores periculo ac metu continuit. Et Valentini animum laudabant, conſilium Auſpicis ſequebantur. Conſtat obſtetiſſe Treueris Lingonibuſque apud Gallias, quod Vindicis motu cum Verginio ſteterant. Deterruit pleroſque prouinciarum æmulatio. quod bello caput? vnde ius auſpiciumque peteretur? quam, ſi cuncta prouenisſent, ſedem imperio legerent? Nondum victoria, iam diſcordia erat: aliis fœdera, quibuſdam opes vireſque, aut vetuſtatem originis, per iurgia iactantibus. Tædio futurorum, præſentia placuere. Scribuntur ad Treueros epiſtolæ, nomine Galliarum, vt abſtinerent armis, impetrabili venia, & paratis deprecatoribus ſi pœniteret. Reſtitit idem Valentinus, obſtruxitque ciuitatis ſuæ aures, haud perinde inſtruendo bello intentus, quam frequens concionibus. Igitur non Treueri neque Lingones cæteræve rebellium ciuitates, pro magnitudine ſuſcepti diſcriminis agere. Ne duces quidem, in vnum conſulere. Sed Ciuilis, auia Belgarum circumibat: dum Claudium Labeonem capere, aut exturbare nititur. Claſſicus, ſegne plerumque otium trahens, velut parto imperio fruebatur. Ne Tutor quidem maturauit ſuperiorem Germaniæ ripam, & ardua Alpium præſidiis claudere. Atque interim vnaetuiceſima legio Vindoniſſa,

* Nec, quanquam
* Fors. ſumma

Varo præfectura Bræt. adempta.

Clementi data.

Domitianus vna cum Muciano ad bellū expediunt.

Legiones contrahunt.

Remis deliberant Galli.

Tullius in arma contrahit.

Iulius retinet.

Vide, per deū, quæ in pluriū imperio eueniant.

Galli Romanum iugum præferunt.

Interea hoſtes ſegniter agunt.

Romani vndique irrumpunt.

Vindoniſſa, Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Rhætiam irrupere. Acceſſit ala Singularium, excita olim a Vitellio, deinde in partes Veſpaſiani tranſgreſſa. Præerat Iulius Briganticus, ſorore Ciuilis genitus, vt ferme acerrima proximorum odia ſunt, inuiſus auunculo infenſuſque. Tutor, Treuerorum copias, recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, veterano pedite atque equite firmauit, corruptis ſpe, aut metu ſubactis legionariis. qui primo cohortem præmiſſam à Sextilio Felice, interficiunt. mox vbi duces exercituſque Romani propinquabant, honeſto transfugio redierе: ſecutis Tribocis, Vangionibuſque & Caracatibus. Tutor, Treueris comitantibus, vitato Maguntiaco Bingium conceſſit, fidens loco, quia pontem Nauæ fluminis abruperat. ſed incurſu cohortium quas Sextilius ducebat, & reperto vado, proditus fuſuſque. Ea clade, perculſi Treueri. & plebes omiſſis armis, per agros palatur: quidam principum, vt primi poſuiſſe bellum viderentur, in ciuitates quæ ſocietatem Romanam non exuerant, perfugerunt. Legiones a Noueſio Bonnaque in Treueros, vt ſupra memorauimus, traductæ, ſe ipſas in verba Veſpaſiani adigunt. Hæc Valentino abſente geſta. qui vbi aduentabat, furens, cunctaque rurſus in turbas & exitium conuerſurus: legiones in Mediomatricos, ſociam ciuitatem, abſceſſere. Valentinus ac Tutor, in arma Treueros retrahunt: occiſis Herennio ac Numiſio legatis, quo minore ſpe veniæ creſceret vinculum ſceleris. Hic belli ſtatus erat, cùm Petilius Cerialis Maguntiacum venit. eius aduentu, erectæ ſpes. Ipſe pugnæ auidus, & contemnendis quam cauendis hoſtibus melior, ferocia verborum militem incendebat: vbi primum congredi licuiſſet, nullam prœlio moram facturus. Dilectus per Galliam habitos, in ciuitates remittit, ac nuntiare iubet ſufficere imperio legiones. ſocij ad munia pacis redirent, ſecuri velut confecto bello, quod Romanæ manus excepiſſent. Auxit ea res Gallorum obſequium. nam recepta iuuentute, facilius tributa tolerauere, proniores ad officia quod ſpernebantur. At Ciuilis & Claſſicus, vbi pulſum Tutorem, cæſos Treueros, cuncta hoſtibus proſpera accepere: trepidi ac properantes, dum diſperſas ſuorum copias conducunt, crebris interim nuntiis Valentinum monuere, ne ſummæ rei periculum faceret. Eo rapidius Cerialis, miſſis in Mediomatricos, qui breuiore itinere legiones in hoſtem verterent, contracto quod erat militum Maguntiaci, quantumque ſecum tranſuexerat, tertiis caſtris * Rigodulum venit. quem locum, magna Treuerorum manu, Valentinus inſederat, montibus aut Moſella amne ſeptum. & addiderat foſſas, obiceſque ſaxorum. Nec deterruere ea munimenta Romanum ducem, quo minus peditem perrumpere iuberet; equitum aciem, in collem erigeret; ſpreto hoſte, quem temere collectum, haud ita loco iuuari, vt non plus ſuis in virtute foret. Paulum moræ in aſcenſu, dum miſſilia hoſtium præuehuntur. Vt ventum ad manus; deturbati, ruinæ modo, præcipitantur. Et pars equitum, æquioribus iugis circumuecta, nobiliſſimos Belgarum, in queis ducem Valentinum, cepit. Cerialis, poſtero die, coloniam Treuerorũ ingreſſus

Iulius Briganticus pio iis.

Legionarij Treueros deſerunt.

Aliique plures.

Tutor victus.

Perculſi Treueri.

Tamen iterum animos & arma recipiunt.

Cerialis ingenium.

Ciuilis & Claſſicus accelerant.

Sed præuenit Cerialis.

* Vet. Ridogulum

Valentinum inuadit.

Alios fugat:

Ipſum capit. Treueris exitium iminebat.

eſt, auido milite eruendæ ciuitatis. *Hanc eſſe Claſſici, hanc Tutoris patriam. horum ſcelere, clauſas cæſaſque legiones. Quid tãtum Cremonam meruiſſe, quam e gremio Italiæ raptam, quia vnius noctis moram victoribus attulerit? Stare in confinio Germaniæ integram ſedem, ſpoliis exercituum & ducum cædibus ouantem. Redigeret prædam in fiſcum. Ipſis ſufficere ignes, & rebellis coloniæ ruinas,*
Sed Cerialis diſcaſſit.
quibus tot caſtrorum excidia penſarentur. Cerialis metu infamiæ, ſi licentia ſæuitiaque imbuere militem crederetur, preſſit iras. & paruere, poſito
Legiones nuper deditæ.
ciuili bello ad externa modeſtiores. Conuertit inde animos, accitarum e Mediomatricis legionum miſerabilis aſpectus. Stabant conſcientia flagitij mœſtæ, fixis in terram oculis. Nulla inter coëuntes exercitus conſalutatio. neque ſolantibus hortantibuſve reſponſa dabant, abditi per tentoria, & lucem ipſam vitantes. nec perinde periculum aut metus, quam pudor aut dedecus obſtupefecerat: attonitis etiam victori-
Veniam impetrant.
bus, qui vocem preceſque adhibere non auſi, lacrymis ac ſilentio veniam poſcebant. donec Cerialis mulceret animos, fato acta dictitans, quæ militum ducumve diſcordia, vel fraude hoſtium eueniſſent. Primum illum ſtipendiorum & ſacramenti diem haberent: priorum fa-
Cauetur eorũ infamiæ.
cinorum neque Imperatorem, neque ſe meminiſſe. Tunc recepti in eadem caſtra, & edictum per manipulos, ne quis in certamine iurgiove ſeditionem aut cladem commilitoni obiectaret. Mox Treueros ac
Cerialis, ita me deus, facunda & ſapiens oratio.
Lingonas, ad concionem vocatos, ita alloquitur. *Neque ego vnquam facundiam exercui; & populi Romani virtutem armis affirmaui. Sed quia apud vos verba plurimum valent, bonaque ac mala non ſua natura, ſed vocibus ſeditioſorum æſtimantur: ſtatui pauca diſſerere, quæ profligato bello, vtilius ſit vobis audiſſe, quam nobis dixiſſe. Terram veſtram, cæterorumque Gallorum, ingreſſi ſunt duces Imperatoreſque Romani, nulla cupidine, ſed maioribus veſtris inuocantibus, quos diſcordiæ vſque ad exitium fatigabant. & acciti auxilio Germani, ſociis pariter atque hoſtibus ſeruitutem impoſuerant. Quot prœlijs aduerſus Cimbros Teutonoſque, quantis exercituum noſtrorum laboribus, quove euentu Germanica bella tractauerimus, ſatis * clarum. Nec ideo Rhenum inſedimus,* * Vat. claret.
vt Italiam tueremur: ſed ne quis alius Ariouiſtus, regno Galliarum potiretur. An vos cariores Ciuili Batauiſque & Tranſrhenanis gentibus creditis, quam maioribus eorum patres auique veſtri fuerunt? Eadem ſemper cauſa Germanis tranſcendendi in Gallias, libido atque auaritia, & mutandæ ſedis amor: vt relictis paludibus & ſolitudinibus ſuis, fœcundiſſimum hoc ſolum, voſque ipſos poſſiderent. Cæterum libertas, & ſpecioſa nomina prætexuntur. nec quiſquam alienum ſeruitium, & dominationem ſibi concupiuit, vt non eadem iſta vocabula vſurparet. Regna bellaque per Gallias ſemper fuere, donec in noſtrum ius concederetis. Nos, quanquam totiens laceſſiti, iure victoriæ id ſolum vobis addidimus, quo pacem tueremur. Nam neque quies gentium, ſine armis; neque arma, ſine ſtipendijs; neque ſtipendia, ſine tributis haberi queunt. Cætera in communi ſita ſunt. Ipſi plerumque legionibus noſtris præſidetis: ipſi has aliaſque prouincias regitis. Nihil ſeparatum, clauſumve. Et laudatorum Principum vſus ex æquo, quamuis procul agentibus: ſæui proximis ingruunt. quomodo ſterilitatem, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala; ita luxum, vel auaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines. ſed neque hæc continua; & meliorum interuentu

interuentu penſantur. niſi forte Tutore & Claſſico regnantibus, moderatius imperium ſperatis: aut minoribus quam nunc tributis, parabuntur exercitus, quibus Germani Britannique arceantur. Nam pulſis (quod dij prohibeant) Romanis, quid aliud quam bella omnium inter ſe gentium exiſtent? Octingentorum annorum fortuna diſciplinaque, compages hæc coaluit: quæ conuelli, ſine exitio conuellentium, non poteſt. Sed vobis maximum diſcrimen, penes quos aurum & opes, præcipuæ bellorum cauſæ. Proinde pacem & vrbem, quam victi victoréſque eodem iure obtinemus, amate, colite. Moneant vos vtriuſque fortunæ documenta, ne contumaciam cum pernicie, quam obſequium cum ſecuritate malitis. Tali oratione grauiora metuentes compoſuit, erexitque. Tenebantur victore exercitu Treueri; cum Ciuilis & Claſſicus miſere epiſtolas ad Cerialem, quarũ hæc ſententia fuit. Veſpaſianum, quanquam * nuntios occultarent, exceſſiſſe vita. Vrbem atque Italiam, interno bello conſumptam. Muciani & Domitiani, vana & ſine viribus nomina. Si Cerialis imperium Galliarum velit, ipſos finibus ciuitatum ſuarum contentos: ſi prœlium mallet, ne id quidem abnuere. Ad ea Cerialis Ciuili & Claſſico nihil. eum qui attulerat ipſas epiſtolas, ad Domitianum miſit. Hoſtes diuiſis copiis aduenere vndique. Plerique culpabant Cerialem paſſum iungi, quos diſcretos intercipere licuiſſet. Romanus exercitus caſtra foſſa valloque circumdedit: queis temere antea intutis conſederat. Apud Germanos, diuerſis ſententiis certabatur. Ciuilis opperiendas Tranſrhenanorum gentes, *Quarum terrore fractæ Po. Ro. vires obtererẽtur. Gallos quid aliud quam prædam victoribus? & tamen quod roboris ſit, Belgas, ſecum palam, aut voto ſtare.* Tutor cunctatione creſcere rem Romanam affirmabat, coëuntibus vndique exercitibus. *Tranſuectam a Britannia legionem: accitas ex Hiſpania: aduentare ex Italia: nec ſubitum militem, ſed veterem, expertumque belli. Nam Germanos, qui ab ipſis ſperentur, non iuberi, non regi, ſed cuncta ex libidine agere. Pecuniamque ac dona, queis ſolis corrumpantur, maiora apud Ro. & neminem adeo in arma promptum, vt non idem pretium quietis quam periculi malit. quod ſi ſtatim congrediantur, nullas eſſe Ceriali, niſi ex reliquiis Germanici exercitus, legiones, fœderibus Galliarum obſtrictas. Idque ipſum, quod inconditam nuper Valentini manum contra ſpem ſuam fuderint, alimentum illis ducique temeritatis. Auſuros rurſus, ventureſque in manus, non imperiti adoleſcentuli verba & conciones, quam ferrum & arma meditantis, ſed Ciuilis & Claſſici: quos vbi aſpexerint, redituram in animos formidinem, fugam, famemque, ac totiens captis precariam vitam, neque Treueros, aut Lingonas beneuolentia contineri: reſumpturos arma, vbi metus abſceſſerit.* Diremit conſiliorum diuerſitatem, approbata Tutoris ſententia Claſſicus. ſtatimque exequuntur. Media acies Vbiis Lingonibuſque data, dextro cornu cohortes Batauorum, ſiniſtro Bructeri Tencterique. pars montibus, alij viam inter Moſellamque flumen, tam improuiſi aſſiluere, vt in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem in caſtris egerat) pugnari ſimul, vincique ſuos, audierit, increpans pauorem nuntiantium, donec vniuerſa clades in oculis fuit. Perrupta legionum caſtra, fuſi equites: medius Moſellæ pons, qui vlteriora Coloniæ annectit, ab

Treueris ignotum.

*Fam. nuntij, quod probo.

Ciuilis & Claſſicus aduenere.

Ille pugnam differri cenſet.

Tutor maturat.

Et cum eo Claſſicus.

Romanos inuadunt improuiſo.

Pæne funduntur.

Cerialis mira conſtantia.
hoſtibus inſeſſus. Cerialis turbidis rebus intrepidus, & fugientes manu retrahens, intecto corpore promptus inter tela, felici temeritate, & fortiſſimi cuiuſque accurſu, reciperatum pontem lecta manu firmauit. Mox in caſtra reuerſus, palantes captarum apud Noueſium Bon-

Milites increpat.
namque legionum manipulos, & rarum apud ſigna militem, ac prope circumuentas aquilas videt. Incenſus ira, *Non Flaccum*, inquit, *non Voculam deſeritis. Nulla heic proditio. neque aliud excuſandum habeo, quam quod vos Gallici fœderis oblitos [* prædixerim] memoriam Romani ſacramenti tenere credidi. Annumerabor Numiſiis & Herenniis, vt omnes legati veſtri, aut militum manibus, aut hoſtium ceciderint. Ite, nuntiate Veſpaſiano, vel quod propius eſt Ciuili & Claßico, relictum a vobis in acie ducem: venient legiones, quæ neque me inultum, neque vos impunitos patiantur.* Vera erant: & a tri-

* Metuo vt ſuperſit, ea vox.

Iique animũ recipiunt.
bunis præfectiſque eadem ingerebantur. Conſiſtunt per cohortes, & manipulos. neque enim poterat pateſcere acies effuſo hoſte, & impedientibus tentoriis ſarciniſque, cum intra vallum pugnaretur. Tutor, & Claſſicus, & Ciuilis, ſuis quiſque locis pugnam ciebant: Gallos pro libertate, Batauos pro gloria, Germanos ad prædam inſtigantes. Et cuncta pro hoſtibus erant. donec legio viceſimaprima, patentiore quam cæteræ ſpatio conglobata, ſuſtinuit ruentes; mox impulit. Nec

Mox fugant hoſtem:
ſine ope diuina, mutatis repente animis, terga victores vertere. Ipſi territos ſe hoſtium aſpectu ferebant, quæ primo impetu diſiectæ, ſummis rurſus iugis congregabantur, ac ſpeciem noui auxilij fecerant.

Nimis prædæ intentum.
Sed obſtitit vincentibus prauum inter ipſos certamen, hoſte omiſſo ſpolia conſectandi. Cerialis, vt incuria prope rem afflixit, ita conſtantia reſtituit. Secutuſque fortunam, caſtra hoſtium eodem die capit

Vbi auxilium petunt.
exſcinditque. Nec in longum quies militi data. Orabant auxilium Agrippinenſes; offerebantque vxorem ac ſororem Ciuilis, & filiam Claſſici, relicta ſibi pignora ſocietatis. Atque interim diſperſos in domibus Germanos trucidauerant. Vnde metus & iuſtæ preces inuocantium, antequam hoſtes reparatis viribus, ad ſpem, vel ad vltionem

Cohortem Ciuilis dolo necant.
accingerentur. Namque & Ciuilis illuc intenderat, non inualidus, flagrantiſſima cohortium ſuarum integra, & e Chaucis Friſijſque compoſita. Tolbiaci, in finibus Agrippinenſium, agebat. Sed triſtis nuntius auertit, deletam cohortem dolo Agrippinenſium: qui largis epulis vinoque ſopitos Germanos, clauſis foribus, igne iniecto, cremauere. Simul Cerialis propero agmine ſubuenit. Circumſteterat Ciuilem & alius metus, ne quartadecima legio, adiuncta Britannica claſſe, afflictaret Batauos, qua Oceano ambiuntur. Sed legionem, terreſtri itinere, Fabius Priſcus legatus in Neruios Tungroſque duxit. Eæque ciuitates

Claſſis Romana fuſa. Itemque Neruij, eorum ſocij.
in deditionem acceptæ. Claſſem vltro Caninefates aggreſſi ſunt. maiorque pars nauium depreſſa, aut capta. Et Neruiorum multitudinem ſponte commotam, vt pro Romanis bellum capeſſeret, iidem Caninefates fudere. Claſſicus quoque aduerſus equites Noueſium a Ceriale præmiſſos, ſecundum prœlium fecit. quæ modica, ſed crebra damna, famam victoriæ nuper partæ lacerabant. Iiſdem diebus Mucianus Vitellij filium interfici iubet: mãſuram diſcordiam obtendens,

ni ſemina

ni ſemina belli reſtinxiſſet. Neque Antonium Primum adſciri inter comites a Domitiano paſſus eſt: fauore militum anxius, & ſuperbia viri, æqualium quoque, adeo ſuperiorum intolerantis. Profectus ad Veſpaſianum Antonius, vt non pro ſpe ſua excipitur, ita neque auerſo Imperatoris animo. Trahebatur in diuerſa. hinc, meritis Antonij, cuius ductu confectum haud dubie bellum erat: inde, Muciani epiſtolis. ſimul cæteri, vt infeſtum tumidumque inſectabantur, adiunctis prioris vitæ criminibus. neque ipſe deerat arroganria vocare offenſas, nimius commemorandis quæ meruiſſet. Alios vt imbelles, Cæcinam vt captiuum ac dediticium increpat. Vnde paulatim leuior viliorque haberi, manente tamen in ſpeciem amicitia.

Antonius Primus ad Veſpaſianum venit.

Cuius mores non ad aulam.

Itaque vileſcit.

Per eos menſes, quibus Veſpaſianus Alexandriæ ſtatos * æſtiuis flatibus dies, & certa maris, opperiebatur, multa miracula euenere, queis cæleſtis fauor & quædam in Veſpaſianum inclinatio numinum oſtenderetur. Ex plebe Alexandrina quidam, oculorum tabe notus, genua eius aduoluitur, remedium cæcitatis expoſcens gemitu, monitu Sarapis dei, quem dedita ſuperſtitionibus gens ante alios colit. precabaturque Principem, vt genas & oculorum orbes dignaretur reſpergere oris excremento. Alius manu æger, eodem deo auctore, vt pede ac veſtigio Cæſaris calcaretur, orabat. Veſpaſianus primo irridere, aſpernari: atque illis inſtantibus, modo famam vanitatis metuere, modo obſecratione ipſorum, & vocibus adulantium in ſpem induci. poſtremo æſtimari a medicis iubet, an talis cæcitas ac debilitas, ope humana ſuperabiles forent. Medici varie diſſerere. Huic non exeſam vim luminis, & redituram ſi pellerentur obſtantia: illi elapſos in prauum artus, ſi ſalubris vis adhibeatur, poſſe integrari. Id fortaſſe cordi deis, & diuino miniſterio Principem electum. denique patrati remedij gloriam, penes Cæſarem; irriti, ludibrium penes miſeros fore. Igitur Veſpaſianus cuncta fortunæ ſuæ patere ratus, nec quicquam vltra incredibile, læto ipſe vultu, erecta quæ aſtabat multitudine, iuſſa exequitur. Statim conuerſa ad vſum manus, ac cæco reluxit dies. Vtrumque qui interfuere nunc quoque memorant, poſtquam nullum mendacio pretium.

* Fortaſſe Eteſiarum

Miracula Veſpaſiano edita.

Cæcum ſanat.

Mancum ſanat.

Altior in Veſpaſiano cupido adeundi ſacram ſedem, vt ſuper rebus imperij conſuleret. Arceri templo cunctos iubet. atque ingreſſus, intentuſque numini, reſpexit pone tergum e primoribus Ægyptiorum, nomine Baſiliden: quem procul Alexandria plurium dierũ itinere, & ægro corpore detineri haud ignorabat. Percũctantur ſacerdotes, num illo die Baſilides templum iniſſet? percunctatur obuios, num in vrbe viſus ſit? denique miſſis equitibus explorat, illo temporis momento, octoginta millibus paſſuum abfuiſſe. Tunc diuinam ſpeciem, & vim reſponſi ex nomine Baſilidis, interpretatus eſt.

Sarapidis templum adit.

Omen illic ei factum.

Origo dei nondum noſtris auctoribus celebrata: Ægyptiorum antiſtites, ſic memorant. Ptolemæo regi, qui Macedonum primus Ægypti opes firmauit, cùm Alexandriæ recens conditæ mœnia, templaque & religiones adderet, oblatum per quietem decore eximio & maiore quam humana ſpecie iuuenem, qui moneret, vt fidiſſimis amicorum in Pontum miſſis,

De Sarapide ipſo excurſio.

effigiem ſuam acciret: lætum id regno, magnamque & inclutam ſedem fore quæ excepiſſet. ſimul viſum eumdem iuuenem in cœlum igne plurimo attolli. Ptolemæus omine & miraculo excitus, ſacerdotibus Ægyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos viſus aperit. Atque illis Ponti & externorum parum gnaris, Timotheum Athenienſem e gente Eumolpidarũ, quem vt antiſtitem cærimoniarũ Eleuſi exciuerat, quænam illa ſuperſtitio, quod numen interrogat. Timotheus, quæſitis qui in Pontum meaſſent, cognoſcit vrbem illic Sinopen, nec procul templũ vetere inter accolas fama Iouis Ditis. Namque & muliebrem effigiem aſſiſtere, quam plerique Proſerpinam vocent. Sed Ptolemæus, vt ſunt ingenia regum, pronus ad formidinem, vbi ſecuritas rediit, voluptatum quam religionum appetens, negligere paulatim, aliaſque ad curas animum vertere: donec eadem ſpecies terribilior iam & inſtantior, exitium ipſi regnoque denuntiaret ni iuſſa patrarentur. Tum legatos & dona Scydrothemidi regi (is tunc Sinopenſibus imperitabat) expediri iubet, præcipitque nauigaturis, vt Pythium Apollinem adeant. Illis mare ſecundum. Sors oraculi haud ambigua. Irent, ſimulacrumque patris ſui reueherent, ſororis relinquerent. Vt Sinopen venere, munera, preces, mandata regis ſui Scydrothemidi allegant. Qui diuerſus animi, modo numen paueſcere, modo minis aduerſantis populi terreri, ſæpe donis promiſſiſque legatorum flectebatur. Atque interim triennio exacto, Ptolemæus non ſtudium, non preces omittere. Dignitatem legatorum, numerum nauium, auri pondus, augebat. Tum minax facies Scydrothemidi offertur, ne deſtinata deo vltra moraretur. Cunctantem varia pernicies, morbique & manifeſta cœleſtium ira, grauiorque in dies fatigabat. Aduocata concione, iuſſa numinis, ſuos Ptolemæique viſus, ingruẽtia mala exponit. Vulgus aduerſari regem, inuidere Ægypto, ſibi metuere, templumque circumſidere. Maior hinc fama tradidit, deum ipſum appulſas littori naues ſponte conſcendiſſe. Mirum inde dictu, tertio die tantum maris emenſi, Alexandriam appelluntur. Templum pro magnitudine vrbis extructum, loco cui nomen Rhacotis. fuerat illic ſacellum, Sarapidi atque Iſidi antiquitus ſacratum. Hæc de origine & aduectu dei, celeberrima. Nec ſum ignarus, eſſe quoſdam qui Seleucia vrbe Syriæ accitum, regnante Ptolemæo, quem tertia ætas tulit: alij auctorem eũdem Ptolemæum, ſedem ex qua tranſierit, Memphim perhibent, inclytam olim, veteris Ægypti columen. Deum ipſum multi Æſculapium, quod medeatur ægtis corporibus; quidam, Oſirim, antiquiſſimum illis gentibus numen; plerique Iouem, vt rerum omnium potentem; plurimi Ditem patrem, inſignibus quæ in ipſo manifeſta, aut per ambages coniectant. At Domitianus Mucianuſque, antequam Alpibus propinquarent, proſperos rerum in Treueris geſtarum nuntios accepere. Præcipua victoriæ fides, dux hoſtium Valentinus, nequaquam abiecto animo, quos ſpiritus geſſiſſet, vultu ferebat. Auditus ideo tantum, vt noſceretur ingenium eius, damnatuſque. inter ipſum ſupplicium, exprobranti cuidam patriam eius captam, Accipere ſe ſolatium mortis reſpondit.

Domitianus victoriæ nuntium accipit.

Valentinus damnatus.

reſpondit. Sed Mucianus quod diu occultauerat, vt recens exprompſit. *Quoniam benignitate deum fractæ vires hoſtium forent: parum decore Domitianum, confecto prope bello, alienæ gloriæ interuenturum. Si ſtatus imperij, aut ſalus Galliarum in diſcrimine verteretur, debuiſſe Cæſarem in acie ſtare. Caninefates Batauoſque minoribus ducibus delegandos. Ipſe Lugduni vim fortunamque principatus e proximo oſtentaret, nec paruis periculis immixtus, & maioribus non defuturus.* Intelligebantur artes. ſed pars obſequij in eo, ne deprehenderentur. Ita Lugdunum ventum. Vnde creditur Domitianus, occultis ad Cerialem nuntijs, fidem eius tentauiſſe, an præſenti ſibi exercitum imperiumque traditurus foret. qua cogitatione bellum aduerſus patrem cogitauerit, an opes vireſque aduerſus fratrem, in incerto fuit. Nam Cerialis, ſalubri temperamento eluſit, vt vana pueriliter cupientem. Domitianus ſperni a ſenioribus iuuentam ſuam cernens, modica quoque & vſurpata antea munia imperij omittebat. Simul ſimplicitatis ac modeſtiæ imagine, in altitudinem conditus: ſtudiumque litterarum & amorem carminum ſimulans, quo velaret animum, & fratris æmulationi ſubduceretur, cuius diſparem mitioremque naturam contra interpretabatur.

Mucianus Domitianum ſiſtit.

Hic res nouas tentat.

Nec perpetrat.

Otium & poetam ſimulat.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV NERONIS
HISTORIARVM LIBER QVINTVS.

EIVSDEM anni principio, Cæſar Titus perdomandæ Iudææ dilectus a patre, & * priuatis vtriuſque rebus militia clarus, maiore tum vi famaque agebat, certantibus prouinciarum & exercituum ſtudijs. atque ipſe, vt * ſuperior ſui iam crederetur, decorum ſe promptumque in armis oſtendebat, comitate & alloquijs officia prouocans: ac plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore. Tres cum in Iudæa legiones, quinta & decima, & quintadecima, vetus Veſpaſiani miles excepere. Tradidit & Syria duodecimam, & adductos Alexandria duoetuiceſimanos tertianoſque. Comitabantur viginti ſociæ cohortes, octo equitum alæ: ſimul Agrippa, Sohemuſque reges, & auxilia regis Antiochi, validaque & ſolito inter accolas odio infenſa Iudæis Arabum manus. Multi, quos vrbe atque Italia ſua quenque ſpes acciuerat, occupandi Principem adhuc vacuum. His cum copijs fines hoſtium ingreſſus, compoſito agmine, cuncta explorans, paratuſque decernere, haud procul Hieroſolymis caſtra facit. Sed quia famoſæ vrbis ſupremum diem tradituri ſumus, congruens videtur primordia eius aperire.

* *Vat.* prœliatis *Bud.* preliatis

* ſuper fortunam

Titus in Iudæa rem gerit.

Quibus copijs.

Hieroſolyma adſidet.

fides obſtinata, miſericordia in promptu, ſed aduerſus omnes alios hoſtile odium. Separati epulis, diſcreti cubilibus, proiectiſſima ad libidinem gens, alienarum concubitu abſtinent. inter ſe nihil illicitum. Circumcidere genitalia inſtituere; vt diuerſitate noſcantur. Transgreſſi in morem eorum, idem vſurpant. nec quidquam prius imbuuntur, quam contemnere deos, exuere patriam: parentes, liberos, fratres, vilia habere. Augendæ tamen multitudini conſulitur. Nam & necare quemquam ex agnatis, nefas: animaſque prœlio aut ſupplicijs peremptorum, æternas putant. Hinc generandi amor, & moriendi contemptus. Corpora condere, quam cremare, e more Ægyptio. Eademque cura, & de infernis perſuaſio. cœleſtium contra. Ægyptij pleraque animalia effigieſque compoſitas venerantur. Iudæi mente ſola, vnumque numen intelligunt; Profanos qui deum imagines, mortalibus materijs, in ſpecies hominum effingant. Summum illud & æternum, neque mutabile, neque interiturum. Igitur nulla ſimulacra vrbibus ſuis, nedum templis ſunt. Non regibus hæc adulatio, non Cæſaribus honor. Sed quia ſacerdotes eorum tibia tympaniſque concinebant, hedera vinciebantur, vitiſque aurea templo reperta: Liberum patrem coli, domitorem Orientis quidam arbitrati ſunt, nequaquam congruentibus inſtitutis. quippe Liber feſtos lætoſque ritus poſuit: Iudæorum mos abſurdus ſordiduſque. Terra fineſque, qua ad Orientem vergunt, Arabia terminantur: a meridie Ægyptus obiacet: ab occaſu, Phœnices & mare: Septentrionem a latere Syriæ longe proſpectant. Corpora hominum ſalubria, & ferentia laborum. rari imbres, vber ſolum. [* Exuberant] fruges noſtrum ad morem. præterque eas, Balſamum: & Palmæ. palmetis proceritas, & decor. Balſamum, modica arbor. vt quiſque ramus intumuit, ſi vim ferri adhibeas, pauent venæ: fragmine lapidis, aut teſta aperiuntur. humor in vſu medentium eſt. Præcipuum montium Libanum erigit, mirum dictu, tantos inter ardores opacum fidumque niuibus. Idem amnem Iordanem alit, funditque. Nec Iordanes pelago accipitur. Sed vnum atque alterum lacum integer perfluit: tertio retinetur. Lacus immenſo ambitu, ſpecie maris, ſapore corruptior, grauitate odoris accolis peſtifer, neque vento impellitur, neque piſces aut ſuetas aquis volucres patitur. Incertæ vndæ ſuperiecta, vt ſolido feruntur, periti imperitique nandi, perinde attolluntur. Certo anni, bitumen egerit: cuius legendi vſum vt cæteras artes, experientia docuit. Ater ſuapte natura liquor, & ſparſo aceto concretus, innatat. hunc manu captum, quibus ea cura, in ſumma nauis trahunt. Inde nullo iuuante influit, oneratque, donec abſcindas. nec abſcindere ære ferroue poſſis: fugit cruorem veſtemque infectam ſanguine, quo fœminæ per menſes exoluuntur. Sic veteres auctores. Sed gnari locorum tradunt, vndantes bitumine moles pelli, manuque trahi ad littus: mox vbi vapore terræ, vi ſolis inaruerint, ſecuribus cuneiſque vt trabes aut ſaxa diſcindi. Haud procul inde campi, quos ferunt olim vberes, magniſque vrbibus habitatos, fulminum iactu arſiſſe: & manere veſtigia, terramque

Circumciſio.

Animarum æternitas.

Imaginum deſpretio.

Quidam Liberum ijs deum dant.

Iudææ fines & ſitus.

* Suſpicor redundare.

Vbertas, & fruges. Balſamum.

Iordanes amnis.

Lacus Aſphaltites.

Bitumen in eo.

Campi exuſti.

ſpecie torridam, vim frugiferam perdidiſſe. Nam cuncta ſponte edita, aut manu ſata, ſiue herba tenus aut flore, ſeu ſolitam in ſpeciem adoleuere, atra & inania velut in cinerem vaneſcunt. Ego ſicut Iudaicas quondam vrbes igne cœleſti flagraſſe conceſſerim, ita halitu lacus infici terram, corrumpi ſuperfuſum ſpiritum, eoque fœtus ſegetum & autumni putreſcere reor, ſolo cœloque iuxta graui. Et Belus amnis Iudaico mari illabitur: circa cuius os collectæ arenæ, admixto nitro, in vitrum excoquuntur. modicum id littus, ſed egerentibus inexhauſtum. Magna pars Iudææ vicis diſpergitur: habent & oppida. Hieroſolyma genti caput. Illic immenſæ opulentiæ templum, & primis munimentis vrbs * deiugis, templum intimis clauſum. ad fores, tantum Iudæo aditus: limine, præter ſacerdotes, arcebantur. Dum Aſſyrios penes Medoſque & Perſas Oriens fuit, deſpectiſſima pars ſeruientium. poſtquam Macedones præpotuere; rex Antiochus demere ſuperſtitionem, & mores Græcorum dare adnixus, quo minus teterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus eſt. nam ea tempeſtate, Arſaces deſciuerat. Tum Iudæi, Macedonibus inualidis, Parthis nondum adultis (& Romani procul aberant) ſibi ipſi reges impoſuere, qui mobilitate vulgi expulſi, reſumpta per arma dominatione, fugas ciuium, vrbium euerſiones, fratrum, coniugum, parentum neces, aliaque ſolita regibus auſi, ſuperſtitionem fouebant: quia honor ſacerdotij, firmamentum potentiæ aſſumebatur. Romanorum primus Gn. Pompeius, domuit: templumque iure victoriæ ingreſſus eſt. Inde vulgatum, * nulla intus deum effigie vacuam ſedem, & inania arcana. Muri Hieroſolymorum diruti, delubrum manſit. Mox bello ciuili interno, poſtquam in ditionem M. Antonij prouinciæ ceſſerant; rex Parthorum Pacorus Iudæa potitus, interfectuſque a P. Ventidio, & Parthi trans Euphratem redacti. Iudæos C. Soſius ſubegit. Regnum ab Antonio Herodi datum, victor Auguſtus ſanxit. Poſt mortem Herodis, nihil expectato Cæſare, Simon quidam regium nomen inuaſerat. Is a Quinctilio Varo obtinente Syriam punitus. & gentem coercitam, liberi Herodis tripartito rexere. Sub Tiberio quies. dein, iuſſi a C. Cæſare effigiem eius in templo locare, arma potius ſumpſere. quem motum Cæſaris mors diremit. Claudius defunctis regibus, aut ad modicum redactis, Iudæam prouinciam equitibus Romanis aut libertis permiſit. e quibus Antonius Fœlix, per omnem ſæuitiam ac libidinem, ius regium ſeruili ingenio exercuit, Druſilla Cleopatræ & Antonij nepte in matrimonium accepta. vt eiuſdem Antonij, Fœlix progener, Claudius nepos eſſet. durauit tamen patientia Iudæis, vſque ad Geſſium Florum procuratorem. Sub eo bellum ortum. & comprimere cœptantem Ceſtium Gallum Syriæ legatum, varia prœlia ac ſæpius aduerſa excepere. Qui vbi fato, aut tædio occidit; miſſu Neronis, Veſpaſianus fortuna famaque & egregijs miniſtris, intra duas æſtates, cuncta camporũ, omneſque præter Hieroſolyma vrbes, victore exercitu tenebat. Proximus annus ciuili bello intẽtus, quantũ ad Iudæos per otiũ tranſijt. pace

Belus amnis.

Hieroſolyma vrbs.

Ibi templum.

Antiochus Iudæis infeſtus.

Reges ijs, vna & ſacerdotes.

Pompeius vincit.

* Alias, nullas i. d. effigies

Parthi vexant.

Varij apud eos reges, & turbæ.

Fœlix, procurator Iudææ.

Florus, ſub quo bellum.

Veſpaſianus eo miſſus.

pace per Italiam parta, & externæ curæ rediere. Augebat iras, quod ſoli Iudæi non ceſſiſſent. Simul manere apud exercitus Titum, ad omnes principatus noui euentus caſuſve vtile videbatur. Igitur caſtris, vti diximus, ante mœnia Hieroſolymorum poſitis, inſtructas legiones oſtentauit. Iudæi ſub ipſos muros ſtruxere aciem, rebus ſecundis longius auſuri; & ſi pellerentur, parato perfugio. Miſſus in eos eques cum expeditis cohortibus, ambigue certauit. Mox ceſſere hoſtes, & ſequentibus diebus crebra pro portis prœlia ſerebant: donec aſſiduis damnis, intra mœnia pellerentur. Romani ad oppugnandum verſi. neque enim dignum videbatur, famem hoſtium opperiri. poſcebantque pericula, pars virtute, multi ferocia, & cupidine præmiorum. Ipſi Tito Roma, & opes, voluptateſque ante oculos; ac ni ſtatim Hieroſolyma conciderent, morari videbantur. Sed vrbem arduam ſitu, opera moleſque firmauerant, queis vel plana ſatis munirentur. Nam duos colles immenſum editos claudebant muri per artem obliqui, aut introrſus ſinuati: vt latera oppugnantium, ad ictus pateſcerent. Extrema rupis, abrupta. & turres, vbi mons iuuiſſet, in ſexaginta pedes; inter deuexa, in centenos vicenoſque attollebantur. mira ſpecie, ac procul intuentibus pares. Alia intus mœnia, regiæ circumiecta. conſpicuoque faſtigio turris Antonia, in honorem M. Antonij ab Herode appellata. Templum in modum arcis, proprijque muri, labore & opere ante alios. ipſæ porticus, queis templum ambiebatur, egregium propugnaculum. Fons perennis aquæ, cauati ſub terra montes: & piſcinæ ciſternæque ſeruandis imbribus. præuiderant conditores ex diuerſitate morum, crebra bella. inde cuncta, quamuis aduerſus longum obſidium: & a Pompeio expugnatis, metus atque vſus pleraque monſtrauere. Atque per auaritiam Claudianorum temporum, empto iure muniendi, ſtruxere muros in pace, tanquam ad bellum: magna colluuie, & cæterarum vrbium clade aucti. Nam peruicaciſſimus quiſque illuc perfugerat; eoque ſeditioſius agebant. Tres duces, totidem exercitus. Extrema & latiſſima mœnium, Simon: mediam vrbem, Ioannes, quem & Bargioram vocabant: templum, Eleazarus firmauerat. Multitudine & armis Ioannes, ac Simon; Eleazarus, loco pollebat. Sed prœlia, dolus, incendia inter ipſos, & magna vis frumenti ambuſta. Mox Ioannes, miſſis per ſpeciem ſacrificandi, qui Eleazarum manumque eius obtruncarent, templo potitur. ita in duas factiones ciuitas diſceſſit, donec propinquantibus Ro. bellum externum concordiam pareret. Euenerant prodigia, quæ neque hoſtijs, neque votis piare fas habet gens ſuperſtitioni obnoxia, religionibus aduerſa. Viſæ per cœlum concurrere acies, rutilantia arma, & ſubito nubium igne collucere templum. Expaſſæ repente delubri fores, & audita maior humana vox, Excedere deos. Simul ingens motus excedentium, quæ pauci in metum trahebant. Pluribus perſuaſio inerat, antiquis ſacerdotum litteris contineri, eo ipſo tempore fore, vt valeſceret Oriens, profectique Iudæa rerum potirentur. Quæ ambages Veſpaſianum ac Titum prædixerant. Sed vulgus,

Titus ibi relictus.

Pugnatur ad Hieroſolyma.

Eademque oppugnantur.

Fruſtra quia permunita.

Turris Antonia.

Templum.

Duces Iudæorum.

Simon.

Ioannes.

Eleazarus.

Inter ſe diſcordes.

Prodigia ante exitium Iudæorum.

Prædictio de rege regum e Iudæa.

more humanæ cupidinis, ſibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne aduerſis quidem ad vera mutabantur. Multitudinem obſeſſorum omnis ætatis, virilis ac muliebris ſexus, * ſexcenta millia fuiſſe accepimus. Arma cuncti qui ferre poſſent: & plures, quam pro numero, audebant. Obſtinatio viris fœminiſque par: ac ſi transferre ſedes cogerentur, maior vitæ metus quam mortis. Hanc aduerſus vrbem gentemque Cæſar Titus, quando impetum & ſubita & belli locus abnueret, aggeribus vineiſque certare ſtatuit. Diuiduntur legionibus munia, & quies prœliorum fuit, donec cuncta expugnandis vrbibus reperta apud veteres, aut nouis ingenijs, ſtruerentur. At Ciuilis, poſt malam in Treueris pugnam, reparato per Germaniam exercitu, apud Vetera conſedit: tutus loco: & vt memoria proſperarum illic rerum, augeſcerent Barbarorum animi. Secutus eſt eodem Cerialis, duplicatis copijs, aduentu ſecundæ & XVI. & XIIII. legionum. Cohorteſque & alæ iampridem accitæ, poſt victoriam properauerant. Neuter ducum cunctator. Sed arcebat latitudo camporum, ſuopte ingenio humentium. Addiderat Ciuilis obliquam in Rhenum molem, cuius obiectu reuolutus amnis, adiacentibus ſuperfunderetur. Ea loci forma, incertis vadis ſubdola, & nobis aduerſa. quippe miles Romanus armis grauis, & nandi pauidus: Germanos fluminibus ſuetos, leuitas armorum, & proceritas corporum attollit. Igitur laceſſentibus Batauis, ferociſſimo cuique noſtrorum cœptum certamen. deinde orta trepidatio, cum præaltis paludibus arma equique haurirentur. Germani, notis vadis perſultabant; omiſſa plerunque fronte, latera ac terga circumuenientes. neque vt in pedeſtri acie, cominus certabatur; ſed tanquam nauali pugna, vagi inter vndas, aut ſi quid ſtabile occurrebat, totis illic corporibus nitentes, vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris, in mutuam perniciem implicabantur. minor tamen quam pro tumultu cædes: quia non auſi egredi paludem Germani, in caſtra rediere. Eius prœlij euentus, vtrumque ducem, diuerſis animi motibus, ad maturandum ſummæ rei diſcrimen erexit. Ciuilis, inſtare fortunæ; Cerialis, abolere ignominiam. Germani, proſperis feroces; Romanos, pudor excitauerat. nox apud Barbaros cantu aut clamore, noſtris per iram & minas acta. Poſtera luce, Cerialis equite & auxiliarijs cohortibus frontem explet: in ſecunda acie, legiones locatæ: dux ſibi dilectos retinuerat, ad improuiſa. Ciuilis haud porrecto agmine, ſed cuneis aſtitit. Bataui Cugerniq. in dextro; læua ac propiora fluminis, Tranſrhenani tenuere. Exhortatio ducum, non more concionis apud vniuerſos, ſed vt quoſque eorum aduehebantur. Cerialis *veterem Rom. nominis gloriam, antiquas recenteſque victorias: vt perfidum, ignauum, victum hoſtem, in æternum exſcinderent. vltione magis, quam prœlio opus eſſe. Pauciores nuper cum pluribus certaſſe: attamen fuſos Germanos, quod roboris fuerit. Supereſſe, qui fugam animis, qui vulnera tergo, ferant.* Proprios inde ſtimulos legionibus admouebat, domitores Britanniæ quartadecimanos appellans. principem Galbam, ſextæ legionis auctoritate factum: illa primum acie, Secundanos noua

Mira multitudo obſeſſorum.

* Vet. edi. ducenta

Machinis vrbs inuaditur.

Ciuilis ad Vetera cum copijs.

Cerialis item illus.

Rhenus in campos effuſus.

Pugna tumultuaria in aquis.

Quæ Ciuili pro meliore fuit.

Iterum pugna, ſed ordinata.

Cerialis ſuos varie hortatur.

uã ſigna, nouamque aquilam dicaturos. Hinc præuectus ad Germanicum exercitum, manus tendebat, vt ſuam ripam, ſua caſtra ſanguine hoſtium reciperarent. Alacrior omnium clamor, queis vel e longa pace prœlij cupido, vel feſſis bello pacis amor, præmiaque & quies in poſterum ſperabantur. Nec Ciuilis * ſilentem ſtruxit aciem, locum pugnæ teſtem virtutis ciens: *Stare Germanos Batauoſque ſuper veſtigia gloriæ, cineres oſſaque legionum calcantes. quócunque oculos Romanus intenderet, captiuitatem, cladémque & dira omnia obuerſari. Ne terrerentur vario Treuerici prœlij euentu: ſuam illic * victoriam Germanis obſtitiſſe, dum omiſſis telis, præda manus impediunt. ſed cuncta mox proſpera, & hoſti contraria eueniſſe. Quæ prouideri aſtu ducis oportuerit, prouidiſſe: campos madentes, & ipſis gnaros, paludes hoſtibus noxias: Rhenum & Germaniæ deos in aſpectu, quorum numine capeſſerent pugnam; coniugum, parentum, patriæ memores, illum diem aut glorioſiſſimum inter maiores; aut ignominioſum apud poſteros fore.* Vbi ſono armorum tripudijſque (ita illis mos) approbata ſunt dicta, ſaxis, glandibuſque & cæteris miſſilibus prœlium incipitur: neque noſtro milite paludẽ ingrediente, & Germanis vt elicerent laceſſentibus. Abſumptis quæ iaciuntur, & ardeſcente pugna, procurſum ab hoſte infeſtius, immenſis corporibus, & prælongis haſtis fluitantem labantemque militem eminus fodiebant. ſimul e mole, quam eductam in Rhenum rettulimus, Bructerorum cuneus tranſnatauit. turbata ibi res: & pellebatur ſociarum cohortium acies, cum legiones pugnam excipiunt, ſuppreſſaque hoſtium ferocia, prœlium exæquatur. Inter quæ, perfuga Batauus adijt Cerialem, terga hoſtium promittens, ſi extremo paludis eques mitteretur: ſolidum illa, & Cugernos quibus cuſtodia obueniſſet, parum intentos. Duæ alæ cum perfuga miſſæ, incauto hoſti circumfunduntur. quod vbi clamore cognitum; legiones a fronte incubuere, pulſique Germani Rhenum fuga petebant. Debellatum eo die foret, ſi Romana claſſis ſequi maturaſſet. Ne eques quidem inſtitit, repente fuſis imbribus, & propinqua nocte. Poſtera die, decimaquarta legio in ſuperiorem prouinciam Gallo Annio miſſa. Cerialis exercitum, decima ex Hiſpania legio ſuppleuit. Ciuili Chaucorum auxilia venere. non tamen auſus oppidum * Batauorum armis tueri, raptis quæ ferri poterant, cæteris iniecto igni in inſulam conceſſit. gnarus deeſſe naues efficiendo ponti, neque exercitum Ro. aliter tranſmiſſurum. quin & diruit molem a Druſo Germanico factam, Rhenumque prono alueo in Galliam ruentem, diſiectis quæ morabantur, effudit. Sic velut abacto amne, tenuis alueus, inſulam inter, Germanoſque, continentium terrarum ſpeciem fecerat. Tranſiere Rhenum Tutor quoque & Claſſicus, & centum tredecim Treuerorum Senatores: in quibus fuit Alpinus Montanus, quem a Primo Antonio miſſum in Gallias ſuperius memorauimus. Comitabatur eum frater D. Alpinus. Simul cæteri miſeratione ac donis auxilia concibant, inter gentes periculorum auidas. Tantumque belli ſuperfuit, vt præſidia cohortium, alarum, legionum, modicis vicis quadripartita Ciuilis inuaſerit: Decimam legionem, Arenaci; ſecundam, Bata-

* ſilens, aut, ſilenter

* Vat. materiam

* Forte, Batauodurum

Ciuilis item ſuos.

Commiſſæ acies.

Turbatique initio Romani.

Mox perſugæ ſuggeſtione adiuti.

Hoſtes fugiunt.

Ciuilis in Fatauiam ſe condit.

Molem Druſi diruit.

Primores Galliarum trans Rhenũ fugiunt.

Ciuilis diuerſa præſidia inuadit.

uoduri; & Grinnes Vadamque cohortium alarumque caſtra: ita diuiſis copijs, vt ipſe & Verax ſorore eius genitus, Claſſicuſque ac Tutor ſuam quiſque manum traherent: nec omnia patrandi fiducia, ſed multa auſis aliqua in parte fortunam affore. Simul Cerialem, neque ſatis cautum; & pluribus nuntijs huc illuc curſantem, poſſe medio intercipi. Quibus obuenerant caſtra decumanorum, oppugnationem legionis arduam rati, egreſſum militem & cædendis materijs operatum turbauere, occiſo præfecto caſtrorum & quinque primoribus centurionum, pauciſque militibus. Cæteri ſe munimentis defendere. Et interim Germanorum manus, Batauoduri, irrumpere inchoatum pontem nitebantur. Ambiguum prœlium nox diremit. Plus diſcriminis apud Grinnes Vadamque. Vadam Ciuilis, Grinnes Claſſicus, oppugnabant. nec ſiſti poterant, interfecto fortiſſimo quoque: in queis Briganticus præfectus alæ ceciderat, quem fidum Romanis, & Ciuili auunculo infenſum diximus. Sed vbi Cerialis cum dilecta equitum manu ſubuenit, verſa fortuna. præcipites Germani in amnem aguntur. Ciuilis dum fugientes retentat agnitus, petituſque telis, relicto equo, tranſnatauit. Idem Germanis effugium. Tutorem Claſſicumque appulſæ lintres vexere. Ne tum quidem Romana claſſis pugnæ affuit, vt iuſſum erat. Sed obſtitit formido, & remiges per alia militiæ munia diſperſi. Sane Cerialis parum temporis ad exequenda imperia dabat: ſubitus conſilijs, ſed euentu clarus. Aderat fortuna, etiam vbi artes defuiſſent. hinc ipſi exercituique, minor cura diſciplinæ. Et paucos poſt dies quanquam periculum captiuitatis euaſiſſet, infamiam non vitauit. Profectus Noueſium Bonnamque ad viſenda caſtra, quæ hiematuris legionibus erigebantur, nauibus remeabat, diſiecto agmine, incurioſis vigilijs. Animaduerſum id Germanis, & inſidias compoſuere. electa nox atra nubibus, & prono amne rapti, nullo prohibente vallum ineunt. Prima cædes aſtu adiuta: inciſis tabernaculorum funibus, ſuiſmet * corijs coopertos trucidabant. Aliud agmen, turbare claſſem, inijcere vincla, trahere puppes. Vtque ad fallendum ſilentio, ita cœpta cæde, & quo plus terroris adderent, cuncta clamoribus miſcebant. Romani vulneribus exciti, quærunt arma, ruunt per vias, pauci ornati militariter, plerique circum brachia torta veſte, & ſtrictis mucronibus. dux ſemiſomnis ac prope intectus, errore hoſtium ſeruatur. Namque prætoriam nauem, vexillo inſignem, illic ducem rati, abripiunt. Cerialis alibi noctem egerat, vt plerique credidere, ob ſtuprum Claudiæ Sacratæ, mulieris Vbiæ. vigiles flagitium ſuum ducis dedecore excuſabant, tanquam iuſſi ſilere: ne quietem eius turbarent. ita intermiſſo ſigno, & vocibus, ſe quoque in ſomnum lapſos. Multa luce reuecti hoſtes, captiuis nauibus, prætoriam triremem, flumine Luppia, donum Velledæ traxere. Ciuilem cupido inceſſit, naualem aciem oſtentandi. Complet quot biremium, quæque ſimplici ordine agebantur. Adiecta ingens lintrium vis. tricenis quadrageniſque armamenta liburnicis ſolita: & ſimul captæ lintres, ſagulis verſicoloribus, haud indecore pro velis iuuabantur. Spatium velut æquoris * captum, vbi

Moſæ

Caſtra decumanorum.

Batauodurum.

Grinnes & Vadam.

Sed vbique repulſus.

Cerialis parum prouidus.

Itaque pæne is interceptus.

* Vat. tentorijs

Nauibus hoſtes potiti.

Nauale certamen tentatum.

* Vat. electū.

Moſæ fluminis amnem Rhenus Oceano affundit. Cauſa inſtruendæ claſſis, ſuper inſitam genti vanitatem, vt eo terrore commeatus Gallia aduentantes interciperent. Cerialis miraculo magis, quam metu, direxit claſſem: numero imparem, vſu remigum, gubernatorum arte, nauium magnitudine potiorem. Is flumine ſecundo, illi vento agebantur. Sic præuecti, tentato telorum iactu, dirimuntur. Ciuilis nihil vltra auſus, trans Rhenum conceſſit. Cerialis inſulam Batauorum hoſtiliter populatus, agros villaſque Ciuilis intactos, nota arte ducum ſinebat: cum interim flexu autumni, & crebris pluuialibus imbribus ſuperfuſus amnis, paluſtrem humilemque inſulam in faciem ſtagni oppleuit. nec claſſis, aut commeatus aderant: caſtraque in plano ſita, vi fluminis differebantur. Potuiſſe tunc opprimi legiones, & voluiſſe Germanos, ſed dolo a ſe flexos, imputauit Ciuilis. Neque abhorret vero, quando paucis poſt diebus deditio inſecuta eſt. Nam Cerialis, per occultos nuntios, Batauis pacem, Ciuili veniam oſtentans, Velledam propinquoſque monebat, fortunam belli tot cladibus aduerſam, opportuno erga Populum Rom. merito mutare. *Cæſos Treueros, receptos Vbios, ereptam Batauis patriam: neque aliud Ciuilis amicitia peractum, quam vulnera, fugas, luctus. exulem eum & extorrem, recipientibus oneri: & ſatis peccauiſſe, quod toties Rhenum tranſcenderint. ſi quid vltra moliantur, inde iniuriam & culpam, hinc vltionem & deos fore.* Miſcebantur minis promiſſa. Et concuſſa Tranſrhenanorum fide, inter Batauos quoque ſermones orti, *Non prorogandam vltra ruinam: nec poſſe ab vna natione totius orbis ſeruitium depelli. quid perfectum cæde & incendijs legionum, niſi vt plures validioreſque accirentur? Si Veſpaſiano bellum nauauerint, Veſpaſianum rerum potiri. ſin Pop. Rom. armis prouocent; quotam partem generis humani Batauos eſſe? reſpicerent Rhætos Noricoſque, & cæterorum onera ſociorum: ſibi non tributa, ſed* * *virtutes & viros indici. proximum id libertati: & ſi dominorum electio ſit; honeſtius Principes Romanorum, quam Germanorum fœminas tolerari.* Hæc vulgus. Proceres, *atrociore Ciuilis rabie ſemet in arma truſos: illum domeſticis malis, excidium gentis oppoſuiſſe. tunc infenſos Batauis deos, cum obſiderentur legiones, interficerentur legati, bellum vni neceſſarium, ferale ipſis ſumeretur. Ventum ad extrema, ni reſipiſcere incipiant & noxij capitu pœna pœnitentiam fateantur.* Non fefellit Ciuilem ea inclinatio, & præuenire ſtatuit. ſuper tædium malorum, etiam ſpe vitæ, quæ plerumque magnos animos infringit. Petito colloquio, ſcinditur * Nabaliæ fluminis pons. In cuius abrupta progreſſi duces, Ciuilis ita cœpit. *Si apud Vitellij legatum defenderer; neque facto meo venia, neque dictis fides debebatur. Cuncta inter nos inimica, hoſtilia, ab illo cœpta, a me aucta erant. Erga Veſpaſianum, vetus mihi obſeruantia: & cum priuatus eſſet, amici vocabamur. Hoc Primo Antonio notum, cuius epiſtolis ad bellum accitus ſum, ne Germanicæ legiones & Gallica iuuentus Alpes tranſcenderet. Quæ Antonius abſens, Flaccus præſens mouebat, arma in Germania moui, quæ Mucianus in Syria, Aponius in Mœſia,* * *Fabianus in Pannonia.* * *

Cerialis Batauiam inuat.

In qua periclitatur ab aquis.

Ad pacem Batauos inuitat.

Atque hi inclinant.

Ciuilem accuſaut.

Ille ad colloquium Cerialis venit.

* Rhe. conijcit, *iuuentutem & viros*, non male.

* Lego, Vahalis

* Lego, Flauianus

C. CORNELII TACITI
DE SITV, MORIBVS ET POPVLIS GERMANIÆ LIBELLVS.

GERMANIA omnis a Gallijs Rhætijſque & Pannonijs, Rheno & Danubio fluminibus; a Sarmatis Daciſque, mutuo metu aut montibus ſeparatur. Cætera Oceanus ambit, latos ſinus & inſularum immenſa ſpatia complectens, nuper cognitis quibuſdam gentibus, ac regibus, quos bellum aperuit. Rhenus Rhæticarum Alpium inacceſſo ac præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem verſus, Septentrionali Oceano miſcetur. Danubius molli & clementer edito montis Abnobæ iugo effuſus, plures populos adit, donec in Ponticum mare ſex meatibus erumpat. ſeptimum enim os paludibus hauritur. Ipſos Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarum gentium aduentibus & hoſpitijs mixtos: quia nec terra olim, ſed claſſibus aduehebantur qui mutare ſedes quærebant: & immenſus vltra, vtque ſic dixerim, aduerſus Oceanus raris ab orbe noſtro nauibus aditur. Quis porro præter periculum horridi & ignoti maris, Aſia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret? informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuque, niſi ſi patria ſit. Celebrant carminibus antiquis (quod vnum apud illos memoriæ & annalium genus eſt) Tuiſtonem deum terra editum & filium Mannum, originem gentis cōditoreſque. Manno tres filios aſſignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingæuones, medij Herminones, cæteri Iſtæuones vocentur. Quidam autem licentia vetuſtatis plures deo ortos, plureſque gentis appellationes, Marſos, Gambriuios, Sueuos, Vandalios affirmant: eaque vera & antiqua nomina. Cæterum Germaniæ vocabulum recens, & nuper * additum: quoniam qui primi Rhenum tranſgreſſi Gallos expulerint, nunc Tungri, nunc Germani vocati ſint. ita nationis nomen, non gentis eualuiſſe paulatim, vt omnes primum a victore ob metum, mox a ſeipſis inuento nomine Germani vocarentur. Fuiſſe apud eos & Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium. ituri in prœlia canunt. Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu quem Barditum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur. terrent enim, trepidantve, prout ſonuit acies. Nec tam vocis ille, quam virtutis concentus videtur. affectatur præcipue aſperitas ſoni, & fractum murmur obiectis ad os ſcutis, quo plenior & grauior vox repercuſſu intumeſcat. Cæterum & Vlixem quidam opinantur longo illo

*Lego, auditum:

&

& fabuloſo errore in hunc Oceanum delatum, adiſſe Germaniæ terras, Aſciburgiumque, quod in ripa Rheni ſitum hodieque incolitur, ab illo conſtitutum, nominatumque ἀσκιπύργιον. Aram quinetiam Vlixi conſecratam, adiecto Laertæ patris nomine, eodem loco olim repertam: monumentaque, & tumulos quoſdam Græcis litteris inſcriptos in confinio Germaniæ Rhætiæque adhuc extare. quæ neque confirmare argumentis, neque refellere in animo eſt: ex ingenio ſuo quiſque demat, vel addat fidem. Ipſe eorum opinionibus accedo, qui Germaniæ populos nullis[* alijs] aliarum nationum cõnubijs infectos, propriam & ſinceram & tantum ſui ſimilem gentem extitiſſe arbitrantur. Vnde habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valida. laboris atque operum non eadem patientia: minimeque ſitim æſtumque tolerare, frigora atque inediam cœlo ſolove aſſueuetunr. Terra & ſi aliquanto ſpecie differt, in vniuerſum tamen aut ſiluis horrida, aut paludibus fœda: humidior qua Gallias; ventoſior qua Noricum ac Pannoniam aſpicit: ſatis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fecunda, ſed * plerumque improcera. ne armentis quidem ſuus honor, aut gloria frontis. numero gaudent, eæque ſolæ & gratiſſimæ opes ſunt. Argentum & aurum propitij an irati dij negauerint, dubito. Nec tamen affirmauerim, nullam Germaniæ venam argentum aurumve gignere. quis enim ſcrutatus eſt? poſſeſſione & vſu haud perinde afficiuntur. Eſt videre apud illos argentea vaſa, legatis & principibus eorum muneri data, non in alia vilitate, quam quæ humo finguntur: quanquam proximi ob vſum commerciorum aurum & argentum in pretio habent, formaſque quaſdam noſtræ pecuniæ agnoſcunt, atque eligunt: interiores ſimplicius & antiquius permutatione mercium vtuntur. Pecuniam probant veterem & diu notam, Serratos, Bigatoſque. Argentum quoque magis quam aurum ſequuntur, nulla affectione animi, ſed quia numerus argenteorum faciliori vſui eſt promiſcua ac vilia mercantibus. Ne ferrum quidem ſupereſt, ſicut ex genere telorum colligitur. Rari gladijs, aut maioribus lanceis vtuntur. haſtas, vel ipſorum vocabulo frameas gerunt, anguſto & breui ferro, ſed ita acri & ad vſum habili, vt eodem telo, provt ratio poſcit, vel cominus vel eminus pugnent. & eques quidem ſcuto frameaque contentus eſt. pedites & miſſilia ſpargunt, pluraque ſinguli, atque in immenſum vibrant, nudi aut ſagulo leues. nulla cultus iactatio: ſcuta tantum lectiſſimis coloribus diſtinguunt. paucis loricæ: vix vni alterive caſſis, aut galea. Equi non forma, non velocitate conſpicui. ſed nec variare gyros in morem noſtrum docentur. In rectum aut vno flexu dextros agunt, ita coniuncto orbe, vt nemo poſterior ſit. In vniuerſum æſtimanti, plus penes peditem roboris: eoque mixti prœliantur, apta & congruente ad equeſtrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant. Definitur & numerus: centeni ex ſingulis pagis ſunt: idque ipſum inter ſuos vocantur. & quod primo numerus

* Redundat.

* pleraque

fuit, iam nomen & honor eſt. Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodo rurſus inſtes, conſilij quam formidinis arbitrantur. Corpora ſuorum etiam in dubijs prœlijs referunt. Scutum reliquiſſe præcipuum flagitium. nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire ignominioſo fas. multique ſuperſtites bellorum, infamiam laqueo finierunt. Reges ex nobilitate, duces ex virtute ſumunt. Nec regibus infinita aut libera poteſtas, & duces exemplo potius quam imperio, ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant admiratione præſunt. Cæterum neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem niſi ſacerdotibus permiſſum: non quaſi in pœnam nec ducis iuſſu, ſed velut deo imperante, quem adeſſe bellantibus credunt: effigieſque, & ſigna quædam detracta lucis in prœlium ferunt. Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum eſt, non caſus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, ſed familiæ & propinquitates. & in proximo pignora: vnde fœminarum vlulatus audiri, vnde vagitus infantium. hi cuique ſanctiſſimi teſtes, hi maximi laudatores. Ad matres, ad coniuges vulnera ferunt: nec illæ numerare, aut * exugere plagas pauent. Ciboſque & hortamina pugnantibus geſtant. Memoriæ proditur, quaſdam acies inclinatas iam & labantes a fœminis reſtitutas, conſtantia precum & obiectu pectorum, & monſtrata cominus captiuitate. quam longe impatientius fœminarum ſuarum nomine timent: adeo vt efficacius obligentur animi ciuitatum, quibus inter obſides puellæ quoque nobiles imperantur. Ineſſe quinetiam ſanctum aliquid, & prouidum putant: nec aut cõſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negligunt. Vidimus ſub Diuo Veſpaſiano Velledam, diu apud pleroſque numinis loco habitam. Sed & olim Auriniam, & complures alias venerati ſunt, non adulatione, nec tanquam facerent deas. Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus, humanis quoque hoſtijs litare fas habent. Herculem ac Martem conceſſis animalibus placant: pars Sueuorum & Iſidi ſacrificat. Vnde cauſa & origo peregrino ſacro, parum comperi, niſi quod ſignum ipſum in modum liburnæ figuratum, docet aduectam religionem. Cæterum nec cohibere parietibus deos, neque in vllam humani oris ſpeciem aſſimilare, ex magnitudine cœleſtium arbitrantur: lucos ac nemora conſecrant, deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reuerentia vident. Auſpicia, ſorteſque vt qui maxime obſeruant. Sortium conſuetudo ſimplex. virgam frugiferæ arbori deciſam, in ſurculos amputant, eoſque notis quibuſdam diſcretos ſuper candidam veſtem temere ac fortuito ſpargunt. mox ſi publice conſulatur, ſacerdos ciuitatis; ſin priuatim, ipſe paterfamiliæ precatus deos, cœlumque ſuſpiciens, ter ſingulos tollit, ſublatos ſecundum impreſſam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt; nulla de eadem re in eundem diem conſultatio. Sin permiſſum; auſpiciorum adhuc fides exigitur. & illud quidem etiam heic notum, auium voces, volatuſque interrogare. Proprium gentis, equorum quoque præſagia ac monitus experiri. publice aluntur ijſdem nemoribus ac lucis, candidi & nullo

* Fam, exugere

mortali

mortali opere contacti, quos preſſos ſacro curru ſacerdos ac rex vel princeps ciuitatis comitantur, hinnituſque ac fremitus obſeruãt. Nec vlli auſpicio maior fides non ſolum apud plebem, ſed apud proceres, apud ſacerdotes. Se enim miniſtros deorum, illos conſcios putant. Eſt & alia obſeruatio auſpiciorum, qua grauium bellorum euentus explorãt. Eius gentis cum qua bellum eſt, captiuum quoquo modo interceptum, cum electo popularium ſuorum, patrijs quemque armis committunt. victoria huius vel illius, pro præiudicio accipitur. De minoribus rebus principes conſultant, de maioribus omnes. ita tamen, vt ea quoque, quorum penes plebem arbitrium eſt, apud principes pertractentur. Coeunt, niſi quid fortuitum & ſubitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur luna aut impletur. nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium credunt. Nec dierum numerum vt nos, ſed noctium computant. Sic conſtituunt, ſic condicunt. nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium, quod non ſimul, nec iuſſi conueniunt, ſed & alter, & tertius dies cunctatione coeuntium abſumitur. Vt turbæ placuit, conſidunt armati. Silentium per ſacerdotes, quibus tum & coercendi ius eſt, imperatur. Mox rex vel princeps, provt ætas cuique, provt nobilitas, provt decus bellorum, provt facundia eſt, audiuntur, auctoritate ſuadendi magis quam iubendi poteſtate. Si diſplicuit ſententia, fremitu aſpernantur: ſin placuit, frameas concutiunt. Honoratiſſimum aſſenſus genus eſt, armis laudare. Licet apud concilium accuſare quoque, & diſcrimen capitis intendere. Diſtinctio pœnarum ex delicto. proditores & transfugas arboribus ſuſpendunt. ignauos, & imbelles & * corpore infames, cœno ac palude, iniecta inſuper crate, mergunt. Diuerſitas ſupplicij illuc reſpicit, tanquam ſcelera oſtendi oporteat dum puniuntur, flagitia abſcondi. Sed & leuioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero conuicti multantur. pars multæ regi vel ciuitati, pars ipſi qui vindicatur vel propinquis eius exoluitur. Eliguntur in ijſdem concilijs & principes, qui iura per pagos vicoſque reddunt. Centeni ſingulis ex plebe comites, conſilium ſimul & auctoritas, adſunt. Nihil autem neque publicæ neque priuatæ rei, niſi armati agunt. Sed arma ſumere non ante cuiquam moris, quam ciuitas ſuffecturum probauerit. Tum in ipſo concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus ſcuto frameaque iuuenem ornant. hæc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos: ante hoc domus pars videntur, mox reipublicæ. Inſignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant. Cæteris robuſtioribus ac iampridem probatis aggregantur. nec rubor inter comites aſpici. Gradus quinetiam & ipſe comitatus habet, iudicio eius quem ſectantur. Magnaque & comitum æmulatio, quibus primus apud principem ſuum locus: & principum, cui plurimi & acerrimi comites. Hæc dignitas, hæ vires, magno ſemper electorum iuuenum globo circumdari, in pace decus, in bello præſidium. Nec ſolum in ſua gente cuique, ſed apud finitimas quoque ciuitates id nomen, ea gloria eſt,

* torpore

ſi numero ac virtute comitatus emineat. expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipſa plerumque fama bella profligant. Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci; turpe comitatui, virtutem principis non adæquare. Iam vero infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ eius aſſignare, præcipuum ſacramentum eſt. Principes pro victoria pugnant; comites pro principe. Si ciuitas, in qua orti ſunt, longa pace & otio torpeat; plerique nobilium adoleſcentium petunt vltro eas nationes, quæ tum bellum aliquod gerunt. quia & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clareſcunt, magnumque comitatum non niſi vi belloque tueantur. exigunt enim principis ſui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. Nam epulæ, & quanquam incompti largi tamen apparatus, pro ſtipendio cedunt. Materia munificentiæ per bella, & raptus. Nec arare terram, aut expectare annum, tam facile perſuaſeris, quam vocare hoſtes & vulnera mereri. pigrum quinimmo & iners videtur ſudore acquirere, quod poſſis ſanguine parare. Quotiens bella non ineunt, [* non] multum venatibus, plus per otium tranſigunt, dediti ſomno, ciboque. Fortiſſimus quiſque ac bellicoſiſſimus nihil agens, delegata domus & penatium & agrorum cura fœminis ſenibuſque, & infirmiſſimo cuique ex familia. Ipſi hebent: mira diuerſitate naturæ, cum ijdem homines ſic ament inertiam, & oderint quietem. Mos eſt ciuitatibus vltro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, * quod pro honore acceptum, etiam neceſſitatibus ſubuenit. Gaudent præcipue finitimarum gentium donis, quæ non modo a ſingulis, ſed publice mittuntur: electi equi, magna arma, phaleræ, torqueſque. Iam & pecuniam accipere docuimus. Nullas Germanorum populis vrbes habitari, ſatis notum eſt; ne pati quidem inter ſe iunctas ſedes. Colunt diſcreti ac diuerſi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. Vicos locant, non in noſtrum morem, connexis & cohærentibus ædificijs: ſuam quiſque domum ſpatio circumdat, ſiue aduerſus caſus ignis remedium, ſiue inſcitia ædificandi. Ne cæmentorum quidem apud illos aut tegularum vſus. Materia ad omnia vtuntur informi, & citra ſpeciem aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt terra ita pura ac ſplendente, vt picturam ac lineamenta colorum imitetur. Solent & ſubterraneos ſpecus aperire, eoſque multo inſuper fimo onerant, ſuffugium hiemi & receptaculum frugibus: quia rigorem frigorum eiuſmodi locis molliunt: & ſi quando hoſtis aduenit, aperta populatur; abdita autem & defoſſa, aut ignorantur, aut eo ipſo fallunt, quod quærenda ſunt. Tegumen omnibus ſagum, fibula; aut, ſi deſit, ſpina conſertum. Cætera intecti, totos dies iuxta focum atque ignem agunt. Locupletiſſimi veſte diſtinguuntur, non fluitante, ſicut Sarmatæ ac Parthi, ſed ſtricta & ſingulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, vlteriores exquiſitius, vt quibus nullus per commercia cultus. Eligunt

* Deleo negationem, quæ male repetita.

feras,

feras, & detracta velamina ſpargunt maculis, pellibuſque belluarum, quas exterior Oceanus, atque ignotum mare gignit. Nec alius fœminis quam viris habitus, niſi quod fœminæ ſæpius lineis amictibus velantur, eoſque purpura variant, partemque veſtitus ſuperioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos. ſed & proxima pars pectoris patet. Quanquam ſeuera illic matrimonia. Nec vllam morum partem magis laudaueris. nam prope ſoli barbarorum ſingulis vxoribus contenti ſunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, ſed ob nobilitatem plurimis nuptijs ambiuntur. Dotem non vxor marito, ſed vxori maritus offert. Interſunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quæſita, nec quibus noua nupta comatur, ſed boues & frenatum equum, & ſcutum cum framea, gladioque. In hæc munera vxor accipitur: atque inuicem ipſa armorum aliquid viro affert. hoc maximum vinculum, hæc arcana ſacra, hos coniugales deos arbitrantur. Ne ſe mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum caſus putet, ipſis incipientis matrimonij auſpicijs admonetur, venire ſe laborum periculorumque ſociam, idem in pace, idem in prœlio paſſuram auſuramque. hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic viuendum, ſic pereundum. accipere ſe quæ liberis inuiolata, ac digna reddat, quæ nurus accipiant, rurſuſque ad nepotes referant. Ergo ſepta pudicitia agunt, nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conuiuiorum iritationibus corruptæ. Litterarum ſecreta viri pariter ac fœminæ ignorant. Pauciſſima in tam numeroſa gente adulteria, quorum pœna præſens, & maritis permiſſa. Acciſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. publicatæ enim pudicitiæ nulla venia. non forma, non ætate, non opibus maritum inuenerit. Nemo enim illic vitia ridet: nec corrumpere & corrumpi, ſæculum vocatur. Melius quidem adhuc eæ ciuitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum ſpe votoque vxoris ſemel tranſigitur. Sic vnum accipiunt maritum quo modo vnum corpus, vnamque vitam; ne vlla cogitatio vltra, ne longior cupiditas, ne tanquam meritum, ſed tanquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habetur. pluſque ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges. In omni domo nudi ac ſordidi, in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excreſcunt. Sua quemque mater vberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum ac ſeruum nullis educationis delicijs dignoſcas. Inter eadem pecora, in eadem humo degunt; donec ætas ſeparet ingenuos, virtus agnoſcat. Sera iuuenum Venus, eoque inexhauſta pubertas. nec virgines feſtinantur. eadem iuuenta, ſimilis proceritas. pares validique miſcentur. ac robora parentum liberi referunt. Sororum filijs idem apud auunculum, qui apud patrem honor. Quidam ſanctiorem arctioremque hunc nexum ſanguinis arbitrantur, & in accipiendis obſidibus magis exigunt, tanquam ij & animum firmius & domum latius teneant. Heredes tamen

ſucceſſoreſque ſui cuique liberi : & nullum teſtamentum. Si liberi non ſunt ; proximus gradus in poſſeſſione, fratres, patrui, auunculi. Quanto plus propinquorum, quo maior affinium numerus, tanto gratioſior ſenectus. nec vlla orbitatis pretia. Suſcipere tam inimicitias ſeu patris ſeu propinqui, quam amicitias neceſſe eſt. Nec implacabiles durant. luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem vniuerſa domus, vtiliter in publicum, quia periculoſiores ſunt inimicitiæ iuxta libertatem. Conuictibus & hoſpitijs non alia gens effuſius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur. pro fortuna quiſque apparatis epulis excipit. Cum defecerit, qui modo hoſpes fuerat, monſtrator hoſpitij & comes, proximam domum non inuitati adeunt. nec intereſt. pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumque, quantum ad ius hoſpitij, nemo diſcernit. Abeunti, ſi quid popoſceris, concedere moris. & poſcendi inuicem eadem facilitas. Gaudent muneribus. ſed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Victus inter hoſpites comis. Statim e ſomno, quem plerumque in diem extrahunt, lauantur, ſæpius calida, vt apud quos plurimum hiems occupat. Lauti, cibum capiunt. ſeparatæ ſingulis ſedes, & ſua cuique menſa. Tum ad negotia, nec minus ſæpe ad conuiuia procedunt armati. Diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebræ vt inter vinolentos rixæ, raro conuicijs, ſæpius cæde & vulneribus tranſiguntur. Sed & de reconciliandis inuicem inimicis, & iungendis affinitatibus, & adſciſcendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conuiuijs conſultant : tanquam nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat. Gens non aſtuta nec callida, aperit adhuc ſecreta pectoris, licentia loci. Ergo detecta & nuda omnium mens, poſtera die retractatur : & * ſalua vtriuſque temporis ratio eſt. Deliberant, dum fingere neſciunt : conſtituunt, dum errare non poſſunt. Potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam ſimilitudinem vini corruptus. Proximi ripæ, & vinum mercantur. Cibi ſimplices, agreſtia poma, recens fera, aut lac concretum. Sine apparatu, ſine blandimentis expellunt famem. aduerſus ſitim, non eadem temperantia. Si indulſeris ebrietati, ſuggerendo quantum concupiſcunt; haud minus facile vitijs, quam armis vincentur. Genus ſpectaculorum vnum atque in omni cœtu idem. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum eſt, inter gladios ſe atque infeſtas frameas ſaltu iaciunt. Exercitatio artem parauit, ars decorem. non in quæſtum tamen aut mercedem. quamuis audacis laſciuiæ pretium eſt, voluptas ſpectantium. Aleam (quod mirere) ſobrij inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, vt cum omnia defecerunt, extremo ac nouiſſimo iactu de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam ſeruitutem adit. Quamuis iunior, quamuis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur. Ea eſt in re praua peruicacia: ipſi fidem vocant. Seruos conditionis huius per commercia tradunt, vt ſe quoque pudore victoriæ exoluant. Cæteris ſeruis, non in

*Puto leg. & ſua

noſtrum morem deſcriptis per familiam miniſterijs, vtuntur. Suam quiſque ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, vt colono iniungit: & ſeruus hactenus paret. Cætera domus officia, vxor ac liberi exequuntur. Verberare ſeruum, ac vinculis & opere coercere, rarum. Occidere ſolent, non diſciplina & ſeueritate, ſed impetu & ira, vt inimicum, niſi quod impune. Liberti non multum ſupra ſeruos ſunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate, exceptis dumtaxat ijs gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & ſuper ingenuos & ſuper nobiles aſcendunt. Apud cæteros, impares libertini libertatis argumentum ſunt. Fenus agitare & in vſuras extendere, ignotum: ideoque magis ſeruatur, quam ſi vetitum eſſet. Agri pro numero cultorum ab vniuerſis per vices occupantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiuntur. facilitatem partiendi, camporum ſpatia præſtant. Arua per annos mutant, & ſupereſt ager. nec enim cum vbertate & amplitudine ſoli labore contendunt, vt pomaria conſerant, & prata ſepiant, & hortos rigent. ſola terræ ſeges imperatur. Vnde annum quoque ipſum non in totidem digerunt ſpecies. Hiems & ver & æſtas intellectum ac vocabula habent: autumni perinde nomen ac bona ignorantur. Funerum nulla ambitio. Id ſolum obſeruatur, vt corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi, nec veſtibus, nec odoribus cumulant. ſua cuique arma, quorundam igni & equus adijcitur. Sepulcrum ceſpes erigit. Monumentorum arduum & operoſum honorem, vt grauem defunctis, aſpernantur. Lamenta ac lacrymas cito, dolorem & triſtitiam tarde ponunt. Fœminis lugere honeſtum eſt; viris meminiſſe. Hæc in commune, de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. Nunc ſingularum gentium inſtituta, rituſque quatenus differant: quæ nationes e Germania in Gallias commigrauerint, expediam. Validiores olim Gallorum res fuiſſe ſummus auctorum Diuus Iulius tradit. eoque credibile eſt, etiam Gallos in Germaniam tranſgreſſos. Quantulum enim amnis obſtabat, quo minus, vt quæque gens eualuerat, occuparet permutaretque ſedes promiſcuas adhuc, & nulla regnorum potentia diuiſas? Igitur inter Hercyniam ſiluam, Rhenumque & Mœnum amnes, Heluetij; vlteriora Boij, Gallica vtraque gens, tenuere. Manet adhuc Boiemi nomen, ſignificatque loci veterem memoriam, quamuis mutatis cultoribus. Sed vtrum Arauiſci in Pannoniam ab Oſis Germanorum natione, an Oſi ab Arauiſcis in Germaniam commigrauerint, cum eodem adhuc ſermone, inſtitutis, moribus vtantur, incertum eſt: quia pari olim inopia ac libertate, eadem vtriuſque ripæ bona malaque erant. Treueri & Neruij circa affectationem Germaniæ originis vltro ambitioſi ſunt, tanquam per hanc gloriam ſanguinis, a ſimilitudine & inertia Gallorum ſeparentur. Ipſam Rheni ripam haud dubie Germanorũ populi colunt, Vangiones, Treboci, Nemetes. Vbij quidem, quanquã Romana colonia eſſe meruerint, ac libentius Agrippinenſes conditoris ſui nomine vocentur, origine * erubeſcunt, tranſgreſſi olim, &

* Videtur immittenda vox, nõ erubeſcũt,

experimento fidei ſuper ipſam Rheni ripam collocati, vt arcerent non vt cuſtodirentur. Omnium harum gentium virtute præcipui Bataui, non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani imperij fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. nam nec tributis * contemnuntur, nec publicanus atterit: exempti oneribus & collationibus, & tantum in vſum prœliorum ſepoſiti. Velut tela atque arma, bellis reſeruantur. Eſt in eodem obſequio & Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo Populi Romani vltra Rhenum, vltraque veteres terminos imperij reuerentiam. Ita ſede finibuſque in ſua ripa, mente animoque nobiſcum agunt, cætera ſimiles Batauis, niſi quod ipſo adhuc terræ ſuæ ſolo & cœlo acrius animantur. Non numerauerim inter Germaniæ populos, quanquam trans Rhenum Danubiumque conſederint, eos qui Decumates agros exercent. Leuiſſimus quiſque Gallorum, & inopia audax, dubiæ poſſeſſionis ſolum occupauere. Mox limite * acto promotiſque præſidijs, ſinus imperij, & pars prouinciæ habentur. Vltra hos Catti initium ſedis ab Hercynio ſaltu inchoant, non ita effuſis ac paluſtribus locis, vt cæteræ ciuitates, in quas Germania pateſcit. durant ſiquidem colles, paulatimque rareſcunt: & Cattos ſuos ſaltus Hercynius proſequitur ſimul atque deponit. Duriora genti corpora, ſtricti artus, minax vultus, & maior animi vigor. Multum (vt inter Germanos) rationis ac ſolertiæ: præponere electos, audire præpoſitos, noſſe ordines, intelligere occaſiones, differre impetus, diſponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare: quodque rariſſimum, nec niſi ratione diſciplinæ conceſſum, plus reponere in duce quam in exercitu. omne robur in pedite, quem ſuper arma ferramentis quoque & copijs onerant. Alios ad prælium ire videas, Cattos ad bellum. rari excurſus & fortuita pugna. Equeſtrium ſane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere. Velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior conſtantiæ eſt. Et alijs Germanorum populis vſurpatum, rara & priuata cuiuſque audentia, apud Cattos in conſenſum vertit, vt primum adoleuerint crinem barbamque ſummittere, nec niſi hoſte cæſo exuere votiuum obligatumque virtuti, oris habitum. Super ſanguinem & ſpolia, reuelant frontem, ſeque tum demum pretia naſcendi rettuliſſe, dignoſque patria ac parentibus ferunt. Ignauis & imbellibus manet ſqualor. Fortiſſimus quiſque ferreum inſuper annulum (ignominioſum id genti) velut vinculum geſtat, donec ſe cæde hoſtis abſoluat. Plurimis Cattorum hic placet habitus: iamque canent inſignes & hoſtibus ſimul, ſuiſque monſtrati. omnium penes hos initia pugnarum. hæc prima ſemper acies, viſu noua. Nam in pace quidem vultu mitiore manſueſcunt. Nulli domus, aut ager, aut aliqua cura, prout ad quemque venere aluntur, prodigi alieni, contemptores ſui, donec exſanguis ſenectus tam duræ virtuti impares faciat. Proximi Cattis certum iam alueo Rhenum, quique terminus eſſe ſufficiat,

Vſipij

* *Scribo*, contunduntur, *aut*, continentur,

* *Leg.* aucto

Vſipij ac Tencteri colunt. Tencteri ſuper ſolitum bellorum decus, equeſtris diſciplinæ arte præcellunt. Nec maior apud Cattos peditum laus, quam Tencteris equitum. Sic inſtituere maiores, poſteri imitantur. Hi luſus infantium, hæc iuuenum æmulatio; perſeuerant ſenes. inter familiam, & penates, & iura ſucceſſionum, equi traduntur. excipit filius, non vt cætera maximus natu, ſed provt ferox bello & melior. Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamauos & Angriuarios immigraſſe narratur, pulſis Bructeris ac penitus exciſis, vicinarum conſenſu nationum, ſeu ſuperbiæ odio, ſeu prædæ dulcedine, ſeu fauore quodam erga nos deorum. nam ne ſpectaculo quidem prœlij inuidere. ſuper LX. millia non armis teliſque Romanis, ſed, quod magnificentius eſt, oblectationi oculiſque ceciderunt. Maneat quæſo, duretque gentibus, ſi non amor noſtri, at certe odium ſui: quando vrgentibus imperij fatis nihil iam præſtare fortuna maius poteſt, quam hoſtium diſcordiam. Angriuarios & Chamauos a tergo Dulgibini, & Chaſuari cludunt, aliæque gentes haud perinde memoratæ. a fronte Friſij excipiunt. Maioribus minoribuſque Friſijs vocabulum eſt, ex modo virium; vtræque nationes vſque ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntque immenſos inſuper lacus, & Romanis claſſibus nauigatos. Ipſum quinetiam Oceanum illa tentauimus. & ſupereſſe adhuc Herculis columnas fama vulgauit: ſiue adijt Hercules, ſeu quidquid vbique magnificum eſt, in claritatem eius referre conſenſimus. Nec defuit audentia Druſo Germanico, ſed obſtitit Oceanus in ſe ſimul atque in Herculem inquiri. Mox nemo tentauit: ſanctiuſque ac reuerentius viſum, de actis deorum credere, quam ſcire. Hactenus in Occidentem, Germaniam nouimus. In Septemtrionem, ingenti flexu redit. Ac primo ſtatim Chaucorum gens, quanquam incipiat a Friſijs, ac partem littoris occupet, omnium quas expoſui gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos vſque ſinuetur. tam immenſum terrarum ſpatium non tenent tantum Chauci, ſed & implent: populus inter Germanos nobiliſſimus, quique magnitudinem ſuam malit iuſtitia tueri. ſine cupiditate, ſine impotentia, quieti ſecretique, nulla prouocant bella, nullis raptibus aut latrocinijs populantur. Idque præcipuum virtutis ac virium argumentum eſt, quod vt ſuperiores agant, non per iniurias aſſequuntur. Prompta tamen omnibus arma. ac ſi res poſcat exercitus, plurimum virorum equorumque. & quieſcentibus eadem fama. In latere Chaucorum, Cattorumque, Cheruſci nimiam ac marcentem diu pacem illaceſſiti nutrierunt. idque iocundius, quam tutius fuit. quia inter impotentes & validos falſo quieſcas: vbi manu agitur, modeſtia ac probitas nomina ſuperioris ſunt. Ita qui olim boni æquique Cheruſci, nunc inertes ac ſtulti vocantur: Cattis victoribus fortuna in ſapientiam ceſſit. Tracti ruina Cheruſcorum & Foſi contermina gens, aduerſarum rerum ex æquo ſocij, cum in ſecundis minores fuiſſent. Eundem Germaniæ ſinum proximi Oceano Cimbri tenent, parua nunc ciuitas,

ſed gloria ingens. veteriſque famæ late veſtigia manent vtraque ripa caſtra, ac ſpatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manuſque gentis, & tam magni exercitus fidem. Sexcenteſimum & quadrageſimum annum vrbs noſtra agebat, cum primum Cimbrorum audita ſunt arma, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coss. Ex quo ſi ad alterum Imperatoris Traiani conſulatum computemus, ducenti ferme & decem anni colliguntur. tamdiu Germania vincitur. Medio tam longi æuo ſpatio, multa inuicem damna. non Samnis, non Pœni, non Hiſpaniæ, Galliæve; ne Parthi quidem ſæpius admonuere. quippe regno Arſacis acrior eſt Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis quam cædem Craſſi, amiſſo & ipſe Pacoro, infra Ventidium deiectus Oriens obiecerit? At Germani Carbone & Caſſio, & Scauro Aurelio, & Seruilio Cepione, M. quoque Manlio fuſis vel captis, quinque ſimul conſulares exercitus Populo Romano, Varum treſque cum eo legiones etiam Cæſari abſtulerunt. nec impune C. Marius in Italia, Diuus Iulius in Gallia, Druſus ac Nero & Germanicus in ſuis eos ſedibus perculerunt. Mox ingentes C. Cæſaris minæ in ludibrium verſæ. Inde otium, donec occaſione diſcordiæ noſtræ & ciuilium armorum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias affectauere: ac rurſus pulſi inde, proximis temporibus triumphati magis quam victi ſunt. Nunc de Sueuis dicendum eſt, quorum non vna vt Cattorum Tencterorumve gens: maiorem enim Germaniæ partem obtinent, proprijs adhuc nationibus nominibuſque diſcreti, quanquam in commune Sueui vocentur. Inſigne gentis, obliquare crinem, nodoque ſubſtringere. Sic Sueui a cæteris Germanis: ſic Sueuorum ingenui a ſeruis ſeparantur. Sic in alijs gentibus ſeu cognatione aliqua Sueuorum, ſeu (quod ſæpe accidit) imitatione, rarum & intra iuuentæ ſpatium: apud Sueuos vſque ad canitiem horrentem capillum retro ſequuntur, ac ſæpe in ipſo ſolo vertice religant. principes & ornatiorem habent. Ea cura formæ, ſed innoxiæ. Neque enim vt ament amenturve; in altitudinem quandam & terrorem adituri bella compti, vt hoſtium oculis, ornantur. Vetuſtiſſimos ſe nobiliſſimoſque Sueuorum Semnones memorant. Fides antiquitatis, religione firmatur. Stato tempore in ſiluam augurijs patrum & priſca formidine ſacram, omnes eiuſdem ſanguinis populi legationibus coeunt, cæſoque publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia. Eſt & alia luco reuerentia. Nemo niſi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, & poteſtatem numinis præ ſe ferens, ſi forte prolapſus eſt, attolli & inſurgere haud licitum. per humum euoluuntur. eoque omnis ſuperſtitio reſpicit, tanquam inde initia gentis, ibi regnator omnium deus, cætera ſubiecta atque parentia. Adijcit auctoritatem fortuna Semnonum. centum pagis habitatur: magnoque corpore efficitur, vt ſe Sueuorum caput credant. Contra Langobardos paucitas nobilitat, quod plurimis ac valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium, ſed prœlijs & periclitando tuti ſunt. Reudigni deinde & Auiones, & Angli, & Varini, & Eudoſes,

doſes, & Suardones, & Nuithones fluminibus aut ſiluis muniuntur. nec quidquam notabile in ſingulis, niſi quod in commune Herthum, id eſt, Terram matrem colunt, eamque interuenire rebus hominum, inuehi populis arbitrantur. Eſt in inſula Oceani Caſtum nemus. dicatum in eo vehiculum veſte contectum, attingere vni ſacerdoti conceſſum. Is adeſſe penetrali deam intelligit, vectamque bubus fœminis multa cum veneratione proſequitur. Læti tunc dies, feſta loca, quæcunque aduentu hoſpitioque dignatur. Non bella ineunt, non arma ſumunt, clauſum omne ferrum. pax & quies tunc tantum nota, tunc tantum amata, donec idem ſacerdos ſatiatam conuerſatione mortalium deam templo reddat. mox vehiculum & veſtes, & ſi credere velis, numen ipſum ſecreto lacu abluitur. Serui miniſtrant, quos ſtatim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, ſanctaque ignorantia, quid ſit illud quod tantum perituri vident. Et hæc quidem pars Sueuorum in ſecretiora Germaniæ porrigitur. Propior (vt quo modo paulo ante Rhenum, ſic nunc Danubium ſequar) Hermundurorum ciuitas, fida Romanis, eoque ſolis Germanorum non in ripa commercium, ſed penitus, atque in ſplendidiſſima Rhætiæ prouinciæ colonia. paſſim ſine cuſtode tranſeunt, & cum cæteris gentibus arma modo caſtraque noſtra oſtendamus, his domos, villaſque patefecimus, non concupiſcentibus. In Hermunduris Albis oritur flumen inclitum & notum olim: nunc tantum auditur. Iuxta Hermunduros Nariſci, ac deinde Marcomani & Quadi agunt. Præcipua Marcomanorum gloria vireſque, atque ipſa etiam ſedes pulſis olim Boijs virtute parta. Nec Nariſci Quadive degenerant. Eaque Germaniæ velut frons eſt, quatenus Danubio prætexitur. Marcomanis, Quadiſve vſque ad noſtram memoriam reges manſerunt, ex gente ipſorum. nobile Marobodui & Tudri genus. iam & externos patiuntur. Sed vis & potentia regibus, ex auctoritate Romana. raro armis noſtris, ſæpius pecunia iuuantur. Nec minus valent retro Marſigni, Gothini, Oſi, Burij: terga Marcomanorum, Quadorumque claudunt. e quibus Marſigni, & Burhij ſermone cultuque Sueuos referunt. Gothinos Gallica, Oſos Pannonica lingua coarguit non eſſe Germanos: & quod tributa patiuntur. partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi vt alienigenis imponunt: Gothini, quo magis pudeat, & ferrum effodiunt. omneſque hi populi pauca campeſtrium, cæterum ſaltus & vertices montium iugumque inſederunt. Dirimit enim ſcinditque Sueuiam continuum montium iugum, vltra quod plurimæ gentes agunt. ex quibus latiſſime patet Lygiorum nomen in plures ciuitates diffuſum. Valentiſſimas nominaſſe ſufficiet, Arios, Helueconas, Manimos, Elyſios, Naharualos. Apud Naharualos antiquæ religionis lucus oſtenditur. Præſidet ſacerdos muliebri ornatu, ſed deos interpretatione Romani Caſtorem Pollucemque memorant. Eius numinis nomen Alcis. nulla ſimulacra, nullum peregrinæ ſuperſtitionis veſtigium. vt fratres tamen, vt iuuenes venerantur. Cæterum Arij ſuper vires,

quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt, truces, inſitæ feritati arte ac tempore lenocinantur. nigra ſcuta, tincta corpora, atras ad prœlia noctes legunt: ipſaque formidine atque vmbra feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hoſtium ſuſtinente nouum ac velut infernum aſpectum. nam primi in omnibus prœlijs oculi vincuntur. Trans Lygios Gothones regnantur, paulo iam addictius quam cæteræ Germanorum gentes, nondum tamen ſupra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugij, & Lemouij: omniumque harum gentium inſigne, rotunda ſcuta, breues gladij, & erga reges obſequium. Suionum hinc ciuitates, ipſo in Oceano, præter viros armaque claſſibus valent. forma nauium eo differt, quod vtrimque prora paratam ſemper appulſui frontem agit: nec velis * miniſtrantur, nec remos in ordinem lateribus adiungunt. Solutum vt in quibuſdam fluminum, & mutabile vt res poſcit, hinc vel illinc remigium. Eſt apud illos & opibus honos. eoque vnus imperitat, nullis iam exceptionibus, non precario iure parendi. nec arma vt apud cæteros Germanos in promiſcuo, ſed clauſa ſub cuſtode & quidem ſeruo: quia ſubitos hoſtium incurſus prohibet Oceanus. otioſa porro armatorum manus facile laſciuiunt. enimvero neque nobilem, neque ingenuum, ne libertinum quidem armis præponere regia vtilitas eſt. Trans Suionas aliud mare, pigrum, ac prope immotum, quo cingi cludique terrarum orbem hinc fides: quod extremus cadentis iam ſolis fulgor in ortus edurat, adeo clarus, vt ſidera hebetet. Sonum inſuper * emergentis audiri, formaſque deorum, & radios capitis aſpici perſuaſio adijcit. Illuc vſque (& fama vera) tantum natura. Ergo iam dextro Sueuici maris littore Æſtyorum gentes alluuntur: quibus ritus habituſque Sueuorum, lingua Britannicæ propior. Matrem deum venerantur. inſigne ſuperſtitionis, formas Aprorum geſtant. Id pro armis * omniumque tutela, ſecurum deæ cultorem etiam inter hoſtes præſtat. Rarus ferri, frequens fuſtium vſus. Frumenta cæteroſque fructus patientius quam pro ſolita Germanorum inertia laborant. Sed & mare ſcrutantur. ac ſoli omnium ſuccinum, quod ipſi Gleſum vocant, inter vada atque in ipſo littore legunt. Nec quæ natura quæve ratio gignat, vt Barbaris, quæſitum compertumve. diu quinetiam inter cætera eiectamenta maris iacebat, donec luxuria noſtra dedit nomen. ipſis in nullo vſu, rude legitur: informe perfertur, pretiumque mirantes accipiunt. Succum tamen arborum eſſe intelligas: quia terrena quædam atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quæ implicata humore, mox dureſcente materia, cluduntur. Fœcundiora igitur nemora lucoſque, ſicut Orientis ſecretis, vbi thura balſamaque ſudantur, ita Occidentis inſulis terriſque ineſſe crediderim, quæ vicini Solis radijs expreſſa atque liquentia in proximum mare labuntur, ac vi tempeſtatum in aduerſa littora exundant. Si naturam ſuccini admoto igne tentes; in modum tedæ accenditur. alitque flammam pinguem & olentem: mox vt in picem reſinamve lenteſcit. Suionibus Sitonum gentes continuantur.

*Scribo, miniſtrant,

*Lego, ſe mergentis

* omnique malo.

tinuantur. Cætera ſimiles, vno differunt, quod fœmina dominatur: in tantum non modo a libertate, ſed etiam a ſeruitute degenerant. heic Sueuiæ finis. Peucinorum, Venedorumque, & Fennorum, nationes Germanis an Sarmatis aſcribam dubito: quanquam Peucini, quos quidam Baſtarnas vocant, ſermone, cultu, ſede, ac domicilijs, vt Germani agunt. ſordes omnium ac torpor. procerum connubijs mixtis, nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur. Venedi multum ex moribus traxerunt. Nam quidquid inter Peucinos Fennoſque ſiluarum ac montium erigitur, latrocinijs pererrant. hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia & domos figunt, & ſcuta geſtant, & pedum vſu ac pernicitate gaudent. quæ omnia diuerſa Sarmatis ſunt, in plauſtro equoque viuentibus. Fennis mira feritas, fœda paupertas. non arma, non equi, non penates: victui herba, veſtitui pelles, cubile humus. ſola in ſagittis ſpes, quas inopia ferri oſſibus aſperant. Idemque venatus viros pariter ac fœminas alit. Paſſim enim comitantur, partemque prædæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque ſuffugium, quam vt in aliquo ramorum nexu contegantur. huc redeunt iuuenes, hoc ſenum receptaculum. Id beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus, ſuas alienaſque fortunas ſpe metuque verſare. Securi aduerſus homines, ſecuri aduerſus homines, ſecuri aduerſus deos, rem difficillimam aſſecuti ſunt, vt illis ne voto quidem opus ſit. Cætera iam fabuloſa: Helluſios & Oxionas ora hominum vultuſque, corpora atque artus ferarum gerere. quod ego vt incompertum, in medium relinquam.

FINIS.

IVLII AGRICOLÆ VITA, SCRIPTORE CORNELIO TACITO.

CLARORVM virorum facta moreſque poſteris tradere antiquitus vſitatum, ne noſtris quidem temporibus quanquam incurioſa ſuorum ætas omiſit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac ſupergreſſa eſt vitium paruis magniſque ciuitatibus commune, ignorantiam recti & inuidiam. Sed apud priores vt agere memoratu digna pronum, magiſque in aperto erat: ita celeberrimus quiſque ingenio, ad prodendam virtutis memoriam ſine gratia aut ambitione, bonæ tantum conſcientiæ pretio ducebatur. Ac plerique ſuam ipſi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati ſunt. nec id Rutilio & Scauro citra fidem, aut obtrectationi fuit. adeo virtutes iiſdem temporibus optime æſtimantur, quibus facillime gignuntur. At mihi nunc narraturo vitam defuncti hominis, venia opus fuit. quam non petiſſem, * ni incurſaturus tam ſæua & infeſta virtutibus tempora. Legimus cum Aruleno Ruſtico Pætus Thraſea, Herennio Senecioni Priſcus Heluidius laudati eſſent, capitale fuiſſe: neque in ipſos modo auctores, ſed in libros quoque eorum ſæuitum, delegato triumuiris miniſterio, vt monumenta clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. Scilicet illo igne vocem Pop. Rom. & libertatem Senatus, & conſcientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulſis inſuper ſapientiæ profeſſoribus, atque omni bona arte in exilium acta, ne quid vſquam honeſtum occurreret. Dedimus profecto grande patientiæ documentum, & ſicut vetus ætas vidit, quid vltimum in libertate eſſet, ita nos quid in ſeruitute, adempto per inquiſitiones & loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipſam cum voce perdidiſſemus, ſi tam in noſtra poteſtate eſſet obliuiſci quam tacere. Nunc demum redit animus, & quanquam primo ſtatim beatiſſimi ſæculi ortu Nerua Cæſar res olim diſſociabiles miſcuerit, principatum ac libertatem, augeatque cottidie facilitatem imperij Nerua Traianus; nec ſpem modo ac votum Securitas publica, ſed ipſius voti fiduciam, ac robur aſſumpſerit: natura tamen infirmitatis humanæ, tardiora ſunt remedia quam mala. & vt corpora lente augeſcunt, cito extinguuntur; ſic ingenia ſtudiaque oppreſſeris facilius, quam reuocaueris. Subit quippe etiam ipſius inertiæ dulcedo: & inuiſa primo deſidia, poſtremo amatur. Quid ſi per quindecim

annos, grande mortalis æui ſpatium, multi fortuitis caſibus, promptiſſimus quiſque ſæuitia Principis interciderunt? Pauci, &, vt ita dixerim, non modo aliorum ſed etiam noſtri ſuperſtites ſumus, exemptis e media vita tot annis, quibus iuuenes ad ſenectutem, ſenes prope ad ipſos exactæ ætatis terminos per ſilentium venimus. non tamen pigebit vel incondita ac rudi voce memoriam prioris ſeruitutis, ac teſtimonium præſentium bonorum compoſuiſſe. Hic interim liber honori Agricolæ ſoceri mei deſtinatus, profeſſione pietatis, aut laudatus erit, aut excuſatus.

CNEVS Iulius Agricola vetere & illuſtri Foroiulienſium colonia ortus, vtrumque auum procuratorem Cæſarum habuit: quæ equeſtris nobilitas eſt. pater Iulius Græcinus ſenatorij ordinis, ſtudio eloquentiæ ſapientiæque notus, iiſque virtutibus iram Caij Cæſaris meritus. Namque Marcum Silanum accuſare iuſſus, & quia abnuerat, interfectus eſt. Mater Iulia Procilla fuit, raræ caſtitatis. in huius ſinu indulgentiaque educatus, per omnem honeſtarum artium cultum pueritiam adoleſcentiamque tranſegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium præter ipſius bonam integramque naturam, quod ſtatim paruulus ſedem ac magiſtram ſtudiorum Maſſiliam habuerat, locum Græca comitate & prouinciali parcimonia miſtum, ac bene compoſitum. Memoria teneo ſolitum ipſum narrare, ſe in prima iuuenta ſtudium philoſophiæ [acrius] vltra quam conceſſum Rom. ac ſenarori hauſiſſe, ni prudentia matris incenſum ac flagrantem animum coërcuiſſet. ſcilicet ſublime & erectum ingenium, pulchritudinem ac ſpeciem excelſæ magnæque gloriæ vehementius quam caute appetebat: mox mitigauit ratio & ætas: retinuitque, quod eſt difficillimum, ex ſapientia modum. Prima caſtrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paulino diligenti ac moderato duci approbauit, electus, quem contubernio æſtimaret. Nec Agricola licenter more iuuenum, qui militiam in laſciuiam vertunt, neque ſegniter ad voluptates & commeatus, titulum tribunatus & inſcitiam retulit: ſed noſcere prouinciam, noſci exercitui, diſcere a peritis, ſequi optimos, nihil appetere ob iactationem, nihil ob formidinem recuſare, ſimulque anxius & intentus agere. Non ſane alias exercitatior magiſque in ambiguo Britannia fuit. trucidati veterani, incenſæ coloniæ, intercepti exercitus. tum de ſalute, mox de victoria certauere. Quæ cuncta & ſi conſiliis ductuque alterius agebantur, ac ſumma rerum & reciperatæ prouinciæ gloria in ducem ceſſit; artem & vſum & ſtimulos addidere iuueni: intrauitque animum militaris gloriæ cupido, ingrata temporibus, quibus ſiniſtra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magna fama, quam ex mala. Hinc ad capeſſẽdos magiſtratus in vrbem digreſſus, Domitiam Decidianam ſplendidis natalibus ortam ſibi iunxit. idque matrimonium ad maiora niteriti, decus ac robur fuit. vixeruntque mira concordia, per mutuam caritatem, & inuicem ſe anteponendo, niſi quod in bona vxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpæ eſt. Sors quæſturæ

prouinciam Aſiam, proconſulem Saluium Titianum dedit. quorum neutro corruptus eſt: quanquam & prouincia diues ac parata peccantibus, & proconſul in omnem auiditatem pronus, quantalibet facilitate redempturus eſſet mutuam diſſimulationem mali. Auctus eſt ibi filia in ſubſidium, & ſolatium ſimul. Nam filium ante ſublatum, breui amiſit. Mox inter quæſturam, ac tribunatum plebis, atque etiam ipſum tribunatus annum quiete & otio tranſit, gnarus ſub Nerone temporum, quibus inertia pro ſapientia fuit. Idem præturæ tenor, & ſilentium. nec enim iuriſdictio obuenerat. Ludos, & inania honoris, modo rationis atque abundantiæ duxit, vti longe a luxuria, ita famæ propior. Tum electus a Galba ad dona templorum recognoſcenda, diligentiſſima conquiſitione fecit, ne cuius alterius ſacrilegium reſp. quam Neronis ſenſiſſet. Sequens annus graui vulnere animum domumque eius afflixit. nam claſſis Othoniana licenter vaga dum in templo (Liguriæ pars eſt) hoſtiliter populatur, matrem Agricolæ in prædiis ſuis interfecit: prædiaque ipſa, & magnam patrimonij partem diripuit, quæ cauſa cædis fuerat. Igitur ad ſolennia pietatis profectus Agricola, nuntio affectati a Veſpaſiano imperij deprehenſus, ac ſtatim in partes tranſgreſſus eſt. Initia principatus ac ſtatum vrbis Mucianus regebat, admodum iuuene Domitiano, & ex paterna fortuna tantum licentiam vſurpante. Is miſſum ad dilectus agendos Agricolam, integreque ac ſtrenue verſatum, viceſimæ legioni tarde ad ſacramentum tranſgreſſæ præpoſuit, vbi deceſſor ſeditioſe agere narrabatur: quippe legatis quoque conſularibus nimia ac formidoloſa erat. Nec legatus prætorius ad cohibendum potens, incertũ ſuo an militum ingenio: ita ſucceſſor ſimul & vltor electus, rariſſima moderatione maluit videri inueniſſe bonos quam feciſſe. Præerat tunc Britanniæ Vectius Bolanus, placidius quam feroci prouincia dignum eſt. temperauit Agricola vim ſuam, ardoremque compeſcuit, ne increſceret, peritus obſequi, eruditusque vtilia honeſtis miſcere. Breui deinde Britannia conſularem Petilium Cerialem accepit. Habuerunt virtutes ſpatium exemplorum. *Sed primo Cerialis modo labores & diſcrimina, mox & gloriam communicabat: ſæpe parti exercitus in experimentum, aliquando maioribus copiis ex euentu præfecit. nec Agricola vnquam in ſuam famam geſtis exultauit, ad auctorem & ducem, vt miniſter fortunam referebat: ita virtute in obſequendo, verecundia in prædicando, extra inuidiam, nec extra gloriam erat. Reuertentem ab legatione legionis diuus Veſpaſianus inter patricios aſciuit, ac deinde prouinciæ Aquitaniæ præpoſuit, ſplendidæ in primis dignitatis adminiſtratione, ac ſpe conſulatus cui deſtinarat. Credunt plerique militaribus ingeniis ſubtilitatem deeſſe, quia caſtrenſis iuriſdictio ſecura & obtuſior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exerceat. Agricola naturali prudentia, quamuis inter togatos, facile iuſteque agebat. Iam vero tempora curarum remiſſionumque diuiſa. vbi conuentus ac iudicia poſcerent. grauis, intentus, ſeuerus, & ſæpius miſericors: vbi officio ſatisfactum

nulla

nulla vltra poteſtatis perſona. triſtitiam & arrogantiam, & auaritiam exuerat; nec illi, quod eſt rariſſimum, aut facilitas auctoritatem, aut ſeueritas amorem deminuit. Integritatem atque abſtinentiam in tanto viro referre, iniuria virtutum fuerit. Ne famam quidem, cui etiam ſæpe boni indulgent, oſtentanda virtute, aut per artem quæſiuit: procul ab æmulatione aduerſus collegas, procul a contentione aduerſus procuratores. & vincere inglorium, & atteri ſordidum arbitrabatur. Minus triennium in ea legatione detentus, ac ſtatim ad ſpem Conſulatus reuocatus eſt, comitante opinione Britanniam ei prouinciam dari, nullis in hoc ſuis ſermonibus, ſed quia par videbatur. haud ſemper errat fama, aliquando & eligit. Conſul egregiæ tum ſpei filiam iuueni mihi deſpondit, ac poſt conſulatum collocauit, & ſtatim Britanniæ præpoſitus eſt, adiecto pontificatus ſacerdotio. Britanniæ ſitum populoſque multis ſcriptoribus memoratos, non in comparationem curæ ingeniive referam; ſed quia tum primum perdomita eſt. itaque quæ priores nondum comperta, eloquentia percoluere, rerum fide tradentur. Britannia inſularum quas Romana notitia complectitur maxima, ſpatio ac cœlo in Orientem Germaniæ, in Occidentem Hiſpaniæ obtenditur: Gallis in Meridiem etiam inſpicitur: Septemtrionalia eius, nullis contra terris, vaſto atque aperto mari pulſantur. Formam totius Britanniæ Liuius veterum, Fabius Ruſticus recentium, eloquentiſſimi auctores, oblongæ ſcutulæ vel bipenni aſſimilauere. & eſt ea facies citra Caledoniam, vnde & in vniuerſum fama eſt tranſgreſſa. ſed immenſum & enorme ſpatium procurrentium extremo iam littore terrarum, velut in cuneum tenuatur. Hanc oram nouiſſimi maris tunc primum Romana claſſis circumuecta, inſulam eſſe Britanniam affirmauit, ac ſimul incognitas ad id tempus inſulas, quas Orcadas vocant, inuenit, domuitque. diſpecta eſt & Thyle, quam hactenus nix, & hiems abdebat. ſed mare pigrum & graue remigantibus perhibent. ne ventis quidem proinde attolli: credo quod rariores terræ monteſque, cauſa ac materia tempeſtatum, & profunda moles continui maris, tardius impellitur. Naturam Oceani atque æſtus neque quærere huius operis eſt, ac multi retulere. vnum addiderim. nuſquam latius dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre, nec littore tenus accreſcere aut reſorberi, ſed influere penitus atque ambire, etiam iugis atque montibus inſeri velut in ſuo. Cæterum Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenæ an aduecti, vt inter Barbaros, parum compertum. Habitus corporum varij: atque ex eo argumenta. namque rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem aſſeuerant. Silurum colorati vultus, & torti plerumque crines, & poſitu contra Hiſpaniam, Iberos veteres traieciſſe, eaſque ſedes occupaſſe fidem faciunt. proximi Gallis, & ſimiles ſunt: ſeu durante originis vi; ſeu procurrentibus in diuerſa terris, poſitio cœli corporibus habitū dedit. in vniuerſum tamen æſtimanti, Gallos vicinum ſolum occupaſſe, credibile eſt. Eorum ſacra deprehēdas, ſuperſtitionum perſuaſione. Sermo

haud multum diuerſus. in depoſcendis periculis eadem audacia, & vbi aduenere, in detractandis eadem formido. plus tamen ferociæ Britanni præferunt, vt quos nondum longa pax emollierit. nam Gallos quoque in bellis floruiſſe accepimus. mox ſegnitia cum otio intrauit, amiſſa virtute pariter ac libertate. quod Britannorum olim victis euenit, cæteri manent quales Galli fuerunt. In pedite robur, quædam nationes & curru prœliantur. honeſtior auriga, clientes propugnant. olim regibus parebant, nunc per principes factionibus & ſtudiis trahuntur. nec aliud aduerſus validiſſimas gentes pro nobis vtilius, quàm quod in commune non conſulunt. Rarùs duabus tribuſque ciuitatibus, ad propulſandum commune periculum * conuentus: ita dum ſinguli pugnant, vniuerſi vincuntur. Cœlum crebris imbribus ac nebulis fœdum. aſperitas frigorum abeſt. Dierum ſpatia vltra noſtri orbis menſuram, & nox clara, & extrema Britanniæ parte breuis, vt finem atque initium lucis exiguo diſcrimine internoſcas. Quod ſi nubes non officiant, aſpici per noctem ſolis fulgorem, nec occidere & exurgere, ſed tranſire affirmant: ſcilicet extrema & plana terrarum humili vmbra non erigunt tenebras, infraque cœlum & ſidera nox cadit. Solum præter oleam vitemque & cætera calidioribus terris oriri ſueta, patiens frugum, fœcundum. tarde miteſcunt, citò proueniunt. eademque vtriuſque rei cauſa, multus humor terrarum, cœlique. Fert Britannia aurum & argentum & alia metalla, pretium victoriæ. gignit & Oceanus margarita, ſed ſubfuſca ac liuentia. Quidam artem abeſſe legentibus arbitrantur. nam in rubro mari viua ac ſpirantia ſaxis auelli, in Britannia prout expulſa ſint colligi. ego facilius crediderim naturam margaritis deeſſe, quam nobis auaritiam. Ipſi Britanni dilectum, ac tributa, & iniuncta imperij munera impigre obeunt, ſi iniuriæ abſint: has ægre tolerant, iam domiti vt pareant, nondum vt ſeruiant. Igitur primus omnium Romanorum D. Iulius cum exercitu Britanniam ingreſſus, quamquam proſpera pugna terruerit incolas, ac littore potitus ſit, poteſt videri oſtendiſſe poſteris, non tradidiſſe. Mox bella ciuilia, & in rempublicam verſa Principum arma, ac longa obliuio Britanniæ etiam in pace. Conſilium id diuus Auguſtus vocabat, Tiberius præcipue. Agitaſſe C. Cæſarem de intranda Britannia ſatis conſtat, ni velox ingenio, mobilis pœnitentia, & ingentes aduerſus Germaniam conatus fruſtra fuiſſent. Diuus Claudius auctor operis, tranſuectis legionibus auxiliiſque, & aſſumpto in partem rerum Veſpaſiano. quod initium venturæ mox fortunæ fuit, domitæ gentes, capti reges, & monſtratus fatis Veſpaſianus. Conſularium primus Aulus Plautius præpoſitus, ac ſubinde Oſtorius Scapula, vterque bello egregius: redactaque paullatim in formam prouinciæ proxima pars Britanniæ. addita inſuper veteranorum colonia. quædam ciuitates Cogiduno regi donatæ. is ad noſtram vſque memoriam fidiſſimus manſit, vetere ac iam pridem recepta populi Romani conſuetudine, vt haberet inſtrumenta ſeruitutis & reges. Mox Didius Gallus parta a prioribus continuit,

* Vel. conſenſus.

continuit, paucis admodum caſtellis in vlteriora promotis, per quæ fama aucti officij quæreretur. Didium Veranius excepit, iſque intra annum extinctus eſt. Suetonius hinc Paulinus biennio proſperas res habuit, ſubactis nationibus firmatiſque præſidiis: quorum fiducia Monam inſulam vt vires rebellibus miniſtrantem aggreſſus, terga occaſioni patefecit. Namque abſentia legati remoto metu, Britanni agitare inter ſe mala ſeruitutis, conferre iniurias, & interpretando accendere. *Nihil profici patientia, niſi vt grauiora tanquam ex facili tolerantibus imperentur. ſingulos ſibi olim reges fuiſſe, nunc binos imponi; e quibus legatus in ſanguinem, procurator in bona ſæuiret. æque diſcordiam præpoſitorum, æque concordiam ſubiectis exitioſam:* * *alterius manus centuriones,* * *alterius vim & contumelias miſcere: nihil iam cupiditati, nihil libidini exceptum. in prælio fortiorem eſſe qui ſpoliet: nunc ab ignauis plerumque & imbellibus eripi domos, abſtrahi liberos, iniungi dilectus, tanquam mori tantum pro patria neſcientibus. quantum enim tranſiſſe militum, ſi ſeſe Britanni numerent? ſic Germanias excuſſiſſe iugum, & flumine non Oceano defendi: ſibi patriam, coniuges, parentes: illis auaritiam & luxuriam cauſas belli eſſe. receſſuros vt diuus Iulius receſſiſſet, modo virtutes maiorum ſuorum æmularentur: néve prælij vnius aut alterius euentu paueſcerent. plus impetus, maiorem conſtantiam penes miſeros eſſe. iam Britannorum etiam deos miſereri, qui Romanum ducem abſentem, qui relegatum in alia inſula exercitum detinerent: iam ipſos, quod difficillimum fuerit, deliberare. porro in eiuſmodi conſilijs periculoſius eſſe deprehendi, quam audere.* His atque talibus inuicem inſtincti, Voadica generis regij fœmina duce (neque enim ſexum in imperiis diſcernunt) ſumpſere vniuerſi bellum: ac ſparſos per caſtella milites conſectati, expugnatis præſidiis, ipſam coloniam inuaſere, vt ſedem ſeruitutis. nec vllum in Barbaris ſæuitiæ genus omiſit ira & victoria. Quod niſi Paulinus, eo cognito prouinciæ motu, propere ſubueniſſet, amiſſa Britannia foret: quam vnius prœlij fortuna veteri patientiæ reſtituit; tenentibus arma pleriſque, quos conſcientia defectionis, & proprius ex legato timor agitabat. Hic cum egregius cætera, arroganter in deditos, & vt ſuæ quoque iniuriæ vltor, durius conſuleret; miſſus Petronius Turpilianus tanquam exorabilior, & delictis hoſtium nouus, eoque pœnitentiæ mitior. compoſitis prioribus nihil vltra auſus, Trebellio Maximo prouinciam tradidit. Trebellius ſegnior & nullis caſtrorum experimentis, comitate quadam curandi prouinciam tenuit. Didicere iam Barbari quoque ignoſcere vitiis blandientibus. & interuentus ciuilium armorum præbuit iuſtam ſegnitiæ excuſationem. ſed diſcordia laboratum, cum aſſuetus expeditionibus miles otio laſciuiret. Trebellius fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus atq. humilis, precario mox præfuit: ac velut pacti, exercitus licentiam, dux ſalutem. hæc ſeditio ſine ſanguine ſtetit. Nec Vectius Bolanus, manentibus adhuc ciuilibus bellis, agitauit Britanniam diſciplina. eadem inertia erga hoſtes, ſimilis petulantia caſtrorum: niſi quod innocens Bolanus, & nullis delictis inuiſus, caritatem parauerat loco auctoritatis. Sed vbi cum cætero orbe Veſpaſianus &

* Leg. alterum
* alterum

Britanniam reciperauit, magni duces, egregij exercitus, minuta hoſtiũ ſpes: & terrorem ſtatim intulit Petilius Cerialis, Brigantum ciuitatem, quæ numeroſiſſima prouinciæ totius perhibetur, aggreſſus. multa prœlia, & aliquando non incruenta: magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus, aut bello. Et cum Cerialis quidem alterius ſucceſſoris curam famamque obruiſſet, ſuſtinuit quoque molem Iulius Frontinus vir magnus quantum licebat, validamque & pugnacem Silurum gentem armis ſubegit, ſuper virtutem hoſtium locorum quoque difficultates eluctatus. Hunc Britanniæ ſtatum, has bellorum vices media iam æſtate tranſgreſſus Agricola inuenit, cum & milites velut omiſſa expeditione ad ſecuritatem, & hoſtes ad occaſionem verterentur. Ordouicum ciuitas haud multo ante aduentum eius, alam in finibus ſuis agentem, prope vniuerſam obtriuerat: eoque initio erecta prouincia, vt quibus bellum volentibus erat, probare exemplum, aut recentis legati animum opperiri. Tum Agricola, quamquam trãſacta æſtas, ſparſi per prouinciam numeri, præſumpta apud militem illius anni quies, tarda & contraria bellum inchoaturo, & pleriſque cuſtodiri ſuſpecta potius videbatur, ire obuiam diſcrimini ſtatuit: contractiſque legionum vexillis & modica auxiliorum manu, quia in æquum digredi Ordouices non audebant, ipſe ante agmen, quo cæteris par animus ſimili periculo eſſet, erexit aciem. cæſaque prope vniuerſa gente, non ignarus inſtandum famæ, ac prout prima ceſſiſſent, fore vniuerſa. Monam inſulam, cuius poſſeſſione reuocatum Paulinum rebellione totius Britanniæ ſupra memoraui, redigere in poteſtatem animo intendit. Sed vt in dubiis conſiliis; naues deerant, ratio & conſtantia ducis tranſuexit: depoſitis omnibus ſarcinis, lectiſſimos auxiliarium, quibus nota vada, & patrius nandi vſus, quo ſimul ſeque & arma & equos regunt, ita repente immiſit, vt obſtupefacti hoſtes qui claſſem, qui naues, qui mare expectabant, nihil arduum aut inuictum crediderint ſic ad bellum venientibus. Ita petita pace, ac dedita inſula, clarus ac magnus haberi Agricola: quippe cui ingredienti prouinciam, quod tempus alij per oſtentationem aut officiorum ambitum tranſigunt, labor & periculum placuiſſet. Nec Agricola proſperitate rerum in vanitatem vſus, expeditionem aut victoriam vocabat, victos continuiſſe: ne laureatis quidem geſta proſecutus eſt, ſed ipſa diſſimulatione famæ famam auxit, æſtimantibus quanta futuri ſpe tam magna tacuiſſet. Cæterum animorum prouinciæ prudens, ſimulque doctus per aliena experimẽta, parum profici armis ſi iniuriæ ſequerentur, cauſas bellorum ſtatuit exſcindere. a ſe ſuiſque orſus, primam domum ſuam coërcuit, quod pleriſque haud minus arduum eſt, quam prouinciam regere: nihil per liberos ſeruoſque publicæ rei: non ſtudiis priuatis, nec ex commendatione aut precibus centurionum milites aſcire, ſed optimum quemque fideliſſimum putare: omnia ſcire, non omnia exequi: paruis peccatis veniam, magnis ſeueritatem commodare: nec pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia contentus eſſe: * officiis & adminiſtrationibus potius non peccaturos, quam

* Deeſt vox, præficere, aut ſimilis.

quam damnare cum peccaſſent. Frumenti & tributorum auctionem æqualitate munerum mollire, circumciſis quæ in quæſtum reperta, ipſo tributo grauius tolerabantur. namque per ludibrium aſſidere clauſis horreis, & emere vltro frumenta, ac vendere pretio cogebantur. deuortia itinerum & longinquitas regionum indicebatur, vt ciuitates a proximis hibernis in remota & auia deferrent, donec quod omnibus in promptu erat, paucis lucroſum fieret. Hæc primo ſtatim anno comprimendo, egregiam famam paci circumdedit; quæ vel incuria vel tolerantia priorum, haud minus quam bellum timebatur. Sed vbi æſtas aduenit, contracto exercitu, militum in agmine laudare modeſtiam, diſiectos coërcere: loca caſtris ipſe capere, æſtuaria ac ſiluas ipſe prætentare: & nihil interim apud hoſtes quietum pati, quo minus ſubitis excurſibus popularetur. atque vbi ſatis terruerat, parcendo rurſus * iritamenta pacis oſtentare. Quibus rebus multæ ciuitates quæ in illum diem ex æquo egerant, datis obſidibus iram poſuere, & præſidiis caſtelliſque circumdatæ, tanta ratione curaque, vt nulla ante Britanniæ noua pars illaceſſita tranſierit. Sequens hiems ſaluberrimis conſiliis abſumpta. namque vt homines diſperſi ac rudes, eoque bello faciles, quieti & otio per voluptates aſſueſcerent: hortari priuatim, adiuuare publice, vt templa, fora, domus extruerent, laudando promptos, & caſtigando ſegnes. ita honoris æmulatio, pro neceſſitate erat. Iam vero principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannorum ſtudiis Gallorum anteferre, vt qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam cõcupiſcerent. inde etiam habitus noſtri honor, & frequens toga. paulatimque diſceſſum ad delinimenta vitiorum, porticus, & balnea, & conuiuiorum elegantiam. idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars ſeruitutis eſſet. Tertius expeditionum annus nouas gentes aperuit, vaſtatis vſque ad Taum (æſtuario nomen eſt) nationibus. qua formidine territi hoſtes quamquam conflictatum ſæuis tempeſtatibus exercitum, laceſſere non auſi. ponendiſque inſuper caſtellis ſpatium fuit. Adnotabant periti, non alium ducem opportunitates locorum ſapientius legiſſe, nullum ab Agricola poſitum caſtellum aut vi hoſtium expugnatum, aut pactione ac fuga deſertum. crebræ eruptiones. nam aduerſus moras obſidionis, annuis copiis firmabantur. ita intrepida ibi hiems, & ſibi quiſque præſidio, irritis hoſtibus, eoque deſperantibus, quia ſoliti plerumque damna æſtatis hibernis euentibus penſare, tum æſtate atque hieme iuxta pellebantur. Nec Agricola vnquam per alios geſta auidus intercepit; ſeu centurio, ſeu præfectus, incorruptum facti teſtem habebat. Apud quoſdam acerbior in conuiciis narrabatur, vt bonis comis, ita aduerſus malos iniucundus. cæterum ex iracundia nihil ſupererat. ſecretum & ſilentium eius non timeres. honeſtius putabat offendere, quam odiſſe. Quarta æſtas obtinendis quæ percurrerat inſumpta. ac ſi virtus exercituum & Romani nominis gloria pateretur, inuentus in ipſa Britannia terminus. Nam Glota & Bodotria diuerſi maris æſtu per immenſum reuecti, anguſto terrarum

* Vel. inuitamenta

ſpatio dirimuntur. quod tum præſidiis firmabatur: atque omnis propior ſinus tenebatur, ſummotis velut in aliam inſulam hoſtibus. Quinto expeditionum anno naue prima tranſgreſſus, ignotas ad id tempus gentes crebris ſimul ac proſperis prœliis domuit: eamque partem Britanniæ quæ Hiberniam aſpicit, copiis inſtruxit, in ſpem magis quam ob formidinem. ſiquidem Hibernia medio inter Britanniam atque Hiſpaniam ſita, & Gallico quoque mari opportuna, valentiſſimam imperij partem magnis inuicem vſibus miſcuerit. Spatium eius ſi Britanniæ comparetur anguſtius, noſtri maris inſulas ſuperat. Solum cœlumque & ingenia cultuſque hominum haud multum a Britannia differunt. melius aditus portuſque per commercia & negotiatores cogniti. Agricola expulſum ſeditione domeſtica vnum ex regulis gentis exceperat, ac ſpecie amicitiæ in occaſionem retinebat. Sæpe ex eo audiui, legione vna & modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam poſſe. Idque etiam aduerſus Britanniam profuturum, ſi Romana vbique arma, & velut e conſpectu libertas tolleretur. Cæterum æſtate qua ſextum officij annum inchoabat, ampla ciuitate trans Bodotriam ſita, quia motus vniuerſarum vltra gentium, & infeſta hoſtili exercitu itinera timebantur; portus claſſe explorauit: quæ ab Agricola primum aſſumpta in partem virium, ſequebatur egregia ſpecie, cum ſimul terra, ſimul mari bellum impelleretur: ac ſæpe iiſdem caſtris pedes equeſque & nauticus miles mixti copiis & lætitia, ſua quiſque facta, ſuos caſus attollerent: ac modo ſiluarum & montium profunda, modo tempeſtatum ac fluctuum aduerſa, hinc terra & hoſtis, hinc * auctus Oceanus militari iactantia cõpararentur. *Lego, victus

Britannos quoque, vt ex captiuis audiebatur, viſa claſſis obſtupefaciebat, tanquam aperto maris ſui ſecreto vltimum victis perfugium clauderetur. Ad manus & arma conuerſi Caledoniam incolentes populi paratu magno, maiore fama, vti mos eſt de ignotis, * oppugnaſſe vltro, caſtella adorti, metum vt prouocantes addiderant: regrediendumque citra Bodotriam, & excedendum potius, quam pellerentur, ſpecie prudentium ignaui admonebant. cum interim cognoſcit, hoſtes pluribus agminibus irrupturos. Ac ne ſuperante numero, & peritia locorum circumirentur, diuiſo & ipſe in tres partes exercitu inceſſit. Quod vbi cognitum hoſti, mutato repente conſilio, vniuerſi nonam legionem vt maxime inualidam, nocte aggreſſi inter ſomnum ac trepidationem cæſis vigilibus irrupere. Iamque in ipſis caſtris pugnabant, cum Agricola iter hoſtium ab exploratoribus edoctus, & veſtigiis inſecutus, velociſſimos equitum peditumque aſſultare tergis pugnantium iubet, mox ab vniuerſis adiici clamorem. & propinqua luce fulſere ſigna. ita ancipiti malo territi Britanni: & Romanis redit animus, ac ſecuri pro ſalute, de gloria certabant. vltro quinetiam irrupere. & fuit atrox in ipſis portarum anguſtiis prœlium, donec pulſi hoſtes, vtroque exercitu certante, his vt tuliſſe opem, illis ne eguiſſe auxilio viderentur. quod niſi paludes & ſiluæ fugientes texiſſent, debellatum illa victoria foret. Cuius conſtantia ac fama ferox exercitus: *Forte, oppugnauere

nihil

nihil virtuti ſuæ inuium, penetrandam Caledoniam, inueniendumque tandem Britanniæ terminum continuo prœliorum curſu fremebant: atque illi modo cauti ac ſapientes, prompti poſt euentum ac magniloqui erant. iniquiſſima hæc bellorum conditio eſt; proſpera omnes ſibi vindicant, aduerſa vni imputantur. At Britanni non virtute ſed occaſione & arte ducis * rati, nihil ex arrogantia remittere, quo minus iuuentutem armarent, coniuges ac liberos in loca tuta transferrent, cœtibus ac ſacrificiis conſpirationem ciuitatum ſancirent. atque ita iritatis vtrinque animis diſceſſum. Eadem æſtate cohors Vſipiorum per Germanias conſcripta, in Britanniam tranſmiſſa, magnum ac memorabile facinus auſa eſt. Occiſo centurione ac militibus, qui ad tradendam diſciplinam immixti manipulis exemplum & rectores habebantur, tres liburnicas adactis per vim gubernatoribus aſcendere: & vno remigrante, ſuſpectis duobus eoque interfectis, nondum vulgato rumore vt miraculum prouehebantur. mox hac atque illa rapti, & cum pleriſque Britannorum ſua defenſantium prœlio congreſſi, ac ſæpe victores, aliquando pulſi, eo ad extremum inopiæ venere, vt infirmiſſimos ſuorum, mox ſorte ductos veſcerentur. atque ita circumuecti Britanniam, amiſſis per inſcitiam regendi nauibus, pro prædonibus habiti, primum a Sueuis, mox a Friſiis intercepti ſunt. ac fuere quos per commercia venundatos, & in noſtram vſque ripam mutatione ementium adductos, indicium tanti caſus illuſtrauit. Initio æſtatis Agricola domeſtico vulnere ictus, anno ante natum filium amiſit. Quem caſum neque vt plerique fortium virorum ambitioſe, neque per lamenta rurſus ac mœrorem muliebriter tulit. & in luctu, bellum inter remedia erat. Igitur præmiſſa claſſe quæ pluribus locis prædata, magnum & incertum terrorem faceret, expedito exercitu cui ex Britannis fortiſſimos & longa pace exploratos addiderat, ad montem Grampium peruenit, quem iam hoſtes inſederant. Nam Britanni nihil fracti pugnæ prioris euentu, & vltionem aut ſeruitium expectantes, tandemque docti commune periculum concordia propulſandum, legationibus & fœderibus omnium ciuitatum vires exciuerant. Iamque ſuper triginta millia armatorum aſpiciebantur, & adhuc affluebat omnis iuuentus, & quibus cruda ac viridis ſenectus, clari bello, ac ſua quiſque decora geſtantes. cum inter plures duces virtute & genere præſtans, nomine Galgacus, apud contractam multitudinem prœlium poſcentem, in hunc modum locutus fertur. *Quotiens cauſas belli & neceſſitatem noſtram intueor, magnus mihi animus eſt, hodiernum diem, conſenſumque veſtrum, initium libertatis totius Britanniæ fore. Nam & vniuerſi ſeruitutis expertes: & nullæ vltra terræ, ac ne mare quidem ſecurum, imminente nobis claſſe Romana. ita prœlium atque arma, quæ fortibus honeſta, eadem etiam ignauis tutiſſima ſunt. Priores pugnæ, quibus aduerſus Romanos varia fortuna certatum eſt, ſpem ac ſubſidium in noſtris manibus habebant: quia nobiliſſimi totius Britanniæ, eoque in ipſis penetralibus ſiti, nec ſeruientium littora aſpicientes, oculos quoque a contactu dominationis inuiolatos habebamus. Nos terrarum ac libertatis extremos, receſſus*

* *Deeſt vox, victos, aut talis alia.*

*ipſe ac ſinus famæ in hunc diem defendit. nunc terminus Britanniæ patet. atque omne ignotum, pro magnifico eſt. Sed nulla iam vltra gens, nihil niſi fluctus & ſaxa: & interiores Romanis. quorum ſuperbiam fruſtra per obſequium & modeſtiam effugeris. raptores orbis, poſtquam cuncta vaſtantibus defuere terræ, & mare ſcrutantur: ſi locuplex hoſtis eſt, auari: ſi pauper, ambitioſi. quos non Oriens, non Occidens, ſatiauerit: ſoli omnium, opes atque inopiam pari affectu concupiſcunt. auferre, trucidare, rapere falſis nominibus imperium; atque vbi ſolitudinem faciunt, pacem appellant. Liberos cuique ac propinquos ſuos natura cariſſimos eſſe voluit: hi per dilectus alibi ſeruituri auferuntur. Coniuges ſororeſque & ſi hoſtilem libidinem effugiant, nomine amicorum atque hoſpitum polluuntur. Bona fortunaſque, in tributum egerunt, in annonam, frumentum, corpora ipſa ac manus, ſiluis ac paludibus emuniendis, verbera inter ac contumelias, conterunt. Nata ſeruituti mancipia ſemel veneunt, atque vltro a dominis aluntur: Britannia ſeruitutem ſuam quotidie emit, quotidie paſcit. Ac ſicut in familia recentiſſimus quiſque ſeruorum & conſeruis ludibrio eſt: ſic in hoc orbis terrarum vetere famulatu, noui nos & viles in excidium petimur. Neque enim arua nobis, aut metalla, aut portus ſunt, quibus exercendis reſeruemur. Virtus porro ac ferocia ſubiectorum, ingrata imperantibus. & longinquitas ac ſecretum ipſum, quo tutius, eo ſuſpectius. Ita ſublata ſpe veniæ, tandem ſumite animum, tam quibus ſalus, quam quibus gloria cariſſima eſt. Brigantes, fœmina duce, exurere coloniam, expugnare caſtra; ac niſi fœlicitas in ſecordiam vertiſſet, exuere iugum potuere: nos integri & indomiti & libertatem non in * præſentia laturi, primo ſtatim congreſſu vnde oſtendamus quos ſibi Caledonia viros ſepoſuerit. An eandem Romanis in bello virtutem, quam in pace laſciuiam adeſſe creditis? Noſtris illi diſceſſionibus ac diſcordiis clari, vitia hoſtium in gloriam exercitus ſui vertunt: quem contractum ex diuerſiſſimis gentibus, vt ſecundæ res tenent, ita aduerſæ diſſoluent. niſi ſi Gallos, & Germanos, & (pudet dictu) Britannorum pleroſque dominationi alienæ ſanguinem cōmodantes, diutius tamen hoſtes quam ſeruos, fide & affectu teneri putatis: metus & terror eſt, infirma vincula caritatis. quæ vbi remoueris, qui timere deſierint, odiſſe incipient. Omnia victoriæ incitamēta pro nobis ſunt: nullæ Romanos coniuges accendunt: nulli parentes fugam exprobraturi ſunt: aut nulla pleriſque patria, aut alia eſt: paucos numero circum trepidos ignorantia, cœlum ipſum ac mare & ſiluas ignota omnia circumſpectantes, clauſos quodāmodo ac vinctos * alij nobis tradiderunt.* * Scribo, dij

Ne terreat vanus aſpectus, & auri fulgor atque argenti, quod neque tegit, neque vulnerat. In ipſa hoſtium acie inueniemus noſtras manus. agnoſcent Britanni ſuam cauſam. recordabuntur Galli priorem libertatem. deſerent illos cæteri Germani, tanquam nuper Vſipij reliquerunt. Nec quidquam vltra formidinis, vacua caſtella, ſenum coloniæ, inter male parentes & iniuſte imperantes, ægra municipia & diſcordantia. hic dux, hic exercitus. ibi tributa & metalla, & cæteræ ſeruientium pœnæ, quas in æternum proferre, aut ſtatim vlciſci, in hoc campo eſt. Proinde ituri in aciem & maiores veſtros, & poſteros cogitate. Excepere orationem alacres, & barbari moris cantu & fremitu clamoribuſque diſſonis. Iamque agmina, & armorum fulgores, audentiſſimi cuiuſque procurſu: ſimul inſtruebantur acies. cum Agricola quanquam lætū & vix monitis coërcitū militem * adhuc ratus, ita diſſeruit.

Octauus

Octauus annus eſt, commilitones, ex quo virtute & auſpicijs imperij Rom. fide atque opera veſtra Britanniam viciſtis. tot expeditionibus, tot prœlijs ſeu fortitudine aduerſus hoſtes, ſeu patientia ac labore pæne aduerſus ipſam rerum naturam opus fuit. Neque me militum, neque vos ducis pœnituit. Ergo egreſſi, ego veterum legatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Britanniæ non fama nec rumore, ſed caſtris & armis tenemus. Inuenta Britannia, & ſubacta. Equidem in agmine, cum vos paludes monteſue & flumina fatigarent, fortiſſimi cuiuſque vocem audiebam, Quando dabitur hoſtis, quando acies? Veniunt a latebris ſuis extruſi. & vota virtuſque in aperto, omniaque prona victoribus, atque eadem victis aduerſa. Nam vt ſuperaſſe tantum itineris, ſiluas euaſiſſe, tranſiſſe æſtuaria, pulchrum ac decorum in frontem; ita fugientibus periculoſiſſima, quæ hodie proſperrima ſunt. Neque enim nobis aut locorum eadem notitia, aut commeatuum eadem abundantia: ſed manus, & arma, & in his omnia. Quod ad me attinet, iampridem mihi decretum eſt, neque exercitus neque ducis terga tuta eſſe. Proinde & honeſta mors turpi vita potior, & incolumitas ac decus, eodem loco ſita ſunt. nec inglorium fuerit, in ipſo terrarum ac naturæ fine cecidiſſe. Si nouæ gentes atque ignota acies conſtitiſſet; aliorum exercituum exemplis vos hortarer. nunc veſtra decora recenſete, veſtros oculos interrogate. Ij ſunt quos proximo anno, vnam legionem furto noctis aggreſſos, clamore debellaſtis: ij cæterorum Britannorum fugaciſſimi. ideoque tandiu ſuperſtites. Quomodo ſiluas ſaltuſque penetrantibus, fortiſſimum quodque animal robore, pauida & inertia ipſo agminis ſono pelluntur: ſic acerrimi Britannorum iampridem ceciderunt: reliquus eſt numerus ignauorum & metuentium. quos quod tandem inueniſtis, non reſtiterunt, ſed deprehenſi ſunt nouiſſimi, & extremo metu corpora defixere in his veſtigijs, in quibus pulchram & ſpectabilem victoriam ederetis. Tranſigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnum diem, approbate Reip. nunquam exercitui imputari potuiſſe, aut moras belli, aut cauſas debellandi. Et alloquente adhuc Agricola militum ardor eminebat, & finem orationis ingens alacritas conſecuta eſt, ſtatimque ad arma diſcurſum. inſtinctos ruenteſque ita diſpoſuit, vt peditum auxilia quæ octo millia erant, mediam aciem firmarent: equitum tria millia, cornibus affunderentur. legiones pro vallo ſtetere, ingens victoriæ decus citra Romanum ſanguinem bellanti, & auxilium ſi pellerentur. Britannorum acies in ſpeciem ſimul ac terrorem editioribus locis conſtiterant: ita vt primum agmen æquo, cæteri per accline iugum connexi velut inſurgerent: media campi couinarius & eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat. Tum Agricola ſuperante hoſtium multitudine veritus, ne ſimul in frontem, ſimul & latera ſuorum pugnaretur, diductis ordinibus, quanquam porrectior acies futura erat, & arceſſendas plerique legiones admonebant, promptior in ſpem, & firmus aduerſis, dimiſſo equo pedes ante vexilla conſtitit. Ac primo congreſſu eminus certabatur. ſimul conſtantia, ſimul arte Britanni, ingentibus gladiis & breuibus cetris, miſſilia noſtrorum vitare, vel excutere, atque ipſi magnam vim telorum ſuperfundere: donec Agricola tres Batauorũ cohortes ac Tungrorum duas cohortatus eſt, vt rem ad mucrones ac manus adducerent. quod & ipſis

vetuſtate militiæ exercitatum, & hoſtibus inhabile parua ſcuta & enormes gladios gerentibus. nam Britannorum gladij ſine mucrone complexum armorum, & in aperto pugnam non tolerabant. Igitur vt Bataui miſcere ictus, ferire vmbonibus, ora fœdare, & tractis qui in æquo obſtiterant, erigere in colles aciem cœpere; cæteræ cohortes æmulatione & impetu commiſtæ proximos quoſque cædere. ac plerique ſemineces aut integri feſtinatione victoriæ relinquebantur. Interim equitum turmæ fugere, couinarij peditum ſe prœlio miſcuere: & quanquam recentem terrorem intulerant, denſis tamen hoſtium agminibus & inæqualibus locis hærebant: minimeque equeſtris ea pugnæ facies erat, cum in gradu ſtantes ſimul equorum corporibus impellerentur. ac ſæpe vagi currus, exterriti ſine rectoribus equi, vt quemque formido tulerat, tranſuerſos, aut obuios incurſabant. Et Britanni qui adhuc pugnæ expertes ſumma collium inſederant, & paucitatem noſtrorum vacui ſpernebant, digredi paulatim & circumire terga vincentium cœperant: ni idipſum veritus Agricola quatuor equitum alas ad ſubita belli retentas, venientibus oppoſuiſſet; quantoque ferocius accurrerant, tanto acrius pulſos in fugam diſieciſſet. Ita conſilium Britannorum in ipſos verſum. tranſuectæque præcepto ducis a fronte pugnantium alæ, auerſam hoſtium aciem inuaſere. Tum vero patentibus locis grande & atrox ſpectaculum: ſequi, vulnerare, capere, atque eoſdem oblatis aliis trucidare. Iam hoſtium, provt cuique ingenium erat, cateruæ armatorum paucioribus terga præſtare, quidam inermes vltro ruere, ac ſe morti offerre. Paſſim arma, & corpora, & laceri artus, & cruenta humus: & aliquando etiam victis ira virtuſque. poſtquam ſiluis appropinquarunt, collecti, primos ſequentium incautos & locorum ignaros circumueniebant. Quod ni frequens vbique Agricola, validas & expeditas cohortes indaginis modo, & ſicubi arctiora erant, partem equitum dimiſſis equis, ſimul rariores ſiluas equitem perſultare iuſſiſſet, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret. Cæterum vbi compoſitos firmis ordinibus ſequi rurſus videre, in fugam verſi, non agminibus vt prius, nec alius alium reſpectantes, rari, & vitabundi inuicem, longinqua atque auia periere. finis ſequendi nox & ſatietas fuit. cæſa hoſtium ad decem millia: noſtrorum treccnti quadraginta cecidere, in queis Aulus Atticus præfectus cohortis, iuuenili ardore & ferocia equi hoſtibus illatus. Et nox quidem gaudio prædaque læta victoribus: Britanni palantes mixtoque virorum mulierumque ploratu, trahere vulneratos, vocare integros, deſerere domos, ac per iram vltro incendere: eligere latebras, & ſtatim relinquere: miſcere inuicem conſilia aliqua, dein ſperare: aliquando frangi aſpectu pignorum ſuorum, ſæpius concitari. ſatiſque conſtabat ſæuiſſe quoſdam in coniuges ac liberos, tanquam miſererentur. Proximus dies faciem victoriæ latius aperuit. vaſtum vbique ſilentium, ſecreti colles, fumantia procul tecta, nemo exploratoribus obuius. quibus in omnem partem dimiſſis, vbi incerta fugæ veſtigia, neque vſquam conglobari hoſtes

comper-

compertum, & exacta iam æſtate ſpargi bellum nequibat, in fines Horeſtorum exercitum deducit. Ibi acceptis obſidibus, præfecto claſſis circumuehi Britanniam præcepit. datæ ad id vires, & præceſſerat terror. ipſe peditem atque equites lento itinere, quo nouarum gentium animi ipſa tranſitus mora terrerentur, in hibernis locauit. Et ſimul claſſis ſecunda tempeſtate ac fama Trutulenſem portum tenuit, vnde proximo latere Britanniæ lecto * omni redierat. Hunc rerum curſum, quanquam nulla verborum iactantia, epiſtolis Agricolæ actum, vt Domitiano moris erat, fronte lætus, pectore anxius excepit. Inerat conſcientia, deriſui fuiſſe nuper falſum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus & crines in captiuorum ſpeciem formarentur: at nunc veram magnamque victoriam, tot millibus hoſtium cæſis, ingenti fama celebrari. Id ſibi maxime formidoloſum, priuati hominis nomen ſupra Principis attolli: fruſtra ſtudia fori, & ciuilium artium decus in ſilentium acta, ſi militarem gloriam alius occuparet: & cætera vtcunque facilius diſſimulari, ducis boni imperatoriam virtutem eſſe. Talibus curis exercitus, quodque ſæuæ cogitationis indicium erat, ſecreto ſuo ſatiatus, optimum in præſentia ſtatuit reponere odium, donec impetus famæ & fauor exercitus langueſceret. nam etiam tum Agricola Britanniam obtinebat. Igitur triumphalia ornamenta, & illuſtris ſtatuæ honorem, & quidquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata, decerni in Senatu iubet: addique inſuper opinionem, Syriam prouinciam Agricolæ deſtinari, vacuam tum morte Atilij Rufi conſularis, & maioribus reſeruatam. Credidere plerique libertum ex ſecretioribus miniſterijs miſſum ad Agricolam, codicillos quibus ei Syria dabatur tuliſſe, cum præcepto, vt ſi in Britannia foret, traderentur: eumque libertum in ipſo freto Oceani obuium Agricolæ, ne appellato quidem eo ad Domitianum remeaſſe. ſiue verum iſtud, ſiue ex ingenio Principis fictum ac compoſitum eſt. Tradiderat interim Agricola ſucceſſori ſuo prouinciam quietam tutamque. Ac ne notabilis celebritate & frequentia occurrentium introitus eſſet, vitato amicorum officio, noctu in vrbem, noctu in palatium, ita vt præceptum erat, venit: exceptuſque breui oſculo & nullo ſermone, turbæ ſeruientium immixtus eſt. Cæterum vt militare nomen, graue inter otioſos, alijs virtutibus temperaret, tranquillitatem atque otium penitus auxit, cultu modicus, ſermone facilis, vno aut altero amicorum comitatus: adeo vt plerique, quibus magnos viros per ambitionem æſtimare mos eſt, viſo aſpectoque Agricola, quærerent famam, pauci interpretarentur. Crebro per eos dies apud Domitianum abſens accuſatus, abſens abſolutus eſt; cauſa periculi non crimen vllum, aut querela læſi cuiuſquam, ſed infenſus virtutibus Princeps, & gloria viri, ac peſſimum inimicorum genus, laudantes. Et ea inſecuta ſunt reipublicæ tempora, quæ ſileri Agricolam non ſinerent: tot exercitus in Mœſia Daciaque, & Germania Pannoniaque, temeritate aut per ignauiam ducum amiſſi: tot militares viri cum tot cohortibus

* omnis

expugnati & capti. nec iam de limite imperij & ripa, ſed de hibernis legionum & poſſeſſione dubitatum. Ita cum damna damnis continuarentur, atque omnis annus funeribus & cladibus inſigniretur, poſcebatur ore vulgi dux Agricola: comparantibus cunctis vigorem, conſtantiam, & expertum bellis animum, cum inertia & formidine eorum. Quibus ſermonibus ſatis conſtat Domitiani quoque aures verberatas, dum optimus quiſque libertorum amore & fide, peſſimi malignitate & liuore, pronum deterioribus Principem extimulabant. Sic Agricola ſimul ſuis virtutibus, ſimul vitijs aliorum, in ipſam gloriam præceps agebatur. Aderat iam annus quo proconſulatum Aſiæ & Africæ ſortiretur, & occiſo Ciuica nuper, nec Agricolæ conſilium deerat, nec Domitiano exemplum. Acceſſere quidam cogitationum Principis periti, qui iturusne eſſet in prouinciam, vltro Agricolam interrogarent. ac primo occultius quietem & otium laudare, mox operam ſuam in approbanda excuſatione offerre: poſtremo non iam obſcuri, ſuadentes ſimul terrenteſque, pertraxere ad Domitianum. qui paratus ſimulatione, in arrogantiam compoſitus, & audijt preces excuſantis, & cum annuiſſet, agi ſibi gratias paſſus eſt: nec erubuit beneficij inuidia. ſalarium tamen proconſulari ſolitum offerri, & quibuſdam a ſeipſo conceſſum, Agricolæ non dedit: ſiue offenſus non petitum, ſiue ex conſcientia, ne quod vetuerat videretur emiſſe. Proprium humani ingenij eſt, odiſſe quem læſeris: Domitiani vero natura præceps in iram, & quo obſcurior eo irreuocabilior, moderatione tamen prudentiaque Agricolæ leniebatur. quia non contumacia, neque inani iactatione libertatis, famam fatumque prouocabat. Sciant quibus moris illicita mirari, poſſe etiam ſub malis Principibus magnos viros eſſe: obſequiumque ac modeſtiam, ſi induſtria ac vigor adſint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, ſed in nullum rei poſt vſum, ambitioſa morte inclaruerunt. Finis vitæ eius nobis luctuoſus, amicis triſtis, extraneis etiam ignotiſque non ſine cura fuit. Vulgus quoque, & hic aliud agens populus, & ventitauere ad domum, & per fora & circulos locuti ſunt: nec quiſquam audita morte Agricolæ, aut lætatus eſt, aut ſtatim oblitus eſt. Augebat miſerationem conſtans rumor, veneno interceptum. Nobis nihil comperti affirmare auſim. cæterum per omnem valetudinem eius, crebrius quam ex more principatus per nuntios viſentis, & libertorum primi, & medicorum intimi venere: ſiue cura illud, ſiue inquiſitio erat. Supremo quidem die momenta deficientis per diſpoſitos curſores nuntiata conſtabat, nullo credente ſic accelerari, quæ triſtis audiret. Speciem tamen doloris animo vultuque præ ſe tulit, ſecurus iam odij, & qui facilius diſſimularet gaudium quam metum. Satis conſtabat lecto teſtamento Agricolæ, quo coheredem optimæ vxori & pijſſimæ filiæ Domitianum ſcripſit, lætatum eum, velut honore iudicioque: tam cæca & corrupta mens aſſiduis adulationibus erat, vt neſciret a bono patre non ſcribi heredem, niſi malum Principem. Natus erat Agricola

Caio

Caio Cæſare tertium conſ. idib. Iunijs: exceſſit ſexto & quinquageſimo anno decimo Kalend. Septemb. Collega Priſcoque Coss. Quod ſi habitum quoque eius poſteri noſcere velint, decentior quam ſublimior fuit. nihil metus in vultu: gratia oris ſupererat. bonum virum facile crederes, magnum libenter. Et ipſe quidem, quanquam medio in ſpatio integræ ætatis ereptus, quantum ad gloriam longiſſimum æuum peregit. Quippe & vera bona, quæ in virtutibus ſita ſunt, impleuerat, & Conſularibus ac Triumphalibus ornamentis prædito, quid aliud adſtruere fortuna poterat? Opibus nimijs non gaudebat, ſpecioſæ contigerant. filia atque vxore ſuperſtitibus, poteſt videri etiam beatus incolumi dignitate, florente fama, ſaluis affinitatibus & amicitijs futura effugiſſe. Nam ſicuti durare in hac beatiſſimi ſæculi luce, ac Principem Traianum videre, augurio votiſque apud noſtras aures ominabatur: ita feſtinatæ mortis grande ſolatium tulit, euaſiſſe poſtremum illud tempus, quo Domitianus non iam per interualla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo & velut vno ictu rempublicam exhauſit. Non vidit Agricola obſeſſam curiam, & clauſum armis Senatum, & eadem ſtrage tot conſularium cædes, tot nobiliſſimarum fœminarum exilia & fugas. Vna adhuc victoria Carus Metius cenſebatur, & intra Albanam villam ſententia Meſſallini ſtrepebat, & Maſſa Bebius iam tum reus erat. Mox noſtræ duxere Heluidium in carcerem manus: nos Maurici, Ruſticique viſus, nos innocenti ſanguine Senecio perfudit. Nero tamen ſubtraxit oculos, iuſſitque ſcelera, non ſpectauit. præcipua ſub Domitiano miſeriarum pars erat, videre & aſpici: cum ſuſpiria noſtra ſubſcriberentur: cum denotandis tot hominum palloribus ſufficeret ſæuus ille vultus & rubor, a quo ſe contra pudorem muniebat. Tu vero fœlix Agricola non vitæ tantum claritate, ſed etiam opportunitate mortis. vt perhibent qui interfuerunt nouiſſimis ſermonibus tuis, conſtans & libens fatum excepiſti, tanquam pro virili portione innocentiam Principi donares. Sed mihi filiæque, præter acerbitatem parentis erepti, auget mœſtitiam, quod aſſidere valetudini, fouere deficientem, ſatiari vultu, complexu, non contigit. excepiſſem certe mandata voceſque, quas penitus animo figeremus. Noſter hic dolor, noſtrum vulnus: nobis tam longæ abſentiæ conditione ante quadriennium amiſſus es. Omnia ſine dubio, optima parentum aſſidente amantiſſima vxore, ſuperfuere honori tuo, paucioribus tamen lacrymis compoſitus es, & nouiſſima in luce deſiderauere aliquid oculi tui. Si quis piorum manibus locus, ſi, vt ſapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnæ animæ; placide quieſcas, nos domum tuam ab infirmo deſiderio, & muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri, neque plangi fas eſt: admiratione te potius * temporalibus laudibus, & ſi natura ſuppeditet, * militum decoramus. Is verus honos, ea coniunctiſſimi cuiuſque pietas. Id filiæ quoque vxorique præceperim, ſic patris, ſic mariti memoriam venerari,

vt omnia facta dictaque eius ſecum reuoluant, famamque ac figuram animi magis quam corporis complectantur. non quia intercedendum putem imaginibus quæ marmore aut ære finguntur: ſed vt vultus hominum, ita ſimulacra vultus imbecilla ac mortalia ſunt, forma mentis æterna. quam tenere & exprimere non per alienam materiam & artem, ſed tuis ipſe moribus poſſis. Quidquid ex Agricola amauimus, quidquid mirati ſumus, manet, manſurumque eſt in animis hominum, in æternitate temporum; fama rerum. Nam multos veterum velut inglorios & ignobiles obliuio obruet, Agricola poſteritati narratus & traditus, ſuperſtes erit.

FABII QVINCTILIANI, VT VIDETVR, DIALOGVS; AN SVI SÆCVLI ORATORES ANTIQVIS, ET QVARE, CONCEDANT: CORN. TACITO VVLGO INSCRIPTVS.

SÆPE ex me requiris, Iuſte Fabi, cur cum priora ſæcula tot eminentium oratorum ingenijs gloriaque effloruerint, noſtra potiſſimum ætas deſerta, & laude orbata, vix nomen ipſum oratoris retineat. neque enim ita appellamus niſi antiquos: horum autem temporum diſerti, cauſidici, & aduocati, & patroni, & quiduis potius quam oratores vocantur. Cui percunctationi tuæ reſpondere, & tam magnæ quæſtionis pondus excipere, vt aut de ingenijs noſtris male exiſtimandum ſit, ſi idem aſſequi non poſſumus, aut de iudicijs, ſi nolumus; vix hercule auderem, ſi mea ſententia proferenda, ac non diſertiſſimorum vt noſtris temporibus hominum ſermo repetendus eſſet. quos eandem hanc quæſtionem pertractantes, iuuenis admodum audiui. Ita non ingenio, ſed memoria ac recordatione opus eſt, vt quæ a præſtantiſſimis viris & excogitata ſubtiliter, & dicta grauiter accepi, cum ſinguli diuerſas vel eaſdem, ſed probabiles cauſas afferrent, dum formam ſui quiſque & animi, & ingenij redderet, iiſdem nunc numeris, iiſdemque rationibus perſequar, ſeruato ordine diſputationis. neque enim defuit, qui diuerſam quoque partem ſuſciperet, ac multum vexata & irriſa vetuſtate, noſtrorum temporum eloquentiam antiquorum ingenijs anteferret. Nam poſtero die quam accuratius Maternus Catonem recitauerat, cum offendiſſe potentium animos diceretur, tanquam in eo tragœdiæ argumento ſui oblitus, tantum Catonem cogitaſſet

gitaſſet, eaque de re per vrbem frequens ſermo haberetur, venerunt ad eum M. Aper & Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori noſtri: quos ego in iudicijs non vtroſque modo ſtudioſe audiebam, ſed domi quoque & in publico aſſectabar, mira ſtudiorum cupiditate, & quodam ardore iuuenili, vt fabulas quoque eorum & diſputationes, & arcana ſemotæ dictionis penitus exciperem. quamuis maligne plerique opinarentur, nec Secundo promptum eſſe ſermonem, & Aprum ingenio potius & vi naturæ, quam inſtitutione & litteris famam eloquentiæ conſecutum. Nam & Secundo purus, & preſſus, &, in quantum ſatis erat, profluens, ſermo non defuit: & Aper communi eruditione imbutus, contemnebat potius litteras quam neſciebat. tanquam maiorem induſtriæ & laboris gloriam habiturus, ſi ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur. Igitur vt intrauimus cubiculum Materni, ſedentem ipſum, quem pridie recitauerat librum intra manus habentem, deprehendimus. Tum Secundus: Nilne te, inquit, Materne, fabulæ malignorum terrent, quo minus offenſas Catonis tui ames? An ideo librum iſtum apprehendiſti, vt diligentius retractares, & ſublatis ſi quæ prauam interpretandi materiam dederunt, emitteres Catonem non quidem meliorem, ſed tamen ſecuriorem? Tum ille, Leges tu quidem ſi volueris & agnoſces quæ audiſti. quod ſi qua omiſit Cato, ſequenti tractatione Thyeſtes dicet. Hanc enim tragœdiam diſpoſui iam, & intra me ipſe formaui. Atque ideo maturare libri huius editionem feſtino, vt dimiſſa priore cura, nouæ cogitationi toto pectore incumbam. Adeo te tragœdiæ iſtæ non ſatiant, inquit Aper, quo minus omiſſis orationum & curarum ſtudijs omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyeſtem conſumas? cum tot amicorum cauſæ, tot coloniarum & municipiorum clientelæ in forum vocent, quibus vix ſufficeres, etiam ſi non nouum tibi ipſe negotium importaſſes, Domitium, & Catonem: id eſt, noſtras quoque hiſtorias, & Romana nomina, Græcorum fabulis aggregares. Et Maternus, Perturbarer hac tua ſeueritate, niſi frequens ac aſſidua nobis contentio iam prope in conſuetudinem vertiſſet. Nam nec tu agitare & inſequi poetas intermittis, & ego cui deſidiam aduocationum obijcis, quotidianum hoc patrocinium defendendæ aduerſus te poeticæ exerceo. Quo lætor magis oblatum nobis iudicem, qui me vel in futurum vetet verſus facere, vel quod iam pridem opto, ſua quoque auctoritate compellat, vt omiſſis forenſium Muſarum anguſtijs, in quibus ſatis mihi ſuperque ſudatum eſt, ſanctiorem iſtam & auguſtiorem eloquentiam colam. Ego vero, inquit Secundus, ante quam me iudicem Aper recuſet, faciam quod probi & modeſti iudices ſolent, vt in his cognitionibus excuſent, in quibus manifeſtum eſt, alteram apud eos partem * gratiæ præualere. Quis enim neſcit, neminem mihi coniunctiorem eſſe & vſu amicitiæ, & aſſiduitate contubernij quam Saleium Baſſum, cum optimum vi-

*gratia

rum, tum abſolutiſſimum poetam? porro ſi poetica accuſatur, non alium video reum locupletiorem. Securus ſit, inquit Aper, & Saleius Baſſus, & quiſquis alius ſtudium poeticæ & carminum gloriam fouet, cum cauſas agere non poſſit. & ego enim quatenus arbitrium litis huius inueniri non patiar, * Maternum ſollicite plurimum defendi. ſed & ipſum ſolum apud eos arguam, quod natus ad eloquentiam virilem & oratoriam, qua parare ſimul & tueri amicitias, adſciſcere nationes, complecti prouincias poſſit, amittit ſtudium, quo non aliud in ciuitate noſtra vel ad vtilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad vrbis famam pulchrius, vel ad totius imperij atque omnium gentium notitiam illuſtrius excogitari poteſt. Nam ſi ad vtilitatem vitæ omnia conſilia, facta noſtra dirigenda ſunt; quid erit tutius quam eam exercere artem, qua ſemper armatus præſidium amicis, opem alienis, ſalutem periclitantibus, inuidis vero & inimicis metum & terrorem vltro feras, ipſe ſecurus & velut quadam perpetua potentia ac poteſtate munitus? cuius vis & vtilitas rebus prope fluentibus, aliorum * præſidio & tutela intelligitur. ſin proprium periculum increpuit; non hercule lorica aut gladius in acie firmius munimentum, quam reo & periclitanti eloquentiæ præſidium ſimul & telum, quo propugnare pariter & inceſſere, vel in iudicio, ſiue in Senatu, ſiue apud Principem poſſis. Quid aliud infeſtis patribus nuper Eprius Marcellus, quam eloquentiam ſuam oppoſuit? qui accinctus & minax diſertam quidem ſed inexercitatam & eiuſmodi certaminum rudem Heluidij ſapientiam eluſit. Plura de vtilitate non dico, cui parti minime contradicturum Maternum meum arbitrer. Ad voluptatem oratoriæ eloquentiæ tranſeo, cuius iucunditas non vno aliove momento, ſed omnibus prope diebus & prope omnibus horis contingit. Quid enim dulcius libero & ingenuo animo, & ad voluptates honeſtas nato, quam videre plenam ſemper & frequentem domum concurſu ſplendidiſſimorum hominum? idque ſcire, non pecuniæ, non orbitati, neque officij alicuius adminiſtrationi, ſed ſibijpſi dari? illos quinimmo orbos & locupletes & potentes venire plerumque ad iuuenem & pauperem, vt aut ſua aut amicorum diſcrimina commendent. Vllane tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas, quam ſpectare homines veteres, & ſenes, & totius orbis gratia ſubnixos, in ſumma omnium rerum abundantia confitentes id quod optimum ſit ſe non habere? Iam vero qui togatorum comitatus & egreſſus? quæ in publico ſpecies? quæ in iudicijs veneratio? quod gaudium conſurgendi aſſiſtendique inter tacentes, in vnum conuerſos? coire populum, & circumfundi coram, & accipere affectum quemcunque orator induerit? Vulgata dicentium gaudia, & imperitorum quoque oculis expoſita, percenſeo. Illa ſecretiora, & tantum ipſis orantibus nota, maiora ſunt. Siue accuratam meditatamque affert orationem; eſt quoddam ſicut ipſius dictionis,

* præſidium & tutela

ita

ita gaudij pondus & conſtantia. ſiue nouam & recentem curam non ſine aliqua trepidatione animus attulerit; ipſa ſollicitudo commendat euentum, & lenocinatur voluptati. Sed extemporalis audaciæ, atque ipſius temeritatis vel præcipua iucunditas eſt. Nam ingenio quoque, ſicut in agro, quanquam alia diu ſerantur atque elaborentur, gratiora tamen quæ ſua ſponte naſcuntur. Equidem vt de me ipſo fatear, non eum diem lætiorem egi, quo mihi latus clauus oblatus eſt, vel quo homo nouus & in ciuitate minime fauorabili natus, quæſturam, aut tribunatum, aut præturam accepi: quam eos quibus mihi pro mediocritate huius quantulæcunque in dicendo facultatis, aut reum proſpere defendere, aut apud centumuiros cauſam aliquam fœliciter orare, aut apud Principem ipſos illos libertos & procuratores Principum tueri & defendere datur. Tum mihi ſupra tribunatus & præturas & conſulatus aſcendere videor, tum * abire: quod ſi non in alio oritur, nec in codicillis datur, nec cum gratia venit. Quæ fama & laus cuiuſuis artis cum oratorum gloria comparanda eſt, qui non illuſtres in vrbe ſolum apud negotioſos & rebus intentos, ſed etiam apud iuuenes & adoleſcentes, quibus morum indoles eſt & bona ſpes ſui? Quorum nomina prius parentes liberis ſuis ingerunt? quos ſæpius vulgus imperitum & tunicatus hic populus tranſeuntes nomine vocat, & digito demonſtrat? Aduenæ quoque & peregrini, iam in municipijs & colonijs ſuis auditos, cum primum vrbem attigerunt, requirunt ac vultus agnoſcere concupiſcunt. Auſim contendere Marcellum hunc Eprium, de quo modo locutus ſum, & Criſpum Vibium (libentius enim * nouis & recentibus quam remotis & oblitteratis exemplis vtor) non minus eſſe in extremis partibus terrarum, * quam Capuæ aut Vercellis, vbi nati dicuntur. nec hoc illis alterius ter millies ſeſtertium præſtat, * quanquam ad has ipſas opes poſſunt videri eloquentiæ beneficio veniſſe. Ipſa eloquentia, cuius numen & cœleſtis vis multa quidem omnibus ſæculis exempla edidit, ad quantam vſque fortunam homines ingenij viribus peruenerint. Sed hæc, vt ſupra dixi, proxima, & quæ non auditu cognoſcenda ſed oculis ſpectanda haberemus. Nam quo ſordidius & abiectius nati ſunt, quoque notabilior paupertas & anguſtia rerum naſcentes eos circumſteterunt, eo clariora & ad demonſtrandam oratoriæ eloquentiæ vtilitatem illuſtriora exempla ſunt. quod ſine commendatione natalium, ſine ſubſtantia facultatum, neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per multos iam annos potentiſſimi ſunt ciuitatis ac donec libuit principes fori, nunc Principes in Cæſaris amicitia agunt feruntque cuncta: atque ab ipſo principe cum quadam reuerentia diliguntur. Quia Veſpaſianus venerabilis ſenex & patientiſſimus veri, bene intelligit, cæteros quidem amicos ſuos niti ijs quæ ab ipſo acceperint, quæque ipſi accumulare, & in alios congerere prom-

* notis

ptum eſt: Marcellum autem & Criſpum, attuliſſe ad amicitiam ſuam quod non a Principe acceperint, nec accipi poſſit. Minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines, ac tituli & ſtatuæ. quæ neque ipſa tamen negliguntur: tam hercule quam diuitiæ & opes, quas facilius inuenies qui vituperet quam faſtidiat. His igitur & honoribus, & ornamentis, & facultatibus, refertas domos eorum videmus, qui ſe ab ineunte adoleſcentia cauſis forenſibus & oratorio ſtudio dederunt. Nam carmina & verſus, quibus totam vitam Maternus inſumere optat (inde enim omnis fluxit oratio) neque dignitatem vllam auctoribus ſuis conciliant, neque vtilitates alunt: voluptatem autem breuem, laudem inanem & infructuoſam conſequuntur. Licet hæc ipſa, & quæ deinde dicturus ſum, aures tuæ o Materne reſpuant, cui bono eſt ſi apud te Agamemnon aut Iaſon diſerte loquitur? quis ideo domum defenſus, & tibi obligatus redit? Quis Saleium noſtrum egregium poetam, vel (ſi hoc honorificentius eſt) præclariſſimum vatem deducit, aut ſalutat, aut proſequitur? Nempe ſi amicus eius, ſi propinquus, ſi denique ipſe in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum recurret, aut ad te Materne, non quia poeta es, neque vt pro eo verſus facias. hi enim Baſſo domi naſcuntur, pulchri quidem & iucundi. quorum tamen hic exitus eſt, vt cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte, vnum librum extudit & elucubrauit, rogare vltro & ambire cogatur, vt ſint qui dignentur audire: & ne id quidem gratis. nam & domum mutuatur, & auditorium extruit, & ſubſellia conducit, & libellos diſpergit: & vt beatiſſimus recitationem eius euentus proſequatur; omnis illa laus intra vnum aut alterum diem velut in herba vel flore præcepta, ad nullam certam & ſolidam peruenit frugem: nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam, aut manſurum in animo cuiuſquam beneficium, ſed clamorem vagum, & voces inanes, & gaudium volucre. Laudauimus nuper vt miram & eximiam Veſpaſiani liberalitatem, quod quingenta ſeſtertia Baſſo donaſſet. Pulchrum id quidem, indulgentiam Principis ingenio mereri; quanto tamen pulchrius, ſi ita res familiaris exigat, ſe ipſum colere, ſuum genium propitiare, ſuam experiri liberalitatem? Adijce quod poetis, ſi modo dignum aliquid elaborare & efficere velint, relinquenda conuerſatio amicorum, & iucunditas vrbis, deſerenda cætera officia, vtque ipſi dicunt, in nemora & lucos, id eſt, in ſolitudinem recedendum eſt. Nec opinio quidem & fama cui ſoli ſeruiunt, & quod vnum eſſe pretium omnis ſui laboris fatentur, æque poetas quam oratores ſequitur. quoniam mediocres poetas nemo nouit, bonos pauci. Quando enim rariſſimarum recitationum fama in totam vrbem penetrat? nedum vt per tot prouincias innoteſcat. Quotus quiſque cum ex Hiſpania vel Aſia, ne quid de Gallis noſtris loquamur, in vrbem venit, Saleium Baſſum requirit? atque

adeo

adeo ſi quis requirit & ſemel vidit, tranſit & contentus eſt: vt ſi pictúram aliquam vel ſtatuam vidiſſet. Neque hunc meum ſermonem ſic accipi volo, tanquam eos quibus natura ſua oratorum ingenium denegauit, deterream a carminibus, ſi modo in hac ſtudiorum parte oblectare otium & nomen inſerere poſſunt famæ. ego vero omnem eloquentiam omneſque eius partes ſacras & venerabiles puto. nec ſolum cothurnum veſtrum, aut heroici carminis ſonum, ſed lyricorum quoque iucunditatem, & elegorum laſciuias, & iamborum amaritudinem, epigrammatum luſus, & quancunque aliam ſpeciem eloquentia habeat, anteponendam cæteris aliarum artium ſtudijs credo. ſed tecum mihi Materne res eſt, quod cum natura tua in ipſam arcem eloquentiæ ferat, errare mauis, & ſumma adeptus, in leuioribus ſubſiſtis. Vt ſi in Græcia natus eſſes, vbi ludicras quoque artes exercere honeſtum eſt, ac tibi Nicoſtrati robur ac vires dij dediſſent, non paterer immanes illos ad pugnam natos lacertos, leuitate iaculi aut iactu diſci vaneſcere: ſic nunc te ab auditorijs & theatris, in forum & ad cauſas, & ad vera prœlia voco. cum præſertim ne ad id quidem confugere poſſis, quod pleriſque patrocinatur, tanquam minus obnoxium ſit offendere poetarum quam oratorũ ſtudium. Efferueſcit enim vis pulcherrimæ naturæ tuæ, nec pro amico aliquo, ſed quod periculoſius eſt, pro Catone offendis. nec excuſatur offenſa neceſſitudine officij, aut fide aduocationis, aut fortuitæ & ſubitæ dictionis impetu: meditatus videris elegiſſe perſonam notabilem, & cum auctoritate dicturam. Sentio quid reſponderi poſſit. hinc ingentes ex his aſſenſus, hinc in ipſis auditorijs præcipue laudari, & mox omnium ſermonibus ferri. Tolle igitur quietis & ſecuritatis excuſationem, cum tibi ſumas aduerſarium ſuperiorem. nobis ſatis ſit priuatas & noſtri ſæculi controuerſias tueri, in quibus expreſſis ſi quando neceſſe ſit pro periclitante amico potentiorum aures offendere; & probata ſit fides, & libertas excuſata. Quæ cum dixiſſet Aper acrius, vt ſolebat; & intento ore: remiſſus & ſubridens Maternus, Paraui, inquit, me non minus diu accuſare oratores quam Aper laudat. Fore enim arbitrabar vt a laudatione eorum degreſſus detractaret poetas, atque carminum ſtudium proſterneret: arte quadam mitigauit, concedendo his qui cauſas agere non poſſent, vt verſus facerent. Ego autem ſicut in cauſis agendis efficere aliquid & eniti fortaſſe poſſum, ita recitatione tragœdiarum ingredi famam auſpicatus ſum, tum quidem cum in Nerone improbam & ſtudiorum quoque ſacra profanantem vaticinij potentiam fregi. hodie ſi quid in nobis notitiæ ac nominis eſt, magis arbitror carminum quam orationum gloria partum. ac iam me deiungere a forenſi labore conſtitui, nec comitatus iſtos & egreſſus aut frequentiam ſalutationum concupiſco: non magis quam æra & imagines, quæ etiam me nolente in domum meam irruperunt. Nam ſtatum

huc vſque *cuiuſque ac ſecuritatem melius innocentia tueor quam eloquentia. nec vereor, ne mihi vnquam verba in Senatu niſi pro alterius diſcrimine facienda ſint. Nemora vero, & luci, & ſecretum ipſum quod Aper

increpabat, tantam mihi afferunt voluptatem, vt inter præcipuos carminum fructus numerem, quod nec in ſtrepitu, nec ſedente ante oſtium litigatore, nec inter ſordes ac lacrymas reorum componuntur, ſed ſecedit animus in loca pura atque innocentia, fruiturque ſedibus ſacris. Hæc eloquentiæ primordia, hæc penetralia: hoc primum habitu cultuque * commoda mortalibus, in illa caſta & nullis contacta vitijs pectora influxit. ſic oracula loquebantur. Nam lucroſæ huius & ſanguinantis eloquentiæ vſus, recens, & malis moribus natus, atque, vt tu dicebas Aper, in locum teli repertus. Cæterum fœlix illud, &, vt more noſtro loquar, aureum ſæculum, & oratorum & criminum inops, poetis & vatibus abundat, qui benefacta canerent, non qui male admiſſa defenderent. Nec vllis aut gloria maior, aut auguſtior honor: primum apud deos, quorum proferre reſponſa & intereſſe epulis ferebantur: deinde apud illos dijs genitos ſacroſque reges, inter quos neminem cauſidicorum, ſed Orphea ac Linum, ac ſi introſpicere altius velis, ipſum Apollinem accepimus. vel ſi hæc fabuloſa nimis & compoſita videntur, illud certe mihi concedis Aper, non minorem honorem Homero quam Demoſtheni apud poſteros: nec anguſtioribus terminis famam Euripidis, aut Sophoclis, quam Lyſiæ aut Hyperidis includi. plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam, quam Virgilij detractent. Nec vllus Aſinij aut Meſſallæ liber tam illuſtris eſt, quam Medea Ouidij, aut Varij Thyeſtes. Ac ne fortunam quidem vatum, & illud fœlix contubernium, comparare timuerim cum inquieta & anxia oratorum vita. licet illos certamina & pericula ſua ad conſulatus euexerint: malo ſecurum & ſecretum VIRGILII ſeceſſum, in quo tamen neque apud Diuum Auguſtum gratia caruit, neque apud populum Romanum notitia. Teſtes Auguſti epiſtolæ, teſtis ipſe populus, qui auditis in theatro verſibus Virgilij, ſurrexit vniuerſus, & forte præſentem ſpectantemque Virgilium veneratus eſt, ſic quaſi Auguſtum. Ne noſtris quidem temporibus, Secundus Pomponius Afro Domitio, vel dignitate vitæ, vel perpetuitate famæ, ceſſerit. Nam Criſpus & Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac præſenti fortuna concupiſcendum? an quod timent, an quod timentur? quod cum quotidie aliquid rogentur, hi quibus præſtant indignantur? quod alligati cum adulatione, nec imperantibus vnquam ſatis ſerui videntur, nec nobis ſatis liberi? Quæ hæc ſumma eorum potentia eſt? tantum poſſe liberti ſolent. Me vero dulces, vt Virgilius ait, Muſæ, remotum a ſollicitudinibus, & curis, & neceſſitate quotidie aliquid contra animum faciendi, in illa ſacra illoſque fontes ferant: nec inſanum vltra & lubricum forum famamque pallentem trepidus experiar. non me fremitus ſalutantium, nec anhelans libertus excitet: nec incertus futuri, teſtamentum pro pignore ſcribam: nec plus habeam, quam quod poſſim cui velim relinquere, quandocunque fatalis & meus dies veniet. ſtatuarque tumulo non mœſtus & atrox, ſed hilaris & coronatus: & pro memoria mei, nec conſulat quiſquam nec roget. Vix dum finierat Maternus concitatus & velut inſtinctus,

*commodata

ſtinctus, cum Vipſanius Meſſalla cubiculum eius ingreſſus eſt, ſuſpicatuſque ex ipſa intentione ſingulorum, altiorem inter eos eſſe ſermonem: Num parum tempeſtiuus, inquit, interueni, ſecretum conſilium & cauſæ alicuius meditationem tractantibus? Minime, minime, inquit Secundus, atque adeo vellem maturius interueniſſes. delectaſſet enim te & Apri noſtri accuratiſſimus ſermo, cum Maternum vt omne ingenium ac ſtudium ſuum ad cauſas agendas conuerteret, exhortatus eſt: & Materni pro carminibus ſuis læta, vtque poetas defendi decebat, audentior, poetarum quam oratorum ſimilior oratio. Me vero, inquit, & ſermo ipſe infinita voluptate affeciſſet, atque id ipſum delectat, quod vos viri optimi & temporum noſtrorum oratores, non forenſibus tantum negotijs, & declamatorio ſtudio ingenia veſtra exercetis, ſed eiuſmodi etiam diſputationes adiungitis, quæ & ingenium alunt & eruditionem: & litterarum iucundiſſimum oblectamentum, cum vobis qui illa diſputatis, afferunt, tum etiam his ad quorum aures peruenerint. Itaque hercule non minus probari video in te Secunde, quod Iulij Aſiatici vitam componendo, ſpem hominibus feciſti plurium eiuſmodi librorum, quam in Apro quod nondum a ſcholaſticis cõtrouerſijs receſſit; & otium ſuum mauult nouorum rhetorum more, quam veterum oratorum conſumere. Tum Aper, Non deſinis, Meſſalla, vetera tantum & antiqua mirari, noſtrorum autem temporum ſtudia irridere atque contemnere. Nam hunc tuum ſermonem ſæpe excepi, cum oblitus & tuæ & fratris tui eloquentiæ, neminem hoc tempore oratorem eſſe contenderes. * Antiquis eo credo audacius, quod maligni in ijs opinionem non verebaris, cum eam gloriam quam tibi alij concedunt, ipſe tibi denegares. Neque illius, inquit, ſermonis mei pœnitentiam ago, neque aut Secundum, aut Maternum, aut te ipſum Aper, (quanquam interdum in contrarium diſputes) aliter ſentire credo. Ac velim impetratum ab aliquo veſtrum, vt cauſas huius infinitæ differentiæ ſcrutetur ac reddat, quas mecum ipſe plerumque conquiro. & quod quibuſdam ſolatio eſt, mihi auget quæſtionem, quia video etiam Graijs accidiſſe, vt longius abſit Æſchine & Demoſthene Sacerdos iſte Nicetes, & ſi quis alius Epheſum vel Mitylenas contentus ſcholaſticorum clamoribus quatit, quam Afer aut Africanus aut vos ipſi a Cicerone aut Aſinio receſſiſtis. Magnam, inquit Secundus, & dignam tractatu quæſtionem mouiſti: ſed quis eam iuſtius explicauerit quam tu, ad cuius ſummam eruditionem & præſtantiſſimum ingenium cura quoque & meditatio acceſſit? Et Meſſalla, Aperiam, inquit, cogitationes meas, ſi illud a vobis ante impetrauero, vt vos quoque ſermonem hunc noſtrum adiuuetis. Pro duobus, inquit Maternus, promitto. nam & ego & Secundus exequemur partes, quas intellexerimus te non tam omiſiſſe quam nobis reliquiſſe. Aprum enim ſolere diſſentire, & tu paullo ante dixiſti, & ipſe ſatis manifeſtus eſt iamdudum in contrarium accingi, nec æquo animo perferre hanc noſtram pro antiquorum laude concordiam. Non enim, inquit Aper, inauditum & inde-

* Atque id

ſenſum ſæculum noſtrum patiar hac veſtra conſpiratione damnari. Sed hoc primum interrogabo, quos voceτis antiquos, quam oratorum ætatem * ſignificatione iſta determinetis? Ego enim cum audio antiquos, quoſdam veteres & olim natos intelligo, ac mihi verſantur ante oculos Vlyſſes & Neſtor, quorum ætas mille fere & CC. annis ſæculum noſtrum antecedit: vos autem Demoſthenem & Hyperidem profertis; quos ſatis conſtat Philippi & Alexandri temporibus floruiſſe; ita tamen vt vtrique ſuperſtites eſſent. Ex quo apparet, non multo plures quam CCC. annos intereſſe inter noſtram & Demoſthenis ætatem. quod ſpatium temporis, ſi ad infirmitatem corporum noſtrorum referas, fortaſſe longum videatur: ſi ad naturam ſæculorum & reſpectum huius immenſi æui, perquam breue, & in proximo eſt. Nam ſi, ſicut Cicero in Hortenſio ſcribit, is eſt magnus & verus annus, quo eadem poſitio cœli ſiderumque, quæ cum maxime eſt, rurſum exiſtet, iſque annus horũ quos vocamus annorum XII. ∞ DCCCLIV. complectitur: incipit Demoſthenes veſter quem vos veterem & antiquum fingitis, non ſolum anno quo nos, ſed fere eodem menſe extitiſſe. Sed tranſeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium vt puto Agrippam, qui poteſt videri antiquus, noſtrorum temporum diſertis anteponere ſoletis: ſed Ciceronem, & Cæſarem, & Cælium, & Caluum, & Brutum, & Aſinium, & Meſſallam. quos quidem cur antiquis temporibus potius adſcribatis quam noſtris, non video. nam vt de Cicerone ipſo loquar, Hirtio nempe & Panſa conſulibus, vt Tiro libertus eius ſcripſit, VII. Idus Decemb. occiſus eſt, quo anno Diuus Auguſtus in locum Panſæ & Hirtij ſe & Q. Pedium COSS. ſuffecit. ſtatue VI. & L. annos, quibus mox Diuus Auguſtus Remp. rexit: adijce Tiberij tres & viginti, & prope quadriennium Caij, ac bis quaternoſdenos Claudij & Neronis annos, atque ipſum Galbæ & Othonis, & Vitellij vnum annum, ac ſextam iam fœlicis huius principatus ſtationem, qua Veſpaſianus Remp. fouet; C. & XX. anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, vnius hominis ætas. Nam ipſe ego in Britannia vidi ſenem, qui ſe fateretur & pugnæ interfuiſſe, qua Cæſarem inferentem arma Britanniæ, arcere littoribus, & pellere aggreſſi ſunt. Ita ſi eum qui armatus C. Cæſari reſtitit, vel captiuitas, vel voluntas, vel fatum aliquod in vrbem pertraxiſſet, idem Cæſarem ipſum & Ciceronem audire potuit, & noſtris quoque actionibus intereſſe. Proximo quidem congiario ipſi vidiſtis pleroſque ſenes, qui ſe a Diuo quoque Auguſto ſemel atque iterum accepiſſe congiarium narrabant. ex quo colligi poteſt, & Coruinum ab illis & Aſinium audiri potuiſſe. Nam Coruinus in medium vſque Auguſti principatum, Aſinius pæne ad extremum durauit. Nec diuidatis ſæculum, & antiquos ac veteres vocetis oratores, quos eorundem hominum aures agnoſcere ac velut coniungere & copulare potuerunt. Hæc ideo prædixi, vt ſi qua ex horum oratorum fama gloriaque, laus temporibus adquiritur; eandem docerem in medio ſitam, & propiorem nobis quam Ser. Galbæ, C. Carboni, quoſque alios antiquos merito vocaremus. Sunt enim horridi,

* ſignatione Rom. edit.

horridi, & impoliti, & rudes, & informes: & quos vtinam imitatus non eſſet Caluus veſter aut Cœlius, aut ipſe Cicero? Agere enim fortius iam & audentius volo, ſi illud ante prædixero, mutari cum temporibus formas & genera dicendi. Sicut Catoni ſeni comparatus C. Gracchus, plenior & vberior: ſic Graccho politior & ornatior, Craſſus: ſic vtroque diſtinctior & vrbanior & altior, Cicero: Cicerone mitior Coruinus & dulcior, & in verbis magis elaboratus. Nec quæro quis diſertiſſimus. hoc interim probaſſes contentus ſum, non eſſe vnum eloquentiæ vultum, ſed in illis quoque quos vocatis antiquos, plures ſpecies deprehendi: nec ſtatim deterius eſſe quod diuerſum eſt: vitio autem malignitatis humanæ vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio eſſe. Num dubitamus inuentos, qui pro Catone Appium Cæcum magis mirarentur? Satis conſtat nec Ciceroni quidem obtrectatores defuiſſe, quibus inflatus & tumens, nec ſatis preſſus, ſupra modum exultans & ſuperfluens, & parum * antiquus videretur. Legiſti vtique & Calui, & Bruti, ad Ciceronem miſſas epiſtolas. ex quibus facile eſt deprehendere, Caluum quidem Ciceroni viſum exanguem, & attritum, Brutum autem otioſum atque diſiunctum. Rurſumque Ciceronem a Caluo quidem male audiuiſſe, tanquam ſolutum & eneruem: a Bruto autem, vt ipſius verbis vtar, tanquam fractum atque elumbem. Si me interroges, omnes mihi videntur verum dixiſſe. ſed mox ad ſingulos veniam, * nec mihi cum vniuerſis negotium eſt. Nam quatenus antiquorum admiratores hunc velut terminum antiquitatis conſtituere ſolent, quem vſque ad Caſſium Seuerum faciunt; quem primum affirmant flexiſſe ab illa vetere, atque dicendi via directa: * non infirmitate ingenij, nec inſcitia litterarum, tranſtuliſſe ſe ad id dicendi genus contendo, ſed iudicio & intellectu. Vidit namque, vt paullo ante dicebam, cum conditione temporum ac diuerſitate aurium formam quoque ac ſpeciem orationis eſſe mutandam. Facile perferebat prior iſte populus, vt imperitus & rudis, imperitiſſimarum orationum ſpatia: atque id ipſum laudi dabatur, ſi dicendo quis diem eximeret. Ita vero longa principiorum præparatio, & narrationis alte repetita ſeries, & multarum diuiſionum oſtentatio, & mille argumentorum gradus, & quidquid aliud aridiſſimis Hermagoræ & Apollodori libris præcipitur, in honore erat: & ſi quis odoratus philoſophiam, atque ex ea locum aliquem orationi ſuæ insereret, in cœlum laudibus ferebatur. Nec mirum. erant enim hæc noua & incognita: & ipſorum quoque oratorum pauciſſimi, præcepta rhetorum aut philoſophorum placita cognouerant. At hercule peruulgatis iam omnibus, cum vix in cortina quiſquam aſſiſtat, qui elementis ſtudiorum etſi non inſtructus, at certe imbutus ſit, nouis & exquiſitis eloquentiæ itineribus opus eſt, per quæ orator faſtidium aurium effugiat, vtique apud eos iudices qui vi aut poteſtate non iure & legibus cognoſcunt, & nec accipiunt tempora ſed conſtituunt, nec expectandum habent oratorem dum

* Atticus

* nunc

illi libeat de ipſo negotio dicere, ſed ſæpe vltro admonent, atque alio tranſgredientem reuocant & feſtinare ſe teſtantur. Quis nunc ferat oratorem de infirmitate valetudinis ſuæ præfantem? qualia ſunt fere principia Coruini. Quis quinque in Verrem libros expectauerit? Quis de exceptione & formula perpetietur illa immenſa volumina, quæ pro M. Tullio aut A. Cæcina legimus? Præcurrit hoc tempore iudex dicentem, & niſi aut curſu argumentorum, aut colore ſententiarum, aut nitore & cultu deſcriptionum inuitatus & corruptus eſt, auerſatur dicentem. Vulgus quoque aſſiſtentium, & affluens & vagus auditor, aſſueuit iam exigere lætitiam & pulchritudinem orationis; nec magis perfert in iudicijs triſtem & impexam antiquitatem, quam ſi quis in ſcena Roſcij, aut Turpionis Ambiuij exprimere geſtus velit. Iam vero iuuenes & in ipſa ſtudiorum incude poſiti, qui profectus ſui cauſa oratores ſectantur, non ſolum audire, ſed etiam referre domum aliquid illuſtre & dignum memoria volunt. Traduntque inuicem, ac ſæpe in colonias ac prouincias ſuas ſcribunt, ſiue in ſuis aliquis arguta & breui ſententia effulſit, ſiue locus exquiſito & poetico cultu enituit. Exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Attij aut Pacuuij veterno inquinatus, ſed ex Horatij, & Virgilij, & Lucani ſacrario prolatus. Horum igitur auribus & iudicijs obtemperans noſtrorum oratorum ætas, pulchrior & ornatior extitit. Neque ideo minus efficaces ſunt orationes noſtræ, quia ad aures iudicantium cum voluptate perueniunt. Quid enim ſi infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi cæmento, & informibus tegulis extruuntur, ſed marmore nitent & auro radiantur? Equidem fatebor vobis ſimpliciter, me in quibuſdam antiquorum vix riſum, in quibuſdam autem vix ſomnum tenere, nec vnum de populo. * Canuti aut Aride Furnio & Toranio, quique alios in eodem valetudinario hæc oſſa & hanc maciem probant. Ipſe mihi Caluus cum vnum & viginti, vt puto, libros reliquerit, vix in vna aut altera oratiuncula ſatisfacit. nec diſſentire cæteros ab hoc meo iudicio video. quotus enim quiſque Calui in Aſitium aut in Druſum legit? at hercule in hominum ſtudioſorum manibus verſantur accuſationes, quæ in Vatinium * conſcribuntur, ac præcipue ſecunda ex his oratio. eſt enim verbis ornata, & ſententijs, auribus iudicum accommodata: vt ſcias ipſum quoque Caluum intellexiſſe quid melius eſſet, nec voluntatem quin ſublimius & cultius diceret, ſed ingenium ac vires defuiſſe. Quid ex Cœlianis orationibus? nempe hæ placent ſiue in vniuerſa * parte factum in quibus nitorem & altitudinem horum temporum agnoſcimus. Sordes autem verborum, & hians compoſitio & inconditi ſenſus redolent antiquitatem. nec quemquam adeo antiquarium puto, vt Cœlium ex ea parte laudet, qua antiquus eſt. Concedamus ſane C. Cæſari, vt propter magnitudinem cogitationum & occupationes rerum, minus eloquentia effecerit, quam diuinum eius ingenium poſtulabat: tam hercule

* *
* inſcrib.

hercule quam Brutum philoſophiæ ſuæ relinquamus. Nam in orationibus minorem eſſe fama ſua, etiam admiratores eius fatentur. niſi forte quiſquam aut Cæſaris pro Decio Samnite, aut Bruti pro Deiotaro Rege, cæteroſque eiuſdem lentitudinis ac teporis libros legit, niſi qui & carmina eorundem miratur. fecerunt enim & carmina, & in Bibliothecas rettulerunt, non melius quam Cicero, at felicius, quia illos feciſſe pauciores ſciunt. Aſinius quoque, quanquam propioribus temporibus natus ſit, videtur mihi inter Menenios & Appios ſtuduiſſe. Pacuuium certe, & Attium, non ſolum tragœdijs, ſed etiam orationibus ſuis expreſſit. adeo durus & ſiccus eſt. Oratio autem, ſicut corpus hominis, ea demum pulchra eſt, in qua non eminent venæ, nec oſſa numerantur: ſed temperatus ac bonus ſanguis implet membra & exurgit toris, ipſos quoque neruos rubore tegit & decore commendat. Nolo Coruinum inſequi, quia non per ipſum ſtetit quo minus lætitiam nitoremque noſtrorum temporum exprimeret. viderimus * in quam iudicio eius vis aut animi aut ingenij ſuffecerit. Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum æqualibus ſuis fuit, quæ mihi vobiſcum eſt. Illi enim antiquos mirabantur, ipſe ſuorum temporum eloquentiam anteponebat. nec vlla re magis eiuſdem ætatis oratores præcurrit, quam iudicio. Primus enim excoluit orationem, primus & verbis dilectum adhibuit, & compoſitioni artem: locoſque lætiores attentauit, & quaſdam ſententias inuenit: vtique in his orationibus quas ſenior iam & iuxta finem vitæ compoſuit, id eſt, poſtquam magis profecerat, vſuque & experimentis didicerat, quod optimum dicendi genus eſt. Nam priores eius orationes, non carent vitijs antiquitatis. lentus eſt in principijs, longus in narrationibus, otioſus circa exceſſus: tarde commouetur, raro incaleſcit: pauci ſenſus opt. & cum quodam lumine terminantur. nihil excerpere, nihil referre poſſis: & velut in rudi ædificio, firmus ſane paries & duraturus, ſed non ſatis expolitus & ſplendens. Ego autem oratorem, ſicut locupletem ac * laudatum patrem familiæ, non eo tantum volo tecto tegi, quod imbrem ac ventum arceat, ſed etiam quod viſum & oculos delectet: non ea ſolum inſtrui ſupellectile quæ neceſſarijs vſibus ſufficiat. ſed ſit in apparatu eius, & aurum, & gemmæ, vt ſumere in manus, & aſpicere ſæpius liceat: quædam vero procul arceantur, vt iam oblitterata & olentia: nullum ſit verbum velut rubigine infectum, nulli ſenſus tarda & inerti ſtructura, in morem Annalium, componantur: fugiat fœdam & inſulſam ſcurrilitatem: variet compoſitionem, nec omnes clauſulas vno & eodem modo terminet. Nolo irridere *Rotam fortunæ*, & *Jus Verrinum*, & illud tertio quoque ſenſu in omnibus pro ſententia poſitum, *Eſſe videatur*. Nam & hoc inuitus rettuli, & plura omiſi, quæ tamen ſola mirantur atque exprimunt hi qui ſe antiquos oratores vocabant. neminem nominabo, genus hominum ſignaſſe contentus: ſed vobis vtique verſantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, & Lucretium pro

* in quantum

* lautum

Virgilio legunt: quibus eloquentia tui Aufidij Baſſi, aut Seruilij Noniani, ex comparatione Siſennæ aut Varronis ſordet: qui rhetorum noſtrorum commentarios faſtidiunt, oderunt, Calui mirantur: quos more priſco apud iudicem fabulantes, non auditores ſequuntur, non populus audit, vix denique litigator perpetitur. adeo mœſti & inculti, illam ipſam quam iactant ſanitatem, infirmitate & ieiunio conſequuntur. Porro ne in corpore quidem valetudinem medici probant, quæ animi anxietate contingat. parum eſt ægrum non eſſe, fortem & lætum & alacrem volo: prope abeſt ab infirmitate, in quo ſola ſanitas laudatur. Vos vero diſertiſſimi, vt poteſtis, vt facitis, illuſtrate ſæculum noſtrum pulcherrimo genere dicendi. Nam & te Meſſalla, video lætiſſima quæque antiquorum imitantem: & vos Materne ac Secunde, ita grauitati ſummum nitorem & cultum verborum miſcetis; ea electio inuentionis, is ordo rerum, & quotiens cauſa poſcit, vbertas; ea quotiens permittitur, breuitas; is compoſitionis decor, ſententiarum planitas; ſic exprimitis affectus, ſic libertatem temperatis: vt etiam ſi noſtra iudicia malignitas & inuidia tardauerit, verum de nobis dicturi ſint poſteri noſtri. Quæ cum Aper dixiſſet, Agnoſcitisne, inquit Maternus, vim & ardorem Apri noſtri? quo torrente, quo impetu ſæculum noſtrum defendit? quam copioſe ac varie vexauit antiquos? quanto non ſolum ingenio ac ſpiritu, ſed etiam eruditione & arte, ab ipſis mutuatus eſt, per quæ mox ipſos inceſſeret? Tuum tamen Meſſalla promiſſum immutaſſe non debes. neque enim defenſores antiquorum exigimus, nec quemquam noſtrorum, quanquam modo laudati ſumus, his quos inſectatus eſt Aper, comparamus. ac ne ipſe quidem ita ſentit, ſed more veteri & * alijs veſtris philoſophis ſæpe celebrato, ſumpſit ſibi contradicendi partes. *alia. Exprime nobis non laudationem antiquorum, ſatis enim illos fama ſua laudat, ſed cauſas cur intantum ab eloquentia eorum receſſerimus; cum præſertim centum & xx. annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit. Tum Meſſalla: Sequar a te præſcriptam formam Materne. neque enim diu contradicendum eſt Apro, qui primum, vt opinor, nominis controuerſiam mouit, tanquam parum proprie antiqui vocarentur, quos ſatis conſtat ante centum annos fuiſſe. Mihi autem de vocabulo pugna non eſt, ſiue illos antiquos, ſiue maiores, ſiue quo alio mauult nomine appellet: dummodo in confeſſo ſit, eminētiorem illorum temporum eloquentiam fuiſſe. Ne illi quidem parti ſermonis eius repugno, ſi comminus fatetur plures formas dicendi etiam ijſdem ſæculis, nedum diuerſis extitiſſe. Sed quomodo inter Atticos oratores primæ Demoſtheni tribuuntur, proximum autem locum Æſchines & Hyperides & Lyſias & Lycurgus obtinent; omnium autem conſenſu hæc oratorum ætas maxime probatur: ſic apud nos Cicero quidem cæteros eorundem temporum diſertos anteceſſit: Caluus autem & Aſinius & Cæſar & Cœlius & Brutus * ſic iure & prioribus & ſequētibus anteponūtur. nec refert quod inter *ſuo ſe ſpecie differant, cū genere cōſentiāt. At ſtrictior Caluus, numeroſior

Aſinius,

Aſinius, ſplendidior Cæſar; amarior Cœlius, grauior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero; omnes tamen eamdem ſanitatem eloquentiæ ferunt: vt ſi omnium pariter libros in manum ſumpſeris, quamuis in diuerſis ingenijs, eſſe quandam iudicij ac * voluminis ſimilitudinem & cogitationem. Nam quod inuicem ſe obtrectauerunt, & ſuperſunt aliqua epiſtolis eorum inſerta, ex quibus mutua malignitas detegitur, non eſt oratorum vitium, ſed hominum. Nam & Caluum & Aſinium & ipſum Ciceronem credo ſolitos & inuidere, & liuere, & cæteris humanæ infirmitatis vitijs affici. ſolum inter hos arbitror Brutum, non malignitate nec inuidia, ſed ſimpliciter & ingenue iudicium animi ſui detexiſſe. an inuideret Ciceroni, qui mihi videtur ne Cæſari quidem inuidiſſe? Quod ad Ser. Galbam & C. Lælium attinet, & ſi quos alios antiquorum agitare non deſtitit, non exigit defenſorem, cum fatear quædam eloquentiæ eorum, vt naſcenti adhuc nec ſatis adultæ defuiſſe. Cæterum ſi omiſſo optimo illo, & perfectiſſimo genere eloquentiæ, eligenda ſit forma dicendi; malim hercule C. Gracchi impetum, aut L. Craſſi maturitatem, quam calamiſtros Mæcenatis, aut tinnitus Gallionis. adeo melius oratorem, vel hirta toga induere, quam fucatis & meretricijs veſtibus inſignire. Neque enim oratorius iſte, immo hercule ne virilis quidem cultus eſt, quo plerique temporum noſtrorum actores ita vtuntur, vt laſciuia verborum & leuitate ſententiarum, & licentia compoſitionis, hiſtrionales modos exprimant. quodque vix auditu fas eſſe debeat, laudis & gloriæ & ingenij loco plerique iactant, cantari ſaltarique commentarios ſuos. Vnde oritur illa fœda & præpoſtera, ſed tamen frequens quibuſdam exclamatio, vt oratores noſtri tenere dicere, hiſtriones diſerte ſaltare dicantur. Equidem non negauerim Caſſium Seuerum, quem ſolum Aper noſter nominare auſus eſt, ſi his comparetur qui poſtea fuerunt, poſſe oratorem vocari, quanquam in magna parte librorum ſuorum plus vis habeat quam ſanguinis. Primus enim contempto ordine rerum, omiſſa modeſtia, ac pudore verborum, ipſis etiam quibus vtitur armis incompoſitus, & ſtudio feriendi plerunque * deiectus non pugnat, ſed rixatur. Cæterum, vt dixi, ſequentibus comparatus, & varietate eruditionis, & lepore vrbanitatis, & ipſarum virium robore, multum cæteros ſuperat. quorum neminem Aper nominare, & velut in aciem educere ſuſtinuit. Ego autem expectabam, vt incuſato Aſinio, & Cœlio, & Caluo, aliud nouum agmen produceret, pluresque vel certe totidem nominaret, ex quibus alium Ciceroni, alium Cæſari, ſingulis demum ſingulos opponeremus. Nunc detractaſſe nominatim antiquos oratores contentus, neminem ſequentium laudare auſus eſt, niſi in publicum & in commune. veritus credo ne multos offenderet, ſi paucos excerpſiſſet. quotus enim quiſque ſcholaſticorum non hac ſua perſuaſione fruitur, vt ſe ante Ciceronem numeret, ſed plane poſt Gabinianum? At ego non verebor nominare ſingulos, quo facilius propoſitis exemplis appareat quibus gradibus fracta ſit & deminuta eloquentia.

* detectus

Appropera, inquit Maternus, & potius exolue promiſſum. neque enim hoc colligi deſideramus, diſertiores eſſe antiquos, quod apud me equidem in confeſſo eſt, ſed cauſas exquirimus, quas te ſolitum tractare, paulo ante, plane mitiore eloquentia & temporum noſtrorum, * miratus, antequam te Aper offenderet maiores tuos laceſſendo. Non ſum, inquit, offenſus Aprina diſputatione, nec vos offendi decebit, ſi quid forte aures veſtras perſtringet, cum ſciatis hanc eſſe eiuſmodi ſermonum legem, iudicium animi citra damnum affectus proferre. Perge, inquit Maternus, de antiquis loquaris. vtere antiqua libertate, a qua vel magis degenerauerimus, quam ab eloquentia. Et Meſſalla, Non reconditas Materne cauſas requiris, nec aut tibiipſi, aut huic Secundo, vel huic Apro ignotas, & iam mihi partes aſſignatis proferendi in medium, quæ omnes ſentimus. Quis enim ignorat & eloquentiam & cæteras artes deſciuiſſe ab iſta vetere gloria, non inopia hominum, ſed deſidia iuuentis, & negligentia parentum, & inſcientia præcipientium, & obliuione moris antiqui? quæ mala primum in vrbe nata, mox per Italiam fuſa iam in prouincias manant: quanquam noſtra nobis notiora ſunt. Ego de vrbe & his proprijs ac vernaculis vitijs loquar, quæ natos ſtatim excipiunt, & per ſingulos ætatis gradus cumulantur, ſi prius de ſeueritate ac diſciplina maiorum circa educandos formandoſque liberos pauca prædixero. Iam primum ſuus cuique filius ex caſta parente natus, non in cella emptæ nutricis, ſed gremio ac ſinu matris educabatur, cuius præcipua laus erat, tueri domum, & inſeruire liberis. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua, cuius probatis ſpectatiſque moribus, omnis cuiuſpiam familiæ ſuboles committeretur, coram qua neque dicere fas erat quod turpe dictu, neque facere quod inhoneſtum factu videretur. Ac non ſtudia modo curaſque, ſed remiſſiones etiam luſuſque puerorum, ſanctitate quadam ac verecundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, ſic Aureliam Cæſaris, ſic Attiam Auguſti matrem præfuiſſe educationibus, ac produxiſſe Principes liberos accepimus. quæ diſciplina ac ſeueritas eo pertinebat, vt ſincera & integra & nullis prauitatibus detorta vniuſcuiuſque natura, toto ſtatim pectore arriperet artes honeſtas: & ſiue ad rem militarem, ſiue ad iuris ſcientiam, ſiue ad eloquentiæ ſtudium inclinaſſet, id ſolum ageret, id vniuerſum hauriret. At nunc natus infans delegatur Græculæ alicui ancillæ, cui adiungitur vnus aut alter ex omnibus ſeruis plerumque viliſſimus, nec cuiquam ſerio miniſterio accommodatus. horum fabulis & erroribus, teneri ſtatim & rudes animi imbuuntur. Nec quiſquam in tota domo penſi habet, quid coram infante domino, aut dicat, aut faciat: quando etiam ipſi parentes nec probitati neque modeſtiæ paruulos aſſuefaciunt, ſed laſciuiæ & libertati. per quæ paulatim impudentia irrepit, & ſui alienique contemptus. Iam vero propria & peculiaria huius vrbis vitia pæne in vtero matris concipi mihi videntur, hiſtrionalis fauor, & gladiatorum equorumque ſtudia. quibus occupatus & obſeſſus animus quantulum loci bonis artibus relinquit? quotum quemque

que inueneris qui domi quidquam aliud loquatur? quos alios adoleſcentulorum ſermones excipimus, ſi quando auditoria intrauimus? Nec præceptores quidem vllas crebriores cum auditoribus ſuis fabulas habent: colligunt enim diſcipulos non ſeueritate diſciplinæ, nec ingenij experimento, ſed ambitione ſalutantium, & illecebris adulationis. Tranſeo prima diſcentium elementa, in quibus & ipſis parum elaboratur. nec in auctoribus cognoſcendis, nec in euoluenda antiquitate, nec in notitiam vel rerum vel hominum, vel temporum ſatis operæ inſumitur. ſed expetuntur quos Rhetoras vocant: quorum profeſſio quando primum in hanc vrbem introducta ſit, quamque nullam apud maiores noſtros auctoritatem habuit, ſtatim de * curijs. Referam neceſſe eſt animum ad eam diſciplinam, qua vſos eſſe eos oratores accepimus, quorum infinitus labor & quotidiana meditatio, & in omni genere ſtudiorum exercitationes, ipſorum etiam continentur libris. Notus eſt vobis vtique Ciceronis liber qui Brutus inſcribitur, in cuius extrema parte, (nam prior commemorationem veterum oratorum habet,) ſua initia, ſuos gradus, ſuæ eloquentiæ velut quandam educationem refert. ſe apud Q. Mucium ius ciuile didiciſſe; apud Philonem Academicum, apud Diodorum Stoicum omnes philoſophiæ partes penitus hauſiſſe: neque his doctoribus contentum, quorum ei copia in vrbe contigerat, Achaiam quoque & Aſiam peragraſſe, vt omnem omnium artium varietatem complecteretur. Itaque hercule in libris Ciceronis deprehendere licet, non geometriæ, non muſicæ, non grammaticæ, non denique vllius ingenuæ artis ſcientiam ei defuiſſe. Ille dialecticæ ſubtilitatem, ille moralis partis vtilitatem, ille rerum motus cauſaſque cognouit. ita enim eſt, optimi viri, ita, ex multa eruditione, ex pluribus artibus, & omnium rerum ſcientia, exundat & exuberat illa admirabilis eloquentia. neque oratoris vis & facultas, ſicut cæterarum rerum, anguſtis & breuibus terminis cluditur: ſed is eſt orator, qui de omni quæſtione pulcre & ornate & ad perſuadendum apte dicere, pro dignitate rerum, ad vtilitatem temporum, cum voluptate audientium poſſit. Hæc ſibi illi veteres perſuadebant: ad hæc efficienda intelligebant opus eſſe, non vt rhetorum ſcholis declamarent, nec vt fictis nec vllo modo ad veritatem accedentibus controuerſijs linguam modo & vocem exercerent, ſed vt his artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honeſto ac turpi, de iuſto & iniuſto diſputatur. Hæc enim eſt oratori ſubiecta ad dicendum materia. Nam in iudicijs fere de æquitate, in deliberationibus de honeſtate dicimus, ita vt plerunque hæc ipſa inuicem miſceantur. de quibus copioſe & varie & ornate nemo dicere poteſt, niſi qui cognouit naturam humanam, & vim virtutum, prauitatemque vitiorum, & intellectum eorum quæ nec in virtutibus neque in vitijs numerantur. Ex his fontibus etiam illa profluunt, vt facilius iram iudicis vel inſtiget vel leniat, qui ſcit quid ira: promptius ad miſerationem impellat, qui ſcit quid ſit miſericordia, & quibus animi motibus concitetur. In his artibus exercitationibuſque verſatur

orator,ſiue apud infeſtos,ſiue apud cupidos,ſiue apud inuidentes,ſiue apud triſtes, ſiue apud timentes dicendum habuerit, tenebit habenas animorum: & prout cuiuſque natura poſtulabit, adhibebit manum & temperabit orationem, parato omni inſtrumento; & ad omnem vſum repoſito. Sunt apud quos aſtrictum, & collectum, & ſingula ſtatim argumenta concludens dicendi genus, plus fidei meretur. apud hos dediſſe operam dialecticæ proficiet. Alios fuſa, & æqualis, & ex communibus ducta ſenſibus oratio, magis delectat. ad hos permouendos mutuabimur aliquid a Peripateticis. hi aptos & in omnem diſputationem paratos iam locos dabunt: Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon iucunditatem. ne Epicuri quidem & Metrodori honeſtas quaſdam exclamationes aſſumere, hiſque, prout res poſcit, vti, alienum erit oratori. neque enim ſapientem informamus, neque Stoicorum ciuitatem; ſed eum qui non quaſdam artes * audire, ſed omnes liberaliter debet. Ideoque & iuris ciuilis ſcientiam veteres oratores comprehendebant, & grammatica, muſica, & geometria imbuebantur. Incidunt enim cauſæ plurimæ quidem ac pæne omnes, quibus iuris notitia deſideratur: pleræque autem, in quibus hæ quoque ſcientiæ requiruntur. Nec quiſquam reſpondeat: ſufficit vt ad tempus ſimplex quiddam & vniforme doceamur. Primum enim aliter vtimur proprijs, aliter commodatis: longeque intereſſe manifeſtum eſt, poſſideat quis quæ profert, an mutuetur. Deinde ipſa multarum artium ſcientia etiam aliud agentes nos ornat, atque vbi minime credas, eminet & excellit. Idque non doctus modo & prudens auditor, ſed etiam populus intelligit: ac ſtatim ita laude proſequitur, vt legitime ſtuduiſſe, vt per omnes eloquentiæ numeros iſſe, vt denique oratorem etiam fateatur. quem non poſſe aliter exiſtere, nec extitiſſe vnquam confirmo, niſi eum qui tanquam in aciem omnibus armis inſtructus, ſic in forum omnibus artibus armatus exierit. quod adeo negligitur ab horum temporum diſertis, vt in actionibus eorum fex quoque quotidiani ſermonis, fœda ac pudenda vitia deprehendantur, vt ignorent leges, non teneant S. C. ius ciuitatis vltro rideant: ſapientiæ vero ſtudium & præcepta prudentium penitus reformident: in pauciſſimos ſenſus & anguſtas ſententias detrudant eloquentiam, velut expulſam regno ſuo: vt quæ olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumciſa & amputata, ſine apparatu, ſine honore, pæne dixerim ſine ingenuitate, quaſi vna ex ſordidiſſimis artificijs diſcatur. Ergo hanc primam & præcipuam cauſam arbitror, cur tantum ab eloquentia antiquorum oratorum receſſerimus. Si teſtes deſiderantur, quos potiores nominabo quam apud Græcos Demoſthenem? quem ſtudioſiſſimum Platonis auditorem fuiſſe memoriæ proditum eſt. Et Cicero his vt opinor verbis, *quidquid in eloquentia effecerit, id ſe non rhetorum, ſed Academiæ ſpatijs conſecutum*. Sunt aliæ cauſæ magnæ & graues, quas a vobis aperiri æquum eſt, quoniam quidem ego iam meum munus expleui, & quod mihi in conſuetudine eſt, ſatis multos offendi: qui

* hauſire.

*audierint, qui ſi forte hoc *audirent, certum habeo dicturos; me, dum iuris & philoſophiæ ſcientiam tanquam oratori neceſſariam laudo, ineptijs meis plauſiſſe. Et Maternus, Mihi quidem, inquit, ſuſceptum a te munus adeo peregiſſe nondum videris, vt inchoaſſe tantum, & velut veſtigia ac lineamenta quædam oſtendiſſe videaris. Nam quibus inſtrui veteres oratores ſoliti ſint, dixiſti, differentiamque noſtræ deſidiæ & inſcientiæ aduerſus acerrima & fœcundiſſima eorum ſtudia demonſtraſti: cætera expecto, vt quemadmodum ex te didici quid aut illi ſcirent, aut nos neſciamus, ita hoc quoque cognoſcam, quibus exercitationibus iuuenes iam & forum ingreſſi confirmare & alere ingenia ſua ſoliti ſint. neque enim arte & ſcientia, ſed longe magis facultate eloquentiam contineri, nec tu puto abnues, & hi ſignificare vultu videntur. Deinde cum Aper & Secundus idem annuiſſent, Meſſalla quaſi rurſus incipiens: Quoniam initia & ſemina veteris eloquentiæ ſatis demonſtraſſe videor, docendo quibus artibus antiqui oratores inſtitui erudirique ſoliti ſint, perſequar nunc exercitationem eorum: quanquam ipſis artibus ineſt exercitatio, nec quiſquam percipere tot reconditas aut tam varias res poteſt, niſi vt ſcientiæ meditatio, meditationi facultas, facultati vis eloquentiæ accedat. per quæ colligitur eamdem eſſe rationem, & percipiendi quæ proferas, & proferendi quæ perceperis. ſed ſi cui obſcuriora hæc videntur, iſque ſcientiam ab exercitatione ſeparat, id certe concedet, inſtructum & plenum his artibus animum, longe paratiorem ad eas exercitationes venturum, quæ propriæ circa oratoriam videntur. Ergo apud maiores noſtros iuuenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur, imbutus iam domeſtica diſciplina, refertus honeſtis ſtudijs, deducebatur a patre, vel a propinquis, ad eum oratorem qui principem locum in ciuitate tenebat. hunc ſectari, hunc proſequi, huius omnibus dictionibus intereſſe, ſiue in iudicijs, ſiue in concionibus aſſueſcebat, ita vt altercationes quoque excipere, & iurgijs intereſſe, vtque ſic dixerim, pugnare in prœlio diſceret. magnus ex hoc vſus, multum conſtantiæ, plurimum iudicij iuuenibus ſtatim contingebat, in media luce ſtudentibus atque inter ipſa diſcrimina, vbi nemo impune ſtulte aliquid, aut contrarie dicit, quo minus & iudex reſpuat, & aduerſarius exprobret, ipſi denique aduocati aſpernentur. Igitur vera ſtatim & incorrupta eloquentia imbuebantur: & quanquam vnum ſequerentur, tamen omnes eiuſdem ætatis patronos in plurimis & cauſis & iudicijs cognoſcebant: habebantque ipſius populi diuerſiſſimarum aurium copiam, ex qua facile deprehendebatur quid in quoque vel probaretur vel diſpliceret. Ita nec præceptor deerat optimus quidem & electiſſimus, qui faciem eloquentiæ non imaginem præſtaret: nec aduerſarij & æmuli, ferro non rudibus dimicantes: ſed auditorium ſemper plenum, ſemper nouum, ex inuidis & fauentibus, vt nec bene dicta diſſimularentur. Scitis enim magnam illam & duraturam eloquentiæ famam, non minus in diuerſis ſubſellijs parari quam ſuis; quin immo conſtantius ſurgere ibi, fidelius corroborari. Atque hercule ſub eiuſ-

modi præceptionibus iuuenis ille de quo loquimur, oratorum diſcipulus, fori auditor, ſectator iudiciorum, eruditus & aſſuefactus alienis experimentis, cui quotidie audienti notæ leges, non noui iudicum vultus, frequens in oculis conſuetudo concionum, ſæpe cognitæ populi aures, ſiue accuſationem ſuſceperat, ſiue defenſionem, ſolus ſtatim & vnus cuicunque cauſæ par erat. Nonodecimo ætatis anno L. Craſſus C. Carbonem, vno & viceſimo Cæſar Dolabellam, altero & x x. Aſinius Pollio C. Catonem, non multo ætate antecedens Caluus Vatinium, ijs orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus. At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qui rhetores vocantur: quos paullo ante Ciceronis tempora extitiſſe, nec placuiſſe maioribus noſtris ex eo manifeſtum eſt, quod Marco Craſſo & Domitio cenſoribus cludere, vt ait Cicero, ludum impudentiæ iuſſi ſunt. Sed, vt dicere inſtitueram, deducimur in ſcholas, quibus non facile dixerim vtrumne locus ipſe, an condiſcipuli, an genus ſtudiorum plus mali ingenijs afferant. Nam in loco nihil reuerentiæ, ſed in quem nemo niſi imperitus æque intrat. In condiſcipulis nihil profectus, cum pueri inter pueros, & adoleſcentuli inter adoleſcentulos pari ſecuritate dicant & audiantur. Ipſæ vero exercitationes magna ex parte contrariæ. Nempe enim duo genera materiarum apud rhetores tractantur, ſuaſoriæ, & controuerſiæ. Ex ijs ſuaſoriæ quidem etſi tanquam plane leuiores & minus prudentiæ exigentes pueris delegantur; controuerſiæ robuſtioribus aſſignantur, quales per fidem, & quam incredibiliter compoſitæ! Sequitur autem vt materiæ abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit vt tyrannicidarum præmia, aut vitiatarum electiones, aut peſtilentiæ remedia, aut inceſta matrum, aut quidquid in ſchola quotidie agitur, in foro vel raro vel nunquam, ingentibus verbis perſequantur: cum ad veros iudices ventum eſt * rem cogitare, nihil humile, nihil abiectum eloqui poterat. Magna eloquentia, ſicut flamma materia alitur, & motibus excitatur, & vrendo clareſcit. Eadem ratio in noſtra quoque ciuitate antiquorum eloquentiam prouexit. Nam etſi horum quoque temporum oratores ea conſecuti ſunt, quæ compoſita & quieta & beata Rep. tribui fas erat: tamen iſta perturbatione ac licentia plura ſibi aſſequi videbantur. cum mixtis omnibus & moderatore vno carentibus, tantum quiſque orator ſaperet, quantum erranti populo perſuaderi poterat. Hinc leges aſſiduæ, populare nomen, hinc conciones magiſtratuum pæne pernoctantium in roſtris, hinc accuſationes potentium reorum, & aſſignatæ etiam domibus inimicitiæ, hinc procerum factiones & aſſidua Senatus aduerſus plebem certamina. quæ ſingula etſi diſtrahebant Rempublicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam, & magnis cumulare præmijs videbantur. Quia quanto quiſque plus dicendo poterat, tanto facilius honores aſſequebatur; tanto magis in ipſis honoribus collegas ſuos anteibat; tanto plus apud Principes gratiæ, plus auctoritatis apud patres, plus notitiæ ac nominis apud plem

* probabat.

* parabat. * probabat. hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant. hos ituri in prouinciaſ magiſtratus reuerebantur, hos reuerſi colebant. hos & præturæ & conſulatus vocare vltro videbantur. hi ne priuati quidem ſine poteſtate erant, cum & populum & Senatum conſilio & auctoritate regerent. quinimmo ſibi ipſi perſuaſerant, neminem ſine eloquentia aut aſſequi poſſe in ciuitate, aut tueri conſpicuum & eminentem locum. nec mirum, cum etiam inuiti ad populum producerentur: cum parum eſſet in Senatu breuiter cenſere, niſi * qui ingenio & eloquentia ſententiam ſuam tueretur: cum in aliquam inuidiam aut crimen vocati, ſua voce reſpondendum haberent; cum teſtimonia quoque in publicis non abſentes nec per tabellam dare, ſed coram & præſentes dicere cogerentur. Ita ad ſumma eloquentiæ præmia, magna etiam neceſſitas accedebat, & commoda. Diſertum haberi, pulchrum & glorioſum; ſed contra, mutum & elinguem videri, deforme habebatur. Ergo non minus rubore quam præmijs ſtimulabantur. ne clientulorum loco potiuſquam patronorum numerarentur: ne traditæ a maioribus neceſſitudines ad alios tranſirent: ne tanquam inertes & non ſuffecturi honoribus aut non impetrarent, aut impetratos male tuerentur. Neſcio an venerint in manus veſtras hæc vetera, quæ & antiquorum bibliothecis adhuc manent & nunc maxime a Muciano contrahuntur, ac iam vndecim, vt opinor, Actorum libris, & tribus Epiſtolarum compoſita, & edita ſunt. Ex his intelligi poteſt Gn. Pompeium & Marcum Craſſum, non viribus modo & armis, ſed ingenio quoque & oratione valuiſſe: Lentulos, & Metellos, & Lucullos, & Curiones, & cæteram procerum manum, multum in his ſtudijs operæ curæque poſuiſſe: nec quemquam illis temporibus magnam potentiam, ſine eloquentia conſecutum. His accedebat ſplendor rerum, & magnitudo cauſarum, quæ & ipſa plurimum eloquentiæ præſtant. Nam multum intereſt vtrumne de furto, aut formula & interdicto dicendum habeas, an de ambitu comitiorum, expilatis ſocijs, & ciuibus trucidatis. quæ mala ſicut non accidere melius eſt, iſque optimus ciuitatis ſtatus habendus eſt, quo nihil tale patimur: ita cum acciderent, ingentem eloquentiæ materiam ſubminiſtrabant. Creſcit enim cum amplitudine rerum vis ingenij, nec quiſquam claram & illuſtrem orationem efficere poteſt, niſi qui cauſam parem inuenit. Non, opinor, Demoſthenem orationes illuſtrant, quas aduerſus tutores ſuos compoſuit: nec Ciceronem, magnum oratorem P. Quintius defenſus aut Licinius Archias faciunt: Catilina, & Milo, & Verres, & Antonius, hanc illi famam circumdederunt: non quia tanti fuit R. P. malos ferre ciues, vt vberem ad dicendum materiam oratores haberent: ſed, vt ſubinde admoneo, quæſtionis meminerimus, ſciamuſque nos de ea re loqui, quæ facilius turbidis & inquietis temporibus extitit. Quis ignorat vtilius ac melius eſſe frui pace, quam bello vexari? Plures tamen bonos prœliatores bella quam pax ferunt. Similis eloquentiæ conditio. Nam quo ſæpius ſteterit tanquam in acie, quoque plures & intulerit ictus & exceperit, quo maior aduerſarius, eo

* quis

acrior qui pugnas ſibi aſperas deſumpſerit, tanto altior & excelſior & illis nobilitatus criminibus, in ore hominum agit, quorum ea natura eſt vt ſecura nolint. Tranſeo ad formam & conſuetudinem veterum iudiciorum: quæ & ſi nunc aptior eſt ita * erit eloquentia, tanto illud forum magis exercebat, in quo nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur, & liberæ comperendinationes erant, & modum dicendi ſibi quiſque ſumebat; & numerus neque dierum neque patronorum finiebatur. Primus tertio conſulatu Gn. Pompeius aſtrinxit impoſuitque veluti frenos eloquentiæ, ita tamen vt omnia in foro, omnia in legibus, omnia apud prætores gererentur: apud quos quanto maiora negotia olim exerceri ſolita ſunt, quod maius argumentum eſt, quam quod cauſæ centumuirales quæ nunc primum obtinent locum, adeo ſplendore aliorum iudiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Cæſaris, neque Bruti, neque Cœlij, neque Calui; non denique vllius magni oratoris liber apud Centumuiros dictus legatur, exceptis orationibus Aſinij, quæ pro heredibus Vrbiniæ inſcribuntur, ab ipſo tamen Pollione medijs Diui Auguſti temporibus habitæ, poſtquam longa temporum quies, & continuum populi otium, & aſſidua Senatus tranquillitas, & maximi Principis diſciplina, ipſam quoque eloquentiam ſicut omnia alia pacauerat? Paruum & ridiculum fortaſſe videtur quod dicturus ſum, dicam tamen vel ideo vt rideatur. Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attuliſſe pænulas iſtas, quibus aſtricti & velut incluſi cum iudicibus famulamur? quantum virium detraxiſſe orationi auditoria & tabularia credimus, in quibus iam fere plurimæ cauſæ explicantur? Nam quo modo nobiles equos curſus & ſpatia probant; ſic eſt aliquis oratorum campus, per quem niſi liberi & ſoluti ferantur, debilitatur ac frangitur eloquentia. Ipſam quinimmo curam & diligentẽ ſtyli anxietatem contrariam experimur: quia ſæpe interrogat iudex; quando incipias; & ex interrogatione eius incipiendum eſt. frequenter probationibus & teſtibus, ſilentium patronus indicit. vnus inter hæc dicenti ac alter aſſiſtit, & res velut in ſolitudine agitur. Oratori autem clamore plauſuque opus eſt, & velut quodam theatro. qualia quotidie antiquis oratoribus contingebant: cum tot pariter ac tam nobiles forum coarctarent: cum clientelæ quoque, & tribus, & municipiorum legationes, ac partes Italiæ periclitantibus aſſiſterent: cum in pleriſque iudicijs crederet populus Romanus ſua intereſſe quid iudicaretur. Satis conſtat C. Cornelium, & M. Scaurum, & T. Milonem, & L. Beſtiam, & P. Vatinium, concurſu totius ciuitatis & accuſatos & defenſos. vt frigidiſſimos quoque oratores, ipſa certantis populi ſtudia, excitare & incendere potuerint. Itaque hercule eiuſmodi libri extant, vt ipſi quoque qui egerunt, non alijs magis orationibus cenſeantur. Iam vero conciones aſſiduæ, & datum ius quoque potentiſſimum quemque vexandi, atque ipſa inimicitiarum gloria, cum ſe plurimi diſertorum, ne a P. quidem Scipione, aut Sylla, aut Gn. Pompeio abſtinuerint, & ad inceſſendos

principes

principes viros, vt eſt natura inuidiæ, populi quoque hiſtriones auribus vterentur, quantum ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admouebant? Non de otioſa & quieta re loquimur, & quæ probitate & modeſtia gaudeat: ſed eſt magna iſta & notabilis eloquentia, alumna licentiæ, quam ſtulti libertatem vocabant, comes ſeditionum, effrenati populi incitamentum, ſine obſequio, ſine ſeruitute, contumax, temeraria, arrogans, quæ in bene conſtitutis ciuitatibus non oritur. Quem enim oratorem Lacedæmonium, quem Cretenſem accepimus? quarum ciuitatum ſeueriſſima diſciplina, & ſeueriſſimæ leges traduntur. Nec Macedonum quidem ac Perſarum, ac vllius gentis, quæ certo imperio contempta fuerit, eloquentiam nouimus. Rhodij quidam, Athenienſes plurimi oratores exſtiterunt: apud quos omnia populus, omnia imperiti, omnia, vt ſic dixerim, omnes poterant. Noſtra quoque ciuitas donec errauit, donec ſe partibus, & diſſenſionibus, & diſcordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in ſenatu concordia, nulla in iudiciis moderatio, nulla ſuperiorum reuerentia, nullus magiſtratuum modus: tulit ſine dubio valentiorem eloquentiam, ſicuti indomitus ager habet quaſdam herbas lætiores. Sed nec tanti Reipublicæ Gracchorum eloquentia fuit, vt pateretur & leges: nec bonæ formam eloquentiæ Cicero tali exitu penſauit. Sic quoque quod ſupereſt antiquis oratoribus, * forum non emendare, nec vſquam ad votum compoſitæ ciuitatis argumentum eſt quidem, quod nemo nos aduocat, niſi aut nocens aut miſer. quod municipium in ciuitatem noſtram venit, niſi quod aut vicinus populus, aut domeſtica diſcordia agitat? quam prouinciam tuemur, niſi ſpoliatam vexatamque? Atqui melius fuiſſet non queri, quam iudicari. Quod ſi inueniretur aliqua ciuitas in qua nemo peccaret, ſuperuacuus eſſet inter innocentes orator, ſicut inter ſanos medicus. Quo modo tamen minimum vſus minimumque profectus ars medentis habet in his gentibus, quæ firmiſſima valetudine ac ſaluberrimis corporibus vtuntur: ſic minor oratorum obſcuriorque gloria eſt inter bonos mores, & in obſequium regentis paratos. Quid enim opus eſt longis in ſenatu ſententiis, cum optimi cito conſentiant? Quid multis apud populum concionibus, cum de republica non imperiti & multi deliberent, ſed ſapientiſſimus & vnus? Quid voluntariis accuſationibus, cum tam raro & tam parce peccetur? Quid inuidioſis & excedentibus modum defenſionibus, cum clementia cognoſcentis obuiam periclitantibus eat? Credite optimi, & in quantum opus eſt diſertiſſimi viri, ſi aut vos prioribus ſæculis, aut iſti quos miramur, his nati eſſent, ac deus aliquis vitas veſtras, veſtra tempora repente mutaſſet: nec vobis ſumma illa laus & gloria in eloquentia, neque illis modus & temperamentum defuiſſet. Nunc quoniam nemo eodem tempore aſſequi poteſt magnam famam & magnam quietem, bonis ſæculi ſui quiſque, citra obtrectationem alterius, vtatur. Finierat Maternus. Tum Meſſalla: Erant

quibus contradicerem, erant de quibus plura dici vellem, niſi iam dies eſſet exactus. Fiet, inquit Maternus, poſtea arbitratu tuo, & ſi qua tibi obſcura in hoc meo ſermone viſa ſunt, de his rurſus conferemus. Ac ſimul aſſurgens, & Aprum complexus, Ego, inquit, te poëtis; Meſſalla, antiquariis, criminabimur. At ego vos rhetoribus & ſcholaſticis, inquit. Cum adriſiſſent, diſceſſimus.

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS
IN CORNELIVM TACITVM.

ABBARVS Arabum rex. pag. 618. 620
Abdageſes. 555. 560.561
Abdus. 552.553
Abnoba, mons. 970
Aborigenes. 579
Acceronia. 716
Acerronius. 561
Achaia. 176. 183. 517. 755. 785. 787. 801
Acilius Auiola. 383
M. Acilius. 652
Acratus. 801.835
Acrius. 523
Acte liberta Neronis. 708
Actiaca victoria. 262
Actius. 547
Acutia. 563
Addua. 883
Adgandeſtrius Chattorũ princeps 324
Adiabeni. 619.766.769
Adiutrix legio. 884.915
Adoptionis fictæ mos prauus. 777
Adorſi. 621.623
Adrana flu. 137
Adrumetum. 943
Adulteri pœna apud Germanos. 975
Ædui populi. 383.386.388.389. 593.935. Senatorum in vrbe ius adepti. 593
Æetes. 554
Ægeum mare. 517.817
Ægeates. 251
Ægirenſis ciuitas. 450
Ægyptus. 277.278.294. 440. 517. 550. 780. 787. 916. 962
Ægyptij. 959.960.961
Ægyptiæ litteræ. 284
Ægyptia ſuperſtitione imbuti Italia pulſi. 313
Ælia Petina. 611
Ælius [vel Velius] Gallus. 515
Ælius Lamia. 450. eius mors & funus. 549
Ælius Seianus. 89.160.350.368. 420.427.449.458.469.477. 479.493. 494. 495. 496.500. 505. 506. 513. 519. 531. eius genus, vita & mores. 434. 436. Liuiam Druſi vxorem adulterio polluit. 436. Druſo venenum parat. 443.446. eius filia à carnifice ſtuprata. 516. in Gemonias abiecta. *ibid.*
Æmylia Lepida. 358. 359. eius mors. 558
Æmylia Muſa. 251
Æmylius miles. 480. primipilaris. 198
Æmylius Lepidus. 251
Æmylius Longinus. 951. 952
Æmylius Mamercus. 586
Æmylius Pacenſis. 848. 869. 874. interficitur. 925
Æneas. 445.649
Cn. Ænobarbus. 612
Ænus flu. 904
Æqui. 593
Ærias author Paphiæ Veneri. 416
Æſculapius. 452.650.960
Æſculapij theſaurus. 731
Æſernini. 571.574
Æſtyorum gentes. 982
Æthiopes. 962
Æthiopia. 284
Afranius Burrhus. *vide* Burrhus.
Afranius Quinctianus. 803. 808. eius mors. 816
Africa. 260.374.916
Agerinus. 716.717.718.720
Agrippa. 11. 895. Agrippæ monumenta. 791
Agrippa rex. 961
Agrippa Poſtumus vnicus nepos Auguſti. 15. 131. 370. eius cædes. 24
Agrippa Poſtumus falſus, Clemens nomine. 240. interfectus. 241
M. Agrippa. 408.755.757
Agrippina Auguſta Germanici vxor, neptis Auguſti. 106.160. 246.266.301.326.334.353.449. 450.458. 478. 487. 489.496. 499.505. eius mors. 549
Agrippina Iulia Germanici filia, mater Neronis. 487.527. 611.612.615.632.634.635.648. 653.654.655. 664. 666.669. 674. 675. 708. 712. 713. 716. Domitio nupta. 508 Claudio Imp. nubit. 617. Auguſta dicta. 627. eius laſciuia. 708. ei inſidiæ parantur à filio. 716. occiditur. 718
Agrippina Colonia Vbiorum oppidum. 627. ſic dicta ab Agrippina Iulia ibi genita. *ibid.*
Agrippinenſes. 939. 951. 958. 977
Agrippinenſium Colonia. 937. 938. 449
Alba. 593
Albani. 295.553.554
Albanum ſaxum. 794
Albanus rex. 440
Albingaunum interioris Liguriæ municipium. 876
Albium Intemelium. 875
Albis flu. 143.203
Albucilla vxor Satrij Secundi multorum amoribus famoſa. 563
Alcis. 981
M. Aletus prætorius. 251
Alexander Magnus. 300.552
Alexandria. 278. 294. 959. 961
Alexia. 592
Alienus Cæcina. *vide* Cæcina.
Aliſo flu. 194.981
T. Alledius (vel Talledius) Seuerus. 617
Allobroges. 862
Alpes Iuliæ. 903. maritimæ. 915
Alphenus Varus. 884. 913. 918. 921.933
Alpinus Montanus Treuir. 913. 940.967
Altinum. 904
Amanus, mons Syriæ. 308
Amaſis. 550
Amathus. 416
Amazones. 414
Aminius Rebius. I.C. 683. eius mors. *ibid.*
Amiſias flu. 146.152.194.212
Amorgus inſ. 450
Amphictyones. 452
Amphitheatrum, Placentinum conflagrat. 877. cœptum apud Fidenam, cadit magna ſtrage hominum. 497

T. Ampius Flauianus. 897. 903. 905
Amulius Serenus primipilaris. 851
Ancharius Priſcus. 380.424
Ancona. 339
Ancus. 365
Andecaui pop. 383
Anemurienſis ciuitas. 646
Angli. 980
Angriuarij. 196. 207. 211. 213. 979
Anicetus Polemonis libertus. 712.717.718.916. eius mors. 916
Annæus Lucanus. 803.808. eius mors. 816
Annæus Mella, eques Rom. interfectus. 831. pater Lucani. *ibid.*
Annæus Seneca. 617.658.659. 694. 717. 621. 723. 801. 808. rector Neronis. 657. accuſatur. 755.764. eius cædes. 811. 812.813
Annæus Serenus. 664
Annalium munus præcipuum. 419
Annia Rufilla. 377
Annius Baſſus. 917
Annius Fauſtus. 874. damnatus. *ibid.*
Annius Gallus. 869. 874. 878. 854.881.967
Annius Pollio. 531.808.817.838
Annus magnus & verus. 1008
Anſibarij. 705.706
P. Anteius. 192.677.830
Anthemuſias. 559
Antias ager. 712
Antiochenſes. 293. eorum theatrum. 296
Antiochia. 309.894
Antiochus rex. 288. 646. 651. 690.738. 895.964
Antiochus Comagenorum rex. 245
Antipolis Galliæ Narbonenſis municip. 876
Antiſtia vxor Rubellij Plauti. 735
Antiſtius Quæſtor. 682
Antiſtius Prætor. 752
Antiſtius Labeo. 430
Antiſtius Soſianus. 830.945
Antiſtius Vetus. 380
C. Antiſtius Conſ. 434.627
L. Antiſtius. 664.759
Antium colonia. 425.778
Antona fl. 629
Antonia mater. 330.353.567.611
Antonia minor Octauiæ filia. 483.653
Antonia Claudij Cæſ. filia. 655. 806
Antonia Flacilla Priſci vxor. 817
Antonij caſtra. 262
L. Antonius. 483
M. Antonius. 352. 365.964
Antonius Felix. *vide* Felix.
Antonius Flamma. 945
Antonius Naſo. 848
Antonius Natalis eques Rom. 804.808.811.817
Antonius Nouellus. 869.874
Antonius Primus. 748. 902. *& ſeqq. vſque ad* 911. 916. 917. 918. 921.926. 927.930.931.938. 943.954.959.967.969
Antonius Taurus. 848
Apamienſes. 649
Apenninus. 914.917.919
Aphrodiſienſes. 414.416
Apicata Seiani vxor. 437.446
Apicius. 434
Apidius Merula. 480
Apinius Tiro. 919
Apio rex. 731
Apis idolum. 962
Apollo Delo genitus. 414. Pythius. 951. 960. Apollinis ædes. 922. Apollinis Clarij oraculum. 266
Apollonienſes. 251
M. Aponius Saturninus Myſiæ præfectus. 866.896.900.903. 905
Appia via. 933
Appius Appianus. 251
Appius Claudius. 445
Appius Silanus. 531
Apronia. 460
L. Apronius inferioris Germaniæ proprætor. 137.163. 356. 418. 456. 460. 506.552.583. 584
Apronius Ceſianus. 356
S. Apuleius. 27
Apuleia Varilia ſororis Auguſti neptis. 254.255
Apuli. 329. Apula littora. 506
Aquileia. 885.896.903.904
Aquilia. 480
Aquilius primipilaris. 934
Aquilius Regulus. 944
Aquinas colonia. 869
Arabes Iudæis infenſi. 961
Arabia. 963
Arar flu. 703
Arauiſci pop. 977
Araxes flu. 641.692
Archelaus Cappadociæ rex inuiſus Tiberio. 244.559. 738. eius mors. 244
Arduenna ſaltus. 386
Arenacum. 967
Argiui. 650
Argolicus. 541
Aricia. 930
Aricinum nemus. 913
Arij, pop. 576.981
Ariminum. 914
Ariobarzanes Medus. 190
Ariouiſtus rex. 956
Ariſtobolus. 738
Ariſtonicus. 651
Arius Antoninus. 865
Armenia. 189. 245.391.555.619. 661.690. 738. 769.771.773. 774.779.780
Armenij. 271. 284. 288.295.553. 576.638.641.659.687.690.691. 737.772.774
Arminius Cheruſcorũ princeps. 135.139.143.148.149.152.155.159. 196. 197.198.199.200.247. 324.582.705. occiditur. 324
Arnus, flu. 182
Arpus Chattorum princeps. 194
Arria Pæti vxor. 840
Arria Galla. 811
Arrius Varus. 662. 904. 907. 931. 943. 954
Arruntij. 571.574
Arruntius Stella. 676
L. Arruntius. 33.60.176.182.372. 524.530.563.571.890
Arſaces Armeniæ rex. 552.964
Arſacidarum gens. 185.552.617. 738.766
Arſameтes flu. 774
Arſamoſata, caſtell. 771
Artabanus Parthorum rex. 189. 274.552.553.555.559.560.561. 575
Artauaſdes Armeniorum rex. 189
Artaxata, vrbs Armeniæ. 271. 553.641. 642.692. combuſta, deleta & ſolo æquata. 693
Artaxias Artauaſdis filius. 189. 190. 288
Artaxias Zeno Polemonis filius rex datus Armeniis a Germanico. 271.288. defunctus. 552
Artemita. 557
Aruerni. 915
Arulenus Ruſticus. 927.984
Aruleius. 530
Aſciburgium. 941.951
Aſconius Labeo. 662
Aſia. 266.374.517.733. 781. in Aſia terræmotus. 250
Aſiaticus Vitellij libertus. 888. 899.900. cruci affixus. 933
Aſinius Agrippa Conſ. 470. 496
Aſinius Gallus. 33. 58. 60.176. 179.182.227.230. 235.236.459. 466.505
Aſinius Marcellus. 748
Aſinius Pollio. 59. 430.471.748. 888
Aſinius Salonius. 430. eius mors. *ibid.*
C. Aſinius Conſ. 434.591
L. Aſinius Conſ. 752.753
M. Aſinius Conſ. 652
Aſphaltites lacus. 963
L. Aſprenas proconſ. Africæ. 131.353

Aſſyrij.

Aſſyrij. 962.964
Aſyla. 416
Ateius Capito. 174. 425. eius mors. 430
Ateſte. 904
Athenæ. 262
Athenienſes. 365
Atimetus libertus. 674. 675. eius mors. 677
Atidius Geminus. 482
Atta Clauſus. 617
Atticus Veſtinus. 803
Attilius. 254
Attidius libertini generis. 497
Attilius Strabo. 731
Attilius Vergilio vexillarius. 854
Attilius Verus. 909
P. Attilius Hiſter. 628
Atys, rex. 490
Auanticum, Heluetiorum caput. 862
Auentinus, mons. 923.929. deuſtus. 561
Auernus lacus. 793.794
Aufidienus Rufus. 81
Augurium aquilarum. 205
Auguſta Taurinorum. 890
Auguſtales ludi. 66.134. ſacerdotes. 308. 900. ſodales. 133. 418.419
Auguſtani equites. 726
Auguſtodunum Heduorum caput. 386.389
Auguſtus Cæſar. 8.11.15.18.179. eius teſtamentum. 33. mors. 21. funus. 40. 41. varia de eo dicta. 43. 44. 47. templum ei ſtructum. 56
Auiones, pop. 980
Auitus. 740
Auitus Didius. *vide* Didius Auitus.
C. Aurelius Cotta Conſul. 329. 352.687
Aurinia. 972
Auſpicia, ſortes & præſagia Germanorum. 972

B

Bactrianum. 284
Baduennæ lucus. 507
Bætica prouincia. 865
Baiæ. 675.713.805
Baianus lacus. 713
Balbi. 593
Balbus. 427
C. Balbillus. 676
Baleares inſulæ. 695
Balſamum. 963
Barbius Proculus teſſerarius ſpeculator. 849
Bardanes rex Parthorum. 575. 576. eius cædes. 576
Barditum. 970
Barea Soranus. *vide* Soranus.
Bargiora dux Iudæorum. 964
Barium Apuliæ municip. 826
Baſilides. 894.959
Baſſus Lucillius. *vide* Lucillius Baſſus.
Baſtarnæ. 290.983
Bataui. 194.933.934.935.936.937. 940.941. 949. 956.957.961. 966.967.969.978.995
Batauorum inſula. 192.969
Batauodurum. 967.968
Bathyllus. 134
Bauli. 713
Bebius Maſſa. 947
Bedriacum. 878.907.908
Belgæ. 937.942.254
Belus amnis. 964
Beneuentum. 785
Berenice regina. 895
Bethaſij. 949.953
Bibaculi carmina. 471
Bibonum ciuitas. 706
C. Bibulus. 398
Bigati. 971
Bingium. 955
Bithyni. 624
Bithynum mare. 284
Bitumen. 963
Blæſij duo. 558
Blæſus Iunius. *vide* Iunius Blæſus.
Blitius Catulinus. 817
Boarium forum. 624
Bodotria. 991.992
Boiemum. 977
Boij. 977.981
Boiocalus Anſibarius. 705
Bonna. 936. 938. 955. 958. 968
Bononienſis colonia. 649
Boodicia Praſutagi vxor. 742. 745. vitam veneno finit. 746
Boſphorani. 621
Bouillæ. 242.778
Bracha tegmen barbarum. 877
Brigantes. 630.915.990
Brinio Caninefas nobilis. 934
Britanni. 745.863
Britannia. 625.924.740. eius deſcriptio. 987. 988. eius forma. 987
Britannicus Claudij Cæſaris & Meſſalinæ filius. 577. 604. 606.611.617.634.655.663. ei Domitium anteponit Claudius. 627. venenum paratum a Nerone. 654.669. eius mors. 669
Brixellum. 881.883.887
Bructera natio. 951
Bructeri. 129.146.705.937.957. 967.979
Brundiſium. 326.895
Brutidius. 420
Brutus. 431.470.471.595
Burij, pop. 981
Burrhus Afranius. 635.655.666. 675.677. 717. 720.723. rector Neronis. 657. eius mors. 754
Byzantij. 650
Byzantium, vrbs Thracica. 266. 650.916

C

Cadicia Sceuini vxor. 817
Cadius Rufus. 865
Cadmus. 579
Cadra. 559
Cæcilius Cornutus. 466
Cæcilius Simplex Conſ. 923
A. Cæcina Alienus. 104. 106. 112. 126. 129. 137. 138. 146. 147. 152. 153. 157. 163. 192. 862. 863. 874. 876. 877. 878. 879. 880. 883. 884. 889. 891. 892. 899. 900. 901. 903. 904. 911. 913. 940. 959
Cæcina Seuerus. 352.374.376
Cæcina Tuſcus. 674
Cæles Dibenna. 498
Cælius Curſor. 380
Cælius Pollio. 539
Cælius Sabinus. 865
L. Cælius Conſ. 242
Cælius mons, deuſtus. 497.791. vnde dictus. 498
Cæpio Criſpinus. 171
Cæſarea. 894
Cæſia ſilua. 127
Cæſilianus Senator. 530
Cæſius Cordus. 380. 424
Caius Cæſar. 434. 523. 524. 543.562.565. 567.818. 964. 980
Calauius Sabinus. 770
Caledonia. 987.992
Cales prouincia. 464
Caligula Germanici filius, militari vocabulo ſic appellatus. 119.160
Caliſtus Claudij libertus. 561. 610.611
Calles. 539
Calphurnia. 624.723
Calphurnia Claudij pellex. 601
Calphurnius Aſprenas. 873.874
Calphurnius Fabatus eques Rom. 825
Calpurnius Galerianus C. Piſonis filius. 933. eius mors. *ibid.*
Calpurnius Piſo. 460
Calpurnius Repentinus centurio. 859. eius mors. 860
Calpurnius Saluianus. 473
L. Calpurnius Conſ. 497
Caluiſius. 674. 675. relegatus. 677. reuocatus. 723
Caluiſius Sabinus legatus. 531
Caluſidius miles. 109
Camalodunũ colonia. 630.743
Cameræ, naues Ponticæ. 917

Camerium. 593
Camillus Furij Camilli filius. 260.355
Camillus Scribonianus Conſ. 519.647
Campani. 329
Campania. 390.493.519.829.919.921.930
Campaniæ lacus. 849
Campanus. 953
Camurius miles. 412.854
Candidati Præturæ XII. 63
Cangi,pop. 629
Caninefas ala. 506
Caninefates. 934.935.936.941.949.958.961
Caninius Gallus. 536
Caninius Rebilius. 913
Canopus rector nauis Menelai. 278
Canopus,oppid. ibid.
Cantius. 192
Capito Coſſutianus. *vide* Coſſutianus Capito.
Capito Fonteius. *vide* Fonteius Capito.
Capitolij ſtructores. 924. auctores. *ibid.* conflagratio. *ibid.* reſtitutio. 925. attrecti hoſtes ob eius incendiũ. 945
Cappadoces. 274.284.769
Cappadocia. 244.245.559.662.687.772.865.873
Capreæ inſula. 498.499.519.521.532.543
Capua. 493.919.931. colonia. 684
Caracates pop. 955
Caractacus rex Britanniæ. 630.632.915
Carbo. 980
Carinas Celer. 663
Carioualda Batauorum dux. 198
Carmanij. 555
Carmelus mons. 894
Carrhenes. 619.620
Carſius ſacerdos. 450
Carſulæ. 920
Cartiſmandua Brigantum regina. 631.633.634.915
Caſperius centurio. 639
Caſperius Niger interficitur. 925
Caſpia via. 553
Caſpiarum clauſtra. 844
C. Caſſius Syriæ præſes. 618.693.700.748.825.826.980
C. Caſſius & Brutus. 430.470.471.805
Caſſius Aſclepiodotus. 840
Caſſius Chærea. 104
Caſſius Longinus. 561
Caſſius Longus. 906
Caſſius Seuerus. 164.460
Caſſius miles. 814
Caſtor & Pollux. 981
Caſtorum lucus. 878
Caſtum nemus. 981
Catualda nobilis iuuenis. 288
Catulli carmina. 471
Catumerus Chattorum princeps. 581.582
Catus Decianus. 743.747
Cecrops Athenienſis. 579
Celenderis Ciliciæ caſtellum. 306
P. Celer. 685.944
Celſus Marius. *vide* Marius Celſus.
Celſus. *vide* Iulius Celſus.
Cenchrius amnis. 414
Centuriones verberibus multantur a militibus. 104
Cenus Neronis libertus. 887
P. Cepio conſ. 677
Cercinna inſ. 131.450
Ceres. 796.806. ædes ei dicata. 254
Cerialis Anicius. 831
Cetialis Apicius. 811
Cerialis Petilius. *vide* Petilius Cerialis.
Cerius Seuerus tribunus. 851
Ceruarius Proculus eques Rom. 804.814.817
Ceſellius Baſſus Pœnus. 821. eius mors. *ibid.*
Ceſenius Maximus. 817
Ceſennius Pætus. 769.770.773.774.775
Ceſius Naſica. 634
Ceſonius Pætus. 740
Ceſtius Gallus Syriæ legatus. 964
Ceſtius Proculus. 583
Ceſtius Seuerus. 944
C. Ceſtius. 377.530
Cethecius, vel Cethegus Labeo legatus. 507
Cetronius Piſanus. 947
Chaldææ artis peritus Tiberius. 544
Chaldæi. 208.358.624.718.830
Chamaui,pop. 705.979
Charicles medicus. 565
Chaſuari, pop. 979
Chatti, vel Catti. 135.137.194.196.215.581.628.706.933.943.978.979.980
Chauci. 114.213.582.583.705.958.979
Cheruſci. 137.145.152.198.205.206.207.247.250.581.628.979
CHRISTVS. 797
Chriſtiani. *ibid.*
Cibyratica ciuitas. 450
Ciceronis carmina. 1011
libri. 471
Cilices. 245.306. agreſtes Clitæ dicti. 646
Cilicia. 295.552
Cilnius Mæcenas. 533
Cimbri. 956.979.980
Cinaras. 871
Cinarades ſacerdos. *ibid.*
Cincia lex. 694
Cingonius Varro. 751.843
Cinithij. 260
Cinna. 928
Circenſes ludi. 577.806
Circenſes Cereales ludi. 819
Circenſe ludicrum. 797
Circi pars combuſta. 561.791
Cirtenſium pagi. 430
Ciuilis Claudius. *vide* Claudius Ciuilis.
Clanis flu. 182
Clarij Apollinis oraculum. 266
Claſſicus præfectus alæ Taurinorum. 875.949.950.951.952.954.955.956.957.958.967.968
Clauaricum, donatiui nomen. 917
Claudia familia. 19.627
Claudia M. Silani filia. C. Cæſaris vxor. 543.562
Claudia Pulchra ſobrina Agrippinæ. 487.498
Claudia Quintia. 497.498
Claudia Sacrata. 968
Claudius Apollinaris. 919
Claudius Cæſar. 552.567.571.574.575.577.579.584.592.593.596.603.604.610.611.617.634.635.637.645.647. Agrippinam Iuliam ducit in vxorem, mortua Meſſalina. 615. eius ſæuitia. 650. temulentus. 653. ei venenum paratur dolo Agrippinæ. 654. eius mors. *ibid.* funus. 655
Claudius Ciuilis Batauorum princeps. 934.936. *& ſeqq. vſque ad* 942.948.953.955.956.957.958.966.967.968.969
Claudius Coſſus legatus. 862
Claudius Druſus. *vide* Druſus.
Claudius Druſi frater. 329
Claudius Fauetinus cẽturio. 919
Claudius Iulianus. *ibid.*
Claudius Labeo præfectus alæ Batauorum. 936.949.953.954
Claudius Marcellus. 11
Claudius Nero, Conſ. 664
Claudius Phirricus. 876
Claudius Rufus. 624
Claudius Sagitta. 947
Claudius Sanctus. 952
Claudius Senecio. 664
Claudius Seuerus. 862
Claudius Tiberius Cæſar. *vide* Tiberius.
Claudius Timarchus Cretenſis reus agitur. 777
Claudius Victor. 941
Clauſus. 593
Clemens Iulius centurio. 94.97

Clemens

Clemens Poſtumi Agrippæ ſeruus. 240. interfectus. 241
Clitarum natio. 559. 646
P. Clodius. 574
Clodius Macer. 844. 900. 947
Clodius Quirinalis. 683
Cluuius. 674. 708. 931
M. Cluuius Rufus. 844. 890. 922. 943. 945
Coccеius Nerua. 494. 818. abſtinentia moritur. 549
Cocceius Proculus. 849
Coccianæ Alpes. 954
Codicilli Seiani. 477. Piſonis. 350
Cœlaletæ, pop. 380
Cœlius orator. 1009
Cœlianæ orationes. 1010
Cogidunus rex. 988
Cohibus flu. 916
Coi. 452. 650
Colchi. 554
Collina porta. 928
Colonia. 706. 957. Agrippina. *vide* Agrippina Colonia.
Colophon. 266
Comageni. 245. 274
Cometes ſidus. 735. 802
Comitia conſularia. 184. e campo tranſlata ad patres. 66. magiſtratuum habenda in quinquennium. 236
Concordiæ ædes. 923
Coniuratio in Neronem. 803. eiuſdem coniurationis proditio e domo Sceuini. 806. & coniuratorum ſupplicia. 814. *& ſeqq.*
Conſidius. 515
Conſidius Æquus. 380
Conſidius Proculus. 541
Conſulum diſcordia. 518
Cora, Etruriæ promont. 240
Corbulo Domitius. 372. 582. 583. 584. 662. 687. 731. 741. 769. *& ſeqq. vſque ad* 775. 779. 780. 782. 904
Corcyra inſ. 326
Corinthienſe littus. 517
Corma flu. 620
Cornelia inſ. 696. 748
Cornelia Veſtalis. 778
Cornelia virgo. 456
Cornelius Aquinas. 844
Cornelius Balbus. 550
Cornelius Cethegus. 457
Cornelius Coſſus. 732
Cornelius Dolabella. 390. 423. 463. 869. eius mors. 889. 890
Cornelius Flaccus. 691
Cornelius Fuſcus. 897. 903. 906. 914. 931
Cornelius Laco. 843. 845. 846. 848. 853. eius mors. 855
Cornelius Lupus. 694
Cornelius Martialis. 817. 923. 924. interficitur. 925
Cornelius Merula. 409
Cornelius Orfitus. conſ. 634. 828
Cornelius Sulla. 251. 556. 677. 700
Cornelius Tacitus de ſuis Annalibus. 469. ſacerdos Quindecimuiralis & prætor ſub Domitiano. 577
Corſi. 876. Corſica. *ibid.*
Coruncanij. 593
Coſſutianus Capito. 831. 833. 835. 837. 840
L. Cotta. 420
Cotta Meſſalinus. 227. 459. 512. 524. 530. 624
Cottiæ Alpes. 869
Cotys rex Thracum. 289. 290. occiditur. 294. eius liberi. 440
Cotys filius. 621. 623
Cotys rex minoris Armeniæ. 576
Cous inſula. 303
Craſſorum domus. 944
Cremona. 876. 907. 908. 914. 916. 918. oppugnatur. 910. eius excidium. 911. 912
Cremutius Cordus. 470. eius mors. 473. libri. *ibid.*
Crepereius Gallus. 716
Creſcens Neronis libertus. 865
Creta. 961
Cretenſes. 365. 417
Creticus Syllanus rector Syriæ. 190. 245
Criſpinus centurio. 860
Criſpinus prætorij præfectus. 567. 571
Crupellarij. 386
Cruſtouicis villa. 507
Creſiphon. 560
Cugerni. 966. 967
Cumæ. 832
Curiæ veteres. 624
Curiata lex. 586
C. Curio. 574
Curtilius Mancia. 705
T. Curtiſius. 464
Curtius Atticus. 494. 532
Curtius Lupus. 464
Curtius Montanus. 837. 840. 943. 944
Curtius Rufus. 585. eius origo. *ibid.* mors. *ibid.*
Curtius Sceuerus. 646
Curtius lacus. 854. 887
Cuſus flu. 288
Cyclades. 269. 517
Cyclopes. 414
Cyme. 251
Cyprij. 416
Cyrenenſes. 424. 430. 945
Cyrrus. 274
Cyrus rex. 416. 552
Cythera. 424
Cyziceni. 473. 474

D

Dacorum gens. 915. 949. 970
Dahæ pop. 189. 575. 576
Dalmatæ. 906. 917
Dalmatia. 262. 440. 644
Dandarica. 621
Dandaridæ. *ibid.*
Danubius flu. 288. 440. 970. 978
Darius, rex. 417
Dauara, collis. 559
Decimus Pacarius. *vide* Pacarius.
Decius Calpurnianus. 607
Decrius. 356
Decumana porta. 607
Decumates agri. 978. 840
Demaratus Corinthius. 579
Demetrius Cynicus. 840. 944
Denter Romulius. 533
Denthelias ager. 481
Dialia ſacra. 409
Dialis Flamen. 409. 425
Diana Delo genita. 414. Leucophryne. *ibid.* Limenetis. 481. Perſica. 416
Dianæ lucus. 617
Dicendi forma & genera mutantur cum temporibus. 1009
A. Didius [vel Dubius] Auitus dux Rom. 621. 633. 634. 703. 705
Didius Gallus. 988
Didius Scæua. 925
Dido. 821
Didymus libertus. 547
Dillius Aponianus. 905
Dillius Vocula. *vide* Vocula.
Dinis Thracum dux. 486
Diuodurum Mediomatricum oppidum. 861
Dolabella Cornelius. *vide* Cornelius Dolabella.
P. Dolabella. 498
Domitia. 653
Domitia Neronis amita. 674
Domitia Decidiana. 985
Domitianus Veſpaſiani filius. 920. 923. 925. 931. 954. 957. 959. 960. 961. Cæſar conſalutatus a militibus. 929. eius ſtupra, adulteria & libidines indomitæ. 930. 954. præturam capit. 943. imperij munia omittit. 961
Cn. Domitius. 508. 561. 563. 662
L. Domitij mors. 482. genus, vita ac mores. 482. 483
L. Domitius, Cn. Domitij Ænobarbi & Iuliæ Agrippinæ filius. 577. 612. ei deſpondetur Octauia Claudij filia. 617. adoptatur a Claudio. 627

Domitius Afer. 487. 498. eius mors. 731
Domitius Balbus. 748
Domitius Celer. 303. 306
Domitius Corbulo. *vide* Corbulo.
Domitius Pollio. 314
Domitius Sabinus. 851
Domitius Silius. 811
Donatius Valens. 859. eius mors. 860
Donuſa. 466
Doryphorus veneno ſublatus. 764
Druidæ. 635. 741. 949. eorum fœminæ in bello. 741
Druſiana foſſa. 194
Druſilla Germanico genita, L. Caſſio nupta. 539
Druſilla Cleopatræ neptis. 964
Druſus. 565
Druſus Claudius priuignus Augusti, Germanici pater. 11. 106. 194. 242. 334. 565
Druſus Germanici frater. 63. 88. 90. 95. 98. 99. 101. 176. 216. 246. 247. 250. 255. 262. 288. 307. 309. 338. 353. 359. 371. 372. 376. 393. 409. 412. 436. 438. 506. ei venenum parat Seianus. 443. eius mors. *ibid.* funus. 445
Druſus Germanici filius. 445. 457. 496. eius mors. 547
Druſus Germanici filius falſus. 517
Druſus præfectus vrbis. 473
Dubius Auitus. 703. 705
Ducenius Geminus. 775. præf. vrbis. 846
C. Duillius. 254
Dulgibini, pop. 979

E

ECbatana. 782
Educatio praua. 1014
Edui. *vide* Ædui.
Egnatia Maximilla Galli vxor. 817
Eleazarus Iudæorum dux. 965
Elephantine. 284
Eleuſis. 960
Eloquentiæ vtilitas. 1002
Elymæi. 561
Elyſij. 981
Emeritenſes. 865
L. Ennius eques Rom. 424
Epaphroditus, libertus Neronis. 808
Epheſij. 414. 490. 835
Epicharis. 804. 805. eius mors. 808
Epidaphne. 309
Epiphanes rex. 879
Eporedia. 863
Epponina vxor Iulij Sabini. 953
Eprius Marcellus. *vide* Marcellus Eprius.
Equeſtris Fortunæ ædes apud Antium. 425
Eraro regina Armeniorum. 190
Erindes flu. 576
Erycum. 481
Erythræ. 537
Eſquiliæ. 792
Etruria. 440
Euander Arcas. 792
Eubœa. 264. 517
Eucerus. 761
Eudemus medicus Liuiæ. 437. 446
Eudoſes pop. 980
Eumolpidæ. 960
Eunones. 621. 622. 623
Euphrates flu. 440. 552. 555. 767. 770. 771. 772. 774. 775
Exquilina porta. 227
Ezares Adiabenus. 620

F

FAbianus. 969
Fabius Fabulus. 906
Fabius Maximus. 21. eius mors. *ibid.*
Fabius Priſcus. 958
Fabius Romanus. 831
Fabius Ruſticus. 674. 708. 811. 987
Fabius Valens. 844. 861. 862. 864. 879. 880. 884. 887. 888. 889. 891. 892. 899. 900. 901. 906. 913. 914. capitur. 915. interficitur. 921. eius vita & mores. *ibid.*
P. Fabius Conſ. 550
Fabricius Veiento. 754
Falanius eques Ro. 167
Famiſulanus Vectonianus. 770
Fanum Fortunæ. 917
Faſti adulatione temporum fœdati. 944
Fatone an ſorte voluantur res mortalium. 544
Fauſtus Sylla Conſ. 644
Felix Antonius Iudææ præfectus. 645. 648 964
Feminæ ob lacrymas damnatæ. 531. earum libido coercita. 313. earum quæ ſeruis iunguntur pœna. 644. earum ductu Britanni bella gerunt. 745. earum vitia. 374
Fenius præfectus. 811
Fenius Ruſticus. 754. 759. 804. 809. 814. 818. eius mors. 815
Fenni pop. 983
Ferentinum municip. 886. oppidum. 806
Feſtus. 888
Fidenæ. 927. theatrum lapſum. 497
Filius patrem interficit. 91
Firmius Catus ſenator. 21
Flaccus Hordeonius. 844. 888 900. 936. 938. 939. 940 942. 949. 958. 969. interficitur. 94
Flaccus Pomponius. 54
Flaccus Veſcularius eques. 2
Flamen Dialis. 409. 451. Martialis. *ibid.* Quirinalis. *ib*
Flaminia Dialis. 45
Flauianus. *vide* T. Ampius Flauianus.
Flauius Arminij frater. 197. 58
Flauius Nepos. 81
Flauius Sabinus. *vide* Sabinu
Flauius Sceuinus. 803. 80 808. 810. 814. 832. ei mors. 81
Flauius Veſpaſianus. *vide* Veſpaſianus.
Flenum caſtellum. 5
Floræ ædes dicata. 25
Florentini. 1
Fœcunditatis templum. 77
Fonteius Conſ. 7
Fonteius Agrippa. 222. 314. 9
Fonteius Capito. 474. 844. 93 interfectus. 9
Formiani agri. 8
Fortunæ Fanum. 9
Fortunæ templum in Ferentin opp. 8
Fortunæ equeſtris ædes ap Antium. 4
Foroiulienſe opp. 4
Foroiulienſis colonia. 8
Forum boarium. 624. Iulij. 28 Romanum. 6
Fortunatus libertus. 8
Foſi pop. 9
Friſij. 506. 508. 583. 703. 93 935. 936. 949. 958. 979
Frontinus. 9
Fucinus lacus. 6
Fufius vel Fuſius Geminus C 509. 512. 531
Fulcinius Trio celebris accu ror. 218. 339. 346. 354. 523. 5
Fuluius Amelius. 8
Fundani lacus. 9
Funera Germanorum. 9
Furius Camillus. 2
Furnius adulter. 4
Fuſius vel Fufius Geminus C 509. 512. 531

G

GAbinum ſaxum. 7
Galatæ. 7
Galatia. 687. 8
Serg. Galba. 406. conſul. 53 543. Imperator. 842. 84 846. 847. 852. occiditu 854. eius vita, mores, &c. 8

C. Galb

C. Galba. 558
T. Galba. 571
Galeria vxor Vitellij. 889.890
Galerianus. 947
Galerius Trachalus. 870. 889
Galgacus dux. 993
Galilæi. 645
Galli. 863. 970. *& ſeqq.* Rhenum accolentes Galbianis aduerſi. 857. rebellionem cœptant. 383. 386. 388. in Germaniam tranſgreſſi. 777. eorum corpora morbis obnoxia. 899. veteres gloriæ. 389
Gallia. 844. Comata. 591. Narbonenſis. 593. 624. 829
P. Gallus eques Rom. 828
Galuia Criſpinilla, magiſtra libidinum Neronis. 864
Gambriuij pop. 970
Gannaſus Chaucorũ dux, Caninefas natione, Germaniam inferiorem incurſat, & Gallorum oram vaſtat. 582. 583. eius cædes. 583. 584
Garamantes. 429. 947
Garamantum rex prædatum receptor. 462
Gelduba, loci nomen. 939. 940. 942
Gellius Publicola. 422
Geminius eques Rom. 538
Gerelanus. 815
Gemoniæ. 348. 549. 925. 929
Germani milites. 848. *& ſeqq.* 882. 888. læti bello. 935. fluminibus ſueti. 966. cuſtodes Imperatoris. 89. Germanorum armatura. 203. patrius mos in bello. 878. corpora morbis obnoxia. 899
Germaniæ ſitus, mores & populi. 970. *& ſeqq. vſque ad finem libelli.*
Germaniæ inferioris legiones. 845. 857. & ſuperioris. 845. 858. Germaniæ turbatio. 915
Germanicus Cæſar Cl. Druſi filius. 15. 31. 63. 104. 106. 107. 108. 109. 112. 114. 115. 117. 119. 123. 126. 127. 129. 130. 137. 139. 143. 147. 149. 152. 160. 163. 191. 192. 194. 196. 198. 210. 211. 212. 213. 215. 216. 245. 254. 255. 262. 264. 266. 269. 271. 274. 277. 278. 284. 288. 295. 298. 299. 301. 434. triumphus ei decretus. 135. eius triumphus. 242. eius mors. 300. funus. *ibid.* honores poſt mortem decreti. 308. 309
Geſſius Florus procurator Iudææ. 964
L. Geta. 601. 606
Getulicus. 552
Gindes flu. 576
Gleſum. 982
Glitius vel Glicius Gallus. 808. 817
Gorneæ caſtellum. 638
Gotharzes Parthorum rex. 575. 576. 617. 619. eius mors. 620
Gothini pop. 981
Gothones pop. 288. 982
Gracchi. 365
C. Gracchus. 450
Gracchus prætor. 540
Graiæ Alpes. 863. 891
Graius mons. 954
Grampius mons. 993
Granius Marcellus. 171
Granius Martianus. 557
Granius Syluanus. 804. 811
Graptus libertus. 700
Graſidius ſacerdos. 563
Grinnes. 968
Gugerni. 939
Gyarus inſ. 422. 423. 466

H

Hadria. 785. 914
Hæmus, mons. 380
Halicarnaſſij. 490
Halus, opp. 559
Hammonis oraculum. 962
Haruſpicum collegium. 581
D. Haterius Conſul. 398. 408
Q. Haterius. 60. 230. 496. eius mors. 496
Haterius Agrippa. 179. 251. 393. 523
Haterius Antoninus. 687
Hebrææ terræ. 962
Helius Gracilis Belgicæ legatus. 703
Helluſij, pop. 983
Heluecones. 980
Heluetij, Gallica gens. 862. 977
Heluidius Priſcus. 641. 837. 840. 898. 932. 945. 948. 984. tribunus pleb. 683. eius genus, ingenium & forma. 931
Hemus mons. 890. *vide* Hæmus.
Heniochi. 295
Hercules. 414. 476. 619. 970. 972. apud Ægyptios celebris. 278. eius columnæ. 979. oraculum. 659. ara magna. 624. ei ſacra ſilua. 198
Herculeus trierarchus. 718
Hercynius ſaltus. 978
Herennius Gallus. 930. 939. 951. eius mors. 955
Herennius Senecio. 984
Hermiones, pop. 970
Hermunduri. 288. 628. 706. 981
Herodes rex Iudææ. 964. 965
Herthum, id eſt, terram matrem colunt Germani. 981
Hetruria. 581. 593
Hetruſci. 579
Hiberi. 553. 554
Hibernia. 992
Hiberus rex. 440
Hiems præmatura. 100
Hiero. 589. 560
Hierocæſarienſes. 416
Hieroſolyma. 961. 962. 964. 965
Hieroſolymus dux. 962
Hilarius Cæſaris libertus. 890
Hiſpalienſes. 865
Hiſpania. 346. 388. 440. citerior. 483. vlterior. 475
Hiſtriones pulſi Italia. 452
Homonadenſes. 391
Horatius Puluillus. 925
Hordeonius Flaccus. *vide* Flaccus Hordeonius.
Horeſti, pop. 997
Hormus Cæſaris libertus. 906. 910. 943
M. Hortalus nobilis iuuenis. 237. 239
Q. Hortenſius orator. 237
Hoſtia. 601. 791. 826
Hoſtienſis colonia. 866. paludes. 794. via. 604
Hoſtilia vicus Veronenſium. 901. 903. 904
Hyberi. 575. 638. 641. 731
Hybernia. 638
Hypæpeni. 490
Hyrcani. 560. 575. Macedones Hyrcani. 231

I

Ianiculum. 917
Iaſon. 534
Iazyges Sarmatæ. 628. 904
Icelus Galbæ libertus, Martianus vocitatus. 845. 846
Iceni pop. 629. 742
Ida, mons. 962
Idæi. *ibid.*
Idiſtauiſus campus. 204
Ignes terra editi. 706
Ilienſes. 490. 649
Ilium. 537
Illyrica ara. 252
Illyricum. 124. 246. 416. 780. 844
Illyricus exercitus. 851. 897
Imperij cupido vetus. 882
Ingæuones, pop. 970
Inguiomerus Arminij patruus. 145. 206. 247
Inſubres. 592
Interamna. 921
Ioannes Bargiora Iudæorum dux. 964
Iordanes flu. 963
Iſauricus. 416
Iſichi. 690
Iſis. 960. 962. 972
Iſtæuones, pop. 970

Italia. 440
Italica legio. 907
Italicæ coloniæ. 537
Italicus Sueuorum dux. 581
Iturius. 674. 675. relegatus. 677. reuocatus. 723
Iuba Maurorum rex. 440
Iubillius Hermundurorum rex. 628
Iuda dux Iudæorum. 962
Iudæa. 245. 964
Iudæi. 645. 646. 961. 962. 963. 964. 965
Iudaica ſuperſtitione infecti pelluntur ex Italia. 315
Iudaicum bellum. 845. 872
Iudaicum mare. 964
Iugantes, pop. 633
Iulia Agrippina. *vide* Agrippina Iulia.
Iulia Auguſta Tiberij mater. 418. eius mors. 509. funus. *ibid.* genus, ætas, vita, &c. 509. 510
Iulia Auguſti filia. 131. eius mors. *ibid.*
Iulia Auguſti neptis. 506. eius mors. *ibid.*
Iulia Druſi filia. 368. 549. Vinicio nupta. 539. interfecta. 685
Iulia Germanici filia. 266
Iulia Procilla. 985
Iulia Syllana. 578. 674
Iulia gens. 445. ſtirps. 649
Iuliæ Alpes. 903
Iulianus Titius. 866
Iulium forum. 288
Iulius Africanus. 530
Iulius Agreſtis. 918. eius mors. *ibid.*
Iulius Agricola. 985. *& ſeqq. vſque ad finem libri.*
Iulius Agrippa. 817
Iulius Alpinus. 817. 862
Iulius Antonius. 352. 483
Iulius Aquila. 621
Iulius Auſpex. 954
Iulius Blæſus. 377. 409. 429. 430. 463. 514
Iulius Briganticus. 955
Iulius Burdo. 860
Iulius Calenus. 913. Æduus. *ibid.*
Iulius Carus. 854
Iulius Celſus. 531. 538
Iulius Ciuilis. 861
Iulius Claſſicianus. 747
Iulius Claſſicus. *vide* Claſſicus.
Iulius Cordus. 865
Iulius Denſus. 663
Iulius Florus Treuir. 383. 386
Iulius Frontinus. 990
Iulius Fronto. 848
Iulius Græcinus. 985
Iulius Gratus. 879
Iulius Indus. 386
Iulius Manſuetus a filio occiſus. 910
Iulius Marinus. 531. 532
Iulius Martialis. 850. 867
Iulius Maximus. 941
Iulius Montanus. 677
Iulius Paulus. 954
Iulius Pelignus procurator Cappadociæ. 641
Iulius Placidus. 929
Iulius Pollio. 669
Iulius Poſtumus. 449
Iulius Priſcus. 898. 918. 921. 933. eius mors. 933
Iulius Sabinus. 949. eius mors. 953
Iulius Sacrouir Æduus. 383. 389. eius mors. 389
Iulius Secundus. 1001
Iulius Tigurinus, eques Rom. 804
Iulius Tutor Treuir. 949. 950. 951. 954. 955. 957. 967. 968
Iulius Vindex. 819. 844
Iuncus Vergilianus ſupplicio affectus. 607
Iunia Caluina. 612. 617. 723
Iunia C. Caſſij vxor. 430. eius mors. *ibid.*
Iunia Scriboniani mater. 644
D. Iunius. 649
Iunius Blæſus legatus legionum Pannonicarum. 69. 77. 79. 84. proconſul Africæ. 377. 409. 427
Iunius Blæſus Lugdunenſis Galliæ rector. 888. 889. eius mors. 913. genus & mores. *ibid.*
Iunius Colo. 623
Iunius Gallio. 521. 818
Iunius Lupus. 635
Iunius Marullus. 753
Iunius Mauricus. 944
Iunius Otho prætor. 410. tribunus pleb. 563
Iunius Ruſticus. 513
Iunius Silanus Conſul. 500. proconſul Aſiæ. 657
Iuno propitiata. 796
Iupiter Dis. 960. Liberator. 813. Salaminius. 416. Stator. 792. Vindex. 819
Iuris & legum principia. 365. *& ſeqq.*
Iuuenales ludi. 785
Iuuenalis. 953

L

Lacedæmonij. 481
Laco. 541. *vide* Corn. Laco.
Lælia Veſtalis. 778
Lælius Balbus. 563
Laertes. 971
Langobardi. 247. 250. 980
Lanuuium. 391
Laodicea vrbs. 306. terræ motu prolapſa. 739
Laodiceni. 49[illegible]
P. Largus Cæcina. 606
Larium ſacellum. 62[illegible]
Lateranus. *vide* Plautius Lateranus.
Latinæ feriæ. 473. 5[illegible]
Latinius Latiaris. 500. 501. 505. 5[illegible]
Latinius Pandus proprætor Myſiæ. 294. 44[illegible]
Larium. 91[illegible]
C. Lecanius. 85[illegible]
Legum principia & varietates 365. *& ſeqq.*
Lemouij, pop. 98
Lentulus augur. 40[illegible]
Lentulus Getulicus. 480. 48[illegible]
Cn. Lentulus. 95. 227. 422. 46[illegible] eius mors. 48[illegible]
Lepida mater Meſſallinæ. 61[illegible]
Lepida. 653. eius mors. *ib[illegible]*
Lepida Caſſij vxor. 825. 82[illegible]
M. Lepidus. 60. 294. 374. 37[illegible] 459. 481. 524
Lepidus. 367. 394. 427. 70[illegible]
Leprini. 42[illegible]
Leptitani. 94[illegible]
Leſbus. 264. 5[illegible]
Leucophryne Diana. 41[illegible]
Leucorum ciuitas. 8[illegible]
Libanus, mons. 9[illegible]
Libelli vecordes. 22[illegible]
Liber pater. 414. 478. [illegible]
Liberi Liberæque ædes dica[illegible] 254
Libertatis atrium. 15[illegible]
Libertorum fraudes in patr[illegible]nos. 68[illegible]
L. Libo conſul. 1[illegible]
Libo Druſus. 218. 222. 532. ei[us] mors. 22[illegible]
Libya. 278. 284. 9[illegible]
Licinius Gabolus. 7[illegible]
Licinius Mucianus. *vide* M[u]cianus Licinius.
Licinius Proculus. 867. 869. 8[illegible] 884. 889
M. Licinius Conſul. 495. 7[illegible]
Ligij, pop. 6[illegible]
Ligures. 8[illegible]
Limeniris Diana. 4[illegible]
Lingones. 865. 879. 949. 9[illegible] 954. 956. 957
Linus Thebanus. 57[illegible]
Litterarum forma. *ib[illegible]*
Liuia Auguſta. 15. 21. 24. 33. 4[illegible] 106
Liuia Druſ. vxor, ſoror Germanici. 246. 309. 449. 477. 47[illegible] 521. adultera Seiani. 4[illegible]
Liuincius Regulus. 7[illegible]
C. Liuius. 22[illegible]
T. Liuius. 470. 98[illegible]
Locuſta veneſica mulier. 65[illegible] 669
Lollia Paulina. 611. eius mor[s] 624. ei ſepulcrũ extructũ. 72[illegible]
M. Lollius. 391. 61[illegible]

Londinium. 745
Lucania. 593
Lucceius Albinus. 888. eius mors. *ibid.* & vxoris eius. *ibid.*
Lucillius Baſſus. 901. 905. 906. 913. 914. 930
Lucillius Capito. 454
Lucillius centurio, *Cedo alteram,* dictus. 85. interficitur. *ibid.*
Lucillius Longus. 454. eius mors. *ibid.*
Lucius Cæſar. 565
Luco municipium Vocontiorum. 862
Lucrinus lacus. 716
L. Luculli villa. 565
Luculliani horti. 567. 603. 607
Ludi magni. 418. ſæculares. 577. Ceſtici. 833
Lugdunenſis clades. 829. colonia. 857
Lugdunenſium & Viennenſium diſſidium. 861
Lugdunum. 961
Luna langueſcens claro cœlo. 96
Luppia flu. 146. 194. 968
Luſitani. 863
Luſitania. 699
Luſius Geta. 634
Luſius Saturninus. 694
Luſius Varius. 685
Luſtrale certamen. 823
Lutatius Catulus. 925
Lutorius Priſcus. 393. 394
Lycia. 306
Lycium mare. 284
Lycurgus. 365
Lydij. 490
Lydia. 414
Lydus. 490
Lydus ſpado. 443. 446
Lygij pop. 981. 982
Lyris flu. 647

M

Macedones. 269. 414. Macedones Hircani. 251
Macedonia. 176. 183
Macer Martius. 878. 882. 892
Macer flu. 288
Macro libertus Tiberij. 539. 562. 583. 585
Mæcenas. 134. 370. Mæcenatis horti. 791
C. Mæcenas. 755. 757
Magi. 227. Magorum ſacra. 218
Magius Cæcilianus. 380
Magnetes. 251. 414. 490
Cn. Magnus. 741
Maguntiacum. 934. 938. 941. 951. 952. 955
Majeſtatis lex. 254. 255
Maleficiorum diuerſa genera. 284
Malorix Friſiorum princeps. 703
Malouendus Marſorum dux. 215
Mamercus Scaurus. 60. 372. 420. 531. 551. eius mors.
Manimi, pop. 981
Manius Lepidus. 358
Manlius adulter. 255
M. Manlius. 980
Malius Patricius, vel Patruitus. 945
Manlius Valens. 633
Mannus Tuiſtonis filius. 970
Marcelli theatrum. 418
Marcellus. 565
Marcellus ſororis Auguſti filius. 243
Marcellus Cornelius. 825
Marcellus Eprius. 612. 685. 837. 841. 887. 932. 933. 945
Marcodurum, vicus. 939
Marcomani, pop. 250. 288. 981
Mardi pop. 737
Margarita ſubfuſca & liuentia gignit Oceanus. 988
Maricus Boius deus Gallorum. 889. feris obiectus, ſed non laniatus. *ibid.* interfectus Vitellio ſpectante. *ibid.*
Marius Celſus. 779. 846. 851. 853. 863. 865. 869. 870. 878. 881. 883. 884.
C. Marius. 41. 650. 883. 980
P. Marius. 752
Marius Nepos. 251
Maroboduus Marcomanorum rex. 247. 250. 288. 324. 981
Mars. 352. 662. 972. 982
Martis Vltoris templum. 288
Marſaci, pop. 949
Marſi pop. 137. 215. 920. 970. eorum vici. 128
Marſigni. 981
Martia vxor Fabij Maximi. 21
Martiæ aquæ fons. 735
Martialis flamen. 409
Martianus Icelus. *vide* Icelus.
Martina venefica. 301. 338
Martius campus. 791. 869. 928
Martius Feſtus eques Rom. 804
Martius Macer. *vide* Macer.
Marcus flu. 288
Maſſilienſes. 481. 700. 915
Mathematici. 227. 644. 889
Mattiaci. 943. 978
Mattiacus ager. 585
Mattium Chattorum caput. 137
Mauri. 260. 440. 947
Mauritaniæ dux. 845. 888
Maximus Scaurus. 804
Mazippa. 260
Medea. 554
Medi. 271. 555. 766. 964
Mediolanum. 863
Mediomatrici. 955
Meherdates filius Phraatis. 576. 617. 618. 619. victus. 620
Megiſtanæ Armenij. 780
Mella eques Rom. *vide* Annæus Mella.
Memmius Regulus, conſ. 752. 778
Memnonis ſaxea effigies. 284
Memphis. 960
Menapij. 939
Mennius Rufinus caſtrorum præfectus. 114. 906
Menſium aliquot mutata nomina. 819. 828
Mephitis templum. 912
Mercurius. 972
Meſopotamia. 556. 619
Meſſalla Coruinus. 473. 533
Meſſalla Valerius. 33
Meſſallina vxor Claudij. 567. 577. 603. 697. eius adulter C. Silius. 596. cui nubit. *ibid.* accuſatur apud Claudium. 601. eius mors. 610
Meſſallinus Cotta. *vide* Cotta Meſſallinus.
Meſſenij. 481
L. Metellus. 425
Meuania. 919. 920
Meuius Pudens. 849
Mileſij. 413. 481. 490
Miletus. 266
Miliarium aureum. 850
Milichus libertus. 806. 808. 810. Conſeruator cognominatus. 817
Miluius poni. 700. 869. 898. 928
Mineruæ ſimulacrum aureum. 721
Minos. 365
Minutius Iuſtus. 904
Minutius Thermus. 530
Miracula. 693. 959
Miſenenſis claſſis. 919
Miſenus. 440. 712. 805
Miſeni promontorium. 565. 713. 802
Mithradates Armeniæ rex. 638. 639. occiſus. 640
Mithridates Armeniæ rex. 553. 575. 576. 621. 622. occiditur. 623
Mithridates Boſphoranus. 621
Mithridates. 429
Mitylenenſe ſecretum. 755
Mneſter Agrippinæ libertus. 718
Mneſter. 571. damnatus. 607
Mœnus. 977
Mœſia. 183. 294. 440. 866. 969
Mœſiacæ copiæ. 881. Mœſicæ legiones. 896
Mœſicus exercitus. 902

Mona inſula. 741.989.990
Monobazus Adiabenus. 768. 773
Moneſes. 769
Montanus Alpinus. *vide* Alpinus Montanus.
Morini. 939
Moſa flu. 192.584.969
Moſceni. 251
Moſella flu. 703.955.957
Moſes. 962
Mucianus. 845.865.872. 893.894.895.900.903.916. 917.918.921.925.926. 927.931.938.943.945. 946.947.954.957.959. 960.961.969
Mumius Lupercus. 936.937. interfectus. 951
L. Mummius. 733
Munatius Gratus eques Rom. 804
Munatius Plancus. 115.117. 733
Muſonius. 760
Muſonius Rufus. 817.927. 933.944
Muſulani. 269.463
Mutilia Priſca. 449.450
Myrina. 251

N

Nabalia ſiue Vahalis flu. 969
Nabathæorum rex. 274
Nabaruali, pop. 981
Nar, flu. 182.339
Narbonenſis Gallia. 288. *vide* Gallia Narbonenſis.
Narbonenſis prouincia. 875
Nariſci pop. 981
Narciſſus Claudij libertus. 601.606.610.648.653. ad mortem adigitur. 657
Narnia. 339.919.920. 921.922.926.927
Naua flu. 955
Nauportum. 81
Neapolis. 785.827
Neapolitani. 785
Nemetes pop. 618.977
Neptuni effigies. 417
Nero filius Germanici. 245. 368. 454. Iuliam Druſi filiam ducit. 368
Nero Druſi filius. 443.445. 457
Nero Cn. Domitij Ænobarbi & Iuliæ Agrippinæ filius. 634. 657.659.661.663.664.666. 669.672.675.683.708.712. 717.718.720 722.725.733. 735. *& ſeqq. vſque ad* 840. princeps iuuentutis. 634. Britannico prælatus. *ibid.* Octauiam Claudij filiam in matrimonium accipit. 545. imperator conſalutatur. 655. 693. lupanaria pererrat, &c. 677.678. exturbat Octauiam & Poppææ coniungitur. 761. denubit Pythagoræ. 787
Nero falſus. 873. interfectus. 874
Nerua Cocceius. *vide* Cocceius Nerua.
Nerua Traianus. 984
Neruij. 935.941.949.953.958. 977
Nerulinus Suillij filius. 695
Nicephorium vrbs. 559
Nicephorius amnis. 769
Nicopolis. 262.738
Nilus. 284
Ninos vel Nynos vrbs. 619
Nola vrbs. 21.41.493
Nonanus miles. 85.101
Nonius Actianus. 944
Nonius Receptus. 859. eius mors. *ibid.*
L. Norbanus, conſ. 277.925
Norica prouincia. 288
Norici. 863.969
Noricum. 845.863.971
Nouaria. 863
Noueſium. 939.940.952. 655.958.968
Cn. Nouius eques R. 586
Nouius Priſcus. 817
Nucerani. 731
Nuceria colonia. 684
Nuithones pop. 981
Numa. 365
Numa Marcius. 533
Numantina. 461
Numicius Thermus. 832
Numidæ. 260.356.463
Numiſius Rufus. 937.951. eius mors. 955
Numiſius Lupus. 866.905
Nymphidius. 818.843.849
Nymphidius Sabinus oppreſſus. 843
Nynos vel Ninos vrbs. 619

O

Obultronius Sabinus quæſtor ærarij. 683
Occia Veſtalis. 313
Occhoris rex. 962
Oceanus. 975.982. tumeſcit maxime impulſu Aquilonis, ſimul ſidere æquinoctij. 161. violentior cætero mari. 213
Octauia. 564
Octauia Claudij filia, Britannici ſoror. 604.606.611.612. 655.669.672. deſpondetur Domitio. 617. Neroni nubit. 645. a Nerone exturbatur. 761. tum reuocatur. *ibid.* & rurſus expellitur. *ibid.* in Pandateriam inſulam relegata. 764. denique ad mortem act[a] *ibid.*
Octauius Auguſti pater. 4
Octauius Fronto. 23[…]
Octauius Sagitta. 696.9[…]
Odruſæ pop. 38[…]
Olennius. 5[…]
T. Ollius. 69[…]
Oloaritus centurio. 7[…]
Onomaſtus. 8[…]
Ophenſes. 947. Ophenſis p[o]pulus. *ibi[d.]*
Opitergium. 9[…]
Oppiæ leges. 374.3[…]
C. Oppius. 6[…]
M. Opſius. 500.5[…]
Oraculorum ambages. 2[…]
Oratio Agrippinenſium. 9[…]
Oratio Antonij Primi. 9[…]
Oratio Arminij. 204.2[…]
Oratio Caractaci. 631.6[…]
Oratio C. Caſſij. 7[…]
Oratio Cerialis. 9[…]
Oratio Ciuilis. 934.9[…]
Oratio Claudij. 5[…]
Oratio Cremutij Cordi. 4[…]
Oratio Curtij Montani. 9[…]
Oratio Galbæ. 846.8[…]
Oratio Galgaci. 9[…]
Oratio Germanici. 120.12[…] 203.
Oratio Hortali. 2[…]
Oratio Iulij Agricolæ. 9[…]
Oratio Iuliæ Agrippinæ. 6[…]
Oratio M. Lepidi. 3[…]
Oratio Muciani. 8[…]
Oratio Neronis. 7[…]
Oratio Othonis. 850.86[…] 885.886
Oratio Pæti Thraſeæ. 7[…]
Oratio Piſonis. 850.8[…]
Oratio Segeſtis. 142.1[…]
Oratio Senecæ. 7[…]
Oratio Tencterorum legati. 9[…]
Oratio Terentij equitis Ro[m.] 530
Oratio Tiberij. 239.345.47[…] 478
Oratio Valerij Meſſallæ. 37[…]
Oratio Vitellij. 615.9[…]
Oratio Voculæ. 95[…]
Oratio Vologeſis. 7[…]
Oratio pulchra quæ. 10[…]
Orationis forma ac ſpecies m[u]tanda cum conditione te[m]porum ac diuerſitate a[u]rium. 100
Orator qualis eſſe debeat. 10[…]
Oratorum dignitas. 1018. viti[a] 1013
Orcades inſulæ. 98[…]
Ordonices. 630.99[…]
Orientis regna mota. 18[…]
Ornoſpades dux. 55[…]
Orodes filius Artabani regi[s] 553.555
Orphidius Benignus interfici[…] tu[r]

tur. 884. eius corpus crematur. 885
Orphitus. 944
Ortygia. 414
Oſcum ludicrum. 452
Oſcus libertus. 869
Oſi pop. 977. 981
Oſiris. 960
Oſtorius centurio. 662
P. Oſtorius proprætor Britanniæ. 629. 631. ei triumphi inſignia decreta. 633. eius mors. ibid.
M. Oſtorius Publij filius. 629
Oſtorius Scapula. 752. 753. 830. 840. 988. eius mors. 830
Otho. 664. 697. 698 846. 848. 849. 850. 851. 852. 864. 865. imperator conſalutatus. 850. eius falſæ virtutes. 863. luxu, ſænitia, audacia exitioſus Reip. 881. eius mors. 886. ſepulcrum. *ibid.* ætas, genus, mores, *&c.* 886
Otriculum. 926
Oxiones pop. 983

P

PAcarius Decimus. 876. eius mors. *ibid.*
M. Paconius. 422
Paconius Agrippinus. 837. 840
Paconius rex Parthorum. 964
Pacorus Vologeſis frater. 766. 781
Pactius Africanus. 944
Pactius Orphitus primipili centurio. 690. 773
Pacuuius legatus. 306
Padus flu. 876. 878. 883
Pætus Ceſennius. 769. 770. 772. 773. 774. 779
Pætus Thraſea. 701. 721. 753. 777. 779. 780. 833. 835. 836. 837. 840. 898. 984. eius mors. 840
Pagyda flu. 355
Palamedes Argiuus. 579
Palatinus mons. 624. 791
Pallas Claudij libertus. 601. 610. 627. 644. 657. 666. 677. 708. veneno interfectus. 764
Palmæ. 963
Pammenes. 830
Pamphylia. 306. 873
Panda fl. 621
Pandateria inſ. 131. 764
Pannonia. 339. 628 629. 969. 971. 977
Pannonij. 771. 876
Pannonicæ Alpes. 900. 902. legiones. 69
Pantomimi. 733
Paphiæ Veneris templum. 871
Papia Poppæa lex. 365. 367
Papius Mutilius. 227
Papyrius centurio. 947
Paris hiſtrio. 674. 675. 677. 680
Parthi. 185. 271. 274. 414. 538. 554. 555. 576. 617. 618. 638. 661. 687. 738. 766. 769. 770. *&* *ſeqq. vſque ad* 775. 780. 974
Paſſienus. 543
Patauium. 833. 901. 904
Paruleius. 251
Paulina. *vide* Pomponia Paulina.
Paulinus Pompeius. 703
Paulinus Suetonius. *vide* Suetonius Paulinus.
Paxæa coniux Pomponij Labeonis. 551. eius mors. *ibid.*
Pecuniæ nerui ciuilis belli. 897
Pedaneus Secundus a ſeruo interfectus. 748
Pedanius Coſta. 892
Pedo. 146
Pelignus. 920
Peloponeſus. 481
Pelops. 490. 491
Percennius. 71. 72. eius mors. 99
Pergameni. 490
Pergamenum, ciuitas. 835
Perinthus, vrbs Thraciæ. 266
Perpenna. 416
Perſæ. 414. 964
Perſes. 651
Petilius Cerialis. 743. 920. 927. 954. 955. 956. 957. 958. 960. 966. 967. 968. 969. 986. 990
Petilius Rufus. 500
Petina. 611
Petouio. 902
Petrina ala. 947
Petronia vxor Vitellij. 890
Petronius Priſcus. 817
Petronius Turpillianus. 742. 747. 818. 989. eius mors. 843
Petronius procurator. 863
C. Petronius. 831. 832. eius vita & mores. 832
P. Petronius. 393. 561. 831
Peucini. 983
Pharaſmanes Hiberniæ rex, Mithradatis frater. 553. 554. 555. 575. 638. 639. 640. 690
Philadelpheni. 251
Philippopolis. 380
Philippus. 288. 380. 427. 481
Philopator Cilicum rex. 245
Phœbus Veſpaſiani libertus. 823
Phœnices. 579. 963
Phœnix auis. 550
Phraates rex. 185
Phraates Phraatis filius. 552. 553. 556. 559. 560. 617. eius mors. 553
Phryxus. 554
Picentina ala. 952
Picenus ager. 914
Pinarius Natta. 472
Piræeum. 517
Pirenæum. 849
Piſanus ſinus. 314
C. Piſo. 764. 803. 806. 813. eius mors. 810
Cn. Piſo, Piſonis filius, Syriæ præfectus. 245. 268. 269. 274. 295. 298. 299. 301. 303. 306. 307. 338. 339. 346. 549. accuſatur Germanicum deuotionibus & veneno peremiſſe. 339. eius mors. 348. codicilli & filij. 350. 352
L. Piſo. 334. 775
L. Piſo Hiſpaniæ citerioris prætor. 483. eius mors. 483. 484
L. Piſo Pontifex. 532. ſato obijt. *ibid.* funus. 533
L. Piſo deſignatus Conſul. 681. Conſul. 684
L. Piſo proconſul Africæ præfectus. 943. 946. interficitur. 947
M. Piſo Cnei filius. 503. 351. 352
Piſo Licinianus. 846. eius genus & mores. *ibid.* adoptatur a Galba. 847. trucidatur. 854
L. Pituarius ſaxo deiectus. 227
Pius Aurelius ſenator. 174
Placentia. 876. oppugnatur a Cæcina. 877
Placentinus ager. 802
Planaſia inſ. 15. 21. 240
Plancina vxor Cn. Piſonis. 246. 269. 274. 299. 301. 303. 307. 346. 348. 351. eius mors. 549
Plautius Ælianus pontifex. 948
Plautius Lateranus. 607. 664. 803. 806. eius cædes. 811
Plautius Siluanus. 460
Plautius Varus. 890
Plautius. 601
A. Plautius. 988
Q. Plautius conſ. 558
Plautus Rubellius. 674. 735. 759. 827. 838. eius mors. 760
C. Plinius Germanicorum bellorum ſcriptor. 160. 674. 806. 910
Plotius Firmus. 867. 885. 886.
Plotius Griphus. 917. 943. 944
Pœni. 947. 773
Pœnius Poſtumus. 746
Poëticæ laus. 1006. Poëticus decor ab oratore exigitur. 1010
Polemon, Ponticus rex. 271
Pollio. 617
Pollutia L. Veteris vxor. 827
Polycletus. 747
Pomerium vrbis auxit Claudius. 624

Pompeia Macrina. 541
Pompeia Paulina Senecæ vxor. 811. 812
Pompeiani. 731
Pompeianus Ælianus. 748
Pompeiopolis. 274
Cn. Pompeius. 367. 732. 883. 964
Pompeij oppidum in Campania. 778. Pompeij theatrum igne fortuito hauſtum. 427
Pompeius Longinus. 851
Pompeius Macer Prætor. 164
Pompeius Paulinus. 775
Pompeius Propinquus procurator Belgicæ. 845. interfectus. 860
Pompeius Sullanus vel Silanus. 897
Pompeius Vrbicus ſupplicio traditus. 607
Pompeius eques Rom. 538. 817
Sex. Pompeius. 27
Pomponia Græcina. 685
Pomponius Conſul. 242
P. Pomponius conſularis. 579
Pomponius. 628
Pomponius Atticus eques. 246
Pomponius Flaccus. 227. 294. 541. eius mors. 549
Pomponius Labeo. 484. eius mors. 551
Pomponius Secundus. 514. 516. 531. 541
Pontes longi. 152
Pontia ab adultero interfecta. 696
Pontia Poſtumia. 945
C. Pontius. 561
Pontius Fregellanus. 563
Pontius Pilatus. 797
Ponti os. 266
Ponticum mare. 691. 970
Pontus. 873. 916. 960
Poppæa Sabina ſcortum. 567. 697. 708. 763. 817. 846. 865. coniungitur Neroni exturbata Octauia. 761. eius mors. 825
Poppæa filia Neronis & Poppææ. 778
Poppæus Sabinus. 183. 484. 486. 517. 697. 811. 917. eius mors. 557. eius origo & vita. *ibid.*
Poppæus Siluanus. 946
Poppæus Vopiſcus. 865
Porcij. 593
Porcius Cato. 500
Porcius Septimius. 904
Portus Herculis Monœci. 915
A. Poſtumius dictator. 254. flamen. 425
Præneſte. 801
Prætores ærarij. 932
Prætorum & Tribunorum pleb. certamen. 682
Primus Antonius. *vide* Antonius Primus.
Praſutagus Icenorum rex. 742
Priſcus Heluidius. *vide* Heluidius Priſcus.
Priſcus Iulius. *vide* Iulius Priſcus.
Proculus Licinius. *vide* Licinius Proculus.
Procuratorum poteſtas. 649
Prodigia. 637. 652. 722. 868. 886. 965
Propertius Celer prætorius. 174
Propontis. 366
Proſerpina. 960. ei ſupplicatum. 796
Pſeudophilippus Macedonum rex. 651
Ptolemæus Mathematicus 849
Ptolemæus rex. 294. 463. 550. 959. 960
Publicani. 702
L. & M. Publicij. 254
Publius Celer. 933
Puteolani. 700. 919
Puteoli, vetus oppidum in Italia. 805
Pyramides. 284
Pyramus, flu. 295
Pyrrhus. 288
Pythagoræ Nero nubit. 787
Pythius Apollo. 960

Q

QVadi. 288. 981
Quæſtores. 586
Querquetulanus, mons. 498
Quinquennale ludicrum. 732
Quintilianus trib. pl. 536
Quintilius Varus. 18. 135. 147. 148. 153. 155. 163. 248. 498. 964
Quintius Certus. 876
Quintius Atticus. 925
Quirinalis flamen. 409
P. Quirinus, vel Quirinius. 222. 358. 359
Quirinus. 476

R

RApax legio. 884. 901. 907. 910
Rauenna. 288. 440. 466. 683. 901. 913
Regulus. 518
Remi. 953
Remmius Euocatus. 295. 523
Reudigni, pop. 980
Rhacotis. 960
Rhadamiſtus Pharaſmanis filius. 638. 639. 640. 641. 661. interfectus. 690
Rhamſes. 284
Rhegini. 131
Rhenus, flu. 143. 152. 192. 203. 308. 506. 584. 627. 703. 933. 939. 952. 967. 969. 970. 977. 9[illegible] 979. 981
Rheſcuporis Thraciæ rex. 2[illegible] 290. 294. 380. interficit[illegible] 294
Rheti. 2[illegible]
Rhetiæ. 845. 903.[illegible]
Rhetica iuga. [illegible]
Rheticæ Alpes. 9[illegible]
Rhodanus, flu. 7[illegible]
Rhodij. 6[illegible]
Rhodus. 19. 269. 493. 531. 5[illegible]
Rhœmetalces Thraciæ rex. 2[illegible] 294. 388. 440. 484
Rhoxolani, Sarmatica ge[illegible] 866
Rigodulum. [illegible]
Roma oppugnatur & capit[illegible] 928. eius incendium. 5[illegible] aliud ſub Nerone. 7[illegible]
Romanus Hiſpo. 1[illegible]
Romilius Marcellus. 859. [illegible]ciſus. 8[illegible]
Romulus. 365. 593.[illegible]
Roſcia lex. 7[illegible]
Roſcius Cælius. 8[illegible]
Roſſius Regulus. [illegible]
Rubellius Blandus. 359.[illegible]
Rubellius Plautus. *vide* Plau[illegible] Rubellius.
Rubrius eques.
Rubrius Fabatus. 538. e[illegible] mors. 8[illegible]
Rubrius Gallus. 887. 9[illegible]
Rufinus. [illegible]
Rufus Criſpinus. 634. 8[illegible]
Rufus Criſpus. 6[illegible]
Rufus Heluius. [illegible]
Rugij pop. 9[illegible]
Ruminalis arbor. 7[illegible]

S

SAbina Poppæa ad mort[illegible] acta. 6[illegible]
Sabina nobilitas. [illegible]
Sabinus ager. 9[illegible]
Sabinus Flauius. 865. 882. 8[illegible] 899. 901. 902. 921. 922. 9[illegible] 946. eius cædes. 925. fun[illegible] 946. vita & mores. *ib[illegible]*
Sabinus Titius. *vide* Titius S[illegible]binus.
P. Sabinus. 898.[illegible]
Sabrina flu. 6[illegible]
Sacrouir. *vide* Iulius Sacroui[illegible]
Sagitta. *vide* Octauius Sagit[illegible]
Salaria via. 9[illegible]
Saleius Baſſus. 1[illegible]
Salienus Clemens. [illegible]
Salluſtius Criſpus. 24. 2[illegible] eius mors. 3[illegible]
C. Salluſtius rerum Rom. a[illegible]ctor. 3[illegible]
Salluſtiani horti. 9[illegible]
Salonina vxor Cæcinæ. 8[illegible]
Saluius Cocceianus. 8[illegible]

Salui

Saluius Titianus. *vide* Tarianus.
Salutis augurium. 614. templum in Hetruria. 806. aliud Romæ. 819
Samaritæ. 645
Sambulos, mons. 619
Samij. 452
Samius eques Rom. 571
Samnis. 920.980
Samos. 537
Samothracum ſacra. 266
Sanquinius. 523.530
Santoni. 530
Sarapis deus. 959.960
Sardiani. 251.417.490
Sardinia. 313
Sariolenus Vocula. *vide* Vocula.
Sarmatæ. 553.949.970.974
Sarmatæ Iazyges. 904
Satrius Secundus. 470.531.563
Saturnini. 365
Saturnus. 962
Saturni dies feſti. 926
Saufellus Trogus ſupplicio traditus. 607
Saxa rubra. 927
M. Scaurus. 420
L. Scaurus. 359
Sceuinus. *vide* Flauius Sceuinus.
Scipio Africanus. 420
Scipio Cornelius. 429.644
P. Scipio. 277
L. Scipio Conſul. 925
Scipio cohortium præfectus. 888
Scirpicus centurio. 85
Scitinum inſula. 873
Scribonia Auguſti vxor. 218
Scriboniana ala. 904
Scribonij fratres. 700
Scriboniani fratres. 944
Scribonianus Camerinus falſus. 892. cruci affixus. *ibid.*
Scribonianus Craſſus. 943
Scriboniorum familia. 218
Scydrothemis Sinopéſium rex. 960
Scythæ. 290.295.560
Scythia. 284
Secundus Carinas. 801
Seditio militaris. 866. 880.945. 946
Sedochezorum rex. 916
Segeſtani. 481
Segeſtes. 135.139.143
Segimerus Segeſtis frater. 163
Segimundus Segeſtis filius. 139
Seianus. *vide* Ælius Seianus.
Seius Quadratus. 530
Seius Strabo. 27
Seius Tubero. 210.466
Seleucenſes. 559.575
Seleucia. 298.560 575.960
Seleucus. 559
Seleucus mathematicus. 894
Sellarij. 519
Semnones. 247.980
Sempronius Denſus. 854
Sempronius Gracchus. 450
Sempronius Gracchus peruicax adulter. 131. eius mors. *ibid.*
Semproniæ rogationes. 550
Senatorum adulatio. 419 818
Senatu depelluntur famoſi probris. 595
Seneca. *vide* Annæus Seneca.
Senia lex. 595
Senienſis colonia. 945
Senienſes. *ibid.*
Senius Rufus. 676
Senones. 593.792
Cn. Sentius. 301.303.306.338
Sequani. 389.953
Sergius Gaba. *vide* Galba.
Seriphos. 313
Seriphium ſaxum. 460
Serrati. 971
Sertorius. 429
Q. Seruæus. 274.346.354.530
Serui Germanorum. 976
Seruile bellum motum per Germaniam. 464
Seruilia Soruij Serani filia. 838
Seruiliæ leges. 550
Seruiliani horti. 808.913
M. Seruilius. 251.359.551. eius mors. 731
Seruilius Cepio. 980
Seruius Maluginenſis, flamen Dialis. 409.425.455
Seruius Tullus. 365.792.924
Seſoſtris. 550
Soſtius Pagonianus. 523
Seuinus Promptinus. 865
Sexitia vxor Scauri. 551
Sextia L. Veteris vxor. 827
Sextilia Vitelliorũ mater. 890
Sextilius Felix. 904.955
Sextius Africanus. 674.752
Sextius Paconianus. 557
Sextus Marius. 473. ſaxo Tarpeio deiectus. 541
Sextus Papinius Conſ. 558. eius repentinus & informis exitus. 563
Sextus Pompeius. 374
Sextus Veſtilius. 531
Sibyllæ libri. 174. 536. 537. 796
Sicambri vel Sugambri exciſi. 633
Siciliæ fretum. 538
Sido Sueuorum rex. 628.629
Silana. 723. repudiata. 677
L. Silanus. 612. 805. 825.826. necatus. 657
M. Silanus. 985
C. Silius legatus inferioris Germaniæ legionis. 104.163.192. 386. 389.458.459.674
Silius Conſul. 571.577.578. 803. adulter Meſſallinæ. 596. damnatus. *ibid.* tribunali admotus. 607
Silius Italicus. 922
Silius Nerua Conſ. 500
C. Silanus proconſul Aſiæ. 410. 422.423.454
D. Sillanus Iunius. 365
M. Sillanus Conſul. 277.364. 408.517.956
Siluanus. 811
Siluius Otho Conſul. 644
Silures. 630.633
Simbruina ſtagna. 785. Simbruini colles. 579
Simon Iudæorum dux. 964. 965
Singularium ala. 955
Sinnaces. 552.553.555.556
Sinope vrbs. 960
Sinueſſa. 654. Sinueſſanæ aquæ. 864
Sipylus. 251
Siſenna. 873.917
Siſenna Statilius. 185
Smyrnæi. 417.490.491
Sohemus rex. 624.895.961
Solis ædes in Circo. 819
Solon. 365
Solymi. 962
Sophonius Tigellinus. *vide* Tigellinus.
Soraci, pop. 621
Soranus Barea proconſul Aſiæ. 833.835. 838.839.933
Soſia Galla Silij vxor. 458.459. 487
Soſianus. *vide* Antiſtius Soſianus.
Soſibius Britannici educator. 567.571
C. Soſius. 964
Soſtratus ſacerdos. 872
Spartacus. 429
Spartani. 278
Spectaculum gladiatorum. 365
Spelunca, nomen villæ. 495
Spei ædes dicata. 254
Spintriæ. 519
Spurinna Veſtricius. 876.877. 878. 882
Spurius Lucretius. 523
Statius tribunus. 464.811
Statilia Meſſallina. 815
Statilius Taurus. 533.649.752
Statius Annæus medicus. 813
Statius Domitius. 817
Statius Murcus ſpeculator. 854
Statius Proximus. 804.817
L. Stertinius. 146.163.196.197. 198.211
Stœchades Maſſilienſium inſulæ. 915
Strabo pater Seiani. 89
Stratonicenſes. 414.416
Suardones, pop. 981
Sublaqueum ſtagnum. 735
Subrius Dexter. 851
Subrius Flauius. 803. 804. 809.

813. eius mors. 814
Succinum. 982
Suedius Clemens. 869. 874. 875
Sueſſa Pomœria. 924
Suetonius Paulinus. 741. 742. 743. 745. 746. 747. 869. 870. 878. 879. 881. 882. 884. 889. 989
C. Suetonius Conſ. 830
Suevi. 247. 288. 970. 972. 980. 981. 982
Suevia. 981
Sueuicum mare. 982
Sugambra cohors. 485
Sugambri. 216. 633
Suilius. 567. 571. 574
M. Suilius conſ. 627
P. Suilius quæſtor Germanici. 218. accuſatur ſub Claudio. 694. in inſulas Baleares pellitur. 695
Suilius Ceſonius. 607
Suiones, pop. 982
L. Sulla. 367. 414. 491. 839. 883. 928
Sulpitius Aſper. 803. 804. eius mors. 815
Sulpitius Camerinus. 702
Sulpitius Florus. 854
Sulpitius Quirinus. 390. 391
Sulpitius Rufus, ſupplicio addictus. 607
C. Sulpitius conſ. 398
Sunici. 953
Suouetaurilia. 556
Surena. 560
Suri. 284
Suria. 295. 298. 306
Surena. 560
Surrentinum promontorium. 498
Surrentum. 519
Syene. 284
Sylla Cornelius. *vide* Cornelius Sylla.
Sylla. 650. 759. eius cædes. 760
Syllani. 863
Syracuſani. 70
Syria. 245. 269. 306. 662. 687. 909. 961. 963. 969
Syriæ legiones. 845. 865. 873

T

Tabularum publicarum cura. 683
Tacfarinas Numida. 260. 353. 356. 427. 429. 430. 462. 463. eius mors. 463
Tacitus. *vide* Cornelius Tacitus.
Talius Geminus. 754
Talledius [*al.* T. Alledius] Seuerus. 617
Tanais flu. 622
Tanfanæ templum celeberrimum Marſis. 129
Tantalus. 491
Tarentum. 739. 895
Tarpeia rupes. 924
Tarpeium ſaxum. 541
Tarquinius. 365
Tarquinius Priſcus. 498. 649. 751. 924
Tarquinius Superbus. 924
Tarracina. 920. 931. obſeſſa. 926. expugnata. *ibid.*
Tarracinenſes. 931
Tarraconenſis colonia. 182
Tarſa, dux. 486
Tarrarus, flu. 903
T. Tatius. 139. Tatij ſodales. *ibid.*
Tatius Gratianus. 557
Taunus, mons. 137. 628
Tauriana ala. 904
Tauriana colonia. 891
Taurorum littora. 622
Taurus. 427. 770. 771. 772
Taurus Statilius. *vide* Statilius Taurus.
Taurus, mons. 559. 641
Telamon. 416
L. Teleſinus conſ. 830
Tempeſtatis deſcriptio. 212. 213
Tempij. 251
Templum, Liguriæ pars. 986
Tencteri. 705. 937. 952. 953. 979. 980
Tenij. 417
Terentius Euocatus. 854
Terentius Lentinus. 748
M. Terentius eques Rom. 530
Termeſtina natio. 483
Terracina. 329
Terræ motus in Aſia. 250
Tertius Iulianus. 943
Teutoburgienſis ſaltus. 146
Teuroni. 956
Thala. 356
Thamyras Ciley. 872
Thebæ veteres. 284
Theleboi. 499
Theophanes Mitylenæus. 541
Theophilus. 269
Thermæus ſinus. 517
Theſeus. 491
Thraces. 289. 290. 484. 485
Thracia. 294. 440. 845
Thraſea Pætus. *vide* Pætus Thraſea.
Thubuſcum oppidum. 462
Thurij. 733
Thuſci. *ibid.*
Thuſcus vicus. 498
Thyle. 987
Tiberis. 176. 182. 339. 542. 647. 775. 869. Tiberina oſtia. 793
Tiberius Alexander. 780. 845. 893. 894
Tiberius Nero priuignus Auguſti. 11. 15. 19. 24. 27. 31. 33. 56. 58. 63. 66. 88. 124. 130. 134. 149. 160. 163. 164. 174. 176. 179. 183. 190. 191. 192. 206. 216. 222. 230. 234. 235. 236. 241. 245. 251. 254. 255. 260. 277. 288. 290. 308. 313. 314. 323. 324. 329. 330. 334. 336. 339. 348. 351. 356. 364. 367. 371. 372. 374. 376. 380. 383. 388. 390. 394. 398. 408. 409. 412. 418. *& ſeqq. vſque ad* 563. 658. libellis accuſatorum inſumit operam in ſecuritatem compoſitus. 388. 389. in Campaniam proficiſcitur. 493. abdit ſe in inſulam Capreas. 498. eius litteræ. 399. 403. 404. eius libidines & ſcelera. 519. mors. 566. ætas, genus, mores, &c. *ibid.*
Tiburs eques Rom. 549
Ticinum. 334. 866
Tigellinus Sophonius. 752. 754. 759. 787. 810. 811. 818. 832. Neronis corruptor & proditor. 863. eius inhoneſtus exitus. 864
Tigranes Armeniæ rex. 190. 769. eius mors. 558
Tigranes Cappadox, Archelai regis nepos. 738. 766
Tigranocerta. 641. 737. 769. 770
Tigris, flu. 556
Timotheus antiſtes cæremoniarum. 960
Tingitana prouincia. 888
Tiridates Vologeſi frater. 553. 556. 559. 560. 561. 641. 642. 687. 690. 691. 692. 766. 767. 779. 780. 781. 782. 835
Titianus Saluius frater Othonis. 864. 865. 870. 878. 881. 883. 884. 889. 986
Titidius Labeo. 313
Titius Proculus. 607
Titius Sabinus eques Rom. 458. 500. 523. eius mors. 501
Titus Veſpaſianus. 871. 931. 948. 965. 966
Titus Vinius. 842. 843. 845. 846. 851. 852. 853. 854. eius cædes. 854. ætas, genus, vita, *&c.* 856
Tmolus. 251
Togonius Gallus. 521
Tolbiacum. 958
Torius Sabinus eques. 835. 838
Toronæus ſinus. 517
Torquata. 424
Torquatus Silanus. 785. 786. 825. 826
Trachalus. 889
Tralliani. 490
Tranſalpinæ gentes. 949
Tranſpadanæ regionis municipia.

pia. 863
Tranſrhenanæ gentes. 925. 956
Tranſrheuani. 937. 940
Trapezus ciuitas Græciæ. 691. 916
Traſullus ſcientiæ Chaldæorum magiſter. 544
Traulus Montanus. 607
Trebellienus Rufus. 294. 380. 557
Trebellius Maximus. 752. 890. 989
M. Trebellius legatus. 559
Treboci, pop. 977
Trebonius Garucianus. 844
Treueri. 119. 383. 388. 389. 936. 939. 940. 945. 949. 952. 953. 954. 955. 956. 962. 966. 967. 977
Triaria L. Vitellij vxor. 890. 916
Triboci. 955
Tribunorum & Prætorum diſſidium. 682
Tributa deminuta. 294
Trinobantes. 742
Trio Fulcinius. *vide* Fulcinius Trio.
Troiæ ludicrum. 577
Troſobores. 646
Trutulenſis portus. 997
Tubantes. 129. 705
Tuder. 981
Tuiſto deus. 970
Tullius Flauianus. 927
Tullius Senecio eques R. 804. 808. mors eius. 816
Tullius Valentinus. 954. 957. capitur. 955. occiditur. 960
Tullus. 365
Tungri. 875. 935. 949. 953. 970. 995
Tureſis dux. 486
Turonij. 383. 389
Turranius. 601
C. Turranius. 27
Turullius Cerialis. 878
Tuſci. 593. *vide* Thuſci.
Tuſculanus ager. 712
Tuſculum. 593
Tutor. *vide* Iulius Tutor.
Tygris flu. 619
Tyrrhenus. 490

V

VAcationes militares remiſſæ. 855
Vada, caſtrum. 968
Vahales flu. 192. 969
Valens. *vide* Fabius Valens.
Valentinus Tullius. *vide* Tullius Valentinus.
Valerius Aſiaticus. 567. 694. eius mors. 568
Valerius Coruinus. 41
Valerius Fabianus. 748
Valerius Feſtus. 900. 9[illegible]
Valerius Meſſalla Conſ. 6[illegible]
Valerius Meſſallinus. 352. 353. 374
Valerius Naſo. 491
Valerius Paulinus. 615
Valerius Ponticus. 748
Valerius Potitus. 586
M. Valerius Conſ. 329
Vandalij. 970
Vangio rex Sueuorum. 628. 629
Vangiones. 628. 955. 977
Vannius Quadorum rex. 288
Vannius Sueuorum rex. 628
Varini pop. 980
Varius Criſpinus. 866. obtruncatur.
Varius Ligur. 480. 551. 552
Varro. *vide* Viſellius Varro.
Varus Alphenus. *vide* Alphenus Varus.
Varus Arrius. *vide* Arrius Varus.
Varus Quintilius. *vide* Quintilius Varus.
Vaſaces. 773
Vaſcones. 441
Vaticana vallis. 725
Vaticani infames loci. 899
Vatinius. 785
Vbij. 109. 112. 139. 936. 939. 949. 952. 953. 957. 977. Vbiorum ara. 115. ciuitas. 112. oppidum. 627. *vide &* Agrippina Colonia.
Vectigalia. 702
Vectius Bolanus Britanniæ præfectus. 767. 900. 986. 989
Vectius Valens. 601. 603. ſupplicio traditus. 607
Vedius Aquila. 884. 904
Veianus Niger. 814
Velinus lacus. 182
Velius Gallus. 515
Velleda virgo fatidica nationis Bructeræ. 951. 953. 968. 972
P. Velleius. 380
Vellocatus Carthiſinanduæ adulter. 915
Venedi. 983
Veneti. 592
Venetus Paulus. 804
P. Ventidius Cumanus Galilææ præfectus. 645. 646. 964. 980
Venus Amathuſia. 416. Paphia. *ibid. &* 871. Genitrix. 837. Stratonicis. 417
Venuſius Brigantum rex. 915
Venutius. 633. 634
Verania Piſonis vxor. 856
Q. Veranius. 274. 301. 339. 346. 354
Verannius. 740
Verax. 968
Vercellæ. 863
Verginij Capitonis ſeruus. 926. patibulo affixus. 931
Verginius. 844. 865. 886. 887. 891. 921. 954
Verona. 903. 905. 917
Verritus Friſiorum princeps. 703
Verulamium municipium Britanniæ. 745
Verulana Græcilia fœmina inſignis. 407
Verulanus Seuerus. 767
Veſcularius Atticus. 531. 532
Veſpaſianus Flauius. 823. 845. 857. 865. 871. *& ſeq.* 893. *& ſeq.* 931. *& ſeq.* 943. 948. 965. 966. *& ſeq.* 988. 989. miracula ipſi edita. 959
Veſtæ templum. 787. 792
Veſtales virgines. 234. 927
Veſtinus. 805. 815. 816. eius mors. 816
L. Veſtinus. 948
Veſtricius Spurina. *vide* Spurina.
Veſuuius mons. 499
Vetera, *vel* Vetera caſtra. 127. 936. 937. 942. 950. 952. 666
Veterani. 739
L. Vetus. 703. 827. 828. eius mors. *ibid.*
Vibidia virgo Veſtalis. 604. 606
Vibidius Varro. 251
Vibilius. 288
Vibius Criſpus. 874. 944
Vibius Fronto. 295
Vibius Marſus. 301. 306. 491. 503. 576
Vibius Serenus. 450. 466. 474
Vibulenus Agrippa eques Rom. veneuum haurit. 558
Vibulenus miles gregarius. 84. 85. eius mors. 99
Vibullius tribunus pleb. 682
Vicentia. 903
Vicius Ruffinus. 748
Victoriæ ſimulacrum. 743
Vienna. 567
Viennenſes. 861. 862. 891
Vindelici. 208
Vindex. *vide* Iulius Vindex.
Vindoniſſa. 951. 955
M. Vinicius. 539. 561
T. Vinidius Quadratus. 639. 641. 646. 662. eius mors. 738
Vipſania M. Agrippæ filia. 59. Druſi mater. 354. eius mors. *ibid.*
Vipſanius Apronianus. 865
Vipſanius Gallus. 255
Vipſanius Lenas, damnatus. 683
Vipſanius Meſſalla. 903. 907. 910. 944
C. Vipſanius Conſ. 708
L. Vipſanius. 591. 595
Virdius Geminus dux. 916

Virginius Rufus Conſ. 778. 817
Viſellius Varro inferioris Germaniæ legatus. 383. 386. Conſul. 457
Viſtilia Labeonis vxor. 313
Viſurgis, flu. 162. 196. 198. 206
Vitellia. 393
Vitelliani motus initia & cauſæ. 544
Vitellius. 567. 568
A. Vitellius. 591. 753. 844. 856. 859. 863. 866. *& ſeqq.* 912. 913. *& ſeqq.* 926. 927. *& ſeqq.* capitur. 929. occiditur. *ibid.* eius genus, vita, mores, &c. *ibid.*
L. Vitellius A. Vitellij pater Conſul. 550. 553. 556. 559. 606. 612. 615. 635. 844. 929
L. Vitellius A. Vitellij frater. 869. 887. 913. 918. 919. 926. interficitur. 930. eius mores. *ibid.* eius filius interficitur. 958
P. Vitellius. 161. 162. 192. 515. 563
Q. Vitellius. 251. 301. 339. 346. 354
Vitellius Saturninus. 867
Vicia Fuſij mater. 531
Viuianus Annius. 780
Vlrioni ara. 352
Vlyſſes. 970. 971
Vmbria. 440. 917
Vmbricius haruſpex. 850
Voccrius, mons. 862
Vocontij. *ibid.*
Vocula Dillius dux. 938. 939. 941. 942. 949. 950. 958. eius mors. 951
Volandus. 661
Volcatius Moſchus. 481
Voleſus Meſſalla. 422
Vologeſes Parthorum rex. 638. 641. 662. 687. 690. 691. 767. 769. 770. 771. 773. 774. 778. 780. 781
Volſci. 593
Voluſius Proculus. 805. 808
C. Voluſius. 911
L. Voluſij mors. 370
L. Voluſius. 624. 683. eius mors. 683
Q. Voluſius Conſ. 677. 752
Vonones Phrahatis filius Arſacidarum rex. 185. 189. 190. 274. 295. 552. 617. eius mors. 295
Votienus Montanus. 4
Vrbinum. 9
Vrgulania. 234. 4
Vſipetes. 1
Vſipij. 705. 943. 949.
Vſpe vrbs.
Vſpenſes.
Vulcano ſupplicatum. 7
Vulcatius Tertullinus trib 933
Vulcatius Tullinus.
Vulcatius Araricus eques Ro 804

X

XEnophon medicus. 6 654

Z

ZEnobia vxor Rhadamal 641
Zenon Polemonis regis Pon filius.
Zeugma oppidum.
Zorſines Soracorum rex. 6 622. 623

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM QVÆ IN NOVIS LVDOVICI DORLEANS COGITATIONIBVS AD CORN. TACITVM CONTINENTVR.

ABagarus. 619,a
Abaris, mons. *ibid.*
Abbarus. 619,a,b
Abbreuiatura in textum irrepſit. 423,a
Abdera mens pro pingui. 196,b
Abgarus nomen omnium regum Arabiæ. 619,a
Abeuntes proſequi ſolitum. 716,b
Abij, populi. 381.b. duri. 382, a. χαλαζοφάγοι. *ibid.*
de Abitu Paganorum. 118.b. 119,a, b
Ablutiones manum. 797,b
Abner. 59,b
Abſinthiacum vinum. 715,a
Abſinthium pro ſalute & ſanitate datum. 636,a
per Abſtinentiam mors truculentiſſima. 474,a. frequens ſub Tiberio. *ibid.*
Accenſi. 64,a
Accipiter claudus bonum omen in nuptiis 599,a
Acciti fama. 786,a
Acclamationes fauſtæ. 109,a. earum exempla. *ibid.* in aduentu principum. 446,a. de Rhetoribus. 729,b
Accuſationem exequi. 467, b. quod accuſator tenetur. *ibid.*
Accuſationes ſub Tiberio crebræ. 219,a
Accuſationis libellus. 394, b. 395, a
Accuſatores in vitam rei. 343,b
Accuſatores bonorum ridiculi. 420, b. Accuſatorem Rutilium accuſat Scaurus. *ibid.*
Accuſatores canes dicti. 471,a
Acetum. 93, b. ignibus extinguendis. 796,b. militibus datum. 200,b
Achaia. 262, a. Achaicus ros. *ibid.*
Achilles cithara ludebat. 726,a
Acies conferta. 555,b. conſerta. *ibid.* fortis quomodo. 740,a
C. Acilij fortitudo. 75,a
Acilius Auiola. 385,b
M. Acilius Glabrio Duumvir. 722,b. primus auream ſtatuam patri poſuit. *ibid.*
Acratus. 836,a
Acriſios Iupiter ridet ſub auro latens. 608,b
Acrocorinthus, Romana clauſtra. 282,b
in Acta iurabant ſemel ſub Auguſto. 480, a. 504,a. ſub Tiberio repetita. 480,a
Acta omnibus iuriſdictionibus. 513,a. veritatis matrices. *ibid.* Senatus. *ibid.* triumphorum. 513, b. populi. *ibid.* præfecti caſtrorum. *ibid.* cenſus. *ibid.* procuratoris Cæſaris. 514, a. præſidũ. *ibid.* magiſtratuum. *ibid.* publica & priuata. *ibid.* apud acta profitendi modus. *ibid.*
Acte liberta Agrippinæ ex Aſia. 664,b. ex Attali regis familia. *ibid.* ancilla apud Neronem potior domina. 764,b
Acte apud Catullum. 664,b
Actius quis Poëta tragicus. 84, b. corpore breuis, ingenio magnus. *ibid.*
ex *Acuminibus auſpicari.* 93,b
Acus crinibus inſerta. 153,b. magicæ. 298,b
Ad & *in* poſtpoſitæ a Tacito. 19, a
Adam. 476,a. torrẽs dictus. *ibid.*
Addictio bonorum. 543,a
Addo hiſtoriographus & ſacerdos. 1, b
Aditus prompti. 189, b
Admiſſionis primæ & ſecundæ amici. 587, a
Adoleſcens qualis. 25, a
Adoleſcentiam & iuuentutem confundit aliquando Tacitus. 368, b
Adoleſcentia regendis imperijs non habilis. 21, a, non contemnenda. 21, a, b, eius lubricum. 667, a
Adonias. 59, b
Adoptio vel publice, vel priuatim fiebat. 14,b
in Adoptione fœminea an ſit honeſtum mutare nomen. 36, a
per Adoptionem Cæſarum domus continuata. 14, a,b
Adorandi mos apud Paganos. 54, a. oſculari manum. *ibid.* circumagere corpus dextrouorſum. *ibid.* mox procumbere. *ibid.* aſſidere foribus templorum. *ibid.* thure ſupplicare. *ibid.*
Adoratio regum. 273,b. procumbendo. 622, b. Neromi a Tiridate. *ibid.*
Adra Belgarum dux. 138, b
Adrana fluuius. *ibid.*
Adriani Antinous. 447, b. eius iuramentum initio imperij. 66, b
Adroganter, arroganter. 40,a
Adrumentum. 586,a
Adſeſſores. 343, b
Adſiſtere de aduocato. 205, b. & de milite. *ibid.*
Aduertere, pro *videre.* 207,a
Adulatio. 819,b. abſurda. 392, b. dulce venenum. 420, a. fœda in Neronem. 735, a. hiſtoricorum vitium. 7, b
Adulatio magna, ſimulare libertatem. 39, a
Adulatio recta virus ingens. 426, a
Adulationis fontes poetæ & oratores. 729, b
Adulationibus obnoxij principes. 584, b
Adulatores patent oculis principum. 39, a. quod Deo proprium, mortalibus tribuunt. 324, b. in eos gloſſa elegans. *ibid.* inclinant quo princeps. 607, a. eorum voces. 729, a,b
Adulteri audaciores in luxu. 376, b. maritos a coniugibus diſtrahunt. 133, a. in eos lex Iulia, & Auguſta. 257,a,b. in eos pœna gentium. 255,b. apud Roman. veteres incerta. *ibid.*

Index Nouarum Cogitationum

Adulterium omnium gentium legibus damnatum. 255, b. eius turpitudo. *ibid.* herba intemperantiæ. 256, a
Adulterium capitale. 258, b. 259, a. eius comites veneficia. 359, b. in eius pœnis magna viri & mulieris inæqualitas. 256, a. 257, b. 258, a. etiam diuerſæ ſententiæ. 256, b. 257
Aduocati eſt adſiſtere. 205, b
Aduocatus miles. *ibid.*
Aduocati ſurgunt ad dicendum. 239, b. eorum immodeſtia damnata. 572, b. & κακοτεχνία. *ibid.* auati *ibid.* glorioſa eorum profeſſio olim. *ibid.* hodie vilis, quia venalis. *ibid.* in eos animaduerſio D. Cypriani. *ibid.* & D. Auguſtini. 573, a
Aduocati pagani ob eloquentiæ curam magicis artibus ſe deuouerunt. 573, a. eorum philargyria. *ibid.* negotinummia. *ibid.* meretricibus comparati. *ibid.* veſtimenta iis data. *ibid.* & cœnatoria veſtis miſſa. *ibid.* eorum & Iuriſperitorum locus Romæ. 573, b. iuxta templum Apollinis. *ibid.* eorum ſtationes. *ibid.* armariola. *ibid.* ſcalæ. *ibid.* iuſiurandum, *ibid.* ius illis de iure reſpondendi conceſſum. *ibid.* ne iis plus ducentis aureis donare liceret, cautum. *ibid.* qui plus accepiſſent damnati. 574, a. eorum procacitas. *ibid.* morbo litium diteſcunt. 574, b. eorum ordo quondam illuſtris. *ibid.* ſemen dignitatum. *ibid.* fama eorum merces. *ibid.*
Aduocatis lingua & manus amputatæ. 668, b. eloquentia eorum parca, nec venalis. *ibid.*
Aduocati & declamatoris ſcholaſtici diſcrimen. 695, a
Ædes, de vna æde dicitur. 255, a. albatæ. 343, a. earum pars inferior, aut ſuperior. 42, b
Ædes Deorum diluculo frequentatæ. 54, a
Ædifex. 381, a
Ædificiorum Romæ altitudo. 795, b
Ædificia Romæ nemini contigua. 796, b
Ædilis primus. 28, b
Ædilium cura. 397, b. munus. 398, b
ab Ædilibus curulib. ludi exhibiti. 68, b. & ab Ædilibus plebis. *ibid.*
Æditui ad aures ſimulacrorum precabantur. 637, a. in ædibus diui ſua paſtophoria habebant. *ibid.* adyta intrabant. *ibid.* portabant conſulta & reſponſa. *ibid.*
Æditui, vel Æditumi. 637, a. in honore, vt ſacerdotes. *ibid.*
Ædui dicti Æluſij Stephano. 384, a
Æge. 252, b
Ægeatæ. *ibid.*
Ægeſta. 481, b. 482, a
Ægira, vrbs. 450, b
Ægri in Senatum lectica vecti. 224, a
Ægrotos inuiſere ſolitum & remedia procurare. 754, b
Ægyptij magnarum carnium. 55, b. nouatores. 282, a. ſuſpecti Auguſto. *ibid.* & Iulio ante eum. *ibid.* ſeditionis auidi. *ibid.* exoſi Romanis. 762, a. ſerui lecticarij. 225, a
Ægyptiorum annales. 1, a. regum varia fortuna. 286, a. falſa religio. 319, a. circumciſio. *ibid.*
Ægyptiorum quidam reges, caprarij. 172, a
Ægyptia ſacra a Iudaicis diſtinguenda. 319, a
Ægyptiæ litteræ. 284, b
Ægyptiæ pacis tenaciſſimus Auguſtus. 278, b
Ægyptiæ religionis oſor Auguſtus. 319, b
Ægyptius dictus Iudæus. 321, a
Ægyptus orbis horreum. 278, a. mundi vber. *ibid.* *magnarum carnium.* *ibid.* hortus olerum. *ibid.* quot vrbibus olim habitata. *ibid.* Romam alebat. 405, b
Ægyptum Piſcennius Niger inuadit. 282, a. interdicta Senatoribus. *ibid.* nullius indiga. 282, b. clauſtrum terræ & maris. *ibid.* commeatibus aptiſſima. 283, a
Ælia Catula octogenaria ſaltauit. 727, a. 734, b
Ælia Sentia lex. 595, b
Ælius Catus Sapiens. 63, b
Ælius Gallus 516, a
Ælius Lamia. 451, b
Ælius Pætus. 219, a
Ælius Seianus. 29, b
Q. Ælius Tubero. 219, a
Æmilia gens. 253, b. ab Æmilio Aſcanij Troiani filio. *ibid.*
Æmilia Lepida nupta Druſo. 539, b. poſt damnationem inteſtabilis vocata. *ibid.*
Æmiliana dicta horrea Romana. 406, a
Æmiliorum decus Romæ. 359, a
Æmilius princeps Senatus. 6, b
P. Æmilius Lepidus Cenſor, filius Triumuiri. 10, a
Æmulatio aſſecla amantium. 700, a, b
Æqualitas, vita Reipub. 366, b
Æqui Romam alunt. 405, a
Æquinoctia duo. 162, a
Æquum ſolum. 159, b. æqui Dij. *ibid.* frons. *ibid.* in æquum fortunam deducere. *ibid.* ex æquo viuere. *ibid*
Æquum & bonum coniuncta apud I. C. 705,
Æraria pro ære. 193,
Ærarium fiſci. 113, b. in æde Saturni. 243, a. militare. 182, b. diuiſum a fiſco. 521, a, b
Ætuſcatores, genus offuciarum & præſtigiatum. 547,
Æs ad perpetuitatem monumentorum. 397.
Æs alienum leue facit debitorem; graue, inimicum. 458,
Æris multus vſus apud Romanos. 400, b. 401,
Æra figere. 418, b. in ære memoria figebatur. *ibi*
Æſcrius. 356,
Æſchrio. *ibi*
Æſculapius Epidauri incol 452, a eius aſylum. 418, theſauri. 732, a. ſigna inaurata illi data. *ibid.* & tabul pictæ. *ibi*
Æſerninus Marcellus. 344
Æſtuare carcerem, quid. 361,
Ætnæ deſcriptio. 499,
Ætas per vigenaria. 369
Ætas incerta ad magiſtratu 369, a. nubilis. 539, a. priſc purior; poſtera, impuric 232, b
Ætates tres tantum facere vid tur Tacitus. 368, a. nixa a ctorib. ea diuiſio. 369
Aeterna Roma. 337, b. ætern bilis. *ibid.* quando dicta æte na. *ibi*
Aeternitas Auguſti. 337, b. 33 a. poſt conſecrationem exe gitata. *ibid.* hominib. tribu 314, b
Aethiopes in faucibus Ni 285, a
Aethiopicum imperium. 286
Æuum agere, degere, agitare, & 20,
Affectiones pro affectibus. 41 b. 412, a, b
Affectus. 411, b. 412, a
Affectus intra nos, non extr 250, a
Affinitas quomodo parand 137, b
L. Afranius. 473, a. Rep. m riente mortuus. *ib.*
Africa interior ſolitudinib

vag

vaga. 261, a. 419, b. in duas prouincias diuiſa. 431, a. fœcunda alit Romam. 405, a. ex ea frumentum Romam allatum. 406, a. Piſonibus fatalis. 246, b
Africanę mulieres appulſis dant munera. 739, a
Africus grauis. 802, a
Agabus vates futuræ famis. 638, a
Agard, verbum Gallicum, vnde. 61, b
Agar ancilla Saræ. *ibid.*
Agarrus. 619, a
Agathoclis regnum. 502, a
Agbarus. 619, a
Ager Dentheliates. 481, a
Agri militibus Ro. dati. 75, b. non vliginoſi. 76, a. nec continui. *ibid.* dati ducib. Rom. quantum quis vno die circumaraſſet. 76, a. agrorum diuiſio perantiqua ſub rege Saule. 76, a
Agri fructuarij. 442, a
Agri tributarij ſpecie religionis 743, a. in ijs diuidendis ſors. 410, b
Aggeſtum. 79, a
Aglaonice. 97, a
Agmina non deſerebantur a milite. 583, a
Agnoſcere pro *ſcire.* 226, a
Agraphes, hami. 428, b
Agripparum origo nobilis. 12, b
Agrippa victor non ſcribit ad Senatum. 131, b. ſed ad Auguſtum. *ibid.*
M. Agrippa vir magnus. 11, b. heres imperij ab Auguſto delectus. *ibid.* eius elogia. 12, a. virtute maxime nobilis, initium nobilitati ſuæ dedit. 12, b. diſtrahendas picturas cenſuit. 401, a. poſtea legi ſuæ vim fecit. *ibid.*
Agrippæ filij Agrippa & Druſus. 628, b. filia Druſilla. *ibid.*
Agrippæ filiorum quis natu maior, quis minor. 13, b. 14, a
Agrippa Agrippæ filius. 628, b
Agrippæ filio Poſtumi nomen indidit populus Rom. 17, a. eius mores. 25, b. Liuiæ exoſus. *ibid.* inceſtuoſus. *ibid.*
Agrippa, id eſt, æger partus. 12, a
Agrippina caſta & mariti amãs, ſed partu infelix. 106, a. Agrippina vtraque. *ibid.*
Agrippina Germanici. 490, b. Claudij. *ibid.* vtriuſque comparatio. *ibid.*
Agrippina Germanici vxor relegata. 616, a
Agrippina vxor Paſſieni. 545, b
Agrippinæ tumulus. 549, a
Agrippina abneptis Auguſti. 757, a
Agrippinæ crudelitas. 625, a
Agrippinæ nouercæ mala in Britannicum officia. 627, a
Agrippina functa officio ducis. 633, a. ambitioſa fœmina. *ibid.* legatos Armeniorum ex ſuggeſtu audire parat. 633, b. eius & Domitiæ diſſidium. 675, a. impium coniugium cum Claudio. 674, b. facinora. 676, b. libidinoſi affectus. 712, a
Agrippina periit inedia. 474, a
Agrippina Colonia ad Rhenum. 103, b. non ab Agrippa, ſed Agrippina. 627, b
Agrippinenſes milites. 113, a
Aiax Oileus in petras Gyaras concidit. 424, b. ſuperum contemptor. *ibid.*
ἀλάλαγμα. 390, a
crier l'Alarme. *ibid.*
Alaricus pro aſylo habuit Eccleſiam. D. Petri Romæ. 414, a. eius varia fortuna. 190, b
Alauda legio dicta. 86, b
Albani. 441, b. vnde & a quo. 295, a. vbi ſiti. *ibid.*
Albani reges rubris calceis vſi. 594, a
Albanus mons Iulæus. 594, a
Albanus lapis. 795, b
Albati Romani in luctu publico. 305, a
Albatus populus in lætitia. 502, b
Albere proprie de oſſib. defunctorum. 148, b
Albinouanus Pedo Celſus. 146, a
Albinouanorum familia vetus. 146, b. 563, b. Pontificia. 146, a
Albinus imp. 677, a
A. Albinus Annales Rom. Græce ſcripſit. 2, a
Albiorum familia Romæ. 563, b
Albis fluuius, hodie *Elb.* 204, b
Albucilla. 563, b
Albula cur Tiberis dictus. 176, a
Album Senatorium. 484, a, b. λεύκωμα, Græcis. 481, b. in eo primus princeps Senatus. 480, b. eius ordinem ſequebantur Senatores. *ibid.* Album Curiæ Pariſienſis. *ibid.*
Albus languor. 813, b
Albutiorum familia. 563, b. T. Albutius. 564, a. Albutij triumphus. *ibid.*
Albutius Silius inedia mortuus. 474, a
Alcæus Leſbius. 266, b
Alcibiadis habitus. 282, a
Alexander Magnus. 704, a. Pellæus. 58, b
Alexander & Iul. Cæſar par nobile regnantium. 6, a. eius aræ in radicibus Amani mõtis, 310, a. eius vultus geſtati a ducibus maxime eos iuuare crediti. 221, b. eius imago geſtata. *ibid.* eius habitus. 282, a
Alexander Seuerus Chriſtum coluit in larario. 168, a. eius dictum in iudices fures. 468, b
Alexandria populoſa ciuitas. 262, b. eius elogium ex Propheta. *ibid.* alit Romam. 405, b
Alexandrinorum mores. 281, b
Alexandrinę nauis priuilegium. 340, b
Alexandrinæ naues præcoces. 405, b. præter eas nullæ expanſis velis appellunt Italiam. *ibid.*
Alexia Aruernorum. 593, b
A. Alienus, *vel* Allienus. 103, b. 253, b
ἀλιτειώδης. 809, a
Aliud quidquam. 20, b
Alledius, ſub Auguſto. 48, b. inſignis gurges. *ibid.*
Allia. 253, b. vxor T. Labieni. 375, b
M. Allietus. 253, a
M. Allius. 253, a, b. Sumuſileaticus. 253, b
Alloquia ægritudinum malagmata. 515, b
Allus. 253, b
Alphei aqua. 268, b
Alpes maritimæ. 785, b
Alpinæ gentes quæ. 785, b
Altare apud Deum obligat. 577, a
Altaria in caſtris. 117, b. ex ceſpite. *ibid.* in principijs. *ibid.* & propter ſigna. *ibid.* pro aſylis. 413, b. aurea. 795, a
Aluei pro nauibus. 214, a, b
Alumine illita ignibus non ſubiecta. 707, b
Alutæ. 280, a
Aluus nauis. 741, a
Amantes in re amata ſuam dignitatem ponunt. 699, b. eorum ineptiæ. *ibid.* aſſecla æmulatio. 700, a. mores. 696, b
Amanus mons. 310, a. diuidit Syriam a Cilicia. *ibid.* in eius radicibus aræ Alexandri ſitæ. *ibid.*
Amazias Pontifex. 9, a
Amazones. 491, b. in Aſia. 492, b. earum regnum. 20, b. gens Scythica. 416, a. hæreticorum proſtibula. *ibid.* Martis filiæ. *ibid.*
Ambigens. 540, b
Ambaruales hoſtiæ. 675, a

Ambitio licet omnes cruciet, omnibus placet. 673, b. præpoſtera. 832, b. ſuprema, non æqua, nedum inferiora cupit. 245, b. violenta peſtis. 667, a. eius mala. 807, a
Ambitioſum nihil pudet. 667, a
Ambo, ſeu ἄμβων. 79, a
Ambuſtbia paganorum. 678, a. Chriſtianorum. *ibid.*
Amicæ in amicorum ſinu. 347, b
Amicitia crimen non eſt. 515. a. 760, a. apud Tyrannos crimen. *ibid.*
Amicitiæ fallaces. 840, b
Amicitia & frigus, oppoſita. 472, a
Amici potiores agnatis cognatiſque. 100, a
Amici populi Rom. in ſummo honore. 346, b
Amiſia, vel Amiſium, clarum flumen. 146, a
Amina, Aminula. 498, b
Aminocles Corinthius triremis inuentor. 715, b
Amor amore curatur. 697, a. æmulum non ſuffert. 749, b
Amor improbus odium parit. 609, b
Amor incautus. 699, b
Amor incuſtoditus culpa eſt. 613, b
Amor vxorum omnia ſuperat. 141, b
Amoris vis. 697, b. primus aculeus habet æternum vlcus. 59, a. gradus. 600, a. vulnere nihil citius recrudeſcit. 610, a. ignis eſt qui difficile extinguitur, extinctus facile reuiuiſcit. *ibid.*
Amores duo. 664, b. 665, a
Amorgos vna e Sporadibus. 451, a. a canibus laudata. *ibid.*
Amphiarai aqua. 268, b
Amphictyon. 452, a. primus ſomniorum interpres. 220, b
Amphictyones. 452, a
Amphitheatra Romæ. 179, b
Amphitheatri & theatri differentia. 363, a
Amphitus Caſtoris & Pollucis auriga. 295, a
Amiruare. 309, a
Amurca oleæ. 93, b
Amygdala ebrietatem comprimentia. 381, b
Ancharia vxor patris Auguſti, ex qua Octauia maior. 425, a
Ancharius, nomen Rom. *ibid.* Ancharius Priſcus. *ibid.* Q. Ancharius Tribunus pl. *ibid.*
Ancillæ ſoleatæ. 280, b. & annulatæ. *ibid.* earum greges. 234. a
Ancillari veſte virgines. 314, a
Ancona ciuitas. 340, a
Ancyranæ tabulæ. 397, b
Andegaui. 385, a, b
Andes vberrima ingeniorum. 385, a
Andreas Schotus. 46, b
Angatus. 619, a
Angriuarij. 210, a, b
Anicetus Neronis pædagogus. 89, b. Polemonis regis libertus. 713, b. eum excuſat Dio. 714, a
Anilis luxuria. 600, a
Animæ & corporis lenis diſſolutio grata. 828, b
Animalia expiatoria. 102, a
Animi optimorum virorum irritabiles, ſed placabiles. 623, a
Animi territus, &c. 739, b
Amnes recto fluentes. 802, b
Annæus vnde dictus Seneca. 819, a
Annæus Gallio. *ibid.*
Annales maximi. 1, a
Annales Ægyptiorum. *ibid.* Babyloniorum, Græcorum, Indorum, Perſarum, Romanorum. *ibid.*
Annalium ſcriptores. 1, 2. auctores Romani. 1, b
Annales ſcribere non niſi ingenuis licitum Romæ. 2, a
Annales cum hiſtorijs confuſi nomine & e contra. 2, a, b
Annalium & Hiſtoriarum differentia. 26, a
Annibal mollitie fractus. 583, a. in eum inuidia. 218, a
Anniuerſarius. 529, a
Annius Fœcialis, Annalium ſcriptor. 2, a
Annius Pollio. 532, a
Annona ambitioſum munus. 30, a. a Cæſaribus ambitum. *ibid.*
Annona in retibus. 114, a. vnde *retica* dicta. *ibid.*
Annonæ cura penes quos. 30, a, b
Annotatio bonorum. 542, b. quæ ex decreto magiſtratus. *ibid.* ab edicto & literis. *ibid.*
Annulo vendito ſigillum ſeruare non licet. 597, a
Annulus Mæcenatis, in quo rana ſculpta. 535, a. annulorum gemmæ ſaliua vdæ. *ibid.*
Annulus ferreus ita promiſcuus vt 400. rei equites ex ea cauſa. 596, a
Annulis aureis fit ciuis Rom. 682, b
Annuli ſignatorij. 188, b. 189, b
Annulo clauſa venena. 558, a
Annulorum geſtatio in natali. 526, b
Annus ſexageſimus, non quinquageſimus, militiæ finis. 74, b
Annus libertatis. 74, b. luctus *ibid.* magnus. *ibid.* quietis *ibid.*
Annus ab annotatione. 542,
Anquirere, verbum Taciti pro ptium. 346, b. & aliis auctor bus. *ibi*
Anthemuſias. 559, b. 560,
Anthenopolis Maſſilienſium 287, b
Anthes Halicarnaſſi condito 491, a
Anthorentia Græce dicta Fl rentia. 182, b. 183
Antiæ, capilli muliebres. 426,
Antias ager, cunæ Neronis. 71 a. fortunæ equeſtris dom cilium. *ibid.* Aphrodiſiu dictum. *ibi*
Anuis, pro *anus*, apud vetere 676, b
Anxur dicta Terracina. 333, a. vertice montium & ſcopul *ibid.* æquoreum. *ibi*
Antibe. 28
Antigonus Apellis. 452
Antinous Adriani. 447, b. De factus. *ibi*
Antiochia vrbs Syriæ. 298, metropolis Orientis. *ibi* eius porta Daphnitica. *ib.*
Antiochiæ porta Daphne dic ſeu ſuburbium. 310, a
Antiochiæ plures. 298
Antiochus, nomen regum S riæ. 619
Antiochus olim Θεὸς dictus 54, b
Antiochus Illuſtris, radix pe cati. 732
Antiochus rex Ciliciæ & C magenes. 739
Antiochus Syriæ rex. 416
Antiphon primus ſomniorum interpres. 220
Antiſtes latrinarum. 298
Antiſtius. 838
Antiſtius Labeo. 432, b. libru de Veſtalibus ſcripſit. 35
Antium, vnde dictum. 426, b. Cicerone laudatum. 792
Antonia Claudij. 807
Antonia Druſi coniux, nom Auguſtæ repudiauit. 35
Antonia cur Auguſta dici n luit. 35, b. murænulæ dat aures aureas. *ibi*
Antoniorum familia vetuſta nobilis. 247, a. ab Antoni Herculis filio. 247,
Antonij tres a Triumuiro co rupti. 522, a. M. C. & L. A tonij. *ibi*
L. Antonius cur Pius dictu 47, b

M. Ant

M. Antonius. 785,a. Ciceronis trucidator, Meſſalæ proſcriptor, Varronis iugulator. 6,a. fax & turbo ſui ſæculi. *ibid.* eius verum emblema. *ibid.* deteſtandus qui ciuium ſanguine ebrius fuerit. 43,b

Antonius triumuir ſe Bacchum putat. 45,b. Mineruæ Muſæ deſponſatus. *ib.* Cytherius dictus. 135,a. eius epiſtolæ. 473,b

Antonius Caracalla animas inferis euocauit. 221,b

Antonius Muſa magnus medicus. 253,b

Antonius Natalis. 804,b

D. Antonius monachus. 39,b. Paulum eremitam humeris ſuis extulit. *ibid.*

Antriſcus. 421,b

Antrum Trophonij. 268,b. Sibyllæ. *ibid.* Charonium. *ibid.*

Apella pro Appua. 498,a

Aper quaſi *aſper.* 804,a

Aphrodiſiæ plures. 417,a. in Caria. *ibid.* in Cilicia. *ibid.*

Apicata vxor Seiani. 438,a. victima facinorum mariti. 438,b. felicior morte quam vita. *ibid.*

Apicij tres. 435,b. ſed M. Apicio omnes helluones dicti. *ibid.* etiam Apicius Galba quartus. *ibid.*

Apicius diues. 435,a. comiſſator. *ibid.* lurco. 435,b. ad luxum natus. *ibid.*

Apicius cur frugi dictus a Iuuenale. 435,b

Apluda. 113,a

Apollo præcipuum Romanis numen. 726,b. & præſcium. 727,a. ei multa Romæ templa. 726,b

Apollinis natalis. 525,b

Apollini cantus ſacri. 726,b

Apollo atrox dictus. 323,a. paganis minax *ibid.* Baianus. 714,b. φαναῖος. 129,b. Sandalarius ex ſtrenis. 323,b. 503,b. tortor. 323,b. cœliſpex. *ibid.* auerſus. 730,b

Apollodorus Maſſiliæ docuit. 483,b

Apolloniæ multæ. 252,b

Apollyon. 118,a

Ἀπομνημονεύματα. 1,a

Aponus Saturninus. 370,b

Appia ex genere Appij. 454,a

Appia via. 225,b. ab Appio dicta. *ibid.* in ea cæſus Clodius. *ibid.*

Appij forum. 225,b

Appij Claudij Cæci ſuperbia. 20,a

Appij Claudij mores. 533,b

Appius Clauſus. 446,b. qui poſtea Claudius. *ibid.*

Appius propter Meſſallinæ ſomnium morti addictus. 572,a

Appius ob ſomnium morti addictus. 572,a. a Meſſallina amatus. *ibid.* maluit mori quam pollui. *ibid.*

Appua. Appuani. 498,a,b

Apronius ſocer filij Getulici. 99,a. & Plautij Siluani. *ibid.* proprætor Germaniæ inferioris. *ibid.* Proconſul Africæ ſub Tiberio. *ibid.* & Camilli ſucceſſor. *ibid.*

L. Apronij imago ex Velleio. 99,a

Apronius Apronij proconſulis Africæ filius. 358,b

Apua in fine Ligurum. 831,b

Apuleia Varilla. 255,a

Sext. Apuleius Auguſto iunctus per cognationem. 255,a

Apuleius vt orator, donatus imagine. 258,b. quo tempore vixit. 258,b. ei ſtatua decreta. 429,a

Apulia, inaniſſima pars Italiæ. 330,a

Aqua calda aut frigida. 671,b. calda ad bibendum & lauandum. *ibid.* in balneis frigida. *ibid.* tepens. *ibid.* nocturna. 428,b. præcipua caſtris ponendis. 768,b. vidua. 696,a

Aquæ feruentis tactu iurabant Pagani. 171,a

Aquam publicam intercipere vetitum. 796,a. a Cenſoribus vel Ædilibus vendita. *ibid.* Romæ abundans. *ibid.* aquæ priuatæ demoliti caſtelli. *ibid.*

Aquæ peculiares oraculis ſacratæ. 268,b

Aquæ Romæ frequentes. 580,a

Aquarum magna copia Romæ. 174,b. 175,a. Romæ nec aqua defuit, nec ſordes. 175,a

Aquarum nomine populus deſignatus. 140,a

Aquarum voraginis deſcriptio. 213,b. 214,a

Aquarum congregatio omnis apud Iudæos munda. 736,b

Aquæ & ignis interdictio. 363,b

in Aquis mori exoſum Romanis. 150,b. in ijs mergi corpora inſepulta, pœna Romanis. 543,b

Aquis ſepeliri, turpe. 543,a. Romanis horridum. *ibid.*

in Aquis mortem Homerus credit eſſe interitum animæ. 543,b

Aquarioli ſerui meretricum. 317,b. 318,a

Aquila imperij præſagium. 20,b. Ioui belligeranti pro omine victoriæ. 77,b. nullæ Rhodi. 20,b. nunciæ boni euentus. 206,a. aquilas veras non habet Germania. *ibid.* aquilæ genus pygargus. *ibid.* vera aquila ab Homero deſcripta. *ibid.*

Aquilæ læta auguria genibus flexis accepta. 206,b. etiam clamore & expanſis manibus. *ibid.*

Aquila Rom. imperij ales. 207,a. & ſymbolum. *ibid.* a Perſis venit. *ibid.* biceps deſignat Orientem & Occidentem. *ib.* ſic picta in ſcutis veteribus. *ibid.*

Aquila cur imperij ſymbolum. *ibid.* olim Perſarum ſigna. *ibid.* quomodo geſtata. 77,b. leuis, non grauis. *ibid.* haſtæ infixa. *ibid.* aurea & argentea. 78,a. eburnea. *ibid.* adorata a barbaris. *ibid.* Aquilas cum ſignis confundit Plinius, Cicero non item. *ibid.* a vexillis differunt. *ibid.*

Aquilæ comeando præcedebãt legiones. 87,a. nitentes inſtar templi. 91,a. vnctæ. 91,b. priſcæ ex argento. 93,b

Aquilis iuncta ſigna cohortium. 77,a

Ara igne circumdata pro aſylo. 413,b. magna Herculis. 626,a. Conſi. *ibid.*

Aræ in gaudio. 64,b. & in luctu. *ibid.* aris ſacrata memoria. *ibid.* ararum numerus pro ſtatuentis voluntate. *ibid.* Aræ piorum Patriarcharum inuentum. 65,a. ex ceſpite. *ibid.* ſine gradibus. *ibid.* ex lapide rudi. *ibid.* & ex politis. *ibid.*

Aræ deorum. 50,a,b. diuinitati ſacræ. 65,a. manibus Dijs. 332,b. ſub dio. 65,a. in templis. *ibid.* in lucis. *ibid.* in montib. *ibid.* in planis. *ibid.* in montium radicibus. *ibid.* in curia apud Rom. *ibid.* non inconſulto Senatu poſitæ. *ibid.* Aræ dictæ loci editi. *ibid.* croco ſparſæ. 65,b. vittatæ. 140,a,b. aræ vittas rumpere. *ibid.* ſtructæ, coronatæ, & floribus ſtratæ in natali. 526,b. in templis. 743,a

Aræ & in aris hoſtiæ. 297,b

Aris tactis iurabant pagani. 171,a

Aras conſtituendi duæ cauſſæ. 418,b

Arabia terra. 272,a

ad Aratra coacti. 747,a

Araxes amnis. 693,a

Arbe Hebræis locuſtæ. 770,b

Arbitrio mors permiſſa. 828,b
Arbores funeribus dicatæ. 570, b. cupreſſus, piceæ, orni, populi, ilex, quercus, pinus, fraxinus & cedrus. *ibid.*
Arca robuſtea. 467,a
Arcis lapideis conditi cineres defunctorum. 329,a
Arcanorum detectores principibus exoſi. 26,b
Arceræ. 224,a
Archelaus cum imperio ab Auguſto ſeruatus. 245,a. a Tiberio defenſus. *ibid.* in eum ingratus. 245,b
Archiepiſcopi Rhemenſis munus nouo regi diadema imponere. 561,a
in Arculis in foro depoſitæ pecuniæ. 34,a
Arcus triumphales. 37,b. tempore Saulis & Dauidis. 243, a. in nummis. *ibid.* in funere & luctu, cum inſcriptionibus. 310,a. vt apud Romanos in gaudio. *ibid.*
Arcus in venatione. 388,a
Arduenna ſilua. 387,a
Arelate Sextanorum. 287,b
Arenæ reſperſio, ſeu iactatio. 96,b
Arenarij amantiſſimi. 178,a
Areopagitæ. 270, a. Deorum iudices. *ibid.* eorum curia Francis dedit D. Dionyſium. *ibid.*
Arete Alcinoum patruum habuit maritum. 616,b
Aretes regnum. 20,b
Areum iudicium. 270,a
Argentaria creta cur dicta. 93,b
Argenteis triginta venditus Saluator noſter. 76,b
Argentum clurum. 342, a. purum. 205,a. puſtulatum. 46, a. venenum rerum omnium. 822,b
Argentum factum aut infectum. 490,b
Argenti pondus. *ibid.*
in Argento & auro notata Italiæ luxuria. 233,a
ἀργυρἀσπιδες. 91,a
Aricinum nemus. 387,a
Arietes, milites vocati. 86,b
Arij, pop. 577,b
de Ariſtone dictum Scauri & Græcini. 62,a
Ariſtophanes corrupit mores Athenienſium. 178,b.179,a
Arma inſtar fulguris. 91, b. lucentia ex aruina. 93,a. ex argentaria creta. *idid.* ruſtica. 204,a. ſplendentia. 91,a. ſuſpenſa cubiculis. 809,a. & prope lectum dormientium. *ibid.*
Armorum amiſſio infamis apud Romanos. 101,b. eius exprobratio. *ibid.*
Armorum aſſumptio, belli indicium eſt. 692,a. traditio, deditionis ſignum. 785,a. furor cæcus. 126,b
in Armis nefas, in pace fas. 126,a
Armariola aduocatorum. 573,b
Armatis omnia. 249,b
Armenia dicta Ararat. 190,a. vnde dicta. *ibid.* maior & minor. *ibid.* amomum gignit odoratiſſimum. *ibid.* cur ambigua. 272,a. 326,b. Partho inuidebat, Romanũ oderat. *ib.*
Armeniæ tigres. 272,a
Armenij crine decori. 271,a. nodato crine. 271,b. modo Parthis, modo Ponti regibus ſubditi. 555, a. arcu & ſagittis plurimum viguere. 620,a
Armillæ fortibus viris ereptæ a fœminis. 402,a. ad Armillam redire. *ibid.*
Armillis donati victores. 198,a
Armiluſtrium, oue, ſue, & tauro. 556,b
Armiluſtrinm. 781,a. in eo omnes milites nitidi. *ibid.*
Arminius Germanus. 249, a. a popularibus ſuis pulſus. 582,a
Arminij natura, & elogium. 144,b. eius laudes. 249,a
Aromata in ſepulturis. 332,a
T. Arrij filius parricida. 483,b
Arrogantia præcipitij prænuntia. 508,a. ſæpe in regibus. 40,a
Arruntia Veſtalis. 35,a
Arruntij tres. 344,a
Arruntius, *vel* Aruntius. 38.a. eius laus ex Tacito. *ibid.* eius virtus non ſine calumnia. *ibid.*
Arruntius captator teſtimoniorum. 38,a. de adulterio purgatus. 574,b
Arruntius ſcriptor hiſtoriarum. 38,b
Arruntius inſignis medicus. *ibid.*
Arruntius Stella. *ibid.*
L. Arruntij mors. 558,a
Arſaces, Parthus. 553,a,b
Arſaces nomen regum Parthorum. 619,a
Arſacidarum genus egregium. 185, a, b. 186, a. nobilitas. 774,a
Arſametes, *vel* Arſanietes, flu. 775,a
Arſamoſata. Arſamota. 772,b
Arſinoe Ptolemæi filia. 241,b
Artabanus Parthorum rex. 782, b. eius elogium. 277,a
Artaxata. 554
Artaxatenſium crimen & ſu[pplicium]. 693
Artemiſia Mauſoli coniux. 6 b. eius regnum. 20
Arteriarum pulſus deſcript ex Plinio. 56
Aruina luceſcunt arma. 9
L. Aruleij mors. 55
Arundines in ſcopis. 342
Aruns. 34
Aruſpicum fons & origo. 581 b. eorum diſciplinæ deper[itæ], duæ cauſæ. 581
Arx pro vrbe. 24
Aſangæ populi. 286,a
Aſares, nomen regum Aſſyr[io]rum. 61
Aſcanij Troiani filius Æmili[us]. 253,b
Aſcendere puluinum. 79,b. [ca]thedram. *ib*
Aſclepiadæ Coi. 30
Aſclepio ſeu Zamacea. 73
Aſiæ partes. 41
Aſia minor, luxuriarum fund[amentum]. 266,b. 267,a
Aſia voraginibus obnoxia. 25 Sillanis frequens. 42
ex Aſia frumentum Romam [ve]ctum. 40
Aſiæ illuſtre imperium. 41
Aſiaticus vi & opibus pot[ens]. 568,b. vi Caium aggreſſ[us] auctorque eius necis. *ibi[d.]* Claudius interemptus. 56 eius mors. *ib*
Aſiniani horti. 60
Aſinius Agrippa. 43
Aſinius Celer Pollio. 49,a. [...] ſonator nobilis. 7
Aſinius Gallus. 59,a. 547,a. e[ius] amici amicitia perierunt. 5 a. eum cur Tiberius ode[rit]. 59,b. quod vxorem ſu[am] duxiſſet coniugem. *ib*
Aſinius Pollio Annalium ſ[cri]ptor.
Aſinius Pollio Saloninus v[n]dictus. 432,a. Gallus Salo[ni]nus. *ib*
Aſinius Pollio. 532,a. luxu[riæ] mancipium. 234,a. eius m[ors] miſeranda. 3
Aſini ſepultura quid. 82
Aſpergines. 797
Aſperitas etiam in milite. 50
Aſpernari. 42
Aſphodelus. 42
Aſprenates tres ſub Auguſt[o] Caius, Publius, & Luci[us]. 133,b
L. Aſprenas quis. *ibid.* eius teſ[ti]monium a Velleio. *ibid.* pr[o]conſul in Africa. *ib.*
Aſſeuerare, *Aſſeurer.* 49
Aſſimilatio. Aſſimilis. 804

Aſſurgeba

Aſſurgebant in dicenda ſententia Senatores. 239,a. & declamaturi. 239,b. & aduocati. *ib.*
Aſſurgere cano capiti. 372,b
Aſſurrectio ſeni. 373,a. & honoratis viris. *ibid.*
Aſſyrij & Syri. 297,b
Aſſyrij litterarũ inuẽtores. 580,a
Aſſyrij reges ſpadonibus comitati. 447,a
Aſſyrius caſtrator. 447,b. labor. 287,b
Aſſyrium nomen populo Dei exoſum. 620,a
in Aſtrologos. 546,b. 547,a
Aſylus hominum Tiberius vocatur. 378,a
Aſyla Iudæorum. 413,a. Paganorum. *ibid.* in Epidapline. *ibid.* Romanorum. *ibid.* Græcorum. *ibid.* Chriſtianorum. 413,b. Francorum. 414,a. ab iis retrahendi mos. *ibid.*
Atauus pro vno ex maioribus. 757,a
Ateius Capito. 177,a. Labeonis hoſtis. *ibid.* eius reſponſum. 177,b
Atellani a Pantomimis diſtincti. 181,b
Athanaſia, herba. 732,b
Athenæ veteres a nouis ſeparatæ. 269,a. in vna vrbe tres vrbes. *ibid.*
Athenæ adulatrices. 266,b
Athenarum laus. 263,a. 269,a,b. cadauer. 265,b. earum priuilegia. 264,a
Athenis crebra lupanaria. 788,b
Athenienſes ab Auguſto mulctati. 270,a. eorum dæmon a Zeuxide pictus. 360,a
Athenodorus Tarſenſis. 394,a. eius eloquentia. 99,a
Aticilla Polla. 817,b
Atidius, non Attedius. 48,b
Atilla. 817,b
Atlantici nunquam ſomniant. 572,a
Atrata omnia in funeribus Romanorum. 37,b
Atrebatum tela. 231,b
Atridæ non ſoli ſponſas amant. 59,a
Atrienſis ædium ornator. 341,b
Atrocitas. 451,a
Atrox Apollo dictus. 323,a
Atta qui. 627,a
Attalus Philadelphus. 836,a
Attedius. 48,b
Attedius Rufus. 625,a
Attegia Maurorum. 431,b
Attica auris, auri Barauæ opponitur. 196,b
Atticus ſocer Tiberij. 247,b. eius laus ex Seneca. *ibid.*
Auaritia deſpectum gignit. 10,b
Aubeterre. 289,b
Auditus quibus contaminatur. 109,a
Auernus. 795,b
Auerſus Apollo. 730,b
Auguraculum. 201,a. & Auguratorium. *ibid.*
Augurale in caſtris Roman. 201,a. 784,a. quid, & quo loco. *ibid.* in ptincipijs. 94,b. ara ante illud. 784,a
Augures qui. 734,a. in caſtris. 201,a. conſulti & crediti. *ibid.*
Augurum ſacerdotia & collegia. 55,b. ſcientia. 734,a. diſciplina. *ibid.*
Augurium ſalutis. 626,a
Auguria a Caldæis. 201,a
Auguriorum magni obſeruatores pagani. 206,b
Auguſta Vindelicorum. 133,a
Auguſta loca. 6,b
Auguſta quæ primum dicta. 35,a,b. ita dicta Liuia. 63,a
Auguſta lex de adulterijs. 257,a,b. eius incerta pœna. 257,a
Auguſtales ludi quando inceperunt. 134,a
Auguſtalium fœminarum nomina vrbibus indita. 627,b
Auguſtani & Auguſtales. 729,a
Auguſti nomen, vna ex notis imperatorum. 76,b
Auguſti aliquando vocantur Cæſares. 564,a. & Auguſtus dictus Germanicus. 105,a
in Auguſtis parricidium non credibile. 26,b
Auguſtiſſimæ domus homines. 455,a
Auguſtodunum. 387,a
Auguſtus. 704,a. vnde dictus. 6,b. Ægyptiæ pacis tenaciſſimus. 278,b. clementiſſimus, ſed ſenex; iuuenis, immitis. 44,b. conuitioſus. 144,b. cultus decus ædibus priuatis. 168,a. eius effigies inter lares. *ibid.* cur non auget, ſed tuetur imperium. 58.b. docet nepotes natare. 199,a. & imitari ſuum chirographum. *ibid.* genu flectit ante pupulum. 814,a. gradatim deus factus. 49,a. irriſus paſſim ab authoribus. 50,a. imperij formator, & reformator. 6,b. ciuilium bellorum ſepultor. *ibid.* Italiæ tutela. *ibid.* imperium reddere ſimulauit. 5,a. in vrbe & in prouinciis cultus. 55,a. Marcellum defunctum laudauit. 12,b. mollitie regebat. 135,b. omnes imperio ſubdidit manu, & conſilio retinuit. 207,b. oſor religionis Ægyptiæ. 319,b. poematum non imperitus. 730,a. primus imperator quem milites elegerint. 6,b. quando mortuus. 101,a. rebellanti militi durus & aſper. 124,a. relicta Scribonia Liuiam duxit. 59,a. Rhodum abſcedit. 132,b. ſapiens diſſimulator. 15,b. ſtudioſus de tollendo cœlibatu. 238,a. vere princeps matronarum dignitatem tuetur. 180,b
Auguſti clemẽtia. 44,b. doctrix Liuia coniux. *ibid.* dictum de duabus filiabus delicatis. 368,a. elogium. 42,b. de Senatu timor. 461,a. effigies ſignis appoſita. 108,a. heres Tiberius in bonis & imperio. 41,b. honores multiplicati. 43,b. noui decreti. *ibid.* in morte liberorum nepotum, virtus. 337,a,b. legatum geometrica proportione diuiſum. 36.b. naumachia. 728,a. Sphinx. 535,a. templa vbi. 50,b. 51,a. ipſi viuenti aræ, & diuini honores decreti. *ibid.*
Auguſti & Neronis differentia. 65,b
Auguſti & Tiberij in regendo contraria mens. 178,b
de Auguſti & Liuiæ nuptiis Prudentij iocus. 48,a
Auguſto peroſi diſtorti. 169,a. ei Tiberius Nero Liuiam ſuam coniugem deſpondit. 48,a
Auguſtum fortuna gentibus dedit. 6,b. immortalitati deſtinatum caput. *ibid.*
Auidius Caſſius. 518,b
Auiola Acilius. 385,b
Auitus pro *habitus* ſcriptum. 568,a. *aue*, pro *habe*. *ibid.*
Auitus inter magnos duces. 706,a. nubit Vraniæ Carthaginenſi. 46,a,b
Auitus Gallus. 622,a. honoribus ampliſſimus. *ibid.*
Aula plena hominibus, vacua amicis. 100,a
Aulæa prætenſa. 342,a. vela domus. *ibid.*
Aulici quales eſſe debeant. 22,a. pari habitu quo princeps. 544,a. ad parandam gratiam. *ibid.*
Aulici pectore mœrent quod ore laudant. 729,a. eorum lingua flabellum ignium. 667,b. infelix exitus. *ibid.*
Aulici venti. 275,a
Aulicum acumen. 760,a
Aulus Didius. 622,a
Aurariæ olim frequentes in Hiſpania. 542,a
Aurelia familia a Sabinis. 173,a. ad imperium euecta. 174,b

Aurelia Iulij Cæſaris mater. 174,a
Aurelia lex. 174,b. porta. *ibid.*
Aurelio nomine Chriſtiani inſignes. 174,b
Aureliorum prænomina Pij & Probi. 174,a
Aurelium tribunal. *ibid.*
Aurelius Cotta. 353, b. Meſſalinus. 36,a
Aurelij Pij elogium. 174,b
Aureus color. 103, b. aurei flores. *ibid.*
Aurea Venus. 237,b. aureæ Muſæ. 137,b
Aureum & *auratum* Iuriſconſultis oppoſita. 237,a
Aureæ domus. 794,a,b. 795, a. altaria. 795,a. aurata templa. *ibid.*
Aurea inſignium dona. 311,b
Aures Memoriæ dicatæ. 57,a
Aures foratas exhibent Chriſtiani. 402,a. aures foratæ infantibus. *ibid.* ſi mari, dextra auris; ſi fœminæ, vtraque. *ibid.* Plato aures foratas habuit. *ibid.* in auribus aurum geſtabant Orientales. 402,b. vtraque auris maſculis foratur. *ibid.* aures annulatæ. *ibid.*
Aurium deciſio, turpiſſima res. 620,a,b. 621, a,b. earum vulnera. 401,b
Auribus prehenſis oſculari. 589,a
Aurora principium operarum. 709,b
Auri nomine opes continentur. 568,b
Auri pondus. 400,b
Aurum factum & infectum. 400, b. 822,a
Aurum repudiatum a Chriſtianis matronis. 305,a. ad ſignaculum vſque. *ibid.*
Aurum altera peſtis orbis. 822,b
Auto ſolida vaſa. 230,b. 231,a
in Auto omnis cultus deorum. 51, a. ornatus & pulchritudo. 237, b. ſumma gratia. 311,b
in Auro & argento notata Italiæ luxuria. 233,a
Auſpices in nuptiis Paganorum. 598,b
Auſpicia ab auibus. 599, a. ſine iis nihil Romani. 201, a. in bello præcipue. *ibid.*
Auſter. 214, a. imbricus. *ibid.* pluuius. *ibid.*
Auſtraſij Lothareni. 276,a
Auſus, verbo ſæpe vſus Tacitus. 423,a
Aut, pro *haud.* 676,b
Autoli, Autololi populi. 381,b
Autumnitas. 604,a
Autumno apud Germanos nullum tempus amabilius. 604,a
Autumni tempus. 101,a. deſcriptio. 604,a. autumno adulto. *ibid.* autumnus muſtulentus. *ib.*
Auunculus. 265,a
Auxilia vnde compoſita. 260,b
Auxiliares & ſocij plerunque armis Rom. inſtructi. 386,a
Auxiliarius & legionarius, oppoſita. 260,b
Azantis puella. 59,b

B

BAbylonij numeri. 229,b
Babyloniorum annales. 1,a
Bacchanalia nunquam Eccleſiæ placuerunt. 578,b
Baccharum ornatus. 604,b. 605, a. geſtus & ſaltatio. 604, b. Amantiæ dictæ. 605,a. & Gorgoniæ. *ibid.*
Bacchus cur Liber. 415,b
Bacillus, quid. 64,b
Bacillis vtebantur lictores. *ibid.*
Badaus, vnde. 196,b
Badin pro *Vatin.* 786,a
Bagues. 401,a
Bagoæ dicti ſpadones. 447,a
Baiæ. 569,b. 715,b. a quo dictæ. 714,a. amœnæ. 714,b. & tepentes. *ibid.* abundantes ſalubribus aquis. *ibid.* eas frequentabat Nero. *ibid.* cuius foſſa a Baiano lacu ad Hoſtiam vſque. *ibid.*
Baianæ aquæ ad concoctionem cibi aptiſſimæ. 714,b
Baiuli criniti. 225,a
Balbus Cornelius. 428,a. maior, ſe ciuem Rom. profeſſus eſt. 592,b. Pontifex. *ibid.* primus externorum conſul. *ibid.*
Baleares inſ. 695, b. ſerpentes non ferunt. *ibid.* ex iis frumentum Romam aduectum. 406,a
Balnea antiquis frequentiſſima. 715,b
Balneatio ante guſtationē. 471,b
Banc du Palais. 573,b
Bandes. 331,a
in Baptiſmo crux, oleum, & Sathanæ abrenunciatio. 93,a
Barba aurea. 52,a
Barbæ poſitio feſto cultu celebrata. 727,b. Barbã tondendi mos Senecæ filij æuo. *ibid.* & ſub Domitiano. *ibid.* Barbam ponebant ingenui ſub Auguſto. 728,a
Barbara potio eſt Thracica. 291,b
Barbaria vocatur Africa. 560,b
Barbaries humanitati contraria. 249,a
Barbaricum ſolum. 560, a
Barbari dicti Græcis Romani, & Romanis exteri. 560,b
Barbari bellum a cæde incauta auſpicantur. 386, b. 387,a. inquieti. 139, a. Romanorum ſtipēdiarij. 201, b. vtilitatis ſtudioſi. 622, a. ad Rom. mores facti. 584,a
Barbarorum acies inhonora. 746,a. amor in reges. 308, b. mutabilitas. 187, a. nomen vnde. 249, a. virtus audacia. 139, a. tarda ad pacē ingenia. 781, a. eorum qui commotio, præſtantior. 140,a
Barbaris rarus ad principem aditus eſſe debet. 16, a. vis in impetu. 140, a
Barbaros ſuam militiam docendo Romani fruſtrati. 386,a
a Barbaris immolatio hominum. 249,a
in Barbarum. 560,a
Barbari omnes veteres Rom. 727, b
Barbulcius. 72,a
Bardaſne, lappa. 22,a
Bardi carminibus hiſtoriam ſcripſere. 2,a
Bardus, rex. 742,a
Barion, *vel* Barium. 827, b. piſcoſum. *ibid.*
Baro cuſtos apud Francos. 377,a
Baſia data poetis gratulationis cauſa. 729,b. impurorum vitata. 589, a. auribus prehenſis. 589,a etiam in fœminis. *ib.* ſub Tiberio cur defecere. *ibid.*
Baſilica Pauli. 427,a,b. regia dicta. *ibid.*
Baſilus aduocatus. 574,a. prçuaricatione etiam ſocios prodebat. *ibid.*
Baſſes-courts. 431, b
Baſſus. 822, b. paruo acus vulnere interijt. 786,a
Baſternæ, quid. 224, a. vnde dictæ. 224,b
Batana auris opponitur Atticæ. 196, b. Batana mens. *ibid.*
Batani. 193,a
Batani equites. 152,b. Batana gens. 153,a
Batani hodie Muſis chari. 196,b
in Batano equite duo egregia. 196,a. equitandi peritia. *ib.* & natandi. *ib.* inſulſi Frãcis. 196,b
Bathyllus idē qui Mæcenas. 135, a. cõcubinus Mæcenatis. 135, b
Bathyllus Mæcenatis quis. 134, b. mimus Tragœdus. *ib.* hiſtrio ſe ſuoſque Auguſti votis neceſſarium dicit. 433,a
Bathyllus Anacreontis. 134,b
Bauli. 715,a,b
Baxea palmea. 281,a
Bayardi elogium. 357,a
βδέλυγμα ἐρημώσεως. 101, b

Belgæ fidi Imperatoribus. 810,b
Beliſtre, Gallicum, vnde. 248,b
Bellenus, Noricorum deus. 289, a. Baal. *ibid.*
L. Bellieni domus in funere C. Cæſaris conflagrauit. 40,a
Bellouacorum ciuitas. 446,a
Bellum a prœlio differt. 634,a,b. conſilio temperandum. 158, b. nunquam a Rom. niſi indictum & denunciatum. 386, b. firæſtare, concipitur hieme. 747,b. terratum mortarium. 142,b
Belli & pacis contrarietas. 142,b
Belli indicendi apud Rom. ratio. 386,b
Belli duo tempora, æſtas & hiems. 213, a. ſub quibus & ver & autumnus. *ibid.* 162,b
Belli ſors incerta. 148,a
in Bello ſatius ſua perdere, quam hoſtem iuuare. 147,b
Bella ciuilia plena transfugiis. 116,a. eorum cupidi, aut oſores. 43,b. 44,a. in iis potentiores obnoxij periculis. 407, a. bene ſapere, magna virtus. 804,a
Bellis externis externa rapta. 404, b. ciuilibus & externa & domeſtica conſūpta. 404,b
Bellorum protelatio. 748,b
Belphegor Priapus. 55,a
Benedictio extenta manu apud Chriſtianos. 302,a
Benedictio regum. 273,b. 274,a
Beneficia moroſa, maleficia. 757,b
Beneficia quouſq. grata. 629,b
Beneuentanus Vatinius. 786,a
Beneuentum antea Maleuentum. *ibid.*
Beta. 248,b
Bete, non *Beſte*, Gallicum. 248,b
Betiſare. *ibid.*
Betula arbor. 88,b. magiſtratibus Rom. frequens. *ibid.*
Bibliotheca Palatina. 238,b
Bibliothecæ magno certamine inſtitutæ. *ibid.*
Bibliothecæ publicæ. 311,a
Bibuli vecordia. 772,b
Bigati nummi. 202,a. Bigati argentei. *ibid.*
Binoctium pro vna nocte conceſſum Diali. 426,b
Biſanus ager in Africa valde ferax. 405,b
Biſcains. 440,b
Bithynia fungorum matrix. 285,b
Bithynum mare, pro Bithynico. 272,a
Bithynum mare Ponticum. 285, b
Blæſilla. 161,b
Blæſi duo. 558,b. 559,a
Blæſi familia. 86,a
Blæſorum familia clariſſ. 161,b
Blæſorum nomen clarum. 70,a
Blanditiæ populares. 223,a
Blitea. 248,b
Blitteræ. 289,b
Blitum. 248,b
ex Bœotia frumentum Romam aduectum. 406,a
Bœoticus, pro inepto. 196,b
Bœotij. 744 a
Bolanus. 771,a
Bonoſus imp. 533,a
Boſphorus, clauis Ponti. 282,b
Boſphorus Thracicus. 283,a
Boues centum dati victori. 198,a. & vnus inſignis aureis cornibus. *ibid.*
Boues fordæ, ſeu prægnantes immolatæ. 803,b
Bouillæ. 243,b
Brenci. 354,a
Brenda. 45,b
Brenteſium. *ibid.*
Bricteri. 130,a
Brigand, Gallicum, vnde. 249,a
Brigantes pop. Angliæ. *ibid.*
Britannia rudis & impolita inſula. 744,a. in ea magni maris æſtus. 744,b. ſub Tiberio in prouincias non partita. 741,a
Britannis ſolitum ductu fœminarum bellare. 20,b
Britannicum mare. 215,b
Britannici mors cum morte Germanici comparata. 673,b
in Britannicum mala Agrippinæ nouercæ officia. 627, a. Britannicus ſeruitiis deſolatus. 627,b
Bructeri. 130,a
Brunduſium Italiæ finis. 45, b. olim Brenda dictum. *ibid.* & Brenteſium. *ibid.* *Brindes* hodie ab Italis. *ibid.*
Brutidius nobile ingenium. 421, a. inter vitia & virtutes ambiguum. *ibid.*
Brutidij magiſter Apollodorus. 421, b. amicus Seiani. *ibid.* cur pallidulus dictus a Iuuenale. *ibid.* 422,a. ædilis, Seiani potentia. 422,a
Brutus liberator. 4,b. vltor. *ibid.* bonus ciuis, durus pater. *ibid.*
Bruti & Caſſij imago. 8, a. partium duces infelices. *ibid.*
Bruti numiſma. 461,a
Brutus Philippenſis. 473,b
Bruti Philippenſis elogium ſub perſona alterius Bruti. 433,b
Bubienum ſedes Marobodui. 217,a
Bucca miſera. 762, a
Bucculæ preſſæ in oſcula. 588,b
Bulbi Venerei cibi. 421,a,b
Bulgari enſe tracto iurabant. 171,a
Bullæ æreæ in portis. 400,b
Bullæ portarum lucentes. 342,a
Bullæ latronis cōfidentia. 242,b
Bullati pueri. 438,a
Bupreſtis potus. 421,b
Burgandus vel Brigandus hæreticus. 249,a
Burrhus. 636,b
Burgundiones. 107, b
Burrhus trunca forte manu. 668,b
Buſtuariæ mœchæ. 298,b
Buteri. 130,a
Byzantium. 267,a. ſub Conſtantino nomen & conditionem mutauit. *ibid.*

C

C Pro G. 23,a
Caducea cædem exprobrant. 719,b. ideo ſtatim cremata. *ibid.*
Cadius Rufus. 623,a,b
Cadix. 440, b
Cadmi filiæ litteræ. 580,b. Cadmi imago in Pompeia ſchola. *ibid.* patria Miletus. *ibid.*
Cadmus carnifex. 25,a
Cæcinna adulator. 607,a
A. Cæcinna. 103,a. eius elogium ex Tacito. *ibid.* eius frater Cæcinna Seuerus. *ibid.* quod nomen fuerit Cæcinnæ. 103,b
Cæcinna Seuerus. 354, a. Brencorum victor. *ibid.* quis fuerit. 354,b
Cæcus pro imprudente. 163,a
Cædes a quibus peragebantur. 24,a
Cædes hominum pietas apud Paganos. 128,a
Cæduæ arbores. 128, a. ſilua. *ib.*
L. Cælius Antipater Annalium ſcriptor. 2,a
Cælius collis. 498,a. Cælia porta. *ibid.* mons, in quo vimina & lucus fageus. *ibid.*
Cæpio. 47,b
Cæruleus color, interdum purpureus, interdum albus. 272, b. 273,a
Cæſar Iulius coactus gurges ciuilis ſanguinis. 43,b. 44, a. principum princeps. 411,a
Cæſar Iulius & Alexander par nobile regnantium. 6,a
Cæſar ſe potius quam Remp. dilexit. *ibid.* de Pompeio hoſte nihil niſi honorifice. 473,b
Cæſaris nomen vnde. 626,a. eius horti. 728,a. prouinciæ cur melioris conditionis quā populares. 177,b. ſimulatio Pompeium lugentis. 333,b

Cæſares Tacitus aliquando vocat imperarores. 564, a. proprie qui imperio deſtinabantur. *ibid.* qui vtebantur purpura, ſed ſine auro. *ibid.* Cæſares ducti qui imperio deſtinabantur. 14, a & nobiliſſimi. *ibid.* lectica vecti. 224, a. magiſtratibus vim non nomina adimunt. 19, b. non voce ſed ſcripto aditi. 478, a. per magiſtratus ad culmen imperij iere. 369, b. poetæ. 730, a. omnes Reip. partes ad ſe trahunt latenter. 10, a. parem cum Rep. rationem habebant. 668, a
Cæſares Pagani Pontifices paganorum. 8, b. 9, a. Chriſtiani nunquam. *ibid.* primi poſt fata, reliqui ante fata pro dijs habiti. 54, b. ſpecie tuendi populum ſtruunt ſibi dominationem. 9, a
Cæſarum domus per adoptionem continuata. 14, a. eorum decennalia. 528, a. deorum corona radiata. 51, b. eorum nomen ſumebant reges externi. 617, b. voluntas pro legibus. 361, b. eos reuerebantur populus & Senatus. 616, a
Cæſarea Philippi in honorem Tiberij Cæſaris. 628, a
Cæſariani equites Patiſijs. 313, a
Cæſia ſilua, quæ. 118, a
Cæſius Naſica. *ib.* cæſij oculi. *ib.*
Cæſius Cordus. 425, a
T. Cæſius Primus procurator annonæ. 406, b
Cæſonia. 461, b
Cæſonia Caligulæ vxor & ſacerdos. 55, a
Caiæ aquæ *vel* Caianæ. 714, b
Caianus locus. 715, a. Caiana clades. *ibid.* Caiana nex. *ibid.*
Caius Cæſar. 15, b. eius iter. 15, a
Caius & Lucius Cæſares. 14, a
C. Cæſaris Auguſti filij tres rectores. 393, b
C. Cæſaris lex de adulterio, capitalis. 256, b
Caius cantor & ſaltator. 730, a. imperij monſtrum. 546, b. deteſtandum orbi. *ibid.*
Caij impudicitia cum Ennia. 562, a. turpis interrogatio ad Paſſienum. 525, a
Caio adulatur Vitellius. 525, b
Caius vulneratus. 16, a
Caius I. C. 826, b
Calabria vbi. 327, b. armentoſa. *ibid.* Hadrio mari cincta. *ibid.*
Calamitatis futuræ oſtenta. 743, b
Calanius nomen Rom. 771, a
Calantica. 494. b
Calcare corpus, irreuerentia. 158, a
Calcata colla victis. 158, a. etiam ferratis carpentis. *ibid.*
Calceamenta præfecti vigilum quæ. 428, b
Calcei & ſoleæ differentia. 278, b
Calcei ex pelle hœdina. 279, b. hederacini. 260, a. betacei. *ibid.* herbacei. *ibid.* cerei. *ibid.* *pigri* pro *peregrini.* 281, a. Senatorum lunati. *ibid.* nigri. *ibid.*
Calceorum color varius. 280, a. etiam ex diuerſa materia. *ibid.* coccinei aureis nobiliores. *ibid.*
Calceis rubris vſus Iulius Cæſar. 594, a. vt Albani reges. *ibid.*
in Calceis gemmæ. 231, a. lunulæ apud Iudæos. 281, a
Calcis ictu qui interfecerunt. 826, a. lege Cornelia tenentur. *ibid.*
Calculus pro vnione. 401, a
Calda. 672, b. Caldi declamatores. *ibid.*
Calendæ Ianuariæ a Chriſtianis damnatæ. 503, b. conuiuium in ijs. *ibid.* ſemper lætæ. 504, a. earum dona. *ibid.* populare ſacrum. *ibid.* auſpicia. 504, b
Calendæ Ian. a iure dicundo vacant, & otio dicatæ. 505, a. in ijs victimæ. 504, b
Cales ciuitas. 465, b. prouincia. *ibid.* vrbs apud Gallias. *ib.*
Caliga Senatus appellatus. 120, b
Caligæ militares. 120, b. clauis acutis horridæ. *ibid.*
Caligula a Gallo quodam irriſus. 505, b. amputato capite Iouis Olympijs, ſuum impoſuit. 172, b. barbaros inſectatus. 144, b. caſtrorum alumnus. 120, a. equum ſuum Conſulē deſignauit. 4, b. initio imperij gratioſus, in fine exoſus. 629, a. pantomimus. 453, b. parcit ſcriptis. 475, a. ſoleatus. 281, b. ſui nominis oſor. 120, b. vnde dictus. *ibid.* fax humani generis. *ibid.* templi Dei inuaſor. 54, b. non impune. *ibid.* tentauit ſuffragia populo reddere. 66, b. veſtitum Deorum imitans a Gallo ridetur. 52, b. virtutis oſor. 12, b. nobilitati ſuæ finem dedit. *ib.* vult iurati in nomen Druſillæ. 39, a. caluus. 494, a
Caligulæ duo libri, Pugio, & Gladius. 110, b. eius fatui amores erga Lunam. 97, b. eius forma. 818, b. ingenium iniuriarum ferendarum impatiens, inferendarum cupidum. 815, b. iuſſum. 419, b. licentia in vxores ciuium. 616, b. ſoccus. 231, a. 280, a
Callirhoes aqua. 268, b
καλλιστῖα. 615, a
Calliſtus Claudij Imp. libertus ditiſſimus. 602, a
Calpurnius Piſo. 59, b
Caluentius. 193, a
Caluina ſoror Silij ab eo Iuno ſua nominata. 613, b. 614, a
Caluiſius. 193, a
Caluiſius Sabinus. 531, a
Caluitium mulieribus exprobratum. 494, b. deforme. 494, a. in priuatis. *ibid.* in principibus. *ibid.*
Caluus Iulius Cæſar. 494, a. Tiberius. *ibid.* Caligula. *ibid.* Galba. *ibid.* Domitianus. 494, b
Calumnia nunquam in bonos viros deeſt. 424, a
Camalodunū. 630, b. regia Cynobellini. *ibid.* vnde dictum. *ibid.*
Cambyzis crudelitas. 59, a
Camelorū vtilitas in bello. 773, a
Camerades. 360, b
Camilius Dictator ædem Concordiæ vouit. 5, a
Campani Romam alunt. 405, a
Campania. 519, b
Campanus ager terræ pulcherrimus. 330, a
Campus propere caprus. 155, a
Campus victori maneat oportet. 358, a
Campus Martius religioſiſſimus. 40, b. vnde dictus. *ibid.* in eo frequentius cremati mortui. 40, b
Campus ſceleratus. 100, b
Camum Lodunum. 630, b
Candaces regnum. 20, b
Candaces, nomen reginarum in Æthiopia. 619, a
Candela parua tenuitatis indicium. 718, a. Candelæ pauperum, lychni diuitum. 718, b. in funere. 334, a
Candidati vnde dicti. 778, b. officioſa natio. *ibid.* in iis præpollebat liberorum numerus. 259, b
Caninius Dacicum bellū Rom. Græce ſcripſit. 2, a
Canis Sabini. 505, a. & Hieronis. *ibid.*
Canes ad oſtiorum cuſtodiam. 508, b
Canes dicti hoſtes a militibus. 86, b
Canities honor hominis. 137, a
Cannius ſcriptor ſub Claudio. 568, a

Canopus.

Canopus, oppidum Ægypti. 283,b. inter oſtia Nili. *ibid.*
Canopi gens luxurioſa. *ibid.* fortuna. *ibid.*
Cantabri pars Hiſpaniæ. 440,b. Martia gens. *ibid.* ingenioſa. *ibid.*
Cantus comites lupanarium. 789, a. arcendi cantores a virginibus. *ibid.*
Canutius. 193,a
Capena porta. 225,b. oppidum. *ibid.*
Capere cum effectu. 371,a
Capillatura ſuperbiunt fœminæ & equæ. 711,b
Capillatura mulierum eſt virorum captura. 494,b
in Capillitio formæ decus. *ibid.*
Capillitium libertatis inſigne. 485,b
in Capillis decor & honos. 448,a
Capillorum depexio in natali. 526,b
Capitaines des Gardes. 30,a
Capito hoſtis Labeonis Antiſtij. 432,b. captator perſonarum. *ibid.* palpator temporum. *ibid.*
Capito procurator Cæſaris. 455,a
Capito Ateius. 177,a,b
Capitones in Aſia munera exercuerunt. 455,b. parum liberaliter. *ibid.*
Capitones duo, Lucilius & Coſſutianus. 687,b
Capitolium omniũ dæmonum tẽplum. 536,b. apud Paganos ſanctum. *ibid.* per Capitolium iurabant. *ibid.* illud intrare non omnibus licebat. in Capitolio caſa Romuli. *ib.* 637,a. aurea domus Iouis lutei. *ibid.* 725,a,b
Capitolij ingreſſus. 503,a
in Capitolio ſtatuæ. 763,a
Capitolium Capuæ. 637,a
Capitolia inaurata L. Mummio Cenſore. 734,b
ex Cappadocia falſi teſtes. 275,a
Cappadoces ſerui lecticarij. 225,a
Cappadox peſſimũ caput. 275,a
Capreæ. 499,a. Caprearum ſedes anguſta, vel auguſta. *ibid.*
Caprearum duo olim oppidula. 500,a. vnum poſtea. *ibid.*
Capreæ abruptæ a continenti Italiæ. 519,a. vel æſtu maris, vel terræ motibus. *ibid.*
Capſarum cuſtos. 47,a
Capſarij fures. *ibid.*
Captatores & Captatoria munera. 695,b
Captiuitas. 680,a,b
Captiuus quomodo puniendus ex iure. 683,a
Captiui pro inferiis mactati. 128,a. populo expoſiti. 623,b
Captiui ducti in triumpho in rhedis. 244,a. gauſapis luteis inuoluti. *ib.* per Sacram viam. *ibid.* poſtea in carcere iugulati. *ibid.* aut leonibus traditi. *ibid.*
Captiui agri. 630,b. captiua ſarabata. *ibid.* veſtis. *ibid.* thura. *ibid.* ebur. *ibid.*
Captorum & deditítiorum diſcrimen. 767, b. in captiuos pœna. *ibid.*
Capua aratorum receptaculum. 330,a. felix. *ibid.*
Capuani a iure magiſtratuum repulſi. 592,b
Caput inornatum. 92,b
Capite nudi duces & Imperatores. 211,b. etiam in pluuia & ſudo cœlo. *ibid.* quod capitis tegimen in vrbe. *ibid.* cur capita aperta ante magiſtratus. *ibid.* veſte caput operiebant Romani. *ibid.* & pallio. 212,a. & lacerna. *ibid.* & fœminæ palla. *ibid.* toga tegebant caput. *ibid.* in luctuoſis rebus caput operiebant. *ibid.* vt in exequiis. *ibid.* contra in gaudio. *ibid.* cucullo opertum. 212, b. pileolo. *ibid.* capite ſemper aperto ſerui. *ibid.* niſi in funere patroni. *ibid.*
Caput detectum alacritatis, obtectum luctus indicium. 211,a
Capita linteolis velata. 212,b
Carbilij diuortium, quod vxor ſterilis. 598,b
Carbilius Pollio. 48,b. 49,a
Carbo notatus. 125,b
Carcer contrarius cuſtodiæ. 360, a. Carceris cuſtodia. 361,a. quæ rigidiſſima. *ibid.* in carcere onerati catenis. *ibid.* quas ſuſtulit Conſtantinus. *ibid.* in Carcere alius carcer. *ibid.* qui interior. *ibid.* eius deſcriptio. *ibid.* in eum D. Paulus coniectus. *ibid.*
Carcer Rom. 467,a. robuſtus. 161,a. ſeruorum cruciatus. 395,b. etſi non infamet, certe non decorat. 191, a. in caſtris Romanis. 83,b
Carcer meretricum. 317,a. qui ſera obductus, & velo. *ibid.*
Cares, Cilices & Cappadoces, tria K. nequitiæ. 275,a
apud Cares nil niſi cum periculo. 410,a
Carmine prodita oracula. 418,b
Carmina ad recitandum ſcenæ data. 579,b. in funere. 335,a. antiquiſſima. *ibid.* planctus dicta. 335, a, b. in foro publico recitata. 335, b. & in priuatis laribus. *ibid.* ſepulcralia. 298, b. magica. *ibid.*
Carneadis eloquentiá. 61,b
Carnifex rumpebat vittas damnatis ſacerdotibus. 140, b. Senatus & magiſtratuũ executor. 25,a
Carnifices neque ciues, neque inter ciues morabantur. 25,a. ab iis cædes peractæ. 25,a
Caro veruecina militi data. 200,b
Carnem ieiuniis exprimere. 80,b
Carolus Magnus totius orbis caput. 186,b
Carolus Quintus. 704,a
Carpento vehi, honos apud Rom. 636,b. idque fœminis. *ibid.* Carpentum quid. *ibid.* a pilento diuerſum. *ibid.* Carpenta mulis vecta. *ibid.* pilentis duriora. *ibid.*
Carpenta vecta mulabus. 223,a
Carſius ſacerdos. 451,a
Carthaginenſes Diis homines immolabant. 742, b. imperium orbis affectauerunt. 381,b
Carthago Africæ Muſa cæleſtis. 146,a. de principatu orbis cum vrbe Roma quæſtionem habuit. 492, a. arſit per 17 dies. 793,a
Caſa pro capſa. 47,a
A. Caſelius Iuriſconſultus. 695,a. ſapiens & ſciens. *ibid.*
Caſeus, militum cibus. 200,b
Caſes. 46,a
Caſperius. 639, b. forte pater Æliani Caſperij. *ibid.*
Caſpia via. 554,a
Caſpium mare. 739,a,b
Caſſa iudicia. 256, b. ſpes. *ibid.*
Caſſia lex de ſupplemento Senatus. 595,a
Caſſij & Bruti imago. 8, a. partium duces infelices. *ibid.*
Caſſius Hemina Annalium ſcriptor. 2,a
C. Caſſius Longinus I.C. 693,b
Caſſij Longini quinque ſub Tiberio. 539,a. L. Caſſius Longinus conſul cum Tiberio. *ibid.* L. Caſſius Longinus alter. 539, b. C. Caſſius Longinus. *ibid.* Longinus alius. 540,a. quintus Caſſius Longinus Aſiæ proconſul. *ibid.*
Caſſij Parmẽſis eloquentia. 61,b
Caſſij Sæuæ fortitudo. 75,a
Caſſius Seuerus quis. 166,a
Caſſij Syriæ præpoſiti. 618. a. priſcis moribus eruditi. *ib.*

Caſſij I.C. magnum elogium a Tacito. 618,b
Caſtella, Caſtellarij milites. 768,b
Caſtorum lucus. 415,b
Caſtra Chriſti. 94,a
Caſtra fulgentia. 91,b. infauſta. 103,b. infecta. *ibid.* polluta. *ibid.* ſceleſta. *ibid.* ſcelerata. 100,b.102,a. legionum. 638, a, b. Romana. 69,a. æſtiua & hiberna. 69, a, b. ſtatiua. 358,b
Caſtrorum portæ olim quatuor. 93,b. anguſtæ. *ibid.* & firmatæ. *ibid.* eorum imitatrices apes. *ibid.* in eorum portis ſtationes. *ibid.* in caſtris militum munia. *ibid.*
Caſtrorum diſciplina quibus contineatur. 747,a
Caſtrorum matres. 161,a
Caſtrorum purgatio poſt ſcelus. 100,b
in Caſtris nullæ mulieres. 119,a. niſi vxor ducis aut præſtantiorum militum. *ibid.* carceres. 83,b. ignes. 154,a. Chirurgi. 160,b
Caſtrametari. 307,b
Caraſta. 361,b
Catena dictus Paulus Hiſpanus miles. 87,b
Catenæ aureæ in triumpho. 190,b. argenteæ in carcere. *ibid.* 191,a. triplices. *ibid.* collo victorum iniectæ. 207, b. brachiis. *ibid.* manibus. 208, a. vtriſque. *ibid.* & pedibus. *ibid.* inter bellicomites. 707, b. & ad vinciendos hoſtes. *ibid.*
Catenis onerati in carcere. 361, a. ſimplicibus. *ibid.* duplicibus. *ibid.* triplicibus. *ibid.* quas ſuſtulit Conſtantinus. *ibid.*
Catholica fides Francos omnibus vitiis exuit. 79,b
Cato Cenſorius Annalium ſcriptor. 1,b
Cato genius morum ſeueriorum. 276,b. in mero nudo pede. 279,a. ſuæ togæ textor. 279,a. *intonſus.* 727,b. multa paucis abſoluit. 3, a. vetus puras a ciuili ſanguine manus tenuit. 43,b. vnus virtute omnem nobilitatem Ro. ſuperauit. 501,a. vxore ceſſit. 59,b
Catonis priſci ſæculum. 709,b. erratum. 195, b. frugalitas. 86, a. oratio pro ſcapulis. 180,b. vxor Martia. 375,a
Cato Vticenſis inſignis & vitiorum flagrum. 433, a. eius inſigne elogium ex Lucano. *ibid.* ab Auguſto hoſte laudatus. *ibid.* heros a Cic. dictus. *ibid.* cui pro centum millibus fuit. *ibid.* bellis ciuilibus ob amorem patriæ ſociatus. 44,a
Catti impotentes. 139,a
Carumerus. 582,b
Catorum familia antiqua & clara. 219,a
Cati ſapientes & acuti. 219,a
Cati, milites vocati. 86,b
Caudex, ſerui cruciatus. 395,b
Caudinæ furcæ. 594,b
Caueæ matronarum, lecticæ. 188,a
Cauſidici maledici. 166,b. venale genus. 572,b
Cauſariæ liberalitates. 254,b.
Cayci, Chauci dicti. 147,a
Cecropia arx. 580,b
Cecrops Athenienſis. 580,b. Athenas condidit. *ibid.*
Cedere bonis. 667,b
Celenderis ciuitas. 307,a
Celer Pollio. 48,b,49,a
Celeumata nautarum. 329,a
Cella luſtralis meretricum. 317, a. opere fornicato facta. *ibid.* vmbroſa. *ibid.* inſcripta. *ibid.*
Cellæ aromatariæ. 286,b. liberorum & ſeruorum. 665. a. exiguæ. 665, b. aliquando laxiores. *ibid.*
Celſus Albinouanus Pedo. 146,a
Cenchreæ. 415,a
Cenchrius amnis. *ibid.*
Cenſor primum cenſeat ſuos mores. 10,a
Cenſorum poteſtas imminuta a Claudio. 614, b. reſtituta a Metello. *ibid.*
Cenſoria mens Remp. ſpectat. 595,b
Cenſorium funus, quid. 454,a. vnde dictum. *ibid.* quo deductum. *ibid.* iuſiurandum, Liberorum procreandorũ cauſa. 598,b. munus. 613,b
Cenſura a Claudio repetita. 616,a. & ad reliquos Impp. ad Decium vſque profecta. *ibid.* a Claudio vſurpata. 579, a. nobilitata multis rebus. 595,b.596,a
Cenſura notati poſtea Cenſores. 614,b
Cenſuræ priſca ſeueritas. 596,b. ruituræ omina. 10,a
Cenſus priuatus olim breuis, communis magnus. 399,b
Centauri. 261,a
Cento. 679,a
Centuriare. 123,a
Centuriatus. *ibid.*
Centuriones quot in legione. 73,a. rigidi. 104, b. Orbilij militum. *ibid.* luxurioſi. *ibid.* hircoſi dicti. *ibid.* piloſi & impexi. *ibid.* hiſpidi. *ibid.* varicoſi. *ibid.*
Centurionum auaritia. 123,b. authoritas in vetere militia. 86,a. crudelitas. 123,b. electio. 123,a
a Centurionibus cædes peractæ. 25,a
Centurionatus verbo numquam vſus Tacitus. 123,b
κεραύνια dicta promontoria. 138,a
Cera prima & ſecunda pro primis & ſecundis tabulis. 38,a
Ceres eadem cum Iſide. 319,b
Cercina inſula. 451,b
Cerialis Antius. 820,a
Cereus Paſchalis. 719,a
Certa apud Parthos vrbs. 767,a
Certaminum Græcorum præmia. 786,a
Ceruos figere, quid. 108,b
Ceſpiti impoſiti lapides. 350,b
Ceſellius Baſſus. 322,a
C. Ceſtius Senator. 378,b. & C. Ceſtius pater. *ibid.*
Chærea quis. 105,b. ex Caſſiorum genere. *ibid.* Tribunus Senecæ. *ibid.* eius pictura & imago. *ibid.*
Chæremoni ſtatua dicata. 252,a
Chaldæi. 219,b. 220,a. magi & ſomniorum interpretes iuncti. 219,b. veraculi. *ibid.* gens vaniſſima. *ibid.* vetita ſemper & ſemper credita. *ib.* in Circo ſtabant vel in triuijs & circulis. 220,a. eorum habitus. *ibid.*
Chaldæorum conſultationes. 831,a
Chami nomen regum apud Tartaros. 619,a
Chaperon, aut *Caperon.* 426,a,b
Charicles medicus. 438,a
Chariſius Soſipater. 451,a. T. Chariſius. *ibid.*
Charonium antrum. 268,b
Charta pura. 205,a
Chaſmata ſcelera naturæ, buſta vrbium. 251,a
Chattorum deſcriptio. 136,b
Chaucorum deſcriptio. 147,a. a Gabinio deuicti. *ibid.* qui inde Chaucius dictus. *ibid.*
Chaucis libertas cum piſciculis. 147,b
Cherophilus. 421,b
Cheruſci. 248,a. ad Albim fluuium. 139,b. boni & æqui olim. *ibid.* immanſueti. *ibid.*
Cheruſcis adſignata clades Variana. 139,a. validi. *ibid.*

Cheua-

Cheualiers d'honneur. 617,a
Chilonis dictum. 172,a
Chilonem præceptorem Caracalla veſte ſua operiit. 492,b
a Chilperico nouæ litterarum formæ. 580,a
ex Chio frumentum Romam aduectum. 406,a
Chiton cithara ludebat. 726,a
Chironomi qui manu cibos ſecabant. 182,a
Chirurgi in caſtris. 60,b
Chlamys. 545,b. pueris. *ib.* puellis. *ib.* mulieribus. *ib.* viris. *ibid.* carnificibus. *ibid.* paludamentum militare. 545,a. virile veſtimentum. *ibid.* multis communis. 545,a. imperatoribus. *ibid.* regibus. *ibid.* ſacerdotibus. *ibid.* aulicis. *ibid.* militib. *ibid.* viatoribus. 545,a. venatoribus. *ibid.*
Choaſpis aqua. 268,b
Chriſtiani a Chriſto. 799,b. populus Dei. *ibid.* & 800,a. a paganis Iudæi dicti 319,a,b. colebant Imperatorem. 411,b. calumniati. 320,b. inertes dicti. *ibid.* veſaniæ ſectatores. *ibid.* infructuoſi. *ibid.* inutiles. *ibid.* impoſtores. *ibid.* cum Iudæis nunquam bene conuenientes. *ibid.* de ſepultura anxij. 150,b. feris obiecti in ferarum pellibus. 801,a. ſed intrepidi. *ibid.* etiam crucifixi. *ibid.* multis modis vſti. 800,a,b. fluctibus expoſiti per ſolutionem nauis. 714,a. indignãtur dari hominibus quod Dei eſt. 325,a. pauciuerbij. 94,a
Chriſtiani primi, caſtitatis magni amatores. 322,b. rei nomine, non crimine. 799,a. eorum pœnæ exquiſitæ. *ibid.* odio non crimine conuicti. 800,b. ſe fratres vocabant. 335,a. tactu crucis iurabãt. 171,a. olim læſæ maieſtatis accuſati. 165,b
Chriſtiani ſunt milites. 94,a
Chriſtiani militis armatura. 94,a. & militia. *ibid.*
Chriſtianus & Paganus, oppoſita. 94,a
Chriſtianorum vetuſtiſſimorũ baptiſma. 235,a. quadrageſima. 738,b. ritus a Paganis diri crediti. 827,a
Chriſtianorum priſcorum ritus qui etiam nunc. 298,b
Chriſtiana conuiuia, vt diuites pauperioribus communicẽt. 294,a
Chriſtiana menſa. 738,b
Chriſtianæ fœminæ & virginis habitus. 686,a. etiam virorum. *ibid.*
Chriſtianæ fidei & nominis cõfeſſio a primis Catholicis. 800,b
Chriſtiana religio dicta a Tacito *ſuperſtitio externa.* 686.a. eius notæ. 686,b. Chriſtianis pallia nigra pro togis candentibus. *ibid.*
Chriſtus & Chreſtus. 320,a
Chriſtus lubens homo factus. 800,a. & crucifixus. *ibid.* ad filios non canes miſſus. *ibid.* in Iudæa natus, altus, verſatus & mortuus. *ibid.* impoſtor dictus a Iudæis. 320,b. & ſeductor. *ibid.*
Chriſti Domini Natalis. 527,a. paſſionis tempus. 509,a,b. 510,a. caſtra, 94,a
Chriſtum coluit Alexander Seuerus. 168,a. & ante eum Tiberius. 168,b
Chriſto loquente, Satanam ſilere oportuit. 268,b
Chryſocomos, herba. 237,b
Chryſogonus ſeruus Syllę. 601,a
Cilices, Cappadoces, & Cares, tria K. nequitiæ. 275,a
Cibus inſolens. 548,a
Cibyratæ. 450,a
Cicatrices pro Rep. 344,b
Cicero *diſertiſſimus*, & alibi *ſtreperus* a Seneca patre dictus. 62,a. nouus Arpinas dictus. 757.a. primus pater patriæ dictus. 164,a. nempe Romæ. *ibid.*
Ciceronis ioci patum Senatorij. 614,a. iocus in Vatinium. 614,b. trucidator Antonius. 6,a
Cicerone digna admonitio ad Q. fratrem. 177,b. imo digna Chriſtiano viro. *ibid.*
Cieri crimine, pro accuſari. 777,a
Cilices pitatæ. 246,a. mendaciſſimi. *ibid.* lauerniones. *ibid.*
Cilicia croco abundans. 762,b
Cilnius Mæcenas. 534,a,b
Cimeliarchia. 34,b
Cinara hiſpida. 172,a
Cincia lex. 572,b. 779,b. fibula aduocatorum. 574,a
Cincia locus Romæ. 779,b
Cinciorum familia Romæ nobilis. *ibid.*
L. Cincius Annaliũ ſcriptor. 2,a
Ciniflones. 225,a
Cineres mortuorũ vrna condiri. 329,a. aut area lapidea. *ib.*
Cinerum colligendorum mos in exequijs. 303,a. primum in veſte nigra. *ibid.* mox vino lauare. *ibid.* & lacte. *ibid.* deinde condere. *ibid.* floribus aſpergere. *ibid.* lacrymis rigare. *ibid.*
Cingula militum bullata. 583,b
Cinithij. 261,b
Cinna tyrannus. 5,a. eius dominatio non longa, ſed atrox. 5,a. elogium apud Velleium. 5,b
Cinna & Sylla duo crudelitatis paria. 5,a
Circumciſio apud multos. 319,a. quo gladio fiebat. 321,a
in Circulis loquaciorum garrulitas. 403,a,b. Circuli deſcriptio ab Apuleio. 403,b. circulus & corona, idem. *ibid.*
Circus Romæ. 179,b. beſtijs completus. 632,a. Soli conſecratus. 819,b. eius mutatio & nouitas. 632. pompa importuna. 68,a
Cirta Syphacis ſedes. 431,a. ſunt regia. *ibid.*
Circenſes. 431,a
Ciſta ſignata. 597,b
Ciſternæ apud Iudæos mundæ. 736,b
Cithara regibus & ducibus frequens olim. 726,a. ſingulis conuiuis pulſata. *ibid.*
Citharæ deſcriptio. 728,b. quot chordas habuerit. *ibid.* eius figura. *ibid.*
Ciuica corona. 357,b. eius vſus perpetuus. 358,b
Ciuile quid, & *ciuilis modus.* 36,a
Ciuilis verbi diuerſa ſignificata. 36,b
Ciuiliter. *ibid.*
Ciuis boni & ambitioſi differentia. 4,b
Ciuem ſeruare plus eſt quam hoſtem occidere. 358,a
Ciues ex ſociis. 592,a
Ciues multos ſeruaſſe quam occidiſſe laudabilius. 44,b
Ciuium Romanorum priuilegia magna. 384,b. de eorum capite Pop. R. ſolus iudicat. *ibid.* eorum elogium. 385,a
Ciuitatem Rom. parcius dat Auguſtus. 592,b
Ciuitate potior ſolitudo, peſſimo æuo. 838,b
Clamor militaris. 390,a. vetuſtiſſimus. *ibid.* victoriæ index. 390,b
Clanis fluuius Italiæ. 183,a. quare ita dictus. *ibid.* alius apud Pictones. *ibid.*
Clarius Apollo. 268,a
Claſſicum in ſuppliciis. 230,a. vnde dictum. 230,b
Claternæ oppidum Piceni agri. 214,a
Claua Herculis. 91,b
Claudia Franc. Regina, Franciſci I. vxor. 637,b
Claudia familia non longe a

Capitolio humata. 40,b
Claudiana familia. 673,b
Claudiana tempora. 625,a
Claudiorum decus in Germanico. 334,b
Claudiorum gens. 446,b
Claudiorum ſuperbia. 20,a
Claudij Appij Regillani ſæuitia. *ibid.*
Claudius frater Druſi. 335,a
Claudij Druſi, Tiberij fratris elogium. 13,a. Germanicus dictus. 13,b
Claudij Druſi ſuperbia. 20,a
Claudius Imp. ſeruus ſeruorum ſuorum. 602,a. a Seneca Neroni poſtpoſitus. 758,b
Claudius Imp. in fœminas ardentiſſimus. 257,a
Claudius imprudens nuptias vxoris ſignat. 597,a
Claudius imp. in ſuum nomen iurati patitur. 39,a
Claudius ordinem Equitum fœdauit. 167,b
Claudius imp. ſua neſciens. 579,a. lenitare rabiem vxoris innutriuit. *ibid.*
Claudij Cenſura multis rebus nobilitata. 595,b. 596,a. quo anno illa Cenſura. 596,b
Claudij liberti omnium mortaliũ domini. 600,a. opimi. 602,a
Claudij mos, inauditos damnare. 624,a
Claudij ſtoliditas. 625,a
Claudij timor de Senatu. 461,a
a Claudio diſcuſſi eum viſentes an ferrum haberent. 785,a
Claudius Æſopi Tragœdi heres. 454,a
Claudius Marcellus Auguſto ſucceſſor deſtinatus. 11,b. princeps æquus nihil in Auguſtum molitur. *ibid.*
Claudij Pulchri ſuperbia. 20,a
Claudius Quadrigarius, Annalium ſcriptor. 2,a
Claudius Senecio. 665,a
Claudius Tiberius Nero. 20,b
Claues portarum datæ Tribunis. 93,b
Claui caligarũ militarium. 120,b
Clauſtra. 282,b. 283,a
Clauſus Sabinus. 594,a
Clemens Iupiter. 141,a
Clementiæ templum. *ibid.*
Clementia peculiaris virtus Iulij Cæſaris. *ibid.* Clementia Caligulæ. *ibid.* Clementia principalis, ſeu principum. *ib.*
Clementiæ ara in medio vrbis Romæ. *ibid.*
Clementia Romana. 140,b. 141,b. culta apud Athenienſes. 140,b
Clementia multum, ſeueritas parum proficit. 47,b
Cleopatra, Siren Ægyptia. 698,a
Clepere & rapere differunt. 435,a
Clepſydræ forma. 98,b
Clericorum adulatio in dominas. 302,a. magiſterium & reuerentia. *ibid.*
Clientes patronis obuiam ibãt. 341,a. eorum in patronos amor & veneratio. 341,b. ſequebantur patronos in bello. 141,b. ab ijs præſtita iura patronis. 387,a. eis chare venditus diuinum patronatus. 174,a
Clientelæ in Rep. vetere. 174,a
Clinæ natio Cilicum. 559,a
Cloacina Venus. *ibid.*
Clœlij duo. 686,a
Cluſium vetus & nouum. 534,a
Cluuienus Cluuij filius. 675,b
Cluuius Rufus hiſtoriogr. 675,b
Clypeatæ imagines. 311,b
Clypei mille apud reges Iudæos. 310,b. in templis paganorum. 311,a. in bibliothecis poſiti. 311,b. aureus clypeus Caligulæ. *ibid.* ad exemplum Germanici patris. *ibid.* ad inſigne decus ponebatur. *ibid.*
Cocceius Nerua I.C. 495,a. 818,a. magnis rebus occupatus. *ibid.* eius villa. *ibid.* diſcipulus Labeonis. *ibid.* ab Auguſto amatus. *ibid.* de iure reſpondit anno 16. 818,a
Coccinum diſtinguit reges ab aliis. 545,a
Coccinus color qui purpureus. 280,a
Cochenille. 273,a
Coches, nomen Gallicum, vnde. 224,a
Codicillorum nomen generale. 478,a. quomodo capiantur a Iuriſconſultis. *ibid.*
Codones vel Cudones. 279,b
Cœlaletæ vel Cœllaletæ, populi. 381,b
de Cœlibatu tollendo Auguſtus ſtudioſus. 238,a
Cœlibum pœna ſublata. 366,a
Cœlum, domus ſpectanda. 794,b
Cœmeteria vnde dicta. 151,b
Cœna. 711,a. adiecialis. 291,a
Cœnacula. 42,b
Cœnatio. 710,b
Cœtus tumultuoſi Romæ. 72,a
Cogitatio quibus contaminatur. 109,a
Cogitationes variæ, & vanæ. 575,b
Cognationis turpitudinem reuelare prohibitum. 615,b
Cognito. 692,b
Cognomentum, quando in vſu. 87,b
Cohors Prætoria. 29,b. regia. *ibid.* Socratica. 835,a
Cohors vnaquæque vexillum habebat. 107,b
Cohortes auxiliariæ. 130,b. *vrbanæ* quæ. 37,a. *legionariæ.* *ib.* Prætoriæ duplices. 99,b. vna Prætoria, altera quaſi Prætoria. *ibid.* cohors amicorum. 100,a
Cohortes pro *Cortes.* 431,b
Colaphi ſeruis incuſſi. 395,a. colaphiſare. *ibid.*
Colchi. 441,a
apud Colchos circumciſio marium & fœminarum. 319,a
Colchis regio. 441,a
Collatio. 710,b. 711,a
Collegium tres faciunt. 372,a. Collegia quid apud I. Conſultos. *ibid.* artificum. *ibid.* nationum. *ib.* magiſtratuum. *ibid.*
Colligere vaſa. 82,b
Collum pars mulieris amicabilior. 715,a
Collo obtorto rapi. 242,b
Colobia. 679,a
Colonia ad Rhenum dicta Agrippina. 103,b. 707,a
Colonia Neroniana. 740,a
Coloniæ principum funus ducentes. 331,a
Colophon. 268,a. Homeri & Nicandri patria. *ibid.*
Color luteus. 790,b. ſanguineus. *ibid.* flammeus. *ibid.* puniceus. *ibid.*
Colores tres principales veſtium. 273,a
Columnæ in foribus domorum & templorũ. 351,b. ſtriatæ. 330,b. fulcatæ. *ibid.* vnde mortuis. 37,b. 38,a. ex ijs araneæ deiectæ. 342,a
Comarum cura muliebris. 711,b
Comæ pluma ſuperbiæ. *ibid.*
Comas laniare in luctu. 86,a
Comagena. 773,a
Comagenæ. 275,a
Comes domeſticorum. 30,a. magiſtratuum. 99,b. principum ante & retro. 590,b. togati. *ibid.* ijs cœna data. *ibid.* poſtea ſportula. *ibid.* deinde cœnæ. 591,a
Comites. 99,b
Comites iuuenum. 89,a
Cometes ſidus. 735,a. continuatum dictum. 735,a,b. aſſiduum tempore Neronis. 735,a. Cometes innoxius. *ibid.* non impune viſus. *ibid.*
Comiſſationes. 642,a,b. priuatæ. 642,a. exoſæ omnibus populis. *ibid.* noctu factæ. *ibid.* vnde dictæ. 642,b

Comiſſatoria

Commiſſatoria cœna. 670,b
Comitatenſes. 30,a
Comitatus arctus. 495,a. ampliſſimus Gracchi. *ibid.*
de Comitatu Paganorum. 118, b. 119,a,b
Comitia a Cæſaribus ad patres tranſlata. 66,a
Comitia populi a Iulio Cæſare diuiſa. 66,a. 67,a. ab Auguſto verbis, non reipſa reſtituta. 66,a,b. a Tiberio rapta. *ibid.* & 67,a
Comitas grauitati mixta, principibus decus. 40,a
Comitialis morbus. 672,a. eius accidentia. 672,b. cauſæ. *ibid.* magnorum virorum. *ibid.*
Commeantes litteræ. 480,a
Commeatus. 465,b, in ſagata & togata militia. 625,b. a Senatu petitus. *ibid.* commeatus delinquendi. *ibid.*
Commeatus militum. 479,b
Commendationis ambientium magiſtratum formula. 67,a
Commentarienſes. 1,a
Cōmentarij rerum priuatarum. 490,a. Numæ & Seruij regum. *ibid.* Eumenis regis. *ibid.* Auguſti & Tiberij Impp. *ibid.* Claudij. *ibid.* Cyri regis. *ibid.* Agrippinarum matris & filiæ. *ibid.*
Cōmentarios conficiebant omnes priuati apud Rom. 489, a,b. multi parum ſinceritatis habuere. 489,b. 490,a. Commentarij diſtincti ab hiſtoriis. 490,a
Commerciacenſis puella toto triennio a cibo & potu abſtinuit. 548,b
Commilitones ſocij. 85,b
Commoda militiæ. 76,a. primum in ſtipendiis. *ibid.* deinde in priuilegiis. *ibid.*
Commodus Imp. coloſſi Herculis amputato capite, ſui imaginem repoſuit. 171,b
Commotus. 139,q. 140,a. 561,b
Comœdi noui & veteres quam diſpares. 182,a. Comœdia palliata. 282,a. vetus. 579,b
Comœdiæ ſtatariæ. 358,b
in Comparatione aut laus, aut vituperium iugens. 56,a,b
Compedes. 208,a
Compellabant ſe Romani nominibus aut prænominibus. 635,b. ſi dignitas accederet, ex dignitate. *ibid.*
Comperto. 692,b
Compertum quid. 17,a
Compertum flagitij & *de flagitio.* *ibid.*
Compitales epulæ. 788,a. lares. 291,b. & ludi. *ibid.*
Complexus forma. 589,a. quomodo fiebat. 715,a. collo brachiis circumdato. *ibid.*
Componere, quid. 385,a
Compotoribus ab Imperatore data Reip. munera. 533,a
Concædes. 128,b
Concenturiare. 123,a
Concha Venus edita. 224,b
Cytheriaca. *ibid.*
Concharum nuclei, vniones. 401,a
Conchyliata veſtis. 273,a. quomodo a purpurea differat. *ibid.*
Concinnatore inconcinno nihil ineptius. 730,b
Concipere vota. 297,a
Concitare, Concitator. 569,a
Conclamationes mortuorum. 332,b
Conclaue. 42,b
Conclauia vmbroſa in luctu. 303,b
Concordiæ ædes a Camillo vota. 5,a. a Tiberio ſtructa. 35, a. multæ etiam aliæ Romæ. 5,a
Concordia & potentia comites. 439,b
Concordia in matrimonio laudata Romanis. 323,b
Concubinatus a legitimis nuptiis diſtinctus. 603,a. damnatus Chriſtianis. *ibid.*
Condicto. 692,b
Conditor, etiā ad fœminas. 627,b
Conditoria. 329,b
Confarreatum matrimonium. 456, a. vide Matrimonium Confarreatum.
Conferta. 711,a
Conferta acies. 555,b
Confeſſio auricularis in Eccleſia ſub D. Auguſtino. 178,b
Confricatio genuum. 57,a
Congiaria potentiorum. 369,b. etiam Cæſarum. *ibid.* & 370, a,b
Congruens, verbum auctoribus vſitatum. 442,a
Congiaria Cæſarum ad mulcendam plebem. 445,b
Conglobatus. 111,a
Conia Præneſtinis pro *Ciconia.* 63,a
Coniugalis nox. 600,a. coniugalis licentia carmine deſcripta. *ibid.*
Coniugum comitatus gratus. 375,a
Conlocare verbum Salluſtianum. 550,a
Connectere verſus. 730,b
Conſanguineorum connubia vetita. 615,b
Conſcientia famæ poſtponitur. 778,a
Conſcientia noxæ pro ſcelere habetur. 524,a,b
Conſcientia prauorum eſt pelagus. 530,a. accuſatrix prima in homine condita. 530,b. pro occulta ſcientia. 459,b
Conſcientia vexati mali. 721,a. poſt ſcelus. *ibid.*
Conſecrata crux. 169,b. conſecrata Imperatoribus non diſtrahuntur. 170,a
Conſecratio etiam apud paganos. 170,a
Conſecratus. 668,b
Conſecratus & inteſtabilis. 809,a
Conſerta acies. 555,b
Conſidius Proculus. 516,a. canis delatorius Tiberij. *ibid.* ſtatim exanimatus. *ibid.*
Conſilium malum in conſultorem. 506,a
Conſilio bellum temperandum. 158,b
Conſobrini. 616,b
Conſolatio inter ſe principum veterum. 65,b. qui mos a Iudæis. *ibid.*
Conſpicuus fide. 351,b
Conſpuere fontes nefas. 736,b
Conſpurcare aquas. 784,b
Conſtantinopolis, antea Byzantium. 277,a. eius natalis. 516,a
Conſtantinus Imp. 9,a
a Conſtantino imagines Principum e ſignis ſublatæ. 122,b. gladiatorum ſpectacula. 178, a. 179,a
in Conſtantini obitu luctus ingens. 71,a
Conſtat ratio. 27,b
Conſternatio. 157,a. vnde deductum. 157,b
Conſualia. 626,b
Conſudes. 128,b
Conſul ſine impedio rara auis. 67,b
Conſuli Senatus deeſt, non Senatui Conſul. 105,a
Conſules 25. vna die. 4,a. etiam pueri. 4,b. & ſerui. *ibid.* & eunuchi. *ibid.* etiam equus Caligulæ Conſul deſignatus. *ibid.*
Conſules non populis, ſed ſibi conſulentes. 4,b. in purpura cum faſcibus, diebus ſolennibus. 503,a. qua ætate facti. 591,b
Conſulum munia. 4,a. ornatus. 4,b, veterum pictura. 30,b. vota. 503,a. excepta a Senatu. *ibid.*

in Conſulum tutela Reges & exteræ nationes. 295, a
Conſulibus aureæ togæ. 64, b. ab ijs ludi exhibiti. 68, b
Conſulatus anno 42. vet. Rep. 635, a
Conſulatus ſummi imperij nomen. 4. a. partitum in duos. *ibid.* prouocationi obnoxium. *ibid.*
Conſulatus gradus. 28, a. morituri omen ſub Cæſaribus. 28, b
Conſulatum perdidere Cæſares. 4, a
Conſulatus fratribus dati. 678, b. & ijs qui ex eadem familia. *ibid.*
Conſultatio quid apud Iuriſconſultos. 479, a
Conſultatio deorum per diplomata ſignata. 597, b
Conſultationes. 831, a
Conſus. 626, b, conſilij Deus. 717, a
Conſi ara. *ibid.*
Contactus quibus contaminatur. 107, b
quæ Contaminantur. 109, a. auditus. *ibid.* cogitatio. *ibid.* viſus. 109, b. contactus. *ibid.*
Conteſtari. 118, a, b
Contignatio. 792, b
Contractus ſignati. 597, b
Contraria contrarijs aluntur. 707, b
Contubernia militum amicitias firmabant. 127, a. plerunque ex affinibus & proximis. 354, b
Contumacia & deprecatio, oppoſita. 275, b
Conturbare quid. 688, a
Conuitioſi barbari. 144, b. & dij paganorum. *ibid.* vt ruſtici. *ibid.* vt ſerui. *ibid.*
Conuiuales fabulæ. 529, a. ſocij. 291, a
Conuiuium buccina admiſſum. 783, b. non dimiſſum. *ibid.* Cyclopicum, 291, b. Tigellini forma & luxu mirum. 788, a
Conuiuij dominus in imo loco. 347, b
Conuiuia conuiuas ad ſceletum redigunt. 531, a. Chriſtiana, vt diuites pauperioribus cōmunicent. 294, a
Conuiuia ex immolatorum parte. 290, a. in nuptijs. 599, b. tempeſtiua, & intempeſtiua. 707, b. 708, a
in Conuiuijs data ordine cithara. 670, b. loquaciorum garrulitas. 403, a
Copia. 706, a. pro abundantia. 439, b
Copis pro copioſo. 439, b
Coquin, Gallicum, vnde. 249, a
Cor veneuatum igne non abſumitur. 298, a
Cora, & Corara, idem. 240, b
Corbio Hortenſius. 762, a
Corbulo. 760, b. 783, a, b. foſſam producit exemplo Druſi. 584, b. moleſtus, quod probe munere fungeretur. 373, b. inde tamen ſibi adſciuit conſulatum. *ibid.* ſub iniquo etiam principe. *ibid.* eius elogium. 689, b. in eum inuidia. 218, b
Corbulo Domitius quis. 372, a. eius virtutes. *ibid.* corpore ingens vt animo. *ibid.* felix ſi ſub alio principe. *ibid.*
Corcyra Phæacum patria. 327, a. ab ea Corcyræi Piratæ dicti. 327, b
Cordus pro *Codrus.* 415, a
Cordus inedia mortuus. 474, a
Cordus Cæſius. 425, a. Cremutius. *ibid.* tragœdus. *ibid.*
Cordus Cremutius. 471, a
Cordi oppoſiti ſenecionibus. 425, a
Corinthus. 518, a, b
Cornelia Caluiſij Sabini vxor. 375, b
Cornelia lex de ſicarijs. 826, a. teſtamentaria, quid. 749, b
Cornelia clades. 568, a
Cornelius Balbus. 428, a. ſtructor theatri. *ibid.* primus in roganda ſententia. 428, a
Cornelius Cinna. 115, b. *vide* Cinna.
Cornelius Nepos Annaliū ſcriptor. 2, a. multa paucis tractauit. 3, a
Cornelius Seuerus. 795, a
Corner l'eau. 784, a
Cornua cur fluminibus. 103, a
Corona Cæſarum deorum radiata. 51, b
Corona ciuica. 197, b. auream primus Piſo dedit. 198, a. auream & roſtraram Agrippæ Auguſtus. *ibid.* decus ſeruati ciuis. 357, b. materia vilis, ſed honore grandis. *ibid.* honeſtum donum. *ibid.* teſtis viræ & ſalutis acceptæ. *ibid.* Ciceroni cenſa. *ibid.* virtutis inſigne clarum. *ibid.* iligna. *ibid.* mox ex æſculo. *ibid.* eius vſus perpetuus. 358, a
Corona in triumpho. 68, b
Corona & circulus, idem. 403, b
Coronæ ab Ionibus. 276, a. a dijs in manib. portatæ. 286, b. aureæ. 276, a. fœneæ. *ibid.* deorum aureæ. a, b. in capite & in collo. 176, b. quid hoſpitale coronarum donum. *ibid.* querceæ. 310, a. ex auro ſolido. *ibid.* & ornatæ gemmis. *ibid.*
Coronamenta primum florea. 276, b. etiam in conuiuijs. *ibid.* poſtea frondea. *ibid.*
Coronatio in natali. 526, b
Coronatus populus omnibus diebus ſolemnibus. 502, b
Coronatæ victimæ & miniſtri ſacrorum. 51, b
Corpus calcare irreuerentia. 158, a
Corporis curandi ratio. 350, b. nudatio ante aduſtionem. 301, 1, b
Corpora mortuorum vnguentis condita. 332, a. floribus aſperſa. 332, b. condebant Iudæi. 149, b. & Græci. *ibid.* & Ægyptij. *ibid.* incendebant Romani. *ibid.*
Corpora vrere. 826, a. odoribus diffarcire. *ibid.*
Corpora ingentia, tardiora. 98, b. parua habiliora. 211, a. vaſta difficilius mouentur. *ibid.*
de Corporibus defunctorum apud Chriſtianos magna cura. 528, b
Corripere, vim ſonat. 673, b
Corſica latronibus obnoxia. 322, a
Cortem ruri habebant. 431, b
Cortis aues. *ibid.*
Cortes. 237, b
Coruinus 100. annorum ſenex. 42, b. eius honores. 43, a
Coruini facundi. 38, a
Coruinus Meſſala. 228, b
Coruus ſalutator. 635, b
Cos inſula. 251, a. nobiliſſima. 304, a. conchyliis laudata. *ibid.* Aſclepiadarum, Hippocratis & Philetæ mater. *ibid.*
Coæ veſtes. 304, a
Coa veſtis nuditas. 231, b. quæ ita dicantur. *ibid.* primum fœminis vſitatæ. *ibid.* mox viris. 232, a. eius inuentrix. 232, a
Coa veſtis a Valentiniano prohibita. 232, a
ex Co inſula frumentum Romam aduectum. 406, a
Coſa. 240, b
Coſſutianus Capito. 687, b
Cotta Aurelius. 688, a
Cotta Meſſalinus. 38, b. 228, a, b. facundus. *ibid.* diſertus. 228, a. culinarius Senator. *ibid.* ſubagreſtis orator. 420, a
Cottæ crudeles ſententiæ. 424, a. proles non degener moribus. 524, a, b
Cotte de mailles. 388, b
Couini Belgici. 224, a

Courtiers,

Courtiers, quaſi Rei curatores. 627,a

Corys duos tantum ventos norat. 214,a

Crabrones non irritandi. 437,a

Craſſus Carris perijt. 5,b. nomen optimi meruit. *ibid.*

Craſſo viuenti nihil, mortuo deficit ſepulcrum. 5,b

Craſſus & Pompeius iuncti apud auctores. *ibid.*

Credendum non omnibus & per omnia. 522,b

Credito, ex vſu Taciti. 348,a

Cremandorum corporum mos. 40,b

Cremonæ excidium. 680,b

Cremutius Cordus. 425,a. 471,a. eius acuta vox & pungens. 428,b

Crepidæ dictæ ſoleæ. 280,b. 281,a

Crepitacula ex ære. 98,b

Crepuſculum vnde dictum. 116,b

Creta Minois regnum. 366,b. cunæ Iouis. *ibid.* ex ea frumentum Romam aduectum. 406,a

Creta cur argentaria dicta. 93,b. creta Aſiatica obſignatæ litteræ. 597,b

Creticus Longinus. 693,b. cenſor Rom. facundiæ. 694,a

κρῖ pro κριθή. 63,a

Crimen vernaculum. 104,a

Crinium laceratio in luctu. 328,b

Criſpinus, 572,a. egentiſſimus. *ibid.* magiſter equitum Neronis. *ibid.* libertus Claudij. 572,b. Ægyptius. *ibid.* Claudij domini orbis, dominus. *ibid.*

Critolai eloquentia. 61,b

Crobili barbarorum. 217,a

de Crœſo vaticinium. 286,a

Crudus vir. 41,a. vinea. *ibid.* exordia. *ibid.* virgo. *ibid.* fictile. *ibid.* ſenectus. *ibid.* ſalutatio. *ibid. crudi ſeruitij dies.* 41,a

Crupellarij. 388,b

Crux Chriſti inſignis. 92,a. ideo adorata a principibus Chriſtianis. *ibid.* Crucis adoratio. *ibid.* & pictura. *ibid.* quæ in vexillis. *ibid.* crux & Chriſti nomen in armis, ſignis, clypeis & galeis militum. 93,a. gemmis ornata. *ibid.* facta ex ſolido auro. *ibid.*

Crux conſecrata. 169,b. in ea periurium. *ibid.*

Crux, ſeruorum ſupplicium. 395,a

Crucis ſignum ſeu vexillum. 78,b. hemiſphærio coronatū. 51,b

Crucis ſigno frontem terere. 228,a. eo notati Chriſtiani milites. 74,a

Crucis tactu curabant Chriſtiani. 171,a

Cruci adfixi ſerui nequam. 507,b. & prædones. *ibid.* & ſtatuæ tyrannorum. *ibid.*

Cryptæ meretricum. 317,a

Cteſiphon. 561,a

Cteſiphon nunc quæ olim Seleucia. 298,a

Cubicularij. 750,a,b

Cubiculum in thalamo. 601,a

in Cubiculis Chriſtiani orabāt. 42,b. cubabant veteres, & edebant, & ſcribebant. 42,b

Cudere litteras. 423,b. fallaciam. *ibid.* monetam. *ibid.* libros. *ibid.*

Cudones. 279,b. vel codones. *ibid.*

Cuiuſque, vox Tacito familiaris. 113,b

Culpæ verbum in re obſcœna. 364,a

Cultus facit idolomaniam. 50,a

Cumæ Homero inuiſæ. 25,b

Cuminum edebant Portij Latronis diſcipuli. 501,a

Cunctari. 118,b

Cuneus. 746,b

ex Cupiditate omnia ſcelera. 748,a

Cura ſuprema, vel *vltima*. 22,a

Curatiſſimis, pro *accuratiſſimis*. 62,b

Curatius, pro *accuratius*. *ibid.* 218,b. 630,b

Curia, quid. 744,a. pellita. *ibid.* fidum & altum Reip. pectus. 27,a

Curiæ veteres. 616,b. vnde dictæ. *ibid.* in quibus fœneratores. *ibid.*

Curio fax bellorum ciuilium. 760,a. turpis qui in cenſu bella ciuilia habuit. 43,a

Curioſitas nimia damnum parit. 345,a. pudicitiæ infeſta. 375,b

Curis ſeu Quiris. 358,b. haſta dicta. 52,a

Currus primum ex argentario plumbo. 68,b. mox ex argento. *ibid.* etiam auro. *ibid.*

Currus triumphalis inter Circi pompas. 68,a,b. inſigne honoris non vulgaris. *ibid.*

Curſores Romæ. 179,a

Curtius Atticus. 495,a

Curtius Rufus, qui ſcripſit de geſtis Alexandri. 585,b

Curulis ſedes ex ebore. 309,b. ſignis ornata. *ibid.* ea in priuatis & publicis locis vſi. *ibid.*

Curulis ſella. 783,a

Cuſtodia, quid. 360,b. pro cuſtoditis. *ibid.* & cuſtodientibus. *ibid.* militaris cuſtodia & carcer oppoſita. *ibid.* reorum diuerſæ cuſtodiæ. *ibid.* quandoque tribunis datæ. 362,a. & centurionibus. *ibid.* & militibus. *ibid.*

Cuſtodia Conſulum. 362,a. & magiſtratuum. *ibid.* fideiuſſorum. *ibid.* ſui ipſius. *ibid.*

Cuſtodia duplex mulierū. 607,a,b. vna honoris, altera oneris. 607,a

Cuſtodia acris. 191,b. libera. *ibid.* delicata. *ibid.* aſpera. 361,b. militaris quæ. *ibid.* ad eam milites deputati. *ibid.*

Cuſtodia publica. 380,a

Cuſtodia dicitur tutela. 377,a

Cuſtodiarium. 361,b

Cuſtos Baro apud Francos. 377,a

Cuſtodes iuuenum. 69,a. Principum qui. 30,a. Leopardi. 361,b

Cuſtodes fœminis dati Eunuchi. 608,a. etiam viris. *ibid.* cuſtodum officium. *ibid.* etiā viris cuſtodes ab vxoribus dati. *ibid.* & fœminæ nobiles virginibus. *ibid.* Cuſtodes a fœminis decepti. 608,b

Cybaritæ. 450,a. Cybaritici canes. *ibid.* Cybaritica negotia. 450,b

Cybeles ſacerdotes guloſi. 320,a. eius templum adire, Conſulum munus. 4,a

Cyclades omnes habuere quid præcipui. 319,a. vnde dictæ. 270,b. nitentes. *ibid.* per eas via. 270,a,b

Cyclopes. 415,b

Cyclopicum conuiuium. 291,b

Cylindri. 564,b

Cyme. 253,a

Cyniphij. 261,b

Cypreſſus funeribus dicata. 570,b. & Diti. *ibid.* ea non vſus populus in funere. *ibid.*

Cyprus tota Venerea. 418,a. Macaria dicta ob affluentiam. *ibid.* locuples. *ibid.* maxima inſula. *ibid.* inſula olim κεραστὶς ſeu cornuta dicta. 418,a

ex Cypro frumentum Romam aduectum. 406,a

Cyrenaica. 731,b. 732,a

Cyrene vrbs. 425,a

Cyrenenſes. 731,b

Cyrenenſis regio. 425,a

Cyrinus Sulpitius. 392,b

Cyri vita fœlix, mors infelix. 417,b

Cyrrum oppidum. 275,a

Cythera inſ. 424,b. Cretæ vicina. *ibid.* alta. *ibid.* in quam

Venus aducta. *ibid.*
Cytheris. 424,b
Cytherius Antonius dictus. 135, a. 424,b
Cyzicum vel Cyzicus in Aſia. 475, a,b. libertatis damno mulctatum. *ibid.* ianua Aſiæ. 282,b

D

DÆmones iidem qui dij gentium. 293,a
Dahæ vbi. 190, a. vnde dicti. *ibid.*
Dalmatia Illyrici prædatrix. 262, b. victa a Martio Conſule. *ibid.*
Dalmaticum mare. 339, a, b. ſuis & extraneis crudele. 340,a
Dama, ſeruorum commune nomen. 609,b
Damnatorum veſtes diſruptæ. 140, b. pœnæ ad exemplum. 397, a. ijs tituli. *ibid.* corpora eorum crucibus relicta. *ibid.*
de Damnatis in inſulam. 523,b. imagines in funere ſublatæ. 434, a. cur vetitæ. 434, b
Damnatis ſacerdotibus vittæ ruptæ a carnifice. 140, b
Dandari. Dandaridæ. 622, a
Daniel ſomniorum interpres. 220, b
Danubius, fl. 122, b. a Nilo ſecundus. 289, b. ſeptemplex. *ibid.* eius ſeptem oſtia. 283, b
Daphne ſuburbium Antiochiæ. 310, a, b. & porta. *ibid.*
Daphnes lucus inaduertenter incenſus. 53, a
Daphnitica porta Antiochiæ. 298, a
Dare ſimpliciter, pro *dare ſententiam.* 481, b
Dares Phrygius falſo dictus. 165, a
Darij epitaphium. 187, a
Daui a Dacia. 17, a
Dauus, ſeruorum commune nomen. 609,b
Deboræ regnum. 20, b
Debuccinare. 271, b
Decemuiri legitimi biennales. 4, b. ambitioſi plus quam triennales. 5, a. creati ob factiones patrum. 5,a. ab iis ſeruati libri Sibyllini. 177,a
Decimatio. 357,a. vetus apud Romanos. *ibid.*
Decius pro patria ſe deuouit. 594, b
Declamationes in Senatu vt in caſtris. 446,a
Declamatoribus acclamationes factæ a diſcipulis. 446,b
Declamatoris ſcholaſtici & aduocati diſcrimen. 695,a
Declinare. 566,b
Decocta, inuentum Neronis. 671, a. eius forma. 671,b
Decoctores. 688,a
Decretum eſt Senatus. 456,b
Decreta Eccleſiæ. 79,a
Decrius. 356, a. vel Decurius Calpurnianus. 608,b
Decumana porta. 157,b
Decuriatus. 123,a
Decurionatus. *ibid.*
Decurſiones. 271,a,b. funebres. 194, a. factæ ab Equitibus Rom. *ibid.* Pyrrhicæ dictæ. 194,b. a Troiæ ludis. *ibid.*
Dedicata ſtatua non diſtrahitur. 169,b
Deditionis formula. 768,a
Dedititiorum & captiuorum diſcrimen. 767, b. in eos clementia. *ibid.*
Deducere, & *Deduci.* 247,b
Defarinare. 271,b
Defectio militum Imperatoribus haud placuit. 122,a
Deformes Chriſto oblati a Chriſtianis. 168, b. & a paganis in ſacris Ægyptijs. *ibid.* apud Iudæos prohibitum. *ibid.*
Defuncti laudatio in funere. 450, a. epitaphia. *ibid.* prælatæ imagines in funere. 450,b
Defuncti dies natalis quotannis ab heredibus celebratus. 527,a
Defunctorum votum, ſepultura. 150, b. in os gleba pro ſepulcro. *ibid.* & ter vocata nomina. *ibid.*
Defunctis optata quies. 42, a
in Defunctos cura. 719,b
Deillius, qui Delius. 46,b
Delatores a Tiberio repreſſi. 408,a. exitio ipſo exitioſiores. 168, b. præmiati. 831, a. mali ſæculi indicium. *ibid.* eorum gens exitioſa. 467,b. præmia aut a lege, aut a principe. *ibid.*
Delineare. 781,a
Delos inſula. 251, a. ſacra paganis. 414. a. an vmbilicus terræ. 414,b. ἄδηλος, immota. *ibid.* ante fluctuans. 415,a. eadem & Ortygia. *ibid.* templo & oraculo mirabilis. 319,a
Delphici templi deſcriptio. 268,a
Delphos. *ibid.*
Delubra, vnde. 418, a
Demarathus. 580, b
Demaratus Corinthius. 580,b. Tarquinij Priſci pater. *ibid.*
Demenſum quid. 73, a
Demetrius rex. 704,a
Demetrius Cynicus. 641, b
Demetrius libertus Pompeij. 362,b. 665,b. eius theatrum. *ibid.*
Demittere vultum. 142,a. vel *caput.* *ibid.*
Demoſthenes veneno periit. 558,a
Denarius. 76,a. eius forma. 76,b. pro 10. aſſib. in militari ſtipendio. 76, b. in aliis pro 16. *ibid.*
Dens Theoninus. 135,a
Dentati Siccij vulnera. 75,a
Dentheliates ager. 481,a
Denuntiare inimicitias. 299,a
Deportatio ſucceſſit interdictioni aquæ & ignis. 363, b. dicta mors. *ibid.* Deportatus ciuitate carebat. *ibid.*
Deprecantes genibus aduoluebantur. 824,b
Deprecatio & *contumacia*, oppoſita. 275,b
Deprecatio iudicum. 223,a. barba demiſſa, impexo capillo. *ibid.* flendo. *ibid.*
in Deprecatione imagines maiorum geſtatæ. 223, a. & fœminæ admiſſæ. 223, b. rei laudabantur a parentibus. *ibid.* pedes iudicum oſculabantur. *ibid.*
Deprecationes. 259, a. in Principib. necandis. 806,a
Deſcrobare. 271,b
Deſieuner. 710,b
Deſolationes moleſtæ deſolatis. 719,a
Deſolatus. 102, b. Deſolatio abominationis. *ibid.*
Deſpuere. 784,b
Deſubdere. 271,b
Detetere, pro *deterrere.* 7,b
Deterrere. 7,b. 8,a
Deuirginare. 438,b
Deuotiones quibus inferis capita deuouebant. 298,b
Deus credendus, bonorum & malorum vltor. 723,b. imperia dat & aufert. 10,b
Dei prouidentia erga homines. 460,a. qui eos regit. *ibid.* non fortuna. *ibid.* exaltat & humiliat. *ibid.* a Chriſtianis edocta grauiter. 641,a
Deo dicata diſtrahi non poſſunt. 169,b
Deum qui colit, colit & ſacerdotes. 561,b
Deo maſculo ſacerdos fœmina. 55,a
Dij honeſte & iuſte precandi. 379,b
Dij gentium & dæmones, idem. 293,a. ficti & facti ex neceſſitate. 443,a. mortales, Reges & magiſtratus. 64, b. mendicâtes. 728,b. ſeipſos ſeruare

non

non poſſunt. 744, b. venditi, pignori dati, &c. 169, b. ſine ſimulachro interdum culti. 51, a. ſine templis. 50, a. in arboribus nidificantes. *ibid.* in vrbium portis. 107, b. nixibus patientium præſidentes. 11, b. ex turpiculis rebus. 49, b. ex paſſionibus. *ibid.* ex morbis. *ibid.* ex nummis. *ibid.* ex locis. *ibid.* a mortalibus immortalitate donati. *ibid.* fabulæ. *ibid.*

Dij atriatij. 54, b. cubiculares. *ibid.* bibliothecarij. *ibid.* diales. *ibid.* nocturni. *ibid.* prouinciatum. 292, a. Germaniæ *ibid.* magni, minutique & patinarij. 292, b. Deorum Carthaginenſium euocatio. *ibid.*

Dij domorum. 292, b. vicorum. *ib.* itinerum. *ib.* compitorum. *ib.* thermarum. *ib* agrorum. *ib.* fontium. *ib.* ſtabulorum. *ib.* ciuitatum. *ibid.* perſonarum. *ibid.* deaurati. 51, b. miniati apud Ægyptios. *ibid.* amant colores. *ibid.* veſtiti more hominum. 52, b. vnguentari. *ibid.* inſertati. 53, a. lucernati. *ibid.* velati, & quare. 53, b. meridie abſconditi. *ibid.* porrectis manibus geſtabant coronas. 286, b. coronati. *ibid.* ſceptra habentes. 464, b

Dij penates. 198, b. magni. *ibid.*

Dij deæque. 476, b. 477, a

Deorum cateruas ridet paganitas. 49, a, b. eorum triginta millia. 49, b. eorum maior numerus quam hominum. *ib.* eorum cultus. 50, a. aræ. *ib.* templa. *ib.* habitus. *ib.* ſacerdotes. 50, b. ſacrificia. *ib.* conſultationes per diplomata ſignata. 597, b. effigies. 51, a. in templis ex ebore. 286, b. earum materia. *ibid.* lapides effigiati, vncti & coronati. 53, a. ad formam chariſſimorum hominum. 54 b. eorum ſtatuis imagunculæ dicatæ. *ibid.* imaginibus, ſacræ menſæ. 293, a. eorum oculi aurei. 51, b. barba aurea. 52, a. eorum omnis cultus in auro. *ibid.* ornamenta. 51, a. initio exiguæ ſtatuæ. 52, a

ad Deorum iras mala referebant Pagani. 118, a. vt clades. *ibid.*

Deorum nomina templis inſcripta. 53, b

Dijs marinis datur cæruleus, glaucus & vitreus color. 51, b. coronæ. *ibid.* inaures. 52, a. haſtæ. *ibid.* ſceptra. *ibid.* gladij. *ibid.* annuli. 52, b. veſtes literatæ. *ibid.* monilia. *ibid.* ornatrices. *ibid.* vela. 53, b

Dijs ſacrata pagani nunquam diruebant. 194, a

Dijs aduerſis. 205, a

Deos habere irarum quadrigas. 118, a. nihil curare putabat Nero. 723, a. & Epicurei. 840, b. de dijs diuerſa Græci ſentiunt. *ibid.* non habent curæ ſecuritatem mortalium, ſecundum Tacitum. 641, a

Dexter, propitius. 206, b

Dextra apud homines obligat. 577, a

Dextræ datæ ad fidem. *ibid.*

Dextram attinere. 111, a

Dextræ in fœderibus. 277, a. & in Dextris religio. *ibid.* ſecuritatis ſymbolum. 277, b

Dextræ contactus morientibus. 301, a, b

Diaconium. 34, b

Diaconorum munia. 79, b

Diadema regium. 272, b. 464. a. apud Mauros album. *ibid.* apud Rom. etiam. *ibid.* apud Perſas ex albo & purpureo. *ibid.* in regib. faſcia eſt. 810, a

Diales qui, & vnde dicti. 410, a

Diana Epheſiorum. 492, a. quæ. 415, a. non venatrix, ſed altrix & multimamma. *ibid.*

Dianæ Leucophrynæ fanum. 416, b

Diana Limenetis, *vel* Limnetis. 481, a. Triuia. 417, a

Diaria militum. 73, a

Δίκαιος veſtis ſacerdotum. 55, b

Dicæarchia. 740, a

Dictatores qua ætate facti. 591, b

Dictatura ſemeſtris. 4, b. ante tempus depoſita. *ibid.*

Dictitare. 351, a. Tacito frequens. 699, b

Didius Auitus. 634, b

Didius Gallus. *ibid.*

Didymus memoria exeidit. 536, b

Dies crudi ſeruitij. 41, a

Dies quo Iulius Cæſar trucidatus, pro natali vrbis habitus. *ibid.*

Dies facti & nefaſti, feſti & profeſti. 694, b. otioſi aut negotioſi apud Rom. 693, b. 694, b. feſti. *ibid.* Sabbathini & non Sabbathini. 694, a. feriarum Latinarum conceptiui, non ſtatiui. 475, a. qui a Conſulibus indicebantur. *ibid.* in exequijs veterum Chriſtianorum obſeruati. 528, b

Diem quomodo partiti Chriſtiani. 202, b

Dierum verba. 1, b

Dietæ. 42, b

Digiti Mineruæ dicati. 57, a. pro lingua. 94, b

Digitis crepantibus imperatum ſilentium. 94, b

Dignitas vbi maior, ibi inferiorum puſillitas. 576, b

Dignitatis cuſtodes habitus. 314, a. eius comes grauitas. 117, a

Diligere pro *deligere.* 437, a

Diloricare veſtem. 608, b

Dina, curioſa. 375, b

Dindyma. 416, b

Diogenis eloquentia, 61, b

Dionyſia dictus Hortenſius. 135, a

Dionyſius Græcus C. Cæſaris rector. 393, b

Dionyſij tyranni ſcelus. 521, a

Diræ. 548. Megæræ ſorores. *ibid.* vno partu editæ a Nocte Tartarea. *ibid.* earum exempla apud Tragicos. *ibid.*

in Diſceſſu doloris expreſſio. 715, b. 716, a, b

Diſciplina & labor, duo militum munia. 71, b

Diſciplina militaris, pacis belique medium. 689, b. ſcrobes metitur. 815, b. ea territi hoſtes, pacem centum annorum petebant. 691, a

Diſcordia deſpectû gignit. 10, b

Diſiectus, qui ſparſus. 106, b

Diſiunctus, qui ſeparatus. *ibid.*

Diſner. 710, a

Diſſidia militum ab ira deorum. 118, a

Diſſimulatio regnantibus commoda. 506, b. contra Remp. peſſima res. 459, b. in temulentia difficilis. 671, a

Diſtorti Auguſto peroſi. 169, a

Diſtrahere. 21, b

Diuellere. 349, a

Diues iniquus aut iniqui heres. 684, b

Diuitem a luxu retrahit neceſſitas vel ſatietas luxus. 406, b

Diuitum patronatus. 174, a. clientibus chare venditus. 174, a

Diuitibus omnia larga. 719, a

Diuinatio quid. 343, b

Diuinitas hominib. tributa. 324, b

Diuiſio militũ ſeditioſorũ. 122, b

Diuiſiones. 527, b

Diuiſores. 585, b

Diuitiæ aut a nobilitate, aut ex claritudine. 407, a. glorioſæ ſordes. 749, b

Diuortium Carbilij. 598, b

Diuortium ob adulteriũ. 255, b. per extruſionem domus. 299, a

D M. pro *demum.* 138, b

D N. pro *dein.* *ibid.*

Δῶ pro Δῶμα. 63, a

Dolabellæ adulatrices ſententiæ. 424, a. Dolabellæ etymon. ibid.
Dolor fortibus veritatem non elicit. 810, b. medicina doloris. 403, b
Doloris magni aculei. 489, a
Dolus in auctorem. 501, b. doloſo viro nihil crudelius. ibid.
Domeſtici. 30, a
Dominarum veneratio ſeu ſalutatio. 302, a. in eas clericorum adulatio. ibid.
Dominationis verbum frequẽs Tacito.
Dominatio magna, magna ſeruitus. 44, a. miluus ibid. multorum non bona. 27, b. pedetentim ſtruenda. 10, a
Dominationi nemo ſapiens fidit. 33, a
Dominus conuiuij in imo loco. 347, b
Domini iuriſdictio in ſeruos. 379, b
Domini & magiſtri in publicatione bonorum. 543, a
Domini necis ſuſpicio cadit in ſeruum. 686, a
Domino occiſo omnis familia plectitur. 950, a
Domini dicti imperatores. 325, a. & Senatores. ibid.
Domitia Agrippinæ infenſa. 675, a
Domitia vxor Paſſieni. 545, b
Domitianus. 778, a, b. Germanicus dictus. 105, a. delatores caſtigauit. 88, b. caluus. 494, b. Iuliam corrupit. 256, b. 257, a. pædagogiorum familijs delectatus. 447, b. Martiali deus. 54, b
Domitiani pœna in adulteros. 258, a
Domitius vete Romanus. 3, b. auus Neronis. 153, a. emptor familiæ Auguſti. ibid.
Domitius Afer turpis eloquentiæ mucro. 487, a. fallax & callidus. ibid. vt vitam arte redemerit. ibid. vt Caligulam irriſerit. ib. quo modo in gratiam redierit cum Agrippina. 488, a. eius & Seruilij differentia. 732, b
Domitij Caluini artes. 238, a
Domitius Corbulo. 372, a
Domus firmatur libetis. 598, a. ſceleſta & impia. 101, b
Domus nitelarum cura. 341, b. 342, a
Domus aureæ miſerorum pœnis extructæ. 794, b. damnatorum labore veſtitæ. ibid. clauſæ in funere. 333, b. & in iuſtitio. ibid. vnguẽtatæ. 342, b
in Domorum cacuminibus, horti. 328, a. & nemora. ibid. ſolaria. ibid. & cœnacula. ib.
Dona, ſeu Donaria templis oblata. 286, b. militib. data. 123, b
Donis milites corrupti. 9, b. ijs capiuntur mulieres. 697, b
Donarium Eccleſiæ. 34, b
in Donarijs vota inſcripta. 297, b
Donatiuum militi. 635, a. in eo coronati milites. ibid. aurei dati. 635, b
Dos quando debita. 46, b
Draconarij. ibid.
Dracones barbarorum ſigna. 78, a. etiam apud Roman. 79, b
Druidæ. 741, b. 742, a. Gallorum magi. 742, a. homines Mercurio immolabant. 742, b. carminibus Annales ſcripſere. 2, a. hominum immolatores. 249, b. eorum luci. 742, b
Druis, rex. 742, a
Druſilla dicta ab Antonio Liuia. 35, a. Agrippæ filia. 628, b. aſcendentem in cœlum vidiſſe ſe iurat Geminius. 538, b
Druſilla Longina marito erepta a Caligula. 48, a
Druſillanus Rotundus, libertus Claudij Imp. 602, a
Druſorum nomen clarum. 229, a
Druſus Agrippæ filius. 628, b. inedia mortuus. 474, a
Druſus crudelis. 18, a
Druſus Germanicus dictus. 105, a. 135, a. & Imperator. ibid. Germanici frater. 122, a. b. in Germania multum ſudauit. 122, b. homo impuriſſimus. 381, a. matri chariſſimus. 16, b. eius interitus. ibid. eloquentia. 99, a. & ſecuritas in dicendo. ibid. eius vitam ſcripſerat Auguſtus. 16, b
Dubitare, pro in dubium euentum date. 640, a
Dunum, mons. 630, b
Ducere. 130, b
Ducere prouincias. 410, a. vxorem. ibid.
Duorum ſalutationes in caſtris. 365, b
Durities virtutem ſapit. 688, b
a Duumuiris primum ſeruati libri Sibyllini. 177, a
Dux gregis caper. 130, b
Dux laudandus qui victoriam incruento exercitu refert. 129, b. eloquens militum amor, hoſtium tremor. 205, a. eius caput detectũ. 211, a. nudum. 211, b. in pluuia & ſudo cœlo. ib. eius circumſpectio. 631, b. deſertio ingens ſcelus apud Rom. 357, a
Ducis generoſi eſt hoſtem ſemper ſpectare. 357, a
Ducis magni munia a Silio deſcripta. 689, b
Ducis nihil agere niſi ex ſuo, nõ militum arbitrio. 124, a. eius ſeueritas militiæ vigor. 583, b. ſub oculis miles in pugna inuictus 211, a. eius verba inſtãte prælio fulmina ſunt. 205, a
Duces dati a Coſſ. Rom. & a Senatu. 548, b. priſci Rom. beati. 548, a. contecti ferinis pellibus. 201, b
Ducum Romanorum mos. 203, b. eorum obteſtationes pugnæ tempore. 205, a
Dyrrachium vnde dictum. 17, a

E

EBriorũ ſermo exceptus. 529, b
Eburnea domus. 794, b. 795, a
Ecbatana caſtrum. 784, a. poſtea ciuitas. ibid. a quo condita. ibid.
Ecbatanæ Carmeli. 784, a. Medorum. ibid.
Eccleſiæ pro aſylis. 413, b. 414, a. cœmeterijs concluſæ. 414, a
Eccleſiæ theſaurus, & donarium. 34, b
Ecferre. 585, a
Ecfodere. ibid.
Eclipſis Solis ingens ſub Nerone. 723, a
Edicta Iul. Cæſaris aureis litteris. 409, a. Epiſcoporum. 31, a
Edicta ad cogendum Senatũ. ib. quandoque non publicabantur, ſed legebantur. 989, a
Edictis populum monere & arguere, moris erat. 579, a
Eductus pro *educatus*. 442, a
Educatores. 89, b
Effigies Cęſarum in ſignis. 437, a
Effigies deorum ex qua materia. 51, a. ad ſimilitudinem clariſſimorum hominũ. 54, b
Effigies cereæ & laneæ. 298, b. 488, a. non dedicatæ. 425. b. principum in funere. 335, a
Effigies populus erigebat in gaudio, proruebat in odio. 514, b
Egeriæ vnde dictæ. 180, b
Egnatius. 47, b
Egnatij tres. 839, b
Eiulatio. 333, a
Eiurare bonam copiam. 667, b. magiſtratum. 614, b. iudicem. ibid. bonam copiam. ibid.
Elb fluuius, qui Albis. 294, b
Eleemoſynæ in pauperes. 686, b
Elephantina inſula vbi, 287, b
Eloquentes non facit fortuna. 312, a
Eloquentia Auguſti clara. 56, b. laudata

laudata multum. *ibid.*
Eloquentia improba. 133, a. mercenaria. 574, b
Eloquentiæ miſcenda grauitas. 355, a
Eloquentia anxia nihil amœnius. 57, a
Eluius Cinna a pop. Rom. diſceptus. 115, b
Elymæi. 561, b
Em pro *Eum*. 493, a
Emendatio orbis tentata principibus viris. 704, a
Emptio cum libripende. 153, a. a Iudæis. *ibid.* apud Rom. *ibid.*
Emptor familiæ, & pecuniæ, idem. 153, b
Encænia Iudæorum ramalia. 343, a
Encebolius Sophiſta. 158, a
Enguerrantij ſtatua. 763, a
Enna, ciuitas. 425, b
Ennia Macronis vxor. 562, a. ad ſtuprum ſolicitata. *ibid.*
Ennia Næuia. 562, a. Traſilla. *ib.*
Ennienſes. 425, b
Ennius Annales Rom. verſu ſcripſit. 2, a
Enſis. 461, a
Enſis & pugio militum arma. 111, a
Enſe donati victores. 198, a
Enſe tracto iurabãt Bulgari. 171, a
Enſes humeris pendentes. 111, a
Epaminondas. 744, a
Epaphroditus libertus Neronis. 809, a
ἐπιμελές. 1, b
Epheſij. 491, b. & Mileſij coniuncti. *ibid.* eorum Diana. 492, a. portus. 836, a
Epheſinum templum, cur moles dictum. 287, b
Epheſus. 491, b
Epicurus in ſcribendo perſpicuus. 468, a
Epidaphne dicta Antiochia. 310, b. eius ſuburbium amœnum & ambitioſum. 310, b
Epidauri templum Æſculapij. 452, a
Epigrammatum par egregium de Licinio & Carone. 723, a, b
Epiphane pro *Epidaphne*. 310, b
nec Epiſcopo, nec Regi licet lacrymari. 151, b
Epiſcoporum edicta ianuis fixa. 31, a. ingens authoritas apud Chriſtianos. 48, a. ab eorum contemptu initium hæreſis. 48, b
Epiſtolæ inuidioſæ. 216, b. lino obligatæ. 597, b. earum vincula dente rupta. *ibid.* mane conſcriptæ. *ibid.*
Eponæ deæ ædicula. 50, a. ornata. 782, b
Eprius Marcellus. 687, b
Epulæ ad conciliãdam gratiam Deorum & hominum. 783, b. grati animi indicia. *ib.* in gaudio priuato & publico. *ib.* feſtis diebus. *ibid.* in ludis. *ibid.* funebres ad leniendum dolorem. *ibid.* comiſſatoriæ. 715, b. conuiuales. 788, a. Vitellij prodigioſæ. *ibid.* nundinariæ. 529, a. Thracum virtutes. 291, a
in Epulis ſacrificalibus totus dies abſumebatur. 291, a
Epulati hilariter qui de nece ſibi inferenda cogitabãt. 227, a, b
Eques in pedes poſitus. 630, a
Equites Bataui. 152, b. vel e litore Oceani. *ibid.* Cæſariani in Gallia qui. 313, a. eorum tranſuectio Pariſijs. *ibid.* honorarij principalium fœminarum. 607, a. Iulio Cæſari excubitores dati. 522, b. ſub Iulio & Auguſto mimi. 727, a. arenarij. *ib.* modici qui. 167, a. qui illuſtres. *ibid.* Equites Rom. dites, extranei pauperes. *ibid.* Eques alienus. 167, b. ſignati. 94, a. Hieroſolymitani. *ibid.*
Equitũ ordinem fœdauit Claudius. 167, b. eorum tranſuectio. 312, b. inuenta a Q. Fabio Rullano. *ibid.* in ea arborum equitum quinque millia. *ibid.*
Equuleo Romani vſi in quæſtione. 206, a, b. retortis brachijs. *ibid.*
Equus ſegmentatius. 82, b
Equi albi nullo rectore victores in Circo. 578, a. 596, a. concitati in caſtra hoſtium. 157, a. in mare præcipitati ad leuandas naues. 214, b. Parthis amati. 187, b. quibus dati. 771, a
Equorum alborũ quinque millia in tranſuectione equitum. 312, b. equi albi quomodo naſcantur. *ibid.* ex aquis primum. *ibid.* vel ex artificio equiſonum. *ibid.* ſacrificia. 556, b. 557, a. ornatus. 557, a
ab Equis victæ hominum artes. 578, a
Equitatus Parthicus. 197, b
Eripere. 673, b
Erucæ, Venerei cibi. 421, a, b
Erycus mons. 482, a. Eryx. *ibid.*
Erycina Venus. *ibid.*
Erythra. 538, b. Erythræa Sibylla. *ibid.*
Eſcarlatte violette. 273, a. *rouge*. *ibid.*
Eſcendere. 576, a, b. 585, a. 728, b
Eſcenſus. 576, a, b
l'Eſpee & le poignard. 110, b
Eſquiliæ atræ. 229, b. Suburbanæ. 756, b
Eſquilina porta. 229, b. 755, b
Eſquilini veneficij Pontifex. 298, b
Eſſerninus Marcellus. 38, a
ἑστία. 34, a
Eteoclis & Polynicis diſcordia etiam in rogo communi. 439, b
Etruria prodigiorũ petita. 441, b
Euander Arcas. 580, b
Eubœa altera Sicilia. 266, a. continenti abſciſſa. *ibid.* ex ea frumentum Romam aduectum. 406, a
Eucerus Ægyptius. 763, b
Eudemus medicus. 458, a
Euerritor. 529, a
εὔχων. 144, a
Eugium canum. 712, a
Euinctus. 561, a
Eulogiæ populo datæ a potentioribus. 245, a. ob nuptias. *ibid.* ob honores adeptos. *ibid.* ab hæreticis non accipiendæ Chriſtianis. 274, b
Eunuchi geſtatores lecticarum. 224, b. vt fierent caſtrabantur. 447, b. *vide* Spadones.
Euocatus Remmius. 296, a
Euocatorum legio. *ibid.*
Euphrates altus. 277, b. magnus. *ibid.* vnde dictus. *ibid.*
Euphrates increſcit ad modum Nili. 557, a. gignit papyrum vt Nilus. 557, b
Euripus fons. 502, b
Eurymedon Gigantibus imperitauit. 382, a
Exactor mortis. 349, b
Exauctoratio militis Chriſtiani. 113, a. voluntaria. *ibid.* coacta. *ibid.* dignitatis in togata militia. *ibid.*
Exauctoratus. 113, a
Excolebat, pro Extollebat. 568, a, b
Excommunicationum ſententiæ. 79, a
Excubiæ vrbanæ, quæ. 37, a
Execrationes publicæ. 548, b. priuatæ. *ibid.*
Exequiæ apud Iudæos. 826, b. publicæ. 392, b. earum ritus. *ibid.* & 393. a
Exercitiũ militare. 108, a. 271, a, b
Exercitus pro *exercitatus*. 442, a
Exercitus vnde dictus. 271, a
Exercitus, armata Reip. familia. 73, a. fulgens. 91, b. luſtratus. 781, a. ſub pellibus. 689, a. tanti quanti imperator. 583, b
Exercituum clades inter inſigniora mala. 118, a
Exfundatum. 693, a

Exigere pœnam. 349,b
Exilium, exitium. 88,b
Exilia turpia vitioſis & Othonibus, honeſta probis & Catonibus. 700,b
Exoletum, quid. 749,b. exoleta virgo. *ibid.*
Expendere. 623,a
Expetibilis opera. 834,a
Expiatoria animalia. 102,a
Exploratores viatum ante imperatores. 81, b.82,a
*Expreſſum.*80.b. Exprimere.81,a.
Exprimere carnem ieiunijs. 80,b
Expuere in maria. 784,b
Exſatiatus. 227,b
Ex ſe nati. 586,a,b
Exſufflare immunda. 784,b
Extollebat,pro *Excolebat.* 568,a
Exuerræ. 528,b.529,a
Exules poſt mortem non lugebantur. 723,b
Ezates. 619,b

F

FAba peruerſe ſeritur. 330, b
Fabij, quaſi Fauij. 550,a
Fabius loquax. 22, a
Q.Fabius Maximus. 309,b.310, a. in bello magnus. 638, b. in pace Pop. Rom. pater. *ibid.* pater patriæ in caſtris dictus. 164, a
Fabius Pictor. 806, b. Annalium ſcriptor. 1,b
Fabius Rullianus princeps Senatus. 6,b
Fabius Ruſticus hiſtoriogr.675,b
Fabricij frugalitas. 639,b
Fabulæ conuiuales. 529,a
Faces in funere. 334, a, b
Faces nuptiales. 791, a. cur quinque. 791, b
Faceriæ de principe ſunt lethales. 512, a, b. ne per iocum quidem promendæ. *ibid.* militibus frequentes. 86,b
Facies inhonora. 92,a
Facies mentis ſpeculum. 59,a. indicium infirmitatis. 741,b
Facundia præceps. 355,a. 422, a. tuetur ciues. 804,a
Fagutalis Iupiter. 498,a
Falces ahenæ. 98, b
Fama, aduocatorum merces. 574, b. in nequitijs libidinum magnum naſum habet. 615, a. iuuenalis. 398, b. paucorum matrix & æmulatrix. 389, a
Famæ fames, hiſtoricorum vitium. 7, b
Famæ mos. 308, a, b. & natura. *ibid.* qui Famæ credit, infamiæ eredit. *ibid.*
Famæ multi perditæ bonam frugem negligunt. 404, a
Famæ non creditur a Iuriſconſultis. 424, a. tandiu viuit quandiu mentitur. *ibid.*
Fames dirum tormentum. 548, a. ſub Claudio Imp.638,a.per 7. dies Romæ. *ibid.*
Familia. 86, a. omnis occiſo domino plectitur. 950, a. etiam vxoris familia. *ibid.* ſeruorum. 348,a
Familiæ nomen quid apud I. Conſultos. 153, b
Familiæ emptor. 153, b
Fannius Bolanus. 771,a
C. Fannius Annalium ſcriptor. 2, a
Far quid. 456,a
Farinam facere, quid. 573, a
Fas patriæ. 198, a,b. Fas idem quod licitum. θέμις. 198, b
Faſciarum multa genera. 809, b. pectorales. *ibid.* crurales. 810, a. pedulares. *ibid.* capitales. *ibid.*
Faſcinum. 488, b. inuidiæ medicus. *ibid.* in triumphantium curru. *ibid.* & puerorum collo. *ibid.* contra illud verba præfata. *ibid.*
Faſtis radi ignominioſum. 353, b. addi glorioſum. *ibid.*
Fatum quid. 16, a. quid apud Chriſtianos. 16, b. ſæpe morti opponitur. 16, a
Fata inertia. 543, b
Fatis omnia dat Tacitus, & Horatius. 840, b
Fauoniorum nomen noniugratum in vet.Rep. 835.b
M. Fauonius Catonis ſimia. 835, b
Fauſta omina. 514, b
Felicitas rara; regis mater, & vxor & filia. 637,a
Felicitate perduntur principes. 277,a
Felis aurea Rhadaris culta. 52, a
Feles puetatiæ. 520,b. virginariæ. *ibid.*
Feneſtræ vnctæ. 342, b
Fenius Rufus. 755, a
Ferdinandus rex Hiſpaniæ. 704, a
Feriarum Latinarum dies.475,a
Ferocia ignauiæ oppoſita 816,a
Ferritribaces. 388, b
Ferrum deponitur ab intrantibus Senatum. 785,a
Ferrum terere, & *ferratum eſſe.* 388, b
Ferri candentis tactu iurabant Pagani. 171, a
Ferri depoſitio ſubmiſſio eſt. 785, b
Ferula caſtigati adoleſcentes. 88,a.ſerui cruciatus. 395, b
Feſtinare. 422,b
Feſtiuitas vernacula. 104,a
Fidenæ. 497,a. quas euertit Mamercus Æmylius. *ibid.*
Fidei obſeruantiſſimi priſci Romani. 79,b
Fidiculæ. 226,a
Fictile crudum. 41,a
Ficus Ruminalis. 707,b. & Nauia. 707,b
Fimbria Ilium funditus deleuit. 267,b
Filia & mater, nomina pietatis. 63, b
Filia nubilis. 377,a. cui maritum parentes quærere debēt.*ibid.*b
Filius obſequio, pater imperio. 352, a
Filius patrem accuſans eradicabitur. 475,b
Filij cædē imperat pater. 690,a
Filij milites in contubernio patris militiam diſcebant. 358,b
Filios etiam noxas, parentes amant. 676,a
Filles de chambre. 360,b
Fiſcellæ. 114,a
Fiſcinæ. *ibid.*
Fiſcus Cæſaris.522,a.rapit quod non capit Chriſtus. 426,b
Fiſcus bonorum principū.683,b
Fiſci ærarium. 113,b
Fiſco diuiſum ærarium. 521,a,b. 523,a
Fiſcorum duo genera. 114,a
ad Fiſtulas pugnabant Thraces. 485, b
Flabella praſina. 448, b. & ex myrto. *ibid.* & ex pauonum cauda. *ibid.* & ex lino. *ibid.* morientibus flabella. *ibid.*
Flagella dicti palmites vitium. 87,a. ex vimine. 88,a. ex ſalice. *ibid.* ex vlmo. *ibid.* ex lauro. 88,b. ex betula. *ibid.* ſcirpica. 87,b
Flagra oſſillata & nodata. 395,a
Flagitium. 356,a
Flagitij primitiæ, quid. 437,b
Flagitribæ & Flagriones ſerui. 180,b
Flagris pueruli caſtigati. 88,a
Flamen Dialis mortuos non tangebat.151,b. tamen exequitur funus. *ibid.*
Flaminij vxor quatenus in poteſtate viri. 456,b
Flamini Diali abnoctare vrbe non licitum. 410,a. multa conceſſa. 606,a
Flaminia via. 340, a. a quibus ſtrata. *ibid.*
Flammare. 85,a
Flammeum quid. 790, a, b. vnde dictum. 790.b. cuius coloris. *ibid.* Flammea vela ſanctimonialium. *ibid.*

Flauius

Flauius cur explorator. 581,a
C. Flauius Puſio. 46,a
Flauus ſiue aureus color. 103,b
Flauus Tiberis. 176,a
necFlere licet ſub tyrannis.532,b
Fletus inquies. 334,a
Florens, verbum Taciti. 385,a. *florentia* lumina. *ibid.*
Florētia Anthorentia dictaGræce. 182,b. 183, a. Roma vetuſtior. 183,a. eius elogium. *ib.*
Florentini olim Fluentini dicti. 182,a
Flos arborum. 385,a. alacritas vini. *ibid.*
Flos, hominum vita. 300,a
Flores quidam a longo beneolentes. 125,b
Flores viuis & mortuis. 762,b. hominibus gratis ſpar ſi. 763,a
Florum quidam aurei. 103,b
Fluentini olim dicti Florentini. 182,a
Flumentana porta. 225,b
Fluminum aquæ ſacræ. 736,b
Fluminibus cur cornua. 103,a
Fluuij ſacri paganis. 183,b. eorum dotes. *ibid.* vtiles in exercitu. 630,a
Fluuios in equis armati traiiciebant. 198,b
Fœdus ante altaria, 577, a. datis dextris. *ibid.*
Fœdus ſancire. 576,b. 577,a. *icere.* 577, a
Fœdera ſanguine humano icta. 640,a
Fœderum tria genera. 290, a. ſine ſacrificio non fiebant. *ibid.*
in Fœderibus dextræ. 277, a. ex more victimæ. 783,a
Fœmina indeliberatum caput. 807,b. in ijs Germani aliquid prouidum putabant. *ibid.* bonam qui habet magnum theſaurum habet. *ibid.*
Fœmina parit quinque. 791, a.
Fœminæ Chriſtianæ veſtis atrata. 686,a
Fœminam præſidere ſignis, dedecus. 632,b. 633,a. præſertim Romanis. *ibid.*
Fœminæ a maritis radios habent. 59,b. a maſculorum concubitu purgabantur. 154, b. appetētiores voluptatis. 376, b. auri appetentiſſimæ. 374, b. harpyæ. *ibid.* captiuæ in triumphum ductæ. 141,b. per mollitiem frangebant verba. 63,a per vniones iurabant. 171, a. quædam viris viriliores. 768, a. quæ ſuperfœtant. 48, a. turbatæ exitium canunt. 743, b. caſibus aduerſis ſuas ſuperſtitiones iniiciunt. *ibid.*
Fœminarum deprecantium forma. 839, a. eorum ductu bellare ſolitum Britannis. 20, b. genus nugarum geſtiens. 401, b. libido coercita. 314,a. lictor vnio. 64, a
Fœminis regnata ſola Indorum regio. 20, b
in Fœminis honores moderandi. 64, a. fœminæ ſublimitatis auidæ. *ibid.* ob pudicitiam honoratæ. *ibid.* in ijs magna virtus pudicitia. *ibid.*
Fœmineum genus plenum vltionis. 674, a. fœmina baccha bacchans vbi furit. *ibid.*
Fœnius Rufus. 677,a
Fœnus funus vrbis. 541, a. ex eo ſeditiones. 541, a, b. in mortem parentum ſtipularum. 580,a. quod prohibitum. *ibid.*
Foliorum aculei. 58,a. & cultrati mucrones. *ibid.*
Fontes vrbis Romæ. 174,b. in Academia oculis ſalubres. 664, a. non turbandi. 736,b. non conſpuendi. *ibid.* apud Iudæos mundi. *ibid.* virgines habiti apud paganos. 737, a, b. & ſacri. 183, b
Fontium aquæ ſacræ. 736, b. capita ſacra. *ibid.*
Fonteius Capito. 455, b
Fordabos. 803, b
Fordicidium. *ibid.*
Fores æratæ. 400, b. vnctæ. 342, b. vdæ. *ibid.*
Foreſt de Bieure. 415, b
Forma coroporis inſignis. 191, a,b. initio indecora, mox pulcritudine præcellens. 437,a,b
Formiæ ſedes antiqua Læſtrygonum. 802, a
Fornix olidus meretricum. 317,a
Fortis fortunæ ædes. 243,a. a Seruio condita. *ibid.* a Nerone iterum constructa. *ibid.*
Fortitudinis vera exemplaria. 75, a
Fortuna fœmina. 371, b. inſolentes ludos ludit. 354,b. dormientibus dat imperia. *ibid.* muliebris & maſcula. 779, a. magnos ludos facit in principum rebus. 641, a. non facit eloquentes. 312, a
Fortuna priuata vniuſcuiuſque. 756, b. 757, a. per heri fortunam iurabant. *ibid.* Fortunæ priuatæ templum a Seruio rege. *ibid.* Seia. 757, a. publica. 722, a. eius templum. *ibid.* priuata. *ibid.* prudentiæ oppoſita. 812,a
Fortuna Q. Metellum pontif. vt maritum coluit. 426, b
Fortunæ facinora. 164, b. eius templum a Sylla Præneſte conditum. 802, a
Fortunæ variantis varia nomina. 426, a. humanorum negotiorum rea. *ibid.* Fortuna dubia, plebeia, maſcula, bonæ ſpei, blanda, Auerrunca, Virgo, Conuertens, Bene ſperans. *ibid.* fortuna fortitudinum. 426, b. priuigna. *ibid.* parua. *ibid.* muliebris. *ib.* obſequens. *ibid.* Antiana. *ibid.*
Fortunæ virili dicatæ virgines nudæ ſpectabantur. 469, a
de Fortuna quid Pagani ſenſerunt. 127, b. & Chriſtiani. *ibid.*
Forum Iulium Narbonenſe. 287, b
Forum Rom. æſtuarium idolomaniæ. 57, a
quod Forum Romæ, ſigna ſunt in caſtris. 94, b
in Foro multæ ſtatuæ. 763, a. qui cremati. 40, b
Foſſa nauigabilis a Druſo. 584,b. & a Nerone. *ibid.*
Fracti ſoni. 734, a
Fræni aurei dati victori. 198, a
Franci cum enſe & pugione. 110, b. veteres obſeruantiſſimi iuriſiurandi. 79, b
Francorum Laconica. 27,b. eorum partes. 107,b
Francorum Regum mortuorum ſtatuæ. 265,b
de Francis D. Hieronymi teſtimonium. 216, b
Francia regum nutrix. 186, b
Frater. 335,a
Fratris nomine nihil dulcius. 292,a. fratres ſe vocant Reges. *ibid.*
Frater & ſoror honeſta nomina. 614,a
Fratrum concordia, turris fortitudinis. 247,b. perfidia. 671, a. rara concordia. 704, b. 705,a
Fraterna amicitia. 335,a. grande vinculum. 740, b
Fraternæ beneuolentiæ exemplum. 360,a
Fraternitas magnum bonum. 247, b. eius
Fremitus auditi. 743, b
Frigidus, & frigus. 672,a
Frigus & amicitia oppoſita. 472, a
Friguſculum. 472, a
Friſæus, Friſio. 825,b
Friſij maiores & minores. 146, b. ſe Germanos nuncupabant. 704,b
Fritillus regnator. 670, b
Frons Genio dicata. 57, a. & pudori. *ibid.*

Fronto Prætorius. 295, b. ter Conſul. *ibid.* præceptor Antonini phil. *ibid.* Chriſtianus, ſed occultus. *ibid.* præfectus equitum. *ibid.* alius ſub Nerone. 296, a. M. Cornelius Fronto. *ibid.* M. Aufidius Fronto. *ibid.*
Frontonum familia magis clara quam vetus. 295, a. ſcripſerunt de ponderibus & menſuris. 296,a
Fructuarij agri. 442,a
Frugum penuria vnde. 278,b
Frumentariæ prouinciæ. 405,a
Frumentaria porta. 406,a
Frumentatio. 405,a
Frumentum Romæ qui acciperent. 681,b
Frumenti adeps & medulla. 144,a
Frumenti duæ peſtes, pluuia & vetuſtas. 776, a. publicis horreis condebatur. 776, b. in partibus Tiberinis. *ibid.* menſores admetiebantur piſtoribus. *ibid.* mox plebeculæ diſtribuebatur. *ibid.* a gradibus altis. *ibid.* nouum poſt vetus capiendum. *ibid.*
Fufius Geminus. 532,b
Fufius Conſ. 509,a. 510,a
Fugitiuorum pœna. 396,a
M. Fulcinius. 344,a
Fulcinius Trio. 222,b. Tiberianæ crudelitatis flabellum. *ibid.*
Fulgur triſulcum. 803,a
Fulgura frequentia. 802, b. pro oſtentis. 803,a
Fulguratrix legio dicta. 86,b
T. Fullonius 150. annos vixit. 596, a
Fulmen proceras quercus ferit, non dumeta. 762,a
Fulmine tactus non condebatur. 150,a
Funalia in mortualibus. 334,a,b
Funebris cœna Chriſtianorum. 528,a. olim quam ſobria. *ibid.* quæ poſtea. *ibid.* & ſeptimo die fiebat. 528,b
Funebri pompæ aderant mulieres. 333,b
Funebres decurſiones. 194,a,b
Funerarias imagines non ſequi, graue. 228,b
Funereus comitatus. 330,a
Funes ex palmetis. 88, a. & ex ſpatro. *ibid.* qui thomices dicti. *ibid.*
Funus Cenſorium, quid. 454,a. quo ductum. *ibid.* vnde dictum. *ibid.*
Funus polluit. 151,b
poſt Funeris deductionem a publico abſtinebant. 333,b. & domos occludebant. *ibid.* & in funere etiam. *ibid.*
in Funere candelæ & faces. 334,a. carmina. 335,a. præficæ, tibicines. 335,b. 336,a,b. effigies principum. 335,a. laudationes pro roſtris. 450,a. prælatæ imagines. 450, b. maiores in oratione recenſiti. *ibid.* lectis pluribus vti glorioſum. 828, a. inuerſo ordine omnia procedebant. 194, b. 195, a. & ſiniſtra omnia. 195, a. viri gladio, mulieres igne peteuntes. 720,a
in Funere Chriſtianorum thus. 528, b. pſalmi & orationes. *ibid.* epulum funebre. *ibid.* luſtratio familiæ. *ibid.* exuetræ. 528, b. ſeptimus dies ſolennis. 528,b. 529,a. nonus. 529, a. vel trigeſimus. *ibid.* quadrageſimus. *ib.* ſexageſimus. *ibid.* anniuerſarius. *ibid.* epulæ nundinatiæ. *ibid.*
Funera peruerſa. 223,a
Funeribus dicatæ arbores. 570, a. in eis populus cupreſſo non vſus. *ibid.*
in Funeribus omnia inuerſa. 330, b. 331, a in Funere veſtes. *ibid.*
Furax, Harpax, Rapax, nomina militum. 86,b
Furiarum habitus deſcriptio. 741,b
Furti pœna in caſtris. 100,b
Fuſius Conſul. 509,a
Fuſtis, ξύλον. 105,b
Fuſtes, ſeruorum cruciatus. 395, a
Fuſtibus ſubijci. 105,b
Fuſtuarij mos. 105,b

G

G in V mutant Germani. 193, b
Gaba Tiberij ſcurra nobilis. 512, b. 513,a. vnde Gallicum *Gaber.* 512,b
Gabata. 512,a. 513,a
Gabbaras Gigas ſub Claudio Imp. 282,a
Gabinianus Gallus. 388,a
Gabinius Chaucos deuicit. 147, a. vnde Chaucius dictus. *ib.* & Marſos. 147,b
Gad hiſtoriographus & ſacerdos. 1,b
Galatæ. 770,b
Galba parct eloquens. 398. eius ingenium. *ibid.* nobilis. *ibid.*
Galba pauca ſeruãdo imperium omne amiſit. 175,a. ideo culpandus. 175, b. caluus. 494, a. eius ingenium male habitans. 47,a. militia rigida. 552, b
C. Galba frater Imperatoris. 398,b
Galeæ odorantes. 120,a
ſine Galeis Germani. 203,b
Gallæ mulieres, pro *Gallicæ.* 272, b
Galles. 193,b
Galli colore candidi, vultu torui. 204,b
Galli capillati & cirrati. 225, a. carminibus Annales ſcripſere. 2,a. imbelles pace & otio. 583, a. bello acres & pugnaces. *ibid.* diuitiis fracti. *ibid.* φιλέλληνες. 387,b. docti. *ibid.* indociles dicti. 388,a
Gallia a γάλα. 216, b. a Claudio ad Theodoſiũ Romana fuit. 592,a. liberalibus ſtudiis florens. 587, b. nutricula cauſidicorum. *ibid.* maſculis legibus beata. 21,a. ex ea frumentum Romam vectum, 406,a. idque leuiſſimum. *ibid.*
Gallia Narbonẽſis togata dicta. 594, b. quia ius togæ prima habuit. *ibid.*
Galliæ feſſæ, ſeu exhauſtæ. 192, b
Galliarum & Gallorum encomium. 383,a, b. 384,a
Gallici muli. 224,b
Gallicarum ciuitatum priuilegium. 40, b
Gallina alba in ſinum Liuiæ lapſa. 520, a
Gallio tinniebat in declamando, non tonabat. 819, a. eius verbum facetum de Gallione. *ib.*
Gallio Senecæ. *ibid.*
Gallio pater, intimus Senecæ. 523, a
Gallogræcia. 770, b
Gallus Aſinius Pollionis filius. 38, a. 48, b. 49, a. magnus orator. *ibid.* mori optauit. 547, a. crudelitas fruſtrauit. *ibid.* inedia peremptus. 548, a. aſperitate omnia fœdat. 41, a,b. Arabiam peragrat armis. 516, a
Gallus poeta non inamœnus. 829, b
Galli gallinacei in caſtris Rom. 202, a. eorum paria pro ſpectaculo Pergami. 491, b
Ganeæ paratus. 398, a. nidor. 16,a
Ganelon, Gallicum, vnde. 248,b
Garama. 431,a
Garamantes atroces. 431, a
Garçon. 193,b
Gardes du Roy. 30,a
Gardien. 193, b
Garendie. *ibid.*

Gaſtrones.

Gaſtrones. 520, a
in Gaudio albati. 304, b
Gauſapis luteis inuoluti captiui in triumphis. 244, a
Gazophylacium. 34, b
C. Gellius Annalium ſcriptor. 2, a
Gemelli duo ſunt vitæ rarioris. 313, a. nam aut puerpera, aut vnus ex iis extinguitur. 313, b
Gemellam prolem habere, rariſſimum. ibid.
Gemini fratres. 704, b
Geminius Rufus. 538, a. iurat vidiſſe ſe Druſillam aſcendentem in cœlum. 538, b. de ſtirpe illius dubitatio. ibid.
Gemmæ in calceis. 231, a. a Chriſtianis mulieribus datæ pauperibus. 402, b
Gemoniæ a gemitu. 349, a
Gemonij gradus. 349, b. earum deſcriptio. 500, a, b
Genarum laceratio. 328, a
Generos odere ſoceri. 137, b
Genialis lectus. 600, b. eius deſcriptio. ibid. etiam Iudaici. ibid.
Genius ſacramenti militum vindex. 114, b. veſtitus in die natali. 536, a. ei frons dicata. 57, a
Genij paganorum vbique. 292, a. Genius Ægypti. ibid. loci Genius. 292, b. Genij omnibus locis & rebus. ibid. etiam libris. ibid. Genij hominum. 293, a. eorum ſacrificia. ibid. thure & mola ſalſa. ibid. & vino. ibid. eorum ornatus. ibid. effigies menſis adpoſitæ. ibid.
Geniorum natalis. 525, b
Gens du Roy. 455, a
Gentile decus. 622, a, b
Gentium proceres. 277, b
Genua in adoratione contracta. 640, b
ad Genua victi prouoluebantur. 590, a
Genuum adoratio. 57, a. genua miſericordiæ & pietati dicata. ibid. in iis religio. ibid. manus ad genua. ibid. procumbere ad genua. 57, a, b. confricare genua. ibid.
Geon dictus Nilus. 283, b
Georgius Trapezuntius Grammaticus, memoria excidit. 536, b
Germanatum mulierum totum in maritis deſiderium. 141, b
Germani capillari & cirrati. 225, a. carminibus hiſtoriam ſcripſere. 2, a. per ſeſtertia non numerabãt. 201, b. Rom. pecuniæ non ignari. 202, a. ſine galeis. 203, b
Germanorum auſpicia. 557, b. toruus aſpectus. 204, a, b. cur dicti Germani. 204, b
ante Germanos fide & armis nulli. 673, b. apud eos forma ſumẽdi virilis habitus. 439, b
Germania inferior & ſuperior. 18, a. eis Rhenum & Transrhenana. ibid. cœlo truci & ſolo. 138, a, b. magis triumphata a Tiberio quam deuicta. 244, b
Germaniæ laus a Seneca. 384, a
Germanici dicti Tiberius etiam & Druſus. 105, a. 136, a
Germanicus eloquens. 312, a. edoctus. ibid. Græcas ſcripſit comœdias. ibid. epigrammata Græca. ibid. libellum de equo Auguſti. ibid. vertit Aratum ex Græco. ibid. laudatur ab Ouidio. ibid. Caſſium Syllanum præceptorem habuit. 312, b. ſciebat iraſci & ignoſcere. 126, a
Germanicus ſacerdos D. Auguſti. 151, a
Germanicum Agrippina ſecuta eſt in bello. 377, b. cum Roma defleuit. 335, b
Germanici triumphus. 135, a. qui iunior dictus. 135, b. eædes, Tiberij & Piſonis crimen. 348, b. mors cum morte Britannici comparata. 673, b
Germanico maior cum Oceano, quam cum Germanis pugna. 214, b
Germanico non eiuis melior, non dux iuſtior. 111, a
in Germanicum vnde Tiberij liuor. 131, a. Germanico Velleius iniquus. ibid.
Germina de vnionibus. 401, a
γεροντία. 30, b
Geruli ſerui. 224, b
Geta dux Prætorianorum. 603, b
Getulicus Lentulus vir priſcæ nobilitatis. 96, a. a ſumma paupertate ad ſummas opes. ibid. ſed innocenter partas & modeſte habitas. ibid. eius elogium ex Tacito. ibid.
Getulicus. 552, a. eius militia remiſſa. 552, b
Getulici filius gener Apronij. 99, a
Gibaltar. 441, a
Gigantes qui. 382, a. terra geniti. ibid.
Gindarus ciuitas. 577, b
Gindes flumen. 577, b
Gladiator, nomen contumelioſum. 177, b. nihil eo humilius. ibid. vilis. 178, a. homicidæ dicti. ibid. & victimæ. ibid. hoſtiæ publicæ voluptatis. ibid. aut mali ſerui, aut captiui. ibid. aut damnati. ib. edocti etiam a Senatoribus. ibid. mox magiſtri, & horum Rutilius diſcipulus. ibid. edocti aut ad voluptatem vulgi, vel ad tutanda corpora dominorum. ibid. eorum ſpectacula a Conſtantino ſublata. ibid. 179, a. amantiſſimi plebeculæ. 178, a
Gladiatores aut ad ſpectacula, aut ad tutelam. 84, a. Antonio fideliſſimi. ibid. eorum arma. ibid. galea, ſcutum, ferrum, ocrea. ibid. eorum calidus ſanguis contra comitialem morbum. 84, b. lixiuium potabant ad ſananda vulnera. 84, a
Gladiatores Romæ. 179, a. inter ſeruos & in familia. 86, a. pro inferijs mactati. 128, a
Gladiatorum ſpectacula. 685, b
in Gladiatoribus committendis, ſors. 410, b
Gladiolos in cingulis geſtabant mulieres Rom. 564, a
Gladius dictus vnus e libris Caligulæ. 110, b
Gladius poteſt geſtari, & non videri. 807, a
Gladio occumbere, mors Romana. 515, b
Gladij equeſtres. 110. b. pedeſtres. ibid. traditi præfectis præt. ibid.
Glarea, militare ſuccinum. 86, b
Gleba in os pro ſepulcro. 150, b. & ter vocata nomina. ibid.
Globus ſeruorum. 679, b. gladiatorum. ibid.
Gloria, crocodilus. 493, a
Gloria ob bene geſta. 419, b
Gnanus & *Nanus* idem. 23, a
Gomorrhæorum & Sodomæorum crimen & ſupplicium. 693, a
Gothi carminibus hiſtoriam ſcripſere. 2, a
Gothi. 289, a
Gothones. ibid.
Gracchi cur plebeij. 367, b. cur largi in plebem. ibid.
Gracchorum infauſtum genus. 452, b. nomen Romæ celebre. 133, a. eorum elogia a Silio. ibid. praua facundia. ibid.
Gradus militares. 87, a. 389, a
Gradus ſubitarij theatrorum. 733, a
Græcas litteras Romani diſcebant poſt Hetruſcas. 199, b
Græci comites Rom. 188, b. eloquentes & in philoſophia

verſati. ibid.
Græci hominum immolatores. 249, b. in Germania. 138, a. vani. 266,a
Græcorum annales. 1,a
Græcia mendax. 23,b
Græciæ elogium. 188,b
Græcinus Laco præf. vigilum. 428,b
Grammatici litterati dicti. 199, b
Grana pro vnionibus. 401,a
Grandines pro vnionibus. 401, a
Q. Granianus Licinianus. 461,a
Granius, Romanum nomen. *ibid.*
Granius medicus. 461,a
Graphia ex ferro. 516,b. quædam ex oſſe. *ibid.*
Graſſatores in vrbe multi. 679,b
Gratianus Imp. 9,a, tantum honoratis vehicula permiſit. 225, a
Grauitas comes dignitatis. 117,a. miſcenda eloquentiæ. 355,a
Greges puerorum. 447,b
in Gremio chara omnia repoſita. 303, b. gremiis maritorum vxores in menſa innexæ. *ibid.*
Grus grui tradit imperium. 5,a
Grues. 788,b
Guſtario. *Gouſter.* 710,b. 711,a
Guttæ de vnionibus. 401,a
Guberna, pro *Gubernacula.* 63,b
Guerre, pro *Vuerre.* 193,b
Gyaræ petræ, vbi Aiax Oileus concidit. 424,b
Gyarus inſula. 424, b. breuis. *ibid.* viculus tantum piſcatorum. *ibid.*
Gymneſiæ inſ. 695, b
Gymnaſiorum oleum. *ibid.*
Gynæciarij. 492,b
Gyræ petricoſæ. 424,b

H

HAbe pro *Aue* ſcriptum. 568, a
A. Habitus pro *A. Auitus.* *ibid.*
Habilis negotio. 570, b. ad miniſterium. *ibid.*
Habitus cuſtodes dignitatis. 314, a. habitu ſeruos diſtinxit Salomon. *ibid.*
Habitus par gratiam facit. 544,a
Hactenus. 637, b
Hadriaticum mare. 261, b. inquietum. *ibid.*
Hadrumetus. 586,a
Hæc atque talia, ſcribendi modus. 240, a
Hæmus mons. 382, a. vnde dictus. *ibid.* duo maria ſpectans. 382, b
Hæretici a ſeipſis orti. 586, b
Halebardiers. 112,a
Halicarnaſſij. 491, a
Hami, *Agraphes.* 428, b
Hamula. 428,b. 796,b
Harpax, Rapax, Furax, nomina militum. 86, b
Haterius Agrippa. 180, a. eius mores. *ibid.* inter gaudia neces meditans. *ibid.*
Haterius Antoninus. 688, a
Q. Haterius eloquens. 61, a. adulator. *ibid.* mollis. *ibid.* teſtamentorum captator. *ibid.* Tribunus plebis. *ibid.* properantior in dicendo. 61,b. Conſularis. 62, b. 230, a. vecors. 444, a
D. Haterius eius filius. *ibid.*
Hacta Curis dicta. 52, a
Haſta fixa. 542, b. domina dicta. *ibid.* poſita in medio foro. *ibid.* pura. 205, a. 358, a. ciuilis & prætoria. *ibid.* militaris. 358, b
Haſta pura donatus victor. 198, a
Haſta pro auctione. 374,b
Haſtæ folijs intextæ. 91, b. floribus ſparſæ. *ibid.* Germanorum anguſto & breui ferro. 203, a
Haſtarium. 374,b
Haſter, verbum Gallicum, vnde. 61, b
Hebdomas laborioſa. 93,a
Hederæ ambitioſæ. 477, a, b. ſecaces. 87,b
Helena dat in menſa poculum nepenthes. 293,b
Heliogabali pudendum ſcelus. 517,a
Hellanicus in ſcribenda hiſtoria breuis. 3, a
Helluones nec Solem orientem, nec occidentem vident. 381,b. eorum opes non longæ. 49,a
Heluidius Priſcus. 837, a. duo fuere, pater & filius. 837,a,b
Hemiſphærium pro radiata corona. 51, b
Heniochi. 295, a
Henrici IV. cœptum, de iungendis Galliæ fluminibus. 703, a
Heraclius vltimus imperator, quem milites elegerint. 6, b
Herbæ tres ſaluberrimæ. 732,a
Herculania. 234, b
Hercule verbum frequens Tacito. 17, b
Hercules in Aſia verſatus. 416,a
Hercules nominati nepotes clarorum familiarum. 614,a
Herculis magna ara. 626,a. ſtructa ante vrbem conditam. *ibid.*
Hereditatis captator, coruus ad cadauer. 695,b
Herennius præf. vigilum ſub Nerone. 428,b
Herius, nomen Latinum. 180, a
Herman, Germanicum. 249,a
Herminones Germaniæ pop. *ibid.*
Hermunduri. Hermunduli. 289, b
Herodis Attici natalis. 525,b
Herodis Palæſtini natalis. *ibid.*
Herodes Agrippa. 626, a. filius Ariſtobuli filij Herodis. *ibid.* frater Herodiadis. *ibid.* ab Angelo percuſſus. *ibid.* eius impietas. 516,b
Herones. 776,a
Hetruſci vetuſtiſſimi Italiæ. 594, b. aureo ſæculo nati. *ibid.*
Hexaphori lati. 224, b
Hiberi. 441,b
Hibernacula. 162, b. 216, a. ab oppidis longe. *ibid.* militibus moleſtum, ſalubre vrbibus. *ibid.*
Hiems militi inſuauis. 101, a. hieme Iulius Cæſar cepit Ægyptum. *ibid.*
Hieme nauigatio cupidis non interclusa. 326, a, b. mare clauſum. 327, a. a 3. Idus Nouemb. ad 6. Idus Martias. *ibid.*
Hierapolis inſula. 251,a
Hieremiæ threni poſt eius obitum cantati. 335,b
Hiero Siculus frumentum mittit Romam. 405,a
Hiero Laodicenus. 740,a
Hieronis regis canis. 505,a
Hierocæſarea. 252, b. quæ forte Hierapolis. *ibid.*
Hierocæſareæ plures. 417,a
D. Hieronymus vi factus Epiſcopus. 242,b
Hieroſolymitani equites. 94,a
D. Hilarius dictus Rhodanus eloquentiæ. 62,a. 246,b
Hippia vnde dicta. 454,a
Hippo vnde dicta. *ibid.*
Hippocrates Cous. 304, a
Hippolytus Phædram deſpexit. 712,b
Hircanum mare. 272,b
Hircoſi centuriones cur dicti. 104,b
Hirtij & Panſæ caſus. 45,a
Hirudo, mors Valerij. 39,a
ex Hiſpania frumĕtum Romam vectum. 406, a
Hiſpanus vetus miles. 121,b
Hiſpo hiſpidus homo. 172,a
Hiſtoriæ cum Annalibus confuſo nomine & e contra. 2, a. differentia. 26, a

Hiſtorici

Hiſtorici officium. 25, b. vera commendatio. 572,a
Hiſtoricorum tria vitia, adulatio, metus, & odium. 7,a,b. rum & famæ fames. 7,b
Hiſtoriographũ non decet immorari quiſquiliis. 470,a
Hiſtrio infamis, ſacris arcebatur. 168,b
Hiſtrionis verbum vnde. 180,a
Hiſtrionis fautores a principibus amati & honorati. 677, b
Hiſtriones Romæ. 179,a
Hiſtrionum fautor & auctor Auguſtus. 452, b. cur illis fauerit. *ibid.* & 453,a. neceſſarij. 453,a. nullo capillo. *ibid.* intecti vultu in theatro. *ibid.* eorum amatores viri, fœminæ, Senatores, patricij, equites, adulti, impuberes. *ibid.* magnus fauor eorum. 453,b. & plauſus & celebritas. *ibid.* in deliciis aulæ. *ibid.* eorum fautores ad dignitates euecti. *ibid.* *Vide* Pantomimi.
Hiſtrionum ars, nudare pectus. 608,b
Hiſtrionum geſtus haud viriles primi Chriſtiani notarunt. 728,a. repreſſa licentia. 180,b
Hiſtrionibus acclamatum. 824, b
Holocauſta nulla ſine conuiuio. 783,b
Homo bulla. 371, b. 637, b. naturæ ritu capite gignitur, pedibus offertur. 12,a. tractandus amanter, non vrgendus inclementer. 83,b. 90,b
Hominis ætas vino ſimillima. 533,b. 684,a. deſcriptio. 264,b. natura belluina vbi degenerat. 532, a,b. volũtas cogi non poteſt. 125,a. vultus Chamæleon. 721,b
Homines immolati a Paganis. 742,b. vt inertia pecora, ſæpe gregis ducem ſequuntur. 173, b
Hominum ſors. 148, a. eorum vita mala. *ibid.*
faire Hommage en pur corps, 373,a
Homona. 393,b. Homonea. *ibid.*
Homonadenſes. 393,b
Honos dicitur, quod ab honoratis viris exhibetur mortuis. 32,a
Honoribus perfuncti, qui. 522, b
Honorij in nomen iuratur. 39,a
Honorus. 746,a
Horæ in vrbe Roma quo modo computatæ. 202,b
Horatius Terentij amator & imitator. 696,b
Hordeum datum militib. loco farris. 197,a
Hormiſdæ mors. 566,b
Horologia potius conuenient quam Philoſophi. 731,a
Horrea Romana Æmiliana dicta. 406,a
Hortalus, nomen Roman. 237, a, b
Hortenſius Dionyſia & geſticulatoria dictus. 135,a. eloquens. 238, a. melior orator quam vir. *ibid.* de eo Ciceronis conqueſtio. *ibid.* piſcinarius fuit. *ibid.* & gula ſumptuoſus. *ibid.* tertium heredem non habuit. *ibid.* ciuis optimus qui a ciuilib. bellis abhorruerit. 43,b
Hortenſij ſoboles. 49, a. ſtatua. 311,b
Hortenſius Corbio. 761, a
Hortenſius Annalium ſcriptor. 2,a
ex Horto plebi macellum. 756,a
Horti Cæſaris. 728,a. Cæſarum iuxta Tiberim. 520,a. Luculliani, non Romæ, 568, b. meretricum delitiæ & voluptas. 568,a. in Veneris tutela. *ibid.* horti in feneſtris. 756,a. in ſuburbanis. *ibid.* in cacuminibus domorum. 328,a
Horti Romæ multi. 605, b. 756, a. Luculliani. *ibid.* Cæſaris & Agrippæ. *ibid.* Antonini. *ibid.* Mecenatis. *ib.* Salluſtij. *ib.* Seruilij. *ibid.* Terentij. *ibid.* Plautij. *ibid.* Torquati. *ibid.* Aſiniani. *ibid.* Lamiani. *ibid.*
Hortorum amœnitas, ilex principum. 805, b. cura ad matrem familias. 756, a. cultor Cato. *ibid.* cupientiſſimus Epicurus. *ibid.*
Hoſpes omni lætitia excipiendus. 293,b
Hoſpitibus dona miſſa. 739,a
Hoſpitale coronarum donum quid. 276, b
Hoſpitales menſæ. 293,a. ſacræ. *ibid.* in iis ſal. *ibid.*
Hoſpitalitas inter ſecunda officia. 293,b. eius ſignum teſſera. 739, a. eius ritus memorat Homerus. *ibid.*
Hoſpitij iura. 276,b. 277,a
Hoſpitio receptæ gentes a Senatu. 739,a. munera mutua hoſpitij vincula. *ibid.*
Hoſtia. 605,b. non integra, vitanda. 169, a. mactanda fugiens malum omen. 771, b. 772,a
Hoſtiæ luſtrales. 556, a. nigræ diis inferis. 304,b. ſuperis albæ. *ibid.* prodigæ. 290,a
Hoſtias humanas qui immolarunt. 249,a,b
Hoſtis hoſti ſepulturam non tollit. 84,b
Hoſtis & Prædonis differentia. 430, a, b. 451, b. cum hoſte legitimo bellum indicitur. 430, a. fœdus feritur. *ibid.* de eo triumphatur. *ibid.* ei parcitur. 430,b. & quandoque redditur prouinciæ. *ibid.*
Hoſtis occultus & armatus omnem exerit rabiem. 485,a
Humus pura. 205,a
Hungaria. 340,a
Hydromantici vates. 557,b
Hymenæus. 676,a
Hypæpa vbi. 491,a. Hypæpeni. *ibid.*
Hypocrita quid. 823,b
Hypomnemata. 1,a
Hypomnemarographi. *ibid.*
Hyſſopus ad purgationem. 155,a

I

I Magnum pro gemino *ij*. 89, a
I pro T. 21,b
Iam, vitium facit. 120,a
Ianitores, 508,a. Ianitrices. *ibid.* Ianitores virgas habebant fixas poſtibus. 508, b. eorum geſtamen. *ibid.* Ianitores in catena. 509,a
Ianua laureata. 343,a. lucernata. *ibid.* quod prohibitum Chriſtianis. *ibid.*
Ianuæ ornatæ myrto. 343,a. ſalice. *ibid.* palmis. *ibid.* virgulis malorum Perſicorum. *ibid.* corymbis. *ibid.* coronis. *ibid.* purgatæ. 342,a
Iarbas Numidarum rex. 822,b
Iaſon, commune nomen mercatorum. 609,b
Iazyges. 629,a
Iani Calendæ celebres. 502,a,b
Iano dicatus dies Kalend. Ianuar. 502,b
Iberi. 441,b
Iccius libertus Agrippæ. 207,b. Caium ſecutus euntem ad Parthos. *ibid.*
Icere fœdus. 577,a
Ichneuſa dicta Sardinia. 321,b
Icones, quid. 91,a. quæ ex cera. *ibid.*
Iconica. 54,b
Identidem. 603,b
Idololatriæ origo. 10,b
Idolomania ſuos habet gradus. 49,a. eam facit cultus. 50,a
Idolothytarum vſus vetitus Chriſtianis. 291,a
Idola dicuntur lapides effigiati

& vncti & coronari. 51,b
Idola ſub haſta. 542,b
Idolorum altaria aquis obruta. 543,b. luci exciſi. 742,a. proceſſiones. 54,b
in Ieiunio oſculis abſtinebant. 588,a
Ieiuniis carnem exprimere. 80,b
Ientaculum. 710,b. 711,a
Ignauia ferociæ oppoſita. 816,a. ea non peccandum. 105,a
Igniaria. 154,a
Ignis perpetuus apud Iudæos in templo. 53,a. quem arcet Seneca a ſacrificiis. *ibid.* principibus quaſi diis prælatus. 53,b. in iuſtitio extinguitur. 70,b. in templo Iudæorum quomodo extinctus accendebatur. 34,a. & in templo Veſtalium. *ibid.* prælatus imperatoribus. 32,b. regibus. *ibid.* Epiſcopis. *ibid.*
Ignes publici & compitales, in lætitia publica. 343,a. in caſtris Hebræorum & Græcorum. 154,a. & Romanorum. *ibid.* Ignes habebant vigiles. *ibid.* Ignis laternarius. *ibid.* ex quibus ignes ab exploratoribus facti. *ibid.* odorati. 503,a
Ignibus extinguendis publicæ familiæ. 796,a. & priuatæ. *ibid.* item ſubſidia. 796,b. aqua, acetum, hamulæ, & ſparteæ veſtes. *ibid.*
Ignobiles nobiles facti. 586,b
Ignominioſo nefas ſacris adeſſe. 734,b
Ignotum omne pro magnifico. 125,b
Ilienſes a quibus claritas orbis. 491,a. authores Romanæ gentis. *ibid.* eorum priuilegia. *ibid.* Nero patronus. *ibid.* a Romanis honorati. *ibid.*
Ilium Fimbria funditus deleuit. 267,b
Illudere, pro vitium inferre. 673,a
Illyrici gens fera. 262,a. ignobiles. 339,a
Imagines in atriis domorum. 220,b. ex cera factæ. *ibid.* in armariis collocatæ. *ibid.* in funeribus portatæ. 221,a. & feſtis diebus monſtratæ. *ibid.* cum ſerie ſtemmatum inflexa. *ibid.* vel lineis rectis. *ibid.* olim ex ligno. *ibid.* ex cera. *ibid.* ære. *ibid.* auro & argento. *ibid.*
Imagines deorum vel dearum in propitiationibus. 797,a. clypeatæ. 311,b. graues. 362,b
Imagines in funere non ſequi, graue. 228,b
Imagines Principum in ſignis. 122,b. a Conſtantino ſublatæ. *ibid.*
Imaginum amor Romæ. 238,b. quæ pictæ & factæ. *ibid.* in bibliothecis. *ibid.* inuentum Pollionis Aſinij. *ibid.*
Imber ſanguinolentus. 744,a
Imbres pro aquis pluuiis. 580,a. odorati. 762,b
Imbriuij colles. 580,a. Imbruuium ſtagnum, vel potius Imbriuinum. *ibid.*
Imitamenta. 407,b
Immolatio boum. 503,a
Impartire, vetus verbum. 734,b
Impedimenta. 155,a
Impedire, implicare. *ibid.*
Impellimenta, pro impedimenta. *ibid.*
Impenetrabilis. 472,a
qui Imperat fortia, ſit fortis. 83,a
Imperator feralia non tangebat. 151,a. locorum captator eſſe debet. 193,a. malus ſub quo nihil licet: peſſimus ſub quo omnia licent. 529,b. nil coactus agit. 80,a. purus ſemper eſſe debet. 151,b. quanti, tanti exercitus. 583,b
Imperator qui legionibus imperat. 105,a
Imperatoris duo nomina. 13,b. vetus & nouum. *ibid.* eius ſuſpicax animus. 151,a
Imperatori ſoli licitum quaſdam vrbis partes appellere. 341,b
Imperatorem colebant Chriſtiani. 411,b. ad eum etiam abſentem omnis victoria refertur. 208,a
Imperatores aperto capite in caſtris. 211,b. etiam turpiſſimi pro Diis habiti. 325,a. initio imperij aliquid mirabant. 66,b. multi futurarum rerum periti. 546,b. poſt mortem templis colebantur. 476,b. poſtea etiam viui. *ibid.* Reges dicti. 670,a. mortui ducti ad rogum quaſi triumphantes. 37,a
Imperatorum cadauera a quibus elata. 59,b. miſera conditio. 637,b. mors celata donec nouus appareret. 24,a. ſtatuas amplecti pro aſylo. 378,a. etiam pronuntiatum nomen. *ibid.* tres notæ, purpura, moneta & nomen Auguſti. 76,b
Imperatoribus ignis prælatus. 32,b. imperia chariora eſſe debent quam liberi & coniuges, & vita ipſa. 125,b
Imperatorius equus. 340,b. ſella. *ibid.* tumulus. *ibid.* & 341,a
Imperatoria dignitas omnium dignitatum ſinus. 7,a
Imperatoriæ maieſtatis machinæ tractoriæ, munificentia & ſeueritas. 125,a
Imperatorium, ſcire iraſci, & ſcire ignoſcere. 126,a
Impercepta. 484,b
Imperiale faſtigium reliquæ nobilitati vmbram facit. 752,a
Imperium, pro poteſtate. 408,b
Imperium & imperij vis, quid & quomodo differant. 7,a
Imperium duorum, diſſidium eſt. 27,b
Imperium etiam filiis non parcit. 690,a
Imperium & libertas res inſociabiles. 166,a
Imperium & obſequium oppoſita. 549,b
Imperium melius comitate quam ſeueritate ſeruatur. 44,a. mentes mutat. 30,b. nulla non arte quæritur. 9,b. religioni cedit. 427,b
Imperium Rom. quale. 145,b
Imperij breui ruituri notæ. 10,b
Imperij Rom. varia fortuna. 3,a
per Imperij annos numeratio facta, non per Conſulatus. 409,a
Imperio & obſequio militia continetur. 26,a
Imperio maius eſt, amari, coli, diligi. 477,b
Imperio nil iucundius. 9,b
Imperio nūquam melius quam cum a ſapiente regitur. 814,b. Saturnini verba de reſutando imperio. *ibid.*
Imperio Rom. moriente, orbis mors ſequitur. 752,a
Imperia ex ouibus leones gignunt. 520,b. magna magnis adiutoribus egent. 12,a. mutant aliquando mores hominum. 502,a. vt domus. 414,a
Imperiorum continuatio vtilis. 184,a,b. licentia comes & ruina. 629,a. mutationes mors ferociorum præcedit. 10,a. recta gubernatio pendet ex Dei cognitione. 411,b. ſeries ex Claudiano. 416,b. vertigo, & ſublimitatis cliuus. 513,b
Imperiis inuadendis arte opus. 24,b
Imperuia. 484,b
Imprecationes Romanorum in hoſtes imperij. 217,a. & aliorum. 217,b

Imprompta. 484,b
In & *ad* poſtpoſitæ a Tacito.19,a
In pro vt in manuſcr. 83,a. 569,b
In modum. 782,b
In oculis. 236,b
Inæqualitas, mors Reip. 366,b
Inauditos damnare, Claudij Imp. mos. 624,a
Inauratum aureo oppoſitum.237, a
Inaurare, pro *decorare.* 237,a,b
Inaures. 402, a. auro pendulæ. *ibid.* aureas dij habebant. 52,a. 402,b
Inceſta virilitas. 525,a
Inceſtuoſi partus nec agnoſcuntur nec aluntur iure ciuili. 25, a
Inceſtus in matre non credendus.564.non niſi temporibus impiis.674,b. odioſus. 712,a, b. eius infelices exitus. 712,b
Inceſti ſcelus. 564, b. etiam animalibus brutis odioſum. *ibid.*
Inceſtuoſus quilibet exitioſus. 542,a
Inceſtuoſæ voluptatis notæ.614, a
Incitare pro *excitare.* 366,a
Inciuile. 36,b
Incitatus equus Caligulæ. 62,a
Inconditum, ſine condimento. 493,a
Incorruptum. *ibid.*
Incruentum, ſine cruore. *ibid.*
Incuruum, minime curuum. *ibid.*
Incuſare in aliquem. 105,a
Index, Indicium. 379,b
Indiarum germina lapilli. 401,a
Indorum annales.1,a. ſola regio regnata fœminis. 20,b
Inducere in familiam. 105,a
Inedia plures mortui ſub Tiberio. 474,a
Inediæ quartus dies, medius mortis curſus. 471, b. per ſeptem dies inediæ homo moritur. 472,a
per Inediam an nono die vita finiatur, an ſeptimo. 548,a,b. per quinque dies ex habitu puerorum.548,b. obſeſſa mulier per 70. dies. *ibid.*
Inexplicabilis. 472,b
Infames ab Imperatoribus & ab eorum ſtatuis remoti.169, a
Infames mulieres, quæ. 168,b
Infamiæ magni aculei. 419,b
Infantes recentes oſculari non eſt exhorrendum. 589,a
Infantes pagani primo luſtro Deos donis honorant. 527,b
Infantium naſcentium corpuſcula terris ſiſtebantur.303,b. ſtatim leuabantur. *ibid.* mox ſinu reponebantur. *ibid.* vmbilico præcidebantur. *ibid.* lauabantur. *ibid.* ſaliebantur. *ibid.* pannis inuoluebantur. *ibid.* vngebantur. *ibid.* ornabantur. *ibid.*
Inſenſa vox. 828,a
Inſenſos, pro *incenſos.* 631,b.632,a
pro Inferiis qui mactabantur. 128,a
Inferre in domum. 105,a
Infirmare. 772,b
Infructuoſa militia. 76,a
Ingenia aſpera ſolo aſpero. 139, a
Ingenuitas ſi labatur in vitia, ſibi pro monitore. 420,b
Ingenuus animus a probris alienus. 144,b
Ingratus ex amicis hoſtes facit. 245,b
Inhonorus. 746,a
Inhonora ſigna. 92,a. facies.*ibid.* lux. 92,b
Inimicitiæ priuatæ pro Rep. deponendæ. 45, a. etiam publicæ. *ibid.* publicæ & priuatæ. 345,a
Inire. 441,a
Inire domum. 479,a. viam.*ibid.* conuiuium. *ibid.* vrbem.*ibid.*
Inlatum, pro *illatum.* 221,b
Inlecebræ pro *Illecebræ.* 223,b
Inlectus pro *Illectus.* 221,b
Inludere pro *Illudere.* *ibid.*
Innare. 214,a,b
Innocentiæ elogium. 475,b
Inoffenſus. 623,a
Inopia compellit ad ſcelus. 760, a. audax. *ibid.*
Inops virumque caſum recipit. 462,a,b
Inopus fons. 557,b
Inornatum caput. 92,b
Inquiſitio annua. 695,b
Inquiſitio in Cæſaris domum ingens ſcelus. 359, b. veteribus exoſa Chriſtianis. 360,a. annua. 695,b
Inquitare. 351,a
Inriſit pro *Irriſit.* 221,b
Inſcendere. 728,b
Inſculpere, pro *incidere in æs.*680,b
Inſidioſi, hodie elegantes viri. 190,b
Inſigne regium. 272,b.273,a
Inſignia illuſtrium natalium qui vſurpat coercetur. 242,a
Inſignior, & *Inſignire.* 730,b
Inſiſtere in exilium. 105,a
Inſociabile. 472,b
in Inſulam damnati. 523,b
Inſularius. 508,a
Intecti pedes. 278,b
in Integro ſtare. 396,b.397,a
Intellecto. 692,b
Intempeſtiuum. 709,b
Intendere. 95, b. pro *prætendere. ibid.* pro *contra tendere. ibid.*
Intendere accuſationem. 524,a. ius. *ibid.*
Intenſus. 675,a
Intenſa vox. 828,a
Intentare. 95,b
Interamna. 183,a
Interamnates. *ibid.*
Intercepta. 484,b
Interdictionis aquæ & ignis pœna. 363,b. ei deportatio ſucceſſit. *ibid.*
Interfector ſui non condebatur. 150,a
Interrogare pro *accuſare.* 688,a
Interrogatiunculæ ſparſæ in Tiberio. 62,b
Inteſtabilis & conſecratus.809,a
Inuadere in aliquem. 105,a
Inuidia apud auctores. 488, a. in re. *ibid.* in verbis. *ibid.* homini mendico facta. *ibid.* inuidiam Romani vitabant. 488,b. in malis verbis. *ibid.* etiam in multa laude. *ibid.* inuidiæ medicus faſcinum. *ibid.*
Inuidiæ effectus. 278,b
Inuitatio ad rebellionem. 462,b
Inuocatio parentum, etiam defunctorum, aut deorum in rebus arduis. 195, a. item ſiderum. *ibid.*
Inuoluere os. 242,b
D. Ioannis Baptiſtæ caput, ſaltationis pretium. 626,a
D. Ioannis Bapt. natalis. 527,b
Iocantium ſimplicitas excepta. 529,b
ab Ionibus coronæ. 276, a. qui luxus matrices. *ibid.*
Ionium mare. 262,b.263,a. Siculum & Creticum. 262,b
in Ioſaphat regno præſidia. 286, b
Ioſeph eſt Serapis. 287,a
Ioſeph ſomniorum interpres. 220,b
Ioſephus Iſchanius Anglus de bello Troiano ſcripſit. 165,a
Iouinianus hæreticus in veſtibus amœnus. 231,b
ἰνκόπζος nauis dicta. 554,b
Ira deturpat optima conſilia. 717,b
Ira ſola comes Martis. 126,b
Iræ nares dicatæ. 57,a
Iræ, opus gubernatore. 139,b
ad Iram Deorum referebāt mala Pagani. 118,a
Irremediabile. 472,b
Iſæi eloquentia. 61,b
Iſauri prædones. 417,b.418,a
Iſchi, Iſchius ſinus. 691,b

Iſis. 319,b. Romæ culta. *ibid.* Campenſis dicta. *ibid.* pro Luna & Cerere culta. *ibid.* Capitolio expulſa, & curia Deorum. *ibid.* eius proceſſio. 320,a. & ſacerdotes guloſi. *ibid.*
Iſteius Cato. 100,a
Iſthmi anguſtiæ. 518,a
Italia caput mundi. 684,a. armentoſiſſima. *ibid.* & populoſiſſima. *ibid.* ocellus orbis. *ibid.* felix imperio, felicior Chriſtianitatis ſacerdotio. 440,a. vtroque mari clauditur. *ibid.* Romæ altrix. 405,a
Italiæ deſcriptio facta ab Auguſto. 57,b
ex Italia tota frumentum Romam aductum. 406,b
Italum acetum pro Italico. 272,a
Itinerum & pontium curam quidam milites agebant. 81,a
de Itu & abitu & comitatu Paganorum. 118,b. 119,a,b
Iuba pater victus a Cæſare vulneribus mutuis concidit cum Petreio. 441,a. cui plus ſcientia profuit quam potentia. *ibid.*
Iuba filius, in triumphum ductus, & regno reſtitutus. 441,a
Iudæa. 625,b
Iudæa mater Chriſtianitatis. 800,b
Iudæorum infelicitas. *ibid.*
Iudæi apellæ dicti. 321,a. & verpæ. *ibid.* & recutiti. *ibid.* Ægyptij. *ibid.* queruli dicti. *ibid.* cur a Gentibus exoſi. *ibid.* a mane ad veſperam potabant. 381,a. a paganis execrati. 320,a. cum Chriſtianis nunquam bene conuenientes. 320,b. hoſtes Chriſtianorū ex æmulatione. 800,b. primi vina melli miſcuerunt. 291,b
Iudæorum in Gallia ſcelus. 784,b. oſor Sathanas. 321,b. & tyranni. *ibid.* & pagani. *ibid.* a quibuſdam paganis æquioribus laudati. *ibid.*
Iudaica ſacra ab Ægyptiis diſtinguenda. 319,a
Iudas Thadæus dictus Lebbeus. 219,a
Iudicare auditis partibus, Romana conſuetudo. 624,a
Iudex coram Principe libertatem perdit. 174,a
Iudices fures. 468,b. 469,a,b. in eos Alexandri Seueri dictum. 468,b
Iudices ſedent. 239,b
Iudicum deprecationes. 223,a,b. ſceptra. 464,a
in Iudicibus dandis, ſors. 410,b
Iudiciorum initium a iureiurando. 173,a. in ciuilibus & criminalibus. 173,a,b
in Iudiciis dirimendis ſors. 410,b
in Iudiciis religio & iuſiurandum. 823,a
Iugale vinclum. 599,a
Iugarius vicus. *ibid.*
Iugatiuus deus. 599,a
Iugera duo ſatis erant priſcis Rom. 400,a. etiam militi. *ibid.*
Iugum ſubire. 599,a. Iuga Iunonis. *ibid.*
Iulia pro Liuia. 446,b
Iulia dicta Auguſti coniux Liuia. 35,a
Iuliæ duæ in domo Auguſti. 131,a,b. vtraque relegata. 131,a. & intemperans. *ibid.* Iuliæ filiæ pictura ab Auguſto. *ibid.* ſcortum eruditum & dicax. *ibid.*
Iulia Auguſti filia. 255,a. ſpurciſſima. 14,a. fame oppreſſa. 355,b. & altera Iulia. *ibid.*
Iulia ſemper dicta Liuia poſt adoptionem in gentem Iuliam. 510,a. inter Deos relata. 510,b. altera Iuno dicta. *ibid.* cur dulce nomen Iuliæ. *ibid.* diu vixit. *ibid.*
Iulia laudata pro roſtris. 512,a,b. arcu decorata. 512,b
Iulia & Meſſalina pares vitio, pares exitio. 610,a
Iuliam execratur Auguſtus. 132,b
Iulia Rubellij Blandi vxor. 438,b
Iulia Seueri imp. coniux, famoſa adulteriis. 14,a
Iulia aqua dictus fons Virgo. 174,b
Iulia lex. 256,b. 257,a,b. Auguſti non capitalis. 257,b
Iulia lex de ambitu. 777,a
Iulianus, Idolianus. 59,a
Iulias vrbs. 132,a. 627,b
Iulij Alba oriundi. 594,a
Iuliorum decus in Germanico. 334,b. familia. 35,b. multo nobilior quam Liuiorum. 36,a. & nomen. 510,a
Iulius ſanguis a Venere. 14,a
Iulius ſenator Annales Rom. Græce ſcripſit. 2,a
Iulius Cæſar. 704,a. caluus. 494,a. cum populo comitia partitus eſt. 67,a. corruptor ambitioſus. *ibid.* de tuendo & ampliando imperio anxius. 58,b. Dictator perpetuus. 4,b. ferrum non deponens. 785,a. imperium non remiſit, vt Sylla. 5,a. in vrbe ſepultus. 40,a. lecticarum vſum quibus permiſit. 225,a. legem parauerat qua ciuibus Romanis tot ducere vxores liceret, quot alere poſſent. 558,a. militi rebellanti durus & aſper. 124,a
Iulius Cæſar Octauiam Pompeio dedit. 59,a. plus periclitatus inter ſuos quam inter hoſtes. 112,a. Poëta. 730,a. Prætorias cohortes in vrbe locat. 436,a. prouinciarum expilator. 67,b. ludorum exhibitor. *ibid.* rubris calceis vſus. 594,a. Tribunitiam poteſtatem odioſam reddidit. 10,a. trucidatus. 41,a
Iulij Cæſaris acta rata omnia. 668,a. ad milites in acie admonitio. 203,a. artes in euertenda Rep. 9,b. calceus coccineus. 280,a. edicta aureis litteris. 409,a. in filiæ morte virtus. 357,a. mater Aurelia. 174,a
Iulio Cæſari ſenatores & equites excubitores dati. 522,b. quod reſpuit caute. *ibid.*
a Iulio Cæſare Ægyptus hieme capta. 101,a
C. Iulius Cæſar Octauianus. 36,a
Iulius Ezates. 619,b
Iulius Florus. 384,a
Iulius Gallicus inſignis orator. 487,b. in fluuium merſus. *ibid.*
Iulij Græcini de Ariſtone dictum. 62,a
Iulius Montanus, poëta tolerabilis. 480,a. egregius. *ibid.*
Iulius Poſtumus vir Conſularis. 99,a. Dalmatiæ præpoſitus. *ibid.*
Iulus Antonius. 483,b. M. Antonij & Fuluiæ filius. 47,b. Iuliæ corruptor. *ibid.* ad paricidium monitor. *ibid.* peſſimum caput. *ibid.*
Iuncus, nomen Roman. 608,b. qui ita dicantur. *ibid.* Iuncus Vergilianus. *ibid.*
Iunco vſi Græci ad funes. 88,a
Iuniorum familia vetus & nobilis. 424. 829,b. ſed miſeranda ſub malis Cæſaribus. *ibid.*
Iunij Blæſi elogium. 70,a
Iunius Gallio. 523,a. 819,a. Gallio pater intimus Senecæ. 523,a
Iunius Otho. 420,b
M. Iunius Sillanus. 424,b
Iunius menſis Iuuenibus ſacratus. 19,b
Iuno ſceptrifera. 52,a. ſoror & coniux Iouis. 614,a
Iunonis natalis. 525,b

Iunonis Reginæ templa Romæ. 797,a
Iunonis pallam inire. 599,a. dexæ peplo coniuges tecti. 599,a
Iunones dictæ filiæ principum. 614,a
Iupiter Acriſios decipit ſub auro latens. 608,b
Iupiter Clemens, ſeu μειλίχιος. 141,a. Conſul vel Conſulens. 626,b. creditus numen præcipuum Romanis. 725,b. Deorum ſummus. 411, a. 415, b. Fagutalis. 498,a. Hoſpitalis, σωτὴρ, μειλίχιος. 271,a. mellitus. 126,a. fulmine terret nec ferit. *ibid.* miniatus apud Rom. 51,b. Minianus. *ibid.* οἴνιος 40, a. Saturni & Rheæ filius. 415, b. Stator. 793,b. Vindex. 819, b. Vltor. *ibid.*
Iouis epulæ. 722,b. tunica. 67, b. ita. 415,b
Ioui coronæ aureæ datæ. 51,b. dona ob beneficium grande. 549, b. Tonanti cur tintinnabulum datum. 796,b
Ioues nominati primogeniti clararum familiarum. 614,a
Ioues trecenti culti. 49,b. 415,b
Iurabant ſemel in acta ſub Auguſto. 480,a
Iurandi in leges ſub Cæſaribus ritus. 28,b. 29,a
Iuratum in nomen Imperatorum. 39, a. a philoſophis in nomen Socratis. *ibid.*
Iuriſconſulti officium de æquo reſpondere. 705,b
Iuriſconſulti omnes libertatis amantes. 433,a
Iuriſdictio patroni, domini, patrisfam. & mariti. 379,b
Iuriſprudentia maledica. 166, b
Iuriſperitorum locus iuxta Apollinis templum. 573,b
Ius & vis. 768,a
Ius ciuile proferre non niſi ingenuis licitum Romæ. 2, a
Ius experiri. 380,a
Iuris præſidio non vtitur qui abutitur. 254,b
Ius trium liberorum. 259,b
Iuris veteris indicium. 523,a
Iuſiurandum per genium Cæſaris. 170,a. per nomen. *ibid.* apud Ægyptios per ſalutem Pharaonis. *ibid.* per Apim. *ibid.* apud Iudæos formula, Viuit Deus. 170,b. & per ſalutem. *ibid.* apud Paganos, per cineres patris. *ibid.* per tumulum. *ibid.* per canem Socrates. 171,a. per capparim Zeno. *ibid.* per ſceptrum. *ibid.* per vniones fœminæ. *ibid.*
Iuſiurandum Chriſtianorum per tactum crucis. 171, a. paganorum, tactis aris. *ibid.* vel tactu ferri candentis. *ibid.* vel aquæ feruentis. *ibid.* in iudiciis. 823,b
Iuriſiurandi formula. 173, b. 837,b
Iuriſiurandi veterum Rom. formula. 79, a. eius obſeruantiſſimi veteres Franci. *ibid.*
Iuriſiurandi lex dicta Chriſtianis. 170,b. non eſt iurandum per Solem, aut Lunam, &c. *ibid.*
Iuriſiurandi formula ſub Caligula. 121, a. etiam veteris. *ibid.*
a Iureiurando initium iudiciorum. 173, a. illud ſuſtulerunt Cæſares. 175,b
Iuſta, quid. 826,b
Iuſta loca. 192, a. pondera. *ibid.* tempus. *ibid.* dominium. *ibid.* poſſeſſio. *ibid.* æſtimatio. *ibid.*
Iuſtiniani pœnæ in adulteros. 258,a
Iuſtitium Chriſtianorum, quadrageſima. 71, a
in Iuſtitio velatæ Sanctorum imagines. *ibid.*
Iuſtitium Græcorum. 71, b. Caligulæ religioſiſſimum. *ibid.* apud Rom. edicto imperatum. *ibid.* vetitum edicto. *ib.*
Iuſtitium a Iudæis primum. 70, a. cur dictum. 70, b. Iuſtitij mos apud paganos. *ibid.* in Iuſtitio ignis extinguitur. *ib.*
in Iuſtitio clauſæ domus. 333,b
Iuſtus, nomen Romanum. 100,a
Iuſtus Catonius præfectus prætoribus. 100, a. verus principis amicus. *ibid.* ideo a Meſſalina oppreſſus. *ibid.* & præuentus. *ibid.*
Iuſtus Catonius eius filius. *ibid.*
Iuuenalis vrbe ſumotus. 740,b
Iuuenalis fama. 398, b. *iuuenalia* membra. *ibid.*
Iuuenes a theatris arcebãt Maſſilienſes. 457, b. eos Auguſtus a nocturnis ſpectaculis arcebat. *ibid.*
Iuuenes patricij. 522, b
Iuuenes dicuntur milites. 104,a
Iuuenum comes impotentia animi. 15,b
Iuuenta diuiſa in primam & extremam. 369,a
Iuuentus Martis ancilla. 104,a
Iuuentam & adoleſcentiã confundit aliquãdo Tacitus. 368,b
Iuuentus paſſer in arbore. 19,b
Iuuentutis comes ignorantia. 537, b
Iuuentutis ludi voti a Salinatore. 727,b
Iuuentutis principes. 15,a. 635,a

K

K K K tria nequitiæ. 275, a
Kalendarum Ianuar. ſolemnia vota. 296,b
Kalendæ feſtæ apud Iudæos. 502, a. & Rom. *ibid.* fluxit ad Chriſtianos. *ibid.* ſacrificia & conuiuia in ijs. *ibid.* Chriſtianorum ſacerdotum collatio. *ibid.* *vide* Calendæ.

L

Labarum. 93, a
Labeo Antiſtius. 431, b. magnus I.C. *ibid.* vir probus. *ibid.* longe a Capitonis ingenio. *ibid.* codicillorum inuentum firmauit. 433,a. libertatis amans ad periculum. 433, a. libertatis memor non exeubat. 522,b. prætor & proconſul in Narbonenſi prouincia. 433, a. eius pater ciuilia bella ſecutus. *ibid.* prætor in Myſia per 8. annos. 485,a. auarus, rapax. *ibid.* reus cum vxore ſe necat. *ibid.*
Labeonis libertas contra Auguſtum. 177,b. 433,a. vnde ſtultus dictus ab Horatio. *ibid.* Conſulatum oblatum reſpuit. *ib.* eius poſteriora. 17,a
Labeo pictor. 433,a
Labienus, Rabienus dictus. 22, b. 134, b. eius mores. 22, b. carmina. *ibid.* Tragica. *ibid.*
T. Labieni vxor Allia. 375,b
Labor & diſciplina duo militum munia. 71,b
Laborioſa hebdomas. 93, a
Laborum ſignum. *ib.* purpureũ. *ib.*
Lacedæmon patiens. 367,a
Lacedæmonij pugnabant ad fiſtulas. 485,b
Laceratio genarum in luctu. 328,a. & crinium. 328,b
Lacerna. 212,b
Lacrymas maternas prohibere, eſt atrociſſimæ tyrannidis. 672, b
Lactantius Tertulliani ſuppilator. 586,b
C. Lælius iudex. 579,b
Lælius Balbus. 563,a
Læſæ maieſtatis lex multa capita abſorbuit. 165, b. eo crimine hæretici ſe velant in Catholicos. *ibid.* eiuſmodi accuſationibus exhauſta Sicilia. *ib.*
Læſæ maieſtatis crimen, frumento hoſtem iuuare. 451,b

Læſtrygonũ antiqua ſedes, Formiæ. 802,a

in Lætitia Diis ſupplicia decreta. 419,a

Læuus. 206,b. 207,a

Lagenæ municipes Iouis. 366,b

Lamia Ælius. 451,b. Lamiæ vnde dicti. *ibid.* L. Lamia declamator, *ib.* Muſis amicus. 452,b

Lamia Corbulonis gener. 452,a

L. Lamia qui rogo reuixit. 451,b

Lamiani horti. 360, b. 452, a. 605,b

Laminæ candentes ſeruis applicatæ. 396,a

Lampades in Chriſtianorum eccleſiis. 53,a. funib. ſuſpenſæ. *ibid.*

Lampadius. 428,a

Lãpedo Lacedæmoniorum regina. 20,b

Lancea haſtili conſpicua. 91,b

Lanceæ, in venatione. 388,a

Langobardi. 249,b

Lanificij procuratores Viennæ conſtituti. 569,b

Lanuuium oppidum. 393,b. cui draco pro tutela. *ibid.* Lanuuij portæ pro re obſcœna. *ib.*

Laus magna. 228, b. publica. 165,a

Laodicea. 740,a. a Laodice. 307, a. dicta ad Libanum. *ibid.* altera in Aſia. *ibid.* celeberrima. *ib.* ad Lycum. *ib.* frequenti chaſmate concuſſa. *ibid.* eius ciues illuſtres. 740, a

Lapidata templa. 150, b

Lapidario, lapidum iniectio. 150, b

Lapilli geſtati a viris & fœminis. 401, a. Indiarum germina. *ibid.* in crinibus geſtari. 401, b. in auribus. *ib.* in fronte. *ibid.* in brachijs. 402, b. in digitis. *ibid.* in cingulis. 403, a. in vaginis gladiorum. *ibid.* in calceis. *ibid.* in ædificijs. *ibid.*

Lapis Albanus. 795, b. Tuſculanus. *ibid.*

in Lapidibus pretioſis luxus Romanorum. 401,a

Lappa. 22,b. Græcis Philanthropos, Gallis *Bardaſne*. 22, a. maledicentiæ ſymbolum. 22, a

Lapſana. 86,b

Laquais. 318,a

Lararium. 243, b. in eo deos colebant Pagani. 168,a

in Larariis magnos viros colebant Pagani. 310, b. duo Lararia in potentiorum domibus. *ibid.*

Lares coronati & venerati in natali. 526,b

Lares coronati. 286,b

Larium ſacellum. 626, b

Largitio, imperij conciliatio. 237, a. in veteranos. 44, b. 45, a. militum calcar ad ruenda bona, vel mala. 44, a. priuata, publica paupertas. 175,b

Largitione itur ad magiſtratum. 67, a

Largitiones ſordidæ. *ibid.*

Laridum militi datum. 200, b

Laruæ & Lemures. 451,b

Laruarum diſcurſus. 578,b

Laſer Aretinum. 534,a

Laternarius ignis. 154,a

Laterones ſerui. 86, a

Latia vitis. 87,a

Latiaris Latinius. 523,b

Latifundia. 400,a

Latinarum feriarum dies. 475,a

Latini a iure ciuitatis & magiſtratus repulſi. 592,b

Latinius Latiaris. 523,b

Latinius Pandus. 132,a

Latium olim Tuſcorum imperium. 441, b. vnde dictum. *ibid.*

in Latonæ fœtu diſſentiunt auctores. 415,a

Latrinarum antiſtes. 298,b

Latronis & Hoſtis differentia. 430,a, b. cum eo vi & ferro agitur. 430, a. nunquam fœdus feritur. *ibid.* de eo ouatur tantum. 430, b. ei nunquam parcitur. *ibid.* crura franguntur. *ibid.* in eum anquiritur. *ibid.*

Latronis confidentia. 242, b

Latronibus obnoxia Sardinia. 321,b. 322,a. & Corſica, 322,a. ad latrones coercendos magiſtratus in omnibus prouincijs Rom. *ibid.*

Latronum mores. 767,a

Latus dare, quid. 433, a. iuuenes ad Latus aut poſt terga Senatorum. 452, b

Laudes magnæ magno principi debitæ. 5,b

Laudantes, peſſimum inimicorum genus. 56,b

Lauro Auentina purgata ſomnia. 154,b

Lauri in poſtibus. 343, a. ianitrices Cæſarum. 508,a

Laus infelix. 488, b. periculoſa. 428,a

Laudes inter aucupia. 56, b

Lazi. 441, b

Lebbeus, i. Corculũ, dictus Iudas Thadæus Apoſtolus. 219,a

Lecanius Baſſus. 786,a

Lectica atrata. 37,b

Lectica in Senatum vecti ægri. 224,a

Lecticæ muliebres, aut viriles. 187, b. opertæ. *ibid.* pelle celoque. *ibid.* & plagulis. 188, a. ſpecularibus ornatæ. *ibid.* dictæ caueæ. *ibid.* & cubiculum tectum. *ibid.* ſeu viatorium. *ibid.* & mulierum antrum. *ibid.* in iis dormiebant. *ibid.*

Lecticarum varia genera. 224, a. opertæ pellibus. *ibid.* dormitoriæ. *ibid.* baſternæ dictæ. *ibid.* & Liburni. *ibid.* geſtatæ a ſeruis. 224. b. & eunuchis. *ibid.* ſcortis ademptæ. 225, a. in ijs legebant, ſcribebant, dormiebant.

Lectiſternia. 797, b. in priuatis ædibus. 798, a. & vicis. *ibid.* primum apud Rom. in peſtilentia. *ibid.*

Lectulus meretricum, teges vilis. 317, a. ex iunco. *ibid.* ſalutatorius. 587,b

Lectus conuiualis. 719, b. funeralis. *ibid.* genialis. 600,b. eius deſcriptio. *ibid.* etiam Iudaici. *ibid.*

Lecti eburnei. 342,b. tres in funere. 828,a. pluribus vti gloriosum. *ibid.* tria millia habuit Sulla. *ibid.*

Legationes in gratiam Proconſulis. 777,a

Legati ab Senatu dari. 83,b. pro imperatorib. duce abſente. *ibid.* ius eorum ingens in vetere Rep. *ibid.*

Legati Rom. olim trucidati. 117, b. ſed ab exteris. *ibid.* at in ſuis caſtris nunquam. *ibid.* niſi æuo Tiberij. *ibid.*

Legati tot quot legiones. 87, b

Legatorum præſtationes. 46,b. eorum eſt referre. 253,a

Legatos modeſtia commendat. 80, b. quæ debeant eſſe eorum partes. *ibid.*

Legio vnde dicta. 69,a. ex quot militib. conſtaret. *ibid.* legiones Pannoniæ. *ibid.*

in Legione quot centuriæ, manipuli & cohortes. 77, a. quot Tribuni. 72,b. centuriones. 73,a. manipuli. *ibid.*

Legiones quot, tot legati. 83,b

Legiones producere & reſtringere, contraria. 152,a. *inſtruere*. *ibid.*

Legionum deductio. 340,a. earum officium obuiare duci. 90,a

Legionarius & auxiliarius, oppoſita. 260,b

Legionarius miles par Prætoriano in onere, diſpar in honore. 77,b

Legionariæ cohortes. 37,a

Lemures & Laruæ. 451,b

Lenitas acerbitati anteponenda. 623,a

Lenocinij impedimenta, habitus. 314,a
Lenones imperioſi & propudioſi. 318,a. in eorum rationibus captuiæ meretricum. 318,b
Lentulorum duæ familiæ. 96,a
Lentulus Augur. *ibid.*
Cn. Lentulus Geτulicus. 485,a. *vide* Getulicus.
Lentulus Senator delatus. 467,a. ridet accuſatus. *ibid.*
Leopardi cuſtodes. 361,b
Lepida & Scribonia matres infelices partu ſcortorum.610,a
Lepida generoſiſſima. 359,a
Lepida vxor P. Quirini Cos. 227,a. quam damnari paſſus. *ibid.*
Lepidorum familia clara. 61,a
M. Lepidus ſocors, inops, & maioribus ſuis indecens. 61,a. Ptolomæi liberorum tutor. 294,b. põtifex maximus. 295,a. ſecors dictus & Aſia indignus.492,b. eius honoris ſuſcepti quinque modi. 495,b
Lepidus homo vanus. 6,a. Paulum fratrem proſcripſit. *ibid.* diſpoliatio ignominioſa. 8,b
M. Lepidus. 550, a. eius laus. *ibid.*
M. Lepidus vir ſapiens. 395, a. 396,b
M. Lepidi imago ex Tacito. 60, a. & ex Velleio. *ibid.* Tiberij Neronis in adoleſcentia magiſter. *ibid.*
Lepidus princeps Senatus. 6,b. eius elogium. 374, a, b. ſapientia. 460,a
Leptis ciuitas. 431,a. ſingulis diebus ſingula talenta ſoluit. *ibid.*
Leſbootes declamator.443,b. in luctu filij ſcholam ſoluit. *ibid.*
Leſbos. 523, b. clariſſima. 266,a. nobilis & amœna. *ibid.* propinqua Troadi. 267,b
Lethabile. 472,b
λεύκωμα, album. 481,b
Leucothoes fanum a Phryxo cõditum.554,a. a Pharnace,& Mithradate direptum. *ibid.*
Leucus imperator Gallorum. 216,b
Lex inualida,Rep. labante.11,b. medicamentum. 404,a.principis eſt. 456,b
Leges decemuirales. 5,a. in æs inciſæ. 397,b. apud ærarium depoſitæ. *ibid.*
Liba data in natali. 526,b
Libellus accuſatorius. 225,b. 471,a. ſubſcriptus. 471,b
Libellus Auguſti recitatus in Senatu. 57,b. a Quæſtoribus Reip. *ibid.*58,a.aut a Quæſtore ſuo. *ibid.* aut a Lectorib. *ibid.*
Libera verba pro Rep. venena ſunt. 59,a
Liberalitates cauſariæ. 254,b
Liberi appellatio Deo conueniens. 415, b. cur Liber Bacchus. *ibid.*
Liberorum numerus in candidatis præpollebat.259,b.trium liberorum ius. *ibid.*
Liberorum procreãdorum cauſa, nuptiarum formula.597,b. item cenſorium iuramentum. 598,b. niſi liberorum cauſa, libido redundat in vitium. 598,a
Liberis domus firmatur. *ibid.*
Libertas quando cœpta coli. 4,a. eius templum Romæ. *ibid.* ſimulacrum quo Cicero vſus. 180,a
Libertas adhuc ſpirans ſub Seuero. 166,a. data teſtamento. 807,b.emptitia quomodo fieret. 749,b
Libertas & imperium res inſociabiles. 166,a
Libertas iuſta.682,b. mera. *ibid.* mortalibus ſemper iucunda. 41,a. perdita potius deſideranda quam recuperãda.20,a
Libertas quæ ignoratur non deſideratur. 91,b. ſumma in loquendo in veteri Rep. Rom. 165,b
Libertas,res inæſtimabilis.688,b
Libertatis annus. 4,a
Libertatem amittere quid ciuitatibus. 475,b. ſimulare,magna adulatio. 39,a
ad Libertatem difficilis regreſſus. 28,a
Libertinus miles ad tutandum Rhenum. 112,b
Libertum relegare, quid. 681,b
Liberti Claudij omnium mortalium domini. 600,a
Liberti codicillorũ latores. 351,b.cariores & fideliores patronis. *ibid.*
Liberti iam potentes ſub Auguſto.168,a. eorum faſtus. *ibid.*
Liberti libertæq. mortuo patrono ſine liberis heredes poſſunt inſtituere. 253,b
Liberti Marci vocantur. 571,a
Liberti tres Claudij ſemiſſem Africæ poſſidentes. 400,a
Libertorum Cæſaris impotentia. 443,a
Libertorum habitus. 679,a. nequitia in patronos.681,a. ſalutationes in patronos. 591,a
in Libertis ingratis compeſcendis ambigua Roma. 681,a. de iis Maſſilianæ leges. *ibid.*
Libidinari, regium. 520,a
Libido fœminarum coercita. 314,a
Libido interdum bonarum legum genitrix 366,b.interuerſa & contra naturam. 790,a. mala. 366, b. innata. *ibid.* niſi cauſa liberorum, redundat in vitium. 598, a. Scylla renidens. 667,a
Libidinis effectus. 521,a
Libo Druſus. 228,a
Libonis puteal. 575,b
Libonem Scribonia amita arguit. 218,b
in Libonem ægrum inſilit Tiberius. 224,a
Libones,Scribonij fratres.701,b
Libri aucti ab auctoribus poſt eorum vulgationem. 385,b
Libri cremati. 474, a. noua pœna. 474,b. cremati apud Græcos.*ibid.* fatidici cremati. 537,b. ſoli Sibyllini retenti. *ibid.*
Libri Sibyllini Sullæ temporibus incendio conſumpti. 537,a.maxime conquiſiti ſub Auguſto. *ibid.* manu Pontificis ſummi deſcripti. 538, a. eorum Cenſor Tiberius. *ibid.*
Liburni lecticæ dictæ. 224,b
Libya aquarum egens. 768, b
Libya terra. 283, b. vnde dicta. *ibid.*Libyæ gens calida & callida. *ibid.*
Licentia theatri in tribus. 579,a,b
Licinia Veſtalis. 35, a
Licinius præf. vigilum ſub Auguſto. 428,b
Licinius diues. 435, a. Licinius Stolo. *ibid.*
Licinij campi. 400, a
Licinius Macer Annalium ſcriptor. 2,a
Licinius Sillanus Aſiæ proconſul. 420,a
Lictores. 64,a
Lictores dati de Rep. benemeriti a populo. 64, b. dati Senatoribus a proconſulib. in prouincijs. *ibid.*
a Lictoribus cædes peractæ.25,a
Lien riſui dicabatur. 57,a
Ligurinæ mulieris conſtantia. 809,b
Limenetis vel Limnetis Diana. 481,a
Limina vncta. 342, b. tepida.*ib.*
Limitanei milites. 112,a
Limitrophi milites. *ibid.*
Linguæ obſequium vtilitatis gratia. 668, b. lingua venali nil inquinatius. *ibid.*
Linguarium. 242,b
Linguoſus vir non dirigetur in terra. 461, b

Lineus habitus ſacerdotum Ægyptiorum. 284,b. 285,a. & Epiſcoporum Chriſtian. *ibid.*
Linquere, & *relinquere*, verba nauigationis. 268,a
Linteis opertum caput. 212,b
Lintrarij. 215,b
Lintres, & *Lintriones.* 215, a,b
Linum ἀμίαντον. 329, a. non frequens apud Romanos. 824,a
Linus Thebanus. 580, b
Litteræ Ægyptiæ. 284,b. repertæ in Ægypto. 580, a. a Menone. *ibid.* vel a Mercurio. *ibid.* apud Phœnices. *ib.* Cadmi filiæ nigellæ. 580, b. atricolores. *ibid.* a Cecrope. *ibid.* a Lino, *ibid.* a Palamede. *ibid.* a Demarato. *ibid.* ab Euandro. *ibid.* ferreæ in ſtatuis. 53, b. argenteæ. *ibid.*
Litteræ in pace, natatus in bello. 199, b
Litterarum Latinarum formæ tales quales Græcarum. 580,b
Litterarum nouæ formæ a Claudio. 580, a. ab Appio Claudio. *ibid.* a Chilperico rege Francorum. *ibid.*
Litteris aureis edicta Cæſaris. 409,a. in texturis veſtium. *ib.*
Litteras pueros docebant parentes. 199, b
Litteras ſcire, & natare, puerorum Rom. rudimenta. 199,a
Litteræ ad Senatum poſt victoriam. 131,b. commeantes. 480, a. e tribunali recitatæ. 94, b. interdum apud ſigna. *ibid.* pice ſignatæ. 597, a. lino obligatæ. 597,b. cerea Aſiatica obſignatæ. *ibid.* ligno interdum verme putrefacto. *ibid.* ſaliua adhibita. *ibid.* ſignatæ. 189, b
Litterarum principium & finis. 534,a
Litterati dicti Grãmatici. 199,b
Litterati ſerui. 74,a
Litteratæ veſtes Deorum. 52,b. etiam Frãcorum, Græcorum, Parthorum. *ibid.*
Liturgiæ. 678,a
Liuia prima Auguſta dicta. 35,a. 63,a. dicta Iulia poſt adoptionem in gentem Iuliam. 510,a. Agrippam Poſtumum odit. 25,b. Auguſto marito clementiæ doctrix. 44,b. quomodo Auguſtum ſibi deuinxerit. 35,a. Auguſti mariti heres, Iuliæ nomen tulit. 35, b. comes Auguſti in bello & peregrinationibus. 377,b. Auguſtum veneno ſuſtulit. 21,a. Auguſti vxor inter eius ſacerdotes. 50,a. 55, a. curriculum Auguſtæ domus. 16, b. Genitrix orbis dicta. 63, b. mater impotens. 511,b. facilis vxor. *ib.* dura filio. *ibid.* inter deos relata a Caligula. 55, a. inter Deas relata. 455, b. dictum elegans de nudis hominibus. *ibid.* eius laus a Velleio. *ibid.* dolus. 17, b. elogium. 63, b. laus. 511, a. & fortuna. *ibid.* mores. *ibid.* pudicitia. *ibid.* ea magiſtra Auguſti, in clementia. 511, b. ſtatua data a Senatu. 64,a
de Liuiæ & Auguſti nuptiis Prudentij iocus. 48,a
Liuia Druſilla ab Antonio dicta. 35,a
Liuia Oreſtilla C. Piſoni pacta a Caligula erepta. 48,a
Liuias vrbs. 627, b
Liuilla. 266, b. inedia mortua. 474,a
Liuineius Regulus. 344,b
Liuiorum familia apud Rom. 225,b
T. Liuius candidiſſimus ingeniorum æſtimator. 472, b. a Caligula ei Parauinitas obiecta. *ibid.* a Quintiliano cum Herodoro comparatus. *ibid.*
Locus magnum momentum affert militantibus. 193,a
Locus æquus. 159,b. purus. 205, a. idem argumentum lætitiæ & triſtitiæ. 265,a
Loci iniquitas. 9,b
Loci obſcuriores generoſiorum cunæ. 498,b
Locuſtæ herbidorum peſtes. 770, a. publicæ calamitates. *ibid.*
Lollia Paulina Caio Memmio marito erepta a Caligula. 48, a. eius luxus. 612,a
Lollius C. Cæſaris rector. 393, b
M. Lollius. 393,b. Conſul. 46,b. declamator egregius, non bellator. *ibid.* eius mores ex Velleio. *ibid.* Caij principis monitor & cuſtos. 47,a. regum muneribus infamatus. *ibid.*
Longinquitas exilij. 153,b
Longinus Caſſius. 693, b. Creticus. *ibid.*
Longobardi. 582,b
Longurij. 493,b
Longus vicus. 155, b
Loqui pro *rugire.* 730,a
Loquitari. 351, a
Lori vitium ſecaces. 87,a
Lorica Gallorum. 388, b. vnde dicta. 203,a
Loricæ olim ex corio crudo, nunc ex ferro. 203, b. loricæ ærea terga. *ibid.*
Lothi filiæ excuſatæ. 598, b
Lucania. 251, b. 594, b
Lucar tributum conductum a Iudæis. 180, b
Lucerna parua tenuitatis indicium. 718, a
ad Lucernam decollare. 397, a
Lucernæ Dijs accenſæ. 53, a. penſiles & portatiles. 718, b. a Satyris geſtatæ. *ibid.* vigiles. 719, a
Lucillius Capito. 455, b. 687, b
Lucipores. 636,a
Lucius Ennius eques Rom. 425, b. ab Enna ciuitate. *ibid.*
Lucius & Caius Cæſares. 14, a
Luctus exterarum nationum. 393,a
in Luctu atrati. 304, b. lugentium veſtes nigræ. *ibid.* eiulatio. 333, a. tunſa vbera. *ibid.* inuerſa omnia. 330, b. 331, a. nudis pedibus. 328, a. ſacco induti. *ib.* laceratio crinium. *ibid.* pauimenti abſterſio crinibus. *ibid.* & aræ. *ibid.*
Luculliani horti. 568, b. duplices Romæ & Neapoli. 605, b
Lucullus amatorio perijt. 461, b. Xerxes togatus. 568, b
Lucus Caſtorum, *Foreſt de Bieure.* 415, b
Lucus, rex. 742, a
Lucus Iunonis. 415, b. Ammonis. *ibid.*
Luci Druidarum. *ibid.* idolorum exciſi. *ibid.*
Luci & ſiluæ dijs ſacratæ. 200,a
Lucorum conſecratorum antiquitas a pijs patribus. 415, a. & a paganis. *ibid.*
Lucos ſacratos non licebat exſcindere. 200,a
Ludere in aquis. 736,a
Ludia. 452, b
Ludij a Lydis dicti. 492,a
Ludiones. 452, b
Ludouicus XI. ingens diſſimulator. 506, b. eius dictum. 461, a
Ludus Troiæ. 578, a
Ludi Auguſtales quando inceperunt. 134, a. apud Romanos. 180, a. quaſi luſi. *ibid.* vel a Lydis. *ibid.* ex pecunia publica. 67, b. aut priuata. *ibid.* Megalenſes, aut Megaleſij, aut Magni. 338, a, b. Romani exhibiti. 68, a. quibus. *ibid.* ſæculares. 578, a. de eorum interuallo, lis ambigua. *ibid.*
in Ludos prohibita pecunia. 67, b
Lugdunenſis clades. 829, b. ad gloriam ſe erexit. *ibid.*

Lugdunum,

Lugdunum, mons lucidus. 830, a. Galliæ flos 247, a. eius conditor Munatius Plancus. *ibid.* inſtar arcis. *ibid.*
Lugubria Paganorum, flere. 86, a. pectus tundere. *ibid.* comas laniare. *ibid.* os deturpare. *ib.* vnguibus. *ibid.* puluere. *ib.*
Lugubris cultus matronarum. 305, b
Lumina Chriſtianorum in templis. 53, a
Luna & Iſis, eadem. 319, b
Luna dea Paganis habita. 98, a. regina cœli & bicornis dicta. *ibid.* fœmineum & molle ſidus. *ibid.* & maſculum. *ibid.* & cornuum. *ibid.* & cauum. *ibid.* pluuiarum pollicitatrix Luna. *ibid.* eius laudes ex Apuleio *ibid.* qui primi veſtigatores motus Lunæ. *ibid.* Luna ſono æris excita a Paganis. 98, b. Lunæ eclipſis cauſa. *ibid.* credita venenis laborare. *ibid.*
Luna, σελήνη, vrbs. 240, b. 241, a
Luna pro re pulcherrima. 97, b
Lunæ pro claris fœminis. *ibid.*
Lunæ deliquia pro malo omine. 97, a, b
Lunæ obtenebratio ſubita. 97, a. cœlo deduci credita. *ibid.* laborare. 97, b
Lunæ promontorium. 240, b. 241, a
Lunati calcei. 281, a
Lunulæ in calceis. 281, a, b
Lupæ, meretrices. 316, b
Luparum Venerearum domicilia ſpecus. 788, b
Lupanar calidum. 316, b
Lupanaria crebra Romæ. 788, b. & Athenis. *ibid.* eorum comites cātus & tibicines. 789, a
Luperci. 204, b
Lupia omiſſus Plinio inter fluuios nobiles. 146, a
Lurcones quaſi in popinis ſepulti pro mortuis habentur. 435, b. Rom. ex equitum ordine. 398, b
Lurconum ancilla egeſtas. 254, b
Luſitani pop. 700, b
Luſtralis cella. 317, a. hoſtiæ. 556, a
Luſtratio vrbis. 678, a
Luſtratus exercitus. 781, a. etiam loci. *ibid.*
Luſus, pro *luxus*. 675, b
Luteus color. 103, b
Luteus pro flauo. 280, a
Lutea pellis. 813, b
C. Lutorius Priſcus. 394, a
Lux inhonora. 92, b
Luxuria anilis. 600, a. Italiæ notata in auro & argento. 233, a
Luxutiæ gradus. 233, b
Luxuriæ ad virtutem, difficilior via, quam virtutis ad luxuriam. 407, a
Luxus irritamenta quæ. 728, a, b
in Luxu audaciores adulteri. 376, b
Lycandi donum mirabile. 313, a
Lychni diuitum, candelæ pauperum. 718, b
Lycia. 307, a
Lycium mare cur Rhodium dictum. 285, b. Lycij Rhodiorum hoſtes. *ibid.* ciuiles & continentes. *ibid.*
Lycurgus inedia mortuus. 474, a
Lydi in Italia. 492, a. opulenti, ideo voluptuoſi. *ibid.* ſerui verſipelles. 410, a
Lydia Mæandri ſpiris amœna. 416, a
Lydus pædagogus. 89, b
Lygdus ſpado. 446, a, b. 447, a
Lymphæ, fontes. 737, a
Lyſimache ſacerdos. 55, b

M

Macæ. Maces. 261, b
Macedones Hyrcani. 252, b
Macedones orbis imperium affectauerunt. 381, b
Macedonia Thraciæ vicina. 481, a. olim Græcia. 290, a
Machabæorum ſepultura notabilis. 38, a
Machaon. 75, a
Macro libertus Tiberij. 529, a. veſtigator verborum & notator. *ibid.* proditor conniua. *ibid.* quæſtor Tiberij. *ibid.* excuſatus a Philone. 566, b. Næuianus dictus, quod Næuij filius. 562, a
Macrobij. i. qui diu vixerunt. 684, b
Mæcenas Cilnius dictus non Caius. 534, b. amiciſſimus Tiberio. *ibid.* in ſcribendo affectatus. *ibid.* dextra Cæſaris. *ibid.* a regibus ortus. *ibid.* epiſtola Auguſti ad eum. 534, a, b. M. Cilnius Mœcenas. 535, a. alter ocellus Auguſti. 479, b. diſcinctus. 536, a. ab eo ſignum petitum. *ibid.*
Mæcenas idem qui Bathyllus. 135, a. timuit ne intelligeretur. 56, b
Mæcenatis elogium ex Seneca. 134, b. eloquentia ebrij hominis. 535, a. veſtitus eius. 536, a. opertum caput. *ibid.* vigilantia. 535, a. vxor Licinia Terentia. *ibid.* triennio ſibi taciturnitatem indixit. *ibid.* præfectus Italiæ, abſente Auguſto. *ibid.* eius annulus in quo rana ſculpta. *ib.* eius vitia. 535, b. magni vir imperij. *ibid.*
Magalia Phrygum. 431, b
D. Magdalena ad pedes Domini. 76, b
Magi. 219, b. 220, a, b. homines ſacrificabant. 220, a. vmbras inferorū euocant. 221, b. 222, a. non expuunt in maria. 784, b. Perſarum eruditi. 781, b. eorum tria genera. *ibid.* Magus ſapiens. *ibid.*
Magia. 220, a, b
Magici apparatus. 298, b
Magicæ artes. 461, b
Magis, deſideratum. 902, b
Magis ſuppreſſum a Tacito. 496, a, b
Magiſtratus, Dij mortales. 64, b
Magiſtratus omnis prætor. 175, a
Magiſtratum ambientium puritas. 748, b
Magiſtratu concordi nihil Reip. vtilius. 518, a, b
in Magiſtratu qui ſunt, accuſari non poſſunt. 697, b
in Magiſtratu qui erat non conueniebatur niſi finito. 753, a. niſi in crimine læſæ maieſtatis. *ibid.*
ad Magiſtratum itur largitione. 67, a
Magiſtratus municipales magiſteria dicti. 167, b
Magiſtratus ſunt in patria poteſtate. 456, b
Magiſtratuum cuſtodia peruetus. 29, b. diuturnitas vtilis Reipubl. 442, b. faſcibus cur prælatæ virgæ. 88, b. libido in prouincijs caſtigata. 777, a. næui, auaritia & crudelitas. 778, a
Magiſtratibus nomina relinquunt Cæſares, ſed poteſtatem tollunt. 19, b
Magiſtri. 89, a. magiſtri morum. *ibid.*
Magius Cæcilianus. 380, a
Magneſia a Sipylo. 416, b
Magneſiæ duæ. 252, b. vnde dictæ. *ibid.*
Magnetes. 252, b
Magnetes plures. 416, b. Mæandricæ, Theſſalicæ. *ibid.*
Maieſtas violata. 364, a
Maieſtatis læſæ lex. 165, b. cur eam Auguſtus tulerit. 166, a. non niſi peſſimis temporibus extenſa. *ibid.*
Maieſtatis lex totam Auguſti domum comprehendit. 255, a.

Maieſtatis lex totam Auguſti domum comprehendit. 255,a. tracta ad Auguſtam. 472,b. etiam ad ſacri Conſiſtorij patres. *ibid.*
Maij Kal. quercus ſtatutæ. 310,a
Maioribus natu dignatio ſeruata a Romanis, Parthis, & aliis. 186,a
Malaciæ deſcriptio. 213,b
Maledicentia omnes artes infecit. 166,b
Maledicentiſſimæ magnæ vrbes. *ibid.*
Maledicorum elogium. 167,a
Maleficium pro beneficio. 458,b
Maluginenſium vetus familia. 409,a. non Sext. ſed Seruius Maluginenſis. 409,b. 410,a
Maluuiæ. 410,a
Mamercus, nomen Oſcum. 62, a. ita dictus Pythagoræ filius. *ibid.* prænomen Æmiliæ gentis. 420. b. apud Oſcos eſt Mauors. *ibid.*
Mamercus Dictator. 4,b
Mamercus Scaurus a Conſulatu repulſus. 369, a. *vide* Scaurus.
Mamercus patruus & vitricus Sullæ. 373,a,b. alius Mamerci vitricus Sulla. *ibid.*
Mammæ tumentes. 45,b. 46,a. mammas frangere. 438,b
Maniæ, quid. 625,a
Manibus pro *nauibus*. 631,a
Manipuli quot in legione. 73,a. illis mandatæ cædes. 25,a
Manlij contumacia in tuendo imperio. 747,a
Manliorum familia vetus & nobilis apud Romanos. 259,a. poſt M. Manlij facinus nomen Marci non cepit. *ibid.*
Mannius, nomen Roman. 614, b. 625, a. *mannius*, i. deformis. 625, a
Manſuetudo, principis virtus. 271,a
Manubiæ. 265, a
Manumiſſorum ingratitudo. 378, a
Manus amputatio inter tormenta grauiora. 668, b. manus truncæ fortibus viris. *ibid.*
Manus ſoror. 595,b
Manus venerationis ſignum. 107,a. quibus datum. *ibid.*
Manus ſanctorum oſculatæ. *ib.*
Manuum oſculationes in vſu. 107, b
Manum implere. 55, b
Manu annuere. 575, a. imperatum ſilentium. 94, b
Manus in dolore, produnt animi anguſtias. 142, b. in plaudendo conſumere. 825,a,b
Manus intra ſinum *compreſſæ*. 142, a, b
Mapalia. 431, b. cerata. *ibid.* oblonga. *ibid.* incuruis lateribus. *ibid.*
Maquereaux. 318, a
Marabudes idem qui Maroboduus. 248, a
Maraut, Gallicum, vnde. 248, a
Marcellinus inedia mortuus. 474, a
Marcellus Æſerninus. 344, a. heres eloquentiæ Pollionis. *ibid.* Eſſerninus auitæ eloquentiæ ſucceſſor. 38,a
Marcellus exul Mitylenis. 542,a
Marcipores. 636,a
Marchands en gros ou en deſtail. 703, b
Marcomani generoſiſſimi. 250, b. hoſtes Romanorum. *ibid.*
Mardi, gens fera. 738, a. & ſui iuris. *ibid.*
Mare capax fortuitorum. 714, a
Maris poma pro vnionibus. 401,a
Mariani muli, milites. 74,a
Margarita, aut Margaritæ. 401, a. a fœminis reperta. 401, b
Maritus vxori deeſſe non debet. 360, a
Mariti decipiendi ars. 609, b. eius in vxorem iuriſdictio. 379, b
Mariti cuſtodes vxorum. 376,b. vxoribus pro patribus. 141,b. de vxoribus vix credunt. 349, b. 350, a
in Maritis totum mulierum Germanarum deſiderium. 141, b
Marius primi Conſulatus exceptor, cæterorum raptor. 43, a. felix ſi a triumpho ſtatim exanimis. 43, b
C. Marij elogia. 43, a, b
Maroboduus rex Romæ verſatus. 217,a. ab Auguſto beneficiis ornatus. *ibid.* potens apud ſuos. *ibid.* rex Marcomanorum. 217, a. 248, a. eius ſedes Bubienum. 217, a. eius elogium a Velleio. *ibid.* Marabudes a Strabone dicitur. *ibid.*
Mars Ioui præpoſitus. 212,b. togatus. 145,b
Martis Vltoris duo templa. 289, b. eius vxor Neriene. 594,a
Marti equus immolatus Romæ. 556,b
Marſarij a Plinio qui Marſi. 129, a
Marſi a Marte. 129, a. etiam Marſarij dicti. *ibid.*
Martia Bruti coniux, Catonis filia. 809,b
Martia Catonis vxor. 375,a
Martia Fabium maritum peſſum dedit. 23,b
Martia aqua. 736,a. 752,a. ſalubritate & frigiditate præcipua. 736,a. Ancia dicta. *ibid.* a quibus in vrbem deducta. 736,b
Martia trophæa rite Marti debentur. *ibid.*
Martialis poſtea tam ſincerus ſcriptor quam antea turpis adulator. 325,a
D. Martini corpus. 385,b
Martiobarbuli. 86,b
Martyrum memoriæ. 94, a. 799, a. eorum tumulis procumbunt imperatores. 799. b. mortis dies celebratus a Chriſtianis. 527, b. reliquiæ cupide lectæ. 150, b. ſepulcra Romæ. 298, b
Maſculum thus. 54, a
Maſiniſſa donat munera Regulo. 406, a
Maſpurgum. 138, b
Maſſeſulorum gens. 261, a
Maſſiaci. 138,b
Maſſilia vrbs nobilis. 482, a. etiam hodie. *ibid.* a quibus condita. *ibid.* vrbs valde Catholica. *ibid.*
Maſſiliam nauigare, prouerb. 482, b
Maſſilia Athenæ Galliarum. 483, b. litterarum & ciuilitatis emporium *ibid.* in ea comitas & parſimonia. *ibid.* Græcorum amans Maſſilia. *ibid.*
Maſſilianæ leges. 681, a
Maſſilienſes temperantes. 483,b
Matris nomen quo extendatur. 63, a
Mater & filia, nomina pietatis. 63, b
Mater & *parens* idem. 63, a
Mater vrbium dicitur metropolis. 595, b
Mater necata quod filium fleuerit. 532, b. plorare filios a tyranno vetita. 672,b
Matris poteſtas. 511, b
Matres imperatorum dictæ Caſtrorum matres. 161, a
Matrum impudicitia, principum creſcentium gloriam obruit. 14, a
Matrum trucidatores. 719, b. ambigui an ventrem, an vbera feriant. *ibid.*
Mater familias etiam in iure dicta virgo. 15, a
Matres fam. in meretricia veſte. 314, a
Matrum familias auctoritas. 511,b

Maternus

Maternus Iulius aduocatus. 574,a. lege Cincia damnatus. *ibid.* quo tempore vixerit. *ib.*
Mathematici. 219,b. 220,a. Senatuſconſultum. 229,a,b. planetarij. 219,b
Matheſis inſectatio ex Seneca. 546,b
Cn. Matius Auguſti amicus. 128,b
Matrimonium confarreatum quid. 456,a. omnia vetera matrimonia confarreata. *ib.* quod euanuit. *ibid.* ſolis pontificibus nubentibus. *ibid.* confarreati matrimonij deſuetudo. *ibid.* tres rationes deſuetudinis. *ibid.* ab illo paterfam. & materfam. 456,b
Matrimonium omiſſum & amiſſum. 700,a
Matrimonium per deductionem in domum fiebat. 614,b. per abductionem rumpebatur. *ibid.*
Matrimonij diremptio. 614,b
Matrimonium pactum. 615,a. per domuitionem. 299,a
Matrimonium ſecundum primis Chriſtianis exoſum. 322,b
Matrimonij elogium. 366,a
Matrimonio renuntiare. 299,a
ex Matrimonio ſolatia. 376,a
in Matrimonio concordia laudata Romanis. 323,b
Matrimonia apud paganos multis precibus honorata. 599, b. & apud Chriſtianos multis ſolemnibus. *ibid.*
in Matrimoniis vxorem petere oportuit. 11,b
Matrona. 17,b
Matrona pro coniuge. 625,a
Matrona in publico ſine ſtola, monſtrum. 314, a. intecta in publico, pro monſtro. 188,a
Matronæ a viſu & ſocietate ſcortorum abhorrentes. 318, b. purpuratæ. 314,b. auratæ. *ibid.* curru vectæ. *ibid.* iis erat toga talaris. *ibid.* crine diſtinctæ a meretricibus. 315,a. vittatæ. *ibid.*
Matronarum dignitatem tuetur Auguſtus vere princeps. 180,b. earum Senatus. 302,a. vitium, ſi in publico. 698,b
D. Mathias quomodo electus. 670,a
Mattiacus ager. 138,b
Mattium. *ibid.*
Mauri. 261, a. Romanorum hoſtes. 261,b. peritiſſimi iaculandi. *ibid.* celeres. *ibid.* nigri. *ibid.*
Mauritania in duas partes ſecta. 431,a
Maurufij. 261, a
Mauſoleum Cæſarum. 341, a
Maximus Lappa dictus. 166,b
Medi ſerui lecticarij. 225, a. eorum ſiluæ celeberrimæ. 277, b. terra ditiſſima. 272,a
Media in duas partes diuiſa. 272,a
Medicus Druſi ingens potator. 381,b
Medici pro Chirurgis. 403, b. imperiãt ægris. 605,a. vt reges ſubditis & duces militibus. *ibid.* maledici. 166, b. ſæpe magnorum ſcelerum conſcij. 438, a
Meditamenta magnæ curæ. 787,a
Medius locus honoratior. 347, a,b. ſed inter tres viros. *ibid.* & in triclinio. *ibid.*
Megalenſes aut Megaleſij ludi. 338, a, b. olim pudici. 338, a. poſtea impudici. *ibid.* in iis carmina impudica Diis cantata. 338,b
Megiſtanes proceres Armeniorum. 781,b
Meledonim. 701,a
Mella Mæcenatis & Salluſtij imitator. 832,a
Melle vina condire. 291,b
Memmius Regulus. 624,b
Memmius Petennius. 72,a
C. Memmius ante tempus Dictatura ſe abdicat. 4,b
Memnonis ſaxea effigies. 287,a
Memoriæ aures dicatæ. 57,a
Memoriæ deliquium paſſi. 536,b
ad Memoriam Herculis ſacra. 134, a
Memoriæ martyrum. 94,a
Menedemus habitu furiarum. 741,b
Menelaus portus. 284,b
Meneſtriers. 720,a
Menæchmi quas turbas edunt. 241,a
Menon litterarũ inuentor. 580,a
Mentis turbatio. 46,b
Menſa iungit quos iungit amor. 570,b
Menſa macelli conturbatrix. 688,a
in Menſa venenum, grande ſcelus. 293, b
Menſæ hoſtes conciliant. 783, b. magnatum cladium cauſa. 129,a,b
Menſæ Chriſtianorum ſacræ. 293,b. benedictione & ſigno crucis. *ibid.*
Menſis adpoſitæ effigies geniorum. 293, a. ſacræ. *ibid.* ſalis adpoſitu. 293, b. deorum imaginibus. *ibid.*
apud Menſarios depoſitæ pecuniæ. 34,a
Menſis diuiſus in primum, medium, & vltimum. 604,a
Mentagræ morbus, ſub Tiberio. 589,a
Mercatoris a negotiatore diſcrimen. 703,b
Mercurius commeator deorum. 64,b. litterarum inuentor. 580,a
Mercurij virga aurea. *ibid.*
Meretricia veſte matres fam. 314, a
Meretriciæ artes poſcinummię. 700,a
Meretrix nuda. 788,b
Meretricis contactus, virtutum exitium. 667, a
Meretrices detecto vultu, ad pudorem. 314, b. profeſſæ. *ibid.* diſpoliatæ indumentis matronalibus. *ibid.* aliter veſtitæ quam matronæ. *ibid.* nec purpuratæ. *ibid.* nec auratæ. *ibid.* nec curru vectæ. *ibid.* ſub lenonibus. 318,a. ſtipem conferebant. *ibid.* earum capturæ in rationibus lenonis. *ibid.* ſummotæ ante Veſtales. 318, b. ab earum viſu caſtæ fœminæ abhorrebant. *ibid.* hodie matronis ſuperiores. *ibid.* ſemper habent quod compareant 700, a. togatæ mulieres dicuntur. 315, a. earum veſtes decurtatæ. 315, a,b. centone verſicolori indutæ. 315, b. apud Iudæos cum theriſtro. 316, a. & in biuijs proſtantes. 315, b
Meretricũ mores. 602, b. 698, a. procacitas & proteruia. 709, a. profeſſio impudicitiæ. 316, a. deductio publica. 316, a, b. cũ tintinnabulis. 316, b. dictæ Saburranæ canes. *ibid.* & ſummœnianæ. *ibid.* Suburranæ. 316, b. deductæ ad lupanar. *ibid.* ad Saburram. 316, a. tonſtrices habebant. 316, b. in cryptis degentes. 317, a. in fornice. *ibid.* in luſtrali cella. *ibid.* opere fornicato facta. *ibid.* quæ carcer etiam dicitur. *ibid.* earum lectulus teges vilis. *ibid.* ex iuncis. *ibid.* earum cella inſcripta. *ibid.* & frons etiam, ad memoriam. *ibid.* nudis corporibus viſæ. 317, b. ijs leno veſtes verſicolores & centones dabat. *ibid.* in ſtabulis degebant. *ibid.* & in Circo. *ibid.* nona proſtabant populo. *ibid.* inde Nonariæ dictæ. *ibid.* in vijs & ſemitis morabantur. *ibid.* & in ripis fluminum. *ibid.* amiæ dictæ. *ibid.* earum ſerui. *ibid.*

Meroe. 287,b
Merus pes. 278,b.279,a
Meſopotamia. 556,a,b
Meſſalla pro Meſſana. 410,a
Meſſallæ vnde nomen. 39,a
Meſſalla vixit centum annos. 510, b. præfectus prætorio ſub Arcadio & Honorio. 38,b. Valerium & Cottam Meſſallinos reliquit. 228,a
Meſſallæ proſcriptor Antonius. 6,a
Meſſalla Augur, Annalium ſcriptor. 2,a
Meſſalla Coruinus. 536,a,b. orator. *ibid.* cur eiurauerit præfecturam vrbis. 536,b
Meſſalla Valerius. 38, b. Meſſallinus viuente patre dictus. *ib.*
Meſſallæ duo Conſules. 333,a
Meſſallinæ duæ eodem tempore. 816,b
Meſſallina amore Mneſteris pãtomimi inſaniuit. 571,b. duobus fratribus exitium tulit, quod Poppæa cum eo in eorum domo fuiſſet. 571,b. 572, a. ab Appio ſpreta, quem deperibat, cum occidi curauit. *ibid.* Claudio imperauit. 377, a. cur regina dicta. 438, a. in Mneſterem ardet. 609, b. & mariti opera vtitur ad illum alliciendum. *ibid.* Helena meretrix. 597, a. virum deſerit, & metuit. *ibid.* Paridem ſequitur. *ibid.* lupa. 578, b. vorat multos Romuli nepotes. *ibid.* eius libido prodigioſa. *ibid.* eius dominatio in ſanguine & inguine tota viguit. *ibid.* atrox odiis. *ibid.* propudioſa. 578, b. quos appetebat, poſtea faſtidiebat. 609, b. Venus Libentina. 605, b. inaudita perit quæ tot inauditos mactarat. 607,a
Meſſallina & Iulia pares vitio, pares exitio. 610,a
Meſſallinæ elogium. 603,b. intemperantia. 597,a. luxus. 568, a
poſt Meſſallinæ mortem deterrima omnia. 611,a
Meſſallini duo fratres. 536,a. filii Meſſallæ. 536,b
Meſſallinus Cotta. 375, a. eius ſoboles. 49,a
Meſſallinus Valerius, filius Meſſallæ. 376,a
Meſſana ciuitas. 538, b. ab ea Meſſallæ pro Meſſanis. *ibid.*
Meſſenij vnde dicti. 481,a. male habiti a Lacedæmoniis. *ibid.*
Metari caſtra. 307,b
Metatores. 307,b
Metellus cibum coctum militi dari vetuit. 758, a. excæcatus. 793, b. primus lectica in Senatum vectus. 221,a
Metelli Numidici virtus. 11,b
Q. Metelli pontificis fortuna felix. 416,a
Q. Metello contigit quod nemini poſt conditam vrbem. 417, a. luxurioſus in cœnis. *ibid.*
Metus animi, conſilij ruina. 340, b. hiſtoricorum vitium. 7,b. maior quam motus. 118, a. malus rerum interpres. 556, a. ob praue facta. 419,b
Metus & Terroris differentia. 436,b.
per Metum prodita Reſp. 105,a
Micha. 55,b
Micheas propheta. 495,b
Miles *adſiſtere* dicitur. 205,b. decolandi artifex. 25, a. ferro quam frero mori mauult. 543,b. furens, populus inſaniens, peſtes imperiorum. 105, b. in otio difficile pacatus alitur. 69, a. miniſter imperatoriæ poteſtatis. 27,a. plus audire quam loqui debet. 94,a. rebellans Deum lædit & ſe & Imperatorem. 115, a. ſceletis pœnitens aut ſuo, aut hoſtis ſanguine ſcelus expiat. 127,b. ſub oculis ducis in pugna inuictus. 211,a. ſemper in labore. 584,b. eius officium labor. *ibid.*
Miles Ro. & æſtiua & hiemali militia clarus. 69,b. diu ſtipendiis ſuis militauit. 76, b. hoſtem timere flagitium putat. 160, a. Militi per conductores veſtimenta. *ibid.* poſtea prouincialium cura. *ibid.* in caſtris hieme & æſtate. 689, a. primum ſuis ſtipendiis militabat. 492, b. poſtea veſtimenta data. *ibid.* quia hieme, & Kal. Septembris. *ibid.* & Kalend. April. veſtes datæ militi. *ibid.* vite flagellatus. 87. a. externus fuſte. *ibid.*
Militis vita, ampla penus plagarum. 75,a. furentis arrogantia. 95, b. munia & duritia. 739,a
Militis Chriſtiani armatura. 94, a. & militia. *ibid.*
Militi magis timendus imperator quam hoſtis. 80,b. paratus neceſſarius. 196,a. propriæ donatiuum. 635,a. victori boues centum dati. 738, a. Romano certi progrediendi modi. 775, a
Milite furente nihil cæcius aut ſurdius. 115, b
a Milite ſigna non deſerebantur, nec agmina. 583, a. miles in bello accinctus, poſt bellum diſcinctus. 585, a, b
in Milite amor ſignorum. 101, a. tria a P. Æmilio requiſita. 73, a
Milites dicuntur iuuenes. 104, a. a negotiatione longe ſepoſiti. 703, a. non vxorari, non in dignitate poſiti. *ibid.* vnum curant vt Martem curent. *ib.* aquilis velociores, leonibus fortiores, & lupis rapaciores. 100, b. commeantes. 479, b. eorum officium. *ibid.* & 480, a
Milites ex inſanis aliquando ſapientes. 82,b. in contuberniis ſimul edentes & cubantes. 127,a. in fronte notati. 74,a. & in brachijs. *ibid.* in veteri Rep. iurabant in verba Imperatoris. 29,a. longis viarum ſpatijs magis afflicti, quam plagis. 192,a. maiores vehiculoſ commeabant. 82, b
Milites, muli Mariani. 74, a. miniſtri ad coercendas quæſtiones. 348, b. cadauerum ſeruatores. 349,b. opinatores. 507,a. pecunia & ſtupro deuincti. 569,a. quidam itinerum & pontium curam agebant. 81,a
Milites Ripatienſes, ſiue Ripuarij. 112,a. Limitanei. *ibid.* Limitrophi. *ibid.* Libertini. 112,b
Milites ſeditioni diuiduntur. 122,b. ſemper cum gladiis 33, a. ſerui ſunt. 73,a. ſeruis per obſequium comparati. *ibid.* & per ſtipendium. *ibid.* per redemptionem onerum. 73, b. per geſtationem onerum. *ibid.* & per notas verberum. 74, a. ſinguli quod pondus ferebant. 83,a. ſubſignani. 111, b. præpoſiti laborum. 112, a. piliferi, ſeu *Halebardiers. ibid.* tam neſcire quædam, quam ſcire oportet. 97,b
Milites vaſa portabant ad edulia. 211, a. pugnaturi haſtas quatere ſoliti. *ibid.* clypeos hoſtium feriebant. *ibid.* vinctorum catenas tenebant. 361, b. ad cuſtodiam deputati. *ib.* 362,a. vſti & conditi poſt fata. 149, a. b. etiam ſaliti. 149, b. ſi non comparebãt poſt aciem, lugebantur. 156,a. vt ſerui habent veſtiarium. 73, b. a prouinciis datæ militib. veſtes. *ibid.* vt ſerui, ex ſtipendio ſibi veſtem parabant. 74,a. & ſuccincti. *ibid.*

Milites Iul. Cæſaris in auro & argento. 91,b
Militum acclamationes crebræ. 109,a. eorum voluptas, turbamenta Reip. & principum diſſidium. *ibid.* adulationes in Neronem matricidam. 107,a. alloquia fortuita, vel conſulta. 120,b. calcar largitio. 44,a. cibi diuerſa ætate diuerſi. 200,b. militares cibi, poſteriori æuo. *ibid.* defectio Imperatoribus haud grata. 122,a. diaria. *ibid.* dicacitas. 124,a. duo munia, diſciplina ac labor. 71,a. excubiæ propter ſigna. 101,a. vbi ſigna, ibi miles. 101,b. fauor largitione & ambitu male acquiritur. 113,b. gaudium, ſigna recepta; amiſſa, mœſtitia. *ibid.*
Militum in Tribunos nequitia. 105,b. & in legatos. *ibid.* miſſiones Iuriſconſultis explicatæ. 75,a. 81,a. munia in caſtris. 93,b. nequitia in Chriſti morte. 86,b. nitela. 91,a. 688,b. onera ordinaria & extraordinaria. 74,a. ſacramentum, ſigna non deſerturos. 101,a. 114,b. ſarcinæ. 82,b. ſub ſarcinis aut expediti pugnabant. *ibid.*
a Militibus cædes peractæ. 25,a
Militibus Rom. dati agri. 75,b. non vliginoſi. 76,a. nec continui. *ibid.*
Mileſij & Epheſij coniuncti. 492,a
Miletus. *ibid.* Cadmi patria. 580,b. Ioniæ caput. 268,b. octoginta vrbibus potens. *ibid.*
Milichus, nomen vſitatum. 807,b
Militaris auaritia. 123,b. ſtellatura militum. *ibid.* clamor. 390,a. vetuſtiſſimus. *ibid.*
Militaris diſciplina, pacis bellique medium. 689,b. ſolo imperio & obſequio continetur. 26,a
Militare ærarium. 182,b. exercitium. 108,a
Militares facetiæ. 86,b. etiam in imperatores. *ibid.* pœnæ. 690,b. *gradus.* 87,a
Militarij gradus. 389,a
Miluius pons, vel Moluius, vel Muluius. 701,a. opportunus graſſatoribus. *ibid.* a quo factus. *ibid.*
Militia non ſoluit ius patriæ poteſtatis. 456,b. prima Romanorum neſcia hibernorum. 69,b
Militiæ prima pars, in parendo. 121,b. commoda. 76,a
Minacius Plancus. 116,a
Mimi equites ſub Iulio & Auguſto. 727,a
Minerua cur filia tota Iouis dicatur. 678,b
Minerua Muſa. 45,b. 46,a. *puſa.* *ibid.*
Mineruæ aureum ſimulacrum. 722,b
Mineruæ dicati digiti. 57,a
Minerualia. 728,b
Minianus Iupiter. 51,b
Miniſteria magiſtratuum ex libertis. 682,a. militum. 27,a. ſacerdotum. 682,b
Minutia via. 405,a
Mirus & muræna differunt. 49,a
Miſenus, mons & portus. 440,b
Miſeni promontorium. 565,a
Miſſio voluntaria. 113,a. coacta. *ibid.*
Miſſionem petebant milites a 16. annis. 95,b
Miſſiones militum Iuriſconſultis explicatæ. 75,a
Miſſulani. 261,a
Mithridates. 576,a. eius elogium. 269,a. 270,a. Mithradates Dioni. 26,d
Mithridation medicamentum. 270,a
Mitylena nobilis inſula. 542,a. vbi exul Marcellus. *ibid.*
μνῆμαι. 89,b
Mneſter pantomimus. 571,a. eius amore inſaniuit Meſſalina. 571,b. hiſtrionum commune nomen. 609,b. Meſſalinæ adulter interfectus. 609,b. Mneſter alius ſub Nerone etiam cæſus. *ibid.* cum Meſſalina cæſus. 720,a
Mneſteri ſtatuæ a Meſſalina confectæ. 609,b
Modeſte non moleſte petendum 80,a
Modeſtia legatos commendat. 80,b
Modeſtia ſeruorum Domitiani. 442,b
Mœnia ad proſpectum. 329,b
Mœchæ buſtuariæ. 298,b
Mœchus ore, lingua maritus. 762,a
Mœchorum pœna. 621,b
Mœſi ſerui lecticarij. 225,a
Mola, ſerui cruciatus. 395,b
Mola ſalſa ſomnia expiata. 154,b
Mollia nemora. 500,b. molles ſomni. *ibid.*
Mollities voluptatem ſapit. 688,b
Monachi eximij fœtus ſapientiæ. 265,b
Monachorum veterum opera. 114,a
Moneta, vna ex notis Imperatorum. 76,b
Monetale. 400,b
Monilia deorum. 52,b
Monitores iuuenum. 89,a
Monitus, pro *motus*. 470,a,b
Monſtra aquis expiata. 543,b. in vltimas terras deportata. 803,b. aut in mare proiecta. *ibid.*
Monſula. 193,b
Montani duo, Iulius & Voticenus. 480,a. alius Montanus Senator. *ibid.*
Montes rupti. 251,b
Morbi exploratio per pulſum venarum. 565,b
Mori volenti nihil niſi deeſt animus. 811,b
Mori velle nec poſſe, maior calamitas. 547,b
Morientium votum, poſt mortem coli. 32,a
Morientibus contactus dextræ. 301,a. b. lumen domus præcludebatur. 471,b
Morituri aduocabant manes parentum. 668,b
Mors, alba. 51,b. arbitrio permiſſa. 828,b. ſine opprobrio. 829,a. a viris probis turpi famæ præfertur. 552,a. Chriſtianis non mors, ſed ſomnium. 151,b. Chriſtiani, præclara ſors. 86,a. eadem quibus eadem vita. 701,b. *fato propera.* 16,a
Mors ferociorum præcedit imperiorum mutationes. 10,a. hominum frequens votum. 684,a. omnium terribiliſſima, & omnibus certiſſima. 610,b. per abſtinentiam truculentiſſima. 474,a
Mors Romana gladio occumbere. 515,b. mortem ſibi inferre vetitum. *ibid.*
Mors ſæua & immatura. 673,a. vltima. 559,a
Mortis arbitrium breue. 811,b. exactor. 349,b
Mortis martyrum & fidelium defunctorum diem cur celebrent Chriſtiani. 527,b
Mortis meditatio, philoſophi ſcopus. 761,b
Mortem inuidere, tyrannis eſt. 547,b. pro mimo habent magni viri. 570,b. mors non metuenda. 571,a
citra Mortem, & *vltra Mortem*, quid. 625,a
Mortuum etiam colere, amoris indicium. 32,a

ſuper Mortuum mœror. 328,a. deturpatio capitis. *ibid.* ſparſo puluere. *ibid.* proſtratione. *ibid.* laceratione genarum. *ibid.*
Mortui Chriſtiani non lugendi. 304,b
Mortui non lædendi. 549,a. ſacri & religioſi. 42,a
Mortuorum conclamationes. 32,b. ſolatium, voluntas vltra mortem. 300,b
de Mortuorum ſepultura. 40,b
Mortuis inferiæ. 127,b. ex humano ſanguine. 127, b. tempore Homeri. 128,a. oſcula. 84,b. lacrymæ. *ibid.* ſuper cadauer extenſio. *ibid.* hiatus ſuper mortuum. 85,a. oculorum opertio. *ibid.*
Mortuis pax apud Chriſtianos & Iudæos. 42,a. vnde illis columnæ. 37,b. 38,a
Mos omnibus vitiis obtegitur. 616, b. malus mos non eſt mos, ſed peruerſitas. *ibid.*
More maiorum. 230,a
More maiorum puniri, quid. 753,a
Mores hominum quorundam mutant imperia. 502,a
Moſa, fl. 193,b
Moſceni. 252,b
Moſcini. *ibid.*
Moſchicum Hyberniæ regnum. 639,a
Moſchi Hyberi. *ibid.* ſeu Hiſpani. *ibid.*
Moſella, fl. 193,b
Moſes pro mago Paganis. 220,a
Motus pro *monitus*. 470,a,b
Mugilis pœna. 258,a. Mugiles & adulteri pares. *ibid.*
Mulcta, quid. 740,b. ex pecoribus. *ibid.* pecuniaria. *ibid.*
Muli calcitrones in hoſtium caſtra miſſi. 157,a
Muli Gallici. 224,b
Muli Mariani, milites. 74,a
Mulier eſſe, quid. 570,a
Mulier *infamis*, quæ. 168,b
Mulier Pagana in luctu filij conſolationem non admittit. 305,a
Mulier pulchra, nec pudica, eſt ſepulcrum. 698, a. aut ſcropha monilibus ornata. *ibid.* rapax Celæno. 374,b
Mulieris laus. 356,a
Mulieris cor vbi gaudium. 715,a. adulteræ pœna. 255,b. 256,a. & vinolentæ. 256,a
Mulieri nefas caſtra ingredi. 119,b. in caſtris ſub Domitiano. *ibid.*
Muliere nihil leuius. 350,a
Mulieres arenariæ. 734,a. cum gemmis dormiunt. 402, b. Deo votæ. 305,a. donis captæ. 667, b. muſcæ & hami. *ibid.* funebri pompæ aderant. 333, b. ſed ſeparatæ a viris. *ibid.* in funere virorum. 23, a,b
Mulieres inter ſe componere, periculoſum. 625, a. apud Leſbios certabant de pulchritudine. *ibid.*
Mulieres menſis virorum. 570, a. publicis & priuatis menſis. *ibid.* nullæ in caſtris. 119,a. niſi vxor Ducis aut præſtantiorum. *ibid.*
Mulieres Rom. gladiolos in cingulis geſtabant. 564,a
Mulierum capillatura. 494,b. cuſtodia duplex. 607, a, b. 608,a. vna honoris, altera oneris. 607,a. fallax genus. 578, b. imperium pleriſque maſculorum iuſtius. 20,b. inuidia inter ſe. 303,b
Mulierum Germanarum totum in maritis deſiderium. 141,b
Mulieribus turpis nuditas. 789, a. & accumbere menſis. *ibid.*
Muliercula etiam de primaria fœmina & matrona dicitur. 17,b
Mulio Incitatus dictus. 62,a
Mulleus. 280,a
Multitudo, vehemens malum. 77,a
L. Mummius Corinthi deſtructor. 481,b. tabulis & vaſis auctoritatem dedit. *ib* eo Cenſore inaurata Capitolia. 734, b. ipſe Corinthi euerſor. *ibid.* Romam ſignis impleuit. *ibid.* dotem filiæ non reliquit. *ib.* vir fortiſſimus & abſtinentiſſimus. *ibid.*
Munatius Plancus. 115,b. 116,a. Lugduni conditor. 247,a
L. Munacius Plancus Cenſor. 10,a
Municas pro *communicas*. 62,b
Munera captatoria. 695,b. data hoſpitibus. 739,a
Munerarij. 430,b. 431,a
Municipalis adulter. 438,a. eques. *ibid.* vita. 167,b. magiſtratus. *ibid.*
Munifex. 381,a
Munificentia imperatoria. 125,a
Munimento non egere, munitiſſimum munimentum. 44,a
Muræna. 47,b. Tyrrhena beſtia. 49,a
Murciæ deæ ædes. 735,b
Murrhina. 253,a
Muſæ. 46,a
Muſarum diſcipuli pallidi. 501,a
Muſculi, milites vocati. 86, b
Muſella. 193,b
Muſicis antiquis honos vt vates & ſapientes iudicarentur. 726,b
Muſonius Rufus. 761,a. accuſator Egnatij Celeris. *ibid.* actus in exilium ob coniurationem in Neronem. 761,b
Muſulani. 261,a
Mutationes publicarum rerum exitioſæ. 618,a
Mutianus execrandus qui de bello ciuili triumphalia recepерit. 45,b
Mutius quis apud Iuuen. 579,b
Q. Mutius Scæuola Conſulatum reſpuit. 431,a
Myrina. 253,a. in Aſia. *ibid.*
Myſus pro inepto & barbaro. 196,b
Myſi ſerui a Myſia. 17,a
Myſorum vltimus, prouerb. 410,a

N

NAbaioth qui in Biblijs. 276, a
Nabathæa regna pro Orientalibus. *ibid.*
Nabathæorum ſitus. *ibid.*
Nabuchodonoſor pro bellua cenſitus. 536,b
Næui in pulcrioribus relicti. 437,b
Næuia ſilua ad inſidias opportuna. 701,a
Nam pro *num*.
Nar fluuius. 183,a. hodie Tinnia. *ibid.* de eo contentio. 183,b
Narbonenſis Gallia. 440,b. vnde dicta. *ibid.*
Narciſſus Claudij Imp. libertus ditiſſimus. 602,a. inter coniuratos necis Claudij domini ſui. *ibid.* eius mores. *ibid.*
Narciſſus Quæſtor. 610,b. & Prætor. 611,b. ſed illæ dignitates minima pars auctoritatis. *ibid.*
Nares iræ dicatæ. 57,a
Narium deciſio. 620,b. 621,a
Narnia a Nare. 340,a
Narnienſes. 183,b
Naſica Corculum dictus. 219,a
Natalis dies celebris paganitati. 525,b. Natalis deorum. *ibid.* principum. *ibid.* magnorum virorum. 526,a. vrbium. *ibid.* priuatorum. *ibid.*
Natali die frugales ſolutiores. 527,a
in Natali feſta & violæ feneſtris. 525,b. & de nocte libera colloquia. 526,a. depexio capillorum. 526,b. annulorum geſtatio.

ſtatio. *ibid.* coronatio. *ibid.* vnguentario. *ibid.* veſtis alba. *ibid.* hilaritas continua. *ibid.* ludi. *ibid.* choreæ. *ibid.* lares coronati, & venerati. *ibid.* ara ſtructa, coronata, & floribus ſtrata. *ibid.* thura ingeſta. *ibid.* liba data. 527, a. preces & bona verba. *ibid.* puls fritilla. *ibid.* conuiuia. *ibid.* in hortis. *ibid.* ibi potio crebra, & meraca. *ibid.* dona. *ibid.* veſtes, lacernæ, lagenæ, & cœnatoria. *ibid.* aues. *ibid.*

Natalis Dianæ. 515, b. Pharaonis. *ibid.*

Natalis octies in anno celebratus. 527,b

Natales nefaſti, magna pœna. 528,a

Natalium cur contemptores Chriſtiani. 527,b. tres tantum celebrant. *ibid.*

Natalium illuſtrium inſignia qui vſurpat, coercetur. 242,a

Natalium loca ſemper dilecta. 778, a, b. optatiſſimi dies. 526,a

Natantes pueri cum vtribus. 199, a. nepotes natare docet Auguſtus. *ibid.*

Natare & ſcire literas, puerorum Rom. rudimenta. 199,a

Natare Rom. natiuum. 199, b. eques debet. *ibid.* & pedes. *ibid.*

Natatus in bello, litteræ in pace. 199,b. militi neceſſarius. 196,a

Nathan hiſtoriographus & ſacerdos. 1,b

Natolia. 276,a

Natura auida ſublimitatis. 477, a, b. magnus conſiliarius. 183,b. prouida. *ibid.* rerum natura pro diuina ſapientia. *ibid.* pictrix. 437, b. tota in varietate. 376, a. vindex ſcelerum. 721,b

Naturæ affectus expreſſus. 715,b

Naturæ iura vix pereunt. 25,b

Naturæ ſuæ nemo artifex. 586,b

Nauia ficus. 707,b. Nauius Augur. *ibid.*

Naues cubiculatæ & luſoriæ, tectæ. 188,a. in faucibus fluminis relictæ. 195,b. inſignia ſua habebant. 554,a. & ab his nomina. *ibid.* Pinax a materia. *ibid.* Priſtis a velocitate. 554,a. meretrix a proprietate. 554,b. ἰσολόπτερος a forma. *ibid.* a diis qui in puppe poſiti. *ibid.* Naues inſcriptæ. *ibid.* & pictæ. *ibid.* ceratæ. *ibid.* nigræ. *ibid.* coronatæ in portu. 555,a

Naumachia Auguſti. 728,a

Nauportus. 81,a

Nautæ procaces & feri. 445,b. truculenti. 719,a,b

Nautarum celeumata. 329,a. vota proris fixa. 298,a

Naxos. 817,b

Neæra a Tibullo diuulſa, vt caſte ageret. 365,b

Neapolis. 722, a. ſeceſſus & otium Romanorum. *ib.* otioſa dicta. *ibid.* & vnguentis abundans. *ibid.*

Neceſſitas dura. 760,a. magna dea. 143, b. omnium actionum mater. 58, a. eius poteſtas. *ibid.*

Neceſſitates. 58,a

Neceſſitudo reip. 43,a. ſanguinis. *ibid.* cognationis. *ibid.*

Nefas. 198,b

Negotiator & mercator quomodo differunt. 703,b

Negotiatores Rom. a barbaris occiſi. 386,b. 387,a

Negotinummia aduocatorum. 573,a

Nembroth. 107,a. 770,a. primus tyrannus orbis. 298, a. eius ſedes Seleucia. *ibid.*

Nemo, pro *ne homo.* 751,b

Nemo vnus, pro *nullus.* *ibid.*

Nemora mollia. 500,b

Nemora truncis corporibus opplera. 148,b

Nepenthes poculum dat Helena. 293,b

Neptunus Ægæus. 418,b. nam in Ægæo ſedem habuiſſe putabant. *ibid.* nemini parcit. 214,b. eius omnes filij truculenti. 719, a. ſceptrum tridens. 14,b

Nequinenſes. 183,b

Nequitia obrutu fracta. 115,a. interdum firmata. *ibid.*

Nereides pulſæ in littus. 744,b

Neriene Martis vxor. 594,a

Nerij, auratorum commune nomen. 609,b

Nerio, virtus, fortitudo. 594, a. ſiue vis Martis ac poteſtas. *ibid.*

Nero, verbum Sabinum. 594,a

Nero ædes Fortis Fortunæ conſtruxit. 243,a

Nero condendæ nouæ vrbis cupidus. 793,a. factionum flabellum. 381,a. hyæna. 789,b. Ilienſium patronus. 491, a. Græce declamantem eũ Roma audiuit. *ibid.* in alijs culpat quod ipſe admiſit. 827, a. in dignitates ſæuit. 816, b. malus poeta, peior imperator. 730, a. materni concubitus cupitor. 702, b. non ſcriptus heres hereditates rapit. 254, a. omnia munera Senatus ad ſe trahens. 805, a. poeta. 730, a. rex horrendus. 698, a. a Martiali rex vocatus. 3, b. ſexum mentitur. 679, a. inſtar belluæ tectus. *ibid.* venenum orbis non niſi in bonos ſæuit. 800, b. quadrigarius. *ibid.*

Neronis & Auguſti differentia. 65, b

Neronis & Pythagoræ nuptiæ. 789,b. & Spori quoque. *ibid.*

Neronis domus inuidioſa. 794, a. aurea. *ibid.* inuiſa. *ibid.* ciuium ſpolijs extructa. *ibid.* foſſa a Baiano lacu Hoſtiam vſque. 714, b. imperium. 502, a. noctes. 804, b. opera, ludicrum operæ. 726, a. quinquennium. 629, a. vox parua & obſcura. 730, a. ideo ridicula. *ibid.*

Neroni toga numerata. 635, a. virtus, opes, nobilitas pro criminibus. 665, a

in Neronem matricidam adulationes a militibus. 107,a

Nerone clementius mare. 717, a. eo moriente non ſequitur mors imperij. 752, a. de eo multi multa falſa ſcripſere. 719, b. ſub eo virtus Rom. abijt obijtque. 684, b

Neroniana Colonia. 740, a. crudelitas. 671, a

Nerua Cocceius inedia mortuus. 474, a. Traianus. 36, a

Neruæ imp. iuramentum initio imperij. 66, b

Nerua filius, I. C. 818,a

Neſcius. 495,b

Nicæas ſacerdos Plinij iunioris præceptor. 90, a

Nicephorium. 559, b. 560,a

de Nicolao philoſopho dictum Auguſti. 494, a

Nicopoli quinquennales ludi. 733, a

Nicopoles plures. 262,a

Niger, imp. 677,a

Nigrum, mortis ſymbolum. 304,b

Nihil dicitur Sathanas. 323,a

Nilus fluuius. 283, a. 288, b. totius imperij maior fluuius. *ibid.* pro Ioue Ægyptijs. *ibid.* dictus Geon. 283, b

Nili menſura. 287, a. vndecim oſtia. 283, b

Nimbus, dicta faſcia capitalis. 810, a

Ningulus pro *nullus.* 751,b

Niniue a Nino. 619, b. metro-

polis Aſſyriæ. *ibid.* vix trium dierum itinere permenſa. *ibid.* caſtellum ſub Claudio. 610,a
Ninutticum iuſtitium. 70,b
Niſibis. 560,a. 770,a
Nitellæ militum. 91,a. in ſignis, armis & veſtibus. 91,a,b
Nobiles Rom. ſub Nerone ludiones. 727,a
ad Nobilitatem arenæ fœdandam datæ merces. *ibid.*
ex Nobilitate quidam ignobiles. 586,b
Nola vrbs Campaniæ. 23,b. ob negatam Virgilio aquam famam perdidit. *ibid.* exceſſu Auguſti nota. *ibid.*
Nocturna colloquia. 72,b
Nomades vnde dicti. 260, a. Africani. *ibid.* Scythici. *ibid.* Cæſariati. *ibid.* virga equos regebant. *ibid.*
Nominis mutatio in adoptione. 36,a. vel Nomini adoptiuo poſtpoſitio. *ibid.*
Nomina diuina aduocata ſacris. 170,a
Nomina ter vocata defunctorum. 150,b
Nominibus aut prænominibus ſe compellabant Romani. 635,b
Nomenclator dictat nomina, in veneratione. 590,a,b
Nonariæ cur dictæ meretrices. 317,b
Non quam cito, ſed quam bene. 422,a
Non quidquam, pro *nequicquam.* 751,b
Noricum Bauaria. 289,a
Noricorum deus Bellenus. *ib.*
Notas in ſcholis pueri docebantur. 408,b
Nouatus hæreticus templorum lauernio. 34,b. in ſacerdotes iniquus. 826,a. vxorem ictu calcis percuſſit. *ibid.*
Nouendialis cœna quid. 528,a. in ea rugiebant pagani contra deos. *ibid.* apio coronati, Deos accuſabant crudelitatis. *ibid.*
Nouerca. 26,a
Nouercarum amor in priuignos miraculum eſt. *ibid.*
Nouercæ aliquando priuignis ſalutares. 613,a
Nouercale odium. 612,b. 613,a
Noui homines. 586,a. 757,a
Nouitas. 757,a. omnis it ad vetuſtatem. 594,b
Nox apta turpibus. 696, a, b. concubia, ſeu ſopora. 116,b. altior. *ibid.* intempeſta. *ibid.* prouecta. *ibid.* ſuprema. *ibid.* noctis partes. 116, a. crepuſculum. *ib.* Nox coniugalis deſcripta. 600,a. in quatuor vigilias partita. 202,a. per clepſydram, non per gallicinium. *ibid.* intempeſta. 709,b
Nuceríni. 731,a
Nudare pectus, hiſtrionum ars. 608,b
Nudari turpe. 543, a. ante res ſacras nefas. 736, b. contra Solem Lunamque nefas. 35,a
Nudatio rei fiebat cum ignominia. 354,a
Nudipedalia Romana. 278,b
Nudipes. 810,a
Nuditas ignominioſa. 315, a, b. 317,b. 789,a
Nudus pes. 278,b. 279,a,b
Nudi equites. 354,a
de Nudis hominibus dictum Liuiæ elegans. 35,a
Numa auſpicum fundus. 98,a. vinum mulieribus prohibuit. 258, a
Numæ libri combuſti. 474,a
Numantina. 461, b. quomodo relicta a Plautio Siluano. *ib.*
Numentana porta. 225,b
Numidæ norunt in pugna ſtrophas & antiſtrophas. 463,a
Nummulariorum diuitum tremores. 536,a
Nummus vnde dictus. 76, b. argenteus. *ibid.* nummi Rom. Cæſaris formam præferentes. *ibid.*
Nummi bigati. 202,a. peregrini. 281,b. 282,a
Nuncupare, quid. 612,a
Nuncupatio votorum. 297,a
Nuncupare vota. 297,b
Nuntij *properi*, non *proprij.* 784 a
Nuper, de longiori tempore. 257, a
Nupta in gremio mariti. 599,b
Nuptæ deductæ in domum viri. 765,a
Nuptiæ ſollicitudine poſteritatis. 598,a
Nuptiarum conciliator. 627,a. forma, Liberorum procreandorum cauſa. 597,b. ſolemnia apud Græcos. 598,a
ante Nuptias ſacrificium ſolenne. 599,b
in Nuptiis albati. 303,b. conuiuia. 599,b
in Nuptiis Paganorum auſpices. 598,b
in Nuptiis bonum omen clauaccipiter. 599,a
Nuptiales tabulæ. 603,a. nuptialia inſtrumenta. *ibid.* pacta. *ibid.*
Nuſipetes. 130,a
Nutare, inclinare. 214,a
Nutus pro ſermone. 575,a. Nutus loquaces. *ibid.* pro verbo. 677,b
Nutu imperatum ſilentium. 94,b
Nymphæ ſacræ. 736,b
Nymphæus fluuius. 737,b. Romana clauſtra. 282,b

O

OBæratí tumultuum auidi. 387,a
Obedientia, vita; inobedientia, mors. 348,a
Obſequium victoriæ pars. 689,b
Obſequium & imperium oppoſita. 549,b. iis militia continetur. 26,a
Obſeſſa mulier nullo cibo per 70. dies. 548,b
Obſideri ab hoſte, Romanis ignominioſum. 356,b
Obſtinatum. 350,a
Obtorta gula. 242,b. collo. *ibid.*
Obuagulationis mos. 83,b
Obuiantes Principi læto cultu. 724,a,b
Obuiare principibus mos. 90,a, b. & literis principis. 91,a. & priuatis. *ibid.*
Obuiatio, clientium patronis. 341,a,b. principibus. *ibid.*
Obuiatio cum cereis. 91,a. cum incenſis. *ibid.* cum equis & curribus. *ibid.* & donis. *ibid.*
Oceanus Cenſor. 362,b. ſub Domitiano. 616,b
Oceani rabies. 214,b
in Oceano Britannico ſeu Hollandico belluarum formæ incredibiles. 215, b. Oceanus belluoſus. *ibid.*
Occidentales populi. 286,a
Occidioni omnia data. 707,a. etiam ex præcepto Dei. *ibid.*
Octauia militibus dat veſtimenta. 492, b. Electræ comparata. 765, a. maior Anchariæ filia ex patre Auguſti. 425,a
Octauiæ cauſa multi Romæ tumultus. 763,b
Oculi pro verbis. 94,a
Oculorum ſuauia a Græcis. 588, a
Odium amore potentius. 561,b. hiſtoricorum vitium. 7,b
Odia ſucceſſorio iure ad poſteros tranſeunt. 191,a
Odones. 281,b
ex Odoramentis multæ medicinæ. 287,a
Odoratæ galeæ. 120,a
Odores diis oblati. 286, b. varij in ſepul-

in ſepulturis. 332,a
Odruſæ, vel Odryſij pro Thracibus. 381,b
Ofellus, commune nomen ruſticorum. 609,b
Officia caſtrenſia comitata ducem. 376,a
Olea pro aſpergine adhibita. 155,a
Oleæ in contrarias ſedes progreſſæ. 802,b
Oleum ad limina Chriſtianorum. 53,a
Oleum gymnaſiorum conditur odoribus. 752, b. quibus præbitum. *ibid.*
Oliua conſcia partus Dianæ. 415,b
olla. 329,b
Omen accipere. 202, a. vel reſpuere. *ibid.* omina ex ore ſumpta. *ibid.* refutata. *ibid.* malæ pugnæ. 95, b. malum, aut bonum. 203,a
Omina de cœlo, aut de terra. 98,a. mala. 771.b. a Veſpaſiano irriſa. 772,a
omiſſe pro *omiſiſſe.* 391,a
Omneis pro *omnes.* 19,b
omnino quid apud Iuriſconſultos. 371,a
Opera parum expetibilis. 834,a
Operæ pictoriæ. 72,a. hiſtrionicæ. *ibid.* militares. *ibid.* armorum. *ibid.* conſilij. *ibid.* meſſoriæ. *ibid.* fabriles. *ibid.*
Operæpretium. 141,a
Opes aut firmant, aut euertunt Remp. 41,b. bonis artibus partæ, prodigium eſt. 684,b
Opimitas. 5,b
Opimius, nomen diuitis Horatio. *ibid.* ditiorum commune nomen. 609,b
Opinatores milites. 507,a
Oppiani carmen. 394, a. eius pater exul. 90,b
Oppidorum cadauera. 251,b
C. Oppius. 501,b
Oppij, gens Romana. *ibid.*
Oppius Gallus. *ibid.*
Opulentia magna magnum dat malum poſſeſſoribus. 542,b
Opus publicum qui reparat aut exſtruit, quid facere debet. 427,a
Oracula Phryxi. 554,a
Oraculis ſacratæ aquæ peculiares. 268,b
in Oraculis ſpecus & antra frequenter. 268,b
Oratio incompta ſed valida. 815, a, b. libera debet eſſe. a. tecta, & inſidioſa multi vtuntur. 56,b
Orationes Hebræo, Græco, Latino, Syrioque idiomate, 528, b
Orationes principum. 627,a
Orator cogitat quomodo nitear oratio. 575,b
Orator ſenex. 489,b
Orbilius plagoſus Grammaticus. 682,a. eius ſal in Galbam. 398,a
Orbitas & ſenectus duæ libertatis columnæ. 695,a
Orgia Bacchi. 55,a. a viris & mulieribus celebrata. 604,a. inceſtuoſa. *ibid.* in iis mulieres libidinoſiſſimæ. *ibid.* tibia. *ibid.* cornu. *ibid.* vinum. *ibid.* rotati crines. *ibid.* vlulatus. *ibid.* Priapi ſimulacrum geſtatum. *ibid.*
Orientales principes ſine donis non adeundi. 274,b
Origenes ſex millia librorum compoſuit. 6,a
Ornatricum geſtus. 52,b
Orius pro *Hortus.* 237,b
Ortygia eadem & Delos. 415,a. nutrix Apollinis. *ibid.*
Os clauſum. 242, a. inuentum Caligulæ ex Seneca. *ibid.* vel Tiberij ex Tacito. *ibid.* Os obuolutum. 242,a,b
Os deturpare vnguibus in luctu. 86,a. puluere. *ibid.*
Oris obductio. 504, b. exoſa Romanis. *ibid.*
Ora in animalibus. 551,a
Oſſa albentia. 148,b. in ſinu poſita. 303, a. cado aheno repoſita. *ibid.*
Oſcus, quid. 452, a, b. Oſci Indiones. 452, b. & ſaltatores. *ibid.*
Oſculum oris apud Iudæos antiquiſſimum. 587, b. datum dignioribus. *ibid.* vt ſacerdotibus a rege. *ibid.* apud Perſas. *ibid.* & Chriſtianos. 588, a. apud Paganos. *ibid.* matutina. *ibid.* patronorum in clientes. *ibid.* diſtincta pro dignatione cuiuſque. 588,b. breuia. *ibid.* dimidia. *ibid.* puerorum. *ibid.* oſculo quidam principes non vſi. *ibid.*
Oſculum pedum apud Iudæos. 589, b. apud Romanos. *ibid.* Chriſtiani pedes Epiſcoporum oſculantur. *ibid.* vt D. Magdalena pedes Chriſti. *ibid.* pedum oſculationis author Vitellius. *ibid.*
Oſcula data. 118,b. abeuntibus & aduenientibus. *ibid.* vulneribus. 328,b
Oſcula indicia perituræ virginitatis. 600,a. laſciua. 711, b. partes adulterij. *ibid.*
Oſiris ſubniger. 51,b
Oſtentorũ procurationes. 803,a
Oſtia ærata. 400,b
Oſtiarius. 508,a. Oſtiaria. *ibid.*
P. Oſtorius Scapula. 630,a. 753, a. 831,b. Britanniæ præfectus. 753,a
Otho Agrippinæ vltimam cœnam parat. 715,b. ἀμουσος. 730, a. ciuilia bella exhorruit. 44, a. ſcambus, & libidinoſus. 699,a. mollis in vita. *ibid.* in re turpi dignitatem ponit. 699,b. obſcurum genus dicendi affectauit. 56,b
Othonis lex de ſedendi iure in 14. ordinibus. 682, b. eius luxus. 699,a. prudentia. 125,b
Othomani, nomen regum apud Turcas. 619,a
Otium ſine litteris viui hominis ſepultura. 435,b
Otij dulcedo magnos habet aculeos. 9,b
Otia, votum plebeculæ. 733,b
Oua Paſchalia. 274,b
Ouatio pedeſtris. 355,a. quæ minor triumphus. *ibid.* & pedeſtris. *ibid.*
Ouidius in Pontum cur relegatus. 255,a
Ouinius Perpenna. 417,b

P

Π & Θ facere. 25,a
Paciſci ad matrimonia pertinet. 615,a
Paconianus. 422,b. 523,a
M. Paconius. 422, a, b. Paconij Agrippini philoſophi pater. *ibid.*
Pacorus a Vẽtidio deletus. 577,b
Pactum facere. 615, a. pacta vxor. *ibid.*
Pædagogi. 89, a. eorum munia. *ibid.*
Pædagogia ex ingenuis. 89, a. ſeruis. *ibid.* vel libertis. *ib.* vel ſacerdotibus. *ibid.* caſtratorum familia. 447, b. iis delectatus Domitianus. *ibid.* etiam puellarum pædagogia. 449,a
Pæones & Pannonij differunt. 69, a
Pæonia Pannonia a Dione dicta. *ibid.*
Pætina Ælia. 807,a
Pæti vecordia. 772,a,b. 775,b
Pæti qui. 229,a
Pætorum familia antiqua & conſulatis. 229,a. Ælij vocati. *ibid.*
Paganitas a Iudæis ſua hauſit. 151,a
Pagani cædes & ſordes horrebant. 102, a. apud eos vir-

tutes & vitia pro diis. 140, b
Pages apud Francos. 447, b
Pagyda, riuus, non fluuius. 156, a
Palamedes Argiuus. 580, b
Palatinus mons, vnde. 238, a
Palatinum templum Apollini dicatum. 726, b
Palatium, vnde dictum. 238, a. Palatina domus dicta. *ibid.* domus æternabilis. *ibid.* & diuina. *ibid.* & auguſtiſſima. *ibid.* & veneranda. 138, b. in eo Senatus. *ibid.* & bibliotheca. *ibid.* a Domitio Caluino refectum. 238, a
in Palatio Senatus habitus. 57, a. in eo multæ imagines. *ibid.*
Palea pro re nihili. *ibid.*
Paleam facere de Rep. 113, a
Palibroti, nomen regum apud Indos. 619, a
Pallaces, *Paillardes.* 602, b
Palladius Veſtalium ignis. 34, a
Pallas, Claudij Imp. libertus. 667, b. 668, a. ditiſſimus. 602, a, b
Pallebant recitaturi de euentu ſolliciti. 824, b
Palliata comœdia. 282, a
Pallidi Muſarum diſcipuli. 505, a
Pallium Græcorum amictus. 283, a
Pallia nigra Chriſtianis pro togis candentibus. 686, b
Palmata veſtis. 67, b. toga. *ibid.* dicta tunica Iouis. *ibid.*
Palmeta. 88, a
Palphurius procurator Cæſaris. 426, b
Paludamenta, belli ſymbola. 145, b
a ludis lubricæ deſcriptio. 156, b
Paludum lapſus verſu pictus. 162, b
de Pamiſo contentio. 183, b
Pamphila Latoi filia. 232, a. Coæ veſtis inuentrix. *ibid.*
Pamphylia. 307, a
Pandateria inſula. 132, a. quæ & Pandaria. *ibid.*
Pandum. 132, a. Pandus Latinius. *ibid.*
Panis buccellatus, militum cibus. 200, b
Pannonia vnde dicta. 69, a
Pannonia ſuperior & inferior. 340, a. hodie Hungaria. *ibid.*
Pannonicæ legiones. 69, a
Pannonij & Pæones differunt. *ibid.*
Pannus regius. 272, b
Panſæ & Hirtij caſus. 45, a
cum Pantomimo quid Senatori? 181, a. Pantomimi lege damnati. *ibid.* vt infames. *ibid.* ſenatoribus cincti. 181, b. vnde dicti. *ibid.* nuper in Gallia. *ibid.* diſtincti ab Atellanis. *ibid.* eorum deſcriptio. *ibid.*
Pantomimi detecto vultu, ad pudorem artis. 314, a
Pantomimi a mulieribus, præcipue laſciuioribus amati. 571, b. eorum fauor ſub malis principibus. 572, a
Pantomimorum ſcholæ. 453, b. opes. *ibid.* iis aureorum ſacci dati. *ibid.* & domus. *ibid.* heredes ſcripti. *ibid.* eorum filiæ magna dote locatæ. *ibid.* iis nuptæ Senatorum viduæ. *ibid.* expulſi. 454, b. reuocati. *ibid.*
Pantomimis recluſa tēpla. 169, a
Papare, quid. 421, a
Paparium. 421, a. ex quo Paparia confecta. 421, b
Paphus vrbs Cypri. 418, a
Papi ſenes infantes. 421, a
Papia Poppæa lex. 365, a. a Seuero ſublata. 365, b. exoſa Chriſtianis. 365, b. 366, a
Papia lex. 573, b
Papiniani natalis. 526, a
Papyro Romani calceati. 282, a
Papyros apta tegminibus. *ibid.*
παραζώνια. 110, a
παραμήρια. *ibid.*
Parare viam Domini. 82, a
Pararium, quid. 421, a
Pararius. 627, a
Paraſiticæ virtutes. 324, b
Parata pro *peracta.* 577, b
Paratus pro *apparatus.* 398, a. 579, b
Pareat, pro *appareat.* 63, b
Parchemin. 491, b
Parens, & *mater* patriæ, quomodo differant. 63, a
Parentes. *ibid.*
Parentes, *Parents.* 346, a, b
Parentes pueros literas docebant. 199, a
Parentalia, quid. 826, b
Paricidium vix creditur. 25, b. in Auguſtis non credibile. 26, b
Parietes de tabulis. 717, a, b
Paris, ludiorum nomen commune. 609, b
Paris, pantomimus. 677, a. adulter Domitiæ. *ibid.* quem Domitianus interfecit. *ibid.* Ægyptius. 677, b. vbi ſepultus. *ibid.* inter Poetas. 730, b. eius ingratitudo. 682, b
Pariſatis. 712, b
Parſimonia magna apud Romanos. 404, a
Parthi, gens venatrix. 187, a. in tigres & leones. *ib.* per omnia lapillos gerunt. 402, a
Parthis equi amati. 187, b
Parthorum reges in ſolio edentes. 188, b. cōuiuæ a pedibus. *ib.*
Parthici reges de Arſacidarum gēte ſemper gloriantes, 774, a
Parthicus equitatus. 187, b
Particulæ omiſſæ in Taciti libris. 422, b. ab Auctoribus prætermiſſæ. 462, b
Partus ſuppoſitio. 359, a. eius pœna. 359, b
Partus *peruerſus* recto oppoſitus. 223, a
in Partu mater fam. periclitatur. 313, b
Parum videns, prudenti opponitur. 163, a
Paſchalia oua. 274, b
Paſchalis cereus. 719, a
Paſcharis die ab oſculis abſtinebant. 588, a
Paſſieni duo. 546, a. prior ſub Auguſto, alter ſub Caligula. *ibid.*
Paſſienus Criſpus. 546, a. vitricus Neronis. *ib.* ſubtilis. *ibid.*
Paſſienus quot poſſederit. 675, a
Paſſieni ſtatua. 311, b. vultus ex Iuuenale. 545, b. ex guſtu ſcholiaſtæ. *ibid.* qui falſus. *ibid.* duæ eius vxores. *ibid.* de Paſſieno contraria dicta a Seneca patre. 62, a
ad Paſſienum turpis interrogatio Caij. 525, a
Paſtophoria. 637, a
Paſtores ex Ægypto a Pharaone pulſi. 172, a
Patauium. 834, a
Patris nomen domini nomine præclarius. 164, a. pietatis nomen. 164, b. & poteſtatis. *ibid.*
Pater & princeps. 368, a
Pater imperio, filius obſequio. 352, a
Pater patriȩ quis primus dictus. 164, a. nomen deſiderabile. 164, b
Patris optimi mores. 25, b
Patres in ferendis ſententiis præferuntur filiis. 353, a
Pater-familias etiam in iure dictus impubes. 15, a. eius iuriſdictio in filios. 379, b
Patrandi verbum aptum in ſeditionibus. 367, b
Patris poteſtas. 511, b
Patriæ poteſtatis ius non ſoluit militia. 456, b. nec magiſtratus. *ibid* ſacerdotium ſoluit. *ibid.*
Patriciatus dignitas æuo poſteriori longe clara. 594, a. ſoluit a patria poteſtate. *ibid.* muliebris dignitas, & virilis. *ibid.*
Patricij minorum gentium cur dicti. 595, a. ita dicti regibus exactis.

exactis. *ibid.* priſeo æuo Senatorum filij. 594,a. poſtea principis conſiliarij. *ibid.*
Patrimonij publici imminutio ſcelus. 27,a
Patrobas, vel Patrobus. 443,a
Patronalis reuerentia. 341,b
Patronatus diuitũ. 174,a. clientibus chare venditus. *ibid.*
Patroni in libertum ingratum pulchra verba. 681,a. iuriſdictio in libertos. 379,b
Patronorum oſcula in clientes. 588,a. ſalutatio. 302,a
Patronis præſtita iura a clientibus. 387,a
Patruorum quæſtio in nepotes. 249,b
Patuleius. 253,b. eius teſtamenta. 254,a
Pauimentum verritum. 342,a
Paula Acceronia. 716,a
Paulum Eremitam humeris ſuis D. Antonius monachus tulit. 39,b
Paulus Hiſpanus miles dictus Catena. 87,b
Pauor. 436,a
Pauperem retrahit pudor a luxu. 406,b
Pauperum innocentiam ſubleuare, honeſtum principi. 254,b. exprobrare, inhoneſtum. *ibid.*
Pauperibus omnia parca, & in partes ſciſſa. 719,a
Paupertas innocens. 254,a. innoxia. 688,a. virtutis experimentum. 483,a. frenum mentis. *ibid.* eius laus. 749,a. elogium ex Apuleio. *ibid.* ex Seneca. *ibid.* ex Chriſtianis doctoribus. *ibid.*
Pax infenſa. 630,a. oppoſita. 779,a. *ſterilis.* 77,a
Pacis & belli contrarietas. 142,b
Peccantibus verecundiæ ſuffuſio. 314,a
Peccare facto an dicto, magnum interuallum. 472,b
Peccati natura. 724,b
Peccata Regis luit populus, peccata populi rex non luit. 464,a
Pectines Roman. e buxo. 104,b
Pectus purum. 493,a
Pectus tundere in luctu. 86,a
Peculium pro facultatibus. 112,b
Pecuniæ nomen quid ſignificet apud Iuriſconſultos. 153,b
Pecunia pro bonis. 374,a
Pecunia militum in fiſcis. 114,a. verſa malo poſſeſſoris. 542,a
Pecuniæ vbi a Romanis depoſitæ. 34,a
Pecuniæ emptor. 153,b
Pecuniarum duo genera. 114,a. principis & priuatorum. *ibid.* reconditæ in fiſcis. *ibid.* repoſitæ apud templa. *ibid.* & apud ſigna. *ibid.*
Pedarij Senatores. 537,b
Pedetentim. 10,a
Pedites in equis ſiſtendi rationes. 158,b
Pedo Celſus Albinouanus. 146,a. ſcriba & comes Neronis. *ibid.* fabulator elegans. 146,b, ſalſus epigrammatum ſcriptor. *ibid.* arbiter carminum Ouidij. *ibid.*
Pedornes. 281,b
Peierarium, carcer. 171,b.361,a
Pelaſgi hominum immolatores. 249,b
Pella vrbs. 498,b. Pellæus. *ibid.*
Pellaciæ. 602,b
Pellices. *Paillardes.* 602,b. eas non amant fœminæ. 712,a
Pellibus ferinis contecti duces priſci. 201,b
Pellita curia. 744,a
Peloridum caro. 738,a,b
Peloris Lucrina. 738,b. fatua. *ib.*
Penates Romani, qui. 793,b
Penetrales Dij. 198,b. penetrale ſactum. *ibid.*
Penetralia. 198,b
Penus. *ibid.* pro cellula. 665,a
Penula. 212,a
Pepletum a peplo. 609,a
Peplum quid. 322,a. ex qua materia. *ibid.* in nuptiis apud Paganos. 599,a. apud Chriſtianos. 599,b. quo nubentes velantur. *ibid.*
Peragere, abſoluere. 781,a
Percellere. 525,a
Percennius. 72,a,b
Percepta. 484,b
Peregrinatio longinqua. 365,a,b
Peregrinationes Chriſtianorum antiquiſſimæ. 249,a
Peregrini nummi. 281,b.282,a
Perexiliabile. 472,b
Perferre pro *proferre.* 95,a
Pergama duo. 491,b. Cretæ, & Aſiaticum. *ibid.*
Pergamenæ pelles. 491,b. ſuccedunt papyro. *ibid.*
Periander. 826,a
Periandri mater. 564,b
Periclis facundia. 61,b
Periculum periculo truditur. 597,a
Periculum tutela. 249,b
in Periculis chara nomina aduocabant. 765,b
Perinthus. 267,a. dux. *ibid.*
Periſtylia. 822,a
Periurium in cruce conſecrata. 169,b. & non conſecrata. *ib.* olim impunitum. 171,b. nominis D[illegible] & C[illegible] eius oſores pagani. *ibid.*
Periuri apud paganos pauci 171,b. eos deformantes Deos credidit paganitas.
Permittere. 179,a
Perniciabilis. 666,b
Perones. 280,a.281,b. vnde dicti. *ibid.* 471,b
Perornare.
M. Perpenna Cenſor. 739,b
Perpennæ Conſules. *ibid.* etiam imperatorium nomen habuere. 417,b
Perpennia Veſtalis. *ibid.*
Perpolluere. 35,a
Perpopulatus. 420,b. 739,b
Perquiſitiones in ædibus Romanis cum licio & lance. 739,b 235,a
Perſæ, gens venatrix. 187,a. Mithram, i. Solem, & Lunam venerabantur. 417,b. victores orbis. 285,b
Perſarum annales. 1,a. imperium magnum. 416,a
Pertinax pro *pertinens.* 229,a
Peruehi. 193,a
Peruerſa funera. 223,a. mores. *ibid.* peruerſa Grammaticorum ſubtilitas. *ibid.*
Peruigilia publica & priuata. 798,a,b. Chriſtianorũ. 798,b
Pes merus, quid. 278,b.279,a,b. & purus. *ibid.*
Pedes intecti. 278,b
Pedes non genua apud Hebræos oſculabantur. 57,b
Pedes ſanctorum oſculati. 107,a
Pedum oſculum. 589,b. pedes Epiſcoporum Chriſtiani oſculantur. *ibid.* vt D. Magdalena pedes Chriſti. *ibid.* ad pedes Eccleſiæ principes. *ib.* ad pedes SS. Apoſtolorum Romæ. *ibid.* quod probatum a Baſilio Imp. *ibid.* pedum oſculationis ductor Vitellius. *ibid.*
Peſcennius Niger Ægyptum inuadit. 282,b
Peſon e ſpadonibus Ælij Seiani. 394,a
Peſtis vis. 829,a. eius duæ cauſæ. *ibid.*
Petendum nihil a regibus armata manu. 80,a. petit nemo ſic, vt minetur. *ibid.* modeſte non moleſte petendum. *ibid.*
Petigo pro *impetigo.* 218,b
Petili. 229,a
Petilis, *petit.* 18,b
Petitius Rufus. 501,b. pro *Petilius* Rufus. *ibid.*
Petronia in Tiberim profluens. 756,b
Petronius. 59,b
C. Petronius Neronis amicus.

833, a. proconſul Bithyniæ. 833,b. T. Petronius. 833,a
P. Petronius præfectus Ægypti. 394,a. a Tacito Caius dictus. 394, b. Candacem reginam repreſſit. *ibid.*
Petronius Turpilianus. 818,a. a quo SC. Turpilianum. *ibid.*
Phalli geſtati in pompa Orgiorum Bacchi. 55,a
Phallophori. 55,b
Phaltiel. 59,b
φαναῖος Apollo. 129,b
Pharao Tethmoſis. 287,a
Pharaonis natalis dies. 525,b
Pharaones dicti reges Ægypti. 619,a
Phauorinus Arelatenſis tria ſibi mirabilia contigiſſe dicebat. 388,a
Philadelpheni. 252,b
Philadelphiæ duæ. *ibid.*
Philanthropos, lappa. 22,a
Philetas Cous. 304,a
Philippi, vrbs. 382,b
Philippopolis, vrbs. 382,b
Philippopores. 636,a
Philippus Macedo. 382,b. 427, b. 428,a. 789,a. pallidus a Iuuenal. dictus. *ibid.* carnifex Græciæ a Seneca. *ibid.* clarus. 428,a
Philoſophica grauitas. 673,b
Philoſophus gloriæ animal. 731, b. minus conueniunt quam horologia. 731,a
Philoſophi ſcopus, mortis meditatio. 761,b
Philoſophi iurant in nomen Socratis. 39,a. maledici. 166,b. nautis ſimiles. 695,a
Philoſophorum habitus & vultus ſeueri. 835, a. ſectatores. 834,b
Philoſophis Pompeius faſces ſubmiſit. 265,b
Phineus clauiger & ianitor Ponti. 282,b
Phœnices litterarum inuentores. 580,a. noti mari & terris. 580,b
Phœnix in vrbem allatus. 596,a
Phœnicis deſcriptio ex Tertulliano. 550,a. 551,a,b. de eo mentio in annalibus veterum Rom. 550,b. allatus in vrbem ſub Claudio. *ibid.* eius vitæ ſpatium. 551,a,b
Phraates. 553,b
Phraatis regis Parthorum cum Caio Cæſare colloquium. 16, a. eius filij. 186,a
Phryx pro inepto & barbaro. 196,b
Phryges plagis meliores, prou. 410,a
Phryxi oraculum. 554,a. ab eo fanum Leucothoes conditum. *ibid.*
φύσκων. Phyſcones. 520,a
Piacularia. 772,a
Piaculum, quid. 102,a
Piamentum. *ibid.*
Piare, quid. *ibid.*
Picenus ager. 340, a. duo Piceni. *ibid.*
Pictæ veſtes. 67,b
in Picturis luxuries. 401,a
Pietas vnde dicta. 198. b
Pigros, pro *peregrinos*. 281,a
Pilentum molle. 636,b. primo venetum. *ibid.* mox ruſſatum. *ibid.* pilentis duriora carpenta. *ibid.*
Pileus pro libertate. 679,a
Piliferi milites. 112,a
Pinarius. 471,b
Pinax dicta nauis a materia. 554,a
Pindari eloquentia. 61,b
Pingere non niſi ingenuis licitum Romæ. 2.a
Piræeum. 517,a,b. 518,a
Piratæ primi hiberno tempore nauigationem agitarunt. 327,a
Piſces ab Oceano & Indiis petiti ad gulam. 788,a
Piſcinæ Cæſarum. 728,a
Piſo cenſor cum Appio Claudio. 533,b. motibus diſpares. *ibid.*
Piſo optimi animi & ſuauis. 534, a. arrogantis animi vir. 307, b. eius crimen, Germanici cædes. 348,b
C. Piſo Cenſorius, commentariorum ſcriptor. 1,b. 2,a
Cn. Piſo Germanici confector & venenarius. 61,a. eius icon ex Tacito. *ibid.* violentus ingenio. 246,a
Piſonis ſæuientis inſania. *ibid.*
L. Piſo Frugi Annal. ſcriptor. 1, b. vocatus Cæſonius Caluentius. 494,b. maieſtatis læſæ a Granio accuſatus. 533, a, b. L. Piſo alius. 533,b. Cn. Piſo. *ibid.* duo eius filij Marcus & Cneus. *ibid.* tres Lucij. *ibid.* Tiberij combibo. 533,a,b. de eo varia auctores ſcribunt. *ibid.*
Piſones ſæui, auus, pater, & filius. 246,b. Piſonibus fatalis Africa. *ibid.*
Piſonum familia nobilis. 352,a. per antiqua apud Romanos. 236,a,b. vnde dicti. 236,b
Pittacia. 481,a. vnde dicta. 481,b
Pix, ſerui cruciatus. 395,b
Planatia inſula. 17, a. vnde. 132, a
Planaſia inſula. 17, a. cur ita dicta. *ibid.*
Planaſium. 17,a
Plancina Piſonis vxor. 375,b
Plancinæ impudicitia cum Cæſare. 349,b
Plancorum nobilitas vetus apud Rom. 247,a
Planci Lucij dicti. 156,a
Plancus. *ibid.* iudex in lite M. Antonij & Cleopatræ. *ibid.* Lugduni conditor. 247, a. adulator. 3,b
Plancus mimus forſan Rubrius dictus. 23,a
Plato aures foratas habuit. 402,a
Plauſuum genera varia. 824,b. ore, manu & pedibus. *ibid.* 825, a
Plautia Virgulanilla. 461,a
Plautiani horti. 605,b
A. Plautius. 687,a
Plautius Silij miniſter adulterij. 602,b
Plebecula frequens in foro. 341, b. eius oculi lyncei. *ibid.* votum, otia. 733,b
Plebiſcita. 580,b. vulgata tabulis æreis. *ibid.* ſub Imp. Claudio nulla. *ibid.* ad ædiles. 397, b. mox ad quæſtores. *ibid.*
Plebs amat annonam minuentes. 324,a. inſequitur flagellantes. *ibid.* in fame bellua furens. *ibid.* aquarum maris imago. 140, a. cogitat qua arte toga niteat. 575,b. optat gladiatores. 178,a. reum eripiens. 750,b. ſecurior, & minus ſapiens. 762,a. temperans ex temperanti plebe. 407,b
Plebis amor, principis tutamen. 407,a
Plinius laudat Pompeium, ſed callide Cæſarum metu. 5,b
Plinij elogium. 161,a
L. Plotius M. Tullij præceptor. 387,b
Plumbaturæ. 226,b
Pluuiæ, frumenti peſtis. 776, a
Pocula ab octaua hora. 381,a
Podagra carnificina mortalium. 684,a
Podalirius. 75,a
Poemata lacrymoſa Puppi. 335, b
Pœnam exigere. 349,b. ſoluere. *ibid.*
Pœnæ damnatorum ad exemplum. 397,a. militares. 690,b
in Pœnis infligendis ſors. 410, b
Poetæ Cæſares. 730,a
Poetæ *docti* dicti. 146,a. impetu fluunt. 730,b. & vno ore. *ibid.* non fiunt ſed naſcuntur. 731, a. verſibus diffamantes coerciti. 580,a

Poetica

Poetica maledica. 166,b
Poiſle. Mettre ſouz le Poiſle. 599, a, b
Polemo Zenonis filius Laodicenus. 740,a
Polemonis vinea. 756,b
Polla Aticilla. 817,b. 818,a
Pollex *contractus*, & *auerſus.* 94,b
Pollio. 38,a. 432,a,b
Pollio Aſinius pater ferox. 59,b. eloquens, doctus & fortis. *ibid.* in quibus eius ferocia præcipue emicuerit. 60, a. centum annos vixit. 60,b
Pollio Aſinius filius, liberior in dicendo. 60,b
Pollio Nepotis magiſter. 344,a
Polliones quatuor luxus portenta. 48,b. Vedius, Carbilius, Gallus & Celer. *ibid.* tandem mendici. 49,a
Pollutio ex funere. 151,b. maior & minor. 756,b
a Pollutione religio abhorret. *ibid.*
Polybius Annales Rom. Græce ſcripſit. 2,a
Polyclerus Neronis libertus. 747,b. prouinciarum ſpoliarium. *ibid.*
Polycrates Samius in crucem actus. 507,b
Polynicis & Eteoclis diſcordia in rogo. 439,b
Pomœrio addere cui licitum. 626,a
Pompa Circi importuna. 68,a
Pomparum fercula. *ibid.*
Pompa publici funeris. 392,b
Pompeij. 731,a,b
Pompeiopoles, plures. 277,b
Pompeius & Craſſus iuncti apud authores. 5,b
Cn. Pompeius, Cn. Cicero dictus. 135.a. princeps ſenatus, & princeps ciuitatis. 6,b. ſummus ſummorum. 411,a. vrbem condidit & militibus aſſignauit. 76,a. vbi occiſus. 8,a
Pompeij error, Romam deſerentis. 125,a. 391,a. eius laudes a ſcriptoribus. 5,b. eum nemo laudare ſub Auguſto auſus. *ibid.* Senecæ diſſimulatio in eius laude. *ibid.* Plinius eum callide laudat, Cæſarum metu. *ibid.* a Salluſtio vituperatus. *ibid.* eius os venerandum. 117,a. theatrum. 362,b
Pompeium vxor comitata ad bellum. 377,b
Pompeius Lenæus Pompeij libertus. 5,b
Pompeius Macer. 167,b. bibliothecis præpoſitus. 167,b
Pomponij retaliatio in Proculum. 541,a
Pōponiorum gẽtis honor. 247,b
Pomponius Atticus Annalium ſcriptor. 2, a. 247, b. inedia mortuus. 474,a
Pomponius Conſul ſeruus ad pedes Caligulæ. 490,b
Pomponius Flaccus quis. 294,a. Tiberij compotor & combibo. *ibid.*
Pomponius Labeo. 485,a
P. Pomponius Secundus. 516,a. 628,a. optimus vates, & Conſularis. *ibid.* nunquam rectauit. *ib.* ſeruus principum fœdus. *ibid.* vates. *ibid.* & ciuis clariſſ. *ibid.* conſularis. *ibid.*
L. Pomponius. 628,a
Pomptina palus. 795, a,b. Satura dicta. 795,b
Poneropolis, vrbs. 382,b
Pontium & itinerum curam quidam milites agebant. 81,a
Ponticus, adiectiue poſitū. 272,a
Ponticæ nuces. 272,b
Ponticum mare. 739, b. Bithynum. 285,b
Pontifex Chriſtianus non exequitur funus. 151,b. non ante vittam quam vitam ponit. 8, b. ſūmus inuiolabilis. 364,a
Pōtificis ſummi manu deſcripti libri Sibyllini. 538,a. de portandis ad eum vaticiniorum libellis Senatuſconſultum. *ibid.*
Pontificum ſacerdotia & collegium. 55,b
Pontifices plures. 411, a. vnus ſupremus. *ibid.* ſummus & pontifex dictus, non ſummus Pontificum. *ibid.*
Pontifices præibant verba. 29,a
Pontifices ſummi apud Romanos annales conficiebant. 1,a. vt apud Iudæos. 1, b. eorum, vt regum, hiſtoriæ ſcribebantur. 1,b. quot fuere. 9,a
apud Pontifices humana & diuina iura repoſita. 48,a
cur Ponrificatum ſummum Auguſtus imperio iunxerit. 411,a
Pontius Teleſinus. 830,b
ex Ponto laudata ſeges. 406,a
Popilia Veſtalis. 35,a
Poppæa an in exiliū acta. 763,b. ancilla prius. 765,a. ipſa amore Mneſteris ardebat. 572,a
Poppæi Sabini pictura a Tacito. 184,a
Populus annona corruptus. 9,b. duces ſequitur, vt inertia pecora. 137,a. capite nullo, ventre ingenti, & pigris pedibus, vt Cancer. 9, b. otio factus mollis. *ibid.* eius virtutes torpedo & ingluuies. *ibid.* ſpoliatus non curat addictus theatris. 67,a
Populi aures hebetes. 344, b. oculi lyncei. *ibid.* deſideria intempeſtiua. 15,b. furēris mos. 96,a. veſtis abiectio. *ibid.* vociferatio. 96, b. faces. *ibid.* gladij. *ibid.* fuſtes. *ibid.* arenæ iactatio. *ibid.* robur belluinū. *ib.* labes. 197,b. natura. 137,b
Populorum inſtabilitas. 28,a
Populus Rom. ad ſtipem adactus ab Auguſtis. 66,a. ſemper cum amplitudine vitiorum aut virtutum nominatur. 430, a. victoriis ſuis ſe perdidit. 261,b. eius ignauia. 733,b
Populi Rom. verbo ſæpe auctores vſi. 7,a
M. Porcius Cato libertatis amans. 433, a. paganis diis prælatus a Tertulliano. 492,a
Porcij non ingratum nomen Romæ. 594,b
Porci effigies inter militaria ſigna. 147,b
Porta Capena. 225,b. Romana. *ibid.* Sabina. *ibid.* Veientina. *ibid.* Flumentana. *ib.* Numentana. *ibid.*
Porta Daphnitica Antiochiæ. 298,a
Porta decumana. 157,b. prætoria. *ibid.*
Porta frumentaria. 406,a
Porta Eſquilina. 229,b. ſcelerata. 100,b. triumphalis. 37,a,b
Portæ caſtrorum humiles, & biſori cardine ſuſtentatæ. 157,b
Portarum bullæ lucentes. 342,a. claues daræ Tribunis. 93, b
in Portis vrbium Dij. 107,b
Portius Latro. 500,b. 501,a. clariſſimus inter magiſtros dicendi. 501,a
Portula præſidij. 93,b
Poſca militi data. 200,b
Poſſeſſio diutina ſine iuſto titulo. 732, b. improba non poteſt titulum præſtare. *ibid.*
Poſterdie pro poſtridie. 350,b
Poſteriora Labeonis. 17,a
Poſtes coronati. 342,b. corymbis ornati. *ibid.*
Poſthumare. 17,a
Poſthumus, quid. *ibid.*
Poſthumij votum. 143,a,b
Poſthumia virgo Veſtalis. 613,b
Poſthumia lex. 17,a
Poſtumus Tubero in vrbe ſepultus. 40,b
Poſtumus Agrippa Neptunus dictus. 14,b
Poſtremus. 507.b. poſtremiſſimus. *ibid.*

Potamon a funere filij declamauit. 443,b

Potens maris. 483, a. tempeſtatum. *ibid.*

Potentia & concordia comites. 439,b

Potentia quæ onera non curat, ruina eſt. 424,b

Poteſtas maſcula debet eſſe. 768, a

Potio barbara, quæ. 291,b. antecurſoria. *ibid.* crebra & meraca in narali. 527,a

Potitiorum familia Romæ valde vetuſta. 591,b

Potitus regiam. 577,b. ſapientiã. *ibid.*

Præxaſpis filius a Cambyſe interfectus. 59,a

Præceptores. 89,a

per Præconem coactus Senatus. 31,a

Præcones in haſta. 542,b. ſignificabant voce rem eſſe venalem. *ibid.* faceti. 542, b. 543,a

Præconium deferre. 542,b

Prædia ſtipendiaria. 75,b

aut Prædo, aut Præda. 107,a

Prædonis & hoſtis diſcrimen. 451,b

Prædones crucibus ſuffixi. 507,b

Præfectus, qui præficitur. 683,b

Præfectus annonæ. 30,a,b

Præfecti caſtrorum. 82, a. qui ad hoc munus vocari. *ibid.* eorum munus. *ibid.* in quos ius habebant. *ibid.* numerus eorum. *ibid.*

Præfectus claſſis habebat milites ſub ſe claſſiarios. 714,a

Præfecti prætorio cædes peragebant. 24,a. eorum munus. 30,a. numerus. *ibid.* quomodo olim vocati. *ibid.*

Præfectus iniquus hoſte iuſto tolerabilior. 71,b

Præfectus vigilum vnus. 428,b. errare debebat calceatus cum hamis & dolabris. *ibid.* eius munus. 428,a

Præficæ in funere. 335,b. 336,a,b

Prægustatorum corpus. 713,b

Præibant Cæſares in iureiurando. 29, a. & priuati. *ibid.* & Pontifices. *ibid.*

Præmeditatio ante ingreſſum theatri. 728,b. 729,a

Præneſte Stephanos dicta. 802, a. locus amœnus. *ibid.*

Præmio qui ſe dignum putabat, libello apud Romanos poſcebat. 817,a

Prænomina, ad infamiam ſublata. 353, b. gratioſa apud Romanos. 636,a. Chriſtianorum a ſanctis. *ibid.*

Præpoſiti laborum. 112,a

Præſcriptio Tribunitiæ poteſtatis. 31,b

Præſentes populi remotis oppoſiti. 383,b

Præſidis nomen generale. 175,a

Præſidere cum accuſatiuo. 419,b. 507,b

Præſidium ſtatiuum. 358,b

Præſidij portula. 93,b

Præſtationum tempus. 46,b

Præſumere. 713,b

Prætendere, Prætentare. 248,a

Prætendere, Prætentus. 272,a

Prætexta. 67,b

Prætexta purpurea. 438,a ſacra. *ibid.* veſtis puerilis. 635, b. etiam puellaris. *ibid.* quæ a Tarquinio Priſco cœpit. *ibid.*

Prætextati pueri. 438, a. ſacri habiti. 516, b

Prætor, qui præeſt. 175,a. 683,b

Prætor, omnis magiſtratus. 175,a

Prætor peregrinus. 68,b

Prætoris officium. 469, a. verbum. 496,a

Prætori vrbano abnoctare vrbe non licebat. 410,a

Prætores ærarij, qui. 175,a. vnde dicti. *ibid.*

Prætores duo in vrbe primum. 307, a. poſtea quatuor. *ibid.* in purpura Megalenſi. 504,a

Prætorum & Tribunorum pl. querela. 683,a

Prætorum numerus apud Rom. varius. 66, a. 68, b

a Prætoribus ludi exhibiti. 68,b

Prætoria cohors. 99,b. 100,a

Prætoriæ cohortes quæ in veteri Rep. 29, b. ſub Auguſto manſit nomen. *ibid.* ad declinandam inuidiam. *ibid.* a Iulio Cæſare in vrbe locatæ, a Seiano extra. 436, a. earum dupla ſtipendia. 77, b. & miſſio maturior. *ibid.*

Prætoria porta. 157, b

Prætoriano militi par legionarius in onere, diſpar in honore. 77,b

Prætorianorum munia. 30, a. excubare pro foribus Cæſarum. *ibid.* inſigne poteſtatis, pugio. *ibid.* numerus. 30,a. ex quibus conflatus. *ibid.* ſtipendia. *ibid.* ſtationes. *ibid.*

Prætorium. 496, a. voluptatis domicilia. 496, a, b. domus ſeu tentorium ducis in caſtris. 116. b. domus verenda ſignorum. *ibid.*

in Prætorijs caſtrenſibus teſſellæ. 782, b. & pauimenta ſectilia. *ibid.* ad decus. *ibid.*

Præuaricatio turpe crimen. 574, a

Prandium. 710, a. 711, a. ſobriũ. 711,a. ſtatiuum. 358, b

Prandia cœnis & cœnæ comiſſationibus adiunctæ ad primum ſolem. 381,a

Prata in contrarias ſedes tranſgreſſa. 802, b

Precandi dij honeſte & iuſte. 379,b

Precantur Chriſtiani ſine monitore. 29,a

Preces pro defunctis apud veteres Chriſtianos. 42,a,b

Premere pro *perimere.* 630, b

Pretiamitores. 693, b

Pretium pro *operæ pretium.* 141,b

Priapus Belphegor. 55, a

Prima ſiluarum. 205,a,b. prima limina. *ibid.* primæ oræ. *ibid.* prima prouincia. *ibid.* prima Sabbathi. *ibid.*

Primæ, pro primæ partes, 205,b

Primæ partes, pro præcipuis. 158,a

Primicerius. 28, b

Primitiæ flagitij, quid. 437,b. meſſis. *ibid.*

Primus, ſummus. 158, b

Primus ſententiam dicere, magnificum. 173,b

Princeps pro imperatore. 6, b. 7, a

Princeps & pater. 368, a

Princeps ad cædes promptus, mali ſæculi indicium. 831, a. bonus bono Senatui amicus. 27,a. cordatus Reipub. Atlas. 399. a. exemplum in Rep. virtutis aut vitiorum. 407,b. medico ſimilis. 404,a. principis coniugem reueretur. 625,a. qui rogat cogit. 727,b. recoquens iras. 386,a,b. ſanguine gaudens magna edit funera. 178, b. ſit fortis. 443,a

Principis boni mores. 25, b. officium, probos præponere. 442, a, b

Principis educatio, aut bona multa, aut plurima mala portendit. 412, a

Principis magni dotes. 13,a. eius eſt plebẽ ſibi deuincire. 407, a. ingenium, alieno abſtinere. 106, b. laus. 141, a. eius eſt, non modo ſuam, ſed & cæterorum ciuium exiſtimationem tueri. 399,b

Principis mens ſuſpicioſa. 179, b. munus, proſpera & aduerſa renidenti vultu excipere. 125, a. mutatio, pacis turbatio. 69,a. officium imitari patres. 164,b. veri munus. 175,a. virtus, manſuetudo. 271, a

Principis & ſubditi differentia. 330, a

pro Principis ſalute immolant. 334,

334, b. agunt gratias. *ibid.* vota concepta. 296, b. 834, b. in eo ſita ſalus Reip. *ibid.* in fine libellorum ſupplicum ſalus ei ſemper optata. *ibid.*

Principi, honeſtum & vtile miſceri vulgi voluptatibus. 178, b honeſtum ſubleuare pauperum innocentiam. *ibid.* magno magnæ laudes debitæ. 5, b. turpia ſunt multa ſupplicia. 403, b

Principem aliud decet, aliud populum. 336, a. decoris nunquam debet obliuiſci. *ibid.* cum alloquendi mos, cum votis in fine. 759, b. eum decet pectus obfirmatum. 28, b. multas perſonas induere expedit. 345, b. nemo cum ferro aggrediebatur. 785, a

ad Principem relata Senatus ſententia quam firmet. 754, a. eum ſalutandi mos antiquus. 587, a. mane ſalutabatur. *ibid.* veneratus intercalceandum. *ibid.* in atrio principis. 587, a, b

Principe mœſto hilariter epulari lethum fuit. 341, b

Principe nouo audax miles. *ibid.*

coram Principe iudex libertatem perdit. 174, a

de Principe facetiæ ſunt lethales. 512, a, b. liberius loquitur vulgus. 225, a

ex Principe temperanti plebs temperans. 407, b

in Principe laudantur maxime decor oris & maieſtas. 191, b

Principes mali ſuſpicaces & crudeles. 786, b. abeuntes floribus ſparſi. 119, b. adulationibus obnoxij. 584, b. appellati Cæſares. 6, b. & principes orbis. 7, a. citius de corio quam de imperio detrahi patiantur. 27, a. felicitate perduntur. 277, a. honorandi, & in improſpera fortuna miſerandi. 641, a. imperia recuſant quibus ardent. 16, b. imperij caput ne relinquant. 125, a. in caſtris nati, delitiæ militibus. 120, a. inſtar Deorum. 378, b. dij humani. *ibid.* dicti abietes. 379, a. cedri Libani. *ibid.* etiam Dij appellati. *ibid.* deorum numina ſumebant. *ibid.* languidiores facti. 10, b. laudum cupidi. 58, b. mortales. 337, b

Principes multi, quaſi onagri in eremo. 106, b. neceſſitati temporum inſeruiunt. 44, a. nolunt ſibi exprobrari quicquam. 103, a. & ſublimiores ſpiritus odere. *ibid.* non exaſperandi. 437, a. pagani cædes imperant, patratas abnuunt. 348, b. quidam oſculo non vſi. 588, b. quos amant, pari habitu veſtiunt. 544, b. ſoluti legibus. 369, b. ſui obliuiſcuntur. 629, a. ſuos amicos & cognatos vocant magnates. 292, a. iuuentutis. 15, a. C. & L. Cæſares. 635, a

Principes Senatus. 6, b

Principum actiones, ex frequentia aut infrequentia obſeruatæ. 279, a. adoleſcentum funera, ſi probi, magna Reip. vulnera. 12, b. ambitioſa cupido. 419, a. volunt præponi omnibus, poſtponi nemini. *ibid.* ac ne componi quidem. *ibid.* bonorum fiſcus. 683, b. comes eſſe debet prudentia. 125, b. comitatus. 590, b. decus, comitas grauitati mixta. 40, a. defunctorum corpora velo aureo tecta. 32, a. eorum cadaueribus miſſi obuiam ex publico. 32, a. diſſidium, militum voluptas. 109, a. effigies in funere. 335, a

Principum eſt refouere. 253, a. illex, hortorum amœnitas. 805, b. in Principibus necandis, deprecationes. 806, a. imagines in ſignis. 122, b. a Conſtantino ſublatæ. *ibid.* iræ habent ſua tempora. 461, a. iuuenum voluptas, videre & videri. 15, b. mors amara in dulci cibo. 15, b. munus, multos terrere, paucos ferire. 83, a, b. natalis aut fauſtus Reip. aut infauſtus. 445, a

Principum nouis imperiis noua gaudia. 186, b. oculis parent adulatores. 39, a. odium in arcanorum detectores. 26, b. orationes. 627, a. viua voce, aut ex ſcripto. *ibid.* tamen per quæſtorem ſemper. *ibid.* ſatietates. 371, b. ſpeculum. 13, b. veterum inter ſe conſolatio. 65, b. virorum veneratio. 302, a

Principibus frequens, veneno interire. 713, b. nota, quæ multis incognita. 23, a. obuiantes læto cultu. 724, a, b. obuiare, mos. 90, a, b. ſola bona fama quærenda. 42, b. vicini non temnendi. 186, a. virtus ante diem. 15, a

in Principibus decor oris laudatus. 244, b. eorum duæ dotes, virtus in animo, pulcritudo in corpore. 244, b

Principes grauia decent. 178, b

Principatus a regia adminiſtratione habitu diſtinctus. 7, a. eius initia debent eſſe mitia. 576, a

in Principiis ſigna. 437, a

Priſtis a velocitate dicta nauis. 554, a

Priuati. 523, a

Probrum. 610, a. ſeruile. *ibid.*

Proceritas prægrandis. 493, a

Proceſſiones idolorum. 54, b

in Procinctu factum teſtamentum. 583, b

Proconſulum amplexu extranei prohibiti. 785, b. iis templa decreta in prouinciis. 777, a. eorum cauſa legationes. 635, a

Proconſulare imperium Auguſti. 65, b. 635, a. & Neronis. 635, a.

Proculeius deſtinatus Auguſto gener. 479, b. alter ocellus Auguſti. *ibid.* miſſus ad Cleopatram. *ibid.*

in Proculum Pomponij retaliatio. 542, a

Procurare, verbum Pontificium. 617, a

Procurator Cæſaris. 454, b. rem Cæſaris curabat. *ibid.* item rem Reip. 455, a. habebant Cæſarianos pro officialibus. *ibid.* hi plerunque equites aut liberti. *ibid.* ſerui eſſe poterant ex iure ciuili. *ibid.* primi tantum in ſeruitia & pecunias principis. *ibid.* poſtea ius habuere dandi iudicis. 455, b. audiendi rationes inter fiſcum & principem. *ibid.* vnde Rationales dicti. *ibid.*

Procuratoribus vultus aſper & gnaua mens. 454, b. ij aut ingenui, aut ſerui, aut libertini. *ibid.*

le Procureur general. 455, a

Prodigæ hoſtiæ. 290, a

Prodigia ſub Nerone frequentia. 802, b

Proditores inuiſi. 142, a. ſacri & inteſtabiles. 142, b. eorum cruciatus apud inferos. 142, a. inauditi non damnantur, 142, b

Proditio amatur, proditores odio habentur. 142, a. habet pudorem. 561, b

Producere legiones. 152, a

Prœlium a bello differt. 634, a, b

Prœlia bellis minora. *ibid.*

Profanum quid. 505, b. *profani* ſacri alieni. *ibid.*

Profectio arcto comitatu. 495, a

Profligare bellum. 746, b

Profluuium bellorum. 44, b. vitalo. *ibid.* muliebre. *ibid.*

Prolatare. 516,a
Promiſcuum, verbum Iuriſconſultorum. 425,b
Promptitudo in ſapiente, efficit non ſapientem. 717,b
Promulſis, pro vaſculo muliebri. 421,b
Properare. 422,b
properi nuntij. 784,a. *properum* odium. 833,b
Prophetæ dicti videntes. 63,a,b
Propinquus, verbum minus proprie a Tacito ſumptum. 259,b
Propinqui debitum putāt quod amore fit. 137,b. ſequebantur dominos in bello. 141,b
Propinquorum emendatio ſublata a Iuſtiniano. 687,a
Propitiationes deſcriptæ. 797,a
Propolluere. 420,b
Propontis Euxino mari pro oſtio. 267,b
Proſcriptiones bonorum locis diuerſis. 542,b.543,a
Proſpera inflant animos, improſpera minuunt. 781,a
in Proſperis cœtus, in aduerſis ſolitudo. 223,b
Proſphorus Rhetor. 729,b
Proſtratio in luctu. 328,a
Protectores. 30,a
Protelare. 516,a
Proturbare. 609,b
Prouidentia Dei a Chriſtianis edocta grauiter. 641,a
Prouinciæ Cæſaris cur melioris conditionis quam populares. 177,b
Prouinciæ frumentariæ. 405,a. ignibus obnoxiæ. 796,b. Romanis pro præda. 615,a. ſociales a Romanis expilatę. 684,a.
Prouinciarum poſtulata ad Senatum. 412,b. earum permutatio Auguſti cum populo. 177,b. rectores antiqui continentes. 460,b
Prouincijs graues ſerui principis. 747,b. nomina ſororum indita. 595,a
in Prouincijs obtinendis, ſors. 410,b
Prouincias ducere. 410,a
in Prouincialium poteſtate, ciuium Rom. vita. 638,a
Prouocatio ſeditioſorum non exaudienda. 83,b
Proxeneta. 627,a
Prudentia fortunæ oppoſita. 812,a
Pruna cerea. 280,a
Phſyches ſorores inuidæ. 303,b
Ptolemæus, nomen regum Ægypti. 619,a
Ptolemæus frater Cleopatræ. 520,a
Pubes ingenua. 520,a
Publicani, qui. 702,a. immodeſti. *ibid.* peccatores. 701,b
Publicatio bonorum. 542,b. in ea domini & magiſtri. 542,a
Publicum. 426,a. Aſiaticum. *ibid.* euerſum. *ibid.* Publici leges. *ibid.*
Publipores. 233,b
Publius Titius Rufus. 501,b
Pudicitia in fœminis magna virtus. 64,a. parum fida de qua quæritur. 574,b
Pudor a luxu pauperem retrahit. 406,b
Pudorem habet proditio. 561,b
Puellarum pædagogia. 449,a. quæ adſtabant menſis. *ibid.*
Puellas necare inauditum. 516,b.
Puellam comprimebant. 517,a
Puelliſari. 712,a
Pueri ad pedes. 471,b
Pueri centum annorum. 533,b. in tutela Deorum paganorum. 516,b. Pueros necare inauditum. *ibid.* niſi apud barbaros. 517,b. eorum ætas ſacra apud Rom. 516,b
Pueri non cremabantur, ſed condebantur. 150,a
Pueri pulcriores, ſpadones facti. 448,a. capillati. *ibid.* calamiſtrati. *ibid.* cincinnatuli. *ibid.* compti. *ibid.* criniti. *ibid.* comatuli. *ibid.*
Pueri puri. 46,a
Pueri Rom. bullati. 438,a. prætextati. *ibid.*
puerorum baſia. 588,b. greges. 447,b. & agmina. *ibid.*
Pugio. 461,a. inſigne prætorianorum poteſtatis. 30,a
Pugiones. 110,a. vnde dicti. *ibid.* femori accincti. *ibid.* vnde dicti παραμήρια. *ibid.* & παραζώνια. *ibid.* & ξιφίδια κνησιτά. *ib.* Gallice *Dagues.* *ibid.* Perſico acinaci ſimiles. *ibid.* eorum vſus antiquiſſimus. *ibid.* in latere dextro geſtati. *ibid.* femori alligati, & cluni interdum. *ibid.* vnde dicti *clunabula.* *ibid.* Pugio vnus e libris Caligulæ dictus. 110,b. Pugiones inſignia poteſtatis. *ibid.* traditi tribunis & centurionibus. *ibid.* colle ſuſpenſi. *ibid.* cum enſe & pugione, veteres Franci. *ibid.* Pugiones etiam torquebantur. 111,a. eos vibrare pueri edocti. *ibid.*
Pugna. 152,a. ad Fiſtulas. 485,b. & ad tripudia. *ibid.* ad poſtremum extracta. 507,b
Pugnæ ſignum viua voce ducis. 155,b. per ruſſatum vexillum. 156,a. per teſſeram. *ibid.* pugnæ finis viua voce ducis. 155,b
Pugni, ſeruorum cruciatus. 395,a
de Pulcritudine certamen apud Leſbios inter mulieres. 625,a
Pulla veſtis a ſordida differt. 505,a
Pullus color. 305,a
Pulpitum. *Pulpitre.* 79,a
Puls fritilla, vel fitilla. 527,a
Pultifagus. 560,b
Pulueris ſparſio in luctu. 328,a
Puluinar ſummum. 347,b
Puluinaria quid. 722,b
Pupa, cognomen mulieris. 46,a
Puppæ. 676,b
Puppi lacrymoſa poemata. 335,b
Pura haſta. 6205,a. 358,a. humus. 205,a. locus. *ibid.* veſtis. *ibid.* argentum. *ibid.*
Purgamenta, 606,b
Purgatoria trans caput proiecta. 154,b. in fluuium. *ibid.* in triuium. *ibid.*
Purpura, vna ex notis imperatorum. 76,b
Purpura violæ. 273,a
Purpuræ plures ſpecies. 232,b
Purpurea veſtis quomodo a cōchyliata differat. 273,a
Puſa vel *puſula* virgo. 45,b.46,a
Puſio. 46,a. etiam nomen Roman. *ibid.*
Puſtula. 46,a
puſtulæ pro vnionibus. 401,a
Puſtulatum argentum, ſiue puſulatum. 45,b.46,a
Puſus, & puſa. 46,a
Putatio vernacula. 104,a
Puteal Libonis. 573,b. ad illud ara, in qua iurabant aduocati. 573,b
Putei a Iudæis in Gallia veneno infecti. 784,b
Puteoli. 740,a. vnde dicti. *ibid.*
Pygargi genus aquilæ. 206,a. eos in eduliis habent Belgæ. *ibid.* & olim Romani. 206,b. etiam ſpecies capratum. *ibid.*
Pylades comœdus. 134,b
Pyramides Ægypti. 287,a,b. vana regum oſtentatio. *ibid.* miracula ſtultorum. *ibid.*
Pyramus Cilicum fluuius. 295,a
Pyrrhicæ decurſiones. 194,b
Pyrrhi pollex igne non abſumptus. 298,b
Pythagoras pocillator Neronis. 789,a. eius & Neronis nuptiæ. 789,b

Q

Q. Q. pro Quæque. 123,a
Quadrageſima Chriſtianorum. 738,b. eorum iuſtitium. 71,a

Quæſitior

Quæſitior pro *exquiſitior.* 218, b. 367, a
Quæſtiones repertæ veri inueniendi cauſa. 226, a. de ijs Græco more. *ibid.* & Romano. *ibid.*
Quæſtor quæſitor omnis. 175, a
Quæſtor Principis. 57, a, b. 641, a. Conſulis. 57, a. 641, a. Proconſulis. 641, a. Reipub. 57, a. ſacri palatij. 58, a
Quæſtorum cura. 397, b. duo munia. 58, a. origo a regibus. 591, b. exactis regibus a populo creati. *ibid.* in quorum nominibus authores diſſidét. *ibid.*
a Quæſtoribus venditi ſerui aceruatim. 685, a
Quæſtura ianitrix reliquarum dignitatum. 369, a
Quam pro *magis quam*, apud Tacitum. 352, b
Quaſi ex cohorte. 99, b
Quaſi, extenuatiuum verbum. 525, a. nota improprietatis. *ibid.*
Quercus Ioui ſacræ. 208, b. ſtatutæ apud Francos Kalendis Maij. 310, a
Querquetulana porta. 498, a
Quidam ſinguli, pro, Quidam ſignis. 111, b
Quindecimuiri cuſtodes librorum Sibyllæ. 537, a. libris Sibyllinis ſeruandis. 177, a. 834, a, b
Quindecimuirum ſacerdotia & collegia. 55, b
Quinquatrus, Mineruæ feſtum. 714, a. vnde nomen. *ibid.*
Quinque faces nuptiales. 791, a. quod quinque parit fœmina. *ibid.*
Quinquennale ludicrum. 733, a
Quintilianus conſul ſub Auguſto cum M. Furio Camillo. 537, a
Quintilianus Plinij iunioris præceptor. 90, a
Cn. Quintilius ante tempus Dictatura ſe abdicat. 4, b.
P. Quirinus Conſul. 225, b. 227, a. Lepidæ maritus. *ibid.* cuſtos datus C. Cæſari. 227, b. 393, b. Sulpitius dictus. *ibid.*
Quirinus Caij Cæſaris rector. 89, b
Quirinus Sulpitius. 392, b
Quiris, ſeu Curis. 358, b
Quirites niuei. 223, a
Quirites, milites. 121, b
Quoquo modo. 557, a, b
Quos pro *quæſitos.* 569, b

R

R. P. C. pro *Reipubl. conſtituendæ.* 435, a
ῥάβδος, virga. 105, b
Rabienus Lappa. 22, b. alius a Rubrio. 23, a
Rabona pro *Arrabona.* 63, a
Rachel inuidit Liæ. 303, a
Ramalia Iudæorum encænia. 343, a
Rana in annulo Mæcenatis ſculpta. 535, a. formidabilis. *ibid.*
Rana Mæcenatis. 597, b
Ranæ Rauennates. 289, a
Ranunculi. 215, a
Rapa ſparſa inuiſis hominibus. 763, a
Rapax, Harpax, Furax, nomina militum. 86, b
Rapere & *Clepere* differunt. 435, a
Rauenna in Adriæ ripis. 289, a. ſedes imperatorum. *ibid.* aquæ puræ inopes. *ibid.* Rauennates ranæ. *ibid.*
Ratio conſtat. 27, b
Rationales. 455, b
Rebellantium militum medela ſaluberrima. 124, b
Rebellis exercitus deformitas. 117, b
Recens. 531, a
Reciprocare. 162, a. *Reciprocum. ibid.*
Rectores iuuenum. 85, a. eorum munia. *ibid.*
Redemptores viarum. 373, b. & operum. *ibid.* & pontium. *ib.*
Redhibitorius ſeruus. 168, b
pro Reditu Auguſti vota. 391, a
Referendarij. 253, a
Referre. 253, a. eſt legatorum. *ibid.*
Refouere. 253, a
Regale nomen clarum. 465, a. & ſanctum. 465, b
Regendi diuerſa ratio. 135, b
Regio more agere. 520, a, b. & regiæ libidines. 520, a
Regia adminiſtratio a principatu diſtincta. 7, a
Regia ſella abſente rege vacua apud Francos. 310, a
Regia vita, Deorum vita. 379, a
Regij veteres nummi. 202, a
Regium eſt principes mortuos amare & honorare. 12, b
Regium inſigne. 272, b. 273, a. diadema. *ibid.* pannus. 272, b. regia ornamenta. 272, b
qui Regnat, ſuſpectos habet liberos. 179, b
Regni ſacra. 291, b
Relegare. 681, b
Religio ægra, læſa regione. 554, a
Religio in dextris. 277, a
Religio in iudicijs. 823, b
Religio tegmen cupiditatis. 48, a
Religioni imperium cedit. 427, b
Religiones læſæ. 364, a
Relinquere, verbum nauigationis. 268, a
Reliquiæ Apoſtolorum Romæ. 3, a. quas Cæſares ſubmiſſo diademate venerabantur. *ibid.*
Reliquiæ martyrum in vaſis aureis. 303, b. tectis pretioſo velamine. *ibid.* cupide lectæ. 150, b. monumento illatæ. 720, a
Remittere pro *permittere.* 39, b. 40, a
Remmius Euocatus. 296, a
Remoti populi præſentibus oppoſiti. 383, b
Renidere. 815, a
Renunculi. 204, a
Renuntiatio amicitiæ. 299, a. per præconem. *ibid.* renuntiare hoſpitia. *ibid.* rupta teſſera. *ibid.* renuntiare matrimonio. *ibid.* quot modis renuntiationes fiebant. 299, b
Repetundarum legis duæ pœnæ. 740, b
Reportare pro *Deportare.* 217, b
Reportari pro *remitti.* 462, b
Repræſentari quid apud Iuriſconſultos. 37, a
Res geſtas ſcribendi apud Romanos modus. 1, a
Res principis ſeparata a re Reipubl. 455, a
Rerum nouarum ſtudioſi. 72, b
Reſpondere. 757, b
Reſpublica æterna. 337, b
Reſpubl. in ancipiti. 113, a
Reip. amor neminem timet. 836, b. ſalus, votum votorum homini probo & ciui. 45, a. turbamenta, militum voluptas. 109, a
Reipub. danda prima & media tempora, extrema nobis. 757, b
Rempub. opes aut firmant, aut euertunt. 41, b
in Remp. magnus ciuium ardor. 121, a. Reip. ius pro omni iure. 121, b
Rep. labante, lex inualida. 11, b. ea perdita viuere, turpe viro bono. 514, b
in Rep. quiſquis ambitioſus, idem exitioſus. 58, b
Reſtringere legiones. 152, a
Reticentiæ tria in Tacito rariſſima exempla. 242, b
Reticulum. *Rezueil.* 698, b. ornamentum capitis. 699, a
Retro cedens pro malo omine Romanis. 771, b
Reus, quis. 344, a
Reus in ſuggeſtu. 122, a
Rei ante condemnationem vita recenſita. 343, b
Rei morte perditi accuſatoribus. 472, a. reum dari congia-

rium accuſatoribus. *ibid.* i. pro præda. *ibid.* ſe excuſantes. 459, a
Reis delatis theatra non prohibita. 362, b. atrati ſpectabant. *ibid.* reis prohibita conſulatus petitio. *ibid.* cæteri honores permiſſi. *ibid.*
in Reis puniendis ſollemnia. 230, a
Rex a Senatu appellari, elogium ingens. 414, b
Rex apud Francos tutor nobilium pupillorum. 294, b. item apud Scotos. *ibid.*
Rex optimum lumen populorum. 158, b
Rex vini. 670, b. regna vini. *ib.*
Regis nomen apud Rom. primum honorabile, mox horribile. 3, b
Regis peccata luit populus: peccata populi rex non luit. 461, a
Regis vetus cuſtodia. 29, b
Regi nouo diadema imponere, non vulgare decus. 561, a. non conuenit exſcindere. 576, a
Regi Romam venire non licitum. 3, b
nec Regi, nec epiſcopo licet lacrymare. 151, b
Reges dicti imperatores. 670, b
Reges Parthorum in ſolio edentes. 188, b. coniux a pedibus. *ibid.*
Reges quot regna, tot habebant diademata. 273, b. poſt Deum honorandi. *ibid.* eorum adoratio. *ibid.* & benedictio. *ibid.*
Reges regijs vinculis onerati. 190, b
Reges regum ſe Parthorum reges dicunt. 186, b
Reges ſacri. 291, b. vncti Domini. *ibid.* ſancti. *ibid.* Dij. *ibid.* θεοφιλεῖς. *ibid.* Iouis nutricij, & amici. 291, a. Iouis conſiliarij. *ibid.* humani Ioues. *ibid.* ſe fratres vocant. *ibid.*
Reges ſacerdotes. 411, a
Reges ſciunt pro tempore & obliuiſci & vlciſci. 161, b
Reges ſimulacra diuinæ maieſtatis. 411, b. miniſtri & vicarij Dei. *ibid.*
tot Reges quot ciues Romæ. 301, b
Regum alumna Francia. 186, b
Regum aures, vela. 275, a
Regum eſt negotia agere. 733, b
Regum exaltatio humiliatio eſt. 424, a
Regum ferenda ingenia. 618, a
Regum nominandorum munus ad Senatum pertinuit. 414, b
Regum paganorum & Chriſtianorum diſcrimen. 768, a
Regum veneratio. 302, b. ad mulieres Principes tranſit. 302, a
Regum vultus arrogans. 40, a
Regibus captis debetur reuerentia. 208, a
a Regib. nihil armata manu petendum. 80, a
pro Regibus ſe vouentes. 720, b
in Reges amor barbarorum. 308, b
Rhæti. 207, b
Rhearini. 183, b. a Rhea. *ibid.*
Rheda meritoria. 82, b
Rhedæ conductæ ad ducendos captiuos in triumphis. 244, a
Rheginum a Chalcidenſibus conditum. 132, a
Rhegium vnde dictum. 132, b
Rhenones. 204, a
Rhenus, fl. 122, b
Rhenus vnde. 102, a. Iris cœleſtis dictus. *ib.* bicornis. 102, b. luteus. 103, a. cur cenſor dictus. 103, a. eius duo cornua. 102, b. imo tria. 103, a
Rheni duo aluei. 193, b
in Rheni ripa milites Ripuarij dicti. 112, a. ſine præſidio tempore Honorij & Arcadij. *ibid.*
Rhetia. 122, b
Rhetorica maledica. 166, b
Rhodanus eloquentiæ dictus D. Hilarius. 246, b
Rhodij illuſtres naualibus. 270, b. eorum aurati imbres in natiuitate Mineruæ. *ibid.* eorum hoſtes Lycij. 283, b
Rhodium cur dictum mare Lycium. 285, b
Rhodos inſula inſularum roſa. 251, a. 270, b. eius elogium. *ibid.* ibi ſol perpetuus. *ibid.* gratiſſimus Romanis ſeceſſus. *ibid.* exoptatus otium meditantibus. *ibid.*
Rhodi aquila nunquam viſa. 20, b
Rhodum abſcidit Auguſtus. 133, b
Rigor ſalutaris vincit inanem clementiæ ſpeciem. 126, a
Riparienſes milites. 112, a
Ripuarij. *ibid.*
Riſui lien dicatus. 57, a
Roboam rex. 21, b
Roboraria. 467, a
Robur quid. *ibid.*
Rogatio iniqua, mera imprudentia & impudentia. 80, b
Rogi luſtratio. 393, a
Roma concubina fratris Abrahæ. 2, b
Roma mulier Troiana. *ibid.*
Roma ex Troiæ ruderibus conflata. 268, a
Roma pagana quam celebris. 2, b. vnde dicta. *ibid.* eius alterum nomen enuntiare nefas. *ibid.* dicta vrbs per excellentiam, & domina, & regum ciuitas, & regina mundi, & terrarum dea. *ibid.* Dea habita. *ibid.* templis culta. *ibid.* a Romulo paſtore condita. *ib.* omnium falſarum religionum ſinus, 319, b. eius vitium. 68, a. 179, a
Roma ardens per 6. dies. 793, a. diu ſiue diuortio. 323, b. verſa in adulationem. 324, b. in 14. regiones partita. 793, b. & 14. curatoribus aſſignata. *ibid.* rumorum auida. 125, a. ſepulturis vacua. 40, b. ſeruitutis neſcia. 4, a. iure libertatis omnibus antecellit. *ibid.* tota Græca. 188, b
Romæ vrbis ætas. 3, b. natalis. 2, b. 526, a. elogia. 2, b. eius altrix Italia. 405, a. Æqui, Volſci, Campani, Siculi. *ibid.*
Romæ priſcæ, viæ ſtrictiores. 795, b. ædificiorum altitudo. *ibid.*
Romæ aqua non defuit, nec ſordes. 175, a. incendium ſub Nerone. 792, a. 793, a. inſula. 796, b. Iunones multæ. 797, a. lupanaria crebra. 788, b. vnde dicta *meretrix*, ab Apoſtolo, ſed pagana. *ibid.*
Romæ tumultuoſi cœtus. 72, a. templum. 476, a
Romam alit Sardinia. 405, b. & Ægyptus. *ibid.* & Alexandria. *ibid.*
Roma Chriſtianorum expugnatrix, mox cultrix. 800, b
Roma Chriſtiana. 2, a, b. Chriſtianorum paſtoris ſedes. 3, a. cur aurea dicta. *ibid.* & diuum domus. *ib.* ſchola Apoſtolorum & fidelium domus. *ibid.* & lumen terrarum. *ibid.* & totus orbis. *ib.* caput mundi. 3, b. fida & vera. 23, b. eius elogium. 68, a
Roma deficiente, actum de omnibus. 752, a
Romanæ eccleſiæ elogium. 800. b
Romana ciuitas olim virtutis pretium. 384, a. a clarioribus donata magnis viris. 384, b. poſtea fauore data. *ibid.* tum pecunia. *ibid.* ſub Auguſto rarius. *ibid.* niſi valde merentibus. *ibid.* ciuitatibus pro præmio. *ibid.* & ſocijs & regibus. *ibid.*
Romana porta. 225, b
Romani ab hoſte armato nullas conditiones recipiebāt. 429, b. ad

b. ad diurnam ſtellam portantes. 381, a. ad mediam noctem tantum. 381, a. albati. 221, b. in alba veſte. *ibid.* niuei Quirites dicti. 223, a. dites prouincias ad bellum ſolicitabant. 584, a. fruſtrati dum barbaros ſuam militiam docent. 386, a. humano ſanguine litarunt. 742, b. olim quid vltimum in libertate experti. 324, a. poſtea quid in ſeruitute. *ibid.*

Romani priſci fidei obſeruatores. 79, b. ſe & alios ad fidem ſeruandam cogebant. *ibid.* formula iuriſiurandi. *ibid.* regum oſores. 301, b. ſed eorum ſimiæ. *ibid.* ſuperſtitioſi. 97, b. nil ſine augure. *ibid.* viribus & ingenio ſuperiores omnium. 203, b

Romanorum annales. 1, a. arma. 688, b. auaritia. 584, a. infelicitas ſub Cæſaribus. 165, b. laus quod omnes ſocios ciues fecerint. 592, a. mos ſcribendi res geſtas. 1, a

Romanorum militum rapinæ in exteros. 404, b. & ſocios. *ibid.*

Romanis ſueta latrocinia templorum. 451, a. Romani rapaces. *ibid.*

Romano ciue nihil libetius. 324, a

Romani imperij varia fortuna. 3, a

Romanus pop. ſibi ſuiſque ciuis, at exteris Rex amarus. 4, a

Rom. populo regum oſori, regis nomen a Virgilio inditum. 4, a

Romans. 784, a

Romuli paupertatem abſcondit ignis Gallicus. 795, b

Ros marinus in purgatione. 155, a

Roſæ inter vepres. 126, a. 127, a, b

Roſcij commendatio. 182, a

Rubellius Blandus progener Tiberij, quis. 363, a, b. eius auus eques Tiburtinus. 363, a

Rubellius Plautus. 363, b. 674, b

Rubrius medicus. 23, a. alius a Rabieno. *ibid.*

Ruere. 28, a

Ruffio, vel Rufio. 510, a

Ruffuli, Tribuni dicti a militibus. 86, b

Ruffus Gallus. 387, b

Rufi vnde dicti. 677, a

Rufi duo. 585, a. eiuſdem temporis fortunæ & nominis. *ib.* L. Tarius Rufus. 585, a, b

Rufi filius imperia & ducatus ludit. 699, a. quem Nero mergi iuſſit. *ibid.*

Rufuli, militares tribuni dicti. 668, a. vnde. *ibid.* quando creati. *ibid.*

Rufus Criſpinus. 59, b. 569, b. 817, b

Ruminalis ficus. 707, b. vnde dicta. *ibid.*

Runus ſemiſicis, pro *emiſſitijs.* 111, a

Rupellarij. 388, b

Rupines. 281, b

Ruſſatum vexillum. 117, a

Ruſtici conuitioſi. 144, b. ſarmenta adligabant. 581, a

Ruſticorum armatura. 204, a

Ruſticus. 514, a

Rutheni. 130, a

Rutilius Annal. ſcriptor. 2, a

Rutilius auſus ſolus Sullæ negare quod petebat. 5, a. a M. Scauro accuſatus. 420, b

P. Rutilius I. C. libertatis amans. 433, a. 482, b. innocentiſſimus & doctiſſimus. *ibid.* exẽplar improſperæ fortunæ. *ib.* hiſtoriographus. *ibid.* Conſul. *ibid.* in Aſia Proconſul. *ibid.* ciuis Smyrnenſis. *ibid.*

S

SAbbatha nullo igne. 75, a

Sabina Poppæa, altera Helena. 698, a. cuius Nero Paris. *ibid.* iumentis ſuis ſoleas aureas dedit. *ibid.* aſinas 50. habuit. *ibid.* lacteo balneo lauit. *ibid.* maritos quatuor habuit. *ibid.* Romana Circe. *ibid.*

Sabina porta. 225, b

Sabinus Poppæus auaritiæ ſinus. 177, b

Sabini canis. 505, a

Saburra vel Suburra meretricum Rom. 778, b. clamoſa. *ibid.* alto loco ſita. *ibid.* eius aliæ feneſtræ. *ibid.*

Saburrana tonſtrix. *ibid.*

Saburrienſes. 557, a

Sacco induti in luctu. 328, a

Sacellum. 243, a, b. Larium. 626, b

Sacerdotes apud Ægyptios liberi a præſtationibus. 457, a. apud Getas mons ſacer & Deus dicitur. *ib.* apud Rom. qui honos eis defertur, Deo defertur. *ibid.*

Sacerdotes Iſidis & Cybeles guloſi. 320, a

Sacerdotes pagani theatra conſcendentes. 457, b. pædagogi filiorum regum. 90, a. reges. 411, a. regibus prælati apud Iudæos. 347, a. in menſis. *ibid.* in vijs. *ibid.* vittati. 140, a. eis vittas rumpere, ignominioſum. 140, a

Sacerdotum Ægyptiorum lineus habitus. 284, b. pane & hyſſopo veſcentes. 285, a

Sacerdorum collegijs ludi exhibiti. 68, b. eorum dignatio, & reuerendus vertex. 456, b. 457, a. menſæ ab alijs diſcretæ. 528, a. miniſteria. 682, b. veſtis διβαφος. 55, b

Sacerdotibus Chriſtianis ſubmiſſi faſces. 265, b

Sacerdotia in honorem data, aut vendita. 55, b. quadrifariam diuiſa. *ibid.*

per Sacram viam deducebantur captiui in triumphis. 224, a

Sacræ teſtationes. 170, a

Sacra priſca. 527, a

Sacra regni. 291, b. 292, a. pro ſalute regni & populi. *ib.* pro priuatis. *ibid.*

Sacris adeſſe ignominioſo nefas. 734, b

Sacris aduocata nomina diuina. 170, a

Sacri reges. 291, b

Sacramentum, primum militis vinculum. 29, a

Sacramentum in turbis militum. 114, b. militiæ vinculum. *ibid.* & præcipuum. *ibid.* quod fuerit Roman. militum, incertum. *ibid.* & per illud datum milites iurabant. *ibid.* quod ſub Repub. *ibid.* & ſub imperatoribus ſacramenti militum vindex Genius. 114, b. ob eius memoriam magis paret miles. *ibid.*

Sacramento ſoluti ſenes milites. 74, b

Sacrarium. 243, a, b

Sacrificabant Iudæi a nona ad vndecimam. 291, a

in Sacrificalibus epulis totus dies abſumebatur. *ibid.*

in Sacrificio pagano dij & homines ſaturati. 291, a. ex ſacrificio nihil ſeruare eſt liberalitas. *ibid.*

Sacrificia ſiue conuiuio non fiebant. 290, a, b. in quibuſdam nihil reſeruabatur. 290, b

Sacrificia equorum. 556, b. 557, a. geniorum. 293, a. ſanguine humano facta. 640, a, b

Sacriſtia. 243, a

Sactouienſes. 557, a

Sæculares ludi. 578, a. de eorum interuallo, lis ambigua. *ibid.*

Sæuitiæ velamenta. 221, b

Saga in caſtris. 145, a. vnde prouerbium, Ad ſaga itum eſt. *ib.*

Sagæ mulieres. 298,b
Sagittæ. 388,a
Sagula pro velis. 215,a
Sal appoſitum in menſis. 293,b. & præcipue hoſpitalibus. *ib.* & in fœderibus. *ibid.*
Salis confectio. 707,a
Saliari carmine nomina cantata. 309,b. quod honorificum. *ibid.*
Salinæ Romæ. 707.a
Salius Arcas. 309,a. 626,a. a quo Salij. *ibid.*
Salij. 216,b. vnde dicti. 216,b. 309,a. a Sala fluuio. *ibid.* ſunt Franci. *ibid.* Salica lex. *ibid.*
Salij. 309,a. ad Gradiui Martis ſacra a Numa tranſlati. *ibid.*
Salluſtiani horti. 701,b
Salluſtius auctor & miniſtrator verborum Tacito. 470,a. multa paucis abſoluit. 3,a. ſcriptis clarus, vita turpis. 371,b. æmulus Thucydidis. *ibid.* a Milone loris cæſus. *ib.* aliter vixit, aliter ſcripſit. 26,b
Salluſtius nepos Auguſti amicus. 26,b. ab eo æs Salluſtianum. *ibid.* eius mores ex Tacito. *ibid.*
Salomonis dictum. 476,a. ſobrietas. 435,b
Saloninus Aſinius Gallus. 432,a
Saltationes ante aras antiquæ Romanis. 309,a. & Iudæis. *ibid.* vulgo *Branſles.* *ibid.*
Salturiones, mimi. 452,b
Salue. Vale. 636,a
Saluienus pro *Salienus.* 819,b
Salus pro ſalutatione. 812,b
Salus hominis nullo beneficio penſitatur. 676,a
Salus optata mane & veſpere. 636,a. in litteris. *ibid.* ſternutamentis. *ibid.* in votis. *ibid.*
Salus beneuolentibus, odioſis nulla ſalus. *ibid.*
Salutis augurium. 626,a
Salutis ædes. 806,b
Salutandi principem mos antiquus. 587,a. mane id fiebat. *ibid.* in atrio principis. *ibid.*
Salutatio cruda. 41,a. matutina. 636,a. regum. 302,a. dominarum principum. *ibid.* patronorum. *ibid.*
Salutationes libertorum in patronos. 591,a. & ſeruorum in dominos. *ibid.*
Salutator coruus. 635,b. ſerui ſalutatores. *ibid.*
Salutigeruli pueri. 636,b
Samara quid. 45,a
Samarabria. *ibid.*
Samarobrina ſicca & arida. 45,a. Tarento oppoſita. *ibid.*
Samiarius lapis optimus ad tergendum. 93,b
Sami dux. 452,a. Epheſina, & Thracica. *ibid.*
Samothracum aræ ſanctiſſimæ. 267,b
Samuel altior Saule. 347,a. hiſtoriographus & ſacerdos. 1,b
Sancire fœdus. 576,b. 577,a
Sanctum, pro *ſancitum.* 541,b. 577,a
Sanctitas hominibus tributa. 324,b
Sanctorum manus & pedes oſculati. 107,a
Sandalarius Apollo dictus. 323,b. ex ſtrenis. 503,b
Sandalioris dicta Sardinia. 321,b
Sanguis fuſus, ludus Paganis. 380,b. eius miſſio, furti pœna in caſtris. 100,b. ſed non ad mortem. *ibid.*
Sanguine humano icta fœdera. 640,a. & ſacrificia. *ibid.* eo gaudens princeps magna edit funera. 178,b
Sanguine lapſi. 156,a
Sanquinius dux Rom. 583,a
Sanroni. 531,b
Sapiens & σοφός. 63,b. vertit caſus in ſapientiam. 98,b
Sappho Leſbia. 264,b
Sarabata captiua. 630,b
Sarcinæ militares. 82,b. aliquando equo aut aſino aut curru vectæ. *ibid.*
Sardi. 418,b. in Lydia. 252,a. eorum chaſma. *ibid.* venales. 252,b.
Sardiani. 252,a. 418,b
Sardinia. 683,b. Sandalioris dicta, 321,b. Ichneuſa. *ibid.* clariſſima inſula. *ibid.* latrocinijs ſueta, 322,a. Romam alit. 405,b. ex ea frumentum Romam allatum. 406,a
ex Sardi ciuitate Aſiæ frumentum Romam aduectum. 406,a
Sardonius riſus. 252,a
Sarmatæ venales. 554,a
Sarmentus ſeruus. 689,b. Tuſcus. *ibid.* eques Rom. *ibid.*
Sathanas *nihil* dicitur. 323,a
Satias, verbum Salluſtianum. 406,b
Satura dicta Pomptina palus. 795,b
Saturnalia, dies iocoſi. 670,a
Saturnalibus veſtes mutatæ. 223,b
Saturnini cur plebeij. 367,b
Saturninus. 370,b. 371,a. eius eloquentia. 61,b
Saturni ædis ſitus. 243,a. in ea ærarium. *ibid.* & trutina ſuſpenſa. 153,a
Saturnia ara. 744,b
Saturum Tarentum. 45,a. ſaturum rus. *ibid.*
Satyra, quid. 579,b
Satyri. 261,a
Sauffeius Trogus. 608,b
Saul in domo ſacerdotis Samuel. 347,a. a Deo reprobatus. 211,b
Scalæ aduocatorum. 573,b
Scalpro qui interierunt. 516,a. Euagrius. *ibid.* D. Caſſianus martyr. 516,b. Schotus. *ibid.*
Scambus. 699,a
Scandix. 421,a
Scaminij. 193,a
Scantius. *ibid.*
Scapula Tertillus, rector Carthaginis. 753,a
Scapulatum antiquum nomen. 630,a. ad Septimium Seuerum durauit. 630,a
Scapulis impreſſa virgarum & flagellorum verbera. 180,b
Scauri arenarij. 62,a
Scaurus Mamercus vir nobilis. 62,a. eloquens. *ibid.* vita turpis. *ibid.* diſertiſſimus. *ibid.* magnus, ſed negligens. *ibid.* ore impurus. *ibid.* Marcus pro Mamercus falſo dictus. *ibid.* princeps Senatus. 6,b. vltimus ex Scauris. 532,a. a Tuſco improbiore accuſatore accuſatus. *ibid.* eius de Ariſtone dictum. 62,a
Scelerata caſtra deſolata. 100,b. vicus. *ibid.* campus. *ib.* porta. *ibid.*
Scelus cæcum. 721,a. admiſſum non admittit ſomnos. *ibid.* ſcelerum vindex natura. 721,b
Scelere proſpero nihil nocentius. 761,a
Scelerum ſcalæ & gradus. 437,b
Scena verſatilis in theatro. 445,b
Sceptrum habens aquilam in vertice. 464,a. datum a Rom. regibus benemeritis. 464,b. ſceptrorum dator populus Rom. *ibid.* Sceptra iudicum. *ibid.* eorum materia. *ibid.* 465,a
per Sceptrum iurabant veteres. 171,a
Sceptra gerendi mos. 464,a. eburnea. 465,a. ærea. *ibid.* aurea. *ibid.* argentea. *ibid.* reginis etiam geſtata. *ibid.* a ſacerdotibus. *ibid.* eorum forma. *ibid.*
χεῖος. 88,a
Scholares. 30,a
Scientia longo vſu quæritur. 537,b
Scindere, in obſcœnis. 87,b
Scipio Africanus. 424,a. eius laus. 420,a. proles Tarpeij Iouis.

Iouis.*ibid.*eius elogium a Floro. *ibid.* Romanis fulmen deſtinatum. *ibid.* in exitium Africæ. *ibid.* eius filius Annales Rom. Græce ſcripſit. 2, a
L. Scipio Naſica, vir optimus iudicio Senatus a condito æuo. 416,b. hebetioris ingenij. *ibid.*
Scipio Pompeij ſocer. 473,a
Scipiones duo ſepulti in campo Martio. 40, b
Scipionum fata, qui ab ijs quos ſeruauerant interempti. 473,a
Scipio eburneus. 46,a. ſcipiones tabernæ. 788, b
Scirpiculæ piſcatoriæ. 88,a
Scirpicus centurio. 87, b. ſcirpica flagella. *ibid.*
Scirpus. 87,b
Scordium, herba. 732,a
Scorpionibus verberare. 88,a
Scortum nihil pudet. 788,b
Scorta nuda in conuiuijs. 317, b. 780, a. eis adempta vehicula. 225,a
Scoti humanis carnibus veſcebantur. 249, b
Scribonia & Lepida matres infelices partu ſcortorum. 610,a
Scribonii fratre, Libones. 701, b. eorum concordia. 704,b
Scriboniorum familia vetus. 218, a. & nobilis. *ibid.* ſurculi eius egregij. *ibid.* & vtriuſque ſexus. *ibid.*
Scrobes damnatis & indemnatis ſe interficientib. 148,b. 149, b. & quibuſlibet defunctis apud Chriſtianos. *ibid.*
Scrupi, quid. 401, b
Scrupuli. 402, a
Scrupularij. 388,b
Scuta, vnde dicta. 204, a. ex corio & ære. *ibid.* ex vimine. *ibid.* ex ligno & tecto cornu. *ibid.* excipiunt ictus. *ibid.* tegunt caput. *ibid.* ſeruiunt fluminibus traijciendis. *ibid.* vnde aptiſſima. *ibid.*
Scuta reclinare, ſignum pacis. 692, a
Scuta in puppibus. 311,a
Scutis pectora tutabantur. 211,a
Scyros inſula. 299, b
Scythæ. 554, a. ex herba Scythice famem ſitimque ſedabant. *ibid.* homines Dianæ ſacrificabant. 741,b
Scythica gens frigida, ſed bello rigida. 285, b. ſapientiæ fœcundiſſima doctoribus. *ibid.*
Scythice herba. 554, a
σκαιός. 6,b
Secaces vitium loti. 87,a. hederæ. 87, b
Secare. 87,a,b
Secius. 538,b
Secordia pro ſtultitia. 477, a
Sectatores philoſophorum & ſapientum. 834,b. & oratorum. 835,a
Sectiones. 585,b. Sectionis ſcelus. 586,a
Sector. 585,b
a Sectoribus venditi ſerui particulatim. 685,a
Seculi mali duo indicia. 831,a. vetuſti forma. 366, a
Secundarius. 28,b
Secundilla. 46,a
Secundus Carinas pirata Cilicum. 802, a. ſimulacrorum raptor. *ibid.*
Secures deformatæ quid. 4,b. magiſtratuum Rom. comites. 145, a. maxime exoſæ hoſtibus Romanorum. *ibid.* & gentibus. 631, b
Securitas frequentiſſimum calamitatis initium. 127, a
Securitas in dicendo. 99,a. non quæſita, ſed nata in principibus. *ibid.*
Securitas nouiſſima magnis viris. 570, b
Sedendi forma apud antiquos. 33, b
Sedes curulis ex ebore. 309,b. cui aurea ſuccedit. *ibid.* vt erat Iulij Cæſaris. *ibid.* quam Vibius emit impune. *ibid.*
Sedes vberes. 144, a. datæ confugientibus in prouincijs. *ibid.*
Seditio venenum ciuitatis. 96,a. eam cōprimit vir fortis. 125, a
Seditioſorum prouocatio non exaudienda. 83, b
Sedulitas celata ſub inertia. 26,b
Segeſta. 481,b. 482,a
Segeſtes quis. 137,a. etiam Ægeſtus dictus. 137, b. fidus Romanis. 143, a. transfuga ad Romanos. 144, a
Segimundus, vel Segiguntus. 140, a
Segnior ſexus. 538, b
Segnius, verbum vſitatum. 538,b
Seia fortuna. 757,a
Seiani vnde dicti. 29, b
Seianus gnauus miles. 471, a. hoſtis Chriſtianorum. 428, b. præfectus vigilum. 428, b. Tiberij fax. 161, a. de eo teſtimonium Velleij adulatorium. 161, b. ei ſacrificatum. 437, a. eum perdidit ſecuritas. 477, b. in eum acuta vox Cremutij Cordi. 428, b. eius artes. *ib.* & 429, a. cur dictus peſſimus miles. *ibid.* tamen non peſſimus miles. *ibid.*
Seiani filia Senatus ſententia damnata. 517, a
Seiani vita & mors, multis exitio fuit. 436, a. extra vrbem cohortes Prætorias locat. *ib.*
Seigneurs. 351, a
Seius Ælius Seiani pater. 29, b
σελήνη, Luna, vrbs. 240, b
Selenites lapis cur dictus. 97, b
Seleucia. 577, a. maritima. *ibid.* a quo ædificata. *ibid.* Seleucia alia. *ibid.* & in Galilæa. *ibid.* multæ aliæ. 577,a,b. ſedes Nembroth. 298,a. nunc Creſiphon. *ibid.*
Seleucia Parthorum. 560,a
Seline filia Hyperionis. 97,b
Selini duo fluuij. 97,b
Selinis, ſeu Selinum, ciuitas Ciliciæ. 97, b. poſtea Traianopolis. *ibid.*
Sella aurea in tribunali Cæſaris. 464, a
Sella curulis, vel ſedes. 464, a. 783, a. imperatoria. *ibid.*
Sella regia abſente rege vacua apud Francos. 310,a
Sellarij. 521,b
Semeias hiſtoriographus & ſacerdos. 1,b
Semen virile hominis vires. 421, b
Semiramis. 712, b. ex ancilla regina facta. 172,a
Semiramidis regnum. 20,b
Semnones, pop. 249,a. 582,b
Sempronia Moſchis. 601,b
Sempronius Aſella Annalium ſcriptor. 2, a. σοφὸς dictus. 63,a
Sempronius Tuditanus Annalium ſcriptor. 2, a
Sempronij lex viaria. 373,b. vnde illi ſtatua. *ibid.* ſupra aras, in ponte Tiberis. *ibid.*
Senator, familiæ nomen. 378,b
S Senator. 219, b
Senator nullus mortuus, malum omen. 653,b
Senatori quid cum pantomino? 181, a
Senatores abortiui. 596,b. conſilijs aſſurgebant. 239, b
Senatores & equites Iulio Cæſari excubitores dati. 522, b
Senatores pedarij. 537, b
Senatorum adulantium metus. 325, b. calcei lunati. 281,a. nigri. *ibid.* cenſus ſub Auguſto. 175, b. eorum humeris elatum cadauer Imperatoris. 39, b. nomina publice edita. 614,b
Senatorum Pariſienſium priuilegium. 344,a
Senatoribus data ſacerdotia. 55, b. lictores dati a proconſulibus in prouincijs. 64, b. mulcta qui curiam nō introibant. 834, b. turpe leges correctorias meruiſſe. 180,b

in Senatoribus cogendis ſorr. 410, b

Senatoria dignitas. 832, a. diſiungit equitem a Senatore & plebe. *ibid.*

Senatorium album. 480, a, b. eius ordinem ſequebantur Senatores. 480, b

Senatulum quid. 30, b

Senatus matronatum. 302, a

Senatus aut in foro, aut in Palatio, aut in templo habitus. 57, a. cognoſcebat de Senatore reo. 343, b. Deos probabat aut improbabat. 49, b. deſcendebat dominatione ſcandente. 83, b. duabus electionibus purgatus. 596, b. indictus, aut dictus. 31, b, quomodo coactus in ver. Rep. 30, b. quomodo ſub imperatoribus. 31, a. tacet ſpoliato Quirite a Cæſaribus. 67, a

Senatus princeps primus in albo. 480, b

Senatus veteris icon. 31, b

de Senatus ſupplemento lex Caſſia. 595, a

Senatui bono bonus princeps amicus. 27, a

Senatui non Conſul, ſed Conſuli Senatus deeſt. 105, a

Senatu abibant poſt poſtulata qui rogauerant. 474, a. poſt deliberationem reducebantur. *ibid.*

Senatuſconſulto facto proponebatur legendum populo. 538, b

Senatuſconſulta in æs inciſa. 397, b

Seneca pater a ſe diuerſus. 62, a. eius controuerſiæ varijs manibus textæ. 62, b. eius patris cum Iuuenale conciliatio. 74, b. eius & Seruij conciliatio. 13, a

Seneca carptus. 673, b. culpatur. 722, b. imperator deſtinatus. 756, a. Neronis pædagogus. 89, b. peſſimus miles, aut nullus. 758, a. purgatus a culpa. 666, a, b. ei parum æquus Dio. *ibid.*

Seneca ſapientiæ oblitus. 717, a. Socratem præceptis & exitu vitæ imitatus. 813, b. ſui finis vates. 813, a. an inter Chriſtianos reponendus. 813, a. 814, a. ſepulturæ contemptor. 814, a

Senecæ diſſimulatio de laude Pompeij. 5, b. vita non longiſſima. 758, b. 759, a

Senecio, dictus Grandio. 477, b

Seneciones plures Romæ. 665, a

Seneciones oppoſiti cordis. 425, a. ſenes verni. 760, b

Senectus corona dignitatis. 372, b. cruda. 41, a

Senectus & orbitas duæ libertatis columnæ. 695, a

Senectus malorum omnium officina. 684, a

Senectutis elogium. 351, a

Seni oratori impatientia tacendi grande virium. 489, b

Sene egeno nihil miſerius. 564, a

Senes incurui & gibboſi plerumque. 493, b. pulcri ſenis deſcriptio. 494, a

Senes milites ſacramento ſoluti. 74, b

Senibus honos. 372, b. ſenes reuerendi. 373, a

Senia lex. 595, a

Seniores. 351, a. pro dominis. *ibid.* citati teſtes. 325, b. pro Senatoribus. *ibid.* apud Romanos magnæ auctoritatis. *ibid.* ſeniorum crepitus. *ibid.*

Seniſternium. 528, a

L. Senius Senator. 595, b

Sententia non verbis, ſed tranſitione profeſſa, vel diſceſſione. 537, b. ſemel dicta non retractantur. 398, a

Sententiam dicit primus honoratior. 353, a

Sententiam primus dicere, magnificum. 173, b

Sententiam rogatus primus deſignatus Conſul. 372, a

in Sententia dicenda ordo. 353, a. aſſurgebant Senatores. 239, a. aduocati. *ibid.* & declamaturi. *ibid.*

Sententiæ ordine dicendæ. 616, a

Sentes & lappæ, cognatæ. 22, b

Sentia lex de ſupplendis patriciis. 595, a

C. Sentius Conſul. 595, a, b. Cn. Sentius. 595, b. Sentius centurio. *ibid.*

in Sepeliendis defunctis vetus mos Chriſtianorum. 528, b

Sepmaine peineuſe. 93, a

Septa pro aſylis. 413, b

Septemuirum ſacerdotia & collegia. 55, b

Sepulcralia carmina. 298, b

in Sepulcretis martyrum Chriſtiani orabant, non ſomniabant. 572, a

Sepulcrum quid. 42, a. eius magna cura. 543, a

Sepulcra extra vrbem, & in publicis viis. 340, a. martyrum & SS. Apoſtolorum Romæ. *ibid.*

Sepultura aſini, quid. 826, b

de Sepultura Chriſtiani ſolliciti. 150, b. 814, a

Sepultura, defunctorum votum. 150, b

Sepultura Machabæorum notabilis. 38, a. eam hoſti hoſtis non tollit. 84, b

Sepulturæ ſacræ & religioſæ. 42, a. ijs Roma vacua. 40, b. in ijs odores. 332, a. vnguenta. *ibid.*

Sequani. 107, b

Serapis, ſeu Apis. 287, a. eſt Ioſeph. *ibid.*

Seres, populi. 231, b

Serere crimina. 613, b. negotium. *ibid.* ſermonem. *ibid.*

M. Sergij fortitudo. 75, a

Sergij Galbæ eloquentia. 420, b

Serica veſtis. 231, b. dicta ventus textilis. *ibid.* & vitrea toga. *ibid.* vnde dicta. *ibid.*

Seriphus inſula. 319, a. ranarum taciturnitate mirabilis. *ibid.*

Sermo ciuilis inimico oppoſitus. 675, a, b

ex Sermonibus occultis, turbæ erumpunt. 72, b

Serrati, pro *Seruiati* ærei. 202, a

Seruiati ærei. 202, a. eorum forma. *ib.* dicti veteres regii. *ibid.*

Sertorii virtus. 431, a. fata, *ibid.*

Seruiliani horti. 360, b. 605, b

Seruilis animus, vel ſeruile ingenium. 240, a. eius indicium. 629, b

Seruile ingenium nihil pudet. 610, a

Seruilia probra. *ibid.*

P. Seruilius Iſauricus. 417, b

Q. Seruilius Priſcus octauo die ſe dictatura abdicat. 4, b

Seruilius hiſtoriogr. 732, b. eius & Domitii Afri differentia. *ib.*

Seruilio reliquit Tiberius iura ſibi teſtamento relicta. 254, a

Seruiliorum inimicitiæ cum Lucullis. 254, a. eorum clara familia. *ibid.* eorum familiæ talentum. 839, a

Seruitii crudi dies. 41, a

ad Seruitium facilis deſcenſus. 28, a

Seruitia ſua compeſcebat Tiberius. 443, b

Seruitus omni homini ingenuo acerba. 515, a

Seruius rex ædem Fortis fortunæ condidit. 243, a. Fortunæ priuatæ templum extruxit. 756, b. cur. 757, a

Seruius Galba. 539, a

Seruius Sulpitius libertatis amans. 433, a

Seruii & Senecæ cõciliatio. 13, a

Seruus accuſator domini, pro peſte. 226, b. in domini caput non torquendus. *ibid.*

cubicu-

cubicularius eius qui occiſus erat, torquebatur. 750, a. prætor eſſe non poteſt. 277, a. quomodo puniendus ex iure. 683, a. redhibitorius. 168, b
Seruo fugitiuo pes abſciſſus. 396, a. furaci, manus. *ibid.* notis compunctus. *ibid.* in cauernas beſtiarum demiſſus. *ibid.*
Serui ad dominorum pedes. 716, a. ad pedes. 490, a. ad ſupellectilem. 233, a
Seruorum turba. 233, b. legiones. *ibid.* cohortes. *ibid.* exercitus. *ibid.* greges. *ibid.* agmina. *ibid.*
Serui dicti Marcipores, Lucipores, Publipores, Philippopores, &c. greges ignoti domino. 234, a, b
Seruorum numerus. *ibid.* a liberis veſte diſtincti. 679, a. conuitioſi. 144, b. crinem ponebant. 728, a. excubitores. 751, a. cubiculares. *ibid.* quot ſerui tot hoſtes. *ibid.* apud Chriſtianos vt fratres tractandi. 751, a, b
Serui geruli. 224, b. lecticarij. *ibid.* quæſtioni deſtinati incluſi arcis. 226, a. litterati. *σημαδίαι*. 74, a. mali pro inferijs mactati. 128, a. monitores. 82, a. nequam crucibus adfixi. 507, b
Serui principum graues prouincijs. 747, b. Seruis turpibus obſequi, graue. *ibid.*
Serui ſalutatores. 635, b. Seruorum nomina. 636, a. ſemper dominis ſuſpecti. 686, a. ſuperbe dominantur. 172, a. conditionis obliuioſi. *ibid.* venales habebant titulos. 685, a. venditi. 685, a. a quæſtoribus aceruatim, a ſectoribus particulatim. *ibid.* vt milites, ex ſtipendijs ſibi veſtem parabant. 74, a. & ſuccincti. *ibid.*
Serui 13. ædem Veſtæ ab incendio tutati. 793, b. ideo manumiſſi. *ibid.*
Seruorum Domitiani modeſtia. 442, b. eorum non dominorum circumpotatio prohibita. 528, a. eorum dominantium ſcelera. 172, b. eorum imperium, orbis ſuſpirium. *ibid.*
Seruorum communia nomina, Dama, Syrus, Dauus. 609, b. eorum cruciatus. 395, a. colaphi. *ibid.* pugni. *ibid.* fuſtes. *ibid.* virgæ. *ibid.* habenæ. *ibid.* flagra. *ibid.* catenæ ad vincula. *ibid.* carcer. 395, b. fames. *ibid.* mola. *ibid.* puteus. *ibid.* caudex. *ibid.* ſuſpenſio. *ibid.* ferulæ. *ibid.* ſtimuli. *ibid.* crux. *ibid.* pix. *ib.* frigus. *ibid.* ignis. 396, a. laminæ candentes. *ib.* pœna inſueta. *ibid.*
Seruorum dextras prehenſabant volentes mori. 228, a. eorum familia. 348, a. eorum maior quam dominorum numerus. 465, b. eorum propriæ fallaciæ. 613, b. per eas inſeruiunt heris in amore. *ibid.* eorum ſalutationes in dominos. 591, a. turbæ in Rep. 536, a. veſtitus. 679, a
Seruis milites comparati. 73, b. duplicibus veſtiti. *ibid.* libertatem precio redimebant. *ib.*
Seſac rex. 286, a
Seſoſtris Ægyptius. *ibid.*
per Seſtertia Germani non numerabant. 201, b
Seſtertius. 76, b
Seſtius Pagonianus. 523, a
Seuerianus morti addictus ob ſomnium. 572, a
Seueritas imperatoria. 125, a. potior miſericordia in caſtris. 689, b. virtutis comes. 701, b
Seueritas parum, clementia multum proficit. 47, b
Seueritate morum quærentes celebritatem. 175, b
Seueri leges in adulteros. 258, b
Sextilia Vitellij vxor. 552, b
Sextus Ælius Pætus, Catus dictus. 219, a
Sextus Apuleius pater & filius. 28, a. ſub ijs Conſulibus iuratum in verba Cæſarum. *ibid.*
Sextus Marius non inceſtuoſus, ſed finxit. 542, a. tamen perijt. *ibid.* vir ditiſſimus. *ibid.* aurariarum poſſeſſor. *ibid.*
Sextus Pompeius iunctus Auguſto. 28, a. crure vulneratus. 28, b. eloquens. *ibid.*
Sexum metiebatur Nero. 679, a
Sibylla in portentis conſulta. 176, b. 177, a. in fame. 177, a. in morum lapſu. *ibid.* Cumana. 537, a
Sibyllarum monumenta à multis memorata. 537, a
Sibyllæ libros legere, Conſulum munus. 4, a. eorum cuſtodes Quindecimuiri. 537, a
Sibyllini libri. 176, b. 834, a, b. magnæ auctoritatis. 177, a. a quibus ſeruati. *ibid.* conſulti. 803, a
Sibyllini verſus deſcripti, & Romam miſſi. 538, a
Sic Dijs placitum, vulgatis formula. 706, b
Sicambri, vel Sigambri, vel Sugambri. 216, b. traducti in Galliam. 634, a. vaſtati a Druſo. *ibid.*
Siccij Dentati vulnera. 75, a
Sicilia ab Italia diſparata. 132, b. Trinacria vnde dicta. 8, b. & *τριγλῶχιν*. *ibid.* Romam alit. 405, a
Sicilia, poema Auguſti. 625, b
per Sigilli imaginem obſignatio. 597, a
Sigillum ſeruare non licet annulo vendito. *ibid.*
Sigiſmundus. 140, a
Siglas pro *ſingulas*. 281, a
Signiferi qui eligendi. 77, b
Signifex. 381, a
Signum labarum. 93, a. vel laborum. *ibid.* purpureum. *ib.*
Signum Crucis loco aquilarum & draconum. 78, b
Signum dare, imperatorium eſt. 32, b. a principe petitum prætorijs cohortibus. *ib.*
Signa parochialia Chriſtianorum. 78, a
Signa cum aquilis confuſa a Plinio, diſparata a Cicerone. 78, a
Signa diſciplinæ militaris vinculum. 689, a. fixa. 156, b. euulſa. *ibid.* in caſtris, quod forum Romæ. 94, b. in principijs. *ibid.* inſtar fulguris. 91, b. nitentia ad inſtar templi. *ibid.* & laureata. 503, a. non deferebantur a milite. 583, a. ornata. 91, b. coronata. *ibid.* inſerrata. *ibid.* folijs viridibus vmbrata. *ibid.* vncta. *ibid.*
Signa ſeruaſſe decus, perdidiſſe dedecus. 111, b. recepta, militum gaudium; amiſſa, mœſtitia. *ibid.*
Signa inhonora. 92, a. venerata. 92, b. numina legionum. 101, a. per ea iurabant milites. *ibid.* ſacra, vt templa. 114, a. templis aſſimilata. *ibid.* apud ea repoſitæ pecuniæ. *ib.* ſed militum. 114, b
apud Signa pecuniæ depoſitæ a Romanis. 34, a
Signa iacta in hoſtes. 101, a. vbi ſigna, ibi miles. 101, b.
Signorum amor in milite. 101, a. eorum domus verenda, prætoriũ. 116, b. Signa ærario deprompta. *ib.* ad dictatorẽ delata. 117, a. in ſeditione primũ occupanda. *ib.* abſque ijs friget ſeditio. *ib.* nam milites iurant ea non deſerturos. *ibid.*

in Signis effigies Deorum. 92, b. 437, a. & Cæſarum. 92, b. & aliorum. *ibid.* nomina Principum litteris inſcripta. *ibid.*
Signare vota. 297, a
Signatio auro ſculpto. 597, b. ſub Claudio inuentum. *ibid.*
Signati milites. 94, a
Signatæ tabulæ nuptiales. 597, b. teſtamenta. *ibid.* contractus. *ibid.* depoſita. *ibid.* pecunia. *ibid.* vtenſilia. *ibid.* conſultationes deorum per diplomata obſignata. *ibid.* ciſterula. 189, a. ſalinum. *ibid.* lagena. *ibid.* oues. *ibid.* ſacculi. *ibid.* vaſa. *ibid.* virgo. *ibid.* matrimonium. *ibid.* litteræ. 189, b
Silanorum familia clariſſima. 364, b. eorum nomen Iunius. *ibid.* ijs Aſia frequens. 420, a
Silanus Appius nobiliſſimus. 332, a. Hiſpaniæ præfectus. *ibid.* ſapiens. *ibid.* Claudij affinis. *ibid.*
Silanus Caſſius Germanici Cæſaris præceptor. 89, b
Silanus vnde Creticus. 191, b. primæ vir nobilitatis. *ibid.*
C. Silanus. 613, a
D. Silanus. *ibid.*
L. Silanus. *ibid.*
M. Silanus. 364, b
Silanus alius. *ibid.*
M. Silani ſententia abſurda. 613, a
Silani tres. 423, b. Silani bona materna. *ibid.*
Silentium & mæſtitia, comites. 334, a. modeſtiam habet. *ibid.*
Silentium in luctu. 328, b. 329, a. manu imperatum. 94, a. & nutu. *ibid.* & voce. 94, b. per præconem. *ibid.* capite. *ibid.* oculis. *ibid.* digitis crepantibus. *ibid.*
Sileni ſunt heic, prouerb. 173, a
Silicernium. 528, a
Silius exitij certus. 579, a. patricius. 605, b. optimus & pulcherrimus. *ibid.* adulter. 602, b. eius miniſtri. *ibid.*
C. Silius legatus. 103, a. eius laus. *ibid.*
Silius Italicus inedia mortuus. 474, a
Silua cæſia. 128, a. cædua. *ibid.* tonſilis. *ibid.* inciſæ. 128, b. hoſtium receptacula. *ibid.*
Siluæ dijs ſacratæ. 200, a. ſolibus aduſtæ in Æthiopia. 796, b
Siluanus pecunioſus & orbus. 695, a
Silures. 741, a
Simbrini, vel Simbruini, vel Simbriuini colles. 580, a
Simbriuia ſtagna. 736, a
Simbruina ſtagna. 736, a
Simul. 156, a
Simulacra in triumphis ex argento. 244, a. ebore. *ibid.* citro. *ibid.* acantho. *ibid.* ligno. *ibid.* auro. 244, b
Simultates pro odijs. 406, b. geminatæ. 410, b
Siniſtra, mali ominis. 195, a
Sinus. 303, b. ſinu homines recens nati reponebantur. *ibid.* cineres mortuorum geſtabantur. *ibid.* oſſa in ſinu poſita. 303, a
Si quid mihi contigerit, modus loquendi. 752, a, b
Sirenes olim Capreas habitarunt. 499, a
L. Siſenna, Annalium ſcriptor. 2, a
Smyrnæus ciuis P. Rutilius. 482, b
Sobrini. 616, b. Sobrinarum nuptiæ prohibitæ. *ibid.*
Socci. 280, b. aurati viris, vt mulieribus. *ibid.* ærei. 233, a. argentei. *ibid.* aurei. *ibid.*
Soceri generos odere. 137, b
Socij dicti clientes. 574, a
Socij & auxiliares plerunque armis Romanis inſtructi. 386, a
Socij ex hoſtibus. 592, a
Socij populi Rom. 346, b. 347, a. ad medullas exucti. 404, b
Socrates per Canem iurabat. 171, a. vxore ceſſit. 59, b. eius elogium. 529, b
Sodomitarum vindex ignis cœleſtis. 693, a
Sohemus. 625, b
Sol cruentus. 744, a
Soli conſecratus Circus. 819, b
de Sole ad cœlum. 271, b
Soles dicti clari viri. 97, b
Soles tres viſi Claudio Conſule. 635, a
Solaria in cacuminibus domorum. 328, a
Soleæ & calcei differentia. 278, b
Soleæ mulierum Rom. 280, a. & ſtatuæ Clœliæ. *ibid.* & ancillarum. 280, b. palmatæ mulieribus Ægyptijs. *ibid.* exoſæ viris. *ibid.* ex lana. *ibid.* plantas tegebant tantum. *ib.* crepidæ dictæ. *ibid.* parum viriles. 279, b. habenis religatæ. *ibid.*
Solemnia pro ſolitis. 338, a
Solennibus diebus populus albatus, & coronatus. 501, b. quidam in triumphali veſte. 503, a. & in purpura. *ibid.*
Solens pro *ſolitus.* 338, a
Solidus. 76, b
Solitudo ciuitate potior, peſſimo æuo. 838, b
Solitudines Africæ. 261, a
Solus, deſertus. 102, b
σωματοφύλακες. 30, a
Somniarij. 220, b. ſomniorum interpretes. *ibid.*
propter Somnia homines morti addicti. 572, a. ſomnia quæ inducant, aut pellant. *ibid.*
Somniorum purgatio. 154, a. aquæ puræ ablutione. *ibid.* & ante diem. *ibid.* trina merſione in profluentem. *ibid.* per ignem. 154, b. mola ſalſa. *ib.* ex vino Falerno. *ibid.* lauro Auentina. *ibid.* ſulphure. *ibid.* tedis. *ibid.* & ouo. *ibid.* oleæ aſpergine. *ibid.* & roris marini. *ibid.* & hyſſopi. *ibid.* ſomnia Veſtæ narrabant. 155, b
Somnus cæcus. 572, a. animæ corruptio. *ibid.*
Somnus & vinum, duo ſocordiæ fratres. 487, a
Somni molles. 500, b
Soni fracti. 734, a
Sontes extra caſtra puniti. 100, b. poſtea intra caſtra. *ibid.* & in principijs. *ibid.*
Sonticus morbus. 672, b
σοφὸς & ſapiens. 63, b
Sordida veſtis a pulla differt. 305, a
Soror & frater honeſta nomina. 614, a
Soror manus. 595, b
Sorores, intactæ vxores dictæ. 765, a, b
Sororum nomina vrbibus indita. 595, a. & prouincijs. *ibid.*
Sororiantes mammæ. 595, b
per Sortes multa facta apud Paganos. 670, a. a Chriſtianis damnatæ. *ibid.*
Sortes vſitatæ Romanis. 410, b. in legendis Veſtalibus. *ibid.* in iudicijs dirimendis. *ibid.* prouincijs obtinendis. *ib.* iudicibus dandis. *ib.* gladiatoribus committendis. *ibid.* agris diuidendis. *ibid.* Senatoribus cogendis. *ibid.* pœnis infligendis. *ibid.* earum magna auctoritas. *ibid.*
Soſæ opidum. 622, a
Soſibius Britannici educator. 89, b. Claudium imp. ad necem Aſiatici impellit. 569, a
Soteria. 728, b
Soupper. 710, a

Spadones

Spadones aut facti aur nati. 447,a. prohibitum vt fierent. *ibid.* ſpadonibus comitati Aſſyriorum reges. *ibid.* nutriebantur ruri. 447, b. in domo regis hortos habebant. *ibid.* etiam ab vbere caſtrabantur. *ibid.* eorum familia ingens. *ibid.* qui ex omnibus collecti nationibus. *ibid.* per colores compoſiti & deſcripti. *ib.* nomenclatores habebāt. 448, a. qui pulcriores pueri, illis emebantur. *ibid.* capillati. *b.* calamiſtrati. *ibid.* cincinnatuli. *ibid.* compti. *ibid.* criniti. *ib.* poſt capillorum fluxum tondebantur. *ibid.* piſtata cohors dicti. *ibid.* comatuli. *ibid.* delicati. 448, b. eorum facies tecta. *ibid.* lectica vecti. *ibid.* magnifice veſtiti & molliter. *ibid.*

Spadones bullati. 448, b. & torquati. *ibid.* eorum munus, facere ventum flabellis. *ibid.* cuſtodes dati thalamis. *ibid.* & ad gemmas ſeruandas. 449, a. præibant dominis. *ibid.* etiam ſequebantur. *ibid.* puluillos præbebant. *ibid.* adſtabant menſis. *ibid.* & præcincti. *ibid.* matellam præbebant. 449,b

Spania pro *Hiſpania.* 62, b

Sparta armis clara. 283, b

Spartana Reſp. laudabilis. 366,b

Spartanus, id eſt fortis. 283,b

Spartacus prædonum dux. 430, b. ſeruorum anteſignanus. *ibid.*

Sparteæ veſtes. 796, b

Sparteoli. *ibid.*

Species viſæ. 744,a

Spectacula a Tertull. damnata. 181, a. & eorum ſpectatores. *ibid.* & exhibitores. *ibid.* gladiatorum. 685, b. munera maleferiatorum hominum. *ibid.* eorum gradus. 724,b

Specularia in lecticis. 188, a

Sphinx Auguſti. 535,a

Speculatores, vel Spiculatores. *Eſpions.* 24, b

Specus domicilia meretricum. 788, b

Spes media. 350, a. ſecunda ſubſtitutio. 36,a

Spice, pro *aſpice.* 62, b

Spina regia Babylonis. 15, b

Spintriæ. 521,b

Spondere. 757, b

Sponſio pro voto. 12, b

Sportulæ donatæ. 590, b. apud Iudæorum reges. 591,a

Sporus ab epiſtolis Neroni. 789,b. ei nupſit Nero. *ibid.*

Stagnum nauale. 728, a

Staius. 465, b

Stare in integro. 396,b. 397,a

Statariæ comœdiæ. 358,b

Statilia Meſſallina vxor Neronis. 816, a. ſectata eloquentiam. 816,b. declamatrix. *ibid.*

Statilius Taurus. 427,b. ſenex pulchre obit præfecturam vrbis. 536, b

Statim. 241, a. vſitatum verbum auctorib. 241,b. tempori opponitur. *ibid.*

Statio. 93, b. pro loco in quo ſtationes. 94, a. pro militibus ſtationarijs. *ibid.* & pro ſtationum opere. *ibid.*

Stationes in portis caſtrorum. 93, b. in Eccleſia Chriſtiana. 94, a

Statiua caſtra. 358,b. præſidium. *ibid.* prandium. *ibid.*

Statius. 465, b. Cæcilius poeta. *ibid.*

Statua dedicata non diſtrahitur. 169, b. ſecus, non dedicata. *ibid.*

Statuæ ob benemerita, paganis. 429, a. aliter Chriſtianis. 429,b. earum frequentia Romæ. *ibid.* circa forum ſublatæ, quæ non eſſent populi aut Senatus ſententia poſitæ. 427, a. claris oratoribus poſitæ. 311, b. Paſſieni. *ibid.* Hortenſij. *ibid.* etiam poetis. 312, a. ex buxo. 498, a. & ære, contra vim ignium. *ibid.* honoris cauſa decretæ, ignominiæ cauſa deturbatæ. 763, a. imperatoriæ amplexus pro aſylo. 378, a. etiam phylacterias tangere. *ibid.* vncis & plumbaturis retentæ. 53, b. ſacrum putabant quicquid eas contingeret. 54, a. aduectæ honorabantur columnis. *ibid.* obuiam ibant. *ibid.* gaudebant eas contingere. *ibid.* adorabant, *ibid.* & quo more. *ibid.*

Statuarum capita mutata. 172, b. 173, a

Statuarum duo nidi, fora & templa. 763, a

Statuis Deorum inſcriptiones. 53, b. imagunculæ dicatæ. 54, b

Statuas diuellere & ſtatuere. 349, a. Satuæ euerſæ. *ibid.* fœdatæ. *ibid.* venditæ. *ibid.* ſubmerſæ. *ibid.* mutatæ & fuſæ. *ibid.*

Statura hominis. 493,a

Stellatura militum. 123, b. vnde dicta. *ibid.*

Sterilis vxor cauſa diuortij. 598, b

Sterilis pax. 77, a

ex Sternutamentis mala vel bona omina. 157, b

στιγματίαι ſerui. 74,a

Stimuli, ſerui cruciatus. 395, b

Stipatores ſerui. 86, a

Stipendia in ære, veſte & cibarijs. 197, b. duplicabantur ob merita. *ibid.* ob ignominiam minuebantur. *ibid.*

Stipendiaria prædia. 75, b

Stipes Dijs aut ludis Deorum faciendis. 728, b

Strator, *Stratores.* 81,b. 361,b

Strenæ Cæſari datæ. 503, b. etiam abſenti. *ibid.* vnde dictæ. *ibid.* eas reſpuit Tiberius. *ib.* datæ populo. *ibid.*

Strepitus auditi. 743,b

Stria. 330, b. ſtriatæ columnæ. *ibid.*

Striges Theſſalæ. 97,a

Strigibus orbis fœtet. 298,b. earum tabulæ & effigies. *ibid*

Structa pro impoſitis. 784,a

Structius pro *inſtructius.* 218,b

Strumenta pro *inſtrumenta.* 218,b

Studientes pro pignore Sacrouiro. 387,b. & Ludouico XI. *ibid.*

Sub oculis. 236, b

Subantes. 130, a

Subcingulum. 564,b

Subditi & principis differentia. 336,b

Subire, verbum nuptiale. 599, a. *ſubire iugum.* *ibid.* ſubire vim. *ibid.* turpitudinem. *ibid.*

Sublimitatis auida natura. 477, a, b

Subroſtrani. 111,b

Subſarcinare. 82, b

Subſignani milites. 111,b

Subſtitutio, ſpes ſecunda. 36,a

Subſtitutionum gradus in infinitum. 36, a

Suburbana Chriſtianorum pro monaſterijs. 756, b. in ſuburbanis vinea frequens. *ibid.* eorum magna cura Romæ. 812, a

Suburbanæ Eſquiliæ. 756,b

Suburbia vrbis nomine continentur. 310, b

Suburra, vel Saburra. 316, a

Suburranæ canes. *ibid.* puellæ. 316, b

Succeſſorum inertia, anteceſſorum deſiderium. 755, a

Succidiæ humanæ. 742,b

Succinum, poema Neronis. 711, b

Sudaria linea, & lanea. 824,a

Sudetnas adamas. 534,a

Sueſſa, Sueſſula. 498,b

Sueciæ reges. 21,b
C. Suetonius Paulinus. 830,a
Sueui. 216, b. 217, a. 248, a. ad Albim. 204, b
Suffragiorum populi ius. 67, a. ſublatum. *ibid.*
Suffugium. 761, a
Sugambri, vel Sicambri. 216, b. in Romanorum caſtris. 485, b. Francorum ſocij. *ibid.*
Sugambria cur detonſa. 485, b
Suggeſtus. 79, b. 122, a
Suillius quis. 468, a
P. Suillius terribilis & venalis. 695, a
Suis pro *ſummis* in manuſcr. 158, b
Sulfure vitra ſarcita. 786, a
Sulla & Sylla. 299, b. dictator perpetuus. 4, b. patruus & vitricus Mamerci. 373, a. alterius Sullæ vitricus Mamercus. *ib.* tria lectorum millia habuit. 828, a. Tribunitiam poteſtatem odioſam reddidit. 10, a
Sulpitiorum familia nobilis. 393, a. etiam per fœminas. *ib.* in Eſquilijs humata. 40, b
Sulpitius Galba Cattos vicit. 147, b. pater Galbæ Imp. 398, a
Sulpitius Quirinus. 392, b. Syriæ præſes. *ibid.*
Sultani, nomen regum apud Turcas. 619, a
Sumen. 144, a
Summouere. 64, a
Summus, primus. 158, b
Summum puluinar. 347, b
Suo iure diſertus. 489, a. ſua lingua diſertus. *ibid.* ſuo iudicio ſapiens. *ibid.*
Suouetaurilia a Catone facta. 556, a
Supellex quid apud I. Conſultos. 233, a. ad ſuppellectilem ſerui. *ibid.* in ſupellectile luxuria. 233, b
Superſtitio externa dicta religio Chriſtiana. 686, a
Suppeditare. 158, a
Suppilitores, Suppolltores. 712, a
Supplicabant Dijs Pagani in abitu & reditu. 419, b
Supplicamenta, vel Supplicationes. 391, b. 392, a. gratulationis genus. 391, b
Supplicatio emollit iras. 223, b
Supplicationes Cæſarib. factæ, & eorum reſponſiones. 478, b. in lætis. 722, b. & in aduerſis circa puluinaria Deorum. *ibid.* olim vnius diei. 392, a. deinde binæ. *ibid.* poſtea triduæ. *ibid.* etiam quinquagenariæ. *ibid.* aliquando in vna æde. *ibid.* aliquando in omnibus templis. *ibid.* nunquam decretæ bellis ciuilibus. 392, b. vnde ortæ, & quibus de cauſis. *ibid.*
Supplicia pro ſupplicationibus. 392, a. Dijs decreta. 419, a. in luctu & lætitia. *ibid.*
Supplicium more maiorum. 753, a. vnius, omnium ſalus. 115, a
Supplicia extra vrbem. 229, b. 230, a. in ijs claſſicum. 230, a, b. in ijs ſolemnia. 230, a. in ijs reorum viæ ſeptæ. 751, b
Suppoſitio partus. 359, a. ſuppoſiti partus pœna. 359, b. eius ſupponendi ratio. *ibid.*
ex Suppoſitis quidam ferunt magna nomina. 359, a
Surenæ Parthorum magiſtratus. 561, a
Suri vel Syri. 299, b
Suri & Suſi. 285, b
Suria vel Syria apud auctores. 299, b. 310, a
Surrentina vina. 499, a
Surrentum promont. *ibid.*
Suſa & Suſiana regio. 285, b
Suſcipere pro *ſuſpicere*, frequens error in auctoribus. 488, b
Suſi & Suri. 285, a
Suſpectum pro *deſpecto*, 11, a. 398, a
Sybaritæ helluones. 450, a. eorum ruina pro miraculo. *ibid.*
Syene ſub Cancro. 287, b. quid. 288, a, b. abundans dente elephantino. 288, a. fuſca. *ibid.* Niliaca. *ibid.*
Syenes gleba. *ibid.*
Sylla & Sulla. 299, b
Syllæ elogium. 416, b. apud Velleium. 5, b
Sylla & Cinna duo crudelitatis paria. 5, a
Syllæ negare quod petebat Rutilius ſolus auſus. *ibid.* ſolus remiſit imperium. *ibid.*
Syluius, nomen regum apud Albanos. 619, a
Syphacis habitus apud Silium. 464, a
Syracuſæ quadruplices. 269, a
Syri. 285, b
Syri ſerui a Syria. 17, a. lecticarij. 225, a
Syria vel Suria apud auctores. 299, b. 310, a. aquarum egens. 768, b. Parthis propinqua. 770, a
Syria Ituræis Iudæiſque coniuncta. 625, b. poſtea diſcreta. *ibid.*
Syriæ deæ ceremoniæ. 604, b
Syriaqus mori adactus quod amicus Galli. 548, a
Syrus, ſeruorum commune nomen. 609, b

T

T. littera a Tribunis ſubſcripta. 31, b
Tabella votiua. 297, b
per Tabellam ſuſpenſam coactus Senatus. 21, a
Tabellæ in foro pendentes. 351, a. ad columnas. *ibid.*
Tabernacula militum. 689, a
Tabernæ ſcipiones. 788, b
Tabulæ ſponſales. 603, a. matrimoniales. *ibid.* nuptiales. 598, a. 603, a, b. ſignatæ. 577, b. pictorum a longe venuſtæ. 125, b. plumbeæ ſtrigarum. 298, b. & cereæ. 298, b
Tabulata. 724, b
Tacfarinas cur deſertor. 430, a
Tacitus antithetis gaudet. 753, b. in ſua viſcera ſæuiens. 514, a. Liuii imitator ingens. 7, a. & Salluſtij. *ib.* multa paucis tractat. 3, a. procurator Cæſaris in Belgio. 455, a
Taciti librorum clades. 578, a
Talaria. 206, b
Talentum Seruiliorum familiæ. 839, a
Talu. 62, b
Tanais. 622, b
Tanaſius Geminus Annalium ſcriptor. 2, a
Tanfanæ templum. 129, b
Tapetum duo genera. 343, b. pingues & teretes. *ibid.*
Tapſia. 679, b
Tarentum *ſaturum* vnde dictum. 45, a. molle. *ibid.* madidum. *ibid.* luxurioſum. *ibid.* ſacrum 45, b. eius cuſtodes Iupiter & Neptunus. *ibid.* eius laus. 45, a
Tarpeium ſaxum. 467, b
Tarpeius mons. *ibid.*
Tartari Diis homines immolabant. 742, b
Tarteſſus. 440, b
Tarraco vbi. 182, a. pagana adulatrix. 182, b. Chriſtiana. *ibid.*
Tatii. 134, a. T. Tatius. *ibid.*
Taunobæus mons. 138, a
Taunus. *ibid.* aut Tonobæus mons. 628, b
Tauri Pæonii. 507, a
Taurus mons. 138, a
Taurus amnis in India. 628, b
Tearco Æthiops. 286, a
Tectum quid. 327, b
Tedius Afer. 48, b
Teges prælatus mariti cubili a meretricibus. 597, a
Tela Atrebatum. 231, b. *Toile de Cambray.* *ibid.* præuſta. 204, a

Telchius

Telchius Caſtoris & Pollucis auriga. 295,a

Telemachus Homericus. 187,b

Telliæ Agrigentini humanitas. 492, b

Tellus nigra & mamillata. 51,b

Temnij. 252,b

Tempeſtas. 605, a, b. *ſpurciſſima.* 214,a

Tempeſtati aliquando cedendum. 105,a

Tempeſtiuum. 709,b. conuiuium. 381, a

Templum vrbis Romæ. 476,a

Templi Delphici deſcriptio. 268, a. Iudaici altaria aurea. 795, a

Templa deorum. 50,a,b. 51,a. aurata. 52,a. auro fulgentia. 795, a. adita priuata & publica gratulatione. 721, b. caſte adeunda. 243, a. cuſtodita a militibus apud Romanos. 34,b. Gentilium donariis plena. 732,a. *lapidata.* 150,b. pantomimis recluſa. 169,a. quænam illa fuerint. 34,b

Templa ingrediebantur Pagani magna reuerentia. 304, a. in gaudio velata fronde. *ibid.* & velleribus. *ibid.* & tapetis. *ibid.* ſparſa floribus. *ibid.* veſtibus ſtrata. *ibid.*

Templorum latrocinia ſueta Romanis. 451,a

Templorum ornamenta. 782,a. paganorum cuſtodia. 744,b

in Templis pecuniæ depoſitæ. 34,a. a Iudæis. 34, b. ſtatuæ. 763,a

Temulentus. 711,a

Tenebantur pro *Retinebantur.* 442, b

Tenere pro *obtinere.* 62, b. pro *retinere.* 234,a

Tennes Cygni filius. 712,b

Tentorio pellito carcere, pœna in caſtris. 689,a

Terentia Ciceronis mala & famoſiſſima mulier. 309, b. habuit quatuor maritos. *ibid.* Ciceroni pro flagello. 377, a. centum annos vixit. 510, b. vel 103. 309,b

Terentiani horti. 605,b

Terere frontem. 228,a

Terræ filij. 586,a

Terræmotus. 251,a,b. 252,a. eorum procuratio. 251,b

Terracina oppidum Volſcorum. 333, a. Anxur dictum. *ibid.*

Terribilis. 695,a

Terroris & Metus differentia. 436,b

Teſtamentum ſuppoſititium. 748, b

Teſtamento data libertas. 807, b

Teſtamenta ſignata. 597,b

Teſtari pro obteſtari. 205,a

Teſtationes ſacræ. 170,a

Teſtes falſi ex Cappadocia. 275,a

Teſticulari. 712,a

Teſtudo. 632,a,b

Tetrici duo Impp. 839,b

Tetricus, quid. *ibid.*

Teucer frater Aiacis Telamonij. 418, a. ſagittator egregius. 416,a

Θ & Π facere. 25,a

Θ nigrum. *ibid.* Θ ſectilis. *ibid.*

Thadæus Apoſtolus Lebbeus dictus. 219,a

Thalamus in poſteriore ædium parte. 601,a

Theano Mineruæ ſacerdos. 55,b

Theatrales artes. 734,a

Theatrum ab Amphitheatro differt. 363,a

Theatrum Pompeij. 362,b. amphitheatrum Plinio dictum. 363,a

Theatri forma. *ibid.* licentia in tribus. 579,a,b. probra apud D. Cyprianum. 457,b

in Theatro ſpurca omnia. *ibid.*

Theatra apud Britannos. 744,a

Theatra grauibus viris exoſa. 181,b

Theatra litigioſa. 179, a. æſtuaria impuri ſuffragij. 179,b. eorum ſonus. *ibid.* non prohibita reis delatis. 362, b. temporaria. 733,a

a Theatris arcebantur iuuenes apud Maſſylienſes. 457,b

Thebæ multæ. 284,a. Bœotica. *ibid.* Ægyptia. *ibid.* tota penſilis. *ibid.* eius circuitus, & portæ. *ibid.*

Themaſinus Epicadus hybrida. 241,b

Theodoſij lex de 30. diebus. 397, b

Theognis Tragicus frigidus. 672,a

Theoninus dens. 155,a

Thera & Theraſia. 17,a

Theriſtrum. 316,a

Thermæ. 517,a. Thermeum. *ib.*

Thermopylæ, Græciæ anguſtiæ. 282, b

Theſaurus Eccleſiæ. 34,b. 243,a

Theſſalæ ſtriges. 97,a

Theſuelda vxor Arminij. 144, a. eius elogium. *ibid.*

Thraces ad carmina & tripudia pugnabant. 485, b. pugnas habebant pro ludo. *ibid.* equarum mulſores. *ibid.* impauida gens. *ibid.* Diis homines immolabant. 742, b. in menſa pugnabant. 291, b. primi vina melle condiebant. *ibid.* eorum epulæ virtutes. 291, a

Thracia Mauortia terra. 485,b

Thracica potio barbara eſt. 291,b

Thraſea Patauinus. 834, a. virtus dicitur. 836, a. eius conſtantia. 754,a,b

Thronus cui niſi Deo? 276, a. terræ oppoſitus. 78,b

Thus in funere Chriſtianorum. 528, a. *maſculum*, cur dictum. 54,a

Thura ingeſta in natali. 526,b

Tiberias, vrbs. 627,b

Tiberiolus. 562,b

Tiberis auctus ominoſus. 176,a. Chriſtianis funeſtus. *ibid.* cur *Albula* dictus. 176, a. cur *Flauus.* *ibid.*

Tiberius alieni fati præſcius. 546,b. arrogantiſſimus. 56,a. Atreus cur dictus. 488, a. etiam Atrides. *ibid.* & Aiax. *ibid.* Auguſti heres in bonis & imperio. 41,b. Auguſto dilectus. 145,b. auus Caligulæ. 562,b. verſutus & ſimulatus. *ibid.* callidus ſenex. 461,b

Tiberius Chriſtum in larario coluit. 168, b. non tam vere quam ſuo more. *ibid.*

Tiberius, ciuilitatis iactator, & crudelitatis ſectator. 31, b. conſanguineus Veneris. 482, a. totus Venereus. *ibid.* dabat & exprobabat. 175, b. de Lucij morte carmen edidir. 14, a. deſpectui Nemauſenſibus. 133, a. diſſimulator ingens. 397, b. 506, b. duritie regebat. 135, b. ex exule imperator factus. 20, a. fictæ modeſtiæ doctor magnus. 426, a. firmus contra rumores. 172, b. impetioſus ſui. *ibid.* ſed initio, non in fine imperij. *ibid.* caput ſuum ſtatuæ Auguſti impoſuit. *ibid.* 173,a

Tiberius Germanicus dictus. 105, a. 136, a. Germanico natura patruus, adoptione pater. 335, a. Germanico parum æquus. 151, a. eius animus ſuſpicax. *ibid.* imperij ſui magnus zelotes. 161, a. in iure reddendo vere Cæſar. 33,a

Tiberius in Libonem ægrum inſilit. 224,a. in nomen ſuum iurari minime patitur. 39, a. in ſenecta ſcæuus & ſæuus & ſeuerus. 351, b. inter Diuos reponitur. 455, b. iuuenis altus & rectus. 493, b. ſenex, curuatus. *ibid.* caluus. 494,a.

legibus violandis ingenioſus. 226, b. minime comis. 106, a. a Veſpaſiano diuerſus. 106,b
Tiberius Nero dictus Biberius Caldius Mero. 13,a. noua ſcelera veteri legum velamine tegebat. 459,b. pater patriæ dictus. 164, a. quod recuſat. *ibid.* peierator. 66,a. poemata ſcripſit. 730,a. poſt adeptũ imperium matri non æquus. 63,b 64,a. quibus verbis odiũ in Germanici liberos velarit. 64,a. prægrandis. 493,a. princeps tenebricoſus & ſubdolus. 529,b. quam improbus. 529,a
Tiberius ſcriptus heres hereditates repudiat. 254,a. ſeruitia ſua compeſcebat. 443,b. Tribunus pleb. 31,b. truculentus aſpectu. 40,a. verbis ambiguus. 468, a. verſutiſſimus homo. 66, b. vetus hircus. 520,b. eius impudicitia. *ibid.* vix a Vipſania auulſus vt Iuliam duceret. 59, a. vocatus aſylus hominum. 378,a
Tiberij ætas. 565, a. eius ars in retinendo imperio. 33,a
Tiberij artes. 66,b. 245.b. clara & ſapientiſſima conſilia. 289, b. crimen, Germanici cædes. 348,b
Tiberij & Auguſti in regendo contraria mens. 178,b
Tiberij exemplum pulcherrimũ in procuratorem ſuum. 443,a. eius mores. *ibid.* facies vlceroſa. 494,b. iuramentum initio imperij. 66, b. eius imperij initia ciuilia, ſed finis crudelis. 520, b. liuor in Germanicum, vnde. 131, a. mens in largiendo. 175, a. mens vafra & callida. 32, b. nequitia. 345,b. 346,a. prudentia. 125,b. ſeceſſus Rhodius. 20, b. ſuperbia. 20, a. teſtamentum irritum. 781, a. de eius vitiis. 13, a
Tiberio regnante, ſpecies libertatis. 412,b. ſub eo accuſationes crebræ. 219,a. de eo adulatorium Velleij teſtimonium. 13, a. Taciti verum. *ibid.* ab eo repreſſi delatores. 408,a
Tiberius Gemellus. 438,b
Tibicines comites lupanarium. 789,a. in funere. 335,b. 336,a,b. funeribus cur adhibiti. 28,a. Romæ ad cultum deorum. 763,b
Tibur. 736,a
Tidius. 48,b
Tigellinus Neronianæ impudicitiæ tæda. 755,b. Sophonius Tacito dictus. *ibid.* C. Fulcinius Scholiaſtæ Iuuen. *ibid.* Chriſtianorum hoſtis. *ibid.* quos ignibus addicebat. *ibid.* eius conuiuium forma & luxu mirum. 788,a
Tignia fl. 183,b
Tigranes. 194,a. 782,b
Tigris, quid. 246,b
Tigris apud Perſas ſagitta volans. 62,a
Tigris fluuius a rapiditate dictus. *ibid.*
Timagenis hiſtoria de Auguſto. 6,b
Timoli in Lydia. 418,b
Timor. 436,a. eius effectus. 787, b. 788,a
Tinnia hodie dictus Nar. 183,a
Tintinnabulum Ioui Tonanti datum. 796,b
Tintinnabula pulſata in complexu ſcortorum. 318,a
Tintinnabulis ducebantur ad ſupplicium. 397,a
Tireſias euocatus ab inferis. 221,b
Tiridates. 767,a. 784, a,b. magus. 784,b. Neroni negat ſe magiam edocturum. *ib.* princeps ambitioſiſſimus. 106,b
Titij. 134,a. ſodales. *ibid.*
Titius. 554.b
Titius Sabinus eques. 500, a. Germanici amicus. *ibid.* indicta cauſa raptus & necatus. *ibid.*
Tituli in trophæa. 209,a
Titurius, Titurina familia. 675,a
Titi Imp. caſtigatio notabilis in delatores & calumniatores. 86,b
Titus Annius Rufus. 625,a
Tmolus, mons. 253,a. & vrbs. *ib.*
Tn. pro *tamen.* 138,b
Toga palmata. 67,b. tunica Iouis dicta. *ibid.* virilis pura. 438,b. 439,a. cur recta. 439,a. libera. *ibid.* alba. *ibid.* illa ſumpta ducti in Capitolium. *ibid.* pura virgines & tyrones induti. 439,b
Togæ *exiguæ potens* opponitur. 279,a
Togæ in caſtris. 145,a. non omnibus, ſed militibus maioris notæ, *ibid.* pacis ſymbola. 145, b. talares. 315,a
Togatus Mars. 145,b
Togatæ dictæ meretrices. 315,a
Tomentum, quid. 548,a
Tongilianus. 792,a
Tonitru cælo ſereno, pro portento. 97,a
Tonſiles ſiluæ. 328, a, b. nemora. 128,b
Tonſores quando Romæ. 727,b
Tonſtrix Saburrana. 316, a. a meretricibus habitæ. 316,b
Toranij. 29,b
Torneamenta. 578,a
Toron oppid. 517, a. *Toroneum. *ibid.*
Torquatiani. 605,b
Torquis præmium militiæ. 197, a. aureis torquibus extranei donati. 197, b. argenteis ciues. *ibid.* plures torques ob vnum præclare factum. *ibid.*
Torus in cubiculo. 601,a. in funere. 339,a. & eius deſcriptio. *ibid.*
Toto corpore, Tota cute, &c. 736,b
Trabea. 331,a. trabeati equites. *ibid.*
Traianus etiam rex vocatus. 4, a. in Germania multum ſudauit. 122, b. eius iuramentum initio imperij. 66,b
Tranſmittere. 240,a
Transfugiis plena bella ciuilia. 116, a
Tranſuectio equitum. 312, b. Cæſarianorum equitum Pariſiis. *ibid.*
Traſullus, quis. 546,b
Traſylli mathematici induſtria. 558,b
Trebellienus Rufus. 295,b
Treuiri capitales. 384,a
Treuiri hoſtes populi Rom. 120,a
Tribunal Dei. 276,a. Epiſcoporum Chriſtianorum. 275,b. in Eccleſia Chriſtiana. 79,a
Tribunal in Rom. caſtris. 78,b. ex ceſpite *ibid.* iudicium ſublimitatis. *ibid.* altius ſtructum. *ibid.* tribunalis militaris deſcriptio. *ibid.* ad tribunal gradus & ſcanſio. *ibid.* Tribunal Aurelium. 79,a. Cæſaris. *ibid.* Conſulum. *ibid.* augurum. *ibid.* prætorum. *ibid.* quæſtorum. *ibid.* præſidum. *ibid.* iudicum. *ibid.* magiſtratuũ. *ibid.* inter inſignia principatus. 84,a. prope prætorium. 94,b. e Tribunali litteræ recitatæ. *ibid.*
Tribunalis aſcenſio quas commoditates haberet. 108,a
Tribunalis Cæſaris deſcriptio. 275, b. in eo aurea ſella. 276,a
Tribunitia poteſtas odioſa reddita a Sulla & Iulio Cæſare. 10,a. eius ius. 31,b
Tribunus plebis ſacer. 697, b. eius partes in Rep. aduerſus Senatum. 67,a
Tribunus primarius. 28,a

Tribuno pl. abnoctare vrbe non licebat. 410,a
Tribuni cædes peragebant. 24,b
Tribuni quot in legione. 72,b. iis datæ claues portarum. 93,b
Tribuni pl. Senatus perpetui hoſtes .31,b. eorum & prætorum querela. 683,a. eorum iuriſdictio Romæ. *ibid.* ab iis ludi exhibiti. 68,b
Tributarij agri. 743,a
Tridens, Neptuni ſceptrum. 14,b
Trimontium, vrbs. 382,b
Trinacria. 8,b
Trio & Macro, par nequiſſimorum capitum. 529,b
Triremis quis inuentor. 715,b
Tritones pulſi in littus. 744,b
Triuia, Diana. 417,a
Trium liberorum ius. 259,b
Triumphalis porta. 37,a,b
Triumphales arcus. 37,b. veſtes. 67,b
Triumphalia inſignia ſine triumpho. 164,a
Triumphantium mos deponere imperium per vrbis ingreſſum. 355,b
Triumphatores Diis proximi. 136,a
Triumphus Germanici. 135,a. quæ in eo corpora ducta. 136,a. qui populi. *ibid.* bello non peracto. *ibid.* quod abſurdum. *ibid.* de caſtellis victis. 136,b
Triumphus nullus ex bello ciuili. 355,a,b. Venereus. 355,a
Triumphi primi Romanorum. 243,b. eorum pompa. *ibid.*
Triumphi ſine Senatus auctoritate non decernebantur. 564,a
Triumuiri Prætorij, qui ærarij militaris curam habebant. 522,a
Triumuiri, Treuiri. 384,a
Troiæ ludus. 578,a. Troiamenta. *ibid.*
Trophæa erecta poſt victoriam. 208,b. aggere poſita. *ibid.* & in turribus altis. *ibid.* in arboribus. *ibid.* præcipue quercubus. *ibid.* in montibus. 209, a. in victricio campo. *ibid.* templis. *ibid.* in tumulis defunctorum. 209,b. in mœnibus vrbium. *ibid.* quibus rebus conſtent. 209,a. picta & ſculpta interdum. *ibid.*
Trophæa etiam deabus ſacrata. 212,b. vt Iunoni Τροπαίᾳ. *ibid.*
Trophæorum ſubſcriptiones. 209,b. tituli. 209,a
Trophonij antrum. 268,b
Troſſuli equites. 668, a. vnde dicti. 668,b
Truere pro *Trudere*. 309,a
Trulla. 231,a
Truncus Hermæ. 228,b
Trutina ſuſpenſa in templo Saturni. 153,a
Tuba populus vocatus in ſuppliciis. 397,b
Tubæ deſcriptio. 159, a. a quo inuenta. *ibid.*
Tubantes. 130,a
Tucca Illyriorum regina legatos P.R. interfecit. 117,b
Tullianum locus in carcere. 467,a. inferior carcer. 361,a
Tum. 2,b. ea dictione ſæpe vtitur Tacitus. 9,a
Tum, tum. 693,a
Tumelicus filius Arminij & Theſueldæ. 144,a
Tumulus duarum filiarum. 444,a,b
Tumuli ex ceſpite. 150, a. ideo ceſpes dictus. *ibid.* vnde dictus. *ibid.* mos extruendi tumuli. *ibid.* cur non iterati. 195, a. non reparandi ſine principis & Pontificum permiſſu. *ibid.* in lucis. 150, a. cum aceruo lapidum. *ibid.* in montibus. *ibid.* in vallibus. *ibid.* in ſpeluncis & cryptis. 150,b. lapides ſacri. 42,a
in Tumultu promiſcua cædes. 127,a
Tunica Iouis. 67,b
Tunicarum poſitio in flagellatione. 395,a
Tunicata quies. 733, b. *tunicatus* populus. *ibid.*
Turba, pro populo. 736,a
Turbatio vitanda. 40,a
Turbida Roma. 140,a
Turanius. 29,b
Turonij Gallica Tempe. 385,b
Turonum deſcriptio. *ibid.*
Turpia honeſtis verbis velata. 673,a. 696,a,b
Turpilianum SC. 818,a
C. Turranius præf. præt. 29,b
Tuſcos Romani valde formidarunt propter potentiam. 594, b. mox amarunt propter ſapientiam. *ibid.*
Tuſcia a ſacrifico ritu. 441, b. nemoroſa. 435, a. fulmine deuſta. *ibid.*
Tuſculanum quos nobiles dominos habuerit. 713, a. exuſtum a ſeruis Scauri. *ibid.* reparatum a M. Tullio. *ibid.* in eo morus arbor a Paſſieno amata. *ibid.*
Tuſculanus lapis. 795,b
Tuſcum mare. 262,b
Tutela cuſtodia dicta. 377,a
Tutela periculum. 249,b
in Tutela conſulum Reges & exteræ nationes. 295,a
Tutor nobilium pupillorum Rex Francorum. 294, b. & Scotorum. *ibid.*
Tutores. 89,b
Tydeus veneno periit. 558,a
Typhon flauus. 51,b
Tyrannica turpitudo. 520, b. 521,a
Tyrannus altiora ferit, quo minora timeant. 103,a
Tyranni liberorum cupientiſſimi. 762,a. ſed orbi. *ibid.*
Tyrannorum conſcientia. 529, b. 530,a. factio. 535, a. ſecreta conſcientiæ tormenta. 476, a. ſtatuæ crucibus addictæ. 507,b. ſub iis lacrymæ prohibitæ. 532,b. & punitæ. *ibid.*
Tyri rex Deus a ſeipſo habitus. 55,a
Tyrrhenus tubæ inuentor. 159, a
Tyrrhena beſtia dicitur muræna. 49,a

V

V In G mutant Galli. 193,b
Vaciuæ aures. 696,a
Vacua mulier. 696,a. poſſeſſio. *ibid.* hereditas. *ibid.* vidua. *ib.* adulter. *ibid.*
Vacuæ legiones, pro *Vacantes.* 250, a. tabulæ. *ibid.* vterus. *ibid.*
Vale. 636,a
Valens medicus adulter. 438,a
Valerius Antias Annalium ſcriptor. 2,a
Valerius Aſiaticus. 568,b
M. Valerius Coruinus. 538, b. ſella curuli ſemel ac vicies ſedit. 309,b
Valerius Meſſalla. 375,a. 688,a. facundus. 38,a. de Aquitanis triumphauit. 39,a. eius mors rudo. *ibid.*
Valerius Meſſalinus. 376,a
Valerius Publicola in vrbe ſepultus. 40,b
Vahales vnde dictus. 193,b
Valli, quid. 108,b
Vallum, quid. *ibid.* eius vſus. *ibid.* *Vallum extra tendere.* 690,a
Valui, *Volui.* 637,b
Vangiones. 628,b
Vaniloquentia. 394,b
Vargulania. 234,b. 235,a
Vari qui. 18,b
Variana clades. 47,a. 148,b. crudelis in cauſſarum patronos. *ibid.* Cheruſcis adſignata. 139,a

eius conſideratio. 250,a

Varus Quintilius fidens hoſti concidit. 250,a,b. eius mores. 18, b. 19, a. eius filius gener Germanici. *ibid.*

Varro Romanorum doctiſſimus. 6, a. centenarius obiit. *ibid.* ccccxc. libros ſcripſit. *ibid.* eius iugulator Antonius. 6, a

Varro Viſellius. 386,a

Varus artes fori Rom. apud barbaros tractat. 148, b. ſeipſum interfecit. 150,a

Vaſa colligere. 82,b

Vaſa aſpera deterſa. 342,a. auro ſolida. 230, b. 231, a. in iis lapides pretioſi. 231, a. coquinaria, argentea. 233, a. poſtea omnia ex argento. *ibid.*

Vaſa portabant milites ad edulia. 211,a

Vaſcones humanas hoſtias ſacrificarunt & comederunt. 249,b

Vaſit pro *peruaſit.* 218,b. pro *euaſit.* 630,b

Vatinij plures & nequam omnes. 786, a,b

Vatinius Beneuentanus. 786, a. & ſutor & potator. *ibid.* ſtrumoſus & nequam. 55, a. eius impuri dictum impurum. 27,a

Vbera tunſa. 333,a

Vbij qui. 103, b. hodie Agrippina. *ibid.*

Vdones quaſi Vnidones. 281,b

Vectius Valens medicus. 605,a. maledicentiſſimus. 166,b. Silij miniſter adulterij. 602,b. & clarus orator. 605,a

Vedius Pollio. 48,b

Vehiculo vtuntur milites maiores. 82,b

Vehicula cohortis, ſeu legionis. 82,b

Vcientina porta. 225,b

Vela alba. 555, a. atra vel alba. 327, b

Vela domus, aulæa. 342,a. ex ſagulis ſeu veſtibus. 215,a. ex corio. *ibid.*

Velatæ virgines & mulieres. 791,a

Velinus lacus. 183,b. eius miracula. *ibid.*

Velius Gallus. 516,a

Velleius cum fratre Prætores. 66,b

P. Velleius. 382, b. frater Velleij Patereuli. *ibid.*

Velleius Patereulus adulator. 16,a. Germanico iniquus. 131, a. odio, vel fauore culpat aut laudat. 70,a. eius adulatio in Seianum. *ibid.*

ex Venarum pulſu morbi exploratio. 565, b. 566, a. venæ duplices. 566,a

Venabulum. 388, a. lato ferro. *ibid.*

Venatio apud Parthos & Perſas pro virtute. 187,a. pro infamia apud Rom. *ibid.* venationis tempus apud Perſas. *ibid.* ab ea abſtinebant Parthi in luctu. *ibid.* bellicoſis amata nationibus. *ibid.*

Veneficæ mulieres. 298,b. mortuis nates abſcindunt. 621,a

Veneficia comites adulterij. 359,b. in imagine cerea. 488,a

Venenum per venenum innoxium. 713, b. veneno ſæpius cadunt principes. *ibid.* eo Hannibal periit. 558,a

Venena annulo clauſa. 558, a. vulneribus remedij loco ingeſta. 754,a,b

Venenorum plura nomina. 671, a. plures effectus. *ibid.*

Venenum inter cibos porrigere, quam execrabile. *ibid.*

Venerationis cultus. 590, a. in ea nomenclatura. *ibid.* mos venerandi in viis. 591,a

Veneti vetuſtiſſimi. 593,a. Marti Muſiſque populus ſacer. *ibid.* Gallis amicus. *ibid.* in rebus turbidis. *ib.* pars Italiæ molliſſima. 593,a,b

Venire, pro *euenire.* 630,b

Ventilatio apud Chriſtianos in ſacris operibus. 448, b. & morientibus. *ibid.*

Ventum faciebant eunuchi. 448,b

Venuleius Saturninus. 370,b

Veneres duæ. 664,b. 665,a

Venus aducta in Cytheram inſulam. 424, b. Hymenæum quærit. 597, a. nuda ſculpta & picta. 315,b. quomodo picta. 698,b. Cloacina. 298,b. Erycina. 482, a. Venere orti Iulius, Auguſtus & Tiberius Cæſares. *ibid.*

Veneris Genitricis templum. 837,a

Venus prodigioſa. 790,a

Veris tria tempora. 213,a. vere bella. 162,b

Vera magis pungunt quam falſa. 816,a

Q. Veranius legatus. 275,a

Verantius. *ibid.*

Verba aculeata. 22, a. alata & pennata. 394,b. dierum. 1,b. olim in crimen maieſtatis non veniebant. 472, b. propria vt prolata, ſic relata a Tacito. 63,a

Verbis feſtinus, ſapientia tardus. 717,b

Verbera ex ſeirpis. 87,b. & ex cucurbitis. 88,a

Verecundiæ ſuffuſio peccantibus. 314,a

Vergere. 28,a. 118,a

Veritas de patientia exurgit. 241,b. odioſa. 495,b. eius ſermo ſimplex. 738,a

Verna. 104,a. Vernacula feſtiuitas. 104,a. multitudo. 103,b. 104,a. putatio. 104,a. crimen. *ibid.*

Verrucæ pro vnionibus. 401,a

Verſura quid. 541, b. & verſuram facere. *ibid.*

Verulamium, municip. 745,a

Veſeuus, Veſeuius, & Veſuuius mons. 499, b. Vulcani olla. *ibid.*

Veſpaſianus a Fortuna clauſus, vt poſtea illum orbi daret. 825, b. imperio maximus, exemplo maior. 407,b. parſimoniæ exemplar. 407, b. eius imperantis elogium. *ib.* poëtas amauit. 730,a

Veſperugo. 116, b. vnde dicta. *ibid.*

Veſta dea. 34,a. eius delubrum ſæpe incendio vaſtatum. 793, b. ei narrata ſomnia. 155,b

Veſtales a Diis electæ. 778, a. ſanctitate, caſtitate, fide, & gratia commendatæ. 34, a. non ſemper exauditæ. 606,b. honoratæ. 235, a. quæ olim regum filiæ. *ibid.* poſtea virgines primæ nobilitatis. 235,b. lictore præeunte procedebant. *ibid.* iis magiſtratus cedebant via. *ibid.* faſces ſubmittebant. *ibid.* iis prodeuntibus, meretrices latebant. *ib.* earum ſedes in theatro iuxta prætorem. *ibid.* in deprecando deos auctoritas. *ibid.* erga deos. *ibid.* homines. *ibid.* & Cæſares. *ibid.* ius teſtandi viuo patre habebant. *ibid.* & ius teſtimonij. *ibid.* ſine curatore res ſuas adminiſtrabant. *ibid.* ægrotæ, matronarum cuſtodiæ mandabantur. *ibid.*

Veſtales ex primorum filiabus. 322,a. captæ per ſortes. *ibid.* ex lege Papia. *ibid.* caſtæ & ex caſtis parentibus. *ibid.* in quorum mores inquirebatur. *ib.* & vniuirarum prælatæ filiæ. *ibid.* nunquam Veſtalis filia matris quæ diuorterat. *ibid.* nec captiua. 322,b. nec ſerua. *ibid.* nec corpore fœda. *ibid* nec vitioſa. *ibid.* nec famoſa. *ibid.*

Veſtales in Theatro. 457,a. inter athle-

athletas, non mirum. 457,b. inter pantomimos, mirum. ibid. ludis gladiatoriis in Circo. ibid. ſolutæ a patria poteſtate. 456, b. teſtamentum condebant. ibid. in vrbe ſepultæ. 40,b
Veſtalium fauor, 606,a. numerus. 34,a. 35,a. lectica ſtipata miniſtris. 35, a. magna apud principes auctoritas. 34, b. Palladius ignis. 34,a. peruigil. ibid. extinctus quomodo accendebatur. ibid.
Veſtalibus ſubmiſſi faſces. 265,b. a Conſulibus. 606,b. ingreſſus curiæ interdictus. 35,a
in Veſtalibus legendis ſors. 410,b
Veſtibulum vnde dictum. 235,a
Veſticipes. 438,b. per annum ſub toga manum continebant. 439,a
Veſtimenta cur lenocinij impedimenta. 314,a. quæ. 331, b. ſtratoria. ibid. ſciſſa damnatis in contumeliam. 609,a. ſplendida non niſi proſtitutis. 686,b
Veſtimentorũ peruerſitas. 223, a. pondere ſuffocati. 566,b
Veſtinus. 59,b. 816,a
Veſtire nudos, humanitatis indicium. 492,b
Veſtis alba, in natali. 526, b. conchyliata. 273, a. quomodo a purpurea differat. ibid. linea ſacerdotum. 285,a. tincta vt ſplenderet magis. ibid. mutata in luctu. 222,a. vt accuſatis. ibid. cæca. ibid. peruerſa. ibid. alba Romanorum. ibid. pura. 205,a. rupta priſcis indicium doloris. 608, b. exempla. 608,b. 609,a. mos vetuſtiſſimus. 609,a. Serica. 231,b. Coa. ibid. ſordida ſeu ſquallida differt a pulla. 305, a. item lugubris ſquallida. 305,b. triumphalis. 67,b. palmata. ibid. palmata conſularis. ibid. picta. ibid.
Veſtis velo rupto ſuccenturiabatur. 215,a
Veſtis depoſitio. 373,a. ſummus honos. 814,a
Veſtem diloricare, quid. 808,b
Veſte obducta. 247,b
Veſtes aduenientibus principibus ſtratæ. 331,b. veſtis depoſitio, honoris præſtatio. 332,a. Coæ. 304, a. damnatorum ſciſſæ. 140,b. litteratæ. 52,b. luctus & gaudij oppoſitæ. 304,b. odoratæ putidæ viris. 232,a. etiam apud Iudæos in vſu. ibid. earum odor ab vnguentis. ibid. aut herbis. ibid. aut puluere. ibid. aut pelliculis. ibid.
Veſtium colores tres principales. 273,a
in Veſtium texturis litteræ aureæ. 409,a
Veſtium & aromatum combuſtiones in funere. 331,b
Veſtibus nigris vtebatur virgo Chriſtiana, & atratis fœmina. 685,a
Veſtitum recuperare. 223, a. *ad Veſtitum redire*. ibid. mutare quibus licitum. 223,b
Veterani Reipub. defenſores. 441, a. quando non excepti a militia. 113,b
Veteranorum militum fortitudo. 75,a. in curandis vulneribus ſcientia. ibid. ſub vexillo retentio. ibid. acclamatio ad Conſtantinum imp. 75,b
Vetera vxoria. 364,a
Veteres, ſeu Vetera, loci dicti. 124,a. & vnde. ibid.
Vetraſius Pollio. 48,b
Vetus operis, laboris, ſcientiæ, regnandi, &c. 83,a
Vetus nihil quod non nouum fuerit. 594,b
Vexillum vnicuique cohorti. 107,b. ruſſatum. 117,a
Vexilla præferebantur. ibid.
Vexilla cohortium, aquilæ legionum. 78,a. aliæ differentiæ. ib. ſupparis ornata quam ſpeciem referrent. ibid.
Vexillorum conſcientia. 82,a
Vexillis donati victores. 198,a
Vexores rex Ponti. 286,a
Via Appia. 225, b. ſtrata a Roma Brunduſium vſque. ibid.
Viæ ceſſio ſenibus. 373,a
Viam parare Domini. 82,a
Viæ Romæ priſcæ, ſtrictiores. 795,b
Viarum explorator ante imperatorem. 81,b. 82,a. redemptores. 373,b
Vias qui primi in vrbe ſtrauerunt. ibid.
Viaria lex Sempronij. 373,b. vt viæ munirentur. ibid. lapidibus notarentur. ibid. pontibus ſtruerentur. ibid.
Viatores in virga. 64, a. eorum virgæ aureæ. 64,b
Vibius Criſpus. 546,a
Vibius Rufus. 309,b. curulem Cæſaris emit impune. ibid. Terentiam Ciceronis vxorem duxit. ibid. an ſub Tiberio Conſul fuerit. ibid.
Vibius Serenus. 466,a
Vibullius prætor. 683,a
Victimam mulctatam offerre nefas. 169,a
Victimæ coronis & floribus redimitæ. 51,b. in iis deducendis bona nomina. 504,b
Victor magnus victo pro gloria eſt. 767,b
Victores donati coronis. 198,a. armillis. ibid. enſe. ibid. haſta puta. ibid. bobus. ibid. frænis aureis. ibid. vexillis. ibid.
Victoria caſtrorum mater. 161,a
Victoria integra quæ. 577,a
Victoria ſui ipſius, magna victoria. 107,b
Victoriæ incruentæ laus. 129,b
poſt Victoriam litteræ ad Senatum. 131,b
Victorinus tyrannus. 569,a
Victorino ſtatua decreta. 429, b. qui doctiſſimus ſenex. ibid.
Victualia viduarum. 34,b
Victi ad genua victoris. 590,a
Victo ſilentio. 569,b. *gemitu*. ibid.
Vicus longus. 153,b. ſceleratus. 100, b
Videntes dicti prophetæ. 163,a,b
Viduæ impexæ. 828, a. in gaudiis comptæ. ib. laſciuientes. 305, a
Viduarum Chriſtianarum mos ſepelire cum marito omnes ſæculi delicias. 305,a. vittam ponere. ibid. ceruſſam & purpuriſſam linquere. ibid. pullam induere. ibid. aureos calceos abiicere. ibid. nigellos aſſumere. ibid.
Viduarum habitus. 305, a. victualia. 34,b
Viduitas & virginitas in honore Romæ. 34,a
Vienna non longe a Lugduno. 569,a
Vienna Allobrogum. ibid. hodie vrbs Franci imperij. ibid. in qua Procuratores Lanificij conſtituti. ibid.
Vigellius Saturninus. 371,a
Vigens. 513,b
Vigiles qui olim. 428,a. ignes habebant. 154,a. Vigilum 7. cohortes. 428,b. & vnus præfectus. ibid. eorum ſtipendia vnde. ibid. ex libertis facti ciues Rom. ibid.
Vigiliæ. 798,b. quatuor noctis. 202, a,b. vnaquæque habuit ſuum vigilem. ibid.
Vigiliæ militares. 98, b. in 4. partes ſectæ. ibid. quæ ſingulæ tres horas habent. ibid.
Vigiliæ iudiciariæ. ibid. & declamatoriæ. ibid.
Vigilius Saturninus. 370,b
Viglas pro *vigilias*. 281,a
Vimentum pro *vimine*. 622,a
Viminalis mons. 498,a
Vincipes. 810,a

Vincula acriora. 368,b. captiuorum. 632, a. indecora. 640,b
Vindelici. 207,b
Vindemiales feriæ. 101,a
Vindex Neronis hoſtis. 820,a. edixit multa ſe daturum ei qui Neronis caput tolleret. *ibid.* captator. *ibid.*
Vindicta manumiſſi veri ciuis. 682,b
Vinea cruda. 41,a
Vineæ,milites vocati. 86,b
L. Vinitius eloquens.540,b. qui nec audire nec dicere poterat ineptias. *ibid.*
Vinum, calcar veteretum. 421, b. comiſſatorium. 643,a. curas diſſoluit. 610, b. ſeminarium hilaritatis. *ibid.* luxurioſa rex. 711, a, b. radix intemperantiæ. 256,a
Vinum & ſomnus duo ſocordiæ fratres. 487,a
Vino aſſignata vita longior. 510,b. ei ſimilis hominis vita. 684,a
Vino expiata ſomnia. 154,b
Vina melle condire. 291,b
Violæ purpura. 273,a
Vipſania. 59,a,b. 437,b. 709,a. ex liberis Agrippæ ſola miti exitu. 355, b. nupta Tiberio, ex quo Druſus. 432, a. mox Aſinio Gallo, ex quo Saloninus. 432,b
Vipſanius Gallus. 259,a
Vipſanius Meſſala ſolus ad bella ciuilia bonas artes attulit. 44,a
Vipſanus, & Vipſanius. 709,a
Vir eſſe, quid. 569,b. 570, a. vir, id eſt, fortis. 570, a. vir qui mulieribus ſe immiſcuit. *ibid.*
Vir grauis comprimit ſeditionem. 125,a
Vir ſoli vxori maſculus. 598,a
Viris impudicitiæ fr ena laxata apud Paganos. 665,b
Virga,ῥάβδος. 105,b. *ferrea.* 464,b
Virgæ aureæ viatorum. 64,b. vt Mercurij. *ibid.* cur prælatæ faſcibus magiſtratuum. 88,b. magiſtratuum Rom. comites. 145, a. indices imperij. 465,a. ianitorum. 508,b. ſeruorum cruciatus. 395, a. ſupplicium ſeruile. 180, a. leuis pœna. *ibid.* olim Epiſcopis permiſſæ. *ibid.*
Virgarum plura genera. 87,a. duo genera Alexandriæ. 88,a. ex ramis arborum. *ibid.* ex palmetis. *ibid.* earum laſciuiæ. 180,b. & ſeges. *ibid.*
Virgarum & flagellorum verbera ſcapulis impreſſa. 180,b
Virgis ſocij milites cæſi. *ibid.*
Virgidemia. 180,b
Virginitas & viduitas in honore Romæ. 34, a. priuilegia. 517,a
Virginius Rufus. 817,b
Virginis Mariæ natalis. 527,a
Virgo fons,cur. 174,b. *Iulia aqua* dictus. *ibid.* ſic dicta aqua Martia. 737,a
Virgo cruda. 41, a. indomita. *ibid.* matura. *ibid.* tempeſtiua. *ibid.* exoleta. 749,b
Virgo debet matrimonium Reip. 698,b
Virgo exoleta. 749,b
Virginis Chriſtianæ veſtis. 686,a
Virginis cuſtodia niſi honeſtis matronis non mandanda. 235,b
Virginis probæ votum. 85,b
Virgines ancillari veſte. 314,a
Virgines Fortunæ virili dicatæ. nudæ ſpectabantur. 169,a
Virginibus honos. 517,a
Viria Acte. 664,b
Virilis toga. 439, a. forma apud Germanos ſumendi virilis habitus. *ibid.*
Viriliras inceſta. 525,a
Virius, pro *ferocia.* 85,b
Virtus creſcens inuidia retrahitur. 218,a. exemplo Annibalis. *ibid.* & Corbulonis. *ibid.*
Virtus in arduis magis hominem probat. 515,a. non euertitur. 349,a. præuenit annos & ſpem vulgi. 424, a. pro vitio habita. 473,b
Virtutis ad luxuriam facilior via, quam luxuriæ ad virtutem. 407,a
Virtute, non ſanguine nitendum. 768,a
Virtutes & vitia pro diis apud Paganos. 140,b
Vis verbo ſæpe vtitur Tacitus. 7,a. 543,b
Vis publica continet expilationem templorum & ſacrilegia. 451,a
Vi factum, pro infecto. 81,b
Viſellius Varro. 386,a
Viſora fluuius. 199,a
Viſurgis, hodie Weſer, & Viſera. 199,a
Viſus pro oculis. 347,b
Viſus quibus contaminatur. 109, b
Viſitatio indicium beneuolentiæ. 479, a, b
Vita cur plena miſeriis ex ſchola Chriſtianorum. 483,a
Vita copioſa & mollis. 695, b. 696,a
Vita hominis, flos. 300,a. vltra centum annos. 510, b. vino ſimillima. 684, a. teſſerariis tabulis ſimillima. 582,b. vſuræ data. 75,b
Vitæ hominis mala. 684,a
Vitellius adulator. 553,b. 607,a. author oſculationis pedum. 589,b. erga Caligulam. *ibid.* Cenſor Cenſore dignus. 616, a. in patinis animum habuit. 730,a
Vitellij adulatio ad Caium. 525, b. ingluuies. 714,b. & vomitiones. *ibid.* prodigioſæ epulæ. 788,a
L. Vitellius. 613,a
P. Vitellius. 116, a. Germanici comes. 564,b. Prætorius. *ibid.* a Tiberio propter Seiani amicitiam cuſtodiæ fratris deditus. *ibid.*
P. Vitellij oratio in Piſonem. 162,a. quinque filij. 254,b
Vitia & virtutes pro deabus Paganis. 140,b
Vitiorum exempla pro excuſatione. 726,b
Vitia illudunt virtuti. 760,b. pro virtutibus habita. 761,a
Vitis a Libero patre inuenta. 87,a
Vitis pro centurione. 87,b. inſigne centurionum. 86,b
Vitis Latia. 87,a. nodoſa. *ibid.*
Vitem tenere. 87,a. *dare.* *ibid.*
Vite flagellatus miles Rom. 67, a. ſub Vite præliari. *ibid.* & haſtas iacere, 87,a
Vitium ictus nodoſi. *ibid.* palmites dicti flagella. *ibid.* lori ſecaces. *ibid.*
Vitra ſulfure ſarcita. 786,a
Vitta, quid. 140,b
Vittam aræ rumpere. 140,b. vel capitis. *ibid.*
Vittæ manu portatæ in ſupplicationibus. 606, a, b. vnde *ſupplices vittæ* dictæ. 606,b
Vittas altarium rumpere, ſcelus. 140,b
Vittas ſacerdoti rumpere, ignominioſum. 140, a. a carnifice ruptæ ſacerdotibus damnatis. 140, b
Vittati ſacerdotes Iudæorum. 140,b
Vituperatio periculoſa. 428,a.
Vituperato homini nemo credit. *ibid.*
Viuorum honor, defunctorum corpora comitari. 32,a
Vlcus pro animi morbo. 178,b.
Vlpianus I.C. præfectus annonæ. 30,a. ſtudioſus inueſtigator antiquitatis. 682,b
Vltio mel Paganis, fel Chriſtianis. 44,a. ſuauitas barbaris, fatuitas animis generoſis. *ibid.*

Vlulatus

Vlulatus proprium barbarorum. 744,a
Vmbræ inferorum euocatæ. 221,b
Vmbri in Etturia. 534,a. victi ab Etruſcis. 441,b. vnde dicti. *ibid.*
Vnctio in rebus ſactis à Iudæis. 92,a. vnctio tabernaculi Dei. *ibid.*
Vnctio ſignorum. 91,b
Vnctura apud Romanos celecabris. 232,a. per myrrham & caſiam apud paganos. 528,b
Vnco Rom. vſi in quæſtione. 226,a
Vngula, genus quæſtionis. 226,a. biſulca. *ibid.* per eam membra diſſecta. *ibid.* eius deſcriptio. 226,a,b
Vniuiræ laudatæ apud Rom. 322,a,b
Vnguentariæ commiſſationes. 643,a
Vnguentata domus. 342,b. fores. *ibid.* feneſtræ. *ibid.* lumina. *ibid.*
Vnguentatio in natali. 526,b
Vnguentum regale. 92,a
Vnguenta. 286,b. in conuiuiis. 276,b. pretioſa in ſepulturis. 332,a
Vnguentorum delibutio apud Perſas. 92,a. Græcos. *ibid.* Romanos. *ibid.* & Chriſtianos. *ibid.* eorum vſus. 232,a,b
Vnguere pro *vngere*. 235,a
Vnio, fœminarum lictor. 64,a
Vniones. 401,a. eorum ſynonyma. *ibid.*
Vniones fratres. 595,b
Vnionibus conſtructa cubicula. 795,a
per Vniones iurabant fœminæ. 171,a
Vnius dominatio. 27,b
Volſci Romam alunt. 405,a
Volcſus. 370,a. Voleſus Meſſalla. *ibid.*
Vologeſes. 767,a
Voluntas hominis cogi non poteſt. 125,a. non cogenda, ſed trahenda. 576,a. vltra mortem, mortuorum ſolatium. 300,b
Voluptate magnum ſcelus tegitur. 715,b
Voluſianus. 370,a
Voluſius. 684,b. eius vita longæua. *ibid.*
L. Voluſius. 678,b. Saturninus. 370,a,b. 371,a
Q. Voluſius. 678,b
Voluſius Annalium ſcriptor. 2,a
Voluſus. 370,a
Vonones lacrimabilis princeps. 190,a
Votienus Montanus Gallus. 387,b. admirabilis orator. 480,a. ſed ſcholaſticus. *ibid.*
Votiua tabula. 297,b
Vota aut publica, aut priuata. 296,b. publica annua. *ibid.* aut fortuita. *ibid.* ſolemnia Calendarum Ianuar. *ibid.* omnium ordinum. *ibid.* aliquando diſcreta. *ibid.* Senatus. *ibid.* Conſulum. 503,a. ſacerdotum. 297,a. equitum. *ibid.* militum. *ibid.* publica a Flaminio vitata ob ſcelus. 296,b
Vota pro imperatore & eius ſobole. 503,b. nautarum proris fixa. 298,a. non concipiebantur niſi manibus ablutis. 504,b. vota & ſacra pro ſalute principis, initio anni. 505,a
Vota pro reditu Imperatoris. 391,b
Vota pro ſalute principis. 296,a,b
Vota ſoluta. 297,a. ſignata. *ibid.* ſcripta in tabulis. *ibid.* priuata clara voce. *ibid.* aut ſecreto murmure. 297,b. priuatis præibat ſacerdos ſi claré fierent. *ibid.* capita velabant. *ibid.* inſcripta in donariis. *ibid.* nuncupata. *ibid.* ſignata in ære. *ibid.*
Votorum verbá ſolemnia. 297,a. 391,b. nuncupatio. 297,a. conceptio. *ibid.*
in Votis admotæ manus pectori. *ibid.* præſens pecunia. 297,a. albati. 297,a,b. coronati. 297,a. exhilarati. *ibid.* purgati. 297,b. abluti aqua viua. *ibid.* ſeu fonte, ſeu flumine. *ibid.* tribus fluminibus. *ibid.* trina merſione. *ibid.* in mari interdum. *ibid.*
Vouentes ſe tondebant. 298,a
Vox inſenſa. 828,a. intenſa. *ibid.*
Vrbaniciani. 37,a
Vrbanus miles. 37,a. vrbanæ excubiæ. *ibid.* cohortes. *ibid.*
Vrbicariæ ciaitates, ſorores. 595,b
Vrbs ſermonum auida. 661,a
Vrbis nomine ſuburbia continentur. 310,b
Vrbem amittere, culpa Pompeij. 391,a
Vrbes diminutiuis nominibus vocatæ. 498,b. magnæ maledicentiſſimæ. 166,b. militibus datæ poſt victoriam. 78,a. ob Cæſarum fortunam conſtructæ. 417,a
Vrbium captiuitas inter inſigniora mala. 118,a
Vrbibus nomina ſororum indita. 595,a. & filiarum. 595,b
Vrere corpora. 826,a
Vrguere pro *vrgere*. 235,a
Vrgulania. 234,b. 235,a. 461,a
Vrgulanilla. 461,a
Vrna conditi cineres mortuorum. 329,a
Vrnæ aliquando ex auro. 329,a. aliquando ex argento. *ibid.* aliquãdo ex lapide alabaſtrite. 329,b. priſcis ex fictili. *ibid.* etiam ex chernite lapide. *ibid.* & Pario. *ibid.*
Vrorum terga pro tergis boum. 507,a. Vri, qui. *ibid.*
Vſiperes. 130,a. Vſipij. *ibid.*
Vſtio ſtipitum dat robur. 204,a
Vſtrini qui. 435,a
Vt pro *in* in manuſcr. 83,a
Vterus parturiens. 644,b. ſeruus. 144,a. ſeruitio ſubiectus. *ibid.*
Vtilitatis ſtudioſi barbari. 622,a
Vtique pro *omnino*. 593,b
Vvallia pro Gallia. 193,b
Vveſer fluuius. 199,a
Vulgus de Principe liberius loquitur. 125,a. improuide loqui aſſuetum, tacere inſuetum. *ibid.* medio caret. 100,a. fera beſtia. 100,b. imprudens. *ibid.* ſuſpicioſum. *ibid.* & credulum. *ibid.* cæcum monſtrum & ſine lumine. *ibid.* terret ne terreatur. 536,a. theatri amantiſſimum. 733,b. vbi odit, omnia vertit in peius. 340,b
Vulgi fabulæ de magnis viris. 741,a. eius furor in immerentes. 115,b. & in abſentes. *ibid.* eius imago. *ibid.*
Vulſinij pop. 435,a. Vſtrini dicti. *ibid.* eorum opulentum oppidum. *ibid.*
Vultus hominis Chamæleon. 721,b. vnde dictus. 33,b. iudex animi. *ibid.* 59,a. feritatis aut humanitatis index. 204,b. inter tormenta. 423,a
Vxor etiam ſuſpicione adulterij notatur. 574,b
Vxor facilis. 511,b
Vxor Hannibalis comes. 375,a
Vxoris familia torquetur. 750,a
Vxorem ducere. 410,a. petere oportuit in matrimoniis. 11,b
Vxores dabant cuſtodes viris. 608,a. olim non accumbebant menſis, ſed ſedebant. 347,b. Romanæ ex maritorum nomine vocatæ. 449,b.

ſponte cum viris combuſtæ. 720, b
Vxores tot habere, quot alere poſſent, vt ciuibus Rom. liceret: parauerat legem Iulius Cæſar. 598, a
Vxorum amor omnia ſuperat. 141, b. comitatus nullus in vetere Rep. 377, b. cuſtodes mariti. 376, b. earum criminibus tenentur viri prouinciales. 460, b
de Vxorum criminibus viri cognoſcebant. 687, a
Vxoribus cedere, mos Græcorum & Roman. 59, a
Vxoribus mariti pro patribus. 141, b
Vxores binas qui ducunt, eorum pœna apud Francos. 315, a
Vxores olim Romani ſecum duxerunt. 375, b. ſub Auguſto ſine vxoribus in caſtris. *ibid.*
Vxoria vetera. 364, a

X

XEnophilus muſicus. 684, b. centum annos vixit. 510, b
ξιφίδια ληςρικά. 110, a
ξύλον, fuſtis. 105, b

Z

ZAbadias. 9, a
Zeno Laodicenus. 740, a
Zeno per Capparim iurabat. 171, a
Zenobia. 644, b
Zeugma vrbs. 619, a
à Zeuxide pictus damon Athenienſium. 360, a
Zona. 810, b
Zyges. 629, a

INDEX

INDEX AVCTORVM QVI IN NOVIS COGITATIONIBVS CITANTVR, ILLVSTRANTVR, EMENDANTVR.

A

ABdias. 800.b
Accius. 4,b. 64, b. 219,b. 267, b. 607,b. 698,a
Acron. 103,a. 525,b
S. Adſtarius. 686,b
AEſchylus. 89,b. 142, b. 757, b. 768,b
Afranius. 219, a. 256, a. 442, a. 598, a. 654,a
Agapetus. 350,a,b
Agathias. 30,a. 93,b. 118,a. 159, a. 160,b. 216, b. 251,a, b. 252, a. 462, a. 507, a. 561, a. 572, a. 633,b. 712, a. 752, a. 802,b
Aimoinus Monachus. 485,b. 762,a
Alexander ab Alexandro, emendatur, 111,b
D. Ambroſius. 34, b. 45, a. 165, b. 172, b. 173, a. 228, b. 305, b. 319, a. 351, a. 378, a. 411, b. 419, a. 448, b. 449, a. 503, a. 504, a. 529, a. 542, a. 551, a. 587, b. 598, b. 604, b. 652, a. 693, b. 711, a. 790, b. 795, b. 798, b. 800,b
emendatur. 652,b
Ammianus Marcellinus. 2,b. 4, a. 21. a. 44, a. 47, b. 51, b. 53, a. 59, a. 67, b. 76, b. 78, b. 87, b. 94, a. 96, a. 103, b. 108, a. 133, b. 148, b. 166, b. 190, b. 191, a. 208, b. 211; a. 218, b. 226, b. 241, b. 244, b. 337, b. 338, a. 340, b. 363, b. 391, a. 400, a. 416, a. 429, a. 448, b. 460, a. 467, b. 470, b. 475, b. 501, b. 504, b. 514, b. 561, a. 573, a. 578, b. 595, b. 610, b. 620, b. 676, a. 679, a, b. 701, a. 709, a. 724, a. 757, a. 815, a. 822, a. 834,b
Amos Propheta. 382,a
Anacreon. 203,a. 494,b. 719,b
Anaſtaſius Sinaites. 277,b
Annales Francorum. 199, a. 348, b. 770,b
Antiſtius Vetus. 664,a
Apocalypſis. 276, a. 307,a
Apollonij Tyrij interpres. 716, a. 820, a. 826,b
Appianus, 6,a. 41, a. 228, a. 267, b. 361, b. 697,b
Apuleius. 16, b. 17, a. 23, a. 29, b. 31, a. 34, b. 39, a. 41, a. 46, a. 51, b. 52, b. 53, a, b. 54, a, b. 57, a. 64, b. 65, a. 67, b. 71, a. 72, a. 79, a. 82, a, b. 84, a. 85, a. 87. a. 88, a. 91, a. 92, b. 94, b. 96, a, b. 98, a, b. 101, a. 102, b. 103, a. 109, b. 111, a. 114, b. 115, b. 137, a. 140, a. 142, b. 154, b. 156, b. 157, a. 166, b. 168, a. 169, a. 173, b. 189, a. 194, b. 202, b. 214, b. 219, b. 220, a, b. 226, a. 230, a. 231, b. 233, a, b. 236, b. 238, b. 240, b. 245, b. 251, a. 258, b. 270, a, b. 272, b. 273, b. 276, b. 279, a, b. 280, a, b. 281, a. 284, b. 285, a. 286, b. 290, b. 291, a, b. 292, b. 297, b, c, d. 298, a, c, d. 299, a. 300, a. 303, b. 304, a. 305, b. 316, b. 320, a. 322, a, b. 325, a. 330, a. 332, a. 333, a. 334, a. 336, b. 343, b. 345, a. 346, b. 347, b. 350, b. 351, a, b. 361, a. 369, b. 376, a. 378, a. 379, a, b. 380, b. 381, a. 387, a. 388, a. 390, b. 392, a. 395, a, b. 396, a. 400, b. 402, a, b. 403, b. 411, a. 412, a. 413, b. 415, a. 421, b. 426, a. 428, a. 429, a. 436, a. 437, b. 438, a, b. 442, a. 447, b. 448, a, b. 449, a. 450, b. 452. b. 461, a, b. 462, a. 464, b. 467, a. 469, b. 474, a. 480, a, b. 482, a. 493, a. 494, b. 507, b. 508, a. 515, b. 518, a. 520, b. 527, a. 528, a. 529, b. 538, b. 543, a. 545, a, b. 554, b. 557, a. 564, b. 566, a. 568, a. 574, a. 575, a. 585, a. 588, b. 596, a. 597, b. 599, a, b. 600, b. 601, a. 603, a. 604, a, b. 607, a, b. 608, a, b. 609, a, b. 618, b. 621, a. 640, b. 643, a. 648, b. 649, a. 654, a. 660, b. 661, b. 663, a. 671, b. 673, a. 692, b. 699, a. 700, b.

724,a. 739,a,b. 749, a. 750, a. 751,b. 756,b. 762,b. 765, b. 777, a. 781,b. 784,a. 798,a. 810,a. 822, a. 824, a. 828,a. 835,a *explicatur.* 17,a.285, a. 299,a. 647,b. *emendatur.* 17,b. 54,a. 61,a. 85,b.166.b.220,a.258,b. 281,a. 298,d. 305,b. 323,b.405,a.573, a. 575,a. 609,a. 612, b. 647, b. 652, b. 654,a. 685,b. 709,a.724,b.782,b. 797, b
Ariſtophanes. 672,a
Ariſtoteles. 252,a. 651,b.652,a.768,a
Arnobius. 46,a. 51,b.53,a,b. 54, a.91,b. 98,a. 109,a. 181,b.256,b. 259,a. 292, b.293, a. 298,c. 373, a. 456,a.457,b. 591,a.797, b. 839,b
emendatur. 676,b
Arrianus. 70,b
Artemidorus. 307, a
Aſconius. 2,a.198,b. 265,a.395,a.418,a. 614,b.649,a.823,a
D. Athanaſius. 88,a.642,b
Athenæus. 92,a. 188,b.401,a. 482,a, b. 492,b.718,b.788, b
Auctor ad Herennium. 579,b
Auctor Anonymus. 16,b
D. Auguſtinus. 3,a.11,b. 29, a. 33,b.41, b.50, a. 51, a.54,a. 58,a. 79,a. 84, b. 87, b. 93,a. 97, a. 113,a.114,a. 141, a. 144, a. 157, b.163, b.165,a. 172, a.178, b. 180,a. 181,b.195,a. 227,a. 229, b. 230,b.266,a. 270, a. 276, a. 292, b. 302, b.304, b.338,a.343,a.350,a.360, a. 361,a. 379,a. 404,a. 414, a. 419, a 428,a. 429,b. 454, b. 460,a. 467, b. 477,b. 483, a. 493, b. 508,a. 509, a. 524,a,b. 527,b.529, a. 530,a,b. 532, a. 537,a. 543,b. 564,b. 572,b. 573, a, b. 574,b. 575,a,b. 580,a. 586,a.589, b. 598,a,b.603,a. 607,b. 615,b. 626, b. 642, b. 661, a. 688, a. 696,a. 698, a. 699,b. 715,b. 721,a. 729,a,b.749, a. 766,a.776,a.777, b. 794,b.798,b. 799,a,b.813,a.814,a.817,b.835,b
explicatur. 573,b
emendatur. 654,b
emendatur & explicatur. 338,b
S. Aurelius Victor. 49,b.56,a.58,b. 174, b.176, b. 249,a. 384, b. 405,b. 436, a.535,a. 602,a. 605, a. 626,b. 643, a. 646,a.795,b
emendatur. 210,b. 412,a
Auſonius. 3,a.4,a.14,b. 25,a. 28,a.30,a. 31,a. 46,a. 67,b. 89, b. 120,b. 135,b. 150, b. 160,b. 162,b. 191,a. 193,a,b. 196,b. 215,a. 248,a.259,b. 295,b. 310, b.337,b.338,b.384, a. 401,a.408, b. 421,a. 470,b. 494, b. 502, b.531, b. 551,b.580,b. 594,b. 612,a. 651,a.710, b. 728,b.722,b *emendatur.* 537,a

B

Bartolus. 387,b.673,b
Baruch. 52, a,b. 53, a, b. 54, b. 464,b. 528,a
D. Baſilius. 342,b. 437,a
Bayſius. 331,a
D. Bernardus. 79,b.133,a.364,b. 411, b. 430,a. 489,a. 572, a. 588, a,b. 597,b. 673,b.807,a
Beda. 162,a. 182,a.745,a
Biblia. 10,a.107,a.140,a.243,b.276,a. 287, b. 382,a
Boetius. 30, b. 294, b. 315,b. 456,a
Britto. 77,a. 110, b. 193,b. 385,a, b
Brodæus. 482,a
Budæus. 545,a
Burchardus. 40,b. 642,b.742,b

C

Caecilius. 617,b. 790,b
Cæſar. 2,a. 29,a. 69,b. 75,b. 80,a. 82,b.92,a.93,b.100,a. 101,a. 103,a. 128,b.141,a. 142,a.145,a.148,a. 155,b. 156,b. 157,b.190,b.193,b.201,b.204, a.213,a. 215,a. 270,a. 346,b.384,a. 387,a. 388,a.392,a.414,b.429,b.507, a.594,b. 621,b. 741,b. 747,a. 753,b. 770,a.785,a.807,b
emendatur. 631,a,b
Calpurnius Flaccus. 42,a.88,a.145,a.177, b.180,b.362,b. 363, a. 426,a. 489,a. 511,b
Canon. 170,b *emend.* 504,a
Canones Apoſtolorum. 53,a. 76,a. 169, b. 338,b
Cantica Canticorum. 232,a.588,a
Capitolinus. 26,a. 34, b. 62, b. 96, b. 120, b.158,a.177,b. 220,b.253,a. 271,a.273, a. 287,a. 292,a.320, b.329, 349,a. 355, b. 360,a.369,a. 412,a. 451, b. 454, a. 455, a. 468,b. 494, b. 512,b.543,b. 564, a. 586,a. 590,a. 749,a. 752,a.783,a. 810,a
explicatur. 220,b
Cardanus. 287,a.507,a
Caroli Magni vitæ auctor. 199,a.
Capitularia. 414,b
Caſſiodorus. 72,a,b. 181,b. 253,a. 292,b. 406, b. 480, b. 689,a
Cato. 21,a.31,a 36,b.55,b.59,a. 62,a. 64,a. 73,a, b.76,a. 121,a.159,b. 180,a.182,b. 183,b.191,a.198,a.218,b.240,b. 242,b. 256,a.261,a.270,b.287,a. 293,b.314,b.

b. 392, b. 398, b. 431, b. 443, b. 465, b. 470, a. 477, b. 483, a. 498, b. 520, b. 541, a. 545, b. 575, b. 601, a. 663, b. 665, a. 674, a. 678, b. 679, a. 690, a. 749, a. 800, a. 839, b *emendatur*, 556, a. 741, a

Catullus. 2, a. 3, a. 4, b. 7, b. 47, a. 55, b. 92, a. 99, b. 103, b. 150, b. 154, b. 182, a. 224, b. 237, b. 248, b. 258, a. 267, b. 270, b. 275, a. 276, b. 280, a. 297, a. 298, a. 316, b. 317, b. 327, b. 328, a. 335, a. 342, b. 343, a. 350, a. 415, b. 448, a. 474, a, b. 478, a. 516, a. 534, a. 543, b. 564, b. 568, a. 588, a. 605, a. 608, a. 676, a. 680, b. 697, a. 710, a. 719, b. 737, b. 765, a. 786, b. 788, b. 809, b. 815, a. 824, a. 833, b
explicatur, 92, b. 606, a
emendatur, 347, b. 564, a

Celſus. 76, b. 99, b. 566, a

Cenſorinus. 116, a. 202, a. 292, b. 293, a. 369, a. 526, b. 527, b

D. Chryſoſtomus. 297, c. 304, a. 343, a. 457, a. 503, a, b. 504, a. 636, a. 660, a, b

Cicero. 1, a, b. 2, a, b. 3, a, b. 4, a. 5, a, b. 6, b. 7, b. 9, b. 10, a, b. 11, b. 12, b. 13, b. 16, a. 29, b. 31, a, b. 32, a. 34, b. 36, a. 37, a. 39, a. 40, a, b. 42, b. 43, a, b, *& paſſim.*

Claudianus. 3, b. 4, a, b. 10, a. 20, b. 21, a. 29, b. 30, a. 39, a. 45, b. 47, b. 57, b. 63, b. 73, a. 78, a. 81, b. 83, a. 91, b. 92, b. 98, a, b. 101, b. 102, b. 106, b. 107, a, b. 109, b. 112, a. 118, b. 120, a. 121, a. 122, b. 125, b. 127, a, b. 130, a. 137, b. 139, b. 140, b. 142, a. 145, a. 147, b. 148, b. 145, b. 152, b. 153, a. 156, b. 157, a. 164, b. 172, a 176, a, b. 178, b. 183, a. 186. a, b. 187, a. 191, a, b. 193, a, b. 195, a, b. 197, b. 199, b. 200, a. 203, b. 207, b. 209, a. 216, a, b. 232, a. 241, b. 244, b. 247, b. 260, b. 261, b. 262, b. 267, a. 270, b. 271, a, b. 272, a. 276, b. 277, b. 282, b. 283, b. 284, b. 285, a, b. 287, b. 289, a. 292, a. 293, a. 296, b. 300, b. 304, a. 305, a. 321, b. 328, a, b. 330, b. 331, b. 339, a. 341, a. 342, a. 357, b. 358, a. 359, a. 368, a. 375, b. 381, b. 382, b. 387, b. 405, a. 406, a. 412, b. 415, a, b. 416, b. 430, b. 439, b. 441, b. 447, a, b. 448, a, b. 449, a. 459, a, b. 460, a. 464, b. 465, a. 485, b. 487, a. 492, a. 495, a. 499, a. 502, b. 504, a, b. 508, a. 520, b. 532, b. 539, a. 544, b. 547, a. 548, a. 550, a, b. 556, a. 570, b. 592, a. 594, b. 597, a. 598, b. 600, b. 602, a. 608, a, b. 609, a. 621, a. 630, a. 644, b. 667, a. 668, b. 676, a. 681, b. 688, b. 711, b. 714, a. 718, b. 719, b. 721, a. 723, a, b. 726, a. 731, a. 735, a, b. 738, a. 739, a. 744, a. 760, a. 762, b. 763, a. 767, b. 768, a, b. 771, b. 781, a. 782, a, b. 785, b. 787, b. 788, a. 790, a, b. 793, a. 794, a, b. 802, b. 816, b. 829, a, b. 830, a *explicatur.* 339, a, b. 726, a

Clemens Alexandrinus. 54, b. 55, a

Clemens Rom. 79, a, b. 151, a. 170, b. 173, b. 362, a. 448, b. 457, a. 528, a, b. 529, a. 537, a. 551, a. 660, b. 670, a. 798, b. 814, a

Codex Iuſtiniani. 30, a. 34, b. 62, b. 73, b. 74, a. 75, b. 82, b. 91, a. 95, b. 99, b. 105, b. 109, a. 112, a. 114, b. 123, a, b. 141, a. 170, a. 171, b. 173, b. 178, a. 200, b. 205, b. 215, b. 219, b. 220, a, b. 225, a. 226, b. 229, b. 232, a. 235, b. 255, b. 256, b. 257, b. 258, b. 259, a, b. 279, a. 289, a. 292, a. 296, b. 298, c. 307, b. 310, b. 318, a. 320, b. 324, b. 328, a. 337, b. 355, a. 360, b. 363, b. 366, a 369, a. 373, b. 374, b. 375, a. 378, a. 395, b. 396, a. 405, b. 410, b. 414, a. 418, a. 425, b. 426, a. 427, a, b. 430, b. 446, a. 447, a. 448, b. 451, b. 454, b. 455, a. 456, b. 468, b. 469, a. 472, b. 479, a, b. 480, b. 481, b. 489, a. 492, b. 503, b. 516, a. 524. a. 526, a. 545, b. 560, a. 574, a. 589, b. 616, b. 625, b. 645, a. 650, b. 660, b. 693, b. 732, b. 753, b. 772, b. 795, b. 823, b
emendatur. 83, a. 169, a. 446, a

Cod. Theodoſianus. 215, b. 238, a. 259, a. 298, d. 318, b. 324, b. 337, b. 361, a. 479, a. 526, a. 693, b. 714, b. 734, b. 768, b

Cœlius Antipater. 156, b. 693, a

Columella. 55, b. 155, a. 172, a. 205, a. 225, a. 273, a. 342, b. 360, b. 421, a. 428, b. 496, a. 502, a. 508, b. 737, b

Concilium Agathenſe. 220, a. 461, b. *Ancyranum.* 220, a. 290, b. *Arelatenſe.* 97, a. 180, a. 336, a. *Aurelianenſe.* 414, a. *Bracarenſe.* 180, a. 642, b. 711, a. *Cabilonenſe.* 643, a. *Carthaginenſe.* 426, b. 481, b. *Chalcedonenſe.* 169, b. *Epheſinum.* 376, a. 411, b. 413, b. *Gangrenſe.* 294, a. *Laodicenum.* 220, a. 273, b. 642, b. *Meldenſe.* 42, a. *Moguntinum.* 414, a. 566, b. *Nanetenſe*, 50, a. 293, b. 502, a. 711, a. 742, a. *Nicænum.* 91, a. 181, a. *Rhemenſe.* 171, a. 578, b. *Sardicenſe.* 426, b. *Toletanum.* 220, a. *Tributienſe.* 413, b

Cornelius Celſus. 672, b

Cornelius Nepos. 494, b. 541, b

D. Cyprianus. 19, b. 24, b. 27, b. 34, b. 48, b. 74, a. 79, b. 80, b. 93, b. 94, a. 113, a. 165, b. 171, b. 178, a, b. 179, b. 181, a.

299,b. 361, a. 397,a. 402,a. 457,b. 488, b. 520,b. 530, a. 552,a. 572,b. 578,a. 586,b. 589,a. 590,b. 603,a. 625,b. 668, a. 700,b. 721,a. 728, a. 748,b. 784,b. 789,a. 815, a. 826,a
emendatur, 304,b. 572,b
D. Cyrillus Alexandrinus. 64,b. 140,a. 345, a. 379,b. 411,b. 551,a. 572,a
Daniel Proph. 51,a. 188,b. 217,b. 336,a. 376,a. 447,a. 710,a
Dares Phrygius, ſeu Belli Troiani auctor. 100, b. 165,a. 308,b. 366,a. 408,b
Decretal. 97,a. 169,b. 193,b. 249,a. 343, a. 503,b. 542,a. 584,a. 599,b. 660,b
Demoſthenes. 255,b
Deuteronom. 397,a. 505,b. 186,a. 208, a. 235,a. 255,b. 277,b. 278,a. 375,b. 379, a. 382,a. 415,a. 629,a. 642,a
S. Diadochus. 220,b
Digeſta. 1,a. 10,b. 17,a. 24,b. 27,b. 34,a, b. 35,a. 36,a. 37,a. 41,a. 42,a,b. 43,b. 45,b. 46,b. 47,a. 53,b. 55,b. 57,b. 58,a. 63,b. 67,b. 72,a. 75,a,b. 76,a,b. 81,b. 86,a. 90,a. 93,b. 95,b. 105,b. 112,b. 128, a. 130,b. 132,b. 138,b. 141,a. 144, a. 150,a. 160,a. 165,b. 168,b. 169,a. 170,a. 174,b. 175,a. 178,a. 181,b. 183, b. 186,b. 189,a. 192,a. 194,a. 195, a. 198,a. 199,b. 205,a. 215,b. 222,a. 224,b. 225,b. 226,b. 229,a. 232,a. 233, a,b. 237,a. 241,b. 243,a. 245,a. 247,b. 248,a. 254,a,b. 257,a,b. 258,b. 262,a. 265,a. 269,a. 271,a. 272,a. 275,a,b. 277,a,b. 281,b. 293,b. 296,a. 297,b. 299,b. 305,a. 310,b. 311,a. 314,a. 320, b. 322,a. 324,a. 327,a. 331,b. 333,a,b. 338,a. 341,b. 343,b. 344,a. 348,a. 349,b. 353,a,b. 359,b. 361,b. 362,a. 363, b. 364,a. 369,a. 370,b. 371,b. 372,a,b. 373,b. 374,a. 375,a. 378,a. 379,b. 381, a. 384,b. 395,a. 397,a,b. 400,b. 401,a. 402,b. 403,a. 405,a,b. 409,b. 410,a,b. 412,a,b. 413,a. 419,b. 421,a. 425,b. 427,a. 428,b. 430,a,b. 431,a. 432,a. 438, b. 442,a. 449,b. 451,a,b. 454,b. 456,b. 461,b. 466,b. 467,a,b. 468,b. 469,a. 472,a,b. 473,a. 479,a. 481,b. 482,b. 490,a. 491,a. 494,b 496,a. 505,b. 509, b. 511,b. 514,a. 522,a. 523,b. 525,a. 526, a. 527,a,b. 529,a. 542,b. 543,a. 562,b. 568,b. 569,a. 570,b. 573,b. 574,a. 575, a. 583,b. 589,b. 590,b. 591,b. 597,b. 602,b. 603,b. 613,b. 614,b. 615,a. 616, b. 625,a,b. 645,a,b. 647,b. 650,b. 652, b. 667,b. 670,a. 672,b. 677,b. 682, b. 692,b. 695,a,b. 697,b. 701,b. 702,b. 714,b. 718,b. 720,a. 734, b. 740,b. 744,b. 749,b. 750,b. 751, a,b. 752,b. 754,b. 757,b. 764,a. 767,b. 776,a,b. 777,a. 783,a. 784, b. 788,b. 792,b. 796,a,b. 800,b. 809,b. 810,a. 822,a. 823,b. 826,a,b. 838,a.
emendantur, 61,a. 120,a. 286,b. 373,b. 430,a. 529,a. 790, a
explicantur, 121,a. 199,b. 331,b. 527, b. 529,a. 536,b. 762,b.
Dio. 3,b. 4,a. 5,b. 6,a,b. 8,a,b. 9,b. 11,b. 13,b. 14,a. 15,b. 16,b. 17,a. 18,a,b. 25,b. 26,b. 28,a,b. 29,a,b. 30, a,b. 31,b. 33,a. 35,a. 36,a,b. 37,a. 39,a. 40,b. & *paſſim.*
Dio Chryſoſtomus. 292,b
Diodorus Siculus. 52,a. 71,a. 283,a. 284, a. 319,a. 797,b
Diogenes Laertius. 72,b. 149,b. 163,a. 170,a. 178,b. 189,a. 201,b. 220,a. 287,a. 294,a. 349,a. 422,a. 468,a. 474,b. 493,b. 515,a. 520,a. 525,b. 526,a. 528,b. 529,a. 543,a. 564,b. 597,a. 598,b. 621,b. 678,a. 724,b. 741,b. 826,a. 835,a. 840,b
Dionyſius Alexandrinus. 139,b. 276,a. 327,a. 411,b. 739,b
Dionyſius Halicarnaſſeus. 34,b. 37,b. 83, b. 98,a. 101,a. 114,b. 256,a. 265,b. 304,b. 355,a. 357,a. 364,a. 426,b. 454,a. 456,a. 605,b. 683,b. 747,a. 771,a. 779,a. 781,a. 807,b
Dioſcorides. 715,a
Donatus. 73,a. 80,a. 86,b. 88,b. 163, a. 356,a. 400,b. 529,a. 579,b. 614,b. 616,b. 642,b
Duodecim Tabulæ. 40,b. 141,a. 297,a. 332,a. 356,a. 468,b. 504,b. 528,a. 559, a. 776,b. 826,a. 828,a
emendantur, 470,a, 492,b

E

Eccleſiaſtæ lib. 21,a. 172,a. 235,b. 594, b. 606,a. 684,b. 698,b. 755,a
Eccleſiaſtici lib. 23,a. 335,b. 394,b. 395, a,b. 397,a. 403,b. 475,b. 530,b
Egnatius. 295,b
Eguinarthus. 2,a
Ennius. 116,b. 151,b. 156,a,b. 190,a. 214,a. 219,a. 249,b. 253,a. 321,a. 442, b. 513,b. 636,a. 656,b. 676,a. 719,a. 727,a. 736,b
Ephrem Syrus. 529,a
Epictetus. 178,a. 280,a
Epiphanius Ep. Salaminæ. 170,b. 242,b. 275,a. 729,b
Epigrammata Græca. 50,a. 88,a. 111,b. 172, a. 204,a. 252,a. 268,a. 291,b. 304,

a. 312, a. 411, b. 491, b. 554, b. 727, b. 786, a. 826, a
Epigrammata Latina. 723, a. 833, a
Eſdras. 54, a. 78, b. 291, b. 321, b. 336, a. 490, b. 587, b. 716. b. 751, b. 784, a
Eſtheris lib. 1, a. 29. b. 197, b. 336, a. 357, a. 416, a. 447, a. 449, a. 455, b. 465, a. 507, b. 570, a. 781, b. 798, a. 819, b
Etymologici auctor. 335, b
Euagrius. 318, b
Eunapius. 119, b. 282, b. 283, b. 287, a. 303, b. 331, a. 405, a. 529, b. 686, a, b. 752, a. 799. a
Euodius. 399, b. 668, b
Euripides. 25, b. 135, b. 164, b. 259, a. 282, b. 313, b. 315, a. 379, a. 397, a. 445, a. 461, a. 505, b. 512, a. 516, b. 548, a. 554, a. 615, a. 617, a. 667, b. 676, a. 698, b. 699, b. 704, b. 719, b. 724, b. 749, a. 760, a. 809, b. 814, b
Euſebius. 3. a. 6, b. 7, b, 8; b. 49, b. 50, b. 51, b. 53, a. 78, a. 93, a. 122, b. 225, a. 252, b. 268, a, b. 275, b. 283, a. 290, a. 319, a. 323, b. 330, b. 357, a. 392, b. 418, b. 447, a. 474, a. 526, b. 536, a. 537, a. 597, b. 604, b. 608, b. 624, b. 625, a. 627, b. 651, a. 673, a, b. 701, b. 719, a. 733, a. 799, b. 800, a. 801, b
Euſtathius. 328, a
Exodi lib. 64, b. 65, a. 92, a. 127, b. 155, a. 170, b. 290, b. 304, b. 309, a. 379, b. 402, b. 414, a. 690, b. 723, a
Ezechiel proph. 19, b. 46, a. 51, a. 52, b. 55, a, b. 65, b. 140, b. 193, a. 200, a. 203, a. 206, b. 231, a. 255, b. 278, a. 283, b. 286, a. 288, a, b. 302, b. 317, a, b. 318, b. 338, a. 335, b. 401, b. 438, b. 595, a. 620, a. 693, a
explicatur. 318, a

F

Faſti. 409, a. 410, a
Ferrandus Diaconus. 208, a.
Feſtus. 2, a. 19, a. 24, b. 28, a. 41, a. 62, a. 63, a. 67, b. 78, a. 87, b. 102, a, b. 116, b. 123, a. 134, a. 145, b. 153, b. 155, b. 174, a. 198, a. 201, a. 202, a. 219, a. 226, a. 235, a, b. 238, a. 243, b. 260, a. 270, b. 279, b. 280, a. 291, b. 296, b. 297, a, b. 304, b. 307, b. 313, b. 316, a. 350, a. 392, a. 398, a. 410, a, b. 411, a. 422, b. 424, b. 425, b. 426, b. 431, b. 453, a. 467, a. 488, b. 511, b. 516, a. 529, a. 537, b. 541, b. 550, a. 556, b. 599, a. 612, b. 614, b. 620, b. 626, b. 637, a. 678, a. 679, a. 693, b. 736, b. 751, b. 779, b. 780, a. 781, a. 790, b. 791, a. 800, a. 803, a. 809, a
emendatur. 19, a. 173, a. 626, a
Firmicus. 24, b
Flaccus Siculus. 225, b
Florus. 3, a, b. 4, a, b. 6, a. 7, a. 13, b. 18, b. 27, b. 45, b. 47, b. 49, b. 58, a. 74, a. 75, b. 77, b. 84, a. 101, b. 121, a. 129, a. 136, a. 138, a. 140, a. 148, a, b. 155, b. 156, a. 208, a, b. 209, b. 227, b. 243, b. 249, a. 252, b. 262, b. 266, a. 272, b. 279, b. 283, a. 319, b. 330, a. 355, a. 381, b. 385, a. 387, a. 397, a. 404, a. 416, b. 417, b. 430, b. 431, a. 519, b. 420, a. 441, b. 464, a. 465, a. 467, b. 557, a. 581, a. 583, a, b. 592, b. 593, a. 594, b. 604, a. 621, b. 637, b. 653, b. 668, b. 673, b. 706, b. 736, b. 741, b. 742, b. 744, a. 746, b. 758, a. 772, b. 793, a. 795, b. 806, a. 807, b
emendatur. 16, a. 47, b. 56, a. 196, b. 522, a
Fortunatus. 193, b
Froiſſardus. 724, a. 833, a
Frontinus. 74, a. 100, b. 372, a
Fronto. 91, a. 207, a. 819, b
Fulgoſus. 379, b
Furius Bibaculus. 285, a

G

Galenus. 605, a
Gaudentius. 93, a. 643, b
Cn. Gellius. 297, b. 637, a
A. Gellius. 2, a. 16, b. 17, a, b. 26, a. 31, b. 42, b. 56, b. 61, a. 74, a. 77, a. 79, a. 82, b. 101, a. 110, b. 114, b. 119, b. 123, b. 136, b. 141, a, b. 151, b. 152, b. 157, a. 158, b. 160, b. 176, a. 177, a. 214, a. 215, a. 219, a, b. 222, b. 224, a, b. 230, a. 242, b. 243, a. 251, b. 252, a. 256, a, b. 259, b. 263, a. 270, a, b. 279, b. 280, b. 289, b. 293, b. 295, b. 325, b. 329, a. 334, b. 335, b. 338, b. 341, b. 342, a. 343, b, 349, a. 353, a. 355, a. 357, b. 358, a. 369. a. 371, b. 372, b. 374, b. 378, b. 392, b. 395, a. 397, b. 410, a. 413, b. 423, a. 426, b. 433, a. 439, a. 465, b. 467, a. 468, b. 474, a. 475, a. 482, a. 490, a. 495, a. 520, b. 622, b. 525, b. 526, a. 547, b. 566, a. 573, b. 574, b. 575, a. 587, a. 594, a. 598, b. 602, b. 629, a. 655, a. 676, b. 684, a. 690, a. 699, b. 707, b. 712, a. 729, b. 730, b. 754, b. 757, a. 761, b. 781, b. 790, b. 798, a. 801, b
emendatur, 83, a. 341, b. 342, a. 786, a. 788, b
Genebrardus. 510, a. 637, b
Geneſis lib. 2, b. 52, a. 65, a. 85, a. 118, b. 144, a. 170, a, b. 190, a. 273, b. 274, a. 277, b. 287, a. 315, a. 375, b. 402, b. 457, a. 460, a. 464, b. 525, b. 529, a.

572, *a*. 590, *a*

Gildas Sapiens. 745, *a*

Glaber Rodolfus. 730, *a*

Gloſſarium vetus. 689, *a*

Grammaticus vetus. 286, b. 418, *a*. 601, *a*

D. Gregorius Magnus. 7, b. 74, *a*. 249, *a*. 594, *a*. 598, *a*. 660, *a*

D. Gregorius Nazianzenus. 54, b. 59, *a*. 93, *a*. 269, *a*. 297, *c*. 404, b. 660, b. 799, b

Gregorius Theologus. 336, *a*

Gregorius Turonenſis. 130, *a*. 270, *a*. 441, *a*. 768, b

Guntherus. 621, *a*

H

H*Abacuch.* 460, b

Hegeſippus. 203, b. 310, b

Heliodorus. 624, b

Heliogabali oratio. 156, *a*. 318, b. 356, b. 430, b

Hemina. 161, *a*

Henricus Monachus. 247, *a*

Herma D. Pauli diſcipulus. 765, b

Herodianus. 32, b. 53, b. 118, b. 194, b. 338, b

Herodotus. 144, b. 272, b. 287, *a*, b. 299, b. 343, b. 361, *a*. 417, b. 492, a. 507, b. 620, *a*. 621, *a*, b

Heſiodus. 35, *a*. 261, *a*. 315, b. 416, b. 551, *a*, b. 736, b. 749, b. 784, b. 798, *a*

Heſychius. 278, b. 597, *a*

Hieremias proph. 10, *a*, b. 51, *a*. 52, *a*. 98, *a*. 153, *a*. 172, *a*. 208, *a*. 278, *a*. 302, b. 385, b. 451, b. 568, *a*

D. Hieronymus. 1, b. 2, b. 3, *a*. 4, b. 5, *a*. 6, *a*. 7, b. 8, *a*. 9, *a*. 10, b. 12, *a*. 13, *a*. 19, b. 23, b. 27, b. 32, *a*. 35, b. 38, *a*. 39, b. 47, b. 52, *a*. 53, *a*, b. 56, *a*. 57, *a*. 59, *a*, b. 62, *a*. 63, *a*, b. 64, *a*. 65, b. 68, *a*. 70, *a*, b. 71, *a*. 72, *a*. 73, *a*. 74, b. 76, b. 80, *a*, 81, *a*. 84. *a*. 85, b. 92, b. 93, *a*. 94, b. 102, b. 107, *a*, b. 101, *a*. 113, *a*. 114, *a*. 115, *a*. 125, b. 126, b. 132, *a*, b. 133, *a*. 141, b. 144, *a*. 148, *a*, b. 149, *a*. 150, *a*, b. 151, b. 158, *a*. 159, *a*, b. 164, *a*, b. 166, b. 168, b. 170, b. 175, *a*. 177, *a*. 180, b. 186, *a*. 187, b. 188, *a*, b. 189, *a*. 190, *a*. 197, *a*. 200, b. 202, *a*. 207, b. 208, *a*. 212, b. 216, b. 219, *a*. 223, *a*. 224, *a*, b. 225, b. 226, b. 230, *a*. 231, b. 232, *a*. 242, b. 243, *a*. 246, b. 247, *a*. 249, *a*, b. 259, *a*. 261, *a*. 262, b. 265, *a*, b. 267, *a*. 269, b. 270, *a*. 271, b. 273, *a*. 275, *a*. 276, *a*. 278, *a*. 279, *a*, b. 282, b. 283, b. 285, *a*. 286, *a*. 288, b. 289, *a*. 291, *a*, b. 292, *a*. 293, b. 295, b. 298, *a*, b, c. 299, b. 302, *a*, b. 303, b. 305, *a*. 307, *a*. 309, b. 310, b. 312, *a*. 315, *a*. 316, *a*. 320, *a*, b. 322, b. 327, *a*. 328, *a*, b. 329, *a*. 331, b. 335, b. 336, *a*. 346, b. 350, *a*. 355, *a*. 360, b. 361, b. 362, *a*. 366, *a*. 375, b. 379, *a*. 382, *a*. 387, b. 388, *a*. 395, b. 401, b. 402, *a*, b. 403, *a*, b. 409, *a*. 415, *a*. 416, *a*, b. 419, *a*. 420, *a*. 421, *a*. 423, b. 424, b. 431, b. 432, *a*. 435, b. 448, *a*, b. 449, b. 450, *a*, b. 451, b. 453, *a*. 457, *a*, 460, b. 468, *a*, b. 472, b. 477, *a*. 482, *a*. 488, *a*, b. 491, b. 492, *a*. 502, b. 509, b. 510, b. 516, b. 521, *a*. 525, b. 529, *a*. 545, *a*, b. 556, *a*. 557, b. 558, b. 568, *a*. 573, *a*. 575, *a*, b. 578, *a*. 579, *a*, b. 586, *a*. 588, *a*, b. 589, b. 595, *a*. 597, *a*. 598, *a*, b. 600, *a*, b. 601, b. 603, *a*, b. 605, b. 608, *a*. 609, *a*. 613, b. 618, b. 619, *a*, b. 620, b. 625, *a*. 626, b. 628, *a*, b. 636, *a*. 637, *a*. 640, *a*, b. 643, *a*. 645, b. 646, *a*. 647, *a*. 655, b. 658, b. 659, *a*. 660, *a*. 661, *a*, b. 666, *a*, b. 667, *a*, b. 673, *a*. 679, b. 680, *a*, b. 684, *a*, b. 686, *a*, b. 689, *a*. 693, b. 695, b. 699, *a*. 700, *a*. 701, *a*. 702, b. 707, b. 709, *a*. 711, b. 716, b. 728, *a*, b. 731, *a*. 749, *a*. 751, b. 756, b. 759, b. 765, b. 770, *a*, b. 773, *a*, b. 778, *a*, b. 781, b. 788, *a*. 789, *a*. 790, b. 794, b. 795, *a*. 796, b. 798, b. 799. *a*. 800, *a*. 807, b. 810, *a*, b. 813, *a*, b. 814, *a*. 815, *a*, b. 826, *a*, b. 828, *a*. 832, b. 835, *a*

emendatur, 224, *a*. 403, *a*. 488, b

explicatur, 291, b

D. Hilarius. 141, *a*

Hildebertus Cænomanenſis. 529, *a*

Hippocrates. 124, b. 304, b. 403, b

Hirtius. 133, b. 192, b. 724, b

Homerus. 24, *a*. 25, b. 27, b. 41, *a*. 55, *a*, b. 57, b. 59, b. 61, b. 64, b. 75, *a*. 111, *a*. 119, *a*. 120, b. 125, *a*. 126, *a*, b. 128, *a*. 135, *a*. 144, b. 154, *a*. 155, b. 156, *a*. 160, *a*. 161, b. 171, *a*. 188, b. 194, b. 200, *a*. 201, b. 206, *a*, b. 207, *a*. 211, *a*. 212, b. 220, b. 221, b. 224, b. 265, *a*. 266, *a*. 283, *a*. 285, b. 293, b. 298, *a*. 315, b. 323, *a*, b. 327, b. 329, *a*. 35[illegible], b. 335, *a*. 338, *a*. 341, b. 366, b. 375, b. 382, *a*. 386, b. 390, b. 394, b. 401, *a*. 410, *a*. 415, *a*, b. 416, *a*. 418, *a*, b. 424, b. 436, *a*. 441, b. 457, *a*. 461, *a*. 464, b. 465, *a*. 476, b. 487, *a*. 492, *a*. 508, b. 5[illegible]8, b. 528, b. 529, *a*. 554, b. 555, *a*. 575, b. 601, *a*. 607, *a*. 620, b. 673, *a*. 688, *a*. 710, *a*. 726, *a*, b. 737, b. 738, b. 739, *a*. 740, *a*. 768, *a*. 779, b. 789, b. 794, b. 803, b. 824, *a*, b. 829, *a*

Horatius. 2, *a*, b. 5, b. 19, *a*. 20, *a*, b. 25, *a*. 26, b. 27, *a*. 30, b. 34, *a*. 35, b. 36, *a*, b. 38, b. 45, *a*, b. 46, *a*, b. 47, *a*, b. 50, b. 58, *a*. 61, b. 62, b. 64, *a*. 67, *a*. 68, b.

69, b. 74, *a*. 85, b. 88, *a*. 91, b. 98, *a*. 99, b. 100, *a*. 101, b. 103, *a*. 104, *a*. 108, b. 112, *a*. 118, *a*, b. 119, *a*, b. 134, b. 135, a. 136, a. 140, a. 142, a. 147, b. 148, b. 166, b. 167, a. 168, a. 170, a, b. 176, a. 178, a. 179, a, b. 186, b. 187, b. 189, a. 190, a. 197, b. 198, b. 199, a. 200, a. 205, a. 206, b. 207, b. 209, a. 212, a, b. 214, b. 215, a, b. 217, b. 220, a. 224, b. 228, a, b. 229, a, b. 232, b. 236, a, b. 238, b. 241, b. 244, a. 252, a. 255, a, b. 257, b. 261, b. 262, b. 265, a. 270, b. 272, a, b. 273, a. 276, b. 279, a, b. 280, a. 281, a. 283, a. 289, a, b. 291, b. 293, a. 294, a. 295, a. 297, b, d. 298, c, d. 305, a. 307, b. 309, a. 311, b. 312, a, b. 314, a. 316, a, b. 317, a, b. 321, a. 322, b. 327, b. 330, a. 332, b. 333, a. 335, b. 340, a. 341, a, b. 349, a. 354, b. 356, a. 357, b. 362, b. 365, a, b. 366, b. 367, a. 368, a, b. 372, b. 377, b. 379, a. 383, b. 384, a. 391, a. 392, b. 395, a, b. 397, a. 399, a, b. 400, a. 401, b. 403, a. 405, a, b. 411, b. 415, a. 418, a, b. 423, a. 426, b. 432, a. 438, b. 439, b. 440, b. 441, a. 443, a. 447, a. 449, a. 450, b. 451, b. 452, b. 453, b. 454, b. 464, b. 467, a, b. 468, b. 473, b. 475, a. 477, a, b. 482, a. 483, a, b. 488, a. 490, b. 492, a. 495, a, b. 501, a. 502. a, b. 504, b. 511, b. 513, b. 515, a, b. 516, b. 520, b. 524, a. 526, a. 534, a. 535, a. 539, a. 542, a. 547, b. 554, a. 555, b. 560, b. 583, b. 589, a. 590, a, b. 591, b. 598, a. 599, a. 600, a, b. 605, b. 606, b. 608, b. 609, b. 610, b. 612, b. 620, a. 630, b. 632, a, b. 636, a, b. 643, a, b. 656, a 660, a. 667, b. 672, a, b. 673, a. 674, b. 679, a. 682, b. 685, a. 688, a. 689, b. 695, a, b. 696, b. 697, a. 698, b. 701, b. 705, b. 709, b. 710, a, b. 711, a, b. 715, a. 719, a. 722, b. 726, a, b. 728, a, b. 729, a. 730, b. 731, a. 733, b. 736, b. 737, b. 744, b. 749, a, b. 757, b. 760, b. 766, b. 771, a. 777, b. 788, b. 794, a. 802, b. 803, a. 809, a. 810, b. 813, b. 823, a. 827, b. 835, a. 840, b

emendatur, 3, a. 441, a. 534. b

explicatur, 229, b. 307, b. 335, b. 573, b. 643, a. 696, a

Hyginus. 327, b. 580, b. 639, b

emendatur, 201, a

I

D. *Ignatius.* 21, a. 38, a. 64, a. 71, a. 88, a. 158, a. 295, b. 298, b. 360, b. 393, a. 428, a. 491, b. 635, b. 799, b. 800, a. 807, b. 839, a

Inſcriptiones veteres, ſeu lapides. 14, a, b. 15, a. 31, b. 40, b. 42, a. 43, a, 46, a. 55, a. 81, b. 97, b. 116, a. 120, b. 122, b. 161, a. 175, a. 182, a. 197, a. 208, a. 209, a, b. 236, b. 238, b. 253, b. 262, a. 286, b. 292, b. 296, a. 297, b. 300, b. 312, a. 319, b. 322, b. 323, b. 329, b. 330, b. 368, a. 369, b. 380, a. 393, b. 406, a, b. 419, a. 426, a, b. 435, a. 437, b. 438, b. 439, b. 461, a. 478, b. 501, a. 508, a. 510, a, b. 522, a. 525, b. 527, a. 537, b. 549, a. 559, b. 562, b. 592, a. 601, b. 637, b. 656, b. 658, a. 664, b. 665, a. 698, a. 706, a, b. 713, b. 742, b. 778, a, b. 797, a. 819, b. 825, b. 829, a. 841, a

Ioannes Magnus. 2, a

Iob. 54, a. 65, b. 157, b. 232, b. 324, a. 325, b. 328, a, b. 397, a. 411, b. 609, a

Ionas Aurelianenſis. 53, a. 249, a

Ioſephus. 35, b. 110, a. 132, a. 172, a. 190, a. 343, a. 392, b. 413, a. 461, a. 587, b. 619, b. 626, a. 627, b. 668, b. 716, b. 800, a

Ioſippus Gorionis filius. 16, a. 80, a. 81, b. 98, b. 115, a. 157, b. 243, b. 244, a. 301, a. 462, b. 514, b. 515, a. 532, b. 577, a. 609, a. 620, a. 707, a. 783, a

Ioſue lib. 158, a. 277, b. 707, a. 781, a

Iſidorus. 5, a. 33, b. 37, b. 46, a. 51, b. 76, b. 87, b. 104, a. 108, b. 110, a. 226, a. 243, a. 297, a. 307, b. 315, b. 334, b. 338, a. 392, a. 402, a. 451, b. 467, a. 496, a. 548, a, b. 790, b. 795, b. 810, a

emendatur, 534, b

D. Ireneus. 31, a. 729, b

Iſaias proph. 10, a. 78, b. 44, a. 97, a. 144, a. 276, a. 281, a. 283, a. 302, b. 315, b. 328, b. 381, a. 400, a. 401, b. 568, a. 587, b. 643, a. 689, a. 745, b

Iſocrates. 768, a

B. Iudæ epiſtola. 397, a

Iudicum lib. 55, b. 492, b

Iudith lib. 32, b. 71, a. 26, a. 304, b. 447, a. 724, a. 784, a. 809, a. 820, a, b. 825, a

Iulianus. 12, a. 42, b. 61, a. 68, a. 78, a. 178, b. 180, b. 283, a. 292. b. 297, c. 298, b. 310, b. 347, a. 494, a. 579, a. 588, a. 690, b. 783, a

Iulius Obſequens. 54, b. 176, b. 392, a. 543, b. 653, a. 678, a. 721, b. 803, a, b

correctus. 803, b

Iuſtinianus. 17, a. 29, a. 73, b. 258, a. 259, a. 478, a. 593, a. 612, b. 695, a

Iuſtinus. 81, a. 132, a, b. 186, a. 187, 6. 190, a. 268, a. 286, a. 308, a. 332, b. 416, a. 417, b. 418, b. 507, b. 520, a. 620, b

Index Auctorum.

Iuuenalis. 9,a. 23,a. 25,a. 26,a. 31,a. 34, a, b. 39, a, b. 43, b. 45, a, b. 46, a. 47,a. 48, b. 49,a. 58,b.61,a. 62, a. 66,a. 67,a,b. 68, b. 73, b.74,b.76,a.78,b.87, a. 88, b. 91, a. 93, b. 96, a, b. 99, b. 101, b. 102, b. 104, b. 115, a. 119, b. 120, b. 129, b.134, a. 149, b. 153,a. 158, a. 161, a. 164, a. 167, a. 168, b. 171, a. 175, b. 178,a. 181,a. 182,a.183,b. 186, a. 187, b. 188,a,b.189, a. 191,b. 196,b.199, b.204, a. 205, a. 206, b. 209, a,b. 212, b. 214, a, b. 215, a.219, b. 220, b. 221, a. 223, a. 224, b. 225, a. 228, b. 231, a, b. 232, a,b. 233,a, b. 242, b.249, b. 251, b. 256, b. 257, a. 258, a, b. 259, a. 261, b. 268, b. 270, a, b. 272, a. 276, a,b. 278, b. 279, a. 281, a,b. 282, a. 283, b. 285, a. 288, a. 291, a, b. 293, a,b. 296,a. 297, b, c, d. 298, a. 299, a, b. 303, b. 304,a, b.312, a.315, a, b.316,a.317, a,b. 318, a. 319, a,b. 321, a, b. 330, b. 333, b. 342,a, b. 347, b. 349, a. 351, b. 359, a. 361, b. 364, a. 366, b. 370, a. 372, a, b. 374, b. 376, b. 381, a. 382, b. 387, b. 391, a. 395, a. 396, a. 398, b. 400, a. 402, a, b. 403, a. 404, b. 405, a. 421, a, b. 431, b. 432, b. 435, a, b. 448, a,b.449, a. 451, a. 452, b. 453, a, b. 455, b.461, b. 465, a. 467, a. 469, a. 473, b. 477, b. 479, b. 487, b. 488, a. 498, b. 499, a.503, b. 516, b. 526, a. 536, a. 542, a, b. 545, b. 546, a, b. 571, a. 572, a. 574, a. 578, b. 586, b. 590, b. 591, a. 597, a, b. 598, b. 600, b. 602, b. 603, a, b. 604, b. 605, b. 608, a, b. 609, a. 615, a. 644, a. 645, b. 647, a. 652, a. 655, a. 656, a. 671, a, b. 675, b. 677, a. 679, b. 681,a. 682, b. 684, b. 685, a. 688, a. 693, a. 694, a. 697, a. 698, b. 699, a. 701, a. 714, a. 716, b.718, a. 719, a. 725, b. 726, a. 727, a,b. 734, a. 737, a. 744, b. 752, b. 756, a. 757, a, b. 762, a, b. 778, a. 782, b. 786, a. 788, a. 789, b. 790, a. 793, a. 795, a, b. 797, b. 801, b. 802, a. 807, b. 813, b. 817, b. 828, a. 831, a, b. 839, b. 841, a

explicatur, 5, b. 10, b. 21, b. 36, a. 45, a. 48, b. 49, a. 62, a. 222, a. 256, b. 257, a. 267, b. 324, b. 488, a. 535, a. 545, b. 546, a. 573, b. 574, a. 579, b. 609, b. 658, a. 663, a. 736, a. 744, b. 765, a. 789, b. 797, b. 813, b. 819, a

emendatur, 22, b. 95, a. 180, a. 188, b. 287, b. 329, b. 421, b. 422, a. 425, a. 683, b. 736, a. 762, a

Iuuenalis Scholiaſtes. 17, a. 23, a. 25, b. 30, b. 34, a. 40, b. 59, a. 67, a, b. 71, a. 74, b. 87, a. 149, b. 165, b. 168, b. 175, a. 183, b. 188, a. 191, b. 224, a. 232, b. 233, b. 243, b. 246, a. 256, b. 258, b. 270, a. 281, a. 283, b. 285, a. 287, a. 311, b. 315, b. 363, a, b. 387, b. 425, a. 435, b. 517, a. 526, b. 545, b. 546, b. 558, b. 572, a. 602, b. 609, b. 645, b. 651, a. 655, b. 658, b. 677, a, b. 682, b. 704, a. 727, b. 730, a. 744, b. 755, b. 761, a. 786, a. 790, b. 796, b. 799, a. 816, a, b. 817, b. 837, b. 841, b

emendatur, 59, b. 71, a. 83, a. 86, b. 227, b. 281, b. 499, a. 525, a. 535, a. 540, a, b. 590, b. 615, b. 616, a. 647, a. 655, a, b. 675, a. 681, b. 682, a

lapſus. 206, b. 284, a. 525, a

Iuuenalis vitæ auctor emendatur. 730, b

L

Labeo I. C. 683, a

Laberius. 712, a. 727, a

emendatur, 164, b. 165, a

Lactantius. 19, b. 52, b. 154, b. 164, a. 217, b. 255, b. 293, a. 371, b. 452, b. 509, a. 537, a. 538, a. 586, a. 722, b. 770, b. 807, a. 814, a. 834, a. 839, b

Lactantius Statij interpr. 678, a

Lampridius. 78, a. 158, b. 168, a. 198, b. 258, b. 295, b. 310, b. 349, a. 397, a. 475, a. 506, a. 528, a. 768, a

emendatur, 604, a. 636, b

Leo Africanus. 770, b

Leo Magnus. 48, a. 68, a. 319, b. 670, a. 790, b

Leuiticus. 151, a. 154, b. 169, a. 232, b. 290, b. 298, b. 372, b. 413, a. 786, b

Libanius Sophiſta. 73, b. 310, b. 502, b

Licinius Imbrex. 594, a

Licinius Macer. 470, a

Liuius. 1, b. 4, b. 7, a. 9, b. 11, b. 17, a. 20, a. 24, a. 26, a, b. 29, a, b. 41, b. 48, b. 51, b. 54, a. 56, a. 64, a. 67, b. 68, a, b. 69, a. 72, b. 73, a, b. 74, a. 75, b. 76, b. 79, a, b. 80, a, b. 83, b. 90, b. 94, b. 98, a. 100, b. 101, a, b. 105, a, b. 106, a. 108, b. 111, b. 114, b. 115, a. 116, b. 117, b. 121, a. 122, b. 123, b. 124, a. 127, a. 135, b. 136, a. 138, b. 140, a. 141, a. 145, a. 148, a. 151, b. 154, a, b. 155, b. 157, b. 158, b. 164, b. 186, a. 188, b. 193, a. 195, a 197, a, b. 198, a. 199, b. 201, a. 202, b. 204, b. 205, b. 208, a. 209, a. 216, a. 223, b. 227, a, b. 229, a. 230, a. 236, a, b. 240, a, b. 253, b. 255, a, b. 259, a. 260, a, b. 261, a. 262, b. 267, a. 268, b. 279, a, b. 285, b. 290, a. 291, a. 293, a. 296, b.

296, b. 297, a. 299, b. 300, a, b. 301, a, b. 304, b. 307, a. 309, a. 314, b. 325, b. 327, b. 328, b. 335, b. 340, a. 346, b. 347, a. 351, b. 352, b. 353, b. 357, a. 358, b. 362, a. 366, b. 369, a. 370, a, b. 373, b. 376, a. 377, a. 378, a. 384, a, b. 385, b. 388, a. 390, b. 392, a. 393, a. 397, b. 400, a. 403, a. 404, b. 405, a. 408, b. 411, a. 413, a, b. 417, a. 420, a. 421, b. 424, b. 425, b. 426, a. 431, a. 440, b. 441, b. 446, b. 463, a, b. 464, a. 467, a. 474, a. 481, b. 482, a. 484, b. 485, b. 490, a. 491, a. 492, b. 497, a. 498, b. 501, b. 504, b. 518, a. 538. a. 548, b. 555, b. 556, a. 590, a. 591, b. 592, a. 593, a. 594, a, b. 595, a. 613, b. 621, a. 632, a, b. 634, a. 636, b. 638, b. 642, b. 645, b. 653, a, b. 683, a. 687, a. 689, a, b. 690, b. 697, b. 698, b. 707, a. 713, a. 722, a, b. 724, b. 727, a, b. 732, a. 738, a. 739, a, b. 740, b. 741, b. 744, a, b. 747, a. 751, b. 765, b. 768, a. 772, a. 781, a. 783, b. 785, b. 793, b. 796, a. 797, a. 798, a. 803, b. 806, b. 815, b. 826, b

explicatur, 106, a

emendatur, 61, a. 56, a. 117, a. 125, b. 127, a. 300, b. 362, a. 487, b. 522, b. 594, a. 632, a. 653, a, b

Liuij Epitome. 2, a. 10, a. 87, a. 117, b. 262, b. 688, b. 734, b

Lucanus. 2, a. 7, a. 27, a. 94, b. 96, b. 97, a. 101, a. 121, a. 134, a. 147, a. 186, a. 198, a. 204, b. 224, a. 236, a, b. 260, a. 261, a. 267, a. 268, a. 277, b. 282, b. 283, a. 284, b. 286, a. 287, b. 298, c, d. 308, a. 351, b. 355, a, b. 382, b. 431, a, b. 433, b. 461, b. 473, b. 491, b. 570, b. 580, a. 585, b. 599, b. 639, a. 651, a. 663, b. 668, b. 704, b. 711, b. 734, a. 744, b. 768, a

explicatur, 223, a. 238, a

Lucianus. 55, b. 82, a. 169, a. 170, a. 272, b. 520, b. 742, b

Lucillius. 10, a. 15, b. 18, b. 19, a, b. 21, b. 41, a. 46, a. 58, a. 63, b. 83, b. 87, b. 99, b. 100, a. 119, a. 123, a. 156, a. 157, a. 162, b. 213, b. 214, a. 216, a. 228, a. 230, b. 233, a. 247, b. 318, a. 319, b. 327, a. 336, b. 350, b. 374, a. 381, b. 382, a. 398, b. 402, a. 435, a. 437, b. 438, b. 447, a. 470, a. 488, b. 49[illegible], a, b. 501, a. 503, a. 516, b. 520, b. 537, b. 538, b. 541, a. 564, a. 578, b. 607, b. 610, a. 642, b. 644, b. 689, a. 711, a. 712, b. 718, b. 740, a. 746, b. 749, a. 751, b. 776, b. 777, b. 804, a

emendatur, 175, b

Lucretius. 54, a. 91, b. 107, b. 153, b. 159, a. 252, b. 283, a. 297, c. 385, a. 395, b. 436, b. 600, a. 620, a. 749, a. 766, b. 802, b. 822, b. 829, a

Lycophron. 283, b

M

MAchabæorum lib. 1, b. 23, b. 32, b. 34, a, b. 38, a. 70, a. 96, b. 102, b. 107, b. 123, a. 154, a. 158, a. 217, b. 273, a, b. 292, a. 310, a. 311, a, b. 312, b. 321, b. 336, a. 343, a. 354, a. 388, b. 397, b. 411, a. 413, a. 521, a. 526, a. 543, a. 553, b. 577, a. 595, a, b. 630, b. 642, a. 724, a. 732, a. 735, b. 782, a. 801, b

Macrobius. 29, b. 34, b. 47, a. 49, a. 116, a, b. 125, b. 132, a. 134, b. 146, b. 176, b. 189, a. 249, b. 267, b. 292, b. 295, b. 304, b. 309, a. 342, b. 378, b. 385, b. 402, b. 410, a. 427, a. 461, a. 505, b. 528, a. 534, b. 538, b. 554, b. 597, b. 614, b. 635, b. 678, a. 726, b. 727, a, b. 747, a. 782, b. 786, b. 809, a

correctus & explicatus, 534, a, b. 535, a

Malachias proph. 169, a. 541, a

Manilius. 49, b. 188, b. 237, b. 280, a. 414, b. 696, b. 795, a

Marcus philoſ. 623, a

Martialis. 2, b. 3, a. 4, a. 6, b. 12, a. 15, a. 30, a. 39, a. 41, a. 45, a. 46, a. 50, a. 53, b. 54, a, b. 56, a, b. 57, a. 62, a. 64, b. 65, b. 70, a. 73, a, b. 74, a. 78, b. 86, a, b. 87, b. 89, a. 91, b. 92, a. 94, b. 103, a. 104, a, b. 105, a. 110, b. 125, a. 130, a. 134, b. 135, a. 145, b. 146, a, b. 149, b. 152, b. 154, b. 164, b. 166, b. 167, a, b. 170, a. 171, a. 175, a. 179, b. 182, a. 186, a. 188, a. 189, a, b. 191, b. 196, b. 199, a. 205, a. 212, a. 217, b. 222, a, b. 224, b. 225, a. 231, a, b. 232, a. 238, b. 240, a, b. 243, a, b. 246, a. 247, a, b. 248, b. 253, a. 258, a. 259, b. 260, a. 265, a. 270, a. 272, b. 273, a. 275, a. 276, b. 279, a, b. 280, a, b. 281, a, b. 284, b. 288, a. 289, a, b. 291, b. 292, b. 293, a. 296, b. 297, b, c. 298, a, b. 302, a. 303, a. 305, b. 312, b. 315, a, b. 316, a, b. 320, a, b. 321, a. 325, a, b. 329, a. 332, a. 333, a. 340, a, b. 341, a. 347, b. 350, b. 351, a, b. 357, b. 359, b. 361, b. 362, b. 363, a, b. 366, b. 374, b. 375, a. 377, a. 378, b. 387, b. 388, b. 391, a. 395, a. 400, a. 401, a, b. 403, a, b. 405, b. 409, a. 411, a. 419, b. 420, b. 421, a. 423, a. 424, a. 426, b.

428, a. 438, a. 442, b. 443, a. 445, a. 447, a, b. 448, a, b. 449, a. 451, a. 452, a. 453, a, b. 458, b. 465, a. 467, b. 488, a. 489, a. 490, b. 494, a, b. 496, a. 499, a. 503, a. 504, a. 505, a, b. 511, b. 512, b. 513, a. 516, a, b. 517, a. 521, b. 525, b. 526, b. 527, a, b. 528, a, b. 529, b. 536, a. 542, b. 546, a. 551, b. 554, a, b. 568, a, b. 569, b. 570, a, b. 573, a, b. 575, b. 585, a. 587, a, b. 588, a, b. 589, a. 590, a, b. 591, a. 593, a, b. 594, a, b. 595, b. 597, b. 608, a. 614, a. 615, a. 616, a. 621, b. 635, b. 636, a. 637, b. 643, a. 648, a. 651, a. 655, a. 660, a. 665, b. 667, b. 670, a. 671, b. 672, a. 673, a, b. 677, b. 680, a. 685, a. 686, b. 688, a. 695, b. 696, a. 698, a. 699, a. 701, a. 709, a, b. 710, a, b. 711, a. 713, b. 714, b. 715, a, b. 719, b. 720, a, b. 723, a. 727, a, b. 728, a. 729, b. 730, a, b. 731, a. 733, a, b. 736, a. 738, a, b. 741, b. 754, a, b. 755, b. 756, a, b. 760, a. 762, a. 763, a. 768, b. 786, a. 788, b. 789, a, b. 790, a. 794, a. 796, a. 802, a. 804, a, b. 807, b. 809, b. 815, a. 816, a. 817, b. 839, b. 841, b

explicatur, 5, a. 8, a, 51, a. 160, b. 223, a. 287, b. 296, a. 375, a. 391, a, b. 529, b. 573, a, b. 585, a. 588, a, b. 591, a. 594, a. 597, b. 600, a. 648, a. 656, a. 685, b. 686, a. 688, a. 699, b. 709, b. 710, a. 711, b. 713, b. 715, b. 756, b. 788, b. 789, b. 792, a. 793, a. 794, a. 816, a

emendatur, 86, b. 88, b. 153, b. 168, a. 188, a. 253, a. 287, b. 296, a. 302, a, b. 3,70 a, b. 391, a, b. 422, b. 447, a. 448, a. 453, a. 495, a. 510, b. 513, a. 515, b. 788, b. 588, a. 590, a. 678, b. 730, a

emendatur & explicatur, 585, a

Martianus Capella. 284, a. 363, a. 436, b

emendatur, 127, a, b

Matthiolus. 421, b

D. Maximus Taurinenſis. 504, a

Menander. 366, a, 598, b. 765, a

Minutius Felix. 33, b. 51, b. 54, a. 89, a. 164, b. 325, b. 415, a. 604, a. 605, b. 640, a. 723, a. 776, a

Monſtreletus. 181, b. 387, b. 724, a

Muſæus. 625, a

N

Nævius. 591, b

Nahum proph. 282, b. 397, a

Nazarius emendatur, 428, b

Neronis carmen. 711, b

Nonius. 2, a. 39, b. 47, a. 83, b. 102, a. 110, a. 113, a. 123, a. 135, a. 156, b. 157, a. 158, b. 164, b. 175, a. 178, a. 183, b. 188, a. 189, a. 198, b. 212, a. 226, a. 229, a. 231, b. 276, b. 237, b. 248, b. 305, a. 333, b. 336, b. 351, b. 380, a. 438, b. 439, b. 453, a. 462, b. 470, a. 503, b. 536, a. 545, a. 554, b. 574. a. 600, a, b. 608, a. 625, a. 643, a. 693, a. 711, a. 734, a. 736, b. 746, b. 809, b

Nicetas. 376, a

Nigidius Figulus. 677, b

Notitia Imperij Rom. 30, a. 141, a. 569, b

Nouellæ. 110, a. 238, a. 292, a. 603, a. 660, b

Nouum Teſtamentum. 23, a. 24, b. 26, a. 42, b. 53, b. 54, a. 76, a, b. 82, a. 85, b. 94, b. 96, b. 123, a. 125, a. 140, b. 188, b. 202, b. 232, b. 255, b. 298, a, b. 304, a. 307, a. 319, a. 320, a, b. 325, a. 332, a. 343, a. 347, a. 360, b. 361, a, b. 367, a. 382, b. 384, b. 392, b. 410, b. 436, a. 492, a. 504, b. 508, b. 513, b. 545, a. 554, b. 570, a. 575, a. 577, a. 587, b. 609, a. 624, b. 626, a. 638, a. 646, a. 671, a. 702, b. 718, b. 729, b. 754, b. 763, a. 791, b. 799, b

Numerorum lib. 110, a. 151, a. 382, a. 397, a. 516, b. 529, a. 783. b

Nummi veteres. 2, b. 8, b. 31, b. 38, a. 50, b. 52, a. 65, a. 99, a. 105, a. 133, a. 202, a. 243, a. 337, b. 338, b. 471, a. 549, b. 622, a. 701, b

O

Odilo Cluniacenſ. Abbas. 623, b

Onuphrius. 498, a

Oppianus. 451, a. 474, a. 651, b

Oracula. 378, b. 379, a

Origenes. 527, b. 528, b

Oroſius. 8, a. 13, a. 17, a. 20, b. 33, b. 56, a. 189, b. 190, a, b. 267, b. 278, b. 428, b. 760, a. 789, b. 792, a. 793, a. 800, a

Orpheus. 49, b. 505, b. 604. b

Oſeas proph. 820, a

explicatur, 22, b. 456, b

Ouidius. 2, b. 4, a. 6, b. 8, b. 12, a, b. 20, a. 28, b. 32, b. 34, a. 38, b. 49. b. 51, a. 59, a. 64, b. 75, b. 76, a. 80, a. 84, b. 85, a. 91, a. 97, b. 98, b. 101, a. 104, b. 105, a. 107, a. 116, b. 117, b. 118, a, b. 119, b. 121, a. 129, a. 133, a, b. 140, b. 142, a, b. 146, b. 150, a. 156, a. 164, b. 167, b. 168, a. 169, a. 171, a. 173, b. 176, a. 177, a. 197, b. 200, a. 201, a. 204, a. 207, a. 209, a. 212, a. 214, a. 217, b. 221, a, b. 228, a. 232, b. 239, b. 240, b. 243, b. 244, a, b. 262, a, b. 265, a. 268, b. 270,

Index Auctorum.

b. 270, a. 279, b. 280, a. 285, a. 290, b. 292, b. 293, a. 294, a. 296, b. 297, a. 298, d. 304, a, b. 309, b. 312, a. 313, b. 314, b. 315, a. 319, b. 327, a, b. 332, b. 334, a. 335, b. 337, a. 342, a. 343, a. 347, b. 349, a. 351, a, b. 368, a. 369, b. 371, b. 373, b. 375, b. 382, a, b. 400, b. 401, b. 408, b. 411, a. 415, b. 421, a. 426, b. 428, a. 436, b. 439, a, b. 447, a. 452, b. 456, a. 457, b. 468, a. 470, a. 479, a. 488, b. 491, a, b. 493, b. 495, a. 502, b. 503, a. 504, a. 509, a. 517, b. 519, a, b. 523, a. 526, b. 542, a, 543, b. 548, a. 551, a, b. 554, b. 557, a. 561, b. 566, a. 569, b. 570, a. 575, a. 589, a, b. 594, b. 597, b. 599, a. 601, a. 604, a. 607, b. 608, a. 609, b. 613, b. 614, a. 616, b. 630, b. 636, b. 652, b. 655, a. 674, a. 677, b. 678, a, b. 686, a. 694, b. 699, a. 706, b. 709, a. 714, a. 715, a. 716, a. 719, a. 720, a, b. 721, b. 722, a. 736, b. 757, a. 746, a. 749, a. 756, b. 765, b. 771, b. 783, b. 785, a. 789, b. 790, a. 793, a. 803, b. 810, a. 823, a. 824, b. 825, a. 826, a. 828, a

interpretatur, 299, a

emendatur, 221, b

P

PAcatus. 64, a. 340, b. 724, a

emendatur, 343, a

Pacuuius. 439, b. 545, b. 668, b

Palladius. 283, b. 496, a

Panegyrici auctor. 231, b

Paralipomenon lib. 1, b. 9, a. 51, a. 110, b. 191, a. 273, b. 286, a, b. 292, b. 314, a. 332, a. 335, b. 397, a. 543, b. 591, a. 742, a. 826, b

explicatur, 292, b

Paſsio D. Petri. 338, a. 575, a. 648, a. 801, a. 829, a

Paſsio D. Cypriani. 361, b

Paulinus Nolanus. 3, b. 215, b. 314, a. 327, a. 440, a. 526, b. 686, a. 718, b

D. Paulus. 21, a. 89, a. 94, a. 97, b. 307, a. 379, a. 443, a. 588, a. 642, a. 643, a. 711. b. 751, a, b

Paulus Diaconus. 123, a. 287, a

Paulus I. C. 103, a. 195, a. 235, a. 258, a. 305, a. 451, a. 570, b. 682, b. 750, a. 799, b. 801, a

correctus & explicatus, 361, b. 379, b

Pauſanias. 52, a. 261, a. 268, b. 287, a. 323, b. 798, a

Pedo Albinouanus. 12, b. 15, a, b. 16, b. 17, b. 35, a. 39, b. 50, a. 53, b. 71, a. 85, a. 86, a. 208, a. 215, a. 217, b. 229, a. 331, a. 335, b. 337, b. 347, a. 427, b. 443, a, b. 488, a. 500, a. 510, a, b. 511, a. 512, a, b. 528, a. 534, a. 543, b. 588, a

emendatur, 511, a

Perſius. 18, b. 34, a. 45, a. 52, a. 92, a. 94, a, b. 146, b. 154, b. 171, b. 189, a. 208, b. 212, a. 228, a. 241, a. 272, a. 275, a. 297, b, c, d. 304, b. 329, a. 330, a. 332, a. 342, b. 391, b. 400, a. 403, a. 410, a. 438, a. 439, a. 445, a. 465, b. 501, a. 525, b. 526, a, b. 527, a. 529, b. 545, a. 554, b. 586, a. 609, a. 613, b. 624, b. 625, a. 636, a. 659, a. 660, a. 675, b. 681, b. 682, b. 729, b. 730, a. 739, a. 744, b. 746, a

explicatur, 87, a, b. 92, b. 104, b. 149, a, b. 228, b. 243, b. 281, b

emendatur, 141, b. 244, a

Perſii Gloſſæ. 74, a. 275, a. 525, b. 526, b. 554, b. 659, a. 668, b. 776, a

Petrarcha. 183, a

Petronius Arbiter. 5, b. 23, b. 32, a. 41, a. 50, b. 57, a. 94, b. 96, b. 103, b. 127, b. 142, b. 187, b. 195, a. 207, b. 212, a. 216, b. 218, b. 231, b. 233, b. 283, a. 292, a. 298, a. 299, b. 315, b. 317, a, b. 318, a. 321, a, b. 341, a. 347, b. 349, b. 395, a. 401, b. 402, b. 421, a, b. 433, a, b. 438, b. 447, a. 448, a, b. 449, b. 468, b. 481, a. 488, a. 494, b. 508, a, b. 515, b. 526, b. 527, a. 530, b. 536, a. 541, a. 584, a. 588, a. 604, a. 608, a. 626, b. 642, b. 643, a. 682, b. 788, a. 795, a. 822, b. 824, a

explicatur, 150, b

emendatur, 421, a, b

D. Petrus. 635, b. 642, a

Petrus Antiochenus. 749, a

Petrus Blaſenſis. 114, b. 125, b. 437, a. 465, a. 572, b. 749, a. 778, a. 807, a

Philo Iudæus. 68, a. 88, a. 92, a. 119, b. 203, a. 255, b. 258, a. 265, a. 287, a. 289, a. 291, a, b. 313, b. 321, a, b. 373, a. 424, b. 435, a. 449, a. 474, a. 496, b. 526, b. 532, b. 546, b. 548, b. 562, a. 595, a. 626, a. 637, a. 646, a. 650, b. 661, a. 671, b. 679, a. 682, a. 796, b

Philoſtratus. 451, b. 841, b

Phlegon. 510, a

Phocylides. 246, a. 373, b. 713, a. 749, a

Pindarus. 461, a

Plato. 92, a. 214, b. 524, b. 572, a. 768, a. 815, a

Plautus. 5, b. 8, a. 12, a. 22, a, b. 25, a, b. 29, a. 33, b. 34, b. 42, b. 48, b. 53, b. 55, a. 57, b. 61, a. 62, b. 63, a. 65, a, b. 73, a, b. 74, a. 82, b. 83, a. 85, a. 86, b. 87, b. 88, a. 89, a, b. 91, a. 92, a. 93, b. 94, b. 99, a. 101, b. 102, a, b. 105, b.

106, b. 116, b. 118, a. 119, a. 123, a, b. 140, a. 144, b. 170, b. 173, a. 180, a, b. 189, a. 292, a, b. 214, a. 217, b. 219, a. 222, b. 224, b. 225, a. 239, a. 240, a. 241, a. 248, b. 252, a. 255, a. 256, a, b. 259, b. 265, a. 268, b. 272, a. 280, b. 281, a. 286, b. 290, a. 291, a. 292, b. 293, a, b. 294, c, d. 297, a, b. 299, a, b. 301, b. 303, b. 314, b. 316, a, b. 317, a, b. 318, a, b. 323, a. 328, b. 330, b. 332, a. 338, a, b. 342, a, b. 348, b. 349, a, b. 350, b. 351, a, b. 352, a. 359, a, b. 366, b. 373, a. 377, a. 378, b. 379, b. 385, a. 395, a, b. 396, a, b. 397, a, b. 400, b. 413, a, b. 419, b. 421, a. 426, a. 436, b. 437, a. 439, b. 442, a. 448, b. 453, a. 465, b. 467, a. 471, a. 488, b. 492, b. 507, a. 508, a. 517, b. 520, b. 526, a, b. 527, a, b. 534, a. 543, a. 545, a, b. 548, a. 560, b. 568, a. 570, a. 573, b. 575, a, b. 577, b. 589, a. 590, a. 594, a. 597, a, b. 598, b. 607, b. 608, a. 610, b. 613, b. 614, b. 621, b. 626, a, b. 629, b. 635, b. 636, a. 640, b. 643, a. 645, b. 660, b. 665, b. 671, b. 672, b. 679, a. 681, a. 685, a. 699, b. 706, b. 710, b. 712, a. 714, a. 715, a. 716, b. 728, b. 732, a. 736, b. 749, b. 750, a. 757, a, 762, a. 778, b. 782, b. 789, a. 798, a, b. 801, b. 804, b. 822, a. 824, b

explicatur, 88, a. 292, b. 564, b. 670, b

emendatur, 256, b. 342, a. 395, b. 676, b

Plinius. 1, b. 2, a, b. 3, b. 5, b. 6. a. 9, a. 10, b. 12, a. 13, b. 14, a, b. 15, a, b. 17, a, b. 19, a. 20, b. 23, a. 24, b. 26, b. 29, a. 33, b. 34, a, b. *& fere vbique.*

explicatur, 11, a. 44, b. 104, a. 285, a. 311, a. 394, a. 520, a. 578, b. 587, b. 592, b. 595, b. 602, a

emendatur, 22, a. 26, a. 44, b. 86, b. 95, a. 103, a. 133, b. 149, a. 176, b. 180, a. 189, a. 219, a. 220, b. 233, a. 277, a. 298, b. 320, a. 332, b. 371, a, b. 448, b. 463, b. 522, b. 526, a. 534, b. 535, a. 564, b. 580, a. 589, a, b. 631, a. 634, b. 643, b. 644, a. 648, a. 652, a. 661, a. 701, a. 707, b. 720, b. 765, a. 772, a

explicatur, 653, a. 655, b. 656, a. 784, a. 797, a

explicatur & emendatur, 11, a. 22, a. 87, a. 147, a. 232, b. 357, b. 358, a. 580, a. 612, a, b. 699, a

Plinius Iunior. 8, b. 29, a. 42, a. 44, a. 54, b. 61, b. 67, a. 70, a. 74, b. 89, b. 90, b. 92, a. 122, a. 134, b. 136, b. 160, b. 165, b. 205, b. 221, a. 235, b. 258, b. 262, b. 271, b. 296, b. 325, a. 335, b. 336, b. 338, a. 349, a. 366, a. 369, b. 399, b. 403, a. 406, a. 411, a. 441, a. 443, b. 445, a. 466, a. 470, a. 475, a. 479, a. 487, a. 490, a. 493, a. 516, a. 522, a. 524, a. 533, b. 534, b. 535, b. 611, a. 613, a. 647, b. 664, a. 671, b. 695, b. 725, a. 758, a. 761, b. 783, a. 824, a. 834, b. 837, a

emendat. 313, a. 575, a

Plutarchus. 5, b. 8, a. 15, a. 34, a. 39, b. 51, a. 55, b. 59, a. 70, a. 74, a. 88, b. 107, a. 193, b. 223, a, b. 247, b. 253, b. 255, b. 256, a. 261, a. 276, b. 278, a. 279, a. 280, b. 281, a. 282, a. 293, b. 294, b. 297, a. 304, a. 309, a, b. 327, b. 329, b. 331, b. 332, a. 335, b. 347, a. 359, a. 373, a. 375, b. 377, b. 381, b. 382, b. 390, a. 402, b. 413, a. 420, b. 426, b. 482, b. 485, b. 504, b. 517, b. 537, a. 543, a. 557, b. 572, a. 572, b. 589, a. 591, b. 609, a. 616, b. 671, b. 683, a. 688, b. 699, b. 707, b. 710, a. 711, b. 721, b. 729, b. 740, a, b. 742, b. 753, b. 754, b. 779, a. 781, a. 783, b. 826, a. 835, b

explicatur. 533, b

Poeta ignotus. 16, b. 237, b

Poeta vetus. 45, b. 385, a. 602, b

Politianus. 2, b. 182, b

Iul. Pollux. 599, b

Polybius. 2, a. 77, b. 105, b. 221, a. 382, b. 424, b

Pomponius. 2, a. 5, a. 52, a. 63, a. 442, a. 475, a. 539, a, b. 540, a. 580, a. 581, b

Porphyrio. 448, a

Pomponius Mela. 20, b. 214, a. 261, a. 295, a. 425, b

Pontianus. 191, b

Pontius. 230, a

Poſsidonius. 186, b

Priſcianus. 2, a, b. 76, b. 261, a. 312, a

Probus. 134, a. 154, a. 197, b. 370, a

Procopius. 191, a

Propertius. 30, b. 31, a. 51, a. 53, a. 98, a. 119, b. 134, a. 144, a. 154, a. 155, b. 191, a. 209, b. 217, b. 231, a, b. 238, a. 243, b. 253, a. 262, b. 286, b. 298, a. 304, a. 343, a. 351, a, b. 381, a. 393, b. 505, b. 555, b. 580, b. 608, a. 726, b. 730, b. 744, a. 762, b. 791, b

emendatur. 188, a. 590, a. 599, a. 730, b

Proſper. 324, b. 548, b

Prouerbia Salomonis. 73, b. 232, a. 291, a. 372, b. 373, a. 386, b. 394, b. 421, a, b. 422, b. 435, b. 461, b. 508, a. 533, a. 550, a, b. 597, a. 600, b. 602, a. 610, b. 643, a. 698, b. 711, a, b. 738, b. 772, b. 814, b. 819, b

Prudentius. 2,b. 3,a,b. 4,b. 6,a, b. 22,b. 23,b.39,b.46,a. 48,a. 50, a, b. 52,b. 53,a. 78,a,b.79,a.88, a. 92, a,b.93,a.137,b.140,a.150,a. 156, b. 158,a.178,a.182,b.201,b.207,b.226, a,b. 242,a. 249,b.256,b.276,a.279, a. 292,b.293,a.298,a. 303,b. 305,b. 317,a. 3[illegible]9,b. 328,a. 342,a,b. 348,b. 361,a.381,a.385,a.405,b.406,a.408, a. 409,a. 417,a. 429,b. 439,a. 457,b. 502,a. 510,b. 516,b. 528,b. 532,b.536,a.537,a,b.566,b.583,a,b. 671,b.678,a. 694,b.701,a.710,a, b.714,a.719,a.724,b.725,b.735,a. 738,b.755,a.762,b.763,a.776,b. 790,b.797,a.799,a.800,b.801,a,b. 814,a.820,a.824,a.828,a.834,a. 837,b

explicatur, 93,a

emendat. 137,a

Pſalmorum lib. 65,b.144,a,b.149, a.158,a.230,b.232,a,b.276,a.291, b.379,a.395,b.436,a.445,a.464,b. 510,b.517,a.693,a.770,a.794,b

Ptolomaeus. 18,a.138,a.252,b.285,b. 441,a.630,b.772,b

Publius Syrus. 352,a.505,a.506,a. 578,b.665,b.717,a

Publius Victor. 14,a.626,a.726,b

Q

Quadrigarius. 157,a.575,a.699, b.707,b.840,b

Quintilianus. 4,b.25,a,b.26,a. 40,b.42,a.93,b.96,b.166,a.173,b. 199,b.205,b.223,a,b.234,a.247,b. 275,b.292,a.293,a.294,a.299,a.335,a. 352,a.360,a,b.361,b.378,b.381,a.387, b.393,a.395,a.397,a.426,a.429,a. 434,b.438,a.439,a,b.447,a,b. 450,a.451,a.456,b.468,a.481,b. 488,b.506,a.515,a.516,a,b.530,a. 536,b.547,b.583,b.598,a,b.599,a. 600,a.601,a,b.609,a.625,a.665,a. 667,a.668,b.671,a.676,a.710,b. 713,b.715,a.716,a.721,a.723,a.726,b. 729,a.747,a.750,a.751,a.778,a.785, a.788,a.790,b.807,b.815,a,b.819,a

Quintus Curtius. 56,a.272,b.286, a.402,a,b.447,a.505,a.585,b.587,a. 590,a.599,b.609,a.724,a.779,a.784,a

emendatur, 168,b

R

Regula Monachorum. 302,a.686, b

Regum libri. 29,b.42,b.55,a.57,b. 59,b.65,b.70,a.76,a.78,b.85,a,b. 88,a.90,a.110,a.129,b.133,b.142, b.148,a,b.150,a.151,b.154,b.157,a, b.158,a,b.159,b.162,b.163,b.168,b. 169,a.170,b.191,a.200,a.202,b. 203,a,b.205,a.207,a.208,b.209,a. 210,a.217,b.221,b.222,a.243,a. 272,b.273,b.274,a.275,b.282,a. 286,b.290,b.261,a,b.292,a.2[illegible]7,d. 304,b.309,a.310,a,b.311,a.315,b. 331,b.335,a.341,a.347,a.371,b.388, a.397,a.410,b.413,a,b.4[illegible]9,a.441, a.447,a.460,a.465,a.472,b.502,a. 503,b.505,a.520,a.544,b.545,a. 587,a,b.589,b.602,b.609,a,b.640, b.661,b.663,b.665,b.718,a.721,a. 722,b.742,a.754,b.795,a.809,a

Remmius Palaemon. 400,a.467,b

Ruffinus. 32,b.80,a.287,a.397,b. 441,b.551,b.598,a.624,a.718,a. 815,b

Ruth. 28,a

Rutilius. 2,b.38,b.39,a.91,a.118,b. 141,a.175,a.214,a.241,a.320,a.321, a.325,b.326,a.340,a.343,a.370,a. 405,a,b.440,a.579,b.592,a. 655,a.694,a.796,a

emendatur, 321,a.707,a

S

Salisberienſis. 52,a

Salluſtius. 3,b.5,a,b.6,a.11,b.12, a.17,a.20,a.23,a.26,b.30,b.36,a. 69,b.72,a.80,a.86,b.90,b.93,b.100, a.107,a.111,a.113,a.117,a.121,a,b. 128,b.132,b.144,b.145,b.149,b.153, a.158,a.159,a.162,b.163,a.186,a.191, b.192,b.193,a.199,a,b.204,a.205,a, b.204,a.205,a,b.213,a,b.215,a.217, b.226,a.229,a.240,a,b.247,b.251, a,b.270,b.272,b.283,a.285,b.289, b.307,b.313,a.322,a.327,b.335,a. 336,b.340,b.342,b.344,b.352,b.353, a.354,b.360,b.361,a.362,b.366,b. 367,a.378,b.387,a.390,a,b.392,a. 406,b.408,a.416,a.417,b.431,b.433, b.440,b.441,b.450,b.459,a,b.462,b. 465,b.467,a.483,b.520,b.530,a. 536,a.541,a.550,b.556,b.591,b.595, b.629,b.640,a.652,b.665,b.666,a. 668,b.680,b.692,b.698,a.701,a. 702,a.720,b.727,a.732,b.738,a. 739,b.751,b.763,a.782,b.804,a.807, a.815,a.822,a. *emendatus.* 46,a. 90,b.285,b

Salomon. 192,b

Saluianus. 79,b.144,a.174,b.212,b.273,a.482,b.660,b

Santra. 26,a.297,a

Sapientiæ lib. 50,b.51,b.254,b.272,b.276,a.302,b.798,a

explicat. 476,a

Sempronius Aſellio. 25,b.26,a.445,a

emendat. 786,b

Seneca pater. 5,b.6,a.12.a.14,a,b.18,b.22,b.23,b.25,b.36,b.38,a.43,b.45,a.57,a.58,b.60,a.61,a,b.62,a.68,b.71,a.87,b.89,b.107,a.109,b.113,b.116,a,b.127,a.133,b.134,b.140,b.142,b.148,a.158,a.165,b.169,a,b.170,a,b.172,a.175,b.177,a,b.179,b.180,a.207,b.217,b.219,b.221,a.222,b.223,a.226,a.230,a.231,a,b.234,b.235,b.239,b.266,b.281,a.283,b.303,a.316,a,b.317,a,b.318,b.322,a,b.327,b.357,a.359,b.363,b.369,a.375,b.377,b.378,b.382,b.384,a.387,a.397,a,b.411,a.419,a.420,b.421,a,b.432,a.443,a.450,a.468,a.472,b.474,a.477,b.480,a.481,b.489,a.501,a.505,a.523,a.525,a.532,a.536,b.540,b.546,a.558,b.571,a.574,b.595,b.601,a.606,b.609,a.613,a.637,a.643,a.645,a.649,a.661,b.665,a,b.668,b.671,b.673,a.704,b.710,a.720,b.723,a.724,b.729,b.730,a.734,a.735,b.744,b.758,a.760,a.762,b.763,b.770,b.794,b.809,b.810,a.832,a

explicatur, 12,a.14,b.135,a.229,b.344,a.354,a.473,a.488,a.673,a.679,b.683,a

emendatur, 5,b.12,a,b.14,b.22,a.45,b.46,b.74,b.134,b.214,b.219,b.234,a.318,b.393,b.443,b.447,b.451,b.473,a.522,a.546,b.547,a,b.586,b.637,a

emendatur & explicatur, 474,b.512,b.695,a

Seneca filius. 2,a.4,b.5,a,b.6,b.11,a.12,b.13,a.14,a.15,a.16,a.24,a.25,a.29,b.32,b.37,a.38,b.42,a,b.43,a.44,a,b.45,a.47,b.52,b.53,a,b.56,b.57,a.59,a.61,a.64,a,b.68,a.73,a,b.74,a,b.75,a.77,a.79,a,b.82,b.83,a,b.89,a.100,a,b.101,a.103,b.105,b.106,a.114,a.116,a.120,b.128,a.132,a.134,b.135,b.137,b.139,a.140,a.141,a,b.144,b.151,b.159,b.161,a,b.165,a,b.167,a.175,b.178,b.183,b.188,a.189,a.199,b.202,b.211,a.212,a.219,a,b.221,a.223,b.224,b.227,a,b.228,b.231,b.232,a.233,a,b.236,b.243,a,b.246,a.247,a,b.252,a.253,a.254,b.258,a.262,b.269,a.271,a.280,a,b.286,b.290,b.293,b.302,a.304,a.305,a.321,a.329,b.330,a.333,a,b.335,b.336,b.337,a.340,b.343,b.354,b.358,a.362,a.372,a.373,a.378,b.379,b.381,a.383,b.385,b.395,a,b.396,a.397,a,b.398,b.400,a.403,a.415,b.423,a.426,a.435,a.445,a.447,a,b.448,a,b.449,a,b.450,a.453,a,b.458,b.471,a.472,a,b.474,a.480,a.482,b.483,b.489,a,b.494,a.496,a.499,a.502,b.508,a,b.510,a,b.513,a.519,b.520,b.522,a.523,a.526,a.527,a.529,a b.533.a.534,b.535,b.538,b.542,a,b.545,a.546,b.548,a,b.551,b.553,b.554,b.564,b.565,b.569,b.572,b.585,b.587,a,b.589,a,b.590,a,b.592,a.602,a.605,a.606,b.607,a.608,a.613,b.614,a.623,a.624,a,b.627,a.636,b.637,a.643,a,b.648,b.656,a,b.660,b.665,b.666,b.676,b.679,a.686,a.688,b.689,b.695,a.700,a.704,a.706,a.710,b.711,a.715,a.716,b.719,b.722,b.727,b.731,a.735,b.736,a,b.739,a.749,a,b.750,a.753,a.756,b.758,a.761,b.768,b.778,b.781,b.783,b.784,b.786,b.788,a.795,a,b.802,b.804,b.807,b.810,b.811,b.813,a.814,b.815,b.826,b.838,a.839,a

explicatur, 115,a.223,a.226,b.337,a.396,a.472,a.548,a.724,b

emendatur, 46,a,b.47,a.113,a.114,a.116,a.132,a.218,b.281,a,b.396,a.402,a.428,b.429,a.435,b.453,a,b.471,a,b.472,a.529,b.533,a.535,b.536,a.546,a.562,a.605,a.621,a.818,b.830,a,b

explicatur & emendatur, 614,a.665,a

Seneca Tragicus. 116,b.280,a.668,b.748,a.762,a.790,b

Septimius Afer. 502,b

Q. Serenus Sammonicus. 605,a.672,a

Seruius. 28,b 119,b.128,a.176,a.200,a.224,a.283,b.293,a.305,b.319,b.330,b.332,b.347,a.413,b.416,a.436,b.499,a.586,a.599,a.636,b.679,a.739,a.757,a.782,a.828,a

Sextus Rufus. 626,a,b

Seuerus Sulpitius. 74.b.75,a.82,b.140,a.271,a.320,a.375,b.381,b.398,b.431,b.510,a.545,b.548,b.640,a.686,c.742,a.790,a.792,a.799,b

emendatur, 470,a

Sibyllæ verſ. 414,b.418,b.799,b

Sidonius Apollinaris. 67,b. 146,b. 167,a. 281,b. 284,b. 305,b. 381,a. 485,b
Silius Italicus. 3,b. 5,a. 9,b. 12,b. 23,b. 38,b. 40,b. 45,b. 65,a. 74,b. 79,b. 83,a. 85,a. 87,b. 90,a. 91,b. 92,a. 96,b. 101,a. 110,b. 111,b. 118,a. 121,a. 126,a. 127,b. 133,a. 149,b. 152,b. 156,a,b. 159,a. 162,a. 164,a. 180,a. 183,a,b. 196,a. 198,a. 199,b. 200,a. 201,a,b. 202,b. 205,a. 206,a,b. 207,a. 208,a. 209,a. 211,b. 218,a. 231,a. 232,b. 233,a. 234,a. 236,a. 240,b. 241,a. 260,a. 261,b. 272,b. 279,b. 283,b. 289,a. 293,a. 301,b. 311,a. 321,a. 327,b. 328,b. 330,a. 333,a. 340,a. 356,b. 375,a. 386,a. 398,a. 400,b. 402,a. 415,b. 420,a. 424,a. 425,a. 429,b. 431,a,b. 433,b. 439,b. 440,b. 441,b. 462,b. 464,a. 465,b. 467,b. 474,a. 475,b. 482,a. 484,a. 492,a. 498,b. 499,b. 519,a. 526,a. 538,b. 543,b. 545,a. 548,a. 554,b. 570,b. 580,a,b. 588,b. 589,b. 592,b. 593,a. 594,a. 605,b. 609,a,b. 602,b. 621,a. 622,b. 623,b. 626,a. 647,a. 655,a. 673,a. 680,a. 689,b. 700,b. 714,b. 715,a. 720,b. 725,a,b. 735,a. 750,b. 751,a. 767,b. 768,b. 771,b. 772,a. 781,a,b. 783,b. 792,a. 795,a,b. 798,a. 807,a. 824,a. 829,b
emendatur, 30,b. 261,a. 499,b
Siſenna. 81,a. 111,a. 155,b. 223,b
Sixtus III. Pont. Max. 789,a
Socrates. 158,a. 318,a. 325,a. 397,b
Solinus. 98,a. 231,b. 383,a. 551,a
Sophocles. 143,b. 371,b. 399,a. 549,a. 564,a. 574,a. 674,a. 768,a. 777,b. 816,b. 826,b
Sophonias proph. 460,b
Sozomenus. 3,a. 383,a. 397,b. 413,a. 414,a
Spartianus. 3,b. 7,b. 13,a. 14,b. 35,a. 37,a. 76,b. 79,b. 89,a. 94,b. 114,a. 123,a. 124,a. 128,a. 161,a. 177,b. 184,b. 187,a. 190,b. 191,b. 200,b. 211,b. 231,a. 236,a. 243,b. 244,a. 253,b. 267,a. 271,a. 278,b. 282,a,b. 283,a. 285,a. 298,b. 302,a. 310,b. 319,a. 321,b. 325,a. 335,a. 341,a. 343,b. 344,a,b. 347,b. 353,a. 361,b. 377,b. 381,a. 391,b. 405,a,b. 412,a,b. 417,b. 430,b. 436,a. 455,a,b. 470,b. 507,a,b. 522,a. 526,a. 533,a. 539,a. 546,b. 548,a. 563,a. 564,a. 569,a. 587,b. 618,b. 625,a. 626,a,b. 644,b. 647,b. 677,a. 688,b. 689,a,b. 692,a. 707,a. 752,a,b. 760,b. 768,a. 810,a. 814,b. 839,b
emendatur, 322,b. 587,b. 637,b
explicatur, 493,b
Statius. 4,a. 29,a. 30,a. 37,a,b. 39,b. 40,b. 41,a. 52,a,b. 65,a. 70,a. 81,a,b. 82,a. 85,a. 86,a. 89,a. 91,a,b. 92,b. 94,a. 98,b. 102,b. 110,b. 111,a. 112,b. 116,b. 118,a,b. 126,b. 140,b. 141,a. 149,a. 150,a. 154,a,b. 156,a. 157,a. 158,b. 159,b. 162,b. 165,a. 172,a. 177,a. 189,b. 194,b. 195,a. 199,b. 200,a. 201,a,b. 202,b. 203,b. 206,a. 208,b. 211,b. 214,a. 220,a. 221,a. 224,b. 236,b. 245,b. 247,a. 270,b. 273,a. 281,a. 291,a. 293,a. 298,d. 301,b. 302,a,b. 303,a. 322,a. 328,a,b. 332,b. 333,a,b. 335,a. 343,b. 356,b. 373,a. 375,a. 385,a. 389,a. 391,b. 401,b. 403,a. 427,a. 433,a. 437,b. 439,a,b. 447,a. 453,a. 457,a. 464,a. 470,a. 472,b. 482,a. 488,a. 499,a,b. 503,a. 504,a. 514,a,b. 543,b. 554,b. 558,a. 570,b. 577,a. 588,b. 599,a. 600,a. 603,a. 604,b. 607,b. 609,b. 619,a. 620,b. 622,b. 630,b. 632,a. 640,a. 668,b. 676,a,b. 693,a. 695,a. 698,b. 715,b. 721,a. 724,a. 726,a,b. 727,b. 746,a. 776,a. 782,a. 783,b. 790,b. 791,a,b. 794,b. 797,a. 798,b
explicatur, 116,b
emendatur, 85,a. 558,b
Stephanus. 298,b. 384,a. 416,a. 491,a. 586,a
Strabo. 1,a. 3,b. 11,a. 17,a. 40,b. 45,b. 51,a. 55,b. 58,b. 63,a. 81,a. 99,a. 103,a. 135,b. 137,b. 138,a. 140,b. 144,a. 146,a. 174,b. 176,b. 183,a. 185,b. 186,a,b. 187,a. 196,a. 202,b. 204,b. 217,a. 219,a. 225,a. 233,b. 240,b. 247,a. 248,a. 252,a,b. 253,a. 261,a. 262,b. 265,b. 267,b. 269,a. 272,a. 273,a. 276,a. 279,a. 283,a,b. 284,b. 285,b. 286,a,b. 287,a,b. 288,a. 289,b. 290,a. 291,b. 295,a. 298,a. 304,a. 307,a. 310,a. 313,a. 315,a. 319,a. 321,b. 322,a. 327,a. 329,b. 330,a. 366,a. 375,a,b. 382,a,b. 383,b. 387,b. 388,a. 413,a. 415,a. 416,a,b. 417,a,b. 424,b. 428,b. 431,a. 433,b. 441,a. 450,b. 451,a. 452,a. 457,a. 468,a. 481,a,b. 482,a,b. 483,b. 484,b. 491,b. 492,a. 499,a. 500,b. 516,a. 517,a,b. 518,a. 519,a,b. 520,a. 521,a. 554,a. 560,b. 561,b. 577,b. 595,b. 621,a. 629,a. 639,a. 644,b. 647,b. 649,b. 651,a,b. 652,b. 720,b. 722,a. 734,b. 736,b. 738,a. 739,a. 740,a. 741,a. 742,a. 747,a. 770,a. 774,b. 784,b. 785,a. 792,b. 795,b. 796,a. 802,a. 807,b. 827,b. 829,b. 830,a. 836,a
Suetonius. 2,a. 5,b. 6,a,b. 7,a. 14,a. 15,a. 19,b. 21,a. 22,a,b. 26,a. *& paſſim.*

explicatur, 110,a,b.589,b.823,b
emendatur, 11,b.24,b.25,a,b.33,b.101,a.111,b.119,b.130,a.142,b.157,a.180,b.219,b.259,a.271,a.273,b.279,a.312,a.325,b.341,b.351,a.398,a,b.408,a.415,b.422,b.433,a.461,b.470,b.492,b.495,b.522,a.533,a.534,b.539,b.543,a.562,a.577,a.604,a.632,b.665,b.679,a.699,a.705,b.716,b.741,a.789,a
explicatur & emendatur. 494,a.511,b.590,b
Suidas. 220,b.287,a.510,a.691,b.770,b
L. Sulla. 87,b
Sulpitia. 293,a.297,a.298,a.302,b.726,b
Symmachus. 29,a.53,b.58,a.89,b.235,b.238,b.292,b.325,b.337,b.384,b.442,b.477,b.683,b.715,b
Syneſius. 7,b.23,b.31,a.48,a.109,b.118,a.122,a.158,a.173,a.215,a.219,a.223,a.226,a,b.250,b.265,b.293,b.299,a,b.373,a.376,a.430,b.477,b.528,a,b.543,b.548,b.572,a.586,b.592,b.661,a.668,b.673,b.680,a.714,a.739,a.790,b.814,b.828,a.839,b
Synodus Conſtantinopolitana. 589,b. *Eliberina.* 338,a. *Epheſina.* 686,b. *Laodicena.* 48,b.79,a.645,a. *Meldenſis.* 798,b. *Romana II.* 481,b

T

Tabulæ Piſanorum. 7,a,b.608,b
Tatianus. 188,b
Teganus. 193,b
Terentius. 11,b.12,a.42,b.73,a.140,a.144,b.163,a.178,a.180,b.196,b.199,a.217,b.223,a.259,b.280,b.303,b.305,a.341,b.342,b.352,a.378,a.394,a.397,a.422,a.443,a.448,a.476,b.492,b.511,b.520,b.566,b.570,a.575,b.587,a.598,a.608,b.613,b.615,a.636,a.643,a.665,b.673,a.676,b.696,b.700,a.709,b.720,a.726,b.734,b.736,a.751,b.809,b. *explicatur.* 332,b
Tertullianus. 1,a,b.2,b.3,a.5,b.6,b.9,b.15,a.16,a.17,a.20,b.27,a.29,a.31,a.37,a.41,a.42,a,b.47,a.48,a.& *paſſim.*
explicatur. 25,a.34,a.41,b.68,a.91,b.149,a.181,a,b.187,b.314,b.463,a.507,b.520,a.572,a.603,b.797,b.827,a
emendatur. 49,a.52,b.83,a.113,a.128,a.181,a,b.187,b.219,a.224,b.225,a.233,a.298,b.361,a.396,a.430,a.455,a.488,b.503,a.510,a.529,a.698,b.699,a.732,a.800,b. *correctus & explicatus.* 271,a,b.308,a,b.314,a.320,b.323,a,b.652,b.734,b.735,a. *notatus.* 49,a
Theocritus. 59,a.92,a.98,b.154,b.257,a.330,b.347,a.699,a
Theodoretus. 523,b
Theodorus Prodromus. 749,a
Theognis. 11,a.698,b.726,a.751,a
Theophilus Antiochenſis Epiſc. 537,a
Theophraſtus. 401,a.732,b
D. Thomas Aquinas. 670,b
Thucydides. 139,a.715,b
Tibullus. 10,b.22,a.39,a.42.a.32,a.85,a.103,b.119,a.154,b.165,a.176,b.189,b.207,b.208,a.215,a,b.232,a.279,b.283,a.293,a.301,b.303,a.304,b.314,a.327,a,b.351,b.400,b.414,b.418,b.503,a,b.505,b.513,a.525,a.526,a,b.575,a.608,a.610,b.617,a.644,a.768,b. *explicatur.* 765,b
Titinnius. 158,b.488,b
Tobiæ lib. 460,a.765,a.784,a
Tragœdia Chriſti. 86,b
Trebellius Pollio. 74,b.190,b.590
Trogus. 464,b
Tuditanus. 655,a
Turpilius. 280,a

V

Valerius Flaccus. 65,a.102,b.103,a.267,b.272,a.293,a.331,a.410,a.416,a.465,a.475,a.554,a.599,a,b.797,a,b
Valerius Maximus. 4,a.6,a,b.7,a,b.13,b.23,a.27,a.30,b.31,b.32,a.49,b.60,b.71,b.74,a.75,b.79,a.81,a.83,a.86,a.87,b.90,a.96,b.101,b.109,b.116,a.124,a.126,b.140,b.143,b.145,a.157,a.158,a,b.161,a.164,a.168,b.172,a,b.178,a.179,a.180,a.181,b.186,a.189,b.193,a.197,a.200,b.202.a.208,a.221,a.223,a,b.224,a.229,a.230,b.238,a.241,a.242,a.253,b.256,a.257,b.267,a.272,b.275,b.279,b.286,b.291,b.293,a.294,b.295,a.301,a.309,a.314,a.315,b.322.b.329,a.331,b.334,b.343,b.347,a,b.349,b.353,v.354,a.356,b.357,a.358,a,b.350,a.370,b.372,b.374,b.375,b.385,b.397,b.402,b.403,a.405,b.407,a.410,a.417,b.424,a.426,a.427,b.428,a.b.433,a.435,a.453,a,b.454,a.456,a.460,b.461,a.473,a.477,b.482,a.500,b.501,b.514,a.515,a,b.520,b.528,a.529,b.532,b.536,b.545,a.588,a.590,a.

591, a. 598, a. 604, a. 613, b. 614, b. 636, b. 644, b. 665, b. 681, a. 687, a. 689, a, b. 690, a, b. 695, a. 697, b. 700, b. 701, b. 720, b. 733, a, b. 736, b. 738, a. 760, a. 762, a. 763, b. 766, a. 798, a. 807, b. 814, b. 826, b. 827, b. 828, a
correctus. 85, a. 189, b
Varro. 10, a. 28, b. 30, b. 34, a. 38, a. 41, a. 42, b. 49, b. 51, a. 55, b. 69, b. 70, a. 73, b. 79, a. 86, a. 97, a. 99, b. 102, a. 108, b. 116, b. 123, a. 138, a. 144, a. 149, b. 162, b. 168, b. 170, a. 175, a. 176, a, b. 180, a. 197, a. 203, a. 204, a. 212, a. 229, a. 231, b. 237, b. 238, a. 246, b. 248, b. 253, a. 256, a. 260, a. 269, a. 280, a. 282, b. 287, b. 291, a. 292, b. 301, b. 304, b. 305, a. 309, b. 316, a. 318, b. 321, b. 330, b. 332, b. 333, b. 351, b. 357, a. 358, b. 361, a. 388, b. 389, a. 406, a, b. 414, b. 415, b. 417, a, b. 421, a. 431, b. 436, b. 452, a. 465, b. 467, a. 488, b. 498, b. 520, b. 540, b. 545, a, b. 548, a. 550, b. 556, b. 570, b. 598, b. 604, a. 610, b. 617, b. 636, b. 637, a. 648, b. 661, b. 667, a. 676, a. 678, a. 693, b. 722, b. 740, b. 745, a. 755, a. 755, a. 757, b. 768, b. 776, a. 803, b. 810, a. 811, a. 834, b
explicatur, 46, a
emendatur, 86, a. 198, b. 277, b. 436, b
Vegetius. 7, a. 24, b. 28, a. 71, b. 73, b. 74, a. 83, a. 86, b. 87, a. 98, b. 108, b. 111, b. 114, b. 117, b. 159, b. 192, a. 197, b. 202, a. 271, a. 327, a. 740, b. 815, b
Velleius. 2, a. 5, b. 6, a. 8, a. 10, a, b. 12, a, b. 13, a, b. 15, a. 18, b. 23, b. 29, b. 33, a. 35, a. 36, a. 38, b. 46, b. 47, b. 48, a. 60, a. 66, a. 70, a. 75, a. 81, a. 82, a. 83, a, b. 99, a. 100, a. 109, a. 110, a. 111, a. 113, b. 119, b. 122, b. 124, b. 125, b. 127, a. 128, b. 131, a. 132, a, b. 133, a, b. 136, a. 144, b. 147, a. 148, b. 151, a. 161, b. 186, b. 187, a. 191, a. 204, b. 213, a, b. 217, a. 238, a. 244, a, b. 249, a. 250, a. 254, b. 255, a. 269, b. 270, b. 289, b. 354, b. 357, b. 366, b. 367, b. 369, a. 371, b. 390, b. 407, b. 420, a. 433, b. 472, b. 492, a. 493, a. 510, a. 513, b. 533, a. 536, b. 550, a. 592, b. 612, b. 668, a. 690, a. 724, b. 757, a. 774, b. 786, b
explicatur, 15, b. 16, a. 161, b. 511, a
emendatur, 15, b. 16, a, b. 66, b. 125, b. 204, b. 511, a. 534, b
notatur, 19, b. 23, b, a.
Verrius Flaccus. 17, a. 23, a. 26, a. 37, 76, a. 86, a. 89, b. 91, b. 114, a. 147, b. 150, b. 153, a. 168, a. 174, b. 182, a. 183, b. 186, a. 191, a. 243, b. 250, b. 278, b. 281, b. 286, a. 290, a, b. 292, b. 298, b. 313, b. 322, b. 362, b. 392, a. 403, a. 406, a. 410, b. 411, a. 442, a, b. 451, a. 480, b. 518, b. 541, b. 556, b. 574, a. 665, a. 701, a. 751, b. 780, a. 790, a, b. 809, a
emendatur, 199, b. 626, a
Victor Vticensis. 436, b
Victorinus. 38, a
Vigilius Papa. 31, a
Virgilius. 2, b. 4, a, b. 11, b. 13, a. 16, a. 19, b. 20, a. 23, b. *& paſsim.*
explicatur, 633, a
Vitruuius. 204, a. 357, a. 389, b. 717, a. 739, a. 822, b
emendatur, 276, a. 717, a
Vlpianus. 599, b
Vopiſcus. 82, a. 86, b. 109, a. 124, b. 144, a. 176, b. 280, a. 304, b. 325, a. 340, b. 382, a. 626, a. 678, a
Vſuardus. 219, b
VVarſinganus. 110, a
VVillelmus Abbas S. Theodorici. 578, a, b
Vulcatius. 31, a. 200, b

X

XEnophon. 69, a. 118, b. 187, a. 197, b. 402, a. 417, b. 618, a
Xiphilinus. 4, a. 15, b. 46, a. 53, b. 58, b. 92, b. 94, b. 109, a. 196, a. 211, b. 258, b. 267, a. 295, b. 304, b. 337, b. 347, b. 409, a. 446, a. 532, b. 545, b. 623, b. 637, b. 639, b. 641, b. 672, 6b. 701, b. 704, a. 721, a. 727, b. 728, a. 729, a. 752, b. 774, b. 789, b. 790, b. 834, a

Z

ZAcharias proph. 595, a
Zonaras. 589, b
Zozimus. 9, a

FINIS.

AMPLISSIMO ET CLARISSIMO VIRO D. D. POMPONIO BELLEVRÆO Franciæ Cancellario S. P.

LECTORI.

Quod viuenti vouimus, mortuo exſoluimus. Virtus apud nos occidentem Solem non habet.

ET iuuat, & melli eſt, poſt inclyta nomina Regis
Cui dedit æternas celebris CLEMENTIA laudes,
Maxime POMPONI, noſtris te includere chartis:
Vrget enim tua diua Charis, pellitque ruentem
Fronte tibi qui fulget honos, tum denique grande
Quod cupio, quamuis nequeam diſſoluere nomen.

Ad ſaga itur a togis.

Quippe togæ decus es noſtræ, ſua damna querentis,
Quod legum proceres ad ſordida pallia currunt,
Degenereſque habitus, ſtolidi & thoraca popelli.

Henricus IV.

Te Regni columen noſtri, te gloria rerum
HENRICVS, ſumma iuris ſtabiliuit in arce,
Cenſoremque dedit terris, quo præſide, læta
Surgeret imperio, ſpurcis licet obtuta Virtus

Collapſi mores.

Moribus, & Francis iterum floreret in aruis.
Ardua res, atque Herculeo bene digna labore,
Qui potuit ſordes Eleique fimeta bubulci
Tollere, & vndantes per vaſta bouilia copras.
Tu Themidis templi-cuſtos, ſenſimque fluentis
Iuſtitiæ tu ſummus apex: te principe, quamuis
Faſtidita procis quondam vt ſapientis Vlyſſis
Penelope coniux, ſacra puluinaria fulgent.

Author ciuilibus bellis implicitus.

Sed quid ego memori refero tua publica, cum ſint
Quæ priuata tibi me Gordia vincula nectent?
Nam tumido cum parua ratis quateretur ab æſtu,
Et caput innocuum rapidus male tunderet imber,
Poſt regem tu certa ſalus, tu fracta procellis
Carbaſa, tu noſtram fundaſti littore claſſem.

Ab Henrico IV. domum reuocatus ab exilio voluntario. Vt olim Horatius Flaccus qui fugiens Philippenſi acie ab Auguſto ſeruatus, & bonis auctus, Auguſtum heredem reliquit, quem mire laudauit & amauit.

Quippe, ego ciuili dum Gallia percita bello
Flagraret, paribuſque frequens concurreret armis
Infœlix miles, ſum caſtra infauſta ſequutus,
Et fuſas aquilas, victæque inſignia Romæ,
Cæſaris ignarus quo ſe fortuna referret:
Cæſaris ingentis, fidei qui pignora victo
Mi dedit, vt quondam Marcello, & iuſſit haberi
Alborum cenſu, numeriſque, tribuque Quiritum.
Præſtitit hoc etiam Bruto moriente Philippis
Auguſtus Flacco, quem poſt data terga receptum
Iunxit amicitia, victo laudatus, & heres.

Antuerpiam author habitauit, nidulum ſui ſeceſſus.

Tu me cum gelido fugiens verſarer in orbe,
Atque Brabantinis algerent membra pruinis,
(Nam fugit Æmoniis Græcæ facundia linguæ,

Nec

Nec puduit Pœnos victum petiiſſe Catonem,)
Donaſti reducem patriæ, laribuſque cupitis,
Inrer & amplexus & amicæ brachia turbæ.
Cumque vagus, Scythicis vt plauſtra errantia ſyluis,
Nunc pede, nunc tremulo vectus ſeu Belga couino,
Irem veſtigans ſedes, præſcepe dediſti
Certum & nobile, Iuppirer & ſtator vſque fuiſti.
Acceſſere tibi comites, operique mouendo,

Authores ſuæ reuocationis cum D. Cancellario Bellureo.

O ſuperi, quales animæ, queis candidiores
Tellus nulla dedit, neque queis deuinctior alrer
Me fuerir quiſquam. BRVLARTIVS inclytus heros
SILLERIVS, ſummi tibi dictus muneris heres.

D. Brulartius Sillerius nunc Franci Cancellarius imperij.

REGIAVILLA etiam, Franci geniuſque, animuſque

D. Regiuillaeus primicerius Regiorum Secretariorum.

Imperij, & Præſes IANINVS, principis alti
Alta fides: ſemperque mihi memorandus honore,

D. Præſes Ianinus ſecretioris conſilij aſſeſſor & regalis pecuniæ quæſtor magnus.

Quod me carceribus potuit rapuiſſe malignis,
SEGVIERIVS magni non gloria parua Senatus.

D. Antonius Seguierius vnus ex Senatus principibus integer & clariſſimus vir.

Quid referam NICOLAE tibi quo Præſide Regis
Computa clara micant Francique opulentia Regni?
Quid BALLIVE tuis Præſes virtutibus addam
Pro meritis, magnoque in me pietatis amore?

Gratus authoris animus.

Nec tu carminibus TILI incantatus abibis
Clare meis, magni decorat quem gloria TILI:

D. Ioannes Tilius Senatus Pariſienſis actuarius.

Cuique nepos, rigidi memorat dum geſta Senatus,
Francorumque refert facta immortalia Regum,
Vt tibi, ſic ſoboli egregiam dat origine laudem.
Omnibus his, primumque tibi, CLARISSIME VERTEX,
Quid debere putem quantumque & qua ratione,
His teſtor tabulis, & poſtera forſitan ætas
Laudabit, ſua ſunt ſi proſpera tempora chartis,
Hæc tam ſincera mandata fuiſſe papyro.
„ Gratia nam rara eſt hodie, Charirumque prophanis
„ Nulla, quod horreſcas, fumant altaria templis.

In tam paruum grato animo.

At TACITVS, licet ipſe tacens, tua facta loquetur,
Narrabitque viris, vt me ſeruaris amicum
Ciuibus, & ſua non curantem commoda ciuem.
Addet & ad meritum, meriti ſi mica puſilla eſt,
Sæpe per inſtantis mordentia tempora brumæ,
Ima pedum, læſoſque vngues, dum nocte ſub alta
Inſequor errorum vaga per veſtigia turmas,
Mendaque ſparſa ſuis & nunquam credita fundis.

Tacitus plenus mendis, nunquam credendis.

Queis ego nocturnis ceu graſſatoribus, audax
Inſilij & manibus rapto intortoque veruto,
Volſcus ego, medium ſecui cum cuſpide guttur;
Haud veritus, ſicaria quid Cornelia dictes,

Lex Cornelia de ſicarijs.

Quidue notet fuſi tua ſanctio ſanguinis vltrix,
Cornelj exoſos modo dextera perderet hoſtes.
Tunc enim, Belgis quorum ſpatiabar in orbe,
Ferri magna ſeges, iugulis nec vita manebat
Tuta ſuis, dum mente furens truculentus Iberus
Hinc ruit, inde ferox Batauus, charoſque penates

Belgium ciuilibus bellis diſtractũ & æſtuans.

Appetit, & patriam patriis vlciſcier armis.
Vix credas, quot fuſa ſolo, quot corpora, forti
Corruerint conruſa manu, atque albentia campis,
Millia quor magnis nunquam venere Mycenis.
Et ſi miſſa foret conſcriptis littera victrix,

Errores innumeri in Tacito excisi.

Cum Tacito auratos poteram conſcendere currus.
Ad Taciti verbum Vatini me naſus oberrat,

Ridetur irriſor naſus.

Deriſor veri naſus, iuſtique probique,
(Omnia nam reſonant iſtis arbuſta cicadis)
Qui limis ſpectans oculis, blandumque loquutus,

Vulpina mentis verba.

Tune, ait, o pila Fortunæ, luduſque iocantis,
Quem modo ſplendentem terris, ceu nobile vitrum
Illa pauimento illiſit bacchata furore,
Audes ad Taciti fontes flexiſſe labellum
Djs ſacros ſuperis, regumque arcana mouere?
Audes vel minimo contingere publica filo,
Et lapides nitidos luculenta radere palma?

Reſponſio eadem arte qua accuſatio.

O bone, non ego ſic, ſcio nam quid dia Promethei
Ætherios ignes rapientis fabula narret.
Dædala non ego ſum proles, nec fluctibus indo
Nomina Cycladiis, dum celſius aëra ſulco.
Sed tibi dent late Superi quodcumque precaris,
Tam bonus es monitor, certique, altique cerebri,

Ranæ coaxantes mira de authore garriunt.

Quique in amicorum rebus tam cernis acutum.
Nam memini infandæ per regna profunda paludis
Hanc fatuam in limo ranas ceciniſſe querellam.

Mens authoris pacata non elata.
Q. Opimius ille Iugurthini pater. huius meminit Horatius.
Sublimium non ſcrutatrix.

Si Tacitum tracto, non eſt vt operta recludam
Arcana imperij, Iano mage cluſa, magiſque
Abdita Opimj opibus loculiſque, mihique miſello
Roboribus centum, centumque recondita portis:
Sed merito authori vt merita ornamenta reponam,
Qualia Grammatica dum ludit in arte Palæmon.

Et ſectatrix humilium.

Anxius haud ego ſum Egeriæ quid Numa ſuſurret,
Quid Caius Lunæ, quid Iuppiter ipſe ſorori.
Ima ſequor, tenueſque oras, non alta profundi
Æquora, ſæua viris, nec Djs bene tuta marinis.

Ex alto crebri turbines.

„ Quippe cadunt magnæ magnis de montibus vmbræ.
Mene putas digitos vrenti credere prunæ?
Ruſticus es, Corydon, nec publica curat Alexis.
Arcana hæc fugimus, quantum fugit ære carentem
Cauſidicus Matho, pannoſoſque, Iroſque clientes,

Altiora fugit.

Quantum horret ſurdos cantor fidicenque Tigellus,
Aut medicus Themiſon ſanos, vel quam Labienus
Debitor, inſtantis fugit Atrei horrentia tecta,
Cum nimium volucres miſero venere kalendæ.

Ab ambitu purus vt fuit ſemper.
Fabula de algente Satyro in ſyluis qui ab ruſtico hoſpitio ſuſceptus, & igne luculento calefactus præ amore ignis ſe in flammas volebat inijcere.
Et hanc ſibi legem dixit.

Ambitione procul noſtri fluit alueus æui,
Nec cultis vrenda filix hæc naſcitur agris.
Ipſe mihi legem ſtatui quam ruſticus olim
Abnormis ſapiens Satyro dicebat Ofellus
Algenti & tremulo, cum flammæ ardore refectum
Præcipitem ſeſe miratos ferret in ignes:
„ Nec prope nec longe nimium te flamma moretur,
„ Hospes, in ambobus mala multa latentia subsunt.
Sed tua cur noſtrum mordax vrtica laborem
Pungit, & in ſolidum vibrat ſua ſpicula ſaxum?
Tune times ſumma ſtertentes vſque quiete,
Atque grauem toto perflantes pectore ſomnum,
Ne trahat ad curas & publica commoda Cæſar?

Labeo oblatum ab Auguſto conſulatum reſpuit.
Author Francus vere & Catholicus.
Sat eſt authori tumulari in patria.

Ne vereare, haud nos Labeonis fata ſequuntur.
Et ſatis eſt, reputoque ingens & nobile munus,
Me velut excuſſum magno vibramine telum
Littoribus Francis, deſolatumque meorum
Agminibus, reuocaſſe domum, & cum coniuge fida,
Cum liberis, patrij mihi iura dediſſe ſepulchri.
Francus enim, Francus moriar, Francumque vetusta

Relli-

RELLIGIONE POTENS, FRANCA TVMVLABOR ARENA.
Sed lubet admonitus, atque ad tua dicta reuerti
Cur publicis rebus abſtineat.
Publica non tracto, damnoſa mihique meiſque,
Quæque ſatis pinguis fundum adflixere peculj.
Nam quis erit Craſſus quem non patrimonia linquant,
Nullo ſtipendio curauit publica per 7. annos in Senatu.
Si merito merces eſt reddita nulla labori?
Agricolæ inſignes tauris fœnilia pandunt,
Sole vbi deciduo flexis ſoluuntur aratris;
Inde viri damnum.
Nec molitor Leucus, quantumuis durus & aſper,
Poſt onus, emerito ſua furfura tollit aſello.
Ipſe ego non meditans ſæcli præcepta pudentis,
Zenoniſque ſenis ſola nutritus in arte,
Dum vigil & feruens communia commoda curo,
Immemor ipſe mei, ſum multa incommoda paſſus,
Nec retuli quidquam, vnde alius, Ioue natus opimo,
Vnctior, & Phæax, eſt & Sybarita reuerſus.
Sed queror hæc fruſtra, quia me diuina Sabella
Qui fruſtrà conqueritur, nec remedium in manu eſt.
Docta anus, erudijt puerum vertentibus vrnis,
Infauſtos fore mi tales quoſcumque labores.
Tu, dixit, Libyæ ſemen mandabis arenis,
Fictio ex more conſultantium ſtriges quas abominor.
Publica ſi curas, coges in vincula ventos,
Vndarum in tabula ſcribes, & in aëre vano
Centauros pinges, & monſtra animata colore.
Atque vtinam faba Pythagoræ cognata, fuiſſet
Optat abſtinuiſſe muneribus publicis.
Nunquam nota mihi, ſed nigri pulte botelli
Contentus, lardoque graui, fatuiſque mariſcis,
Guſtaſſem numquam rhombos mulumque trilibrem;
Quoſque reluctanti fortuna ingeſſit honores.
Non etenim noſtros impleret aranea ſaccos,
Nec tererem manibus vanos, velut æra, lupinos.
Quanquam carminibus liceat ſi dicere verum,
Inuitus, non ſponte, volenſque hæc munera cepi;
Ad quæ tractus imperante, imò cogente Senatu & reluctante authore.
Imo ex imperio, ſanus cui nemo reſiſtat.
At quia nunc fractas tabulas, & naufraga vela
Rapta mari legimus, perque obuia littora fuſi,
Poſt naufragiū nunc quieti addictus eſt.
In ſterili tumidas veſtes ſiccamus arena,
Publica nulla moror, quin paruo cum grege, parua
Nam duo capita faciunt gregem, & mihi pro reliquijs duo filij.
Contentus crypta. Siculus velut ille Damœtas,
Theocriti paſtor.
Neptunum procul e terris ſpectare furentem
Et ſpectat a longe naufragātes in ſæculo.
Me iuuat, atque olidi morum miſererier orbis,
Omnibus ignotus, ſoli mihi cognitus ipſi.
Non ego protracta, veluti canis Appula, lingua,
Non curat vana rumorum.
Veſtigo quid Leucothoes de nomine dicta
Lutetia Leucotetia dicta a domibus albis.
Gallica Roma ferat, Francorum & regia Sardis;
Clamoſi quid arena fori, quid Principis aula,
Quid prope, quid longe blateret, quidve intus, & extra,
Otio literarum nunc gaudet & veterum patrū Chriſtianorum.
Fama loquax, putido recoquens opſonia vulgo.
Fluminibus lapſus, curſumque relinquimus aſtris.
Nec lubet huic pennas fallaci immergere viſco.
Nunc mihi ſunt artes patrum monumenta piorum
Scrutari, quos CHRISTO Eccleſia parturit infans,
Quique illam in cunis quondam videre iacentem
Verſat Patres veteris Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ.
Partibus Eois, ſeu verſo in limite mundi,
Et totam Anticyram parti adſignare Nouati.
Tædia ſi pariant, tum nos reſponſa Trebatj
Docta tenent, Labeoque potens virtute loquendi,
Gaudet veterū I. C. lectione.
Et ſapiens, rigiduſque ſenex, Caſellius Aulus,
Quem ſua contremuit damnantem iura Triumuir.

Nec a Muſis alienus eſt.

Nec me auerſantur, ſtupeas quod forte, ſorores
Phœbi, quæ nigris oculis, nigroque capillo,
Herboſi ludunt vmbroſo vertice Pindi.

Licet ſenex quaſi 80. annorum cum hæc ſcripſit.

Quippe ſenex ego ſum, cui octagenaria meſſis
Iam prope tranſactæ ſignat vaga tempora vitæ.
Ergo ad Sauromaras abeant hæc munera, iamiam
Conclamata mihi, iuſtoque repoſta ſepulchro.

Spernit munera publica, & inuiſa ſibi.

Non ſi crebra ruant rupto velut imber Olympo,
Decidua optarim gelidis attollere terris.

Sub iſta fabella ſeipſum pingit.

Gallus erat quondam, non longa eſt fabula, pullis
Sectatus geminis, atque alba coniuge fœlix.
Is prima de luce vigil, cum ſcalperet acri
Vngue fimum, pipiens ſoboles quo ſole fritinnit,
Stercoribus merſum ſcalpendo repperit aurum.
Euclio condiderat, forſan, vel turpis auarus
Vt Nerius, primaque Auarum de gente laniſta.

Ludit ab Auaris populis ad auaros, vt Cicero 7. fam. a Treuiris populis ad Treſuiros capitales.

Mirantur pulli radiantis amata metalli
Munera quæ laudant, pennarum & verbere crebro
Criſtatos inter populos, gentemque canoram,
Se forrunatos iterumque iterumque recantanr.
Sed ſapiens Gallus, proauito & pectore fortis,
Non, ait, hæc Gallis ſunt quiſquiliaria curæ.
Nos eadem ingerimus qui vos ſaluere iubemus.

LVDOVICVS DORLEANS
tuus ex animo etiam poſt fata.

Digitized by Google

Digitized by Google